Dr. H. Hagen
Koenigsberg 1848

X

Library of the Museum
OF
COMPARATIVE ZOÖLOGY,
AT HARVARD COLLEGE, CAMBRIDGE, MASS.
Founded by private subscription, in 1861.

Library of H. A. Hagen
No. 13,888
May 24, 1894

Do Not Photograph
Microfilm on file
No. FLM 16,495
MASTER



VLYSSIS ALDROVANDI PHILOSOPHI AC MEDICI BONONIENSIS

HISTORIAM NATVRALEM in patria olim profitentis.

DE ANIMALIBVS INSECTIS LIBRI SEPTEM.

IN QVIBVS OMNIA ILLA ANIMALia accuratissime describuntur, eorum Icones ad viuum ob oculos ponuntur, tandemq; etiam natura, mores ac proprietates ita declarantur, vt quicquid de iis dici queat, facile inde innotescat.

HIS ADIVNCTVS EST Index geminus capitum scil. & verborum copiosissimus.

FRANCOFVRTI
Typis Pauli Jacobi, Impensis Ioannis Treudelii.
M DC XVIII.

SERENISSIMO PRINCIPI

FRANCISCO MARIÆ SECVNDO VRBINI DVCI SEXTO.

NON possum equidem eos non probare vehementer (Serenissime Princeps) qui morem antiquitus receptum secuti, lucubrationes ingenii sui, & monumenta, quæ in publicum exire volunt, iis nuncupant, quos vel amant, vel euerentur, licet in Imperio sint constituti: his enim par est, vel in primis huiusmodi libros offerre, dicareque, partim vt iis nos ita plurimum debere testemur, partim vt eos aduersus maleuolorum morsus, patronos nobis quodammodo adoptemus, partim etiam, vt ad phisophandum hoc modo eosdem alliciamus. Tum enim demum Regna, aut Respublicæ optime se habebunt (vt aiebat admirabilis Plato) cum aut Principes circa philosophiam, aut philosophi circa Imp. versabuntur. Cęterum quia sicut fortasse plerique homines me recte in hoc sentire, & opinari libenter fatebuntur, ita acriter negabunt hoc opere de Insectis, quod Celsitudini tuæ nunc offero, aliquid esse, quo probari queat, aut me tibi quam maxime deuinctissimum existere; aut Principem seu Regem doctrina huiusmodi ad naturalem & ciuilem scientiam magis promoueri posse. Ego vero istorum voces facile contemnam: etsi enim animalia hæc adeo parua sunt, vt vix cognoscantur, & multa ex cognitis à vulgo contemnantur, à cordatis tamen hominibus, qui res non magnitudine, sed pondere ęstimant, habentur in pretio, & admiratione. Tanta in his profecto elucet Dei sapientia, tanta sui (vt ita dicam) demonstratio, vt ob id Camelis, Elephantis, nedum Leporibus, & Cuniculis merito sint præferenda. Hoc fecisse veteres illos Ægyptios in omni disciplinarũ genere præstantissimos, vel ex eo manifestum, quod ex Ranis, Cancris, Ostreis, Cicadis, Vespis, Araneis, & aliis minutissimis id genus sexcentis, multo plura, & magis abstrusa obseruatis eorum naturis deduxere hieroglyphica, quam ex bestiis, quantumuis magnis & ingentibus Id porro Scarabæi vnius contemplatio, quam nobis scriptam reliquit Orus Apollo Niliacus, palam ostendit. Cum mas (inquit) sobolem procreare vult, Bouis fimum nactus, globulum ex eo eiusdem cum mundo figuræ fingit: quem vbi " ab ortu in occasum auersis pedibus volutarit: mox pilam hanc in terra defossam re. " ponit in dies octo & viginti. Nam & totidem diebus Luna duodecim Zodiaci signa " perlustrat, sub qua toto illo tempore permanens animatur, ac semen vitale suscipit " Scarabæorum genus. Nono autem, & vigesimo die apertam pilam in aquam conii- " cit (eum enim diem esse putat, quo & Luna cum Sole congrediatur, & mundi insu- " per fiat generatio) quæ dum in aqua aperitur, prodeunt animalia, hoc est, Scarabæi. Quod autem sacrarum scripturarum interpretes eximii; Basilios dico, Ambrosios, & Augustinos, an non & ipsi pariter animalculis istiusmodi summam Dei sapientiam, & prouidentiam, non minus, quam Cœlo ipso, & Sole nobis declarari affirmant, & prædicant? An non quam plurima ex his ad Christianæ vitæ institutionum documenta passim colligunt, & collecta enarrant? Negent ergo, qui volunt homines phi-

losophos, aut male suam industriam in his Insectis quantumuis pusillis, & sordidis collocare, aut conscriptas de his lucubrationes indecenter principibus viris offerre, dummodo sciant, non me, aut mei similes, sed naturam & Deum ipsum calumniari. At ego interim inepte nimis, cum tua Celsit. egisse me sentio, quasi nesciam te ab ineunte ætate, non humanioribus tantum literis, sed & Naturali Philosophiæ simul, & Ciuili operam tam serio dedisse, vt inter omnes nostri æui Principes tam doctrina, quam prudentia primum locum non immerito tibi comparaueris. Enimuero Celsitudinem tuam ad hæc omnia præclaro quidem naturæ impetu, & sponte commotam reor; ea tamen conditione, vt constanter asseram, plurimum etiam tibi ad id maiorum tuorum innumera, eaq; per illustria exempla profuisse. Quis enim ignorat tuis illis Heroibus sapientissimis, atq; præstantissimis nihil æque magnum fuisse, aut volupe, quam vt eximio virtutum suarum splendore posteritati omni, nedum suis prælucerent, iterq; certissimum ad veram solidamq; laudem ostenderent. Tu igitur ex his (Dux Serenissime) virtutes omnes, quibus mirifice fulges, liberalitatem in primis, beneficentiam, & de omnibus deniq; benemerendi studium, tanquam gentili fonte, sic iure tuo exhausisti, vt, quod tibi cum illis commune erat, proprium omnino feceris. Hinc est, vt nemo te constantius doctos viros (cæteros prætermitto) maiore studio, humanitate, beneuolentia, atq; etiam liberalitate amet, foueat, & prosequatur. Hæc ego non ab aliis accepta refero, sed re ipsa expertus nota omnibus, & vulgata esse cupio. Tu n. Commentarios meos de auibus ad te honoris causa anno superiore missos, non modo Bibliotheca illa tua, cuiuscunq; professionis libris instructissima, non indignos existimasti; sed me ipsum quoq; summa liberalitate es prosecutus. Vt ergo aliquod grati animi testimonium, ac pignus Celsitudini tuæ in hoc meo senio exhiberem, volumen hocce de Insectis nunc do, dicoq;, vt Patrono meo clementissimo, atq; munificentissimo. Vale Princeps optime, & Nestoris annos tibi, & bonis omnibus feliciter viue.

AD

AD LECTOREM.

INTER omnes philosophiæ naturalis partes, candide lector, quarum cognitio difficilis, contemplatio laboriosa, naturaque recondita est, eam ego difficillimam offendi, quæ circa Insecta versatur, idq; vel maxime ob notabilem ac admirandam eorum paruitatem, adeo vt ἄτομα potius quam ἄτομα quædam, quin pleraq; recte dixeris. Eaq; ratio est, cur nulli hactenus (quod sciam) de iis quicquam memorabile memoriæ prodiderunt. Solus enim Aristoteles ex Græcis nonnulla quidem scitu digna de iis reliquit, plura ex Latinis Plinius, qui ea ex veterum cum Græcorum, tum Latinorum monumentis, quæ nunc à nobis desiderantur, in suum opus naturale sparsim congessit; sed ita mutila, ita deprauata, vt semper sit, qui ea emendare & pristinæ integritati restituere laboret: ita concise & breuiter conscripta, vt eorum obscuritas plurimos fallat; quæ eo etiam maior est, quo res ipsa minus cognoscitur, ob loci distantiam, in quo nascitur, aut corporis exiguitatem. Audio & quosdam nostri æui viros aliquid in hac opera conatos fuisse, sed eorum conatus nondum videre mihi contigit. Haud satis tamen laudare eos possum, quod in re tam ardua perueſtiganda operam ac tempus impenderint. Sin suas lucubrationes in lucem prodire noluerint, quo minus alios iuuent, & mihi non exiguam laborum horum partem subleuent, summopere doleo. Quales autem & quanti hi labores sint, tu velim, candide lector, iudices. Cum autem mecum reputo, quot dies iis impenderim, quos sumptus fecerim, mirari subit, quo modo tot animalcula inuenire, examinare, describere potuerim. Equidem illorum inueniendorum causa, in suburbium, non ad recreandum animum (vt plerique faciunt) totis æstiuis ac autumnalibus mensibus, me conferebam; vbi rusticos & prece & pretio excitabam, vt, si quid per agros, sub terra, in aquis Insectorum siue volatilium siue reptilium inuenirent, ad me deferrent: Si quid portabatur nomen, naturam, locumq; vbi cepissent, inquirebam, ac sæpe etiam ipse vna cum amanuensibus & pictore, cum ob continua studia fessi essemus, per vineta, agros, paludes, montesq; expatiabar: pictor secum penicillum, amanuenses pugillares & stylum ferebant; ille, si quid caperemus pictu dignum, pingebat, illi quod notatu erat dignum me dictante notabant; atque hoc modo tam variam Insectorum suppellectilem nancisci contigit. Verum, si eiuscemodi meos labores ceu nimiam curiositatem quis redarguat, is magnopere fallitur: siquidem quæ ad nos non pertinent, scire & indagare velle curiositatis vitium est, sed hæc ad nos pertinent maxime: sin imperfectos esse contendat, quia nemo vnquam eiuscemodi animalcula, ob infinitas eorum species obseruare queat, eum ego obnixe rogabo, vt quæ à me derelicta sunt, eadem animi erga studiosos propensione, eademque voluntate ac voluptate, addat. Spero interim, quin certo mihi persuadeo, & iucundum fore legentibus hocce meum opus, & non inutile: iucundum autem, cum in tantillis bestiolis, tam varios colores, constitutionemque corporis omnibus numeris absolutissimam, robur item atque virtutes plurima laude dignas, sit conspicere. Tanta autem nonnullis colorum diuersitas, vt ne Apelles, aliusue præstantissimus pictor eos æmuletur. Robore & animi & corporis cæteris bestiis, præfertur Leo, eum vel minimus Culex in Mesopotamia vincit, & cum Aquila auium regina Scarabæus congredi non timet. Apes vero & Formicæ, vt infinita alia prætеream, arte, ac prudentia cætera animantia, & ipsos etiam homines superant. Quæ omnia vt iucundissimum est contemplari, ita quoque ab eisdem ad labores, prudentiamque adhortari, & plurima remedia aduersus quam multos morbos hinc haurire, aliaque ad humanos vsus necessaria, vt ab Ape mel & ceram, ab Erucis holosericum, ab aliis alia, vtilitati summæ adscribendum est: quæ qualis quantaque sit, tu lector candidissime, iudica, & vale.

EGo Fr. Daniel Mallonius ſac. Feſulanæ Cong. S. Hieronymi, Theologiæ profeſſor publicus atque pro Archiepiſcopali Cur. Bononien. Reuiſor deputatus, opus Excellentiſſimi atq; inter præcipuos noſtræ ætatis Philoſophos eminentißimi Vlyſſis Aldrouandi, quod de animalium Inſectorum hiſtoria inſcribitur, admirabili eruditione conſcriptum, diligenter legi, & quod nihil contra ſanctæ fidei dogmata vel probatos mores, vel ſac. Indicis regulas contineret, vt typis mandaretur probaui.

Idem qui ſupra Fr. Daniel Mallonius.

EGo Fr. Aloyſius Feſta Vrceanus in Conuentu S. Dominici de Bononia Baccalaureus, & Sanctiſſimæ Inquiſitionis Vicarius, hoc opus de Animalium Inſectorum hiſtoria inſcriptum, atque per illuſtrem admodum, eruditißimumq; virum D. Vlyſſem Aldrouandum Philoſophum ſuæ tempeſtatis celeberrimum, compilatum, diligenter perlegi, cum nihil in eo quod fidem, bonos mores, ſeu Catholicos Principes lædat, animaduerterim, quinimo opus & doctrinæ ſubtilitate, & ſtyli nitore, & rerum, quæ in eo tractantur, copia, & varietate adeo inſigne compererim; vt ne dum Philoſophis, verum & Theologis quam vtile futurum iudicauerim, ideo facultatem, vt imprimatur, concedo.

Ita eſt ego Fr. Aloyſius qui ſupra.

- Insecta sunt animalia parua habentia incisuras, seu annulos, vnde & annulosa dicũtur Alberto. Horum alia vel sunt
  - Terrestria. Quorũ alia
    - Pedes habent. Quorum rursus alia sunt vel
      - Alata, alas habentia.
        - Detectas anelitra dicta.
          - Quatuor
            - Membranaceas. Quorum alia sunt
              - Fauifica
                - Apis
                - Fucus
                - Fur
                - Vespa
                - Crabro.
                - Domestica
                - Sylueſtris
              - Nõ Fauifica
                - Cicada
                - Orsodaena
                - Perla
                - Cimex Syuestris
            - Farinaceas
              - Vt Papilio
                - Vulgaris
                - Lucernarius
                - Aliiq;
          - Binas
            - Muscarum genera
            - Tabanus
            - Culex
            - Ephemerum
        - Opertas, quę Coleoptera, seu vaginipennia vocantur, vt
          - Locusta
          - Gryllus
          - Scarabæus
          - Cantharis
          - Ips
          - Buprestis
          - Coccoius
          - Cicindela
          - Blatta
      - Aptera, siue alis carentia, quorum alii dicuntur
        - Paucipeda, habentq; pedes vel
          - Sex, vt
            - Formica
            - Cimex
            - Pediculus
            - Ricinus
            - Pulex
            - Lens, Cossus
            - Forbicina
            - Talpa
          - Octo
            - Scorpio
            - Araneus
          - Duodecim,
            - Geometra
          - Quatuordecim
            - Eruca.
        - Multipeda
          - Millepeda, siue Centipeda.
          - Onisicus siue Asellus
          - Scolopendra terrestris
          - Iulus
    - Pedibus carent, vt
      - Vermes nascentes, vel in
        - Hominibus
        - Animalibus aliis
        - Plantis
        - Lapidibus
        - Metallis
      - Teredo
      - Lumbricus terrestris
      - Tinea
      - Orips
      - Limax
  - Aquatica. Atque hæc quoque sunt vel
    - Pedata nempe
      - Paucipeda, vt
        - Musca fluuiatialis
        - Cantharis aquatica
        - Viola aquatica.
        - Tipula
          - Alata.
          - Aptera.
        - Ligniperda, siue Phryganium
      - Multipeda, vt
        - Scrophula siue Tinea.
        - Pulex marinus.
        - Pediculus marinus.
        - Oestrus siue asilus marinus.
        - Scolopendra marina.
        - Vermes in tubulis delitescentes.
    - Apoda, vt
      - Vermis Indicus
      - Vermis Martii mensis
      - Seta aquatica
      - Hirudo
        - Paludosa
        - Marina
      - Lumbricus Marinus
      - Intestinum aquaticum
      - Vermis macrorinchoteros
      - Vermis microrinchoteros
      - Hippocampus
      - Vua marina
      - Stellæ marinæ

CATALOGVS AVTHORVM, QVIBVS IN HOC OPERE DE INSECTIS VSVS SVM.

A.

ABenzuar.
Abrahamus Ortelius.
Achilles Buchius.
Acron.
Actuarius.
Adagiorum author.
Adrianus Iunius.
Adrianus Turnebus.
Aelianus.
Aelius Lampridius.
Aelius Iulius Crotta.
Aemilius Macer.
Aemilius Probus.
Aeneas Philosophus Platonicus.
Aeneas Syluius.
Aeschylus.
Aesopus.
Aetius.
Alanus poeta moralis.
Albertus.
Albucasis.
Aldus Manutius.
Alexander ab Alexandro.
Alexander Benedictus Veronen.
Alexander Trallianus.
Alexis Pedemontanus.
Aloysius Cadamustus.
Aloysius Lipomanus Veron.
Aloysius Mundella.
Alphonsus Tostatus.
Alfaharauius.
Alumnus Ferrariensis.
Amalarius Fortunatus Episcopus Treuirensis.
Amatus Lusitanus.
Ambrosius.
Ambrosius Calepinus.
Ambrosius Leo Nolanus.
Ambrosius Paræus.
Ammianus Marcellinus.
Ammonius.
Anacreon.
Andreas Alciatus.
Andreas Baccius.
Andreas Cæsalpinus.
Andreas Dactius.
Andreas Dinus Iustinopolitanus.
Andreas Libauius.
Andreas Marachius.
Andreas Matthiolus.
Andreas Placus.
Andreas Theuetus.
Andreas Tiraquellus.
Angelus Politianus.
Antidotarium Augustanum.
Antigonus.
Antonius Liberalis.
Antonius Beniuenius.
Antonius Guainerius.
Antonius Mizaldus.
Antonius Musa Brasauolus.
S.Antonius Patauinus.
Antonius Picentinus.
Anutius Fœsius.
Aphthonius Sophista.
Apuleus.
Aratus.
Archelaus.
Aretæus Cappadox.
Aristophanes.
Aristoteles.
Arnobius.
Arnoldus de Villanoua.
Arrianus.
Arrianus Epictetus.
Arthemidorus.
Ascanius Martinengus.
Asconius Pedianus.
Athanasius.
Athenæus.
Auenzuar.
Auerroes.
Auicenna.
D.Augustinus.
Augustinus Gallus.
Augustinus Niphus.
Aulus Gellius.
Ausonius.
Author de natura rerum.
Author thesauri linguæ Græcæ.

B.

BAldm Angelus Abbatius.
Baptista Egnatius.
Baptista Fiera.
Baptista Mantuanus.
Bartholomæus Anglicus.
Bartholomæus Montagnana.
Basilius Magnus.
Beda.
Benedictus Curtius.
S.Bernardus.
Bernardinus Gomesius.
Berosus.
Biblia sacra.
Bonardus.
Bonfinius.
Brocardus Teutonicus.
Brodæus.
Budæus.

C.

CÆlius Aurelianus.
Cælius Calcagninus.
Cælius Pannonius.
Cælius Rhodoginus.
Cælius Secundus Curio.
Cæsar Baronius Cardinalis.
Q.Calaber.
Callimachus.
Calphurnius.
Caluus.
Capitolinus.
Carolus Clusius.
Carolus Ruinus Senator Bonon.
Carolus Sigonius.
Carolus Stephanus.
Cassiodorus.
Cato.
Catullus.
Christianus Adrichomius Delphensis.
D.Chrysostomus.
Cicero.
Claudianus.
Clemens Alexandrinus.
Cleopatra.
Columella.
Constantinus Africanus.
Constantinus Cæsar.
Constantinus Landus.
Cornelius Celsus.
Cornelius Fronto.
Cornelius Gemma.
Cornelius Iansenius.
Cornelius Nepos.
Cornelius Tacitus.
Corrippus.
Cortesius.
Cranzius.
Crispinus.
Q.Curtius.
Cuspianus.
Cyrillus.

D.

DEmocritus.
Demosthenes.
Desiderius Iacotius.
Dictionarium Bohemicum.
Diodorus Siculus.
Diogenes Laertius.
Diogenianus.
Dion Cassius.
Dion Chrysostomus.
Dionysius Corronius.
Dionysius Lambinus.
Dioscorides.
Dominicus Leonus.
Domitius Calderinus.

E.

EDuardus Wottonus.
Eliota Anglus.
Ennius.
Epigrammata Græca.
Epiphanius.
Erotianus.
Etymologus.
Eucherius.
Euripides.
Eustathius.
Euodius Vzalensis.
Eutropius.

F.

FAbius Columna.
Ferdinandus Bonzettus Card.
Ferrantes Imperatus Neapol.
Festus Pompeius.
Flauius Iosephus.
Flauius Vopiscus.
Florentinus.
Franciscus Giorgius Venetus.
Franciscus Lopez.
Franciscus Massarius.

Franciscus

Catalogus Authorum.

Franciſcus Petrarcha.
Franciſcus Picolominæus.
Franciſcus Roſerius.
Franciſcus Sanſouinus.
Franciſcus Santius Brocenſis.
Franciſcus Valeriola.
Franciſcus Nauſea.
Fulgentius.

G.

Gabria fabulæ.
Gabriel Fallopius.
Gabriel Humelbergius.
Galenus.
Gariopontus.
Garzias Lopius.
Gaſparus Balbius.
Gaſparus Sirblinus.
Gaudentius Merula.
Gentilis.
Georgius Agricola.
Georgius Berſmannus.
Georgius Cedrenus.
Georgius Pachymerus.
Georgius Philander Caſtilionius.
Georgius Pictorius.
Georgius Presbyter.
Georgius Reiſchius.
Georgius Valla.
Georgius Venetus Minoritanus.
Gilbertus.
Gloſſa magna.
Gloſſarium Benedicti Abbatis.
Gloſſarium vtrumq;.
Gonzaluus Ouiedus.
Gordonius.
Gorrhæus.
S.Gregorius Papa.
Gregorius Turonenſis.
Gulielmus Canterus.
Gulielmus Pantinus.
Gulielmus Rondeletius.

H.

Hali Abbas.
Herculus Schoffanus.
Hermolaus Barberus.
Herodotus.
Heſychius.
D.Hieronymus.
Hieronymus Cardanus.
Hieronymus Gabucinus.
Hieronymus Mercurialis.
Hieronymus Montuus.
Hieronymus Vida.
Hieronymus Vielmius Venetus.
Hippocrates.
Hiſtoria plantarum.
Homerus.
Honorii chronicon.
Horatius poeta.
Horatius Tuſcanellus.
Hubertus Golzius.

I.

Iacobus Dalecampius.
Iacobus Billius.
Iacobus Greuinus.
Iacobus Hollerius.
Iacobus Meyer.
Iacobus Sanazarius.
Iacobus Syluius.
Iacobus Vitriacus.
Iacotius.
Ianus Damaſcenus.
Ianus Gruterus.
Incogniitus in Pſalmos.
Ioachimus Camerarius iunior.
Ioachimus Forzius.
Iodocus Badius Aſcenſius.
Ioannes Anglicus.
Ioan.Argenterius.
Ioan.Baptiſta Folengius.
Ioan.Bapt.Montanus.
Ioan.Bapt.Pius Bonon.
Ioan.Bapt.Porta Neapol.
Ioannes Bauerius.
Ioan.Bruyerinus Campegius.
Ioannes Boterus.
Ioannes Britannicus.
Ioan.Chryſoſt.Stancus.
Ioan.Coſtæus Laudenſis.
Ioan.Cremonenſis.
Ioan.Fernelius Ambianus.
Ioan.Goropius Becanus.
Ioan.Guinterius Andarnacus.
Ioan.Iacobus Weckerus.
Ioan.Leo Africanus.
Ioan.Monardus.
Ioan.Meurſius.
Ioan.de Mondauilla.
Ioan.Moibanus.
Ioan.Rauiſius Textor.
Ioan.Ruellius.
Ioan.Serapio.
Ioan.Stobæus.
Ioan.Tzetzes.
Ioan.Verzanus.
Ioan.de Vigo.
Ioan.Villanus.
Ioan.Vrſinus.
Ioſephus Acoſta Ieſuita.
Ioſephus Scaliger.
Iouianus Pontanus.
Irenæus.
Iſaac.
Iſidorus Hiſpalenſis.
Iſidorus Peluſiota.
Iſychius.
Iulius Caſſerius Placentin.
Iulius Cæſar Scaliger.
Iulius Pollux.
Iulius Pomponius.
Iuſtus Lipſius.
Iuuenalis.

K.

Kiranides.

L.

Lactantius Firmianus.
Lactantius in Statium.
Lampridius.
Laurentius Ioubertus.
Laurentius Renatus de Labarres.
Laurentius Surius.
Leo Baptiſta Albertus.
Leonardus Iacchinus.
Leonardus Thurneiſerus.
Leuinus Lemmius.
Lexicon vetus.
Lexicon vulgare.
Leonicerus.
Linius Gregorius Gyraldus.
Liuius.
Lodouicus Arioſtus.
Lodouicus Duretus.
Lodouicus Mercatus.
Lucanus.
Lucianus.
Lucilius.
Lucretius.
Lycophron.
Lycoſthenes.

M.

Macrobius.
Manilius in Virgilium.
Manilius poeta.
Marcellus Donatus.
Marcellus Virgilius.
Marcellinus.
Marcus Marulus Palatenſis.
Marianus Victorius.
Marſilius Cagnatus.
Marſilius Ficinus.
Martianus Capella.
Marcianus Iuriſconſultus
Marullus.
Mathias Lobelius.
Meſue.
Michael Toxites.
Monachi in Meſuem.
Michael Sauanarola.
M.Ant.Muretus.
Mycillus.

N.

Nauigationes in Indiam.
Nemeſianus.
Nicander.
Nic.phorus Calliſtus.
Nicolaus Alexandrinus.
Nicolaus Leonicus.
Nicolaus Lyranus.
Nicolaus Mirepſus.
Nicolaus à Nicolais.
Nicolaus Marcellus.
Nicolaus Perottus.
Nonius Marcellus.

O.

Olaus Magnus.
Oppianus.
Oribaſius.
Origenes.
Orus Apollo.
Ouidius.

P.

Palladius.
Paulinus.
Paulus Aegineta,
Paulus Diaconus.
Paulus Iouius.
Paulus Morigia.
Paulus Marſus Picenas.
Paulus Oroſius.
Pauſanias.
Petronius Arbiter.
Petrus Alcyonius.
Pet.Angelus Bargæus.
Petrus Aponenſis Conciliator.
Petrus Bellonius.
Petrus Berchorius.
Petrus Greſcentienſis.
Petrus Crinitus.
Petrus Gyllius.
Petrus Gregor.Tholoſanus.
Petrus Martyr.
Petrus Nellus.
Petrus Pena.
Petrus Razanus.
Petrus Victorius.
Philalthæus.
Philes.
Philippus Beroaldus.
Philon Iudæus.
Philoſtratus.
Phocylides.
Pierius Valerianus.
Pindarus.
Platina.
Plato.
Plinius.
Plotinus.
Plutarchus.
Polybius.
Polydorus Virgilius.

Pompeius

Catalogus Authorum.

Pompeius Vizanius.
Pomponius Mela.
Pontanus.
Porphyrion.
Priſcianus.
Probus Grammaticus.
Procopius.
Propertius.
Proſper Alpinus.
Prudentius.
Pſellus.
Ptolomæus.

Q.

Quinquarboreus.

R.

RAſes.
Rembertus Dodonæus.
Robertus Conſtantinus.
Rodoricus Flauiacenſis.
Roſa Angelica.
Rodulphus Flauiacenſis.
Rufus Epheſius.

S.

SAbellicus.
Santes Ardouinus.
Santes Pagninus.
Sauonorola.
Scapula.
Schenkii obſeruationes.
Scholiaſtes Ariſtophanis.
Scholiaſtes Nicandri.
Scholiaſtes Theocriti.
Scribonius Largus.
Sebaſtianus Eritius.
Seneca Philoſophus.
Seneca Tragœdus.
Seruius in Virgilium.
Sextus Empyricus.
Sextus Philoſophus.
Sidonius.
Sigibertus.
Simon Maiolus Epiſcopus.
Simonides.
Solinus.
Sophocles.
Sozomenes.
Statius.
Stephanus Aquæus.
Stephanus Bizantius.
Strabo.
Suetonius.
Suidas.
Syluaticus.

T.

TArdiuus.
Tertullianus.
Thucidides.
Theodorus.
Theodoretus Gaza.
Theophraſtus.
Theophraſtus Paracelſus.
Theophilactus.
Theophylus.
Theophylus Zimara.
Thomas Aquinas.
Thomas Bozius Eugubinus.
Tibullus.
Torquatus Taſſus.
Trotula.
Turnus Auruncus.

V.

VAlerius Maximus.
Valfridus Maximus.
Varrinus.
Varro.
Vegetius.
Verrius Flaccus.
Veterinariæ authores.
Victor Trincauellius.
Vidus Vidius.
Vincentius Belleuacenſis.
Virgilius.
Vitalis.
Vitruuius.
Vlpianus.
Volaterranus.
Volcherus Coiterus.

X.

Xenodotus.

Z.

ZAcharias Calliergus.
Zoographus.

VLYSSIS

VLYSSIS ALDROVANDI PHILOSOPHI ET MEDICI BONONIENSIS,

IN

HISTORIAM DE INSECTIS PROLEGOMENA:

IN QVIBVS AGITVR DE Insectis in genere.

PROOEMIVM.

DE quinquè exanguium animalium generibus ab Aristotele recensitis; nimirum Testaceis siue Conchilijs, Crustaceis; Malachijs siue Mollibus, Zoophytis; necnon Insectis quanquam multa suo quoque tempore (si vita, ac facultas dabitur) promulganda conscripserim; singulaque iconibus domi meæ illustrauerim: placuit tamen hasce de Insectis (quæ primum potissimumque, atque amplissimum inter cætera exanguia genus sunt; & plures quoque quàm illa species complectuntur) lucubrationes præuertere, tum quia istiusmodi animalcula per se ipsa cæretis aliis exanguibus præstent; sicut fusè admodum oratione, si tempus, & locus permitterent; efficacissimisque argumentis possem demonstrare; tum vero maxime, quia grauissimi quidam, atque illustrissimo loco nati Viri me ad hoc opus edendum sero exhortati sint, tum denique quia nemo (ni fallor) de Insectis hisce exactè pertractatit hactenus, fortè quoniam ob corporis sui exiguitatem contemptui habeantur à vulgo, quod plerunque res ipsas leuiter, nisi ruditer potius dicas, contemplatur, non autem causas examinat earum, aut effectus: cum alias in minimis hisce, ac tantillis animalculis Deus immortalis, huiusq; administra natura longe maiora collocasse videantur miracula, quàm in euormibus aliis animalibus, vt vel sic videatur ostendisse non molis quãtitate, sed virtutis amplitudine res ipsas dimetiri oportere. Exemplo sint nobis gemmę minimum lapidũ genus, quas saxis preferendas ob incredibilem virtutem eadem natura instituit: exiguas autem esse voluit; saxorum interim montibus altitudine cœlum attingentibus, nullius aut modicæ virtutis vim habere iussit. Eodem pariter modo si bouem ingentis molis quadrupedem, eundemque admodum laboriosum, & qui arando hominibus alioqui victum suppeditat, exiguæ compares Apiculæ, asinumque Formicæ (examinatis prius omnium naturæ dotibus) has omnino videbis minutissimorum horum animalculorum longe præferendas esse iis, quæ prægrandibus illis bestiis inexistunt. Ad cuius rei corroborationem optime spectant, quæ *a* Plinius clarissimus naturalis historiæ scriptor circa Insectorum laudem memoriæ prodidit his verbis: In magnis siquidem corporibus, aut certe maioribus, facilis officina sequaci materia fuit. In his tam paruis, atque tam nullis, quæ ratio, quanta vis, quam inextricabilis perfectio? Vbi tot sensus collocauit in Culice? & sunt alia dictu minora. Sed vbi visum in eo prærendit? vbi gustatũ applicauit? vbi odoratum inseruit? vbi vero truculentam illam, & portione maximam vocem ingenerauit? qua subtilitate pennas adnexuit? prælongauit pedum crura? disposuit ieiunam caueam vtl aluum? auidam sanguinis, & potissimum humani sitim accendit? Telum vero perfodiendo tergori, quo spiculauit ingenio? Atq; vt in capaci, cum cerni non possit exilitas, ita reciproca geminauit arte, vt fodiendo acuminatum pariter, sorbendoque fistulosum esset. Quos Teredini ad perforandà robora cum sono teste dentes affixit? Potissimumque è ligno cibatum fecit? Sed turrigeros Elephantorum mitamur humeros, taurorumq; colla, & truces in sublime iactus, Tigrium rapinas, Leónum iubas; cum rerum natura nusquam magis quam in minimis tota sit, Quapropter quæso, ne hæc legentes, quoniam ex his spernunt multa, etiam relata fastidio damnent, cum in contemplatione naturæ nihil possit videri superuacuũ. Hucusque ille, qui *b* & alibi scripturus de remediis, quæ à diuersis animalibus accipiuntur: neq; enim dubitauerim, inquit, aliquibus fastidio futura quæ dicentur animalia. At non Virgilio fuit nominare Formicas nulla necessitate, & Curculiones, ac lucifugis congesta cubilia Blattis, non Homero inter prælia Deorum improbitatem Muscę describere: nõ naturæ gignere ista, cum gignat hominem. Proinde causas quisque, & effectus, non res æstimet Homerus autem mirum est quot hinc similitudines hauriat; quin obseruari in eo iubet. Eustathius interpres eius acutissimus grauitatem poetæ, qui ab hisce minutissimis animalculis petitis comparationibus suos elegantissime exornet heroes, non paruitatem in iis considerans; sed peculiarem in quocunque naturam; vt audaciam in Muscis; animositatem, fortitudinemque in Vespis, in Apibus prudentiam. Diuus pariter *c* Augustinus de Insectorum creatione loquens, non minoris faciendam hanc innuit, quam vel maximorum quorumcunque animalium, iuquiens: Quorum omnium non possumus recte dicere Deum non esse creatorem, Inest enim omnibus quoddam naturæ generis decus, sicut in his sit admiratio bene considerantis, & laus vberior omnipotentis artificis, qui omnia in sapientia fecit, qui à fine vsque ad finem pertendens; & suauiter cuncta disponens, nec eà ipsa rerum nouissima, quæ pro sui generis ordine dissoluuntur, & quorum dissolutionem ex pœna nostræ mortalitatis horremus, reliquit informia; sed crear minima corpore, acuta sensu animantia, vt maiore attentione stupeamus agilitatem Muscæ volantis, quam magnitudinem lumendi gra dientis, ampliusque miremur opera Formicarum; quam opera Camelorum. Quæ cùm ita sint, fit profecto, vt dum nos [illegible] modi Insecta contemplamur; in magnitudinem misericordiæ Dei [illegible] igamur, quæ vel Vermibus tantam vim, vel ingenium, [illegible] vtilitatem indiderit. Quamobrem nullum adeo exiguum [illegible] est, in quo Dei non eluceat sapientia. Nam vt exempli iure [illegible] sa de Musca loquamur: in illa plus Dei micat sapientiã, quam in ipso fulgentissimo Sole. Hoc enim quam maxime admirandum est, Muscam mortalem, vel ab ipsa productam putredine, præferendam in sapientia Dei conditoris eius Soli, per quem omnia suo ordine fouentur, augentur, ac naturali calore conseruantur; aut per prolem, aut per successionem aliis modis faciendam. Muscam verò Soli anteponi non ex nostra sententia, sed D. Augustini proferimus. Sic enim *d* ille: Si forte quis à me quærat, num etiam Muscæ animam huic Solis luci præstare censerem; respondẽ-

Cur inter alia exanguia, Insecta præferat author.

a *Li. 11. c. 2.*

In Culice mirãda naturæ opera

b *Li. 29, c. 1.*

c *Lib. 3. de Genesi.*

d *Li. de [illegible] but anim. 1. cap. 4.*

Teredo.

,, rem, etiam: nec me terreret Muſca, quòd parua eſt, ſed quod viua A
,, firmaret Quæritur enim, quid illa membra tam exigua vegeter,
,, quid huc atque illuc pro naturali appetitu tantillum corpuſculũ
,, ducat, quid currentes pedes in uumerum moueat, quid volan-
,, tis pennulas moderetur & vibret? Quòd qualecunque eſt benè
,, conſiderantibus, iu tam paruo tam magnum eminet, vt cuius
,, fulgori perſtringenti oculos præferatur. Certe quod nemo du-
,, bitat, quicquid intelligibile eſt omni ſenſibili, & ob hoc huic e-
riam luci diuinis legibus antecellit. Sic ille. Propterea non minus
Muſcæ creator fuerit Deus, quàm hominis, quin nec minus, quam
Angelorum: quin etiam tanta foret hæreſis Muſcam negare cum
Manichæis Dei creaturam eſſe; vt ſit neceſſe concludere, ſi à Deo
Muſca creata non eſt, & hominem quoq; à Deo creatum non vi-
deri, quod impium, & ſupra omnia nefandiſſimum eſt. Scribit e-
nim idem D. *e* Auguſtinus. Cum neſcio quis tœdium patiebatur
à Muſcis, inuenit illum Manichæus tœdio affectum, & cum dice-
,, ret, ſe non poſſe pati Muſcas, & odiſſe vehementer illas; non au-
,, ſus eſt dicere, Deus illas non fecit: erat autem catholicus: ille ſta-
,, tim ſubiecit: Si Deus illas non fecit, quis illas fecit? Planè ait il-
,, le, ego credo, qnia diabolus fecit Muſcas. Et ille ſtatim. Si Muſ-
,, cas diabolus fecit, ſicut re video confiteri, Apem quis fecit, quæ
,, paulò amplior eſt Muſca? Non auſus eſt ille dicere, quia Deus
,, fecit Apem, & Muſcam non fecit, quia res erat proxima. Ab A-
,, pe duxit ad Locuſtam, à Locuſta ad Lacertam, à Lacerta ad A-
,, uem, ab Aue duxit ad pecus; indé ad Bouem, inde ad Elephan-
,, tem, poſtremò ad hominem, & perſuaſit homini, quia non à
,, Deo factus eſt homo. Ita ille miſer, cum tœdium paſſus eſt à Mu-
,, ſca, Muſca factus eſt, quem diabolus poſſideret. Emicat ergo
Dei ſapientia etiam in minimis hiſce animalculis, quæ cur ab ipſo
ſint genita, rationem putat Hieronymus Cardanus, ornatum
quendam vniuerſi. Et reuera ſunt inter illa quamplurima, in qui-
bus pœnè nullum non coloris genus conſpicere licet, adeo vt do-
ctiſſimum ſæpe Philoſophum requirant qui exacte colorum di-
uerſitatem diſcernat, & deſcribat; pictoremque diligentiſſimum,
qui ſingula membra tantillis in corpuſculis tantopere maculatis
depingat, ſpectatoribuſque ob oculos proponat Atqui quæſo eſt,
vel Philoſophus, qui deſcribere omnia in Papilione, qui obſecro
pictor, qui delineare ſeſe poſſe profiteri audeat? Bouem quis non
poſſit: quis Pulicem? quis Muſcam exacte? quis Erucas, Cantha-
rides, Curculiones? Plurima enim Inſectorum genera, haud alter
ac in Pauone pulcherrimo alite obſeruamus, Soli obuerſa nunc
hunc, nunc illum colorem effundunt. Nam qui antea æreus vide-
batur, mox inclinantibus ſe paululum illis, aureus conſpicitur, &
rurſum qui ad Solem cæruleus apparebat, ſi ſub vmbra transfera-
tur, viridis videtur, adeo ad luminis viciſſitudinem variatur. Quod
præcipue innuit Lucianus exemplo Muſcæ, inter cuius encomia
hoc quoque recenſet, hanc, ſi quis intentius in eam oculos defi-
gat, cum expanſis ad Solem alis ſeſe verberat, Pauonum inſtar va-
riegatam eſſe: De Vtilitate, quam nobis præbent Inſecta, non eſt,
quod hic agam, quando in propriis ſingulorum capitibus abunde
de ea ſimus locuturi, quanquam etiam multa ſint, quæ ad homi-
nis peccata punienda quodammodo facta videantur, adeo vt non
remediis tantum adhibitis, verumetiam exorciſmis publicis fu-
gentur, maxime quæ multitudine ſua fruges, herbas, fructuſque
abſumunt.

e *Tract. 1. ſuper Ioann.*

Inſectorũ pulchritudo.

Muſca vt colorẽ mutet.

INSECTVM QVID. SYNONYMA.

INſecta autem voco cum ex Plinii, tum Ariſtotelis placitis, ea à-
nimalia exanguia, quæ (vt nomen ipſum declarat) inciſuras par-
teſui, vel ſupina, vel prona; vel etiam vtraque poſſident; nec oſſe-
um quicquam diſcretum, aut carneum, ſed quiddam inter hæc i-
pſa medium continent: quippe quæ corpore pariter intus foriſque
duro conſtent, ſicut latius poſtmodum patebit, vbi de eorum for-
ma, differentiiſque agemus. Ariſtoteles ἔντομα vocat, Gaza Plini-
um ſecutus Iuſecta, (quo homine nos quoq; fere ſemper vtemur)
nonnunquam etiam rugoſa, Albertus annuloſa. Inſecta dicuntur
,, ab inciſuris, quæ nunc ceruicum loco (*a* Plinii verba ſunt) nunc
,, pectorum, atque alui procincta (*b* Adrianus Iunius legit procin-
,, ctu ex vetuſtiſſimi antigraphi fide, vt idem ſit quod διάζωμα) ſe-
parant membra tenui modo fiſtula cohærentia. Vocantur itaque
ab inciſura, ac lineari quadam diuiſura, qua ſunt inſignita, & com-
miſſura. Annuloſa autem quoniam corpora eorum per quoſdam
annulos formata eſſe videantur, & diſtincta. ערב Arob Hebraica
dictio apud Hebræos non eſt vocabulum inſectorum generi om-
ni, & ſoli proprie ſignificando deputatum, verum quandoque ſu-
mitur pro animalium, aut beſtiarum, aut ferarum diuerſi generis
mixtione, quandoque pro Inſectis teſte D. Hieronymo, item pro
Muſca venenoſa. Italis ſeruato pene vocabulo Latino Inſetti di-
cuntur, Hiſpanis animales Cennidos, Germanis Vngeziffer, Vn-
ziuer; Bohemicè Romari, Mravvency, Zuzalii, Czervvijckovve,
vrlegitur in Dictionario Bohemico. Cæterarum gentium Syno-
nyma, quæ iu Calepino nouiſſimè edito leguntur, non Inſe-
ctis proprie, ſed exanguibus omnibus conueniunt;
quamobrem hic ea non pono.

D

E

Ἔντομα Inſecta. Rugoſa.

a *Li. 11. c. 1.*

b *In Nomenclat.*

Cur dicantur annuloſa.

Arob quid Hebræis.

ANIMALIA ESSE PERFECTA.

INSECTA animalia eſſe perfecta, vel inde præ cæteris manifeſtum eſſe puto, quoniam ex mixtis imperfectis nulla ſint animata. Talia enim ſola meteora vocantur, vt ſunt fumi, vapores, nubes, pluuia, nix, grando, cometæ, & huiuſmodi cæleſtes vocaræ impreſſiones. Hæc enim Phyſicis mixta imperfecta vocari ſolent, quæ non viuunt, tametſi ex iis aliquando animalia prodeant, ab aere cadentia, vt Ranæ, Buſones, Aranei, Locuſtæ, Erucæ. Dicentur vero etiam inſecta reliqua exanguia imperfecta καταχρηστικῶς, aliis ſcilicet comparata animalibus perfectis, ſanguineis, quod minorem habeant partium diſtinctionem & varietatem, multisque videantur carere inſtrumentis corporis. Sed reuera nullum Inſectorum imperfectum eſt, ſicuti neque aliud quoduis animal, quod ſit naturæ ſuæ congruas partes ſortitum, ne ζωόφυτον quidem omnium viliſſimum. Etenim ſi horum naturam non eſſe abſolutam dixeris, licet ſua conſtent anima: cedo quid ad illorum abſolutionem amplius deſideras? Dices, viſcus ſaltem aliquod, quod nutritioni præſit, & cor ad vitam neceſſarium, & neruos ad ſenſum. Atqui Inſecta, & cætera exanguia ſatis viuunt, & aluntur quanquam multis ex iis inſtrumentis deſtituantur: & certiſſimum eſt, & ipſa veritate verius, naturam in neceſſariis nunquam ſibi deeſſe. Si itaque iſta iuſtum locum haberet exprobratio, non modo plantanimalia, Zoophyta, atque etiam Inſecta noſtra omnia dicerentur ἡμιτελῆ, vel ἀτελέωτα, verum etiam piſces pedibus carentes, & maxima eorum pars pulmonibus deſtituta. Amphibia his minus imperfecta dicentur, ſi cum aliis conferantur, quibus maior ineſt partium numerus. Omnia erunt denique ad hominẽ relata, imperfecta, præter Simiam, quod manibus careat, & ſimiæ rurſum, quid deſit ad humani corporis perfectionem, norunt in vtriuſque corporis anatomia exercitati. Verumenimuero de imperfectis animalibus, non ſic eſt ſtatuendum, quin omnia dici merentur abſoluta, quæcunque ſunt vitæ ſuæ neceſſariis partibus donata. Veriſſimum eſt varias eſſe animæ dotes, nec eas omnes omnibus animantibus communes, non tamen idcirco recte dicendum perfecti appellationem omnibus animantibus conuenire non poſſe. Etenim non ſolum variæ ſunt animæ dotes, ſed variæ quoque animatorum ipſorum animæ. Hoc enim nemini non in confeſſo eſt, differentem eſſe non indiuiduo tantum, ſeu numero (vt dialecticiloquuntur) ſed etiam ſpecie animam Bouis ab anima Leporis, & aliam Leporis, & aliam eſſe Canis, Vrſi, Milui, Corui, Balenæ, Delphini, aliam Serpentis huius ſpeciei, aliam alterius, & Pyri arboris diuerſam animam eſſe ab anima Pruni, Ceraſi, Pomi. Sunt profectò animorum tot differentiæ, quot animatorum ſpecies, & illæ quidem inter ſe differentes facultatibus & efficaciis, quæ tametſi mutilum euadat corpus; in anima ſua conſtanter permanent, nec partium defectum corruptela, aut priuatione, vnquam obliterantur, quam diu anima ſuperſtes in corpore vitam exercet. Quo nomine ergo dicemus aliqua eſſe imperfecta, quæ tamen animam ſuis numeris abſolutiſſimam, qualis ſcilicet animatis hiſce conuenit, ſortita ſuerint? Quid? Cenſuerimus animalia eſſe imperfecta beſtiolas, quibus natura plus virium, & ingenii conrulit, quam multo grandioribus? Quis non miretur potius minuriſſimorum animalculorum (vt Apum, Araneorum, Culiculum, Vermium Serici ſtaminis opificum) induſtriam artem, & ſagacitatem? De quibus abunde agemus poſtea, & ſuſe etiam Plinius ſcripſit. Si quis in Vermiculo (exempli cauſa) quid deſideret, præter congruens Vermis animæ corpus, vt pennas ad volatum, aut pedes ad ingreſſum, roſtrum ad eſum, non erit hoc animal Vermis, ſed monſtrum quoddam vere imperfectũ, quod ad nullam certam animalis ſpeciem referri queat, non ſecus ac Horarianum illud:

Humano capiti ceruicem pictor equinam
Iungere ſi velit, & varias inducere plumas.

Perfectum eſt animal quoduis, quando proprio corpore, propriaque anima conſtat, & nihil deſiderari poteſt ad illius naturæ perfectionem, niſi tamen hoc deliteſcat certo temporis curriculo, vt in volucrum ſpecie Serici ſtaminis opifice, quæ tandem in fila nendo abſumpta Papilio euadit. Idem etiam Erucis accidit, & aliis quibuſdam, quæ interea nec mutila, nec imperfecta dici debeant. Sic enim vitulum & hœdum, quibus nondum emiſſa perfecte cornua; nec infantem ante denritionis tempus, imperfectos quis recte appellet, vt nec Canis cæcus dici meretur, qui ante nonum à natiuitate ſua diem non videt. Quippe ſupradicta ijs animalibus inſunt τῇ δυνάμει, & ſuo tempore ἀντομάτως ſe produnt, ac prodibunt animæ beneficio, cuius vis formatrix nunquam intermoritur, imo ne ſeriatur quidem vllo temporis momento, vt Phyſicis notum eſt.

Meteora quæ.

Inſectaſine viſceribus & neruis viuunt.

Vermen eſſe perfectũ animal.

GENVS. DIFFERENTIÆ. FORMA.

QVemadmodum teſte *a* Ariſtotele Inſecta continent genera vel ſpecies plures, nonnulliſque, quamuis cognatis, nomen commune ſit inditum, vt Api, Crabroni, Veſpæ, ac conſimilibus, ita quoque plurimum inter ſe differre videmus. Albertus annuloſorum (ſic, vt dixi, Inſecta appellat) nouem modos eſſe ſcribit, ſex congregari, vt greges, ex quibus, inquit, ſunt Apes, & Veſpæ; genera vero ſolitaria tria. *b* Plinius quoque multam hanc, & multigenam eſſe ſcribit terreſtrium volucriumque vitam

a *Lib. 4. c. 7.*

b *Li. 11. c. 1.*

Inſectorũ varia ſunt genera.

Insectorũ diuisio secũdũ authorẽ

vitam: aitque alia esse pennata, vt Apes, alia vtroq; modo, vt Formicæ, aliqua & pennis, & pedibus carentia. Verum plures longe differentiæ constitui poterunt. Ego hoc mòdo Insecta diuidere soleo: Differunt Entoma siue Insecta iu primis loco, in quo degunt, & nascuntur, corporis sui qualitate, vt colore: quantitate, partibus, victu item, generatione, motu siue gressu, nec non & coitu. A loco dicimus degere nascique alia in simplicibus, vt igne,

Pyrausta.

vt Pyrausta Plinio dicta pennatum quadrupes, aqua, aere, terra: alia, imo pleraque in mixtis, iisque vel naturalibus, vel artificialibus: in naturalibus rursus vel imperfectis, vt niue, vt vermes hirti, & rubidi teste *c* Arist. vel perfectis, vt in fossilibus plantis, animalibus (nempe hominibus, canibus, ouibus, piscibus, & consimilibus aliis) eorumque partibus, & excrementis: partibus autem vel similaribus, vt carne, osse, nerno: dissimilaribus, vt aure, Lingua, iecore, ventriculo, intestinis & similibus: excrementis vel siccis, vt in laua; liquidis vt in caseo, butyro, cera. Quæ omnia, priusquam cæteras differentias prosequar, additis exemplis illustranda videntur, ignem, ac niuem prætereuando, in quibus præter dicta animalcula nunquid alia generentur, imo nunquid illa ipsa, multa multi dispurant, & nos aliquando examinabimus. Quæ in

c Li. 5. Hist. cap. 19.

Insecta in aquis nascentia.

aquis nascuntur, notiora sunt, & aquatilia vulgo dicuntur Horũ alia marina sunt, siue in mari ottum habent (quorum rursus alia vel in ipsa aqua ortum ducunt, alia vero in ipsis animantibus de quibus postea) alia in stagnis, alia in torrentibus, fontibus, palu-

Insecta marina.

dibus siue lacubus, cisternis, puteis. In marina aqua nascuntur varia vermium genera, vt qui microrinchoteros Rondoletio vocatur, cute molli, tota incisuris constante contectus, item macrorin-

Insecta in aquis dulcibus.

choteros priore longior, Scolopendra marina, pulex marinus, & infinita alia In dulcibus aquis, vt fluuiis, stagnis, fontibusque & cisternis Hirudines nascuntur (quamuis etiam iu mari, quę marinæ dicuntur) Phryganium fluuiatile, Scarabeorum quoddam genus corpore lato compressòque in fundo aquarum reptans, Scrophulæ, Srrumæ, vel Chærades exiguo corpore, quas imprudenter nonnunquam ingerimus, Vitulus aquaticus, seu seta aquatica à simplici, ac tenuissima corporis figura, ita dicta, siue quod ex seta equina in aquis puttefacta nasci putetur. In terra otiuntur in

Insecta terrestria.

primis Lumbrici, Iuli, Scolopendræ atque quam plurima alia. In aere prouenire etiam Insecta credibile est, cum sæpius ea pluere obseruatum sit. Quædam etiam ex imbre in terra teste *d* Plinio.

d Lib. 11. cap. 33.

Insecta in plantis.

In fossibilibus rarò generantur animalia, nonnunquam tamen in mediis lapidibus, etiam magnis, & duris Insecta latitare obseruata sunt Quod ad plantas attinet, nulla equidem pene est, quæ peculiare suum non producat Insectum, maximè si de perfectis sit sermo, arboribus nimirum, fruticibus, phryganiis, herbis communi nomine dictis, oleribus frugibusque. In plurimarum in primis arborum caudicibus Cossi & Teredines gignuntur; priuatim

Cossus. Cerastes.

vero Ficus Cerasten gignit, & olea, quæ si plantetur, vbi quercus effossa sit, etiam alios vermes procreat qui Ranæ vocantur, non nullis Raucæ: nascuntur in radice quercus, & transeunt. Vermiculi quidam ruffi pilosi in sorbo obseruantur, illumque adeo infe-

Vermiculatio quid.

stant, vt mortem afferant. In mespilorum fructibus inuerteratis vermes nascuntur, isque morbus vermiculatio dicitur. Vermiculationem & poma ipsa per se quibusdam annis sentiunt. Butyros

Butyrus.

vocat Tullius animantia, quæ vites etodunt, Ips vitiarius nomi-

Ips vitiarius.

natur, quod easdem infestet, Græcis σκνίπες siue κνίπες; verno tẽpore spirante Austro oriuntur, oculosque vitium erodunt. Plau-

Inuoluulus Volucra.

tus Inuoluulum appellat bestiam nequam & damnificam, quæ in pampini foliis intorta implicat se, eaque erodit. Forte fuerit Volucra Columellæ, animal scilicet, quod prærodit teneros adhuc pampinos & vuas; alii Voluocem dicunt & Conuoluulum. Ex vino na-

Volucella. Galba.

scitur Volucella obuolans in cellis vinariis, vinum vnde nata est, appetens Galbæ, à quibus Sulpitiorum gens, Galbæ cognomen tulit, in esculis, & in cupresso proueniunt, ita dictæ; vt volunt, ab exilitate, Euonymus vocatur arbusculum ab Herbariis, à Theophrasto (vt Iacobus Dalechampius contendit) Tetragonia, à vulgo in Italia Fusano, in quo quotannis, vt in horto publico obseruaui, quoddam erucarum genus oritur, & post absumptas frondes emoritur. In pomis quoque eandem stragem similia alia Insecta inferunt In vesicula vlmi Psenes nascuntur, item in vesicula po-

Psenes. Culices.

puli nigræ. Culices quoque in multis arborum vesiculis procreantur. Habent & Salices suos Culices. Populus etiam quædam gignit animalia; item abies. In fruticis cuiusdam pomo, cui coccos nomen est, bestiola erumpit, cum fructus ad maturitatem peruenerit, Conopi similis; quemadmodum etiam in radice pimpinellæ in monte Eugubio, videlicet ex granis & coccis, quæ ibi adhærent ex vttisque fit color coccineus. Inueniuntur & in gramine vermiculi, qui alligati collo continent partum: detrahuntur autem sub partu, alias enim euiti non patiuntur. Atistoteles author

Crotones.

est Crotones in gramine nasci. In dipsaci fructu vermen sæpius obseruaui, quem aiunt portatum quartanam curare teste Dioscoride. In solani foliis vermis viridi, & croceo colore distinctus, cornu in fronte gerens digiti longitudine prouenire cernitur. Qui

Prasocuris.

in porro oritur, Prasocuris dicitur, Gazæ Blattis. Pennati autem sunt huiusmodi vermiculi: cæterum nõ porrum tantum, sed brassicam etiam & lactucam, & alia quædam olera infestant. Gaza et-

Porricida.

iam Porricidas, appellat: nascuntur, & in aluearis teste Philosopho, sed rectius, vt Hermolaus legit, Prasocurides dicentur. In lactuca quædam etiam alia Eruca conspicitur, in brassica priuatim

Crãbides.

Crambides ab Aeliano appellantur. Pulex apud *e* Columellam in

e Li. 9. c. 39.

Pulex hortorum.

horto pro vermiculo sumitur, seu Eruca herbas erodente. In Asphodelo vermes nascuntur, qui in volucres bestiolas flosculorum

Cimices a-

specie degenerant: cum videlicet flaccescens inaruerit scapus eroso conceptaculo prouolantes. Malua Cimices producit agrestes, imo verò in nulla non herba, modo flores gerat, putidos eiusce-

grestes. Curculio.

modi Cimices, cæterum coloris elegantia, ac varietate spectabiles vbicunque cernimus. Pernitiosos vermiculos ruta generat. Fruges insuper cum triticiæ, tum etiam legumina, peculiaria ge-

Cis hordearius. Cis triticiarius.

nerant insecta. In Tritico Curculiones sunt conspicui, & nemini non noti, nec non etiam in hordeo, qui Cis hordearius nuncupatur, sicuti Cis Triticiarius, qui in Tritico. In farre oritur ver-

Mida.

miculus Teredini similis, quo cauis dentium ceta incluso, cadere vitiati dicuntur. Midam faba generat. In lente, & piso vermes quotidie obseruamus: contrà Cicer teste *f* Camerario, ab Insectis non

f In horto.

infestatur. Quæ modo in animalibus generantur, varia admodum sunt, & vix etiam vllum est animal, quod à pediculis immune dici possit. Homo eos generat, pecudes item, porci, & iumenta, & uon in pilis tantum, sed in ipso quoque corpore Lendes vocantur, ex quibus nihil præterea uasci potest: caput infestant, humanum præsertim. Pulices quoque homines torquent, eiusque humore viuunt. Barbegiæ, & Carpæ vulgo Blattæ quædam di-

Insecta in animalib. Pediculus. Lendes. Pulex. Barbegiæ. Carpæ.

ctæ nascuntur in carnibus diu sale inueteratis Blatta præterea ali-

Blatta.

ud Insectum est inter pudenda generatum, Sylphe, & Scolix Græcis vocatum, Hispanis Rapacoua. Sunt, & aliæ Blattæ, quas Lucifugas appellat Columella, de quibus alias. Cimices lectularii, quamuis iu ipso homine non oriantur, teste nihilominus Plinio ex vapore humidiore, ab animalium corporibus foris collecto gi-

Cimex lectularius. Pedicellus. Dracunculus.

gnuntur. Sub cute humana, maximè in manibus Pedicellus vulgo dictus, oritur omnium Insectorum minimus. Lumbricorum genera non in homine tantum, sed in multis præterea aliis animalibus generantur. Dracunculi vocantur, quidam lumbrici in Aethiopia, Indiaque in locis supra Aegyptum, in cruribus frequẽter nascentes, & in brachiorum musculis, lateribusque ipsis: similes sunt Lumbricis terræ quandoque maiores, quandoque minores. Vermiculus in lingua canum generatur, Græcis Litta dictus, quo exempto infantibus catulis, nec rabidi fiunt, nec fastidium

Litta.

sentiunt. Ricini in ouibus, & capris nascuntur, & in bobus, & ci-

Ricinus.

nibus, quorum quod propria sint Insecta Græci Cyuomias teste Hermolao vocant. Ouem iufestat præterea alius quidam vermi-

Cynomia. Scolichia.

culus, in ipso vngulæ discrimine oriens. In vulua Mulli piscis Scolichia vocantur à Græcis nati vermes. In Cyprino primo natiuitatis anno vermiculus quidam niger oritur iuxta branchias. Percæ fluuiatiles duodecim ceu vniones generant erui magnitudine, carnosos, candidos, qui singuli vermem inclusum continent, gracilem, oblongum, ac teretem. Gobius piscis exiguus vitiatur ver mibus, quos in ventre gestat Lumbrici in Leuciscis oriuntur,

Lumbrici.

candidi, lati, exigua crassitudine circumuoluentes sese visceribus, & intestinis extrinsecus. Nonnullis aliis piscibus innascuntur minuta quædam animalcula, quæ partum expellunt. Ex ipsis quo-

Insecta ex Insectis.

que Insectis, vel ipsorum operibus alia Insecta prouenìunt. Ex Formicis mortuis in India aliæ erumpunt. In Apum alucis vermi-

Clerus.

culus nascitur quem alii Clerum, alii Pyrautam vocant: item Ti-

Pyraura. Tineæ. Teredo.

neæ Apibus obnoxiæ teste Columella. Artificialia denique sua peculiaria habent animalcula. Teredines in primis in vestibus nascig Plinius affirmat. Ips etiam vermis vestiarius appellatur. Ti-

g Li 8. c. 48. Ips.

neæ quas σῆτες Græci dicunt in lanis operibusque nonnullis lanificio confectis præsertim puluerulentis oriuntur, Tignolas vulgus vocat. In Cera vetusta etiam Tineæ nascuntur. Charta & Libri bestiolas quoque producunt per quam varias, partim similes iis quæ in vestibus, partim Scorpioni, at sine cauda. Gignitur enim

Ex libris & cartis insecta qualia fiant. Scorpio librarius.

in libris bestiola quædam Scorpioni similis chelas brachiaue forcipibus bifulcis dentata habens Libri blattas quoque generant, quarum Martialis meminit. Atque hæc de loco in quo degunt, & nascuntur. Potest præterea à loco alia etiam poni differentia, licebitque dicere Insectorum alia in aperto degere, vt Eruca tum, Papilionumque genus, alia in occulto, horumque alia semper, atque hæc rursus in rebus naturalibus, vt terra, aqua, plantis, animaiibus, &c. vel artificialibus, vt vestibus, &c. alia ad tempus, vt Apes, Formicæ, quæ hyeme latent. Scarabei rutili, & Grylli, qui potissimum noctu strident, aridam fodiunt terram, vt in eis cauernis cubent æstate, Grylli domestici etiam hyeme; Scolopendra in truncis arborum, aut in lignis supra terram locatis, aut in palis terræ infixis latet, vnde nomen inueuit, quibus amotis, aut commotis egreditur, alias plerunque solet latere: quidam ex Latinis eam multipedam, & Centipedam appellarunt. Ascarides vermes parui non vuius eiusdemque coloris (nam alii candidi, alii lutei, alii uigri sæpius aratro excitantur) reperiuntur plures in vuum aliquem locum congregati. Hi segetes vastant, radices earum subsecantes De Lumbricis, cum nulli non noti sint, nihil dicam, nisi quod pluuia eiiciuntur è terra. A qualitate modo uempe colore, qua quoque differte inter se supra dictum est, alia dicuntur vno tantum prædita colore, alia diuerso, hæcque vel in vna parte tantum, vel in pluribus, vel in toto corpore, vt Papiliones nonnulli, multaque Erucarum genera. Vnum tantummodo colorem habent Formicæ, & ferè vermes omnes, A quantitate alia dicuntur longa, alia curta, alia magna, alia parua, alia rotunda, alia augulosa, aliaque ouata: rursus alia glabra, alia hirta, alia lanuginosa. Quod ad corporis partium discrimen attinet: omnibus teste Philosophorum corypheo, & communi præceptore *h* Aristotele, ex quo pleraque quæ subsequentur, mutuatus sum; partes pronæ differunt à supinis, sicut vel in cæteris animantibus est. Aitque omnium partes communes tres illas haberi, caput, alu-

A qualitate. A quantitate. A partibus corporis.

h Lib. 4. de Hist. cap. 7.

um, & quod inter hæc situm est, quale in cæteris pectus, dorsumque habetur: vnum item quod interiacet, magna ex parte esse. Quę tamen sunt longa, & multipeda, iis fere totidem esse, quæ inter-

Partes necessariæ siue communes.

interiacent, quod inciſuræ. Cætetum antequam ex mente eiuſdem Ariſtotelis, nec non Plinii ſingulas Inſectorum partes examinem, eleganti prius, ac breui concinnaque methodo, quãm tamen ex variis illorum monumentis excerpſi, oſtendam quomodo partium ratione inter ſeſe differant. Hinc autem alia Apoda, hoc eſt pedibus carentia, quorum non paruus eſt numerus, vt Lumbricorum genera. Alia pedes habent, horumq; alia paucos, ſed non pauciores quam ſex; alia multos, quę multipeda dicũtur. quorum quæ pauciores habent quatuordecim, vt Erucarum genera. Millepeda, & Centipeda ab innumerabili pedum copia nominata ſunt. Iam verò pedes habentium; alia alas ſiue pennas habent, alia pennis carent, qualia ἄπτερα Græci dicunt, atque horum alia mutata forma alata fiunt, vt Erucarum genus, quod poſtea in alatos Papiliones euadit, alia nou, vt Scolopendra, & ſimilia alia. Pennatorum rurſus, alia alas habent apertas ſiue ſempet conſpicuas, vt Papiliones, Muſcæ, Apes, alia ſe velut in vagina occluſas, atque tectas, quæ Coleoptera Græci, Gaza vaginipennia ex Plinio nominat, qualia ſunt Scarabei, Cantharides. Quibus alæ ſunt in propatulo, horum alia binis, vt Muſcæ, alia quaternis, vt Apes, prædita ſunt. Vt itaque iſtiuſmodi, ac cæteræ differentiæ, quæ à partibus Inſectorum deſumuntur manifeſtiores ſint, rurſus ſingulas earum partes, earumque vſum recenſebo, à capite exorſus. Quędam cornicula gerunt in capite, quæ Antennas *i* Ariſtoteles vocat, inquiens: Adhæc antennæ nonnullis ante oculos prætenduntur, vt Papilioni, & Fulloni: Culices ficarii eaſdem gerunt: Sed in Lucano cornua potius, vel forcipes dicentur, quam antennæ obduritiem, vnde Ceruus volans dicitur. Eſt & Lucanus vuicornis, & alius qui niger vocatur, cornua habens ſubtilia, & quæ facile flectuntur. Sunt quibus nullæ ſunt antennæ, vt Lumbrici terræ. Oculos in omnibus patere idem *k* Ariſtoteles ibidem tradit, & alibi, Piſces, ait, Inſecta, & cruſtata, quamuis diuerſos habeant oculos, tamen nullum ex iis palpebras habet. Quæ enim cruſta integuntur, vſu carent palpebræ, neceſſe eſt; cum niſi celeri cutis officio præſtari non poſſit. Sed tamen vice eius tutelæ, duritie oculorum, hæc omnia muniuntur, qua ſi per palpebram obductam quandam translucidam cernant. Sed cum ob eam duritiem hebetiùs contueri neceſſe ſit, moueri oculos Inſectorum natura voluit, atque etiam magis cruſtatorum, vt nonnullorum quadrupedum auriculas, ſcilicet ea cauſa, vt clarius cernerent, cum ſe ad lucem conuerterent, atque exciperent ſplendorẽ. Quod poſtremum, nimirum quod omnia Inſecta oculos habeant, qui mouentur, vt aures quadrupedum, *l* Plinius repetiit *m* Alibi etiam Inſectorum omnium, & quibus teſtacea operimenta oculos duros eſſe ſcripſit: omniaque talia, & piſces, & Inſecta non habere genas, nec integere oculos. Omnibus vero membranam vitri modo translucidam obtendi. Nulla ex cæteris partibus ſenſoriis manifeſta eſt, vt teſtatur *n* Ariſtoteles præterquam lingua in nonnullis, qua & guſtant, & cibum attrahunt. Hæc aliis mollis infirmaque eſt, aliis dura & valida, vt Tabanis Aſilis, atque aliis plurimis. Omnia enim quibus non in aluo aculeus eſt, linguam huiuſmodi veluti arma gerunt, nec dentes habent, quibus iunctum id eſt, exceptis quibuſdam paucis. nam & Muſcæ eo ipſo pertingentes cruorem mouent, & Culices eodem acrius pungunt. Idem *o* Philoſophus alias de Inſectorum lingua loquens, quibuſdam oris officio fungi aſſeuerat. De dentibus vero eorum hæc ſcripta *p* reliquit Inſecta ſimili ratione (vt teſtata, & cruſtata) aut promuſcidem habent ore prodeuntem, vt Apum, Muſcarumque genus, aut in ore conditam partem eiuſmodi poſſidẽt, vt Formicæ; & ſi qua alia ſint generis eiuſdem. Dentes quædam ex iis habent, quanquam diuerſos, vt Apum, Muſcarumque genus. Quædam non habent, quæ cibo vtuntur humido. Inſectorum enim complura, non victus, ſed armorum gratia dentes obtinent. Et rurſus in eodem capite prope finem ferme de partibus cibo accommodatis: Partes autem, inquit, quæ cibum adminiſtrant; non pari ratione datæ omnibus ſunt, ſed plurimum differunt. Quibuſdam enim in ore eſt, quod aculeus appellatur, quaſi compoſitum, & vna linguæ, ac labiorum obtinens poteſtatem. Quibus autem aculeus non parte priore habetur, iis intra dentes tale ſenſorium cotinetur, idq; excipit inteſtinum rectum; ſimplex, ad oſtium vſque excrementi porrectum, quibuſdam hoc retortum in anfractum eſt. Sunt etiam quæ ventrem ori adiunctum, inteſtinumque à ventre reuolutum habeant, vt quę edaciora, maioraque ſunt, conceptaculum cibi obtineant copioſioris. Genus Cicadarum maxime peculiarem omnium iſtorum naturam ſortitum eſt: quippe, quod partem eandem in vſum tũ oris, tum linguæ conſtitutam aptiſſime habeat, qua veluti radice cibum ex humoribus trahat: nempe omne Inſectorum genus minimo alimento contentum eſt, & probe ſibi ipſa ſufficiunt, non tam corporis exiguitate, quam frigiditate &c. De Inteſtino vero rurſus *q* alibi ſic: Intra ſinum ab ore inteſtinum pluribus diſtorum, rectum, ac ſimplex vſque ad exitum fertur: paucis id eſt replicatum. Viſcus nullum in iis, nullum pingue, neque in cæteris, quæ ſanguine carent. Ventrem etiam nonnulla habere aduertimus, à quo reliquum inteſtinum, vel ſimplex, vel replicatum proficiſcitur, vt Locuſtas. Ex hoc itaque Ariſtotelis de Inteſtino, loco, *r* Plinius reſtituitur à quibuſdam. Hic enim ſic habet: Nil intus, nil cordis, & ſi admodum paucis inteſtinum implicatum. Legunt autem, qui reſtituunt. Nil intus, niſi inteſtinum, admodum paucis replicatum. Videtur autem in eo ſibi ipſi aduerſari Philoſophus, quod nullum in iis viſcus eſſe dicat; nam alias diſertiſſimis verbis cor, & iecur animalibus omnibus neceſſaria eſſe teſtatum reliquit: alterum ob coloris originem, alterum cibi coquendi gratia. Idipſum quoque & *s* alibi tradit his verbis: Corde carens nullum animal vnquam ortum eſt. Id *t* verò non ab re, cum ſit cor eius ſententia, vitæ, caloris, ſanguinis, ſenſus, motuſque; denique omnium facultatum actionumq; origo prima cætetum iſthæc diſputent alii. Tertiam Inſectorum partem idem Ariſtoteles κύτος appellat, ventrem ſeu truncum corporis cauum, ac pene rotundum: reliquas duas caput, & pedes, ſeu brachia. Oſſibus carent, & ſpina *u* eodem teſtante. In genere ſanguineo, inquit, aliis os dedit, aliis ſpinam: at vero animalia inſecta, & mollia contra quam hæc, & modo inter ſe oppoſito conſtant: nihil enim oſſis, nihil terreni habere diſcretum videntur, quod dignum effatu ſit, ſed mollia fere tota carnoſa, & tactui cedentia ſunt. Nec tamen corpus eorum facile pereat, modo eorum, quæ carne iaſciuiunt, naturam inter carnem, & neruum obtinent. Mollis enim, vt caro eſt, ſed intendi poteſt, vt neruus. Fiſſilis autem caro eorum nõ indirectum ſed in anfractum. Ita enim ad vires commodior eſſe poteſt. Repetit hanc eandem ſententiam in *x* hiſtoria animalium his verbis: quod autem pro carne in iis habetur, id nec teſtam imitatur, neque quod in teſtaceis genus carnis continetur, ſed mediam quandam inter hæc refert naturam: quamobrem his non ſpinam, non os, non aliquid ſepio ſimile, non teſtam ambientem natura dedit: ipſum enim corpus ſe ſua duritie tueri poteſt, & ſeruare, nec eſt quod aliunde munari deſideret. Cute omnia circundantur, ſed admodum tenui. Hæc ille, quæ *y* Plinius ita breuiter in ſuam hiſtoriam transtulit: Inſecta, inquit, vt intelligi poteſt, non videntur neruos habere, non oſſa, nec ſpinas, nec cartilaginem, nec pinguia, nec carnes, ne cruſtam quidem fragilem, vt quædam marina, nec quæ iure dicatur cutis: ſed mediæ cuiuſdam inter omnia hæc naturæ corpus arenti ſimile, neruo mollius, in reliquis partibus ſiccius verius, quam durius. Et hoc ſolum his eſt, nec præterea nihil &c. Conſtat igitur Inſecta non poſſe inter cartilaginea numerari. nam cartilago ab oſſe eſt pluris minoriſue ratione: Siquidem præciſum os non ſuccreſcit amplius, nec cartilago conuulſa coit: neque etiam dici poſſunt χονδράκανθα, hoc eſt ſpinam habentia cartilagineam. Alarum quoque ac pennarum diuerſitas, & vſus diligenter admodum ab Ariſtotele annotatur. Penna Græcis πτερὸν dicitur, ſed πτίλα propriè ſunt Apum, cæterorumque Inſectorum. Pennatorum alia diximus alas gerere in propatulo, alia abſcondere eaſdem, ac tanquam in vagina recondere Ἐλυτρον dicitur; *z* Philoſopho cruſta illa, quæ pennis ſupetuenit, eaſque velut vagina claudit Alarum volatuſque diuerſitatem ſæpius *a* recenſet, ac in primis his verbis. Volucrum, aliæ penna volant, vt Accipiter, alia membrana ſicca, vt Apes, vt Scarabei; alia cute, vt vuipecula, vt Veſpertilio. Volant pennis, aut cute, quæ habent ſanguinem; membranis ſiccis, quæ ſanguine carent, vt Inſecta. Sunt porrò, quæ vel pennis, vel membranis volant, omnia bipeda, aut apeda. Angues enim circa Æthiopiã tales volare narrantur. Genus pennatum auem appellamus: reliqua duo genera uomine carent communi. Volucris autem generis exanguis, aliis pennarum tutelæ cruſta ſuperuenit, vt vaginipennes poſſint nuncupari, velut Scarabeis: aliis pennæ nulla cruſta integuntur, quorum alia bipennes ſunt, alia quadripennes. Gerunt pennas quaternas, quæ aut grandiora ſunt, aut aculeo in aluo armantur. Vaginipennis illius ordinis nullum eſt, quod aculeum gerat. Et rurſus *b* alibi: Quæ autem in eo genere volucrum ſortiuntur naturam, iis præter cætera membra pennæ adnexæ, aliis binæ, vt Muſcis; aliis quaternæ, vt Apibus. Nullis binæ quibus in aluo aculeus. Item ex volucribus iplis alia pennas cruſta ſuperueniente, quaſi vagina incluſas, gerunt, vt Scarabei; alia detectas habent, vt Apes. Nullis volatus regitur gubernaculo caudæ: & penna ipſa nulla caule conſtat, nulla ſciſſura diſceruitur. Diligentiſſimè etiam *c* Plinius hæc eadem pennarum diſcrimina memorat: Inſectorum, inquit, quædam binas gerunt pennas, vt Muſcæ; quædam quaternas, vt Apes. Membranis, & Cicadæ volant. Quaternas habent, quę aculeis in aluo armantur. Nullum cui telum in ore pluribus. quã binis aduolat pennis. Illis enim vltionis cauſa datum eſt, his auiditatis. Nullis eorum pennæ reuiuiſcunt auulſæ. Nullum, cui aculeus in aluo, bipenne eſt. Quibuſdam pennarum tutelæ cruſta ſuperuenit, vt Scarabeis; quorum tenuior fragiliorque penna. His negatus aculeus &c. Cur vero alia binas, alia quaternas alas habeant Inſecta, cauſam reddit *d* Ariſtoteles his verbis. Ipſarum autem volucrum, quæ paſcuis viuant, & pabuli cauſa neceſſe habeant euagari, hæ quadripennes ſunt, & corpulentiam habent leuiorem, vt Apes, & reliqua generis eiuſdem. Binas vtroque ſui corporis latere pennas gerunt. At vero quæ corpore exiguo ſunt, & vitam ſtabilem agunt, multis fulciuntur pennis vt Apes, & cruſta pennas obrectas gerunt, velut Galerucæ; & cætera id genus inſecta, ſcilicet vt pennarum vires integras tueantur. Cum enim ſtabilia ſint, corrumpi facilius poſſunt, quam quæ motu citantur agiliori. Itaque ſepto propoſito muniuntur. Quin etiam penna eorum caret, & ſiſſura & caule. non enim penna, ſed membrana cutis æmula eſt, quæ præ ſiccitate neceſſario abſoluatur corpore eorum, cum carnis portio frigeat. Quod modo ad ſubſtantiam pennarum attinet, ipſæ vero etiam nõ qualitate per ſe differunt, vt aliæ paruę, aliæ magnę pro auimalis portione dicantur, ſed aliæ quoque ſiccæ dicuntur. & membranoſæ, duræque, aliæ molles ac ſatinaceæ, vt in quibuſdam Papilionibus. Ὁλόπτερα hoc eſt totipennia vocantur, & totala, quæ alas habent non ſciſſas, vt Apes, & Veſpæ. Atque hæc de alis: cætetum cum de aculeo

Vt partium ratione differant.
Millepeda, & Cẽtipeda vnde dicta.
Alatorum diuerſitas.
Coleoptera.
Antenna quid.
Lib. 4. Hiſtor. c. 7.
Cornua.
Forcipes.
Oculi.
K *Lib. 2. de Partib. c. 13*
Palpebræ.
l *L. 11. c. 37.*
m *L. 11. c. 27*
Partes ſenſoriæ.
n *L. 4. H. c. 7*
Lingua.
o *Lib. 4. de Part. c. 12.*
p *Lib. 4. de Partib. c. 5.*
Dentes.
Aculeus.
Inteſtinũ.
Cicadę inteſtini natura.
q *Li. 4. Hiſt. cap. 7.*
Viſcera.
Venter.
Plinius cor, rectus.
r *Lib 11. c. 4.*
Cordis, & iecoris neceſſitas.
s *Lib. 3. de partib. animal.*
t *Lib. 4. de generat.*
Κύτος.
u *Lib. 2. de part. cap. 8.*
Os. Spina.
Caro.
x *Lib. 4. c. 7.*
Cutis.
y *Lib. 11. c. 4.*
Cartilago qualis.
Alarum diuerſitas.
Πτίλα.
z *Li. 4. Hiſt.*
Ἐλυτρον.
a *Li. 1. Hiſt. cap. 5.*
Angues volantes.
Alæ quibus quatuor, quib. duæ.
b *Lib. 4 Hiſt cap. 7.*
c *Li. 11. c. 28.*
Aculeus cur datus.
Alæ cur aliis binæ, aliis quatuor.
d *Lib 4 de Part cap. 6.*
Pennarum ſubſtantiæ diuerſitas.
Totipẽnia.
Totala.
Aculeus.

aculeo quædam obiect dicta sint, nimirum eo carere Coleoptera, eumque non in aluo habere, quibus binę sunt pennæ, tempestiuum erit nunc eiusdem differentias prosequi. Scorpio, inquit *e* Plinius, Insectorum solus, & brachia habet, & in cauda spiculum Reliquorum quibusdam aculeus in ore, in Asilo, siue Tabanum dicere placet, item Culicibus, & quibusdam Muscis. Omnibus autem his in ore, & pro lingua sunt hi aculei: quibusdam hebetes, neque ad punctum, sed ad suctum, vt Muscarum generi, in quo lingua euidens fistula est. Nec sunt talibus dentes. Sic Plinius. Habent aculeos, inquit *f* Aristoteles, item pleraque Insectorum, vel intus conditos, vt Apes, & Vespæ, vel extra eminentes, vt Scorpio: qui etiam vnus inter Insecta longo spiculo armatur. Eralias rursus fusius. Aculeis etiam armantur, inquit nõnulla Insecta contra animalia noxia. Geritur aculeus aliis parte priore, aliis posteriore, aut enim ore, aut aluo extrema. Nam vt Elephantis pars delegata odoribus commoda etiam tum ad pugnandum, tum ad cibi vsum habetur, sic Insectorum quibusdam lingua pluribus officiis fungitur; quippe quæ, & cibum sentiat, suscipiat, admoueatque & defendat contra aliorum iniurias. Quibus autem non in ore aculeus, hæc dentes habent, cibi scilicet, aut conficiendi, aut capiendi, admouendique gratia, vt Formicæ, vt Apes At verò, quæ aculeo in aluo armata sunt, hæc vt animosa aculeum pro armis obtinuere, qui intra aluum conditus est, vt in Apibus, & Vespis, quoniam volucres sunt: nam si prætenuis fragilisque aculeus extra pateret, facilè corrumperetur: sed si vt in Scorpione, distaret, onus ita afferret. Scorpio profecto, quòd non volatu, sed gressu se moueat, caudamq; sortitus sit, aculeum caudæ adiunctum gerat, vel inutilem ad pugnam habeat, necesse est. Nulli aculeus in aluo, cui pennæ binæ. Quod enim imbecilla paruaque sunt, ideo binas habent, quippe cùm velà paucioribus efferri possint, quæ parua sunt. Quod idẽ causę est etiam, cur aculeus parte priore geratur. Cùm enim imbecilla sint, vix parte priore ferire possunt. At verò quæ pluribus pennis prædita sunt, quia auctiora sunt, meritò pennas plures obtinuere, parteque posteriore plurimum valent. Instrumentũ autem nõ idem ad vsus dissimiles haberi, si fieri potest, sed ad defendendum acutissimum, ad gustandum fungosum, & cibi attrahens, melius est. Albertus postquam pennas Apis rescissas nõ renasci dixisset; quoniam ex humido radicali constent, similiter, inquit, in aculeo euenit, quando enim hunc amiserit Apis, emoritur, eo quod ad locum affectum multæ corporis humiditates cõcurrant, & cum eiicitur aculeus ex multo effluxu humiditatis, primo debilitatur, dein moritur. Inter omnia Insecta nullum testantibus *g* Aristotele, & Plinio caudam habet, excepto Scorpione. Insectis etiam (vt aliis animalibus) quibus aliquid magnitudinis, vulua bifida est; minoribus incerta propter corporis exiguitatem. Author est *h* Aristoteles, qui quoque alibi eodem modo, vt serpentes senectam exuere Insecta scribit, ea nempe quibus hoc solitum est, vt Silpha, & Culex, & ea quorum pennæ vagina continentur, vt Scarabei, sed omnia facto, quod iam gigni debuerit, exuere, nam vt partui viuiparo secundæ, sic vermicularia proli operculum circumrumpi. Insectorum pedes, quibus sunt, in obliquum mouentur, inquit *i* Pliuius. Quorundam extremi longiores foris curuantur, vt Locustis. Hoc quoque ex *K* Aristotele sumptum est. Quæ vero, inquit, saliunt, hęc vel crura posteriora habent longiora, vel gubernaculis quibusdam saltui accommodatis fulciuntur retrò curuatis, vt crura quadrupedum. Meminit & Albertus, & causam quoque longitudinis assignat, inquiens: In quorundam huiusmodi animalium corporibus duo pedes, qui sunt in anteriori, maiores sunt, quia duri sunt oculi, nec acuto visu cernunt, & non possunt accipere volatum, nisi per virtutem pedum anteriorum, sed hoc facit Muscarum genus, & quæ assimilantur Apibus. Pedes autem posteriores sunt maiores, quam medii propter ambulationem, & vt eleuentur à terra cito, cum volare voluerint, & quod ex his coit, hoc manifestius facit, vt Locustæ & Pulices. Nam ista pedes constringendo flectunt, deinde illos extendunt, & sic à terra eleuantur, necessaria siquidem est flexio in pedibus declinans ad interius Pedes autem anteriores talis dispositionis esse non possunt, omniaque istiusmodi sex pedes habent. Hæc Albertus, nempe ex *l* Aristotele, apud quem sic legitur. Pedes priores nonnulla ex iis ideo habent, vt quoniam propter oculorum duritiam non exquisite cernant, cruribus iis longioribus abstergunt incidentem molestiam, atque arcent. Quod & facere Muscas videmus, & Apes & reliqui generis eiusdem Semper enim prioribus cruribus vallant, & protegunt. posteriora mediis longiora sunt, vt ambulent melius, & attollantur facilius de terra, cum auolare libet. Quod planius ea ostendunt, quæ saliunt, vt Locustæ. vt Culices. Cum enim inflexa rursus connixa extendunt, attolli de terra necesse est. Locustæ non parte priore, sed posteriore habent crura illa ad gubernaculorum effigiem condita. Suffraginẽ enim intus flecti necesse est, quod nulli crurum priorum datum est. Omnibus his seni pedes, iis etiam quorum enixu saliunt, cõnumeratis. Reddit item eodem capite rationem, cur multis sint pedibus prædita, his verbis: Ergo Insecta animalia, quanquam non partibus numerosis constant, tamen ipsa inter se dissident: quippe quæ cum omnia multos habeant pedes, quoniam contra tarditatem frigiditatemq; naturæ eorum numerus exauctus pedum motionem efficiat faciliorem, tamen varie numerum hunc sortiantur. Quæ enim plurimum pro corporis sui longitudine frigent, numero præcipue superant, vt Iulorũ genus. Quin etiam, quod principia plura habeant, hinc & in sectiones sunt, & numerus pedum proinde augetur. Quibus autem pedes pauciores, hæc volucres sunt, vt pedum inopia adiumento pennarum compensetur. Atque hæc de partibus Insectorum, earumque vsu dicta sunto Iam vero, & victu non omnia eodem vtũtur. Quę dentes habent, vt dictum est, multum comedunt, & varia; quibus aculeus, aut promiscis in ore, parum, & humore aliquo contenta sunt Quædam sine discrimine omnibus vescuntur, vt Apes quædam magnæ, quas Albertus Lupos, si recte memini, appellat, quędam sanguine viuunt, vt Muscæ, Tabani: quædam succo arborum, & herbarum, vt Apes quædam croceæ teste eodem Alberto: quædam putrida prosequuntur, vt Muscæ quædam, quæ in stercore obseruantur. quædam ea planè aucisantur, vt Apes. Quæ fere ad verbum ex *m* Aristotele Albertus mutuatus est, is enim de pastione & potu Insectorum sic scribebat: Insecta animalia quibus dentes, omniuora sunt; quibus autem lingua, tantum humore vndique eliquando (ἐκχυλίζοντα exugendo) sua lingua vescuntur: quorum alia omniuora sunt, quibus gustus saporum est, vt Muscæ: alia sanguiuora, vt Tabani, & Asili, alia succis plantarum, & fructuum viuunt. Apis vna nullis putidis assidet, nec vtitur alio cibo, quam dulci. Aquam etiam libentissime inde hauriunt, quam synceri clarissimique fontes scaturiunt. Talis animalium victus est. Hæc ille. Cur vero omne ferme Insectorum genus pauco indigeat: cibo, ratio est, tum quia exiguo sunt corpore. paruis enim sufficiunt pauca, tum quia frigida sunt omnia exanguia, calida autem illa sunt, quæ & ali expetunt, & cibaria facile citoque valent concoquere. Coitus præterea Insectorum atque generatio non in omnibus eodem per agitur modo Quædam enim coeunt cum ambulant, & habent pedes posteriores anterioribus maiores: quædam coeundo pedes flectunt posterius, vt quadrupedes. Aues & quæ pedibus vacant inquit, *n* philosophus, instrumentum accommodatum ad coitum habere nequeunt, quoniam alteris crura sub media aluo posita sunt, alteris nulla sunt crura; &c. Plurima certe quæ ad Insectorum coitum, & generationẽ spectant, posteris ille reliquit Insectorum aliqua, inquit *o* alibi, coeunt, atque ex animalibus eiusdem generis oriuntur, modo eorum, quibus est sanguis, vt Locustæ, Cicadæ, Phalangia, Vespæ, Formicæ: aliqua coeunt quidem, & generant, sed non sui generis animal, sed vermiculos tantum, neque ex animalibus procreantur, sed ex putrescente humido, aut sicco, vt Pulices, Muscæ, Scarabei. Quædam, nec ex animalibus nascuntur, neque coeunt, vt Culices, & vermiculi, & plura huiusmodi generantur Inter ea vero quæ coeunt fœminæ maxima ex parte maiores maribus sunt, nec meatus vlli seminales in maribus esse videntur Nullum, parte plurima dixerim, membrum fœminæ à maribus inseritur, sed mari à fœmina sursum de parte inferiore, quod conspectum in pluribus est. Nec de superuentu ambigitur, sed contra, vt mas fœminę inserat, visum à paucis est. Neq; adhuc ita exploratum habetur, vt genere possimus distinguere. Hoc idem fere in piscibus quoque ouiparis est, vt fœminæ maiores sint maribus. quoniam id commodum est ad vterum magna ouorum copia extumescentem. Fœminis in eo genere mẽbrum, quod pro vulua habetur, sissum iuxta intestinum, vt cæteris positum est, in quo fœtus generatur. Patet hoc in Locustis, & reliquis, quorum magnitudo aliqua sit, & natura coitum recipiat. Maxima enim pars generis Insecti perexigua est. Hæc ille Miraculi sane loco habendum mihi videtur, in annulosis istis, siue Insectis, masculis esse fœmineum sexum, fœminis masculinũ atque ita fieri, vt fœminæ concipient à masculis, sed genitale sit oblongum fœminis, quo genitalem illam auram hauriant à masculo. Atque ideo non fuerit absonum, si quis dixerit Insecta maris, & fœminæ sexum habere, sed mares concipere, Nam si membrorum forma mares efficit, fœminas vero formæ diminuta natura edidit, consequens est, vt si quæ prægnantes fiunt in Insectis, membris ornatiores sint compare suo, mares dicantur Porrò *p* Aristoteles in scripto capite de triplici generatione Insectorum, rursus sic scribit: Insecta partim coitu, partim sponte oriri dictum iam est, item Vermiculum ea parere, & quam ob causam ita pariuut Genus hoc enim omne fere Vermiculum, quodammodo parere videtur. Conceptus enim, qui imperfectior est, talis est. In omnibus autem vel iis, quæ perfectum pariunt ouum, conceptus primus indiscretus adhuc recipit incrementum: qualis natura edunt, alia imperfecto, quod extra perficiatur, vt sæpe de piscibus dictum est. Quæ vero intra se pariunt animal, iis quodam modo post primum cõceptum ouiforme quidam efficitur Humor enim in membrana tenui continetur, perinde quasi oui testam detraxeris. Quamobrem deprauationes conceptuum, quę per id temporis accidunt, fluxus vocant. Sed Insecta, & Vermẽ generant, quæ vim obtinent generandi, & quæ non per coitum, sed sponte naturæ oriuntur, ex tali origine consistunt. Nam & Erucas genus esse Vermis censendum est, & fœtum Araneorum, quanquam propter figuræ orbiculatam speciem similia ouo, tũ eorum nonnulla, tum alia complura primordia esse videantur. Verum non figura, nec mollitie, aut duritie ouum definiendum est. Sunt enim conceptus uonnullorum duri, quamuis ouo diuersi, sed quod totum mutetur, nec ex parte eius animal gigua-tur, id Vermis est. Omne autem hoc Vermiculi genus, vbi suæ magnitudiuis finem receperit, quasi ouum efficitur Indurescit enim putamen eorum, & rauti sperimmota redduntur. Quod in Vermiculis Apum, & Vesparum, atque etiam iu Erucis apertum est. Cuius rei causa est, quod natura præ sua imperfectione quasi maturans, antequam tempestiuum sit, ouum pariat, tan-

e Lib. 11. cap. 28.

f Li. 4. Hist. cap. 7.

Linguę Insectorum vsus.

Scorpionis aculeus.

Pennæ & aculeus non renascũtur rescissi.

Cauda.

Vulua.

g Lib. 1. de Gener. ca. 3.

h Li. 8. Hist. cap. 7.

Quæ Senectã exuãt.

Pedes.

i Li. 11 c. 48.

k Li. 4. Hist. cap. 7.

Pedũ priorũ longitudinis ratio.

l Lib 4. de partib. ca. 6.

Locustarũ crura.

Cur multos habeãt pedes.

A victu.

m 8. Hist. cap. 11.

Cur parum comedant.

Coitus diuersitas.

n Lib. 1. de generat. c. 5.

o Lib. eodẽ cap. 16.

Fæminæq; marib. maiores.

Ouiparorũ fœmiæ maiores maribus.

p Lib. 3. de generat. c. 9

Fluxus quid.

Eruca vermis genus, & Aranea fœtus

Ouum vt definiendum.

Vermis quid.

,, quã hic Vermis ad incrementũ oui mollis adhuc pergat. Hoc eo-
,, dem modo in cæteris euenit omnib., quæ non coitu oriuntur,
,, vel in lanis, vel aliis huiusmodi, atq; etiã in aquis. Omnia n. post
,, Vermis naturã motu cessant, & putamine obdurescunt. Mox ru-
,, pto putamine exit, veluti ex ouo animal, tertia perfectũ genera-
,, tione, idq; pennatũ magna ex parte. Ratione illud etiã euenit, q
,, iure multi admirentur. Erucæ n. cum primũ capiant cibũ, mox
,, non capiunt, sed motu cessant, quæ per id tempus Aureliæ à nõ-
,, nullis vocãtur. Vesparum etiã Vermiculis, & Apum idẽ accidit:
,, Post deinde quę nymphę appellãtur, proueniũt, quæ nihil huius-
,, modi habeãt. Ouorũ n. natura adepta suum finem, non insuper
,, accrescit, sed ante augetur, & alitur, donec distinguatur, & fiat o-
,, uum perfectũ. Vermium aũt alii hoc intra se habẽt, vnde excre-
,, mentũ ipsis nutriẽdis accedat, vt Vermes Apũ, & Vesparum: alii
,, de foris cãpiũt, vt Erucæ, & cæterorũ nonnulli Vermium. Sed
,, quamobrẽ triplicẽ generationem hæc sortiantũr, & qua de cau-
,, sa ex motis immota reddãtur, explicarũ iam est. Oriuntur n. alia
,, per coitum more auiũ, & viuiparorũ, piscium partis plurimæ: alia
,, spõte, modo nõnullarum plantarum. Hactenus philosophus di-
,, ligentissimus profecto horũ animalculorum generationis indaga-
,, tor, nã & aliis in locis de eadẽ plane exactissime scribit quæ præte-
,, rire nefas duco. Insecta, inquit, q alibi, auersa coeunt, deinde quod
,, minus est, superuenit maius, hoc est, mas fœminã. Nec mas in
,, fœminam genitale vllũ inserit membrũ more animaliũ cætero-
,, rum: sed fœmina sursum in maris receptũ, caudæ vltimũ suæ me-
,, atũ quendã procedẽs reflectit: qui in nõnullis maior, quam pro-
,, portione totius corporis esse videtur, cũ ipsa parua admodũ sint.
,, Sed sunt etiã, in quib. minus incõueniens æstimetur. Planũ hoc
,, fuerit, si Muscas coitu Venereo copulatas diuiseris. Tardo etiã,
,, quæ coierint, seiunguntur digressu: diu nanq; eorũ copulatio du-
,, rat: quod in iis, quæ in nostro cõspectu versatur, facile patet, ver-
,, bi causa, in Muscis; in Scarabeis. Omnia enim ad hunc modũ co-
,, eunt, videlicet Muscæ, Scarabei, Verticilla, Phalangia, & si quid
,, aliud generis eiusdẽ coire solet. Phalãgiis quæ texunt, coitus agi-
,, tur hoc modo. Cũm fœmina deductã Araneam traxerit, mas eã-
,, dem mutuo trahit: quod vbi sæpius fecerint, coeunt, & auersis
,, clunib. copulantur. nã propter aluum orbiculatam modus hic cõ-
,, iungendi iis congruit. Astipulatur Arist. r Iulius Cæsar Scaliger,
,, Insecta scribens, quæ habentur pro imperfectissimis, diutissime
,, in coitu immorari, qualia sunt Pulex, Cicendula, quibus Muscas
,, celerius expediri ait, Vidimus tamen, inquit, aliquando Muscas
,, duas volantes, quarũ altera alteram inierant, neq; abstiterat. Ait
,, deniq; parere haud ita multo post. quod pariter testatur s Aristo-
,, teles scribens de iis Insectis, quæ aut ex Erucis, aut ex Vermibus,
,, aut ex fimo gignuntur. Breui à coitu, inquit, pariunt, maxima sui
,, parte, quæ solent coire. Vermẽ aũt omnia faciũt, excepto gene-
,, re quodam Papilionum, quod durum quiddam simile Cartamo,
,, id est, Cnici semini producit, sed intus fluidum. Vermibus non
,, parte aliqua sicut in ouis animal creatur, sed totus Vermis accre-
,, scit, & particulatim discretus formatur in speciẽ destinati ani-
,, malis Procreãtur porro Insecta, aut ex animalib. generis eiusdẽ,
,, vt Phalangia, & Araneis: ex Phalangiis, & Araneis, vt Bruchi, Lo-
,, custæ, Cicadæ; aut nõ ex animalib., sed spõte, alia ex rore, qui
,, frõdibus insudat, videlicet verno tẽpore, vt natura fert. Sæpe ta-
,, men ex hyberno; quoties tranquillum, Australeq; tempus diu-
,, tius consistit. Itẽ alia ex cœno, aut fimo putrescente oriũtur: alia
,, in lignis, aut stirpiũ, aut cæsis: alia in animaliũ pilis: alia in ex-
,, cremẽtis, aut iã excretis, aut adhuc intra animantẽ contentis, vt
,, quæ Tineæ, siue Lumbrici appellãtur, quorũ genera tria sunt, la-
,, tũ, tetes, & quod Ascaridã vocatũ est, ex quo nihil procreari ali-
,, ud potest. Nascuntur Papiliones ex Erucis: Erucæ ex virentibus
,, foliis, maximeq; ex brassica. Verum de horũ, sicuti de cæterorũ
,, Insectorum, quæ hoc capite recenset Philosophus; generatione
,, in particulari cuiusq; historia agemus. De semine Insectorũ sic
,, alibi scribit idem t Aristoteles: Semen alia aperte emittunt; vt ea
,, quæ sunt natura sanguinea, alia, id est, Insecta; & Mollia, emit-
,, tantne necne incertum est. Alias quoq; multis disputat semen
genitale non decidere ab omnib. partibus, idq; non paucis astru-
ens argumentis, Insectorum quoq; coitum adducit pro exemplo;
quia plurimorũ fœmina, etsi non omnium; per coitũ particulam
quandam suam inserat in marem. Meminit huius quoq; Galenus,
vbi disputat contra nonnullos, qui se Peripateticos iactitabãt qui
semen excerni ex vtero, vt nullam fœtus partem fieri ex Aristote-
lis sententia putabãt; cum neq; excernere semen nõnulla animalia
tradat illẽ; sed caliditatem in animalem tantũ fœminam recipere, e-
iusmodiq; esse Insectorum quædam, in quibus in corpus maris
fœmina, inquit Galenus, articulum inserit; atq; ità diutius cum i-
pso coit; nullumq; corpus in copula illa, sed vim tantũ, & faculta-
tem recipit informantem, speciemq; formæ ipsi exhibentem. Te-
tigit quoque hanc generationis Insectorum varietatem x D. Au-
gustinus, quæstionẽ esse scribens, vtrũ nonnulla de minutissimis
hisce animalib. in primis rerum mortaliũ cõditionibus creata sint,
an ex consequẽtibus rerum mortalium conditionib., aut cadauer-
um tabe gigantur, quædã etiã, inquit, de corruptione lignorum,
& herbarum, quædam de corruptionib. fructuũ &c. Quod ad quę-
stionẽ eam attinet, y Eucherii opinio est, extitisse à principio rerũ
omniũ formas, sed alias actu, alias potentiã. De minutissimis, in-
quit, animalib. credendũ est, quæcunq; ex aquis, vel terris nũc na-
scuntur in prima rerũ conditione fuisse creata: cætera vero, quæ
,, de vitiis corporũ, vel lignorũ, vel cadauerum nascuntur putredi-
,, ne, nõ tũc creata sunt in specie, sed inerat in eorũ corporib. præ-
,, sensseminis origo, vt cõsequenter de eorũ corruptionibus pro

Aurelia quid.
Nymphæ quid.
q Li. 5. Hist. cap. 8.
Muscarum coitus.
Phalangiorum texẽtiũ coitus.
Cur auersa aluo coeãt,
r Lib. 4. de caus. plant. in Theoph.
Partus.
s Li. 5. Hist. cap. 19.
Lumbrici vbi generentur.
Semen Insectorum.
t Li. 1. de generat. c. 17.
Semen nõ defluere ab omnibus partibus.
u Li. de sem. cap. 3.
x Lib. 3. de Genesi.
y Lib. 1. in Genes.
Insecta à principio mundi extitisse.

suo quoq; genere exoriretur. Cæterũ, vt relictis hisce, quæ ad Theologos spectãt, ad generationem Insectorũ reuertatur oratio, z Aristoteles tẽpus eius à principio ad finẽ maxime ferme parti septenariis ternis describi tradit, aut quaternis. Culicũ, & Vermiformis generis parti plurimæ ter septenos attributos esse Ouiparis quater septenos magna ex parte: Septẽ ex iis ab initu, concretionẽ, & cõsummationem oui sibi vendicare: reliquis tribus septenis incubare atq; excludere, ca scilicet, quæ suo procreant fœtu, qualis est Araneus, aut aliquid generis eiusdẽ. Mutationes vero, & transitus in figuras alias, trinis, aut quadrinis dieb., parti maximæ peragi: sicut in morbis quoq; dies decretorius euenit Atq; hæc de eorum ortu, qui sane vt multiplex est, ita rursus mors in omnib. non eodem fit modo, sicuti hoc postremo loco idem Philosopus ostendit, inquiens: Pereunt striatis, contortisq; membris, vt senectute genus maiorũ animalium moritur. Quæ pẽnata ex iis sunt, pennis etiã cõuulsis autumno fere moriuntur. Tabani quidẽ, vel aqua intercutẽ oculorum cæci intereunt. Porro iã, & in incessu Insectorum discrimen est maximum: alia n. repunt, vt Lumbricorum genus. alia ambulãt, quorum alia volãt, alia gradiuntur tantum. Quæ repunt siue serpunt, serpentia dici possint, quanquã Cornelius Celsus quidẽ Scorpionem, & Phalangium, & Araneum inter serpentes numeret, improprie certe, serpẽtis nomine late nimirum sumpto. Latinis n. nonnunquã significat omne animal terrestre, quod se non attollit in gressu, sed humi quodãmodo repit, etiãsi quadrupes sit, vt Seps, Salamandra, vel etiã multipes, vt Scorpio, Scolopẽdra, præsertim si aut morsu, aut ictu venenum inferat. Plinius n. Salamandram Serpentẽ vocat, & Sepa quoq;, id est, lacertã Chalcidicam. Lucanus quoq, de sepe, *paruo modo serpens*, dixit. Ἑρπόντα καὶ βαδίζοντα distinxit Galenus: nã ἕρπειν proprie de serpentib. dicitur & Vermib., quibus pedes desunt: improprie etiã de pedẽstrib. omnibus, quæ tardius repunt. Ἑρπιστικὰ & ἕρπετα quoq; non ea solum, quæ serpentum more repunt, significant, sed & alia quoq;, vt quadrupedes paruas, quæ apud Aristotelem vnguib. numerosioribus apprehendendo facilius obrepunt ad superiora. Nota est atque certissima eiusdẽ Philosophi doctrina, omne animal, quod sanguine præditum est, quatuor tãtum modo notis moueri, exanguia pluribus: ita vt vicissim etiã retro nõ absurde recurrat ratio, vt scilicet cuicunq; quaternis moueri contingit notis, hoc ex sanguinẽ habentium genere esse sit necesse. Quibus etiã ea, quæ in ipsis reperiuntur animalibus, clarissime attestari animaduertuntur. Nullum n. sanguine præditorum in plures recisum partes diutius perdurare valet, motumq; ilico eum, qui pet locum est, cuius integrum prius, & illæsum particeps esse videbatur, vniuersum amittit: quod cũm in multipedum genere, tum in sanguine carentib. omnib. secus esse percipitur. Eanãq, in frusta diuisa, mutilatis corporibus satis diu viuere possunt, iisq; secundum discretas illas partes moueri differentiis palã videntur. quibus priusquã dissecta essent, integris mouebãtur corporibus, qualia sunt potissimum Insectorum genera, atq; ex iis maxime Scolopendræ, & ea insuper, quæ protensa oblongaq; habent corpora. Horum n. omnium recisæ à se inuicem partes codem plane tendere videntur. Insecta autem sunt, inquit a Aristoteles, tum ob causas prædictas, tum etiã vt se se tuto inflexu seruare possint. Conglomerantur n. quæcunq; ex iis prolixo corpore sunt, quod effici nisi Insectis non posset. Quæ aut glomerari nequeunt, contrahunt se in incisuras. Quod patet cum tãgnntur, velut ea, quæ Canthari vocãtur. Vbi n. metuerint, motu cessant, totoq; corpore indurescunt. b Plinius quibus pedes sunt, in obliquum moueri scribit.

z Li. 5. Hist. cap. 20.
Quot diebus generatio absoluatur.
Vt moriantur.
Tabani vt moriantur
Incessus varietas.
Serpentis nomen quibus conueniat.
Serpẽs quid Latinis.
Sanguineorum motus
a Lib. 4. de Caus. cap. 6.
b L. 11. c. 28.

TEMPERIES.

INsecta frigida esse, inquit idem a Philosophus argumento est, quoniã neq; aerem, neq; aquam inspirant; quo pacto aũt exanguium calor infrigidatur. Cui subscribens Nicolaus Leonicus quærẽs, cur Insecta omnia pauco indigeãt cibo? b An quia, inquit se. exiguo sunt corpore? paruis aũt sufficiunt pauca. An magis quia frigidũ est Insectorum genus omne; & exangue: calidum aũt illud est, quod & ali expetit; & cibaria facile citoq; valet concoquere. Et c Hieronymus Cardanus disputãs, cur ver sit saluberrimũ quadrupedibus, æstas auibus & Insectis, hyems piscibus, ita contratis in temporibus animalia hæc perire scribit; homines scilicet, & quadrupedia etiã autumno, aues, & quæ ex putredine nascuntur, omnia hyeme quia frigida sint, & plurimo calore aeris ad vitam indigeant: sic vice versa pisces æstare ob siccitatẽ Cæterũ omnia vniuersaliter Insecta frigida esse nõ facile cõcedi potest: quin imo vsus docet Insecta pleraq; esse præcalido temperamẽto prædita, vt Apes, Piryocampas, Cantharides, quæ erodendi, & exulcerandi vim habẽt. Serpentes etiam præcalidi e angues habẽtur, quia pauci sanguinis, is tamẽ prætenuis, & acer, eiusmodi animantib. summam dat nobilitatẽ. Atq; talia omnia sunt frigoris impatientissima, ita vt hyeme tota lateant torpẽtia; & mortuis simillima. Quid? nonne & canis (calidissimum animalis genus) frigus fert impatientissime? Et homines biliosi omnium maxime frigus auersantur. Frigiditas itaque omnibus Insectis non conuenit.

a Lib. de respirat.
b In quæst. natural. 43.
c In Cõmen. 9. Aph. sect. 3.
Insecta omnia non esse frigida.

AN RESPIRENT, ET DE ODORATV QVÆDAM.

PLærique Philosophorum non spirare Insecta testatum reliquerunt, quoniam iis non inesset nexus spirabilis, hoc est pellicula pulmoni similis, quo acr aduocatur, item quia sanguinis sunt expertia: quibus enim est sanguis, iis & cor; quibus cor, iis, pulmo

Cur non respirare dicantur.
Cor quib.

mo, pulmone carentia, ea & voce carere necesse est, de qua post. Ex negantibus est *a* Aristot. tantum perfrigerari ea volens. Exanguibus Insectis, inquit, & generatim omnibus, quæ aerem non recipiũt, refrigeratio in parte, quę instar cordis est, excitatur. Natiuus enim spiritus tum sese tolli, tum submitti videtur. Declarant hoc etiam animalia totipennia, vt Vespæ vt Apes, vt Muscę, & reliqua id genus omnia Sed quoniam id fieri non potest, vt motu ciere & quisquam tentare sine robore, ac vi liceat, spiritibus autem compressio spiritus robur, & vim extrinsecus affert, nõ spirantibus natiuus ipse spiritus. Ideo Insecta illa pinnata cum se mouẽt, attriru spiritus in præcinctũ prolabentis, murmur extendunt, quod in totipennibus fit. Sic ille, & in libro de respiratione ait pusilla & exanguia animantia ab ambiente aqua, & aere foris tantũ perfrigerari, neque his opus esse, vt alterutrum penetret ob caloris innati infirmitatem. Cum volatilium ea cõspexeris, inquit *b* D. Basilius Magnus, quæ Insecta vocantur, vt Apes, & Vespas: Sic enim ea nuncuparunt, propterea quod vndique sciſſuras quasdam siue incisuras ostendant: veniat tibi in mentẽ, ea prædita respiratione non esse, pulmoneque carere, sed totis omnia sui corporis partibus nutriri aere Quapropter, si omnino aspserseris ea reclusis foraminibus reuiuiscunt. Contra *c* Aristotelem disputat Gulielmus Rondoletius, vbi de piscium respiratione agit, quod is inquirat, cur Insectorum multa in plures etiam particulas diuisa viuere possint: & quomodo, aut qua parte respirare: nam mirum sanè (inquit) Aristotelem hoc quærere, cum eodem in libello scripserit, animalia exanguia, & exiguo calore prędita à circumfuso aere, vel aqua satis refrigerari. An eum ignorasse credibile est corpus animantium ἔμπνουν esse, & ἔκπνοον? Cum igitur Scolopendræ, & aliorum Insectorum partes dissectæ mouẽtur, & viuunt, tenuioris aeris aliquid vndiq; inspirant, & exspirant. Eiusdem sententiæ *d* Plinius quoq; fuisse videtur. Insecta, inquit, multi negarunt spirare, idq; ratione persuadentes, quoniam visceri interiori nexus spiralis non esset. Itaq; viuere vt fruges, arboresq;, sed plurimum interesse, spiret aliquid, an viuat. Eadem de causa, nec sanguinem iis esse, qui sit nullis carentibus corde atque iecore. Sic nec spirare ea quibus pulmo desit. Vnde numerosa quæstionum series exoritur Ijdem enim & vocem esse negant, in tanto mutmure Apum, Cicadarum sono, & aliis, quæ suis æstimabuntur locis. Nam mihi contuenti se persuasit rerum natura, nihil incredibile existimare de ea. Nec video cur magis possint non trahere animam talia, & viuere, quam spirare sine visceribus, quod etiam in marinis docuimus, quamuis arcente spiritum densitate, & altitudine humoris. Volare quidem aliqua, & animata eatere in ipso spiritu viuentia, habere sensum victus, generationis, operis, atq; etiam de futuro curam, & quãnis non sint membra, quæ velut carina sensus inuehant, esse tamen his auditum, olfactum, gustatum, eximia præterea naturæ dona, solertiam, animum, artem, quis facile crediderit? Sanguinem non esse his fateor, sicut ne terrestribus quidem cunctis, verum simile quiddam. Vt sepia in mari sanguinis vicem attrahentum obtinet; purpurarum generi infector ille succus: Sic & Insectis, quisquis est vitalis humor, hic erit & sanguis, donec existimatio sua cuiq; sit. Nobis propositum est, naturas rerũ manifestas indicare, non causas indicare dubias. Hucusque Plinius, qui itaq; etiam credidit, pulmone quamuis carentia spiritum trahere, & reddere per vices posse, argumento, quoniam Insectorum genera multa sunt, quæ & murmur edere, vt Apes, & canere videntur, vt Cicadæ. Item Culices, & Muscas sonum edere sentimus, quæ nisi attriperent halitum, bombum illum non ederent Adde etiam hæc animalia olfactu prædita esse, quod effici non nisi ex aeris materia potest: odorem quidem non aliud, quam insectum aera intelligere possumus. Cur igitur non spirare hæc censendum est? Quæ quidem argumenta confutare quoque oportet: Dicendum ergo quod Insecta neque spirant, neque spirare necesse est, quoniam spirandi facultas, refrigerandi gratia concessa est animantibus, quæ pulmone compotes sunt: Insecta autem cum exanguia sint, frigida sunt, ideo refrigeratione non indigent; quippe quæ suo natiuo spiritu vel extrinsecus aere satis refrigerari possunt. Quamobrem iis pulmo deest, qui quidem, vt constat, non nisi spirandi gratia delegatus est. Quæ autem spirant, pulmonem habent, & hæc calida omnino sunt, quia sanguine prædita sunt. Sanguinis enim copia caloris inditium est, quam ob causam refrigeratione maxime indigent. Item si spirarent necessario spiritũ redderent Aer autem per inspirationem attractus non exiret, nisi ab aliquo interiore viscere propulsarerur, Spiritus extra redditus est aer percussus ab interiore instrumento, hoc est, pulmone. Verum secundum Aristotelem Insecta omnia visceribus carent, quod neque Plinius ipse negat. Ergo deficientibus instrumentis, per quæ expellitur aer, Insecta nequeunt respirare. Quamobrem contra Plinium audeo dicere haud temere, vt magis videam causam, cur potius nequeant trahere spiritum talia, & viuere, quam spirare sine visceribus, licet ipse causam se ignorare fateatur His autem præhabitis respondendum ad rationes Plinii, & primo ad eam, quod Apes, & Muscas murmur edere sentimus. Dicendum, quod sonus ille non animam, aut spiritum reddentibus vllis visceribus, sed agitatu interioris spiritus accidit. Ea enim, quæ canere videntur, vt Cicadæ, membrana septo transuerso subdita, ad quam spiritus in eo inclusus attreritur, obstrepunt Ad eam vero, quod dicit, Insecta posse spirare sine visceribus: dicendum, quod repugnaret naturæ: Si genus Insectorum halitum traherent, quia cum exanguia, & frigida hæc sint, dubio procul nimia refrigeratione citius interirent. Itaque natura tutò consulens, iis potius spirandi vsum negauit, vt diutius conseruarentur. Item si respirandi vsum natura iis tribuisset, non alia de causa fecisset, nisi quia calidiora hæc essent. Calida enim exigunt refrigerari, frigida minime: Insecta frigida sunt plæraq;. Ad quid ergo natura tam pretiosum hoc spirandi munus iis animantibus non indigentibus incassum indidisset, cum omnia quæ natura efficiuntur, non frustra, sed ratione aliqua sint? Semper enim natura rei melioris author est, quo ad eius fieri potest. Cuius rei indicium afferri potest, quod Muscæ & Apes, si subtet aquam diu non valde calidam, aut frigidam teneantur, exanimari videntur, & cum moram contraxerint in cinere resurgunt, & reuiuiscuut. cuius rei causa est; quod spiritus interior ob humiditatem penetrantem, quasi cortumpitur, & quasi enecatur, qui postea cum cinere conduntur hæc animalia, consumpto humido, calore cinerum suscitantur Ex quo apparet ex animationem illam, non quia inspirare non poterant, sed ob eam, quam reddidimus, causam accidisse. Nam si spirandi inesset facultas, & subter aquam diu permanerent, adeo suffocarentur; vt nẽ amplius quidem reuiuiscerent. Ad id autem; quod dicit; Insecta spirare videri, eo quod sentiãr odore; dicendum quod sanguineis sensorium odorandi diuersum est ab eo, quod Insectis inest Insecta enim, (quoniam odoratus sine operculo est) uatiuo spiritu sui corporis odorantur, qui quidem spiritus in omnibus ex natura insitus est, non aduentitius accedit. Ea autem, quæ halitum trahunt, & reddunt, quibus certe hoc odorandi sensorium operculo quodam coopertum est, nisi operculum illud per inspirationem aperiatur, odores non sentiunt: sicut animalium quorundam oculi, genis & palpebris, ceu vallo quodam visus, munimentoq; prominente, eoque nisi nictentur, aut conniueant, cernere non possunt: quorundam sunt oculi præduri, & qui hoc genere operculi, & folliculi careant, proindeq; exerti sint, sed starim sine diductu aliquo incidentia, & occursantia contuentur: ita odoratus Insectis promptus atque expositus sine operculo est, visus duros oculos habentibus, vnde munere eo sine naribus, & olfactione funguntur; respirantibus adopertus, ac operculo cõditus, qui odoratus cum halamus, adaperitur, panditurq; ampliatis venarum meatuumq; itineribus Hinc euenit, vt quæ spirant, odorem in aqua non sentiant, quoniam respirare non possunt. Quamobrem cum meatus illi in humore patefieri nequeant; summa ratio est, vt vrinantes in eo odorari non possint. Ergo si quis diligenti subtilitate id exigat, respiratio non est causa odorandi, neq; dehiscentia palpebrarum videndi, sed adaperiendi meatus, qui odoratui inseruiunt. Eiusdem opinionis est Theophilus Zimara, non indoctus Aristotelis scholiastes, qui sic scribit. Vapor etiam ad odorandum poscitur in his, quæ suffiendo duntaxat sentiunt, siue sensus nostri vitio, siue ipsius rei odoratæ causa, quod caloris vi qui in eis est, crassus vapor, excludatur. Testantur id Insecta, quæ cum non respirent, odores tamen prosequuntur, aut auersantur. Nã odorati ea esse prædita, nullus dubitet, cum alimenta quærant sibi, & fumum fugiant. Non respirant vero, quia spiritalibus carent instrumentis Nullus ergo in his attrahitur vapor respirãdo, sed ad ea species odorum transeunt ab aere traductæ; quæ grauium odorum sint, necant hoc genus, quod ipsum indicat non carere ea hoc sensu. Et si quis neget habere Insecta odoratũ, quod nullum in his appareat eius sensus instrumentum: dicendum non carere ea instrumento, ersi conspicuum illud non est, nec posse facultatem vllam sine sensorio sibi delegato inesse. Verisimileque est, (vt Themistius ait) non aliter odoratus instrumentum in his sine operimento vllo esse inuolucroque, quam visus instrumeutum in durioculis. Sic ille. Naturam iraque conicere licet, non minorem subtilitatem paruis animalibus indidisse, quam magnis Plinius rerum naturæ argutissimus, vrmonstrẽt Insectorum subtilitatem, miratur plurimum, vbinam tot sensus collocaritin Culice, atque Formicis, quibus sensus, nedum tactus sederiam odoratus, gustatusque inest. *e* Aristoteles philosophorum ille antistes omnibus Insectis sensus esse non minus scite, quam festiuiter etiam scriptum reliquit. Nedum profecto, quæ animal pariunt, & sanguinem, quos sensus appellamus, habent, verum & Insecta, nam visu quædam, & olfactu, gustuque adornantur. Sentiunt enim mel procul Apes, & Culices, dicti Muliones: quod nisi haberent odoratum, nunquam è longinquo sentirent. Sulphuris enim odore Insecta emori, & languescere palam est. Item Formicæ sulphuris suffitu formicario puluisculo inspersoi, aut origani, aut cornu ceruini fugantur. Gustus ratio similis est. nam Apes ad uullam rem putidam aduolant, qua & languescunt, & tristantur; sed dulcibus alliciuntur. Contra Culices non dulcia, sed acida gestiunt. Tactus vero omnibus animalibus datus est.

a Lib. de Somno & vigil.

b In Hexãm. Hom 8.

Insecta vnde dicta.

c Lib. 4. de Piscibus. c. 9

d Li. 11. c. 3.

Sepiæ sanguinis vice quid.

Cur pulmone careant.

Calida quę animalia.

Vt murmur edant

Cur spirãdi vsus iis negatus.

Natura nihil frustrà facit.

Vt suffocata in aqua reuiuiscant

Insectorũ odorandi sensorium diuersum ab aliis.

Quæ odorem in aqua non sentiunt. & quare.

Insectorum subtilitas, & præstantia.

e Li. 4. Hist. Anim.

Gustus.

Tactus.

VOCEM NON EDERE, SED SONVM.

Aristoteles differens de animalibus, quæ sonum, quæ murmur edant, quæ item loquantur, differre ait proculdubio vocem à sono, & tertiam his adnumerandam esse rem, locutionem. Gutture, inquit, parte vna vox agitur: quocirca quibus pulmo deest, iis nulla vocis emittendæ facultas est. Locutio non nisi vocis per linguam explanatio est. Vocales igitur litteræ à voce & gutture, cõsonantes lingua, & labris proferũtur quib. litteris omnẽ locutionem confici nulli dubiũ est. Quãobrẽ quibus

a Li. 4. Hist. cap 4.

Vox differt à sono.

Locutiõ quid.

Sonus vt fiat.

Voce cur careant Inſecta.

Sonus quid.

Pręcinctũ quibus, & eius vſus.

Cicada vt cant.

Enceladũ. Animalia Bombycia.

,, quibus animantium lingua libera, abſolutaque non eſt, ea neq; ,, voceni emittunt, neque ſermocinantur: at ſonus elidi, vel aliis ,, partibus poteſt. Ergo Inſectis animalibus, neque vocis, neque ,, locutionis vlla facultas, ſonusque iis ſpiritu interiore mouetur, ,, nou exteriore Nullum enim ex iis ſpitat, ſed alia murmur edũt, ,, vt Apes, alia canere dicuntur, vt Cicadæ. Omnia vero in eo ge- ,, nere, membrana ſepto transuerſo ſubdita, qua præcinctũ cor- ,, pus diſtinguitut, ſonant, vr genus Cicadarnm attritu ſpiritus. ,, Muſcæ etiam, Apes, & reliquà iis ſimilia cum volant, ſeſe attol- ,, lunt, & contrahunt. Sonus enim attritus interioris ſpiritus eſt. ,, Locuſtæ ſuis gubernaculis atterentes ſonãt: nullum Molle, nul- ,, lum Cruſtatum, vel vocem vel ſonum aliquem mittit natura- ,, lem. Piſces vocis, quidem expertes ſunt &c. Sed planius in li- ,, bro περὶ ζωῆς καὶ θανάτου, id eſt de morte, & vita: Habent in- ,, quit, id genus pleraque diazoma, id eſt, præcinctum, cui inſi- ,, tus eſt ſpiritus: is quandoque foras mouetur, quandoque vero ,, è diuerſo: vnde contingit nunc eleuationem fieri, nunc depreſ- ,, ſionem eiuſdem pellicülæ. Cum enim exit ſpiritus; attollitur; ,, ſicut ingrediente deprimitur. Perinde enim Inſectis portio ea ,, mobilis eſt, vt in ſpirantibus pulmo, & in piſcib. branchiæ. Porro pellicula concuſſa faciunt ſonum: Sicut in calamis pueros in- terdum videmus factitare, quibus prætenui folliculo indito, ſo- num eliciunt. Sic & Cacadis, quæ canunt: calidiores enim ſunt, & imo ſpiritalis motus maior, vt interpretatur Thomas. Proclus vero Diadochus, canit, inquit, Cicada, ſeipſam atterens ſub alis, atque ita ſonum emittens. Plinius quoque ex Ariſtotelis doctrina vocem non habere ſcribit, niſi quibus pulmo eſt, & arteria Idcir- co. & Inſectis ſonum eſſe, non vocem: intus manente ſpiritu, & incluſo ſonante. Verum alia murmur edere, vt Apes; alia cum at- tritu ſtridorem, vt Cicadas. Quia vero hoc genus intus habere ſonum viſitur, hinc Enceladum Inſecti genus appellari Gramma- tici aſtruunt. Vniuerſim vero Bombycia vocant quidam à bom- bo, vt opinor, ſicuti ab inciſuris, Entoma, id eſt, Inſecta.

VITÆ TENACITAS.

Animalia abſciſſo capite non viuunt.

a *Super* 7. *Phyſic.*

Animalia alia tenacis vitæ.

Inſecta quæ viuaciora.

b *H.li.4.c.7*

Quæ diuulſa diutius viuãt.

c *Li. de quãtit. anima. cap.3. I.*

d *Lib. 4. de partib. c. 6.*

Inſecta cur plantis ſimilia.

VITAM imbecillis huiuſmodi animalculis fortius, ac tenacius inhærere, quam reliquis omnibus animantibus, tum aereis, tum terreſtribus, tum aquatilibus, quis non admiretur? Conſtat equidem omnia animantia viuere abſciſſo capite, ne tantillo temporis momento poſſe: quanquam *a* Auerroes author ſit, veruecem abſciſſo capite huc atque illuc aliquot momentis nutantem, aliquot paſſus progreſſum eſſe. Viuit ſane bubulum cor exemptum ab animali; viuunt reſciſſæ lacertæ, viuit Serpentum genus, polypus quoque, & vronoſcopus piſcis, multorumque piſcium cor ademptum, & marinus pulmo in partes diſſectus ſuperuiuit, item teſtudines auulſo corde: nihilominus in quibuſdam Inſectis, multo magis in Vermibus vitam maioribus fixam eſſe radicibus apertiſſime liquet, præſertim ex iis, quæ tradit Ariſtoteles de iis, quibus longum eſt corpus, ac pedes multi; adeo, vt vtriſque à ſeipſis partibus, ſeparata vita oſtendatur. Pars enim, quę ad caput ſpectat, ſi abſcindatur, caput verſus tendet: pars quæ ad caudam ſpectat, caudam verſus diriget motum ſuum, quod præcipue in Centipeda patet, ibidem, *b* Ariſtoteles: Inſecta inquit, ,, diuulſa et viuere poſſunt omnia except siis, quę vel admodum ,, frigeant, vel præ ſua exiguitate, quam primum refrigereutur. ,, Nam Veſpis quoq; diuulſis, nou deeſt viuacitas Viuit ergo cum ,, pectore tum caput, tum etiam aluus: at ſine eo caput auulſum ,, viuere non poteſt. Diutius ea viuunt diuulſa, quib. corpus lon- ,, gum pedeſque multi, & pars, quæ abſciſſa eſt, in vtrumque ſe ,, mouet extremum, nam & caput verſus ingreditur, & in caudam, ,, vt in iis quas vocant Centipedes moueri videmus. Sic ille Sed ,, non diuiſione bimembri hoc tantum verum fuerit, ſed etiam in ,, plures partes abſciſſione facta, vt ſcribit *c* D Auguſtinus his ver- ,, bis: Cum nuper in agro eſſemus Liguriæ, uoſtri illi adoleſcen- ,, tes, qui tunc mecum etant ſtudiorum ſuorum gratia, animad- ,, terunt humi iacentes in opaco loco reptantem beſtiolam mul- ,, tipedem, longum dicam quendam vermiculum; vulgo notus ,, eſt, hoc tamen, quod dicam, nunquam in eo expertus eram: ver- ,, ſo namque ſtylo, quem ſecum forte habebat vnus illorum, ani- ,, mal medium percuſſit Tum ambæ partes corporis ab illo vul- ,, nere in contraria diſceſſerunt, tanta pedum celeritate, ac nihi- ,, lo imbecilliore, niſi quam ſi duo huiuſmodi animantia forent: ,, quo miraculo exterriti, cauſæq; curioſi ad nos, vbi ſimul ego, & ,, Alipius conſedebamus, alacriter viuentia fruſtra illa detulerũt: ,, Neque nos patum commoti, ea currere in tabula quoquo ver- ,, ſum poterant, cernebamus, atque vnum ipſorum ſtylo tactum, ,, contorquebat ſe ad doloris locum, nihil ſentiente alio ac ſuos ,, alibi motus peragente. Quid plura? Tentauimus quatenus id ,, valeret, atque Vermiculum, imo iam Vermiculos in multas par- ,, tes concidimus, ita omnes mouebantur, vt niſi à nobis illud fa- ,, ctum eſſet, & compararent vulnera recentia; totidem illos ſe- ,, paratim natos, ac ſi quemque vixiſſe crederemus: Hæc Auguſ- tinus cauſam huius rei afferri poſſe non putans, ſed Dei eſſe oc- culiſſimum opus, ne vna anima in tot partes diuiſa eſſe videatur. *d* Ariſtoteles inde, quod diſſecta reuiuiſcant Inſecta plantis ſimi- ,, lia eſſe ſcribit, inquiens: Inſecta vero hæc eſſe neceſſarium pro- ,, pterea eſt, quod in eorum eſſentia ineſt, vt multa principia ha- ,, beant, eaque ratione ſane plantis aſſimilantur. Vt enim plantæ ,, ipſa quoque præciſa viuere poſſunt: ſed hęc aliquandiu, illæ ,, vel perfici poſſunt, ac duæ ex vna, atq; etiam plures numero pro-

A cerantur. *e* Alibi quoque idem hoc teſtatur, Stirpes cum Inſectis inquiens, congruunt re, atq; neceſſario altrix anima vna actu, plures facultate in iis habentur, quæ illa prædita ſunt. Item ,, ſimilis eſt ratio ſentientis originis. Nam inſecta poſt diſſectionem indicant ſe ſenſu vigere: Stirpes tamen conſeruandæ naturæ facultatem habent, cũ Inſecta nihil tale efficere poſſint, quia ,, inſtrumentis ad præſidia ſalutis comparanda carent. Nonnulla ,, quoq; iuſtrumentum deſiderant per quod cibũ ingerant: non- ,, nulla id, per quod cibum iam ingeſtum complectantur. Non- ,, nulla ſunt, quæ cum aliis plurimis, tũ maxime vtroque priuan- ,, tur inſtrumento: quippe cum illa animalium genera ea imiten- ,, tur, quæ vna coaluerint. Quæ vero perfectiſſima corporis fabri- ,, catione formantur diſſecta, viuere non queunt, quoniã illorũ ,, natura, quoad fieri poteſt, maxime vna eſt. Quamobrem partes ,, quædam diſſectæ breui tempore, exiliterque ſentiunt, quia ta- ,, metſi quandam ſententis animæ affectionẽ obtinent, ſentien- ,, ti tamen carent anima. Viſceribus item abſtractis ſeſe mouent, ,, quod Teſtudines etiam faciunt, poſtquã cor exemptum eſt. An- notat iſthæc quoque *f* Cælius Rhodiginus, docteque plantarum B cum Inſectis ſimilitudinem hanc deſtinguit his verbis: Verum ,, quia in vitales rationes volentes incidimus, id obiter inſertum huic parti attexemus: plantas eatenus conſimiles Entomis videri, quatenus, vt Entoma, ſiue Inſecta, interciſæ viuunt. Eius ratio, inquit Thomas, reddi poteſt, quoniã eis ineſt anima actu ,, quidẽ vna, potentia vero plures. Hoc tamen differre deprehen- ,, duntur, quod Entoma præciſa conſectaque viuunt quidem, ſed ,, nõ perdiu: cuius ratio euideus. Nam ſi perdurate diutius debe- ,, rent, organa illis diuerſa forent neceſſaria, vt os, & ſtomachus; ,, quod non fit, Neque enim habere poſſunt in qualibet corporis ,, portione principium, quo nutrimentum admittant: imoq; nec ,, perſeuerare diſſecta diutius queunt. At plantæ reciſæ viuunt ,, diu, quoniam in qualibet fere parte potentia, & virtute germen ,, habent, ac radicem. Hoc vero in nodis fit, propterea durant, ,, quia trahere alimentum valent, gignunt quoq; cum germinan- ,, di inſita ſit vis. Cæterum *g* Ariſtoteles etiam ipſe rationem red- ,, dens, cur Iuli, ſimiliaque prælonga Inſecta præciſa viuant, cau- ,, ſam ad multiplicem principii eorum partem referre videtur, ſed ,, verba eius clarioris doctrinæ cauſa adſcribam: Inſectis, inquit, ,, principii eiuſmodi pars, vt ante diximus, inter caput, & alueum ,, C eſt Quę etſi magna ex parte ſimplex eſt, tamen nonnullis multi- ,, plex eſt, vt Iulis, & ſimilibus prælongis. Quo fit, vt præciſa vi- ,, uere poſſint. Natura enim partem hanc ſimplicem, vnamque ,, tantum facere in omnibus vult. Itaque vbi poteſt ſimplicem, vbi non poteſt, multiplicem &c. Voluit Cardanus, quod pro corollario annexum huic loco eſto, proprium inſectorum eſſe, vt cauda abſciſſa viuant, cum ſane, vt demonſtratum eſt, aliis etiam præciſis ſuperuiuant partibus. At verum vt ſic mirũ eſt præſciſa in fruſtra viuere, ita è contrario, quam mire fragilis ſit eadem eorum vita, conſtat inde ſaltem, quod omnia, vel ſolius olei aſperſu enecentur; quemadmodum præter *h* Aelianum, *i* Plinus quoque atteſtatur, præcipue ſi, vt hic, Kalibi habet, capite vncto in ſole ,, ponantur. Cuius rei rationem reddens doctiſſimus *l* Alexan- ,, phrodiſeus, quia, inquit, ſpirandi meatus continent (Inſecta) ,, anguſtiſſimos. Oleum enim, quoniam lentum eſt, interſepit, & ,, claudit iter, ita vt via ſpiritui omnis denegetur: quod cum ac- ,, cidat, interitum ſequi neceſſe eſt. Sic ille, ſed à morte vindicabis, ſi aceto conſperſeris: ſin nimio periere humore, vt fit multoties, reuiuiſcent, ſi ante eorum occubitum cineribus commiſceantur; D humore quippe conſumpto reſurgunt.

e Lib. de Iuuent & Senect.

f Li. 21. Antiq. lect. c. 1.

g Lib. 4. de part. cap. 5.

Cur præciſa viuant.

Vitæ fragilitas.

h Lib. 4 de Anim. 18.

i Li. 12. c. 53.

k Lib. 11. cap. 19.

l Li. 1. probl. 62.

Vt oleo mortua reuiuiſcant.

CVR AERIS VIVANT BENEFICIO.

Cur piſces in aqua degant.

Inſectorũ. calor.

Inſecta aquatilia cur minus diu in aere viuant.

MIRARI etiam ſubit, cur Inſecta aeris beneficio viuant, piſces vero calidiores, vtpote ſanguine prediti; ab aqua refrigeriũ petant, cũ alioqui è contrario illa potius aquis, hi vero aere bene ſe habere deberent. Frigidiora ſiquidẽ frigidiorẽ exigunt locũ, & calidiora calidiorẽ, eo quod vnicuique non nimiũ ſuperans refrigeriũ natura competere voluerit. Ad id eſſe verũ quoq; aſſeueramus, dummodo conueniens comparatio fiat. Enimuero Inſecta cum pauco iudigeant refrigerio in aere viuunt, piſces autem atque ſanguinea, eo quod vtrorumque vna eſt ratio, calidiores exiſtentes, & maiori indigentes refrigerio, in aere viuere nequeũt. Quippe Inſecta exanguia calorem tenuem, terreoque humori leuiter commixtum habent atque ideo aquis permanere non poſſunt, piſces autem craſſiorem ſortiti ſunt, cum humore aqueo valde permixtum, & ideo gaudent aquis. Multitudine igitur, non autem ſimplicitate caloris exuperant, atque ideo quodam mo- E do ſimilioribus in locis ambo conſiſtunt. Nonnulla etiam aquatilia exanguia ac Inſecta diutius, cum modico indigeãt refrigerio, in aere, quam ſanguinea viuunt, citius enim hęc intereunt: quia vehementius frigus exquirunt, eoque modo marceſcunt. Illa vero potius ab irruente contrario pereunt, & ideo diutius viuunt.

Non enim, vt refrigerentur, aquis inhabitant, ſed vt ſuo ſimili ſeruentur loco, proprium que inde ſuſcipiant alimentum

VT

VT FVGENTVR.

Damna Insectorum.

INSECTORVM cum multa sint genera, quæ longe plura, & maiora hominibus pariant commoda, quam vel quæuis etiam maxima iumenta, ita contra multa etiam sunt, quæ quando nimia multitudine abundent, aut luxurient, agros absumere, atque ita inducta sterilitate maximam annonæ caritatem intulisse constat; quin sic hominum peccata iis immissis sæpe à Deo immortali punita esse, historia quæuis testatur, maxime Locustis, Erucis, Vermibus, Bruchis, & similibus aliis, quæ plantis vescuntur. Pestilentiam quoque, & imminentia bella præsagiunt, maxime si sponte ex putredine ortum duxerint. Eiusmodi nopia Insecta Nicandro κνώδαλα vocantur. In hisce itaque fugandis multi sæpe plurimum operæ atque industriæ impendunt. In vniuersum autem omnia Insecta, quinq; modis, inquit Cardanus, arcentur: aut prohibendo generationem, sic in Locustis oua conterere solemus: aut aduentum, clausis fenestris, quoniam Mustę obscuro loco non volant, ab earum rœdio simus tuti. Quædam aperte Insecta pellunt, & occidunt, vt duo extrema illa, ignis & præsertim

Insecta hominum peccantiũ causa immissa.

κνώδαλα.

a *Lib 7. de variet. rer. cap. 30.*

A tim flamma, & immensum frigus. Sed & omnes feræ horrent flammam, ac fugiunt. Inde sapor acris, & amarissimus, veluti acetum, fel tauri, decoctum cucumis anguini, hellebori albi, colocynthidis, lupinorum. Quædam odoris propria quadam vi, vt sulphuris, atramenti, calcanthiue, florum & foliorum sambuci vtriusque, coriandri, cornuum, & vngularum. Quædam multiplici genere incommodi illa afficiunt, vt ruta, ærugo. Atque hæc eadem serpentibus aduersantur, & generationi, & ouis eorum. Antiqui vero duobus maxime, quorum nunc obliti sunt homines, commodissime ad omnia seruanda vtebantur, pice, atque amurca olei: pix ab aere tutatur, amurca ab animalibus. Inuenio inter odorata Styracem suffitu omnia ferme Insecta animalia pellere. Hæc Cardanus. Pennas Vpupæ, quot volueris, si in cubiculo accenderis, ita vt fumum sentiant, Muscas, Araneas, Scorpiones, aliaque similia domo expelles. Cætera in particularibus cuiusque Insecti historiis recensebuntur. Cæterum, quod si eiusmodi remedia non iuuent, ad exorcismos deueniendum est, de quibus consule Theologos.

Quæ aperte Insecta occidant.

Serpentes vt fugentur.

VLYSSIS

VLYSSIS ALDROVANDI PHILOSOPHI ET MEDICI BONONIENSIS, HISTORIÆ DE INSECTIS LIBER PRIMVS

Qui eſt

DE FAVIFICIS.

De Ape. Cap. I.

ORDINIS RATIO. APIS NATVRA mirâ laudatur.

ORDINEM nobilitatis in noſtra Ornithologia ſeruauimus, quo ad fieri licuit, ſemper; eundemque hic ſeruare animus ,, eſt. Quamobrem declarandum prius, quæ Inſecta iudicio noſtro nobiliora exiſtunt. Nobile autem eſt teſte Philoſophorum principe, & communi præceptore *a* Ariſtotele, quod ex bono prodit genere. Si itaque generis, aut ortus ratione nobilitatem horum animalculorum æſtimemus, haud dubio ab iis exordiendum erit, quæ nobiliori ortu conſtant, eoque maxime, cum & nos in allata ſuperius methodo Pyraustam, tanquam in nobiliſſimo elementorum, igne videlicet, generatam authore eodem Ariſtotele, primo loco nominauerimus, vel ſi hanc generationem non admittamus, ſicuti profecto non admittimus, ab iis ſaltem, quæ cum igne maiorem analogiam habere videntur, vt Vermes quidam Indici nocte lucentes, Cucuios dicunt, Lãpyris ſeu Noctiluca, & ſimilia. Cæterum ſicuti inter homines nobiles ſoli dicendi ſunt, prudentes, & iuſti, etiamſi ex emptitiis nati ſint, vt *b* Philo Iudæus ait, ita quoque nos hic nobilitatem ab animi doribus, & ab emolumento, quod homini inde cedit, & à perfectiſſimis animalium partibus iudicamus, atque menſuramus, nulla vel ortus, vel magnitudinis ratione obſeruata. Inter vtiliora itaque Inſecta Apis, & holoſerici ſtaminis inuentrix & productrix Eruca, primas obtinent, illa ad cibi obſonia maxime, & lucem noctu in tenebris præſtandam, & ſummum in medicina vſum; hæc ad ſuperbiſſimas veſtes, & vtenſilia, et am in ſacra Dei Eccleſia Verũ vti ita in præbendis homini commodis, quodammodo æquales ſunt; ita rurſus Apis pluribus præterea prædita virtutibus, adeo vt Plutarchus cumulum virtutum nominaturus, apiarium dixerit, cum interim Eruca illa poſt ſubminiſtratum holoſericum, in Papilionem tantummodo abeat ſpeciei ſuæ conſeruandæ cauſa, cætera inutilem. Plinius ſane etiam ab Apibus inchoat eiſque principatum tribuit diſertiſſimis verbis Inter omnia, inquit, ea (Inſecta) principatus Apibus, & iure præcipue admiratio ſolis ex eo genere hominum cauſa ge- ,, nitis. Mella contrahunt, ſuccumque dulciſſimum, ac ſaluberri- ,, mum, Fauos confingunt, & ceras. Illæ ad vſus vitæ tolerant, o- ,, pera conficiunt, rempububl habent, conſilia priuatim, & duces ,, gregatim; at quod maxime mirum eſt, mores habent. Præterea ,, cum ſint neque manſueti generis, neque feri: tamen tanta eſt ,, natura rerum, vt prope ex vmbra minimi auimalis, incompara- ,, bile effecerit quiddam. Quos efficaciæ, induſtriæque tantæ com-

a Li. 1. Hiſt. cap. 1. Nobile quid.

Cucuios. Nobiles qui dicendi.

b Lib. de nobilit.

Inſecta vtiliſſima,

A paremus neruos? quas vires? quos rationi medius fidius viros?" hoc certè præſtantioribus, quo nihil nouere niſi commune, &c." Plura de iiſdem idem Plinius, & vix credibilia. Et Ariſtoteles ſubtiliſſime de iiſdem ſcribit & ad cœlum vſque induſtriam earum, atq; prudentiam euehit: verum neque quicquam diligentius percipi poſſe *c* Columella atteſtatur, quam ab Higinio dictum eſt, nec ornatius, quam Vergilio, nec elegantius, quam Celſo. Higinius veterum authorum placita ſecretis diſperſa monimẽtis induſtrie collegit. Virgilius poeticis floribus illuminauit. Celſum vtriuſq; memorati adhibuit modum Quare, inquit Columella, ne attentãda quidẽ nobis fuit hæc diſputationis materia, niſi quod "consummatio ſuſceptæ profeſſionis hanc quoq; ſui partem deſi- "derabat, ne vniuerſitas inchoati operis noſtri, velut membro aliquo reciſo, mutila, atq; imperfecta conſpiceretur. Hęc ille, qui cũ & ipſe quoque de Apibus breuiter ſcripſerit, atq; longe ante illum breuius doctiſſimus M. Varro abſoluerit, quid nobis inueniendũ, dicendumue reliquiſſe videntur? Nihil quidem inueniendum, ſed dicenda omnia. Cum enim cuncta nos, vel ex illis, vel ex aliis authorib. colligamus, vere fateri poſſumus, nihil noſtrum eſſe: è contra, cũ eorundẽ verba, ac ſententias magno labore, & ſumma induſtria conquiſitas ad hunc ordinẽ, qui noſter eſt, redigamus, omnia nos dicere poſſumus, & aſſeuerare Quod ſi quis ſuperſti-
B tioſus neget, negem quoque mel ipſum Apum eſſe, ſed florum ex quibus id colligunt, neque recte ceciniſſe *d* Auſonium poetam:

Quodque cibo, & potu placitum, labor acer Apum mel.

Vt vero modo ad laudes Apum reuertamur, has potiſſimum ab admiranda earum induſtria, atque ingenio, labore, ac ſedulitate ineffabili, incredibiliter regendi ſcientia, ac politia, Plinius in præcitatis verbis celebrauit. Adiungi poteſt quoque inuiolata Iuſtitia, Concordia, Pietas, Temperantia, munditia, atque demum incredibilis, quam nobis ſubminiſtrat vtilitas. Quo ingenio, qua induſtria, qua prudentia, ſapientiaq; Apes reſplendeant, ac prædita ſint, inuuit Franciſcus Petrarcha; eas in inuentionibus imitandas nobis proponens. Et *e* Ariſtoteli teſte Athenæo, cognitum eſt Apes prudentia homines antecellere, vt quę vitę perpetuã ęquabilitatem, ac immutabilem ſeruent, mel ſemper colligentes, idque ſpõte, à nullo edoctę, qua in re (inquit Athenæus) homines Apib. "cedũt inani, ſtultaq; exiſtimatione ſui tã pleni, quã Apes melle. *f*" Conſtant. Cæſar etiam ex Didymo Apẽ omnium aliorum animalium ſapientiſſimam, & artificioſiſſimam, intelligentiaque ad hominem prope accedere tradit, nec non opificium eius vere diuinum eſſe, & hominibus vtiliſſimum. *g* Virgilius vero, vel vna hac pi-

De Apibus qui ſcripſerunt.

c Lib. 9. c. 2.

d Eidyll. 12.

e Lib. 8.

f Li. 15. c. 3.

g Li. 4 Geor.

hac pictura admirandas ingenii dotes declarauit, prorsus esse Apibus partem diuinæ mentis, & haustus ætherios existimans, φ tam prope ad humanam mentem accedant, imo etiam superent.

His quidam signis, atque hæc exempla secuti,
Esse Apibus partem diuinæ mentis, & haustus
Aetherios dixere.

Non itaque Apem sapientem vocamus, ac celebramus flauum mel meditantem, adulantes ei ob dulcedinem nos titillantem, & reliquorum animalium sapientiam, & artem, quam adhibent partui, & educationi, negligimus, vt voluit *h* Plutarchus, qui tamen, & ipse multis in locis Apis ingenium plurimum prædicat, sed quia reuera res ita se habet. Id sane fecit altissima Sapientia, vt intelligeremus non corporis magnitudine, sed anima prudentiam constare. ipsam vero auimam nulla opus habere magnitudine, quæ vt minor sit eo esse excellentiorem, vtpote & ipsam partem animæ mundi. Mirabile equidem in primis, quomodo tam pusilla animalcula ex tanta florum diuersitate mel, ceramque colligant; mirabilius vero quomodo collectum per longissima sæpe interualla ad alueos suos deferant; sed quam maxime mirabile, quomodo ita in fauis cohærere faciant, ne excidat. Colligunt autem, teste *i* Aristotele, ex omnibus, quæ florem calicularum ferunt, atq; etiam ex cæteris, in quib. dulcedo est, & lingua susceptum genus id saporis deportant, sine vllo fructuum detrimento. Modus vero, quem in colligendo seruant, admiratione quoque summa dignus est. Nam si verum est, quod idem *k* Aristoteles alibi quoque testatur, morem esse Apibus, ne florum plura genera petant vno eodemque profectu, sed singulis singula: verbi gratia, à viola ad violam aduolare, nec aliud attingere quousque suum in alueũ redeant: nonne & homines in hoc viceriut quamplurimos, qui, nisi longo vsu herbas distinguere didicerint, consimiles simul confundunt? Omnem porro superat admirationem quod cũ melle onustas redire certo sit certius, ferre id tamen nunquam cernãtur, vt ibidem Philosophus ait, addensque quemadmodum operentur, visum adhuc non esse. Aristodemum Philosophum scribit *l* D. Augustinus annis multis insudasse, vt naturam Apis inuestigaret, nec tamen potuisse, & Aristomachum Cicero (nescio an eundem) Solinensem annos duos de sexaginta nihil aliud gesse testatur, & Hyliscum Thasium Plin: Aelianus, quem quod Apes in desertis coleret Agrium nomiuauerunt. Menum quoque legimus inter Sammites natum mire solitudinem amasse, ibiq; ne quid per ocium perperam faceret, Apes cũtasse, vt earum sedulam operam inspiciens, nunquam esset ociosus. Sed vt ad ingenium Apum reuertamur, mirati rursus subit, qua arte mellificent, id enim hactenus etiam peritissimos quosque latuit, cum interim mellificare palam cernantur, & melle impleri aluearia. Vt recte* Lucianus Μέλιτταν σόφλω θεὸς μέλιτος ἐργάτιν, id est, Apem sapientem diuini mellis effectricem nominauerit. *m* Seneca non constare ait, vtrum succum ex florib. ducant, qui protinus mel sit, an quæ collegerunt in hunc saporem mixtura quadam & proprietate spiritus sui mutent. Quibusdam enim, inquit, placet, non faciendi mellis scientiã esse illis, sed colligendi. Aiunt inueniri apud Indos mel in arundinum foliis, quod aut ros illius cœli, aut ipsius arundinis humor dulcis, aut pinguior gignat. In nostris quoq; herbis vim eandem, sed minus manifestã & notabilem poni, quã persequatur, & contrahat animal huic rei genitum. Quidam existimant conditura & dispositione in hanc qualitatem verti, quæ ex tenerrimis virentiũ florentiumq; decerpserint, non sine quodam, (vt ita dicam) fermento quo in vnũ diuersa coalescunt. Hucusq; Seneca. *n* Cardanus dicit ideo mel conficere, quoniã in succingente alas parte folliculus sit lucidus, ac velut mel dulce: simile enim, inquit, fit à simili. quod aliis examinandum relinquo, notiora ac manifestiora de earum operationibus scribere volens, quas omnes Aristoteles diuersis in locis quasi admirandas admirabundus depinxit, *o* aitq; fauos primum construere è floribus, cerum ex lachrymis arborum fingere, mella ex rore aeris, syderum exortu potissimũ, & arcus cœlestis incubitu contrahere. Omnino ante Vergiliarum exortum mel non fieri, fauos autem floribus facere, mel non ipsas facere Apes, sed rorem cadentẽ deferre: argumento esse, quod non vno aut altero die cellas melle repletas reperiunt Apiarii. Item autumno mel posteaquam detractum est, non reparari, cum tamen illo etiam tempore flores proueniant. *p* Plinius quoque mel, inquit, ex aere, maximeq; sydcrum exortu, & præcipue Sirio exsplendescente sublucanis temporibus venit. Itaq; prima aurora folia arborum melle roscida inueniuntur, ac si qui matutino sub dio fuere, vnctas liquore vestes, capillumque concretum sentiunt, siue ille est cœli sudor, siue quædam syderum saliua, siue purgantis se aeris succus, vtinamq; talis esset, qualis defluit primo, ac non potius rerræ halitu infectus. Et præterea è frondibus potus, & in ventriculis congestus Apum (ore enim euomunt) adhæc florum succo corruptus, alueisq; maceratus, totiesque mutatus multum de cœlesti natura amittens, magnã tamen cœlestis naturæ voluptatem afferens. In fingendis patãdisue porro fauis diuinum plane artificium exercent. Cum enim alueum receperint mundum, quamprimum eos construere incipiunt, deferentes ex floribus, sed præcipue ex arborũ lachrymis, vt diximus, salicis, & vlmi, & reliquarum quæ glutinum pariunt. Author est *q* Aristoteles, additq; his pauimentum illiuere, ne bestiolæ nocuæ subeant, vocariq; hoc opus ab Apiariis tectorium imum. Clarum quoque est, & à pluribus scriptoribus proditũ Regum suorum cellas eminentiore velut regio loco, maiori laxitate peramplas ædificare, easq; sepimento tanquam muro quodam ad maiestatem regiam tuendam circumuallare. Ac vt ætate, & con-

h *Lib. de Amore prolis.*

Apis cur sapiens.

i *Li. 5. Hist. cap. 22.*

Vnde mel colligant.

k *9. H. c. 40.*

l *Ser. 15. ad fr. in eremo.*

Heliseum, Thasium, Plinius, & Aelianus.

* *In Alcyone.*

m *Epist. 84.*

Vt mellificent.

n *Lib. 7. de Variet. c. 28.*

o *Lib. 5. Hi. cap. 22.*

Apũ operationes.

Mel vnde constet.

p *L. 11. c. 12.*

Fauorum artificium.

q *L. 9. Hist. cap. 22.*

Tectoriũ imũ quid.

Regũ cellulæ vbi.

A ditione illæ inter sese triplices sunt, sic tripartito etiam suas cellas diuidere. In regiæ aulæ vicinis, summa senectute affectas, tanquã regis satellites habitare, postque has esse natu minimas, & quæ annum noudum excesserunt: adolescentiores vero, & ætate confirmatiore, extimas manere Præterea vt *r* Aristoteles, inquit, fauos suos æquabiles constituunt, superumque totum opetimentũ politũ apponunt, & ad singulos vsus fauum singulatim effinguut, videlicet partem aliam ad mella, aliam ad prolem, aliam ad Fucos accommodatam. Scribitq; idem eodem loco curare summopere, vt faui illi erecti sint, & si corruerint erigere, & pilis sulcire foruicatis, vt subire possint, cumque via, qua accedant, non dãtur, cessare ab incubitu; hincque fieri, vt faui araneentur. Item primos fere tres versus inanes strui, ne quid promptum sit, quod inuitet furantem. Nouissimos maxime impleri melle, ideoque auerso alueo fauos eximi. Verum maior adhuc ars in fingendis fauis eorum cellisue dicenda restat, si figuram contemplemur. Etenim Apis eas sibi vndiq; simillimas, ac easdem vbiq, in alueariibus adhibet, (cum tamen interim liceret diuersa etiam figurarum ratione præstare securitatẽ) eodemq; semper artificio vtitur. *s* Constantinus Cæsar ex Didymo astruit. imbecillitatis suæ, cũ sibi conscia est, angustos facere, & non in rectũ dispositos ingressus in domunculam suam: ideoq; si quod animal per hos ingressum fuerit, vt ipsis damnum inferat, plures circumstantes facile occidere. Si duo contiugit esse examina, etiã duo sunt fauorũ genera. Etenim in concordia suum quæq; plebs seruat cerarum figurandarũ morem: sed & omnes faui semper cauearum tectis, & paululum lateribus adhærentes dependent, ita ue solum attingant, quoniam id præbet examinibus iter, vti iam obiter attigimus Cerarum autẽ figura talis, qualis & domicilii habitus, nam & quadrata, & rotunda spatia, nec minus longa, sui speciem velut formæ quædam fauis præbent Proditum est a Plinio fauos in Germania visos octo pedum longitudine. Sed hoc ad diligẽtiam earum potius spectat. Ingenium vero Apum suspiciens, recte *t* M Varro hic rationem atque attem esse voluit; Ab his, inquit, opera discunt, ab his ædificare, ab his cibaria condere. Tria enim harũ, cibus, domus, opus. Neque idẽ, quod cibus cera, nec quod ea mel; nec quod mel domus. Non in fauis sexangulis cella; totidem quod habet ipsa pedes (quod Geometræ ἑξάγωνον fieri in orbe rotundo ostendũt) vt plurimum loci includatur. *u* Plinius quoque omnes cellas sexangelas esse tradit, easque à singulorum pedum opere, vt hoc ex Varrone transtulisse videatur Dum itaq; in fauis suis cellulas sex æqualibus lateribus summa industria, absque vllo Geometriæ instrumento struit, satis ostendit, quam huius artis perita censeri debeat. *x* D. Basilius discere nos hortatur, quomodo Geometriæ inuentionum rudis non sit sapientissima Apis, argumento quod omnes fauorum ipsarum cellæ sexangulæ sunt, & æqualia latera habent, non in directum alternatim incumbentes, vt ne quid patiantur ima vacuis adaptata, sed anguli sexangularũ infernarum sedes, & fulcrum sunt incumbentium, vt secure supra se onera euleuent, ac sustineant, & separatim in vnaquaque ciuitate humor contineatur. Geometricam insuper hanc figurarum pulchritudinem, *y* Aelianus fingẽdi elegantiam sine arte, sine regulis, sine circino, nempe figuras sexangulas, & sex larerum, & æqualium angulorum conficere Apes memorat. Quamobrem Phocillidi ἀριστότεκνος, hoc est, optime laborans, Vergilio Dedala, id est ingeniosa nuncupatur. & *z* Plutarchus, quo magis Alcyonis mirum in fabricando nido laudaret ingenium, Apum artificio id superius facit, ac si nullum aliud maius ingeniosiusq; esset artificium, cui id præferre posset. Quæ enim, inquit, musica Lusciniarũ, quæ Hirundinum industria, quę Columbarum humanitas, quod Apum artificium, cum Alcyouis virtutibus comparari meretur? Hinc quoque Bissulam suam alumnam Ausonius pinguendam tradens pictori, hortatur eum, vt Apis artem imitetur:

Pingere si nostram pictor meditaris alumnam:
Aemula Cecropias ars imitetur Apes

Ingenii istius eximii acies non solum in iis, quæ diximus, sese in Apibus prodit, sed in aliis quoque, ac in hoc potissimum, quod omnia teste *a* Varrone extra ostium aluei obturent, qua venit inter fauos spiritus, quam ἐριθάκλω appellari Græcis scribit. Pluuias nõ solum etiam imminere natura præsagiente norunt (nõ enim proualant, nisi dies sit serenus futurus) sed præterea si oriatur, inopinata, vt fit aliquando, procella, lapillis se liberent, iuxta terram volitantes, quanquam hoc postremum Cretensibus tantummodo ascribere *b* Plutarchus videatur. Similes sunt (canum nimirũ lapillos in amphoram uon repletam oleo iniicientium) Cretensium Apum, & Anserum in Cilicia artes. Illæ enim ventosum aliquod circumuolaturæ promontorium, ne disiciantur, seipsas exiguis astus cõtra lapillis in os sumptis, quasi saburrant Hi quando Taurum traiciunt, animalia alioqui vocalia, & obstrepera, tum metu Aquilarum in os iustæ magnitudinis lapide sumpto taciturnitatem sibi impetant, vt fallere in transitu eas possint. Cæterum *c* Virgilius simpliciter id de omnibus Apibus canit his versibus.

Nec vero à pabulis pluuia impendente recedunt
Longius, aut credunt cœlo aduentantibus Euri.
Sed circum tuta sub mœnibus vrbis aquantur,
Excursusque breues tentant, & sæpe lapillos,
Vt cymbæ instabiles fluctu iactante, saburram
Tollunt, his sese per inania nubila librant.

Si ex degustatis cõtrariis atq; noxiis floribus, aliquãdo in morbos incidant, velut sibi ipsis medicæ, vrinã hominis, quod eius salsedine, saniratem recuperaturas non ignorent, inuestigando petũt, & dũ se ad fœtus fouẽdos, & incubandos accingũt, tunc quoq; salsuginosa

r *Li 9. c. 40.*

Fauorum figura.

s *Li. 15. c. 3.*

t *Li. 3. de Re rust. c. 16.*

u *L. 11. c. 11.*

x *In Hexa. homil. 8.*

Geometriã nouit Apis. Fauorũ cellæ sexangulæ.

y *Lib. 5. de Anim. c. 13.*

z *Lib. de Solert. Anim.*

a *Li. 3. c. 16.*

Præsagiũt pluuias.

b *Lib. de Solert. Anim.*

Anserum astus cõtra Aquilas.

c *4. Georg.*

Cur salsa petant.

ſuginoſa maxime loca quærunt, ibique aut muriæ ſtillas ſugunt, A aut ſalſuginoſum, quodcunque reperere, vel ex ipſis beſtiarum fæcibus, & excrementis delibant, vt regale ſemen, cui incubituræ ſunt, ſalſo illo fomento ſuſcitent. Cum dormiunt extra ſua aluearia, & ſub dio, ſupine quieſcunt, ne vel aqua, vel ros alas earum madore afficiat, & à ſomno leuatis volatum impediat; egregiuin ſane prudenti viro exemplum præbentes, qui cum quid facturus eſt laudabile, prius conſiderare debet, ne quid impedire poſſit, quod iam propoſuit. Plura præterea de Apicularum miro dicenda forent ingenio, verum quia minima quaſi laudis pars ſit, hic vela contrahentes, cum *a* Philoſopho dicimus Apes atque huiuſmodi animalia, ingenioſiora multis carentibus ſanguine eſſe; nec non interea, quæ ſanguinem habent, ingenioſiora ſuis contrariis eſſe, quæ ſanguinem habent frigidiorem, ac tenuiorem; ſed optime conſtare, quæ calidum tenuem, & ſyncerum habent, quippe quæ vna & vtribus corporis, & animæ ingenio plurimum valeant. Iam de diligentia earum, operaque ac ſocietate mutua aliquid dicamus; nam hæc optime ingenio annectetur. Fruſtra animal ingenioſum eſt, quod eo non vtitur, eoque ſe non exercet. *e* Plutarchus Apes, ait toto corpore, omnibuſque membris laborare, vt recte, ac appoſitiſſimo epitheto *f* Tibullus ſedulam vocauerit. B

Quando & cur ſupine quieſcant.

d *Lib. 2. de part. c. 2.*

Apum diligentia.

e *Lib. de Solert. Anim.*

f *Lib. 2. E leg. 1.*

Rure leuis verno flores Apis ingerit alueo,
Compleat vt dulci ſedula mella fauos.

Etymum. Et argute nonnulli μέλισσαν ἀπὸ τῆς μελέτης, id eſt, à meditatione, exercitio, & diligentia dictam volunt: nam præterquam quod ipſa diligentiſſima eſt, maxime vero etiam ſegnes odit, ocio deditas, conſumenteſque elaboratum, Fucos nempe, communiter inſurgentes occidunt. Quod *g* Varro meminit his verbis: Neque ei-
,, uſdem ſunt inficientes, nec non oderunt inertes. Itaque inſectantes
,, à ſe eiiciunt Fucos, quod hi neque adiuuant, & mel conſumunt,
,, quos vocificantes plures perſequuntur, etiam paucæ. Tetigit id quoque Vergilius hoc verſu.

g *Li. 3. c. 16.*

Ignauum Fucos pecus à præſepibus arcent.

Quin etiam ſocias ocioſas, ac deſides, aut minus parcas pellere in moreiis eſſe prodidit *h* Ariſtoteles. Ceſſantium, inquit *i* Pli-
,, nius, inertiam notant, caſtigant mox, & puniunt morte. Apud
Sardos teſte *k* Ælianolex erat, quæ pœnas ignauiæ conſtituebat, & qui ocioſe viueret, eum rationem reddere oportebat, & vnde viueret, oſtendere. Atque vtinam noſtro etiam numæuo ea lex duraret: rectius enim ſæpe cum nobis ageretur. Videntur autem huic legi occaſionem dediſſe Apes, quæ vt diximus ſegnes morte puniunt. Ipſæ vero nunquam ab opere laboreque ceſſant: quanquam hyberno tempore, nempe à Vergiliarum occaſu, & vltra exortum, veriſque initium, cum ſcilicet larent frigore cohibitæ, & quia etiam flores non dentur, ex quibus quid colligant, non operentur. Deinde verò cum fabæ florent, florent autem omnium primæ, ad operà exeunt, & labores, nulluſque poſtmodum ſi per cœli ſtatum modo liceat, dies perit, adeo vt vulgatiſſimum Apellis illud, *nulla dies ſine linea*, Apibus potius, quam vlli alii animanti conueniat. Tetigit quoque hanc ſedulam in principio veris Apum operam poeta, cum canit.

h *Li. 9. Hiſt. cap. 11.*

i *Li. 11. c. 10.*

k *Lib. 4. c. 1.*

Quando ad opera exeant.

Quod ſupereſt, vbi pulſam hyemem Sol aureus egit
Sub terras, cœlumque æſtiua lu erecti ſit:
Illæ continuò ſaltus, ſyluasque peragrant,
Purpureoſque metunt flores, & flumina libant
Summa leues: hinc neſcio qua dulcedine lætæ
Progeniem nidoſque fouent, hinc arte recentes
Excludunt ceras, & mella tenacia fingunt.

Cibi cauſa mellificant, inquit *l* Ariſtoteles tam æſtate, quam au-
" tumno. Et *m* alias nullum ipſis tempus certum eſſe ſcribit, con-
ſuetumque quo operari incipiant; ſed ſi cibariis non carent, bene-
que degunt, æſtiuo potiſſimum tempore opus aggredi, & quam diu ſerenum eſt, aſſidue operari. Omnes in opere cernas, ſed non eundem exercere laborem. Sunt enim foris, & intus officia diuiſa: operanturi intra ſexaginta paſſus, & ſubinde floribus in propinquo conſumptis, teſte *n* Plinio, ſpeculatores ad pabula vlteriora mittunt. Cum ad opera prouolant, aliæ flores aggerunt pedibus; aliæ aquam ore, guttaſque totius corporis lanugine: aliæ quærunt mel, aliæ ſtipant, aliæ faciunt cellulas. Adoleſcentiores, vt author eſt *o* Ariſtoteles foris negotium exercent, prouolando conuehentes, & ea, quæ res exigit; portantes, leuioreſque ſunt hirſutie detrita, ſeniores intus operantur, & parcunt ætati. Quæ flores comportant; prioribus pedibus ſemina onerant propter id natura ſcabra, pedes priores roſtro, totæque onuſtæ remeant ſarciua incituræ. Excipiunt eas ternæ, vel quaternæ, atque exonerant. Intus aliæ ſtruunt, aliæ poliunt, aliæ ſuggerunt, aliæ cibum præparant; ex eo quod allatum eſt. Neque enim ſeparatim veſcuntur, ne inæqualitas operis fiat, vel temporis vel cibi. Cernas; inquit D. *p* Ambroſius, omnes certare de munere, alias inuigilare quærendo victum; alias ſolicitam caſtris adhibere cuſtodiam, alias futuros explorare imbres, & ſpeculari occurſus nubium, alias de floribus ceras fingere, alias rorem iuſuſum floribus ore colligere; nullam tamen alienis inſidiari laboribus, & rapto vitam quærere: atque vtinam raptorum inſidias non timerent. Totam etiam hanc operum diſtributionem luculentiſſime nobis depinxit *q* poeta hiſce doctiſſimis verſibus.

l *Li. 5. Hiſt. cap. 22.*

m *Li. 9. Hiſt cap. 40.*

n *Li. 11. c. 8.*

o *Li. 9. Hiſt. cap. 11.*

p *Li 6. Hex. cap. 21.*

p *L. 4 Geor.*

Namque alia victu inuigilant: & fœdere pacto
Exercentur agris: pars intra ſepta domorum
Narciſſi lachrymam, & lentum de cortice gluten
Prima fauis ponunt fundamina; deinde tenaces
Suſpendunt ceras; alia ſpem gentis adultos
Educunt fœtus; alia puriſſima mella
Stipant, & liquido diſtendunt nectare cellas.
Sunt quibus ad portas cecidit cuſtodia ſorti,
Inque vicem ſpeculantur aquas, & nubila cœli:
Aut onera accipiunt venientum: aut agmine facto
Ignauum Fucos pecus à præſepibus arcent.
Feruet opus; redolentque thymo fragrantia mella.
Ac velut illi in Cyclopes fulmina maſſis
Cum properant: alii taurinis follibus auras
Accipiunt redduntque: aliy ſtridentia tingunt
Aera lacu, gemit impoſitis incudibus Aetna.
Illi inter ſeſe magna vi brachia tollunt
In numerum: verſantque tenaci forcipe ferrum.
Non aliter (ſi parua licet componere magnis)
Cecropias innatus Apes amor vrget habendi,
Munere quamque ſuo, grandæuis oppida cura:
Et munire fauos, & Dædala fingere tecta.
At feſſæ multa referunt ſe nocte minores,
Crura thymo plenæ: paſcuntur & arbuta paſſim,
Et glaucas ſalices, caſiamque crocumque rubentem
Et pinguem tiliam, & ferrugineos hyacinthos.
Omnibus vna quies operum: labor omnibus vnus.
Mane ruunt portis; nuſquam mora: rurſus eaſdem
Veſperi vbi è paſtu tandem decedere campis
Admonuit: tum tecta petunt; tum corpora curant
Fit ſonitus: muſſantque oras, & limina circum.
Poſt vbi iam thalamis ſe compoſuere: ſileturi
In noctem, feſſosque ſopor ſuus occupat artus.

Omnes enim, vt in exercitu viuunt, atque alternis dormiunt, & opus faciunt pariter, & colonias mittunt. Hique duces, inquit, Varro, conficiunt quædam ad vocem, vt mitatione tubæ, tum id faciunt, cum inter ſe ſigna pacis, & belli habeant. Statio interdiu ad portas more caſtrorum, noctu quies in matutinum, donec vna excitet bombo, ad quem mox prouolant, vt ex Virgilio iam dictum eſt, & cum iam adueſperaſcit, in alueo ſtrepunt minus, donec rurſus vna circumuolet, eodemque quo excitauit bombo, ceu quietem capere imperans, & hoc caſtrenſi more, tunc repente omnes conticeſcunt, vt r Ariſtoteles, & *s* Plinius tradunt. Hanc eandem Apum laborantium induſtriam, ſedulitatemque maximam elegantiſſime *t* Æneidi ſuæ inſeruit, Carthaginenſes iis comparans, vrbem ſuam tanta diligentia poſt mortem Didonis diruiſſe ſcribens, quanta iſtiuſmodi animalcula vere nouo mellificare ſtudent:

Quando dormiant.

r *Li. 9. Hiſt. ca. 11.*

s *Li. 11. c. 10.* Comparatio.

t *Aeneid. 1.*

Inſtant ardentes Tyrii, pars ducere muros
Molirique arcem, & manibus ſubuoluere ſaxa.
Pars optare locum tecto, & concludere ſulco.
Iura magiſtratusque legunt, ſanctumque Senatum.
Hic portus alii effodiunt, hic alta theatris
Fundamenta locant alii, immaneſque columnas
Rupibus excidunt, ſcenis decora alta futuris.
Qualis Apes æſtate noua per florea rura
Exercet ſub ſole labor, cum gentis adultos
Educunt fœtus, aut cum liquentia mella
Stipant, & dulci diſtendunt nectare cellas
Aut onera accipiunt venientum, aut agmine facto
Ignauum Fucos pecus à præſepibus arcent
Feruet opus; redolentque thymo fragrantia mella.

u Ariſtoteles alibi nouellas ait etiam tertio, quam prodierint, die ſtatim negotium inire; ſi cibus non ſupperit: cumque incubant, digredi nouellas ad paſtum, ſed breui redire prolem felicis examinis quadraginta diebus intermitti, tantùmmodò à bruma &c. Sed maximè labor earum conſpicuus, cum iam diu propter frigus hybernum in alueis ſuis velut clauſtro quodam incluſæ, ſub æſtatem temporibus lætis, cum ſcilicet florum vbique variorum copia eſt ſtudioſe admodum mellificationi, ſobolique ſuæ operam nauant, quod nobis innuunt etiam elegantiſſimi qui ſequuntur *x* Corripi verſus:

u *Li. 9. Hiſt. cap. 40.*

x *Lib. 4.*

Denſa per antiquas diſcurrunt agmina ſyluas
More Apum, quas ver tepidum noua condere caſtra,
Et munire fauos ceris iubet æthere captos
Denſa per herboſos errant examina campos,
Floribus inſidunt varius, roremque madentem
Ore legunt, onerantque humeros, ceraſque liquentes
Conficiunt, dulceſque lares in pumice figunt,
Incumbunt operi, gratique laboribus inſtant.

Nemo verò melius, nemo elegantius, facundiuſue iſtiuſmodi indefeſſos labores tetigit, expreſſitque quam * Aelius Iulius Crotta, in cuius os, dum hos verſus meditaretur, quò dulciores, lepidioreſque euaderent, mel Apes ipſæ ingeſſiſſe videntur: canit autem:

* *Eidyl. 3.*

Quales vere nouo Sicula ſub collibus Hybla
Vallibus, aut riguis late fragrantis Hymetti
Exercentur Apes, ſtabulis vbi pinguibus agmen
Prodit mane nouum, & cœlo bacchatur aperto.
Hæ veris populantur opes, Tymbraque laberant:
Illæ apij lachrymam, & graue olentis Centaurea
Narciſſique legunt florem, caſiaſque rubentes:
Cætera dum legio tactis aſcripta, tenaces
Suſpendunt ceras, & mella liquentia fundunt.

a Varro teſtatur non reſiſtere ipſis, qui opus conetur diſturbare: neque

a *Li. de re ruſt. cap. 16.*

b *Lib. 1. de Spir. anim. c. 1.* Naturaliter opus suũ facere. neque perfecetis, vt ait *b* Actuarius, vt vlla vnquam ab opere suo cesset, neque vero si feceris, aliud illam opus aggredi animaduertes: quin si eam animal iam factam à parentibus segreges, idque cum nondum mellis faciundi œconomiam didicerit, vnde id, & quomodo conster, iamque dimissam libere euolare sinas, eadem hæc, quæ progenitrix præstabit, nec sane operis quicquam omittet, propterea quod non antea initiata à parentibus sit; nec si vel plurimum laboret, maius vnquam quicquam, quam reliquæ præstiterit. Innata itaque Apibus non mellificandi ars tantum, sed & diligentia, ac in labore perseuerantia, vnde breuissimo temporis spatio bonam aluei partem melle ceraq; onerasse conspiciuntur, cum interim si propius laborantes obseruaueris nihil vel parum saltem ferre in eos videris. Merito itaque quasi bonam operariam

c *Prou. 6.* d *L. 6. Hex. c. 21.* ,, *c* Scriptura Apem prædicat, dicens: Vade ad Apem. & vide quo-
,, modo operaria est. Audis, inquit *d* D. Ambrosius, quid dicat
,, Propheta? Mittit vtique te, vt Apiculæ illius sequaris exem-
,, plum, imiteris operationem Vides quam laboriosa, quam grata sit: & cum sit infirma corpore, valida est vigore sapientiæ, & amore virtutis. A quo igitur alio animali cum poëtæ, tum oratores, cæterique soluta oratione scribentes, diligentiam incredibilem aliquam expressuri, conuenienrius, atque aptius. quam ab Ape similitudinem hauriunt? Dantes grauissimus Hetruscorum vates Angelorum sedulitatem expressurus hinc neqquaquam deflexit, cum canit.

In forma dunque di candida Rosa
Mi si mostraua la militia santa,
Che nel suo sangue Christo fece sposa.
Ma l'altra che volando vede, e canta
La Gloria di colui che la'nnamora
Et la bontà, che la fece cotanta.
Si come schiera d'Api, che's'infiora
Vna fiata, & vna si ritorna
Là doue il suo sapore s'insaporà.

e *In Purg. cant. 18.* *e* Alias rursus Apum exemplo, quibus ait mellificandi studium naturaliter insitum esse; nobis quoque intellectum inesse scribit:

Pero là'vnde vegna l'intelletto
De le prime notitie, huomo non sape
Et de primi appetibili l'affetto,
Che sono in noi si come studio in Ape
Di far lor melle, & questa prima voglia
Merto di lode, ò di biasmo non cape.

f *L. de Conig. præcept.* *f* Plutarchus ostendens quanta diligentia, & amore optima quæque domum ferant, maritos hortatur, vt ad instar Apum optima quæque vndique colligentes, secumque domum portantes, vxoribus suis impertiantur. g Calphurnius suauitatem cantus Asthaci, & Idæ pastorum expressurus, atq; laudaturus, non potuit ingeniosius illum extollere, quam Apes ab opere suo cessasse dicendo, vt ausculrarent, nam hoc prorsus præter earum naturam est.

g *Eglog. 2.*

Omnia cessabant illis cantantibus, ausa est
Dadala Nectareos Apis intermittere flores.

h *Eglog. 11.* Sic etiam *h* Petrarcha inter alia ἀδύνατα, quæ nunquam euenunt, Apum quoq; à labore intermissionem recenset canens:

Tum nostro Galatea tuum de pectore nomen
Exibit, fugient propriis dum sedibus astra,
Mellis Apes studium linquent, nidosq; Columba
Coniugium Turtur; tradam Lupus, arbuta capra.
Custodita dolos mulier, mendacia seruus.

* *In Acone.* In eodem sensu * Pontanus, de rebus scilicet nunquam, vel rarissime saltem contingentibus:

Demisere comas quercus, liquere Palumbes
Et quercus, frondemq; nuces posuere; Columba
Deseruere nuces, ramos fregere myrica.
Deseruere, & Aues nidum, & cum prole myricas
Deseruere, & Apes flores, roremq; Cicada
Et rana mutis fecere silentia buccis.

i *l. 2. Christ.* Vida *i* Iudæorum primares ingrediente Hierosolymam Saluatore nostro occultasse sese air, & ociosos domi resedisse: id vero quam coacte facerent, horum animalculorum similitudine significat, quæ vt imminentes præsagientia imbres, domi hærere coguntur, & ab opere desistere solito, sic illi Christi præsentiam, doctrinamq; fugientes, ociose sese in claustris suis abdebant.

Ergo infracti animis omnes, terrore subacte
Tectis quisq; suo septi clausiq; manebant:
Quales quæ solita florentia rura volantes
Carpere Apes, vbi sauit hyems, cœlumq; profusos
Soluitur in nimbos, & aquosus regnat Orion:
Ocia lenta terunt, clausisq; aluearibus ægre
Cunctantur, circumq; fores; ac limina mussant.

k *L. 2. de remed. Fort. vtriusq; in præfat.* Quamobrem cum *k* Franc. Petrarcha mirari me non negem, quid est, quod quidam solicitudinis exemplum proposuere Formicam parsimoniam atque industriam eius prædicantes? cum non omnis solicitudo laudabilis sit. Formicæ enim exemplum fortasse præ-
Diligentiã de Apibus discendam donibus idoneum, non his quibus de suo viuere sine cuiusquam iniuria mens est. At solicitum animal quis nescit, sed improbum, sed iniustum, rapto viuens, nullius industriæ, nisi in malum, nullius vsus; at incommodi, tædiique multiplicis. Cur igitur hoc exemplum dederint, cur hoc animal laudauerint, dico irerum, miror, præcipue cum adesset Apis industrium prouidentissimumque animal, nulli noxium, multis vtile, sibique, & aliis arte quadam naturaliter insita, & suo illo nobili labore subueniens. Hucusque ille. Si itaque Hesiodus recte, (quod omnes fatenrur) virtutem sudore parandam esse Deos voluisse dixit, eleganter & vere

A nos quoque Scaligerum in labore laudem positam esse dixisse fateamur, inquit autem:

Nullus meruit viuere, qui fugit laborem.
Fucis agilis præstat Apis omnibus vna.

Digna sane, vt singulis temporis momentis nobis ob oculos ponatur, vt si fieri possit, incorruptam seruemus, ceu laboris exemplum, quod, vt faciant, qui labores fugiunt. docere placet, quomodo custodita perpetuo incorrupta seruari queat. Fiet id commodissime in succino; nam præterquam, quod eam à putredine conseruabit, perspicuum quoq; est &, pellucidum, oculisque aditum præbet, vt eleganter innuit Martialis, dum canit;

Apis cur incorrupta seruãda, & quomodo ita seruetur.

Et latet, & lucet Phaetontide condita gutta,
Vt videatur Apis nectare clausa suo.
Dignum tantorum pretium tulit illa laborum;
Credibile est ipsam sic voluisse mori.

Atque hæc de sedulo Apum labore dicta suffecerint. Quod modo ad politiam eatundem, & regendi artem attinet, ea sane tantopere ab omnibus cum prophanis, tum Ecclesiasticis scriptoribus celebrata est, vt collecta mihi eorum loca multitudine sua ingenium ira obruant, vt à quo incipiam ignorem Scripserunt de Repub etsi diuerso modo Cicero, & Plato, alter qualis esse debeat,
B disseruit, alter qualis fuerit à maioribus instituta. Hanc tamen vterque, & institutæ, & instituendæ præscripsit formulam, vt vita ciuilis naturam imiretur, quam optimam viuendi ducem sæpissime nominamus: alioquin non modo inciuilis, sed potius bestialis, & bruta rite censebitur. Quæ autem naturæ institutio sit, ipsa rationis expertia monstrare sufficiunt, atque inter hæc Apes porissimum: quamobrem Plutarchus ad Virgilium destinat suum Traianum, vt ciuilem vitam ab Apibus mutuetur, de hac enim ille quam doctissime, vt patebit, scripsit Enimuero, teste eodem *l* Plutarcho, ciuilis vir naturæ ratione semper princeps est ciuitatis, vt rex inter Apes: idque cogitantem oportet reipub gubernacula in manibus habere. *m* Alibi quoque Apes & Formicas, ait communitatis studium conseruare vsque ad finem. nemo enim, inquit, nunquam Apem senectute in Fucos degenerasse vidit: " quod à ciuilibus quidam viris exigunt, vt vigore ætatis præter " lapso domi desideant, cibumq; conquirant, & reponant; ocio- " que potiantur virtutem agendi, tanquam rubigine ferrum absu- " mi. *n* Varro Apes esse ait, vt hominum ciuitates, quod hic est " rex, & imperium, & societas: sed non vt quælibet vrbes; nam, "
C nisi vt optime institutę. Apes enim omnia pro ducis sui arbitrio, " & iuxta præceptum faciunt, adeo, vt natura pro magno sui mi- " raculo tanquam optimæ frugalissimæque Reipubl. specimen, & " exemplar imitandum earum regimen proposuisse hominibus videatur. Iustus Lipsius toto politicorum suorum libro priore luculenter doctequé, vt solet, ad ciuilem vitam duos duces requi- " ri, ostendit, virtutem scilicet; cum prudentia. Vtrumque hunc " ducem in nullo alio animalium genere manifestius conspicias, quam in Apibus, quas solas ducem sibi quærere constat, qui omnium curam agat. Quod ipsum & Sancti doctores ainnt. *o* Basilius enim Magnus, & Sanctus; sunt, quædam, inquit, ex brutis " etiam politiæ, & Rel. p. studiosa, si quid politiæ proprium est, vt " ad vnum communem finem singulorum actiones siut destina- " tæ, veluti in Apibus videre est. Nam illarum communis est ha- " bitatio, communis volatus opificium omnium vnum, & quod " maximum est, quod sub Rege, & quodam ordinis duce operas " artingunt, non prius sustinentes ad prata exire, nisi vbi viderint " Regem volatum auspicari. Diuus *p* Ambrosius expediturus, quæ volucres velut quandam Rempub. curare videantur, atque vitæ huius ætatem sub legibus agere, asserit hunc esse Reipub. vsum, vt
D leges omnibus sint communes, atque obseruentur deuotione communi, vnoque omnes teneantur vinculo, & non alterius sit, quod alius sibi intelligat non licere, sed quod non liceat, licere omnibus, & quod non liceat, omnibus non licere. Vt si præterea communis reuerentia Senatorum, quorum consilio Respub. gubernetur, & commune omnibus vrbis domicilium, commune conuersationis officium, vnum prescriptum, omnibus vnum consilium Ait itaque magna quidem esse hæc, sed longe in Apibus " præstantiora, quæ inquit, solæ in omni genere animantium cõ- " munem omnibus sobolem habent: vnam omnes incolunt man- " sionem vnius patriæ clauduntur liminc, in commune omnibus " labor, communis cibus, communis omnibus operario, commu " nis vsus, & fructus est, communis volatus. Quid plura? communis omnibus generatio, &c. Porro mirum prorsus est. quo apud ipsas in honore sit Rex, quamque clementer hic cum iis agar Regias monarchiæ in vna aluei parte extruunt amplas, & magnificas, separatas ab aliis, tuberculo, eminentes, vbi is ceu in throno aliquo seu sede regali, quid faciendum sit, imperat, vnus multis millibus, quæ sine mora imperata faciunt. Quamobrem non sine
E acertimo iudicio Xantippus Lacedæmon Carthaginensium dux dicebat teste Polybio, malle se sub rege Apum militare, quam " Formicarum exercitum ducere: sub rege, inquam Apum, qui sine aculeo est, hoc est, in neminem tyrannidem exercet, & nisi illa imperat, quæ ad communem reipub. statum conferre queant, cum qui Formicarum, hoc est hominum, qui parere & nesciunt, & nolunt, exercitum ducentes, nihil vnquam præclari præstare possint. Cyrus, quo vix alius princeps præclarior in bello fuit, apud " *q* Xenophontem de se: Rex enim nihilominus, inquit, videris " natura esse, quam qui alueari Apum est dux. Illi enim Apes pa- " rent vltro, & vbicunq; mancat, nulla hinc abscedit: quod si quo " exeat, nulla eum relinquit. Amor vsque adeo vehemens in his " inest,

Vita ciuilis naturã imitari debet.

l *L. de reip. gerenda præcept.*

m *L. an seni sit ger. resp.*

n *L. 3. c. 16. de rerust.*

Ad ciuilẽ vitam quid requiratur.

o *In Hexa. homil. 8.*

p *L. 6. Hex. c. 21.*

Reip. vsus quis.

Rex Apum in qua dignitate.

Xantippi dictum.

q *Lib. 5. de padia Cyri.*

ineſt, vt eius patiantur imperium: identidemque quodammodo ,, homines mihi videntur erga ſe habere, &c. Non potuit itaque ,, aptius r Homerus (qui item Apes, & viros ἔθνεα, id eſt gentem vocat) Græcos accelerantes ad concionem Agamemnonis principis totius exercitus, & vt ille vocat, ποιμένος λαῶν, id eſt paſtoris populorum, quam Apibus aſſimilate, quæ à paſtu celerrimo curſu ad alueate, in quo regium palatium eſt, aduolant, gentem ſcilicet ratione præditam ad gentem ratione carentem, ſed vtramque ſtudioſè ad regem principemque ſuum tendentem: ſed verſus adiiciam.

r Lib. 2. Iliad.

Ὡς ἄρα φωνήσας, βυλῆς ἐξῆρχε νέεσθαι,
Οἱ δ' ἐπωνήθησαν, πείθοντό τε ποιμένι λαῶν
Σκηπτοῦχοι βασιλῆες. ἐπεσεύοντο δὲ λαοί.
Ἡύτε ἔθνεα εἶσι μελισσάων ἀδινάων
Πέτρης ἐκ γλαφυρῆς ἀιεὶ νέον ἐρχομενάων.
Βοτρυδὸν δὲ πέτονται ἐπ' ἄνθεσιν εἰαρινοῖσιν.
Αἱ μὲν τ' ἔνθα ἅλις πεποτήαται, αἱ δέ τε ἔνθα.
Ὡς τῶν ἔθνεα πολλὰ νέων ἀπὸ καὶ κλισιάων
Ἠΐονος πρὸ πύροιθε βαθείης ἐστίχοντο
Ἰλαδὸν εἰς ἀγορήν.

Id eſt:

Sic locutus concione incepit excedere,
Hi ſurrexerunt, paruerunt q; rectori gentium
Sceptrigeri reges: accurrebant autem gentes
Sicut examina Apum frequentium
Petra ex caua ſemper recens venientium,
Racematim volant ſuper flores vernos:
Hæ quidem huc confertim volant, alia autem illuc
Sic horum gentes à nauibus & tentorijs
Littus ante immenſum procedebant
Confertim in concionem.

Sed hic notandum eſt, longe aliud indicare hos verſus, quam nos diximus, Græcos nimitum Apibus ſimiles dici, quæ ex alueari ad pabula euagantur, cum nos redeuntibus ſimiles ſcripſerimus: quæ ſane noſtra eſt opinio, quoniam alioqui etiam Græcos à concione Agamemnonis ad naues properaſſe dicere debuiſſet. Alii rogo examinent, interea ego pergam. s Ælianus de clementia regis Apum agens, melliſluo ſane ore, ac facundiſſimo opinionem vnam eſſe ſcribit, Apum reges non aculeatos eſſe; eſſe vero rurſus alteram, eos robore aculeorum peracutorum armatos eſſe, nunquam tamen eo, neq; contra hominem, neq; contra Apes vti, quoniam non fas ſit tantæ nationis imperatorem malum admittere: reliquas autem Apes hatum retum prudentiſſimos teſtari, in conſpectu ſuorum imperatorum aculeos ſummittere quaſi faſceis, veluti imperio poteſtateq; his cedentes. Iam vero hoc vtrumque in illis regibus quenquam admirari poſſe, ſiue aculeo careant ad inferendam iniuriam, ſiue quod habentes, ab iniuria aculeos abſtinere poſſint, idque etiam longe præſtantius eſſe. Vtinam itaque natura, vt Apum, ſic hominum reges aculeo exarmaſſet, inquit Petracha, Nunc libero animali exemplum dedit, non eripuit libertatem. Reſpice patuum illud, ſed diuinum animal, pone & tu non in vulnere, ſed ante vulnus aculeum: plebeium enim illud, hoc regium: Alioquin, vt ſine iuſtitia, ſic ſine clementia rex non eris, ac non homo quidem, ſed quod in fabulis dici ſolet, coronatus Leo. Alexandrum Macedonem, cum haſtatus, ac armatns aliquando ad Diogenem illum Cyuicum acceſſiſſet, Diogenes referente t Dione Chryſoſtomo, regium ſignum habere negabat. Id Alexander admitatus; nonne inquit, modo dicebas nihil opus eſſe regi ſignis? Ita per Iouem, inquit, ſed externis, tiara & purpura In his enim nulla eſt vtilitas At ſignum illud naturale omninò illi adeſſe oportet. Et quidnam illud eſt, inquit Alexander. Id quod inter maxima, inquit Regi adeſt. An non audiuiſti, quod rex ſit inter Apes natura creatus non ex genere hoc habens, ſicut vos dicitis, quod ſitis ex Herculis genere? Quid ergo, inquit, Alexander, illud ſignum eſt tandem? Non audiuiſti, inquit, ab agricolis, quod illa Apis ſola aculeum non habeat, quod nullis nempe illi armis opus ſit aduerſus quenquam? Nulla enim aliarum Apum cum ea diſceptauerit de regno, neq; ea pugnat cum alia aculeum habente. Tu vero mihi videris non ſolum deambulare, ſed etiam dormire in armis. Neſcis, inquit, quod timidi hominis eſt, geſtare arma? Timidus autem nullus vnquam rex eſſe poterit, non magis quam ſeruus. Auditis his Alexander, parum abfuit, quin haſtam ex manu proiiceret. Hæc autem dicebat Diogenes adhortans eum, vt ſe potius tueretut beneficentia, & iuſtitiæ ſtudio, quam armis. Vnde D. Hieronymo Apis mella facientis exemplo indicatur rex imperans cum iucunditate. Regem itaque ſibi conſtituunt Apes, præſſeq; volunt quidem, non tamen humano corruptoque more. Eſt enim ipſis non electus rex, quod vulgus iudicio carens peſſimũ ad principatum ſæpe euexit; neq; ſorte poteſtatem acquirit rex earum, quod abſurdi ſunt ſortium caſus, in extremum omnium ſæpe poteſtatem conferentes, neq; ex paterna ſucceſſione in regno collocatur earum rex, quod hi, & inetudiri, & omnis virtutis indocti, ob delicias, & adulationem quandoq; comperti ſint; neque imperitæ multitudinis vulgari clamore ſignatur, quę non merita virtutis expendit, nec publicæ vtilitatis emolumenta rimatur: ſed ex natura principatum in omnes habens, & magnitudine, & figura & morum lenitate excellens rex ipſarum conſtituitur. Equidem nihil eſt, quod reges, & principes magis deceat, quam manſuetudo, beneficentia, animiq; moderatio, & continentia, vt quantum cæteros imperio, & poteſtate præcellunt, tantum ſibi ipſis humanitate, & facili animi inductione dominentur. Qua de cauſa, & inſcepti is regum Ægyptii Cucuphum auem ſubiecto Hippopotamo ſuperimponebant, quod pietas impietatem, clementia inclementiam debeat ſupprimere. Cui rei, & naturta teſtimonium attulit illud, quod dictum eſt, nempe quæ, cum Apibus cæteris aculeos dederit, enm ſolis regibus ademit, quaſi ſolis illis inhoneſtum ſit iraſci, inhoneſtius iram exercere. Noluit illum Natura, inquit u Seneca, nec ſæuum eſſe, nec vltionem magno conſta- " turam petere: telumq; detraxit, & iram eius inermem reliquit. " Exemplar hoc magnis regibus ingens eſt. Eſt enim illi mos ex " ercete ſe in paruis, & ingentium rerum documenta minima age- " re. Pudeat ab exiguis animalibus non trahere mores; cum tan- ,, tò hominum moderatior eſſe ammus debeat, quanto vehemen- " tius nocet. Tantum autem neceſſe eſt timeat, quantum timeri " voluit, & manus omnium obſeruet, & eo quoque tempore, quo " non captatur, peti ſe iudicet, nullumq; momentum immune a- " met. Sic ille. Hinc & Tribuni militum apud Romanos enſes ferebant ſine acumine, innuentes principes exercitus non debere occidere milites, ſed corrigere, vt Apum Rex ſuas Apes. Sed quid ſi aculeo præditum eſſe concedamus, vt voluiſſe videtur diligentiſſimus naturæ indagator Ariſtoteles, miraculum eò fuerit grandius, cum hoc ſaltem veriſſime conſtet, quod non noceat, neque eo vtatur, vt diximus, ad vindictam. Sunt enim leges naturæ, vt ait Ambroſius, non literis ſcriptæ, ſed moribus impreſſæ, vt leniores ſint ad puniendum, qui maxima poteſtate potiuntur. Id cum quidam (nomen enim non memini) rex Gallorum, victor Inſubrum vrbem ingrediens typo quodam, aur ſymbolo indicare vellet, clamidem ſuam multis Apum iconibus grauidam ferebat, atq; ipſarum rex in medio eminebat, vt canit x Baptiſta Mantuanus his verſibus:

u Lib. 1. de Clement.

x In exhort. ad Inſubros.

In medio rex victor equo ſublimis in alto
Murice conſpicuus, rutilanti ſplendidus auro
Signabatur Apum ſparſim toga tota figuris,
Cumq; Apibus regnator Apum fulgebat in oſtro
Pictus acu, ſcriptumq; notis epigramma latinis
Rex mucrone caret, *quo ſignificare volebat*
Rex pius & clement, qua mente intraret in vrbem
Quoue animo debent populis conuiuere reges.

Præterea cum pauperibus educandis teſte y Plinio ſecundo, vna ratio ſit bonus princeps, mirum non adeo nobis eſſe debeat, ſi tam ſancte vna rex cum Apibus ſuis viuat. nam ita eas clementia, ac beneuolentia deuincit, vt etiamſi quærant, inſurgendi contra illum occaſionem, non habeant, nec inueniant. Qua in re homines Apibus longe detetiores ſunt. nam, vt malos reges oderunt iure merito, ita bonis morem getere communiter neſciunt Iuſtus Lipſius epiſtolam dedicatoriam ad Inipp. Reges, & Principes ſcribens, quam difficile ſit imperare, & quam arduum motem gerere elegantiſſime demonſtrat his verbis: Amplum, & illuſtre veſtrum munus eſt, quod ſuſtinetis. Quid magis intet homines, quam vnum præeſſe pluribus, leges & iuſſa ponere, maria, tertas, pacem, bella moderati? Diuinitas qnædam videtur hæc dignitas; & eſt " profecto, ſi ſalutariter, atq; ex vſu publico adminiſtretur. Sed " hoc quam arduum ſit, cum ratio nos docet, tum exempla. Illam " ſi inſpicimus; quantæ molis, ab vno capite tot capita coerceri, & " vniuerſam illam multitudinem inquietam, diſcordem, turbidã, " leniter redigi ſub commune quoddam obedientiæ iugum, ? Si " hæc; quam pauci ab omni æuo reperti, qui laudabiliter hoc mu- " nere functi & defuncti? Nimirum maius quiddam eſt quam im- " periti ſuſpicentur, curſum rectum in vndoſo illo mari tenere, & " in ſumma fortuna nõ abripi licentiæ ventis. Quam multis virtu- " tibus opus eſt, quibus velut anchoris hæc nauis firmetur? quam " varia prudentia quo velut clauo gubernetut? Vt veriſſime dixe- " rim difficile eſſe homini in hominem imperium: nec vnius men- " te vnquam dirigendum. Ideo merito Sapientes, quibus olim & " nunc hæc cura, vt ſalutarium monitorum face prælucetent im " petanti. Qua enim in re melius meteamur de genere humano? " In motibus aut ſcientiis aliquid præcepiſſe, laudem & vſum ha- " bet: & non magis in regno & adminiſtratione ciuili? cum illic " vnum aliquem ciuem meliorem doctioremue facias: hic in vno " omnes. Nam ita profecto eſt. Arcta quadam cathena deuincti " ſumus, qui imperamur, cum impetante, & vt in cotpote mens " ſana, aut inſana eſſe non poteſt, niſi vt pariter vigeant, aut lan- " gueant eius functiones: non item in hac ſocietate, princeps. Ad " virtutem ille præit? ſequimur. Ad vitia? inclinamus. Bene bea- " teque agit: floremus. improſpere? labimur, aut ruimus cum illo. " Atq; vt a ſole in ſubiecto hoc orbe lux aut tenebræ: ſic à Princi- " pe apud ſubditos praua plæraq; aut recta. Hæc & plura Lipſius, " quæ omnia huic loco inſeruiſſe voluimus, vt quam ſapientius & " ſecurius Apum rex inter ſuas Apes impetet, quam inter nos ho- " mines Rex noſter, conſtare queat. Nec mirum cum Apum Rex " naturaliter regnet, & fucum non nouit, noſter niſi edoctus fuerit, regnare neſciat. Hoc tamen vtrique commune eſt, vt ſi bene beateque agant, gens quoque florear, ſi improſpere, ſimul labantur. Apum enim Rege prehenſo totum agmen tenetur, amiſſo dilabitur, migrantque ad alios, vt ait z Plinius? Eſſe vtique ſine Rege non poſſunt, ἀναρχίαν nimirum fugientes. Defuncto Regemœret plebs ignauo dolore, non amplius cibos conuehunt, non procedunt, tantum triſti murmure citca corpus glometantur. a Ariſtoteles author eſt Reges nunquam prodire foras, vel vt paſcantut, vel alia cauſa, niſi vniuerſa cum plebe, & ſi cum pergunt, rex ipſe aberrarit, omnes inquirete, odoratuq; ſagaci perſequi, donec iuueniant, geſtari etiam eum à plebe, cum volare non poteſt. Tradit itẽ enecare ipſas ẽt ſuos duces, qui plures q̃ ſatis ſit habeãtur, & potiſſimũ imptobos, ne principũ multitudo, ſeditiones in examine faciat: nẽpe necate ptæcipue cũ non ampla ſobolis copia extitit nec

Clementię inclementiam vincẽtis typus

Leges optimæ quæ.

y In Panegyrico.

Atduũ eſſe homini imperare, & obtemperare.

Sapiẽtia in impetio requiritur.

Apũ & hominum regibus quid cõmune.

z Li. 11 c. 17

a 9. H. c. 40

Regis honor inter Apes, & vt ametur.

s Li 14. 40. De Aculeo regis duplex opinio.

Alexandri cum Diogene colloquium.

t Orat. 4. de regno.

Armotum geſtatio timiditatem arguit.

Regem vt conſtituãt.

Rex qualis ſit.

Cur plures duces occidant.

nec habent vbi tanquam coloniam mittant; fauos etiam regum eo tempore, si parati sint, diruere; vtpote cum desint quibus mittendis duces ipsi præficiantur *b* Plinius veto inuitas reges interimere asserit, potiusque nascentium domos diruere, si prouentus desperatur, & tunc Fucos abigere. Quare nunquid propter multos illos principes, quos per turmas exercitus sui habent, magis aristocratiam ament, vt *c* Albertus vult, quam monarchiam quæstio oritur: quam alii ventilent; nobis enim tantum propositum est naturas rerum manifestas indicare, non causas iudicare dubias. Adamantius Origeues cum Apes hæc nullo animi conceptu facere, vt plærique contendunt, sed naturæ ipsius beneficio, dixisset, quæ vel bruta, cousque prouexerit, vt plærisque in rebus ratione prædiros imitentur, nos vult admonitos, vt vbi Apum mores cognouerimus, ducibus parere non recusemus, negociaq; ad Reipubl ciuitatumque salutem opportuna alacri animo suscipiamus. Non enim aniat id genus hominum Adamantius, qui sub pietatis specie suam obtegunt ignauiam, suoque tantum ocio, & commodis consulentes, negotia subfugitant, & velut genus humanum oderint, humanas etiam consuetudines auersantur. Salutaris sane hæc admonitio. Ipsæ enim regem quem sponte sibi ordiuant, miro modo obseruant; ipsæ sibi populos creant & licet positæ sint sub rege, tamen liberæ prærogatinam iudicii tenent, & fide deuotionis affectum: quia & tanquam à se substitutum diligunt, & toto honorant examine. Et Apes quæ non obtēperant legibus Regis (non optemperant autem cum non omnes suas operationes ad communem Reipubl. vtilitatem conferunt) competendi condemnatione se mulctant, vt immotiantur aculei sui vulnere. Quod Persarum populi hodieque seruare dicuntur, vt pro commissi precio in se propriam mortis exequantur sententiā. Itaque nulli sic Regem, non Persæ q ui grauissimas in subditos habent leges; non Indi; non populi Sarmataruin tantam, quantam Apes reuerentiam deuotionis obseruant; vt nullæ è domibus exire audeant, nisi Rex fuerit egressus, & volatus sibi vendicauerit principatum. Cum vero Regi parent, πολυκοιρανίαν, tanquam inutilem fugiunt, monarchiam amant, functioni, ac laboti quæq, suo ad communem vsum incūbunt. Si petierit Rex, omnes discedunt, vt ait *d* Aristoteles, vel si aliquandiu manserit, fauos quidem conficiunt, sed mel uullum, neque fieri potest quin breui omnes discedant Quam vero Regi obediant, ita tradit Plinius, Mira, inquit, plebis circa eum obedientia. Cum procedit, vna est ,, totum examen, circaque eum conglobatur, cingit, protegit, ,, cerni non patitur. Reliquo tempore cum populus in labore est, ,, ipse opera intus circumuit similis exhortāti, solus immunis. Circa eum satellites quidam lictoresque assidui custodes auctoritatis. Procedit foras non nisi migratuio examine. Sed non regnātem tantum venerantur regem suum, verum etiam tum primum nascitur, quod scribit *e* Claudianus, canens.

Persarum mos.

b L. 11. c. 17.

c 8. de Ani. tract. 4. c. 6.

d L. 9. Hist. cap. 40.

e Lib. 12.

——— Su mel ibus olim
Stridula ductarum pratis examina regem
Nascentem venerantur Apes, & publica mellis
Iura petunt, traduntque fauos.

f Seneca illius principis magnitudinem stabilem fundatamque ,, esse asserit, quem omnes tam supra se esse, quam prosciunt, cuius cura excubare pro salute singulorum atque vniuersorum quotidie experiuntur. Quo procedente, non tanquam ,, malū aliquod, aut noxium animal è cubili prosilierit, diffugiū: ,, Sed tanquam ad clarum, & beneficum sydus certatim aduolāt, obiicere se pro illo mucronibus insidiantium paratissimi, & substernere corpora sua, si per stragem illi humanum iter ad salutem sternendum sit. Quo pieratis atque nouissimi beneficii munere Apes nos homines præcellunt. pauci sane enim nostrum pro principe sese vouent. plurimi dum secunda fruitur fortuna, fideliter, quin infideliter adhærent, cum Apes Regem suum summa protectione defendant, & periro pro eo pulchrum ducant. Incolumi eo nesciunt mutare consilium, iudicumue, nesciunt mentem flectere: contra amisso fidem seruandi muneris derelinquunt, atque ipsæ sua mella diripiunt, quod is qui principatum habuit muneris, interemptus sit: non aliter scilicet, quam vt apud nos euenire solet mortuo Pontifice Romano, nostro principe, tunc enim in medio etiam foro omnia diripiuntur. & non apud nos tantum tumultus est, sed apud alios quoque populos, vbi rex vel princeps moritur; mox vero direpto melle huc, atque illuc incerto ordine vagamur, quod eleganter tetigit *g* Ouidius, qui mortua Didone post abitum Aeneæ, atque eius vrbe ab Hiarba rege Mauritaniæ occupato Tirios Apum instar fugisse scribit.

Principis cuius sit stabilis magnitudo imago.

f Lib. 1. de Clemēt. c. 3.

g Li. 3. Fast.

D ffugiunt Tyrij quo quemque agit error, vt olim
Amisso dubia Rege vagantur Apes

Sed vt ad affectum innatum Apum erga suum regem reuertamur. *h* Varro etiam Apis, ait Regem suum quocunque it, sequi, & fes- ,, sum subleuare, & si ncquit vo are, succollare, quod, inquit, cū seruare volunt: Quare *i* Franc. Pettarcha milites Romanos ea animi promptitudine duces suos ad bellum sequi scribit, qua Apes ducem suum circumstant:

h Li. 3. de rust cap 16.

i Li. 7. Africa.

Vt vero ad castra est reditum, clamor ore fauenti.
Qualis Apum strepitus Regem circumstat ouantem
Prosequisque ducum excipitur, cupidumque tuendi
Funditur inquirens certatim singula vulgus

Et *K* Euryalum Q. Calaber Troianorum vrbe egredientem, ingentem militantium vim subsecutam ait, vt quando inclyta gens Apum, suos duces comitata,, ex alueatiis verno tempore proruit cum strepitu: sic videlicet illum ad pugnam properantem secutos

K Lib. 6.

A esse ciues. Et *l* Baptista Mantuanus de Gallorum erga suum regem obedientia canebat:

l In Exhor ad insubres.

Altera conditio Gallis præstantior; omnes
Deposito regnandi animo concorditer vnum
Suscipiunt Regem, parent concorditer vni.
Sicut Apes quas humana natura creatrix
Finxit in exemplum vitæ: nam quæ sua regum
Hoc ratione carens animal, reuerentia monstrat,
Quod nondum plærique hominum didicisse videntur.

Sed omnium disertissime *m* Virgilius, cum obedientiam, tum fidem earum, quam viuo regi seruant, notauit, & qua discordia inter se mortuo ipsæ pernitiem sibi inuicem adferaut.

m Lib. 4. Georg.

Præterea regem non sic Aegyptus, & ingens
Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus Hydaspes
Obseruant. Rege incolumi, mens omnibus vna est.
Amisso rupere fidem; constructaque mella
Diripuere ipsæ, & crates solueri fauorum.
Ille operum custos: illum admirantur: & omnes
Circumstant fremitu denso: stipantque frequentes
Et sæpe attollunt humeris: & corpora bello
Obiectant: pulchramque petunt per vulnera mortem.

B *n* Aelianus de eodem studio Apum erga suum Regem agens, addit, etiam fugitiuum si consecutæ fuerint, reducere ad pristinum statum, & nunquam visas esse in exilium mittere, sic autem scribit Regem suum Apes lenitudine imperii dulcem, & mansue- " tudine morum suauem, nulloque spiculo armatū, cum is defu- " giendo ipsas reliquit, accersunt, & fugitiuum à regno insequū- " tur: ipsum autem sagacissime odorantur: ac nimirum ex eius o- " dore deprehensum, sua sponte amantes & venerātes, ipsius nā- " turam, de fuga in regnum reducūt, ut mirum si probus fuerit: im- " probos n vt dictum est, & odere & puniūt. Quid ni aūt in regnum reducant, cum illi eodem *o* Aeliano authore, vbi de earundem rege, & reipubcæ moribus, & ingenio agit, curæ sit; modum, alius statuere, ordinem afferre. Alias enim, iuquit, aquari iubet alias intus fauos fingere, extruere, expolire, fugere, alias vero ad pastiones proficisci. Ipsæ vero mutationem operarum, & vicissitudinem munerum faciunt: prouecta ætate probe ad id delectæ sunt, vt domo se teneant. Rex ipse satis habet illa curare; quæ ante dixi, & leges saucire; periude ac summi principes, quos philosophi, vel politicos vel regios nominare solent. Cætetum munerum operosorum immunitatem habens, à laborando quiescit.

n Li. 5. c. 10. de Animal. Regem fugitiuum in regnum reducunt.

o cap. 10. Regis Officium.

C Qu d si migratio potius ad vsum sit, quam mansio, tum pergit emigrare, ac si ab ætate firmus sit, antecedit examen, ceu dux ad proficiscendum, illæ eius ductu sequuntur. Sin ætate affectus sit, cæteris Apibus vehitur. Signo dato, somnum capiunt, cum tempus est ad quietem proficisci, vna quæpiam à rege iubetur somni significationem dare, quæ simul, vt ad dormiendum signum sustulit, statim eæ somnum accipere pergunt. Quo ad ille viuit, tamdiu examen pace fruitur, omniq; ordinum perturbatione caret. Fuci suis cellis libenter se continent, seniores suum locum habent, natu minores item suum. Ipse separatim à reliquis habitat, soboles quoque Apum seorsim. Excrementa in locum separatum congeruntur. Ipso vero extincto omnia, vt dictum est, perturbantur, & funditus peruerruntur. Fuci in Apum cellis pariunt, atque ita miscentur omnia, vt examen omnino deterius habeat. Denique regis defectione, ac inopia pereunt. Nisi itaque & talis, qualem diximus Apum examini inesse, nobis Princeps dominetur, omninoque ad communem Reipub statum pertinenti vtilitati studeat Fucus erit, aut Fuco similis, non Apum Regi, vt ait *p* Baptista Mantuanus canens.

p Lib. 3. Ad gelarior.

Fucus Apum, non rex, qui non ante omnia fertur
In commune bonum: cordi quibus est sua tantum
Vtilitas, inuisi cœlo terræque tyranni.

D Quamobrem diuinus ille *q* Plato, cum demonstrasset Regem non reperiri, qui & posset, ac vellet virtute, ac scientia imperando, sancte & iuste suum cuique ius tribuere, nunc autem postquam, inquit, non nascitur talis rex in ciuitatibus qualis inter Apum " examina statim à principio tam corporis, quā animi habitu cæ- " teros antecellens, necesse est homines in vnum conuenire, & comuium consilio instituta conscribere, vestigiaque verissimæ Reip. illius exquirere. Magna ergo in his animalculis admiratio natu- " ræ, quod

q In Politicis.

Rex bonus non inuenitur.

Sola communes natos consortia tecta
Vrbis habent, magnisque agitant sub legibus æuum;
Et patriam solæ certosque nouere penates.
Venturaque hyems memores æstate laborem
Experiuntur, & in medium quæsita reponunt.

Vt canit *r* Virgilius Ischomachus apud Xenophontem luculenter vxorem frugi, quæ fideliter, ac sedulo parta à marito domi con- E seruat, Apum regi similem esse scribit his verbis. Nam mulieri " honestius est manere domi, quam foris agere, & sub dio viuere: " viro turpius degere sub tecto, quam negocia externa curare Vi- " deturque mihi dux Apum tale munus, quale mulieris est. à Deo " præscriptum subire, & domesticis rebus operam dare. Quibus, " inquit, vxor, munetib. fungitur Apum dux vt in officio debeat " mecum comparari? Confertur, inquam, propterea, quod ma- " nens in alueari, non sinit Apes ociosas esse, sed quas in agro la- " borare est necesse, ad opus emittit, & quæ à singulis importan- " tur cognoscit ac excipit. seruatque quoad necesse fuerit vti. Cum " vero tempus vtendi venit, singulis quod iustum est, distribuit. " Iis, quæ domi fauos rexunt, præest, vt hi pulchre celeriterque "

r In Oeconomico. c 13.

Vxor frugi Apum Regi similis.

", contexantur. Quæ naſcitur ſoboles, vt edocetur, ſedulo curat. ", Vbi educata eſt, & iam ſub noua examina laborare poſſunt, vt ", coloniam deducit vna cum iis, quæ ducem comitantur Iſtanc ", mihi, inquit vxor, erunt faciendа? Erit, inquam, domi manen- ", dum; & quib. ſeruis erit externum negocium, illi tibi emitrendi; ", quibus domeſticum, imperio tuo cogendi. Quæ domum im- ", portantur excipienda. Quæ ſtatim conſumenda fuerint, diſtri- ", bues, atque diſpenſabis. Quæ in vſum longiorem relinquenda, ", curabis, & cuſtodiæ tradita ſeruabis, ne quod in annum condi- ", tum eſt, vno menſe conſumatur. Cum lanæ fuerint illatæ, dabis ", operam, & veſtes conficiantur illis, quod opus erit veſtire. Cu- ", rabis & frumentum ſiccum, & veſcentibus ſalubre iucundumq; ", ſit. Ex iis, quæ te cutare decet, hoc vnum quidem fortaſſe vide- ", bitur eſſe gratiſſimum, vt ſeruis omnibus, ſi quo ſint affecti mor- ", bo, curatio adhibeatur, videndum tibi eſt. Gratiſſimum, ſane, ", inquit vxor, ſi probe curati beneficium agnoſcent, & beneuo- ", lentiores quam prius, erunt. Illius ergo reſponſum miratus, hæc ", addidi. Nonne mea coniux, propter huiuſmodi curationes, ", quas Apum dux adhibet in alueo, ſic eam diligunt Apes, vt ſi de- ", ſerat, nulla cæterarum relinquendam putet, verum ſequantur ", omnes? Phocillides item mulierum quatuor genera recenſens, eam, quæ ex Apicula nata eſt, rem familiarem bene prudenterque adminiſtrare canit:

——— ἡ δὲ μελίσσης
Οἰκονέμει τ' ἀγαθὴ καὶ ἐπίστατο ἐργάζεσθαι.
Ἣ ἔυνχε φίλ' ἔπειρε λαχεῖν γάμου ἱμερόεντος.

Id eſt, *Ex Apicula autem*
Bene adminiſtrat rem familiarem, & nouit laborare:
Cuius, care amice, nuptias amabiles exopta.

Apes caſtra æmulantur.

Iam vero non reipub. bene ſalutariterq; inſtitutæ typum præbent Apes noſtræ tantummodo, ſed caſtrorum quoq; ac totius militiæ. Nonne enim dum per rura tedolentia progrediuntur, vbi iuhalātes horti floribus, vbi fluens riuus per gramina, vbi amœnitas riparum, velut ludum quendam alacrem iuueututis edunt? nonne id campeſtre exercitium ceu militare eſt? nonne vt in caſtris, illic curarum remiſſio? Opus ipſum ſuaue è floribus, & herbis dulcibus fundamenta fauorum, nonne ceu caſtrorum ponuntur? Ecquid n. aliud, vt inquit D. Ambroſius, & fauus, niſi quædam caſtrorum ſpecies? Nonne ab his præſepibus Apum Fucus, vt ignauus, & inutilis miles arcetur? Quæ caſtra quadrata tantum poſſunt habere attis, & gratiæ, quantum crates habent fauorum, in quibus minutæ, ac rotundæ cellulæ connexione ſui inuicem fulciuntur? Virgilius Apes admiranda leuium ſpectacula rerum veriſime vocans, Apum rempub. regias ſatellitia, prætoria, vrbes, leges, mores, pugnas expeditionesque cecinit. Eſt igitur quicquid de Apibus traditur, ad hominum mores imitationes ſpectans: at admirandum eſt illud præcipue, tanta concordia hoſtibus ſuis pro Republic. eas bellum inferre, vt etiam equum occidiſſe legantur apud primarios naturæ indagatores *s* Ariſtotelem & *t* Plinium. *u* Albertus eas nunquam pugnare ſcribit, niſi cum eo, quod vel in alueati vel extra nocet, aut ad nocendum appropinquat. Nemo vnquam vidit examen mouere ſeditionem, aut inter ſe pugnare: ſimul autem opus faciunt, ſimulque viuunt, atque ſibi ipſæ comparant eſcam, eaq; fruuntur Nulla earum ſuo relicto alueo in alium ſe confert, aut maiorem, aut fortiorem; ſed proprium implent augentque, etſi regio ſit frigidior, & paſcua deteriora, & res minor, etſi, inquam, opus fiat ea in regione maiori cum difficultate, atq; etſi agricola ſit negligentior Communiter cibum capiunt, ſine ", inuidia, ſine ambitione. Minime, inquit *x* Varro, malefica eſt, quod nullius opus vellicans facit deterius. Quid ergo? nonne & in alueis naſcuntur Fuci quidem ſæui, & mel deuorantes? hos tamen frequenter ſinunt agriculæ, ſatius exiſtimantes mellis aliquid abſumi, quam omnibus Apibus quiete agentibus tumultum inferre: quin & ipſæ Apes niſi coactæ eos puniunt, puniunt autem. ſi plus æquo, ſuffurentur. *y* Ariſtotcles aſſerit, cum morbo examen quoddam laborarer, agmen peregrinum intuliſſe, & pugna conſerta, adeptaq; victoria, mella diripuiſſe, idque cum apiatius proſterneret, examen ſtatim egreſſum vltum eſſe, nec hominem ipſum vllo pacto impetiſſe. Ab Ape itaque diſces teſte *z* D. Io Chryſoſtomo honeſti amorem, ſocietatemq; & inter ſe communionem. Adeo enim eſt Apis, vt Muſonius referente D Ambroſio obſcruat, conuerſationis, & vitæ ſociæ amatrix, vt ſi ſola telinquatur, deſiderio tabeſcat, & moriatur, quod ad popularis hominis naturam, & ſimilitudinem referri poteſt Quod ſi vero & animantia alia ſint, quæ non vt Aquila ſolitaria natura ſint, vt Gracculi, dicam cum Varrone, nou idem facere; quod hic, inquit, ſocietas operis & ædificiorum, quod illic non eſt, nimirum apud Gracculum. Atque huc ſpectat *a* Plutarchi illud ſuper exilio dictum: nos quaſi Formicæ, vel Apes, ſi ex vna vel cauerna, vel alueario excidetimus hoſpites externiq; eſſe videmur. Tetigit huuc communis ſocietatis in Apibus amorem quoque *b* Pindarus, Neptunum à morum comitare laudans: γλυκεῖαν δὲ φρὶν καὶ συμπόταις ὁμιλεῖς, μειλιοσᾶν ἀμείβῃ τρεπτὸν πόνο, h.e. Dulcis præterea mens eius, & in conuerſando cum conuiuis Apum ſuperat cancellarum opus. Præter hanc communem operam communem ſocietatem, ac conſenſum concordiamq; non ſolum laudanda inſuper in hiſce Inſectis iam dicta caſtitas eſt, ſed imitanda quoque. D Ambroſius, qui cuncta in Apibus imitanda hominibus propoſuit, A- ", pes, inquit, nullo concubitu miſcentur, nec libidine reſoluun- ", tur, nec partus dolotibus quatiuntur, ſed integritatem corporis ", virginalem ſeruantes ſubito maximum ſiliorum examen emittunt. Vt hinc fortaſſis Muſarum volucres vocauerit eas M Varro. nam præterquam, quod ipſæ caſtitatem ſeruant, homines quoque à coitu olidos acriter oderunt, quod *c* Plutarchus teſtatur, in- " quiens: Apes eos male accipiunt, qui recentes à muliebri copu- " la ſuperueniant: ſed & mulieres, quæ Veneri operam dederint, a- " crius inuadunt. *d* Alibi quoq; tradit citius illos pungere, qui du- " dum ſtuprum fecerunt. Cauſam vero eſſe, quod Apes munditiæ, " & elegantiæ ſint ſtudioſiſſimæ, olfactu plurimum valeant. Hinc " aduerſus immundiores vehementius inſurgere. Quamobrem maxime curandum ei, qui Apes tractatutus, vt à Venere ſit liber. Venerem autem ignorare eas etiam *e* Maro teſtatur:

Illum adeo placuiſſe Apibus mirabere morem
Quod nec concubitu indulgent, nec corpora ſegnes
In Venerem ſoluunt, aut fœtus nixibus edunt,
Verum ipſa folia natos, & ſuauibus herbis,
Ore legunt.

Habet item *f* Plinius, ſi non expreſſis verbis, ſaltem è ſententia tradit enim Apes quomodo fœtus progenerent, magnam inter eruditos ſubtilem quæſtionem fuiſſe. Apis enim coitus, in- " quit, viſus eſt nunquam. Prudentius Apem eadem ratione in- " ſciam connubii vocat, canens:

Mella recens mihi Cecropia,
Nectare ſudat olente fauus.
Hæc opifex Apis aerio
Rore liquat, tenuiq; thymo.
Nexilis inſcia connubii.

D. Auguſtinus *g* ſexum habere non putat, qua de re poſtea. Sed præ omnibus igitur animantibus Apibus indita eſt quædam velut vrbana ſapientia. tametſi enim plura quoque animantia naſcantur abſque maris, & fœminæ commixtione, vti mures, ac Muſcæ: tamen vbi in rerum natura ſunt, copulantur, gignuntque. ſed in Apibus, neque mas, neque fœmina eſt. Sunt enim perpetuo virgines, quod tetigit inſuper ſanctus Cyprian. aut mauis Ruffinus in expoſitione Symboli ad illa verba: Ex Maria virgine. Sic enim " ille, Quid mirum videtur, ſi virgo concepetit? Apes certe neſci- " re coniugia, nec fœtus nixibus edere omnibus palam eſt. Vnde " beatiſſima Virgo virginitatis pudicitiæq; ſuæ munus Deo vouens apud Bapt. Mantuanum Apem ſe vocat.

——— *Cape ſumme Deorum*
Munera dicebat, prima cape dona iuuentæ.
Quæ tibi ſteriles, Apis hæc tua collegit agros.

At vero reliquorum patrum ſententiis acceſſit & B Gregorius ſuper ſeptem pſalmos ad quiutum, ad illa verba: Scribantur hæc, &c. Voluit, inquit, immaculatus Dominus, vt homo ſine macula " naſceretur peccati, & abſque vitio carnalis delectationis huma " næ ſobolis propagaretur ſucceſſio: & ideo talem fecit Adam, vt " abſque peccato filios ederet, ſi in conditotis obedientia perſtitiſ- " ſet: poſſet namque fieri, vt ſicut abſq; delectatione fructus ſuos " terra germinet, ita ſine peccato filium mulier pareret: quod ho- " mini cur eſſe incredibile videatur, cum Apibus etiam hoc ipſum " conferat. Quam admirandam Apum caſtitatem forte imitari " volentes, vt ratio mihi dictare videtur, viri illi, quos ſcribit *h* Iacobus Vittiacus S R E. Cardinalis ad exemplum, & imitationem ſancti viri, & ſolitarii Eliæ prophetæ in monte Carmelo, & maxime in parte illa, quæ hodie Cayphas appellatur, iuxta fontem, qui fons Eliæ dicitur, non longe à Monaſterio Beatæ Virginis, vitam ſolitariam egiſſe in alucaribus modicarum cellularum, tanquam Apes domini, dulcedinem ſpiritualem mellificautes. Itaque & ceræ vſusiu Eccleſia eſt: ſicut enim caro Chriſti de mundiſſimo, & optimo odore virtutum referta carne proceſſit, & nec in concipiendo, nec in egrediendo matris integritatem violauit; ſic cera, quæ geſtatur fidelium manibus, de mundis & odoriferis floribus collecta, fructus eſt Apis, virginis ſcilicet animantis, cuius, ſicut diximus, ſexum nec maſculi violant, nec fœtus quaſſant. Quamobrem Simonides mulierem laudat ex Apicula genitam, felicemque eum eſſe ait, qui eam in vxorem duxerit, vtpote ſolam inter reliquas reprehenſione indignam; ſub qua inquit res familiaris amplificatur, coniugi vſque chara eſt, & laudandos parit liberos, excellitque inter cæteras mulieres, eam autem diuina quædam grātia circundat. Mulieres aſpernatur, quæ Veuereos agitant ſermones. Vt vero contumaciter virginitatem ament, & pudicitiam Apes, elegans hiſtoria ſuo recitabitur loco. Iam vero cum intus mundæ ſint, animo nempe immaculato, ita quoque mira teſte *i* Plinio, corporis munditia. Amoliuntur omnia è medio, nullæq; " inter opera ſpurcitiæ iacent. Quin & excrementa operantium " intus, ne longius recedant, vnum congeſta in locum, turbidis " diebus & operis ocio egerunt. Sic ille *k* Ariſtoteles mundiſſimum omnium, hoc animal eſſe teſtatur, quamobrem ſæpenumero, cū " aluum deponere neceſſe habeat, auolare, & in ſeceſſu reddere " excrementum, quoniam male oleat. Odiſſe non ſolum fœdos " odores, ſed etiam vnguentorum delicias, indeque fieri, vt homi- " nes his delibutos percutiant Et paulo inferius Egerunt, inquit, " alui excrementa omnes, aut volantes, vt dictum eſt, aut certa in " parte faui. Non potant teſte *l* Auicenna, niſi aquam puram, nec eam niſi aluum prius depoſuerint. Didymus referente *m* Conſtantino Cæſare cum excellenter purum hoc animal culum eſſe dixiſſet, nulli graucolenti rei inſidere teſtatur, & neque ad lucernam, neq; ad carnes, neq; ad ſanguinem, neque vllam aliam pinguedinem aduolare, ſed ſolum his quæ dulcem ſuccum habent. Verum non abhorrent modo pinguia male olentia, ſed odorata quoque, vt *n* Varro teſtatur, inquiens; Itaq; nulla harum aſſidet in loco " inquinato, aut eo qui male oleat, neque etiam in eo, qui bona " olet vnguenta, itaque his vnctus qui acceſſit, pungunt. In Mira- " bilibus Ariſtoteli attributis ſcribitur Apes ex vnguentis inebriari, neq; odorē ferre poſſe, itaq; redolētes vnguenta à cęteris vapulare.

Aelianus

c In Coniugalib. præceptis.
d L. de caunat.
Apes cur coeunres inſequuntur.
e L. 4. Geor.
f L. 11. c. 16.
g In Catheme rone.
h In Hiſt. Orient.
Solitarii in Apum alueariis habitantes.
Cæra cut vtatur S. Eccleſia.
i L. 11. c. 10.
Corporis mira mūditia.
k L. 9. Hiſt. c. 40.
Vt & quādo, & vbi aluum deponunt.
l L. 8. c 3.
m L. 15. c. 3.
n L. 3. c. 16.

s 9 Hiſt. 40.
t L. 10. c 18.
u L. 8. tract. 4. c. 4.
x L. 3. c. 16.
Cur & quamdiu Fuci non eiiciantur.
y L. 9. Hiſt. c. 40.
z Homil. in Pſal 110.
Apis vt conuerſationis amans.
a L. 3. c. 16. de reruſt.
b Ode 5. Pythior.
Apum mira caſtitas.
Muſarum volucres.

Oleosa & vncta cur fugiant.

,, Aelianus vero habet sic: Tetro quoque odore non modo Apes ,, offenduntur, sed vnguento odorato: tanquam enim puellæ vr- ,, banæ, & modestæ teterrimum odorem præclare contemnunt, ,, & vnguenti suauitatem à se detestantur. Quod etgo & prudentiæ earum ascribendum fuerit, existimandumque non ignorare, si vnctæ fuerint, interituras. Oleo enim Insecta omnia mori constat. Contra fit in floribus, eos enim odoratiores magis prosequũtur, & omnia pascua odoratiora, vt innuit *o* Ouidius, cum canit:

o Lib. 1. de Arte amãdi

Aut vt Apes saltusque suos, & olentia nacta
Pascua per flores & thyma summa volant.

Carnem non tangunt.

Carnem nullius animalis tangunt, nec obsonium appetunt, vt "Philosopus scribit Non vt Muscæ, inquit *p* Varro, ligutiunt, ,, quod nemo has videt, (vt illas) in carne, aut sanguine aut adipe. Plinius ea in re Vespis, ac Crabronibus præfert, quanquam, & ista Insecta mellificent. Omnes (Vespæ nempe & Crabrones) inquit, ,, carne vescuntur, contra quam Apes quæ nullum corpus attingunt. Et quamuis sacra pagina *q* Sampsonem attestetur, in occisi à se Leonis post aliquot dies, ore examen Apum mellificantium inuenisse, nolim quis inde absurde colligat, etiam putida cadauera sectari: nam hoc miraculi loco habetur: vel dicendum vt Nicolaus de Lyra opinatus est, (cuius opinioni ego non adhæreo) syluestrium Apum genus fuisse, quod, inquit, non abhorret talia. ,, Sacer locus sic se habet: Et post aliquod dies reuertens, vt acci- ,, peret eam, declinauit, vt videret cadauer Leonis, & ecce exa- ,, men Apum in ore Leonis erat, ac fauus mellis, quem cum sum- ,, psisset in manibus, comedebat in via; venienq; ad patrem suũ, ,, & matrem, dedit eis partem, qui & ipsi comederunt. nec tamen ,, eis voluit indicare, quod mel de corpore Leonis assumpserat. Hinc tale problema Sampson proposuit Palæstinis. Ex comedente cibus; ex robusto exiit dulcedo. Nec quoque miræ huic Apum munditiæ aduersatur, quod in capite Onesili supra portas vrbis à victoribus suspensi, cum iam exinnantium esset, ingressum Apũ examen fauo refersit: nam & hoc prodigii loco recitatur ab *r* Herodoto. Ea enim de re oracula Anathusii (nam oracula consuluere) redditum est vt depositum caput humarent, Onesiloque quotannis tanquam heroi sacrificarent: hoc facientibus melius cum eis actum iri. Nec obstiterit denique, quod de *s* Hispocratis Coi medicorum principis sepulcro legimus, quod videlicet in eo ad multum tempus examen Apum mellificantium etat, nam & hoc præter earum naturam euenisse putandum, quin affirmandum est. Aiunt eo melle ad infantum oris vlcuscula iuxta tumulum illito, nutrices eo facile persuasse, quod & ipsum naturæ limites egreditur. Dicamus ergo cum *t* Aristotele Apem esse animal mundum ,, inter omnia animalia. Pietas sequitur, quam potissimum ergo ,, mortuas exercent. nam ibidem Aristoteles tradit. vita in aluo ,, defunctas foras afferre. Student, inquit bonæ Apes, quoad fie- ,, ri potest, ne quam intra alueum interminant, etsi qua interierit intus, statim foras educunt. Addit Columella, & pestis tempore, quando nimirum homines sæpe parentes liberos, liberi parentes inhumatos relinquunt. Cum enim etiam pesti vt homo obnoxiæ ,, sint, ea affectas esse nosci ait, cum frequenter alia mortuarũ cor- ,, pora efferunt, aliæ intra tecta, vt publico luctu mæsto silentio ,, torpent. Meminit Virgilius.

Examen in oreLeonis mortui.

q Iudic. 14.

Examen in capite viri suspẽsi.

r Lib. 5.

Examen in sepulcro Hippocratis.

s In vita eius

t 9. Hist. cap. 40.

Pietas Apum erga mortuas.

Si vero (quoniam casus Apibus quoque nostros
Vita tulit) tristi languebunt corpora morbo,
Quod iam non dubijs poteris cognoscere signis.
Continuo est agris alius color. horrida vultum
Deformat macies: tum corpora luce carentum
Exportant tectis, & tristia funera ducunt.
Aut illæ pedibus connexæ ad limina pendent,
Aut intus clausis cunctantur in aedibus omnes.

Pietas erga prolem.

Similis plane pietas, siue amor est ipsarum erga prolem, non intus tantum, sed extra quoque quando nempe ab aliis iniuria affici agnoscunt, vel quando Apiarius melle alueos castraturus fœtus offendit, quod elegantissime olim nobis cecinit *u* Homerus

u Lib. 22. Iliad.

Οἱ δ' ὅτε σφῆκες μέσον αἰόλοι ἠδὲ μέλισσαι,
Οἰκία ποιήσονται ὁδῷ ἐπι παιπαλόεσσῃ,
Οὐδ' ἀπολείπουσιν κοῖλον δόμον, ἀλλὰ μένοντες
Ἀνδρας ἠμυνῆσας, ἀμύνονται περὶ τέκνων.
Ὡς οἵγ' ἐκ ἰδέλεσι πυλάων καὶ δύεσιν τε
Χάσσαντ', πεῖν γ' ἢ ἐκ πάντα μόρον ἢ ἐ ἁλῶναι.
Hi autem sicut Vespæ in medio pictæ, atque Apes
Nidos faciunt via in prærupta,
Neque relinquunt concauam domum, sed expectantes
Viros venatores, defendunt fœtus suos.
Sic hi nolunt à portis quanquam duo existentes
Recedere, antequam vel occidantur vel capiantur.

Vt mele ereptum doleant.

Quam vero etiam ereptum mel condoleant elegantissima similitudine demonstrat *x* Vida, sanctissimas illas mulieres similimo mærore discipulos affecisse canens, cum nunciarent his, vacuum esse sepulchrum, & Christum in eo non inuenisse:

y Lib. 6. Christiad.

Aegrescunt mœsti, squalent circum omnia luctu
Haud secus atque olim exemit cum iubere pastor
Cerea dona cauo, vacuumque alueare reliquit.
Tunc etiam fumus quas longe dispulit ater
Hinc illinc glomerantur Apes, inania frustra
Tecta adeunt denso volitantes agmine circum
Direptosque fauos agre, populataque passim
Mella vident, necquicquam hyemi congesta futura.
Ecce viros autem tali mœrore sepultos
Attonita miris matres rumoribus implent.

Imo vero non dolent tantum, sed eximenti alueis suis mella totis

A se viribus opponunt, non aliter, inquit *y* Claudianus, quam animę oppressorum eos vindicare cupiunt, à quibus dum ętherea hac luce fruerentur, erant oppressæ.

y Lib. 2.

Tunc animæ, quas ille fero sub iure peremit
Circumstant, nigrique trahunt ad iudicis vrnam
Infesto fremitu: velut pastoris in ora
Commotæ glomerantur Apes, qui dulcia raptu
Mella tralit, pennasque cient, & spicula tendunt:
Et tenuis saxi per propugnacula cinctæ
Rimosam patriam, dilectaque pumicis antra
Defendunt, pronoque fauos examine velant.

Eodem sensu fere Statius

Sic vbi puniceo pastor rapturus ab antro
Armatas exegit Apes fremit aspera nubes,
In vicem sese stridore hortantur, & omnes
Hostis in ore volant, mox desiuentibus alis
Amplexæ, flauamque domum captiuaque plangunt,
Mella, laborantesque premunt ad pectora ceras.

In eodem quoque sensu ℤQ. Calaber Troianos circum interempti Achillis cadauer acriter pugnantes, eoque potiri flagrantes, Apibus comparat aluearia sua defendentibus, Aiacem vero pastori seu apiario ea castranti. At hi, inquit, non abstinebant minis B territi, sed collato pede fugam capescebant, agmine subinde cõ densato, vt Apes, quæ circa sua aluearia iusinitæ volant, virum vlturæ; hic vero nihil moratus earũ assultus, mellis vindemiam facere pergit: at illæ cruciantur fumi, vel viri impetu: attamen tanta licet difficultate rerum deprehensæ in aduersum rapiuntur: hic autem ne tantillo quidem loco mouetur Sic Aiax irruentes pro nihilo duxit Quam modo fures oderint (quæ non parua iustitiæ pars est) id præ cæteris indicauit Plinius, Apes inquiens furto subtractas pessime fructificare *a* Dixit etiam naturaliter fures odisse Didýmus hanc iustitiæ virtutem tangens, neque vero, inquit, aliorum labores deuastat; resistit tamen fortissime quæ ipsius labores destruere aggrediuntur. *b* Aristoteles Furis & Fuci nullum munus esse ait, sed cæteris, quibus conuiuunt, iniuriam facere, non tamen impune semper, nam deprehensos interdum à bonis Apibus occidi. Cum Fucos puniunt, animaduertunt priusin eos pœna leuiore, & si denuo apprehendant, grauiore: vti luculentet notauit *c* Aelianus his verbis: Fucus, qui inter Apes nascitur, de die in mellarias cellas abditus manet: nocte vero cum Apes dormire obseruauerit, earum opera inuadit, vastat- que alueos: hocillæ cum intelligunt, plurimæ quidem earum dormiunt, nempe defessæ, paucæ vero excubant. Cum vero vi- C derint furem verberant eum modice, & leniter, expelluntque alis, & in exilium proiiciunt. Iste vero non ob id corrigitur: sua enim natura, & piger, & vorax est: quibus duobus malis prædi- tus intra fauos se abdit Vt vero ad pastionẽ Apes profectæ sunt, ille rursus opus inuadens, quod suũ est facit: confarcit se melle, & depopulatur thesauros dulces Apum Eæ ex pastione redeuntes, cum in eum inciderint, non amplius leniter verberant: neq; tanquam essent in exiliũ eum eiecturæ, sed aspere aculeis inuadentes, percutiunt latronem, qui iam non amplius mulctatur increpationibus, sed voracitatis, & gulæ nimiæ pœnas vita persoluit. Apiarij hæc dicunt ac mihi persuadent Hæc ille: verũ q̃ & homines iniurios sibi, furantesq; mella prosequantur, exemplo sit Hermonax Amyntoris, & Lysodices filius, quem aiunt, cum adhuc infans ad aluearia mellis desiderio accessisset, Apum aculeis confectum esse. Idem de Cupidine legitur, vt inter epigramata recitabitur. Exemplo sit Marcus senex, quam, quod imperante Constantino apud Arethusos idolorum quoddam templum euertisset tradit *d* Theodoretus sub Iuliano Apostata comprehensum, D nudatum totumque verberibus prius laceratum, Arethusos in cloacas fœtidas abiecisse, atque inde retractum stylis compungendum proposuisse: postremo in corbe locatum, & melle vnctum, sub dio Apibus excarnificandum tradidisse Apes enim mel illud furatum opinantes ad mortem vsque aculeos inflixetunt. In sacris Bibliis legitur Amorrhæum ita *e* Israelitas esse persecutum, sicut Apes quemquam solent persequi, hoc est, acerrime: diuinus *f* Psaltes hostes, à quibus erat circundatus, Apes fauos suos circundantibus comparat, hoc est acriter suos tuentibus. Auicenna enim author est, nullum animal ad vindictam pronius esse Apib. irritatis; irritantur autem maxime, cum mel eripitur: adeo vero sese vindicant, vt legantur furem à scelere ad pœnitentiam adegisse Fur enim nocturnus, vt refert *g* Surius, aluearia furabatur: erant autem ruris Ecclesiæ S. Medardi: illæ collecto agmine furem aggressæ in fugam verterunt, aculeatis stimulis hominẽ pungentes, nec dimittentes, donec ad ipsum S. Medardum ipse torus vulneratus peruenisset, adhuc vndequaque Apibus circumseptus, E quo cum vellet, nollet, peruenisset, prouolutus ad S Medardi vestigia, supplex sibi admissum crimen dimitti postulauit Medardus pro sua clementia ignouit efflagitanti, manumque extendens benedictionem signo crucis edito, vt Episcoporum mos est, ei absolutionis signum impendit. Quo facto Apes, à molestia inferenda cessarunt, dimissoq; homine, velut parentes Medardi iussis in loca sua redierunt. Postrema ratio, cur Api in hoc opere principatus detur, ab incredibili vtilitate, quam nobis præbet, accipitur, ob quam in primis à *b* Plinio animal munificum nominatur: nam. vt aiebat Virgilius.

e Deut. c. 1.

f Psal. 117.

g To. 3. in vita S. Medardi.

Apum mira vindicta.

Vt fures oderint.

a Lib. 11. cap. 16

b 9. Hist. cap. 40

Vt Fucos puniant.

c Lib. 1. de Animal. c. 9

Hermonax cur ab Apibus occisus.

Marcisenis tormentũ.

d Lib. 3. c. 7

Vtilitas ab Apibus quæ.

h Lib. 11. cap 19.

Animal munificũ dicitur.

Sic vos non vobis mellificatis Apes: Eumq; imitatus Lud. Ariostus

i Cant. 44. Stant. 45.

Cosi ma non per se l' Ape rinoua
Il melle ogni anno, mai non lo possiede.

Maxime autem vtilitas est, si locum idoneum habeant Apes, & pruden-

prudenter & ſolicite procurentur. Nam ex paucis breui tempore multa examina fiunt: nec non ſemel tantum quotannis, ſed bis etiam, & plerumq; ter pariunt & examen emittunt, & ſine magnis impenſis, ac labore aluntur. De fructu, inquit Appius apud k Varronem, hoc dico, quod fortaſſe an tibi ſatis ſit, Axi, in quo auctorem habeo, non ſolum, qui aluearia ſua locata habet, quotannis, quinis millib. pondo mellis, ſed etiam hunc Varronem noſtrum: quem audiui dicentem, duos milites ſe habuiſſe in Hiſpania fratres Vcianios ex agro Faliſco locupletes, quibus cum à patre relicta eſſet parua villa, & agellus non ſane maior iugero vno, hos circum villam totam aluearium feciſſe, & hortum habuiſſe, ac reliquum thymo, & cytiſo obſeuiſſe & apiaſtro, quod alii μελίφυλλον, alii μελίσσοφυλλον appellant. Hos nũquam minus, vt percæque ducerent dena millia ſeſtertia, & melle recipere eſſe ſolitos, tum eos & velle expectare, vt ſuo potius tempore mercatorem admitterent, quam celerius alieno. Hæc ille. Homini itaq; ruſtico ex huius paſtionis ſtudio non contemnendum vectigal prouenit, citraq; ſumptum etiam pauperculi, qui amplis agris deſtituuntur, ex hoc ſtudio quæſtum facere poſſunt: citra inquam ſumptum aliquem. non enim flores atq; ſtirpes, vt cætera animantia deuorant, ſed libant tantum, ac incorruptos relinquunt, vt elegante cecinit l Iouianus Pontanus:

Libat Apis tenerum rorem, fluit Atticus ille
Inde liquor, dulci carea mella fauo.

Quod ſecum examinans m Diuus, & facundus Chryſoſtomus Apem Pauoni, & Pauonem Api conferens, Apem præferendam omnino iudicat, cum inquit, ita inueſtigando. Ape quid abiecti? ecquid Pauone pulchrius? Vter autem præſtantior? Apis, an Pauo? non dubium quin Apis. Pauonem de medio tolle, & nihil detrimenti attuleris. Apem de medio tolle, & ingens vtilitas adempta erit. Ita ille, ineffabilem Apis vtilitatem extollens: quanquam contra Chryſippus Apes inutiliter, vt ait n Plutarchus, datas concluderet, ſi quis Cimices vtiliter datas eſſe diceret. Sed cur eſt tam vtilis humano generi Apis? mel, quod cœleſte donum poeta vocauit, nobis donat, & ceram: qui duo fructus, quam vtiles ſint, & quam neceſſarii cum id omnibus notiſſimum ſit, vix attingam. Fotis, inquit o Varro, paſcuntur, intus opus faciunt: quod dulciſſimum, quod eſt, & Diis, & hominibus eſt acceptum: quod fauus venit in altaria, & mel ad principia conuiuii, & in ſecundam menſam adminiſtratur, Poetæ etiam hic nectar deorum, & hominum mulſum fieri voluere Pontanus ad Stellam:

Libat Apis de rore fauos, melliſq; liquorem;
Inde hominum mulſum, nectar & inde Deum.

Et quamuis Italia nõuullæq; aliæ Europæ regiones, mulſum non potent, Septentrioni tamen expoſitæ omnes atq; in Aſia id in potum accipiunt, ſalubritate vino nequaquam cedens, & Cretico vitibus, & inebriandi facultate, quam proximum, vt non temere mel nobile nectar nominauerit p Martialis hoc diſticho:

Hoc tibi Theſei populatrix mittit Hymetti
Palladis à ſyluis nobile nectar Apis.

Item q Bapt. Mantuanus inter alios optimos, ac vtiliſſimos agrorum fructus, inquit:

Cœleſtes adiunge fauos, & nectareum mel,
Quod vaga de florum vertice lambit Apis.

Potum autem, & in cibo ſumptum, non modo, vt vinum, alindve quid delicatiſſimum, iucundum eſt, ſed & homines longæuos facit. Aiuntq; qui in ſenectute melle cum pane nutriuntur, diutiſſime viuere: nam & ſenſus omnes ſanos, ac integros cuſtodire, ac conſeruare. Aiuntq; Democritum interrogatum, quomodo homines incolumes manerent, & longæui fierent, reſpondiſſe, ſi externas corporis partes oleo, internas melle illinerent. Fructus itaq; Apis ab omnibus deſideratur, nec perſonarum diuerſitate, vt D. Ambroſii verbis vtar, diſcernitur, ſed indiſcreta ſui gratia regibus pariter atq; mediocribus æquali ſuauitate dulceſcit. Nec regibus ſolum voluptati, ſed etiam ſaluti eſt, fauces obdulcat & curat vulnera, internis quoq; medicamenta infundit vlceribus. Huiuſce fructus r Eccleſiaſtes meminit his verbis: Breuis in volatilibus eſt Apis, & initium dulcoris habet, fructus illius. Quod vero edulii genus eſt, quod eo admiſto non redditur gratius? Hinc omnes ferme gratiores placentæ, quibus cuidam apud s Lucianum ſciſcitanti, an etiam Demonax veſceretur: an tu igitur, inquit, Apes exiſtimas fatuis ſuos fauos concinnare? innuens eum plane delirare cui mel, vel aliud edulium ex eo factum diſplicerer. Vnde t Ouidius ad amiciſſimum ſuum ſcribens eius præſentiam, ſi frui liceret, tam gratam ſibi fore ait, quam in eſu mel eſt. Alloquitur autem liber amicum:

Nec patriam magis ille ſuam deſiderat, & quæ
Plurima cum patria ſentit abeſſe ſibi,
Quam vultus oculoſq; tuos, ô dulcior illo
Melle quod in ceris Attica ponit Apis.

Placentarum, quæ cum melle fiebant, ſic meminit piſtor dulciarius apud Martialem:

Melle tibi dulces operum manus iſta figuras,
Extruit, huic vni parca laborat Apis.

Obſoniorum etiam antiquiſſimus u Nicander:

Paſta thymum pedibus, floremq; virentis erica,
Multifidos partus Cereri, atque obſonia præbet.

Sed iam tempus eſt, vt nos poſt plura de melle dicturi, hic tandem acquieſcamus, ſi modo vnum adhuc, quod haud quaquam prætereundũ eſt, ſubiũxerimus, nempe veteres Græcos mortuos ſuos melle placaſſe x Iphigenia apud Euripidem fratri inferias vouens promittit ſanguinem montanæ vitulæ, Bacchique liquorem, ξουθῶντι πόνημα μελισσᾶν, hoc eſt flauarumq; labores Apũ, quibus, inquit placari mortui ſolent, effuſuram: verum neq; hoc ſilentio inuoluendum, quod à Mnaſea Pataræo de Apibus ſcriptum tradunt, eas humanum genus ab eſu carnium ad arborum fructus, & hortenſia olim auocaſſe, condimento ſcilicet ſubminiſtrato, per quod vniuſcuiuſq; cibi ſubacidi etiam, & amari ſapor commendaretur. Quamobrem idem * Euripides Phrygios ſaltus, & montes Lydos, ad quos Liber pater ſe receperat, non potuit magis laudare quam cum diceret, quod ῥεῖ δὲ γάλακτι πέδον, ῥεῖ δὲ οἴνῳ, ῥεῖ δὲ μέλισσαν νέκταρι, id eſt, fluit lacte campus, fluit vino, fluit Apum nectare. Tribus n. iſtis liquoribus vix quicquam eſt aliud magis ad hominis vitam ſuſtinendam neceſſarium. Ceræ modo vſum quis neſcit? Candelæ ad lumen in tenebris, ex tribus tantum in tot aliis naturæ donis confici poſſunt, ex cera, ex pice, & ex ſeuo, vt canit (Scaliger:

Aut Apis, aut hircus, vel pinguia viſcera pini;
Oſtendere diem poſt ſimulante diem.

Sed omnium ſalubertimum lumen præbent cereæ candelæ, vnde in principũ primatumq; menſis earum vſus eſt, & in Eccleſiis non ſine grandi myſterio, vt ante dictum eſt, adhibentur. Mira igitur fuit apud Liuones ſtoliditas, vt velut fæcem expreſſo melle abiicerent cetam. verum poſtq; noſtra illis ſolertia innotuit, ſeruarũt, pretioq; dignam putarunt. Idem error apud Africanos in Mauritania euenit, donec ab Aloyſio Cadamuſto edocti, eam in pretio tenuere, ad rerum humanarũ vſus. Certe diuinarum rerum, quædam humanis oculis maior maieſtas è cera coruſcat: neq; ſine ſacrilegio diuina cum exercentur, ſubtrahi cera poteſt. Ruſticus n. quidam ex altari ceram furto cũ abſtuliſſet in lapideam duritiem conuerſam eſſe tradit. z Valfridus Strabus: vnde criminis ſui culpam agnoſcens, cum confiteretur coram plurib aſtantibus, cera amiſſa aduentitia duritie, priſtinam molliticm recepit. Eſt igitur cera congrua diuinis rebus peragendis oblatio, quod & alio miraculo idem author aſſeuerat. a Ex aluearis Apũ quidam ſublatam furto ceram offerendam detulerat ſacerdoti in æde D. Galli: mox cum offerretur, in duritiem lapideam conuerſa eſt: cõſpecta ea re, qui obtulerat, mente conſternatus, pœnitentiam publice confitens egit. Propterea in cera diuinum aliquid latere eſt animaduertendum, quod in Eccleſiaſticis ritibus vbiq; fere adhibeatur: nam & paſchalis cereus fit, & ad oẽs aduerſarias poteſtates propellendas conſecratio adhibetur ei ceræ, quæ agnus Dei dicitur, qua & maris æſtus, & fluminum inundationes cohibitæ memorantur. Verum vt relictis hiſce ſacris vſibus ad corporis noſtri commoda veniamus, quis eſt qui præterea ceræ ad vulnera, dolores, vlcera curanda vſum ignoret? Si quis autem ſit, ꝓ non puto, is nihil prorſus in medicorũ, ac in primis Hippocratis, ac Galeni libris verſatus fuerit. Præterea ad linea, ad coria aduerſus aquas munienda, ad infinitos deniq; alios vſus ceram requiri quis neſcit? Sed ſi mellis atq; cerę multiplicem vſum perſequi hic vellẽ, integra milii eſſent conſcribenda volumina: dicam itaq;, & repetam breuiſſime, quod mel nobis vitam interius variis modis, variiſq; nominib conſtituat, alit, & vinoſo ſpiritu exhilerat. Cera externis quot malis medeatur, ne ipſe Hippocrates ſic poſſet enunciare, vt non multa omiſiſſe tandem deprehendatur. Mellis & cerę munera multa videmus, dum illud exterius oculos abſtergit à muco; hæc lumen ad videndũ ſubminiſtrat, ſed tam multa videre non poſſumus, vt eorum quorum beneficio videmus, totum regnum peruidere poſſimus. Huius itaq; Inſecti paſtio non opere ſolum, quo nobis dulciſſimũ, ſaluberrimumq; quem diximus, ſuccum colligit, verum etiam exemplo induſtriæ humano generi vtilis exiſtit, ita vt præter cætera animalia omnia in vſum hominis data, ab hoc tam munifico, & ſapientiſſimo animalculo à creatore Opt. Max. conceſſo, ſimul & fructum operis percipiamus, & ad laborem induſtriamq; excitemur, deniq; liberaliſſimi creatoris benignitatẽ in hac creatura potius, q̃ vlla alia contemplemur: in qua hoc ſolummodo à nonnullis dedecori verti videtur, ꝓ omnes ex æquo, nec dominorum ſuorum habita ratione ad alueos ſuos accedentes pungant. Ad quod alluſit b Plutarchus inquiens Exiſtimo etiam cum Apibus melius actum iri, ſi eos à quibus nutriuntur, & curantur, ad mittere potius, & adblandiri, q̃ abigere velint: nũc eas fumo puniunt. Ego vero id quoq; ad laudem potius, q̃ ad vitium referam. Adulatore n nihil eſt peius, malleq; Apes mori, q̃ adulatrices videri exiſtimo. Neq; etiam Tzetzem audiuerim, Apes ingratitudinis accuſantem, & Fucos, qui aquam ipſis ſuggerunt, tempore hyemali occidant, ceu beneficii præſtiti in æſtate immemores, & ingratæ, nam cum Fucorum genus mel omne, in quo tantopere laborarunt colligendo, deuorent, abſumantq;, ipſi interim ad laborem inertes, ſi occidant laudandas potius, quam vituperandas putem. Atq; hęc breuiter de Apum laudib. ſufficiant, ad quas velut pro epilogo, addendi videntur vere aurei iſti c Pontani verſus:

Sola hyemi metuens latebroſo pumice condit
Triticeos populata hominum Formica labores.
Idem amor, atq; Apibus eadem experientia parcis.
Sed nec agros populare palam, aut incumbere furti:
Cum iuuet è proprio vitam tolerare labore.
Iuſtitiam norunt ſola, & ſeruare pudorem,
Æquales cunctis opera, ſtudiumq; parandi.
Mane nouos adeunt flores examine denſo,
Cœleſtemq; legunt rorem, atq; in tecta reportant.
Mox vacuis ſtipant cellis, vt nectare largo
Ignauas ducant hyemes, & frigora temnant.
Quin etiam tempeſtates, & ſidera norunt,
Armataq; repentinos vicere procellas
Pendentis ſaxi molem ad cana crura ferendo,

Vſq;

k L.3.c.16.
l In Epith. nupt. Euge. filia lib.3. Amor.
m Homil. in Pſal.50.
n l.de Stoic. repugn.
o L.3.c.16.
p In Xeniis.
q L 3.Sylu.
r c.11.
s In Demonace.
t Li 5.Triſt. Eleg.5.
u In Alexipharmacu.
x In Iphig. in tauru.

Apis ruſticis vtiliſſima & cut.
Apis Pauoni præfertur.
Apis cur vtilis.
Mellis vſus.
Nectar deorum.
Mulſi potus ex melle.
Mel homines longęuos facit.
Qui diu viuant.
Democriti de melle & oleo dictum.
Mortui melle placantur.
Ceræ vſus.
Cetiorũ honor.
Liuones ceræ vſu ignorabãt.
Cera ſacra ta furata in lapidem conuerſa.
Cera agnus Dei dicta & eius vis.
Ceræ vſus in medicina.
Apis induſtria homini imitanda.
Quid in Apibus virtio dandũ.
Apes non eſſe ingratas.

A
B
C
D
E

A
B
C
D
E

a Cap.7.
b L. de reip. gerenda præcept.
c Lib.1. de Stellu.

Vsq; adeo referunt diuinum à stirpe vigorem.
Has pater è summi despectans vertice Olympi,
Miratur tenueis animas conamine tanto
Nunc fundare vrbes, aditus ac mania late
Munire, & multo portas custode tueri.
Nunc aliam natu patriam monstrare parandam,
Immunes operum reges dare iura vocatis
In populis, illos iam dudum astate silentes.

ÆQVIVOCA.

QVANQVAM nobis Apis historiam scribere volentibus ab æquiuocis, quæ Ammonius uon infimæ classis philosophus prius distingui iubet, dein definiri, fuisset inchoãdum, sicuti etiam in aliis nostris operibus tam editis in lucem, quam manu scriptis obseruauimus; placuit tamen illa, quæ de nobilissimi huiusce animalculi animi dotibus diximus, præuertere, vt non ab re principem locum ei tribuisse videamur. Quamobrem cum teste Philosophorum principe, & communi præceptore *a* Aristotele æquiuocorum vtilis sit distinctio, quia dilucitas oritur, si quæ in hac Apis nostræ historia occurrant, prius ea explicare animus est, quam ad cætera pergamus. Μέλισσα quam vocem Apem significare dicemus, puellæ nomen est, nempe Melissi Cretensiuni Regis filiæ, quæ vna cum Sorore Amalthæa Iouem puerum nutriuit, illa scilicet lacte capriuo, hæc melle, vnde poetica illa fabula originem sumpsit, aduolasse Apes, atque os pueri melle compleuisse: Melissam vero à patre primum sacerdotem magnæ Matris constitutam: indeq; adhuc eiusdem matris antistites Μέλισσας nuncupari. Alij volunt Melissam in Apem conuersam dici (nam & hoc poetæ fiuxerunt, vt in fabulosis apparebit) quoniam prima melli,, ficii fuerit inuentrix: Ad quod alludens *b* Columella: nec sane rustico, inquit, dignum est Iciscitari, fueritne mulier pulchertima specie, quam Iupiter in Apem conuertit. Fuit item alia mulier Melissa vocata, Periandri nimirum Corynthiorum tyranni vxor; quam ille concubinarum delationibus temere credens cum grauida esset, pedibus conculcans interemit: qua de re, consule *c* Laertium. Fuit etiam Melissa Epidamni filia, authore Stephano, à qua Melissonius locus dictus est, vbi ex Neptuno Dyrrachiũ peperit. Est & Melissa proprium ciuitaris nomen apud Suidam, & apud Stephauum Lybiæ vrbs est, à qua regionem Melissæam dici ait: cui deinque in Cyzico Melissa vicus est; & Gentile, Melissenus. Melissa postremo est Hesychio ὀβολὸς qui drachmæ pars est. Iam Apis quoque prætet Insectum, de quo agimus, Aegyptiorum idoli, aut simulacri nomen est; de quo quod obscura est eius notiria, paulo fusius, quam huic alias loco par esset, agam. Hunc Aegyptium Apim veteres, Pheroici, & Pithonis filium, vt recensent *d* Clemens Alexandrinus, & *e* Theodoretus, medicinam primum inuenisse prodiderunt, & ob pulcherrimum hoc salutiferũque inuentum in tanto houore, & admiratione habitum esse, sicuti & ipse *f* Theodoretus tradit, vt pro Deo coloretur, vocaretrurque Osiris, id est, si vocabulum ad Larinam linguam transferatur, multoculus. vt Diodorus & Eusebius testantur. Os enim Ægyptiorum lingua, multum significat: Iris oculum, vt etiam scribit *g* Plutarchus, perinde, ac vir oculatissimus, ac magno ingenio, magnaque prudentia fuetit, qui tam salutare auxilium mortalib. inuenisset. Ob idq; Apollinem esse eundem volunt plærique, & id quidem autumant ipsi Aegyptij, quibus & Osiris Sol est, & Sol Apollo, quemadmodum apud *h* Macrobium videre licet, & *i* Diogenem Laertium Verum non satis constat, idemne fuerit Apis, qui Apollo, an diuersus vterq; *k* Corn. Tacitus scribit multos Osirim, quem quidam & Serapin vocant, Aesculapium quoq; appellare, quod mediatur ægris corporibus. Cui cõuenit illud, quod scribit Cyrillus aduersus Iulianum Cæsarem Cum Apis, inquit, ,, Ægyptius non obscurus inter eos, qui illic erant, templi mini,, stros, & naturalis philosophiæ scientiam adeptus esset, hunc fe,, runt primum artem medicam exquisuisse, & tradidisse felicius, ,, quam eos, qui eum præcesserant, communicasseq; Aesculapio. Quod aut ad Serapin peculiariter pertinet, posset videri ex lectione antiquorum scriptorum illum morbos, animo & orarione curasse, Nam *l* Varro apud Nouium Marcelium: Ego inquit, medicina Serapi vtor, quotidie precantur, intelligo recte scriptum esse Delphis θεοὶ, ἀρωί. Nec multo post: Hospes quid miraris animo curare Serapim? Apud nonnullos vero Ecclesiasticos scriptores legimus, Apim Argiuorum regem fuisse, & uauibus Aegyptum transuectum, ibique cum homines rudes ad mitiorem vitæ cultum traduxisset, colendarumque vinearum rationem edocuisset, concordibus omnium votis in regem esse ascitum. cumq; aliquãdiu mira prudentia, pariq; clementia Aegypti regnum administrasset, multaq; in subditos beneficia contulisset, vita tandẽ functum, factum esse Serapin omnium maximum Deum. Cur autem Serapis dictus sit *m* D. Augustin. & *n* Eusebius rationem reddũt, ,, quoniam inquiũt arca, in qua mortuus erat, σορὸς dicitur Græce, & ibi eum sepultum venerari cœperunt. Soros Apis primo, deinde litteris, vt fieri assolet, Serapis dictus est Erat autem Apis, in,, quit *o* Herodotus, idemq; Ephaphus, è vacca genitus quæ nul,, lum alium potest concipere fœtum: quam Aegyptij aiunt ful,, gere, ictam concipere ex eo Apim. Habet autẽ hic vitulus, qui ,, appellatur Apis, hæc signa. toto corpore est niger, in fronte ha:, bens caudorẽ figuræ quadratæ: in tergo effigiem Aquilæ, Can,, tharum in palato, duplices in cauda pilos. Hæc Herodotus, *p* ,, Ouidius cornigerum vocat

Et comes in pompa corniger Apis erat.

Sed vbi, & quomodo coleretur, & qui bos mortuo illo succedere poterat audi *q* Strabonem. Propinqua est etiam, inquit, Memphis Ægyptiorũ regia. Tribus enim schœnis distat à Delta: Ea Apidis templũ habet, qui idẽ est, qui Osiris. Ibi bos Apis in septo quo " dã alitur, & apud eos pro Deo habetur albus frontem, & quasdã " paruas corporis partes. cætera vero uiger, quib. signis iudicant, " qui sit ad successionem idoneus, alio vita functo. Ante id seprũ " aula quædam iacet, in qua est aliud septum matris eius bouis. In " hanc aulam nonnunquam emittitur, præsertim vr peregrinis o- " stendatur. Viderur enim per fenestrã quandam in septo, & extra " viam, si velint. Vbi vero paululũ lasciuerit, rursus propriã mau- " sionem recipitur. Eum certos vitæ annos excedere non licebat: " quib. peractis in sacerdotum fonrem demetgebant, deinde dicto in iustitio, veste scissa, & laceratis crinib. defunctũ plangebãt: in uẽto vero alio mirifice lętabãtur. Vnde illud p̃clare apud Tibullũ:

Te canit atque suum pubes miratur Osirim,
Barbara Memphitam plangere docta bouem.

Responsa non vt reliqua oracula, dabat, sed manu oblatum pabulum sumpsisset à consulentibus, secũdos eueutus atq; omnia prospera decernebat; si veto abnueret, omnia sinistra portendebat. Ideo cũ à Germanico Imperatore pabulũ ablatũ renuisset, funestũ omen & dubiã necẽ, quæ paulo post secuta est, prænũtiauit. *r* Plutarchus quoq; hunc Apim Memphi nũtriri scribit, vtpote animæ eius simulacrum (vtor interim eius verbis) ibiq; etiã corpus condirũ perhiberi. Porro animatam dici Osiridis esse imaginem. Itaque etiã figuris Lunæ similia habere multa; attratũ circũ splẽdidas partes, & vmbrosis tectũ. Scribit insuper consecrationes animalium, coluntur occulte, neq; statis sieri temporibus, & vulgo esse ignotas, nisi quod sepulturam Apidis celebrantes, atq; illa producenres, quædam omnib. præsentibus vna in sepulchrũ coniicerent; existimantes hoc pacto se Typhoni voluptatem percipienti vicissim molestiã obijcere, lætitiamq; eius infringere. Etenim Apim videri cũ paucis aliis sacrũ esse Osiridi. Ei aũt plæraq; attribuere. Huius Apidis sepulturã incredibili impensa Ptolomæi Lagi tempore celebratam ferũt. Cambyses, qui primus Petsicorum Regum Ægyptum sub iugum misit, cũ muctone educto femur Apis percussisset, cachinnans teste Herodoto, Sacerdotibus dixit: O capira nequam, huiusmodi dij existunt sanguine atq; carne præditi, & ferrum sentiẽtes? dignus nimirum Ægyptijs hic Deus, &c. Rur- " sum cũ huiusmodi animal raro videri censerent, videretque forte Cambyses ex Æthiopia, vbi bonam exercitus sui partẽ amiserit, reuersus cũ apparuisset Apis, Aegyptios omnes pręlętitia pulcherrima fe:re vestimenta putans, lætari suis ipsius infortunijs, quam plurimos ex ijs necauit, immo omnes, qui à feriatione Apis non destitissent. Cambyses iraq; ista. forte Ochus ille fuerit Persarum item tex, quẽ *s* Plutarchus, regum crudelissimũ, ac apprime terribilem, quod multis interfectis Apim quoq; ad extremum mactasset & cum amicis epulando absumsisset, Aegyptios Gladium vocasse testatur; atq; ita etiamnũ in recensione regum appellari, non sane inquit, substantiam eius ita exprimentes, sed morum asperitatem, ac malitiam instrumento cædib. parato adsimilantes. Porro nõ ab Aegyptiis tantũmodo Apis iste cultus est, sed ad Romanos eadẽ idolatria dimanauit. Etenim *t* Minutius Felix eis exprobrat hoc, cũ ait: Nõne & Apim bouẽ cũ Aegyptiis adoratis, " expasciris? Iudęosq; pariter, qui olim in deserto assueuerant secundũ suã ipsorum superstitionem in deserto conflasse Apim, notum est iuxta illud *u* Psalmi: Murauerunt glotiã suã in similitudinem vituli comedentis fœnum: prout in *x* Exodo scriptũ est: Fecerunt sibi vitulum conflatilem. Vnde mirabilis manifestatur Ca codæmonis calliditas & astutia qua omnia semper pietatis instrumẽta (ex quib. sane vitulus erat in veteri testamẽto) ad idolomaniã detorsit, vbiq; Dei Opt. Max. cultũ in rẽ suã ad multorũ pernitiẽ vertens Scribit *y* Spartianus referẽte *z* Cæsare Baronio, Traianum compositis in Britannia rebus, trangressum in Galliam, Alexandrina seditione turbatum esse, eamq; natã ob Adim, qui cũ repettus esset post multos annos, rurbas inter populos creauit, apud quẽ deberet collocari, studiose omnib. certantibus. Atq; hęc de Api Aegyptiorum Deo dicta sufficiant, qui plura volet, Rufinũ adeat, in Appendice Ecclesiasticæ historiæ, quã texuit Eusebius, qui de origine Serapis, & simulacro & nomine copiosissime, & elegantissime scribit. Fuit præterea alius Argiuorũ rex Apis dictus, quẽ aiunt annos LIIII. regnasse, & rertium ibi regẽ fuisse. Itẽ quartus Sicyoniorum rex Apis vocatus est, regnauitq; aunis viginriquinq;. *a* Pausanias tradit Telchinis filium Apim vocari, eiusque ante Pelopis in Olympiam aduentum eousq; opes creuisse, vt tota regio ea, quæ intra Isthmũ est, ab eo fuerit Apia nominata. Apis deniq; apud eũdẽ *b* Pausaniã Iasonis filius esse pethibetur De Pelope n.agens, hunc, inquit, dicunt Elei primum in Pelopouueso " fanum Mercur o exædificasse, & sacra fecisse, quo Deũ sibi ex " Myrtili cæde infeusum placaret Aetolũ, qui Epeo in regnũ suc- " cessit, ex Pelopõneso fugere oportuit, quod eũ ob admissam im- " prudẽter cædẽ, Apidis filii ad pœnã vocabant Nã cũ Apim Iaso- " nis filiũ à Pellantio Arcadię oppido virginẽ ducentem, funebri- " bus ludis qui Azaui fiebant, incitatis quadrigis obuiũ euertis- " set atque interimisset Aetolus ab Aetolo Endymionis filia & (si " eui id credibile creditur) Neptuno genitus. Sic Pausanias. Apis " præterea vicus est in Africa, sic dictus, quia nobilis Ægypti regione esset. Est & Marmaricæ oppidũ eiusdẽ nominis apud Ptolomæum. Ortelius Herodoto Apiam dici existimat. Hæc autem Herodo vrbs est in Ægypto circa fines Lybiæ, quanquam Eustathius Argon Peloponnesi oppidum eodem Ortelio referente, etiam Apim vocatam esse scribat. Io Chrysostomus Zanchus Osiridum scribit Italiæ nomen dedisse (ex Beroso,) vtique à cogno-

a *Lib. 1. topic. cap. 14.* Melissa puella.

b *Lib. 9. c. 2.* Melissa Periandri Melissa Epidamni.

c *In vita Periandri.* Melissa ciuitas.

Apidis Ægyptii historia.

d *Lib. 1. Stromatũ.*

e *Lib. 1. de cura affect. gentil.*

f *Lib. 3.* Osiris quid Os quid Aegyptiis, & quid Iris

g *Lib. de Isiide & Osiride.*

h *Lib. 1. Saturn. ca 21.*

i *In prohemio.*

k *Lib. 20. hist. August. ad finem.*

l *In Eumenidibus.*

Apis Argiuorum Rex.

Serapis cur dictus.

m *Li. 16. de ciuit. Dei.*

n *Lib. 8. de præp. Euãg.*

o *In Thalia*

Apis figura.

p *Lib. 3. de Ponto.*

q *Lib. 17.* Apis vbi colitur.

r *Lib. de Isiide & Osiride.*

Apidis sepultura.

Cambyses in Apim scomma.

Cambyses cur Aegyptios occidetit.

s *Lib. de Osiride. & Isiide.*

Ochus rex Persarum.

Claudius dictus.

Apis ab aliis etiam cultus.

t *In Octauio.*

u *Psal. 115.*

x *Exord. 32*

y *In Traiano.*

z *To. 2. Annal. Eccl.*

Sedirio Alexandrina ob Apim.

Apes Reges dicti.

a *In Corynthiacis.*

Apis regio

b *In Eliac. Prior.*

Apis vicus & oppidũ.

mine ſuo Apiam ſiue Apeninam appellaſſe conſentaneum eſſe, à quo autea & Peloponneſum, inquit, πλῶ ἀπίλω γαιλω, vt eſt apud Homerum cognominauerit Apis inſuper c Straboni alterius vici ,, uomen eſt, prope Inſulam Ænesipaſſam. Poſtea inquit, poſt Tin- ,, darios ſcopulos) eſt Drepanum promontorium. & inſula Ænesi ,, paſſa cum portu: poſt vicus Apis, à quo Prætonium vſque ſunt ,, ſtadia centum &c. Poſtremo Apicula libri titulus eſt ſiue poe- ,, matis apud Scaligerum.

c Lib. 17. Grego

Apicula liber.

SYNONYMA.

Deborah.

DEborah דבורה Hebraicam dictionem exponunt Apes ab ordiue operum, quæ facit mira induſtria. Eſaię 7. ולדבורה, & Apis, quæ eſt in terra Aſſur. Et plurale ſecundum formam maſculeam Iudicum 14 & ecce examen Apum דבורים Pſalmo 118 Circundederunt me דבורים, ſicut Apes. Syro. Chaldæis ſeruato prorſus fere Hebraica voce Deboretha דבורתא Dicitur, in plurali Debariatha דבריתא & דביריתא, alias, ſed redundante Aleph, Deriuant autem à דובדא Debera, id eſt Republica, gubernatio populi, Græcis πολιτεία. Maduph מידף Iiſdem idem eſt, quod דף vel קדש, tabula quæ ponitur ante apiarium. Item examen Apum. Et Vas in quo ponitur fimus bouis, vt incenſus ſuo odore effuget Apes, ex alueario. Examen Arabice dicitur נחיל Græci Μέλισσα dicitur & μέλιττα, cuius alii aliud adferunt etymum. Quidam enim à μέλι: hoc eſt, melle, cuius opifex eſt, dictam volunt: alii à Meliſſa puella, quæ fauos melle plenos reperiens in Peleponneſo cæteras nymphas ad guſtandum adhortata eſſe dicitur, eumque cibum cum ſuauiſſimus illis fuiſſet viſus, tanto gaudio deguſtaſſe, vt Apes ipſas de inuentticis nomine μέλισσας appellari voluerint. Alii denique μέλισσαν à μελέτη deriuant, id eſt, meditatione, exercitione ſeu diligentia, quoniam hoc animalculo vix aliud vllum obſeruemus diligentius, atque induſtrius. In Synonymis Martini Rolandi hæc leguntur Synonyma: Ἀνθηδών, Ἄπις, Μέλισσα & Μέλιττα, Πυραμεῖα, Σιρὶ, Σχάδων. Quæ poſtrema vox ſobolem ſignificat, vt ἔσσην Regem. Apud latinos ſynonymia caret: Apis autem, & diminutiua voce Apicula ſiue Apecula, a Iſidoro ita dicta videtur, vel quod ſepedibus iuuicem alligent, vel pro eo, quod ſine pedibus naſcantur; nam poſtea, inquit, & pedes & pennas accipiunt; vnde Lucianus quoque Apem ζῶον ἄπεν nominat. Cæte- ,, rum cum non ſeruet analogiam, ſicut reliqua compoſita, bipes, bipedis, tripes, edis, compes, edis, Ambroſius Calepinus magis ſimplex iudicandum eſſe exiſtimat. Apes etiam Simblides appellari tradit b Lud. Cælius Rhodiginus his verbis: Mel denique Siculum nuncupari Simblium. ex Græcis, & Dioſcoride didici. Nã & Apes ipſæ, Simblides vocantur: ſicuti eſt Simbla carundem theca; ſed theſaurum Attici etiam Simblum appellant. Ne quem tamen fallamus: ſunt qui apud Dioſcoridem, non Simblum ſcribant, ſed Hyblæum: quia Simblum nullum ſit. Simblum pro theca legimus in Heſiodi Theogonia. Interpres ſcribit ſic appellari, quoniam Apes dicantur ſimæ, quia ſint aculeo hebetiore: tanquam Simobolum dicatur, in quod ſimatum, id eſt, Apum laborem coniicimus. Hæc ille. Italis Apis eſt Ape, item Pecchia. Germanis Vmb aut Bijn Belgis Bie, ab imperando, vel quod plurima boua homini impertiatur, vt elegantiſſime docet c Goropius: Hiſpanis Belgas, vt apparet imitantibus, Abeia: Anglis à Bee: Polonis Pſciola, Hungarice Méh, Bohemice VViela.

Debotetha Dabariatha. Debera. Maduph. μέλισσα, & eius etymum.

a Lib. 12. cap. 10. Apis etymum.

Apes Simblides dici.

b Lib. 28. Ant. lect. cap. 27.

Simbla quid. Simblum quid

Apes ſimæ cur dicantur.

c Li. 6. Hermat. in princip.

GENVS. DIFFERENTIÆ

ANtequam Apis genera, ac differentias recenſeam; operæ pretium eſt, prius demonſtrare eam Inſectum eſſe & exangue, nam quamuis a Ariſtoteles Apes exangues eſſe profiteatur, habereque quid reſpondeũs in proportione ſanguinis. b Plinius tamen, ſanguine præditas eſſe innuere videtur his verbis. Non ſit de anima quæſtio: conſtet & de ſanguine, quantulum tamen eſſe in tan- ,, tulis poteſt. Mirabatur * Plinius, quomodo Inſectum tantæ paruitatis tantos efficaciæ induſtriæq; haberet neruos, quos niſi in ſanguine præditis videre liceret, redditq; iis verbis naturam Apum admirabiliorem. Apes autem Inſecta eſſe; alibi idem c phi- ,, loſophus atteſtatur, eas membrana ſicca volare ſcribens; dixerat enim nulla alia membrana ſicca volare, quam Inſecta Denique Inſecta diuidens penes eorum partes, Apes inter ea d recenſet, quæ pennata ſunt. Eſt item alia quæſtiuncula, ferane ſit dicen- ,, da Apis, an cicur, aut manſueta. Etenim Plinius, etſi neque feri ,, generis, neque manſueti, aut cicuris recte dici ſcribit; tamen e ,, Varro feras vocat, quæ ſylueſtribus locis, & cicures quæ cultis paſcuntur; aliamque rationem habendam cicurum, vt aliam ſylueſtrium. Aiunt in Liuonia, & Sarmatia, quiu toto Sepentrionis tractu, in quem vaſtis Laciniis Hercinius ſaltus per immenſa ſpatia ſeſe diffundit, tam infinitis Apum examinibus, in quercub: abundare, vt non obſonium modo delicatum, & in frigida regione ſaluberrimum inde ſuppeditetur, ſed totæ etiam illæ regiones ſua- uiſſimo mulſo, loco vini vtantur, & propter domeſticum vſum ingentes pecunias cum è cæteris, tum è cera faciant. Sed & f Ariſtoteles Apes inter ſe differe ſcribit, natas vrbanis, ab iis quæ ruſtico montanoque victu educatis prodierint. Eſſeque has ſylue- ,, ſtres horridiores aſpectu, & iracundiores & minores, ſed opere, ,, ac labore præſtantiores Iam vero Plinius vrbanarum quoque ,, duo genera facit: optimaſque iudicat breues, variasq; & in rotũ- ,, ditatem compactibiles: deteriores longas, & quibus ſimilitudo Veſparum ac etiamnum deterrimas ex iis piloſas Sed antequam,

a Li. 1. Hiſt. cap. 4. b Lib. 11. cap. 5.

* Lib eodem cap. 37.

c Li. 1. Hiſt. cap. 5.

Inſecta membrana ſicca volãt

d Li. 4 Hiſt. cap. 1.

Apis an fera dicenda.

e Li. 3. c. 16.

Apes feræ vbi.

f Lib. 9. Hiſt. cap 40.

Apes feræ & cicures quæ meliores.

Apum vrbanarũ duo genera.

quæ aliis præſtent, oſtendam, neceſſe eſt, prius quomodo inter ſe differant, & quod Inſecta ſub Apum genere contineantur, dicere Differunt autem Apes operariæ (Rex enim & Fuci, & cæteræ, quas ſtatim recenſebo ex Ariſtotele non operantur,) corporis figura, ætate, moribus, operatione, colore & aculeo. g Ariſtoteles nouem Apum genera meminit; atque illa ex his gregalia Lex, vt ſunt Apes, Reges Apum, Fucis, qui inter Apes degunt, Veſpæ annuæ, item Crabones, & Teredines, ſolitaria vero tria, vt Sirenis minor, qui fuſcus totus eſt: Sirenis maior, niger, varius: tertium, quem Bombycem vocant: qui maximus inter hæc eſt. Quem locũuertẽs vel commentaus h Albertus Apum, inquit, ſunt nouem genera, quorum ſex habitant in caſa, & ciuilitate vna, & tria per ſe ſolitaria morantur. Prima earum, quæ ſimul cohabitant eſt Apis quæ alueare ſibi inuenit, in quo Regem habet & fauum præparat, in quo mella reponit, & quaſi colorem pulueris habet. Secunda eſt mala Apis, propter quod etiam Kakym Græce vocatur, & in colore ſimilis eſt primæ, ſed minor, & nihil operatur, ſed immiſcetur bonis, & ſtat inter maſculos examinis, & nihil operatur, neq; maſculi Apum, ſed comedit mel & conſumit, & ideo quando tales multæ ſunt, moritur examen ex defectu mellis, & ex hoc orta eſt opinio eorum, qui habent Apes, quod extraneæ Apes aliquando comedunt mella domeſticatum. Hęc igitur ſunt duo Apum genera. Tertium eſt Veſpa, quæ Apibus non miſcetur, ſed ex fœtidis colligit eà, quæ ſuo examini reportat Quarta eſt Apis cæca, eo quod in anteriori capitis ſui parte oculi neque ſunt, neq; appareut. Sed vt dicunt paſtores poſt ſuccinctorium poſterius habet oculos, qui quando eruuntur, volat errando. Hoc autem genus Græce Caramendos vocatur, quod eſt acerrimum, audax & magnum, & longum, inuadens quodlibet, quod ad nidum ſuum appropinquat, & ſi congregatum fuerit in grege, interficit equum vel hominem puncturis, eo quod aculeum habet maximum & valde venenoſum. Tria autem genera ſub terra morantur, quorum quidam uomen commune dicunt eſſe Atactum; & horum primũ genus eſt, quod Græce Tyrin vocatur, & eſt quaſi figutæ ſpicæ, & eſt minoris quantitatis, quam alia duo genera, & nidum per modum faui facit in terra circa radices arbuſtarum; & ideo raſa terra aliquando inuenitur nidus eius adhærere plantæ, ſicut fauus ceræ, ſed cera ſua eſt mala & inutilis. Secundum autem genus vocatur quidem Græce etiam Tyrin, ſed eſt longius aliquantulum: & inuenitur apud nos trium colorum: nigrum videlicet, rubeum, & varium. Id autem quod eſt rubeum, eſt quaſi purpureum vel ſanguineum obſcurum habens colorem. Tertium genus eſt quod Græci Iomalyas vocant & eſt maximum quantitate inter tria, & frequentiſſime eſt varium & curtum Inter hæc tria genera apud hoc quæ vocantur communiter Apis parua eſt & longitudinis mediæ. Citrina autem eſt longitudinis maximæ in generibus iſtis. Tertium autem genus, quod Aractum quidam vocant, eſt minimæ longitudinis, & maximæ rotunditatis & ſpiſſitudinis. Omnia autem hæc genera commune habent, quod ſonant in volatu, & quando teneutur in ſono illo, alæ mouentur criſpo motu, ſicut venrum concutiant, & huius cauſa eſt, quod ſonus horum animalium ſpiritu naturali percutiente diaphragma eorum, & ibi ſunt quaſi abſciſa & ſuccincta iſta genera animalium, & ſpiritus ibidem ſpirans percutit radices & membranas alarum, & ideo criſpari in ſono & tremere videntur. Cum autem hæc genera ad inuicem comparantur in operibus, omnia quidem conueniunt in hoc, quod in cauernis habitant, præter Veſpam, quæ eſt coloris pulueris, quæ etiam ex cadaueribus generatur, & quia ex fœtido generatur humore, ideo etiam fœtida quærit in cibum, & frequẽter non inuenitur domum propriam habere, ſed ſedet in parietibus & herbis, & ibi moritur tempore frigoris. Omnia autem alia genera cauernas ſibi parant ad habitandum, & in illis fauos cõſtruunt, & mella reponunt: ſed mel Apum ſolum eſt bonum, & ſimiliter cera. Alia autem mella ſunt aquatica, parum valentia, & cera quaſi in toto ſicca, terreſtris & inutilis. Differunt autem in hoc. quod quædam habitant in congregatione, ſicut Apum genera & citrinarum Apum. Sed alia genera Atactorum habitant ſolitaria, cum mellificant & faciunt ceram, ſicut & Apum genera. Hucuſque Albertus, diligentiſſime ſane Apum genera tradens, quanquam nomina illa, quæ Græca eſſe dicit, ex Arabum cæno hauſiſſe videatur. Nos Veſparum, Crabronumq; nec non aliorum Inſectorum illorum genera, de quibus meminit Ariſtoteles, ſeparatim trademus, eorumque tantum hic mentionẽ faciemus, quę vna cum operariis Apibus in alueo habitant. Regum ſeu ducum i Ariſtoteles duo genera eſſe ſcripſit; alterum ruffum vt Gaza vertit ex Plinio, fuluum vt Columella ex Virgilio, quod præſtantius eſt, alterum nigrum magisque varium, magnitudinem iis eſſe duplo, quæ cæteris frugi Apibus, auctorem partem eius à procincto inferiorem proportione ſeſquialtera longitudinis haberi. Vocari à quibuſdam matres, vtpote originis auctores, argumento quod Fucorum fœtus editur etiam ſine duce, Apum nũquam. Virgilius quoque duo ducũ genera commemorat, canẽs.

Alter erit maculis auro ſqualentibus horrens
(Nam duo ſunt genera) hic melior inſignis & ore
Et rutilis clarus ſquammis: ille horridus alter
Deſidia, latamq; trahens inglorius aluum.

Nec non k Plinius, duo autem, inquit genera eorum, melior rufus, quam niger variuſque. Omnibus forma ſemper egregia, & duplo quam cæteris maior, pennæ breuiores, crura recta, ingreſſus celſior, in fronte macula quodam diademate candicãs. Multum etiam nitore à cæteris differunt, Alias quoque l Ariſtoteles duo ducũ genera eſſe dixerat; ſed non vnum in quoquo examine tantum.

g 9. Hiſt. cap. 40.

Apum nouẽ genera.

Sirenis maior & minor.

h Libs. tract. 4. c. 7.

Apis Kakim dicta.

Veſpa.

Apis cæca.

Caramendos Apis dicta qualis.

Atactum quod Apum genus.

Tyrin Apis quæ.

Tyrin alia Apis.

Iomalyas Apis.

Apis parus quæ.

Atactum.

Quid omnibus Apibus ſit commune

Sonus Apum vnde.

Vt conueniant inter ſe.

Veſpæ habitatio.

Mel quale bonum & quale non.

i Li. 1. Hiſt. cap. 40.

Rex qualis & qui melior.

k L. 11. c. 16

l Li. 5. Hiſt. cap. 22.

Plures ſunt duces.

tantummodo esse, sed plures; perireq; vero ipsum examen, si duces vel non satis habeantur (quod, inquit, non tam principis desiderio, quam ortus, vt aiunt, ad quem illi necessarii sunt, incidit) vel plures quam satis; distrahere enim examen *m* Varro cum quosdam dixisset dicere, tria genera esse ducum in Apibus, nigrũ rubrum, varium, post Menecratem scribit, duo esse dicere, nigrum & varium, nulla rufi facta mentione: aitque varium ita meliorem esse, vt expediat mellario, cum duo sunt eadem aluo, interficere nigrum, quem, inquit, scit cum altero rege esse seditiosum, & corrumpere aluum, quod fugat, aut cum multitudine fugetur. Fucus etiam in alueari est, nonnulli à fouendo dictum volunt. Est autem vt, inquit Plinius, serotinus Apum fœtus & quasi ad earum seruitutem natus, vt in eius historia patebit *n* Aristoteles omnium maximum esse scribit, sed sine aculeo & ignauum. Sunt qui inter Apes mares esse existiment, atque tametsi genitura carent, seminalem tamen gignendi rationem in se continere; indeque Fucos appellari, quod fucum faciant; perinde ac Eunuchi, quibus tametsi subsunt virilia, steriles tamen sunt & ad generandum inepti. Sunt vero etiam alij, qui affirmant, Reges Apum esse de genere ac prosapia Fucorum, atque inter hos uasci, cum & aculeo similiter vt Reges careant, & seminalem gignendi rationem habeant amplissimam, quam non facultate tantum, vt Fuci, sed fœcundissimo actu præstant. Est postremo quod Fur appellatur teste *o* Aristotele, nigrum hoc, aliuoq; amplior. Sed tempestiuum iure est, vt operantium differentias prosequamur, & quæ præstent dicamus. Peripateticæ sectæ conditor Aristoteles, inquit *p* Columella, in iis libris quos de animalibus conscripsit, Apum sine examinum genera plura demonstrat, earumque alias vastas, ueè sed glomerosas, easdemque nigras & hirsutas Apes habent: alias minores quidem, sed æque rotundas & infusci coloris, horridique pilis; alias magis exiguas, nec tam rotundas, sed obesas tameu, & latas, coloris meliusculi, nonnullas minimas, gracilesque, & acuti aluei ex auteolo, varias atque leues: eiusque autoritatem sequens Virgilius maxime probat paruulas, oblongas, leues, niridas, ardentes auro, & paribus lita corporaguttis, moribus etiam placidis. Nam quanto grandior Apis atque etiam rotundior, tanto peior. Si vero sæuior, maxime pessima est. Hactenus Columella. Locus autem Virgilij, quem citat, iste est:

Vt bina Regum facies, ita corpora gentis:
Namq; alia turpes horrent, ceu pulucre ab alto
Cum venit, & terram sicco spuit ore viator
Aridus: elucent alia & fulgere ceruscant
Ardentes auro, & paribus lita corpora guttis.
Hæc potius sobolem, hinc cal: tempore certo
Dulcia mella premes, nec tantum dulcia, quantum
Et liquida, & durum Bacchi domitura saporem

Aristoteles binis in locis plura Apum genera esse scripsit, sed optimas, quæ breues sunt, variæ & in rotunditatem compactiles. *r* Albertus tria recensens quoque Apum mellificantium genera, vuum inquit, est horridum, pilosum, mitidum & iracundum, & vocatur Tussicum: quoddam est subtile, longum, nec idem bonum: tertium est compactum, bene rotundum, colu mitide, non longum, & est illud nobile multum & mellificatiuum. Differentia bonitatis etiam sumitur ab ætate. Nouellæ enim Apes, hoc est anniculæ, quarum examen quotannis auolare solitum est, non perinde ac veteranæ pungunt, cum copia mellis non suppetit vt tradidit *s* Philosoph. Quomodo vero cognoscantur, & num veteranis præstent, etiam docet *t* Ælianus, dum ait: Apum quispiam ætatem ad hunc modum internoscere poterit. Quæ annum non excesserunt, nitescunt, oleiq; similitudinem & speciem gerunt. Vetulæ vero & aspectu, & tactu horridulæ euadunt, atque ex ætate affecta rugis plenæ videntur: ex tamen fingendorum experientia & industria præcellentiores sunt ex longitudine temporis nimirum ad mellis scientiam eruditæ. Eademque tanta diuinitate præstant, vt & pluuias & frigora futura præsentiant; & quando horum alterum vel verumq; impendere coniecturis assequuntur, non longissime ab aluo volitu præcedunt: sed circum aluearia volantes, veluti foribus incubant, &c. Ab operatione alias vtiles dicemus, alias inutiles, vt Apis illa ingens est, quæ Bombylius nominatur, ad mellificium prorsus inutilis, item Fuci, & fures & similia alia. Inter Apes, inquit Ælianus, alias nouimus, quæ sint & dicantur duces, quædam, σειρῆνες, id est, Sirenes; aliquæ vero ἐμπλαστροι, sunt quæ plastides forte ab artificis figmento, vel quia emplastica & paremplastica Græcis dicuntur, quæ infarciunt, opplentq; sed viscida primum ac glutino tenacia. Cepheuas, id est κηφῆνας abundare in primis Nicander scribit &c. Et *u* rursus: Apum, inquit, quædam duces appellantur, quædam Sirenes, aliæ operariæ, aliæ figulæ. Idem *x* rursus author est operariarum quasdam inertes esse, non tamen moribus Fucos esse, quoniam neq; fauos corrumpant, neq; melli insidientur, sed ex floribus quidem ali etiam cum aliis euolare & compasci. Et quamuis mellis conficiendi & cõdendi industria careant, haud tamen prorsus ociosis esse. Nam seniores apud Regem ad eius stipationẽ selectas permanere. Alias vero hoc munere fungi, vt mortuas ex alueo efferant, cum mundos & puros fauos esse velint; itaq; mortuam Apem intra alueos fauorum esse non pati. Alias præterea ex his nocte excubare, & fauorum substructiones, non secus ac paruam vrbem vigiliis asseruare. Quæ omnia, hoc loco repetere placuit, (nam eadem vel similia saltem supra diximus, cum de earundem Republ. & munditia ageremus) vt quæ in alueis operantur, nõ easdem omnia scire operari lector animaduerteret. Iam vero mellificantium aliæ, vel in alueis, si deutur, vel arborum cauis, & petris excauatis mella sua ponunt, aliæ sub terra, & quæ in alueis, aliæ in fauis, aliæ nullos fauos faciunt: quod præ cæteris cũ magis sit mirabile, prius etiam astrueudum est aliqua authoritate. Hæc autem est ipsius *y* Aristotelis, sic scribentis: Ad Amissum vrbem conuehitur à locis superioribus mel, candidum, crassumq; maiorem in modum, quod Apes faciunt sine fauo, quale etiam fieri in Ponto cognitum est. *z* Petrus Hispanus tradit in Cumana insula nouo miraculo ex arboribus pendere examina, adeo vt mel fluat, & longe ante illum *a* Strabo, Apes, inquit, in Hircinia in arboribus operantur, & mella de frondibus fluunt. Verum fauosne faciãt, neuter addit, id autẽ putandum est. Apud Themiscyram circa Thermodoontem amnem Apes, teste *b* Aristotele, in vltimum citato loco, tam in terra, quam in alueis fauos suos faciunt, partũ adhuc dum ceræ continentes, & mel crassius reddunt. Fauus ipse leuis atque æquabilis est, quem non semper, sed hybernis temporibus tãtum construunt. Copia enim in eo tractatu est hederæ, quæ hyeme floreat, vnde Apes mel capiant. Addit denique Philosophus esse etiam Apes, quæ fauos sub terra triplici ordine faciant: in quib. inquit mel est, vermis uullus: sed nec fauos omnes huiusmodi esse, nec Apes ita omnes confiugere. Quod postremum genus *c* Plinius cum eo coniungit, quiu confundit, quod circa Thermodoontem amnem nasci diximus, nam sic scribit: Circa Thermodoontẽ autem fluuium duo sunt genera: aliarum quæ in arboribus mellificant, aliarum quæ sub terra, triplici cetarum ordine vberrimi prouentus. Variat in Apibus item color, nam iidem *d* Aristoteles & Plinius geuus quoddam Apum album esse prodiderunt, in Ponto, idq; bis in mense mellificare. Præterea nou ijsdem vbiq; moribus præditæ sunt. Franciscus Aluerez in Æthiopia Apes scribit adeo ciures esse, vt inter hominum cubilia sua conficiant examina: Et apud Halizones teste *e* Pausania, certe adeo mansuetæ sunt, vt cum hominibus vna pabulatum exeant, ac libere vagentur, quippe quę aluearibus nullis contiuentur: passim vero opus faciunt, illudq; ita concretum, vt mel à cera nequeat seiungere. Postremo non omnes quoq; aculeo armantur, siquidem *f* Ouiedus asserit in Indiis occidentalibus magnum esse Apum numerum generantium in cauis arborum, sed esse admodum exiguas, magnitudine scilicet Muscę, alarum extremo obtuso, & velut abscisso, eas item transuersalem albedinem quandam percurrere, uõ pungere aut dolorem inferre, carere vtique aculeo, fauos facere maximos, in quorum singulo plura habeant foramina, quam quatuor nostrates, mel esse bonum & salubre, sed album, & quasi viuum coctum.

FORMA INTERNA ET EXTERNA.

PAucis hic, quæ circa externam Apum formam dici possent, agã cum quod in præcedenti rubrica ostendimus, qualis bona, ac laudabilis Apis, eiusq; rex siue dux esse debeat, tum quia eiou hic ponnenda simul cum syluestribus Apibus coniuncta sit, vt post patebit. *a* Aristoteles Apes scribit pennas habere detectas, easq; quatuor: cuius rei etiam *b* alibi hanc rationem reddit: Ipsarum aũt volucrum, inquit, quæ pascuis viuere necesse habent, & pabuli causa euagati, hæ quadripennes sunt, & corpulentiam habent leuiorem, vt Apes, & reliqua generis eiusdem. Ait *c* etiam Apes vnicolores magis esse, quam Crabrones aut Vespæ: quo exemplo asserit, animantia varia magis esse ea, quæ vario magis cibo vescuntur. Nam si cibi causę, inquit, sint mutationis, merito ciborũ varietas facit, vt magis varient motus & alimenti excrementa, ex quibus & pili, & pennæ & cutis gignuntur. *d* Cardanus Apes generaliter nigras esse aurumat, quoniam cum leues sint, tenuis earum substantia (vtor autem interim eius verbis) facile excoquitur, quod excoctum & humidum velut carbo, nigrum euadit; terreum enim manet, nec aerem admittit ob humidi copiã, qua ratione & Muscæ tales sunt. Apes tamen agrestes iuxta Carthagiuem Peru albæ feruntur, quæ minores nostris, multum conficiunt mellis, sed acrioris atq; diluti. Occludunt cerazostium aluei, canalemq; solum, per quem ingrediantur, relinquunt. Sed & Aristot. albarum Apum meminit. Contingere potest id materia circa exustionem concocta, aut ob tenuitatem in summa superficie resiccata. Hæc itaq; Cardanus. Crura Apibus scabra singulari naturæ prouidentia, beneficio, ac arte, videlicet vt flores, quos portant, facile adhæreant. Lingua, teste Plinio, Apibus prælonga est, & (sicut *f* Arist. scribit) eam foris gerunt, velut aculeum fungosum, & cauum, vt eo simul, & gustare, cibum trahere possint. Habent præterea dentes authore eodem *g* Aristotele. Vtreculos vocat Plinius in his Insectis ventriculos, in quos congeritur mellis liquor aerius. Excrementũ earũ rubrum est, ἰξμίον vocant Græci: Aculeatas esse Apes ipsæ immanissimo, quem inferuut dolore, & relicto in vulnere aculeo perse attestantur. Fucos eos carere constat: deregc habeatue, aut non habeat, dubitatur: Aristoteles habere affirmat, alii atq; inter hos Ecclesiastici fere omnes, habere negant: Plinius atq; Ælianus dubitant. Aculeum, inquit, *h* Aristoteles, Apes possident: Fuci eo carent: Reges, ducesq; habẽt, sed non vtuntur: quocirca eos carere aculeo nonnulli existimant. Æliani verba supra citauimus, & nunc nõ repetimus. *i* Plinius velut ira percitus, quod in re, quę quotidie nostris in villis videri, & certificari possit, etiam nũ hęsitemus ac veritatẽ ignoremus. Quęrat nũc aliquis, inquit, vnusne Hercules fuerit, & quod Liberi Patris sepulchrũ, & reliqua vetustatis ruru obruta. Ecce in re parua, villisq; nostris annexa, cuius assidua copia est, nõ constat inter authores: Rex nullumne solus habeat aculeum, maiestate saltem armatus. an dederit cum quidem natura, sed vsum eius illi tantum negauerit. Ego quidem Aristotelis authoritatem magnifacio, cæterum pluris *k* Columellæ, qui omnia vel saltem plæraq; sua ex propria experientia scribit

Regem

m L. 3. c. 16.

Varium esse meliorẽ.

Fucus quid & eius etymum.

n L. 9. Hist. cap. 40.

Fur Apis species.

o L. 9. Hist. cap. 40.

Apum operantium differentię.

p Li. 9. c. 3.

Apes quæ bonę, & quę non.

q L. 5. Hist. cap. 22. & l. 9. c. 40.

r Li. 26.

Differentia bonitatis ab ętate.

s L. 9. Hist. cap. 40.

t Lib. 1. c. 11.

Apum ętas vt noscatur. Veterarũ laus.

Differentię ab operatione.

Bombylius Apis inutilis.

u L. 5. c. 41.

x Li. 1. c. 10.

Munditiæ cura quib.

Vbi laborent.

Apes nullos fauos facientes vbi.

y L. 5. Hist. cap 22.

z L. 5. c. 12.

a L. 2. Geor.

b L. 5. Hist. cap. 22.

Apes in terra, & in alueis agẽtes.

Faui sub terra triplicis ordinis.

c L. 11. c. 17.

Differẽtia à colore.

d Li. 5. Hist. cap. 22.

A moribus Apes cum hominibus degentes.

e In Atticis.

Differẽtia ab aculeo.

f Cap. 51.

Apes sine aculeo.

a L. 4. H c. 7

Cur alę sint detectæ.

b L. 4. de partib. cap. 6.

c L. 5. de generat. c. 6.

Apes cur vnicolores. Mutationis coloris causa.

d Li. 7. de variet. rer. cap 28.

Cur nigræ sint.

Apes albæ vbi & cur, & earum opera.

Crura Apũ cur scabra.

Lingua.

e Lib. 11. cap. 17.

f Lib. 2. de partib. cap. vltim.

Dentes.

g Lib. 4. de part. cap. 5.

Vtreculus.

Excremẽtum.

Aculeus.

Rex an aculeatus.

h Li 5. Hist. cap. 21.

i Lib. 11. cap. 17.

k L. 9. c. 20.

,, Regemque ſine ſpiculo eſſe, niſi quis forte, inquit, pleniorem ,, quaſi capillum, quem in ventre gerunt, aculeum putent: quare ,, pilus iſte fortaſſis Ariſtoteli, vel quiſquis ille randem fuit, qui id ,, ei perſuaſit, impoſuerit Verum alii, qui Apes alunt, periculum ,, facere poterunt, & de veritate literatos reddere certiores. Operatiæ aculeum habent fragilem, & prætenuem, tamen pro ſuis armis intus vero in aluo conditum, ne foris pendens corrumpatur, ſicut *l* philoſophus ſcribit: Apes vero, inquit, quæ aculeo in aluo ,, armaræ ſunt, hæque ipſum aculeum pro armis obtinuere, qui ,, intra aluum conditus eſt: quoniam volucres ſunt: nam ſi prætenuis fragiliſque aculeus extra pateret, facile corrumperetur. Quod vero pro armis aculeum dederit natura Apibus, etiam meminit Phocilides, eam ſcribens omnibus animantibus ſua arma dediſſe, quibus, vbi opus ſit ſeſe defendant.

Aculeus Apum qualis.

l *Lib.4.c.6.*

Natura omnibus animantib. ſua dedit arma.

Ὅπλον ἑκαστῷ νεῖμε θεὸς φύσιν ἠερόφοιτον,
Ὀρνισι μὲν πολλὴν ταχυτῆτ', ἀλκὴν δὲ λέουσι,
Ταύροις δ' ἀντιχύτοις κεράεσιν, κέντρα μελίσσαις
Ἔμφυτον ἄλκαρ ἔδωκε. id eſt,
Arma vnicuiq; dedit Deus, naturam aeriperam
Auibus quidem magnam celeritatem, & robur Leonibus
Tauriq; in ſponte natu cornibus, & Apibus aculeos
Innatum tutamen dedit.

m *Lib.8. de anim.c 3.*

n *L.3. hiſt. c.12.*

Cæterum princeps *m* Auicenna duplicem huius aculei vſum agnoſcit, videlicet ad tutelam, & ad humidi ſuperfluí conſumptionem *n* Ariſtoteles tradit, & vulgo etiam conſtat, Apis vel pennum cum euulſa eſt, vel aculeum cum detrahitur, non renaſci, quin detracto aculeo mori, idque vel ab aliquo, vel ſi ipſa aliquem percuſſerit, aut pupugerit: quod *o* Nicander quoque meminit, cum ait:

Apis extra aculeo moritur.

o *In Theria.*

Κέντρον δ' πληγῇ περικάλλιπεν ἐμμαπέωσα,
Κέντρον δὴ ζωὴν πεφύκει θάνατόν τε μελίσσης.

Id eſt, vt vertit Pet. Iacobus Steue.

Mordentes ſiquidem linquunt proboſcida fixam
Qua vita & mortis cauſa eſt, mirabile dictu.

Ratio autem mortis eſt, quoniam natura aculeum inteſtino annexerit, vt niſi diffracto eo euelli poſſit. Viſæ etiam ſæpe ſunt euadere ſi qui ictus eſt curam adhibet vt infixus aculeus iunctus cum aluo extringatur. Sunt qui dicunt teſte Plinio qui & ipſe Apibus aculeum à natura datum ait ventri conſertum, haud quaquam ipſas interire, niſi in tanrum adacto aculeo, vt illius tactu ſæpe inteſtinum conſequatur: ſed Fucos poſtea eſſe, nec mella conficere veluti caſtratis iam viribus, pariterque nocere, & prodeſſe deſinere. De ducum forma, ſupra quoque meminimus Sunt autem, vt ait *q* Columella ii maiores paulo, & oblongi magis, quam cæteræ Apes, rectioribus cruribus, ſed minus amplis primis, pulchri coloris & nitidi, leueſque, ac ſine pilo, ſine ſpiculo: quidam etiam infuſci, atq; hirſuti reperiuntur quorum pro habitu, inquit, damnabis ingenium.

p *L.11.c.17.*

Ducum forma.

q *L.9.c.10.*

SEXVS.

Sexu carere.

a *Lib 8.*

SExu carere Apes etiam ſupra aſſeruimus multorum authoritatibus freti. Neq; obſtiterit Ariſtoteles citante *a* Atheneo tradens Apum & Veſparum (Fucorum, quidam ἠφηνῶν) quia nunquam viſus ſit coitus earum, diſcerni non poſſe marem à fœmina. Earumq; facile refellitur opinio, qui Fucos mares earum putant, item eorum, qui fœminas credunt Nam etſi Apes aculeo armentur, vt inquit idem *b* Ariſtoteles, dici non poteſt probabili ratione eſſe mares, Fucos fœminas: mas enim nullus ſolet in prole laborare: quod Apes faciunt omnino, cum fœtus Fucorum gigni videatur, etiam cum nullus eſt Fucus. Ridiculumque prorſus, quod prodidit *c* Auicenna maſculos tantum operari, eoſq; carere aculeo, vel ſaltem paucos eo armari.

b *L.3 degenerat.animal c.10.*

c *L.8. de anim.c.3.*

LOCVS.

NOn hic quem locumament Apes, docebimus, (hoc enim reſeruamus adhuc; tradituri poſt, vbi cætera præcepta recenſebimus, quæ optimo Apum curatori ſiue mellario obſeruanda ſunt:) ſed quæ loca Apibus maxime abundare celebrentur Inter quæ Attica terra, & Sicilia omnium celeberrimæ ſunt, illa melle Hymettio hæc Hyblæo, mox etiam Calydna Inſula, vt refert *a* Plinius Hymettus enim Atticæ mons paſtiones habet, teſte *b* Pauſania, Apibus omnium aptiſſimas, & quæ ſolis cedunt Haliæzonum paſcuis Hinc paſſim Hymettia mella poetis vocantur, Apes vero Atticæ, & Hymetti populatrices, item Cecropiæ, à Cecrope videlicet primo Athenienſium Rege, à quo item Hymettus ille mons Cecropius vocatur: ſed quo modo Apium numero abũdarer inter alios luculenter innuit *c* Martialis tot baſia optans, quot ſunt in Oceano fluctus, in littore conchę, in Hymetto Apes:

Apum copia vbi.

a *L.11.c.13*

b *In Atticis.*

Hymettus mons cur Apes multas habeat.

c *Li.6.Epig.*

Baſia da nobis Diadumine preſſa. Quot inquis?
Oceani fluctus me numerare iubes.
Et maris Aegei ſpaſus per littora conchas
Et quæ Cecropio monte vagantur Apes.

d *Lib.9.*

d Alibi etiam & Hymetti, & Hyblæ Apum vbertatem notans ait:

Paſcat & Hybla meas, paſcat Hymettus Apes.

Hybla mons vbi.

Textoris error.

e *In Epithe.*

Hybla autem ſiue Hyble, ſiue Hybles mons Siciliæ, qui thymi, & ſalicum copia maxime abundat, vnde & Apibus ſimili paſtione gaudentibus. Poetis hinc Hybleæ, & Sicaniæ vocantur, quanquam *e* Rauiſius Textor Hybleas Apes Atticas interpretetur. Sicaniaſq; ab Hymetto Siciliæ monte dictas velit, Hymettus in Attica eſt, vt diximus, Hybla in Sicilia. Montem vero hunc mellis copiam, & bonitarem ferre meminit *f* Stroza filius, canens:

f *L.4. Erot.*

Hic quibus intuideant culiores fertilis Hybla,
Grata ferunt liquidi munera mellis Apes.

Sed eleganter, vt ſolet, *g* Ouidius malorum ſuotum multitudinem, Apum abundantiæ in eodem monte aſſimilat, canens:

g *Lib.5. de Triſt. Eleg. 7.*

Quam multa madida celantur arundine foſſa
Florida quam multas Hybla tuetur Apes,
Quam multa gracili terrena ſub horrea ferre
Limite Formicæ grana reperta ſolent,
Tam me circumſtat denſorum turba malorum.

h Idem quoque incommoda, ac dolores indicaturus, qui amanti fereudi ſunt, antequam proca, fruatur atque amica, tot, inquit, eſſe tolerandos,

h *Lib 2. de arte aman.*

Quot Lepores in Atho, quot Apes paſcuntur in Hybla
Cerula quod baccas Palladis arbor habet,
Littore quot concha, tot ſunt in amore dolores.

Eiuſdem copiæ meminit *i* Seneca.

i *In Oepido.*

Non tot caducas educat fronduis Eryx,
Nec vere flores Hybla tot medio creat,
Cum examen alto nectitur denſum globo.

Padus ſiue Eridanus.

k *L.21.c.12.*

In Italia, circa Padum maxime ſiue Eridanum, Apum melliſque laudabilis copia eſt, eaque paſſim ab authoribus celebrata, ac in primis à *k* Plinio: Hoſtilia vicus, inquit, alluitur Pado. Huius " inquilini pabulo circa deficiente imponunt nauibus alueos, no- " ctibuſque quina millia paſſuum contrario amne naues ſubue- " hunt. Egreſſæ luce Apes paſtæque ad naues quotidie remeant " murantes locum, donec pondere ipſo preſſis nauibus, pleni aluei " intelligantur, reuectiſq; eximantur mella. Pontanus Eridani fertilitarem recenſens ſic meminit:

Fundit mella fauis è dulcibus, eque liquenti
Rore premit tenera culta Meliſſa manu.
Illa Brianoreis Minci pulcherrima ripis
Regna tenet mellis pulcher Hymette tui.
Regna tenet laticis, quem florida deliquat Hybla,
Hybla faui & mellis diues, & Hybla thymi.
At longe ſuperatq; Hyblam, ſuperatq; & Hymetton
Eridanus Cypria ditior ambroſia.

Veronæ fertilitas.

Veronam non longe à Pado diſſitam, laudariſſimam abundiſſimamque vrbem inter alias eius fertilitates, quas Pantheus eiuſdem Vrbis ciuis celebrat, etiam hoc recenſet, quod Apes ibi propter lætã paſcua luxurient. Arcadiam mellis abundantem etiam eſſe credibile eſt, & Peleponneſum, quod ibi, teſte Iuſtino, Ariſtæus Arcas, mellis vſum primus hominibus demonſtrauit, vt hic Meliſſa puella Apud Zygantes Africæ populos magnam vim mellis Apes conficiunt teſte *l* Herodoto, ſed multo plus opifices viri facere dicuntur *m* Idem Thraces ſcribit dicere, Apes ea loca, quæ ſunt trans Iſtrum, obtinere, & ob illas vlterius pergi non poſſe. Quæ, inquit, cum dicunt, haud credibilia apud me dicũt, " quoniam hoc animal conſtat frigoris impatiens eſſe Cæterum " regiones fere omnes Aquilonares conſtãt, idque inter Alios *n* Olaus Magnus, qui eis partibus patriam ſuam debet, arteſtatur, mellis in plurimis rebus, tam neceſſariis, quam etiam ſuperfluis in vſum cæterarum nationum communicandis, abundare, ita vt ſingulari naturæ benignitate prouidente, maximam mellis Apumque copiam habeant, ſummamque curam ſemper & vbique circa Apes adhibeant, vt pura cuſtodia ſeruentur, & coaleſcant. At in extremo climate polari Apes non eſſe ob vehementiam Circii venti, tum Crabronum, Veſparum, ac Locuſtarum innumeram multitudinem: contra quas beſtiolas nequaquam ſolæ Apes ſe opponere valent Non ergo frigora ita horrent, vt eorum cauſa loca fugiant, vt Herodotus credidit. Moſcouitæ Apes etiam tam numeroſe alunt, vt mel & cera, quæ colligunt, in viliſſimo apud ipſos pretio habeantur. Podolia Moldauiæ, & Valachiæ contermina mellis quoque feraciſſima eſt, ſed examina Apum non ſolum in melliſiciis, & arboribus cauatis melliſicant, ſed in ripis etiam, & ſponte in terra mella repouunt Contingitque ſæpenumero, vt examina Apum ſuperuenientia, & priores Apes exterminantia, ruritolæ aduolantia agmina Apum trucident, aut in aquis mergant, vt, quæ præfuerunt, hæreditarie melliſicarent. & manerent. *o* Olaus Magnus rationem tanti prouentus reddens, in Podolia, " inquit, Regi Poloniæ ſubiecta, Apes propter paſcuorũ vbertatem, odorem ſuauem, florem abundantem, ac ſaporem iucundum, maximas ſiccarum terrarum foueas fauis melle plenis re- " plent, vita vt immanes viſi in tales foueas cadentes ob nimium " mel deuoratum ſuffocentur. Sed Scythæ quos ob immane quo " affliguntur frigus, gelidos *p* Horatius, ipſam vero regionem, *q* Ouidius glacialem vocat, fœcunde ſatis Apes alunt, tantum abeſt, vt frigidas regiones fugiant, vt meminit *r* Ælianus his verbis: Et memini quendam literis mandaſſe, Apiculas etiam in Scythia nihil offendi frigore; & Scythas mel non externum, ſed vernaculum & indigenas fauos venum portare ad Myſos. Denique ante diximus totum Septentrionalem tractum mire melliferum eſſe, & ex mellemulſum facere pro ſuo potu Eſt inter *s* Ambroſii Leonis Nolani problemata, etiam & hoc, cur apud Sarmatas Apum examina & magna & frequentia ſunt In qua, inquit, regione quod vino carent, melle abundant, populi omnes mulſam bibunt. In Africa vero minima eſt Apum conſuetudo. An quia Sarmatæ ſylluas immenſas præſertim pinearum poſſident. Pinus autem perpetua fronde eſt, ac tepidum quoddam ſpirat aſſidue: coma celſa, ac ramis patulis pollet: quamobrem ingentem perpetuamque circa ſe vm-

l *Lib.4.*

m *Lib.5.*

n *L.22.c.3.*

Regiones frigidas Apibus abũdare.

Apes vbi non ſint.

Moſcouia

Podolia.

o *L.22.c.19.*

Scythia.

p *L.4. Car.*

q *L.8. Metam.*

r *L.3.c 53.*

s *Probl 180.*

Sarmata cur Apib. abundent.

Pinum cur amant Apes.

se vmbram parit: Ideirco Apes æstate sub vmbram volant, pabulauturque omnino, ex ardore Solis illæsæ, hyeme tegmine pinorum, atque tempore assiduo, à frigore defenduntur. Florum, quin etiam & pomorum magna copia præsto est. Fontium quoque, & fluminum, aeriuulorum mira frequentia; quibus omnibus gaudent Apes. In Africa vero, & solis ardores nimi sunt, & arborum, & fructuum paucitas. Flores quoque sicubi frequentes habeantur, breui deflorescunt, nam à calore aeris nimio absumuntur: fontes, ac lacus, & fluuii rarissimi. Quo fit, vt deficientibus iis, quæ Apibus sunt necessaria, necesse est, & Apes abesse. Nam in Germania, Gallia, Britannia, Italia, ac cæteris locis, in quibus arborum, aquarum, pomorum raritas est, Apes aut nullas, aut perpaucas inueniri: in quibus vero locis horum copiam natura esse contigit: in hisce quoque frequentissimas Apes oriri, ac viuere compertum est. Hucusque Leo, qui tamen Italiam omnino non alere Apes non asserit. nam & *t* ipse Gecalæ vulgo vocatæ collem in agro Nolano, certam atque optatam Apum mansionem esse tradidit, propter miram eius feracitatem. Ibi enim Bacchi vis maxima. Oleæ nusquam generosior liquor, pomorum, vt omnia genera, ita nullis secunda: æstate aura perpetua, hyeme apricitas maxima: niues, aut gelu, aut pruinas nescit: quamobrem fructus, & flores præcoces quamplurimi in eo proueniunt: alii contra serotini vsque ad hyemem in arboribus integerrimi pulcherrimiq; conseruantur. Citreorum item omnis varietas. pinus, cupressus, myrtus, rosmarinus, atque complures frutices nusquam frondem linquentes: medicarum, odoratarumq; herbarum ingens numerus. Calabria quoq; gratissimis Apibus, & floribus abundat. Hinc dicebat *u* Horatius:

Quanquam nec Calabræ mella ferant Apes.

Cyrnus insula siue Corsica, vt in Titulo Lattones, prædones legitur, melle abundat, quod alii laudant, alii ceu pessimum, & noxiũ reiiciendum volunt. Inter laudantes est Athenæus, qui Corsicæ incolas ideo longæuos esse tradit, quod mellis cibo, quo plurimum abundant, vtantur assidue. Contra *x* Ouidius, quia mel eius insulæ ob taxi copiam venenatum sit, dicebat:

Mella sub infami Corsica mittit Apis.

Præterea Seruius Grammaticus Corsicana mella amara esse scribit, explicans illud *y* Virgilii:

——Hinc cœli tempore certo
Dulcia mella premes.

Meminit & *z* Martialis dum canit:

Pasteno violas, & cana ligustra colono
Hyblæis Apibus Corsica mella dabat.

Africa cur paucas alat Apes.

t Lib. 2. de Nola. c. 5.

Gecalæ montis fertilitas.

Calabria. *u L. 3 Car.*

Corsica quale mel ferat.

x Eleg. 1.

y L. 4. Geor.

z L. 9. Epigram.

Iucatan regio. Goa. Apes vbi non sint.

Apes multas alunt Iucatau incolæ, quocirca maxima ibi mellis copia, atque ceræ, sed eius vsum ad luminaria ignorabant, donec nostri monstrarent. Goa denique ab Apum copia celebratur, dicunturque ibi etiam Apes annuos prouentus eosque ingentes ei Vrbi reddere. Contra in Insulis nouæ Hispaniæ Apes nullæ sunt. Idem de Scotia tradit *a* Isidotus, & longe ante illum *b* Solinus his ,, verbis: Apis in Scotia nusquam. Aduectum inde puluerem seu ,, lapillos si quis alibi sparserit inter aluearia, examina fauos deserunt. Idem de Hybernia nonnulli scripsere, sed falso, nam *c* Polydotus Virgilius Apes ibi passim reperiri testatur. *d* Aristoteles Insecta omnia hyeme latere ait: sed alia aliis diutius, quam diu algor vehemens, vt Apes: nam & ipsæ, inquit, cessant, & latent Cuius rei argumentum est, quod minimum cibum sibi appositum gustare videntur, & si qua erepserit ieiuna spectatur, ventre translucente nulloque penitus contento, quod manifestum sit. Quiescũt ab occasu Vergiliarum, vsque ad ver. Conduntur autem quæque locis apricis abdita, & vbi cubile constituere tutius solent. Quem locum *e* Plinius sic reperit: Hyeme Apes conduntur. Vnde enim ,, ad pruinas, niuesque, & Aquilonum flatus perferendos vires? ,, Sane & Insecta omnia: sed minus diu, quæ parietibus nostris ,, occultata mature tepefiunt. Circa Apes, aut temporum loco- ,, rum ve ratio mutata est, aut errauerunt priores. Conduntur à ,, Vergiliarum occasu, & latent vltra exortum: adeo non ad Veris ,, initium, vt dixere, nec vt quisquam in Italia de alueis existimat. Ante fabas florentes non exeunt ad opera, & labores. Si itaque lateant, & condantur, cur *f* Aristoteles omnibus anni temporibus apparere dixit? Ita sane in opere Lugduni impresso legitur: sed Græce ἄπυς legitur, quæ est hirundinis species.

a L. 14. c. 6.

b c. 24. Pol.

c L. 13. Hist. Angl.

d L. 8. Hist. c. 14.

e L. 11. c. 6.

f Li. 1. Hist. cap. 1.

ODORATVS. MEMORIA. VISVS. AVDITVS.

ARristoteles *a* Apes odoratu plurimum valere, vel inde constare existimauit, quod mel è longinquo sentiant. Mel, in- ,, quit, Apes procul sentiunt, quod nisi odore agnoscerent, nun- ,, quam è longinquo sentirent. Conspicimus sane Apes in mediis etiam vrbibus ad officinas Pharmacopolarum, aliorumque mella venditantium ex agris mellis odore illectas, numerosè aduolare, reuolareque ad alueos suos melle onustas, aut cera. Sagacis huiusce Apum odoratus *b* Lucretius quoq; meminit, dum ait:

——Ideoque per auras.
Mellis Apes quamuis longe ducuntur odore.

Memoriam vero huiusce Insecti celebrat *c* Cælius his verbis: Inter animantes vero memoriæ facultate pollent in primis, quibus expurgatior, absolutiorq; imaginatio est, cuiusmodi pernoscuntur Apes, & Columbæ. Obliuioni autem obnoxiæ, quibus vis ea offensior, turbulentiorque est: sicuti vsu venire vermibus liquet, ac Muscis: Siquidem in ea parte animi statuenda memoria est, in qua imaginationis potentia viget. De visu obscure admodum *d* Aristoteles, Apes, inquit, præcipue quiescunt noctu, & conticescunt, vt nullus omnino bombus sentiatur. Constat hoc idem, ,, vel argumento eorum, quæ maxime in conspectu nostro, & in- ,, tra nostros parietes versantur. Non enim modo, quia clare non ,, videant, idcirco noctu quiescunt (nam omnia quibus oculi duri, exiliter vident,) sed etiam ad lucernarum lucem nihilominus quiescere videntur. Hæc ille, hoc saltem innuens, Apibus, quia vt cætera Insecta habeant duros oculos, hebentem visum esse: idque ego facile mihi persuadeo: siquidem si procul cernerent, non tam facilis Hirundinibus, ac Meropi præda forent. Quod ad auditum attinet D Thomas, vt Apes ostenderet animalia indisciplinabilia esse, id eo argumento affirmat, quia carent auditu. Quæ enim naturaliter surda sunt, disciplinam non admittunt Sed verba eius adiiciam. Apes, inquit, audire non possunt: carent ergo auditu ,, ex Aristotele primo Physicorum, licet memoriam habeant, & ,, licet prudentiam habere possint, non tamen sunt disciplinabilia, ,, vt licet alterius instructione possint assuescere ad aliquid faciẽ- ,, dum, vel vitandum. Huius enim instructio præcipue recipitur ,, per auditũ, vnde dicit in lib. de sens & sensato, quod auditus est ,, sensus disciplinæ, & licet auditum non habeant, non repugnat ,, tamen, quod sonis quibusdam exterreantur, nam sicut sonus ,, vehemens occidit animal, & scindit lignum, vt in tonitru patet ,, non propter sonum, sed ob commotionem aeris vehementem ,, in quo est sonus: Ita animalia, quæ auditu carent, iudicium de ,, sono non habendo possunt per sonos aerios exterreri. *e* Plinius tamen auditum tribuit, quoniam plausu æris gaudeant.

b Lib. 4. de nat. rer.

c Lib. 20. Ant. lect. cap. 8.

Quæ animauti memoria valeant.

Visus.

d Li. 4. Hist. cap. 10.

Auditu carere.

e Lib. 11. cap. 20.

VOLATVS.

APes & reliqua iis similia Insecta, cum volant, sese teste *a* Aristotele attollunt, atque contrahunt. Cur vero non recta volent vna ratio est, quia cauda destitutæ sunt, quare, & parum in volatu perseuerant, aut in aere dimotantur: præstant tamen hæc in parte vaginipennis, quæ cum pinnas proportione exiguas habeant, non solum non recta procedunt, verum & breuissimum volatum exercent.

a L. 4. Hist. c. 9.

Cur non recta via volent.

Vaginipenna vt volent.

SONVS.

SOnum non vocem edere Insectorum omne genus antea asseruimus, hunc que sonum esse attritum quendam interioris spiritus. Apes βομβεῖν, & bombilare dicuntur, & bombissare: & earum sonus ζιγγος & βόμβος, appellatur, Latinis murmur, & susurrus, quam postremam vocem Hetrusci reseruarunt. Susurro vocantes, vnde Sanazarus; *Le solcite Api con suaue susurro, volano intorno à i fonti.* Adeo autem familiaris ipsis iste susurrus est, vt silentium earum habeatur pro miraculo. Vnde Pontanus Perinelli insignis musici cantum laudaturus, etiam arbores, & Apes inter auscultandum, neque sibila, neque susurros edidisse canit:

Sibilaq; arboribus desunt, & murmura riuis,
Destituit tacitas ipse susurrus Apes.

Meminit huius strepitus Apum etiam *a* Q. Calaber, Græcos in- quiens inuasuros Troianorum vrbem, tot fuisse, & tantos edidisse clamores, vt circum alueare Apes perstrepunt. Didymus referente *b* Constantino Cæsare Apes modulari optimum, ac suauissimum cantum ait; ideoque pastores ipsas dispersas, cymbalis pulsatis, aut alias manuum concinno plausu congregare, quod falsum est: non enim audiunt Apes, sed propter aeris commotionem in quo sonus est, remorantur, vt ex D. Thoma supra ostendimus. Præterea nemo Apum susurrum modulationem vocauerit. Apes enim murmur edunt, Cicadæ vero, teste *c* Aristotele canere dicuntur.

Sonus Insectorum quid.

Apum silentium pro miraculo.

a Lib. 11.

b L. 15. c. 1.

c L. 4. Hist. c. 9.

ÆTAS.

VItam Apum sex annorum esse tradidit *a* Aristoteles nonnullas vero septem posse complere: item quod si examen nouem aut decem annos duraverit, prospere cum eo actum existimari. Alueos nunquam vltra decem annos durasse *b* Plinius scribit, nec vllum examen hanc ætatem posse excedere, quamuis in demortuarum locum aliæ substituantur quotannis. Nam fere decimo ab internecione anno, gens vniuersa, vt ait *c* Columella, totius aluei consumitur. Itaque ne hoc in toto apiario fiat, semper propaganda erit soboles. Virgilius Aristotelem, vt apparet, secutus, septimum annum non superare ait, canens:

Ergo ipsas quamuis angustus terminus æui
Excipiat (neq; enim plus septima ducitur ætas)
At genus immortale manet, multosq; per annos
Stat fortuna domus, & auiumerantur auorum.

Contra *d* Cardanus constare asserit robustiores Apes quandoque ad duodecimũ annum peruenire posse, sed examine in decimo absumpto etiam validiores, quæ tum etiam ob senium, inquit, sunt imbecilliores. inopia perire. Si itaque terminus æui vel sexto, vel septimo, decimo ve, vel ad summum duodecimo anno circumscribatur, cur est, quod *e* Plinius, vitam eis longissimam esse dixit? Est sane longissima, si ad aliorum insectorum æuum conferatur. Quæcunq; n. sanguine carent, quia frigida sunt, teste A- ,, rist. nisi magnitudine sibi suffragẽtur, minus longæua sunt: nõ n. ,, inquit,

a L. 5. Hist. c. 22.

Quot annos viuãt:

b L. 11 c. 20.

c L. 9. c. 1.

d Lib. 7. de varie ter: c. 28.

e L. 11. c. 20.

Cur longissime viuere dicantur.

Apes cut longæuiores cæteris insectis.

,, inquit, pinguedinem neque dulcorem habent. In animalium namque genere pingue dulce eſt, idcirco Apes, inquit, pleriſque maiotibus animalibus diuturnioris ſunt vitæ. Ad quem locum commentans. Nic. Leonicus: Hoc autem idcirco, inquit, quoniam id, quod in illis ſanguini proportione reſpondet, pingue eſt & dulce. Talis (nim illarum eſt cibus. Porro dulcedo omnis calida eſſe ceuſetur. Calidum autem in pinguedine, & lentore diutius contineri, & præſeruare poteſt. Iure igitur merito tot annis viuunt, cùm ex melle progignantur, alanturque tenuiſſima, pura atque concocta ſubſtantia: quod item argumento eſſe poteſt quautum etiam humanæ vitæ producendæ prolongandæque commodi atque auxilii diuinùs iſte liquor afferat.

COITVS. INCVBATVS. GENERATIO.

a *Lib.* 11, *cap.* 16. Ex rege nõ generari.

,, FOETVS quonam modo progenerent Apes, magna, inquit *a* Plinius, inter eruditos, & ſubtilis quæſtio eſt. Apum ,, enim coitus viſus eſt nunquam: plures exiſtimauere oportere ,, confici floribus compoſitis apte atque vtiliter. Aliqui coitu v- ,, nius, rex in quoque appellatur examine, Hunc eſſe ſolum ma- ,, rem, præcipua magnitudine, ne fatiſcar. Ideo fœtum ſine eo ,, non edit, Apeſque reliquas, tanquam ducem: quam probabi- ,, lem alias ſententiam Fucorum prouentus coarguit. Quæ enim ,, ratio, vt idem coitus alios perfectos, imperfectos generet alios? ,, Propior vero prior exiſtimatio fieret, ni rurſus alia difficultas ,, occurreret. Quippe naſcuntur aliquando in extremis fauis A- ,, pes grandiores, quæ cæreras fugant Oeſtrus vocatur hoc ma- ,, lum: quonam modo naſcens: ſi ipſæ fingunt? Quod certum eſt, ,, Gallinarum modo incubant, &c. Ambiguitatem hanc, quæ- ſtionem quæ pluribus verbis explicat *b* Ariſtoteles, quæ nobis exacte Apum hiſtoriam tradere volentibus, nequaquam prætereunda ſunt. Apum, inquit, generatio magnam recipit ambiguitatem, & quæſtionem Cum enim in genere piſciũ talis quædam ſi generatio nonnullorum, vt ſine coitu generent, hoc idem in Apibus euenire videtur, quod ſenſus ratioque apparens admoneat. At etiam aliunde portare fœtus eas neceſſe eſt, vt quidam, eumque vel ſponte naſcentem, vel ab aliquo animali editum, aut ipſas generare, aut partim portare, partim generare. Nam id quoque aliqui dicunt, Fucorumque fœtum tantum portari opinantur. Item generare eos, aut per coitum, aut ſine coitu: & per coitum generare aut ſingula genera per ſe, aut quodlibet vnum cætera, aut aliud cum alio iunctum verbi gratia. Apes ex Apibus coeuntibus inter ſe gigni, Fucos ex Fucis, Reges ex regibus, aut cętera omnia ex vno, vt ex iis, qui reges, & duces vocantur, aut ex Fucis & Apibus. Sunt etiam qui Fucos mares eſſe, Apes fæminas arbitrantur; alii contra Apes mares eſſe, Fucos fæminas opinantur. Quæ omnia impoſſibilia ſunt ratiocinanti, partim ex iis, quę Apibus priuatim euenianti partim ex iis, quæ cum cæteris ſint animalibus communiora. Nam ſi non ipſæ pariunt, ſed aliunde portant fœturam, oriri Apes oportet, etiam ſine vlla opera Apũ ſcilicet eo loco, de quo ſemen portetur. Cur etiam translato ſemine oriantur: manente ſuo loco non oriantur? prorſus oriri nihilominus conuenit, ſiue ſponte in floribus ſemen id naſcitur, ſiue ab aliquo editur animali, quanquam non Apes, ſed illud animal gigni oportebit, quod ſemen generet. Adhæc mel portari ab Apibus rationis eſt: cibus eſt enim. Ad fœtum alienigenam deferre, abſurde credideris. Nam cuius rei gratia, quæſo? quando omnis labor, qui prolis cauſa ſuſcipitur in ea, quæ propria eſſe videtur. Nec vero Apes fæminas eſſe, Fucos mares ratio patitur. Arma enim ad pugnam, vireſque exerceudas nulli fæminæ à natura tribuũtur, Sunt aũt Fuci inermes: carẽ enim aculeo: Apes oẽs aculeo armãtur: nec cõtradici ratione, ꝓbabili poteſt Apes eſſe mares, Fucos fæminas. Mas enim nullus ſolet in prole elaborare, quod Apes faciunt omninõ, cum fœtus Fucorum gigni videatur, etiam cum nullus eſt Fucus. Apum autem non gigni ſine regibus, & quidem ob eam rem fœtum Fucorum tantum portari aliqui putant. Conſtat non per coitum gigni, vel ex alterutro genere ſecum coeunre, vel ex Apibus, & Fucis; portari etiam fœtum Fucorum tantum tum impoſſibile ſit, tum ratio aſpernatur, vt in genere earum toto talis affectio non euẽniat Quin etiam fieri non poteſt, vt ipſæ Apes partim mares, partim fæminæ ſint. In omnibus enim generibus mas à fæmina differt Generarent etiam ſeipſæ, at nullus earum cernitur fœtus, niſi duces adſint; Commune autem argumentum tam ad agendam vicriſſim generationem, quam ad eam, quam Fuci efficiant, & ſiue ſeorſum, ſiue promiſcue agi dicitur; quod nullum eorum coire vnquam viſum ſit. At ſæpenumero cũeniret, vt coitus cerneretur, ſi alterum mas, alterum fæmina in iis eſſet. Reliquum eſt, vt ſi per coitum oriantur, Reges coeuntes inter ſe generent. At Fuci oriri cernuntur, etiam cum nulli ſunt duces, quorum fœtum nec portare, neque parere Apes ſuo coitu poſſunt. Relinquitur itaque, vt piſcibus euenire videmus, Apes ſine coitu Fucos generent, & fæminæ ſint, quà generant ratione: ſed habeant intra ſe, vt plantæ ſexum maris, & fæminæ: quamobrem iis datum eſt inſtrumentum ad pugnam. Nec fæminæ appellandum eſt, in quo mas diſtinctus nõ eſt. Quod ſi in Fucis id euenire videtur, ortuſque eorum exiſtit ſine coitu. Iam & Apibus, & Regibus eandem ſeruari rationem neceſſe eſt, vt ſine coitu procreentur. Cæterum ſi ſine regibus gigni fœtus Apum videretur, Apes etiam ſine coitu ex ſe generari neceſſe eſſet. Sed cum hoc negent, qui in eorum animalium cura verſantur, relinquitur, vt Reges ex ſe generent, & Apes. Itaque cum ſingulari quadam, peculiarique natura genus ſit Apum, ortus quoque peculiaris merito eſſe percipitur. Nam, vt Apes ſine coitu generent, minus proprium eſt, cum idem vel in aliis eueniat animalibus. ne idem procreent genus, proprium eſt: rubri enim generant rubros, hiarulæ hiatulas. Cauſa eſt, quod ipſæ generantur, non vt Muſcæ & reliqua id genus animalia: ſed ex diuerſo, tamen cognato genere prodeunt. Ex ducibus enim oriuntur Quamobrem proportio quodammodo in eorum generatione ſeruatur. Duces etiam magnitudine Fucis, aculeo Apibus ſimiles ſunt. Apes igitur aculeo regibus aſſimilantur. Fuci magnitudine. Aliquid etiã diſcriminis ineſſe neceſſe eſt, niſi ſemper genus ex quoiis idem gigni neceſſe ſit: quod impoſſibile eſt. Ita enim genus totum duces eſſent. Apes iraque viribus, & pariendi facultate ſimiles ducibus ſunt: Fuci magnitudine æmulantur: quod ſi aculeum quoque haberent, duces vtique eſſent. Sed nunc id ipſum ex propoſita quæſtione reſtat, & ſolutum iam eſt, quæ etiam ſuperius dictaſunt, totam hanc ſoluunt quæſtionem Duces etiam iidem ſimiles ſunt generi vtrique, qua etiam aculeum gerunt, Apibus, qua magnitudine præſtant, Fucis aſſimilantur Sed Duces etiam ipſos ex aliquo gigni neceſſe eſt Itaque cum nec ex Apibus, neque ex Fucis creentur: ipſos ſe etiam generare neceſſe eſt. Cellulæ eorum nouiſſimæ conſtruuntur, nec multæ numero. Iraque euenit, vt Duces generent, & ſeipſos & aliud genus quod Apum eſt: Apes aliud generent, id eſt, Fucos: ipſi vero Fuci non inſuper generent, ſed hoc ipſi priuentur. Cum etiam ſemper, quod ſecundum naturam eſt, ordiuem habeat: ideo Fucos ea quoque facultate priuari, vt aliud generent, neceſſe eſt, & quidem ita hoc euenire videmus. Ipſi etiam generantur, uil vero aliud generant, ſed in ternario numero ſinem generatio recipit. Atque adeo bene inſtitutum eſt à natura, vt ſemper hæc genera ſeruentur, & nullum deficiat, quanquam non omnia generent Ratione illud etiam euenit, vt annis proſperis copia mellis proueniat, & Fucorum Imbribus: vero crebris fœtus omnino ſuperet. humor etiam facit plus excrementi in corporibus ducum Anni vero temperies facit hoc idem in Apibus: cum enim corpore ſint minore, rempe- riem magis deſiderant. Recte etiam reges intus manent immunes omni negotio neceſſario, quaſi nati ad ſobolis procreationem. Maguitudine item præſtant quaſi ad prolem generandam corpus eorum ſit inſtitutum. Conuenit & Fucos ocioſos inerteſque eſſe, cum nulla habeant arma, quibus de cibo poſſint dimicare, cum, que pigritia tarditateque corporis degenerent, Apes medium in ter reges & Fucos tenent. Ita enim & vtiles ad negotia, officioſæ- que operariæ eſſe poſſunt, vtique & filios alant & parentes, quin & ſequi ſuos reges, vt faciunt, conſentaneum eſt rationi, qua generationem Apum à regibus proficiſci ſtatuimus. Nam tale quid eſſent ratione carerent ea, quæ aguntur, in earum imperio: arque etiam regibus concedere, nil laboris ſuſcipere vt parentibus, Fucos vero caſtigare vt filios iuſtius enim filii caſtigantur, & quorum negotium nullum eſt. Apes autem multas à ducibus ipſis paucis generari, ſimile videtur Leonum generationi: qui cum primum quinque numero genuerint, mox pauciores generant, poſtremo vnum, tum deinde nullum. Nam & Apum duces primum multitudinem generant, mox ſeſe paucos; atque illarum fœtum minorem, ſuum vero auctiorem: quod enim eorum numero natura ademerat, id magnitudini addidit. Generatio Apum ita ſecur habere videtur, tum ratione, tum etiam iis; quæ in earum genere euenire viſuntur: non tamen ſatis adhuc explorata, quæ euenianr, habemus. Quod ſi quando ſatis cognita habebuntur, tunc ſenſui magis erit, quam rationi credendum. Rationi etiam fides adhibenda eſt, ſi quæ demonſtrantur, conueniunt cum iis, quæ ſenſu percipiuntur, rebus. Apes ſine coitu generare, argumento illud etiam eſt, quod fœtus exiguus admodum in cellulis faui cernitur, cum Inſecta, quæ per coitum oriuntur, coeant diu pariant breui, magnitudine ad ſpeciem vermis. Quod ad generationem cognatorum iis animalium pertinet; vt Crabronum, Veſparumque ſimilis quodammodo ratio eſt: ſed defuit his locuples naturæ dotatio merito: nil enim (vt Apum genus) habent diuinitatis: generant quippe matrices vocatæ, primoſque fauos conſiugunt: generatione vero coeundo inter ſe ſubguntur. Viſus enim ſæpe eorum coitus: ſed quoniam differentiis hæc genera inter ſe diſſideant, aut cum Apibus. petendum eſt ex iis, quæ per hiſtorias explicauimus. Hæc itaque omnia Ariſtoteles Et *c* rurſus: De generatione Apum varia ſententia eſt Alii enim eas parere & coire negant, ſed deportare fœturam exiſtimant Nec vnde portent, conſtat inter omnes: Sed alii ex flore cerinthi, alii ex flore aruudinis, alii ex flore oleæ aiunt: argumentumq; afferunt, quod cum oliuatum prouentus ſit largior, tunc plura examina prodeant. Sunt qui Fucorum quidem fœturam comportare ab aliquo ex iis, quæ modo dixi; arbitrentur: ſed Apum genei ortum præſtari à ducibus. Mirum autem hic videtur, cur de hiſce opinionibus nihil iudicet Ariſtoteles, cum tam exacte eaſdem, vti ex præcedentibus videre eſt, refellat: quare libros de generatione animallum, poſt eorũdẽ hiſtoriam exaraſſe videri poſſit *d* Albertus quoque Apum generationis opiniones celebres quatuor eſſe tradit: primamque eſſe; quod aliunde apportent ſemen, & fouendo ex illis Apes producant; quod, inquit, falſum eſt, quia vel eſt ſemen Apum, vel non: ſi Apum, ergo generantur ex ſemine Apum, cum tranſportatur, & cum non tranſportatur, non generatur, quod videtur abſurdum, quia potius ſemine in loco manente generatur animal, quam ſi circumferatur: non eſt ſemen Apum, non eſt veriſimile laborare Apes circa ſemen aliorum, & cum conſtet in Apibus eſſe ſexus differentiam, Secunda eſt, quod ſemen

b *Lib.* 3. *de generat. Animal. c.* 10. Piſces quidem ſine coitu generant.

opinionũ varietas circa Apũ generationem.

Refutatio opinionũ

Non oriri ex allato ſemine.

Apes non eſſe fæminas, nec Fucos mares.

Non gigni per coitu.

Apes non eſſe partim fæminas, partim mares.

Reges non generare Apes.

Apes ſine coitu generare.

Ortus peculiaris.

Vt inuicẽ ſimiles

Apes vt ducibus ſimiles.

Duces vt Apibus & Fucis ſimiles.

Duces vnde gignantur.

Fucos non generare.

Copia mellis & Fucorum quando.

Apes remperiem deſiderant.

Reges cur immunes, & magni.

Apes cur Fucis, & Regibus minores.

Apum generatio ni Leonis ſimilis.

Apes ſine coitu generare.

Apum generatio diuerſa à cæteris fauiſicis.

c *Lib.* 5. *Hiſ. cap.* 21.

Vnde fœturam portare dicantur.

d *Lib.* 17. *tract.* 2 *c.* 2.

Opiniones quatuor de Apum generatione.

semen ex tege totum procedat, quod etiam falsum est, tum propter eandem rationem, tum etiam quia hoc est irrationale, quod Apes colligant semen aliorum. Tertia quod fiat semen ex Apibus non habentibus aculeum, habentibus autem vtrumque sexum, quod absurdum est, eadem de Rege dicta ratione, quia Apes fœminæ non fouerent illud semen. Quarta est, quod ex coitu Kyrieum (Fucos, nisi reges videtur intelligere) cum Apibus aculeatis, quod non apparet: nunquam enim obseruatum est, Apes simul coire. Restat ergo, vt dicamus, quod generantur sine coitu, sicut generantur etiam pisces. Adducit autem plurima alia argumenta Albertus, quæ qui volet per se legere poterit. Debeant ea nobis satisfacere, quæ ex Aristotele paulò ante adduximus Addam tamen & hoc ex eodem Alberto, Apis, inquit, est vermis notus, cuius generatio est ex ouis sine semine ouali, est vermis. & ex vermibus in Apes mutatur. & rex Apum generaliter omnium Apum pater est, quia non inuenitur semen, nisi in domo sua. Cogor præterea Cardani, & doctissimi Scaligeri opiuionē adiungere. Quærens ille, cur, cum Formicæ, Papiliones & Locustæ oua gignant, Apes gignere non possunt, causam esse ait, quod cum illa pariunt, non volent, sed formam retinent Erucæ aureliæue, aut cum his commoriuntur, vt Bombyces, ac Locustæ. nam oua, inquit, in tam paruis animalibus volatui impedimento erant; igitur eum Apes præstaret ob egregiam vtilitatem viuaces esse, in septimum enim, aut octauum annum earum vita producitur, oua parere impossibile fuit. Sic ille, & antea cum de generatione earundem ex boue (de qua nos post) scripsisset: Verum de harum, inquit, generatione Aristoteles satis dubitat, constat tamen, nec mel, nec ceram alio ex animali gigni potuisse. Nam mel necessario ex humido tenui pinguique, rorique mixto gigni oportuit. Animalia igitur parua, quæ insiderent, volantia, quæ cito redirent, multa quæ colligerent, quod minimum est, sollicita quæ opus celeriter implerent, esse debuerant. At talia oua incubare non poterant: gignuntur igitur è melle Apes. Hæc omnia Cardanus, aduersus quē hoc exercitium scripsit Scaliger. Apibus, inquit, non sunt oua sed ex melle nascuntur. Ecce quam verum est, quod supra dicebamus: non ex solani putrefactione vermes nasci. Quando Apes ex „ mellis parte optima, non ex putrefacta. Quod quemadmodum „ fieri queat, à plebeijs ingenijs capi difficile est. Non enim è mel„ le, quatenus mel est, fieri potest generatio. Esset enim semen A„ pis. Hoc autem falsum est. Neque sicuti dicebamus, è melle pu„ trefacto. Quippe non putrefit, sed prohibet putrefactionem. At„ quis intus obseruauit, Apesne coeant, an coitus expretes sint? „ Quod si vt pudoris plenissimus, Parthenias eis adimas Vene„ rem, haud continuo tamen auferas appetitum propagationis. „ Itaque sicut in Erythrinis sexus altera pars sola est, quæ in sese „ oua concipiat sine mari: in quibusdam nullus, vt Anguillis, & „ purpuris, è quarum saliua, non è coitu purpurillæ suboriuntur: „ Ita Apes genitale quiddam, in cellis ponere par est; è quo Apicu„ læ progignantur. Quid mirum? Nonne è roribus vermiculos „ creari dicebamus in folijs? Quanto commodius lectus ros ille, „ atque fotus calore parentis genitali, tanquam ab architecto in „ schadonem animabitur? Nonne & ranis pluere vidimus nos? „ Quas qui è lacunis à nubibus haustas arbitrantur, non videre, „ quod vidimus nos: complutam terram sola aqua sine ranis, Gy„ tinulis tamen post semihoram scatere totam, Est in Santonibus „ oppidum Mirambellum: cuius viæ &, angiportus ranarum (a„ lij Bufones fuisse dicunt) pluuia tam referti fuere, vt primum „ horror perculserit oppidanos, deinde stupor ceperit, tum fasti „ dium ex illuuie: postremo lues ex odore malo putrefactorum „ Quod subdis: Apibus oua simul habere in vtero, simul in opere „ continuo esse, non licere: propterea, quod neque Bombycibus, „ neque Locustis, quandiu volant, oua nulla sint, nihil prorsus „ est. Nihil autem esse, solis liquet exercitatis in natura rerum. I„ taque duo tibi, etiam sapientibus ignota, declarabo. Primum „ scito: Cicindulam à me cum suo mari deprehensam in coitu. „ Mas ne contactus, quidem abstitit. In pertusa pyxidi condidi, „ fuere totam noctem. Postridie adhuc hærebat mas. In meridie „ solutus obijt. Ab ea hora sub vesperam vsque oua multa edidit „ fæmella, quæ intra viginti horas viuificata abieruut. Sic mo„ mento eduntur Insectorum oua, atque perficiuntur. Quod & „ Philosophus docebat: De Insectis loquens ait: Συμπλέκεται μὲν πολὺν χρόνον. διαλυθέντα δὲ τίκτει ταχέως. Apes igitur paruculis horis „ coire possunt: deinde illico parere. Alterum exemplum. Tyro „ cum essem, è grandioribus Muscis vnam albis pictam lineis spe„ cie illectus cepi. Ea in vola manus aliquandiu retenta, plusculos „ edidit vermiculos candidos, mobilitate propria insignes. Quo„ ita vt illa vermes, ita Apes quoq; oua etiam inter volandum „ gestare valeant. Quid enim prohibere dicas? Bestiolæ paruita„ tem? Ridiculum. Ouorum enim proportio respondet corpori. „ Quæ Hirundini (æque enim sedulitas, & volatus pene perpetu„ us ei est) cum suis ouis inchoatis ratio, & lex magnitudinis, qua „ re non & alijs? Nam quod ais, Apes esse in continuo opere: id „ quoque falsum est. Perfecto enim melle quiescunt: ac desides „ partis opibus fruuntur. Quo etiam tempore soboles generantur Hæc itaque Scaligeri opinio est. Quam qui volet, amplectatur, sicuti de cæteris omnibus suum cuiq; relinquimus iudicium: nos interim pergamus. Aristoteles author est minus fœtificare (non enim amplius quærimus quo modo fœtificent) si ver serotinum sit, aut squallor, aut rubigo inciderit. Dixit k item Schadones (sobolem dico) optimas fieri eum mellificatur, fœtuq; posito incubare auium more: exclusum autem inde vermiculum, dum parnus est, iacere in fauo obliquum, post deinde sua seipsum facul-

e *Lib. 26. f 9. Hist. cap. 40.*

g *Lib. 9. de subtil.*

Cardani opinio cur oua non gignant.

Ex melle generari.

h *Exercit. 191. 2.*

Vt ex melle generentur.

Erythrinorum sexus.

Anguillæ sexus & purpuræ.

Scaligeri opinio circa Apum generationem.

Ranis pluisse.

Ranarum generatio ex putri.

Cicindulæ coitus & generatio subitanea.

i *Li. 1. de generat. c. vltim.*

Muscæ subitaneus partus.

Apes oua gerere posse.

Apes non esse in continuo opere.

Quando minus fœtificent.

k *Li. 5. Hist. cap. 22.*

Vt incubēt.

A tate erigere, cibumque capere, & fauo ita adhærere, vt retineri videatur. Fœtum Apum, & Fucorum candidum esse, & ex eo vermiculos fieri, qui in Apes Fucosque transeant. Primordium Regum colore cerni fuluo, corpulentia mellis crassioris, magnitudine illico proxima suæ ututæ soboli: Nec primum ex eo vermiculum gigni, sed statim Apem, vt ferunt. Qua autem parte fœtus constitutus sit, mel ibi è regione confici. Schadones, si fœtus oppressus intercipiatur, truncatas sine pennis, & cruribus prodire. Sed si libere ad finem generationis venerunt, rupta qua cingun-tur, membrana euolare. Stercus, quamdiu sit vermis, emittere, postmodum non; nisi perfecte prodierint Dixerat l etiam ante Apum vermes, quamdiu receutes sunt, & aluntur, tantisper, & stercus emittere videri, at cum formæ lineamenta receperint, sub qua facie Nymyhæ appellantur, iam neq; cibum præterea capere, neque vllum reddere alui excrementum: sed coercitos & contractos quiescere, nec vllo pacto moue: e se pati vsque dum species destinata perficiatur, quo facto euolare prolem, rupto, quo continebatur, folliculo. Dixit m item omnium Insectorum vermiculos, vbi suæ magnitudinis finem receperint quasi ouum effici Indurescere enim putamen eorum. & tantisper immotam reddi, hoc B autem in vermiculis Apum, & Vesparum, atque etiam in Erucis apertum esse. Cuius rei, inquit, causa, quod natura præ sua imperfectioue quasi maturans, antequam tempestiuum sit ouum, pariat, tanquam hic Vermis ad incrementum oui mollis adhuc peragat. Hoc eodem modo in cæteris quoq; euenire addit omnibus, quæ sine coitu oriuntur, vel in lanis, vel alijs huiusmodi, atque etiam in aquis. Omnia enim post vermis naturam motu cessare, & putamine obarescere; mox rupto putamine exire, veluti ex ouo animal. tertia perfectum generatione, idque peunatum magna ex parte. Ratione autem illud etiam euenire, quod iure multi admirentur. Erucæ enim, inquit, cum primo capiant cibum, mox non capiunt, sed motu cessant quæ per id tempus Aureliæ à nonnullis vocantur. Vesparum etiam vermiculis, & Apum idem accidit. Post deinde quæ Nymphæ appellantur, proueniunt, quæ nihil huiusmodi habeant Ouorum enim natura adepta suum finem, non insuper accrescit, sed ante augetur, & alitur, donec distinguatur, & fiat ouum perfectum. Vermium autem alij hoc intra se habent, vnde excrementum ipsis nutriendis accedat, vt vermes A C pum, & Vesparum: alij de foris capiunt, vt Erucæ, & cæterorum nonnulli verminm. Sic ille: quo pariter n testante Apes incubant suis fauis, & concoquunt, quod nisi fecerint vitiari ex atauea fauos aiunt. Quod si de cæteor se continere potuerint, vt incubitu perseuerent, partis quasi abortus fit: sin minus toti pereunt faui. Gignunturque in ijs, quæ vitiantur, vermiculi, qui mox pennis enatis euolant Idem o Aristoteles cum Reges dixisset à nonnullis matres appellari, vtpote originis authores; cæteræ, inquit, in concauis imisq; fauorum proueuiūt. Duces subter ad fauum pendentes oriuntur separatim sex, aut septem, contra quam cæteræ turmæ fœturæ adhærentes p Fuci seorsum gigni dicuntur, si dux viuit, sed si obijt, in Apum loculis entis oriri ex ipsis Apibus, atque hos fieri animosiores, quoc rca aculeatos vocari, quamuis aculeo careant: nimo namque feriendi, non potestate, nomen hoc meruerunt. Monstra vero non generant Apes, quia discretis cellulis partus earum continetur, quod quoque idem q philosophus prodidit. Sed quot diebus incubent, nondum dictum est. r Plinius, fœtum intra quadragesimmum quintum diem peragi scripsit; dein quod paulò ante de abortu ex Aristotele dix mus, repetit his D verbis: Fit in fauis quibusdam, qui vocatur Clerus (κληρός vermiculus in alucaris pauimento nascens, quo crescente alueus totus aranea obducitur, & fauus putrescit, vt Aristoteles ait) amaræ duritia ceræ: cum fœtum inde non eduxere, morbo aut ignauia, aut infœcunditate naturali Hic est abortus Apum. Id quod exclusum est primum vermiculus videtur, candidus, iacens transuersus, adhærescensque ita, vt pascere videatur. Rex statim mellei coloris, vt lecto flore ex omni copia factus, neque vermiculus, sed statim penniger Cætera turba cum formam caperecæpit, Nymphæ vocantur, vt Fuci, Sirenes aut Cephenes (alij legunt, vt Sirenes Fuci, quos Cephenas vocant ἀπὸ τῆς κεφήνεσθαι, quod intra membranam contracti, & curuati iaceant. Nymphæ autem sunt Apum, Vesparum, Crabronum: Sirenes Fucorum) Si quis alterius capita demat, prius quam penas habeant, pro grat. simo sunt pabulo matribus, Tempore procedente instillant cibos atque incubant, maxime murmurantes, caloris, vt putant, faciendi gratia, necessarij excludendis pullis, donec ruptis membranis, quæ singulos cingunt, ouorum modo vniuersum agmen emergat. Spectatum hoc Romæ consularis cuiusdam suburbano alueis cornu laternæ translucido factis. Hæc omnia Plinius: Scribit s Albertus Apes toto eo tempore, quo nutriunt pullos, tantūmodo horum curam habere, nec aliud operari Sed mirum videtur, neutrum horum meminisse, quod sine pedibus nascantur, E cum præter t Virgilium, vt mox patebit, nulli non alij quoq; scriptores meminerint Ac natura quidem, inquit, * Lucianus, cum informe ferme animal compararet, & pedum, & manuum, & pennarum expers, pedes, subiiciens, atque adhibens pennas, sed & varietate quadam multiplicium variorumque colorum exornans, Apem effinxit sapientem diuini mellis effectricem Et u Ouidius meminit dum cauit:

Nonne vides, quos cera tegit sexangula fœtus,
Melliferarum Apium sine membris corpora nasci,
Et serosq; pedes, seraſq; assumere pennas.

Σμηνουργεῖσθαι dicuntur Apes, cum fœtificant, & sua examina ponunt Fœtuta νύμφαι, νύμφη & nympha, vt diximus, vocatur,

Apum & Fucorum fœtus.

Regū primordium.

Quando sine pedibus prodeat fœtus

l *Li. 5. Hist. cap 19.*

Quamdiu stercus emittaut.

m *L. 3. de generat. c 9.*

Cur putamen indurescat.

Erucarum generatio.

Aurelia quid,

Nympha quid.

n *Li. 9. Hist. cap. 40,*

Incubatus vt necessarius.

o *Cap 21.*

p *Li 9. Hist. cap. 40.*

Mōstra cur non generent.

q *Lib. 4 de gener. c. 4.*

r *L 11. c 16.*

Clerus quid.

Abortus Apum qui dicatur.

Regis generatio.

Nympha vt a Sirene differat.

s *Li. 8. tract 4. ca 80.*

Nascuntur sine pedibus,

t *Li 3. de rust. 16.*

* *In Alcyone.*

u *Lib. 15. Metam.*

Συμνουργεῖσθαι quid.

Apes ex boue putrefacto naſci.

Fucos aiunt fœtu Apes adiuuare: his nempe ad paſtum abeuntibus, incubare, & ſuo quoque calore fouere. Mirum inſuper cur Ariſtoteles è boue naſci etiam non ſcripſerit, quin neſcierit. Nam Plinius Virgilium citat, non Ariſtotelem. Bos enim mortuus, generoſa quædam res, & dignitatis plena exiſtimanda eſt, quod Apes ex illius animantis reliquiis enaſcantur, animalia operoſiſſima & mellis fructum vtiliſſimum ſuauiſſimumque homini comparantia. Vnde Varro, partim, inquit, naſcuntur ex Apibus, partim ex bubulo corpore putrefacto. Itaque Archelaus in Epigrammate ait eas eſſe:

x L.11.c.20. Βοὸς φθινοῤῥὼς πτπίῤῥα τίκνα.

Vt mortuę reuiuiſcãt.

x Plinius cum mortuas, ſi intra tectum hyeme ſeruentur, deinde ſole verno torreantur, ac ſiculneo cinere toto die foueantur, reui-
,, uiſcere putari diximſſet: in totum vero, inquit, amiſſas reparari
,, ventribus bubulis tecentibus cum fimo obrutis: Virgilius iuuẽ-
,, corum corpore exanimato ſicut Equorum Veſpas, atque Cra-
,, brones, ſicut aſinorum Scarabeos mutante natura ex aliis, quæ-

* In mirab. narrat.

dam in Alia. In Ægypto loca quædam eſſe aiunt, vt * Antigonus quoque meminit, vbi ſi defodiatur taurus, ita vt cornua duntaxat ſupra terram emineant, eaq; deinde terra amputentur, ferunt Apes euolare: putredine enim taurum in iſtud animalculum commutari. Si itaque eo modo Apes procreare volueris, Florentinus referente y Conſtantino Cæſare, iubet, vt domus tibi ſit alta decem cubitorum, latitudinis itidem cubitorum decem, & reliquis lateribus comparibus. Ingreſſus in illa formetur vnus, feneſtræ quatuor, ab vno quoque latere vna. In hanc inducas bouem triginta menſium, carnoſum, valde pinguem, faciaſq; aſtare ipſi iuuenes multos; qui ipſum fortiter verberent, & fuſtibus cæſum occidant, ſimul cum carnibus ipſa etiam oſſa comminuentes, diligentem autem animaduerſionem habeant, ne quid bouis cruentent. Non enim ex ſanguine Apis generatur, & circa primas plagas non violenter in ipſum irruant. Statim vero obturetur omnis bouis meatus, linteolis puris, ac tenuibus pice tinctis, veluti ſunt oculi, nares, & os, & quæ à natura productæ ſunt partes ad euacuationem neceſſariam. Deinde thymo ſubſtrato multo, boueq; ſupino ſuper ipſum inclinato, domum egrediantur, & ſtatim ianuam, & feneſtras luto denſo oblinant, vt neque aeri, neque vento vllus aliquis ingreſſus, aut perſpiratio pateat. Tertia autem hebdomade vndiq; domum aperire oportet, & lumen, aeremq; durum admittere, præterquam ex ea parte, vnde vehèmens ventus procedit. Si enim ſic contigerit, ingreſſum qui ſecundum ventum ſitus eſt, clauſum relinquere oportet, & luto velut prius oblinere. Vndecima deinde poſt hanc diem vbi aperueris, inueniesplenam Apibus racematim inter ſe coagmentatis, & ex boue reliqua cornua, & oſſa, ac pilos, & præterea nihil. Aiunt ex cerebro gigni Reges, ex carnibus vero alias Apes. Naſcitur autem, & ex medulla ſpinali Rex; præſtare tamen ex cerebro natos & magnitudine, & pulchritudine, & robore omnibus aliis traditur. Primam porro mutationem, & transformationem carnium in animalia, & velut conceptum quendam, ac generationem inde cognoſces. Adaperta enim domo parua & alba ſpecie, inter ſeq; ſimilia, & non perfecta, neq; iam omnino animalia, circa vitulum multiplicata videbis, immobilia quidem omnia, paulatim vero augeſcentia. Videbis etiam alarum excretionem iam exarticulatam, videbiſq; proprium colorem accipientes Apes circumſedenteſq; Regem & aduolantes. Verum breuibus, & ſubtrementibus alis, propter inſuetudinem volandi, & membrorum debilitatem. Aſſident autem feneſtras impetuoſe impellentes, & violantes ſe mutuo, ob deſiderium lucis. Præſtat tamen apertiones, & obturationes feneſtrarum, velut dictum eſt, alternis diebus facere. Timor eſt enim ne aut Apum naturam tranſmutent, aut ob longiorem ſtabuli concluſionem aere priuatæ velut ſuffocatione pereant. Quæ ferme omnia his verſibus complexus

z 4. Georg.

eſt poetarum princeps Latinorum z Virgilius:

Sed ſi quem proles ſubito defecerit omnis,
Nec genus vnde noua ſtirpu reuocetur, habebit,
Tempus & Arcadii memoranda inuenta Magiſtri
Pandere, quoque modo caſis iam ſæpe iuuencis
Inſyncerus Apes tulerit cruor: altius omnem
Expediam prima repetens ab origine famam.
Nam qua Pellæi gens fortunata Canopi
Accolit effuſo ſtagnantem flumine Nilum,
Et circum pictis vehitur ſua rura phaſelis,
Quaq; pharetrata vicinia Perſidis vrget,
Et viridem Ægyptum nigra fœcundat arena,
Et diuerſa ruens ſeptem diſcurrit in ora.
Vſq; coloratis amnis deuexus ab Indis:
Omnis in hac certam regio iacit arte ſalutem.
Exiguus primum, atq; ipſos contractus ad vſus
Eligitur locus: hunc anguſtiq; imbrice tecti
Parietibuſq; premunt arctis, & quatuor addunt,
Quatuor à ventis obliqua luce feneſtras.
Tum vitulus bima curuans iam cornua fronte
Quaritur: huic gemina nares, & ſpiritus oris
Multa reluctanti obſtruitur: plagiſq; peremptus
Tunſa per integram ſoluuntur viſcera pellem.
Sic poſitum inclauſo linquunt, & ramea coſtis
Subiiciunt fragmenta, thymum caſiaſq; recentes.
Hoc geritur, Zephyris primum impellentibus vndas,
Ante nouis rubeant quam prata coloribus, ante
Garrula quam tignis nidum ſuſpendat Hirundo.
Interea teneris tepefactus in oſſibus humor
Æſtuat, & viſenda modis animalia miris,
Trunca pedum primo, mox & ſtridentia pennis
Miſcentur, tenuemq; magis, magis aera carpunt.
Donec vt aſtiuis effuſus nubibus imber,
Erupere, aut vt neruo pulſante ſagittæ,
Prima leues ineunt ſi quando prælia Parthi.

Ariſtæi inuentum Apes ex bobus generare.

Huc vſq; Virgilius, inuentum hoc Arcadio magiſtro, nimirum Ariſtæo tribuens, quem fama eſt Apum & mellis vſum primum inueniſſe, ſed cum Nymphæ, vt in fabulis eſt, omnes eius Apes occidiſſent, oraculo Prothei edoctum ex mactatis tauris Apes ſuas recuperaſſe. Meminit eiuſdem generationis a Ouidius, dum ait:

a Lib. 15. Metamor.

Nonne vides quacunq; mora fluidoq; calore
Corpora tabuerint, in parua animalia verti?
Iquoq; delectos, mactatos obrue tauros
(Cognita res vſu) de putri viſcere paſſim
Florilega naſcuntur Apes, qua morte parentum
Rura colunt, operiq; fauent; in ſpemq; laborant.

b Lib. An animal id ſit quod in vtero continetur.

Cur vero ex bobus putrefactis generentur Apes, occulta ratio eſt vel b Galeno teſtante his verbis: Si quiſpiam v. à nobis rationes
,, quærat, eamq; omnia à ſe ipſa doctam ex ſeſeq; diſcentem agere
,, ſciat. Neq; n. quo pacto vermes in plantis gignũtur, aut ex equis
,, bobuſq; Veſpæ, atq; Apes, facile nos dicere licet, verum à natura
,, ſimpliciter fiunt, nam neq; aues docet volare quiſpiam, neq; nos
,, intelligere, audire, videreq;. Sed antequam miræ huic generationi finem imponam, duo prius mihi minime tacenda ſunt, quod in re alioqui per ſe admiranda, aliud adhuc miraculum afferant. Quorum primum huius generationis cognitione detegitur. Eſt autem hoc, quod refert * Plutarchus de iis, qui Cleomenis corpus in crucem actum cuſtodiebant: Hos, ait, iuſtæ magnitudinis ſerpentem vidiſſe, qui caput eius circumplicaret, faciemq; operiret. Idq; ſuperſtitionem Ptolomæo inieciſſe, φ vir Diis charus, & præſtantioris humana naturæ interfectus videbatur, tantiſper dum eum errorem doctiores minuetunt, docentes, inquit, putrefacto bouis cadauere Apes, equi Veſpas, aſini Scarabeos generari: in humano autem corpore confluente ſanie, quæ eſt circa medullam, & in vnum coaleſcente, angues naſci; id quod intelligentes antiqui ex omnibus animantibus draconem poriſſimum heroi conſecrarunt. Alterum eſt, quod in Fucis ſeſe obſeruaſſe ſcribit c Bernardin Gomeſius Miedis Saguntinus his verbis: Verumtamen, quoniam ſalſum pulchro conſonat, haud inſulſe profecto me facturum putẽ, ſi hæc inter ſalſa, perpulchra quædam, ſatiſq; ſcitu digna permiſcam, de excellenti origine, primigenioq; ortu Apũ, quem à mortuo atq; putreſcenti boue duci poſſe, Maro, & Plinius confirmant. Quæ plane ſtupendo quodam naturæ miraculo in ipſiſmet Fucis nuper vera eſſe deprehendi. Idque Sagunti, dum ibidem animi recreandi gratia inter Apum aluearia verſaret, ac ſummopere mirarer inter ſingularia earum opera, in primis Fucorum obſequium, & benignitatem, cum in ipſis incluſum Apum ſeminarium; quod vnum me quidem in magnam admirationem traduxit. Referam n. rem nouam, inaudiram, neq; viſam hactenus, neq; ab vllo ſcriptore, quod ſciam, memoriæ proditam. Nam cum interim captus à me Fucus, digitis arq; vngue medius premeretur, ſi forte aliquid vice aculei emitteret: ecce ruptis viſceribus, atq; poſterioris partis pellicula, album, ſeu croceum caput bouis, expanſis & tortuoſis cornibus, roſtroq; adunco, affabre formatum derepente emerſit. Quam rem ſumme qui aderant, admirantes, atque id circo id ipſum denuo experiri efflagitantes, aliis ſubinde quinq; Fucis à me, vt antea preſſis, totidem ſimiliter boum capita eruperunt. Natura quidem (cui merito ſumma ineſt cura Apum) in hoc portento, ſeminalem ipſarum rationem, atq; vnde tandem amiſſæ inſtaurandæ ſint, per Fucos mire oſtendente. Addo ego poſtremum ex d Io. Baptiſt. Porta, Naturam cum Apum geuerationem cum ex ſeipſis, tum etiam ex bobus putrefactis feciſſet fœcundiſſimam, herbas quoq;, quæ illas floribus exprimunt, vt cynoſorchidis aliquot ſpecies, ad fœcunditatem plurimum valere voluiſſe: quare & radices harum herbarum fecit ſpecie teſticulorum, à quibus Orchides appellari meruerunt.

* In Cleomene.

Serpens caput Cleomenis circũplicans.

Draconis in Homine generatio.

c Lib. 1. de Sale.

Bouis caput in Fuco.

Natura quantam Apum curam gerat.

d L.4. Phytog.c.3.

Orchidũ vis ad fœcunditatem.

QVI PRIMVM APVM CVRAM habuerint.

A Lexander e ab Alexandro ſcribit mellis inuentionem à veteſtate Saturno tribui, ideoq; in eius ſacrificiis Sacerdotes ficulneis frondibus ornatos fuiſſe, & placentas muſſitaſſe: ſed f Ouid. hoc inuentum Baccho aſcribit, inquiens:

e L.2.c.12. Saturni Sacerdotes cur placẽtas muſſitarent.

Liba Deo faciunt, ſuccu quia dulcibus idem
Gaudet, & à Baccho mella reperta ferunt.

f Lib.3 Faſtorum.

Gelliusapud Plinium lib 7.c.56. Soli Oceani filio mellis inuentionem aſſignat. Mellis quoq; vſum inueniſſe Græci produnt nympharum vnam nomine Meliſſam (cuius inter æquiuoca quoque mentio facta eſt) propagata inde Apibus nomenclatura. Geſtum id in Peloponeſo volunt. Meminit idem g Alexander his verbis: In Peleponneſo autem Meliſſa nympha, quæ vſum mellis gentib. dedit, in omni præfatione ſacrorum, ptincipium precationis fecit. Quam quidem precationem plerunque ter repetebant, ſicut libationem. Hanc nympham fingunt vna cũ Amalthea ſorore Iouem infantem melle nutriuiſſe, vt h Lactantius Firmianus quoque meminit, vnde Iuppiter Meliſſæus appellatur. i Iuſtinus vero vſum mellis colligendi Gargori regi Curetum attribuit, qui in Hiſpania ſaltus Carthefiorum incoluit. Sunt qui Hebræis potius hoc inuentum aſſignauerint; quoniam hi, teſte Ioſepho, & mortalium omnium primi paſtores fuerunt, & apud eos multo ante Ariſtæum, qui & ipſe id inueniſſe dicitur, maxime

g L.4.c.17. Precationis principium Meliſſa.

h L.1.c.22. Iuppiter Meliſſæus cur dictus.

i Lib.24. Hebræi mellis inuentores.

quomodo

quomodo ex boue reparentur, mellis vsus fuerat. Plurimi nihilominus Aristæum celebrant, atque inter alios *k* Oppianus de eo dicebat:

Primus Apes ex arboribus semouit, & arctis
Includens cellis, aluearia Dædala finxit.

k Lib. 4.

OPTIMI MELLARII SIVE APIARII OFFICIVM

QVI Apum cutam gerit, atque pascit, & suo tempore earum alueos castrat, Latini Apiarium, mellarium, & pastorem, itē custodem, seruatorem, curatoremque Apum dicunt, Græci μελισσόκομον & μελίτεργον. Dicitur & μελίσσοος πὰν Epigrammatibus item μελισσοῦς, & μελισσοτρόφος: necnon σμηνοκόμος, qui examinum curam gerit, vt μελιτοῦδης. qui ad Apes accedit, & σμηνοδόχος, qui examina excipit. Mellarii autem officia recensens M. *a* Varro quatuor tantum meminit, primo. vt verno tempore ter in mense inspiciat, fumigans leuiter eas, & à spurcitiis aluum purget, & Vermiculos, si qui sint, eiiciat; secundo, vt animaduertat, ne Reguli plures existant: inutiles enim, inquit, fiunt propter seditiones; tertio, sanitatis signa obseruet, quæ mox enumerabimus; quarto, vt si tranferendæ sint alui in alium locum, id diligenter faciat, & tempora quibus id potissimum faciat, animaduertat, & loca, quo transferat, idonea prouideat. Plura documenta siue præcepta memoriæ prodidit exercitatissimus in re rustica Iunius Columella, quibus non nihil neoterici etiam addidere. nos ex iis omnia hoc ordine referemus, primo docenres, quales esse debeant aluei, & vnde constare: & quid circa eosdem obseruandū perito sit mellario: quo loco dein sint collocandi, & quid circa locum procurandum, itē quæ loca fugienda: Apes quæ, & quando, & vbi emendæ: vt sanæ ab ægre hebentibus dignoscantur: vt si ægras esse contingat, ad sanitatem reducantur: quid circa Apū examina obseruandum; vt pascendæ: quæ stirpes prosint, item quæ obsint: quibusque gaudeant. Deinde quid singulo anni mense mellarius siue apiarus facere debeat: & cum propter tempestatem exire non possunt: item vt pauciras earum emendetur: vt pugnantes inter se cohibeantur: præterea alia quædam addam, quæ & ipsa peritum mellarium latere non debent. Alturus Apes vascula siue domicilia, in quibus Apes habitent, habere in primis debet, quæ à scriptoribus rei rusticæ Latinis aluei, alui & aluearia promiscue appellantur, Græcis σιμβλοὶ, σιμβλαὶ, & σιμβλά itē μελίσσια. Aristoteli etiam σμῆνοι, apud *b* Dioscoridem σμήνια: appellantur & κυψέλα & κυψέλαι in fœminino, vt Tzetzę dum ait.

a Lib. 3. cap. 16. Mellarij officium secundum Varronem.

Aluearioru synonyma.

b Li. 8. Chilad. 178.

Καὶ τὸ ἀγγεῖα λέγου τῶν μελισσῶν κυψέλας,
Καὶ κύψελα δὲ πόλις περ δὸ πν κυψέλας,
Ἡ τῶν κυψέλας μελισσῶν εἶναι πολλὰς ὀκεῖσι.

Cypsela quid, & vnde dicta.

Et vasa dicuntur Apum cypsela,
Et Cypsela autem vrbs, à quodam Cypsela,
Vel eo quod cypsela Apum sunt multæ illic.

Foramina introitusque Citari vocantur, aut faui secundum Iulium Pollucem, fistula σύριγξ. Cogitur autem mellarius omnino alueos habere, quia alioqui Apes ipsæ sibi, vel lapides vel arbores cauas eligunt, in ijs mellificant, vt ante alueorum inuentionem facere solebant. In Arborum cauis habitare meminit inter alios Hesiodus dum canit:

Cur aluearia necessaria.

———Ὄρνεσι δὲ δρύς
Ἄκρῃ μὲν τε φέρει βαλάνους, μέσῃ δὲ μελίσσας.

Hoc est.

In Montibus autem quercus
Summa quidem fert glandes, media vero Apes.

In lapidibus habitare etiam ait Statius:

Sic vbi pumico pastor rapturus ab antro
Armatas exegit Apes

Meminere & alii plærique. Visæ sunt & sub terra fauos posuisse, vnde dicebat Virgilius:

Sæpe etiam effossis (vera est fama) latebris
Sub terra fodere larem, penitusq; reperta
Pumicibusq; cauis, exesæq; arboris antro.

Nimirum ex Phocilide apud quem hoc legimus:

Κάμνει δ' ἠερόφοιτος δρυσπόνος τε μέλισσα
Ἠὲ πέτρης χείλης κατὰ γηραμόν, ἢ δονάκεσσιν,
Ἠδρυὸς ἀγχύχης κατὰ κηλάδος ἔνδοθι σίκοιλον
Σμήνεσι μυρεότητα κατ' ἀῶρα κηροδομοῦσα.
Operatur quoque aeria, optimeq; laborans Apis
Siue in cauæ petræ specu, siue in arundinibus,
Siue etiam in antiquæ quercus cauitate, inter aluearia
In aluearibus infinitas ex floribus domos cereas extruens.

Aluearia qualia esse debeant, & eorum diuersitas.

Sed vt ad alueos reuertamur, de quibus primum sibi prouidere debet bonus Apiarius, hi diuersis conficiuntur modis, nimirum pro regionum locorumq; consuetudine, & oportunitate. Callere tamen debet, quales commodiores Apibusque conuenientiores, & ad mel colligendum aptiores sint: alii enim rotundos faciunt, alij quadratos, alij oblongos pedes circiter ternos, latos vnum: alij aliter Sed vt exigui nimis reiiciuntur, ita quoque nimis magni minime probantur, quia videlicet Apes in loco vasto, & inani animum despondent. Florentinus præcipit, vt latitudo cubitalis sit, longitudo duorum cubitorum. *c* Petrus Crescentiensis à perito mellario didicit quadratos rotūdis longe præferri. Bonitas eorundem etiam ex materia, qua fiunt, dependet *d* Columella ex corticibus suberis, si regio in qua mellarius habitat, eius arboris sit ferax, haud dubitanter vtilissimos fieri ait, quia nec hyeme rigent, nec candent æstate; secundum laudat ferulas quod iis quoque, cum sint naturæ corticis similes, commode vasa texantur. Sed si neutrum adest opere textorio salicibus, inquit conectuntur: vel si nec hæc suppetent, ligno cauatæ arboris, aut in tabulas dissectæ fabricari iubet. Deterrimam esse conditionem fictilium, quia & accendantur æstatis vaporibus, & gelentur hyemis frigoribus. *e* Florentinus apud Constantinum Cæsarem aluearia optima esse ait ex tabulis oxeinis, aut ficulneis, similiter ex pineis, aut fagineis: Fagineorum quoque meminit *f* Claudianus, cum canit:

t Lib. 9. cap. 105.

Lib. 9. c. 6.

Cur ex corticibus suberis laudentur.

Cur fictilia reiiciantur.

e Li. 15. c. 12.

f Lib. 1. de rapt. Proserpinæ.

———*Fagiq; cauo demissus ab aluo*
Mellifer electis exercitus obstrepit hortis

Idem Ilicem etiam plenam fauis paulo ante dixerat, ac si & huius arboris tabulæ Apibus promouendis sint vtiliores, quam aliq; quodque mihi Virgilius innuere videtur, hisce verbis:

Nec non torrentem nudam lenis [illegible] alnus
Missa Pado: nec non & Apes examina condunt,
Corticibusq; cauis, vitiosæq; ilicis alto.

Annotat etiam ex viminibus fieri & corticibus.

Ipsa autem seu corticibus mihi [illegible],
Seu lento fuerint aluearia vimine texta.

Vimineorum quoque meminit *g* Ouidius:

g Lib. 1. de vene. Amo.

Quid cum suppositos fingunt examina fumos
Vt releuent dempti vimina curua fauos.

Reliqua modo aluearum genera duo esse existimauit *h* Columella, vt vel ex fimo fingantur, vel lateribus extruantur: quorum, inquit, alterum iure damnauit Ceisus, quoniam maxime est ignibus obnoxium: alterum probauit, quamuis incommodum eius præcipuum non dissimulauerit, quod si res postulet, transferri non possit Itaque non assentitur ei, qui putat nihilominus eius generis habendos esse aluos: neque enim id solum repugnat rationibus domini, quod immobiles sint, cum vendere, aut alios agros instruere velit (hoc enim commodum pertinet ad vtilitatem solius patrisfamilias) sed quod ipsarum Apium causa fieri debet; cum aut morbo, aut sterilitate, aut penuria locorum vexatas conueniat in aliam regionem mitti, nec propter prædictam causam moueri poterunt, hoc maxime vitandum est. Itaque quamuis doctissimi viri autoritatem reuerebar, inquit idem Columella, tamen ambitione submota, quid ipse cēnserem, non omisi. Nam quod maxime mouet Celsum, ne sint stabula vel ligni, vel furibus obnoxia, potest vitari opere lateritio circumstructis aluis, & impediatur rapina prædonis, & contra flammarum violentiam protegantur: easdemque cum fuerint mouendæ, resolutis structuræ compagibus, licebit transferre. *i* Plinius quoque optima ait esse aluearia è cortice, secunda ferula, tertia vimine. Circumlini alueos fimo bubulo vtilissimum, operculum à tergo esse ambulatorium, vt proferatur intus, si magnus sit alueus, aut sterilis operatio, ne desperatione curam abiiciant: id paulatim reduci fallente operis incremento Aluēaria hyeme stramento operiri, crebro suffiri, maxime fimo bubulo. Sic ille. In agro nostro ex quibuslibet tabulis fiunt, vnde forte non propagantur feliciter: nam id ego ipse, cum Apes speculandi earum laborum causa emissem, obseruaui. Cum enim primo feliciter satis egissent, post trienniū tamen araneas passæ interierunt. Hollandi & forrassis cæteri Belgæ alueos subs ex stramine conficiunt, rotundos, supra vbi regis sedes est angustos, dein paulo semper latiores donec in fundo ad pedis fere latitudinem extendantur: aiunt que felicissimos iu ijs Apes prouentus facere Plinius autor est aliquos speculari lapide facere aluearia vt opetantes intro speculentur. *k* Tradit etiam quomodo intus incubent, spectatum Romæ Consularis cuiusdam suburbano alueis cornu laterhæ translucido factis Iubet porro Florentinus referente *l* Constantino Cæsare vasa hæc, vt forinsecus calce, aut bubuli stercoris tectorio oblinantur: sic enim minus, inquit, putrescent. Vult etiam perforari, quo venti leniter inspirantes tum Aranearum telas, tum alia marcescentia reficcent, & perfrigerent. Crescentiensis loco paulo ante citato autoritate exercitati mellarij melius esse iudicat, vt iaceant anterius parum decliuia, quam erecta, quo commode possint acies: (vtor interim eius verbis) vna super alteram collocari, vultq; vt fundus eorum ita sit dispositus, vt inde facile dimoueri queant, & mella commodius extrahi: item vt foramina, per quæ egrediuntur, & ingrediuntur Apes, sint in anteriori parte alueis bina, in posteriori vnum tantum, idque prope fundum: quod sane postremum præceptum vllibi obseruari nondum noui: qui volet, experiatur. Dicebat idem ille mellarius sese didicisse longo vsu, quod melius, & diligentius operentur in obscuro intus alueo, ideoque foramina debere esse minora, & rimulas omnes optime obturatas: nam alias ipsæmet Apes, cum plus æquo magna sunt ea foramina, cera ea obturant, vno tantum modo relicto, quod sibi magnitudine æquale sit. Præterea ex recentioribus Augustinus cognomento Gallus, qui de agricultura Italico sermone non illepidum opus condidit, probat vt alucaria omnia non sint eiusdem magnitudinis, quia, inquit, maius requirit alueare examen numerosum, & magnum, quam mediocre & mediocre maius, quam exiguum; item quemadmodum examen paruum in vasto aliquo alueari male operatur, animum scil. despondens, ita quoq; quod numerosius, & magnum in paruo operari rite non potest Vultq; vt maximum alueare non excedat lōgitudinem vnciarum viginti duarum, & minora sexdecim saltem vncias expleant; latæque vero sint singulæ tabulæ vncias quinque. Fiunt autem vulgo ex quatuor tabulis simul coniunctis alia quæ pro tegmine est. Sunt

Aluearia qualia esse debeant, & eorum diuersitas.

Aluearia cur obturanda.

Cur non eiusdē debeant esse magnitudinis.

Magnitudo qualis esse debeat.

d Lib. 9. c. 6.

i Li. 11. c. 13.

k Lib. 11. cap. 16.

l Lib. 15. cap. 2.

qui, & aliam pro fundo adiungat: quod plurimum laudo: quia Lacertæ, & ſimilia Apes alioqui vexantia animalia facilius arcentur. Laudat Auguſtinus, vt ita coniungantur tabulæ, vt quæ à lateribus ſunt illæſis aliis duabus, cum opus eſt vel opus earum inſpicere, vel purgare, vel caſtrare, ſeparari poſſint. Hetruſcorum præterea alueos laudat, quod Apes in iis non infeſtentur à noxiis animantibus, & quia neque à Solis ardoribus, neque hyemis frigoribus lædautur. Atque eſſe ſimiles quadratæ pyxidi, viginti vncias vix ſuperare longitudine, nec eſſe latiores octo tegmine ita poſito, vt tabulam priorem non contingat, ſed Apes egredientes, & ingredientes admittat, & cooperiat, nec aliud foramẽ habere. Cum itaque optimas ſibi aluos fecerit Apiarius, eaſam aliquam in qua poni debeant, eligat aptam; Græci μελιττῶνας & μελιτροφεῖον vocant: quidam, teſte *m* Varrone mellarium, item Apiarium, vt Gellius annotauit: quod quale eſſe debeat, & vbi collocandum, *n* Vatro ſic ſcribit: Primum ſecundum villam, potiſſimum vbi non reſonent imagines: hic enim ſonus, harum fugæ cauſa exiſtimatur eſſe. Procerum eſſe oportet aere temperato, neque æſtate feruido, neque hyeme non aprico, vt ſpectet potiſſimum ad hybernos ortus: quæ propè ſe loca habeat, ea vbi pabulum ſit frequens, & aqua pura. *o* Plinius quoque hortis coronamentisque maxime aluearia, & Apes conuenire ait. Atque Virgilius Echus reſonantiam damnat; & vicinos terros odores, dum canit:

——Alta ne crede paludi
Aut vbi odor cœni grauis, aut vbi concauа pulſu,
Saxa ſonant, vocisq; offenſa reſultat imago.

Gaudent enim maxime quiete, & hominum conſpectum ægte ferunt. Florentinus ante alueos murum circumſtui ex raris lapidibus iubet, quo ipſæ per cauernas iuuolantes, tum aues inſidiantes, tum rorem effugere poſſiut Sed non vbique æque apte mellaria extruuntur, quod innuens Ariſtoteles locum æſtate vetat eſſe feruidum, contra hyeme vult eſſe tepidum. Florentinus, *p* locus, inquit, in quo Apes futuræ ſunt ad hybernum, aut vernum ſolis exortum conuerſus eſſe debet: quo & hyeme, & æſtate calefiant, & auræ inſpirantes ipſas recreent. Item *q* Plinius, aluearia iubet, vt Orientem æquinoctialem ſpectent, Aquilonemque euitent, nec minus Fauonium. Sed de ſedibus Apum eligendis ea nobis ſufficere debeant, quæ memoriæ prodidit diligentiſſimus *r* Columella his verbis: Sedes Apibus collocanda eſt contra brumalem meridiem procul à tumultu, & cætu hominum, ac pecudum, nec calido loco, nec frigido, nam vtraque re infeſtantur. Hęc autem ſit ima parte vallis, & vt vacuæ cum prodeunt, pabulatum Apes facilius editioribus aduolent, & collectis vtenſilibus, cum onere per procliuia non ægte deuolent. Si villæ ſitus ita competit, non eſt dubitandum, quin ædificio iunctum Apiarium maceria circumdemus, ſed in ea parte, quæ tetris latrinæ, ſterquiliuiique, & balinei libera eſt odoribus. Verum ſi poſitio repugnabit, nec maxima tamen incommoda congruent, ſic quoque magis expedit, & ſub oculis domini eſſe apiarium: ſi n autem cuncta fuerint inimica, certe vicina vallis occupetur, quo ſæpius deſcendere non ſit graue poſſidenti. Nam res iſta maximam fidem deſiderat, quæ quoniam rariſſima eſt, interuentu domini tutius cuſtoditur: neque ea curatorem fraudulentum tantum, ſed etiam immundæ ſegnitiæ, peroſa eſt: æque enim dedignatur, ſi minus pure habita eſt, ac ſi tractetur fraudulenter. Sed vbicunque fuerint alucaria, non editiſſimo clauduntur muro, qui ſi metu prædonum ſublimior placuerit, tribus clatis ab humo pedibus, exiguis in ordinem feneſtellis Apibus ſit peruius: iũgaturq; tugurium, quo & cuſtodes habitent, & condatur inſtrumentum: ſitque maxime repletum præparatis alueis ad vſum nouorum examinum, nec minus herbis ſalutaribus, & ſi qua ſunt alia quæ languentibus adhibentur.

Palmaq; veſtibulum, aut ingens oleaſter obumbret,
Et cum prima noui ducent examina reges,
Vere ſuo, ludetq; fauis emiſſa iuuentus,
Vicina inuitet decedere ripa calori.
Obuiaq; hoſpitijs teneat frondentibus arbos.

Tum perennis aqua, ſi eſt facultas, induceatur, vel extructo caduali manu detur, ſine qua neque faui, neque mella, nec pulli denique figurari queunt. Siue igitur, vt dixi, præterfluens vnda vel putealis, canalibus immiſſa fuerit; virgis ac lapidibus aggeretur Apum cauſa,

Pontibus vt crebris poſſint conſiſtere, & alas
Pandere ad æſtiuum Solem, ſi forte morantes
Sperſerit, aut prærens Neptuno immerſerit Eurus.

Hucuſque Columella. Inſuper hoc quoque experimento compertum eſt, in locis montanis, maritimis tamen propter ſolitos maris halitus, & floſculorum copiam, Apes vſque adeo propagari, vt vaga illarum examina arborum corticibus inſidentia, obiectis alueatibus facile capiantur, modo ipſa alueatia ſale muriaue illita fuerint: tantus illis propagandi appetitus ineſt, quem vi ſalis multo vberius expleri præſentiunt. Cum vero in locis maritimis ventorum frequentior ſoleat eſſe ſpiratio, itaque ita collocandi ſunt alueis, vt minus ab iis infeſtentur, quod quoque in aliis ſemper locis obſeruandum eſt, item ne noxia accedant animantia, qualia ſunt rubetæ, quæ ſimul, & flatu lædunt, & Apes attrahunt, adde Picos, Meropesque & Hirundines, Araneas, Crabrones, Papiliones, Blattas, ſerpentes, lacertas, aliaque quam plurima. Vnde dicebat Virgilius.

Quo neq; ſit ventis aditus, nam pabula venti
Ferre domum prohibent, nec cues, badiq; petulci
Floribus inſultent, aut errans bubula campo
Excutiant rorem, & ſurgentes atterat herbas.
Abſint & picti ſqualentia terga lacerti
Pinguibus à ſtabulis, Meropeſq; aliaq; volucris
Et manibus Progne pectus ſignata cruentum,
Omnia nam late vaſtant, ipſaſq; volantes
Ore ferunt dulcem nidis immitibus eſcam.

Et rurſus poſt:

——Nam ſæpe fauos ignotus adedit
Stellio, & lucifugis congeſta cubilia Blattis,
Immanisq; ſedens aliena ad pabula Fucus,
Aut aſper Crabro imparibus ſe immiſcuit armis,
Aut durum Tinea genus, aut inuiſa Minerua
In foribus laxos ſuſpendit Aranea caſſes.

Quod ſi modo Apiario alius non ſit locus, cogaturque Apiarium habere, vbi huiuſmodi animalculorum copia eſt, ad profligenda iſtæc animum applicare debet. *s* Ælianus, conycæ ſuſtimento, aut viridi papauere ante alueos poſito ſtratoue peritos Apiarios depellere ſcribit: Veſpaſque priuatim hoc modo comprehendere: Ante earum nidos, inquit, naſſam, in qua prius paruulam Mœuam, aut exiguam membradem cum Iope vel Chalcide imponi conuenit, appendunt: eę vero ſua natura edaci eſca illectæ, frequentes in naſſam incidunt, quibus naſſa comprehenſis, non amplius regredi licet. Intereunt autem facilius ſi cõſpergantur aqua, aut igni cremẽtur. Lacertæ item inſidias in Apes faciunt, ac terreni Crocodili; peſtem periuitemq; illis inſtruunt farina cum veratro ſubacta, aut tithymali liquore, maluæq; ſucco luffuſa, & ante alueos diſperſa, guſtantib. illis modo commemoratis pernitiem adfert. Sic ille. *t* Ariſtoteles, cũ & ipſe Veſpas ab auiculis, quas Paros vocant, atq; etiam Hirundine & Merope, tũ vero ranis ſolitariis, vbi ad aquas acceſſerint, impugnari dixiſſet, Veſpas apiarios venari ſcribit, conſtituta olla, & carne in ea poſita; vbi enim, inquit, multęiã ad catnẽ acceſſerint, appoſito operculo ſuper ollam ponunt. Abſint præterea ab Apiario oues Etenim difficile ſe à lanis earum Apes explicãt. Abſint & Muliones dicti in Culicũ genere & Papiliones ignani luminib. accenſis aduolantes, peſtiferi non vno modo: nã & ceras erodunt, & relinquunt excremẽta, quib. Teredines gignuntur. Naſcuntur & in ligno Teredines, quæ ceras præcipue appetũt. *u* Ariſtoteles quoque quaſdam beſtiolas, ait innaſci, quæ fauis officiãt: vermiculum item ſpecie aranei, nocere fauis, quem alii Clerũ, alii Pyrauſtam vocant. Hic ſibi, inquit, ſimilem forma aranei parit in fauo, & facit vt examen ægrotet. Obeſt etiam alia quædã beſtiola ſimilis Sepiolo Papilioni, qui lucernarum luminib aduolat. Hæc puluerem ſpirando in alueo parit, nec aculeo ab Apibus ſtimulatur ſed tantum fumo abigitur. Sic ille. Aranei vero omnium maxime hoſtiles ſunt, nam cum præualuere alueos enecant, & filis ſuis, quacunq; inceſſerint, alarũ Apum lanugines obtexunt. Quarum omnium peſtium non tantum *x* Plinius meminit, ſed quo modo abigantur, etiã docet his verbis. Cognatum eſt Apibus fimum bubulũ, innaſcẽtes beſtiolas necat, Araneos Papiliones, Teredines, Apeſque ipſas excitat. Et Araneorum quidem exitium facilius eſt: Papilionũ maior peſtis. Tollitur vero cũ maturescit malua noctu, interlunio, cælo ſereno, accenſis lucernis ante alueos. In eam flãmam ſeſe ingerunt. Idem Columella ſcripſit, vt infra patebit. In vaſtis Sarmatiæ ſyluis, vbi in cauernis abietum ſedes habeut, Vrſi mellis cupiditatem in ſubrectum felium more aſcendunt, domicilia Apum inuadẽtes Aduerſus hoc apiarii malleũ ingente grauiq; pondere ſuſpendunt ante Apũ veſtibula, Vrſus malleum amoturus, quo maiore impetu malleum tepellit, hoc vehementius in reijcientẽ recidit, eoq; remedio tuẽtur Apes Abſint lõge etiã herbæ nocẽtes, vt tithymalus, veratrũ, thapſia, abſynthiũ, & cucumis ſylueſtris; nã mel vitioſum ex his conficiũt. Maximuſq; earũ annuus labor eſt initio Veris, quo tithymali flores, & quo ſamerã vlmi promunt. Nam ſicut bouis pomis, ita his primitiuis floribus illectæ auide veſcuntur poſt hybernam inediam, uihil alioqui citra ſatietatẽ tali nocẽte cibo, quo cũ ſe repleuerint, profluuio alui, niſi celeriter ſuccurrarur, intereũt. Soluit aũt tithymalus, etiã aliorũ animaliũ ventrẽ. Vlmus aũt peculiariter Apum aluum citãreddit. Quare in iis regionib., in quib. eius generis arbores crebræ ſuut, Apes raro durant. Oliuę florem ab Apibus non attingi teſtatur *y* Plinius, ideoq; conſtare hanc arborẽ cum procul abſit, melius eſſe. Cornũ item arborẽ cauere iubet, quoniam flore eius deguſtato, aluo concitata moriuntur Taxi eſum quoq; Apibus pernitiem adferre per omnes ſcriptores conſtat, melq; ex ea arbore noxium, atq; inſaluberrimum, & venenoſum conficere. Vnde dicebat * Scaliger:

Apumq; nulla dulcibus laboribus
Venena luctuoſa taxus ingeret.

Hiſce igitur omnibus nocentibus, & animantibus, & ſtirpibus, vel præuertendis, vel amoliendis inuigilabit diligens Apiũ cuſtos, vt herbæ, inquam, ac frutices propinquæ, quibus offenduntur, euellantur & extirpentur, animalia inimica procul arceantur. Eę vero res, quib delectantur, & conſeruantur, adhibendæ, cũ plantas aliquas, vt Plinij verbis vtar, quã proxime ſeri conueniat, quæ & euolantium examina inuitẽt, nec longius abire patiantur. In ambitu itaq; hoſpitii arbuſculæ parui incremẽti, & frutices herbęq; conſerentur, cum propter ſalubritatem, tum propter vtilitatem, maxime dulcis, & ſuauis odoris. Quarum ergo cauſa *z* Plinius ſeri vult, thymum, apiaſtrum, roſam violas, lilium, cythiſum, fabam

Aluearia Hetruſcorum.

m *Lib 3. cap.16.*
n *L.2. c.30.* Mellarium vbi ponendũ, & quale eſſe debeat.
o *Li.21. cap.12.*

Apes ſegnes & fures odeũt.

Aquę prope mellariũ neceſſitas.

Apes maritima loca amant.

Ventus Apib. nocet.

Animalia Apibus noxia.

p *Li.9.c.40.* Mellariorũ aptus locus
q *Li. 11. cap.9.*
r *Li, 9. c.5.*

Animalia Apibus noxia ut occidantur.
s *Li.1. c. 58.* Veſpæ vt prehendantur.
t *Li. 9. Hiſt. cap. 40.*
Oues Apibus noxię.
Muliones.
Papiliones
Teredines.
u *Li.8. Hiſt. cap.27.*
Aranea.
x *Lib.21. cap.14.*
Vrſi mellis diripiãt.
Herbæ noxiæ.
Tithymal' & Samera vt Apibus noceant.
Oliuæ flos
y *Li. 31. cap.10.*
Cornus.
Taxus.
* *In Archilocho.*
Plantę quę prope alueos ſerendæ.
z *Lib. 21. cap.12.*

bam, eruilam, cuniculam, papauet, conyzam, casiam, melilotum, melissophyllum, cerinthen. Virgilius:

Hæ circumcasia virides, & olentia late
Serpylla, & grauiter spirantis copia tymbræ
Floreat: irriguumq; bibant violaria fontem.

a *L.3.c.16.* Atque hoc est, quod dixerat *a* Varro loquens de Apiarii situ, propè se loca habeat, vbi pabulum sit frequens, & aqua pura. Si pabulum ,, naturale non est, ea oportet dominum serere, quæ maxime se- ,, quuntur Apes. Ea sunt rosa, serpyllum, apiastrum, papauer, faba, ,, lens, pisum, ocymum, cyperum, medica: & maxime cythisum, ,, quod valentibus vtilissimum est. Etenim ab æquinoctio verno ,, florere incipit, & permanet ad alterum æquinoctium autumni. ,, Sed vt hoc aptissimum ad sanitatem Apium, sic ad mellificium ,, thymum. Propter hoc Siculum mel fert palmam, quod ibi thy- ,, mum bonum, & frequens est. Itaque quidam thymum. contun- ,, dunt in pila, & diluunt in aqua tepida: eo conspergunt omnia ,, seminaria consita Apium causa. Quod ad locum pertinet, hoc ,, genus potissimum eligendum iuxta villam, non quod non in ,, villæ porticu quoque quidam (quo tutius essent) aluearia col- b *L.9.c.5.* ,, locarint. *b* Columella vero paulo aliter hæc repetit. Conseri de- ,, inde, inquit, circa totum apiarium debent arbusculę incremen- ,, ti parui, maximeque propter salubritatem Nam sunt etiam re- ,, medio languentibus cythisi, tum deinde casię, atque pini, & ros- marinus, quin etiam cunilæ, & thymi frutices: itemque violarum, ,, & quæcunque vtilitet deponi patitur qualitas terræ. Grauis & tetri odoris non solum virentia, sed & quælibet res prohibeantur, sicuti cancri nidor cum est ignibus adustus, aut odor palustris cœ- ni, nec minus vitentur cauæ rupes, aut valles argutæ, quas Græci ἤχους vocant Sedea de re iam dictum est. Commendantur mirum in modum prope apiarium arbores fructiferæ, vt poma, pyra, pru- na, cerasa amygdala, mala Persica, Armeniacaque, & similes aliæ, item spini pruna ferentes, vua crispina, lentiscus, terebinthus, id- que genus humiles aliæ, quibus exeuntes cum adhuc tenellæ sunt c *cap.4.* Apes aduolare queant, atque insistentes sese reficere. Idem *c* Co- lumella iam ante scripserat quales pastiones, & qui situs earum esse debeat, quæ nos postea adferemus, vbi quid obseruandum emptis iam Apibus sit, disseremus; nunc vero, vt ad locum apiarii aptum reuertamur, quemadmodum scilicet aluei collocandi sint d *cap.7.* paulo altius ex eodem *d* Columella repetemus, vt clarius pateat, ea quæ diximus, tam perito Geoponico non repugnare. Sed quo- ,, niam, inquit hic, plerisque videtur istud operosum (scilicet al- ,, ueos transferre alio) qualiacunque vasa placuerint collocari, ,, debebit suggestus lapideus extendi per totum apiarium in tres ,, pedes altitudinis, totidemque crassitudinis, isque sic extructus, ,, diligenter opere tectorio leuigari ita ne ascensus lacertis, aut ,, anguibus aliisve noxiis animalibus præbeatur, superponuntur ,, deinde, siue (vt Celso placet) lateribus facta domicilia, siue (vt ,, nobis) aluearia, præterquam à tergo circumstructa, seu quod ,, pene omnium in vsu est, qui modo diligenter ista curant, per ,, ordinem vasa disposita ligantur, vel laterculis, vel cæmentis, ita ,, vt singula binis parietibus angustis contineantur, liberæque ,, frontes vtrinque sint Nam & qua procedunt, nonnunquam pa- tefaciendæ sunt, & multo magis à tergo, quia subinde curantur ,, examina. Sin autem nulli parietes alueis interuenient, sic tamen ,, collocandæ erunt, vt paululũ altera ab altera distet, ne cum in- ,, spiciuntur ea, quæ in curatione tractantur, hærentem sibi alte- ,, ram concutiat, vicinasque Apes conterat, quæ omnem n tum ,, imbecillis cereis operibus suis, tanquam ruinam timent. Ordi- ,, nes quidem vasorum superinstructos in altitudinem tres esse ,, abunde est, quoniam summum sic quoque parum commode ,, curator inspicit Ora cauearum, quæ præstent Apibus vestibu- ,, la; proniora sint, quam terga, ne influant imbres, & si forte ta- ,, men ingressi fuerint, non immorentur, sed per aditum effluant. ,, Propter quod conuenit aluearia porticibus supermuniri. Sin a- ,, liter, luto punico frondibus illitis adumbrari; quod tegmen cũ ,, frigora, & pluuias, tum æstus arcet. Nec tamen ita nocet huic ,, generi caloris æstus, vt hyems, itaque semper ædificium sit post ,, apiarium, quod aquilonis excipiat iniuriam, stabulisque præ- ,, beat teporem. Nec minus ipsa domicilia, quamuis ædificio pro- ,, tegantur, obuersæ tamen ad hybernum orientem componi de- ,, bebunt, vt apricum habeant Apes matutinum egressum, & sint ,, expetrectiores Nam frigus ignauiam creat, propter quod etiam ,, foramina, quibus exitus, aut introitus datur, angustissima esse ,, debent, vt quam minimum frigus admittant: eaque satis est ita ,, fotari, ne possint capere plus vnius Apis incrementum, sic nec ,, venenatus Stellio, nec obscœnum Scarabæi, vel Papilionis ge- ,, nus, lucifugæque Blattæ, vt ait Maro, per laxiora spatia ianuæ ,, fauos populantur: atque vtilissimum est pro frequentia domi- ,, cilii, duos vel tres aditus in eodem operculo distantes intra se ,, fieri contra fallaciam lacerti; qui velut custos vestibuli pro- deuntibus inhians Apibus affert exitum; eæque pauciores inter- eunt, cum licet vitare pestis obsidia per aliud vadentibus effugiũ. e *L.2.tit.38.* Hæc itaque *e* Columella, ex quo, vt videtur Palladius, cum me- liora, quæ sint aluearia dixisset, item quæ peiora: Sed inter ea loca, inquit, quæ munire debere præcepimus, podia ternis alta pedibus fabricentur inducta testaceo, & albario opere lævigata propter la- certarum, cæterorumque animalium noxam, quibus est moris ir- ,, repere: & supra hæc podia aluearia collocentur; ita vt non pos- ,, sint imbre penetrari, spatiolis inter se patentibus segregata. An- ,, gustus tamen aditus admittat examina propter frigoris, & ca- ,, loris iniuriam. Sane ventis frigidioris altus paries resistat, qui ,, locum possit defensis sedibus apricare. Aditus omnes Soli oppo-

Cythisi vsus necessarius.

Mel Siculum cur laudatum.

Ne influãt imbres.

Ne noxia animantia ingrediantur.

Ne frigus noceat.

A nantur hyberno, qui in vno corpore duo, vel tres esse debebunt ,, ea magnitudine, quæ Apis formam non possit excedere. Sic enim ,, noxiis animalibus ingressu resistetur angusto, vel si Apes obsidere ,, voluerint exeuntes, alio, vbi non fuerint, vtentur egressu. Mella- ,, rius itaq; eo modo, eoq; quo dictum est loco, collocatis alueari- ,, bus, Apes emat, oportet: in quibus emendis multa quoque obser- ,, uanda veniunt. Idem *f* Palladius prouidere eum monet, vt plena ,, aluearia comparentur: quam rem, inquit, vel murmuris magni- ,, tudo, vel frequentia monstrat commeantis, ac remeantis exa ,, minis, & ex vicina potius, quam ex longinqua regione; ne aeris ,, nouitate tententur. Si vero longius aduehendæ sunt, collo nocte ,, portentur, nec collocare, nec aperire aluearia, nisi vespere in- ,, stãte debemus. Speculemur deinde per triduum, nec omne ianuas ,, suas egrediatur examen. Hoc enim signo fugam meditantur assu- mere. Contra hæc, & cætera suo vnumquodq; mense reuidebim⁹. Tamen creduntur non fugere, si stercus primogeniti vituli ad li- namus oribus vasculorum. Sed hæc quoq; ex *g* Columella trau- ,, scripta sunt, qui de comparandis Apibus, ita diligentissime scri- ,, ptum reliquit. Atq; hæc, inquit, de pabulationibus, domiciliis, ,, & sedibus eligendis abunde diximus: quibus prouisis sequitur, ,, vt examina desideremus. Ea porro, vel ære parta, vel gratuita ,, contingunt. Sed quas pretio comparabimus, studiosius prædi- ,, actis comprobemus notis, & earum frequentiam prius, quam ,, mercemur apertis aluearibus consideremus: vel si non fuerit in- ,, spiciendi facultas, certe id quod contemplari licet, notabimus: ,, vt in vestibulo ianuæ complures consistant, & vehemens sonus ,, intus murmurãtium exaudiatur, atq; etiã (si omnes intra domi- ,, cilium silentes forte conquiescãt) labris foramini aditus admo- ,, ris, & inflato spiritu ex respondente earum subito fremitu pote- ,, rimus æstimare, vel multitudinem, vel paucitatem. Præcipue ,, autem custodiendum est, vt ex vicinia potius, quam ex peregri- ,, nis regionibus petantur, quoniam solent cœli nouitate lacessiri: ,, quod si non contingit, ac necesse habuerimus longinquis itine- ,, ribus aduehere, curabimus, ne salebris solicitentur, optimeque ,, noctibus collo portabuntur. Nam diebus requies danda est, & ,, infundendi sunt grati Apibus liquores, quibus intra clausum a- ,, lantur. Mox cum perlatæ domum fuerint, si dies superuenerit, ,, ne aperiri, nec collocari oportebit alueum, nisi vesperi; vt Apes ,, placide mane post totius noctis requiem egrediantur, speculari- ,, que debemus fere triduo, an vniuersæ se profundant Quod cũ ,, faciunt, fugam meditantur. Ea remedia quibus debeant iuhibe- ,, ri, mox præcipiemus At quæ dono, vel aucupio contingunt, ,, minus scrupulose probantur, quanquam nec sic quidem velim ,, nisi optimas possidere, cum & impensum, & eãdem operam cu- ,, stodis postulent bonæ, atq; improbæ, & quod maxime refert, non ,, sunt degeneres intermiscendæ, quæ infament, generosas. Nam minor fructus mellis respondet, cum seguiora interueniunt exa- mina *h* Varronis quoq; præceptum est, vt in emendo emptor vi- deat, valeant, an ægræ sint. Atq; sanitatis signa esse, si sunt frequẽ- tes in examine, & si nitidæ, & si opus, quod faciunt, est æquabile, ac leue Minus vero valentium signa esse, si sunt pilosæ, ac horridę, vt puluerulentæ, nisi officii eas vrget tempus: tum enim, inquit, propter laborem asperantur, ac macrescunt. Vult item prouiden- dum esse, ne infirmiores à valentioribus opprimantur, quoniam eo minuatur fructus. Itaque imbecilliores secretas subiicere sub ,, alterum Regem. *i* Plutarchus quoq; qui Apum, inquit, curæ at- ,, que educationis periti sunt, eum alueum maxime sanas, & seli- ,, citer agentes Apes putant habere, ad quem strepitus est tumul- ,, tusq; plurimum. Et ante omnes *k* Aristoteles; dignoscitur exa- ,, men valere, inquit, susurri frequentia, & exeundi ingrediendiq; ,, vertiginosa agitatione, tunc enim nouellæ operantur. Vt itaque susurrus, ac tumultus earum sanitatis indicium est, ita contra tri- stitia, ac silentium morbi: βλαψιγονίαν Græci dicunt; cum Apes morbo, ignauia, aut in fœcunditate fœtum non peragunt. *l* Pli- nius quoque Apes suapte natura morbos sentire dicens, indicem earum tristitiam torpentem esse asserit, & cum ante fores in tepo- rem solis promotis aliæ cibos ministrant, cum defunctas proge- runt, funerantiumque more comitantur exequias. Et ante ipsum Maro canebat:

Si verò (quoniam casus Apibus quoq; nostros
Vita tulit) tristi languebunt corpora morbo:
Quod iam non dubiis poteris cognoscere signis.
Continuo est ægris alius color: horrida vultum
Deformat macies: tum corpora luce carentum
Exportant tectis, & tristitia funera ducunt,
Aut illæ pedibus connexæ ad limina pendent,
Aut intus clausis cunctantur in adibus omnes,
Ignauæq; fame, & contracto frigore pigræ.
Tum sonus auditur grauior, tractimq; susurrant,
Frigidus vt quondam syluis imminurmurat Auster,
Vt mare sollicitum stridet refluentibus vndis,
Æstuat vt clausis rapidis fornacibus ignis.

Hoc modo laborantibus Apibus sequentibus remediis medetur, idem Poeta:

Hic iam galbaneos suadebo incendere odores,
Mellaq; arundineis inferre canalibus, vltro
Hortantem, & fessis ad pabula nota vocantem
Proderit, & tonsum galla admiscere saporem
Arentesq; rosas, aut ignipinguia multo
Defruta, vel Psithia passos de vite racemos,
Cecropiumq; thymum & graues olentia centaureas.
Est etiam flos in pratis, cui nomen amello

Quid in emendis Apibus obseruandũ.

f *L.1.tit.39.*

Vt non fugiant.

g *L.9.c.8.*

Apes quales emẽdę:

Apũ multitudo, & paucitas vnde æstimauda.

Cur in vicinis locis emendæ:

Apes emptæ quãdo aperiri debeant.

Fugæ signum.

Cur degeneres non admiscẽdę bonis.

h *L.3.c.16.*

Sanitatis signa.

i *Li. de reip. guber. præceptis.*

k *L.9.Hist. c.40.*

Blapsigonia quid.

l *L.11. c.18.*

Mortuos suos efferunt & quid significet.

Vt sanentur.

Fecere agricolæ; facilis quærentibus herbæ,
Namque vno ingentem tollit de cæspite ſyluam
Aureus ipſe ſed in foliis, quæ plurima circum
Funduntur; viola ſublucet purpura nigra
Sæpe Deum nixis ornata torquibus ara
Aſper in ore ſapor, tonſis in vallibus illum
Paſtores, & curua legunt prope flumina Mellæ.
Huius odorato radicis incoque Baccho,
Pabulaque in foribus plenæ appone caniſtris

Pediculi Apum morbus. Hebetudo. Vt fluxu laborantes ſanantur. m *L. 9. c. 13.*

Infeſtantur ouoque pediculis, quos Florentinus curari tradit ramulis mali arboris, & caprifici incenſis ac ſuffumigatis; hebetudine item videndi, quam origani foliorum ſuffitu curamus eodẽ teſte. Quod ex thymali nimia depaſtione, profluuio alui corripiantur, & ſæpe inde perire viſæ ſint, ante diximus. Itaque veris principio ſi medicos cibos præbeas, iiſdem remediis ſecundum *m* Columellam & prouideri poteſt, ne tali peſte vexentur, & cum iã laborant ſanari: nam illud, quod Hyginius maiores ſecutus autores prodidit, ipſe non expertus aſſeuerare, non audeo, volentibus tamen licebit experiri. Siquidem præcipit Apum corpora, quę cum huiuſmodi peſtis inceſſit, ſub fauis aceruatim enectæ reperiuntur, ſicco loco per hyemem repoſita circa æquinoctium vernum, cum clementia diei ſuaſerit, poſt horam tertiam in ſolem proferre, ficulneoque cinere obruere. Quo facto, affirmat intra duas horas, cũ viuido halitu caloris animatæ ſunt, reſumpto ſpiritu in præparatum vas, ſi obiiciatur, irrepere. Nos magis ne intereant, quæ deinceps dicturi ſumus, ægris examinibus exhibenda. cenſemus: nam vel grana mali punici tuſa & vino amineo conſperſa, vel vuæ paſſæ cum rore Syriaco pari menſura pinſitæ, & auſtero vino inſuccatæ dati debent, vel ſi per ſe iſta fruſtra ſunt, omnia eadem æquis ponderibus in vnum leuigata. & fictili vaſe cũ amineo vino inferuefacta, mox etiam refrigerata ligneis canalib. apponi. Nonnulli rorẽ matutinum aqua mulſa decoctum cũ gelauerit, imbricibus infuſum præbent libandum. Quidam bubulã, vel hominis vrinam (ſicut Higinius affirmat) alueis apponunt: nec non etiam ille morbus maxime eſt conſpicuus, qui horridas contractaſq; carpit, cum frequenter aliæ mortuarum corpora domicilijs ſuis efferunt; aliæ intra tecta vt in publico luctu, mœſto ſilentio torpent. Id cum accidit, arundineis infuſi canalibus offeruntur cibi maxime decocti mellis, & cũ galla, vel arida roſa detriti. Galbanum etiam, vt eius odore medicentur, incendi conuenit, paſſoq; & defruto vetere feſſas ſuſtinere. Optime facit amelli radix, cuius eſt frutex luteus, purpureus flos: ea cum vetere amineo vino decocta exprimitur, & ita liquatus eius ſuccus datur.

Vt reuiuiſcant. Quid ægris exhibendum.

Ariſtomachus, vt Apibus medetur.

Hyginius quidem in eo libro, quem de Apib. ſcripſit, Ariſtomachus inquit, hoc modo ſuccurrendum laborantib. exiſtimat. Primum, vt omnes vitioſi faui tollantur, & cibus ex integro recens ponatur, deinde vt fumigentur. Prodeſſe etiam putat Apibus vetuſtate corrupris examen nouum contribuere, quamuis periculũ ſit, ne ſeditione conſummentur, verumtamen adiecta multitudine lætaturas. Sed vt concordes maneant earum Apium, quæ ex alio domicilio tranſferuntur, quaſi peregrinæ plebis ſubmouere Reges debere: nec tamen dubium, quin frequentiſſimorum examinum faui, qui iam maturos habent pullos, tranſferri & ſubiici paucioribus debeant, vt tanquam nouæ prolis adoptione domicilia confirmentur, ſed & id cũ fiet, animaduertendum, vt eos fauos ſubiiciamus, quorum pulli iam ſedes ſuas adaperiunt, & velut opercula foraminum obductas ceras erodunt exerentes capita: nã ſi fauos immaturo fœtu tranſtulerimus, emotiuntur pulli, cũ foueri deſierint. Sæpe etiã vitio quod Græci φαγέδαιναν vocant, intereunt. Siquidem cum ſit hæc Apium conſuetudo, vt prius tantum cerarum confingant, quantum putant explere ſe poſſe, nonnunquam euenit, vt conſummatis operibus cereis examen conquirendi mellis cauſa longius euagatum ſubitis imbribus, aut turbinibus in ſyluis opprimatur, & maiorem partem plebis amittat: quod vbi factum eſt, reliqua paucitas fauis complendis non ſufficit, tunc quæ vacuæ cerarum partes computreſcunt, & vitijs paulatim ſerpentib. corrupo melle ipſæ quoq; Apes intereunt. Id ne fiat, duo populi coniungi debent, qui poſſint adhuc integras ceras explere: vel ſi non eſt facultas alterius examinis, ipſos fauos ante quam putreſcant, vacuis partib. acutiſſimo ferro liberare: nã hoc quoq; refert, ne admodum hebes ferramantũ (quia non facile penetret) vehementius impreſſum fauos ſedibus ſuis commoueat. Quod ſi factũ eſt, Apes domiciliũ derelinquunt. Eſt & illa cauſa interitus; quod interdum continuis annis plurimi flores proueniunt. & Apes magis mellificiis, quam fœtibus ſtudent: itaq; nõnulli, quibus eſt minuor harum rerum ſcientia, magnis fructib delectantur, ignorantes exitium Apibus imminere, quoniam & nimio fatigatæ opere plurimæ pereunt, nec vllis iuuentutis ſupplementis frequentatæ nouiſſimæ reliquæ intereunt: itaq; ſi tale Ver inceſſit, vt & prata, & arua floribus abundent, vtiliſſimum eſt tertio quoque die alueorum exitus præcludi, exiguis foraminibus relictis, per quæ non poſſint Apes exire, vt ab opere mellificio euocatæ, quoniã non ſeſperent poſſe ceras omnes liquoribus ſtipare, fœtib expleant. Aegrotant vero omnium maxime, teſte *n* Ariſtotele, cum ſylua flores æruginoſos tulerit, atq; etiã temporib. ſiccis. Inuadit eas nunquam, quanq; raro peſtilentia, cuius præcipuũ remedium, quod in cætero pecore præcipit Columella, nempe, vt longius alui tranſferantur. Atq; his fere morbis corripiuntur Apes, iiſque, quæ adduximus, remediis curantur. Quæ omnia cum nouerit Apiarius, Apes emendas ſanas & eligere, & cõſeruare ſciet, quate quomodo & quando in aluos condendę ſint, item quomodo fugere volentes cognoſcantur, fugienteſque cohibeantur,

Aluei qui tranſferendi.

Phagadena.

Si pluuia interierint quid faciẽdum.

Ex nimio opere mori.

Quando magis ægrotent n *L. 9 Hiſt. cap. 17.*

Peſte rato laborant, & vt curentur.

A dicendum venit. *o* Plinius affirmat, eſtq; ab omnibus præſtantiſſimis Geoponicis exaratum, Apes, ſi earum aluearia melyſſophyllo, ſiue melittide, purgentur, non fugituras. Nullo n. inquit, magis gaudent flore, & copia iſtius examina facile continẽtur. Laudantur & aliæ ſtirpes odoratæ, vt fæniculum. Florentinus referẽte *p* Cæſare Conſtantino aluos, in quib. ſunt, & eſſe debent Apes, thymi aut populi albæ florib. diligenter oblini iubet, præſertim vt domicilia ſua diligant, & in ipſis maneant; eaque gratia etiã nardi herbæ & myrrhæ pares portiones teri vult quadruplo mellis ammixto, indeq; vaſa oblini. Quod ſi primo anno obſeruauerit mellarius, ſequenti magnum Apes ſuas prouentum, tam in propagatione ſobolis, quam in mellificio feciſſe animaduertet: quo tempore menſe potiſſimum Iunio, vt *q* Palladius docet, nouorũ examinum curam diligenter habere debet, quia nouellæ Apes vagãtibus animis iuuentute, niſi ſeruentur, effugiunt. Exeuntia in aditu ſuo morantur vno, aut duob. diebus, quæ ſtatim nouis alueariis excipienda ſunt. Obſeruabit autem cuſtos ille aſſiduus vſque in octauam, vel nonam horam, quia poſt hæc tempora non facile fugere, aut emigrare conſueuerunt, quamuis aliæ ſtatim & procedere & abire non dubitent. Signa Varro bina recenſet: Cũ examen, inquit, exiturum eſt (quod fieri ſolet cum adnatæ proſpere ſint multæ, ac progeniem veteres emittere volunt; vt olim crebro

B Sabini factitauerunt propter multitudinẽ liberorũ) huius ꝗ duo " ſolent præire ſigna ſcitur. Vnum quod ſuperiorib. diebus maxi- " me veſpertinis, multæ ante foramen & vuæ, aliæ ex aliis pendẽt " conglobatæ. Alterum ꝗ, cum iã euolatutæ ſunt, aut etiã incæ- " petunt, conſonant vehemẽter proinde, vt milites faciũt, cũ ca- " ſtra mouent. Quę primæ cum exierunt, in cõſpectu volitant, re- " liquas, quæ nondum congregatæ ſunt, reſpectantes, dũ conue- " niant. Cum à mellario id feciſſe ſunt animaduerſæ, iaciundo in " eas puluerẽ, & circumtinniendo ære, perterritas, quo voluerit, " perducet. Non longe inde oblinunt (tamum ſcilicet, vel ſimile " quid) erithace, atq; apiaſtro, cæteriſq; rebus quib. delectantur. " Vbi conſederunt, afferunt aluum prope iiſdem illicijs illitam in- " tus, & prope appoſita fumo leni circũeundo cogunt eas intrare, " vt quæ in nouam coloniam cum introierunt, permanent adeo " libenter, vt etiam ſi proximam poſueris illam aluum, vnde exie- " runt, tamen nouo domicilio potius ſint contentæ *r* Columella " eandem mellatij curã ſedulo notauit, eamq; ſedulo agendã ſcripſit his verbis. Deinceps talis altera eſt ratio, vernacula examina retinendi; ſemper quidem cuſtos ſedule circumire debet aluearia: neque enim vllum tempus eſt, quo non curam deſiderent, ſed eã poſtulant diligentiorem, cum vernant, & exundant nouis fœtibus " C q niſi curatoris obſidio protinus excepti ſunt, diffugiunt: quip- " pe talis eſt Apiũ natura, vt pariter quæq; plebs generetur cũ regibus, qui vbi euolandi vires adepti ſunt, conſortia dedignantur vetuſtiorum, multoq; magis imperia: quippe cum rationabili genere mortalium, tũ magis egentib. conſilij mutis animalib. nulla ſit regni ſocietas: itaque noui duces procedunt cũ ſua iuuentute, quæ vno, aut altero die in ipſo domicilij veſtibulo glomerata conſiſtens, egreſſu ſuo propriæ deſiderium ſedis oſtendit; eaq; velut patria contenta eſt, ſi à procuratore protinus aſſignetur, ſin autem deſuit cuſtos velut iniuria repulſa peregrinam regionem petit: quod ne fiat, boni curatoris eſt, vernis temporibus obſeruare alueos in octauam fere diei horam, poſtquam non temere ſe noua proripiunt agmina, eorumq; egreſſus regreſſuſq; vt diligentius cuſtodiat. Nam quædam ſolent cum ſubito euaſerunt, ſiue cunctatione ſe proripere. Proripiunt aũt ſe incredibili numero, vt innuit eleganter etiam *s* Arioſtus, tanta multitudine mulieres ad ſpectandum pugnam Guidionis, & Marſicani concurriſſe tradẽs:

o L. 11. c. 10. Vt in aluos condendæ ne fugiant.

p Li. 15. c. 2.

q In Iunio tit. 7. Quando examinum cura magis habenda, & vt exitura cognoſcãtur.

Ne examinue fugiant.

r Li. 9. cc. 12.

Cur vernẽt Apes, & cur à mellario tũne maxime obſeruandæ.

s Cani 20. Stan 32.

D *Come Api del ſuo chioſtro empie la ſoglia,*
Che mutar regno al nouo tempo voglia.

Potetit exploratã fugã præſciſcere cuſtos veſpertinis tẽporib. aut rẽ ſingulis alueis admoto: ſiquidem fere ante triduũ, q̃ eruptionem facturæ ſunt, velut militaria ſigna, mouentium tumultus, ac murmur exoritur: ex quo, vt veriſſime dicit Virgilius:

Corda licet vulgi præſciſcere, namq; morantes
Martius ille aris raucis canor increpat, & vox
Auditur fractos ſonitus imitata tubarum.

Sed Virgilius, vt colligantur noua iſtæc examina docuit ſic:

Vt colligantur examina.

Hæc vbi iam emiſſam caueis ad ſydera cœli,
Nare per æſtatem liquidum ſuſpexeris agmen
Obſcuramq; trahi vento mirabere nubem
Contemplator, aquas dulces & frondea ſemper
Tecta petunt, hinc tu tuſſos aſperge ſapores
Trita melipheyla, & cerinthe ignobile gramen:
Tinnituſq; cie & matris quate cymbala circum:
Ipſa conſident medicatis ſedibus: ipſa
Intima more ſuo ſeſe in cunabula condent,

E Hac itaque ratione vernacula examina in nouas aluos condun- " tur: veruntamen quoniam, vt ait *t* Columella, interdum propter " conditionẽ locorum, vel mediocre pecus parandũ eſt, curã ve- " ſtigandis examinibus. Vbicunque ſaltus, inquit, ille, docens vt " inueſtigantur, ſunt idonei, mellifici nihil antiquius, quam Apes, quibus vtantur, vicinos elegunt fontes: eos itaque conue- " nit plerunque ab hora ſecunda obſideri ſpeculatique quę turba " ſit aquantium. Nam ſi paucæ admodum circunuolant (niſi tamen complura capita riuorum diductas faciunt rariores) in- " telligenda eſt earum penuria, propter quam locum quoque non " eſſe mellificum ſuſpicabimur. Primum, quam longe ſint explo- " randũ eſt, præparandumq; in hanc rem liquida rubrica, qua cum " feſtucis

t Lib. 9. c. 8. Examina ſylueſtria, vt inueſtigentur.

Vt cognoscantur longius euolare.

Vt distantia longe examina inueniantur.

Vt eximantur à specu.

Vt ex cauo arboris eximantur.

Quo tẽpore eximẽda

u Li. 9. Hist. cap. 40.

Cur fugiãt examina.

Tinnitu terrentur.

x L. 9. c. 12.

y Lib. 8.

z L. 3. Fasto.

,, festucis illitis contigeris Apum terga fontem libantium, com-
,, moratus eodem loco facilius redeuntes agnoscere poteris. At si
,, non tarde id facient, scias eas in vicino consistere. Sin autem se-
,, rius, pro moræ tempore æstimabis distantiam loci: sed cum a-
,, nimaduertetis celeriter redeuntes, si non ægre persequeris iter
,, volantium, ad sedem perduceris examinis. In iis autem, quæ
,, longius meare videbuntur, solertior adhibebitur cura quæ talis
,, est. Arundinis internodium cum suis articulis exciditur, & te-
,, rebratur ab latere talea, & per id foramen exiguo melle, vel de-
,, fruto instillato, ponitur iuxta fontem: deinde cum ad odorem
,, dulcis liquoris complures Apes irrepserint, tollitur talea, & ap-
,, posito foramini pollice non emittitur, nisi vna, quæ cum euasit,
,, fugam suam demonstrat obseruanti, atq; is, dum suffecit, perse-
,, quitur euolantem. Cum deinde conspicere desiit Apem, tum al-
,, teram emittit; & si eandem petit cœli partem vestigiis prioribus
,, inhæret, etsi minus aliam quoque, atq; aliam foramine adaper-
,, to patitur egredi, regionemq; notet, in quam plures reuolent, &
,, eas persequatur, donec ad latebram perducatur examinis: quod
,, si est o latum specu, fumo elicitur, & cum erupit, æris strepitu
,, coercetur. Nam statim sono territum, vel in frutice, vel in edi-
,, tiore syluæ fronde considet, & à vestigatore præparato vase re-
,, conditur. Sin autem sedem habet arboris cauæ, & aut extat ra-
,, mus, quem obtinent, aut sunt in ipsius arboris trunco tunc, si
,, mediocritas patitur, acutissima ferra, quo celerius id fiat, præ-
,, ciditur primum superior pars, quæ ab Apibus vacat, deinde in-
,, ferior, quatenus videtur inhabitari, tum recisus vtraque parte
,, mundo vestimento contegitur, quoniam hoc quoq; plurimum
,, refert, ac si quibus rimis hiat illinitur, & ad locum perfertur reli-
,, ctisq; paruis (vt iam dixi) foraminibus, more cæterarum aluo-
,, rum collocatur. Sed indagatorem conuenit matutina tempora
vestigandi eligere, vt spatium diei habeat, quo exploret com-
meatus Apum: sæpe enim si serius cœpit eas deuotare, etiam cum
in propinquo sunt, iustis operum peractis se recipiunt, nec reme-
ant ad aquam: quo euenit vt vestigator ignoret, quam longe fon-
te distet examen: sunt qui per initia Veris apiastrum, & (vt ille va-
tes ait) trita meliphylla & cærinthe ignobile gramen, aliasq; col-
ligant similes herbas, quibus id genus animalium delectatur, & in
aluos perfricent, vt odor & succus vasi inhæreat: quæ deinde mũ-
data exiguo melle respergant, & per nemora non late à fontibus
disponant, eaque cum repleta sunt examinibus, domum referant,
sed hoc nisi locis, quibus abundant Apes, facere non expedit. Nam
sæpe inania vasa nacti, qui forte prætcrierunt, secum auferunt; neq;
tamen est tanti vacua perdere complura, vt vno vel altero potiare
pleno, at in maiore copia etiam si multa intercipiuntur, plus est
quod in repertis Apibus acquiritur. Nc vero captans syluestres
fallatur, nosse debet suas ab illis distinguere, nc suas pro alienis
prosequatur. Aristoteles *u* Apiarios suas scribit cognoscere farina
in prato respersa Capturus itaq; eo signo suas agnoscet. Atque
hæc est ratio capiendi syluestria examina. Sed vt ad vernaculorũ
curam reuertamur, quę nimirum maior esse debet: scire licet non-
nunquam fugam capessere, aluеosque derelinquere, idque varias
ob causas, vt mox patebit; quamobrem à mellario, cum eo quo
dictum est, modo, ante triduum, quam erumpent, tumultuantur
& murmurant, maxime obseruari debent, vt siue patriam fasti-
dientes sedem, ad fugam longiorem capessendam sese accingant,
aut ad pugnam (nam inter se tanquam ciuilibus bellis, & cum al-
teris, quasi cum externis gentibus præliantur) erumpant. Fugam
moliti id significat, cum sic Apis euadit vestibulum, vt nulla in-
tro reuoluat, sed se confestim leuet sublimius. Aut cum, vt Aristo-
teles scribit, mutuo inter se annexu alia ex alia dependet in alueo.
Præsto sit ad vtrumque casum paratus custos Crepitaculis æreis
aut testarum pletumq; vulgo iacentium sonitu terretur fugiens
iuuentus, vt ait *x* Columella. Ita quoque Lucanus commonstrat
lib. 9. comparans celeritatem iuuentutis redeuntis è nauibus ad
littus cum Apibus, tinnitum æris sequentibus his versibus:

Haud aliter medio reuocauit ab æquore pupes,
Quam simul effatas linquunt examina ceras,
Atq; oblita faui non miscent nexibus alas.
Sed sibi qui quę volat, nec iam deguſtas amarum
Desidiosa thymum, tùm si sonus increpat æris
Attonita posuêre fugam, studiumq; laboris
Floriferi repetunt, & sparsi mellis amorem.
Gaudet in Hyblæo securus pastor
Diuitias seruasse casa.

Meminit & eleganter *y* Claudianus dum canit:

——Qualis Cybeleia quassans
Hyblæus proculcra senex, renouare fugaces
Tinnitu conatur Apes. quæ sponte relictis
Desciuere fauis, sonituq; exhaustus inani
Raptas mellis opes, solitaq; oblita latebra
Perfida deplorat vacuis examina ceris.

Sed quantopere tinnitus, ærisque manuumq; pulsus sequantur, non fugam tantum molientes Apes, sed nouas sedes etiam quærentia noua examina, innuit *z* Ouidius, vbi Bacchum Apes inuenisse scribit, cuius supra meminimus.

Ibat arenoso satyris comitatus ab Hebro,
Non habet ignotos fabula nostra iocos
Iamque erat ad Rhodopem, Pangæaq; flumina ventum:
Aerifera comitum concrepuere manus,
Ecce noua volucres coeunt tinnitibus actu,
Quoq; mouent sonitus æra, sequuntur Apes.

A *Colligit errantes, & in arbore claudit inani*
Liber, & inuenti præmia mellis habet.

Sunt qui huius rei, hoc est, cur tinnitu coerceantur, & gaudere videantur; rationem reddant, quod harmoniæ musicalis amatrices sint. Nam & Varro Musarum aues eas vocauit. sed si sono isto ceu dulcedine quadam afficerentur, dicendum etiam esset, ipsas audire, quod nos negauimus. Quare, vt ad fugientem iuuentutem regrediatur oratio, iubet Columella, vt ea quæ vel pauida, cum repetierit aluum maternam, & in eius aditu glomerata pependerit, vel statim se ad proximam frondem contulerit protinus custos nouum loculamentum in hoc præparatũ perliniat intrinsecus prædictis herbis: deinde guttis mellis respersum admoueat, tum manibus, aut etiam trulla congregatas Apes recondat. ارque vti debet adhibita cætera cura, diligenter compositum & illitum vas interim patiatur in eodem loco esse, dum adueſperascat. Primo deinde crepusculo transferat, & reponat in ordinem reliquorum alueorum. Oportet aũt etiam vacua domicilia collocata in Apiariis habere: nam sunt nonnulla examina, quæ cum processerint, statim sedem sibi quærant in proximo, eandemque occupent quam vacuam repererint. Aristoteles Apiarios ait, ne fugiant Apes alueis afflare ex vino dulci. *a* Varro, si transituræ, inquit, sunt Apes, aluearia apiastro perfricanda, quod illicium hoc illis, & faui melliti intus ponendi à faucibus non longe, ne cum animaduerterint, aut inopiam escæ habuisse dicantur, aut cum sunt Apes morbidæ propter primores vernos pastus; qui ex floribus nucis Græcæ, & cornus fiunt, cælicas fieri, atque vrina pora refici. Iubet etiam, si ex aluo minus frequentes cuadunt, ac subsidit aliqua pars, suffumigandum, & prope appoũendum bene olentium herbarum, maxime apiastrum & rhymum. Author est *b* Plinius puluere è vestigio anguium collecto, sparsas Apes in aluearia reuerti. Et Apuleius tradit examina non diffugere suspenso vasis earum acoro quod inde piper Apium vocari asserit. Quod ad pũgnam attinet, ea quidem, vel vnius inter se dissidentis, vel duorum examinum discordantium facile compescitur puluеris in eas iactu, aut mulso, pastone, aut alio quouis liquore simili respersò, videlicet familiari dulcedine sæuientium iras mitigate: nam eadem mire etiam dissidentes reges conciliant. Sunt enim sæpe plures vnius populi duces, & quasi procerum seditione plebs in partes deducitur: quod frequenter fieri prohibendum est, quoniam intestino bello totæ gentes consumuntur. Itaque si constat principibus gratia, mauet pax ineruenta. Sin autem sæpius aciem dimicãtes notaueris, duces seditionum interficere curabis: dimicantium vero prælia prædictis remediis sedantur; ac deinde cum agmen glomeratum in proxime frondentis arbusculæ ramo consederit, animaduertito, an totum examen in speciem vnius vuæ dependeat, idque signum erit, aut vnum regem inesse, aut certe plures bona fide reconciliatos, quos sic patieris, dum in suum reuolent domicilium: sin autem duobus, aut etiam compluribus velut vberibus diductum fuerit examen, ne dubitaueris & plures proceres & adhuc iratos esse, atque in iis partibus, quibus maxime videris Apes glomerari, requirere duces debebis: itaque succo prædictarum herbarum, maxime apiastri manu illita ne ad tactum diffugiant, leuiter inseres digitos, & diductas Apes scrutaberis, donec autorem pugnæ, quem elidere debes, reperias. Quæ fere omnia hisce versibus complexus est Maro:

Ne fugiant quid agendum,

Cur vacuis aluearis opus sit.

a Li. 3. c. 16.

b L. 3. c. 16.

Pugna vt coerceatur

Pugnæ causę quę.

Vt vnum, aut plures reges esse constet.

Vt rex inueniatur.

Sin autem ad pugnam exierint (nam sæpe duobus
Regibus incessit magno discordia motu)
Continuoq; animos vulgi, & trepidantia bello
Corda licet longe præcisceres: namq; morantes,
Martius ille aeris rauco canor increpat, & vox
Auditur, fractos sonitus imitata tubarum.
Tum trepida inter se coeunt, pennisq; corruscant
Spiculaq; exacuunt rostris, aptantq; lacertos
Et circa regem atq; ipsa ad prætoria densa
Miscentur, magnisq; vocant clamoribus hostem.
Ergo vbi ver nacta suum campoq; patentes,
Erumpunt portis: concurritur æthere in alto,
Fit sonitus, magnum mistæ glomerantur in orbem:
Præcipitesq; cadunt: non densior aere grando,
Nec de concussa tantum pluit ilice glandis.
Ipsi per medios acies, insignibus alis
Ingentes animos angusto in pectore versant,
Vsq; adeo obstinatæ cedere: dum grauis aut hos,
Aut hos versa fuga victor dare terga coegit.
Hi motus animorum, atq; hæc certamina tanta
Puluеris exiguo ictu compressa quiescent.
Verum vbi ductores acie reuocaueris ambos
Deterior qui visus eum, ne prodigus obsit,
Dede neci: melior vacua sine regnet in aula.

c Aristoteles etiam perire Apes scribit, tum aliis casibus, tum veto cum multi principes orti sint, & partem quisque secum, quo libuit, abducat. Quod si vero vnicus tantùm rex sit, isq; boni regis signa (quæ supra attulimus) possideat, tamen, vbi sæpius cum suo examine conatur fugere, & ipse cohibendus est à fuga, cohibetur autem amputatis alis: nam sic quasi cõpede retinebitur detractis alis, fugæque destitutus præsidio, fines regni non audet excedere, propter quod ne cæteris ditionis suæ Apibus permittit longiùs euagari. Virgilius:

c L. 9. Hist. cap. 40.

Regis fuga vt cohibeatur.

At cum incerta volant, cœloq; examina ludunt
Contemnuntq; fauos & frigida tecta relinquunt
Instabiles animos ludo prohibebis inani,
Nec magnus prohibere labor: tu regibus alas

Eripe. non illis quiſquam cunctantibus, altum
Ire iter, aut caſtris audebit vellere ſigna.

Regis ſedes. Reges autem in ſupremis fauis reperiuntur. Oportet autem ſingulis aluearibus vnum relinquere, & reliquos abolere, vt dictum eſt.

Cur vnus tantum rex relinquendus. nam prætetquam, quod inter populum ſeditionem mouent Apes, etiam congregatæ iuxta ſingulos diſſident, & ab opere ceſſant. Eſt & alia pugnæ cauſa: nam cum alicuius aluei cibus defecerit, inquit *d* Plinius, impetum in proximas faciunt rapinæ propoſito At illæ contra dirigunt aciem, & ſi cuſtos adſit, alterutra pars, quæ ſuis fauere ſentit, non appetit eum. maxima rixa in conuehendis floribus exorta, & ſuos quibuſque euocantibus In Germania ſæuitiam ſic coercent: veteſti lintei fruſto ambuſto fumum excitant, eoque nidore Apes in priorem pattem domicilij, & interdũ extra veſtibulum adigunt atque ſic fit poteſtas inſpiciendi. Varro quæ ctebrius inter ſe pugnant, aſpergi iubet aqua mulſa, quo nẽpe facto non modo deſiſtunt à pugna, ſed etiam confarciunt ſe lingentes: eo magis, inquit, ſi mulſo ſunt aſperſæ, quo propter odorem auidius applicant ſe, atque obſtupeſcunt potantes Sed Plinius de pugna agens quæ ex conuehendis floribus inter eas exoritur, dimicationẽ interiectu pulueris, aut fumo totum diſcuti ait.

d *Lib.* 11. *cap.* 17.

Reconciliari vero lacte, vel aqua mulſa Sed eſt & altera pugnæ cauſa, cum ſcilicet breues teſte *e* Ariſtotele contra longas odio flagrant, eaſque alueis pellere conentur. Qua in pugna, inquit, ſi illæ vicerint, optimum ita fore examen putatur: ſed ſi hæ ſolæ remanſerint, ocioſæ viuunt, & nihil boni integre faciunt: pereunt & ipſæ antequam autumnus ſit. Scribit etiam nullum eas animal niſi ſui generis fugere: præliari enim inter ſe, & cum Veſpis. Sed cum ruri ſunt, nec ſibi inuicem, neque vllis aliis iniuriari: at apud ſuos alueos pugnare acerrime, & hoſtes quos vicerint, enecare Quam vero acriter inter ſeſe pugnent Apes, & quanto numero ad pugnam concurrant, dæmonum ab inferno exeuntium & numero & ſtudio inuit Hieronymus Vida:

e *Li.* 9. *Hiſt. cap.* 40.

Non tam olim denſa ſublimes nube per auras,
Florilega glomerantur Apes æſtate ſerena,
Nubifugo Borea, & mad idis ceſſantibus Auſtris,
Si quando exorta eſt inter diſcordia reges,
Sauaque collatis inuadunt prælia ſignis.

Eleganter etiam P.* Angelius Bargæus Turcarum & Chriſtianorum pugnam, Apibus inter ſe dimicantibus comparat, canens:

* *Lib.* 12. *Syria.*

Non aliter quam cum geminos diſcordia reges,
Cogit Apum teſtis in apertum exire relictis,
Stipatos ſtudijs ſectantum atque agmine gentis,
Quemque ſua, fit pugna atrox & ab æthere ſummo
Corpora caſarum complent labentia terram.

Fuci cur diſſidia inter Apes excitent. Fucorum inſuper nimia copia excreſcens, cũ opera Apum conſumunt, diſſidia in alio excitant, cauſaque ſunt exigui aut nullius prouentus: Ad quos tollendos vetus Democriti præceptum eſt, vt veſpere incipiente opercula vaſorum intrinſecus aqua irrorentur, & circa diluculum vaſa aperiantur: quo facto Fucos inuenies guttis operculorum inſidentes Semper enim melle repleti ſiticuloſi ſunt, & aquæ appetentia inſatiabili ab humore operculorum non deſcendunt. Quare poſſibile fuerit ipſos omnes diſperdere, ita vt nẽ vnus quidem aufugiat.

Fuci vt occidantur.

Sunt autem magni, aculeoque carentes, & ignaui. * Plinius tradit Apes (vt ad eas reuertamur) certum eſſe fugere tactis aluearijs: quod quantopere hominum conſortia auerſentur, ante omnia indicat; quare mellarius hominum acceſſum ad aluearia prohibere debet. Atq; hæc de fuga ſufficiant. Aluearia plena eſſe cognoſces ex ſupra allatis ſignis, maxime ex frequenti altoque Apium ſuſurro. Sed ſi nulla naſcantur examina, vel quæ habet, ſoboli non ſtudeant propagandæ, paucitate laborantia, minime ignorare debet mellarius, quomodo duo, vel tria alueatia in vnum conferantur, & paucitas earum emendetur: qua de re audi iterum Columellam. Nonnunquam, „ inquit, necandus eſt rex, cum vetus alueare numero Apũ deſtituitur, atque infrequentia eius aliquo examine replenda eſt. Itaque cũ primo vere in eo vaſe uata eſt pullities, nouus rex elidi„ tur, vt multitudo ſine diſcordia cum parentibus ſuis conuerſe„ tur, quod ſi nullam progeniẽ tulerint faui, duas vel tres alueo„ rum plebes in vnum cõtribuere licebit, ſed ptius reſperſas dulci „ liquore: tum demum includere; & poſito cibo dum conuerſari „ conſueſcant, exiguis ſpiramentis relictis triduo fere clauſas habere. Sunt qui ſeniorem potius regem ſubmouent, quod eſt con„ trarium: quippe turba veteſtior, ſi elidatur velut quidam ſena„ tus iunioribus pareat neceſſe eſt, & ſi quæ ſint imperia validiorũ „ contumaciter ſpernentes, pœnis, ac mortibus afficiuntur: il„ lud tamen incommodum iuniori examini ſolet accidere, cum „ antiquarum Apium relictus à nobis rex ſenectute deficit, quod „ tanquam domino mortuo familia nimia licentia diſcordat, cui „ facile occurritur. nam ex iis alueis, quæ plures habent principes, „ dux vnus elicitur, iſq; translatus ad eas, quæ ſine imperio ſunt, „ rector conſtituitur. Poteſt autem minore moleſtia in iis domi„ cilijs, quæ aliqua peſte vexantur, paucitas Apium emendari. „ Nam vbi cognita eſt clades infrequentis aluei, quos habeat fa„ uos, oportet conſiderare; tum delinde ceræ, quæ ſemina pullo„ rum continet, partem recidere, in qua regij generis proles ani„ matur: eſt autem facilis conſpectu quoniam fere in ipſo fine ce„ rarum velut papilla vberis apparet eminentior, & laxioris fiſtu„ læ, quam ſint reliqua foramina, quibus popularis notæ pulli de„ tinentur. Celſus quidem affirmat in extremis fauis tranſuerſas „ fiſtulas eſſe, quæ contineant regios pullos. Higinius quoque „ auctoritatem Græcorum ſequens negat ex vernaculo (vt cæteras

* *Li.* 28 *c.* 7.

Cur acceſſus hominum prohibeatur.

Rex quando necandus.

Rex vbi generetur.

A „ Apes) fieri ducem, ſed in circuitu fauorum paulo maiora, quã „ ſint plebei ſeminis inueniri recta foramina repleta quaſi ſorde rubri coloris, ex qua protinus alatus rex figuretur. Sic ille, quæ *f* Palladius ſic repetit: Sed ſi nulla, inquit, naſcantur examina, " duorum vel trium vaſculorum multitudinem in vnum conferre " poſſumus; dulci tamen liquore conſperſas Apes, atque inclu- " ſas, per triduum tenebimus appoſito cibo mellis, & exigua tan- " tum ſpiracula relinquimus in cella. Quod ſi velis aluearium, cui " per aliquam peſtem multitudo ſubacta eſt, populi abiectione " reparare, conſiderabis in aliis abundantibus ceras fauorum, & " extremitates, quæ pullos habẽt, & vbi ſignum naſcituri regis in- " ueneris, cum ſobole ſua recides, & in id aluearium pones. Eſt " autem hoc futuri regis ſignum. Inter cætera foramina, quæ pul- " los continent, vnum maius, ac longius velut vbere apparet. Sed " tunc trãsferendi ſunt, quando eroſis cooperculis ad naſcendum " maturi capita nituntur exerere: nam, ſi immaturos tranſtuleris, " interibunt. Si autem ſe ſubitum leuabit examen, ſtrepitu æris " terreatur, aut teſtulæ: tunc ad aluearium redibit, aut in proxi- " ma fronde pendebit, & inde in nouum vas herbis conſuetis, & " melle conſperſum manu attrahatur, aut trulla, & cum in eo lo- " co requieuerit, veſpere inter alia collocetur. Dicendum vero iã " nunc reſtat quibus ſtirpibus gaudeant (quam rem ſupra etiam tetigimus) & quomodo nutriantur, item quid ex ſingulis herbis faciant, qualemque aquam ad potum recipiant. Scribit *g* Ariſtoteles Apes ad nullam rem putidam aduolare, ſed dulcia petere; quamobrem cauebit mellarius ne prope apiarium quid putidum offendatur, ipſeque mundus ſemper ad eas accedat, & florum odoratorum præcipue, ſi locus patiatur, copiam in vicino habeat. Cum enim alueum, inquit idem *h* philoſophus, receperint mũ- " dum, conſtruere incipiunt fauos, deferentes ex floribus atque " etiam arborum lachrymis, ſalicis, & vlmi, & reliquarum quæ " glutinum pariunt. Populi, teſte *i* Plinio, ferunt & foliis guttam, " ex qua Apes propolim faciunt Neque enim, inquit *k* Varro, quę " afferuntur, ad quatuor res faciendas, propolim, erithacen, fauũ, " mel, ex iiſdem omnia rebus carpere dicuntur ſimplex: quod è " malo punico, & aſparago cibum carpant ſolum, ex olea arbore " ceram, è fico mel, ſed non bonum. Duplex miniſterium præbe- " ri, vt è faba, apiaſtro, cucurbita, braſſica, ceram & cibum. Nec " non aliter duplex, quod fit è malo, & pyris ſylueſtribus, cibũ & " mel. Item aliter duplex, quod è papauere, ceram & mel. Triplex " C miniſterium quoque fieri, vti ex nuce Græca, & è Lapſana, cibũ, mel, ceram. Item ex aliis floribus ita carpere, vt alia ad ſingulas res ſumant, alia ad plures. Mel quoque, eodem Varrone tradente ex alia re faciunt liquidum, vt ex ſiſeris flore: ex alia contra ſpiſſum, vt è rore matutino. Sic ex alia re, vt è fico mel inſuaue, è cithyſo bonum, è thymo optimum. Cæterum quanta auiditate ad flores euolent, oſtendit his verſibus Pet. Angelius Bargæus:

f *In Iunio Tit.* 7.

Quando reges in aliam aluũ transferendi.

Quibus ſtirpibus gaudeant.

B

g *Li.* 4. *Hiſt. cap.* 10.

h *L.* 9. *Hiſt. cap.* 40.

i *Lib.* 24. *cap.* 18.

k *De ruſt. lib.* 3. *c.* 10.

l *Lib.* 2. *Syriad.*

Ac velut ingenti vitioſa ex ilicis alueo,
Corticibusque cauis denſa ſimul vndique nubes
Egrediuntur Apum, volitantque ad florea tempe,
Rura cateruatim nuſquam tamen vna petentes,
Seu varios vario populantes agmine ſaltus.

Imitatus autem eſt *m* Bargæus Homerum, qui ſic cecinit:

m *Illiad. B.*

Ἠὔτε ἔθνεα εἴπ μελιοσσόων ἀδινάων,
Πέτρης ἐκ γλαφυρῆς ἀεὶ νέον ἐρχομενάων,
Βοτρυδὸν δὲ πέτονθ' ἐπ' ἄνθεσιν εἰαρινοῖσιν,
Αἱ μὲν τ' ἔνθα ἅλις πέτονται, αἱ δὲ τε ἔνθα.
Sicut examina eunt Apum frequentium
Petra excauata ſemper recens venientium,
Racematim volant ſuper flores vernos
Hæ quidem huc confertim volant; aliæ autem illuc.

Huc ſpectat, & hoc quoque Virgilij:

D *Ac velut in pratis, vbi Apes æſtate ſerena*
Floribus inſidunt varijs, & candida circum
Lilia funduntur; ſtrepit omnis murmure campus.

Item illud Theocriti.

——— ὑψηλαὶ δὲ κεφύκασιν ἀγχόθι πεύκαι
Λεύκαί τε, πλατανοί τε καὶ ἀκρόκομοι κυπάριδοι,
Ἄνθεα τ' εὐώδη, λασίαις φίλα ἔργα μελίσσαις,
Ὅσσ' ἔαρος λήγοντος ἐπιβρύει αὐλεμῶνας.
——— *Sublimes autem prope natæ erant tedæ,*
Populique platanique & frondoſæ cupreſſi,
Floresque odoriferi, gratum opus hirtis Apiculis,
Qui ſub finem veris vigent in pratis.

n Ouidius de reſtupenda.

n *Eidyl.* 23.

Non Apis inde tulit collectos ſedula flores.

Luculenter vero etiam, atque elegantiſſime *o* Claudianus Veneris ſocias Apibus aſſimilans eas ait flores carpere, quæ natura duce Apes proſequi ſolent.

o *Lib.* 2. *de rapt. Proſerpina.*

E *Huc elapſa cohors gaudet, per florea rure,*
Hortatur Cytheræa legant; nunc ite ſorores,
Dum matutinis præſudat ſolibus aer,
Dum meus humectat flauentes lucifer agros
Roranti prouectus equo. Sic fata doloris,
Carpit ſigna ſui, varios tunc cætera ſaltus
Inuaſere cohors, credas examina fundi
Hyblæum raptura thymum, cum cætera reges
Caſtra mouent, fagique cauo demiſſus ab alno
Mellifer electis exercitus obſtrepit herbis.
Pratorum ſpoliatur honos, hæc lilia fuſcis
Intexit violis, hanc mollis amaracus ornat,

Hæc graditur stellata rosis, hæc alba ligustris:
Te quoq; flebilibus metunt hyacinthe figuris
Narcissumq; metunt, tunc inclyta gramina Veris.

Sed nota q̃so, quod clarissimus ille poeta nymphas illas eos flores: ac herbas carpere facit, quæ Apibus gratissimæ esse solent, vt ex sequentibus patebit. *p* Columella vult, ac præcipit vt regio, in qua Apes habentur fœcunda sit fruticis exigui, & maxime thymi, tum etiam thymbræ, vel nostratis cunilæ, quam satyreiam Rusticis vocari ait. Post hæc frequeus sit incrementi maioris surculus, vt rosmarinus, & vtraque cythisus. Est enim, inquit, satiua, & altera suæ spontis; itemque semper sit virens pinus, & minor ilex. nã prolixo ab omnibus improbatur. Hederæ quoq; non propter bonitatem recipiuntur, sed quia præbent plurimum mellis. Arbores vero sunt probatissimæ, rutila atque alba ziziphus, nec minus amaranthus, tum etiam amygdalæ, & Persici, atque pyri, denique pomiferarum plæreque, ne nugulis immorer. At syuestrium cõmodissime faciunt glandifera robora, quin etiam terebinthus, nec dissimilis huic lentiscus, & odorata cedrus. At tiliæ solæ ex omnibus sunt nocentes, taxi repudiãtur. Mille præterea semina, vel eiudo cespite virentia, vel subacta sulco, flores amicissimos Apibus creant, vt sunt in irriguo solo frutices amelli: caules acanthini, scapus asphodeli, gladiolus narcissi. At in hortensi liora consita nitent candida Lilia, nec his sordidiora leucoia, tum punicæ rosæ, luteolæque & sarranæ violæ nec minus cœlestis numinis hyacinthus coritius item. Siculusque bulbus croci deponitur, qui coloret odoretq; mella Iam vero notæ vilioris innumerabiles nascuntur herbæ, cultisq; atq; pascuis regionibus, quæ fauorum cetas exuberant, vt vulgares Lapsanæ, nec his pretiosior armoratia, rapistrique olus, & in tubi sylvestris, ac nigri papauetis flores Tum agrestis pastinaca, & eiusdem nominis edomita, quam Græci σαφυλῖνον vocant. Verum ex cunictis, quæ proposui, quæque omisi temporis cõpendia sequens (nam inexputabilis erat numerus) saporis præcipui mella reddit thymus. Thymo deinde proxima thymbra, serpillumque & origanum. Tertiæ notæ, sed adhuc generosæ, marinus ros, & nostras cunila, quam dixi satureiam. Mediocris deinde gustus amaranthini, ac ziziphi flores, reliquaque, quæ proposuimus cibaria sed ex omnibus deterrimæ notæ mel habetur nemorense, quod ex sparto, atque arbuto prouenit: villaticũ quod nascitur in oleribus, & stercorosis herbis Hactenus Columella. Quam pretiosum autem mel ex amaraco Apes gignant, & quantopere eo gaudeant, eleganter ostendit Pontanus Batillam suam exhortans, vt eam herbam colat in suo horto:

Felices sed Apes. nemus beatum
Quæ circumuolitant, legunt q; flores,
Et rorem simul, & tuos labores,
In tectis reponunt, liquantq; nectar,
O qui Mesotij liquoris auram:
Hybla & quaritis & valere Hymettum.

,, Thymum vero etiam laudauit *q* Aristoteles, dum inquit: Pastus gratissimus Apibus thymum est; sed rubidum albido præfertur. Et rursus aliis cum herbis id nominans; est iis, inquit, pro cibo thymus, fusus agrestus, sertula campana, albucũ, myrtus, phleus, vitex, genista. Cum ex thymo conficiunt, aquam admiscent antequam fauus occupetur. Claudianus:

——— Credas examina fundi
Hyblaum raptura thymum cum cerea reges
Castra mouent, fagiq; cauo dem ssus ab alto,
Mellifer electis exercitus obstrepit herbis.

Laudat, & thymum *r* Pontanus.

Ne time, leuiter suauiabor,
Apes, vt tenero studens liquori,
Libat summa thymi, & crocum rubentem.

Virgilius:

Dumq; thymo pascuntur Apes, dum rore Cicadæ.

Florentinus denique thymi pabulo maxime gaudere asserit, & ex eo abunde pastas, & plurimum mel conficere, & sobolem parere. Saluia quoque, inquit, thymbra, & cithysus iucundissima sunt Apibus pabula, & recentia examina cithyso maxime adhærent, eoque minore labore fruuntur. Democritus & Aristomachus, teste *s* Plinio, promittunt Apes nunquam defore cithysi pabulo apiatium cingente. *t* Petrarcha eleganti comparatione quoque ostendit, quantopere ea stirpe oblectentur. Etenim Stupens amator sese tam suauiter canere iactitat, vt etiam Apes auscultaturæ cithysum spernerent, capellæ à pabulo desisterent, Cicadæ obmutescerent:

Sæpe quidem ramum vidi dulcedine tentas
Linquere, & attonitas in me spectare capellas.
Spernere Apes cithysum, mutas æstate Cicadas.

Sed ante *u* Petrarcham Virgilius dicebat:

Nec Cithyso saturantur Apes, nec fronde Capellæ.

x Plinius etiam Apum causa sinapi seri scripsit; item genistas circumseri aluearis gratissimum esse. Fagos quoque amant, vnde *y* Calphurnius:

Rorantes fagos damus, & liquentia mella.

Item casiam, de qua meminit etiam *z* Virgilius:

Vix humiles Apibus casias, roremq; ministrat.

Ericæ denique floribus gaudent, vt Nicander meminit, quanquam teste *a* Dioscoride reprobum mel ex iis colligant.

p Lib. 9. c. 4. Apes in qua regione habẽdę.

Tilia & taxus improbantur.

Herbæ ex quibus cera colligitur.

Mel ex quibus herbis præstantius & ex quibus illaudatum.

Vt amaraco gaudeãt Apes.

q Li. 9 Hist. cap. 40.

r Lib. 1. Amor.

s Lib. 13. cap. 24.

t Egloga. 3.

u Eglog. 10.

x Lib. 21. cap. 12.

y Egloga 2

z Eglog. 2.

a In theriaca.

A *Λάζεο ὁ αὐθημόεσσαν ἄφαρ τανύφυλλον ἐρείκην*
Ἤτοι μιλιοσᾶι θ' περιβόσκεται ἄλαμος ἔρπων.
Floribus atq; etiam folijs insignis Erica
Caditur: hanc Apium volitant examina circum

Atque hæc de stirpibus, quę Apium causa, si fieri licet, prope Apiarium conseri debent, Iubet autem *b* Palladius, vt arbores à Septentrionali parte sint dispositæ: frutices atque virgulta ordines suos sub maceriis exequantur. Herbas deinde in plano post frutices conseramus. Amant autem mirum in modum consueta pascua, & si habitationes innouent, ac mutent, non volentes ad pabulum exeunt, & ob id in regione ipsas seruare oportet, si vero emptori cuipiam, aut etiam ob aliam causam necesse sit ipsas transferre, noctu & placide, & obligatis eum pellibus vasis, eas tollat ante diem. Hac enim fallacia neque fauos perturbabis, neque animalia contristabis ipsa molestando. Quia autem paucis locis ea felicitas, vt & æstiua, & hyberna præbeant pabula, proinde quibus locis post Veris tempus (quo Fabæ, rapanum salices, aliarumq; & fruticum, & herbarum flores suppeditantur passim) flores deficiunt, tum à quibusdam deferuntur, (noctu, vt dixi) in eã loca, vbi serotinis floribus veluti thymi, origani, tymbræq; benignius ac vberius alantur. Et sicut olim ex Achaiæ regionibus in Atticas pastiones transferri consueuisse Apes scribit Columella, & aliunde alia ita nostris locis, vbi verni flores absumpti, ad æstiuos trifolii, & similium, atque post hos circa autumnum deferimus Apes in ea loca, vt tamaricis, & ericæ floribus pascantur serotinis Varro, si ita transferendæ sunt alui in alium locum, id facere diligenter iubet, & tempora quibus id potissimum facias, animaduertendum; & loca, quo transferas, idonea prouidendum. Tempora vt verno potius quam hyberno; quod hyeme difficulter consuescunt, quo sunt translatæ, manere: itaque, inquit, fugiunt plærumque. Si è bono loco transtuleris eo, vbi idonea pubulatio non est, fugitiuæ fiunt. Nec si ex aluo in aluum in eodem loco traiicias, negligenter faciendum. Cibi pars denique, vt idem Varro, ait, quoque est potio, & eam ipsis aquam liquidam, vnde bibant esse oportet, eamque propinquam, quæ præterfluat, aut in aliquem locum influat, ita vt ne altitudine ascendat duos aut tres digitos, in qua aqua iaceant testæ, aut lapilli, ita vt extent paulum, vbi assidere, & bibere possint. In qua diligenter habenda cura, vt aqua sit pura, quod ad mellificium bonum vehementer prodest. Florentinus quoque Apum aquam optimam esse ait, quæ per asperos calculos defluit, incorruptaq; ac minime turbida existit. Nam & sanitatem, inquit, & bonum mel facit. Verum petrarum saxa, itemque ligna collocare, inquit, oportet aquam paululum supereminentia, quibus insidentes absque labore bibant. Si vero nõ sit fluẽs à terra aqua, ex puteo exhauriatur, aut è fõte, & per canales inducatur. Sint autem hi prope Apes, ne ex aquæ gestatione ægrotent. *c* Aristoteles quoque bibere Apes tradit, si fluuius sit propinquus, non aliunde, quam ex eo posito onere: sin minus aliunde humore hausto pergere ad mel euomendum, confestimq; negotium repetere. Addit insuper, tunc aquam potissimum potare, cum prolem nutriunt. *d* Alibi rursus. cum Apem nullis putidis assidere dixisset, nec alio cibo vti, q̃ dulci. Aquam etiam, inquit libentissime inde hautiunt, quam synceri clarissimiq; fontes scaturiunt. Qualis vero fons ille esse debeat, optime cecinit Virgilius his versibus:

At liquidi fontes & stagna virentia musco
Adsint, & tenuis fugiens per gramina riuus.
Palmaq; vestibulum, aut ingens oleaster obumbret.
Vt cum prima noui ducent examina reges
Vere suo, ludetq; fauis emissa iuuentus;
Vicina inuitet decedere ripa calori,
Obuiaq; hospitijs teneat frondentibus arbos,
In medium seu stabis iners, seu profluet humor,
Transuersas salices, & grandia conijce saxa,
Pontibus, vt crebris possint consistere: & alas
Pandere ad æstiuum solem; si sorte morantes
Sparserit, aut præceps Neptuno immerserit Eurus:
Hæc circum casia virides, & olentia late
Serpilla, & grauiter spirantis copia thymbræ
Floreat irriguumq; bibant violaria fontem.

Iam vero, quid quolibet anni tempore diligenter mellario faciendum sit, examinemus, quo maior vtilitas, atque emolumentum ipsi ex actione hac cedat. Hanc autem partem Columella exacte prosecutus est ex Higinio, quo iubente illa totius anni cura, ab Aequinoctio primo (quod Mense Martio circa VIII. Calendas Aprilis in octaua parte arietis conficitur, J ad exortum Vergiliarũ dies veri temporis habentur duodequinquaginta, per hos Apes curantur adapertis alueis, vt omnia purgamenta, quæ sunt hyberno tempore congesta, eximantur, & vt Araneis, qui fauos corrumpunt. detractis, fumus immittatur factus incenso bubulo fimo hic enim quasi quadam cognatione generis maxime, est Apibus aptus. Vermiculi quoque, qui Tineæ vocantur, & item Papiliones enecandi sunt. Quæ pestes plerunq; fauis adhærentes decidunt, si fimo medullam bubulam miscens, & his incensis nidorẽ admoueas. Hac cura per id tempus, quod diximus, examina firmabuntur: eaque fortius operibus inseruient. Verum maxime custodiendum est curatori, qui Apes nutrit, cum aluos tractare debebit, vti pridie castus sit ab rebus Venereis, neue temulentus nec nisi lotus ad eas accedat, abstineatque fere ab omnibus redolentibus è seulentis, vt sunt salsamenta, & eorum omnia eliquamina

b Li. 1. ti. 37. Plantarum positio circum aluearia.

Quando transferendæ Apes.

Vbi transferendæ.

Quid in translatione obseruandum.

Potio cibi pars est.

Aqua qualis esse debeat, & quid in ea obseruandum.

c L. 9. Hist. cap. 40.

d Li. 8. Hist. cap. 11.

Quid mellario quolibet tempore agendum.

Mense Martio quid agendum.

Fimus bubulus cut laudetur.

Cutator qualis esse debeat, & à quibus abstinere.

Maio Mẽſe quid agendum.

Oeſtrorũ generatio ſimilis Regum.

Aluei quãdo magis cuſtodiendi.

Apes quo tempore generentur è bobus & quomodo,

itemq; fœtentibus acrimoniis alii, vel cæparum, cæterarumq; rerum ſimilium. Duodequinquageſimo die ab æquinoctio verno, cum ſit Vergiliarum exortus circa V. Idus Maias incipiunt examina viribus, & numero augeri. Sed & iiſdem diebus intereunt, quæ paucas, & ægras Apes habent: eodemq; tempore progenerantur in extremis partibus fauorum ampliores magnitudinis fœtus, quam ſint cæterarum Apum, eoſq; nonnulli putant eſſe Reges. Verum quidem Græcorum autores βασιλεῖς appellant, ab eo, quod exagitent, neque patiantur examina conquieſcere. Itaq; præcipiunt eos necari. Ab exortu Vergiliarum ad ſolſtitium, quod fit vltimo menſe Iunio circa octauam partem cancri fere, examinant alui, quo tempore vehementius cuſtodiri debent, ne nouæ ſoboles diffugiant. Tuncq; peracto ſolſtitio, vſque ad ortum caniculæ, qui fere dies triginta ſunt, pariter frumenta & faui demetuntur. Sed ii quemadmodum tolli debeant, mox deinde, cum de confectura mellis, præcipiemus. Cæterum hoc eodem tempore progenerari poſſe Apes iuuenco perempto, Democritus & Mago, nec minus Virgilius prodiderunt. Mago quidem ventribus etiam bubulis idem fieri affirmat. Quam rationem diligentius proſequi ſuperuacuum puto, conſentiens Celſo, qui prudentiſſime ait, non tanto interitu pecus iſtud admitti, vt ſic requirẽdum ſit: verum hoc tempore, & vſque in autumni æquinoctium decimo quoq; die alui aperiendæ ſunt, & fumigandæ. Quod cum ſit moleſtum examinibus, ſaluberrimum tamen eſſe conuenit. Suffitas deinde, & æſtuantes Apes refrigerare oportet, conſpetſis vacuis partibus aluorũ, & quam recentiſſimi rigoris aqua infuſa, deinde ſi quid ablui non poterit, pinnis Aquilæ, aut etiam cuiuslibet vaſtæ alitis, quæ rigorem habent, emundari Præterea vt Tineæ, ſi appatuerint, euerrantur, Papiliones enecentur, qui plerunq; inter aluos morantes Apibus exitio ſunt. Nam & ceras erodunt, & ſtercore ſuo Vermes progenerant, quos aluorum Tineas appellamus. Itaq; quo tempore maluæ florent, cum eſt eadem maxima multitudo, ſi vas æneum ſimile miliario veſpere ponatur inter aluos, & in fundum eius lumen aliquid demittatur, vndique Papiliones concurrunt: dũq; circa flammulam volitant, aduruntur, quod nec facile ex anguſto rurſum euolare, nec rurſus longius ab igne poſſunt recedere, cum lateribus æneis circumueniantur, ideoq; propinquo ardore conſumuntur. A canicula fere poſt diem quinquageſimum Arcturus oritur, cum irroratis floribus thymi, & cunilæ, thymbræque Apes mella conficiunt: idque optimæ notæ enitetſcit autumni æquinoctio, quod eſt ante calendas Octobris, cum octauam partem Libræ Sol attigit. Sed inter caniculæ, & arcturi exortum cauendum erit, ne Apes intercipiantur violentia Crabronum, qui ante aluearia plerunque obſidiantur prodeuntibus. Poſt arcturi exortum circa æquinoctium Libræ (ſicut dixi) fauorum ſecunda eſt exemptio. Ab æquinoctio deinde, quod conficitur circa VIII. Cal. Octobris ad Vergiliarum occaſum diebus xi. & floribus tamaricis, & ſylueſtribus frutetis Apes collecta mella cibariis hyemis reponunt, quibus nihil eſt omnino detrahendum, ne ſæpius iniuria contriſtatæ, velut deſperatione rerum profugiant. Ab occaſu Vergiliarum ad brumam, quæ fere conficitur circa VIII Cal. Ianuarii, in octaua parte Capricorni iam recondito melle vtuntur examina, eoque vſq; ad arcturi exortum ſuſtinentur. Mel enim teſte *e* Ariſtotele cibus carum eſt. Cuius, inquit, rei inditium faci„ unt: cum apiarii eximere incipiunt fauos: quamuis enim ſuffi„ antur, vehementerq; ex fumo laborent, tamen plus mellis tunc „ eduut, quam prius. Quod enim cibi cauſa ſibi recondiderint, parcius eo temporibus cereris vtuntur: ſed habent etiam quo al„ tero cibo alantur, quod quidem ceraginem, alii cereum vocant, „ verum hoc deterius eſt, & dulcedine prope ficus Et *f* alibi rurſus „ Non deſunt, inquit, quæ cibo ſui generis vtantur, vt Apes, vt A„ ranei: Apes enim melle quibuſdam aliis dulcibus aluntur. Ergo Vergiliarum occaſu primo ſtatim conuenient aperire aluos, & depurgare, quicquid immundi eſt, diligentiusq; curare, quoniam per tempora hyemis non expedit mouere, aut patefacere vaſa Quã obcauſam dum adhuc autumni reliquiæ ſunt apricißimo die purgatis domicilijs opercula intus vſq; ad fauos admouenda ſunt, omni vacua parte, ſed eis excluſa, quo facilius anguſtiæ canearum per hyemem concaleſcant, idq; ſemper faciendum eſt etiam in iis aluceis, quæ paucitate plebis infrequentes ſunt. Quicquid deinde rimarum eſt, aut foraminũ, luto & fimo bubulo miſtis illinemus extrinſecus, nec niſi aditus, quibus commeent, relinquemus Et quamuis porticu protecta vaſa, nihilominus congeſtu culmorum & frondium ſupertegemus, quantumq; res patietur a frigore, & tempeſtatibus muniemus. Quidam exemptis interaneis occiſas aues intus includunt, quæ tempore hyberno plumis ſuis delitescẽtibus Apibus præbent tegmen. Tum etiam ſi ſunt abſumpta cibaria, commode paſcuntur eſurientes, nec niſi oſſa earum relinquunt. Sin autem faui ſufficient, permanent illibatæ. Nec quamuis amantiſſimas munditiarum offendunt odore ſuo. Melius tamen eſſe uos exiſtimamus tempore hyberno fame laborantibus, ad ipſos aditus in canaliculis, vel contuſam, & aqua madefactam ficum aridam, vel defrutum, aut paſſum præbere. Quibus liquoribus mundam lanam imbuere oportebit, vt inſiſtentes Apes quaſi per ſyphonem ſuccum euocent. Vuas etiam paſſas, cum infregerimus, paulum aqua reſperſas probe dabimus: atq; his cibariis non ſolum hyeme, ſed etiam quibus temporibus (vt iam ſupra dixi) tithymalus, atque etiam vlmi florebunt, ſuſtinendæ ſunt. Poſt confectam brumã diebus fere quadraginta, quicquid eſt repoſiti mellis (niſi liberalius à curatore relictũ ſit) conſumuut, & ſæpe etiam vacuatis ceris vſque in ortum arcturi; qui eſt idibus Februariis ieiunæ fauis accubantes torpent more ſerpentum, & quiete ſua ſpiritum conſeruant, quem tamen ne amittant, ſi longior fames inceſſerit, optimum eſt per aditum veſtibuli ſyphonibus dulcia liquamina immittere, & ita penuriam temporum ſuſtinere, dum arcturi ortus, & Hirundinis aduentus commodiores polliceantur futuras tempeſtates. Itaque poſt hoc tempus, cum dici permittit hilaritas, procedere audent in paſcua. Nam ab æquinoctio verno ſine cunctatione iam paſſim vagantur, & idoneos ad fœtum decerpunt, atque intra tecta comportant. Hæc obſeruanda tempora diligentiſſime Higinius præcipit. Hactenus Columella. *g* Plinius quoque, ſi cibus deeſſe, inquit, cenſeatur Apibus vuas paſſas ſiccaſque, ficosq; tuſas ad fores earum poſuiſſe conuenit. Item lanas tractas madentes paſſo, aut defruto, aut aqua mulſa, gallinarum etiam crudas carnes. Cibi autem quantitas niſi à perito mellario præſcribi poterit; ſiquidem *h* Ariſtoteles eſurire potiſſimum ab hyeme ſcribit, cum opus incipiunt, reddiq; otioſiores, ſit in eximendis fauis plus mellis relinquatur, itaque pro examinis numero reliquendum eſſe: item etiam agere anxius, ſi plus demetatur, quam vt reſiduum cibo ſufficiat. Atque etiam ſi alueus iuſto amplior ſit, deſidioſiores reddi; ægrius enim, quaſi deſperent, operi incumbere. Verum vt de cibo, qui hyeme offerendus eſt, uonnulla addamus, quæ vel obiter tantum Columella tetigit, vel alii recentiores adiecerunt, ſcire licet, eſſe qui calidam, in qua mellis decima portio immixta fuit, in canaliculis exhibeant. Nonnulli addunt farinam milii, ſiliginis, aut caſtanearum, quæ propter dulcedinem Apibus grata ſunt pabula, & non parum nutrimenti præbent Alii eam aquam tantummodo efferunt, qua faccos abluere, quibus mel exprimitur. Alii ficus decoquunt in aqua, & velut ad offas reductas exhibent. Alii rurſus vuas paſſas, & ficus eadem quantitate in defruto coctas eodem modo Apibus prope alueare collocant depaſcendas. Sunt item, qui Perſicorum ſiccorum cuique libræ, mellis vnciam vnam adiiciunt, ſimulque in aqua ebulliunt, alii denique lac præbent, maxime caprillum ceu ad hoc præſtantius. Sed videndum, ne iſtiuſmodi cibi ita offerantur, vt diutius in frigido aere Apes verſentur: ſiquidem hyems eis ſummopere inimica eſt. *i* Pontanus.

Sæuit hyems dira & pecori ferus ingruit aer
Atq; Apibus, tandem ò tandem mitescet & aer,
Et Zephyri ver diffundent.

Varro tradit prouidendum eſſe vehemẽter, ne propter æſtum, aut propter frigus diſpereant: docetq; vt reuiuiſcant, ſi quando ſubito imbri iu paſtu ſunt oppreſſæ, aut frigore ſubito, antequam ipſæ prouideriut id fore, (quod accidit raro vt decipiantur) & imbris guttis vberibus offenſæ iacent proſtratæ, & afflictæ. Vult autem colligi eas in vas aliquod, & reponi in tecto loco, ac tepido, pronoq; ad meridiem, cælo quam maxime clementi, & vas ipſum cinere facto è ficulneis lignis infriandum paulo plus calido, quam tepidiore. Deinde concutiendum leuiter, vt manu non tangas, & poncendas in ſole. Quæ enim ſic, inquit coalucrunt, reſtituunt ſe, ac reuiuiſcunt, vt ſolet ſimiliter fieri in Mulcis aqua necatis. Hoc faciendum ſecundum aluos, vt reconciliatæ ad ſuum quæq; opus, & domicilium redeant Varroni ſubſcribens Columella, ſubdit de Apibus coaceruatim ſub fauis repertis mortuis, eas ſcilicet ſicco loco per hyemem ſeruatas circa vernum æquinoctium, cum cœli benignitas inuitat in ſolem proferendas, ficulnoq; cinere obrutas, intra paucas horas calotis habitu animari. Quod præterea non omnis tempeſtas Apes ad paſtum prodire longius patitur, itaq; præparandus, vt idem Varro ait, ipſis cibus, ne tum melle cogãtur ſolo viuere, aut relinquere exiuanitos aluos Ipſe ficorum pinguium circiter decem pondo decoqui ait in aquæ congiis ſex, caſq; coctas in offas prope apponi Alii aquam muſſam in vaſculis propeut ſit curant Iu quæ adduntlanam purpuream, per quam ſugãt vno tempore, ne potu nimium impleantur, aut ne incidãt in aquam. Singula vaſa ponunt ad aluos ſingulas, & hac ſupplentur. Alii vuam paſſam & ficum cum pinſerunt, affundunt ſapam, atq; ex eo factas offas apponunt ibi, cum foras hyeme in pabulũ procedere tamen poſſint, (alii legunt, non poſſint) *k* Plinius quibuſdam etiam æſtatibus, eoſdem cibos præſtandos eſſe ſcribit (vuas paſſas nempe, & ficos tuſas) cum ſiccitas continua florum alimẽtum abſtulit: His itaq; omnibus diligenter obſeruatis aluearia & melle, & cera, propter quæ duo totius anni labor exercetur, haud dubio implebuntur Quamobrem dicendum modo venit, vt profeciſſe cognoſcat mellarius, & quoties, & quomodo caſtrare ea debeat. & quautum Apibus relinquere, ne fame pereant. Matura eſſe ad mellis reditum aluearia, ſignis, vt inquit *l* Palladius, quampluribus inſtruemur. Primum, ſi plena ſunt, Apum ſubtile mutmur audimus Nam vacuæ ſedes fauorum, velut concaua ædificia, voces, quas acceperint, in maius extollunt Quare cum murmuris ſonus magnus & raucus eſt, agnoſcimus non eſſe idoneas ad metendum crates fauorum. Item cum Fucos à ſedibus ſuis, qui ſunt Apes maiores, grandi intentione deturbant, matura mella teſtantur. Quod poſtremum ſignum etiam poſuit *m* Columella; ſicuti primũ *n* Varro his verbis Eximendorum fauorum ſignum ſumunt ex ipſis, cum plenas aluos habent, & cum illos geminauerint, ex Apibus coniecturam capiunt, ſi intus faciunt bombum, & cum introeunt, ac foras trepidant, & ſi opercula alui cũ remota ſint, fauorum foramina obducta videtur mellis membranis. Tres ſunt vindemiæ, vernum ex floribus conſtructo fauo Anthinum dictum: alterum thymoſum, ſolſtitio, thymo floreute confectum; Tertium æſtiuum à tempeſtate præcipua Syrio explendeſcente, horræum vocitatum. Varro eximendorum fauorum, inquit, primum tempus putant eſſe tempus Vergiliarum exortu, ſecundum æſtate acta, antequam totus exoriatur arcturus. Tertium poſt Vergiliarum

Quid inter caniculã & arcturũ ſit agendum.

Secunda meſſis.

Quando nihil mellis detrahendum.

Mel cibus e *L.i,9. Hiſt. cap.* 40.

Cerago quid.

f *L.1. Hiſt. cap.*1.

Fauorũ vacua pars abſcendenda.

Vt calore plumarum foueantur. Hyeme vt cibandæ.

Quandiu hyeme cibandæ.

g *Lib.21. cap.14.*

h *Li.9 Hiſt. cap.40.*

Quid offerendum.

Hyems Apibus inimica.

i *In Meliſeo.*

Vt frigore, aut ex imbre mortuę reuiuiſcãt.

Quid dandum cum euolare nõ poſſunt.

Cur lana addatur.

k *L.21.c.14.*

Quid in ſiccа hyeme dandum.

Signa plenitudinis alueorum.

l *In Iunio. tit.7.*

Fuci vt aluos plenas indicẽt

m *L.9.c.15.*

n *Li.3.c.16.*

Vindemiæ mellis quot,

Vindemiarũ tẽpora.

giliarum occasum. Virgilius vero duo tantum tempora meminit, dum canit:

Bis grauidos cogunt fœtus, duo tempora messis
Taygete simul os terris ostendit honestum
Pleias: & Oceani spretos pede repulit amnes
Aut eadem sydus fugiens, vbi piscis aquosi
Tristior hybernas cœlo descendit in vndas.

Sed Virgilius potiora tantum tempora recensuit. Ita quoque Aristoteles vindemiati scribit initio caprifici, aitq; tunc mellationis terminum esse. Ego suaderem, alueos inspiciendas esse, & si bene profecerint Apes, castrentur, sin minus, expectandum. Non enim vbique eadem pabuli felicitas, neque nostro æuo mellaria tanto sumptu fiunt, qualia veteres recensent. Multi nunc semel tantummodo castrant, quod non probo, „ si feliciter agant. nam post minus operantur, & velut secordes domi resident, mella collecta cõsumentes. Sed quantum eximendum? Cum sint repleti melle, in„ quit Varro, in eximendo quidam dicunt oportere nouem par„ tes tollere, decimam relinquere. Quod si omne eximas, fore vt „ discedant. Alij hoc plus relinquunt, quam dixi: vt in aratis, qui „ faciunt restibiles segetes, plus tollunt frumenti ex interuallis: sic „ in aluis, si non quotannis eximas, aut nou quoque multum, & „ magis his assiduas habeas Apes, & magis fructuosas. Dionysius Thaseus quoque decimam partem relinquendam æstiua mellatione existimauit, si pleni fuerint alui, si minus pro rata portione, si inanes, omnino non attingi. Plinius tradit mel Anthinum (quasi vernum, aut ex floribus collectum dixeris) non attingi, propterea à quibusdam, vt largo alimento valida exeat soboles. alii ex nullo minus Apibus relinquunt, quod magna sequatur vbertas, & herbæ tum florere incipiant, quæ cellis præcipuam materiam suppeditent: qui sunt diligentiores duodecimam partem relinquere Apibus ex hac vindemia, idq; die tricesima ab educto examine arque hanc vindemiam fere Maio includi. Eximentur autem veteres ac vitiosi, relinquendi maxime integri & melle pleni faui. Et si qui tandem pullos continent, vt examini progeuerando reseruentur. Rursus alij posteriore messe examina numerosiora propter immensas minuenda esse censent, & partem cum ipsis fauis condiendam, quo minus per hyemem pabuli opus est. Contra *o* Columella rursus priore messe, cum adhuc ruta pastionibus abundant quintam partem fauorum; posteriore, cum iam metuitur hyems, tertiam relinquendam censet. Atque Varro de tertio vindemiæ tempore loquens, ait si fœcunda sit aluus, vt non plus tertia parte eximatur mellis, reliquum hyemationi relinquatur. Si vero aluus non sit fertilis, vbi quid eximatur, exemptio cum est maior, neq; vniuersam, neque palam facere oportere, ne deficiant animum. Didymus vero, optimum quidem putat esse tempus vindemiæ mellis & fauorum, ortum Pleiadum; secundum Romanos vero mensis Maij principium: secundam vindemiam esse incipiente autumno; tertiam Pleiadibus occidentibus circa Octobr. mensem; sed nisi tamen definitis ac certis diebus, ac iuxta fauorum perfectionem. Si enim, inquit antequam perfecte contexti sunt faui, mella eximantur, ægre ferunt, & cessant præ siti. Idem facere etiamsi auarior omnem fructum ademeris, & aluearia penitus euacuaris. Oportere enim decimam partem ipsis relinquere, tum vere, tum æstate: hyeme vero duabus relictis ipsis partibus, tertiam tantum esse auferendam. Sic enim neq; animum præ tristitia despondere, & alimentum abunde suppetere. Delinquunt ergo nunc in eo plurimi, tertio quoque anno Apes excindentes, vacuantesque aluearia. nam ita cogũtur nouellis in vacuos alueos immissis, rursum tertium annum expectare ob disciplinam amissam. Quam obrem laudandi mihi videntur mellarij apud Germanos, qui priore messe non nisi cellas inanes rescindunt, vsq; ad fauos, in quibus mella, cauentq; ne ea lædant: posteriore nempe autumnali vindemia mellitos fauos eximunt, veteres Apes cadis condunt, nouæ Apes seruantur semper fere. in Aquilonaribus regionibus, vbi magnum Apum mellisque studium est, cum mella de alueis exempta sunt, mos est, vt refert *p* Olaus Magnus, genti tantum nouellis Apibus mellis dimittere, quantum eis sufficere videtur ad hyemalem victum, scilicet duas partes: quia inquit, in hyeme, ac principio veris, antequam flores apparent, ex melle contriris ficis ac vuis passis aliunde quæsitis, maxime viuunt. Vt ergo vindemiæ siue messis tempus variat, ita quoq; non quouis diei rempore castrandi sunt aluei. Dies enim, teste Columella, fere matutinus occupandus est: neque enim conuenit, inquit, æstu medio exasperaras Apes lacessiri. Duobus ferramentis ad hunc vsum opus est sesquipedali, vel paulo ampliore mensura factis: quorum alter sit culter oblongus, ex vtraque parte acie lata, vno capite adunum habens scalprum: alterum prima fronte planum & acurissimum, quo melius hoc faui succidantur, illo eradantur, & quicquid sordidum deciderit, retrahatur. Fumo coercentur, & ceu torpidæ redduntur, cum alias vindemiatorem insignirer vlsciscantur, vt supra, ex Homero alijsque ostendimus: Est autem hoc antiquorum inuentum; Virgilius:

Si quando sedem angustam, seruataq; mella
Thesauros relines, prius haustus sparsus aquarum
Ore foue, fumosq; manu pratende sequaces.

Et rursus *q* alibi facta hinc similitudine, ait:

Inclusas vt cum latebroso in pumice pastor
Vestigauit Apes, fumoq; impleuit amaro:
Illæ intus trepida rerum per cerea castra
Discurrunt, magnisq; acuunt stridoribus iras
Voluitur ater odor tectis, nunc murmure cæco
Intus saxa sonant, vacuas it fumus ad auras.

Mellationis terminus.

Quantum eximendũ.

Mel Anthenum.

Prima vindemia.

Faui qui eximendi.

Qua vindemia plus vel minus relinquendum.

o Cap. 15.

Germanorum in castrãdo mos

p Li. 22. c. 3.

Dies castrationis aptus. Instrumenta castrationi apta.

Apes fumo coercẽtur.

Li. 12. Aeneid.

Meminere plurimi alij Poetæ, quorum versus ad alios quoq; sensus torsimus: Meminit & *r* Ouidius, cum canit:

Quid cum suppositos fugiunt examina fumos
Vt releuent dempti vimina curua faui.

Sed inter alios quantopere fumus Apum sæuitiam domet, ostendit Cassandra apud Lycophronem. Græcis inquiens, etsi fratrem eius occidissent; non profutura omnia sua robora, sed vt Apes fumo, ita & illos aliorum virtute superandos iri Non minus elegauter etiam *s* Bargæus:

Si quando impendet capiti commune periculum,
Vt fumo cum pastor Apes exegit amaro
Dulcia lecturum mella ex alueariis, illa
Destituunt trepida cellas, & rege relicto
In diuersa abeunt, fusaque per arua vagantur.

Verum ne quid nimis. nimio enim fumo, teste *t* Plinio, inficiuntur. Columella fumum admoueri iubet factum galbano, vel aridofimo, ac si istiusmodi fimus ad eum vsum præster. Non ita tamen fumo coercentur, quin pungant etiamnum; quare & alia facere oportet. Maluæ succo, vt aiunt, si quis se oleo mixto, perunxerit, ab Apibus negatur feriri, quod retigit Paxamus, docens vt vindemiator mellis non pungatur. Ad farinam, inquit, fœnugrẽci torrefacti maluæ sylueſtris succum affundito cum oleo, facta „ que mellis spissitudine, faciem & nudas corporis partes largiter illine Cæterum omnium tutissimum est faciem, & manus velare tegereque quemadmodum vulgo mellarios facere videmus. Fumo tamen interim opus est, ne Apes secando occidamus, quo vt commodius pellantur, Columella galbanum, aut fimum aridum vase fictili prunis immista condit: airq; vas istud ansatum simile angustæ ollæ figurari, ita vt altera pars sit acutior, per quam modico foramine fumus emanet, altera latior, & ore patulo, per quã possit afflari. Talis olla, inquit, cum est alueari obiecta, spiritu admoto fumus ad Apes promouetur, quæ confestim nidoris imparientes in priorem partem domicilij, & interdum extra vestibulum se conferunt, atque vbi potestas facta est liberius inspiciendi fere, si duo sunt examina, duo genera quoque fauorum inueniuntur. Si ceræ dependentes in longitudinem decurrunt, eo ferramento, quod est simile cultro, insecandi sunt faui; deinde subiectis duobus brachijs excipiendi, atque ita promendi. Sin autem transuersi tectis cauearum inhærent, tunc scalprato ferramento est opus, vt aduerso fronte impressi desecentur. Eximi autem debent, vt dixi ante, veteres vel vitiosi, & relinqui maxime inte„ gri, & melle pleni. Et si qui tandem pullos continent, vt examini progenerando reseruentur. Omnis deinde copia fauorum conserenda est in eum locum, in quo mel conficere voles; linendaque sunt diligenter foramina parietum, & fenestratum, ne quid sit Apibus peruium, quę velut amissas opes suas pertinacitet vestigant, & persecuræ consumunt. Itaque ex iisdem rebus fumus etiam in aditu loci faciendus est, qui propulset intrare tentantes. Castratæ deinde alui, si quæ transuersos fauos in aditu habebunt, conuertendæ erunt, vt alterna vice posteriores partes vestibula fiant. Sic enim proxime cum castrabuntur, vetereſ potius faui, quam noui eximentur, ceræq; nouabuntur, quæ tanto deteriores sunt, quãto vetustiores. Quod si forte aluearia circumstructa, & immobilia fuerint, curæ erit, nobis, vt modo à posteriore, modo à priore parte castretur: idque fieri ante quintam diei horam debebit: deinde reperi, vel post nonam, vel postero mane. Sed quocunque faui sunt demessi die, dum tepent, mella conficere conuenit. Plinius plenilunio scribit, vberius capi, serenaq; die pinguius Saligneus qualus, vel tenui vimine rarius contextus saccus inuersæ meræ similis, qualis est quo vinum liquatur, obscuro loco suspenditur: in eum deinde carptim cõgeruntur faui. Sed adhibenda cura est, vt separentur eæ partes cerarum, quæ vel pullos habent, vel rubras sordes: nam sunt mali saporis, & succo suo mella corrumpunt. Deinde vbi liquarum mel in subiectum defluxit, transfertur in vasa fictilia, quæ paucis diebus aperta sint, dum musteus fructus defervescat: isque sæpius ligula purgandus est. Mox deinde fragmina fauorum, quæ in sacco remanserunt, retractata exprimuntur Arq; id secundæ notæ mel defluit, & à diligentioribus seorsum reponitur, ne quod est optimi saporis, hoc adhibito, fiat deterius. Expressæ fauorum reliquiæ postea quam diligenter dulci aqua perluræ sunt, in vas æneum coniiciuntur, adiectaq; aqua igne liquantur. Quod vbi factum, cera per stramenta vel iuncos defusa colatur, ac iterum de integro coquitur, & in orbes vel alias quasliber formas aqua prius adiecta diffunditur, ceraque concrera ex aqua facile eximitur. Plinius fauos scribit ante purificari aqua triduoque in tenebris siccari. & quarta die liquatos igni in nouo fictili, aqua fauos regente, ac postea sporta colati, rursumque in eadem olla coqui ceram cum eadem aqua, excipique aqua frigida vasis melle circumliris. *l* Aristoteles confici ceram ait, cũ stirpes florent, quamobrem eximendam per id rempus ceram de alueo esse; continuo enim reparari. Atque hæc de mellarij officio sufficiant.

r Li. 1. de reme. amoris.

s Li. 11. Syr.

t Li. 11. c. 16.

Fumus qualis laudetur.

Ne pugnat Apes.

Cur fumo coerceri debeant.

Olla ad excipiẽdum fumum.

Vt faui dissecentur.

Faui qui eximendi & qui non.

Cur fenestræ claudendæ.

Mella quãdo conficienda, & quomodo.

Mel secundæ notæ.

Ceræ conficiendæ ratio.

l Li. 9. Hist. cap. 40.

VOCABVLORVM ALIQVOT, QVÆ IN Operibus Apum occurrunt, Explicatio.

MEl quid sit, quod item cera, rudi etiam plebeculæ notum est, non autem, quid fauus, quid propolis, quid comosis, quid pissoceros, quid sandaraca, reliquaque, quæ in Apum operibus obseruan-

Fauus quid ſit & vnde dicatur. κηρίον.

obſeruantur. Quamobrem ne rudior quiſpiam mellarius ſimul omnia confundar, operæ pretium videtur, ea explicare. Fauus itaque eſt, earum domicilium; in quo mellificant, & fœtus incubant vnde fauum à fauendo dici volunt. Græci κηρίον appellant. Heſiodus de Apum opificio

——— Πρόπαν ἦμαρ ἐς ἠέλιον καταδύντα
Ἡ μάλα σπεύδουσι, πυθεῖσι τε κηρία λεύκά.

Hoc eſt:

Illæ quidem per totum diem ad ſolem occidentem:
Diurnæ feſtinant, & ſe mittunt fauos albos.

Apud Athenæum Ariſton Chiustradir quoſdam circa Olympum Lydiæ nectar parare, οἶνον καὶ κηρία συγκιρνάντες εἰς ταυτὰ καὶ τὰ τῶν ἀνθῶν ἐυώδη. Plinius vero κηρία interdum ceram, & ceras vertit, interdum cellas. Quod enim Ariſtoteles dicit, τὰ δὲ κηρία κηφήνια ἐλάττω εἰσὶ τῶν μελιττῶν: ipſe ſic interpretatus eſt: Fucis cellarum minimæ, ſed ipſis maiores Apibus. Rurſum quod a Ariſtotel ait, ,, εἰσὶ δὲ καὶ μέλιτται αἱ ποιοῦσι τρίπλα κηρία ὑπὸ τὴν γῆν ipſe b dicit eſſe, quæ ſub terra triplici cerarum ordine mellificent. Κήρωσις vocatur materia illa, ex qua cera conficitur. Fauus & cella Suidæ etiam ἀγκωνίτια dicitur, aliis item κυβῆτρα, & κύτταρος. Veruntamen inter fauos, & cellulas Apum ſiue ceras, ira diſtingui oportere videtur, vt faui plærunque accipiantur pro cellulis illis melle ,, plenis, vt apud Plinium iuniorem: Buccellam panis dedit & fauum mellis, & ſic accipiuntur loci ex Athenæo citati. Ipſum tamen vocabulum fauus pro vacuis quoque capitur, vt apud Tibullum, cum dicit melle complere fauos Apem. Sed quid ſi ita diſtinguamus, vt fauus ſit plures cellulas complectens continenſue, cella vero vnicum tantum loculamentum: nam & Varro de fauo loquens, Fauus, eſt, inquit, quem fingunt multicauatum è cera ,, veluti cellam, cum ſingula caua, ſena latera habeant, quot ſin- ,, gulis pedes dedit natura, ita ſexangulæ omnes cellæ, & ſingulorum pedum opere melle vno alteroue ad ſummum die cellas replent. Κηριάζειν eſt fauos conſtruere, aut conficere: Plinius etiam interpretatur cerificare: nam & Ariſt de purpuris (quibus hoc quoq; conuenit dicit: ὅταν δὲ κηριάζωσιν αἱ πορφύραι, τότε χείριστον ἔχουσι τὸ ἄνθος, ipſe c ita interpretatur. Cum cerificauere, fluxos habẽt ſuecos. Sic n. legendum eſſe, Ariſt. autoritas confirmat, & nou fœtificare, vt in quibuſdam exemplaribus legitur. Sed ſunt qui maluntinterpretari, fauificare, quam cum Plinio cerificare. Faui enim ſunt, qui melle farciuntur ab Apibus, quanquam habeant etiam ,, alterum cibum, teſte d Ariſtotele, quo alantur, quod quidam, inquit, interprete Gaza ceraginem, alii cereum vocant, ſed de hoc poſtea. Crabronum autem, & Veſparum faui dupliciter ab Apum fauis diſcrepant, materia ſcilicet, & ſitu: Materia ſiccior, aridiorique ac ad vſum inutili, ſitu ab vno latere tantum cellas obtinente, cum in Apibus ab vtroque latere conſpiciantur e Plinius prima operis fundamenta commoſim appellari ſcribit, ,, ſecunda piſſoceron, tertia propolim inter coria ceraſque magni ,, ad medicamina vſus Eſſe autem commoſim primam cruſtam, ,, ſaporis amari: Piſſeceron ſuper eam venire picantium modo ,, ceu diluriorem: ceræ initium plærunque è mitiore gummi: ,, Propolim craſſioris iam materiæ, additis floribus, nondum tamen eſſe ceram, ſed fauorum ſtabilimentum, qua omnes frigoris aut iniuriæ aditus obſtruuntur, odore & ipſa etiamnum gra- ,, ui, vt qua plærique pro galbano vtantur. Præter hæc conuchi- ,, tur inquit Erithace, quam alii Sandaracham, alii Cerinthum ,, vocant Hic erit Apum dum operantur, cibus qui ſæpe inueni- ,, tur in fauorum inanitatibus ſepoſitus, & ipſe amari ſaporis ,, Gignitur autem rore verno, & arborum ſucco, gummi modo, ,, Africi minor, Auſtri flatu nigrior: Aquilonibus melior, & ru- ,, bens, plurimus in Græcis nucibus. Menecrates florem eſſe dicit, futuræ meſſis inditium, ſed nemo præter eum. Hæc omnia f Plinius. Turnebus pro commoſi legendum arbitratus eſt ſæpe conesin, vel coniaſin, vt tectorium quoddam & illitionem intelligeremus, quæ Apes prima fauis, vt Maro dicit, ponunt fundamina. Sed quia ab Ariſtotele ita quoque ſcribitur, καλέσι δὲ οἱ μελιτουργοὶ τὴν κόνησιν: Gaza tamen apud g Ariſtotelem verba Plinii, vt circumferuntur, approbat, & μίτυν comoſim interpretatur, quando præter imum tectorium eſt & μιτυς apud Ariſtotelem, quæ comoſi reſpondere videtur. Commoſis tameu etiam retinet Turnebus auctoritate Heſychii adductus, in quo ſcribitur κόμμωσις ὁ τοῦ σώματος ὀρχισμὸς καὶ ὑπὸ τῶν μελισσουργῶν ἡ τοῦ σμήνους διάχρισις Vocatur Ariſtoteli ea operis pars modo μίτυς, modo κόνησις, & non κόμμωσις, ſed hæc dictio ab Heſychio conficta videtur, ad propoſitam tamen rem ſignificandam accomodata, ſi à κόμμι hoc eſt, gummi deriuemus, Gaza vero κόμοσιν imum tectorium tranſtulit. μύτιν commoſim ex Plinio nimirum, quem vel perperam intellectum ſecutus, vel quod veriſimilius eſt, deprauato codice vſus Sipontinus, Metyn interpretatur purgamentum ceræ, ex quo partem alui priorem Apes illinunt. Et euim eandem partem h Columella gummitionem vocare videtur, & Virgilius gluten. nam & Plinius ait ceræ initium eſſe è mitiore gummi. Veruntamen i Varro priorum horum operum mi- ,, nime meminit. De his propolim vocant, inquit, è quo faciunt ad foramen introitus protectum in aluum maxime æſtate. Quam rem etiam nomine eodem medici vtuntur in emplaſtris. Propter quam rem etiam carius in ſacra via, quam mel venit. Erithacen vocant, quo fauos extremos inter ſe conglutinent, quod eſt aliud melle, propoli: itaque in hoc vim eſſe illiciendi. Quocirca exa- ,, men vbi volunt conſiſtere, eum ramum, aliamue quam rem oblinunt hoc, admixto apiaſtro. Propolis teſte k Dioſcoride repe-

a L. 5. Hiſt. cap. 22.
b Lib. 11. cap. 18.
κήρωσις.
Fauus, & cella vt diſſetant.
κηριάζειν. Cerificare
c Li. 9. c. 38.
Fauificare.
d Li. 9. Hiſt. cap. 40.
Cerago.
e Li. 11. c. 7
Cõmoſis.
Piſſoceros
Propolis.
Erithace
Sandaraca.
Cerinthus.
f L. 23. Aduerſ c. 13.
Coneſis.
Coniaſis.
g L. 9. Hiſt. cap. 40.
μίτυς quid.
κωνυσις
κόμμωσις.
vnde dicatur.
h Lib. 12. cap. 50.
i Lib. 3. c. 16.
Erithace.
k L. 2. c 109.

ritur ἐν τοῖς σόμφοσι σμηνίων, id eſt, in ore aluearioruin. l Actuarius Ceram virgineam vocari ſcribit. Serapioni Mum dicitur, Pandectario etiam Algiſtros, nonnullis fæx aluearis, Hiſpanis Alceda, aut Hiez de Golmena. Quæ ex populo nigra fit, Ægerina dicitur. Populi autem maxime propolim generant. m Plinius, Populi ferunt, inquit, ex foliis guttam, ex qua Apes propolim faciunt. Gutta quoque aquæ propolis ex aqua remedium quam efficax eſt. " Sic n ille: ſed ante ſcripſerat è gummi populorum ac vitiũ piſſo- " ceron fieri, non propolim Quare duo ex populis facere Apes di- " cendum eſt, piſſoceron ſcilicet è gummi, propolim ex gutta foliorum. o Alibi de virtute ciuſdem ſic ſcripſit. Prima propolis al " ueorum aculeos & omnia infixa corpori extrahit, rubera diſcutit, dura concoquit, dolores neruorum mulcet, vlceraque iam deſperantia cicatrice includit. Dioſcorides propolim vult eſſe iu- " cundi odoris & ad Styracem accedentis: quod Plinio repugnat. Qui pro galbano vtuntur, facultatem eius tantum, non odorem ſpectant, id quod Plinium fefellit. Sandaracæ item meminit p Ariſtoteles his verbis. Mel Apibus tum æſtate, tum hyeme in cibo eſt. Sed recondunt alteram quoque cibarii genus, cui durities ceræ proxima, quod Sandarachã nounulli appellant. Et ante in eo " dem capite cerinthum vocauerat, ſed Gaza, vt ſupra monſtrauimus, ceraginem reddidit, voce ficta ad Græcam exprimendam: Sed textum cirabo: Habent etiam Apes (habet Gaza,) alterum " cibum quo alantur, quod quidam ceraginem, alii cereum vo- " cant, verum hoc deterius eſt, & dulcedine prope ſiccus. Conge- " runt id quoque ſuis cruribus. Plinius itaque in eo Ariſtoteli ſub- " ſcribit, quod ſit pro cibo etiam Apibus: cum operantur: contra " Varro (vt ex allatis ſupra eius verbis cuiliber conſtare poteſt) non cibum eſſe vult, ſed gluten ad glutinandos fauos. q Virgilius quoque illius Apum glutinis meminiſſe videtur, cum canit:

Vtraq; vis Apibus pariter metuenda, neq; illæ
Nequicquam in tectis certatim tenuia cera
Spiramenta linunt, fucoq; & floribus oras
Explent, collectumq; hac ipſa ad munera gluten,
Ex viſco, & Phrygia ſeruant pice lentius Idæ.

Vocauit id denique etiam r Ariſtoteles Erithacen. A Dioſcoride Cerãthemos dicitur, vulgo, vt ait Hermolaus vernigo, quia, inquit, genita eſt è verno rore. Eſt vero etiam Ἐρυθάκη τὸ ἐγκοίλιον τῶν ἰχθύων μαλακῶν καὶ τὸ τῶν ὠῶν ἐμβρυα.. Ita enim, inquit quidam, reponendum videtur. Item Sandaracha alias eſt ſuccus concretus, terreuſque & quodammodo vſtus; in metallis fere iiſdem, in quibus & arſenicum, id eſt, auripigmentum, proueniens. Plinius in aurariis & agentariis metallis inueniri ſcribit. Sandarachæ eſt maxime ἀνθηρὸν χρῶμα, id eſt floridus color: ideoque ἄνθηρον Sandaracham expoſuit Heſychius. Duplexque autem eſt Sandaracha, vna foſſiritia, colore cinnabaris, quam arſenicum rubrum vocant: altera factitia: id eſt ceruſſa in fornace cremata, quam Sandycem vocant: de natiua conſule Dioſcoridem, & Matthioſum. Vitruuius id quod fit ex ceruſſa in fictile coniecta cremata Sandaracham ob ſimilitudinem coloris vocat: ſed ipſum Dioſcor. σάνδυκα ſcribit appellari. Arabibus rurſus Sandaracha eſt gummi arboris, quã Iuniperum Latini, Græci ἄρκευθον appellant. Poſtremo Cerinthũ à s Theophraſt numeratur inter flores æſtiuos. Itaque decepit Menecratem ambiguus ceriuthi ſignificatus, quo nunc herbam floreniqueintelligimus. nunc vel Apum cibum, vel gluten, quo obturantur fauorum foramina Videtur autem cerinthum à Theophraſto vocari, id quod cerinrhen vocant Vergilius & t Plinius, vbi de Apum pabulo loquuntur.

l Li. de com. poſ med.
Mum.
Ægerina.
m Lib. 24. c. 7.
n Li. 11. c. 8.
o L. 22. c. 24
Propolis facultas.
p Lib. Hiſt. cap. 40.
Sandaraca.
q Georg. 4.
r Lib 5. Hi. cap. 22.
Ceranthemos.
Vernigo.
Erithaces, & Sandaracæ aliquiuoca.
Sandix quid.
s Lib. 6. de Hiſt. plant. cap. 7.
Cerinthũ quid
Theophraſto.
t L. 21. c. 12.

LEGES DE APIBVS.

CVm de captis Apibus ſæpe lis oriri ſoleat inter mellarios, itaque non abſurdum fuerit eas quas Apibus leges nobis prę ſcripſerint iuriſperiti, hoc loco recenſere. Apium quoque inquit Vlpianus, fera eſt natura. Itaque Apes, quæ in arbore tua conſederint, antequam à te alueo includantur, non magis tuæ intelliguntur, quam volucres quæ in arbore tua nidum fecerint, ſed primum occupantis fiunt. Fauos quoque ſi quos hæ fecerint, cuiliber eximere licet, & ſi in agro tuo fiut. Apum examen ſi tuis alueis relictis euolarit, eo vſque tui eſſe dominii intelligitur, donec tuis ſubiacet oculis, & eius perſecutio non eſt difficilis Si enim aut difficilis eſt perſecutio, aut tuum conſpectum effugit ſit occupantis. Si autem priuſquam alius fauos contigerit, præuidens ego ingredi ipſum fundum meum prohibuerim (poſſum enim ſecundũ leges id facere) capiam fauos nemine impediente, vt ait Theophilus in §. Apium. Plane in Apibus animus non redeuudi facile intelligitur: cum enim fugam cogitant, foras exeunt turmatim, ibi ſe agglomerant, cœloque examina ludunt, vt dixit poeta. Reuocãtur creberrime in alueos, & fugientes perſequi poſſum in fundum alienum, vel inuito domino, ac vetante l. theſaurus §. ad exhibẽd. quia ius cuique acquiſitum ei conſeruari debet l. patre §. de iis, qui ſunt ſui. Secus ſi Apes feras noue in alieno prædio captarem §. Apiũ in fine de retũ diuiſione. a Plato v. ſi quis Apũ voluptati indulgẽs, & pulſando alienũ examẽ ſibi vindicauerit, vult vt damnũ rependat. Leg. ſalica t. 9. de furt Apiũ §. 1. Legitur ſic: Qui Apes claue cõcluſas reſerato tecto rapuerit, 1800. denarios, i.e. ſolidos 45. ſoluere debet. Sic iure ciuili Apes in alueis noſtris concluſæ, noſtræ ſunt: ſi tamen euolauerint, vt perſequi extra conſpectũ noſtrũ nequeamus, vel in arbore ſint:, occupantium fiunt, vt dictũ eſt. Accurſius ſylueſtres Apes, quæ in arbore eõſederũt, eius eſſe domiui, ſi arborẽ ſignauerit, ex lege Longabardorum ait: Lege Gothorum, ſi quis

Apes occupantis fiũt.
Vt non redituræ cognoſcantur.
a Lib de Legibus.

si quis ingenuus deprehensus sit in Apiario furti causa, ex eo solo tres solidos debet, & quinquaginta flagella: si sustulerit centum verberibus subiicitur, & si dominus eius noluerit, addicitur domino seruiturus. In legibus Wisigothorum est, & hæc. Si quis Apiaria in ciuitate, aut in villa forsitan construxerit, & alii damnum intuletit, statim moneantur, vt eas in abditis locis transferre debeat, aut fortè iu eodem loco hominibus, aut animalibus damnum inferant. Et qui hæc præcepta, aut testationem neglexerit, & damnum suffocationis in quadrupedes intulerint, quod mortuum fuerit duplum restituant, quod vero debilitatum ille obtineat, & simile damno reddat, & pro iudicis contestatione, quam audire neglexit, quinq; solidos coactus componat.

PRÆSAGIA.

Pluuiæ & tempestatis præsagium.

SI Apes prope sua aluearia (quod longiùs progredi formident) flosculos ad mellificium sedulo excerpant, tempestuosam, ac pluuiam aurę constitutionem augurantur. Hoc nimirum faciunt, vt superueniente aeris præuisa perturbatione, citò, tute & iocunde possint euadere. Sunt enim imbecillæ bestiolæ, quæ subitas, & violentas temporum mutationes difficulter sustinent. Meminit huius præsagitionis, sed paulo diuerso seusu *a* Aristoteles, cum inquit: Præsagiunt Apes, & hyemem, & imbres: cuius rei inditium est, quod non auolant, sed sereno adhuc in alueo volutantur: quo ,, apiarii hyemem expectãt. *b* Theophrastus tamen id repetit, quẽ- ,, admodum nos diximus, Cum Apes, inquit, non longius auo- ,, lant, sed sereno adhuc circa alueum volitant, tempestatem futu- ,, ram monent. Vterque vt apparet, ex Arato transcripsit, qui ita ,, canebat:

a *Li. 9. Hist. cap. 40.*
b *Libde sig. tempest.*

Οὐδ' αὖ ἐπιξυθεῖ μεγάλῃ χειμῶνι ἴοντι
Πρόσσω ποιήσαντο νομὴν κήρου μέλισσαι·
Ἀλλ' (αὖτε) μέλιτεις πεῖ ἔργων ὁλισθάνουσι,
id est.
Neque sane subfluua, magna tempestate instante,
Ante facere solent pabulum faui Apes
Sed intus melleq; & structuris occupantur.

Meminit item Maro:

Nec vero à stabulis pluuia impendente recedunt:
Longiùs; aut credunt cœlo, aduentantibus Eturis
Sed circum tuta sub mœnibus vrbis aquantur,
Excursusq; breues tentant.

Vt pluuiã fugiant.

Quod si vero ad pabula longiùs ab vrbe suã; vt Virgilius vocat, euolauerint, præuiderintq; tunc imminentem aliquam turpem tẽpestatem, totis viribus, & quò celeriùs per alarum debilitatem fieri licet, ad alueos suos properant, vt eleganter nobis innuit Silius Italicus, dum ait:

Aut vbi Cecropius formidine nubis aquosa
Sparsa super flores examina tollit Hymettus.
Ad dulces ceras, & odori corticis antra
Mellis Apes grauida properant, densoq; volatu
Raucum connexa glomerant ad limina murmur.

c *Li. de mirab. Auscul.*

,, Alibi quoq; *c* Aristoteles Apes, inquit, solstitia denunciare vi- ,, dentur, suo ad labores egtessu; quod & melitopolis certo argu- ,, mento est, quippe quæ tùm quietem agant.

AVGVRIA.

Quando ostenta faciant.

APes quoque suo examine dira ostenta sæpe, & triste auspicium fecere: nonnunquam tamen felicem euentum habuere. Tunc autem teste *a* Plinio ostenta faciunt priuata, ac publica, vua dependente in domibus templisue, sæpe expiata magnis euentibus. Ad quod allusit *b* Iuuenalis his versibus:

a *Lib. 11. cap. 17.*
b *Satyr. 13.*

Egregium sanctumq; virum si cernis, innembri
Hoc monstrum puero, & mirantia iam sub aratro
Piscibus inuentis, & fœta comparo mula,
Sollicitus tanquam lapides effuderit imber,
Examenq; Apum longa consederit vua
Culmine delubri; tanquam in mare fluxerit amnis
Gurgitibus miris, & lactis vortice torrens.

Vrbs propter Apes lusttata.

Sed examina quocunq; se dimisissent, polluere & infortunate lo- cum credita sunt; quate quoties in vrbe comparuerunt; lustratam vrbem ex Sybillinis institutis legimus. Si examen Apum, inquit *c* Cicero, ludis in scenam venisset, aruspices acciendos ex Hetruria putaremus: Videmus vniuersi repente examina tanta seruorum ,, immissa in populum Ro. septum atque inclusum, & non com- ,, mouemur? Atq; iu Apum fortasse examine nos ex Hetruscorum ,, scriptis aruspices, vt à seruitio caueremus, monerent. Pro infeli- ci in primis augurio habebatur, si in ara insedissent, vt ante pugnã Pharsalicam Pompei cum Cæsare euenisse *d* Appianus prodidit: quanquam *e* Dion Nicæus, & *f* Valerius Maximus inter signa Pompeij cladem denunciantia scribant Apes Pompeii signis militaribus insedisse. Cneum etiam Pompeium, inquit Valerius, Iupiter omnipotens omnino monuerat, ne cum C. Cæsare vltimam belli ,, fortunam expetiri contenderet. Egtesso à Dyrrachio aduersa ,, agmini eius fulmina iaciens, examinibus Apum signa obscutan- ,, do, subita tristitia implicatis militum animis, nocturnis totius exercitus terroribus, ab ipsis altaribus hostiarum fuga, &c. Memi- ,, nit etiam *g* Iulius Obsequens. Calamitosos quoque casus præ- ,, notabant Apes, & cladem pernitiosam, quando in nauibus per ,, æquora latæ conspicerentur: quod de Dione referunt. *h* Plutarchus tamen id paulo aliter refert. At cum, inquit, examen Apum

c *In Orat. de Aruspic. responsis.*
In ara sedentes quid portendant.
d *Lib. 2. de bello ciuil.*
e *Lib. 41.*
f *Lib. c. 6.*
g *Cap. 124. Prodig.*
In nauibus edentes

A circa Dionis naues à puppe conspectum esset, de illo separatim sibi, & amicis explicauit. Timere enim se ne res illius gerendæ, cum honestate, quidem plenæ sint, vbi perfloruerint, breui contabescant tempore. Præterea in Bruti castris conspecto examine, aruspices castra mutari voluerunt, ne quid diri portenderent. Refert ,, hoc etiam idem *i* Plutarchus pugnam Bruti, & Cassij cum Augu- ,, sto, & Antonio ad Philippos describens. Ostentum, inquit, Cassio in lustratione infaustum perhibent factum: nimirum ei coronam inuetsam à lictore porrectam. Prius quoque in quodam spectaculo, & pompa ferunt eum, qui Cassij aureum trophæum ferret, corruisse. Porro & aues multæ catniuoræ interdiu super castra con- ,, spectæ, & examina Apum ad locum quendam intra castra con- ,, uenerunt: eum locum aruspices exterminauerunt, suspicionem ,, amolientes, quæ militum animos plane occuparat, & ipsum iam ,, Cassium ab Epicuri decretis ad se paulatim subducebat. Itaque ,, ergo in præsentia prœlio decernere non admodum cogitabat, ,, trahendumq; bellum suadebat, &c. Et rursus de postrema Bruti ,, cum Antonio pugna, Volumnius, inquit, homo philosophia im- ,, butus, & qui castra Bruti est secutus, primam Aquilam ait Apum ,, B plenam extitisse, & cuiusdam qui primos ordines duceret, bra ,, chium sua sponte vnguẽt o rosaceo fluxisse, ftustraq; id sæpe ab ,, sterfum fuisse: ante ipsam etiam pugnam duas Aquilas in medio ,, acierum depugnasse, incredibiliq; exercituum silentio spectatas ,, fuisse, concessisse tandem, & fugisse eam quæ à Bruti parte erat. ,, Præterea M Asinio, vel vt alii legunt Asilino, M. Acillo Coss. mu ,, tationem teste *k* Tacito in deterius portendi cognitum est crebris prodigiis. Signa enim, ac tentoria militum igne cælesti arsere. Fastigio Copitolij examen Apum insedit. Biformes hominum partus: & Suis fœtus editur cui Accipitrum vngues erant. Ad quem locum doctissimus Iustus Lipsius hoc adiicit scoliolum: Quod semper, inquit, inter portenta, cum visum (scilicet Apum examen loco insolenti. *l* Silium Italicum emendari velim de prodigiis, quę ante pugnam Canensem:

i *In Dione.*
Castra propter Apes mutata.
i *In Bruto.*
Aquila Apib. plena. Aquilę duę pugnantes.
k *Lib. 12. Annal.*
Apes fastigio Capitolij insidentes.
l *Lib. 8. & 5.*
Silius Italicus correctus.

Obsedit q; frequens castrorum limina Bubo
Nec densa trepidis absunt se inuoluere nubes.
Cessaruntq; Aquilis: non vnus crine coruscо
Regnorum euersor, rubuit lethale cometes.

scribiq; *Nec densa trepidis Apiũ se inuoluere nubes. Cessarum Aquilis,*

C Nubes Apum examina vocat, quæ insederunt signa. Sic Lipsius cui addi potest illud Claudiani de victoria Stiliconis contra Alaricum.

Et si quod fortasse quies neglexerit omen
Addit cura nouis Lapidosos grandinis ictus,
Molitasq; examen Apes.

Apes apicem arboris insidere malum.

Iam vero Apes rursus apicem arboris insedisse, oppugnationis futuræ, & teterrimi belli afferre signa, multi annotarunt: idque Lauri exemplo docuit Virgilius cum canit: *Aen. VII, 64.*

Huius Apes summum densa (mirabile dictu)
Stridore ingenti, liquidum trans æthera vectæ
Obsedere apicem, & pedibus per mutua nexis
Examen subitum ramo frondente pependit.
Continuo vates, Externum cernimus, inquit,
Aduentare virum, & partes petere agmen easdem
Partibus ex ijsdem, & summa dominarier arce.

Nonnunquam felicem euentum portenderunt; vt mox subinde ,, patebit. *m* Plinius sedisse in castris Drusi Imperatoris scribit, cum ,, D prosperrime pugnatum apud Arbalonem est, haudquaquam per- ,, petua, inquit, atuspicum coniectura, qui dirum id ostentum ex- ,, istimant semper. Sed aliter *n* Iulius Obsequens In Germania, in- ,, quit, in castris Drusi, examen Apum in tabernaculo Hostilij Ru- ,, tilii præfecti castrotum, consedit, ita vt funem prætendentem, ,, præfixamq; tentorio lanceam amplecteretur. Multitudo per in ,, sidias subiecta est. Item *o* Dion Drusum, ait imprudentibus hosti- bus regionem peragtasse, Wisurgum etiam transiturum, nisi ali- mentorum inopia hyemis propinquitas, & visum in castris Apum examen deterruisset. Itaque cum *p* Tacitus scribat Germanicum ad aras barbaras contra Gernos prospere dimicasse; quidam leguntin castris Germanici imperat cum prosperrime pugnatum ad aras barbaras est. Quidam Arbalonem Salam Germanię flumen esse putant, ad quem Drusus Augusti priuignus insignem cladem accepit: quidam Ardfeld Westphaliæ oppidum, quod magis placet ob nominis vicinitatem: quidam denique Arusberg, vrbem eiusdem prouinciæ. Vt ego dubium est, nunquid vel prospetitatem, vel iufelicitatem Druso portenderit Apum examen; ita contra clarum est, Dionysio, paulò ante quam regnare cœpit, feliciter oblatum esse, cum equum è voraginibus, in quas demersus erat, nulla prorsus contentione extrahere posset; nam cum id ægre ferens, longius discessisset; audito mox equi hinnitu reuersus, alacrem lætus aspexit, videns in eius iuba examen Apum considere. imperii, quod occupauit inditium. *q* Ælianus hoc sic refert. Dionysium, inquit, Hermocratis filium, aiunt, flumen equo ,, E traiecisse, cumque in luto equus contideret, eum dissiluisse, & ripæ compotem esse factum: atque sic relicto postmodum equo ,, quasi non amplius suo discessisse. Cum autem sequeretur equus, ,, & hinniret, reuersum esse, cumque apprehenderet eius iubam ad ascendendum, Apum examen continuo manum circundedisse: ,, atque de his interroganti, respondisse Dionysio Galeotas, mo- ,, natchiam ea re præsignificari. Feliciter quoque Trophonium ,, oraculum, cum antea prorsus ignoraretur, ex huiusmodi casu, vt ,, refert *r* Pausanias, ad Bœotos eius peruenit notitia. Cum vnum & ,, alterum iam annum nullis tetra imbribus irrigaretur, è singulis

m *Lib. 11. cap. 17.*
n *Prodig. cap. 132.*
o *Lib 54. Annal.*
Arbaloil quid.
Felix augurium.
q *Lit. 12. Var. Hist. cap. 46.*
Trophonii oraculi inuentio.
r *In Bœot.*

ciuitatibus

ciuitatibus Delphos miſſi ſunt, qui opem implorarent. His ſiccitatis remedium expoſcentibus, Pythius Apollo imperauit, vt Labadean euntes à Trophonio mali auxilium quærerent Labadean itaque profecti, cum oraculum reperire non poſſent, Saon quidam Acræphnienſis, collegarum natu maximus, cum Apum examen conſpexiſſet, quocunque illæ diuertiſſent, ſequi ſtatuit. Vbi igitur eas ad ſpecum aduolantes vidit, & ipſe ſubiens, oraculum, quod quærebant, illud eſſe intellexit. Saonem hunc cum ea quorum cauſſa miſſus fuerat, tum ſacrorum omnem ritum, & quę inter conſulendum fieri fas eſt, edoctum à Trophonio memorant. Hæc Pauſanias. Quæ etiam Apes in ora infantis Platonis aduolarunt, haud dubiam ſpem eius magnitudinis attulerunt. Sedere, inquit, *s* Plinius, in ore iuſantis tum etiam Platonis, ſuauitatem illam prædulcis eloquii portendẽtes. *t* Valerius Maximus vero: Formicis, inquit, Midæ iure, meritoque Apes Platonis prætulerim: illæ enim caducæ, ac fragiles; hæ ſolidæ, & æternæ felicitatis indices extiterũt: dormiẽtis in cunis paruuli labellis mel inſerendo. Qua re audita, prodigiorum interpretes ſingularem eloquii ſuauitatẽ ore eius emanaturam dixerunt. At mihi quidem illæ Apes non montem Hymetum thymi flore redolentem, ſed Muſarum Heliconios colles, omni genere doctrinæ virentes dearum inſtinctu depaſtæ, maximo ingenio dulciſſima alimenta ſummæ eloquentiæ inſtillaſſe videntur. Idem prodigiũ prout ſucceſſit, ita recenſet *u* Ælianus; Platonem in vlnis ferebat Perictione. Cum vero Ariſton ſacra litaret in Hymetto Muſis, aut Nymphis, dum dulcedine rei diuinæ darent operam, illa Platonem in proximis myrtis, denſis & opacis repoſuit. Cui repente examen Apum, Hymettij mellis opifices, in os inſidentes ſuis ſtrepebant bombis: prælignificantes ira Platonis eloquentiam, & linguæ facundiam. Et rurſus: de Platone, inquit, dicitur, quod Apes in ipſius ore fauum effecerint. Meminit huius etiam *x* Cicero. Simile plane augurium Pindaro celeberrimo, ac ſuauiſſimo poetæ contigiſſe narrant, dicentes cum adoleſcentulus eſſet etiamnum, æſtiuoq; tempore Thebis Theſpias iret, æſtu meridiano fatigatum, præ ſomno, ac laſſitudine paululum è via declinaſſe, proſtratuſque cum dormiret, aduolantes ad eius os Apes, in labris eius mellificaſſe. *y* Aelianus vero hoc aliter refert, nimirum Pindarum, cum è patria domo fuiſſet expoſitus: aluiſſe Apes, pro lacte mella ferentes. Idem de Virgilio adhuc infante canit *z* Pontanus his verſibus:

Apes in ore Platonis.
s *L. 11. c. 17.*
t *Lib. 1. c. 6.*
u *L. 10. Var. hiſt. 21.*
x *Lib. 1. de diuinat.*
Apes Pindarum alentes.
y *L. 12. var. hiſt.*
z *Lib. 2. de Stellis.*

Hæc (Meliſſa) *natum gremio excipiens, flauentia mella*
Inſtillat puero, & dulci rore illinit ora.
Ille faui ducens tenerum de nectare ſuccum
Paulatim ſomno capitur, circumq; frequentes
Ora vagantur Apes, lectumq; è flore liquorem
Intingunt labris, & rora madentia fingunt.

Sed reuera præter Pontanum nemo alius, quod obſeruauerim hucvſque, de Marone id tradit: puto autem illud ipſum ab eo ſcriptũ, vt vniram poetę eloquentiam naturaliter inditam fuiſſe indicaret; atque ita ſæpe Apes in diſertorum ſcriptorum ora aduolaſſe, & mellificaſſe dicimus. De Lucano poeta, cum adhuc iuſans in eunis cubaret, id in eius vita legitur. Hieroni quoque iuſſu patris expoſito, propterea, quod ex ancilla natus eſſet, ne nobilitati paternæ dedecori foret, tamen ita humanæ opis indigenti, Apes in os mella congeſſere: quo oſtento pater ab aruſpicibus admonitus, filium recolligendum duxit, moribus & diſciplinis iis erudiendum curauit, per quas poſtmodum ad præmonſtratam regni maieſtatem facile peruenit. De Diuo Ambroſio illo magno Mediolanenſium Epiſcopo id quoque vere narrat Paulinus, qui illius geſta ſcriptis mandauit, diuinamque viri eloquentiam præmonſtraſſe: nam cum, & *a* ſacra pagina teſtetur in ore Leonis occiſi Apes examen confeciſſe, & fauum mellis, ſignificata eſt dulcedo doctrinæ, & ſapientiæ Chriſti morituri. Cum itaque Apes eo modo, & Platonem, & Ambroſium magni feciſſe videantur, ferentes nempe iudiciũ, futuros & veridicos, & eloquentiſſimos: tamen nobis non ita viſum eſt Platonicam doctrinam comparandam Ambroſianæ: cui cum liberalib. diſciplinis acceſſit, & Chriſti fides, ſacrarumq; literarum eximia cognitio, qua Platonicos errores confutauit: & ſi quæ vera docuerat Plato ante Chriſti aduentum, circa rerum diuinarum intelligentiam, eum nõ à ſe ſuopte ingenio perſcrutatum conſtat, ſed Hieremiæ libris doctrinaque didiciſſe, Chriſto doctore, vt ipſe idem S. Ambroſius apertiſſime demonſtrauit Platonico in hac re confutando; qui ſibi pietatem Chriſtianam aſcribebat, ſuoque auctori Platoni. Beatiſſimus enim ipſe Ambroſius euidenter aperuit, perſpicuumque fecit, diſputans cum Platonicis, quidquid philoſophice de diuinis reb. tradiderat Plato, in Aegypto id didiciſſe ab Hieremiæ diſcipulis, quos Chriſtus ipſe, ac Spiritus ſanctus edocuerant, cum de fide illi narraſſent: ſic enim Ambroſius ipſe habet libro, quem inſcripſit de Sacramentis, ſiue de propheria: cuius rei meminit etiam D. *b* Auguſtinus. Apes igitur ſi quid præmonſtrarunt in Platone futurum, ad eam partem ſpectat, qua humana ſapientia, atque eloquentia inter philoſophos eminere ſperabatur, vt vere excelluit. At in Ambroſio reuera longe maiora prænunciauit illud Apum examen, quod ſcilicet verbum ſpiritulque Dei diuinarum rerum integra cognito ei conferenda per gratiam foret, ac de Chriſto Sacramentis omnibus imbuendus tam eximia fide, & fæcundia, vt exquiſite omnia, tum verbo tum ſcripto aperiret, Tantum itaque auſim dicere Platonica ab Ambroſianis abeſſe, quantum Apes ipſæ ab homine. Memiuit huiuſce augurii Baptiſta Mantuanus, qui quoque vitam Ambroſii ſcripſit, ſed carmine:

Hieron ab Apibus nutritus.
a *Iudic. 14.*
Platonis & Ambroſij cõparatio,
Plato quid ab Hieremia prophera didicerit.
b *Lib. 2. de doct. Chriſt. cap. 28.*

Cum puer in cunis olim dormiret apertis,
Forte labris examen Apum ſuper illius ora
Sedit, & ingrediens buccas, tenerumq; palatum
Inueniſſe fauis tectum ſe credidit: at mox
In ſublime volans altos diſceſſit in Auſtros
Hoc pater augurio latus, ſi vixeris, inquit,
Chare puer, tua te mittet facundia ad aſtra.

DENOMINATA.

MEliſſa vulgo officinisque dicta herba, nobis melladella notiſſima eſt, vt paſſim ſecus foſſas viarum enaſcens. Græcis μελίσσα id eſt Ape μελισσόφυλλον quaſi Apis folium vocant, μελισσοβοτάνιον nonnulli etiam. Plinius priorem dictionem ſeruat, Meliſſophyllum latine etiam nuncupans. Ita vocari putant herbarii, quoniam Apes teſte Plinio, & Ariſtotele hac herba plurimum delectentur. Aiunt enim, ſi hac herba aluearia purgentur, non fugituras Apes. Quare eadem ratione Latini etiam Apiaſtrum reddiderunt. quo nomine Meliſſophyllum *a* Plinius ab Hygino Apiaſtrum vocari ſcribit: quanquam interim ipſe inter *b* ea, quæ Apib. gratiſſima ſunt, ſeorſum meliſſophyllum, ſeorſum Apiaſtrum recenſet. Nicander μελίφυλλον nominat, quod mellis folium indicat, quod hinc nimirum Apes mellis materiam copioſe colligant; alii μελίταινα, Theocritus μελίτεινα. Dicitur denique & μέλιτις, & μελίνος, eadem, vt apparet, ratione. Vuis Apianis ſcribit *c* Plinius Apes dediſſe cognomen, præcipue earũ auidas. Aitq; ex his duo "eſſe genera, lanugine & ipſa pubeſcere. Diſtare autem, quod al- "tera celerius maturetur, quauquam & altera properante. Et *d* iur- "ſus vbi de quatuordecim generib. dulcium vinorũ agit, Paſſum, "inquit, à Cretico Cilicium probatur, & Africum, & in Italia, "finitimisque prouinciis. Fieri certum eſt ex vua, Græci ſticam "vocant, nos Apianam. Verum quæ vua iſthæc Plinio, & Græcis ſtica ſit, arduum eſt ſcire. Ego ſemper exiſtimaui eam eſſe, quę in agro noſtro Moſcatella vulgo nominatur, quam meam opinionẽ etiam in quodam opuſculo, quod de moſchum redolentibus reb. ſcripſi, inſerui, & nunc eo magis id credo, quoniam, Iacobus Dalechampius priorem Plinij locum commentans, Gallice id vinũ, ſiue eam vuam potius exponit Moſcat, quaſi Moſcatellam (. Addens inſuper eas vuas è vinea longe ſuauiores eſſe quam pergulis, iugo, arbuſto: & nobis reuera niſi è vinea laudantur, & in collibus natæ.) & *e* Andreas Baccius id prorſus approbate confirmare- que videtur: qui inter reliqua, quæ de hoc vino Moſcatello ſcribit: videtur uobis, inquit, rationi eſſe conſentaneum, quod ſolũ Italicum adeo frugiferum, ac vinis gignendis idoneum, non potuerit vnquam hoc nobili vini genere carere: ſed exoleto potius vetuſto nomine (vt momentaneæ ſunt nominum mutationes, ac ſtudia exoleſcunt vetera, inſurgunt noua) id vini delitioſi genus non aliud extitiſſe apud veteres, quam quod à dulcedine, & ab Apum etymologia, ex Apicia fieret vua apud Catonem, quæ & Apiana à Columella, eademque ſίκα à Græcis fuerit nuncupata, ac vinum ipſum Græcum. Quomodo vero vinum hoc Græcum ex Apicia ſiue Apiana vua fiat, & ex moſcatella conſule eundem Baccium, qui doctiſſime ea de re diſſerit: nobis enim rem explicaſſe ſufficit. Idem *f* Plinius Catonem ſcribit braſſicæ genera facere tria; vnam extentis foliis, caule magno, alteram criſpo folio, quam, inquit, Apianam vocat: tertiam minutis caulibus, lenem, teneram minime probare. Eadem tria genera alio poſtea loco idẽ *g* Plinius repetit & quæ Apiana braſſica ſit explicat quodammodo. In tres ſpecies, inquit, diuiſere eam (braſſicam) Græci antiquiſſimi. Criſpam quam Selinada vocauerunt à ſimilitudine apii foliorum, ſtomacho vtilem, aluum modice mollientem. Alte "tam læam &c. Non itaq; Apiana braſſica ab Apibus nomen ha- "buit, ſed ab apio, quod ſelinon Græci dicunt: neque ad hunc lo- "cum pertinet, Additum tamen eſt propter nominis ſimilitudinem. Nominantur denique *h* Plinio de cedrinis menſis agenti menſæ apiatæ. Menſis inquit, præcipua dos in vena criſpis, vel in vertice variis. Illud oblongo euenit diſcurſu; ideoque trigiuæ appellantur: hoc intorto, & ideo tales pautherinæ vocantur. Sunt "& vndatim criſpæ maiore gratia, ſi Pauonum caudæ oculos i- "mitentur. Magna vero poſt has gratia extra prædictas criſpis "denſa veluti grani congerie, quas ob id Apiauas vocant. Iunius, "& Dalecampius ita dictas exiſtimant, quod Apum aut Muſcarum excrementa paſſim aſperſa imitentur. Addit tamen Dalecampius alios legere Apiculatas, crebris veluti Apiculis notatas.

Meliſſophyllũ vnde dictum eiuſq; ſynonyma.
Apiaſtrum
a *Lib. 20. cap. 11.*
b *Lib. 21. cap. 9.*
c *Li. 14. c.*
Vua Apiana.
d *Cap. 11.*
Vua ſtica.
Vua Moſcatella.
e *Lib. 5. de vinis Italicis.*
Vinũ moſcatellum ſemper in Italia fuiſſe
Apicia vua.
Vinum Græcum.
f *Li. 10. c. 8.*
Braſſicæ genera.
Braſſica Apiana.
g *Li. 10. c. 9.*
h *Lib. 13. cap. 15.*
Menſa apiata.
Pantherinæ menſæ.

MYSTICA.

APes Muſis ſacras fuiſſe apud veteres innuit *a* Vatto his verbis: Neque tamen neſciæ ſuæ imbecillitatis, quæ cum cauſa Muſarum eſſe dicãtur volucres, quod & ſi quando diſplicatæ ſunt, cymbalis & plauſibus numero reducunt in locum vnum. Et vt "his Diis Helicona, atque Olympum attribuerunt homines, ſic "his floridos, & incultos natura attribuit montes. Hæc Varro: "ſed *b* Claudianus Apes Heliconia quoque colere vna cum Muſis ſcribit. mellaque Heliconia nuncupat his verſibus:

a *Li. 3. de ruſt. c. 16.*
b *In Epigr.*

Dic mihi Calliope, tanto cur tempore differs;
Pierio meritam ſerto redimere Serenam.
Vile putas donum ſolitam conſurgere gemmis,
Aut rubro radiare mari, ſi floribus ornes

Regina regina comam: sed floribus illis
Quos neq; frigoribus Boreas, nec Syrius vrit
Æstibus, æterno sed veris honore rubentes,
Fons Aganippea Parnassius educat vnda.
Vnde pia pascuntur Apes, & prata legentes
Transmittunt sæclis Heliconia mella futuris.

Cur Musis sint sacræ.

Cur vero Musis sacrę haberentur, alii aliam causam affetunt. Multi Varronis exemplo dum crepitaculis in vnum locum reducuntur, eo sono tanquam musica, aliqua harmonia affici volũt, quod & Plinius credidit, sed auditu eas carere nos asseruimus. Alii, quos ego sequi malim, Apes Musarum volucres putant propter iucorruptam virginitatem, & castum animi propositum, quod antea celebrauimus; vel quod Musarum exemplo iu montibus degant, locis scilicet ab hominum consortio remotis, qualia studiosi Musarum discipuli amare, & ex quibus mella deferre Apes solent. Quod Plutarchus non videtur inficiari dum ait: Indignum vero est è culinis & prostibulis accersitas voluptates cum his contendendo, decus inferre Musis & Heliconi

Neq; vero pastor pascere conatur pecus:
Ferroq; sunt intacta loca.

Apes Cereri sacræ.

Nam mathematicæ hæ voluptates vere sunt pascua Apum, vitii exsortia. Fuere item & Cereri sacræ: nam Pindari interpres, ad hęc verba, οἱ δὲ σὺν τούτῳ λόγῳ χρησμοὺς ὄρθως μελίσσας: proprie quidem, inquit, Apes sacras Cereris ministras appellauit, improprie vero omnes alias propter animalis puritatem. Nam & alibi sactis eam Apibus delectari scribit.

HIEROGLYPHICA.

Populi regi suo obedientissimi hieroglyphicum.

A Egyptii illi sacerdotes, si populum qui Regi vbicunque & per omnia esset obsequentissimus, symbolo aliquo hieroglyphico exprimere vellent, Apem pingebant, sed non omnem, verum eam tantum, qualem laudauit Aristoteles, breuem vtique, variam & rotunditatem compactilem. Hoc enim diuinum prope animalculum, ex omnibus aliis animantibus solum Regem habet more hominum; & quam mira fidelitate ei obsequatur, cum superius abunde scriptum sit, hic non repeto: sicut quoque quanta prudentia Rex earum regni gubernacula teneat; ac beneuolentia.

Regis hieroglyphicum

Quare nimirum Regem significare volentes, qui vnanimi benignitate clementiaque populos suos deuinxerit, id per Apum quoque regem facere consueuerunt. *a* Pierius Valerianus, sed sine authore, per examen Apum Regem indicari ait, quod non credo, siquidem totum examen populum eiusq; obsequium erga regem ,, potius denotat. Vbicunque autem consedit, inquit Plinius, ibi ,, cunctarum castra sunt: hoc est, populus fideliter prosequitur, & protegit. Ita vero nomini regio fauorabiles sunt Apes, vt in causa fuerint, ne Onesili Regis Cyprii caput; quod in ludibrium Amathusii supra portam vrbis suspenderant, insepultum diutius maneret: in id enim iam eximinatum, examen Apum, vt ex Herodoto antea narrauimus, mella contulerunt, fauisque refarseruut. Vnde loci incolæ oraculi super hoc requisiti responso moniti, caput honorifice sepelierunt, Onesiloque quotannis, vt heroi, sacra instituerunt. Habet sane multa præterea hieroglyphica Pierius, quæ, cum ipse fecisse videatur, nos, ne quid deesse possit in hoc operis tractatu, quod lectorem iuuare queat, hic eodem, quo ipse, ordine transcribemus, omisso vno, de regno nempe, quod inter auguria reiecimus, ad quæ plane erat referendum. Addunt nonnulli, inquit, suauem eloquentiam per hieroglyphicum Apis significari. Qui inquam Diogenes suæ morem gesturus mordacitati, orationem blandam, vtpote ad fallendum, vel ad gratiam parandam, mellitum laqueum vocitabat. Irridebat is Platonem perlibenter, cui paruulo in cunis dormienti Apes in labellis consedisse, &c (Recitat autem aliqua, alia exempla, quæ nos inter auguria recensuimus) Et paulo post. Et ita demum, quemcunque veteres ab eloquentiæ suauitate commendarent, eum ab Apibus enutritum dictitabant. Sic & Theocritus Comatam beatissimum ait, cui huiusmodi nutricatio contigisset. Apud Hesiodum Musa amicorum linguis rorem instillant in castigatis enim exemplatibus, non ἀοιδῶν sed ἐίρσων legitur, vbi interpres ἐίρσων, δρόσον interpretatur, ac perinde mel intelligi debere; inde vero eloquentiæ suauitatem. Sane Pindarus amabile mel Isthmiis posuit εὐδ' ἐρατεῷ μέλιτι pro felici successu, quem Iupiter propinat: vbi commentatores gaudium intelligi volunt, quod ex commendatione, & laudibus percipitur, si præsertim illæ ab eloquenti, & erudito viro optime prædicentur: qua quidem voce, teste Themistocle, nulla suauior exaudiri potest. Hactenus ille. Addo ego: Suidas Xenophontem scribit, Atticam Apem esse appellatam, inde nempe, quod incredibili, ac mira facundia primus philosophorum vitas, mirabiliaque & facta, & dicta eorum descripserit. Et Sophoclem legimus non ob aliam causam μελισσόμον vocatum esse. *b* Petrarcha D. Ambrosium & Augustinum Apes appellat cœlestis fauui, & diuini eloquii. Huc item spectat elegantissimus de Nestore (qui Homero, conuenienti & Musis, & poetis epitheto ἡδυεπής, hoc est suauiloquus nominatur) locus *c* Plinii Cæcilii secundi ad ,, Ausonium: Nam & loquenti tibi, inquit, illa Homerici senis ,, mella profluere, & quæ scribis complere Apes floribus, & innectere videntur. Denique & hoc Apulei. *d* Pylius orator eloquio ,, cornis, experimentis cautus, senecta venerabilis, cui omnes ,, sciebant corpus annis abire, animum prudentia vigere, verba ,, dulcedine affluere. Elegantet etiam apud *e* Pontanum Lepidina canit:

Xenoph. Attica Apis dictus.

Sophocles μελισσόμον dictus.

a Lib. 26. Hierogl

b In Epist.

c L. 4. Epist.

d Li. de Deo Socrat.

e Pompa 7.

A *O Macron nympha hæc lepido vt sermone locuta est*
Illi mel labris, fauus illi stillat ab ore.

Respondet Macron.

O Coniux nympha hæc longe est ditissima melle,
Centum habet hæc Apium tabulata, examina centum.

Vt modo ad Pierii hieroglyphica reuertamur, omnium, inquit, consensu receptum est, per Apis hieroglyphicum poeticam intelligere amœnitatem, vt apud Horatium: Fides enim manare poetica mella, &, vt ait doctissimus Varro, Apes causa Musarum esse dicuntur volucres; quod si quando displicatæ sunt, cymbalis & ,, plausibus, & numeris reducuntur in vnum locum. Pindarus hy- ,, minorum suauitatem, & elegantiam per mel candido lacte commixtum intelligendum dedit, vbi Nemeis dicit: ἐγὼ τόδε τοι πέμπω μεμιγμένον μέλι λευκῷ σὺν γάλακτι. Lac ponit Pindarus, quod à natura est, ac perinde gentium, & venam indicat. Mel vero, propterea quod magno Apum labore conficitur, artem & diligentiam significat. Hinc clamat Horatius:

Poetica amœnitas.

Mel diligentiam denotat.

Vos ô
Quintilius sanguis carmen reprendite, quod non
Multa dies & multa litura coercuit, & quod
Perfectum decies non castigauit ad vnguem.

B Et ipse de se, quantum pertinet ad laborem, & diligentiam, quam scribundis versibus adhiberi ait:

Ego Apis Matina More modoq;

Non enim temere vsque adeo assurgit Pindaro tam honorifice, cuius hymnum agnoscat, & vena diuite copiosum, & magno studio, & arte simul elaboratum. Quin suam fert super hoc loco sententiam:

Natura fieret laudabile carmen, an arte,
Quæsitum est: Ego quid studium sine diuite vena,
Nec rude quidpossit video ingenium, alterius sic
Altera posset opem res, & coniurat amice.

Sic Pierius. Sed quid si etiam poeticam hanc amœnitatem ita per Apis hieroglyphicum intelligamus, vt quemadmodum Apes dulcia instillant mella, ita Musæ carminum dulcedinem elargiri poetis dicuntur: in quo sensu Pontanus ad Constantiam:

Musarum dona.

Insedere tuis Apes labellis,
In labris residens tuis Melissa,
Hybleum liquat Atticumq; rorem
Quem stillent Paphiaq; Gratiaq;.
O qui Castalios lacus poeta
Quirq; & Thespiadum sititis amnes
C *Hinc & Castalii lacus liquores,*
Hinc & Thespiadum petatis vndas.
Has Constantia mollibus labellis
Instillat, quibus Attica camena
Rorarunt Venerem suam, Charinq;
Quæ Musis comes & comes poetis.

Sequitur porro aliud hieroglyphicum inscriptum ab ipso: Futuri seculi beatitudo; de quo hæc scripta reliquit. Quæsierit hic sane aliquis, cur polliceatur dominus ducturum se populum suum in terram lacte, & melle fluentem: passim enim hieroglyphicum aliquid sapit diuinarum litterarum. Igitur Theologi nostri, referente Helychio, hoc ad futuri sæculi delitias beatitudinemque transferunt, quod ex cibis, quibus hic vtimur, nihil his suauius dulciusq; reperitur: tum quia sine labore comparantur, & nulla indigent præparatione. Nam bona illa absque vilasolicitudine, sine dolore, studio nullo, apparatu nullo, conditura nullius egentia, tanquam effuso copiæ cornu effunduntur. Aliud: Apes autem quia dulcia tantum gustant, si pascentes pingantur, hominem hieroglyphice significant, qui dulcibus tantum rebus delectetur, dulciaq; omni cura studioque perquirat. Horatius cum dulcedinem, & suauitatem; quodque maxime placeret, exprimere vellet. *Si iuuat & melli est* inquit *f* Plutarchus: Mulier, ait, quæ viri primo congressu territa coniugalem inde copulam subfugitat, similis est iis, qui A- ,, picularum aculei patienter se offerunt, mella ipsa reformidant. ,, Ad eandem respiciens iucunditatem Catullus, suum illum Passerem, Lesbiæ suæ delitias, cum maxime lepidum indicare velit, mellitum fuisse dicit. Denique Virgilianus Damœtas cum Polliionis amicis optat mella fluere, nihil aliud sibi vult, nisi vt copiosissima rerum omnium, quæ suauissimæ iudicentur, vbertate ditescat. Egregie vero Pindaricum est, mel pro suaui, tranquillo, & maxime expetendo, amabilique bono ponere: quare de Olympiis victoribus ait, ὁ νικῶν δὲ λοιπὸν ἀμφιδόσιον ἔχει μελιτοεσσαν εὐδίαν: quod exponunt interpretes: victores vitæ reliquum agere in terra melliflua, hoc est, tranquilla, deinceps suauique perfrui quiete. Idem cum χρὸν ἔχει τῷ μέλι dixit, mel etiam satietatem habet, nihil aliud voluit exprimere, nisi supremam quandam suauitatem, atque dulcedinem inesse melli, quæ tametsi supreme delectabilis est, satietatem tamen afferat: quam sententiam παραδοξικῶς protulit. Paulo secius Horatius sensum eundem attigit vbi dixit: *Dulcia se in bilem vertunt*: quod tamen ex physica disciplina est ab eo sumptum. Aiunt n. medici, cibaria dulcia consestim in bilem abire. Aliud. Inuenio vitæ prosperitatem, ac inoffensam valetudinem in longa æui spacia productam per hieroglyphicum Apum in fœcundo olæ ramo considentium significari: id quod mihi Democrati responsum in memoriam adducit, qui olim interrogatus qua ratione quis longiorem vitam assequi posset: Interiora, respondit, melle irrigauda, exteriora vero oleo perungenda: quod hieroglyphice acceptum ostendit, animum quantacunq; fieri potest suauitate permulcendum, hilaritatemque vndiquaq; captandam, omnique prorsus amaritudine atq; acerbitate procul able-

Poetica amœnitas.

Mel diligentiam denotat.

Futuri sæculi beatitudo.

Homo dulcibus tantum gaudens.

f Lib. de coniugali. præceptis.

Passer mellitus.

Mel quid Piudaro.

Mel satietatem habet.

Vitæ prosperitatis & longæ sanitatis hieroglyphicum.

gata, neque quicquam, quod exulceret, intromittendum: corpus vero exercitio cõſolidandum, quod quidem in ocio torpeſcere neceſſe ſit. Nam vt commentario ſuo dictum, oleum inter alia ſignificata, exercitium quoq; denotat. Sed enim Ariſtoxenus Pythagoricos plurimum melle vſos tradit. Neq; tantum calidi panis ſuffitu Democritus vitam dies aliquot in amicorum obſequium produxiſſe fertur, verum & vapore mellis naribus admoto. Omnino autem ferunt, quibus mellis vſus frequentior fuerit vitam diutius producere. Contra veto qui cibis acidis delectentur, breuioris eſſe vitæ. Sane Cyrnios populos, qui ſcilicet Corſicam incolebant, longæuos vixiſſe tradit Athenæus, quod aſſidue mellis vterentur cibo. Nam & Diophanes, qui de re ruſtica libros conſcripſit, longeuos euadere dicit, qui mellis eſitatione delectati fuerint. Præſtat vero in ſenecta ipſa plurimum panc, & melle paſci: neque enim ſolum, vt is aſſerit, viuacitatem adiuuat, ſed & ſenſus omnes ſanos, & integros cuſtodit. Quamuis quod ad Athenæum ſpectat, noſtri mel Corſicum dicunt habere aliquid in ſe, quod amaritudinem ſapiat: vnde dixerit Ouidius de nefanda atque exitiali cera:

Ite hinc difficiles funebria ligna tabellæ
Tuq; negaturis cera referta notis:
Quam puto de longa collectam flore cicutæ
Melle ſub infami Corſica miſit Apis. Et
Sic tua Cyrneis fugiant examina taxos,

Maio prius dixerat. Inſanioſum mel apud Macronas memorat Xenophon, quod qui copioſius ediſſent, & vomere & excernere cogebantur: neq; quidem omnino ſtare poterant. Hæc circa id hieroglyphicum Pierius, quotum plæraque nos antea tetigimus. Aliud ex eodem. Sed quoniam trahente rerum fluxu impegimus in mellis vitia, minime diſſimulandum quod quadrageſimis Hebrẽorum caſtris Hieronymus putat Ionathau contra deteſtationem patris guſtaſſe mel intellectu myſtico, quod ſcilicet deſtillat à labiis mulietis meretricis, & ſorte deprehenſum, vix populi precibus liberatum. Porro mel non offertur in ſacrificijs Dei: & cera quæ dulcia continet, non lucebat in tabernaculo, ſed oleum puriſſimum, quod de oliuarum exprimitur amaritudine. Quod vero ſit veriſimilis Hieronymi coniectura ſuper Ionatha, Ariſtoteles tum milites pletoſque omnes mulieroſos eſſe, tum ſcriptores rerũ qui recenſent Hebræorum mores, gentem eam eſſe ponunt ſalaciſſimam. Sed Ionathan pro innocentia ſua dicentem mihi videor audire. Cur igitur ego conqueſtus palam ſum, ſatis imprudenter feciſſe patrem meum, qui populum tam longæ addixerit eſuritioni, vt vel modico cibo, quem ſors obtuliſſet, ſuotum vires vetuerit inſtaurari? Quotſum vlla hic impudicitia? Nam quomodo ego, qui à Sole exoriente hoſtes vno tantum comitatus famulo, cum per inacceſſas crepidines ad eos irrepſiſſem, quotquot obuiam habui aggreſſus, cecidi & in fugam verti, & mox accitis meis, ad Veſperam vſque perſeuerantiſſima occidione perſecutus ſum. quo pacto deliciis & genio vacare potuiſſem, qui pro ſumma Dei noſtri honore, populiſque totius incolumitate, ad extremam vſq; delaſſationem confectus eram? quare illa obſecro adulterina, conficta, ſubditicia, ut equaquam à tam probo, tam pio, tam acri veritatis propugnaculo, tam immerito de me vnquam cogitata crederitis. Aliud. Vt vero nos mellis damna proſequamur, id etiam addemus, quod Hieroſolymitanus Heſychius non poeticam tãtum, verum omnem gentium doctrinam per mellis Apum ue hieroglyphicum ſignificari tradit, quod in ſuauitate verborum & eloquij dulcedine tota conſiſtit, rerum autem inanis eſt. Eoque trahunt Solomonis illud ex prouerbiis. Non teſpicies ad mulierem meretricem, fauus enim deſtillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius, noniſſima autem illius amara, quaſi abſynthium. Quo minus miremur, ſi qui longo poſt tempore ſucceſſit, Plato quoque Muſas ſui temporis meretriculas appellauit. Præceptũ vero, vti paulo ante dicebamus, diuinis literis, ne quicquam mellis in ſacrificium domino adoleatur, ſed in munus primitiæ eius offerri poſſint. Præcipit enim ex parte, illius ſapientiæ primitias offerti, non autem, plenius ea vti, quippe, vt fides noſtra non in ſapientia hominum conſiſtere videatur, ſed in virtute Dei, vt g Paulus ait. Ea vero de cauſa mel, vt ait Euchetius, in ſacrificijs offerri prohibebatur, quia reſoluti blandimentis deliciarum aut dulcedine voluptatum, non poſſunt myſteriorum Dei eſſe participes. Hinc paſcha domini comedi cum amaritudine iubetur, quia ſit ſemper auſtera diſtrictio. Aliud. Attingemus ea quoq;, quæ complexu rerum poſſint in orationem abſolutam coaleſcere, vt ſi quis amaritudinẽ aliquam, aut infortunium, quod anteactæ vitæ ſuauiſſimum otium & tranquillitatem exaſperet, per huius generis hieroglyphica explicare voluerit, non alia congruentius pictura ſignoue vtetur, quam figurato mellis fauo, de ſummo cuius abſynthium pullulet, herba nimirum amariſſima: quod quidem Lucretianum illud ſapere videtur, quod in noſtræ vitæ conditione frequenter occurrit:

——— Medio de fonte leporum
Surgit amari aliquid, quod in ipſis faucibus angat.

Aliud. Commenti ſunt nonnulli popnlarem fugam per examen Apum & ſubiectum fumum indicare: quandoquidem Apes nulla re magis conſternantur, in fugamque vertuntur, quam fumo ſuppoſito. Atque hac ſimilitudine vtitur Apollonius Argonautis in deſcribenda Bebryciorum fuga, ſimulatque interemptum Amycum conſpexere. Aliud. Sed longe ſuauius illud eſt, quod per Apes ex cadauero ſi Leonis ore prodeũtes innuitur. Pingi poteſt hoc, vbi quis aut à detractoribus male habitus, inſigniorem fuerit exiſtimationem conſecutus, aut inimicorum contumelijs affectus clarior euaſerit, aut ex illatis iniuriis creuerit. Mordacißimus eſt enim Leo, violentus & fetox. Apes vero in eius faucibus mellificantes proſpera & ſuauia quæ ſubſequuntur, indicant. Verum hiſtoria vetus anſam huic hieroglyphico ſubminiſtrauit, quippe Samſõn Dauidanus cum in ferociſſimi Leonis occurſum illapſus eſſet, vltro belluam adortus, eam ſtrangulauit, petemptamq; ex publica via in ſyluam proximam perttaxit, eamque ibi in abſcondito reliquit. Paucis vero poſt diebus prouectæ belluæ cadauer inuiſurus: eo redijt, vbi mira res oculis obiecta eſt: nam frequens Apum examen in iabidis eius faucibus fauos fabricare occœperant. Vnde illi poſtea quæſtionis argumentum fuit, quam Paleſtinæ iuuentuti diſſoluendam propoſuit. Qui fieri poſſet, vt tuculenta immaniſq; res, eademq; votaciſſima, ſuauiſſimum ex ore cibũ erogaret. Cuius quidem quæſtionis hiſtoriam ſolius vxoris ſilentio crediderat; eius fidem & taciturnitatem exploratuſus. Hinc illa mox medio conuiuio, ob rem ab vxore proditam, exclamatio Samſonis plena acerbitatis exaudita. Nihil eſſe fæmina fallacius. Aliud. Minime vero prætereunda ſunt etiam alia, quæ ſacris noſtrorũ literis traduntur: Quam dulcia faucibus noſtris eloquia tua ſuper mel & fauum ori meo. Et alibi. Dei dulcioꝛa ſuper mel & fauum. Omnis enim prophetia ſuaues cæleſtis doctrinæ fauos & dulcia diuini eloquij mella componit. Et Debbora libro Iudicum prophetię particeps facta, Apis interpretatur, vt ait Adamantius. Et omnes deniq; prophetæ ſub Apis nomine comprehenduntur, eorumque faui ea ſunt oracula, quæ literis mandauere. Atque hoc eſt bonum illud mel, quod comeſſe iubemur. Quicunque enim oracula ea diuina meditatione complectitur, ſcripris vatum noſtrorum ſermonibus alitur & recreatur, is mandatum id diuinum exequitur, quo præceptum eſt, Comede mel fili: bonumq; id eſſere ipſa ptotinus experitur. Quod autem de Aſſertore noſtro prædictum eſt, mel comedet: mel hic Adamantius noſtra de virtute colloquia ſignificare profitetur. Quotieſcunque enim de abſtinendo à voluptatibus, de domitanda nequitia, de iuſtitia, de prudentia ex animo diſſerimus, ſermonis iſtiuſmodi ſuauitatem libentiſſime paſcitur Deus, hoſque liquores aſſidue ſitibundus inquirit, cui ſi nequitiæ, ſi puſillanimitates, ſi ſcelerum & ſtultitiæ amarulenta pocula ptopinauerimus, guſtum vt offenſus refugit, & vt fel odioſum auerſatur. Aliud. Et quia moris erat infantes à lauacro ſuſceptos lactis & mellis guſtu primum imbuere, nonnnulli hoc ad concordiæ ſignificationem factum autumant: Tertulliano ita dicente: Inde ſuſceptis lactis & mellis concordiam ptæguſtamus. D. etiam Hieronymus aduerſus Luciferatios de hac ipſa re in hunc modum Nã & multa alia quæ per ttaditionem in Eccleſijs obſeruantur, autoritatem ſibi ſcriptæ legis vſurparunt, vt in lauacro ter caput mergitare, deinde egreſſos lactis & mellis prægueſtare concordiam. Id tametſi faciunt iam adulti, quandam tamen infantiæ ſignificationem præ ſe ferunt. Fuit veto aliquibus mos, vt loco mellis, vinum cum lacte ptopinaretur. Nam apud Occidentis populos diu obſeruatum eſt, vt tinctis ſacro lauacro ad eius modi innocentię, quæ præcipua eſt in parua ea ætatula ſimilitudinem quandam, vinum & lac tribuererur. Eoq; Tertull. Eſaiæ dictum trahit. Venite, emite abſque argento, & abſque commutatione vinum & lac. Aliud. Incorruptam ad hæc virginitatem & caſtum animi propoſitum, per Apem ſignificare id argumento eſt, quod ipſæ homines à coitu olidos acriter oderunt &c. Aliud. Verum aliud ex Ape. hieroglyphicum ponit Eucherius, nempe ſimulacrum eam eſſe adulatoris, vtpote quæ mel in ore habebat, in occulto caudæ ſpiculum, atq; ita homines qui lingua blandiuntur, latenter vere feriunt, ſignificare: loquendo enim mellis dulcedinem proponunt, re vero ipſa vulnus infetunt. Aliud. Neque defuerunt veteres Theologi, qui Apem vltionis & iracundiæ ſignum in diuinis litteris eſſe dicerent, citatis ex Propheta locis: Et Apis quæ eſt in Aſſur. Et circũdederunt me ſicut Apes. Aliud, cui inſcriptum eſt Artificium. Nã illud quod Salomon ait Vade ad Apem & diſce ab ea quam laborioſa ſit operatrix, vnicuique manifeſtum eſt attificij ſedulitatiſq; illam eſſe hieroglyphicum, Vergilio præſertim naturam eius tam luculenter explicante, vt verſus eos & decies & centies memoria repetiſſe neminem vnum pœnitere poſſit. Democritus tamen dicacitate, libertateque illa fretus ſua, diligentiam hanc & aſſiduam in refacienda curam improbaturus, parcos dicebat Apibus eſſe ſimiles, quæ vti ſemper victuræ labotarent. In quam ſententiam Virgilianum illud potius detorquetem.

Sic vos non vobis mellificatis Apes.

Aliud. Eſt & ſolſtitij æſtiui hieroglyphicum Apis, quod ſuo ad labotes egreſſu, vt apud Ariſtotelem habetur, ſolſtitium id denunciat, eo quippe tempore, quaſi ferias quaſdam celebrent, quieſcentes. Hæc itaque omnia Pierius Valerianus, quæ ad moralia potius quam ad Ægyptorum hieroglyphica pertinent.

MORALIA.

APes, quę non ex vno duntaxat floſculo, ſed ex varijs mella ſua colligunt, docent nos non omnes omnium virtutes in vnum collatas, ſed ſingulorum ſuas in ſingulis ſuſpiciendas, non ſolum, quia nemo vnus facile videt omnia; tantumue præſtat ſolus; quantum ſeparatim multi: ſed etiam quod clatius luceant natiua fictitijs, propria alienis, vera fucatis. Facilius enim in Iſocrate iucunditatem, in Platone copiam, in Demoſthene vim natiuam; genuinam ac ptopriam ſeparatim animaduertas, & imiteris: quam ſimul haſce dotes in vnum Ciceronem imperfecte, languide, & fucate translatas. Scitum etiam eſt illud Zeuxidis, qui cum Crotoniatis eſſet picturus Venerem, non vnam aliquam inſignem puellam, ſed multas ſibi propoſuit, vt quid in ſingulis emineret imitaretur; & Homerus cum Agamemnonem omnibus numeris abſolutum

non

Oleum quid ſignet.

Cyrnii lõgæui cur dicti.

Mel Corſicũ quale.

Mel inſanioſum.

Meretricis hieroglyphicum.

Ionathan melle guſtato vix abſoluitur.

Exoticæ diſciplinæ hieroglyphicum.

g Epiſt. 1. ad Corinth.

Mel cur in ſacrificiis offerri prohibitum.

De Vitæ dulcedine amatities.

Popularis fuga.

Mel in ore Leonis mortui quid ſignificet.

Prophetarum oraculum.

Prophetæ Apes dicti.

Concordię hieroglyphicum.

Caſtitatis hieroglyphicum.

Adulatoris typus.

Vltiones hieroglyphicum.

Artificii.

Solſtitii hieroglyphicum.

non ab vno aliquo deo, sed à multis est mutuatus membra, quibus quisque præstabat. *a* Seneca, vt de liberalibus studiis sit ,, tantum sermo, quicquid lectione collectum est, Stylus, inquit, ,, redigat in corpus Apes debemus imitari, quę vagantur, & flores ,, ad mel faciendum idoneos carpunt: deinde, quicquid attulere, ,, disponunt, ac per fauos digerunt, &c. & paucis interpositis rur- ,, sus. Nos quoque Apes, inquit, debemus imitari, & quæcunq; ,, ex diuersa lectione congessimus, separare: melius enim distincta ,, seruantur: deinde adhibita ingenii nostri cura, & facultate, in v- ,, num saporem varia illa libamenta confundere: vt etiam si ap- ,, paruerit, vnde sumptum sit, aliud tamen esse, quam vnde sum- ,, ptum est, appareat. Facere equidem *b* Lucianus, Platonis, Socra- ,, tisque atque aliorum philosophorum, à quibus erat vapulatu- ,, rus, beneficia erga se recensens, inter alia quæ adfert, vbinam, ,, inquit, vel quando vos iniuria affeci, qui semper sum philoso- ,, phiam admiratus, ac vos ipsos summis extuli laudibus, cum ,, sermonibus quoque à vobis derelictis assidue cõuersatus? Quin ,, & hæc ipsa, quæ proloquor, vnde quam à vobis accepi, ac instar ,, Apiculæ decerpens, hominib. ostendo? at illi laudant, ac vniuſ- ,, cuiusque florem, vnde, à quo, & quemadmodum collegerim, ,, cognoscunt, neque oratione ob florigeram hanc messem com- ,, mendant: sed verius vos ipsos, ac prata vestra amœnissima, qui ,, tam varia, & versicolora produxistis, extollunt; quæ si quis recte ,, secernere, connectere, ac concinnare nouerit, ita vt minime al- ,, terum ab altero diserepet, nunquid cum ram egregie à vobis af- ,, fectus fuerit, obloqui conabitur viris benefactoribus? &c. Sed quemadmodum Apes ad omnes quidem flores aduolant, quanquam interdum amari aliquid, vel acris in se contineant humoris, quales sunt ranunculi, & alii plurimi similes; nihilominus tamen succum quendam vtile inde excerunt, ex quo non sine admiratione mel parant, quod dulcissimum est: Sic etiam sedulo magnoque studio, ac iudicio viris bonis, ac doctis annitendum, vt non solum ex optimis, ac selectissimis autoribus, sed aliis etiam non adeo commendabilibus scriptis, si quid boni illis insit, omnia ad vnicam vtilitatem publicam colligant, & posteritati commendent, vt hac ratione prodesse plurimis, nemini autẽ, si fieri queat, nocere possint. Sic *c* Baptista Mantuanus Athenienses ait, vt nihil tandem ipsos lateret, in omnes fere profectos esse terras, atq; more Apum, quæ ex nullis floribus mella colligunt, domum omni scientiarum genere onustos rediisse, & ab omnibus aliquid didicisse:

Nec minus est, quod naturas cognoscere rerum,
Quod potuere oculis homines his collibus orti,
Gens prope cœlestis, causas penetrare latentes.
Nec sat erat inuenta domi, peregrina secabant
Æquora, fatidicam Memphim, suppostaq; cancro
Æthiopum regna, & combustam ardore Syenen
Perpetuo, mensam solu, statuamq; loquentem.
Infinita ibant quæsitum ambage viarum,
Chaldaos etiam, nudisq; habitata sophistis
Trans Indi, trans Gangis aquas deserta petebant
Tanta explorandi sitis & solertia veri.
Prædati tandem sophias orientis & Austri
In Patriam similes Apibus, quæ rura volantes
Per longinqua legunt fluentia mella, redibant.

,, Atque etiam Ludouicus Viues, Franciscum Philadelphum pro- ,, pter variam lectionem, atque scientiam laudaturus: Apes, in- ,, quit, animalia vatibus multum cantata, in diuersos hortos vo- ,, lantes, ex vario florum genere, imitabilem hominibus (vt in- ,, quit, Fabius Quintilianus) laborẽ conficiunt dulcissimum: pla- ,, ne, vt norunt omnes eas, nobis imitandas (quo & nos dulcissi- ,, mum opus efficiamus) boni authores complures proponunt: ,, volant (nec dubium) per plurimos hortos, qui plurimis ornati ,, scientiis multos variarum arborum flores degustarunt; vnde ,, quæ faciunt opera, tanto sunt Apum melle dulciora, quanto spi- ,, ritalis dulcedo corporea præstat. Cum voluisset igitur Philadel- ,, phus mellifica videri Apis, delectatus lectionum distinctione, ,, librum hunc (de conuiuiis nempe) omni eloquentia edidit, &c. Eleganter *d* Plutarchus oportere tradit, copia & vanitate dictionis remota, ipsum persequi fructum, imitarique non eas, quæ serta plectunt, mulierculas, sed Apes; illæ enim, inquit florida & odorata sectantes folia, conserunt, atque pertexunt opus, iucundum quidem illud, sed in diem duntaxat durans atque infrugiferum. Hæ sæpenumero prata prouolitantes, violarum, rosarum hyacinthorumque copia consita, in thymum asperrimum atque gustus acerrimi deferuntur, eiq; adsident mel meditantes flauum, perceptoque vtili succo ad suum reuolant opus. Eo itaque modo debet sincerus artisque studiosus auditor omittere florida & luxuriosa verba, resque ad actiones scenicas aut spectacula pertinentes, eaque putare pro pabulo Fucorum sophisticen ambientium: animo autem in ipsos orationis sensus penetrare, intentionemq; dicentis, & quod vtile est atque commodum, ad se trahere. Huc spectat doctissima illa Poetarum & Apum comparatio, quam nobis scriptam reliquit *e* M. Antonius Muretus incomparabilis doctrinæ vir, his verbis: Libenter ac sæpe faciunt poetæ, vt se quidem Apibus studium autem suum mellificio euidam comparent. neque si quis diligenter inspiciat, parum multa vtrisque inter se similia reperientur. Apes instruendis operibus suis natutam tantum magistram sequuntur, artem non adhibent: Sic & poetæ natura tantum valent: arte si qui se poetarum nomen tueri posse confidunt, eos grauissimus auctor Plato pronunciat, nihil vnquam egregium ac memorabile effecturos. Itaq; Pindarus eo se gloriatur aduersariis suis, Bacchilide nimirum, & Simonide, esse superiorem: quod ipse

a Epist. 84.
b Inpiscatore.
d Lib. de Auditione.
e Li. 8 Variar. lect. c. 1

natura poeta, illi autem didicerint à magistris; in quo tantum esse vult, vt eo potissimum nomine se Aquilæ, illos Coruorum similes esse dicat. Σόφοι, inquit, ὁ πολλὰ εἰδὼς φυᾷ μαθόντες δὲ, λάβροι παγγλωσσίᾳ. κόρακες ὥς ἄκραντα γαρύετον Διὸς θεοῦ ὄρνιθα θεῖον. Apes, nisi irritentur, innocuæ sunt; irritatæ, figunt aculeis eos à quibus læsæ sunt, & acerbissimos eis dolores infligunt. Idem poetis ingenium: nulla vbi non læduntur, innocentior hominum natio, lacessiti ita se vlciscuntur, vt interdum eos, quibus offensi erant, ad mortem adegisse natrentur. Nam præter id quod de Archilocho accepimus noui ego, qui hac ætate tantum versibus suis inimico dolorem inusserit, vt ex eo ille sit mortuus. Neque non hoc de seipsis *f* poetæ prædicant, quorum sunt illa.

Caue, caue, namq; in malos asperrimus,
——Parata tollo cornua. *g* &
Ne quisquam noceat cupido mihi pacis. at ille
Qui me commorit: (melius non tangere clamo)
Flebit, & insignis tota cantabitur vrbe.

Quocirca Plato in Minoe præcipit iis, qui bonæ famæ studiosi sunt, vt diligenter caueant, ne cum poetis inimicitias suscipiant. Apes è variis floribus succum exprimentes, opus dulcissimum cõficiunt: Poetæ quoq; vagantes per hortos illos Gratiarum & Veneris, de quibus apud Pindarum, & ex iis bellissimum quodq; carpentes, ea concinant carmina, quibus ne mel quidem ipsum melitius videri potest. Inde *h* igitur illa sunt.

Floriferis vt Apes in saltibus omnia libant,
Omnia nos itidem depascimur aurea dicta;
Aurea perpetua semper dignissima vita.
——Ego i Apis matina
More modoque
Grata carpentis thyma per laborem
Plurimum, circa nemus, vuidique
Tyburis ripas, operosa paruus
Carmina fingo.

Merito igitur Eustathius ait Apem ζῶον εἶναι συγγενὲς τῇ ποιήσει, διότι τὸν μόχθον τὸν ἐπὶ τῇ ἐργασίᾳ, καὶ διὰ τὴν τοῦ ἔργου γλυκύτητα, καὶ τὸ τοῦ κηρίου εὐσύνθετον. ὧν πάντων μετέχει καὶ ἡ ποίησις, πόνου τε θεραπεύουσα, ἐδέν γὰρ τῶν καλῶν πόνου χωρὶς, ἔχουσι δὲ καὶ γλυκύτητα ἐκ ὀλίγου, συναγλαϊζομένη δὲ καὶ τῇ τοῦ μέτρου εὐσυνθεσίᾳ. Est etiam cum poetæ iucũdissima quadam allegoria vtentes, poemata sua coronas vocant, quibus aiunt ornari, ac redimiri à se caput illius, quem laudant: vt in Pythiis: σὺν εὐμορφίᾳ δέξαι στεφάνωμα τόδε. & alibi sæpe, quod imitatus *k* Horatius dixit:

——ô qua fontibus integris
Gaudes, apricos necte flores,
Nectе meo Lamia coronam
Pimplia dulci;

Deliciæ autem meæ *l* Euripides, Hippolytũ quoq; de hymno, quo Dianam celebrauerat, ita vt de corona quapiam loquentem facit.

Σοὶ τόνδε πλεκτὸν στέφανον ἐξ ἀκηράτου
Λειμῶνος, ὦ δέσποινα, κοσμήσας φέρω,
Ἐνθ' ἥτε ποιμὴν οὐ τολμᾷ φέρων βοτὰ,
Οὐδ' ἦλθε πω σίδηρος· ἀλλ' ἀκήρατον
Μελίσσα λειμῶν ἡδύνων διέρχεται.
Αἰδὼς δὲ ποταμίαισι κηπεύει δρόσοις·
Ὅσοις διδακτὸν μηδὲν, ἀλλ' ἐν τῇ φύσει
Τὸ σωφρονεῖν εἴληχεν, εἰς τὰ πάντ' ἀεὶ,
Τούτοις δρέπεσθαι, τοῖς κακοῖσι δ' οὐ θέμις·
Ἀλλ' ὦ φίλη δέσποινα χρυσέας κόμης
Ἀνάδημα δέξαι, χειρὸς εὐσεβοῦς δόσιν.

Atq; equidem hos, si poteto, vel potius, vtcunque potero, Latine exprimam: vt etiam ii qui Græce nesciunt, singularem eorum suauitatem, quoquo modo odorentur. ab iis autem, quæ Græca per se satis intelligunt, valde peto, vt hæc mea, aut ne legant, aut conniuentibus oculis legant.

Tibi hanc corollam diua nexilem fero,
Aptam è virentis pratuli intonsa coma:
Quo neq; proterum pastor vnquam mingit pecus
Neq; falsis vnquam venit acies improba.
Apis vna flores vere libat integros.
Puris honestus quos rigat lymphis pudor:
Illis, magistri quos sine opera, perpetem
Natura docuit ipsa temperantiam
Fas carpere illinc: improbis atq; nefas
At tu aurea regina vinculum comæ
Amicã suscipe, pia quod porrigit manus:

Hæc itaq; M. Ant. Muretus. Huc spectat præterea locus *m* Platonis, quo Apũ more poetæ volitare dicuntur. Affirmant poetæ, inquit, se è fontib. quibusdam mellẽ o latice dimanantibus, & quibusdam musarũ hortis, & viridariis, carmina illa decerpere, quæ nobis offerant, quemadmodũ & Apes, ipsi quoq; poetæ volitantes. Et verum quidem dicunt Poeta n. res leuis quædam, & volatilis est, & sacra: neq; potest prius versus condere, quã correptus Deo fuerit, & extra mentem suam positus, & proinde ipsius mẽs in seipso amplius minime futit. Quamdiu n. quis suis compos est, minime fieri potest, vt carmina condat, at vaticinetur. Itaq; non arte quidem multas, & præclaras faciũt, cuiusmodi de Homero cõmemorant; sed diuina quadam sorte illud tãtum vnusquisq; facere potest, ad q̃ ipsum Musa impellit. Sic ille. Philosophi præterea Principem cũ Ape compararunt. Si quidem quemadmodum hæc mel habet, atq; spiculũ; ita bono principi lenitas necessaria est ad bonos contra malorũ insolẽtiam, arq; arrogãtiam subleuãdos, & seueritas ad improbos coercẽdos Sed ipse Saluator noster Iesus Chr. *q* princeps principũ est, ea quoq; ratione Api similis, dicitur,

f Horatius Epod. 6.
g Idem lib. 2. Saty. 1.
h Lucre. l. 3.
i Horat. l. 4. Carm. Od. 2.
k Li. 1. Od. 26.
l In Hippol. Act. 2.
m In Ion.
Princeps Api similis & Christus.

citur, quod ſicut quietis, ac modeſtis Apes mellificant, & hoſtes ſuos aculeo impetunt: ita Chriſtus peccatoribus tartaro conceſſo iuſtos ad cœlos accerſit. Vel potius puer etiamnum Api comparabitur: atque ita *n* Iacobus Vitriacus S. R. E. Cardinalis de pueri proprietatibus loquens in diſertiſſima illa concione de nariuitate Domini, inter alias, ipſe autem, inquit, valde dulcis eſt, & amabilis, dum tanquam puer cogitatur. Vnde in Eccleſiaſtico; Breuis in volatilibus Apis, & initium dulcoris habet fructus eius. Initialis dulcedo cordis eſt natiuitas huius pueri, Apis autē modica eſt, & Chriſtus paruulus, ſecundum quod homo; vnde cōparat ſe grano Sinapi in euangelio. Hæc Apis in alueatibus nouis mellificat, quia corda per gratiam iunouata dulcedine ſua, replet & ſatiat. Apis laborioſa eſt, & ocioſa animalia propellendo fugat, & Chriſtus natus ad laborem, ſeruum à bono opere to pentem damnat. Apis floribus paſcitur, & Chriſtus qui paſcitur inter lilia virtutum flagrantia delectatur. Apes ſecundum regulam, & ordinatē cuncta peragit, & Chriſtus Eccleſiam ſuam regulariter ordinauit. Monachorum quoque vita ſancta, vitam moresque Apum perquam exacte exprimit, vt diſertiſſime oſtendit D. Aſcanius Martinengus Brixianus Canon. Regul. ſed quod omnibus Monachis conuenit, ille priuatim Regulatibus, quia Regularis erat, aſcribit. Nil certe, inquit, expreſſius Apum exemplum patefacit, quam Regularium (Monachorū potius) clauſtratam vitam: quæ enim Ambroſius de Republicis prodidit, elegantique narratione proſecutus eſt, ea de Regulari congregatione interpretari poſſe non inepte exiſtimo. Primo itaque in loco inueſtigandum nobis eſt de Regulatium communibus legibus, & normis. Communem, inquit, Ambroſius ſobolem habent, communem manſionem, cōmunem laborem, communem cibum, communem vitæ ſeriem, communem voluntatem, communemque prolē. Perpendam hæc ſingula. Regulares, vt Apes, communem quandam proſapiam trahunt, quoniam in vnaquaque congregatione, ſicuti omnes vno, & eodem veſtimento veſtiuntur: ita omnes vnius & eiuſdem nobilitatis ſunt cenſendi. Germana quæ ex diuerſo loco in hortū regium complantantur, ipſius tantum in qua conſident, terræ nobilitate iuſiguiuntur: ita Iuuenes, qui ex diuerſis proſapijs ad religionem ſeliguntur, vt in regio ſolo conſiti, Chriſtique nobilitatis compotes effecti, nullam de nobilitate ſeculi præſeferre debēt arrogantiam, & faſtum, quod vnum omnes ſint in Chriſto. Communes manſiones habent Regulares, vt Apes, nempe clauſtrum: Arca Noetica ſiquidē ſunt clauſtra, in qua manſiones plures ſunt, plures cellulæ, & non niſi bini, & bini exeunt ex ſanctis maiorum ſuorū conſtitutionib. Communis eſt, vt Apibus, labor ipſis Regulatib. Duplex autē eſt Apum labor, gratam in volatu melodiam reddere, & flores legere: Apes ſiquidem raucum, ſed ſuauem concentum emittunt: & præcipuum Regularium munus eſt pſallere, ſuauiſſimeque modulari in Eccleſiis eo concentu, de quo Apoſtolus; Pſallam ſpiritu, pſallam & mente. Delibant flores Apes nitidoque rore paſcuntur: & Regularium partes ſunt ex patrū ſententiis, quaſi ex floribus, perpetuis lucubrationibus, intelligentias, tum literales, tum myſticas Scripturarum cum ſuauitate elicere. Communem cibum habent Apes, rorem ſcilicet ex floribus hauſtum, non ſine florum ſucco. Flores tenuis parſimoniæ frugalitatisque ſunt indicium, qua Regulares ſuo in victu præcipue vtuntur. Ros vero eſt ſacra Scripturarum lectio, qua ſimul animi reficiuntur cum non ſolæ fauces ſumant cibum, ſed & aures eſuriant Dei verbum. Communem vitæ ſeriem habent Apes, ſimul egrediuntur, ſimul volant, & quod potiſſimum, ſimili induuntur amictu. Nec ſiquidem aliæ alas aureas, & aliæ argenteas, ſeu aliæ candidas, & aliæ rubētes ferunt. Ex quo diſcant Regulares, quantum in habitu, & indumentis conuenire ipſos deceat; inſtitutionesque ſuas in his non violare, quæ maxime eo proſpiciunt, ne ſcandalum puſillis afferatur. Chriſti veſtis inconſutilis erat deſuper contexta per totum, vt ſciamus, Chriſti nomen habitumque ferentium eſſe veſtem, nec vlla temeritate vnquam diſcerpendam, cum nec milites improbi ſecare ipſam auſi ſint. Communis voluntas eſt in Apibus, & Regulares vnam ſibi conſtituere debēt voluntatem, quæ eſt voluntas Prælati; Atque ſicut Iſraelitæ duce columna ignea in nocte, & lucida nube in die per arenoſa deſerta iter ſuum conficiebant: ita Prælati voluntatem nutum, iuſſaque proſequi ſtudeant Regulares, quæ vt nam clareſcat, & fulgeat puritate, & charitate. Communis tandem eſt Apibus proles, Regulares, vt Apes integritate corporis virginali pollere debēnt nulloque concubitu miſceri, nec libidine reſolui. Attamen maximum filiorum examen emittunt Apes, è rolijs, & herbis elicientes ore prolem ſuam: ſumma, inquam, caſtitate Regulares clari, filios plures ſibi gignunt ſpiritales, prædicationis, & confeſſionis munere Regulares, vt Apes regem ſibi eligunt non ſorte; ne melioribus peiores caſu præferantur; non communibus omniū calculis, quod imperita multitudo, nec virtutis merita agnoſcat, neque emolumenta publicæ vtilitatis rimetur: non tandem ſucceſſione, q̄ eruditus ſæpe aſſumptus non eſſet, delitiiſq; atq; adulationibus eneruata ſtirps illa parum publico proderet: ſed optimatum tandem conſiliis, & voto. Debet igitur prælatus talis eligi, qualis ab Apibus regulus earum eligitur, hempe ſingulari magnitudine, & ſpecie corporis præſtans: magnitudine; quam & pulchritudine morum celebris, & vocatus à Deo, tanquam Aaron: ſiquidem is Antiſtes renunciandus eſt, qui vt virga Aaron inter cæteros floreſcat exemplis ſanctitatis, & prudentiæ, ac literarum monumentis. Floreſcat igitur, vt Aaron virga, amygdalaque proferat, adeo vt eius cortex amarus ſit; vita nimirum extrinſecus mortificata; & auſtera; intus autem medulla ſuauis, & lenis: animus omni manſuetudine, & charitate præclarus; nam ſi habet aculeum, videlicet auctoritatem, ea non ad viudicandum, ſed ad ſaluandum vti debet; Naturæ enim lex eſt vt leniores ſint ad puniendum, qui maxima poteſtate in manſuetudine poriuntur. Aculeum igitur habet prælatus, ſicut Apum Regulus, quo contumaces, atque obedientiæ rebelles compeſcat, & punit. Aculeus correctio eſt, tum ſecreta, tum publica, iniunctis etiam iuſtis pœnis. Hæc gladius eſt verſatilis igneus in manu Cherub: verſatilis, quia non eadem correctio omnibus adhibenda eſt, ſed alijs lenior, alijs ſeuerior, nonnullis mitis, quibuſdam aſperior. Igneus, quia charitas eſt illi iungenda; In manu Cherub, cum Prælatus, ſit Angelus, officioque, & munere Angelico fungatur. Aculeus excommunicatio eſt, qua perduelles interemit. Hic enſis eſt ab vtraque parte acutus, cum non tantum confodiat animam, à ſacramentorum vſu, ex quibus omnis gratia profluit, eam ſeiungens; ſed vt corporis commoda gratiter lædit, cum à cœtu fidelium, cæterorumq; clauſtratorum diſiungat. Quis vero feratur fructus à Regularibus, ex Apum ſimilitudine prolixiori oratione demonſtrat Ambroſius, cuius orationis argumentum eſt. Apes hauſtis floribus madidis rore, ſuis in cellulis gignunt ceram, arque mel. Et præcipuum eſt Regularium munus ex ſacræ ſcripturæ ſenſibus, tanquam ex floribus, rore ſpiritus Sancti madefactis, perpetuis ſuis lucubrationibus elicere ceram, id eſt, cordis mollitiem, & mel, mentis hilaritatem. Cera enim mirifice ardet, pabulumque eſt ignis aptiſſimum. Et cordum ſcripturarum contemplationibus emollitum eſt, diuino amore facilius exardeſcit. Mel autem dulce eſt; nam nihil dulcius melle; & mens dulceſcit, quia ſuaues ſunt intelligentiæ Scripturarum, & nihil dulcius, quam ſtudiis ſacris incumbere. Verum cera ardens illuminat: ita Regularis diuino amore efflagrans, exemplo vitæ in Eccleſia ſummopere refulget. Mel vero eſt medicamentum lene, & cibus paſcens. Pari eucitu doctrina Catholica ex ore Regularium, corda lenit peccatorum, & mirificam eſcam mentibus ſanis præbet. Vnde Sponſa: Comedi fauum mellis cum lacte meo; quaſi ipſi adeo iucundum fuerit mel doctrinæ ſibi delatæ, vt quaſi lac id ſuxerit. Hactenus eo modo Apis vita, cum vita clauſtratorum monachorum congruere oſtenſa eſt ex Martineugo, ſed idem feciſſe videbatur mihi longe ante illum D. Io: Chryſoſtomus his verbis: "Quare qui huius portus continua tranquilitate lætantur, quaſi "gratiſſimam tempeſtatem tumultus fugiunt vniuerſos, nec canentes, atque orantes ſolum, ſed diuinis etiam libris affixi iucundiſſime afficiuntur. choro enim ſolo diſſoluto plerunque alius "cum Eſaia colloquitur, alius cum Apoſtolis diſſerit, alius ab aliis "elaborata lectitat, & philoſophatur de Deo, de creaturis, de vi-"ſibilibus, de inuiſibilibus, de vtilitate huius vitæ de beatitudine "futura. Ita non brutorum animalium decoctas ſibi carnes, vt a-"lantur, aſſumunt; ſed Dei verba melle, atque fauo iucundiora, "melioraque cibo etiam Ioannis, quo in deſerto alebatur: hoc "mel non ſylueſtres è floribus Apes collegerunt, nec rorem con-"coctum ſuis alueariibus immiſerunt, ſed ſpiritus gratia conſti "tuens pro fauis, & alueariibus, atque fiſtulis in animis ſancto-"rum impoſuit, vt quicunque vult, continue poſſit comedere. A-"pes igitur imitantes ſacrorum fauis librorū circumuolant; ma-"gnam inde voluptatem carpentes. Si ergo volueris, qualis hæc "menſa illorum ſit perdiſcere, proprius ad eos accedas, & ſenties "ſuauiſſimas, & ſpiritualis plenas odoris eructationes illorum. "Nullum turpe verbum ab ore illorum vnquam proferitur, non "dicax non aſperum, ſed cœlo vniuerſa digna ſunt. Quare non ab "re quiſpiam facere poterit, ſi ora iſtorum, qui verſantur in foro, "qui ſeculatium rerū rabie furiunt, cloacis ſordidiſſimis compa-"ret: illorum vero fontibus, vnde riuis liquidiſſimis fluenta mellis emanent. Sic ille. Cæretum eodemmet modo clauſtratarum vitginum vita, cum Apibus quadrare dici poſſit, nam Apes, vt diximus, non tantum non vruntur veuereo inter ſe complexu, ſed coeuntes etiam, ac maxime adulteros oderunt. De qua virginitate loquens D. *p* Ambroſius: Fauus itaq; mellis, inquit, tua opera "componar. Digna enim virginitas, quæ Apibus comparetur: "ſic laborioſa, ſic pudica, ſic continens. Rore paſcitur, Apes, ne-"ſcit concubitus, mella componit. Ros quoque virgineus eſt ſer-"mo diuinus; quia ſicut ros verba Dei deſcendunt, Pudor virginis eſt intemerata natura. Partus virginis fœtus labiorum, expers "amaritudinis, fertilis ſuauitatis, in commune labor, communis "eſt fructus. Quam te velim filia imitatricem eſſe huius Apiculæ, "cui cibus flos eſt, ore ſoboles legitur, ore componitur? Hanci-"mitare tu filia, verba tua nullum doli velamen obtendant, nul "lum habeant fraudis inuolucrum, vt & puritatem habeant. Hæc "& plura Ambroſius. Poſſunt denique Apes alio adhuc modo re-"ligioſos elegantēr exprimere. Sicut enim horum inſectorum a-"liæ futuros imbres præſagiunt, aliæ cibo vehendæ intentæ ſunt, alia fabricæ cellarum: Ita illorum etiam alii res cœleſtes contemplando, futurum Dei iudicium præuident, alii ſibi ipſis intenti, ſeſe ſæpe cibo diuino cibant, ſiue manna ſacramentali aſſiduiſque lectionibus ſacris nouum cibum ſolo à Deo procurant; nonnulli confitentes audiendo, bonaque conſilia dando viam ad cœlos ſibi parant. Vnde ipſamet pariter ſancta Eccleſia Apibus quodammodo comparatur ab eodem Ambroſio his verbis: manducaui panem meum cum melle meo. Quod diuerſarum virtutum concretum floribus, illarum Apum quæ ſapientiam prædicant, conſono opere congregatum Sancta Eccleſia in fauis condit, vt eibus Chriſti ſit. Etiam iuſtus ab eodem Apis dicitur, cum ait. Recte ergo Dauid ait propheta. Voluntaria oris mei comproba Domine. Oris ſui Domino conferens ſacrificium voluntarium, eo

n In vigilni.

Chriſtus Api ſimilis.

Monachi Apes.

Aculeus quid denotet.

o Hom. 59. in cap. 22. Matthæi.

Monachæ Apibus ſimiles.

p Lib. prim. de ſancta virginitate.

Iuſtus Apis dictus.

tium, eo quod, vt Apis illa prophetica bonos flores colligere ore consueuerit, fauos ore confingere, mella ore componere & ex herbis suauibus ore filios legere: quæ cum sit, inquit, robore infirma, sapientiæ prædicatio ne substantiæ suæ producit ætatem. Verùtamen sapientia melior est melle Apum, vt ipse etiam innuit, dum ait: Fauum distillant labia tua sponsa, & lac sub lingua tua. Os enim iusti distillat sapientiam, de ore iusti suauitatis, & misericordiæ mella procedunt. In ore iusti nullus dolus, nulla fallacia, nulla est amaritudo peccati. Audit Ecclesia verba Christi, audit plebs Dei præcepta sapientis, delectatur alloquij suauitate, moralis disputationis incunditate mulcetur dicens: Quam dulcia faucibus meis verba tua, super mel & fauum ori meo: quia mel Apum ad horam delectat, sed cito sapor eius vanescit, & plerunque viscera vitiosa læduntur, verborũ autem moralium, etsi pungunt mella, non lædunt. Inueniuntur item prophetæ Apes esse. Fingunt siquidem ceras, & mella conficiunt, & si audienti mihi (inquit Origenes) expedit dicere, faui eorum scripturæ sunt, quas reliquerunt. Quod autem dicitur, Vade ad Apem, istiusmodi est. Est quædam (vt ita dicam) Apis super Apes, & quomodo inter Apes rex quidam est, qui nominatur esse rex: Sic princeps Apum, dominus meus est Iesus Christus, ad quẽ mittit me Spiritus sanctus, vt comedam mel. Iubet nos D. Augustinus velut Apes prudentissimæ ad alueare Christi fideliter festinare, vt dulcedinem spiritualis mellis ex diuinis lectionibus possimus accipere, cum propheta dicentes, quam dulcia faucibus meis eloquia tua &c. Contra vero maledicos idem Augustinus sic ait: Sunt qui non vt Apes mella spiritualia colligunt, sed quasi Vespæ crudelia venena diffundunt: quando flaminis iracundiæ suæ incenduntur, odium in corde recondunt, murmurationibus alios corrodunt, ventoque superbiæ se etiam de tranquillitatis, ac patientiæ portu faciunt naufragare. Sic ille Paruæ, & laboriosæ Apes S. Antonio Patauino pœnitentes referunt, quoniam & hi sunt magni laboris, & semper, inquit, aliquid operis faciunt, ne domum suam diabolus inueniat vacuam, & ociosam. Et quemadmodum, vt ait D. Chrysostomus, vbi quidem est cœnum, eo porci concurrunt; vbi autem sunt aromata, & suffitus, Apes illic habitant: ita vbi sunt quidem meretricia cantica, illic congregantur Dæmones; vbi autem cantica spiritualia, illic aduolat spiritus gratia, & os sanctificat animam. Idem explicans hæc D. *q* Pauli verba: Omnis amaritudo & ira, & indignatio & clamor, & blasphemia tollatur à vobis cum omni malitia: Quomodo, inquit, in vas, & vestimentum immundum nunquam se dimiserit genus Apum. Propterea enim, & suffitibus, & vnguentis, bonisq; odoribus locum aspergunt, qui harum rerum sunt periti, vinisq; suaue olentibus, & aliis omnibus illinunt calathiscos, in quibus sunt insessuræ exeuntes ex alueis, ne grauis odor, & insuauis eas rursus abigat: Ita etiam in sancto Spiritu. Vas quoddam, & quidem calathiscus est nostra anima referta ad excipienda examina gratiarum spiritualium: sed si sit intus bilis, & amaritudo & ira, euolant examina. Propterea beatus hic, & sapiens Agricola, pulchre purgat vasa nostra non falcem tenens, neque vllum aliud instrumentum ferreum. Et nos vocat examen hoc spirituale, & congregans ipsum purgat precibus, & laboribus, & aliis omnibus. Vide ergo quomodo expurgat, & emundat cor nostrum &c. D. etiam Basilius ab eadem Apum munditia morale captans. Sicut, inquit, fumus fugat Apes, & Columbas expellit fœtor; ita & custodem vitæ nostræ Angelum à nobis exigit lachrymosum, & fœtidum peccatum. Rursus D. *r* Chrysostomus docens, quod infestantem, magnaminiter ferre propter Deum, maius sit; quam benefacere, non oportet, inquit, mortuum vlcisci, sed orare pro eo, vt eruatur à morte. Nonne vides Apem, quemadmodum immoritur aculeo? Per illud nos animal docet Deus, ne proximos afficiamus tristitia, ipsi namque prius morem excipimus. Et illos quidem forte paululum lædimus, nos autem non amplius viuemus, quemadmodum nec illud animal. Et si laudat illud scriptura, quod operarium sit asserens, cuius opes reges, & priuati ad sanitatem offerunt: nihil tamen ipsi prodest ne moriatur, sed omnino moriatur est opus. Ergo si illam non liberat malefacientem in reliquis præstantia, multo minus nos. Ferarum est vere sæuissimarum, nemine quempiam lædente iniuriam incipere; imo vero neque ferarum. Illæ namque si permittas in deserto se pascere, neque coangustans in necessitatem redegeris, nunquam lædent, nunquam impetent, nunquam mordebunt, sed propriam transibunt viam &c. Ab Apibus itaque discere oportet Christianos nulli malum pro malo reddere, sed vincere in bonum malum. Quemadmodum vero Apes mel in ore ferunt, sed aculeis pungunt, ita quoque multi etiam lingua blandiuntur, sed percutiunt latenter, de quibus scilicet dicebat *s* Dauid: Circumdederunt me sicut Apes &c. Est autem huiusmodi nequam hominum genus foris candida Columba, intus vero vulpes vafra, & vt dicitur in prouerbio Foris Cato, intus Nero: qui nempe foris benignitatem, & affabilitatem dulcem ostendunt, intus vero reconditam habent malitiam, qua alios perstringunt, & lędunt quos mulcere videbantur. Vnde Charon apud *t* Lucianum, ciuitates, inquit, conspicio, Apum examinibus similes, in quibus proprium quendam peculiaremque singuli habent aculeum, quo sibi vicinos pungunt. Quidam autem ex ipsis velut Crabrones agunt, feriuntque imbecilliorem, & viribus infirmiorem. Dicebat etiam Ariostus.

Prophetę Apes sint.

Pęnitentes Apibus similes.

q Comment. in Epist. Pauli ad Ephes. cap. 14. Homil. 15.

r Homi. 68. ad Pop. Antiochen.

s Psal. 117.

t In Charon et.

Ma non gli dir oltraggio, & apparecchi
Cento odiarne per vno, e chi ti punge

Più che punger non suol Vespi ne Pecchi.

u Plutarchus asserens vtilem non esse amicorum multitudinem, quando illis nequaquam varia postulantibus, inseruire possimus, & sæpenumero cum id non præstetur, quod petunt, sese offensos arbitrantur, & cum amicitia vera consistat in binatio, non autem in grege, quia qui vult coloniam amicorum, in plures inimicos, inquit, incidat, iuxta illud Timesij oraculum quærentis de colonia ducenda, cui responsum fuit: quære examina Apum, Vesparum & habebis abunde. Ita qui amicorum gregem quærunt, incauti in examina inimicorum incidunt: qui multa Crabronum Apum nue examina habent, sæpenumero ab aculeis eorum petuntur, & summo dolore afficiuntur, ex eorum veneficis ictibus. Ideo etiam Esaias Assyrios Apes vocat, teste D. *x* Hieronymo: quia vt Apes stimulum emittunt: sic Assyrii vsu sagittarum erant instructissimi, & velut Apes volantes, & solicitæ ad prælium velociter, & solicite veniebant. D. *y* Cyrillus, Apis, inquit, gens est Assyriorum. Variegata enim est Apis, & pulchre colorata, & multis modis notata, ac maculata. Tales quidem fere, quantum ad amictum, & ornatum pertinet, erant & Assyrij, & Persæ: nam & elegantiæ studiosi erant, & variegatam vestem semper plurimi æstimabant, & præterea erant etiam acileati. Tangit & eundem locum Eusebius Pamphilus, citans textum Esaiæ. Sibilabit Dominus Muscis in die illa, quæ dominantur in parte fluminis Ægypti: & Api, quæ est in terra Assyriorum. Vbi virorum prius simulacra adorantium animas, inquit, aut etiam quasdam immundas, & infestas potestates, Muscas arbitror nominati: & Muscas Ægyptiacas, quæ sacrificijs, & cruoribus simulacrorum gaudent. Apis vero est animal aculeo armarum, & quod regnandi, ac sub rege degendi, bellandique scientiam habet, & vlcisci, ac vulnerare aduersantes idoneum est. Porro Apis eodem plane modo dicta est gentilitas, inquit Iacobus Vitriacus propter mel carnalis voluptatis; adulationis, & seductionis, & aculeum iniquitatis. Habebant enim hypocritæ, & philosophi illius gentis mel in ore, sed aculeum in cauda. Apes, vt diximus hyeme conduntur propter virium imbecillitatem niues geluque ac flatus Aquilonis ferre non potentes, Vere vero florente faba denuo ad labores exeunt, nullaque earum est, quæ non sedulo laborem suum exerceat, nulla inquam est ociosa, nulla tempus frustra terit, cæterum ante omnia ex cera cellas faciunt, dein soboli incumbunt, moxque mella parant. Hyems illud nobis exprimit moraliter tempus, quod fuit ante Seruatoris nostri incarnationem, cum nondum sanctæ fidei firmiter iacta essent fundamenta, Apes sanctos, vel tempus gratiæ notant, faba Virginem, flos ipsum Iesum Christum nostrum Seruatorem. Hyeme enim, siue ante eius incarnationem, cum etiamnum frigus veræ fidei frigeret, Apes hoc est sancti latitabant in cauernis suis, siquidem sæuissimo Aquiloui, id est, dæmonis tentationibus resistere non poterant, sed postmodum faba hoc est B. Virgine florem proferente, hoc est Iesum Christum vnicum suum filium pariente, & procelloso Aquilonis spiramine cessante, hoc est, profligatis Satanæ tentationibus, læti ad opera sua exierunt. Sicut Apes triplici crustarum munimine fauos suos muniunt, prima sapotis amari; altera dulciore, tertia crassiore, quæ fauorum fundamentum est. Ita boni, & pœnitentes pro munimento fauorum suorum, hoc est bonorum operum, ac virtutum, tres habeant crustas necesse est, primam autem amaram, quæ dolor est veræ contritionis, alteram dulcem, quæ typus est confessionis, tertiam crassiorem, quæ pœnitentiam exprimit. Apes ex floribus tantum mella sua colligunt, & nullis putidis assident rebus, vnde nisi, vbi degunt, florum sit copia, speculatores alio inuestigandum emittunt. Sic viri boni relictis abominatisque putidis, hoc est peccatis, & peccatoribus in putido peccatorum suorum cœno marcescentibus, floribus odoratis, hoc est, viris sapientia, pietate, alijsque virtutibus ornatis adhærere debent; & nisi adsint, speculatores alio mittere, quo nancisci liceat. Apis nocte dormientes vna triplici bombo ad opera solita excitatis summo mane, prædicatoris munus obire videtur, qui mane, hoc est, oriente sole iustitiæ homines in vtramuis aurem dormientes, velut peccatorum mole sopitos triplici bombo, nimirum pœnæ incussa formidine, iuxta illud Horatij:

Oderunt peccare mal formidine pœnæ:

demonstrationeque quam fragilia sunt, quæ hic possidemus, & quis in ijs possidendis scrupulus existat, item denique æternitatis promissione, ad bona faciendum opera excitat. Rursus vero cum aduesperascit, eadem quæ dormientes excitauit Apis; eodem bombo omnes quietem capere iubet, ac tunc omnes ocyus conticescunt. Ita quoque nos, cum vesperascit, hoc est, cum dies vitæ nostræ declinat, hoc est, cum annorum mole obruimur, in senectute inquã nostra, ad aluearia nostra, hoc est conscientiæ examinationem deuenire conuenit; bomboq; eiusdem qui nos excitauit, prædicatoris, audito quiescere, & tandem ab ijs, quæ facere solebamus, abstinere. Cum in opere sunt Apes, tex intus omnia circumit, lictoribus suis stipatus. Eodem modo Sancti Patres, cum etiamnum laborarent, & velut in ærumna essent ante natũ Christum, qui enim erat in cælo lictoribus suis aculeatis, nimirũ Angelis aculeum diuini feruoris ferentibus vallatus. Et sicut Apũ rex, nisi & totũ subsequatur examen, alueare suũ nõ exit, ita pariter Christus

u Li. de multit. amic.

x In Esaiam cap. 7.

y In Comm. Orat. V.

Gens Assyriorum Api similis.

Apis dormiẽtes excitans quid significet.

Apes Sanctos Patres denotant.

Chriſtus videndum ſe non præbet, niſi ab Apibus ſuis hoc eſt, ſanctis & angelis comitatus, quod ſcilicet fiet in tremendo die extremi iudicii. Sed rurſus Apum regem cum examine exiturum ſtrepitus triduanus indicat, & Chriſti exitus ad iudicium per ſanctos, & prophetas in Eccleſiæ alueari nunciatus eſt, idque per tres dies, id eſt, tempore legis, & tempore gratiæ, & maxime in ipſo ſcietur fine, quando ſcilicet maximo buccinarum ſtrepitu totus Apum exercitus mutmurabit. Iam vero etiam Apes viſo rege animantur, perdito totus exercitus dilabitur. Ita mortuo Chriſto turbati ſunt diſcipuli, & diſperſi, eodemque viſo poſt reſurrectionem gauiſi ſunt, & animati. Eodemq; modo bonus paſtor præſentia ſua ſubditos ſuos lætificat, moriens dolorem ac triſtitiam affert. In alueatibus etiam Fuci ſunt, & Fures dictæ Apes, quæ mella conſumunt, ſed ſi ab Apibus apprehenduntur, necantur. Sic quoque in alueari ſanctæ Eccleſiæ eiuſcemodi Fuci, fureſque irrepunt, Symoniaci, hypocritæ, hæretici, item ambitioſi, qui mel bonarum Apum, hoc eſt, dignitates Eccleſiaſticas ſuffurantur, ſed vbi cognoſcuntur, falſitatemque ſuam produnt, ab alueari eiiciuntur. Cum humidum eſt ver multiplicatur Apum ſoboles, ſed mellis minus colligunt: cõtra cum ver eſt ſiccum, mellis vbertas maior, ſobolis vero minor prouectus. Ver illud humidum, proſpera nobis tempora denotant, cum ſc. diuitiis, & delitiis affluimus: ſiccum v. contraria illis indicat tempora, quib. nempe paupertatis onere obruimur, aut fortunæ cuiuſuis aduerſitatib. contriſtamur: ſoboles amicorum, mel bonorum facultatumque index eſt. Humido itaque Vere, hoc eſt, cum nobis omnia ex animi noſtri ſententia eueniunt, non aliter atq; Apes numeroſiſſima nobis proles eſt, hoc eſt, vndique amici accurrunt, iuxta illud Ouidii:

Cenſus amicitias vtilitate probat.

Vnde tunc mel, diutiæ facile minuuntur. Contrariis temporibus, hoc eſt, ſicco exiſtente Vere, vti neque Apum ſoboles proficit, itaque neque nobis amici ſunt, mel vero augetur, nobis ſcilicet rem familiarem amplificare cõnantibus. Dicebat enim idem Ouidius:

Cum fueris felix multos numerabis amicos,
Tempora ſi fuerint nubila, ſolus eris.

Et Petronius Arbiter:

Cum ſors vna manet, vultum ſeruatis amici,
Cum cecidit, turpi vertitis ora fuga.

Fucis qui ſimiles.

Apes amiſſo aculeo quid denotent.

Apes, vt dictum eſt amiſſo aculeo ceu viribus caſtratæ non rantum non amplius nocere aliis, nec ſibi ipſis mellificando prodeſſe queunt, verum etiam non diu ſuperuiuunt. Aculei puugentis exemplo conſcientiæ noſtræ ſtimulus intelligitur, vel etiam timor domini: quæ duo ſi amiſerimus, omnia in nobis pia bonaque opera ceſſabunt, moriemurq; in Deo, quando nec prodeſſe nobis non poſſumus abſq; timore domini, nec nocere dæmonibus: quia niſi in timore domini tenueris te, cito ſubuertetur domus tua. Si alueare mundum inuenerint Apes immunda fugientes, in eo libentiſſime mellificant, cæteraq; ſua opera exercent. Sic Seruator noſter Ieſus Chriſtus, ſi in nobis vas mundum, id eſt, conſcientiam puram mundamq;, innocentem atq; caſtam offenderit, in ea libẽter habitat, & mella gratiæ æternæ in eam ingerit. Vnde forte dicebat ſapientiſſimus z Regum: Qui diligit cordis munditiam propter gratiam labiorum, habebit amicum Regem. Apes cellas ſibi primum conficiunt, deinde mella: ita quoq; nos antequam mellificare, hoc eſt opes nobis parare ſtudeamus, cœleſtia primum habitacula fabricare, vel ſaltem quærere debemus, iuxta illud vulgatum; Quærite primum regnum Dei, & iuſtitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis. Apes in propriis tantummodo domiciliis habitant, & quælibet in ſuo loco, nec aliena domicilia inuadunt: eodem modo noſtrum quilibet ſua conditione, & quam Deus obtulit, ſorte contentus eſſe debet, nec ambitione motus, aliena inuadere regna. Apes quoque ſcripſimus ex verberatorum occiſorumq; boum cadaueribus enaſci. Quæ ſane generatio moraliter accepta eleganter ad eos torqueri poteſt, qui martyrum ſanctorum exemplo ſeſe veræ fidei adiunxere, & velut ex eorum ſanguine uati videntur. Volens euim Deus omnipotens in alueari Eccleſiæ ſuæ perditas Apes, hoc eſt fideles aliquo pacto recuperare, tauros ſuos, hoc eſt ſanctos martyres tyrannis verberãdos, laniandos atque necandos tradidit, vt ex eorum ſanguine ingens, atque incredibilis Apum, hoc eſt fidelium vis emanaret. Quot vero millia hominum exemplo illorum martyrum veram fidem amplexi ſint, paſſim nulla non hiſtoria Eccleſiaſtica teſtis eſt. Primum enim Eccleſiæ fundamentum eſt ſanguis Domini noſtri Ieſu Chriſti, ,,& ſanctorum martyrum. Atque ad hunc ſenſum torqueri poteſt ,,illud a Zachariæ: Tu autem in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti ,,vinctos tuos de lacu, in quo non erat aqua. In toto Apum examine nullam diximus eſſe ocioſam, & cum tot diuerſa opera conficiant, tamque diuerſis inter ſe muneribus fungantur, nullam a alienis inſidiari laboribus, nullãq; è rapto viuere, ſed proprio labore, propriaq; induſtria ex ſtirpibus, & floribus victum ſibi parare. Sic in Eccleſia Dei, imo in toto hoc hæmiſpherio nemo ſemper ocia colere debet, ſunt n. pluuinar Diaboli, & ea ſi tollas, periere Cupidinis arcus. vt ille canit; ſed quiſq; quam didicit artem, & ad quod munus à Deo vocatus eſt, diligenter exercere atque obire. Quæ certant cum aliis Apes, milites exprimunt & duces, principes, qui vt Apes præliari debent, hoc eſt ſuos defendere, & hæreticis, furibuſque ſe opponere, ne peſſimum hoc hominum genus alueare bonarum Apum occupet. Quæ circa victum occupantur, agricolas ſignificant, & mercatores, quorum opera nobis omnibus victus procuratur: ſicuti doctores, & prædicatores, quæ futuros explorant imbres: hi enim venturam felicitatem prædicunt bonis, malis contra aduerſitatem æternam. vel iſtiuſmodi præſagientes Apes, eos potius in hoc mundo ſignificabunt, quorum munus eſt, proſpicere, ne quid in futuro ad victum deſideretur, vulgus eos diſpenſatores nuncupat. Circa mel, & ceram conficiẽda occupatæ, rurſus prædicatores ſunt: ſiquidem vt Apes modo cellas parant rotundas, modo quadras; ſic iſti doctrina ſua ſancta cœleſtes in animis noſtris domos extruunt, nunc rotundas propter velocitatem, & obedientiam, nunc quadras propter firmitatem, & conſtantiam. Denique vt Apes ex proprio labore viuunt, nec aliena furripiunt; ita quoque nos noſtra nobis induſtria proſpicere debemus, nec alienis ſudoribus inhiare, & ſi datur occaſio, furripere. Quemadmodum vero etiam Apes ex herbis, & floribus mella colligunt, alueique ſui oſtiolum obturant, ne nox a animalia ſubintrent, arque opera ſua corrumpant, ac abſumant. Sic boni quoque atque pii flores in alueos ſuos ferre debent, id eſt exempla ſanctorum, vel ſanctas ſacræ paginæ ſententias, quibus mel æternæ gratiæ parent; debent etiam ita alueorum ſuorum, id eſt cordium foramina obſtruere, ne noxia animantia, id eſt, ſatanæ tentationes irrepant, malæq; cogitationes atq; peccata. Apes niſi puram limpidamq; potant aquam, & ſi fæces ibi egeſſerint, non repetunt. Ita etiam qui veri Chriſtiani ſunt, aquam puram, i. e. ſacram Theologiam, ſiue ſcientiam Theologicam imbibere in animum debent, in qua nempe veritatis claritas exiſtit ſine vlla turbulẽtia, contra ac in cæteris ſcientiis. Aquam v. q̃ ſemel fæcib. ſuis cõſpurcarunt, hoc eſt mundanis delitiis contaminarunt, vel vbi immiſcuerunt varia peccata & vitia, vitare debent, & non amplius ex illa bibere. Dictum etiam eſt Apes ſono æris ceu harmonia, quadam oblectari, eodemque ad alueum reuocari, ſi egreſſæ fuerint. Hæ bonos ſignificant, qui prædicatoris vocem ſalutaria docentem audiunt ex animo, & harmoniam laudis diuinę; & ſi de alueo ſuo, id eſt à ſtatu gratiæ relapſi fuerint propter peccata ſua, eadem voce facile reuocantur eo, ibiq; pœnitentiam agunt. Vel potius Apes æris ſono gaudentes, erunt auari, quibus nummorum ſonus gratior eſt, quam quid aliud, imo quam ipſius verbi Dei auditio. In quo ſenſu iuriſperitus ſane iis cauſidicos Apibus comparat, qui nimirum præ cæteris inhiant pecuniis: cæterum Apes, b inquit, ipſæ plauſu, & æris tinnitu alliciuntur maxime, & hoc habent cõmune cum cauſidicis, vt ſono æris blandiri ſibi gaudeant: æris vero nomine nunc, & aureos nummos comprehendo. Apes ex quocunque germine flores lectiſſimos carpunt, ſpinas reiiciunt, vt in cellula fauos conſtruant, quibus deinde expreſſis, mel à cera ſeiungatur: Ita Chriſticola ſapiens ex quocunque euentu ſibi vtilia elicit documenta, vt in cellula contemplationis, mel à cera ſecernat: ex catholico flagitioſo, & ſceleſto, doctrinam hauriet, ſed exempla reſpuet, ſi probitate emicabit, amplectetur.

z *Prouerb. c. 22.*

a *cap. 9.*

Apes vt agricolas & mercatores deuotant.

b *L. etiam §. de verb. ſignif.*

SYMBOLA.

Apes circa alueare volantes quid denotent.

APum alueus, circa quem plurimæ Apes volitent, & ingredi conentur, cum verbis *omnibus idem ardor*, ſignificat hominem, qui vno eodemque cum ſociis ſuis virtutis amore flagrare demonſtrat: nam quemadmodum Apes eodem omnes conatu, ac ſtudio mella, & ceras conficere tentant, cum ad ſuam, tum ad aliorum etiam vtilitatem: ita illi vnanimi voluntate aliis ſibique ipſis prodeſſe conantur. Apes autem in hoc ſymbolo viros probos denotant, & in virtutis ſtudio operantes; mel fructum, quem virtutis ſtudium parit, eundemque cera ſignificat. Apes vir ſceptrum habens in manu reſpiciens, principatum denotat obtinentem, hæ enim Regem habent, & nihil ſine eo operantur, is vero etiam nihil ſine ſenatu agit. Apis libans ſuccum è floribus, cum verbis, *vt proſim*, ſignificat virum, qui omnibus prodeſſe ſtudet. Eadem euolans ad flores, vt mel referat in alueum, cum verbis: *Sic vos non vobis*, viri ſimiliter ſymbolum eſt conantis pro viribus, vt alii quoq; ex operibus eius commoda atque vtilitatem capiant. Operationes etiam Apum, prudentium dicta ſunt, iuxta illud, Fauus mellis, ſermones boni. Apud antiquos Apis ſignificat amorem pium, & induſtrium, & qui voluptatem habeat pro fine. Apes videre in ſomniis, iuſtos videre ſignificare volunt: vnam ex iis videre mellificantem, Regem iucunde imperantem: ab ea ſe lædi, Cardanus ſe iudicio damnandum ſignificare aſſerit.

EMBLEMATA.

EMblema And. Alciati inſcriptum; *Dulcia quandoque amara fieri:*

Matre procul licta paulum ſeceſſerat infans
Lydius: hunc dira ſed rapuiſtis Apes
Venerat hic ad vos, placidas ratus eſſe volucres
Cum nec ita immitis vipera ſæua foret.
Quæ datis, ah dulci ſtimulos pro munere mellis?
Proh dolor. Heu ſine te gratia nulla datur.

Duo ſunt epigrammata Græca, vnde hoc ſumptum eſt emblema. Antipatri alterum, alterum Bianori, inſcriptum εἰς θάνατον, ad quod cum magis accedere videatur Alciatus, illud apponam.

Κῆρον ποτ' ἀνείλω ἐπιμάζιον ἑρμώνακτα
ψαῦ βρέφος· ὡς ἀδίκως εἴ ἵλεπε βυγενέες.
Ηγνοίησεν ὁ δείλαιος· ἐς ὑμέας οἷα μέλισσα
Ἐλθῶν. αὐδ' ἔχων ἥπερ χρειότερον.

Αντὶ

Αντὶ δὲ οἰθοίνης ἐστεμάξατο φοίνια κέντρα
Ὦ πικραὶ, γλυκερῆς ἀντίπαλοι χάριτος.

Simile fere eiusdem ex Theocrito.

Alueolis dum mella legit, percussit amorem
Furacem mala Apes, & summus spicula liquit
In digitis: tumido gemit at puer anxius vngue.
Et quatit errabundus humum: Veneriq; dolorem
Indicat, & grauiter queritur, quod Apicula paruum
Ipsa inferre animal tam noxia vulnera possit.
Cui ridens Venus, hanc imitaris tu quoq;, dixit
Nate feram; cui das tot vulnera paruus.

Integrum autem est Theocriti eidyllion, cuius titulus est, *Cupido mellilegus.*

Τὸν κλέπτειν ποτ' ἔρωτα κακὰ κέντρασε μέλισσα,
Κηρίον ἐκ σίμβλων συλεύμενον ἀκρὰ δὲ χειρῶν
Δάκτυλα πάντ' ὑπένυζεν. Ὁ δὲ ἄλγει, καὶ χερὶ φύσων,
Καὶ πᾶν γᾶν ἐπάταξε, καὶ ἄλατο. τᾷ δ' ἀφροδίτᾳ
Λέξεν τὰν ὀδύναν, καὶ μέμφετο ὅσσον τοσόνδε
Θηρίον ἐν τὶ μέλισσα καὶ ἀλίκα τραύματα ποιεῖ.
Χ' ἁ μάτηρ γελάσασα, τό δ' ἐκ ἴσον ἐστὶ μελίσσαις,
Χ' ὡ τοσόνδ' ὀλίγας, τὰ δὲ τραύματα ἀλίκα ποιεῖς.

Stroza filius admodum venuste vertit sic:

Dum Veneris puer alueolos furatus Hymetti,
Furandi dignum cuspide fixit Apis.
Indoluit grauiter, pueriliaq; ora rigauit
Fletibus, & matri spicula questus ait.
Vnde hæ tantillæ vires animantibus? vnde
Exili possunt ladere aculeolo?
Cui Dea subridens, inquit, non tu quoque nate
Corpore non magno vulnera magna facis?

a *In Farragine.* a Iulius Cæsar Scaliger sic, sed ex Moscho, apud quem ego id non reperio:

Dum cellas vexat digitis furtimq; pusilla
Surripit argutus mella Cupido manu.
Parca operis vindex securum & plura parantem
Verrere, saua fero vulnera fixit Apes.
Excutit ille hostem, ac terram pede pulsat, & vdo
Ter quater incensam perflat ab ore manum.
Ignea tum lachrymans ostendit vulnera matri
Singultans pressis blesa superciliis.
Quodq; adeo tenui, euisset barbara telo
Tantula sit tanti vulneris autor Apes.
Cui ridens genitrix: ne me his incesse querelis,
Tu quoque tam paruus vulnera quanta facis?

b *Lib. 3. de consol. philos. metr. 7.* Significat autem illud emblema siue eidyllion Theocriti, voluptati dolorem & calamitatem plerunq; comitem esse: Ita b Boetius quoque volupratem stimulis Apum similem facit his versibus, qui ad hunc locum pertinere videntur:

Habet hic voluptas omnis
Stimulis agit furentes
Apiumq; par volantum
Vbi grata mella fudit,
Fugit & minus tenaci
Ferit icta corda morsu.

Aliud est emblema Alciati inscriptum EX BELLO PAX.

En galea intrepidus, quam miles gesserat, & qua
Sæpius hostili sparsa cruore fuit.
Parta pace Apibus tenuis concessit in vsum
Alueoli: atq; fauos gratasq; mellis gerit.
Arma procul iaceant, fas sit tunc sumere bellum
Quando aliter pacis non potes arte frui.

Emblematibus ascribi etiam potest hoc Scaligeri carmen inscriptum AVARA MILITIA.

Formica & Apes: vtraq; deponit in annum;
Hanc sedulitas, hanc studium facit virilem.
Huic alueus: illi satis est cauum pusillum.
Ast vni homini non satis, & dies, & annus.
Nec terra sua propria, vicinaue circum:
Sed protinus vlterius prorogare fines,
Conatur. Erit tamen huic inuenire finem.
Fortasse suis artibus hic erit ferendus:
Ni se misere, ni populetur ipse sese
Ni in militiam se tribus assibus propinet.

c *Epidorp. lib. 3.* c Aliud eiusdem cum verbis, *Labor pater fruitionis.*

Formica & Apes nos operaria docebunt
Pro parte laborare, dein frui labore.

EPIGRAMMATA.

E Iusdem Scaligeri epigramma inscriptum legitur his verbis: E
Flores ex diuinitate Pholoes facti lethales.

Quacunq; aerio per inania munera cliuo
Rorilegæ saltus solicitatis Apes.
Ah vos decipiat falsi ne floris imago,
Candida qua Pholoæ colla reclinat Amor.
Illic frigida vis taxi, & sedere venena
Mascula: nec Cyrno lenior vmbra fuit.
Fulgida quinetiam sic fulminis aura coruscis
Auræ vitalis soluere iura solet.

Aliud Marii Mossæ elegantissimum epigramma ex Græcis desumptum:

A *Ferrea nostra olim pressis erepta carinis*
Qua Nili fractas testificamur opes.
Ecce Apibus pandans parcis prapandimus aulas.
Congesto redolent (quis putet) ara thymo.
Cæsaris hæc ingens laus est, quo vindice pacis
Iucundos fructus arma inimica ferunt,

Aliud Scaligeri inscriptum *Tibi primum, deinde operario.*

Vt villatica, vel villaticus aluearia castrat
Partim sibi, partim Apibus, dans atq; relinquens
Sic te ex opera quod redit, hoc tollere fas est
Tum pro meritis plene operario repones.

ÆNIGMA.

IDem Scaliger de alueo Apiario tale habet ænigma.

Nobilis vrbs, populus iusto sub rege laborat,
Vix ædes, larga vix numerantur opes.
Non me coctilibus surgentia mœnia plinthis,
Vnica perpetuo sed pede testa capit.
Sæpe etiam solo cingit me stipite murus,
Sæpe etiam texto crattibus orbe tegor.
B *Intus nulla via est, secto qua limite quadret.*
In medio tota est. sed sine lite forum
Ast vbi seditio varis sub regibus orta est,
Solutitur antiqua religione fides.

EPITHETA.

APes λασιαὶ hoc est hirtæ vocantur Theocrito, à corporis hirsutiæ: irem à calore ξυτὰ, id est flauæ. A loco Ouidio Atticæ dicuntur, Virgilio, Martiali, & Ausonio Cecropiæ eâdem ratione: quia sunt qui putauere primum visas fuisse in Artica regione, vbi regnauit Cecrops: vnde & mel Atticum & Hymetrium nominatur, nimirum propter Hymetrum Atticæ montem, vt supra meminimus, quare etiam Hymetti populatrices Martialis elegantissime cognominauit. Ab Hybla Siciliæ monte Virgilio, Martiali, Ausonio, Pontano aliisque passim poetis Hyblææ dicuntur; Ælio Iulio Crottæ etiam Siculæ Martiali Sicaniæ ab eodem monte:

Florida per varios vt pingitur Hybla colores
Cum breue Sicania ver populantur Apes.

C Quoniam perpetuam colat castitatem, Baptista Mantuanus Inubam vocauit; Claudianus inde forte piam, Ælius Iulius Crotta simplicem Ab ingenio Phocilidi ἠρόφοιτος & ἀρεσπόνος, Virgilio Dædala, id est ingeniosa, quo postremo epitheto vsus est Politianus. A laboris assiduitate, Ouidius & Tibullus sedulam vocarunt, quidem item studiosam, Pontanus alacrem Παυακρὶς dicitur apud Callimachum, vt quæ omnia florum fastigia peruolitet. Dicuntur & ἐυαγέες, id est Agiles, quod per aerem cito ferantur & facile, vt in vulgari Lexico exponitur ex Iaui Lascaris viri doctissimi sententia, deducentis ab ἐῦ & ἄγω. Scaliger quoque Apem Agilem dixit. A legendis floribus florilegas Ouidio & Crottæ; à rore legendo, rorilegæ Scaligero, à melle ferendo, Ouidio melliferæ: Iano Grutero melligena, Petrarchæ mellificæ; auidæ mellis Silio Italico: quia vero mel conficiant, Varro mellis matres nuncupauit A me, inquit, Rauisius Textor fauifluæ dicuntur dictione, quam finxit Architrenius dicens:

——Pluuioq; fauifluæ lacte
Filius exilio fessa dedit vbera matri.

D A fuga, quam nonnunquam moliuntur, fugaces Claudianus appellauit; à volatus corporisq; leuitate leues Tibullus, Marullus etiam vagas: nonnulli pariter aerias. Dicitur postremo Virgilio, Martiali, Pontano, Baptistæ, Fieræ parca: Alciato parua.

VSVS IN CIBIS: ET IN Medicina.

QVæ ad hasce rubricas pertineant, hic non habemus, dicturi ea fusissime cum de melle agemus. Nolo tamen interim latere lectorem incolas Cumanæ regionis Apibus vesci. Si pilos vel barbam cito nasci voles, cinere combustarum Apum & soricis stercore cum rosaceo linimentum compone, & locum pilis vel cæsarie vestiendum ac decorandum dies aliquot inunge. Poteris addere cinerem corticis auellanæ, castaneę, dactylorum, vel fabalium. Apibus insuper vim aliquam ad amorem conciliandum inesse credebat stolida antiquitas: atq; ita Æopulus apud Theocritum susurrans Apicula fieri cupit inquiens:

Barba vt cito nascatur.

——Ἀιδὲ γενοίμαν
Ἀβρομόδοτα μέλισσα, καὶ ἐς τὸν ἄντρον ἰκοίμαν.
——Vtinam fierem
Susurrans Apicula, atq; in tuum antrum venirem.

VSVS IN BELLO.

APes irritatæ quam asperos acutosque dolores puncturis suis inferant, nulli non notum est, si irritentur; irritantur autem maxime, si alui proiiciantur, vnde sunt qui eos in hostes suos proiecere, vt donec ab Apum ictibus sese vindicare studerent, eos

facili modo opptimerent. Tradit *a* Appianus Themyſchyrenſes à Lucullianis obſeſſos, cum contra eos turribus vterentur Romani & aggeribus & cuniculos tam amplos foderent, vt in eis pugnę cõmitterentur ſubterraneæ: ſuperne aperuiſſe, & per foramina demiſſe in opetarios vrſas, aliaſque beſtas & Apum examina. Cum Amurates Turcarum rex Albam Græcam oppugnaret, oppidani, teſte *b* Bonfinio, præter alia, etiam Apum examina in Turcas mittebant, vt aculeis petiti grauiter angerentur. Immo Henrici Imp. Dux obſeſſus à Giſelberto Lothoringiæ rege (lege duce) irrumpentes equites, obiectis Apum aluearibus inhibuit: quarum aculeis in furorem verſi equi ſeſſores, vt ait *c* Vitichindus, vel excuſſere, vel ad pugnandum inutiles reddidere. Anno ſalutis 1512 auſpicijs Emmanuelis Luſitaniæ regis, Lupus Barriga in Mauritaniæ oppidum Xiamaticenſe quod appellant Tornli, impetum fecit refertente *d* Oroſio. Hoſtes cum ſe in vltimum diſcrimen adductos cernerent, aluearia Apum innumerabilia, quibus abundabant incenſa in mœnibus dimiſere. Luſitani & aluearium flammis ambuſti & Apum aculeis ſtimulati oppugnationem diſſerere coacti ſunt. Multi etiam vulnera ab hoſtibus accepere, ne Apibus tantum ea propugnatio aſcribi poſſit. Ipſeque Barriga grauiter vulneratus abiceſſit.

a *Lib. de bell. Mithr*

b *L. 4. dec. 3.*

c *Li. 1 geſt. Sax.*

d *Li 8 rer. Emman.*

PROVERBIA.

Cicadam Api comparas.

Τέττιξ μὲν τὴν μέλιτταν συγκρίνεις id eſt, Cicadæ Apem comparas. Nam Cicada cum maior, tum canora, cum Apis ſit non modo minuto corpuſculo, verum etiam pœne muta. Simile eſt adagium illi αὐλὸν σαλπίγγι συγκρίνεις; id eſt, Tibiam tubæ comparas. Conuenit vtrumq; in res ſupra modum impares. Propterea quod exilem vocem edat fiſtula, tuba prægrandem. Lucianus vtrumq; attingit his verbis: ποσῷ πλείονι φωνοῦσι σύριγξι, τοσοῦτον ἡ σάλπιγξ τοῦ αὐλοῦ, καὶ οἱ τέττιγες τῶν μελίττων, id eſt, Inuenies tanto voce ſuperiorem quantò tuba ſuperat tibias, Apes Cicadæ.

Aſinus inter Apes.

Ὄνος ἐν μελίτταις, Aſinus inter Apes: Conſimilem habet ſenſum cum hoc: Ὄνος ἐν πιθήκοις,, Aſinus inter ſimias. Dici vtrumq; ſolet, vbi quis infeliciter incidit in homines improbos atq; impottunos. Metaphora per ſe liquet, quanquam adagium ab euentu quopiam natum videri poteſt. Meminit Suidas. Nihil autem vetat, quominus etiam vſurpetur, vbi quis in negocium incidit vehementer moleſtum, aut in infortunium aliquod, vnde ſe non queat extricare. Εἰς μελίττας ἐμάμησας, id eſt, in Apes inſiliſti. Vbi quis præter opinionem in ſingens agmen, velut examen malorum immergitur, quemadmodum euenire ſolet ijs, qui imprudentes in Apũ nidos incidunt. Circumuolantibus, & impetentibus vnd que illis, & fugientem etiam inſequentibus, haud facile diſcedit ſine vulnere quiſquis inciderit. Solent autem iuuenes commeſſabundi in conuiuium æqualium irruere; quemadmodum Alcibiades apud Platonem irruit in conuiuium Agathonis. Et Syrus in Adelphis de Demea, qui ſe proripit in conuiuium filij Abijt, commeſſatorem haud ſane commodum præſertim Cteſiphoni. Μήτε μέλι, μήτε μέλισσας, Neq; mel, neq; Apes. In eos dici ſolitum, qui recuſant incommodum ferre, quod ſit cum commodo quopiam coniunctum. Veluti ſi quis Apes, quod ſint aculeatæ, nolit perpeti, is nec mel quidem, quod optat, fruetur. Res enim mortalium ita temperauerunt Supeti, vt ſemper incommoditas comes ſit commoditatum. Tryphon Gammaticus in ſiguris hoc exemplum adſcit paroemiæ, citatque ex Sapphò poetria Lesbia: μήτ' ἐμοὶ μέλι, μήτε μέλιττα: neque mihi mel, neque Apis. Celebratur minus ad hanc faciens ſententiam.

Neq; mel, neq; Apes

Feras quod ladit, & quod prodeſt, perferas.

Eodem pertinet illud Plautinum:

Fortiter malum qui patitur, poſt potitur bonum.

Idem obſcurius quidem, ſed tamen eleganter innuit Homerus. vt opinamur per herbam moly, cui radicem nigram, florem lacteum attribuit: radicis nigræ ſymbolo, laboris moleſtiam ſignificans, qua peruenitur ad animi tranquillitatem, virtutis abſolutæ præmium.

Σειρὴν μὲν φίλον ἀγγέλλει, ξεῖνον δὲ μέλισσα.

Siren amicum nunciat, Apis hoſpitem.

Quoties complures eadem de re bene ominãtur, aut vbi ſuæ quiſque ſpei blandiens ex quamlibet leuibus argumentis diuinat ſtatutum, quod optat. Nam Siren hoc loco non vnam ex illis virginibus Homericis ſignificat; verum Inſecti genus, Api non diſſimile authore Suida, quanquam apud Heſychium σείρη legitur, non σειρήν. M. *a* Tullius de re interſe quam ſimillima hoc protulit prouerbij loco: Vt ſimilia ſunt, & oua ouorum, & Apes Apum. Vbi ſcilicet iocatur in Democriti mundos, vſquequaque ſimiles inter ſeſe. Simili forma dicunt: Quam ouis eſt oui ſimilis. *Primum Apes abigendæ* b Agathius de bello Gothico. Placebant hæc dicta Vlilago Herulorum præfecto, vnde id vſurpatum prouerbium, & barbarum & parui momenti, vtile tamen, & alicuius energiæ. Identidem prædicabat, primum abigendas Apes, deinde & mel ſubſtrahendum. Senſit Buzes hoſtium copias aduentantes eſſe ſubmouendas, quo poſſint Aſia potiri, ſumptum à curatoribus Apum, qui quo mel eripiant ex aluearibus, Apes fumo, aut alio quouis modo abigunt. Prouerbialiter quoq; à *c* Platone ſcriptum eſt, *relicto vt Apis aculeo diſcedere.* Si quid, inquit, verum dicere videor aſſentiamini; ſin minus omni ratione mihi aduerſamini, hoc verum prouidentes, ne ego pro vehementi meo hoc ſtudio, & me & vos in errorem inducam, relictoque vt Apis aculeo diſcedam; ὅσπερ μέλιττα τὸ κέντρον ἐγκαταλιπὼν ἀπιέναι. Simile eſt illi adagio: Infixo aculeo fugere: βαλὼν φεύξεσθαι οἴει; id eſt Iaculo immiſſo fugiturum te putas? Metaphora hæc eſt prouerbialis, vbi quis dicto cõuitio, ſeu maleficio quopiam peracto, ſtatim ſubducit ſeſe, ne vel tucri cogatur, quod dixerit, aut ne mutuum recipiat. Frixymachus medicus in conuiuio Platonis, Ariſtophani diſcedere paranti, ne cogeretur, & ipſe laudate Cupidinem, ac locis quibuſdam poeticis eludenti: βαλὼν γε φάσκεις ὦ Ἀριστόφανες οἴει ἐκφεύξεσθαι, ἀλλὰ πρόσεχε τὸν νοῦν, καὶ οὕτως λέγε ὡς δώσων λόγον. ἴσως μέντοι ἂν δόξῃ μοι, ἀφήσω σέ: Vt videtur, inquit, Ariſtophanes, immiſſo in nos iaculo fugiturum te credis? Quin tu animum aduerte, atque ita loquere tanquam rationem redditurus. Sane ſi mihi videbitur, fortaſſis te dimittam. Vtitur item alias in Phœdone, & in primo de repub. libro quanquam hoc loco mutet Metaphoram, & ad balneatorem iniecta aqua diſcedentem refert, παῦπε εἰπὼν ὀδρασύμενος ἐν νῷ εἶχεν, ἀπιέναι, ὅπερ βαλανεὺς ἡμῶν καταντλήσας κατὰ τῶν ὤμων ἀθρόον τὸ πολὺ ἀπῆλθεν. Hæc locutus Thraſymach, in animo habebat diſcedere, ceu balueator quiſpiam, effuſis in aures copioſis, ac multis verbis. Ac mox eodem in libro: ὅλον ἐμβαλὼν λόγον, ἐν νῷ ἔχεις ἀπιέναι, id eſt, velut iniecto dicto paras diſcedere. Reſpexit ad prouerbium Plutarchus in commentario de ijs, qui tardè puniuntur à numine: ἀλλ' ἐὰν ἐὰν βαλὼν, εἴπερ ἀπηλλάγη κεφαλὸν εἶχε περιορᾶν τὸ βέλος ἐγκείμενον, id eſt, quin etiam ſi diſceſſit, inquit, immiſſo iaculo, non conuenit telum inhærens negligere. Alluſit ad hanc etiam paroemiam *d* Ariſtoteles. Refellens enim Anaxagoræ ſententiam, qui dixiſſet, infinitum immotum eſſe, & in ſeipſo conquieſcere. negat ſatis eſſe dixiſſe tantum, & aufugere, cum cauſam etiam reddere debuerit, quamobrem infinitum moueri non poſſet, ἐπεί, inquit, ἱκανὸν, τὸν οὕτως εἰπόντα ἀπηλλαχθαῖ. Quadrabit igitur in eos, qui velut oracula quædam pronunciant, alijs coniectandi materiam miniſtrantes, vt qui non interpretentur, quamobrem ita ſenſerint. Translatum videtur ab Apibus, aut Veſpis, quæ infixo aculeo ſtatim aufugiunt. Id enim innuit Plato in Phœdone. Poteſt & ad Parthos referri, qui iaculo coniecto in hoſtem, mox equis verſis ſe fuga proripiunt, nec audent cominus congredi. Simillimum eſt huic, quod eſt apud *e* Ciceronem: Sctupulum, inquit, abeunti, ſed videbimus. Solet enim ſcrupulus eſſe moleſtus ambulantibus. Idem apertius alio in loco: *f* Flacco vero quid profuit? qui valuit tam diu, dum huc prodiret. Mortuus eſt aculeo iam demiſſo ac dicto teſtimonio. Prouerbialiter item à Thæocrito prolatum hoc apparet:

In Apes incidere.

a *In Acad. Qu. fi.*

b *Lib. 3.*

c *In Phœdone:*

d *Li 3. nat. audit.*

e *Li. 4. de Finib. mal. & bonor.*

f *In Orat. pro Flacco.*

———ἔτι γὰρ ὕπνος
Οὔ τ' ἔαρ ἐξαπίνας γλυκερώτερον, οὐ τὰ μελίσσας
Ἄνθεα, ὅσσον ἐμὶν μῶσαι φίλαι. Id eſt.
———*Neq; enim ſomnus*
Nec ver ſubitum dulcius eſt: neq; tam Apibus
Flores, quàm mihi Muſæ charæ ſunt,

Illud item Plutarchi:

Neq; Muſca lac, neq; fauos Apis amat.

Ἀγρία μέλιττα teſte Suida, id eſt Apis agreſtis, dicitur vice prouerbii in valde improbos, & crudeles. Examinis denique Apum multitudo in prouerb. ad quod ſpectat illud *g* Sanazarij:

g *Li. 1. Epig.*

Dam hi, quot cœlum ſtellas, quot littus arenas
Syluaq; quot frondes, gramina campus habet,
Aere quot volucres, quot ſint & in æquore piſces
Quot noua Cecropia mella tuentur Apes.

Atq; huc referendum illud *h* Arioſti:

h *Cant. 18. Stan. 16.*

V' alunda adhor adhor ſpeſſa, com' Ape
La turba, che vi vien per ogni via.

Eſt & nobis commune aduerbium: Aue (Apè) mortà non caga mel; dicitur de ijs, à quibus aliquid expectandum eſt, donec ſunt in viuis: non enim mortua Apis mellificat amplius, nec talis poſt mortem prodeſt alijs.

HISTORICA.

Mennæ Samnitum prouinciæ Solitatio (vt Gregorius tradit) paucula tantum Apum aluearia cibum ac victum ſuppeditabant. Quæ cum Longobardus quidam latro rapuiſſet, à diabolo obſeſſus fuit, donec eum ſuis precibus Menna liberauit, vt ſcribit *a* Marullus ex *b* Gregorio. Comates in Sicilia heri diuitis pecora paſcens, conſueuerat nonnunquam Muſis, aliquid de gregibus domini offerre. Id cum reſciuiſſet herus, duriter ſeruum increpauit. Orat Comates, ne ſuccenſeat, fore enim, vt Muſarum beneficio omnia cumulate reddantur. At herus, age, inquit, expetiamur, an Muſæ te ſint alituræ, & ſeruum in arborem excauatam inclusit, atque ab eo diſceſſit, relicto vt fame moriretur. Exacto anno, cum ad eum locum redijſſet, ſeruum viuum, atque incolumem inuenit, & multum fauorum circum eum in arbore, vnde victitabat inclusus. Apes enim In eam arborem per rimas penetrantes ſuauiter ipſum aluerant. Refertur hæc hiſtoria à *c* Theocrito, qui ſic canit:

a *Li. 1. c. 8.*

b *L. 4 Dial.*

Comates arbori mel vſus ab Apibus alitur.

c *Li. 1. Narrat. Eidyl. 7.*

Ἀσῖ δ' ὡς ποκ' ἐδέκετο τὸν ἀπόλον δύρια λάρναξ
Ζωὸν ἔοντα, κακῆσιν ἀπεσθαλίηταν ἄνακτος.
Ὥς τό μιν αὐ σιμᾷ λειμωνόθε φέρβον ἔδεσκον,
Κέδρον ἐς ἀδείων μαλακῆς ἀνθεσσι μέλισσαι.
Οὔνεκά οἱ γλυκὺ μῆσε καὶ ἐν στόματος χέε νέκταρ.
Ὦ μακαρεστὸ Κορύκα, τοῦ θλῶ πάδε πρηνὰ πεπνύσθαι
Καὶ τὸν καπικλάσθης ἐς λάρνακα, καὶ τὸ μελισσῶν
Κηέα φερόμεθ', ἔτος ἀμφὶν ἐξεστέλεσσας.

Canta-

Cantabitq; quomodo olim exceperit pastorem ampla arca
Vinum, ob malam impietatem heri:
Et quomodo ipsum sima aluerunt in pratis venientes
In Cedrum dulcem, mollibus floribus Apes,
Eo quod illi Musa dulce nectar in os infuderat.
O beate Comata, tibi hæc iucunda acciderunt:
Et tu in arcam inclusus fuisti, atq; tu Apum
Fauis pastus, totum annum exegisti.

Significat autem hæc imago, studia doctrinæ, & scholasticos Deo curæ esse, & ab eo ali, ac defendi, licet in mundo inopes, & destituti videantur. *d* Thomas Bozius Eugubinus asserturus in Eucharistia verum Christi corpus esse, adducit etiam animalia rationis expertia, quæ hanc veritatem suo testimonio consignarunt, atque inter hæc Apes primo, & secundo exemplo. Primum vero refert ex Cæsario; qui sic scripsit: Cum mulier quædam simplicis ingenii nonnulla Apum aluearia possideret, neque illæ redderent expetitum fructum, sed lue quadam tabescentes morerentur; de consilio alterius fœminæ simplicioris, accessit ad Sacerdotem perceptura Eucharistiam: quam sumptam tamen ore continuit, domumque reuersa extractam collocauit in vno ex aluearis. Lues cessauit, mella effluebant. Itaq; suo tẽpore mulier, apertis, vt mel educeret, aluearis, vidit (miranda res) exædificatum ab Apib. sacellum, constructũ altare, parietes miro architecturæ artificio suis fenestris apposite suis locis ornatos, ostium, turrim cum suis tinnnabulis, Eucharistiam vero in altari repositam, circumuolabãt suaui susurro perstrepentes Apes. tanto miraculo attonita mulier confessa rem detulit ad sacerdotem, qui confluentibus vndique multis eo progressus Eucharistiam retulit in ædes sacras. Huic exemplum secundũ subiicitur, quod auctor libri Apum, referr. Quidam fures, vt argenteum, vasculũ in quo condita erat Eucharistia, auferunt, & illam secum abstulerunt, sacratissimum vero Christi corpus sub alueari proiecerunt Post aliquot dies dominus aluearis videt Apes certis horis sexies demissis operis ad cibos conuehendos totos esse in quodam mellifluo concentu edendo. Cumq; forte de media nocte exsurrexisset, conspicatur super alueare illustrissimam lucem, suauissimeque super omnem modum modulantes Apes. Rei nouitate inusitata, & prorsus admiranda perculsus, Deique monitu intimo agitatus rem defert ad Episcopum. Is plurimis secum assumptis eo se conferẽs, aperto alueari, videt vasculum elegantissime effectum è candidissima cera prope aluearis fastigium: in eo reposita erat Eucharistia, circa illud choros Apum circumsonantes, & excubias agentes. Acceptum igitur Episcopus sacramentum maximo cum honore in templum reportauit, quo multi accedentes ab innumeris sunt morbis curati. Hæc ille. Aliud miraculum de hisce Insectis narrat Augustinus cognomento Gallus, sed quod Apes castitatis amatrices esse demonstrat: id autem tale est: Apes in quondam sepulchro (Veronæ in templo S. Cruci sacro) in quo diuerso quidem tempore, nimirum anno 1558. & 1562. sorores duæ clarissimi Iurisperiti Bartholomei Vitalis virgines erant conditæ, per rimas proximi parietis, qui horto erat contiguus, non intrarunt modo, sed mel etiam, fauosque copiose admodum inter vtrumque cadauer, consecerunt, donec tandem anno 1566. fulmine absque vlla vel cadaucrum eorum, vel etiam fauorum læsione apertum, fauos ipsos Apesque numerosissime, ac diligentissime mellificantes coram omnibus demonstrarer.

Apes eucharistiæ sacellum ædificant.

Apes in sepulchro virginum mellificãt.

APOLOGVS.

IN mellarium Ingressus quidam domino absente; fauum abstulit. Hic autem reuersus, vt alueolos vidit inaues, stando quod in his erat, perscrutabatur. Apes autem è pastu redeuntes, vt deprehenderunt ipsum aculeis percutiebant, pessimeq; tractabant. Hic autem ad eas, ô pessimæ animantes furatum vestros fauos illæsum dimisistis, me veto satagentem vestri percutitis. Fabula significat, si hominum quosdam ob ignorantiam inimicos non cauere, amicos autem, vt insidiatores repellere.

FABVLOSA.

Aristæi fabula.

ARistæus Apollinis filius cum Eurydicæ Orphei vxoris amore captus vim ei inferre conaretur, illa per auia fugiens morsu serpentis est occisa, in cuius vltionem Nymphæ omnes Apes ipsius perdiderunt: quapropter matris auxilium implorauit, quæ illum ad Protea consulendum perduxit: à quo infortunii, taurosque quatuor, & totidem iuuencas immolaret, ingens Apum multitudo è bobus erupit, atque hoc pacto Apes suas recuperauit, vt satis diffuse tradidit *a* Virgilius: quem quilibet per se legere poterit. Fabula vero quo Apes aduolasse dicuntur, atque os puere adhuc Iouis melle complesse, inde orta est, quod Melissa & Amalthea eius soror, vtraque Melissei Cretensium regis (qui primus Diis sacrificauit, acritus nouos sacrorumque pompas introduxit) filia ipsum infantem caprino lacte, & melle nutrierũt: quanquam alii Melissam vnam Oreadum Nympharum fuisse velint, quæ primæ mortales à mutuo carnium esu diuerterunt, cum in montibus

a *Lib. Geor. in fine.*

Iupiter ab Apibus nutritus.

A versantes castaneis, & glandibus vescerentur: reuocasse vero in primis Melissam, quæ fauos melle plenos reperiens in Peloponneso cæteras Nymphas ad degustandum adhortata est. Isque cibus cum suauissimus fuisset visus, tanto gaudio omnes aiunt esse perfusas, vt Apes ipsas de Nymphæ nomine Melissas Græci appellauerint. *b* Antonius vero Liberalis Iouem scribit ex Bœo in Creta ab Apibus in antro quodam enutritum fuisse. In Creta, inquit, fertur esse antrum Apibus sacrum, in quo fabulantur Iouem à Rhea editum partu: & vel Deum, vel hominem quenquam præterire, est religio Certo autem cuiusque anni tempore plurimus cernitur ex anno effulgens ignis: fieriq; id fabulãtur tũm, cũm sanguis de Iouis partu efferuescit Obtinet speluncam eam sacræ Apes, Iouis nutrices. Hoc antrũ intrare ausi sunt, Laius, Celeus, & Cerberus & Aegosthus, quamplurimi mellis exhauriendi causa: & corporibus vndiq; ære obtectis, mel Apum hauserunt, Iouisq; viderunt cunabula. Tum & æs circum eorum ruptum est corpora: & Iupiter intonuit fulmenque intendit. Sed eum Parcæ, ac fas inhibuerunt, quod fas non esset eo loco quemquam mori Ergo Iupiter eos omnes nauium naturam transtulit: ab iisque sunt genera auium, quæ Laii, Colœoi (id est Gracculi) Cerberi, & Aegolii vocantur: suntque boni auspicii: & præ aliis rebus, quod prædicunt, perficiunt, eo quod Iouis sanguinem viderunt. Hæc Liberalis.

b *Metamorph. 19.*

B

DE PVNCTVRA APVM, EIVSQVE SYMptomatibus, & cura.

APes, Vespæ, Crabrones, Oestra, Erucæque nonnullæ morsu punctura ve vulnerata cute ingentem dolorem inferũt, propter veneni, quod in corpus per corpus immittunt, duriratem, haud semper tamen læthalem, quanquam si quando densiore agmine in hominem inuolent, interficere possunt. Atque ita intelligendus est *a* Nicander, aliique qui Apis aculei ictum læthalem esse dicunt. Stesichorus amore nimio conflagrans, quos dolores eiusmodi punctura inferat, congrue ostendit apud *b* Athenæum, sese sine oblitu liquescere inquiens, ac si ab Apibus morsus esset. Quin visi sunt, & homines. & animantes ictibus Apum interiisse, quemadmodum supra de Hermonace, & Marco senè scripsimus, & quemadmodum de boue Aristoteles aliique referunt. Quia itaque ab hisce Insectis puncti, aut alioqui icti propter doloris acerbitatem à virulentiore, & læthaliore animali vulnus sibi inflictum putant: sciendum, quæ istiusmodi ictus signa comitentur. Ingens igitur statim dolor oboritur, qui eousque perseuerat, quoad denticuli aculeiue in parte relicti, exempti fuerint, rubore pars suffunditur, tumore circum attollitur, pustula denique vesiculaue assurgit, vt legere est apud principem *c* Auicennam Aduersus ictũ vtendum extrahentibus, vt stercore bubulo aceto macerato, succo fici vel moti, sed valent etiam relaxantia, sicut ad ictum Vesparum & Crabronum. *d* Dioscorides adbibet maluam illitam, & farinam hordeaceam cum oleo. Valent exiccantia, vt creta Cimolia, & perfusio muriæ, & aceti. Vtiliter autem bibi air Auicenna tenera lauri folia ad drachmas duas ex viuo astringente. Remedio est è vestigio ictum suxisse vehementius, suctuque infixos aculeos reuulsisse: quod si sic reuelli nequeant, locus si nihil impediat, incidendus est, vel cineres cum fermento oleo subacti imponendi. Salubriter etiam in calentem aquam pars demergitur, & per integram fere horam fouetur, tandemque aqua marina abluitur Nasturtium tritum, & impositum dolorem sedat, humoremque tumore contentum discutit. Sunt qui eadem animalcula trita parti illinunt, & imponunt, Dolor etiam statim sedabitur, si illinantur Muscæ: idem præstant fabæ præmansæ, & impositæ. Acetum mel, & sal calidissime imposita prosunt, si præterea intinctus pannus relinquatur in parte remedio est, & sulphur viuum saliua humana subactum Ficuum immaturarum lac melli concorporatum efficacius esse putant. multum tamen theriaca illita præstat. Si qui puncti ab Ape, aut Vespa vel Crabrone fuerint, inquit Sextus *e* philosophus, lotio infantis eum foueas locum; vbi puncti sunt. Medetur iisdem ictibus impositio luti ex aceto, panniq; aceto infusi, & niuis epithema Non vtatur patiens vino, nisi lymphato. Si calor vehemens sentitur, accipiat rob succi vuæ acerbæ cum psyllio, vsus lactucarum, vel portulacæ, intuborumque ex aceto, & sale modico maxime probatur. Epithema etiam ex sale, aceto, & bolo Armena plurimum pollet. Tardiuus laudat rutam vstam, & ex aqua impositam. Confert etiam secundum *f* Damasceuum viriditas ea, quæ nascitur in cisternis, & aqua accro permixta, item folia sesami, vel ex eo oleum *g* Plinius folia pastinacæ, ictibus illita mederi scribit Lenticula palustris apposita vulneri iuuat plurimum, magis tamen aqua niuis locum lauisse prodest, donec stupidus reddatur, deindeque camphora, vel aqua rosacea linatur sæpius reiterando. *h* Plinius negari ait ab Apibus pungi, qui asparago trito cum oleo perunctì fuerint: item qui arborarii *i* Pici rostrum habeant, & mella eximant ab eisdem non attingi. Mirum etiam à Scorpione aliquando occisos, nunquam postea ab Apibus Crabronibusque aut Vespis feriri.

a *In Theriacis.*

b *L. 13 c. 17.*

c *Li 4. Fen. 6. tract. 5. cap. 14.*

d *Li. 6. c. 41.*

e *Cap. 17.*

f *Li. 7. c. 18.*

g *Lib. 20. cap. 4.*

h *L. 20. c. 10.*

i *L. 31 c. 16.*

C

D

NVMISMATA.

NVmiſmatis, quod hic priore loco delineatum datur, inſpiciundi poteſtatem mihi fecit Fuluius Capibouius Bonon. antiquitatum non ſtudioſus modo, ſed etiam peritus apprime. Pendet drachmam vnam, ſiliquas duas. Argenteum eſt. Ab vno latere conſpicitur Apis expanſis alis, velut volans. A dextra capitis E, à ſiniſtra Φ. Ab altero ceruus erecto capite, cornibus proceris, palmaque procera, & comata, fructibus prægnans, cum hac dictione ΔΗΜΗΤΡΙΟ. Demetrii itaque nummus eſt. Demetrii vero multi: Capibouius, vel ad Syriæ reges, vel ad regem Macedonum Antigoni filium pertinere putat, ac ita ferme myſterium nummi interpretatur. Ceruus ille velut velociter curſurus celeritatem Demetrii in petagendis bellis, aut etiam morum comitatem, incolumitatem, ac regni diuturnitatem denotare videtur. Quoniam cerui cornua potentiæ, imperiique inditia ſint, argumento illius, quod Venetorum Dux geſtat, regiæ potentiæ ſymbolum. Palma grauida dactylis ſuis terræ fertilitatem; ac ſimul etiam vitæ diuturnitatem regi auguratur; palmarum enim vita diuturna eſt. Apis Demetrii erga populum ſtudium, clementiamque, & qui nocere, & nolit, & neſciat, quoniam Apum tex aculeum non habeat. Literis E & Φ, vel Epheſus ſignificatur vrbs, in qua cuſus fuerit nummus, vel ἔφορος, id eſt, præſes vrbis, ſiue præfectus. Secundo loco expreſſum nummum ſimiliter argenteum, formaq; & pondere, cæteriſque ſuperiori conſimilem, ſed nomine, ac palmæ icone differentem videndi copiam fecit Iulius Cæſar Velius, ciuis Bononienſis in antiquitatibus enodandis valde verſatus. Loco ΔΗΜΗΤΡΙΟ, habet, ΚΑΛΛΙΣΤΡΑ. Et palma ſex tantum ramis inſtructa eſt: vtpote quæ creſcere etiamnum habeat. De Calliſtrato vero obſcuriori eſt memoria. Legimus interim apud Ariſtotelem Calliſtratum quendam cum in Macedonia magiſtratum gereret, feciſſe vt portorium duplo veniret eius, quod antea veniebat. Quare ſuſpicandum eſſe apparet, à magiſtratu eo in illius honorem cuſum eſſe eum nummum, ad beneficii ſcilicet præſtiti memoriam. Hubertus Goltziuſ inter alia Siciliæ, & Magnæ

Tabula prima.

a *Lib. 2. Oeconom.*

Gracia

Græciæ numismata, nonnulla etiam depingit cum insectis volucribus, quæ quanquam ille Muscas, vel Cicadas esse iudicet; ego tamen Apes esse potius opinor. Ecquid enim Musca in nummis significaret? Cicadæ si essent, latiori, & maiori corpore pingerentur. Numisma itaq; tertio à nobis expressum loco, argenteum, Messanensium est, vt indicat inscriptio in vtroque latere. A fronte eum, vbi leporis est icon arrectis autibus, & pedibus ad cursum institutis, & Insecti volucris (quod Apem esse iudicaui, licet aliquo pictum sit proceriori, procerioribusque autennis, & exiliori item capite quam par est) circumscriptũ legitur ΜΕΣΣΑΝΙΩΝ. A tergo bigæ insistit vir, habenas, & scuticam manibus tenens, quibus duas mulas iunctas ad cursum iucitat: infra quem duo sunt delphini. Goltzius numum ab Anaxila Messanensium principe cusum tradit, eumque cum in Olympiis, mulabus vicisset, epulo ob victoriam Græcis exhibito, Messanam reuersum, numum hunc cum binis iunctis mulabus signari iussisse: pattem vero eiusdem alteram Leporem habere, quia cum Sic ha prius Lepores non gigneret, Anaxilas eos ptius à se importatos nutrierit. Sed de Insecto nihil, nihil item de delphinis. Sed vtrorumque ibi copiam esse, vulgo est notissimum. Delphinotum quotannis in Sicilia venatio instituitur: melle Hyblæo nihil in otbe celebrius: vnde est, quod Apem esse diuinem, quin certo mihi persuadeam. In hac patte scriptum est ΜΕΣΣΑΝΟ. In multis Neapolitanorum nummis ab eodem Goltzio depictis Minotaurus cernitur laureo serto à victoria donandus, & Diana ab altera eorum parte, quemadmodum etiam in hic à me depicto, in quo intet pedes Minotauri legitur ΓΑΑ sub iisdem vero ΝΕΟΠΟΛΙΤΗΣ. In altera parte ΑΡΤΕΜΙΣ. vbi post Dianæ caput conspicitur figura insecti volantis, quod quoque Apem esse iudicaui, propter regionis clementiam, fœcunditatemq; qua ceu commendatissimam à veteribus celebratam cernimus, tanto scribentium consensu, vt vel hinc nonnulli non modo Italiæ, sed totius terrarum orbis pulcherrimam vocate non dubitarint. Nihil enim mollius cœlo Campano, aut clementius: nam bis floribus vernat, uihil solo vberius, vt mirum non debeat videri, si per Apem bis ibi omnia florere indicauetint. Ex floribus enim sua opera hauriunt hæc volucria. Minotauri figura opinatur Goltzius Neapolitanos originem suam ad Theseum, maioresque suos Athenienses, quorum coloni Chalcidenses erant, voluisse referre: super qua re ipse consulendus est. In tertio Brutiorum nummo ab eodem authore sculpto, ab vno latere cernitur Iuno regina cũ volatili insecto, quod inquit ille, forsan Cicada fuerit, quod in agro Rhegino, qui & ipse Brutiorum erat, ob Iunonis, quam multa religione, & cum silentio Brutij colebant, reuerentiam silere Cicadæ crederentur, & obmutescere, quæ vltra flumen in Locris canoræ essent Sed cum Apem potius, quod depingitur insectum, quam Cicadam referat, ego Apem esse dicerem, indicasseque hac Brutios, cum olim ipsis cibus esset tantum venatica præda, potum suum fuisse mellis, & fontium liquorem; eoq; ad labores bellicos induratos fuisse. Ab altera parte est imago Iouis hastam sinistra teuentis erectam, dextra femori incumbentis, & sinistro pede cespiti cuiquam insistentis. A dextra eius est Aquila expansis alis, pedibus laureum sertum prehendens, à sinistra scriptum est ΒΡΕΤΙΩΝ. Intet Metapontinorum numismata, quæ idem Goltzius edidit, nonum, & decimum insculptum habent volatile insectum. In nono ab aueiso latere facies Martis est (ni fallor) galeati, & in galeæ vertice depictam habentis Sirenem; ante scriptum est ΥΟ. ab aduerso latere duæ sunt spicæ tritici aristati, & insecti Culicifotmis Diuino tamen Apem voluisse exprimere, qui id prius pinxerunt. Quid enim Culex? Nam vt agri Metapontinorum fertilitatem spicæ illæ triticeæ significant, ita quoq; Apis mellis ibidem redundantiam fuisse indicat. Ad latera scriptum est ΜΕΤΑ. In decimo eorundem numo, à nobis nouissimo loco depicto Apis icon rectius exprimitur, vt pet hanc superiot restituenda videri possit. Hic supra triticeas spicas eadem inscriptio legitur. Ab altera parte Mars est galeatus, vt in superiori, sed pro Sirene depingitur in galea hippocampus, & à dextto latere scriptum est ΗΡΑΚΛΕΙΔΩΝ.

Numismata cum insectis volucribus.

Anaxilæ. numus.

Campanię amœnitas.

Metapontinorum agri fertilitas.

CAPVT II.

DE MELLE.

RES non tantum modo ardua, ac difficilis erat de melle, & cera, in Apum historia agere (nam duos hosce saluberrimos succos, atque hominibus vtilissimos illis debemus.) verum etiam, maximam, quam semper euitare studui, confusionem parituta. Quamobrem, quæ de melle priuatim, item quæ priuatim de cera ab autoribus sunt tradita; ego patiter ptiuatim mihi tradenda esse censui; vt omnis, quo ad fieri licebit, confusio euitetur.

ÆQVIVOCA.

,, SVccus Lilij, qui flore expressus est, ab aliis mel vocatur, authore *a* Plinio, cuius hæc ipsa verba sunt, ab alijs Syrium, ad emolliendas vuluas, sudoresque faciendos, & suppurationes coquendas. *b* Theoptastus, plantam mel frugum appellat, atque interloti genera recenset his verbis. Quædam enim formis pluribus ,, constant, quanquam nomen vnum sortiantur, vt ita ferme æ- ,, quiuoca sint, ceu lotus. Huius enim genera plura redundant, ,, folio, caulæ, flore fructuque discreta. Inter quę vel illud redditur, quod mel frugum appellatur, diuersis tum virib. in vsu cibario, tum quod non eadem loca desideret. Non desunt, inquit, *c* Matthiolus, qui trifolium odoratum esse velint. Aliud est mel frugum apud *d* Plinium. Panicum, inquit, Diocles medicus mel frugum appellauit. Diocles Græcè habet μέλινος, vt legere est in *e* historia omnium plantatum, iutet reliqua panici synonyma. Dicituiq; etiam μελίνη, testibus Dioscoride, & Galeno. Notari autem hic ab omnibus velim in historia omnium plantarum, cuius author Iacobus Dalechampius vulgo putatur, prorsus contrarium illius vocis etymum legi, ab eo quod notauit ille in commento ad Plinium: vtrumque ascribam: Plinio, inquit illic, mel frugum: quæ vox è Meline sumpta melleum quippiam significat, non autem nigtum, ἀπὸ τοῦ μέλανος, quidam enim Mellinen Panteum nigrum esse volunt, ab aliis generibus colore distinctum. Elymum certe, ac Melinen tanquam diuersa, Theoprastus locis aliquot memorat, &c. In commentario vero ad Plinium habet sic: μέλλας σῖτος authore Theophtasto, vt & lotus, vna voce multa significat, diuersa viribus, locis natalibus, & vsu cibario. Nunc enim priscis μελίνη, ἔλυμος est, authore etiam *g* Galeno Nunc vero semen aliud est, quam panicum, & milium, vtrique tameu simile, à colore nigro, ἀπὸ τοῦ μέλανος, sic vocatum, non à melleo sapore ἀπὸ τῆς μελιττώδους γεύσεως, quemadmodum Plinius indicauit, qui mel frugum vocat, nisi legamus, Panicum Diocles medicus melian frugem appellauit. Quidam milium nigrum esse putant, haud præter rationem. Quidam vero granum in Melita frequens, incolis Cuneno dictum, Canariis insulis familiare, Massiliæ notum, nigrum, oblongum, milio simile, quo Canatios Passeres canendi suauitate, & assiduitate nobiles præcipue nutriunt. Grauum id cum seuissem, prodiit phalaris, vt probabile sit alteram melian Theophrasti; à panico diuersam, phalarim esse, cuius nusquam alibi meminit idem author. Hactenus Dalechampius.

a *Li.* 21. *cap.* 19.
Mel frugũ.
b *Li.* 7. *hist. plant. c.* 14.
c *Li* 4. *cap.* 108.

d *Li.* 22. *cap.* 15.
Panicũ mel frugũ dictum.
e *Li.* 4. *c.* 19.

Meline. Panteum nigrum.
f *Li.* 22. *cap. vlti.*
g *Li: de Alimen & de bon. & mal. suc.*

Cuneno.

SYNONYMA.

DEbasch דבש apud Hebræos mel est. Dicitur, inquit Pagninus, & generaliter de omni alia dulcedine fluente. In distinctione per Kaméts scribitur, Genes. 43. & parum דבש mellis. Et est masculeum. 1. Sem. 14 & fuit דבש mel super faciem agri: & rursus: & ecce ambulatio (id est, fluxus) דבש mellis; & iterum: parum דבשהוה mellis huius. Et Exodi 3. ad terram fluentem lacte ודבש & melle. Et secundum Rab. Dauid תמרים dactyli appellantur דבש ob eorum nempe dulcedinem 2. Paralip. 31. multiplicauetunt filii Istael primitias frumenti, viui, & olei, ודבש & dactyli. Si quidem de melle non potest intelligi, quia non offerebantur primitiæ mellis. Et ita doctores Hebræcotum exponunt illud Deuter. 8. Tertam frumenti, &c. olei, ודבש, & dactyli & 1. Sem. 14 & intinxit eam in fauum הדבש mellis Exodi 16. בדבש in melle. Iudic. 14. Quid dulcius בדבש melle? Cant. 5. Comedi facum meum cum דבשי melle meo. Ab hoc fit רכשת Gibbus camelorum, siue tuberculum, quod est super dorsum camelorum. Elias nominis rationem affert, quod eius fracturam melle sanent: intempestiue meo iudicio. Alii vocem peregrinam putant. Hæc omnia itaque Pagninus. Apud Græcos quoque, nec non Latinos synonymia tatet, illis enim μέλι, his mel tantum nominatur, *a* Plutarchus Latinos nomen suum à Græcis mutuatos esse scribit *b* Isidorus vero mel, inquit, Græce appellationis est, quod ab Apibus nomen habere probatur. Nam Apis Græce μέλισσα dicitur. Antéa autem mella de rore erant, inueniebaturq; in arundinum foliis, vnde Virgilius:

Hactenus aerij mellis cælestia dona.

Neque prætetiunda mihi est etymologia *c* Ioannis Goropii, qui mel a Belgarum Me vocali longa detiuat, quod potum ipsis significat è melle confectum, vt infra suo loco dicetur. Hinc inquit apud Latinos Mel remansit, & apud Græcos μέλι, vocabulum compositum ex me & hel, quorum hoc altum, & excellens signat, ita vt Mehel, & compositione per Syncopem coalescente, M'el, id sit, quod vehementissime nos iuuat. Sicut igitur Mel excellentiam adiumenti denotat; ita mele linctum iuuantem, & sic iuuantem, vt citra eius adiumentum homo vix queat vitam suam tueti. Italis melle vocatur, Gallis miel, sicut & Hispanis, Germanis cum superioribus, tum infetioribus honigh, Polonis miod, Hungaris mez, Anglis honie: incolis sinus magni Gili tentello, vt legitur in diario nautico itineris Batauorum in Indiam Orientalem. Faui synonyma, quod quandoque apud poetas pro melle sumatur, adiicere libuit. Græci ἀνθηρωτίον vocaut, item κηρίον, dicitur & πλωὴν, κέρις, μελιδεῖον, μελικηρίς, ὕριον & ὕρον Vocatur autem fauus secundum Isidorum, quia comeditur magis, quam bibitur. φάγειν enim (inquit) Græci comedere appellant. Aiunt enim medici, & qui de humorum corporum scripsere naturis, præcipueque Galenus puerorum, & iuuenum, ac perfectæ ætatis virorum mulierumque corpora insito calore fetuere, & noxios esse iis ætatibus cibos qui calorem augeaut, sanitatique conducere frigida quæque in esum sumere, sicut contrario senibus, qui pituita laborant, & frigore, calidos cibos, & vina vetera prodesse Sic ille. Alias vocatur cella Apum, loculamentum, operis fundamentum. Italis vna breschia di mele. Hispanis Panal de la miel. Belgis Honichsraet, Gallis Bournal, ou rayon de miel.

Debasch.

Dactylus.

Camelorũ gibbus.

a *Li.* 8. *Sym. pos. quæst.* 6.
b *Lib.* 20. *Origin.*

c *In Gallicis*

Faui synonyma.
Faui etymum.

QVID SIT

SVnt quid dicunt mel eſſe cœli ſudorem, alii ſiderum ſaliuam, alii purgantis ſe aeris ſuccum. Conſtat ſane ex aere decidere, atque ira ſiderum maxime exortu ſublucanis temporibus. Vnde ſub primam auroram folia arborum melle roſcida reperiuntur. Diuinoigitur ore dixit *a* Virgilius:

Protinus aeri mellis cœleſtia dona.

Roſcida profecto materia omnino exiſtit, & ab Apibus collecta infertur alueariis formamque ibi accipit mellis, ſotune Apum aliquo, an qua alia ratione, videndum. Nam quod alicubi decutitur arborum foliis mel, aut melleum quid ſicuti mannæ vocatæ genus, vt roris quoque materia adſit, aliam induere ſub dio naturam videtur, & noctis frigoribus concretum calore diſſoluitur, nec eo pacto coit, vt peculiarem eſſe mellis naturam ctedamus. Rorem autem eſſe probat *b* philoſophus: fauos (vt dictum eſt) floribus faciunt; mel autem non ipſas facere Apes, ſed rorẽ cadentem deferre, argumento eſt, quod vno, aut altero die cellas melle repletas inueniunt Apiarii. Item autumno mel, poſtquã detractum eſt, non repararunt, cum tamen illo etiam tempore flores proueniant. Et rurſus ibidem: Mella, inquit, ex rore aeris ſiderum exortu potiſſimum, & arcus cæleſtis incubitu contahunt, omnino ante Virgiliarum exortum mel non fit. Eadem fere apud *c* Plinium leguntur ſic: Venit hoc ex aere, & maxime ſiderum exortu, præcipueque ipſo Sirio explendeſcente fit, nec omnino prius Virgiliarum exortu ſublucanis temporibus. Itaque tum prima aurora folia arborum melle roſcida inueniuntur ac ſi qui matutino ſub dio fuere, vnctas humore veſtes, capillumque concretum ſentiunt: ſiue ille eſt cœli ſudor, ſiue quædam ſiderum ſaliua, ſiue purgantis ſe aeris ſuccus, vtinamq; eſſet & purus, ac liquidus, & ſuæ naturæ, qualis defluit primo: nũc vero è tanta cadens altitudine, multumq; dum venit ſordeſcens, & obuio terræ halitu infectus, præterea è fronde, ac pabulis potus, & in vterculos congeſtus Apum (ore enim vomunt) adhæc ſucco florum corruptus, & alucis maceratus, totieſq; mutatus, manna tamen cœleſtis naturæ voluptatem affert. Locum illum Ariſtotelis mendoſum eſſe putat, & ſic reſtituit *d* Hieronymus Mercurialis ætatis noſtræ doctiſſimus, cælique noſtri lucidiſſimũ ſidus. Vulgarium, inquit, quorundam iam diu fuit opinio mellis prouentum maxime præmonſtrari, quando frequentiores arcus cœleſtes apparent. Quod probant nonnulli hiſce verbis Ariſtotelis: μέλι δὲ τὸ πίπτον ἐκ τοῦ ἀέρος, καὶ μάλιστα τῶν ἄστρων ἐπιτολαῖς, καὶ ὅταν καταστήσῃ ὀσείριος. Sed ego hanc ſententiam ſemper ſuſpectam habui: propterea, quod Ariſtoteles eodem in loco ita ſcribens, ἀλλ' οὐχμῶ μὴ ὄντος μέλι ἐργάζονται μᾶλλον ἐν ἀμυρίᾳ δὲ γίνον, id clare affirmat, quod etiam omnium fere communi experimento cõſtat, nimirum in ſummis ſiccitatibus maiorem mellis ſuper herbas quas depaſcuntur Apes, copiam ambundare. Iccirco, quin in Ariſtotelis codicibus impreſſis error aliquis lateat, nemini dubitandum pũto: eo magis quod in vetuſtiſſimo Scipionis Garteromachi codice, quem mihi opera eruditiſſimi Fuluii Vrſini videre contigit, in hunc modum ſcriptum inueni: καὶ μέλισσα ἐν ταῖς τῶν ἄστρων ἐπιτολαῖς, καὶ ὅταν καταστήσῃ ὀσείριος. Quam lectionem, vt vehementer probem, in primis publica fere experientia admonet: deinde *e* Plinii ſcriptoris inter latinos grauiſſimi authoritas, qui, cum omnia ex Ariſtotele acceperit, ſenſiſſe videtur optimum mel Sirio exoriente produci, apparente vero arcu cæleſti, ſi imber non ſequatur, medicamenta oculis, & nonnulla fieri. Quid porro aſtrorum exortus Ariſtoteli ſignificarent, ſcio alios diuerſa ſentire: mihi vero probatur magis. vt Canem, & Procyonem interpretemur: quandoquidem *f* Theophraſtus Canem τὸ ἄστρον per excellentiam, plerique alii vocaſſe, inuenitur. Cum enim (vt Hipparchus, & Hyginus declarant) ſidus canis plures ſtellas contineat, quarum vna Sirius, & Canicula vocatur: Ariſtotelem id ſignificaſſe arbitror, quod mel tunc maxime ab aere cadit, quando aſtra, videlicet Procyon, Canis, & præſertim Sirius, qui Canis ſtella eſt, exoriuntur: eo uamque tempore ardere terram, & ſiccitates maiores inſtare, vude roris melli vberitas naſcatur, nemo neſcit. Hucuſque Mercurialis. Vt modo, vnde digreſſa eſt, regrediatur oratio, mel, inquit *g* Alberrus, eſt occultus ros cadens ſuper flores: & alias plantas, & ſuper lapides, quod Apes colligunt. Apud Athenæum Alcmam., mel vocat ὀπώρας κηρινὰν, ceræ aut cereum fructum. Epicharmus vero πόντον ὀρθρίαν, matutinũ mare, quod ſublucano tempore ex aere fluat. *h* Galenus, cum omnem alimentorum materiam, duobus generibus comprehendiſſet, quorum alterum quidem ipſorum a plantis, alterum vero ab animalibus ſumebatur: ab vtroque dein ipſorum mel ſecretum eſſe dicebat. Oririque in plantarum foliis eſſe autem, neque ſuccum earum, neque fructum, neq; partem, ſed eiuſdem, cum rore generis: non tamen aſſidue, nec copioſe, vt ille proueuire, meminiſſeque aliquando, cum æſtate ſuper arborum, ac fruticum, herbarumque folia mel, quam plurimum fuiſſet repertum, agricolas velut ludentes cecinisse, *Iupiter melle pluit.* Præceſſerat autem, inquit, nox, vt per æſtatem, bene frigida (nam tum tempus anni æſtiuum erat) pridieq; calida, & ſicca fuerat aeris temperies. Peritis quidem naturæ interpretibus videbat halitus è terra, & aquis à ſolis calore ſublatos, ac deinde exacte tenuatos, ac coctos, à frigore ſecutæ noctis concretos coaluiſſe. Apud nos vero raro id accidit: in monte autem Libano quotannis perſæpe. Itaque coria ſuper terram extendentes, & arbores excutientes, quod ab eis defluit, excipiunt, & ollas ac fictilia melle implent; vocantque id Droſomeli droſomeli, & aeromeli, id eſt mel roſcidum, & aereum. Proinde quid, conſtat materiam, ex qua mel generatur rori eſſe congenerem. Aeromeli. Apud *i* Athenæum, vbi mel cereum fructum vocat, Epicharmus in libro de terra & mari, de melle ſic inquit: matutino coquenda eſt puls hoc eſt, vt Dalechampius exponit, melleus ſuccus, qui matutino è cœlo cadit. Et Aminthas (apud eundem) libro primo de Aſiæ manſionibus, cum tractat de aerio melle, ita ſcribit. Simul cum foliis id decerpentes componunt, & fingunt adinſtar Syriacæ maſſæ (Caricarum pinguium, quæ è Syria conuehuntur, vt exponit idem Dalechampius). Quidam globos ex eo faciunt, & vbi ſumere collibitum eſt, dilutum in rea, & colatum bibunt. guſtu ſimili, ac ſi quis mel dilutum bibat, ſed multo iucundiore. & Aelianus præterea roris materiam eſſe mel etiam ſcripſit etenim in Media, ait mel ex arboribus ſtillare ſe accepiſſe, & vt ait, Euripides, in Cithærone dulces è ramis guttas manare. *m* Alibi quoque in India prodidit, & maxime in Praſiorum regione, liquido melle pluere: quod in herbas, ac paluſtrium arundiuum comas decidens, mirificas paſtiones ouillo, ac bubilo pecori præſtat, quod quidem (inquit) ipſum à paſtoribus eo vbi dulcis plus rotis de cœlo delapſum eſt, agitur: & ſic illis paſtionibus tanquam epulis iucunde accipitur, paſtoreſque viciſſim ſuani è pulo compenſat. nam ex pecore illi ſuauiſſimum lac exprimunt, neq; (ſicuti Græci faciunt) mel miſcere, & temperare habent neceſſe. Sed iam ſatis probatum eſt mel roſcidam eſſe materiam. Ros vero iſte nihilominus mel non eſt, niſi ab Apibus colligatur, cogaturque nam cum ſponte cogitur, ſit quod manna ſicca nuncupatur: ſin non cogatur, tum fit manna liquida eaque eſt, vt ros congelatus, viſcida, & guſtui maxime iucunda. Ex quo genere etiam eſt, quæ Cedria vocatur, cuius meminit *n* Hippocrates: nam tota pene manna colligitur in conifetis, vt cedro, larice: colligitur & in ſalice. ſed pauca, multoque minus in aliis arboribus, neque in tota arbore vlla, ſed ſolum in cacuminibus, & maxime coniferarum. cauſa eſt aer qui vndique circumambit propter foliorum exilitatem; nam in foliis latioribus ſpargitur. Neque aliud Hippocrati cedria eſt, quam quod apud Hæbræos manna. Sed communis interpres perperam oleum cedrinum apud Hippocratem tranſtulit, videturque κεδρόλαιον legiſſe, cum μέλι κέδριον ibi legatur. Lapſus autem is eſt dupliciter, primo quod textum inuerterit, ſecundo quod ignorarit, cedrinum oleum ex alia arbore parari, nimirum ex cedro minore ſeu cedrula quæ oxycedrus nominatur, cũ mel duplex erin cedro maiori tantum colligatur in monte Libano, & in monte Sinai, vt obſeruauit *o* Petrus Bellonius, quem conſulere poteris. Sunt qui Pliuium volunt in præcitatis verbis de manna tantum locutum eſſe, quod falſum eſt. nam & mel (vt id obiter repetam) ex eadem materia ab Apibus colligitur. Diuerſiſſimum vero aſt ab eo, quod *p* Dioſcorides ſaccharon, nos nunc ſaccharum, Auicenna ſalem Indum nuncupat, vtpote quod in arundinibus inueniatur, nunc etiam apud Siculos, Dioſcoridis temporibus in India, qui tamen mellis concreti genus eſſe ſcribit, & *q* Aphrodiſæus: quod autem ſacchar Indi, inquit, appellant, mellis coagulum eſt, ſol cogente rores, conuerrenteque ad mellis dulcedinem: quod idem etiam monte Libano fieri certum eſt, &c.

a *Georg.* 4. Mel roſcidam eſſe materiam.

b *Li.* 5. *Hiſt. cap.* 22.

c *Lib.* 11. *cap.* 12.

d *Li.* 2. *Var. lect. cap.* 24. Ariſtoteles correctus.

Mellis quando maior copia.

e *Lib.* 11. *Cap.* 14. Aſtrorum ortus quid Ariſtoteli.

f *Lib.* 1 *de cauſis plant. cap.* 6. *& alibi.*

g *lib.* 2 *Meteor.*

h *Lib.* 3. *de Aliment. facult. cap.* 19. Mellis ortus eſt in foliis plantarum.

i *Lib.* 4.

k *Lib.* 5. *cap.* 42.

l *In Bacchis.*

m *Lib.* 15. *cap.* 7.

n *Lib de vulnerib.* Manna ſic ca. Manna liquida. Cedria. Cornarii duplex eſt. Oleum cedrinum.

o *Li.* 2. *Obſ. cap.* 25.

p *Lib.* 2. *cap.* 101. *Saccharon.*

q *Li.* 2. *Problem.* 74.

GENVS. DIFFERENTIÆ.

MVlta de aerio melle, quod nondum ab Apibus collectum, hic quoque dicentur: nam omnia mellis genera ex rore conſtare putamus. Mel autem vel natiuum eſt, vel fictitium, de quo poſtea, natiuum vel domeſticum, & vulgo norum, vel ſylueſtre, de quo ſuo quoque poſt loco dicetur. Plurimæ equidem in melle differentiæ obſeruantur. Aliud bonum eſt, laudabile, & ſalutare: aliud prauum, illaudabile, & venenoſum: aliud dulce, amarum aliud, aliud auſterum; aliud liquidum, aliud craſſum & conſiſtentis ſubſtantiæ. Ab ætate quoque & colore differentiæ ſumuntur, item à natalitio loco, alijſq; vt patebit. A ſapore acerbo omphacomeli. Hermolao Barbaro nominatur. Mellis quod vinum ſapit, meminit *a* Galenus, meminit & amari, de quo poſt plura, vt loci ratione diſſerre dicemus, teſtaturque patrem ſuum mel habuiſſe ita amarum vetuſtate redditum, ac ſi in Ponto natum videretur. Quamobrem non inepte Seruius explicans illud poetæ: *dulcia mella premes*: dulcia inquit, non eſt ſuperfluum epitheton, quia etiam ſunt amara. Fit & acre temporis nimio progreſſu, vt docet idem *b* Galenus, item tenuius & calidius. Albicantis mellis meminit *c* Ariſtoteles, quod negat è ſyncero thymo confectum eſſe; ſed id oculis commodius & vlceribus applicari aſſerit. Mel rubeum legitur in indice Braſauolæ, in Galenum, citatque librum primum de Antidotis fol. 101. D, ſed ibi hoc non reperitur. Communiter autem flauum eſt: vnde Clearchus apud *d* Athenæum tradit aquam & lac candida vocari; nectar & vinum, rubra; mel ac oleum flaua, χλωρά. Sed flauum ne an album præſtet, mox examinabimus. A tempore quo colligitur, triplex ſortitur nomen; Vere collectum, ſiue vernum, Græci ἀνθεινὸν, hoc eſt, floridum appellant, æſtiuum ὠραῖον, quaſi ſuo tempore collectum, nam quæ vigent, & pulchra ſunt ὡραῖα dicuntur, item ſacra ὡραῖα, τὰ κατ' ὥραν συντελούμενα, oportune celebrata, vel ſacra tempeſtiua, & ὡραῖα δοῦναι, eſt frugum primitias ſacrificare. Autumnale quod autumno. Anthinum Gratius ſolitum vocat, vt *e* Turnebus autumat, nimirum quod è floribus colligitur: Sic enim emendat illius poetæ locum de melle agentem, vbi inquit, vitioſe legitur: *Præterea ſolſtitio, cum thymum, & vna florere incipiunt.* Pro ſolſtitio in libris ſanctæ

Mel duplex.

Omphacomeli.

a *Lib.* 1. *de Antid. c.* 2. Mel amarum.

b *L.* 3. *de Compoſit. medic. ſecund. gen.*

c *Lib.* 9. *Hiſtor. ca.* 40. Mel rubeũ.

d *Lib.* 1. Differentiæ à tempore anni, ὡραῖον quid.

e *Lib.* 5. *Adu. cap.* 14.

ctæ antiquitatis soliti, inquit, reperio, quam verissimam scriptu-
f L.11.c.14. ram certũ habeo. Triplicis istius temporis, vel potius, collectio-
nis distinctio debetur *f* Plinio, apud quem hæc omnia leguntur:
Vernum ex floribus constructo fauo, quod ideo vocatur authinũ.
,, Hoc quidam attingi vetant, vt largo alimento valida exeat so-
,, boles, alii ex nullo minus Apibus relinquunt, quoniam magna
,, sequatur vbertas magnorum siderum exortu. Præterea solstitio,
,, cum thymum & vua florere incipiunt, præcipua cellarum mate-
,, ria &c & paulo post. Alterum genus est mellis æstiui, quod i-
,, deo vocatur horæum à tempestiuitate precipua, ipso Sirio ex-
,, plendescente post solstitium dieb. triginta fere. Immensa circa
,, hoc subtilitas naturæ mortalibus patefacta est, nisi fraus homi-
,, num cuncta pernicie corrumperet. Namq; ab exortu sideris cu-
,, iuscunque, sed nobilium maxime, aut cœlestis arcus, si non se-
,, quantur imbres, sed ros tepescat. Solis radiis medicamenta, non
,, mella gignuntur. oculis, vlceribus, intestinisque visceribus dona
,, cœlestia. Quod si seruetur hoc Sirio exoriente, casuque con-
,, gruat in eundem diem, vt sæpe Veneris, aut Iouis, Mercuriique
,, exortus non alia suauitas, visque mortalium malis à morte vo-
,, candis, quam diuini nectaris fiat. Hæc itaque Plinius. Sed ante-
g L.2. Var. Obser.c.4. quam de tertio genere, cuius alias meminit, agam, rursus, quem
supra ex Mercuriale correxi, locum, eundem prius ex *g* Matsilio
Caguato, qui diligenter eundem emendauit, corrigam. Legi idem
apud Arist. ait in veteri Vaticano exemplari calamo notato non
ἴρις sed σίριος. Vtra ergo, inquit, lectio melior censenda est? Ego,
inquit, vt ab aliis etiam factum notaueram, perpendebam Plinii
verba (ea scilicet quæ ego iam uouissime citaui) vt si Arist. ille se-
cutus esset, quid de hac dubitatione statuendum foret, ex eo con-
cluderemus. Verba eius sunt: Ab exortu sideris cuiuscunque, sed
nobilium maxime aut cœlestis arcus &c. Hæc autem oratio non
aliud docet quam quo tempore mel præstantius gigni consueuerit,
tamen Arist. non de præstantia mellis, sed solum de tempore,
quo mel nascitur, verba facere videtur: de mellis præstantia paulo
ante locutus fuerat. ἄμεινον δὲ ἐστὶ τὸ μεταπωρινὸν μέλι, mel autũnale
præstantius. Hic v. de solo tempore, cum illud concludat, omni-
no non fieri mel ante exortum Vergiliarum, quod præstantiam nõ
significat, & quæ de suauitate, ac vi in medendis malis, & de cõ-
cursu siderum à Plinio dicuntur, ex Arist. verbis colligi nequa-
quam possunt. Quamobrem probabile est, quod Plinius alium,
quam Arist. secutus authorem fuerit. Alioqui cum Plinius non Si-
rii tantum, sed etiam arcus cœlestis, mentionem fecerit, videre-
tur potius concludendum, quod vtraq; lectio esset retinenda. Im-
mo si diligentius consideres, Iris potius legendum videbitur: nam
Sirii ita mentionem facit, vt cum eo coniungat arcum cœlestem:
arcus autem cœlestis mentionem per se facit: dixerat n. ab exortu
illius, si non sequantur imbres, fieri medicamenta, non mella &c.
Sirii mentione penitus omissa. Postea v. inquit: quod si seruetur
hoc Sirio exoriente &c. quorum hæc sententia est, si Sirio exorien-
te arcus cœlestis appareat, nec sequatur imber, vt dixerat, eodẽ-
que die Venus, aut Iupiter, aut Mercurius oriatur, non alia suaui-
tas &c. in quib. cum cœlestis arcus mentio sit adiuncta cum Sirii
mentione, indicium habemus pręcipuam auctori fuisse arcus cœ-
lestis mentionem. Quamobrem si illa desumpta ab Arist. esse cõ-
staret, etiam apud Arist. ipsum Iris legendum esset. Sed non esse
desumpta videor mihi satis probabiliter coniecisse, ac aperte, pau-
lo ante exposuisse. An potior lectio existimanda est σείριος, quo-
niam in siccitatibus mel magis prouenit, quam in imbribus, ἀυχμῶδεσι μέλι ἐργάζονται μᾶλλον, ἐπομβρίας δὲ ἔργον, vt Arist. scribit
eodem loco, ac repetit lib. 3 de generatione animalium, & Plinius
eiusdem lib. cap. 17 inquiens. Humido vere melior fœtus, sicco
mel copiosius (quanquam quod dixit, vere, forte minus ex Arist.
sententia locutus est, vt intelliget, qui recte locis, in quos diximus,
verba eius examinauerit, quoniam sermo est, non priuatim de vere,
sed communiter ac promiscue, de quocunque tempore: & ter-
tio de generat. animal. manifestus sermo est de toto anno, quan-
doquidem inquit, εὐθυετηρίαις quod significat totius anni salubri-
tatem ac prosperitatem) igitur ad procreandos fœtus humidam
tempestatem esse magis idoneam, negari non debet: namque de
hominibus etiam *h* Hippocrates inquit, λαγνίαν δὲ ὕδατος ἐφέδανα γιγνόμενα πλείονα. in aquarum incursu Veneri operam magis
dandam esse. Est enim vrisimile genituram in pluuiis, quam in
siccitatibus magis abundare. Ad mellis autem prouentum siccita-
te opus esse ratio euidens est, quod mel ros quidẽ est, vt ait *i* Ga-
lenus, quæ sententia non abest ab iis, quæ vetustiores dixere, quo
niam mel venire ex aere Arist. author est hoc loco, & Theophra-
stus lib. 3. de plant. Ros autem, vt etiam pruina in serenitate &
tranquillitate nascitur, vt ait Arist. primo lib. meteoron. Iris au-
tem, etsi neque pluuios, neque serenos dies cum fide portendit, vt
ait *k* Plinius, & accidat, vt arcum cœlestem imbres non sequan-
tur, vt *l* idem est author, non tamen in siccitatibus & serenitatib.
sed humido cœlo ac perturbato fieri solet. quapropter roscida, im-
brifera, & nimborum creatrix à veteribus dicta est, atque ideo
Sirii mentio, quam iridis, probabilior videtur Præterea locus est
Plinii qui legendum Sirius penitus persuadet. namque vndecimi
lib. cap. 14. visus est interpretati verba illa Arist. quæ principio re-
tulimus: Venit hoc, inquit, ex aere, & maxime siderum exortu,
præcipueque ipso sirio explendescente, nec omnino prius Virgi-
liarum exortu. Etsi cum dixisset præcipue, non ex Arist sententia
puto dixisse. Arist. enim non dixit μάλιστα de Sirio, sed de astrorũ
exortu, neq; experimentis respondet, quod maxime Sirio explen-
descente mel ex aere decidat. maxime enim id autumno contin-
git, cum scilicet mellis vindemia fit: quod & ratio suadet, quia in
ardoribus vapor, ex quo ros fit, exuritur: Itaque fieri traditur ab

Humidum tempus generationi animalium aptum esse.
h Lib.1. de diæta.
i Lib.3. de Alim.fac.

A Arist. *m* κατὰ τὴν εὐδίαν, quod est, cœli clementia, vt alibi explicabi-
mus. & ipse *n* Plinius, inquit, rores neque gelu, neq; ardorib, exi
stunt: neq; crediderim Arist. dixisse astrorum exortum, vt canẽ
tantum intelligeremus nam etsi Theophrastus aliquãdo astri no-
mine canem κατ' ἐξοχὴν appelllauit, tamen cum numero multitu-
dinis astra dicuntur canis non intelligitur. *o* Arist. in problem. καὶ
ἐπιτολαὶ τῶν ἄστρων, ὥσπερ ὠρίωνος, καὶ ἀρκτοῦρος, καὶ πλειάς, καὶ κύων,
exortus, inquit, astrorum, velut Orion, & Arcturus; & pleias,
& Canis. & Hippocrates libro de aere, aquis, & locis, δεῖ δὲ καὶ
τῶν ἄστρων ἐπιτολὰς φυλάσσεσθαι, καὶ μάλιστα τοῦ κυνός, ἔπειτα ἀρκτούρου, καὶ ἐπὶ πλειάδων δύσιν. Oportet aũt astrorum exortus obser-
uare, & in primis canis, deinde arcturi, & occasum pleiadũ. Qui-
bus ostenditur, astra multitudinis numero, siderum multitudinẽ
significare. Sed crediderim Arist post communem astrorum ap-
pellationem, qua Pleias, Canis, Arcturus, & alia comprehendun-
tur, Sirium priuatim nominasse, ne quis existimaret, eo tempore
mel minime fieri, ea adductus ratione, quoniã ardor eximius va-
porem omuẽ, ex quo ros fieri solet, exureret; sed sciret tunc quo-
que nasci, quia eodem loco æstiuum & autumnale mel esse dixe-
rat, licet modo de historia vernũ autumnale memorauerit, omis-
sa æstiui mentione. Theophrastus aũt primo lib de causis planta-
rum copiose docuit, etiam sub cane humorem effatu dignum re-
B periri. Si itaque, vt videtur, Arist Plinius secutus est, melius legi
Sirius, quam Iris, hic locus ostendit. Tertium genus mellis, inquit,
p Plinius, (ego id autumnale supra vocaui) minime probatũ, syl-
uestre, quod Ericæum vocant. Conuchitur post primos autumni
imbres, cum Erica sola floret in syluis, ob id arenoso simile, Gigni-
tur id maxime Arcturi exortu à pridie idus Septembris. Quidã æ-
stiuam mellationem ad Arcturi exortum proferunt, quoniam ad
æquinoctium autumni ab eo superfunt dies 14 & ab æquinoctio ad
Virgiliarum occasum, diebus 48 plurima fit erice. Athenienses te-
tralicem appellant, Eubœa sisaram, quam putant Apib. esse gra-
tissimam, fortassis quia nulla tunc alias sit copia. Hæc ergo melli-
ficatio fine vindemiæ, & Virgiliarum occasu, Idibus Nouembris
fere includitur. *q* Arist. v. duo mellis conficiendi tempora esse scri-
psit, ver, atque autumnum: sed vernum suauius, candidius, omni-
no præstantius autumnali esse; item confici melius ex noua cera,
nouellisq; stirpibus Meminit tamen etiam æstiui, *r* vbi ait: Cibi
causa mellificant, tam æstate quã autumno, sed melius mel au-
C tumnale est. Autumnale itaq; secundum bonitatis locum obtine-
bit, primum, quod Vere colligitur, postremũ æstiuum. De mel le
anthino in libro de mirabilibus auscultationibus eidem Arist nũ-
cupato sic legitur. A quibusdam fertur, mel anthinum, vt vocant,
circa Melum Cnidumq; nasci, odore quidẽ suaui, sed neutiquã
durabile, id erithacam fieri Permagni semper refert, vnde mel
colligatur, quando plantarum, quibus insidet, naturam mirum in
modum referat, vt venenatum, furiosum, & amarũ reperiatur, nõ
aliunde accepta qualitate, quam ex venenatis, furiosis, amarisque
plantis; vt è contra saluberrimũ est, quod ex saluberrimis plantis
accipitur Laudatissimum igitur in locis, vbi thymus, & herbę,
& frutices temperamento calidæ, & siccæ proueniunt, vt docuit
s Galenus, & Plinius: ibi, inquit, optimum semper, vbi optimorũ
doliolis florum conditur. Atticæ regionis hic & Siculæ, Hymetto
& Hybla ab locis, mox Calydna insula Higinius quoq; optima
mella nasci ait, vbi thymus, tymbra, cunila origanum, viola pul-
lulare soleant, quod fieri testatur Achaiæ montibus, vbi transfe-
runtur Atticæ pastiones, & in Eubœa, insulisq; Cycladib. nec mi-
nus in Sicilia, & Hybla *t* Dioscorides Attico Hymettio meli lio-
D norẽ detulit; in secũdo ordine Hyblæum mel est, quare cecinit *u*
Cum dederis Siculos mel, & de collibus Hybla
Cecropios diras tu licet esse suos. (Martialis:
Bithymum vocatur mel, quod ex vtroq; thymo paratur: albo sci-
licet, & nigro, id album fieri negat *x* Plinius, sed oculis, & vlceri-
bus aptissimum existimari *y* Galenus coniici in autidotos iubet
mella quantũ fieri potest optima, Hymettia Thasia, aut certe At-
tica: quib si careamus è Cycladib. adiectũ mel vult imponi, ꝗ-
cunque similius Attico fuerit. Quanquam in Isthmo quoq; bonũ
mel prouenit, ita Isthmiacum à loco, vbi nascitur, cognominatũ,
sicut & Tubreum, quod & ipsum nomen adeptum est. Aitq; hæc
celebrata mella esse, in aliis etiam tamen regionib confici, sed cũ
ob exiguitatem ab incolis totum obsumatur, in alias prouincias
non exire, nomenque idcirco vllum non habere. Nostrã siquidẽ,
inquit, in Asia collis quidam inter Pergamũ, & Eleam vrbem ma
ritimam porrigitur thymo scatens, in quo Apes optimum mel te-
ponuut, ꝗ ibidem totum absumitur: In Mysia quoq; quæ parte nõ-
stræ prouinciæ finitima est, tractus occurrit, quẽ Brituin appel-
lant, in quo mel Attico simile penitus magna cũ admiratione cõ-
E spexi, quanquam deteriora plane mella ibi quoq; proueniant. Ex-
tabat autem ibi quoq; monticulus quidam non magnus saxosus
totus, thymo atque origano plenus, ad cuius radices agri cythiso
quam plurimo abundabant. Ex eo collis dominus mel vsq; adeo
dulce colligebat, vt hac in parte Atticũ etiam superaret, aere tamen
vt Atticum; nõ erat: statimq; idcirco segustantes subuertebat; &
nauscã cito cõmouebat, si paulo liberalius comesum fuisset. Hoc
siquidem de cythiso scriptores vnõ ore tradunt; Apes ex cythisi
florib. plurimum mellis excerpere, Hæc Galenus *z* Ouidius quo-
que mel commendat, ꝗ ex cythiso, thymo ac viola collectum est.
Mella meum munus, volucres ego mella daturas
Ad violam, & cythisos, & thyma cana voco.
Sed vt ad Atticæ regionis mel reuertamur; *a* Alexander Aphrodi-
sæus Hymetto monti laudem præcipuam esse scribit; propter flo
rum singularem præstantiam: non ergo tantam propter thymum,
vt multi volunt: quanquam tamen thymum præcipua sit herba; à

m Li.1 meteor.
n Li.2.c.60.
o Sect. prima. probl. 3.
p L. 11.c.16. Mel æriceum.
q L. 9.c.40. hist. animal
r Li.5 c. 22
s Lib.3. de Alim. fac.
t Lib.2.
u In xenii.
x Lib. 11. cap.16.
y Lib 1. de Antid.4.
Mel Isthmiacum.
Mel bonũ in patria Galeni.
Mel dulcissimum.
Mellis plurimum ex cythiso.
z Lib.5. Fastorum.
Mel Atticũ cur laudatum.
a Lib.7. probl. 79.
b Li 7. Chiliad. 93.

qua

quaſaus ea dimanet. Scribit *b* Tzetzes Muſcas eiuſmodi mel fugere propter thymum.

Τῆς Ἀττικῆς τῶν Ἀθηνῶν ὁ μηλίδος τὸ ὄρος
Μέλι χρυσῆ τὸ κάλλιστον μελίπων τῶν ἁπάντων
Τοῦτο δὲ σοὶ τὸ γνώρισμα σαφῆς νῦν παρασήσω.
Μῶα οὐκ ἐπηφήθη τῷ μέλιτι ὑμήττίῳ,
Ἐκ θύμων γὰρ αἱ μέλισσαι τὰ κηροποιοῦσι.
Μῦια γοῦν ἐνιζήσασα φεύγει θυμῷ τὰ θύμα.
Attica Atheniensium, Hymettus mons
Mel generat optimum mellium omnium.
Huius autem tibi argumentum manifestum nunc exhibebo;
Musca non insedit melli Hymettio,
Ex thymis enim Apes hos componunt fauos.
Musca igitur insidere fugit animo thymum.

c Li.7.Chiliad.93.

,, Sed *c* Plinius, hoc de Cretæ quodam monte ſcripſit his verbis: ,, Aliud in Creta miraculum mellis: Mons eſt Carina ix. mil. paſ- ,, ſuum ambitu: intra quod ſpatium Muſcæ non reperiuntur: natumque ibi mel nuſquam attingunt. Hoc experimento ſingulare medicamentis eligitur. Mel è Cnido aduectum, ſi quis ſigna, inquit Galenus præcitato loco, quæ modo retulimus, attendat, optimum adeo cenſebit, vt ipſum Thaſio, & Hymettio proximum eſſe iudicet: quod tamen, vbi conſenuit, vitium haud paruum oſtẽdit: vini namque conditiones aſſumit. Idem quoque Rhodio accidit. *d* Strabo mel ait euehi ex Tũditania, id eſt Betica Hiſpania, Hiſpanico autem nunc palma datur. Omnium optimum eſſe iudicat, *e* Aphrodiſienſis, quod in inſulis & locis maritimis naſcitur; hæc enim, inquit, ſicciora ſunt, & ſynceriora. Summæ bonitatis eſt, quod ex Cephalenia iuſula aduehitur, vt refert *f* Cardanus, cui id guſtanti ſuauius ſaccharo viſum eſt. Suauiſſimũ quoq; gignit Inſula portus ſancti, adeo vt nullibi dicant eſſe præſtantius. Cardanus citato loco, in locis calidioribus, quoniam ros ibi ſit cõcoctior, præſtantiora mella prouenire iudicat; mouetq; ſubinde quæſtionem, quomodo mel in Samogithia, quæ vltra Moſcouiam ſub Borea ſita eſt, optimum eſſe poſſit, tum purum, & calidiſſimum. Sex modis, inquit, id vere dici poteſt. Aut quia non ſimpliciter, ſed (velut dicimus) in Germania bonũ vinum iuxta Rhenum; non ſimpliciter ſed Germanico comparatum: ita hoc non Cephalenico, aut Hiſpanico, ſed Germanico comparatum. Aut quia ex rore cadente ſuper flores certi generis, in ea regione abundantes, qui rorem ipſum meliorem reddant, vnde mel. Aut quoniam regio inæqualis. calorem aliquando ſentiat: nam & ibi hominum corpora, quandoq; magna, quandoq; parua. Aut propter ventos familiares loco, qui aerem purgent. Aut propter id quod meridiei ſit expoſita, montibus Septentrionem occupantib.. Vel quia contingat contrarium eius, quod in aliquibus regionib. Peru. quamuis calidi, quæ prauum mel efficiunt, & dilutum, quod Apes ſint Muſcis ſimiles. Ita in Samogithia, Apes robuſtiores: quod veriſimilius eſt, cum in frigida regione non viuerent, niſi admodum robuſtæ, melius ac diligentius repurgent mel, ac elaborent. Nam in Germania, pabuli aut roris potius, vitio, quam Apum, mel ignobile eſt. Manifeſtum eſt, etiam, quod, cum manna ex his cauſis non ſufficiat, plures forſitan ſimul concurrent ad mellis boni in ea regione generationem. Sic Cardanus. Mel quoddam galbanarium vocari teſtatur *g* Aphrodiſienſis, idq; tertium mellis diſcrimen explere, paſtu ſcilicet Apum quem galbana vitiat: prodeſt hoc, inquit, illitum ad oculorum claritatem. *h* Plinius ſcribit optimum ſorberi, & minime fronde infectum, è quercus tiliæ, & arundinum folijs. *i* Strabo cum mel Atticum cuncta bonitate ſuperare dixiſſet; eo vero longe præſtantius eſſe ait, quod ad argentarias gignitur, quod quidem etiam inquit, ἀκάπνιστον, id eſt, a fumo purgatum aiunt, quodam appariitionis modo. Sed *k* Plinius, cum nimio fumo Apes infici dixiſſet, earumq; iniuriam celerrime ſentire mella, vel minimo contactu roris aceſcentia: ob id, inquit, intergenera ſeruatur, quod acapnon vocant: In Troglodyticæ parte, quæ dicitur Balgada, mel eſt candidum adeo, vt ne niuibus quidem cedat; durum vero quaſi lapis: ſolidum etiam ita, vt ſportis cõtineatur: quo de conſule *l* Iulium Cæſarem Scaligerum. *m* Ælianus eſſe ſcribit, qui dicunt in Cappadocia Apes mel ſine fauis conficere, idq; vt oleum perinde craſſum eſſe. Apud Halizonas, teſte *n* Pauſania, ita concretum eſt, vt à cera nequeas ſeiungere. Fit & in Thracia mel non perinde ſolidum, ſed arenoſum, vt legitur in libro de mirabilibus auſcultationibus. Sicut, & hoc. In Lydia aiunt ex arboribus mella copioſa colligi, vnde paſtillos abſque cera indigenæ conficiunt duritia tanta, vt niſi vehementiore attritu nihil demi inde poſſit. Ad Amiſum conuehitur à locis ſuperioribus mel candidum, teſte *o* Ariſtotele, craſſumq; maiorem in modum, quod Apes faciunt arboribus ſine fauo, quale etiam fieri in Ponto cognitum eſt. Ægyptium vero humidũm dilutumque eſt, vt ait *p* Aphrodiſienſis, videlicet ea de cauſa, quod flores tractus illius immodicè hument. ex larga Nili amnis irrigatione. Q. Curtius arbores ait in Hyrcania conſpici; quarum folia multo melle tingantur. Faciem autem mellis habere, ac niſi ſolis ortum incolæ præuerterint, fore vt medio tempore ſuccus is extinguatur. Refert *q* Pomponius Mela, tam pinguis alicubi; & tam feracis ſoli eſſe Indiam, vt in eo mella, ex arborum frondibus defluant. In Media item ab arboribus mella ſtillare, ſicut cecinit *r* Euripides, apud Citheronem dulces à ramis guttas manare. verum & in Thracia mel item arboreum ſuppetere proditum ſcio. Arbores item mellifluas Hyrcaniæ, in pagis qui fortunati, dicantur, celebrat hiſtoria. Meminit *s* Taſſus.

Rugiadosa ai manna era ogni fronda
E destillaua de le scorze il mele.

Apud Indos melle fluxiſſe tradit *t* Strabo quoſdam fontes. De terra lacte, & melle fluente ſæpe meminerunt ſacræ litteræ. Eſt autẽ mel ipſum, inquit *u* Plinius, initio dilutum vt aqua, primiſque diebus feruet; vt muſtum, ſeque purgat, viceſimo die craſſeſcit, mox obducitur tenui membrana, qua feruoris ipſius ſpuma concreſcit. Quam ſententiam ab *x* Ariſtotele mutuatus videtur, qui ſic ait: Craſſeſcit autem mel concoctum iam tempore. Initio enim, vt aqua dilutum eſt, & primis diebus ſine craſſitudine cernitur. Quod ſi exemptum eo tempore ſit, craſſitudine caret: tum viceſimo maxime die ſpiſſatur. Cæterum mella omnia, vt in lib. de mirab. auſcultationibus legitur, concreta eandem craſſitiem ſeruant, diuerſam ab aqua, & liquidis reliquis. Reliqua enim omnia concreta nonnihil ſicceſcunt, attenuanturque. Acœton vocatur, quod ſine recrementō eſt, Acraton, purum atque integrum, quod neq; aceſcere cœpit, nec vllum paſſum eſt vitium. Amarum frequentius iuxta Phaſim eſt, teſte *y* Strabone. Mel in Heraclia Ponti, vbi aconitum gigni ſolet, inuenitur, inquit *z* Dioſcorides, quod qui edunt bibuntue, non ſecus afflictantur, quã qui aconitum ebiberunt. Quem Dioſcoridis locum legiſſe *a* Plinius non videtur, nam hoc longe aliter narrat. Heracleæ, inquit, in Ponto, quibuſdam annis pernitioſiſſima exiſtunt; ab iiſdem Apibus facta. Nec dixere authores, è quibus floribus ea fierent. Nos trademus, quæ comperimus. Herba eſt ab exitio & iumentorum quidem, ſed præcipue caprarum appellata ægolethron. Huius flores concipiunt noxium virus aquoſo vere marceſcentes. Ita fit, vt non omnibus annis ſentiatur hoc malum. Sed Petrus Bellonius, qui eas vrbes peragrauit, illius veneni nullam aliam cauſam ſeſe refert inueniſſe, niſi quod ea regio chamæleone nigro abundat, cuius radici excreſcentia quædam adnaſcitur nomine Ixia, quæ pernitioſum venenum eſt, & eos qui deguſtant illico necat. Quod ſi Apes mellis ſubſtantiam, inquit, ex eius Chamæleonis floribus ſuſcipiant, non dubitamus quin id mel hominibus admodum ſit pernitioſum: non ignoramus autem Apes mellis materiam ex ipſis floribus non colligere, ſed ex folijs, duntaxat, pingui rore cælitus delapſo obſitis. Et paulo poſt Plinius aliud ait eſſe genus in eodem Ponto gente Sannorum, mellis, quod ab inſania quam gignit, mænomenon vocant. Id exiſtimatur contrahi flore rhododendri quo ſcatent ſyluæ. Gensq; ea cum ceram in tributa Romanis præſtet, mel (quod exitiale eſt) non vendit. Et in Perſide, & in Mauritaniæ Cæſarienſis Getulia, contermina Maſſæſulis, venenati faui gignuntur, quidamque à parte, quo nihil fallacius eſſe poteſt, niſi quod liuore deprehenduntur. *b* Ælianus vero etiam in Trapezunte Pontica ex buxo mel fieri ſeſe accepiſſe ſcribit: eſſe autem odoratu graue, quod eos, qui eo deducti ſunt, demente vel comitiale correpti, ad ſanitatem reſtituat: ſanos vero dementet. Idem legitur in libro de mirabilibus auſcultationibus. Apud Colchos ex arborum frondibus mella ſtillare legimus, quibus guſtatis proſternantur exanimes, diemq; integrum pro mortuo guſtator habetur. *c* Strabo ſcribit Heptacometas populos vltra Colchidem tres Pompei cohortes obtruncauiſſe, dum montana pertranſirent. Miſcentes enim, inquit, crateras furentis mellis, quod rami arborum ferunt, potus & mente alienatos facile interimerunt. Græci quoq; referente *d* Diodoro è Babylone redeuntes, cum in agrum Colchorum deſcendiſſent, ibiq; ingentem aluearium per ea loca multitudinem conſpexiſſent, & fauos multo melle redundantes ad vſum eripuiſſent, guſtaſſentque, in quendam incredibilem caſum inciderunt. Nam deglutito mellis liquore, repente in dementiam verſi, humiq; mox proſtrati, extinctis ſimiles videbantur: cumq; multos dulcedo ad edendum traxiſſet, breui circuit proſtratorum eadem cauſa numerus. Poſtera die qua ceciderant hora, ad ſe omnes redire cœperunt, primumq; vires, ac paulò poſt etiam mentem recepere; inde mox humo ſe attollere, membraq; perinde affecta habebant, atq; illos videmus, qui forte aliquo veneno poto periculum euaſerunt. In Sardinia, cum nullum animal homini peſtiferum in ea inſula naſci perhibeatur, mel, quod mirum eſt, progenitum, virus habet. *e* Dioſcorides obamarum eſſe ſcripſit, quouiam Apes abſynthio veſcantur, quo ait vitia cutis in facie, & maculas aptiſſime perungi. Meminit eiuſdem amaritudinis *f* Galenus his verbis: Cæterum ſi quod mel amarum eſt ceu Sardoum clarum eſt, & ipſum miſtæ eſſe facultatis, tanquam ſi noſtrum quippiam ei abſynthium admiſcuiſſet. Falluntur Græci, inter quos & Athenæus, qui Cyrnos, hoc eſt Corſicæ inſulæ populos aiunt πολυχρονιωτάτους ἀεὶ τὸ μέλιτι ἀεὶ χρῆσθαι, hoc eſt, multum viuentes ob aſſiduum mellis vſum: quando ob copiam taxorum arborum, quibus ea opacatur iuſula, mel ſit notæ peſſimæ, etiã Virgilij ſententia cũ inquit:

Sic tua Cyrneas fugiant examina taxus.

Et Ouidius de neſaſta & exitiali cęna, nulla tẽ facta taxi mẽtione.

Ite hinc difficiles funebria ligna tabellæ,
Tuq; negaturis cera referta notis.
Quam puto de longa collecta flore Cicuta,
Melle ſub infami Corſica mittit Apis.

Meminit quoq; *g* Martialis, ſed non taxi.

Mella iubes Hyblæa tibi, vel Hymettia naſci,
Et thyma Cecropia Corſica ponit Apis.

Quamobrem ſcribunt locupletiſſimi in litteris teſtimonij viri (vtor autem verbis *h* Adriani Turnebi) buxi potius, quã taxi ſapore infectũ, & vitiatũ eſſe, vt *i* Diodorus, cuius verba ſubſcribã: φύεται δὲ κατὰ τὴν νῆσον ταυτὴν καὶ πύξος πλείστη, καὶ διάφορος, δι' ὃν καὶ τὸ μέλι τὸ γενόμενον ἐν αὐτῇ παντελῶς γίνεται πικρόν. Inſimulare ſummum poetam, vel negligentiæ vel vanitatis, non auſim: non enim dubito, quin alicuius boni auctoris fide fretus, & fiducia id ſcripſerit: ab eius tamen ſententia Diodorus,

c Li.7.Chiliad.93.
c Lib.21. cap.14. Muſcæ vbi mel nõ attingant.
d Li.3.Geog.
e 2.Probl.74
f Li.6. de Variet. rer. cap.25. Mel præſtãtius in locis calidiorib. Cur bonũ & calidum in locis frigidis.
Apes vbi robuſtiores
Mel galbanarium.
g 2.Prob.74
h Lib.11. cap.13.
i L.9. Geog. Mel acapniſton.
k L.11.c.16. Mel acapnon.
Mel niueũ & duriſſimum.
l Exer. 132.
m Lib.5. cap.42.
n In Atticis Mel arenoſum.
o Lib.5.hiſt. anim.c.22. Mel dilutum.
p 2.Prob.74.
q Li.3.de ſitu Orbis.
r In Bacchis
s Cant.18.
t Lib.15.
u Lib.11. cap.13.
x Lib. 5. cap.22.
y Lib. 11. Geog.
z Lib 6.c.8.
a Lib.21. cap.4. Ægolethrõ herba.
Mel mẽno menon.
b L.5.c.42.
c Lib.12.
d Lib. 14. Mel in Sardinia peſſimum.
e Li.2.c.75.
f Li.7.de ſimp facul. med. Athenæi error.
g Li.11.ad Catullũ cili.
h Li,22. Aduerſar. cap.24.
i Li. 6.

dorus, qui & ipse multos, vt opinor, testes suæ sententiæ producere potuisset, recedit Nos tamen neutrum accusemus, & vtrumque verum scripsisse censeamus. Insaniosum mel apud Macronas memorat *k* Xenophon, quod qui copiosius edisseut, & vomere, & excernere cogebantur, neque quidem omnino stare poterãt Quærit *l* Plinius quid sibi voluisse naturam iis arbitremur insidiis, vt ab iisdem Apibus, nec omnibus annis fiereut, aut non totis fauis? Parum enim erat, inquit, genuisse rem, in qua venenum facillime daretut, etiamne hoc ipsa in melle tot animalibus dedit? Quid sibi voluit, nisi vt cautiorem minusque auidum faceret hominẽ? Non enim ipsi melli, sed Apibus iam cuspites dederat, & quidem venenatas remedio aduersus has, vtique non differendo. Affirmat insuper venenati mellis signa esse, cum omnino non densatur, quod color magis rutilus est, odor alienus, sternutamenta protinus mouens, quod ponderosius innoxio Qui edere, abiiciunt se humi, refrigerationem quærentes: nam & sudore diffluũt. Ait denique remedia esse multa, quæ inquit, suis locis dicemus. Sed quoniam statim repræsentari aliqua in tãtis insidiis oportet, mulsum vetus, inquit, e melle optimo, & ruta: falsamenta etiam si reijciantur, sumpto crebro. Certumq; est, id malum per excrementa ad canes etiam prouenire, similiterque torqueri eos Mulsum tamen ex eo inueteratum, innocuum esse constat, fæminarum cutem nullo melius emendari cum costo, suggillata cum aloe. *m* Alias rursus de remediis aduersus prauitatem me lis, habet hæc: Venenato melli auxilio est piscis aurata in cibo, vel si ex melle syncero fastidium cruditasue, quæ sit grauissima incidat: testudinem circumcisis pedibus, capite, cauda decoctam antidotum esse, author est Pelops, scineumq; Appelles. *n* Dioscorides quoque eos scribit, qui mel, quod in Heraclia Ponti colligitur, edunt bibuntue, non secus afflictati, quam qui aconitum ebiberunt; additque insuper eadem iis, quæ poto aconito conuenire Adiuuari autem in primis cõtinuo vini mulsi potu, cui rutæ folia sunt adiecta. Hoc itaque remedium Plinius ex Dioscoride hausit. Habentur præterea, & alia mellis praui genera, quæ roscida non tunt, sed ex plantis nascuntur, vt illud, quod ex Anacardis fluere Arabes scribunt, & inter Græcos *o* Strabo ex arborum siliquis, quas arbores proferunt, denorum digitorum longitudine, mellis plenas, quod qui ederint, non facile euadunt Iam vero sylueſtria mella ea dici volunt, quæ vespæ, & Crabrones faciunt, quæ inquiunt, adeo melle Apum inferiora esse suauitate & paucitate, vt inter mella teferri non mereantur Ego mellificare Vespas negem: sed sylueſtres Apes, quæ plerunque in cauernulis terræ habitant; quarum mel insipidum est, & prauum. In cuius mellis mentionem, quia inciderim, nodus quidam in sacra pagina occurrit explicandus de Diuo Ioanne Baptista, quem *p* testatur in deserto mel sylueſtre comedisse: De hoc enim variæ sunt doctorum sententiæ. Theophilactus interpretatur τὸ ὑπὸ ἀγρίων μελισσῶν γεωργούμενον ἐν δένδροις ἐυρισκόμενον καὶ πέτραις, quod Apes sylueſtres faciunt in arboribus, & petris Contra *q* Beda in eo deserto arbores esse scribit folia lata, & rotunda lactei coloris, & melliti saporis habentes, quæ, inquit, natura fragilia manibus confricantur, & eduntur: Hoc esse mel sylueſtre dicit. Sanctus *r* Isidorus Peluſiota herbam esse negat, verum mel esse montanum, quod ab agrestib. Apibus conficitur, summeque amarum est. & gustatui omni infestum, atque inimicum Quibus ex rebus, inquit, singularem quandam, ac pene incredibilem copotis afflictionem Ioannes præ se ferebat, vt qui nõ inédia duntaxat, verum etiam victus aspetitate omnem corporis appetionem amarum redderet Sed Alphonsus Tostatus similes opiniones refutare videtur, existimans commune illud mel fuisse, quod Apes sponte in cauis arborum ponunt, sylueſtre autem ab Euangelista nominari, quia in sylueis sine cura humana proueniret. Suidæ sylueſtre mel manna est, vt scribit *s* Ioannes Monardes in suis epistolis. Aliis quoque ἐρικάϊον nominatur ab Erica frutice, quam & gisarum vocant: de quo supra. Factitium mel non vna ex re paratur: Ex nuce Indica fieri scribit *t* Strabo. Exprimitur etiamnum è vulgaribus siliquis, quæ Græcis κερατία dicuntur, quorum Indi, quam qui Trogloditicam Arabiam incolunt, zinziberis radices recentes viridesque asseruiunt, ac etiamnum myrabolana omne genus. Quod facile coniicitur ex Alexandria Ægypti, Venetias quotannis comportantur. Illud vero admiratione dignum est, quod Eudoxus Cnidius apud Appolloniam refert, in Africa quandam gentem esse, quæ supra Sirtes, & Carthaginem incolat, Gyzanteres vocata, hancque exerceat artem, vt flores istis in locis colligat, melque ea copia, & qualitate ex iis conficiat, vt Apum æquet mellificium.

k *Lib.4. de Cyri minor. expedit.*
l *L 11.c.14.* Mel cur natura etiã venenatũ fecit,
mellis venenati iuditia.
Mellis venenati remedia.
m *Lib.32. ca. 5.*
n *Lib. 6.c.8.*
Mel venenatum ex plantis.
o *Lib 15. Geor.*
Mella sylueſtria quę
Mel quale comederit Io Baptist.
p *Matt.c.3. sus euangel.*
q *In lib. de locus sanctis.*
r *Epis.132.*
s *Lib 2. Epist.2.*
Mel factitium.
t *Lib.15.*
Mel ex floribus.

ELECTIO.

MEl quale optimum sit, Galenus sæpenumero declarauit Vult enim esse putum atque omnino sine sordibus, pellucidum, flauum, boni odoris, gustu paulum acre, sed suauissimum, cohærensita, vt si attollatur, continuum defluat. Easdem ferme notas licet ex Hippocrate colligere, qui tunc mulsam in coquendam esse ait, cum mel vitiosum sit, scilicet sordidum, nigrum, mali odoris. Quate si contraria sunt consequentia, id bonũ esse dicemus, quod contrarias conditiones habet. Probatiora etiam mella à Dioscoride sic describuntur. Probatius in omni genere, quod dulcius, odoratius, acre, rutilo colore, non liquidum, sed ponderosum, firmumque, & quod tractum digitos sequaci lentore sequitur: ad quæ omnia *a* Plinius videtur allusisse. Mel plenilunio vberius capitur, serena die pinguius. In omni melle, quod per se fluit, vt mustum, oleum, appellatutque acœton, maxime laudabile est. Aestiuum omne rutilum, vt diebus confectum siccioribus. Aptissimum existimatur è thymo coloris aurei, saporis gratissimi, quod sit palam doliolis, pingue, marino è rore spissum. Quod concrescit autem, hoc minime laudatur. Thymosinum non coit, & tactu prætenuia fila mittit: quod primum grauitatis argumentum est. Abrumpi statim, & resilire guttas, vtilitatis inditium habetur. Sequens probatio, vt sit odoratum, ex dulci acre, glutinosum, perlucidum Quærit Aphrodisiensis, cur mel illud commendemus, quod acrius sentitur, & mediocritet hoc idem calidum esse existimemus. cum acritudo non nisi per calorem immodicum consistere soleat? Censendum, inquit, non acre mel, sed temperatum id esse; verum linguam suo calore plenius calesaciendo in acritudinem vertere: dulce etenim omne acre primum in calescens amatum redditur. *b* Atistoteles indicium perfectionis in sapore potissimum esse tradidit: dulcius enim, inquit, quod crassius. *c* Alibi quoque mellis exiliorem partem, ait fluitare, eamque iubet eximi: puram vero, & validam subsidere. *d* Athenæus quoque præstantius vnguentum vilioi affusum in superficie manere ait, contra detetiori melli superiniectũ, quod est melius, pessum ire, & tanquã vi cogere erumpere, quod bonitate inferius est. Item Dilarius apud *e* Macrobium interrogatus quale mel optimum foret, respondit id, quod reliquo ponderosius est. In vase igitur mellis, pars quæ in imo est, vtique præstat pondere, & ideo supernataute præstantior est *f* Galenus itaque cum mel optimum perhiberi dixisset quod dulcissimum est, & acerrimum, eoq; mellis natura acrimoniam dulcedini iunctam habet primæ inquit, optimi mellis notæ ex hisce sumuntut: se cundæ vero ex accidentibus colliguntur, naturã eius consequẽtibus, colore, odore, & corpore. Colore namque luteum mel sit, oportet: corpore vero, neque crassum, neque concretum, neque valde dilutum, sed vniforme totum atque ita tenax, vt si digito particulam ex ipso sustuleris, defluereque permiseris, perinde atque viscum descendat, non cæsim, non frustatim Quanquam ob ista mel optimum quidem non est, sed cum suapte natura optimum est, tum hæc se consequentia signa semper habet, ipsumque idcirco optimum esse ista significant. *g* Alibi rursus habet sic: Quod igitur mel colore flauum sit, & odore suaui, tum purum adeo, vt totum pelluceat, ac gustanti parum acre, incundissimumque, præterea tam sibi cohærens, vt si digito attolatur, continuum sibi, nec intercisum ad humum defluat: id omniũ est optimum Et rursus *h* alibi, sed parum aliter: nec parua sane, inquit, in melle differentia: prauum certe, quod, aut male olet, aut gustatum extraneæ cuiusdam qualitatis admixtionem detegit: nec mel quidem censendum. Inculpati vero mellis differentiæ in eo versantur, quod magis minusq; aliud alio dulce, atq; acre sit: in quo quod dulcissimum, atque acerrimum fuerit, primas virtutis partes obtinet. Alii album laudant. Mel optimum est, inquit *i* Alexander Petronius quod colore ad albidum, velut Hispanum vergit, quod ceræ, aut odorem, aut saporem nullo modo refert: quod nullum alium saporem, quam dulcem obtinet: vtpote quod sine acrimonia quoque sit. Id enim non ab illius bonitate (vt plurimi putarunt), sed ab eo, quod aut in Apibus, aut in eorum alimento vitium est (vt quidam existimant) acquirit Sunt qui commendent, quod modice tum modice tum tenue est *k* Virgilius dutum laudasse videtur, cum ait:

——— *Aut cum liquentia mellis stipant.*

Optimum quoque, quod vernum est, deinde æstiuum, inutile hybernum. Principem locum obtinet, inquit Dioscorides, quod Atticæ regionis est, præcipue ex Hymetto, mox Cycladibus insulis, & è Sicilia, cognomine Hyblæum. Galenus modo Atticum siue Hymettium summopere laudat, modo quodammodo reiiciendum iudicat. *l* Alibi mel Hymettium vnum ex simplicibus theriacam ingredientibus esse scribit, quæ sibi videntur difficulter haberi *m* Vbi enim de theriacæ compositione, ætate, probatione, dosique agit. Oportet, inquit, mel esse Hymettium: nam Apes in eo colle Atticæ, quia thymum pascuntur, mel optimum conficiunt. Contra alias *n* alibi post optimi mellis signa: Si vero, inquit, abrumpitur (mel) nec demissum ad terram vsque continuitatem seruat, id aut crassiius iusto est, aut tenuius, aut anomœomeres. Voco autem anomœomeres (quod sane & nomen ipsum indicat.) quod ἐξ ἀνομοίων μερῶν, id est, ex dissimilibus partibus, est compositum Deprehendas autem id, si diligentius inspicias, aut crassitudines, aut humiditates habere innatantes, quæ nec inter se sint similes, nec etiam toti Cetosum itaque magis mel est, quod & crassius est, & cui tales quæpiam crassitudines innatant Excrementosius vero, acpersici concoquique difficulius, tum quod totum humidum est, tum in quo multæ in partibus sparsæ apparent humoris guttæ: porro in quo vel ceræ qualitas aliqua vel propolis, vel id genus aliud gustu deprehenditur, adeo non est optimum, vt etiam malum sit: quippe nullam penitus alterius cuiusquam rei eminentem in se continere qualitatem debet. Quocirca quod thymum plane redolet, non probo: est enim id parum consummatum, nec plane quodam modo mel. Quanquam non ignoro è quibusdam id laudari, eoque fieri, vt nonnulli venditores incisum thymum illi iniiciant, quo id redoleat, videatutque optimum. Ipse tamen, quod tam improbe thymum sit. Quod autem confusam quandam qualitatem odore, gustuue præ se ferat, id non vitupero. Ex quibus Galeni verbis colligere est, thymum nihil vel parum saltem ad mellis præstantiam facere. Si enim Articum difficulter, vt testatur, haberi possit, quid nocuerit, parum thymi in melle alio

a *L.11.15.* Mel acœton.
Mel thymosinum cur non laudetur.
Mel acrius cur commẽdemus.
b *Lib 5. de Animal. cap. 22.*
c *Lib 9. cap. 40.*
d *Lib.15.*
e *Lib. 2. Saturn.*
f *Lib.1.de Antid.2.*
g *7.Meho. cap.5.*
h *Lib. de bon succ.*
i *Lib.3.de vict Rom. cap.20.*
k *Li. 1. Aeneid.*
l *Lib.de Antiuot.*
m *Li. de theriaca ad Pisonem.*
n *Lib.7.Methodi.*
Mel cerosum.
Mel thymũ plane redolens reiicitur.

probato imponere? eoque maxime cum propter thymum, vt ex ante citatis patuit, mel Atticum ipſe probauerit? Optimum mel, inquit, Diophanes apud *o* Conſtantinum Cæſarem, eſt Atticum, & Attici Hymettion. Bonum eſt, & quod in Inſulis fit. Siculi optimum eſt Hyblæum. Cretici Acramaumorion, Cyprii Chytrium, Coi Calymnium. Dein hoc inſuper addit: Cum autem omne mel multo tempore reſiccetur, Atticum liquidum permanet, colore autem nigreſcit. Hanc itaque ob cauſam fortaſſis rectius id damnaſſet Galenus. Nam & *p* Varro Siculum præfert omnibus, quod ibi thymum bonum frequenſque ſit, quo ad mellificium nihil ait eſſe præſtantius. Strabo è Cycladibus, & inter Cycladas Calymnium anteponit omnibus: nimirum propter thymum. Malum quidem mel teſte *q* Galeno multam egerit ſpumã, quo etiam diutius coqui debebit. Optimum v. vt breuiſſimo tempore coquitur, ita minimum ſpumæ euomit, vnde nec pari ei coctione eſt opus. Caueri quoque debet inueteratum, nam hoc omnem ſuum humorem amittit, qui alias immodicum calorem temperare ſolet. Optimum quale ſit mel, poſtremo *r* Andreas Matthiolus in examine ſuo ſimplicium, quæ Theriacam ingrediuntur, ſcribit his verbis. Mel Galeno probatur, quod in Græcia prouenit, nempe Atticum ex Hymetto monte, & omne fere aliud, quod in adiacentibus colligitur locis: nihil tamen hoc impedit, cum in aliis etiam regionibus mel præſtantiſſimum reperiri poſſit; vt ipſemet fatetur Galenus. Siquidem affertur ex Creta, & aliis quibuſdam Ægei maris inſulis quin etiam ex Dalmatia, quod omnes mellis optimi notas oſtendit. Sunt etiam in Italia loca quædam, ac pariter in Sicilia, vbi præſtantiſſimum habetur. Quo fit vt cuiuſuis loci mel ſumi poſſit, ſi tamen notas omnes admiſerit, quæ ſelectiſſimi mellis indicium præbent. Eligatur itaque bimum. Hoc enim vetuſtiore, ac etiam recentiore, longe præſtantius eſt. Ideoque aberrant, qui putant vetuſtate mel fieri optimum: amareſcit enim, (vt inquit Galenus) quod veteraſcit, & ingratum guſtui redditur. Sit præterea odoratum, ſapore dulciſſimum, atque etiam acre, colore pallidum, vel flauum, craſſum ſubſtantia non ſit, ſed ſibi ipſi vnitum, & tanto præditum lentore, vt ſi rude, vel digito auferatur, viſci modo fere in longum trahatur, antequam ſecedat. Tale enim, quod fuerit, præſtantiſſimum dici poterit. Sunt improbi ſeplaſiarii teſte *ſ* Cardano, qui, vt candidius, deuſius, ac dulcius mel videatur, farinam milii miſcent: quo nihil eſt nocentius. Eſt enim inquit Cardanus, fomes morborum, cum farina illa nunquam concoquatur. Mel, quod mirum eſt, panis intinctu corrumpitur; quamobrem cauendum ne panis vaſis immittatur. Muſcas ante notauimus Atticum mel non attingere, id vero de Scarabeis alii tradiderunt, de quibus facta comparatione *t* Dion Chryſoſtomus ſic ſcribit: Quemadmodum quidam ait Scarabeos in Attica, licet illic mel ſit puriſſimum, illud tamen nunquam guſtare neque ſi efquæ mella fundatur, ſed potius alium cibum: ita & vos ſermones de virtute ,, viroſq; ſapientes non curatis, ſed eſtis hilares, & ad cauillandum ,, omnium facundiſſimi.

o L.15.c.7.

p Li 3. c.16.

q L.4.de ſanit.tu.c.6.

r Lib. 5. Ep.

Mel eligendum quale.

ſ Li.3 de ſanit.tu c.78.

Mellis adulteratio.

Pane iniecto mel corrumpitur.

Scarabei quæ mella non attingant.

t Orat.32.

DENOMINATA.

ΜΕλιτοπώλης Ariſtophani eſt, qui Latinis mellis venditor dicitur, μελιτοφόρος aliis, qui mel fert, μελιτουργός, Mellarius, Meliturgus, quorum vtroque vtitur Varro: ſicut μελιτουργεῖον locus, in quo mel fit: μελιτουργία ipſa mellificatio, opus mellarii: item mellificium apud Ariſtotelem: μελίτωσις mellis viudemia, cum mel eximitur. Μελίτρεπτος qui melle nutritur, μελιγαθὴς qui eo gaudet, & ſæpius eo in cibis vtitur. Μελίβρομος & μελίγηρυς, melleum & dulcem ſonitum; aut melleam vocem edens, hoc eſt, ſuauiloquus. ſuauiſonus. Μελίγλωσσος melleas papillas habens, dulcis aſpectu: μελιηδὴς mellis dulcedine præditus, dulcis inſtar mellis, quanquam Hyppocrates μελιηδὲς οἶνον vocauit, non tantum vinum quod ſuaue eſt, ſed etiam quod cũ melle myſtum eſt, quod & ipſe μελιχροῦν nominat, vt Galenus in Lexico annotauit. De melitite vino, & melicrato, ſimilibuſque cum melle factis potionibus infra dicetur. De quibus quæ in theſauro Græcæ linguæ leguntur, legenda ſunt cum iudicio. Μελίπηκτον eſt placenta ex melle, aut opus piſtorium melle conditum: & apud Plutarchum libum melle confectum; opus piſtorium dulciariorum, quale id de quo Martialis:

μελιηδὲς vinum.

Placenta melipectõ.

Mille tibi dulces operum manus iſta figuras
Extruit: huic vni parca laborat Apis.

Sed de his quoque poſtea. Eſt & μελίτωμα, opus dulciarium ex melle; Placenta mellita, opus piſtorium melle conditum. Μελίμηλον genus mali dictum à mellea dulcedine: alio nomine γλυκύμηλον, vt tradit *a* Dioſcorides. μελίμηλον, inquit Gorræus, pomum dulce: ſic dictum à melleo ſapore. Sunt tamen, qui melimelum vocant non omne quod dulce eſt, ſed quod natum ex malo inſerta pyro ſylueſtri, aut cotoneo: ex qua miſcella creari dicunt, quæ proprie Athenienſes μελίμηλα, hoc eſt dulcia, & mellita poma, nominarunt. Alii melimela Varroni muſtea dici volunt, quod *b* Plinius quoque videtur ſenſiſſe, cum ait: Muſtea à celeritate mileſceudi (mature ſcendi legunt alii) quæ nunc melimela dicuntur, à ſapore melleo. Melimela tamen non ſolum natura prouenire, ſed etiam mellis conditura fieri, ac dici alia mala poſſe indicat *c* Martialis hoc diſticho.

Melitoma. Melimelũ.

a L.1.c.162.

Mala muſtea

b L.15.c.14.

c In Xeniis.

Si tibi Cecropio ſaturata Cydonia melle
Ponentur, dicas hæc melimela licet.

Quam cuſtodiendorum, & condiendorum Cydoniorum rationem expoſuit *d* Columella, eiuſque condituræ liquorem Melimeli appellati ſcripſit. Quo loco pro melimeli *e* Turnebus melomeli legendum iudicat, vt ſucci nomen ſit è cotoneis malis, & melle: nam melimela, inquit, quæ in malorum genere numerantur, nomenque ex eo ſibi peperere, quod melleum palato ſaporem præbeant, nihil ad melomeli pertinent, quod è cotonei ſucco, & mellis ſapore temperatum eſt. Μελίλωτος ſiue μελίλωτον, & Latinis etiam Melilotus, & Melilotum, quaſi Lotus melligenus vocatur; vnde & Apum cauſa ſeritur teſte Plinio. Alias ſertula Campana dicta. Cunilaginem, inquit *f* Plinius, quæ conyza, melliſſophyllon, quod apiaſtrum, Melilotum, quod Sertulam Campanam appellamus. Eſt enim in Campania Italiæ laudatiſſima, Græcis in Sunio Coronas ex hac antiquitus factitatas, inditio eſt nomen ſertulæ: vnde μελιλώτινοι στέφανοι, coronæ ex meliloto. Μελίχρυσοι λίθοι dicuntur *g* Plinio veluti per aurum ſincero melle tranſlucente: quos Iudia mittit, quanquam adiniuriam fragiles. Eſt & μελιτίτης λίθος, Lapis melitites, qui ſuccum melleum dulcemque tuſus remittit, vt idem *h* Plinius refert his verbis: Melitites lapis ſuccum remittit dulcem, mellitumque tuſus. Et cerę myſtus eruptionibus pituitæ, maculiſque corporis medetur, & faucium exulcerationi. Epinyctidas tollit, & vuluarum dolores impoſitus velleri. Meminit eiuſdem huius lapidis *i* Dioſcorides, ὁ δὲ μελιτίτης καπὶ παύπαι ἔοικε τῷ γαλακτίτῃ, ἀφέρων τοῦ τῷ γλυκύτερον αὐτίκαν τὸν χυλὸν. ποιεῖ δὲ ὥσ ἄκαν ὁ γαλακτίτης. Melitites per omnia Galactitæ ſimilis, hoc tantum intereſt, quod dulciorem ſuccum remittit. Eiuſdem, vt Galactites effectus. Μελίκηρις malum eſt ex melle & cera nomen habens, ſimiliterque ad tumores pituitæ ſub apoſtematis nomine pertinet. *k* Galenus quid melli ſimile in meliceridibus inueniri ait, melli, inquam, Hymettio, vt ipſe habet, quodque ea membrana ſecta, non aliter quam mel è fauis diffluit. Hinc quoque μελικήρια ſanies dicitur, quæ craſſior, & glutinoſior, ſub albida, mellique albo ſubſimilis, ex malis vlceribus fertur, vbi nerui circa articulos læſi ſunt, vt docet *l* Corn Celſus: de qua tamen ſcriptura dubitatur. Dicitur eodem etiam nomine aliud vlceris genus, quod proprie κηρίον appellatum eſt, vt legitur apud *m* Ætium, ſimiliter & apud *n* Celſum. Nequc enim dubium eſſe poteſt, inquit Gorræus, quin duæ illæ Meliceridis ſpecies, quas Celſus deſcripſit, ſint ſpecies τῆς κηρίου non autem μελικηρίδος prius deſcriptæ: quæ apoſtema eſt, quæque diſſecta cauitatem vnam habet, & intus vno loco atque ſpatio humorem ſuum continet, eumque non multis foraminibus, vt κηρίον, ſed vno ore effundit, poſteaquam ferro aut medicamento, aperto fuerit. Eſt igitur τῆς μελικηρίδος nomen æquiuocum, proprie quidem, & frequentius tumorem prius definitum ſignificans, interdum vero vlceris illud genus, quod κηρίον peculiari vocabulo appellatur, quodque à proprie dicta meliceride differt non modo notis prius explicatis, ſed etiam, quod κηρίον non niſi piloſis locis, magiſque ad cutem. μελικηρὶς vero pro more reliquorum abſceſſuum, in omni muſculo poſſit excitari. Hæc inter alia Gorræus, cui apud Celſum perpetram ſcribi videtur μελικηρία & μελίκηρον. Sed tamen apud *o* Plinium quoque reperitur meliceria, vt vbi de Oxylapatho agit: radice, inquit, meliceriasis, & lepras curant. At *p* alias habet ſic: Peculiariter & contra meliceridas efficax: de meliloto loquitur, de quo etiam *q* Dioſcorides ait: θεραπεύει καὶ μελικηρίδας. Μελίκηρις Heſychio eſt ſpecies quædam vitis & herba. Μελίκηρα Ariſtoteli eſt, vt vertit Gaza, fauago purpurarum: lentor cuiuſdam ceræ, quem purpuræ verno tempore congregatę mutuo attritu ſaliuant: quod Plinius cerificare dixit, vt alibi oſtendimus. Apud Athenæum μελίκηρα ſcribitur paroxytonως. Heſychius autem videtur μελίκηρα facere neutrum plurale. Mellini veſtimenti meminit Plautus. Dionyſius Lambinus eius ſcholiaſtes interpretatur, mellei coloris: cæterum qualis ſit iſte color, in controuerſiam vocari poſſit. Etenim *r* Plinius agens de coloribus, Melinum quoque, inquit, coloris candidi ſpecies eſt. Optimum ex Melo Inſula: cum alias clarum ſit mellcum, aut melinum colorem aureum, aut flauum eſſe. Pliniana ceriæ hæc ſententia Marcellum, & Braſauolam imposuit, qui inde hyperico, cuius florem melino colore Dioſcorides eſſe prodidit, albos flores tribuendos eſſe exiſtimabant, haud ſatis aduertentes Melinum Plinio, non à melle, ſed à Melo inſula nominari. Multis enim plantis Dioſcorides melinum colorem in floribus tribuit, quos ſane aureos eſſe omnes norunt, vt ranunculi, ſertulæ Campanæ, hieracii, peucedani, conyzæ, alterius nympheæ, buphthalmi, gallii aliarumque multarum. Color iſte inſuper μελίχρους ſiue μελίχρους, & μελίχρωος dicitur. Vocatur & μελίχρως, vt colligitur ex *ſ* Plinio dicente. Colos appellauit χρυσόλιθον, aureum, χρυσόπρασον, herbaceum; melleum μελιχρῶτα: quamuis plura eius genera ſint. Μέλιχλωρος etiam mellis inſtar flauus eſt, *t* Theocrito dicenti:

d L.12. c.45

e L 17. Adnerſ.c.13.

Melilotus. Lotus melligenus. Sertula Campana.

f L.21. c. 9.

Coronæ ex meliloto.

g L.37.c.9.

Melitites lapis.

h L.36.c.19.

i L.5.c.151.

Meliceris qui morbus.

k Lib.3. de tum.

Meliceria cur ſanies dicta.

l L.5 c. 26.

m L. 6.c 68.

n L.5.c.28.

Meliceris vox eſt æquiuoca.

o L.20.c.21

p L.21.c.20.

q L.3. c. 48

Cerificare.

Mellinum veſtimentum Melleus color.

r L.35.c.7.

Marcellus & Braſauola decepti.

ſ L.37. c 11.

t Eidyll 10.

———Σύραν καλέουσι τὸ πάντες,
Ἰχναῖ, ἀλιόκτεωστον. ἐγὼ δὲ μόνος μελίχλωρον.

Vnde *u* Lucretius de amatorum miſeriis; qui amaſiarum vitia extenuant.

u Lib.4.

Nec ſua reſpiciunt miſeri mala maxima ſæpe.
Nigra, μελίχρους eſt, immunda & fœtida, ἄκοσμος.

Qui locus facit, vt Scholiaſtem legiſſe putem μέλιχλωρον, cum exponat ἐοικυῖαν καπὶ τὸ χρῶμα μέλιτι. Μελίχλωρος porro eſt gemma apud *x* Plinium, quam gemini coloris eſſe tradit. μελιτόεις & μελίπηρος melleus, mellitus, & vt Plinius quoque vertit, melligenus. Μελίφυρτος melle mixtus, μελίφρων, qui mellea dulcedine animum perfundit & oblectat: de quibus & aliis conſule theſaurum linguæ Græcæ, ex quo iſthæc excerpſimus. Mellona, vel vt *y* Arnobius

x L.37. c.11.

Mellona dea.

y L.4.contra gentes.

y Li.4.contragentes. Mellaria vrbs. z Plin. li. 3. capit. 1.

,, nobius legit, Mellonia, erat mellificationis dea: de qua ille sic: ,, Mellonia, dea est pollens, potensque in Apibus, mellis curans custodiensque dulcedinem. Dicite si omnino nou essent Apes, dea Mellonia non esset &c. Mellaria Plinio, Pomponio, & Antonino, vrbs Hispaniæ Bæticæ, in littore freti Gaditani, Ptolomæo corrupte μεσραλία, & μελλάρια Stephano. Stephanus Aquæus à mellis copia dictam scribit: vnde forte Morali Beiar de la miel nominatur.

VSVS IN SACRIS.

a Li.3 c.16. b L.28.c.27 Mel multorum fuit symbolũ. Leontica sacra. Saturnus melle consopitus. c L.4. de præpar. Euan. cap.3.

MArcus *a* Varro de melle loqueus, dulcissimum quod est, inquit, Dijs & hominibus est acceptum, quod fauus venit in altaria &c. *b* Cælius notauit Theologis priscis multorum symbolum fuisse mel, quoniam ex pluribus constet potestatibus. Nam vbi sacris initiabatur (quæ Leontica vocant) quis, aquæ loco in manus mel affundebant, ab omnibus noxijs sceleribusque ac tristitiam inferentibus sic expurgari arbitrantes. Linguam item melle detergebant ab omni peccati labe. Apud Orpheum Saturnus ab Ioue mellis appetitur insidijs; inde enim consopitur, velut temulentus: sicuti apud Platonem Porus nectare oppletus. Quo innuitur per voluptatem illam esse oblaqueatum, qua & ad generationem producantur diuina. Quantopere autem Dij mellis libatione gauderent, innuit Apollo apud *c* Eusebium Pamphilum:

——Mel vero Nymphæ atq; liquentia vina
Offerri latantur, ac ignem accendier aris
Quæ circumuolitant terram sibi numina quærunt
Imponiq; atrum corpus, tum thura simulq;
Injicier saltas fruges, & dulcia mella.

d In Ephemerid.

Idem innuit *d* Ausonius.

Nec thus cremandum pistulo
Nec liba crustis mellei
Foculumq; vini cespitis
Vanis relinquo altaribus.

Libum vnde fieret. Mel Baccho sacrificatum. e Li.2. Car. Ode. 18.

Libum autem illud fiebat ex farre, melle, & oleo. Μελίσπονδος libamentum mellis est. Sacrificabant autem mella in primis ex fauis & examinibus Baccho, quæ ex arboribus erant extracta. Atq; hoc est quod dicebat *e* Horatius:

——Euoe parce Liber
Parce gravi metuende thyrso.
Fas peruicaceis est mihi Thyadas,
Vinique fontem, lactis & vberes
Cantare rivos, atq; truncis
Lapsa cauis iterare mella.

De Baccho quoque canebat Tibullus:

Sic venias hodierne tibi dem thuris honores,
Liba & Mopsopio dulcia melle feram.

Bachus cur Bryleus vocatus. f Li. 3. Fast.

Bacchum nonnulli Bryseum appellatum putant ab antiquo verbo βρύω, quod est Scaturio, quia scilicet mella ex aluearibus, vel vinum ex vuis exprimere primus docuerit. *f* Ouidius non tantum mellis inuentorem facit, sed mel quoque ei sacrificari scribit his versibus:

Nomine ab authoris ducunt libamina nomen
Libaq; quod sacris pars datur inde focis.
Liba Deo fiunt: succus quia dulcibus idem
Gaudet, & à Baccho vina reperta ferunt.

Ægyptij quando mel comederent. g L. de Isid. & Osir. h In Eliacis. i L.3.c. 12. k Lib.13.

Ægyptij cum festum Mercurij celebrarent edebant mel & ficus, vt innuerent veritatem dulce quid esse, vt scripsit *g* Plutarchus. Eleos verò Dianæ in Prytaneo monte sacra facientes scribit *h* Pausanias, thura & melle subactum triticum adoleuisse, & aras oleagina fronde velasse, vinoque in libando vsos esse. In Asopo, in æde Eumenidũ, nisi mulso libare, & pro coronis flores vlurpare, licuisse legimus apud *i* Alexandrum ab Alexandro, Pluto quoque melle placabatur, vt meminit *K* Silius Italicus cum canit:

Duc prædicta sacra duroplacamina Diti
Mella simul tecum & puri fer dona Lyei.

Et paucis interiectis:

Ordine mactari pecudes iubet. Acer operto
Ante omnes taurus Regi &c.
Fundunt mella super, Bacchiq; & lactis honorem.

Placenta Cerbero cur oblata à mortuis. l Li.6. Aen.

Dabant etiam mellitam placentam mortuis, vt eam Cerbero offerrent, & vt ipse placaretur: vnde legitur apud Suidam: ἐσθίον ὅτι μελιτοῦττα ἐδίδοτο τοῖς νεκροῖς ὡς εἰς τὸν Κέρβερον. Ita Sybilla apud *l* Virgil. cum Ænea, ad inferos descendens, ne à Cerbero offenderetur:

Melle saporatam & medicatis frugibus offam
Obijcit.

Virgilius emẽdatus.

Ita autem legere malim cum Turnebo, quam sopotatam, vt omnes passim codices habent. nulla enim in melle soporandi facultas. At enim Maro intelligit, inquiunt, qui soporatam legunt non tantum melle soporatam offam esse, sed & medicatis frugibus. Sed non se expediunt. Esset enim necesse ista ratione vim etiam in melle soporiferam, & ex copulationis natura & conditione esse dicere. Nam Maro offam soporatam esse melle, & soporatam esse medicatis frugibus dicens, sic mandragoræ vim aut papaueris in melle poneret, quod aspernatur ratio, medicina improbat. Nunc itaque rationi, cui qui aduersatur, se & poetam inscitiæ condemnat, addi potest, quod in peruetusto Prisciani libro saporatam scriptum reperit idem Turnebus. Accedunt præterea alia quæ sic legendum esse suadent. Melle enim veteres in omni dulciario opere vtebantur, vt uos saccharo, illiusque condimento saporis gratiam palato parabant, & quæ tristioris erant & amarioris saporis, melle, quo minus offenderentur, condiebant, & imbibebant, sic medicamentorum virus emendabant, vt ex hoc *m* Lucretij in primis constat:

Mellis vsus ad dulcorandum.

Sed veluti pueris absinthia terra medentes
Cum dare conantur, prius oras pocula circum,
Contingunt mellis dulci flauoq; liquore.

m L. 1.

Sic Maga apud *n* eundem Virgilium papauer oblinit melle, vt auidius liguriatur a serpente.

n L. 4. Aen.

Spargens, inquit, humida mella sopor ferumq; papauer.

Humidum hic dixit mel, non soporiferum. Ex quo facile prior lectio restituitur. Vt enim hic mel ad condimentum papaueris adhibetur: sic illic ad gratiam saporis adici medicatis frugibus, id est papaueri & aliis id genus dubitandum non est. Quod si beneficium soporis in melle inesset, quid alijs frugibus opus esset? Saporata igitur offa dicitur, & medicatis frugibus, non quod frugibus saporata sit, sed hoc dictum accipio, vt

Sapotata offa cur dicatur.

Ille Quirinali lituo parvaq; edebat
Succinctus trabea.

non enim succingi poterat lituo: sic *Domus sanie, dapibusque cruentis.* Quo genere loquendi Maro vtitur. In multis tamen codicibus non me præterit, & medicatam frugibus, reperiri. Quod Pierius adnotauit; & nostram sententiam magis confirmat. Nam si frugibus medicata sit, non erit soporata melle. Apud *o* Valetium Flaccum etiam Medea melle venena temperat, & condit ad draconis epulas, inquiens:

o Li. 1. Argonaut. Venena melle temperata.

Et dabat hesterno luentia mella veneno.

Reis etiam venenum potatutis, simul cum eo mella mixta offerebant. *p* Ouidius de Socrate moituro:

p In Ibin.

Vtque duobus idem dictus mihi nomen habenti
Præfocent animæ Gnosia mella viam,
Sollicitoq; bibas, vultu, doctissime rerum
Imperturbato quod bibit ire reus.

Sed & Turnebi causam in primis adiuuat, quod mellita placenta, vt diximus, mortuis dari solet, qua Cerberum placarent. Deniq; *q* Septimius Florens, & Ammianus, qui poeticis vocabulis delectantur, saporare ex isto Maronis loco sumpsisse videntur: quorum ille sic scribit. Nemo venenum temperat felle, & elleboro, sed conditis pulmentis & bene saporatis, & plurimum dulcibus id mali inijcit. Et iste: in vita visi sunt sua asperi, vt neq; igni, neq; saporatis indigeant cibis, sed radicibus herbarum agrestium, & semicruda cuiusuis pecoris carne vescantur. Verum vt vnde digressa est, reuertatur oratio, alijs præterea Dijs offæ mellitæ, aut placentæ offerebantur. *r* Pausanias de Sosipoli Eliacorum genio. Ad Cronij montis, inquit, radices, Septentrionem versus, medio inter montem & thesauros spatio, Lucinæ fanum est. In eo Sosipolis patrius Eleorum genius certis celebratur honoribus. Ipsam certe Lucinam Olimpiam cognominant; quæque ei sacra faciat, annuam sacerdotem deligunt. Atanus ea, quæ Sosipolin placat, Eleorum ritu operatur: piamina infert, & apponit deo melle subactas offas. In antica sane templi parte est Lucinæ ara, & ad eam duplex hominibus aditus. Foris Sosipolis colitur: neq; ad eum aditus patet cuiquam, præterquam vni illi sacrificulæ, quæ capite & facie candido textili velata, ad numinis simulacrum accedit &c. Priapo hortorum deo liba offerebant, vnde apud *s* Calphurnium legimus

q Li. 3. de Spectac.

r In Eliacis. Sosipoli Deo mellite placẽta oblatæ. Lucina Olympia.

Liba Priapo oblata.

Nos quoq; pomiferi Laribus consueuimus horti
Mittere primitias, & figere liba Priapo
Rorant sfagos damus & liquentia mella,
Ne forte grata minus, quàm si caper imbuat aras.

s Eglog 2.

Et apud *t* Virgilium ait Thytsis.

Sinum lactis, & hæc te liba Priape quotannis
Expectare sat est: custos es pauperis horti.

t Eglog. 7.

Terminalia festa.

In terminalibus festis, quæ mense Februario celebrabantur, ara Deo Termino statuebatur à dominis vtriusque: ligna concisa focoimponebantur: igni fruges canistro inspargebantur: puella fauos porrigebat; aliqui & vinum. Numæ lege nullum animal immolabatur; vt Plutarchus & Halicarnasseus tradidere. *u* Ouidius tamen porcam, & agnam sacrificari ait his versibus:

u Lib.2. Fastorum.

Termine, sive lapis, sive es defossus in agro,
Stipes ab antiquis, tu quoq; nomen habes.
Te duo diuerso domini de parte coronant,
Bina; q; serta tibi, vinaq; dona ferunt.
Ara fit hic: igni curua fert rusticus ulmum,
Sumptum de tepidis ipse colonus focis.
Ligna senex minuit, concisaq; construit arte,
Et solida ramos figere pugnat humo.
Tum sicco primas irritat cortice flammas
Stat puer, & manibus lata canistra tenet.
Inde vbi ter fruges medios immisit in ignes
Porrigit incutos filia parua fauos,
Vina parant alij, libantur singula flammis
Spectant, & linguis candida turba fauet.
Spargitur & caso communis terminus agno,
Nec queritur lactens, cum sibi porca datur.
Conueniunt, celebratq; dapes vicinia supplex;
Et cantant laudes Termine sancte tuas.

Idem testatur Horatius, dum ait:

Vel agna festis cæsa Terminalibus.

Ambaruale sacrum,

Prudentius Terminum cingi fascijs solitum, & rogari pulmone Gallinæ scribit. Fuit & Ambaruale sacrum, quo maturis frugibus, cum lacte, vino, fauo libatum fuisset, porca grauida, aut vitula immolabatur, velut & Cereri porca præcidanea, priusquam seges

x Sympoſ. q.1. Nephalia cur diis oblata. Oſchophoria. y L.3.c.18. Mortuis mella infuſa. z Iliad.10. a In Iphig. in Tauric. act.3.

metereturx Plutarchus author eſt Græcos nephalia, id eſt, ſobria, & libationes melleas Diis offerre, quod vino maxime aduerſam naturam mel habeat. Athenienſes nonis Iulii Oſchophoria celebrant: in quibus oleæ ramum, paneficio, cotyla mellis, & ſtructuum primitiis onuſtum, per ingenuos pueros appendebant ciuitatis, vt ſcribit y Alexander ab Alexandro. Suidas dicit ὀχροφόρια feſtum ramorum, quæ ὄχεα vocantur, ſic dictum Latine, & ὀχροφόρους duos iuuenes ingenuos, & diuites, qui ſcilicet Mineruæ ſacros eos ramos ferebant, tanquam ramigeros Mortuis quoque mella infundebant Græci, Achilles in Patrocli funere apud z Homerum multa animalia mactat, iiſque excoriatis infundit mellis, & olei amphoras, atque ita cremat. Et Iphigenia apud a Euripidem inquit.

Πολύπτερ δ' σὺ κόσμε σὺν ὀθόνῃ πέφῳ
Καὶ τῆς ὀρείας ἀνθεμόρρυτον γάνος,
Ἄνθης μελίσσης εἰς πῦρ ἐκχαλῶ σέθεν
Sed multo tum ornatu decorabo tumulum
Et Apis populatricis montium
Liquorem floreum tuo infundam rogo.

Babylonii corpora ſua in melle ſepeliebant, cum vt à putredine tuerentur, tum etiam, vt innuerent animum omni dulcedine mitigandum eſſe, atque amoliendam omnem acerbitatem, & amaritudinem, cauendumque ne quid amittatur; quod inquinet eum, exulceret exaſperatue, denique corpus exercitandum eſſe, ne otio putreſcat. Contra mel erat apud Græcos ſymbolum mortis, vt fel vitæ, vnde mellis libamina terreſtribus infundebantur, quoniam per voluptates obrepat animæ mors, quæ per amaritudinem reuiuiſcat: nam & Diis offerebatur fel, aut quia mors laborum meta eſt, quibus exuberat vita. Solebant ad hæc veteres Calendis Ianuarii mella, caricas & caryotides, tum Deo, tum amicis elargiri, vt dulces noui anni dies à dulcibus auſpicarentur: at non veſcebantur modo melle, ſed condita eo etiam vina, vt innuit b Ouid. dum canit.

Dulcis anni votum.

b l.1. Faſto.

Quid vult palma ſibi, rugoſæq; carica dixi,
Et data ſub niueo condita mella cado.
Omen ait cauſa eſt, vt res ſapor ille ſequatur
Et peragat cœptum dulcis vt annus iter.
Dulcia cur dentur, video. ſtipis adiice cauſam
Pars mihi de feſto ne labat vlla tuo.
Riſit: & ô quam te fallunt tua ſæcula, dixit,
Qui ſtipe mel ſumpta dulcius eſſe putas.

Nuptiarũ ritus.

In nuptiali cœna papaueris ſuccum cum lacte & melle dilutum exhibebant, vt idem quoque nobis c Ouidius teſtatur, canens:

c L.4. Faſt.

Nec pigeat tritum niueo lacte papauer
Sumere & expreſſis mella liquata fauis.
Cum primum cupido Venus eſt deducta marito
Hoc bibit, ex illo tempore nupta fuit.

Hæc autem robur addere ad res Venereas docuit princeps Auicenna. Quemadmodum itaque apud gentiles mel Diis oblatum gratiſſimum fuit, & in multis, quorum aliqua enarrauimus, feſtis fuit vſus; ita è contra verus noſter Deus eius oblationem non tantum non admiſit, verum etiam, vt ſacræ literæ atteſtantur, prohibuit, quod ex ethnicis tetigit quidem d Plutarchus de Iudæis loquens, ſed veram rationem minime aſſecutus ait: Porro mel ſacrificiis non adhibent: quod de eius admixtione vinum corrumpi videatur, eoque libabatur, & ebrietas parabatur, antequam vitis extitiſſet. Opinabatur autem Plutarchus Iudeos Bacchum colere, eique ſacrificare: vnde ſubinde addit: Bacchum autem à Iudæis coli, id quoque argumento non leui eſt, quod inter multas pœnarum formas vna maxime odioſa eſt qua vino interdicitur damnatis ad certum tempus, &c. Cæterum cur melle ſacrificari noluerit ,, Deus, iam exponamus. Omnis oblatio inquit ſcriptura, quæ offertur domino. Quo loco Iſychius: Nihil communionis, inquit, vult habere doctrina Dei cum exteriori ſcientia Quod enim fermentum alienam doctrinam appellat, aperte ipſe dominus docuit, dicens e diſcipulis ſuis: Attendite à fermento Phariſæorum, ,, & Sabducæorum. Ipſis autem ignorantibus, quæ dicebantur, addidit. Nec dum intelligitis neque cognoſcitis, quia non de panibus dixi vobis. Et tunc cognouerunt, quia de doctrina Scribarum & Phariſæorum dixiſſet. Mel vero paganorum doctrinam intelligi, propter ſuauitatem verborum, & dulcedinem eloquii. f Salomon in Prouerbiis docet, dicens: Nec reſpicies ad mulierem ,, meretricem. Fauus enim deſtillans labia meretricis, & nitidius ,, oleo guttur cius, nouiſſima autem illius amara, quaſi abſynthium Nouiſſima autem quæ? quando videlicet inter veram ſapientiam & fictam, falſoque vtentem nomine, diſcernere cæperis. Nam licet Eccleſiæ in g Canticis Canticorum dicat, *Mel & lac ſub lingua tua*; non contradicit præſentibus, ſed & valde conſentit. Neque enim dixit in lingua tua, ſed ſub lingua, vt oſtenderet, quia paganorum ſapientia, & Iudæorum litera, linguæ Eccleſiæ, id eſt doctrinæ ſubiecta eſt. Ergo horum non vult integram Deo doctrinam offerri. Hæc Iſychius. Alii dicunt mel in Dei ſacrificiis non offerri, quia apud illum nihil voluptuoſum, nihil ſuaue huius mundi placet. Nihil enim, quod nou habeat mordacitatis aliquid, veritati acceptum eſt: vnde & Paſcha cum amaritudine manducatur. In quo ſenſu D. Hieronymus h in Epiſtola ad Euſtochium de acceptis munuſculis: Parua ſpecie, inquit, ſed caritate ſunt magna, munera accepiſſe à virgine, armillas, epiſtolam, & Columbas: & quoniam mel in Dei ſacrificium non offertur, nimia dulcedo arte mutata eſt, & quadam, vt ita dicam, piperis auſteritate condita. Apud Deum enim nihil voluptuoſum, nihil tantum ſuaue placet, niſi quod in ſe habet mordacis aliquid veritatis. Paſcha Chriſti cum amaritudine manducatur. Tetigit hoc quoque D. Ioannes Chryſoſtomus i his verbis, loquens de D. Ioanne Baptiſta: Locuſtas & mel quoque ipſe comedebat, non domeſticum, ſed ſylueſtre, inter feras, inter beſtias, non in domo, non in Eccleſia, ſed extra Eccleſiam. Sylueſtre enim mel deficiebat in lege, vnde & mel nunquam in ſacrificiis oblatum legimus. Miretur aliquis & dicat. Quare cum olcũ, cum ſimila, cum aries, cũ agnus, cum ſanguis pecudũ, cum cætera offeruntur in ſacrificio Dei, mel tantum non offerretur? Deniq; ꝗ dicit: Et quodcũq; offertur, ſale condirũ offertur in ſacrificio: & ſermo veſter ſit ſale conditus. Mel penitus non offertur. Mel ſane voluptatis inditium eſt, & ſuauitatis: ſemper enim voluptas mortificat; ſemper voluptas Deo non placet: quodcunque dulcedinem habet, in Dei ſacrificiis non offertur. Mel quidem ipſum videtur dulce eſſe, & ſenſum ſuauitate demulcens, ſicut & voluptas, ſicut & libido, ſicut & laſciuiæ. Mel videtur quidem hinc inde confectum eſſe de floribus, ſed ſi reſpicias inter ipſos flores & cadauera; & putredines habebunt, & cætera iſtiuſmodi. Ergo mel non ſolum de floribus, ſed & de quocunque voluptuoſo eſt. Videtur quidem ſuaue eſſe, ſed ſi diſcrimen reſpicias, mortiferum eſt. Hucuſque Chryſoſtomus. Quomodo vero mella Deo offerre poſſimus, ſic tradit k Rodulphus Flauiacenſis: Mellis quoque primitias Domino offerre poſſumus, cum (verbi gratia) ſimplici oculo edendi vſum ſuſcipientes, vt ſcilicet ad domino ſeruiendum vires corpori præbeamus, repente in voluptatem lapſi, gulæ deſiderio ſatisfacimus. Inde igitur venalis iſte reatus eſt, quod rectum noſtræ intentionis propoſitum, infirmitas humana detorſit in vitium. Quod ſi quis infirmior animi deſtinatione licitis vtatur voluptatibus, & delicatioribus cibis ſe aſſueſcens, gulæ illecebris ſeruiat, ſi eaſdem delitias ſuas indigentibus communicet, quaſi de melle offert domino munera: quæ tamen ſuauitatis odorem nequaquam domino exhibeant, ſed reatum diſſolutionis illius vtcunque excuſent. Non enim magni eſt eleemoſyna meriti, quæ eſt ſuperabundanti, & cum nimia delitiarum reſolutione tribuitur. Illa omnino, illa accepta eſt, quæ ſic indigenti conſulitur, vt & tribuentis nonnulla indigentia ſubſequatur. Et fermentitaque & mellis primitias domino, muneraque offerimus, cum quædam noſtra reprehenſibilia, bonis ſuis principiis coram domino humiliter excuſamus, & ſi quid perperam conſummauimus, poſtea in vſum virtutis conuertentes, culpam præcedentem boni operis ſubſequentia tegimus. Neque fermentum, neque mel coram domino ponitur in altari: quia quod vitioſum eſt, nunquam à domino poterit approbari. Cæſar Baronius S. R. E. Cardinalis Claudium quendam prius Chriſtiani nominis hoſtem, ac inimicum, cum à Caio Pont Max. fidei Chriſtianæ initiaretur, obtuliſſe Deo ſacrificium ſcribit, & conſecraſſe corpus, & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & lac & mel, & fontem. Aitque ſe hæc ipſa verba reddidiſſe ex Actis ipſis, quo illius Eccleſiæ conſuetudinis vſus, cuius meminit l Tertullianus, eiuſmodi relinquatur teſtatus exemplo. Ille quidem recenſens antiquas in Eccleſia Catholica præſcriptas conſuetudines, cum de baptiſmatis ritibus locutus eſt, addidit: Inde ſuſcepti lactis, & mellis concordiam præguſtamus, &c. Typum quidem hæc gerebant, quod per baptiſmi gratiam, qui antea erant filii iræ, habitantes (vt ait Pſalmus) in terra deſerta, loco horroris, & vaſtæ ſolitudinis: per baptiſmum terram illam promiſſionis viderentur ingreſſi, quam lacte, & melle manantem, præ ſui excellentia, diuina ſcriptura nominare conſueuit.

Mel cur Deus ſibi ſacrificari noluerit.

d L.4. Sympoſ.q.5.

e Matt. 6.

Mel paganorum doctrinam notat.

f Prou.5.

g Cant.4.

Quæ Deo placeant offerri & quæ non.

h Epiſ.19.

A

B

C

D

E

i Homil.2. in Marc.

Mel voluptatis inditium.

k In Commento.

Antiquus baptizandi ritus.

l De coron. milit.

MORALIA.

Mel & fauus apud Theologiæ doctores plura ſignificant. Simul poſita vtrumque teſtamentum adobumbrant, vt habemus apud Caſſiodorum exponentem hæc verba diuini Pſaltis: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel & fauum. Spiritualibus, inquit, delitiis magna vbertate ſaginatus populus beatus exclamat. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua " Dicendo, quam magnam quidem dulcedinem ſibi eſſe profeſſus eſt, ſed nunquam lingua potuiſſet exprimere. Nam, cum omnis guſtus ſapiat in palato, conſiderandum eſt hic, quare dixit, *Faucibus meis* Fauces enim ſunt gutturis noſtri via, vbi iam deglutita dulcedo nulla ſentitur. Sed quia de eloquiis domini erat abſolute dicturus, mirabiliter illam partem poſuit, vt cito ad cordis noſtri penetralia peruenirent. Eloquia enim Domini non in palato ſapiunt, ſed magis cum fuerint deglutita, dulceſcunt. Super mel & fauum ori meo. Mel ad vetus, fauus ad nouum pertinet vtique teſtamentum. Nam licet vtraque ſint dulcia, tamen faui ſapor eſt ſuauior, quia gratia nouitatis maiore cumulatur. Poteſt etiam per mel intelligi aperta doctrina ſapientiæ, per fauum vero, quæ in quibuſdam profundis cellulis probatur eſſe recondita. Quod vtrumque in ſcripturis diuinis non eſt dubium reperiri. Addidit, *ori meo*, quando reuera ipſam ſapientiam, quam faucibus deglutiuerat, ore prædicabat. Significat præterea fauus etiam allegoricam locutionem, iuxta illud: Comede fili mi mel, quia bonum " eſt, & fauum dulciſſimum gutturi tuo: ſic & doctrina ſapientiæ " animæ tuæ, quam, cum inueneris, habebis in nouiſſimis ſpem, " & ſpes

Teſtamentum nouũ & vetus per mel & fauum notantur.

Mel eſt aperta doctrina ſapientiæ.

Fauus eſt allegorica doctrina.

,, & spes tua non peribit. Vbi D. Hieronymus hoc pacto scribit, Patet facillime, quare doctrinam sapientiæ, melli comparet & fauo, quia nimirum, sicut illud cibis, ita hæc doctrinis cæteris dulcedinem præstat. Sed hoc inter vtriusque significantiam distat, quia mel, quod in promptu est ad comedendum, mortalem literæ superficiem insinuat: fauus autem, in quo mel de cera exprimitur, allegoricam locutionem figurate denunciat, vt subducto literæ velamine, suauitas senlus spiritualis aliquanto cum labore, vel mora percipiatur. Hæcille, & rursus ad illa *a* verba. *Ne intenderis fallacia mulieris. Fauus enim destillans labia meretricis*: Recte, inquit, sapientia huius mundi, atque concupiscentia eius, fallax mulier dicitur, quæ per nitorem gloriæ temporalis, & peccati dulcedinem, animas reproborum, dum demulcet, à Deo meretricari facit, & de vana spe præsentis sæculi deceptos fallit. Aliter. Cum in ore hæreticorum dulcedo eloquentiæ, non ad sufficientiam solummodo, verum etiam ad superfluitatem resonat, ob id falsitas, quia apte proferri cernitur, veritas à stultis existimatur. Et eodem in libro scriptum est. *b Fauus mellis, verba composita, dulcedo animæ, sanitas ossium.* Multi, inquit idem Diuus Hieronymus, per eloquentiam pollunt amantibus, & fauentibus suauiter pronunciare bona, quæ ipsi non amant, ea autem solum verba ad sanitatem ossium suorum, hoc est, ad virtutum tuarum spiritualia incrementa proficiunt, quæ ex interna animæ tuæ dulcedine procedunt. Et rursum alio in loco iuquit. *Anima saturata calcabit fauum, & anima esuriens, etiam amarum pro dulci sumet.* Hoc est, anima diuitum, vt idem ait Hieronymus, qui habent consolationem suam, & quibus dicitur à domino: *Væ vobis, qui saturati estis, quia esurietis, spernit auditum cœlestis regni dulcedinem.* Anima autem eorum, qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, etiam aduersa seculi pro domino, imo etiam ipsam mortē perpeti, dulce habet sciens se per poculum amaritudinis, ad gaudia perpetuæ salutis esse venturum. Et Diuus Ambrosius, exponens illud Psalmistæ: *Quam dulcia faucibus meis verba tua, super mel & fauum ori meo.* Et bene, inquit, dulcia, quibus prædicatur remissio peccatorum, vitæ perennitas, resurrectio etiam defunctorum, quæ perpetuæ mortis, & acerbæ, amaritudinē temperant. Per hæc, mortem cœpimus non timere, qui cœpimus dicere. *Vbi est mors victoria tua?* Et bene faucibus dulcia, eo quod intimis infusa viscerib. gratia spiritualis sit. *Super mel & fauum*, inquit, *ori meo dulcia.* Et ideo, quia nobis dulcia verba tua esse cœperuut, dicit ad Ecclesiam *Fauum destillant labia tua sponsa.* Qui sit fauus, docet nos Salomon. Tu enim dixisti: *Fauus mellis, sermones boni.* Et vere bonus fauus, quem manducat Ecclesia, multorum prophetarum, velut Apum spirituali vbertate congesta melle, redolentem. Hoc est mel, de quo ait. *Manducaui panem meum cum melle meo, bibi vinum cum lacte meo.* Mysticus sermo cœlestium scripturarum sicut panis est, qui confirmat cor hominis, velut fortior cib. verbi. Suasorius autem ethicus dulcis, & mollior, eo quod Ethica prædicatione, mētis interna mulcentur. Amara febribus, id est, pœnitentia delictorum, miti corda sermone dulcescunt. Stillant mel labia prædicantis quando collisa duris casibus, vel ruinis, lapsæ animæ membra refouentur. Est etiam vis feruentior verbi, sicut & vini, &c. Et paucis interiectis, Recte ergo, iuquit sponsæ dicitur: *Fauum destillant labia tua, mel & lac sub lingua tua.* Os enim iusti destillat sapientiam, de ore iusti suauitatis, & misericordiæ mella procedūt; In ore iusti nullus dolus, nulla fallacia, nulla est amaritudo peccati. Audit Ecclesia verba iusti, audit plebs Dei præcepta sapientis, delectatur alloquii suauitate, moralis disputationis iocunditate mulcetur, dicens: *Quam dulcia faucibus meis verba tua super mel & fauum ori meo*: quia mel Apum ad horam delectat, sed cito sapor eius euanescit, & pleruuque viscera vitiosa læduntur: verborum autem mortalium, etsi pungunt mella, non læduntur. Cognosce tamen cui illa creduntur, Scriptum est enim. *In aurem insipientis nihil dicas, ne quando irrideant prudentes sermones tuos. Euomet enim, & reijciet sermonem tuum stultus, qui eius non potest sentire suauitatem.* Et Diuus Augustinus exponens eundem Psaltis locum, *Et dulciora super mel & fauum.* Et siue (iuquit) quisque iam sit mel, qui iam solutus vinculis huius vitæ, expectat diem. quo veniat in epulas Dei, siue adhuc sit fauus, vt quasi cera circumplicetur hac vita, non huic concretus, sed impleus eam cum opus sit aliqua pressura, non opprimentis, sed exprimentis manus Dei, qua de temporali vita in æternam eliquetur, dulciora illi sunt iudicia Dei, quam, sibi ipsi est, quia super mel & fauum illi dulciora sunt. Et exponens illud eiusdem Psalmistæ: *Quam dulcia faucibus meis verba tua* (vel quod Græco expressius) *eloquia tua super mel & fauum ori meo.* Hæc est, inquit, illa suauitas, quam Deus dat, vt terra nostra det fructum suum, vt bonum vere bene, id est, non mali carnalis formidine, sed boni spiritualis delectatione faciamus. Nonnulli sane codices non habent fauum, sed plures habent mel. Melli autem est similis aperta doctrina sapientiæ, fauo vero occulta doctrina sapientiæ, quæ de abstrusioribus sacramentis, tam de cellis cereis ore disserentis, velut mandentis exprimitur, verum ori cordis, non carnis est dulcis. Christus post resurrectionem spectantibus discipulis suis de pisce assato, & fauo mellis comedit, vt Luc. 24. scriptum est, non φυσικῶς, inquit, Theophilactus, quoniam cibo amplius non indigebat, sed οἰκονομικῶς, nempe, & resurrectionis, & veri sui corporis confirmandi gratia. Fauus autem ille ex Apibus interprete Theophilacto, γλυκεῖον τοῦ θεοῦ λογίου, id est dulcissimorum oraculorum diuinorum fuit symbolum. Nam vt κηρίον κηφωῶδες, fauus ex Fucis, sapientiæ Græcanicæ, ita κηρίον μελίσσιον sapientiæ diuinæ est symbolum. Origenes ad ea verba: *Butyrum & mel comedet.* Quomodo, inquit Christus prophetatur butyrum, & mel comesturus? Si hoc fuerit expositum, domino tribuente, rursus ea quæ sequuntur, aliam nobis ingerent quæstionem. Vtinamque omnes faceremus illud, quod scriptum est: *Scrutamini scripturas.* Plura ex corporalibus cibis nominata sunt in scripturis pro escis spiritalibus. Quasi modo nati paruuli rationabile sine dolo lac desyderate. Ergo & sine dubio lac rationabile. Et oportet nobis istius modi lac quærere. Rursum in prouerbiis de Melle scriptum: Mel inueniens, comede quod sufficit, ne forte plenus euomas. Non curauit Spiritus sanctus de melle isto, quod notum est, ne forte plus comedamus? Sed sciens vtique Spiritus sanctus mel spirituale, ait: *Mel inueniens comede quod sufficit.* Quid autem sentiens spiritus Sanctus præcepit nobis, vt si inueniremus mel (inuenibile est siquidem mel) comedamus: quid sufficit? *Vade* (inquit) *ad Apem & disce quomodo operatrix est.* Et inueniuntur Prophetæ Apes esse. Fingunt siquidem ceras, & mella conficiunt, & si audenti mihi expedit dicere, faui eorum scripturæ sunt, quas reliquerunt. Et volens veni ad scripturas, & inueni mel. Sed comede mel: Et in prouerbiis rursus dicitur: *Bonus enim est fauus, vt indulcentur faui.* Cui putas ne hoc dicit Spiritus sanctus, *Comede mel, quod in vsu est bonum enim est?* Ego non audeo dicere, quia de melle corporeo mihi præcipit Spiritus sanctus: *Comede mel*: Ecce non habeo; aut certe naturæ huiusmodi sum. vt de melle comedere non possim, qua ratione mihi dicit, *Comede mel, & noli comedere carnes, sed comede filii mel, bonum est enim.* Si videas Apes propheias, & opus eorum mella vel fauos tunc videbis quomodo pro dignitate Sancti spiritus intelligas, *Comede mel fili, bonum est enim.* Si quis meditatur eloquia diuina, & nutritur sermonibus scripturarum, complet mandatum diuinum, iubens, *Comede mel fili*, & faciens, quod iussum est, potitur sermone qui sequitur: bonum est enim *Quia bonum est hoc mel*, quod in scripturis inuenitur. Quod autem dicitur: *Vade ad Apem*, istiusmodi est. Est quædam, vt ita dicam, Apis super Apes, & quomodo inter Apes rex quidam est, qui nominatur esse rex: sic princeps Apum dominus meus est Iesus Christus, ad quem mittit me Spiritus sanctus, vt comedam mel: bonum est enim, & fauus eius, vt indulcentur fauces meæ. Et forte subtiliores litteræ faui erunt, mel vero est, qui in his est intellectus Iste porro, qui natus est ex Virgine Emmanuel, butyrum & mel mādūcat, & quærit ab vnoquoque nostrum butyrum manducare. Quomodo à singulis nostrum butyrum quærit, & mel, sermo edocebit. Opera nostra dulcia, sermones nostri suauissimi, & vtiles, mella sunt, quæ manducat Emmanuel, quæ manducat iste, qui natus est de virgine. Si vero sermones nostri amaritudine pleni sint, ira, animositate, molestia, turpiloquio, vitiis, contentione, dedit in os meum fel, & nō comedit de his sermonibus seruator Comedet autem seruator de sermonibus, qui sunt apud homines, si fuerint sermones eorum mel. Et Diuus Hieronymus super illud Ezechielis. *Similam & mel, & oleum comedisti &c.* Post vestitum, inquit, ciborum curam gerat, vt comedat Hierusalem similam, mel & oleum: vel per partes, vt plærique æstimant, vel commixtione ttium, dulciorem pauem, qui panis de cœlo descendit. ae sub tribus, nominibus, vt nonnulli putant, sacramentum indicat Trinitatis; non quo alia, atque alia substantia sit, sed quo diuersis simile, & mellis, & olei nominibus, Patris, & Filii, & Spiritus sancti vna dulcedo monstretur. Et hoc animaduertendum, quod in multis sacrificiis offeratur similа, medulla frumenti, atque purissima: de qua scriptum est: *Et frumenti saturauit eos*: non de hordeo, nec de farina, quæ tunc solum offertur, quando maritus zelotypiæ spiritu commouetur. In Iudicum volumine Deboram legimus, quæ interpretatur Apis; cuius prophetia mella dulcissima sunt, & refertur ad Spiritum sanctum qui apud Hæbræos appellatur genere fæminino Ruach. *c* Arboreus exponens ea Salomonis verba: Comede fili mi mel, quia bonum est, & fauum dulcissimum gutturi tuo. Sic & doctrina sapientiæ animæ tuæ quam cum inueneris, habebis in nouissimis spem, & spes tua non peribit. Terra, inquit, promissionis, in qua regnauit Salomon, fluebat melle, & lacte, quibus exprimebatur vbertas, & suauitas illius terræ. Et hoc in loco Salomon confert doctrinam sapientiæ optimo melli, & fauo suauissimo. Nam quemadmodum mel cibis dulcedinem, sic doctrina sapientiæ cæteris disciplinis miram suauitatem adferi: quam qui assiduis studiis, & duris laboribus inuenit, in ciusque exercitio, & iugi meditatione, & bonis operibus optime proficit, spem habet assequendi felicitatem æternam: nec spes vlla peribit. Et enim spes est certa expectatio futuræ beatitudinis. *d* Beda quoque per mel eliquatum intelligit patentem sapientiæ doctrinam, per fauum vero occultam sapientiam doctrinæ, quæ abstrusioribus sacramentis, sicut mel in fauo claditur. Est item fauus diuinitas Christi in humanitate, vt notauit Ludolphus Saxo ad ea verba. *At illi obtulerunt ei partem piscis assi* (cuius forte, & aliam partem comederant) *& fauum mellis.* Fuerunt autem ei hæc, inquit, dito conuenienter oblata: ipse enim erat piscis assus, per naturæ humanæ passionem: sed fauus mellis, per naturæ diuinæ dulcedinem. In fauo quippe mellis vtraque natura suæ personæ exprimitur: fauus enim est mel in cera: hoc est diuinitas, seu diuinitatis dulcedo in humanitate. hæc autem duo Domino oblata, significant duo, quæ & nos debemus domino offerre, scilicet piscem assum, per carnis mortificationem, & fauum mellis, per mentis deuotionē: vel in cibo suo Dominus pisci asso coniungi voluit fauū mellis: quia ipse, vt piscis latere dignatus est in aquis humani generis, & tundi mūdi fluctib. ac capi laqueo nostræ mortis, & assari igne, & tribulatione sua passionis, & decoqui in ara

a Prouer. 5.

Fallax mulier quæ in sacris dicatur.

b Prouer. 16.

Os iusti destillat sapientiam

Christus cur mel comederit, & piscem assatum.

Lac rationabile & desiderabile.

Prophetæ Apes, Faui sunt scripturæ

Apes super Apes.

Farina hordei quando offeritur.

c In Comēt. in Prouer. Salom.

Mel doctrina sapientiæ.

d In Cōment. Psal. 19.

Fauus est diuinitas Christi in humanitate.

in ata crucis. Et qui piſcis aſſus fuit in paſſione, fauus mellis, & melle dulcior nobis extitit in reſurrectione. Piſcem ergo aſſum, & fauum mellis ei offerunt, qui fidem paſſionis, & reſurrectionis eius tenent; vel ſecundum Theophilum, per piſcem aſſum ſignificat vitam actiuam, conſumentem noſtram humiditatem laborum prunis: contemplationem vero ſignificat per fauum mellis propter dulcedinem eloquiorum Dei, & manducauit coram eis, per quod ſe oſtendit habere corpus viuum, anima vegetatiua animatam. Sed hæc ſupra tetigimus ex Theophilacto: Mel item humanæ laudis ſauorem denotat D. *e* Bernardo ad ea verba: Mel inueniſti noli multum comedere, ne forte ſatiatus euomas illud. Poteſt, inquit, hoc loco non incongrue mellis nomine, ſauor humanæ laudis intelligi. Meritoque non ab omni, ſed ad immoderato mellis huius edulio prohibemur. Eſt enim cum vtiliter humanas laudes recipimus, fraternæ duntaxat intuitu charitatis, & ad ſalutem eorum, qui nobis præterea facilius acquieſcunt. Hac ergo parcitate ſeruata, mellis huius moderata comeſtio non nocebit. Si quid vero amplius eſt, à malo eſt, & in perniciem conuertetur. Inuento enim melle immoderatius veſcitur, quiſquis omnino apponens cor ſuum ſauore humanæ laudis inflatur, increaſſatur, impinguatur, à quo ſe propheta ſanctus cuſtodiri deprecatur à domino, non quidem mellis, ſed olei ſatis vicina appellatione, ne, ipſum (quem prædiximus) ſauorem exprimens: vbi *f* ait: *Oleum autem peccatoris, non impinguet caput meum.* Vis noſſe, quando euomar immoderatus epulator mellis edulium, quod vſque ad ſaturitatem ſumens, modum parcitatis exceſſit? Tunc ſine dubio laudes, quibus ſatiebatur, non alium fructum quærens, ſed ſauore ipſo contentus humano, tunc (inquam) multa cum anxietate euomit, quod cum pernitiosa delectatione comedit, cum alium quemlibet laudare audiens, inuidia contabeſcit. Mens enim dedita vanitati, & arrogantia tumens, laudem alterius, ſuam reputat vituperationem. Eleganter ſancti exprimuntur per fauum illum mellis in ore Leonis à Samſone interempti, vt oſtendit Iacobus de Vitriaco Cardinalis, in concione habita in die ſancto Paſchæ Hodie, inquit, Samſon noſter hoſtibus ſuis maxilla aſini interfectis, id eſt, patientia, quam exhibuit, & cruce, quam pertulit, & Leone, id eſt diabolo, dilaniato, ſauum mellis de ore Leonis extraxit, dum cum ſanctis ſuis victor ab inferno remeauit. De comedente enim exiuit cibus, & de forti egreſſa eſt dulcedo, id eſt, de inferno, qui animas deuorabat, & abſorbebat, Sancti egreſſi ſunt, qui per examen Apum, quod inuenit Samſon in ore Leonis intelliguntur. Intelliguntur & per fauum, quem deſtillant labia ſponſæ, doctores Eccleſiæ ſanctæ, vt docet Theodoretus in explicatione huius loci: *Fauum deſtillant labia tua ſponſa mel: & lac ſub lingua tua.* Eccleſiæ, inquit, doctores ſignificat, qui piam tradunt diſciplinam, & quaſi fauos Apum in labris gerunt, & mellis defluunt ſtillis: Nec vero mel tantum habentes, ſed etiam lac: cuique cibum promunt ſalutarem, & cum infantibus commodum, cum perfectis etiam congruentem. Iam ſaui mellis, qui in doctorum geſtantur labris, ſunt diuinæ ſcripturæ, quæ continent Apes tum ceræ, tum mellis effectrices, ſacros nimirum prophetas, & Apoſtolos, qui per Spiritus ſancti prata volitantes, & diuinarum ſcripturarum conſtruentes cellas, eaſque doctrinæ melle, ac nectare diſtendentes vtilitatem ad nos tranſmiſerunt. Ac ceræ quidem litera videtur ſimilis, melli vero ſenſus, qui in eo reconditus eſt. Huius mellis ſtillæ piorum doctorum è labris manant: eorum item è lingua lac fluit indigentibus lacte. Sicille, & Pſellus ſete in eodem ſenſu ad eadem verba: Docendi, inquit, rationem ac modum ſeruant labia tua ſic inſtructum, vt ab Apicula ſauum confectum cernimus. Neque enim vnica ratione cunctis audientibus affers vtilitatem; ſed pro cuiusque modulo te ſingulis accomodas, vt & perfectioribus, & rudioribus ſatisfacias. Ac mentem quidem eorum, qui ſunt perfecti diuinioribus verbis, tanquam melle, dulciſſimam reddis. Qui vero rudes, tyronesque ſunt, eorum animos tanquam lacte naturalibus exples inſtitutis. Duplex hæc igitur, nempe diuinior & humanior docendi ratio, ita viget ſub lingua tua, vt eas haud intempeſtiue promas, ſed opportune, atque accommodate ad eorum, quæ inſtituuntur, vtilitatem. Et Beda ad ea verba, *Fauus deſtillans labia tua ſponſa.* Fauus, ait, mel in cera eſt, mel autem in cera, ſpiritalis eſt diuinorum eloquiorum ſenſus in litera, qui recte fauus deſtillans dicitur. Deſtillat quippe fauus, cum plus habet mellis, quam illæ cæteratum thecæ capiant: quia talis nimirum eſt ſanctarum ſæcunditas ſcripturarum, vt verſus, qui breui in linea ſcribi conſueuerat multas impleat paginas, ſi diligentius ſcrutando expreſſus, quantam interius dulcedinem intelligentiæ ſpiritalis contineat, probetur. Et paucis interiectis Fauus ergo, non ſolum plenus melle, ſed etiam deſtillans, labia ſunt ſponſæ; cum doctores Eccleſiæ, vel in figuris legalibus, vel in dictis propheticis; vel in ipſis domini verbis, ſiue factis myſticis multiplicem interioris ſuauitatis copiam ineſſe demonſtrat, atque ex his dulciſſimas membris eius fidelibus, id eſt, bonis auditoribus, ac ſaluberrimas mentis epulas parant. Nec repugnat, quod ſupra ſponſæ labia vittæ, & nunc comparantur fauo: cum hic ſatiando ſauces delectet, illa crinis vincendo conſtringat: iſte intus reficiat; illa foris liget. Iidem namque doctores, & vittæ ſunt in præceptis ſalutaribus; & fauus in promiſſis cœleſtibus. Vittæ, cum nos à fluxu carnalium voluptatum refrenant: fauus, cum ſupernorum nobis gaudiorum dona promittunt. Item vittæ ſunt in eis, quæ aperte agenda, vel vitanda eſſe docent: fauus in illis, quæ typice geſta vel dicta, quid intus arcani ſalutaris habent, paudunt. Et rurſus in expoſitione ſententię ſubſequentis: *Mel & lac, ſub lingua tua*, In lacte, inquit, eruditio paruulorum: in melle ea, quæ perfectioribus competit, doctrina ſignatur. Docet Apoſtolus de lacte, cum quibuſdam à fide lapſis improperando dicit, Et facti eſtis, quibus lac opus ſit, non ſolido cibo. Docet de melle ſapientia, cum dicit, ſicut qui mel multum comedit, non eſt ei bonum: ſic qui ſcrutator eſt maieſtatis, opprimetur potentia. Non autem mel comedere, ſed multum comedere vetat: quia non omnimodo maieſtatem Dei ſcrutari prohibemur, præſertim cum ipſi in laude iuſtorum canatur, Magnificentiam maieſtatis tuæ, & ſanctitatem tuam loquentur; ſed a tentandis, his quæ menſuram noſtram excedunt, reuocamur. Vnde & alias de amatoribus ſapientiæ cœleſtis ait: Mel inueniſti, comede quod ſufficit tibi, ne ſatiatus euomas illud. Bene autem mel, & lac ſub lingua memoratur habere. Habet euim in lingua verbum Dei, cum loquendo profert: habet ſub lingua, cum ſedulo in corde, quæ proferri debeant, meditatur habet mel, & lac ſub lingua, cum recte uouit diſcernere, quæ incipientibus, quæ ſint dicenda proficientibus: quæ item eis, qui in ſcientia ſunt eius, & charitate perfecti. Atque hæc ipſa, vbi tempus congruit miniſterio linguæ pro audientium capacitate diſpenſat. Ait idem *g* alibi Beda, Mel iucundum ſanæ menti, non ſebricitanti. Eſt enim inquit, mel aliquis, qui iam ſolutus à vinculis huius vitæ, tanquam à ſauo expreſſus expectat diem, qua veniat in epulas Dei, Fauus vero eſt ille, qui adhuc circumplicatur in hac vita non concretus ei, ſed implens eam. Mel ſylueſtre quod comedebat Io. Baptiſta in deſerto, ſunt folia arboris, inquit, idem *h* Beda, miræ dulcedinis, quod doctrinæ Ioannis nimiam ſuauitatem oſtendit. Ioachim per Locuſtas, & ſylueſtre mel intelligi vult ſcientiam exteriorum, per mel domeſticum, & piſcem aſſum, quem comedebat Ieſus Chriſtus, ſapientiam interiorum. Aitque ſcientiam exteriorum reſpicere ad ſecundum ſtatum; interiorum ad tertium. Vel mel illud ſylueſtre, quo veſcebatur D. Io. Baptiſta typus eſt iuſtitiæ terrenæ, & veteris teſtamenti: ſicut domeſticum & piſcis aſſus quo veſcebatur, Saluator, iuſtitiæ cœleſtis, & noui teſtamenti. Ad priorem reſpexiſſe mihi videtur. D. Auguſtinus in enatratione huius *i* Dauidici, *Et de petra melle ſaturauit eos*: O ingratos, inquit, cibauit ex adipe frumenti, & de petra melle ſaturauit eos. In Eremo de petra aquam produxit, non mel. Mel ſapientia eſt primatum dulcoris tenens in eſcis cordis. Quam multi ergo inimici domini mentientes domino cibantur, non ſolum ex adipe frumenti, ſed etiam de petra melle, de ſapientia Chriſti: quam multi delectantur verbo eius ex cognatione ſacramentorum eius, ſolutione parabolarum eius, quam multi delectantur, quam multi clamant? Et non eſt hoc mel de quolibet homine, ſed de petra. Petra autem erat Chriſtus. Quam multi ergo ſatiantur de melle iſto, clamant, dicunt, Suaue, eſt dicunt, nihil melius eſt, nihil dulcius, vel intelligi, vel dici potuit. Et tamen inimici domini mentiti ſunt ei, &c.

Piſcis aſſus vita actiua.

Mel fauus humanæ laudis.

Sancti per fauum mellis denotati.

Doctores Eccleſiæ per fauum denotatur.

Ceræ litera ſimilis, melli ſenſus.

Doctores vt vittæ dicantur.

Mel multũ comedere iuſſi.

Chriſtus eſt petra.

Melli & felli qui ſimiles.

Melle eloquentia denotatur.

Pindarus cur melle & lacte paſci voluit.

SIMILITVDINES.

ELegans in primis ſimilitudo legitur apud *a* Plutarchum de vero amico, & melle his verbis: Vera & amici propria libertas peccantes adoritur, adſertque ſalutarem & tutelarem dolorem, mellis in morem: quod cum vlceroſas partes mordeat, atque expurget, cætera vtile eſt, ac dulce. Comparatur non minus illepide mel amori proſpero, fel quem dolor exagitat, vnde dicebat lepidiſſimus *b* Plautus:

Namq; Ecaſtor, amor & melle, & felle eſt fœcundiſſimus.
Guſtu dat dulce: amarum ad ſatietatem vſq; aggerit.

Quam eandem ſimilitudinem exactiſſime expreſſit *c* Torquatus Taſſus, ſed pro felle habet abſynthium, ſed non refert, vtrumque enim eſt amariſſimum; & ab vtroque remedia à medicis accipiuntur. Canit autem:

Ahi crudo Amor, ch' egualmente n' ancide
L' aſſenzio e' l mel, che tu frà noi diſpenſi,
E d' ogni tempo egualmente mortali
Vengon da te le medicine e i mali.

Melli & felli optime etiam aſſimilantur ij, qui aliud habent in ore, aliud in corde, hypocritæ, videlicet & ſycophantæ, qui, cum blandiuntur, intus peſſima nobis mala machinantur. In hoc quoque ſenſu idem dicebat Comicus:

In melle ſunt lingua ſita voſtra, atq; orationes:
Cordà in felle ſunt ſita atq; acerbo aceto

Atque hoc eſt, quod dicunt Hetruſci:

Hauer il miel in bocca, & il raſoro à cintola.

Et *d* Auſonius in contrario ſenſu ſimili vſus eſt ſimilitudine de Nepotiano Grammatico.

Facete, comis, animo iuuenili ſenex
Cui fellis nullo, melle multo mens madens
Ætatem per omne nil amarum miſcuit.

Melle eloquentiam & facundiam denotari; atque aſſimilari, tam notum eſt, vt probatione non egeat: adducam tamen authoritatem: *e* Symmacus de ſtylo Ciceronis: erat quippe in his oblata Tulliano melli ſeſtiuitas. Eleganter *f* Statius:

Et mixta riſu lachryma? penituſq; loquentis
Hyblæis vox mixta fauis.

Et ex Hetruſcis *g* Taſſus:

Comincio poſcia, e di ſua bocca vſcieno
Piu che mel dolci, d' eloquenza i fiumi.

Ad quod reſpiciens Pindarus, melle & lacte paſci voluit; quanquam hoc etiam alii interpretentur, vt lac fœcunditatem mel labore artem partam ſignificet.

a *Li. de aduſ. lat. & amic. diſc.*

b *In Ciſtellaria.*

c *Cant. 4.*

d *In Tuſcul.*

e *In Epiſt.*

f *Li. 2. Sylu.*

g *Cant. 2.*

e *Serm. 47. parua. ſerm.*

f *Pſal. 140.*

g *In Comm. Pſal. 118.*

h *In Commento.*

i *Pſalm 81.*

PROBLE-

PROBLEMATA.

Quærit *a* Aristoteles, quam ob causam cum mel tenacius, quam aqua sit, farina mulsa subacta rigidior reddatur, vbi decocta est, quam aqua subacta? An quod, inquit, aqua feruore ignis cogitur, atq; consistit: mel contrahit quidem, sed non sine assiccatione: itaq; rem facit rigidiorem: causa namq; rigoris in siccitate est. Aliud ex *b* Alexandro Aphrodisæo: Mel cur vlceribus acre, gustui dulci sentitur? Quoniam vlceribus horridis, resiccatisque, mellis tenuitas occurrit: tenue autem omne acre est. At gustus quia humidus est, mellis percipere potest leuitatem *c* Idem quærens, cur à regio morbo laborantibus mel sentiatur amarum? quia, inquit, eorum lingua bile amara reduudat. Aliud *d* Antonij Ludouici Olyssiponensis medici, Cur vinum, quod in medio natat, mel quod in imo sidet, oleum quod in alto fluitat, longe antecellunt? An quia vinum quodcunque in fundo subsistit, crassiusculum id fæculentumq; & vapidum est, quod vero in summo defertur, ab aere circumstante, & potissimum si calidior sit, afficitur, & à sua natura permutatur. Vnde & agricolæ dolia humo defodiunt, atque recondunt, & cellas vinarias ad Aquilonem obuertunt, ne ab aere prompte patiatur. Quod autem in medio est, nec crassitie fæcis præditum, nec ambientis iniuria alteratum, haud immerito præstantius est. Ad hæc fæces (quas floces antiqui dixerunt) sunt tanquam acies roburq; vini, & vicem radicis obtinent. Vt autem radici truncus propior, crassior, corpulentiorq; est, & veluti quia ventriculo proximior, vbi cibi conficiuntur, obeso turget omento, popa venter, præq; adipe, & pinguitudine pinguis aqualiculus tremit; ita & medium ob eam causam bonitate præcellit. Et tanquam radice abscissa, planta viuere non amplius potest, & sua sede diuulsa arbos exarescit, ita & vina si à fæcibus, quæ fulcimentum præstant, enutrientur, inq; alia vasa trāsponantur, franguntur, atq; castrantur, & mulieribus potius, quam viris bibendo sunt apta, & in saccos transfusa amittunt vires & effœminantur. Porro mel, quod suis ponderib. libratam in imum descendit, ideo magis probatur, quia ponderosissimum esse arguitur, quæ in eo eximiæ bonitatis præcipua est uota. Oleum autem, quod in supremo bullit, omnium optimum est, quia aeri magis proximat, cuius naturæ est quod inde patet, quia in aqua iunatat, & fomenta igni & commodissima pabula suppeditat, quantumq; in eo excrementitium est, ab aere proximo emungitur & emulgetur. Desumptum est problema ex *e* Plutarcho, cuius verba prærerire nolim Deridebat, iu-
,, quit, socer noster Alexion Hesiodum, qui è summo & imo do-
,, lio iuberet vinum bibere, medio parcere, quod ibi vinum esset
,, optimum. Quis enim ignorat, aiebat, vini medium, olei sum-
,, mum, mellis infimum esse optimum? At Hesiodus nos vult o-
,, misso, quod in dolij medio est vino expectare, donec dolio defi-
,, ciente vinum deterius fiat. His dictis valere iusso Hesiodo, se
,, contulerunt ad causam diuersitatis inquirendum. Ac de melle
,, quidem ratio non multum nobis exhibuit negocij: cum nemo
,, fere nesciat, id quod leuissimum est, ob raritatem esse leuissimū,
,, densa ob grauitatem subsidere. Atq; etiam si vas subuertas, ta-
,, men rursum exiguo tempore vtriumq; suum locum occupaue-
,, rit, graui se demergente, leui ad superficiem effertente. Nec de
,, vino defuerunt probabilia argumenta. Primum vis eius calor
,, cum sit, consentaneum est eum maxime in medium conduci,
,, idq; ibi optimum conseruare. deinde quod in fundo est, fæce vi-
,, tiari, quod in summo, ab aere vicino corrumpi. Nam nouimus
,, ab aere vinum lædi: ideoq; dolia defodere, aut integre solemus,
,, vt quam minimum aeris ea tangat, & quod maximum habet
,, momentum, aer non ita facile nocet pleno vase vino, vt aliquā-
,, tum vacuato: nam in exhausti locum aer confertim subiens, ma-
,, iorem infert mutationem: in plenis dolijs vinum ipsum sese su-
,, stentat, non multum extrinsecus admittens, vnde vitiari possit.
,, De oleo non vilis incidit disputatio. Quidam imum olei dicebat
,, esse deterrimum, quia id amurca conturbetur: neq; ideo sum-
,, mum esse optimum, verum ideo videri, quia ab eo, quod ei of-
,, ficit, longissime absit. Alius densitatem causabatur, ob quam
,, nulla cum re permiscetur, neque vllum alium humorem in se ad-
,, mittit, nisi violentia, & ictu diffindatur. Vnde fit, vt aerem quoq;
,, non recipiat, sed eum tenuitate, atq; continentia suarum parti-
,, um à se repellat, neque ab eo, vtpote non præualente, corrum-
,, patur. Huic rationi Aristoteles videbatur repugnare, qui (vt a-
,, it) obseruasset oleum, quod in reconditis est vasis, odoratius fi-
,, eri, & omnino melius, deinde aeri causam, quod reddatur me-
,, lius, adscribit. Est enim largior magisq; præualet si subeat in vas
,, non repletum. Quid vero, inquam ego, si aer eadem vi & prodest
,, oleo, & obest vino. Etenim vetustas vino conducit, oleo nocet:
,, aer vtriq; accidens aufert. Nam humorem refrigeratum digerit:
,, Oleum autem ob continuitatem exsiccatione carens, facile ve-
,, terascit. dictum probabiliter, quia in superficie accidens aer, re-
,, centia facit. Itaque vini summum est vilissimum, olei optimum.
,, nam ætas oleum pessimè, vinum optime adficit. Hucusq; Plu-
tarchus. Aliud problema ex *f* Macrobio, sitne mel recens melius vetusto? Non idem sentiendum est de melle & vino: quia mel recentissimum, vinum autem vetustissimum melius est. Nam vini natura humida est, mellis arida, quod ex medicinis facile notamus, quæ enim humectanda sunt, vino fouentur, quæ siccanda, melle teguntur. Aliud. Cur si mel in vini vase ponatur, fæces ipsius vini sursum eleuat, cum per oppositum quorumcumq; aliorum fæx, tanquam grauior inferiorem locum teneat? Etenim fæcis materia, vt spissa & terrena, cæteris humoribus pondere præstat melle vincitur: mel enim grauitate naturali deorsum ad fundum decidit, & fæcem, vt leuiorem sursum pellit. Aliud Ambrosij Leonis Nolani, cur seuum cum tantundem olei miscetur, & vtraq; hæc similiter cum melle coeunt; mel item cum aqua miscetur, oleum vero atq; seuum cum aqua non miscetur. An quia in eis adesse accidit rationem contrariorum & medij. Nam contrariorum alterum consentit cum medio, & medium cum reliquo contrario conuenit: contrarium cum contrario non consentit Quamobrem, neq; eandem contingit esse rationem mistionum, quod ex hisce spectare est. Seuum enim & oleum, cum veluti spuma sint humorum, in natura aerea, quam multam continent, conueniunt, suntq; cum tenacitate quadam quamobrem & se tangunt, & confracta miscentur, mistaq; se continent. Item mel tenacitatem, atque crassitudinem indeptum est, quam videre est euidenter, cum parum coquitur, tum enim tenacitate tanta poliet, vt in longa fila diducatur: vergit item tum ad siccitatem, tum ad humiditatem. Obdurescit enim & mollescit; Qua pro re mel per tenacitatem & crassitudinem attingit oleum, atq; seuum, & attingendo hæret, atque confractum cum eis per tenacitatem communem seruat confractionem, sed eo melius cum illis coierit, quo mel fuerit durius, atque siccius. Mel item vbi liquatile sit, ob inclinationem ad humiditatem humescens, facile cum aqua miscetur, sed aqua cum oleo non habet commune quicquam, & si quicquam habeant humiditatis & mollitudinis; oleum tamen tenax est, aqua nullam tenacitatem habet: quamobrem in frangendo non seruat fractutas: atq; omnes particulæ olei confractæ, non aliquo pacto retentę ab aqua statim tempore de miscella sursum ascendunt, prorsusq; ab aqua vindicantur, nec. alitet seuum agit. Hactenus Nolanus. Aliud ex Georgio Pictorio: Propter quid surculi in melle sepulti de regione in regionem recentes possunt deportari? Quoniam mellis humidum tenue est, dulce, & temperatum, non pingue, nec putredini obnoxium. Vnde alendis germinibus teneris commodissimum est Problematibus denique adscribam hoc ex *g* Iulio Cæsare Scaligero, cur mel coctum amarescat Is autem explicans hanc authoris libri de plantis Aristoteli adscripti sententiam. Amarus gignitur fructus, vbi calor & humiditas non sunt absoluta in coctione Frigus enim & siccitas impediunt perfectionem, atq; ita fructus in amaritudinem vertitur. Huius argumentum rei est: quod amarum, in ignem si mittatur, dulcescit Fateamur à calore & humido certa lege distributis, atque temperatis, dulces fructus euenire. A cruditate, inquit, fieri negamus amaritudinem. Absynthium vetus amarius est nouello: sic in tubi genera: sic lactucarum. A frigido autem amatum prodire, sicuti dicebamus, falsum putant, qui ad aras Galeni dixerunt sacramentum. Mel quoque porro coctum amarescit. In partibus ergo terrestribus interdum esse amarorem, quæ sint etiamnum incoctæ. Itaque per calorem eas digerentem, fit accessio dulcorationis in fructibus. Mellis autem partes absumi teneriores vlteriore percoctione: relinqui terrestris, atque amarescere. Ab exemplis enim naturæ petendas esse rationes nostras, non ab argumentis nostris rerum naturas subuertendas, iubet Aristoteles. Hæc & plura Scaliger.

a *Sect.* 21. *Probl* 11.

Rigoris causa.

b *Sect.* 1. *Probl.* 130.

c *Sect.* 1. *Probl.* 99.

d *Li.* 1. *Sect.* 3. *Probl.* 4.

Dolia humo cur defodiantur.

Floces quæ antiquis.

Oleū quod optimum.

e 7. *Sympos. qu.* 3.

Vinum vbi optimum.

Mel in fundo cur melius.

Olei imum cur deterrimum.

Aer prodest oleo & obest vino.

f *Lib.* 7. *Satur. cap.* 12.

Mel recens an melius vetusto.

Mel cur vini fæces eleuet.

Oleum & seuum cur non cum aqua misceantur, cum mel id faciat.

Surculi in melle cur longiuque portentur recentes.

g *In lib.* 2. *de plant.*

Mel coctū cur amarescat.

Amaritudo nō fit à cruditate.

EPIGRAMMA

INter doctissima Claudiani epigrammata, etiam hoc legitur, scriptum ad Maximum, qui sibi mel miserat.

Dulcia dona mihi, tu mittis Maxime semper
Et quicquid mittis, mella putare decet.

PROVERBIA.

Μέλιτος μυελός. i. *Mellis medulla.* Dicitur, teste Suida, de rebus maiorē in modum suauib. Vnde & Ennius apud M Tulliū, M Cornelium Cethegum Suadæ medullam appellat, ob singularē suauiloquentiam Nam quod optimum est, id naturæ videtur intime recondidisse Vnde & illa passim obuia, in medullis & medullitus amare, non dissident à simulacro prouerbiali. Huius est formæ, τῆς ἐπιφάδος ἐπιφαύς. *Mel summis digitis delibandum.* χρὴ τὸ μέλι τος ἄκρῳ δακτύλῳ ἀλλὰ μὴ κοίλῃ χειρὶ λύεσθαι, hoc est, mel summo digito, haud cauā manu delibandum est. Dionysius Milesius apud familiares suos identidem dicere solebat, Philostratus lib. 1. de Sophistarum vitis commemorat. Translatiouibus aliisque delicijs, quibus oratio ornatur, parce vtendum est, non affluenter, & ad fastidium vsque. Voluptatibus modice frui pro re nota, illaudatum non est, modo ne totum te ijs immergas. Vti adagio conueniet, quoties moderatum rei alicuius vsum laudabimus *Melle litus gladius*, in pernitiosam adulationem dici solitum Allusum est ad morem barbaricum, qui solent tela venenis tingere, quo vulnus esset immedicabile: præsentissimum malum erat oleum inceudiarium, quod illitum telo, sicubi hæsisset in corpore, tenaciter cremabat, incendium aqua iniecta irritabatur, solo puluere insperso consopiri poterat, vt author est *a* Marcellinus. Θανάσιμον μελίκρατον, id est, *lethale mulsum.* Eandem cum nouissimo habet sententiam. Diogenes formosa scorta θανάσιμον μελίκρατον, id est, *lethiferum mulsum* appellare consueuit, tametsi nihil vetabit, & in assentationem, in fædas voluptates torquere, breuiter, quicquid ita iucundū est, vt idē sit pernitiosum. Legimus & mellitū venenū apud Plinium,

Mellis medulla.

Mel summis digitis delibandum.

Melle litus gladius.

a *Lib.* 23. Lethale mulsum.

Mellitum venenum.

Plinium, & idem Diogenes orationem ad gratiam comparatam, auriumque pruritum; μελιτίνην ἀρκόνλω, id eſt, *melleam prefocationem* appellabat, quod aſſentione quidem delectaret, cæterum mendcio ſtrangularet admittentem. Ad hanc formam attinet, quod refert *b* Irenæus; lacte gypſum male miſceri: præſens enim venenum habet gypſum, & additum lacti fallit Ἐν μέλιτι σ'αυτὸν καταπάττεις, hoc eſt, *in melle teipſum obuoluis, oblinisq;*, ac ſi dicas. Melle teipſum perungis, hoc eſt, molliter ſuauiterque vitam agis, quaſi parum ſit veſci melle, niſi totus ſis melleus Extat apud Diogenianum Γλαῦκος πιὼν μέλι ἀνέστη, id eſt, *Glaucus poto melle reuixit.* Dici ſolitum, quoties aliquis vulgari rumore dictus mortuus, denuo prodit in publicum, & quaſi rediuiuus apparet iis, quibus perſuaſum fuerat eum vita defunctum eſſe. Satis conſtat ab euentu natum Nempe Glaucum, quempiam præter omnium exiſtimationem, guſtato mellito pharmaco reualuiſſe. Eamque rem in iocum popularem verſam fuiſſe. Quidam enarrant in hunc modum: Glaucus quidem poto melle, ob bilem pene examinatus eſt. Ad hunc multis accurrentibus medicis, polyidos herba, quam draconem vocant, eum reſtituit. *Scarabeus citius faciet mel*, ad ἀδυνάτων claſſem pertinet, quæ referuntur in epigrammate Palladæ: citius mel facit Scarabeus, aut lac Culex.

Θᾶττον ποιήσει μέλι κάνθαρος, ἢ γάλα κώνωψ.
Melcitius faciet Scarabeus, & ante Culex lac.

Plus aloes, quàm Mellis habet: prouerbialis metaphora, perinde declarans, ac ſi dicas, plus moleſtiæ quam voluptatis. Nam aloe frutex quædam eſt, odore graui, guſtu amariſſimo, cuius meminit *c* Dioſcorides. Ad hoc adagium alluſiſſe videtur *d* Plautus. *Ita ruique comparatum eſt in ætate hom num, ita Dijs placitum, Voluptati vt mœror comes conſequatur. Quin incommodi plus maliq; adſit, boni ſi obtigit quid.* Apud eundem alicubi legitur, vitam hominis plus aloes quam mellis habere Et Iuuenalis de vxore.

——Plus aloes, quam mellis habet.

,, *e* Apuleius citra metaphoram ſic extulit. Sed verum verbum eſt ,, profecto, quod aiunt, nihil quidquam tam proſpere diuinitus hominibus datum, quin & tamen admixtum ſit aliquid difficultatis. Has rerum humanarum vices, ac triſtium lætorumque mixtutam *f* Homerus perquam elegantur indicauit figmento duorum doliorum, quæ ſcribit in Iouis limine ſita eſſe, quorum alterum ſit plenum triſtibus, alterum lætis: Ex quibus ille mortalium fortunas temperans

Ἄλλοτε μὲν τε κακῶν ὅγε κύρεται ἄλλοτε δ' ἐσθλῶν.
Nun. le is vitam miſcet, nunc triſtibus idem

quemadmodum & ſuperius indicauimus. Verum admodum maligne temperat Iuppiter Homericus nimio plus admiſcens malorum, quam bonorum, vt ſi ſuam quiſque fortunam ad calculos vocet, minima ſit futura rario eorum, quæ nobis ex animi ſententia euenerunt. Id quod elegantur dictum eſt à *g* Pindaro in Pythijs hymnis. ἐν δὲ παρ' ἐσθλὸν τημάτα σὺν δύο δαίονται βροτοῖς ἀθάνατοι, id eſt. Ad vnum enim bonum duo pariter incommoda diſtribuunt mortalibus immortales. *h* Plinius ſententiam inuertit, cum ait, nihil eſſe tam malum in rerum natura, cui non boni quippiam ſit adiunctum Quandoquidem compertum eſt etiam aconito, quo non aliud venenum nocentius, inеſſe remedium, cum ad alia, tum ad oculorum vitia: Ad eundem modum Euripides citante Plutarcho:

Ὀυκαὶ γένοιτο χωρὶς ἐσθλᾶ κἀ κακά.
Ἀλλ' ἐστί τις σύγκρασις,

Id eſt.

Bona ſeparare non licet malis, ſed eſt
Mixtura quædam.

,, Prouerbialiter à *i* Seneca prolatum videtur: Mel Muſcæ ſequun- ,, tur, cadaucra Lupi, frumenta Formicæ, Prædam ſequitur iſta turba, non hominem. Loquitur autem de diuite, quem multi comitantur. Conueniet in adulatores, qui plærumque alios comitantur, donec aliquid largiantur. Muſcæ verò quantopere mella proſequantur, nulli non in confeſſo eſt. Quamobrem Perſæ, vt ſcribit *k* Plutarchus, ſcapharum ſupplicio necaudis mel lacti permixtum in potu dabant, vt ſcilicet mel & lac olentes, & ſanguinem etiam dulciorem generantes magis a Muſcis infeſtarentur. ,, Supplicii id genus qualeſ ſit, Plutarchus tradit his verbis. Duas ,, ſcaphas, qua mutuo quadrant accipiunt, in alteram harum is ,, qui plectendus eſt, ſupinus collocatur: alteram imponunt, ita- ,, que captant, vt caput, manus, pedeſque promineant, totum alioquin corpus occultetur. Ita incluſo cibus præbetur: ac ſi edere nolit, oculos compungendo eum cogunt: cum edit, mel lacti mixtum ei potus loco infundunt: ita vero ſempet eum collocant, vt aduerſus Solem oculos habeat. Porro autem Muſcarum idem tidem aſſedentium multitudine facies eius tota obtegitur, & cum in ſcaphis interius ea faciat, quæ neceſſe eſt hominem cibo potuque fluentem facere, ex putrefactione & corruptione excrementorum Tarmes atque Vermes pullulant, qui in inteſtina ſubrepentes, corpus conſumunt. Cum enim iam conſtat mortuum eſſe remota ſuperiori ſcapha intuentur carnes quidem deuoratas, inteſtinis autem inhærentia huiuſmodi animalculorum examina: Ab eodem *l* Plutarcho alibi loco adagij prolatum hoc videtur: *tanquam per mel venenum ſumas.* Nam mali, inquit, quanto ma- ,, gis nos apprehendere ſtudent, tanto magis ſentium inſtat a- ,, moliendi, & tranſiliendi ſunt, & ſi probi ad non probos du- ,, cant, nequaquam eſt obſequeudum, neque admittendum, vt tanquam per mel ſumas venenum, amicum parando paruum.

Solebant enim venenum bibituris vt ſupra monuimus, mella permiſcere. *m* Ouidius quoque prouerbialiter ait de ἀδυνατῷ.

Si quis idem ſperat, laturas poma miricas,
Speret, & è medio flumine mella petat.

Huc ſpectat & hocce *n* Ioan: Tzetzæ, σύγγνωθι τῷ μειρακίῳ, τὸ μέλι πόνον μελίττης κεβρύττοντι, hoc eſt, *parce adoleſcenti, mel laborem Apis prædicanti.* Intelligendum ait per ironiam, quoniam nemo eſt qui ignoret mel Apum eſſe laborem.

Τοῦτο τὸ σχῆμα (inquit) γίνωσκε τοιχάνειν εἰρωνείας
Καὶ τίς γὰρ, ὃς ἠγνόηκε πόνον μελίσσης μέλι,
Μεθόδῳ δὲ δεινότητος, ὅπερ, αὐτὸς εἰρήκειν,
Σύγγνωθι τοῦτῳ λέγοντι, πῶν μελισσῶν τὸ μέλι,
Ἤτοι τοὺς πόνους τοὺς ἐμοὺς, ἐμοὺς εἶναι φαμὶ.
Hanc figuram ſcito eſſe Ironia
Et quis enim qui ignorauit, laborem Apis mel?
Methodo autem vehementia ſic ipſe dixeram,
Parce huic dicenti, Apum mel:
Sine labores meos, meos eſſe fatenti.

o Polydorus Vergilius fuiſſe ſcribit iam inde ab initio modum iſtum loquendi, valde prouerbialem. *Terra lacte & melle fluit, mel manat:* Is apud ſacros autores paſſim obuius eſt & præſertim, inquit, apud Moſen, qui cum in Exodo & Leuitico, tum in Numeris eo vtitur. Eſt autem metaphora ab aquis ſumpta, quod terra fluminibus irrigua pariter pinguis ſit, in qua armenta paſcuntur, quæ lactis copiam præbent, ac amœna, vbi Apes nutriuntur, quæ mella ferunt, & floribus gaudent. Locus prouerbio perappoſitus erit, cum ſignificauerimus in regione aliqua rerum omnium abundantiam ſimiliter atque amœnitatem inеſſe. *Sugere mel de petra, & oleum de ſaxo duriſſimo.* Hyperbole prouerbialis ex Cantico Moſis deſumpta, per quam ille docuit populum de vbertate terræ à Deo promiſſæ: nunc autem, inquit idem *p* Polydorus Vergilius. in prouerbium recepta, vſui paſſim eſt, cum ſignificatur locum quempiam affatim quiduis rerum ſuppeditare. Porro haud dubitanter ille locus felix eſt, vbi ſaxa mel & oleum ſudant. Verum venuſtius dicitur de homine induſtrio, qui ſuo labore, eo loci norit lucrum facere, quo alii antea nihil tuliſſent commodi. Illud faciunt optimi agricolæ qui ſaxoſos montes fructus ferre cogunt, quod cernere licèt apud Italos, vbi paſſim olueta vinetaque in montibus altis, magno cum labore, tum arte agricolarum conſita, creſcunt. Italis prouerbialis locutio eſt, *biſogna guſtar il miel con la punta del dito*, hoc eſt, extremis digitis mel deguſtari debet.

VSVS IN CIBIS.

MElle veteres in omni dulciario opere ſolebāt vti, vt nunc nos ſaccharo, quod illis erat incognitum Mellis enim condimento ſaporis gratiam palato parabant: & quæ triſtioris erant & amarioris ſaporis, eo, quo minus homines offenderentur, condiebant & imbibebant, & multa etiam panificia & potus concinnabant, vt recte Vergilius mel cæleſtia dona, Plinius diuinum nectar vocauerint. Tantopere autem placebat dulcedo mellis, vt paſſim allegorice, quodcunque iucundum ac delectabile eſſent expreſſuri, id exemplo mellis facerent. Stalino ſenex apud *a* Plautum:

Et quia te tango, mel mihi videor lingere,

Et Dinarchus Phroneſium meretricem amplectens *b* ait:

Ah hoc eſt mihi melle dulci dulcius.

Item *c* Callidamates adoleſcens;

Oh ocellus meus es tu, tuus ſum mel meum.

Idem *d* Argyrippus, *O melle dulci dulcior mihi tu es.* Stalino *e* ſeruus, *Nunc pol demum ego ſum liber, meum corculum, meleulum.* Huc ſpectat illud eiuſdem, *Mulſa loquitur.* Item illud Plautij apud *f* Varronem, cum Hirrium prætorem renunciatum in Senatum ſcriptum diceret: Sed bono, inquit, animo es, non minus ſatisfaciam tibi, quam qui bugoniam ſcripſit. Varro enim Hirrium Senatorem in Senatum ſcriptum iri optabat, quem ordinem aſſequebantur ædiles; & prætores, aliique magiſtratus. Cum itaque eum prætorem audiſſet renunciatum Plautius, Varroni dixit, Mulſam tibi offero, affero tibi optabile nuncium: tam tibi ſatisfaciam, quam qui bugoniam, id eſt apiarium, aut qui de Apibus ſcripſit. Ac ſi diceret. Mel qui tibi daret, gratior & iucundior non eſſet, nec tibi magis ſatisfaceret, quam in præſentia faciam. Nuncio enim tibi Hirrium prætorem eſſe renunciatum. Sed & Apum iucunda, & dulcis ob mellificium eis memoria erat. *g* Plautus in hoc ſenſu:

Egon' Apicularum opera congeſtum non feram?

Eleganter etiam Cælius ad Ciceronem ſcribens: Scito, inquit, C. Sempronium Rufum, mel lac delicias tuas, calumnias maximo plauſu tuliſſe Item ipſe Cicero ad Atticum, Ita ſum ab omnibus deſtitutus, vt tantum requietis habeam, quantum cum vxore, & filiola, & mellito Cicerone conſumitur. Et in eiuſdem fragmētis legimus etiam hoc. Quod alterius ingenium ſic dulce, vt acerum Ægyptium: alterius ſic acre, vt mel Hymettium dicimus. Plures ſimiles allegorias in ſacris litteris legimus, vt *dulciora ſuper mel & fauum eloquia tua. Comedi fauum cum melle meo* Item, *erit dulcis tanquam mel, &c.* Saporis itaque gratia mel in pretio erat apud priſcos, de quo dicebat *h* Lucretius.

Huc accedit vti mellis lactisq; liquores
Iocundo ſenſu lingua tractentur in ore.

Et caprarius quidam apud *i* Theocritum.

Πλῆρες τοι μέλιτος τὸ καλὸν τόμα θύρσι γένοιτο
Πλῆρες δὲ γαδόων. hoc eſt.

m *Lib. 1. de Arte.*
n *Lib. 8. Chiliad* 208.
o *Li. Adag.* 455.
Terra lacte, & melle pluit.
Sugere mel de petra.
p *Ada.* 504.
Mellis vſus ad dulcorandum.
a *In Caſina.*
b *In Truculento.*
c *In Meſtellaria.*
d *In Aſmaria.*
e *In Caſina.*
f *Li. 2. de reruſt. cap. 5.*
Bugonia quid.
g *In Curcul.*
h *Lib. 2. de rer. nat.*
i *Eidyll. 1.*

b *L. 3. c. 19.*
In melle te ipſum obuoluis.
Glaucus poto mel reuixit.
Polyidos herba quæ Draco.
Scarabeus citius facier mel.
Plus aloes quam mellis habet.
b *Lib. 3.*
d *In Amphitryone.*
e *In Floridus.*
f *Iliad. Ω.*
g *In Pythijs.*
h *Lib. 27.*
Aconiti vſus.
Lib. de remed. Fort.
Mel Muſcę ſequuntur.
k *In Artoxeiſe.*
Mel lacti mixtum in potu datū.
Scapharū ſuppliciū.
l *Sympoſ. qu. 6.*
Per mel venenum ſumere.
A
B
C
D
E

Vtinam tibi ò Thyrsis melle plenum sit pulchrum os
Plenum & fauis, &c. K Et Menalcas Daphnidi,
k *Eidyll. 8.* *Quam tibi os dulce est*, inquit, *& vox amabilis, ò Daphnis,*
Iucundius est te audire canentem, quam mel lingere.

l *Eidyll. 5.* Et *l* Comates pastor Laconi pollicetur octo cymbia mellis plenos
m *Iliad. 3.* habentia fauos. Apud *m* Homerum Venus Paudari filias orphanes caseo & melle, & suaui vino nutrire dicitur, item Machaoni, & Nestori pro obsonio apponitur mel, & cæpa. item Nestoris vxor Patroclo cæpam potioni condimentum, & mel recens apponit in aurea lance. Mercurius
n *In Pluto.* *n* Aristophanis queritur non amplius sibi à cauponibus mel præberi, placentas, & caricas:

Πρότερον μὲν εἶχον μὲν παρὰ ταῖς κοπηλίσι
Πάντ' ἀγαθά, ἔνθεν δὴ ὁ ἐνθάδ' ἦν μέλι,
Ἰσχάδας, ὅσ' εἰκός ἐστιν ἑρμῆν ἐσθίειν.
Prius enim habebam quidem apud cauponas
Omnia bona, mane statim placentam, mel,
Caricas, quæcunq; decens est Mercurium comedere.

Mel dijs & hominibus gratum cur dictum. Recte itaq; Vatro, & Dijs & hominibus gratum esse dixit. Moschion iubet, vt nutrix os infantis melle illinat, & mulsam tepidã instillet, & sic secunda die lac offerat Ita apud *o* Nasonem Triptolemo infanti, lac, poma & mella edenda dantur:

o *L. 4. Fast.* *Mox epulas ponunt, liquefacta coagula lacte*
Pomaq;, & in ceris aurea mella suis.

p *Li. 3 de part. Virg.* *p* Iacobus Sanazarius etiam scribit Angelum pastoribus Saluatorem natum nunciantem iubete, vt inter alia etiam ei mella offerant, cibum nempe infantulo congruum.

Tunc ait: O parui vigiles gregis, ô bona pubes
Syluarum, superis gratum genus, ite beati
Pastores, ite antra nouis intendite sertis:
Reginam ad cunas, positumq; in stramine regem
(Certa fides) alti iam iam moderator Olympi
Cernere dat. properate: nouæq; tepentia lactis
Munera, cumq; suo date condita subere mella.

Allusit poeta ad illud Esaiæ (loquentis de nascituro Saluatore, atq; innuentis, & Deum & hominem fore,) *vocabunt nomen eius Emanuel, butyrum & mel comedet.* Quæ doctrina quoq; est D. Chrysostomi. Mos enim, inquit, est, vt his cibis peculialiter pascantur
Qui melle vixerint. pueri, mox vt nati fuerint. Zeno philosophus referente Diogine Laertio modice panem, & mel edebat, & suauis vini paululum bibebat. Et Pythagoram (inquit) solo melle sine fauo, ac pane contentum vixisse quidam autumant, vinumq; interdiu non gustare
q *Iliad. 10.* solitum. *q* Eustathius quoq; docet mellis vsum apud veteres plurimum fuisse, & mel esse τὸ φίμον, Pythagoræ testimonio comprobat, qui cum frugalissime, inquit, viueret, sæpe solo melle erat contentus. Quin & eiusdem consectatorum mensa pane constabat & melle, vt Aristoxenus scribit. Democritum Abderitem ob
r *Lib. 2. c. 3.* tædium senectutis, cum mortem sibi consciscere decreuisset, fama est, inquit, *r* Athenæus, de quotidiano cibo aliquid detrahentem, iustantibus iam festis diebus Thesmophoriorum, rogantibus domesticis mulieribus, ne per id celebritatis tempus moreretur, sibi vt liceret solennes, ac festiuos illos dies agere: annuisse, & mellis vas sibi iussisse propius admoueri, atq; sic in multos dies vitam prorogasse, solo mellis odore, & halitu continuatam, interiisseq; diebus post aliquot asportato melle, quo semper is delectatus fuerat, adeo vt cuidam percontanti, qua ratione vitam sanus degeret, is responderit, si corporis interiora melle rigaret, exteriora oleo. Sed vt ad odorem reuertamur. Ego, inquit *s* Marsilius
Democritus mellis odore vixit diu. Ficinus, existimo illum, si modo vsus est melle, mel vino liquefactum albo calentibus panibus infudisse. Neq; enim spernendus
s *Li. 2. de diæta. c. 18.* est mellis odor. Flos namq; florum mel existit, nec parum nutrit
Mellis odor cur nutriri possit. ipsa dulcedine, ac diu qualitate sua res integras à putrefactione tuetur Itaq; si quis nouerit hoc etiam ad cibum ita vesci, vt nec dulcedine nimia meatus oppleat, nec tali quoq; calore bilem adaugeat, certum habebit longioris vitæ subsidium. Atque hoc est,
t *Li. 2. de Asin. aur.* quod innuit *t* Apuleus, inquiens: Heus tu Scolastice, dulce & amarum gustulum carpis: Caue ne nimia mellis dulcedine dintinam bilis amaritudinem trahas. Adprime enim, vt ait Terentianus Sosia, in vita vtile est, vt ne quid nimis Nam alioqui *u* Ari-
u *Li. 2. c. 3.* Mella edẽs nunquam ægrotat. stoxenus teste Athenæo author est; eos nunquam morbum aliquem sensuros, qui pransuri melle quotidie vescantur. Sed vt ad Democritum reuertamur, is philosophus ita melle, vt diximus, oblectatus, in annum centesimum nonnumque fati diem distulisse creditur. Centesimum annum mulsi potu excessit Pollio Romulus teste *x* Plinio his verbis: Corpora auget. Multi senectam
x *Lib. 23. cap. 24.* ,, longam mulsi tantum nutritu tolerauere, neq; alio vllo cibo, ,, celebri Polliouis Romuli exemplo. Centesimum annum excedentem cum Diuus Augustus hospes interrogauit, quanam maxime ratione vigorem illum animi, corporisq; custodisset. At ille respondit: intus mulso, foris oleo: Haud immerito Chrysippus i-
y *Li. de Stoic repug.* taque prouidentiam laudat apud *y* Plutarchum, quæ mel præbuerit, pisces, aues, & vinum, & alius apud *z* eundem, ideo sumptu-
z *L. de trãq. animi.* osam ait esse vrbem, quod mellis hemina vendatur quinq; denarijs. Neque esset equidem mellis authoritas minor quam sacchari, nisi vbiq; nasceretur; Verum quia plerumque ventri, ac gulæ domestica sordent; his nauigandum fuit ad Indos, vt saccharum habeant, cum mel fere se vltro porrigit. At exotica condimenta magis placent. Quare ita puto à natura comparatum, vt omnium rerum cupido elanguescat, quarum facilis sit occasio. In quo sensu
a *Lib. 22. cap. 24.* dicebat *a* Plinius: Non esset mellis authoritas in pretio minor, quam laseris, ni vbique nasceretur. Illud ipsa fabricata sit natura, sed huic gigneudo animal, vt diximus, innumeros ad vsus, si quo-
b *Lib. 3. de* ties misceatur æstimemus. *b* Varro scribit mel ad principia conuiuij, & in secundam mensam administrati. Atq; idem fere mos fuit apud Lacedæmonios, nam & hi referente *c* Alexandro ab Alexandro ouum, & mel initium cænæ fecerunt & in secundis mẽsis poma, & mel dari consueuere. *d* Tranquillus Neronem testatur indixisse familiaribus cænas, quarum mellita quadragies sestertium cõstarent. Budæus mellitorum appellatione mellita dulciora fercula intelligit, quæ, inquit, vltimis mensis apponuntur, vt hodie saecharati missus epularum à pistore dulciario, & omnia quæ bellariorum nomine continentur, & saccharei operis strues in adijcialibus cæuis, atq; nuptialibus, quæ in lancibus argenteis ad ostentationem traducuntur, magis vt delibentur interdum quam esitentur. Hæc si centenis millibus aureorum nostrorum æstimantur, quanti cæna ipsa æstimari poterit? Hæc Budæus, cui quamquam non contradixerim; putarem tamen posse quoq; mellitorum nomine placentas largo melle irrigatas intelligi; quas nimirum *e* Plutarchus inter multas alias cupedias recenset his verbis: Mittamus in præsentia hoc, quod ad corporis voluptates uatura multiplici sumptu atq; impendijs indiget, neque in iure & lente dulcissimum inest: sed appetitiones deditorũ fruendis vo luptatibus obsonia requirunt, & Thasium vinum, & vnguenta & cupedias, & placentas melle largo rigatas; præterea formosas, & ætate integra mulieres &c. Meliceridas vocari supra annotauimus. Eas autem in pretio habitas esse liquet ex hoc Pherecratis in Transfugis: Veluti captella (εἰρωνικῶς hoc dictum de aliquo, cui fœtebat anima) ore is meliceridas obolet. Huc spectat parœmia *f* Ioan: Tzetzæ ex Aristophane: Nostrum omnino, non alterius cuiusdam facies esse pyramuntem Pyramus enim erat apud antiquos placenta mellis ex tritico & melle quodammodo apparata. Nostrum faciesautem dixit pyramuntem, siue niceterium, voluptatem victoriæ, siue præmium, etenim Nicephoris, inquit, præmia dabantur placentæ victoris Existimarim etiam mellitas placentas *g* Apuleo scitamenta mellita nominari, cum ait: Multas numero partes in cellulam suam mel solebant reportare domini, ille porcorum, pullorum, piscium & eiusmodi pulmentorum largissimas reliquias: hic panes, crustula, iunculos, hamos, lacertulos, plura scitamenta mellita. Quantum vero alimenti corpori addat mel, etiam dicendum est. Galenus id exiguum esse credidit, nimirum si per se solum comedatur, vt testatum reliquit *h* Hippocrates, cum inquit; Mel cum alijs quidem comestum & nutrit, & bonum colorem exhibet; ipsum autem per se ipsum attenuat magis, quam reficit; nam per vrinam & secessum plus iusto expurgatur, Vbi namque sine alijs cibis; aut cum his quidem, sed perquam exiguis affatim comeditur, vt in ventriculum, in intestina, in venas, & reliquum corpus fundatur, oportet, ita quanto copiosius est, acri & abstergente facultate sua, per aluum, & per vesicam erumpens, corpus tanto magis expurgat, & gracile reddit. Quamobrem si moderate deuoretur, per se etiam alere non Democriti tantum exemplo, & aliorum constat, sed ipsiusmet etiam medicorum principis *i* Hippocratis testimonio confirmatur dicentis: Vinum & mel optima iudicata sunt in hominibus, si iuxta naturam & sanis, & debilibus cum temporis oportunitate, ac mediocritate exhibeantur. Et boua quidem sunt ipsa per se ipsa; bona vero etiam permista, & tum alia & quæcunque memorabilem vtilitatem habent. Quæcunque sanis commoda sunt, ea etiam ægrotis exhibita fortiora sunt. Et oportet detracto ipsorum vigore ea dare, alioqui non feret ipsa corpus, sed magis lædunt, quam prosunt. Optima vocat venerandus ille senex, non solum quia nou obsunt, verum etiam quia plurimum uutriunt. Nutrit e autem mel, lapsasque vires restaurare, ac in presentiarum reficere plurimum, ex Ionathæ Saulis filij exemplo egregie discimus Hic enim in eo bello, quod Saul gessit contra Palæstinos, immemor edicti paterni, ne quis militum ante vesperam, & partam victoriam, cibum vllum caperet, fame impulsus, mel quod in sylua quadam decurrebat, cæteris ab eo abstinentibus degustauit, cuius esu oculi eius fuerunt illuminati, hoc est, totius corporis vires inedia fractæ, atque debilitatę, fuerunt instauratæ. Nam sicut inedia oculi excæcantur, & caligant, ita cibo reficiuntur, ac quodammodo illuminantur. Quamobrem non debeat tantopere k Celsum admirari Gul Pantinus, mel inter valentissima, plurimumque alimenti largientia recensentem. Neque enim mihi Celsus mellita liba placentasque & quæcunque cum melle conficiuntur, intellexisse videtur, vt Pantinus iudicat, quoniam vere valentissimi, si vllo pacto concoquãtur, sunt generis, sed ipsummet mel, quoniam placentatum nullibi meminit: præterea placentæ illud genus, quod ex melle & farina conficitur, Itrion dictum, difficilis habetur concoctionis, vel ipso *l* Galeno teste, maxime si glutinosa fuerit farina: verissimũ tamen est, si conficiatur in ventriculo, haud malum parere succum. Nutrit itaque mel, non modo, quia quoddam alimentum est, sed etiam quia dulcedine sua reliquis commixtum, causa est, vt hæc eadem per totum corpus facile ferantur simul, atq; iucunde attrahantur. Omnia enim (vt quisque hactenus existimauit) aut dulci, aut commixto nutriuntur. Bonum colorem efficit, quoniam eius dulcedine cum aliorum mixtura delectatæ partes, plus nutrimenti ad se rapiunt, retinent, in simile sibi conuertunt, innatus calor augetur, subinde color, aucto naturali alimento, florescit. Senibus plurimo vtendum consulit *m* Valleriola in suis locis communibus, si modo suæ valetudinis rationem habere velint, illæsamque senectam in multum æui producere. Idque asserit Antiochi medici, & Telephi Grammatici exemplis, qui senes annosi, Attico melle & pane, alicaue excepto plurimum vtebantur, teste *n* Galeno, melle, inquam, sæpius cocto, rarius crudo

re rust. c. 16.
c *Li. 5. c. 21.*
d *In Nerone.*
Neronis cæna.
Mellita quę dicantur.
Mellitæ placentæ.
e *Lib. non posse suauiter viui sec. Epicur.*
Meliceridarum pretium.
f *13. Chilia. 478.*
Scitamenta mellita.
g *Li. 10. de Asin. aur.*
Mel vt uuuriat.
h *Li. de Affect.*
Mel solum nutrire.
i *Li. de affectionibus in fine.*
Ionatha ex solo melle restauratur.
k *Li. 2. c. 18.*
Itriou placenta.
l *Li. 10 de morb. curat.*
Dulcia omnia nutriuntur.
Senib. conuenire mel.
m *Lib. 3.*
n *Li. 3 de*

ſanit.tuend.cap.4. & cap.8.

Idem Galenus poſt de victu ſenum loquēs pro ratioue affectuum, quibus infeſtantur, ſi quando, inquit, propter obſtructionis ſuſpitionem ad cibos medicamentaue, quæ obſtructos meatus liberent, conuertimur: quo minus tamen humidi temperamenti cibi ſint, nec illo ipſo die committendum, multoq; magis poſtero die eidem propoſito hæreudum, ac far cum melle exhibendum aceti-que aliquid ei miſcendum, vtiq; cum ptiſſanę titu præparamus, ex mulſo vinove Falerno ſumere iubendum, aut lacte, vt prædixi, vtendum, aut ptiſſana bene cocta, quæ piperis pollinem accepit. Panis quoque, ita, vt dixi, præparatus, aut cum melle, aut cum mulſo, aut cum viuo aliquo idonco, &c. Clarum autem eſt ad diſtributionem, & concoctionem, ablata acrimonia conuenieutiſſimum omnibus reddi: quæ tum optime tollitur, vbi multum illi aquæ commiſcetur, ac deinde tantiſper coquitur, donec ſpumare deſinat, ſpuma aſſiduo deterſa. Nam ita nec inteſtina flatibus diſtendet, & vrinam ciebit, & ſputa craſſa incidet, educetve. Pharmacopolæ aliter depurant, nimirum cum dupla aquæ quantitate, ebuilientes ad dimidiæ partis conſumptionem, detracta aſſidue ſpuma: tunc addunt albumina ouorum, ſingulis libris ſingula, deinde calidum colant, atque eo modo clarificant. Galenus vetat multis in locis longam, ac diutinam coctionem, propter amarorem, quem inde acquirit. Apud quem præterea plurima de melle lector videre poterit. Ait *q* alibi eſſe qui mellis eſum auerſentur, quamobrem ex *r* Cardano ſubiungam gratiſſimum quendam coctionis modum, vt eo fortaſſis nauſeabundi non fiant. Mel coctum, inquit, quod iucundum eſt, & leuiter mouet ventrem, in vaſe mundo mel puriſſimum coquitur: aſſidue circumagitur in ferro, vel ligno oleo illicito, ducitur in modum penidiarum, ſic enim vocaut ſaccharum eodem modo coctum, & agitatum. Spargitur præciſum ſuper marmoream tabulam, farina prius ſubſtrata. Sunt qui in fine addunt piper, aut aniſum, aut cinamomum: ego zinziberi albo nihil prætulerim. Atque hæc de cibis mellis dicta ſufficiant, qui plura volet, ipſos authores, ac potiſſimum Galenum adeat.

Mellis acri monia vt auferatur.

Cur non diu coquendum.

q *Lib. 4. de ſanit.*

r *Lib.13. de var.rer. cap.66.*

VSVS IN POTV.

Mulſi vſus antiquus & vnde fieret.

a *Lib.2.*

b *Lib.22. cap.24.*

MVlſum quod apud antiquos in ſumma habebatur exiſtimatione, noſtro æuo, quod mirādum eſt, neglectum eſt omnino. Fiebat id ex melle, & vino, vt teſtatur *a* Platina ex ipſo Plinio. Sed *b* hic mulſum ſcribit ex vetere vino vtiliſſimum fieri, quod facillime concorporatut. Optimum autem, vt Dioſcorides ſcribit, ex vino auſtero, & melle: propterea q; ex Maſſico vino, & melle Attico commendabātur, vt conſtat ex hoc Martialis:

Tam bene rara ſuo miſcentur cinnama Nardo
Maſſica Theſaū tam bene vina fauis.

Vinum Maſſicum quale.

Maſſicum autem vinum ſiue Marſicum naſcebatur, referente Athenæo & Galeno, in monte Gaurano, in Puteolorum, Baiarumque proſpectu. Et licet apud omnes fere Latinos celebretur, craſſum tamen, ac turbidum aliquanto fuiſſe, ex hiſce Horatii verbis colligit doctiſſimus *c* Mercurialis:

c *Lib.2. Var. lect. cap.17.*

Maſſica ſi cœlo ſupponas vina ſereno
Nocturna ſi quid craſſi eſt, tenuabitur aura
Et decedet odor neruis inimicus; at illa
Integrum perdunt lino vitiata ſaporem.

d *Lib.2. Satyr.4.*

Idem *d* Horatius Aufidium damnat, quod vino Falerno, quod auſteritate caret, mel miſceret:

Aufidius forti miſcebat mella Falerno
Mendoſe, quoniam vacuis committere venis
Nil niſi lene decet: leni præcordia mulſo
Proluere melius. ſi dura morabitur alius.

Canit tameu Martialis:

Attica nectareo turbatis mella Falerno
Miſceri decet hoc à Ganymede merum.

Et antea ſcripſerat *e* Horatius:

e *Li.2.Sa.2.*

Cum labor extuderit faſtidia ſiccus, inanis
Sperne cibum vilem, niſi Hymettia mella Falerno
Ne biberis diluta.

Riſattica vina dulcia.

f *Lib.3.*

Atq; *f* idcirco Corippus Riſattica vina, ſuapte natura dulcia, non egere melle canit:

Fuſca dabant fulno Riſattica vina metallo.
Quæ natura paret l quidi non indiga mellis.

Mella autem viuo miſcere antiquiſſimum eſt. Plautus mulſi ſæpiſſime meminit, ac inter cætera, *g* vbi ait:

g *In Berſa.*

Commiſce mulſum, Siruthea, colubheaq; appara.

h *Odiſſ. K.*

i *Lib.11.*

Citce ſocijs Vlyſſis mel recens vino Pramnio apud *h* Homerum miſcet. Nicander Theiatericnus, vt *i* Atheneæus refert, maior calix, inquit, ex iudicibus, ac magiſtratibus in Prytaneio verſantibus Thecleidi admotus eſt, vt mellitum vinum hauriret, ex ſuauiter olente Lepaſta: vbi exponit Dalechampius, melliti coloris ſaporis, quod non placet. Meminit etiam Mulſi Varro, meminit Virgilius, item Celſus, & ante omnes ipſe ſenex Hippocrates, adeo vt mirum videatur, quod ſcribit *k* Plutarchus multa eotum, quæ guſtari olim, & comedi non ſolebant, nunc pro ſuauiſſimis haberi; qualia, inquit, ſunt mulſum, vina, mel, & vulua. Cum tamen *l* Ariſtænetum Nicænum teſtetur dicere, in quibuſdam ſe libris legiſſe, idq; memotia recolere, dulcia vino admixta reprimere ebrietatem, & medicorum nonnullos præcipere ebrijs, vt dormituri panem melli intinctum edant Quare Mercurialis Plutarchum vel erraſſe, vel eius codicem depraauatum haberi autumat, vbi legitur, veteres mulſum non guſtaſſe: ne prætteream, inquit. Plinium, qui Ariſtæum Thracium huiuſmodi potionem primum inueniſſe tradit. Romani certe mulſum maximi fecerunt, quia non pauci longam ſenectam mulſi tantum nutritu tolerauere, neque alio vllo cibo. Eſt in exemplis Pollio Romulus, de quo ſupra ex Plinio diximus. Mulſum autem vini naturam referre ait *m* Plutarchus, vbi multis diſputat vinum frigidum eſſe. Ipſum mel, inquit, nonne aqua pluuia, vel niue temperantes in vinum vertunt, frigore dulcedinem ob cognatiouem ſi exuperet in auſteritatem mutante. Dictum aiunt eſſe mulſum à mulcendo, hoc eſt, molliendo, eo quod vini auſteritas mellis dulcedine molliatur. Cui adde. Mulſum ſi calidum bibatur, vocem permulcet: ſi frigidum exaſperat. Meminit eius *n* Cicero. Quum vocem in dicendo obtudiſſet, ſuadebat Granius, vt mulſum frigidum biberet, ſimul ac domum redijſſet. Perdam (inquit) vocem ſi id effecero. Vlpianus viui appellatione, ait mulſum non contineri, œnomeli cōtineri, interpretaturq; οἰνόμελι, vinum dulciſſimum Quæ ſententia ſi vera eſt, mulſum non erit idem quod œnomeli. Si quis tamen ea, quæ paulo ante de mulſo ex Plinio annotauimus; diligentius conferat cum ijs, quæ *o* Dioſcorides de œnomelitos confectione tradit, facile intelliget alterum ab altero nou differre Οἰνόμελι inquit Dioſcorides, Ruellius Mulſum vertit. è vetere vino auſteroq; & bono melle factum præfertur: minus enim inflat, ac celeriter id genus in vſum venit. Vetus corpus alit, media ætate, aluo prodeſt, vrinam pellit: à ſummo cibo ſumptum nocet; & inter initia potum, implet: dein appetendi auiditatem reuocat. Fit mulſum duabus partibus vini metetris, admixta vna mellis. Aliqui, quo celerius præberi poſſit, mel cum vino coquunt, & ita transfundunt. Alij vtilitatis gratia, ad ſextarios ſex muſti feruentis, vnum mellis adiiciunt, & vbi ferbuerit, vaſe recondunt. Dulce autem permanet. Hæc Dioſcorides *p* Plinius quoque ex vetere vino vtiliſſimum tradit, facillimeq; cum melle concorporari, quod in dulci, inquit, nunquam euenit. Ex auſtero factum non implere ſtomachum, neque ex decocto melle, minusq; inflare, quod fere euenit. Appetendi quoque reuocare auiditatem cibi. Aluum mollire frigido potu pluribus, calido ſiſtere. Corpora augere &c. Eiuſdem ὀχεναϛίαν tradit *q* Conſtantinus Cæſar, vinum mulſum, & œnomelites ſynonyma faciens. Deſcribit autem aliter: Mel Atticum, inquit, in cacabum teſtaceum inditum, ad calidum cinerem ponito, quo ſpuma ſurſum feratur, & vbi iam calefactum eſt mel, ad ſextarium mellis, vini ſextarios quatuor addito, ac deinde ipſum vinum mulſum in probe picato vaſe condito, & coſti ſcrupulos duodecim contuſos, & linteolo illigatos, in vinum mulſum ſuſpendito, additoq; operculo in ſecundæ contignationis cænaculo reponito. Quidam folij malabatri ſcrupulos duodecim œnomeliti ammiſcent, & poſt dies quindecim præter expectationem reperiunt. Inueterato autem nihil comparari meretur. Alij œuomeli ſic faciunt. Myrrhæ ſcrupulos ſex caſiæ ſcrupulos xij coſti ſcrupulos xij. nardi ſcrupulos iiij. piperis ſcrupulos iiij. Mellis Attici ſextarios vj. Vini ſextatios xxiiij commiſcent, & exponunt ad ſolem ſub caniculæ ortum ad dies xl & hoc nectar vocant. Pollux melicratum, cum œnomeli confuudit. Fiebat prēterea œnomeli etiam ex muſto, hoc modo, vt notat idem Conſtantinus Cæſar. Collocato, inquit, & deponito muſtum vſquequo conſiticrit, & ſedatum fuerit ad dimidiam partem, & ad decem ſextarios mellis Attici ſextatium vnum ammiſceto, & in dolium fundito, gypſoque oblinito, & in vmbram deponito. At vero quod cognitum eſſe expedit, œnomeli de muſto flatuoſum eſt, & ſtomacho incongruum, ventri autem aprum. Erat & melitites vinum, de quo ſic Dioſcorides: Melitites vinum datur in longis febribus, quæ ſtomachum infirmarunt: namque aluum leuiter emollit, vrinam cict, ſtomachum expurgat. Prodeſt articulario morbo, renum vitijs imbecillo capiti, & mulieribus abſtemijs: odoratum ſiquidem eſt, & corpus alit. Diſtat à mulſo, quod fit è vino vetere, auſtero, & melle exiguo Melitites autem adiecto ad quinque congios auſteri muſti, mellis congio, & ſalis ciatho. Cortinis magnis ad efferuceſcendum locus pateat, fieri oportet, ſenſim aſperſo ſale, cumque efferuere deſierit, in alia vaſa transfunditur. Hactenus Dioſcorides Neſcio an ſit Mellina apud *r* Plautum:

Mulſi inuentio.

m *Sympoſ. quæſt.5.*

Mulſum vnde dictum.

n *Lib.2. de Oratore.*

Vlpiani error.

Mulſum & œnomeli idem eſſe.

o *Li.5.ca.16*

p *Lib.22. cap.24.*

q *Li.8.Geopon.c.24.*

Vinum melitites & eius facultas.

Mellina quid.

r *In Epidico.*

Niſiſi in nidulo aut in mellina attuliſti:

nam ſunt, qui exponunt: niſi ſi in ſcortea eum habes mantica, aut in œuophoro, vel lagena mellinæ Alij melinam volunt eſſe Melis pellem. Eſt autem Melis animal cineritij coloris. Atque hoc pacto per ſimplex l. ſcribendum eſſet Alij per mellinam hic ſignificari volunt veſtimenti genus ſcænicum, quo vtebantur peregre venientes, eratque color medius inter caudidum, & fuſcum. Fit prēterea ex melle potus genus toti nunc Sarmatiæ, viciniſq; Moſcouitis familiare; vnde etiam per totam Europam fere, præcipue per Germaniam, tam ſuperiorem, quam inferiorem deuehitur. Decoquitur multipliciter aromate addito: Medonem vocant, tam nobile ſæpe, vt laudatiorum tantum menſarum ſit, & primates ſolum bibant, tam vinoſum autem, vt non ipſo mer minus vino inebriare feratur. Antiquitus alio fiebat modo, vt ex *s* Plutarcho colligitur, vbi ſcribit Iudæos ideo mel in ſacrificijs ſuis non adhibere, quod eius admixtione vinum corrumpi videatur, eoq; inquit, libabatur, & ebrietas parabatur, antequam vitis extitiſſet, & hodie barbari, qui vino carent, dulcedinem radicibus auſteris, & vini ſaporem æmulantibus medicamentis, mulſum bibunt: Græce μελιτεῖον legitur, pro qua voce apud Heſychium, ni fallor, μελιτίον ſcribit, quod eſſe dicit πόμα τι Σκυθικὸν, μέλιτος ἑψόμενον σὺν ὕδατι καὶ πόᾳ τινί. Apud Etymologum reperio μελύγειον quod eſſe dicit, ποτόν τι ἑψόμενον οὐκ μόνον μέλιτος, μετ' ὕδατος, βοτάνης τινὸς ἐμβαλλομένης. Sed non dubitatur, quin apud eum reponendum ſit μελίτειον, vt apud Plutarchum ſcribitur: at in vulgari lexico peius adhuc ſcribitur μελίγειον, Sed μελίδειον Suidæ eſt

Melis animal quale.

Medo potus ex melle.

s 4. *Sympoſ. quæſt.5.*

non

on dubitatur, quin apud eum reponendum sit μελίτεον, vt apud Plutarchum scribitur: at in vulgari lexico peius adhuc scribitur μελίγγιον. Sed μελίδειον Suidæ est κηρίον, id est fauus. *t* Diodorus quoque Celtiberos scribit potum mellis confecisse. Legimus præterea in mirabilibus auscultationibus libro Aristotelis nomine inscripto Illyrios ferri, quos Taulantinos vocant, ex melle vina reddere. Fauos enim aqua superfusa exprimere, ac simul aheno ad mediam vsq; partem incoctam primum fictilibus infundere, iam tum dulcissimam: dehinc vasis ligneis reseruare in multa tempora, donec per omnia vini saporem contrahat, cætera potum dulcem, & amabilem, & syncerum. Eaque vero etiam industria in Græcia aliquando paratum ferri, vt à vino vetere nihil differret: verum mystionem deinceps perquisitam explorati non potuisse. *u* Plinius quoq; vini meminit, quod ex aqua, & melle tantum fit. Quinquennio, inquit, ad hoc seruari cælestem iubent. Aliqui prudentiores statim ad tertias partes decoquunt, & tertiam mellis veteris adiiciunt, deinde quadraginta diebus Canis ortu in sole habent. Alii diffusa it. decima die obturant. Hoc vocatur Hydromeli, & vetustate saporem vini assequitur. nunquam laudatius, quam in Phrygia. *x* Dioscorides aliter describit: quamobrem existimo Plinii hydromeli sitis extinguendæ gratia bibi solere, id vero, quod ponit Dioscorides, nisi ab ægris, sed verba adiiciam. Fit Hydromelum, inquit, duabus mensuris aquæ coctæ, & sub caniculæ sydus insolatæ, additis ad vnam melomelitis facti ex cotoneis. Vis huius eadem est. Supra autem de melomeliti dixerat, Melomeli, quod & Cydonomeli nominant, sic fit: Cotonea mala seminibus suis castrata, in quam plurimum mellis, quo penitus demersa contegantur, coniiciuntur; id post annum mitescit, mulso non dissimile, præstat eadem, quæ Cydonites. Quod itaque cydonomeli Dioscoridi vocatur, Hydromelum *y* Constantino Cæsari forte dicetur, quanquam mala simpliciter nominet. Parat tamen etiam aliter. Mala, inquit, optima xxxij. in tenuia frusta per arundinem secato, & eiectis nucleis, ipsa in mellis sextarios viij mittito, in quo vbi menses octo manserint, aquæ pluuialis veteris sextarios xij. ammisceto, & in caniculæ ardoribus insolato, pluuia, & rore vitatis. Alii melius facientes hydromelum sic præparant. Mala optima vigorosa contundunt, & exsuccant, indeque succi sextarios quatuor, & mellis optimi sextarios octo, aquæ pluuialis sextarios duodecim miscent, insolant, & mediocriter coquunt, ac vtuntur. Alii duplici vase coquunt, quo aqua magis quam igne coctura fiat, quemadmodum apud Hispanos mos est. De melicrato similibusque aliis potionibus paulo post dicetur: quia ad medicinam potius, quam sitis sedandæ causa inuenta sunt. Docet præterea Ioan. Bapt. Porta, quomodo ex melle fiat viuum. Affundunturinquit, in nouem aquæ doliis duodeuiginti libræ mellis in æris cortinis, siue ahenis, stanno oblitis, & diutissime ferueant, rudiculis ligneis agitando, & scopulis tumentes, siue vndantes spumas eluendo, decapulentur, indanturque vinario vase. Assumantur mox tartari vini rubri libræ duæ, & aqua conferuescant, donec dissoluantur, cui dolii octaua pars aceti addatur, vt sapor vber fastidiosæ, & ingratæ mellis dulcedinis pereat, permisceanturque: demum bina optimi vini dolia superfundantur actutum resideat, post aliquot dies transmittantur per cilicium colum, vel stamen, quo sordes, & quisquiliæ cluantur, ex his latex emanabit ad parsimoniam, & rei familiaris compendium, quo in aduersa, & secunda valetudine, vti poteris, operculator, & vritor. Hæc ille. Quod si quis ex albo vino rubrum efficere velit, id absq; vllo detrimento præstare poterit, si puluerem mellis ad lapideam consistentiam decocti, & siccati in vinum album proiecerit & transuasando miscuerit. Idem, & minore negotio præstabit radix omnium lapathorum, si recens vel sicca in vinum mittatur. Recenset hocce secretum Mizaldus. Sunt qui mel, & lac in vino infundunt, vt videant, an purum sit vinum. Adiiciam ceu pro corollario tria epigrammata Ausonii de dodrali potione, nam ex nouem ingredientibus, vnum ac forte præcipuum mel est.

Dodra ex dodrante est: sic collige, ius, aqua, vinum,
Sal, oleum, panis, mel, piper, herba, nouem

De eadem.

Dodra vocor. Qua causa? nouem species gero. Quæ sunt?
Ius, aqua, mel, vinum, panis, piper, herba, oleum, Sal.

Aliud.

Δόδρα πότος, ἡ δρῖψ μὲς, ἔχω μέλι, εἶνον, ἔλαιον.
Αρτον, ἅλας, βοτάνη. ζωμὸν, ὕδωρ, πίπερα.

TEMPERIES.

MEl aiunt medici calidum esse, & siccum in secundo gradu, partium que tenuium, atq; mundandi vim habere, & aliquid acrimoniæ, cuius nomine ventrem ad excretionem stimulet, magisque etiam vrinam cieat. Tenuium esse partium duobus in locis scripsit Galenus, ex quo etiam habemus, & tenuem, & tenuissimum succum generare, tenuare quibus miscetur, extersorium esse, multum detergere cum intus, tum foris; sed magis Hymettium, non coctum super omnia mundare. Cum vero dulcia omnia humida sint natura, & calidiori tamen constent, mel ex hisce calidissimus liquor est, adeo vt si à calidis hominibus sumatur, in bilem mutetur, aut si etiam ad ignem decoquatur, amarum præ nimio calore fiat. Quo nomine cum calida omnia magis penetrent, quam frigida, melq; sit admodum calidum, recte dicitur à Platone, naturæ meatus penetrare. Idem enim palati linguæq; meatus aperiens, dulcem efficit saporem. Dulcia autem, magis penetrant, quia calor eorum meatus aperit, & in venarum receptacula, vt author *a* Macrobius, subit.

t Lib. 5. c. 9.

u L. 14. c. 17.

x L. 5. c. 50.

y L. 8. Geop. c. 26.

a L. 7. Satur.

VSVS IN MEDICINA.

MEllis quidem natura, inquit *a* Plinius, talis est, vt putrescere corpora non sinat, iucundo sapore, atque non aspero, alia quam salis natura. Faucibus, tonsillis, anginæ, omnibusque oris desideriis vtilissimum, arescentique in febribus linguæ. Iam vero peripneumonicis, pleuriticis, decoctum. Item vulneribus à serpente percussis. Et contra venena fungorum. Paralyticis in mulso: quanquam suæ mulso dotes constant. Mel auribus instillatur cum rosaceo: lendes & fœda capitis animalia necat. Vsus despumati semper aptior, stomachum tamen inflat, bilem auget, fastidium creat, & oculis per se inutile aliqui arbitrantur. Rursus quidam angulos exulceratos melle tangi suadent. Hæc Plinius. Eadem fere apud *b* Dioscoridem legere est. Mel, inquit, ac stergendi vim habet: ora venarum aperit, humores euocat, qua ratione in sordida vlcera sinusque commodissime infunditur. Decoctum, atque impositum, abscedentem carnem glutinat, medetur imperigini coctum cum liquido alumine, & illitum, item aurium sonitui, & dolori, cum fossili sale tritio, tepidum instillatur; lendes, & fœda capitis animalia illitum necat, nudam glandem recutitis operit, præsertim à balneo triginta diebus emolliatur: oculorum caliginem discutit, faucibus, tonsillis, anginæ collutum, gargarizatumque medetur. Vrinam cieat auxiliatur tussi, & a serpente percussis, contra haustum meconium, cum rosaceo calidum assumitur; aduersus venena fungorum, & rabiosi canis morsus linctum, aut potum proficit, crudum tamen aluum inflat, tussim lacessit, & ea de re despumati vsus aptior est. Hippocrates plurimis in morbis melle vsus est, adeo vt si loca omnia colligere libuisset, in magnam nimis molem scriptura nostra excreuisset, quam ob rem leuiter tantum ea attingam. In secunda pleuritidis specie præbet fauum in aqua maceratum. Conuoluulo laborantem mel optimum lingere iubet, & vinum splendidum vernaculum bibere. Ex alto delapsis in potu præscribit fauorum cremorem decoctum, aqua, aut aceto mulso dulci: vetat autem vini potum. Fauum quoque mellis in frigidissima aqua maceratum in repletione pulmonis exhibet. In curatione prolapsi ani mel adhibet: ad quem locum Vidius; Indulget, inquit, ægrotanti in potione vini dulcis, quod partim nutrit, partim soluit aluum, quæ si nec sic quidem liquatur, mel crudum inungit, quod acrius est, deiectionem educit. Plura etiam loca sunt apud Galenum, sed quæ & ipsa sicco pede transcurram, cum lector per se ea colligere queat ex indice Brasauolæ. In frigidis affectionibus maxime ait esse idoneum, è contrario calidis aduersum: in calidis fieri bilem, in bilem conuersum non nutrire, insalubre esse iuueni & bilioso, inimicum esse calidis morbis; depuratum cibum esse optimum ventriculo frigido, pessimum calido, dentientibus gingiuis adhiberi vtiliter, misceri oportere cum mitigatoriis, ex eo confecta promouere sputum, cutis & vulnerum sordes auferre, facere vt medicamenta simul transeant celeriter, vrinam ciere, humiditatem per vrinam educere: aures purgare, miscendum esse in medicamentis vlceris, thoracis, & pulmonis, omnibus antidotis commisceti, vulnerum sordities adhibitum comedere, faucibus exiccatis illini deducendo humores aperire, prunam in eius aqua infusa ventrem lenire, claritati oculorum, & faciei prodesse, oculorum cænoticum esse, sed Atticum melius haberi ad claritatem faciei, & oculorum, eo fricandam esse linguam asperam, eo vtendum ante balnea, eo mouendas vrinas in senibus, ad sinuosorum vlcerum glutinationem prodesse, sputum crassum attenuare, ad spuendum adiuuare: herpeti exedenti conuenire; dandum iis esse, qui cibum in acidum vertunt: Si deliugatur sine aquæ admixtione, nutrire infirmius, sed aluum deiicere; per se copiosius sumptum purgare per aluum: ab eo abstiuendum esse in tertianis, pituitosis morbis amicum esse. Hæc & multa alia Galenus. *c* Plinius ait auribus quoque vtilissimum esse, in quo Apes emortuæ sunt: item oculis, & in faciei vitiis, vt *d* alias quoque habet: Mel ex Apibus mellificantibus in tumulo Hippocratis medebatur vlcusculis oris puerorum. Aiunt si super vinum edatur, non sinere, vt impetatur capur, & appetentiæ interitum ex materia præsertim pituitosa euocare, & exuscitare. *e* Cornelius Celsus mel coctum enumerat inter res, quæ aluum astringunt. Ratio est, quia coquendo acrimonia detrahitur, quæ aluum citare, & alimenti virtutem minuere est solita. *f* Nicander mel contra opium laudat.

a L. 22. c. 24

Nocumẽta mellis.

b L. 2. c. 101.

c L. 19. c. 6.

d L. 30. c. 4.

e L. 2. c. 30.

Mel coctũ aluum constringit.

f in Alexi.

Tu ne cede metu, sed cura accingere morbi
Dulcia propinans & feruida vina trahenti,
Vix animum nonnunquam & Hymettia mella remiscens
Ex Avium deprompta fauis quarum agmina densis, &c.

g Maitialis ad tussim quoque celebrat, dum canit,

Lenitat vt fauces medicus, quos aspera vexat
Assidue tussis Parthenopae tibi
Mella dari, nucleosq; iubet, dulceq; placentas
Et quicquid pueros non sinit esse truces.
At tu non cessas totis tussire diebus
Non est hac tussis Parthenopae, gula est.

g L. 11. Ep.

Ouidius ad ciendam Venerem:

Candidus Alcathoe qui mittitur vrbe Pelasga
Bulbus & ex horto, qua venit herba salax.

Mel vt vẽtrem moueat.

Mel inter dulcia calidissimũ.

Mel cur naturæ meatus, dicatur penetrare.

Vinum vt fiat ex melle.

Vinum rubrum ex albo.

Secretum an purum sit vinum.

De dodrali potione epigrammata.

Quaq; ſumantur, ſumantur Hymettia mella
Quaſq; tulit folio pinus acuta nuces.

Aqua mellita. Aqua mellita barbam procreat. Aqua mulſa tuſſientibus vtilis traditur. Calfacta incitat vomitiones. Contra venenum ceruſſæ ſalutaris, item coutuſa hyoſcyamum cum lacte maxime Aſinino. Infunditur & genitalium fiſtulis. Vuluis imponitur cum pane molli, ſubitis tumoribus luxatis, liniendiſque omnibus Inueteratæ vſum damnauere poſteri, minus innocẽtem aqua, minuſq; vino firmum. Hæc fere ex *h* Plinio. *i* Dioſcorides quoque mirum in modum aquam mulſam ſiue melicratum commendat his verbis:

Aqua mulſa & eius facultas & vſus.

h *L.22.cap. 24.*

i *L.5.c.17.*

Aqua mulſa eaſdem quas mulſum vires habet. Cruda vtimur, cum moliti deiectionem, aut vomitionem incitare volumus, vt iis qui venena hauſerunt, ex oleo. Decocta datur imbecillis, & hominibus elangueſcentis pulſus, quos illi dixere microſphyctos, tuſſientibus, peripneumonicis, & iis qui immodico ſudore digeruntur: Iam paratum conditiuumque quod aliqui hydromeli proprie vocant, media ætate adynamo vino, aut loræ in recreandis viribus reſpondet, & ſimilem vim adipiſcitur: quare inflammationibus alicuius membri plus quam lora prodeſt Inuetetati tamen vſus damnaretur, inflammatis, aut conſtrictis, ſed laboranti ſtomacho, aut cibum faſtidienti, ſudatoribuſve conuenir. Fit duabus pluuiæ aquæ veteris ad vnam mellis partem additis, & inſolatis. Alii fontanam aquam adiiciunt, & ad tertias partes decoquunt, & ita recondunt Nec deſunt qui hydromeli appellent, quod à melle elutis aqua fauis conſici, ac ſetuati ſoleat: ſed meracius fieri conuenit: aliqui id coquunt. Ægrotantibus noxium eſt, quoniam plurimum ceraginis ſibi vendicant. Erat præter melicratum ſiue aquam mulſam, etiam alia apud Græcos in vſu potio, quæ ὀξυγλυκὺς vocatur, teſte Galeno in explicatione horum Hippocratis verborum: Sed à cibis, & ſorbitionibus abſtinendum (in fracturæ curatione) potioneque vtendum aquæ, non vino, ſed fauorum cremore decocto, aut aceto mulſo dulci. Quo, inquam, loco ſcribit Galenus in Græcia etiam fieri huiuſmodi potionem (quam ait eſſe aquam mulſam auſteram) in hunc modum: Fauos expreſſo melle in ollam mundam aqua plenam iniiciunt, ac macerant, deinde eatenus decoquunt, quoad ſatis ipſis viſum fuerit, vt faui humorem omnem quem in ſe habent, decoctura in aqua deponere potuerit, poſtea ita recondunt, ac ſeruant, vtunturq; eſtate, vtpote ſitim ſedante aqua frigida adiecta. Sed alia ſane aquæ mulſæ ratio, inquit Andr. Matthiolus, apud Mauritaniæ familiæ authores, ab hac quæ hic à Dioſcoride traditur. Inter Arabes namq; Meſue de ea ſic ſcribit. Aqua mulſa ex antiquorũ ſententia, magnis vtiq; viribus prædita eſt. Sitim etenim arcet; frigidis affectibus, præſertim cerebri, & neruorum, & articulorum auxiliatur. Loco vini pota humida extuſſientibus prodeſt: quin & pus, & lentam craſſamq; pituitam è pectore trahit. Inteſtina, viſcera, vrinarioſque meatus purgat, terget, ac lauat: quapropter conuenit coli doloribus, aluum ſubducit, & calculum gigni prohibet. Fit è libra laudatiſſima mellis, non tamen veteris, colore pallido, odore iucundo, ſapore cum dulcedine modice acri, cum aquæ fontanæ libris octo, in vaſe lapideo, vel fictili vitreato, lento igni decocta, deſpumataque & demum linteo percolata. Verum ſi aqua hæc paulo poſt bibenda erit, aquatior fiat, & ſtatim à ſublata ſpuma percoletur Nam quæ longa coctione iulapii conſiſtentiam acquirit, diutius quidem ſeruari poteſt, ſed ægrius penetrat in remotas corporis partes, fácileque in bilem vertitur, ob ſuam exuperantem dulcedinem. Vnde ſitim accendit, niſi plurima affuſa aqua diſſoluatur, adeo vt aquæ fere modo reddatur inſipida Variant autem mulſæ facultates pro diuerſæ coctionis ratione; quippe quæ breui coquitur tempore, flatus in ventriculo parit, aluum magis mouet, & minus nutrit; quæ vero longiori coquitur tempore, flatus diſcutit, magis nutrit, minuſque aluum ſtimulat. Sunt qui mulſæ aromata quoque addant, nempe gingiber, crocum, cinnamomum, macim & id genus alia. Alii galliam muſcatam officinis vocatam, & agallochum adiiciunt. Fit præterea ex parte vna mellis, & aquæ fontanæ partibus octo, fermenti (alias fœni Græci) in his diſſoluti vnciis tribus, & proprie ad centum mulſæ libras. Quæ denique omnia muſti modo efferueſcenda in ligneum cadum coniiciuntur; non tamen ad ſummum repletum, ne feruefcens reſiliat. Vbi vero deferbuerit obturato vaſe, aſſeruetur vini modo ad potandum, veruntamen non bibatur, niſi tertio menſe tranſacto. Huic mulſæ aromata quoque admiſceri poſſunt linteolo inclusa, & adalligata in cadum demiſſa. Hæc omnia Meſues, cuius vltimam mulſæ parandæ rationem, Germani Medonem vocant, qui tamen fermentum addunt, non ex cerealium genere aliquo pararum, ſed ex vini muſti recremento, & lupi ſaliſtarii floribus, quibus etiam vtuntur ad zythum conficiendum, quod Ceruiſiã appellant. Medonis plurimum bibunt Poloni & Lituani, quod melle plurimum abundent. Hactenus Matthiolus Et *k* Conſtantinus Cæſar, qui Hydromeli compoſitionem ab Hydromelitis ſiue aquæ mulſæ præparatione diſtinguit ſeparatis capitibus, Hydromelitem ſiue aquam mulſam ſic præparat aquam pluuialem veterem, aut alias ad tertias decoctam, inquit, accipito, & mellis, quod ſatis eſt ammiſceto, & in vas coniecta in vmbram ad dies decem deponito, foramine relicto ad perſpirationem, & ſic vtitor. Inueteratum melius redditur. Hoc n. empirici medici in egritudinibus vtuntur ſcientes, quod ex ſola aqua, & melle ſit compoſitum. Alii niuem per ſe cum melle committunt, & trita reponuut. Hinc in æſtuoſis febribus medela petitur, & Chionomeli hoc eſt, nix mulſa appellatur. Habebant veteres præterea Apomeli vocatum, cuius conficiendi ratio traditur ab Ætio. A fauis niueo candore ſplendentibus mel pellucidum manib. exprimitur. Optima fontis aqua permiſcetur. Si quod

Hydromeli.

ὀξυγλυκὺς.

Aqua mulſa auſtera.

Aqua mulſa Arabũ.

Medo Germanorum.

k *L.8.Geop. c.27.*

Apomeli quid & eius facultas.

A deſtrictum manauit, melle craſſius apparebit, quaternas aquæ partes ad mellis ſingulas adieciſſe ſat eſt: ſin liquidius profluxit, ternas Si aridiores ſint faui, diſſecantur, & manibus ſubacti diſtringuntur. Hæc in olla fictili, in quâ prius inferbuerit aqua, vt terreſtris eluatur ſordes, igni decoquuntur, nullum fumum eiaculante, deterſa iugiter ſpuma, quæ vel ſummatim enatat, vel faucibus obhærret. At vbi ſeptima, vel octaua pars menſuræ totius fuerit abſumpta, reliqua refrigerari perfecte ſinitur, vinariaque cella reconditur. Apomeli detetget, digerit, aluo biliosum humorem excernit, vrinas ciet Aduerſatur calidioribus, & ſiccioribus naturis. Damnatur in calidis valetudinibus, & præcordiis inflammationem ſentientibus: ſitim tamen nec excitat, nec extinguit. Dari debet ante ſorbitiunculas, namque cibis intermiſtum noxam infert. Notandum quod Actuarius de melicrato, ſiue aqua mulſa agens (vbi Dioſcorides, vt ſupra citauimus, habet, nec deſunt qui hydromeli vocent, &c.) habet ſic: nec deſunt qui inter hydromelitis genera enumereut, quod à melle elutis aqua ſauis confici ſoleat, & Apomeli nominent; hoc tamen meracius fieri conuenit. Quod thalaſſomeli vocabatur, Dioſcorides vehementer purgare teſtatur. Temperari autem æquis portionibus maris, mellis & imbris ex alto detæcatis, & picato vaſe per Canis æſtus inſolatis. Alii ad binas partes marinæ coctæ ſingulas mellis adiiclunt, & vaſe

Thalaſſomeli, & eius facultas.

Acetum melle temperatum.

B conduut: huiuſmodi moderatius eſt aqua marina, & mitius Quin & acetum, teſte *l* Plinio, melle temperabatur: adeo nihil intentatum vitæ fuit. Oxymeli hoc, inquit, vocarunt, mellis decem libris, accti veteris heminis quinque, ſalis marini libra, aquæ pluuiæ ſextariis quinque ſufferuefactis decies, mox elutriatis, atque ita inueteratis. Et rutſus *m* alibi: Oxymeli antiqui (vt Dieuches tradit) hoc modo temperabant: mellis minas decem, aceti veteris heminas quinque, ſalis marini pondo, tymbræ quadrantem, aquæ marinæ ſextarios quinque pariter coquebant, decies deferueſcente cortiua, atque ita diffundebant, inueterabantque. Suſtulit totum id Aſclepiades, coarguitque. Nam etiam in febribus dabant. Proſuiſſe tamen fatentur contra ſerpentes, quas ſepas vocant & contra meconium, ac viſcum & anginas, calidum gargarizatum, & auribus & oris gutturiſque deſideriis, quæ uunc omnia oxalmé contingunt: id ſale & aceto recente efficacius eſt. Apud Dioſcoridem hæc leguntur ſic: Acetum mulſum, quod oxymel vocant, hoc modo temperatur: Aceti heminas quinque ſalis marini pondo, mellis minas decem, aquæ ſextarios quinque pariter coquito, decies efferueſcente cortina: atque vbi refrixerit, diffundito. Sumptum craſſos humores extrahere, & iſchiadicis, comitialibus, & articulorum morbo conflictatis prodeſſe creditur. Contra morſum eius viperæ, quam Sepa vocant, hauſtum meconium, ixiamve, auxilio eſt. Anginis vtiliter gargarizatur. Sed hic obiter notandus eſt Plinii lapſus, qui pro ἰξιᾶ. quod chamæleontis nigri venenum eſt, viſcum tranſtulit. Triplicem oxymelitis componendi rationem poſteritatis memoriæ tradidit *n* Galenus, qui tamen ſal nulli commiſcuit, vt eius verba loco dicto aperte teſtantur, quæ ita ſequuntur. Vni aceti parti, mellis, à quo ſpuma detracta eſt, duplum eſt miſcendum: deinde ambo in leni igni coquenda, donec eorum qualitates in vnum coieriut: ita enim, nec acetum amplius crudum apparebit. Cum aqua vero ſtatim ita facies oxymeli. Melli quadruplum optimæ aquæ miſcebis: deiu coques modico igni, quoad ſpumare deſinat. Ac malum quidem mel multam egerit ſpumam, quo etiam diutius coqui debebit. Optimum vero, vt breuiſſimo tempore coquitur, ita minimum ſpumę euomit, vnde nec pari ei coctione eſt opus. Plurimum certe quartam partem eius, quod ab initio eſt inditum, amittit: poſt vero dimidio aceti adiecto, rurſus coquendum, donec qualitatum omnino ſit vnitas, nec acetum crudum etiam appareat. Conficitur ſane oxymeli etiam tribus ſtatim ab initio miſtis, ad hunc modum. Aceti vni parti addit

Plinii error.

Ixia quid.

n *L.4. de finit. tuend.*

D mellis duplum, & aquæ quadruplum: atque hæc ad tertiam partem coquuntur, vel etiam quartam, ſpuma interim detracta. Quod ſi valentius id facere ſtudes, tantundem iniicies aceti, quantum mellis Huc vſque Galenus. Quem ſecutus Meſues, ipſe quoque de oxymelite ſic ſcripſit Oxymeli fit ex aqua, aceto & melle. Aqua vero miſcetur, vt longa coctione reſoluatur id, quod in oxymelite flatus excitat, vt etiam promptius deſpumetur, vt denique medicamenti huius facultas, aquæ miſtione tenuior facta, facilius in corpus diſtribuatur. Mel vero additur, ad oppugnandam pituitam. Ex melle denique, & aceto miſtis, facultas quædam tertia, quæ neutri eorum ineſt, tanta conſurgit, vt efficaciſſima ſit, atque certiſſima ad attenuandum, incidendum, reſoluendumque craſſa, lentaque excrementa, quæ in ventriculo, & iecore exiſtunt longo tempore genita: quin & ea, quæ articulorum compagines defluxerunt, & diuturnas procrearunt febres: ea namque, & incidit, & coquit. Fit ex aceti parte vna, mellis partibus duabus, aquæ partibus quatuor. Primum autem mel, & aqua ſimul coquuntur, vbi deſpumata probe ſunt, addito aceto percoquuntur, ſempet quoque deſpumando. Datur ab vncia vna ad vncias tres. Hæc ille Aqua ex melle deſtillata quater per alembicum, dummodo mel primo fuerit coctum, pulcherrimos reddit capillos, pediculoſque interficit & lendes res pueris optima & dominabus expetitiſſima. Nam non flaueſcunt tantum, ſed etiam molleſcunt & augentur, præſertim ſi ea madefiant in Sole: deſluuia præterea capillorum emendat. Oculis tumidis ac lippis medetur, & aquoſas eorum tunicas & caliginem diſcutit. Angulos oculorum læſos & vlceroſos ſanat. Locis ambuſtis egregie medetur, præſertim mollibus & teneris, ita vt nulla cicatrix relinquatur. Deſtillaturus autem in cucurbita vitrea, puram & bene lotam arenam admiſcebis & ignem lentum facies. Aqua prima abiicitur, colligitur vero

Cur aqua miſceatur in oxymelite.

Aquæ ex melle deſtillatę facultas.

vero secunda; cui color aureus & sub finem ruffus. Rufta expurgat pus & saniem in putridis vlceribus, si ea lauentur, & imponantur madida inde lintea, & cum ea repurgarit, caruem etiam producit. Mel inter destillandum inflari, & exundare solet, cum incalfactum est. Hoc cauetur, cum destillatio fit in rosario communi, superimposito in patella ligneo cribro (cum setis equinis) ita vt mel attingat. *o* Hieronymus Rubeus aliter destillat, aliasque addit cautiones: E melle, inquit, difficile aqua elicitur, quod facile vi ignis ferueat, & totum ascendat, quamobrem alii vitrum commiscent, alii arenam, plerique oleo cucurbitam intetius inunguant, sed melius syncerum destillatur, præsertim, vbi etiam fœcibus vti consilium est, lineisque pannis aqua madentibus, pileo & cucurbitæ assidue circumpositis, exiguoque igne inferius admoto, tumenti fernentique resistimus, multum vacui in ipsa cucurbita relinquentes, sic vt quinta solum parte impleatur, aut ad summum quarta. Quoniam autem igne satis vehementi tandem opus est, idcirco optime luto incrustari debet cucurbita, quam nonnulli etiam curuam accipiunt. Primo autem aqua exit alba, auctiore mox igne, flaua, & tandem rubra, quæ seorsim colligitur, cum ignis odorem sapiat, & ad alia adhibeatur, quam duæ priores. Nam ad vlcera profunda, serpentia, sordida, cum vnguentis vtiliter miscetur, & capillos tingit. Superiores alba & flaua, purgato iam corpore, suffusiones & albugines oculorum sanant; lenior tamen ea putatur, quæ è melle rosaceo, deinde quæ ex melle communi, post et ex scillitico. Quod si oculares herbas infuderis, nempe seseli, euphragiam, chelidoniam, rutam, summitates atque etiam semen fœniculi, sagapenum, modicum saccharum candi, ammoniacum galbanum, multo efficacius medicamentum effeceris. Casui pilorum, ipsisque producendis ac ruffandis, optime faciunt eædem aquæ, & earum, quas ipsis infuderis, rerum virus ad se trahunt, perinde ac aqua ardens. Sunt qui aquas omnes destillantes vnico vase recipiant, & vbi pars crassior ad fundum vasis, in quo seruantur, descenderit, perspicuaque aqua euaserit, repentis aquę balneo iterum destillaut, idque sexies, aut septies repetunt; rufo enim colore amisso, aureum acquiret hic liquor, cuius in tuenda valetudine, producendaque vita admirabiles pene, vires prædicant. Catharro, tussi, lieni prodest; imbecillas vires restituit, stipationes reserat, putredinem arcet, veneuis resistit, ac vrinam sistit. Destillatur præterea ex melle oleum, de quo sic *p* Andernacus: Mel cum suis fauis vasi fictili imponitur, & in fimo equi calido maceratur, dum cera à melle separata supernatet; qua ablata, melli silices minutissimi permiscentur, & ampullæ induntur, distillaturque primum aqua acerrima, deinde oleum. Singulare est ad dolores podagricos sedandos, vulneraque curanda remedium.

o Sect. 1. c. 8. Alia destillatio.

Oleum ex melle & eius faeultas.

p Dial. 7. commen. 2.

HISTORICA.

DE melle in aurum conuerso hanc historiam narrat Baronius. Nihil ergo (nescio quomodo) ex eo repressus vir ille admirabilis Niceras, vocat eos, qui sequebantur, & statim iubet tollere pecunias, nihil aliud relinquens Patriarchæ, nisi solas centum libras auri. Interim autem dum descendebant ii, qui eas portabant occurrunt: quibusdam ascendentibus ad Patriarcham, qui mellis amphoras asserebant ad eum, in quarum nonnullis inscriptum erat. MEL PRIMARIVM. In aliis autem MEL FVMO CARENS. Postquam vidit Patricius, & agnouit inscriptionem, significauit Patriarchæ, vt ad ipsum mittatur vna ex amphoris. Cum is autem cuius fidei hæc commissa fuerant, eorum (vt mos est) fecisset periculum, & deinde intellexisset, quod in eis factum erat miraculum, & Beato Ioanni significasset, quod sunt omnia auri plena; illico vnum mittit ad Patricium, quod inscriptum erat MEL PRIMARIVM. Ad eum autem mittit etiam litteras, quarum hæc erat vis. Dominus, qui dixit: Non te dimittam, nec te derelinquam: ipse pro iis, quas tua celsitudo nunc abstulit, pecuniis reddit alias: id autem tibi declarabit, quæ nuuc ad te missa fuit amphora. quæ est vna ex iis Scias ergo quod Deum, qui spiritum, & alimentum omnibus suppeditat, homo in quem cadit interitus, nequaquam poterit in angustum redigere. Hæc breuiter ad Nicetam Patricium Patriarcha.

NOCVMENTVM.

RECte *a* Galenus mel aliquibus salubre, aliquibus vero insalubre esse dixit: item neque simpliciter salubre, neque insalubre habendum. *b* Clemens Alexandrinus, mel, inquit, cum sit dulcissimum, bilem generat, quemadmodum quod bonum est, contemptum: bilem autem maxime genetat mel in corporibus calidis, qualia sunt potissimum iuuenum. Galenus oculis & auribus ait esse mordax, nonnullis mixtum causare singultum & in hectica febre id subtrahit, si copiose sumatur, stomachum pungit & incisionem facit, si non coquitur, flatus in ventriculo & intestinis parit: coctum teste *c* Hippocrate æstuosum est, & typhum morbum generat. Cleocho ex lassitudinibus & exercitiis melle per aliquot dies vtenti, tumor ad genu dextrum, inquit idem *d* Hippocrat. obortus est, imo potius ad infernam partem circa tendines sub genu. *e* Idem ait mellita ructum acidum facere & bilis fluxum superne ac inferne, & tormen & flatum & repletionem. Sunt qui flatus excitare credunt, vbi crudum est, coctum vero sine illo esse, vtpote quod vbi coquitur, spumam amittit: cuius causa flatum in eo dissipari credunt. Cæterum quia Hippocrates mel nisi vitiosum sit, coquere vanum esse perhibet, idemque vbi coctum est, si rursus coquatur, non minus fere quam antequam coqueretur, aut spumat aut in tumorem attollitur, rectius videbitur inflationes parere, quoniam à partibus corporis, quas attingit, auide quidem propter suam dulcedinem, retinetur, sed potissimum quia lentum est. Interim enim calefiat, oportet; ob calorem vero quasi feruet; feruescens extenditur quidem, sed ob lentorem, quo minus facile dissoluatur, partibus propter suauitatem obnixe simul ad se trahentibus, prohibetur Hoc pacto & iecur & lien melle potissimum intumescunt. Sic mel etiam ieiuno sumptum, subito saturat. Adeo enim illud siue stomacho, siue iocinori ob lentorem dulcedini coniunctum apponitur, affigiturque, vt neque alios cibos admitti, nec ipsum alio distribui facile sinat. Aiunt frequentius esum etiam scabiem procreare. *f* Gaudentius Merula obseruauit infantem naribus & labiis exesis natum, cum illius causas scisciteretur à matre, nihil aliud respondit, quam se cogitare id accidisse infanti ex plurimo mellis vsu, quo prægnans, cum pica laboraret, vsa fuerat.

a L. 1 de alim. facult.
b Li. 1. Pædag. c. 11. In quibus bilem generet.
c L. de inter. affect.
d Lib. 7. de morb. pop.
e Lib. de affect.

Cur inflationes pariat.

Iecur & lien melle tumescũt.

f L. 4. mem. c. 14.

VSVS AD CONSERVANDA CADAVERA, *aliaque pleraque.*

MVltas atque omni ex parte homiui vtilissimas vires, inquit *a* Hieronymus Mercurialis, à natura obtinuit mel, sed illa reliquarum præstantissima putanda, quod vitia coerceat, nec serpere ea patiatur. Quæ ex causa etiam exanimum, vt *b* Columella tradit, corpus hominis per annos plurimos innoxium conseruat. Nam Plinius refert principatu Claudii Hippocentaurum in Thessalia natum, ex Ægypto ad Imper. allatum. Ante *c* Plinium vero Xenophon morem quandoque sepeliendi mortuos in melle, vt conseruarentur, extitisse tradit; quod in tertio Lucretium intellexisse puto cum scripsit.

a L. 2. c. 24. Var. lec. c. 1.
b Lib. 2.
c L. 5. Græcorum.

Aut in melle situm suffocari, atq; rigere
Frigore, cum in summo gelidi cubat æquore saxi:

Varro in Sciomachia. Quare Heraclides Pōticus (Pontif. mendose legitur apud *d* Noniũ, vt annotat Per. Victorius) plus sapit qui præcepit, vt comburerent; quam Democritus, qui vt in melle seruarent; quem si vulgus secutus esset, peream si centum denariis calicem mulsi emere possimus. Æmilius etiam Probus, siue Cornelius Nepos in Agesilai vita refert, ipsum inter Cyrenas & Ægyptum ex morbo decessisse, ibique amicos quo Spartam facilius perferre possent, inopia mellis cera circumfudisse, atq; domum ita incorruptum detulisse. Vbi hac ratione valeant medici in vsu mellis esse audaciores, vbi præsertim corruptionibus occurrere, atque putredinem compescere necessarium est. Alioqui si cum siccitate contendatur, detrimentum potius, quam commodum mellis vsui succedere, merito innuit Galenus, dum biliosis vtpote siccis magno studio id cauendum præcepit. Hæc ille. Huc spectant *e* Papinii versus ex doctis illis syluulis, in Metii Celeris propemptico.

d L. 19. Var. lect. c. 1.

e L. 3. Syl.

Duc & ad amathios manes, vbi belliger Vrbis
Conditor, Hybleo perfusus nectare durat.

Babylonii quoque, vt supra notauimus, mortuos suos in melle seruabant. Huc referamus præterea hosce Corripi de *f* Iustino Augusto minore auunculi funus condente versus:

f Lib. 3.

Thura Sabæa cremant flagrantia mella locatis
Infundunt pateris, & odoro balsama succo
Centum alia species, vnguentaq; mira feruntur
Tempus in æternum sacrum seruantia corpus.

Si itaque mella cadauera seruentur incorrupta, quanto magis, quæ minus sunt corruptibilia. Purpuram pretiosissimum olim colorem melle conseruari solitam apud priscos legimus. vt *g* apud Plutarchum, qui Alexandrum Susis captis ingentes thesauros comperisse cum dixisset, eosque enumerare pergeret, hæc quoque scripta reliquit Vbi narrat etiam purpuræ Hermionicæ inuenta esse quinque millia talentum, compositæ quidem iam annos ante centum nonaginta, sed recentem adhuc florem, & nouum seruantis. Causam autem huius ferunt esse, quod tinctura melle fiat punicearum, oleo vero albo candidarum, quippe quarum ætate pari splendor putus, & fulgens conspiciatur. Quomodo vero purpuræ melle, & oleo conseruentur, in purpurarum historia Deo dante explicabo, poteritque interea lector *h* Mercurialem consulere, qui hunc eundem Plutarchi locum diligentissimè in variis suis lectionibus tetigit, atque enodauit. Porro de mellis conseruandi potentia plura quis adducere queat, potissimum cum Actuarius tradat, *i* diutissime omnium antidota permanere, melle sibi vindicante naturam, vt sua commistione diutius inoffensa ea perdurent. Verum enimueto mel duplicem ob causam thetiacæ similibusque antidotis commiscetur, tum quia conseruet vsu longo, vt dixi, tum quia etiam eadem excipiat, & quam apta reddat: ad hæc susceptorum vires miscet, & colligit, prohibetque ne ambiens aer exhauriat, extraneos sapores temperat, proprio lentore mediocrem consistentiam antidoto conseruat. Notandum vero est, mellis mensuram non semper eandem in antidotis requiri. In quibusdam euim vix quadruplum satis est, quibusdam triplum, alia neque duplum requirunt. Nam si materia omnis arida ex herbarum comis, & radicibus fiat, quæ molem faciunt, & facile turgent, & intumescunt, iis

g In Alexandro.
h L. 6. c. 26.
i L. de compos. medic.

vix quadruplũ ſufficere expetientia docet; ita in Diacalamintha accidit. Quorũ materia grauior, ſolidior & nou multũ intumeſcens, vt Myrabolani, triplum in his ſupereſſe non dubito. Succorum materia quæ non adeo eſt arida, & mellis minimum combibit, minore quam dupla menſura mediocrem conſiſtentiam retinet. Verum antidota non ex vnò tantum genere rerum componuntur, cum plerumque & herbas, ſuccos, & foſſilia, & animantium partes recipiant, quare fit, vt raro extremis menſuris vtantur. Idcirco Græci, vt plurimum triplo vtuntur, cum vinum non immittunt; ſin vinum admittunt duplo, aut paulo amplius, quod in theriaca apparet, in qua mel ad libras decem ponunt, vt deſpumatum ad duplum deueniat. Mellitas ex Hiſpania placentas ſuo tempore afferri Romam ſoliras conſtat, tanto terrarum tractu durabiles ex cydoniis, cum melle coctas; ſeptem item perennaſſe annos compoſitionem Diacydoniten, coctam itidem cum melle, additis pipere, zinzibere, & aceto legimus apud Galenum. Antea notatum eſt, ſurculos in melle ſepultos, in alias regiones incorruptos, & propagationi aptos deferri, quod *k* Cardanus quoque tradidit, rationem afferens, quaudoquidem mellis humidum, tenue eſt, dulce ac temperatum, non pingue, non putredini obnoxium: atque hoc alendis teneris germinibus vtiliſſimum eſſe. Quamobrem, inquit, & iuglaudes toto anno virides in eo ſeruantur; fructus vero, & caro non paucis diebus abſque putredine. Verum Cardanus, quod mel neget pingue eſſe in eo ſibi ipſi refragatur, cum ſubinde pingue eſſe ipſemet profiteatur, quamobrem recte hanc exercitationem in ipſum ſcripſit *l* Scaliger. Arborum, inquis, ſurculi in melle ſepulti ſeruantur: quia mellis humidum tenue eſt, & dulce, ac temperatum, non pingue, nõ putredini obnoxium. Hoc autem alendis teneris germinibus commodiſſimũ. Quaſi velis dicere, pinguia putreſcere. Quæ tamen res haud ſæpe contingit. Rancida namque & lachrymæ, & gummi non ſolum non putreſcunt, ſed etiam depoſita ſumma fide ſeruant, vt Cedria, pix, mirrha, aloe, & eiuſmodi complura. Mel vero quanam audacia, è pinguium genere eximebas? Accuratius igitur horum conſeruantium rationem ineamus. Quatuor in primis eſſe vulgo nota, huiuſce facultatis. Mel, eiuſque pars, vel affinis: cera. Oleum & oleoſa, quæ analoga vocant philoſophi. Et Acetum. In his liquidis, omnia, ſed alia in aliis ſeruantur: fructus, caſei, hyſicia. Aceto propter ſiccitatem. Amplectitur internum calorem naturalem, arcetque quo minus exeat. Eademque potentia prohibet externi vim, atque inuaſionem. Olei denſitas obſiſtit aeri, & ſupernatat ambiens humiditatem ſeruati corporis interiorem: qua non cedente humiditatibus peregrinis, non fit corruptio, vt in problematis, de Alno ſub aqua, dicebamus. Olei namque peculiare pingue auerſatur humorem, tum aqueum, tum aereũ. Ideo non contrahunt rubiginem gladii oleo aut ſeuo perunctí. Melle vero ſeruantur multa: multa etiam vitiantur. Humor enim ei natiuus, nõ imbecillis. Quare ipſum ſibi incorruptum corrumpit aliena. Iccirco fructus humidiores ſibi creditos ab iniuria non tuetur. Cuius rei periculum fecimus. Iuglandes quidem in eo ſeruant naturam ſuam incorruptam propter oleaginem peculiarem, qua illius humido reſiſtunt. At ficus, perſica, pyra, malarabo fluida fiuut Aceto perſica & ſub hyemem olim ſeruata Mantuæ: & hoc anno mẽſe Februario vini fæcis beneficio hic vidimus facie quidem ſolida atque incorrupta, ſed triſti, ſapore vero inguſtabili. Hæc itaque Scaliger. cui quidem quod de ficis, pyris, malisque tradit, credendum eſt, ſed meo iudicio ita credendum eſt, ſi haud debito modo condantur. Quid enim humano cadauere proniusaptiuſq; ad cõcipiendam putredinem tabemque? id melle ſeruari ſolitum iã demonſtratum eſt. Non debito autem modo condiuntur, cum mel nimis eliquatur, quod ex Plutarcho colligo, qui ſic de melle ſcriptum reliquit. *m* Calor cum alia, tum mel quoque ſua qualitate exuit: quod crudum alia quoque à corruptela defendens, elixando perditur.

k *Lib 8. de ſubtil.*

l *Exer. 179.*

m *Lib. ſym. poſ. q. 348.*

CAPVT III.

DE CERA.

Mellis & Ceræ vtilitas:

CErane an mel præferri debeat, in dubium vocari poteſt. Quin ſaue cera vel ea ſaltem ratione melli præferenda videtur, quia mel ipſum hac contineatur, quanquam in nonnullis locis mel ſine fauis naſci demonſtratum ſit. Vtiliſſimum homini, immo plane neceſſarium mel eſt ad vitam ſuſtentandam. Ceræ non minor vtilitas, potiſſimum ad præbendam lucem in tenebris; & ad ſacrum in Eccleſia Romana titum. Maiorque eius erat apud veteres vſus. In hac animi ſui conceptus, vti nos modo in papyro, exprimebant, hac pingebaut, hac imagines maiorum ſuorum, qui vel domi, vel in bello clari fuiſſent conficiebant, & ad varios alios haud pænitendos vſus, conſeruabant; Mel nihilominus. de induſtria pætulimus, naturam ipſam imitantes, quæ mellis cauſa ceram fauoſue genuiſſe videtur.

De melle cur prius egerit author.

ÆQVIVOCA.

Cerus fluuius.

Κῆρος teſte *a* Euſtathio Armeniæ fluuius eſt: quod miror à nemine annotari. Cera (κέρα) *b* Theophr. braſſica ſylueſtris eſt. Sed quamnam herbam ita appellet, haud ita conſtare video. Criſpinus vulgaris lexici author, exponit paſtinaca ſylueſtris, putatque ita dicì à fibrata, & capillata radice. In qua ſententia etiam *c* Celius eſt, ſed paſtinacam cum armoracia cõfundit. Apud Theophraſtum, inquit, obſeruauimus, armoraciam, quæ ſylueſtris eſt raphanus, vt ſcribit Palladius, ab cornu imagine κέρας nuncupari. Quod paſtinacis nomen eſt communicatũ, Dauco tamen in primis, forte ab radicis capillatæ augumento, *d* Ruellius vero de cera herba hæc ſcripta reliquit: Lapſana olus ſylueſtre eſt, pedalis altitudinis, trium foliorum napi ſimillimorum, niſi candidior eſſet flore, coquitur in cibo. Hanc diui Iulii carminibus præcipue iociſque militatibus celebratam Plinius tradit: alternis quippe verſibus exprobrauere, ea ſe vixiſſe apud Dyrrachium, præmiorũ parſimoniam cauillantes. Hæc eſt, quam rura ſanuas albas, quaſi ſylueſtres napos vocant. Quod ſatis Dioſcorides teſtatur, tradẽs à Romanis napum appellari. Namque ſylueſtre hoc olus pedali altitudine prodit, tribus hirſutis ſoliis, cætera napi ſimilis, niſi flos eſſet aliquanto candidior. Ea virent arua, & in pauperum cẽnas plærumque venit. Apud Arcades eam naſci, quam illi braſſi eam ſylueſtrem appellant medici quidam cerã, Theophr. teſtatum reliquit. Herbæ cuiuſdam, quæ cara nominabatur, meminit Hirtius, qua cum lacte victitauit exercitus, radice vſus, non ſolio. Hęc ille & rurſus in eodem libro, capite de braſſica. Et cera, inquit, Theophr. ſylueſtris braſſica, quam alii erraticam, alii pertęam dixerũt. Plinius ſpeciali nomine eramben, coma leui, parua, rotunda, ramis, floribuſq; permultis conditam, ſatiua candidiorem, ſucco aſpero, & inſtar medicamenti amaro. Hæc eadẽ illa eſt quæ tot exercuit, imo ſere occidit grãmaticos, illo Satyrici ſenariolo vaticinãte quantũ crucis noſtris olim criticis poneret.

Occidit miſeros crambe repetita magiſtros.

Hæc Ruellius. Mihi vero cara radix Hirtii longe alia videtur quã Cera apud Theophraſtum. Hæc enim braſſicæ genᵒ eſt ſylueſtris, diuerſum tamen à braſſica ſyl. Dioſcoridis, nimirum Lampſana, cuius folia cauleſque teſte eodem Dioſcoride coquuntur in cibo: cum cara radice tantum, non ſolio, vt Hirtius ſcribit, veſcerentur obſeſſi Romani: quia nimirum ſolia eſui non erant. Eorũ tamen opinionem approbare nolim, qui radicem Hirtio caram nuncupatam, paſtinacam eſſe volunt, quia ſcilicet hæc omnium maxime edulis ſit, eam autem, cuius eſui tantopere indulgent Belgæ (non enim niſi ſata colitur in hortis: non ſuapta natura ſecus vias, & per agros prouenit) cæterum ſylueſtrem paſtinacam, quæ nullibi non per agros obuia eſt, quæ licet non ſit, vt domeſtica, ad guſtum grata, in fame tamen optimum erat condimentum, maxime ſimul cum lacte comeſa: cum ſatiua per ſe eſui ſit, neque lactis condimento egeat, quod in cara radice Hirtius requiri mihi innuere videtur, cum ea cum lacte victitaſſe exercitum tradat. Videtur denique mihi κῆρας, non κέρας apud Theophraſtum ſcribendum, vt videlicet peculiarem huius herbæ in ſubminiſtrando ceram naturam nobis manifeſtaret. Mirum enim eſt, quantum ex hac herba ceræ colligant Apes, quod *e* Columellam exactiſſimum de re ruſtica ſcriptorem minime latuit. Præcepit enim Lapſanam prope aluearia ſerendam eſſe, quod copioſam ex ea ceram Apes colligant. Iam vero, inquit notæ vilioris innumerabiles herbæ, cultiſque atque paſcuis regionibus, quæ fauorum ceras exuberant, vt vulgares lapſanæ, nec his pretioſior armoracia, rapiſtrique olus, &c.

Cera herba.

Cara radix quæ Hirtio.

Theophr. correctus.

a *In Odyſſ. M.*

b *L. 9. Hiſt. plant. c. 13.*

c *L. 7. Ant. lect. c. 5.*

d *Lib. 2. de nat. ſtirp. c. 50.*

e *L. 9. c. 4.*

Lapſana Sanua alba.

Napus ſylueſtris.

d *Cap. 54. Crambe quæ Plinio.*

SYNOMYMA.

נכאה cum Aleph vice Vau in Bereſith Rabbah exponitur שעוה Cera. Rabbi Dauid in lib. Radicum dicitur res deſiderabilis. Vox, inquit Pagninus, videtur peregrina pro aromate, vel omni eo, quod ex aromatibus artificioſe confectum eſt. Geneſ. 37. Et cameli eorum portantes נכאה, res deſiderabiles. vel ceram. Hieron. aromata lxx. θυμιαμάτων, id eſt, ſuffitis. Pſalmo 22. & 68 דנג vertitur cera. Sicut liqueſcit דנג cera à facie ignis Pſalm 22. Fuit cor meum כדיונג ſicut cera Ieſ. 41. ne השהע paucas; quia ſum Deus tuus, Doctores Hebræorum exponunt, ne ſis ſicut שעוה cera, quæ ſcil liquefit, & diſſoluitur à facie ignis i.e. neliquefias, ne diſſoluaris. Rabbi Ioſeph exponit, ne debiliteris Rabbi Selom. Ne liquefiat (aut diſſoluatur) cor tuum, ſicut cera. In dictionario Syrochaldaico נכאות idem eſſe dicitur, quòd שעיות ceræ: Item שעוה & שעיתא idem, quod דונג cera. Arabibus nominatur Hamaha, & Semha. Græcis κηρός, apud Dores κάρος. *a* Euſtathius τὸ κηρὸς καὶ μέλιτος etymum eodem modo indagandum eſſe ab Apis diligentia, curaque in conuehendo innuit, κηρὸν tradens dici ἀπὸ τοῦ κεραίνειν, τὸ μέλι ἀπὸ τοῦ μέλειν. Vtrumque enim verbum curare & ſolicitare ſignificat. Accipitur vero etiam κηρός pro ceræ picisque mixtura; vnde ceratæ naues dici meruerunt, cera piceque ſimul confuſis oblitæ, de quibus poſt ſuo loco ſermo fiet. Cera etiam teſte *b* Galeno μάλθη vocatur; atque ita Hippocrati nuncupati ſcribit Hermolaus. Sed proprie μάλθη ſiue μάλθα cera eſt emollita, μεμαλαγμένος κηρός, vt Heſychius exponit: in quo ſignificato capitur à Polluce, qui inter δικαστικὰ quædam σκεύη ponit πινάκιον πεμπτικὸν, μάλθῃ, ἠκατηλείπτο τὸ πινακίον. Plura quoque in eodem ſignificato poſtmodum citabuntur. Eſt præterea μάλθη Heſychio μαλακία & τρυφερή. Item ῥύπος ξηρός. Pollux autem ῥύπον accipi pro cera qua tabellæ ſcriptoriæ inducuntur, ſcripſit, ita vt μάλθη generalius pro cera tam dura, quam mollita vſurpetur. Diuerſa ab ea eſt Latinorum maltha, permiſtio nimirum picis liquida, vnguinis ſiue axungiæ, ſiue ſeui, & calcis, ad ſtrigmenti craſſitiẽ; qua in ciſternis, piſcinis, vel puteis rimas, & lacunas, cũ aqua per ſaxa manat, reſarciũt, atq; pauimenti. vel parietis tecturam ſuccumbentem reparant: cuius compoſitionem docet *c* Palladius. *d* Plinius vero aliud genus docet hoc modo: Maltha è calce fit recenti; tunditur cum adipe ſuillo, & ficu,

Hamaha.

a *In Odyſſ. M.*

b *In Exegeſi.*

Ρύπος.

Maltha quid Latinis.

c *Li. 1. c. 17.*

d *L. 36. c. 24.*

c Lib.2. cap.104. & ficu, duplici linamento; quæ res omnium tenacissima, & duri-
,, tiem lapidis antecedens: Aliter autem accipit *c* alibi, in Com-
,, magenes vrbe Samositis stagnum est emittens Limum (maltham
,, vocant) flagrantem. Cum quid attigit solidi, adhæret: præte-
,, rea tactus sequitur fugientes. Sic defendere muros oppugnante
Lucullo: flagrabatque miles armis suis. Aquis etiam accenditur:
,, tetra tantum restingui, docuere experimenta. Similis est natura
naphtæ. Latini synonymia carent. Accipitur tamen sæpissime fa-
uus pro cera, quemadmodum etiam pro melle, vt dictum est. Ita-
li latinam vocem seruarunt. Hispanis parum immutata ciera dici-
tur, Gallis ciere, Germanis superioribus vvachs, inferioribus
vvas, Vandalis vvaskis, Polonis vvosk, Vngaris viasz, Anglis
vvaxe.

QVID SIT. VNDE FIAT.

MEl doum esse cœleste siue aereum iam dictum est. Ceram
eisdem, quibus mel, locis Apes colligunt, in plantis videli-
cet, nonnunquam iisdem, nounnunquam diuersis. Constant ta-
men materia plane diuersa, vtpote mel ex rore matutino, cera ex
ipsa tenaciori plantarum substantia: quod vel ex *a* Arist. constare
putò, dicente ex lachryma arborum Apes ceram conficere. Quod
vero etiam ceram ex iisdem plantis, quibus mel, colligant, colli-
,, gitur ex eodem *b* Aristotele scribente: Conficiunt ceram, cum
,, stirpes florent, quamobrem eximenda per id tempus cera de al-
,, ueo est: continuo enim reparatur. Hæc sunt, vnde accipiuur,
thymus, fusus agrestis, sertula Campana, albucũ, myrtus, phlœus
,, vitex, genista. Cum ex thymo conficiuut, aquam admiscent,
,, autequam fauus occupatur. Alibi quoque albucum siue asphe-
delum gratam herbam Apibus esse scribit, indeque ceram accipi.
c Plinius ceras ex omnium arborum satorumque floribus consin-
gere author est, excepta rumice, & chenopode. (alii legunt, echi-
nopode, alii eqninopode: pro quo quidam tribulum interpretan-
tur, alii echion, alii spinæ genus) Falso excipi spartum (non intel-
ligit iuncum sterilem, & flore fructuque priuatum, descriptum
lib. decimonono cap. 2. sed genistam iisdem, quibus ille iuncus,
,, nascentem, flore Apibus iucundissimo) cum in Hispania multa
,, in spartariis mella herbam illam sapiant. Falso & oleas excipi ar-
,, bitratur, quippe oliuæ, inquit, prouentu plurima examina gi-
gni certum est. *d* Alibi tamen sui oblitus affirmat Oliuæ florem ab
Apibus non attingi, ideoque hanc arborem procul esse, satius esse
putat. Sed prior assertio vera: nam & Maro præcipit, vt

Palmaq; vestibulum, atq; ingens oleaster obumbret.

e Lib. 9. cap.40. Sed & *e* Aristoteles, Ceræ, inquit, congestio notari potuit in oleis,
,, cum diutius in eadem morentur, propter frondem eius arboris
,, spissiorem. Lampsana item maximum ceræ prouentum præstat,
vti paulo ante ex Columella diximus. Sunt præterea & aliæ plan-
tæ, ex quibus, & mel & ceram eximant. Ait alibi Aristoteles ce-
ram suis Apes cruribus aggerere: Obseruaui id quam sæpissime, et-
iam in syluestribus: quarum nuperrime vnam ita crura cera fla-
uescente onusta habentem conspexi, vt vix propter pondus pro-
uolare posset, tum etiam quia totam crurum flexuram cera imple-
f Lib.9. cap.40. uerat. Asseruerat idem *f* Philosophus ceram, perreptando flores,
capere Apes, priorum acumine pedũ, mox vero priores in medios
abstergere, & rursus medios in blæsa posteriorum, atq; ita onustas
discedere, & quidem grauati, premiq; onere cerui. quoties redeũt.
g Lib.11. cap.10. Repetit hæc *g* Plinius breuius quidem, sed diligentius, dum ait:
,, Prioribus pedibus femina onerant, propter id natura scabra, pe-
,, des priores rostro; totæque onustæ remeant. Quæ cum ita sint,
cum inquam sit luce clarius mel & ceram in eodem loco nasci, di-
uersam tamen esse rem, diuersamq; substantiam, illius roridam,
huius aeriam quidem etiam, sed ex lachrymosa, ac gummosa
plantarum insita natura oriri, & diuersimode ab Apibus ferri in
aluearia, illud nempe ore, hanc pedibus, illud liquidum, hanc so-
lidam, firmamque, atque aptam ad illud conseruandum. Itaque
Cera quid. plane omnibus notum esse existimo ceram esse nihil aliud, quam
h Lib.21. cap.14. fauos, ex quibus mel est expressum. Quomodo autem mel expri-
Cera vt fiat matur suo loco docuimus. Cera fit, inquit, *h* Plinius, expressis fa-
,, uis, sed ante purificatis aqua, & triduo in tenebris siccatis, quar-
,, to die liquatis igni in nouo fictili, aqua fauos tegente, tunc sporta
i Lib.9. cap.16, colatis. Rursus in eadem olla coquitur cera cum eadem aqua,
,, excipiturque alia frigida, vasis melle circumlitis. Videtur hic
,, Plinius allusisse ad *i* Columellæ placita, quæ de cera facienda
,, memoriæ prodita reliquit his verbis: Ceræ fructus, quamuis æ-
,, ris exigui, non tamen omittendus est, cum sit eius vsus ad multa
,, necessarius. Expressæ fauorum reliquiæ, posteaquam diligen-
,, ter aqua dulci perlutæ sunt, in vas æneum coniiciuntur: adie-
,, cta deinde aqua liquantur ignibus, quod vbi factum, cera per
,, stramenta, & iuncos (sporta, Plinius) defusa colatur, atque ite-
,, rum similiter de integro coquitur, & in quas quisque voluit for-
,, mas, aqua prius adiecta, defunditur, eamque concretam facile
,, est eximere, quoniam qui subest humor, non patitur formis in-
hærere.

DIFFERENTIÆ. ELECTIO.

Cera adipi similis vbi. IOannes Guinterius Andatnacus, ceram ait aliam esse flauam,
aliam albam; aliam rursus pinguem adipi similem, qualis in-
quit, ex Moscouia, & Polonia affertur, aliam siccam & densam.
Ego ceram naturaliter albam nondum obseruaui, neque præte-
Cera duri- rea capio facile, quam siccam densamne vocet. Quæ enim sicca
ssima. simul & densa sunt, ac dura, quod ceræ naturæ auersatur. Habeo
tamen ego in musæo meo ceram Indicam colore flauo, viridi &
A rubro, item nigro, quæ lapidea prorsus est duritia. Sed hæc natu-
ralis non est, quin ex lacca conficiab Acosta didici. Proprie enim
cera ad tactum mollis est, in quo sensu venuste admodum dixit
Plinius Iunior:

Vt laus est cera mollis, cedensq; sequatur.

Optima est iudicio *a* Dioscoridis, subflaua, supinguis, pura, odo-
rata & halitum quadam teuus melleum referens, natione Pontica,
aut Cretica. *b* Plinius vel inuertit hunc Dioscoridis locum, vel al-
terius scriptoris doctrinam secutus est in eligenda cera Ait enim
optimam esse, quæ Punica vocatur (hoc est, vt Iacobus Dalechã-
pius etiam exponit,) omnium candidissima. Proximam, quam
maxime suauam odorisque mellei, puram, natione autem Pontic-
cam, quã constare equidem miratur inter venenata mella. Dein-
de Creticam. Plurimum n. ex propoli habere. Post has Corsicam
quoniam ex buxo fit, habere quandam vim medicaminis putari.
c Iacobus Holleri[9] cum dixisset in ceratis cera vtendum esse, quam
adolescentior Apum populus conficit, alioqui, inquit, cera alba
vtendum est, non sponte quidem nata, sed factitia, qualis olim
Tyrrhenica, quia suauior est, & acrimonia hoc genus remedio-
rum carere debet. Sed de hac sæpe apud Galenum fit mentio quẽ
quisque adire poterit. Idem tradit Ponticam naturaliter amaram
B esse, amaritudinemque ex absynthio obtinere, nec non eam lo-
tione non deponere. Candida, authore Dioscoride, fit hoc modo.
Ex ea radunt album, syncerumque, atque transfundunt in vas,
quod satis habeat marinæ ex alto petitæ, inspersoque nitri mo-
mento, decoquunt; cumque iterum, tertioue inferbuit, separa-
tum vas refrigerant, ac ceræ pastillum eximunt, detersa sorde, si
qua forte adhæsit: tum denuo indita noua maris aqua feruet, vti
retulimus, & vase dempto ex igne, fundum ollulæ nouæ aqua fri-
gida madefactum, in ceram summam suspensa manu intinguntq;
quo celerius congrescat, & quam minima portio extrahatur. Su-
scepto primo ceræ orbiculo, iterum vasis imum aqua refrigera-
tum, tantisper in ceram immitti debet, dum tota excipiatur. Or-
biculi liuo consuti, interuacante spatio suspenduntur, & interdiu
continuo sub sole, noctu sub luna asperguntur, vsque dum perfe-
cte albescant. Verum si eximius ille candor desideretur, eadem
factitari, & ideutidem recoqui operæpretium est. Nec desunt,
qui pro marina, in muria quam acerrima semel, aut iterum exco-
quant; dein laguncula tenui rotunda, ansam habente extrahunt;
postea orbiculos substrato affatim cespite herboso, insolant, do-
nec candorem summum contraxerint. Præcipiunt hoc obeun-
dum munus Vere, cum Sol remissa vehementia humorem pariat,
C vt nou facile liquetur.. Hæc itaque Dioscorides, ex quo *d* Pli
nius, Punica fit, inquit, hoc modo: Ventilatur sub dio sæpius ce-
ra fulua. Deinde feruet in aqua marina ex alto petita, addito ui-
tro. Iude ligulis hauriunt florem, id est, candidissima quęq; trãs-
funduntque in vas quod exiguum frigidæ habeat Et iursus ma-
rina decoquunt separatim, dein vas ipsum refrigerant Et cum
hæc ter fecere, iuncea crate sub dio siccant sole, lunaque hæce-
nim candorem facit. Siccantes ne liquefaciant, protegunt tenui
linteo. Candidissima vero fit post insolationem etiamnum reco
cta Punica medicis vtilissima. Sic ille. Binas quoque dealbandi
ceram rationes nobis descriptas reliquit *e* Io: Anglicus in sua ro-
sa Anglica, quarum prima est, vt cera tam diu in aqua decoqua-
tur, permutando continuo aquam, donec candida reddatur; al-
tera vt dum in aqua dissoluitur ab igne, vitreum vas aqua perlu-
tum dissolutæ ceræ immergatur, & quod adhæserit, sole lunaq;
siccetur, idque tandiu continuetur, donec ita omnem ceram exa-
meris & sub dio exposueris. Albescit autem solis vi (vt de aqua
nihil dicamus præterea) quoniam ita tollitur à cera mel, eæque
partes expirant, quarum tenuitate color conflatur Quod reti
D git omnium doctissimus *f* Iulius Cæsar Scaliger. Fieri album, in-
quit, ab igni scribit, Arist in oct Sect. propositarum quæstio-
num. Quod patet in cera, pilis cinere. Et in septima idem sentit,
& in quinto de generat. animal. & in primo Meteorum. Solem
enim esse candidum. Vbi duplex sententia explicanda est. Nam
vbi solem dicit album, potest albi mistione candoris confectio-
nem profiteri. At cera non hac ratione fit alba, sed quasi ab effi-
ciente. Ἐξικμάζεται namque mel ab igne, quamobrem exuctæ
candor relinquitur. Idam modus in pilis, & cinere Et candorem
supra statuebamus in sicco. Tametsi ne hoc quidem videtur. A-
qua enim humidissima in suis primordiis apparet alba. Itaque
ab aqua etiam creari albedinem gummi indicant; ea namque si
soluantur, albescunt. Quinquam hic quoque tollitur sordes,
tum densitatem, atque inæqualitatem, nec minus eluit tenuio-
res partes in solaras, in quibus aliquid coloris insit, obiici potest,
&c. Aiunt Venetiis candidissimam ideo fieri, quia ea vrbs non vt
alię ciuitates pluuerulenta est. Candidam ceram ἀνιγμαπκὴς Var-
ro in Prometheo apud Noniũ referente Iacobo Dalechampio. his
verbis significat: Chrysosandolos locat sibi, & amiculã de lacte
(quidam lacteam à cera legunt) ac cera Tarentina, quam Apes
E Milesiæ cogerint, ex omnibus floribus libantes, sine osse, & ner
uis, puram, putam, proceram, candidam, teneram, formo-
sam *g* Turnebus vero Varronem amicam scribit ceream vo-
care pro tenera, & pulchra, propter cereas imagines, quas in a
triis habebant, (veteres) aliaque opera, quæ sequaei, & flexibili
ceræ natuta pulcherrima faciebant, & mollia erant. Præterea
cera tractando inalbescit: vnde τρακτὸς κηρὸς Ætio vocatur, quæ
tractando inalbuit, τρακταίζω Phauorino est λευκαίνω, inalbesco
Ἰράκτα meminit *h* Hermolaus his verbis: Capyridia sunt, quæ a-
lio nomine Tracta dicimus, vt Athenæo placet: cuius vocis, &
apud Catonem mentio est, vbi de placenta, & spira, & scribita

a Lib.2. cap.76. Ceræ optimæ notæ.
b Lib 21. cap.14. Cera Punica omniũ candidissima.
c Lib.6. Inst. Chirur. c.1. Pontica cera amara.
Cera alba vt fiat.
d Lib.21. cap.14.
Cera candidissima quando fiat
e Lib.5.c.1.
Cur solis vi albescat.
f Exer.325. 12.
Sol candidus.
Aqua alba
Cera cur Venetiis candidior quam alibi fiat
g Lib.17. Auuersar. cap. vlt. Τράκτος κηρὸς.
h Corol 3:9. in Diosc.

loqui-

loquitur: quo verbo ipſe non panificium, ſed portiones tota materia detractas, & in ſolum, hoc eſt, ſtatum in tabella, ſiue alueolo diffuſas congeſtaſque ſignificat; proinde in hoc vſu Græci ſic loquuntur. ἕλκειν λαγάνα pro eo, quod eſt tracta facere: Hinc, & cera candida tracton dici à Græcis quoque author eſt Phocion; à quo, & verbum πλακοῦν pro eo, quod perficere, ac ſubigere, vt alba fiat cera. Paulus quoq; ceram tractam ad pſora conimendat. Mihi capuridia videntur tracta dici, quoniam & tractata manibus albeſcant, & etiam igne vſta, hoc eſt cocta, quemadmodum in panis maſſa obſeruamus, quæ manib. contrectata, candeſcit quidem ſed coctione fit poſtmodum candidiſſimus panis. Euſtathius in hoc forte ſenſu καπυρὸν compoſitum eſſe tradit ἐκ τοῦ κάειν, καὶ πυρόω. indeque καπυρίδια apud Dipnoſophiſtam appellari. Ceterum illud in primis in cera candida obſeruandum eſt, ne ſit impoſtura, nonnulli enim terebinthinam ceræ communi miſcent, atque addita ceruſa dealbant. Sunt qui ceram candidam, virgineam vocent. Sed ceram virgineam propolim eſſe habemus ex Actuario, & ante hunc ex Scribonio Largo: & neſcio quam bene *i* Hollerius ceram virgineam eſſe putat, quam adoleſcentior Apum populus conficit. Laudari tamen ſatis eiuſmodi cera ad plurimos vſus non poteſt. Eſt enim quam recentiſſima, & cariem nondum ſenſit. Laudatiſſimæ autem ceræ notæ ſunt, vt ſit quam maxime recens: quo enim recentior, eo odoratior exiſtit, puriorque & ad diuerſarum impreſſionum, & figurarum ſuſceptionem aptior, & tam formæ ſuſceptæ, quam ſcripturæ in ea impreſſæ durabilior. Cæteras notas bonitatis ex Dioſcoride, & Plinio diximus, inter quas etiam non poſtremo loco ponitur, vt ſit odorifera, odore autem melleo. Nũquid v. cera odorata ſine laudabili odore eſſe queat, vt mihi facile perſuadeo, quiſpiã in dubiũ vocare queat ea ratione, qua cera, plerumque ex arborum lachrymis conſtat, quarum odor ſane gratus non eſt, tum etiam quatenus propolis grauiſſimi plane odoris ei permiſcetur. In quam diſputationem poſtquam inciderimus, obiter locum k Plinii reſtituam, apud quem alibi ſic legitur: In M. Ciceronis monumentis inuenitur, vnguenta gratiora eſſe, quæ ,, terram quam quæ crocum ſapiant: quando etiam corruptiſſimo ,, in genere, magis tamen iuuat ipſius vitii ſeueritas. Ego legendum puto non terram, ſed ceram: nam apud ipſum *l* Ciceronem ita ſcriptum inuenitur. Vnguentis minus diu nos delectari ſumma ,, & acerrima ſuauitate conditis, quam his moderatis: & magis ,, laudari, quod cæram, quam quod crocum olere videatur. Vnguenta enim ceram recipere notiſſimum eſt, cum terram odoris conciliandi gratia ad ea recipi uemo dixerit. Videturque mihi innuere Cicero doctrinatum lux altera, odoratiſſima vnguenta, qualia ſunt, quæ crocum præſtantiſſimi, atque acutiſſimi odoris aroma accipiunt, nimio odore caput ſenſuſque ferire, ideoque abominari: moderata, quæ tam acuti odoris aromata non recipiebant, ſed ceram ipſam odore vix ſuperabant, ideo eſſe gratiora, quod nullam capiti ſenſibuſque noxam inferant: putauerimque denique Ciceronem moderata vnguenta per ceram potius, quam aliquod aroma ſignificaſſe, cum quod aliud non ſit inter ingredientia valentius, tum vero potiſſimum, quod vnguentis ſuam (vt vocant) conſiſtentiam præbeat. Fruſtra itaque mihi *m* Cælius Calcagninus Ciceronis locum per Plinium reſtituere conatur. Adducendum enim eſſet aliquot vnguentum, quod terram odoris cauſa conciliandi recipit. Neque inſuper verum eſt ceram ideo grauiſſimi odoris eſſe, quoniam ex lachrymis arborum ab Apibus colligatur, reſinaq;: uam & eodem modo mel quod ſæpe ex inodoris plantis deferũt, & ingratum habentib. odorem, vel inodorum ſæpe vel ingrati odoris eſſe deberet, φ falſum eſt. Quin cera non ſolum ex reſinis colligitur ſed ex odoratiſſimis quoque plantis, ſicuti paulo ante ex Ariſtotele, Pliuioque demonſtrauimus. Quamobrem vbi odoratiores ſunt plantæ, odoratior etiam cera naſcitur: vt in Creta, Attica, Sicilia, Cypro. Quam poſtremam (Cypriam) tam odoratam agnoſcit *n* Plinius, vt balſamum ea vitiari ſcribat, quod omnibus odoribus præferri ipſe quoque teſtatur.

Tracton.

Cera alba vt adulteretur.

Cera virginea.

i L.6, Inſt. Chirur. c.1.

Cerę nouę laus.

k *Li.13.c.3.*

Plinius correctus.

l Lib.3. de Oratore.

Cicero explicatus.

m *L.4. Ep.*

n *L.12.c.15.*

ADVLTERATIO. COLORATIO.

Cetæ pondus vt augeatur.

NOnnulli quæſtus faciendi cauſa, ceram adulterantes, pondus eius excreſcunt hoc modo. Picis Græcæ in pollinem reductæ libras duas, libræ mellis permiſcent ſimul ad ignem, deinde proiiciunt in aquam, & paulatim eximunt, ſeruãtes ad futurum vſum. Cum iam vti volunt, ceræ recentis libris ſex ſeui veruecini vncias ſex adiiciunt, ſimulque miſcentes iterum ebulliunt. Alii addunt ceræ farinam fabaceam optime contritam, nimirum in candelis, aiuntque ardere ſine excrementis, augere pondus, & magnitudinem, & vix detegi fraudem. Nigreſcit cera authore *a* Plinio addito chartarum cinere, ſicut anchuſa admiſta rubet: varioſque in colores pigmentis, inquit, trahitur ad reddendas ſimilitudines, & innumeros mortalium vſus, parietumque & armorum tutelam. Sed de his poſtea. Rubram ſigillandis literis hodie ſic faciunt elegantiſſimam. Cetę libris terebinthinæ vncias tres miſcentes ad ignem cinnabari in oleo diſſoluti vncias totidem adiiciunt. Viridis fit eodem modo ex flore æris; aurea ex minio trito, flauã ex auripigmento, carnea ex lacca & ceruſa.

a *L.21.c.14.*

Vt nigteſcat

Cera rubra pro ſigillis.

Cera viridis.

VT SINE APVM OPERA colligatur.

ANdreas Libauius docet quomodo mel & cera ab homine ſine Apum opera eximi queat, quod quanquam laborioſum ſit, ceraque ita collecta pluris, quam quæ ab Apibus recolligitur, conſtare debeat, colligentemque fruſta ita tempus perdere iudicem, curioſis hominibus illud tamen hic repetere placuit. Ille autem ſic ſcribit. In genere planrarum floribus foliiſque mel aereum, & cera inſiſtunt. Cera per ſubimationem facile ſegregatur, quod mihi " in roſis euenit, inſtrumento figulino cum pannis refrigerantib. " Putauerim, & mel ſegregari poſſe per macerationem in aqua de- " ſtillata, & poſtea ad conſiſtentiam mellis coagulata. Sed flores " eligendi ſunt tunc, cum maxime eis Apes inſiſtunt, aut indi- " tium eſt mel aereum cecidiſſe: & illi qui decerpti nihil afferunt " detrimenti. Requiritur etiam induſtria in macerando. Hæc ille.

a *Li.2. Alchim. tract. 1. c.45.*

LOCVS.

VBi Apum copia eſt, ibi & mellis ceræque haud dubio prouentus. Qualiã multa loca ante celebrauimus. Ab Hymetto Articæ monte, in quo Apes propter læta paſcua abundare diximus, Hymettia cera *a* Ouidio, Attica, *b* Martiali, & Cecropia *c* Silio Italico appellatur. *d* Plinius apud Sabæos plurimum ceræ melliſq; prouentum eſſe tradit. Corſica etiam propter ceræ abundantiam celebris eſt, adeo vt *e* Diodorus ſcribat Tyrrhenos vrbibus, quæ in ea inſula ſunt, ſubactis, reſinæ, ceræque ac mellis, quorum, inquit, ea fertilis eſt inſula, tributa impoſuiſſe. Sed & Romanos legimus à Corſis centum millia pondo ceræ tributi nomine exegiſſe, vt ſcribit *f* Alexander ab Alexandro, ex *g* Liuio, vt apparet, qui tamen ducenta millia pondo accepiſſe notauit. Ex Ponto quoque pro melle, quia id ibi prauum eſt, ceram pro tributo eoſdem Romanos extorſiſſe ante diximus. Sicilia quoque cera abundat. *h* Pontanus commendat ceram Mantuanam.

a *Lib.10. Metam.*

b *L.5. Epig.*

c *Lib.14.*

d *L.6.c.28.*

e *L.6.c.4.*

f *L.4 c.24.*

g *Dec.4.l.2*

h *In Erid.*

Electro felix, felix Mantoide cera,

Ex Hiſpania quoque in alias regiones defertur. *i* Strabo è Tuditania euehi tradit; & Baſtetanis Hiſpaniæ Beticæ populis cerea vaſa, vt Gallis in vſu fuiſſe. Idem author eſt iuxta Phaſim in Aſia plurimam ceram gigni. Polonia, Ruſſia, Pruſſia, Podolia, Moſcouia, vbi ceram permutant cum pannis, Liuonia, & tota Septentrionalis plaga copioſe ceram præbent. Teſtatur que Iouius Moſcouitas ceram in omnem Europam mittere. Liuones olim (nam ſub Friderico primo credidere Chriſto) tanta fuiſſe ſimplicitate *k* Crantzius author eſt, vt expreſſo melle ceram velut purgamenta reiicerent. Fecit inquit, pretium illi Germanorum diligẽtia: quod illi primum mirantes acceperunt, poſt vero comperta rei æſtimatione, accreuerunt. Eiuſdem vſum ignorant Acuzamil, & Nigri Sanegæ incolę, item & in Hea Africæ regione, vbi Io. Leo African. contemni, atque proiici ab incolis teſtatur. Ingens vis ceræ aduehitur ad Mombazzæ Indiæ Orientalis vrbem. Abundar & in Quiloa, & Cambaia, Corteſius plurimum mellis, & ceræ eduxit ex Auxamil. Teculeth Africæ vrbs, & Agla ab eodem Africano celebrantur, atque Rabonæ montis in eo tractu incolas nihil agere præterea quam quod ſaponem, & ceram purgent: eſſeque & alium ibi montem Beni Fenſecare nomine, ad quem omnes concurrant ad emendam ceram: ac aliam denique qui Beni Abuſaib nuncupetur, eſſe, cuius habitatores ceram Chriſtianis vendant, indeque ingentes ſibi comparent diuitias, quemadmodum, & in Cholia vrbe. In Melinda Indiæ ciuitate miram aiunt eſſe ceræ abundantiam. Regnum presbyteri Iani, Iucatan, Inſula S. Laurentii, totaq; China ceram vili pretio habet, & in pleriſque inundi uoui locis abunde colligitur.

i *L.3. Geog.*

Liuonum ſimplicitas

k *Lib.16. Wand.c.9.*

Ceræ vſum qui ignorent.

DENOMINATA.

DE cereo ſubſtãtiuo, ſiue candela cerea maiori, vulgus torzam vocat, poſt dicetur. Cereus adiectiuum duplici in ſignificato accipi video, pro coloris genere, & pro mollitie: *a* Horatius cerea brachia in poſtremo ſenſu dixit: his verbis:

Cum tu Lydia Telephi
Ceruicem roſeam, cerea Telephi
Laudas brachia.

Vetus enim interpres, cerea exponit mollia, aut in modum ceræ flexilia. Atque ita *b* Pontanus:

Corporaq; extento iactent pendentia fune.
In gyrum cogant artus, & cerea membra
Perq; enſei moueant nudis veſtigia plantis.

Ita quoque Pet. Angel. Bargæus canebat:

——Tum pulchris leuia miris
Flectunt colla modis, & cerea membra puellæ.

Perperam itaque nonnulli ſolida, nonnulli etiam male candida interpretantur. Nec recte mihi exponere videtur *c* Adrianus Turnebus pulchra, & formoſa, ac ſi ad pulchritudinem imaginum cerearum, quas in atriis habebant nobiliores Romani, alluſerit poeta, aut aliorum operum, quæ è cera fingebantur elegantiſſima. Nam & ipſe Horatius hominem pronum ad malum, cereum, hoc eſt, facilem ad flectendum dixit, hoc verſu:

Cerei ſignificatio.

a *Lib. 1 Ode 13.*

Brachea cerea.

b *Lib 4. de Stellis.*

c *L.29.c 2. & lib. 27. 24.2.*

Cereus homo.

Cereus

Cereus in vitium flecti, monitoribus asper.

d *Li. 1. Epi.* Iam vero pro flauo colore ceteum sumpsit *d* Martialis, cum canit:

Cerea sipendet lumbis & trita lacerna
Dimidiasq; nates Gallica palla tegit.

e *Li. 17. cap. 24.* id est, vt exponit, quoque *e* Turnebus, dettita, & decolor, flauescensque flore coloris exolescente. Dixit tamen idem *f* Epigrammatarius abollam vestem tragicam, & grauiorum personarum, etiam ceream:

f *Li. 4.* Cereus color.

Cerea quem nudum tegit vxor aballa grabati.

g *Lib. 13.* Dixit *g* & Ficedulam ceream, hoc est, præ pinguedine flauam, translucente nimirum flaua per cutem pinguedine.

Cerea quæ patulo lucet Ficedula lumbo
Cum tibi forte datur, si iapu, addo piper.

h *Li. 10.* Dixit *h* denique cerea pruna ab eodem colore.

Mittimus autumni cerea pruna mei.

i *Eglo. 2.* Et antei ipsum *i* Virgilius:

Addam cerea pruna, & honos erit huic quoq; pomo.

Vbi Seruius exponit cerei coloris, sed qui sit, non explicat. Plato quoque κήρινον πλάσμα dixit, κηρίνας ὄρνιθες. Athenæus interfercula. Et κηρίναν ὀπώρην sunt qui apud eundem interpretentur mel. Sed hoc loco ingens Cardani lapsus à k Scaligero annotatus, prætereundus non est, vtpote qui colorem ceteum cum cæruleo ineptissime eundem arbitratus sit. Quid sit cæruleus (color) inquit ,, aduersus eum Scaliger, hic plane ostendis te ignorare. Eum nãque propolidi, ac ceræ nouæ attribuis. Obscurior, inquis, paulo ,, colore maris tranquilli. Quid marine an propolidi color idem? ,, Vtrum tibi ignotum est? Quod vero ais: Cerulum à cera, nul- ,, lum habes authorem. Sed κήρινον & κηροειδὴς: quod nos cereum vt apud poetam, qui pruna cerea vocat. Hæc ille *l* Plinius smaragdorum genera recensens, quinto loco eos posuit, qui cerini nuncupantur, à cerino scilicet colore, (quanquam sint, qui acerini legunt.) Nam & alibi ait: Sunt & nigra, ac laudatiora cerina, atque purpurea. Et *n* Plauto cerinum vestimentum est, quod & mellinum eidem appellatur à melleo siue flauo colore, à quo vestes aliquas dictas esse innuit etiam Ouidius, canens:

K *Exer. 325. 13.* Catdanus lapsus.

l *Lib. 37. cap. 5.* Smaragdi cerini.

n *In Epidico.* Cerinum.

Et sua velleribus nomina cera facit.

n *Li. 13. cap. 5.* o *In Aulularia.* Ceroplastę qui.

Turnebus apud *o* Plautum cerinarios dici putat eos, qui cerino colore pannum inficiunt. Nam cera inquit, Dorice κάρω dicitur, quæ alijs Græcorum linguis κήρω vocatur. Libentius autem à Doribus & Æolibus Latini mutuum sumunt, quam ab alijs Græcis, ad quos in mercatum non proficiscuntur dictionarium, &c. Ceroplastæ dicuntur, qui ceram exercent, & qui imagines ex ea, similiaque conficiunt. Latine cerarij. Plutarchus χαλκοτύποις μὲν πείθονται, καὶ λιθοξόοις, καὶ κηροπλάσταις, ἀνθρωπόμορφα τῶν θεῶν τὰ σώματα εἶναι. Vnde κεροπλαστέω, ex ceris fingo, in ceris fingo. Eubulus apud Athenæum lib. 13. Τίς δῶ ὁ γράψας, πρῶτος ἀνθρώπων ἄρα Ἡκηροπλαστήσας ἥρω θ' ὑπόπτερον, Accipitur & pro ceras fingo nimirum de Apibus. Item comæ ornatores, sed tunc κεροπλάστας scribendum, quia κέρας etiam sit coma, quod apud Plutarchum indicat Homerus, cum Paridem κέρ' ἀγλαὸν dicit. Cerostrata quoque à cera nomen non obtinent, sed à cornibus, quæ & ipsa κέρατα Græcis dicuntur. De his consule Vitruuium & Plinium. Proditum est ex vrorum cornibus effici, quæ Romani ad suas delicias transtulerunt, nunc tincta, nunc sublita. Nunc quæ cerostrata picturæ genere dicerentur, ad sellas principum, atque lecticas parantur, quales Ægyptii reges inter cætera oruamenta habuisse feruntur. Hispaui nescio an à cera ceream vocant, quam nos cereuisiam, Ægyptij zytum. Fit ex frugibus coctis, & lupo salictario. Ceroferarium est instrumentum quo cereus fixus continetur. In *p* decretis canonicis eius fit mentio: Acolythus accipiat ceroferarium cum cereo, vt sciat se ad accendenda lumina mancipare. Primicerius est nunc primus inter clericos, & diaconos, quibus præest in docendo, subditus archidiacono. Butrigarius ratus est primicerium accipi pro cantore, quoniam officium cantandi etiam ad eum pertineat. Colligitur autem ex rescripto Inocentii ad Tullenses Canonicos, primiceriatum esse beneficium cum dignitate: Aliud tamen ab officio primiceriatus, quod habet primus inter notarios summi Pontificis, antea dictus notariorum decanus, & protoscriuarius, vulgo Caponotatio. In quo significato legitur quoq; apud *q* Celium Rhodog. Primicerius, inquit, notarius prin- ,, cipis dicitur, & honore inter notarios primus sicut sequens ap- ,, pellatur secundicerius. κηρός autem cera est, & in ceratis tabulis scribebant antiqui. Alius etiam erat primicerius, qui diem, seu vt loquuntur, datus adijciebat diplomatibus pontificialibus, quas nũc bibliothecarius apponit. Primicerius iraq; cantor dicitur, veluti primus in choro, & primus tatione cantus: alioquin non is primus simpliciter dicendus, cum is subordinetur archidiacono. Exigit enim pronunciatio nominis primicerij, adiectionem ex relatione alicuius, vel postular subintelligi. Quod primicerius in omnibus is dici possit, qui primus, & aliqua dignitate est antesignanus, vel primus in aliquo: sic dicimus primicerium mensorem, inter mensores primum, & primicerios ex corpore decanorum: primicerium fabricæ, primicerium protectorum, domesticorum, equitum. Sic de similibus. Nam primicerus & προτοκήρος, & πρώτος πέζεως, est primus ordine quolibet ceræ seu scripturæ. Mos enim erat apud veteres in tabulis ceratis scribere, quas Græci κηρώματα dicunt: quanquam ceroma etiam sit apud Columellam ceratura. Estque item vnguentum, quod fit subacta oleo cera, qua in palæstris vtebantur athletæ. In quo sensu Plutarchus libro quem edidit, an senio sit administranda respublica; ἀσκηθεὶς οὖν ἐν παλαίστραις, καὶ κηρῷ καὶ ἐλαίῳ ἀκινδύνως ἐυρύθμων συφιεῖν, ἀλλ' ὡς ἀλη-

Ceroferarium.

p *Distin. 24.* Primicerius qui.

Primiceriatus dignitas.

q *Li. 12. cap. 6.*

Secundicerius.

κηρώματα quæ Ceratura.

A θῶς ἐν Ὀλυμπιακοῖς, καὶ Πυθικοῖς ἀγῶσι. Vnde κηρωματικὸς ceromate vnctus dicitur Iuuenali: Ceromaticus.

Et ceromatico fert niceteria collo.

Item κηρωματιστής, qui ceromate aliquem vngit. Alij ceroma exponunt oleum, quo perungerentur athletæ ad robur adijciendum corpori, adhibito quodam terræ genere. Sunt qui pathon dici putant cœnum ceromati, hoc est, oleo, vt ipsi interpretantur, permixtum. Non addebatur autem quælibet terra, sed quæ robustiora corpora & ad tolerandos æstus algoresq; reddebant firmiora. Quamobrem meo iudicio ceroma dupliciter fiebat, vel ex oleo cum cera permixto, vt nomen quoq; à cera sit deductum; vel ex oleo cum terra; vt dictum est. *t* Plinio vero ceroma est locus, in quo athletæ certabant, vel vngebantur. Ijdem, inquit, palæstras athletarum imaginibus, & ceromata sua illustrant. Vitruu. eum locum χρισήριον nominat, alii ἐλαιοθησίαν malunt, quod scilicet cera oleo diluta vngebantur. De Ceragine dictum est. Cerites Plinio est gemma ceræ similis. Idem alterius gemmæ meminit, quam cerachatem nuncupat.

Ceroma duplex.

t *Lib. 35. cap 4.*

Cerites gemma.

u *L. 37. c. 10* Cerachates

B

PROBLEMATA.

QVærit *a* Aristoteles, cur oleum & cera Solis calore candefiunt, caro vero nigrescit? An illa, inquit, Sol propterea candefacere possit, quod humorem nimium eximit: nigricat enim per naturam, quod præhumidum est, propter humoris terreni inustionem. Carnem vero, quod nullam inde humoris copiam detrahit adurit, atroque afficit colore. Attigimus nos supra hoc problema ex Scalig. Aliud Ambrosij Leonis Nolani, cur cera, sulfur, seuum, dum liquefacta sunt, sunt pellucida, coacta dum sunt, opaca sunt: Vitrum & liquefactum & coactum est pellucidum, metalla tam liquefacta quam coacta sunt opaca. An quia sunt duæ qualitates, altera pellucida, id est, quæ potentia est lucida, altera opaca, quæ neq; actu, neque potentia est lucida, atq; vtraq; & magis & minus contingit inesse corpori tam multum quam parum liquabili; & coactili. Cera itaq; sulphur & seuum & alia id genus constant è corpore multum liquabili, in quo paucum opacum, pellucidum multum inest. Cum ergo igne soluitur eorum aliquod, tum idem corpus generata quantitate secundum omne spatium amplius extat, quod liquescere est: in eo statu partes paucæ opacæ distenduntur, & distendendo tenuantur, & tenuando vincuntur, & opprimuntur à partibus multis pellucidis & tenuatis: Quamobrem omnis substantia, apparet pellucida: quod & in vino & alijs liquoribus spectare est, cum vero idem cogitur, tum corrupta maiore quantitate in minorem redit corpus, partesque opacæ contrahuntur & crassescunt, & pellucidæ etiam stringuntur adeo opacis substint: in quibus cum opacæ præstant, efficiunt omnia opaca. Vitri autem substantia tota aut maxima, ex parte pellucida est, quamobrem nullo pacto perturbat opacum in eo. In metallis conditio contraria est. nam maxima eorum pars aut multa opaca est; parua aut minima pellucida: qua pro re siue liquefacta siue coacta sint, opaca semper in eis vincunt, & manent opaca. Esse autem aliud liquabile, & coactile, quam opacum, compertum est. Nam etsi vtraque illa contingit esse opaca, tamen eadem contingit esse cum opposito opaci, quod est pellucidum. Item alia esse quam pellucidum, namque cum opposito pellucidi, quod est opacum, coniunguntur. Sed tamen vt liquabile adiuuat magis pellucidum, quam opacum. Ita coactile magis confert opaco, quam pellucido. Vetum alia ratio est eorum cum lucido & deferente lumen, nam liquescens ineptum est ei, quod vult lucere; quod deferre lumen amat. Coactile contra commodo est volenti lucere; ineptum amanti deferre lumen: quamobrem soli melius est esse coactili, cœlo aptius esse liquabili. Aliud ex Leonardo Iacchino, cur cera facillime oleo confunditur, non vino, non aqua? An quod simile simili facile admiscetur? Cera igitur, & quæcunque pingui atque aereo humido abundant, vt resinæ ac plantarum succi, qui facile ignem concipiunt, cognata oleo sunt, ideo & statim vna coalescunt. At quæ natura dispari oleo confundi nequeunt, quale papaueris succus & hypocistidis, qui tamen viuo aut aqua facillime permiscentur.

a *Sect. 38. Prob. l. 1.* Cera cur à sole candefiat.

Cera cur si quefacta pellucida. coacta vero opaca.

Vitri substantia cur pellucida.

Metalla cur opaca.

Cur cera facile oleo, non aqua aut vino fundatur.

C

D

E

CVR, ET QVAM FACILE *Calore liquescat.*

QVamuis neminem latere probe nouerim, ceram quam facillime calore dissolui, solis scilicet atque ignis, placuit id tamẽ nonnullis, quas studendo annotaui, authoritatibus, poetarum, potissimum corroborare. *a* Lucretius:

Cera quam facile colore liquescat.

Denique cera liquescit in eius (ignis) *posita vapore.*

a *Lib. 6.*

b Ouidius:

Non tulit vlterius, sed vt intabescere flaua
Igne leui cera, matutinaque pruina
Sole tepente solent.

b *Li. 3. metam.*

c Idem de Icaro, cuius alas cera humeris conglutinatas sol resoluit.

c *Li. 8. M.*

Mellis odoratas pennarum vincula ceras:
Tabuerant cera. *d* Alibi rursus de eodem:
Vincla labant, & cera Deo propriore liquescit.

d *Lib. 1. de Arte.*

Et antea, dixerat:

Ibimus, impatiens cera calori erit.

Dantes de eodem:

Ne quando Icaro miſero le reni
Senti ſpennar per la ſcaldata cera
Gridando l'padre à lui, mala via tieni.

e Lib. 9. *e* Lucanus:

——Calido non oeyus Auſtro
Nix reſoluta cadit, nec ſolem cera ſequetur.

Virgilius:

Limus vt hic dureſcit, & hæc vt cera liqueſcit
Vno eodemq; igni, ſic noſtro Daphnis amore.

Cui conſimile eſt hoc Petrarchæ:

Amor m'hà poſto, come ſegno à ſtrale
Com'al ſol neue, come cera al fuoco.

f Cap. 1. 33. Stant. 58. *f* Arioſtus:

Se di cera noi foſſimo ò di paglia
E di fuoco egli, aſſai fora quel grido.

g Pſal. 77. ,, Luculenter dicebat diu nus *g* Pſaltes, ſicut deficit fumus, defi-
,, ciant, ſicut fluit cera à facie ignis, ſic peteant peccatores à fa-
h Cap. 1. ,, cie Dei. Item *h* Micheas: ſicut cera ſcindentur à facie ignis.
i lib. aduerſus Stoic. Eleganter etiam *i* Plutarchus Stoicos inſectatus autumantes Deos vi ignis perituros, ac ſi, inquit, cerei eſſent, aut ſtannei. Item vbi aduerſus in Platonem inſurgentes diſputat, dicentem orationem verbo, & nomine conſtare, cum plura requiri dicant exemplo galbani, & ceræ, quæ commiſceri non queant abſque vi ignis. Quod modo ad cauſam attinet, quare Sol ceram emolliat, eam reddit *k* Alexander Aphrodiſæus, quod Sol humorem penitiorem euocans, omnem emollit. Sed quid ſi liqueſcentiam hanc ceræ pinguedini tribuamus. Pinguem autem ceram eſſe, vel inde conſtat, quod ſola inter omnium liquorum fæces ſupernatat, & cum incaleſcit, ad fundum non deſcendit, ſed potius quærens ſuperficiem ſurſum tendit propter igneas partes, & aereas, quæ in ea dominantur. Vnde cera in aqua calida deorſum premit aquam, & per eius ſuperficiem ſe diffundit; vel, inquam, inde potiſſimum conſtat, quod accenſa, vt alia pinguedo non flammam tantummodo concipit, ſed diu ardere conſpicatur, vnde candelarum cerearum nobilis vſus.

k Lib. 1. Probl. 87. Ceram pinguem eſſe.

VSVS IN SACRIS.

eorumque origo.

NOtiſſimus equidem cereorum in S. Romanæ Eccleſ. myſteriis vſus eſt. His ſacra omnia, tam antemeridiana, quam pomeridiana celebrantur, his ſanctorum reliquiæ, & diuorum imagines alias occultæ, capſiſque & thecis abditæ oſtenduntur, his funera efferuntur, terraque conduntur. Siue his nullum fere myſterium peragitur. Non accenduntur autem ad lucem tantum inducendam, ſed ad pium religionis cultum amplificandum, in honorem inquam numinis, ſanctorumque martyrum. Ritus eſt vetuſtiſſimus, quod vel ceroferariorum clericorum exemplo facillime conſtat, ac lucidiſſime, cum ab ipſo Eccleſiæ initio ordinem fuiſſe in ea conſtet eorum, quæ & Acolithi dicebantur, vt ad ſacram myſteriorum pompam, ſicut apud Cyprianum legimus, & Euſebium, & in Romano ſub Sylueſtro concilio, accenſos ferrent cereos. Idem in Orientis Eccleſiis fieri ſolitum, Hieronymus agens contra Vigilantium fidei deſertorem, iſthæc in Catholicos exprobrantem, plane teſtatur his verbis: Abſque Martyrum reliquiis per totas Orientis Eccleſias, quando legendum eſt Euangelium accendunt Luminaria iam ſole rutilante, non vtique ad fugandas tenebras, ſed ad ſignum lætitiæ demonſtrandum. Quod vero ad diurnum ſpectat lumen, ſic dicit. Cereos autem non clara luce accendimus, ſicut fruſtra calumniaris, ſed vt notis tenebras hoc ſolatio temperemus, & vigilemus ad lumen. ne cæci tecum dormiamus in tenebris, &c. non ipſum diem per lucem claram intelligens, ſed lumen ipſum quo cerei accenduntur, vt ſit ſenſus non fulgenti lumine accendimus cereos, vt tu dicis, ad illuſtrandos Martyres Imo idipſum factitari ſolitum in Eccleſia eadem Occidentali teſtatur *a* S. Paulinus illi æqualis, his verſibus:

Cerei cur in Eccleſiis accendantur.

Cereorum vſus in tẽplis, & eius antiquitas.

Ceroferariorum munus.

Hieronymus explicatus.

a In Nat. 3. 5. Fel.

Clara coronantur denſis altaria lychnis
Limina ceratis adolentur odore papyri,
Nocte dieq; micant. Sic nox ſplendorq; diei
Fulget, & ipſa dies cœleſti illuſtris honore
Plus micat innumeris lucem geminata lucernis:

Præterea eiuſmodi pietatis cultum à ſe probari, Hieronymus in eodem commentario paulo inferius, & ſupra eodem argumento, ad Riparium ſcribens, aperte æque ac libere profitetur, dum ait: ,, Accenſi ante tumulos eorum cerei, idololatriæ inſignia ſunt? ,, Fatetur tamen interim Hieronymus ritum ab antiquis Romanis defluxiſſe, dũ ait. Idololatras appellas huiuſmodi homines? ,, Non diffiteor, omnes nos qui in Chriſto credimus, de errore ,, idololatriæ veniſſe; non enim naſcimur, ſed renaſcimur Chriſtiani. Et quia quondam colebamus idola, num colere Deum ,, non debemus, ne ſimili eum videamur cum idolis honore venerari? Illud fiebat idolis, & idcirco deteſtatum eſt: hoc fit Martyribus, & idcirco recipiendum eſt. Alibique *b* rurſus. Ipſaque, inquit, Roma orbis domina in ſingulis inſulis, domibuſque tutelæ ,, ſimulacrum cereis venerans ac lucernis, quam ad tuitionem æ- ,, dium iſto appellant nomine, vt tam intrantes quam exeuntes ,, domus ſuas inoliti ſemper commoneantur erroris. Damaſcenus in ſermone de dormientibus docet cereos, oleum, & huiuſmodi offerri. Dum enim cerei circa altare, feretrum, ac tumulos incenduntur ex perſona defunctorum, Chriſtum verum lumen & æternum, eiuſdemq; fidem, quæ lumen eſt intellectus viatoris profitemur. Oblationum cereorum in Eccleſia ritus, qui nobis nunc valde familiaris eſt, etiam in antiqua Romana Eccleſia fuit, vt liquet ex ſanctiſſimis Patribus eius ſeculi, qui eiuſmodi oblationes à fidelibus fieri ſolitas maximopere commendant, adeo vt *c* S. Auguſtinus ad hæc ipſa præſtanda populum ipſum exhortatus ſit, dicens: Qui poſſunt, aut cereolos, aut oleum, quod in cicindelib. ,, mittatur, exhibeant. Idem iubet Paulinus his verſibus:

b Lib. 16. in Eſa. c. 77.

Cereorum oblationis antiquitas.

c De temp. ſerm. 215.

Aſt alii pictis accendant lumina ceris
Multiforeſq; cauis lychnos laquearibus aptent.
Vt vibrent tremulas funalia pendula flammas.

d Corippus Iuſtinum Imp. iuniorem & Sophiam, antequam imperii gubernaculum artiperent, Deo ceram obtuliſſe canit:

d L. 2. in pr.

Ille et Angelici pergens ad limina templi
Impoſuit pia thura focis, ceraſq; micantes
Obtulit, & ſupplex lachrymis ita cœpit obortis.

Eſt & Commentarius Euodii Vzalenſis Epiſcopi, cuius meminit ſæpius Auguſtinus, vbi de cereis afferri ſolitis ad reliquias S. Stephani, iiſdemque diuinitus in viſione monſtratis agit: deque eo, qui obtulit candelam argenteam. Deplorat *e* Athanaſius cereos à fidelibus oblatos, ſed ab Arrianis ſublatos, & idolis inceuſos. Offerimus item cerea ſimulacra, vel integra, vel mutilata, vel partes tantum, puta manum, brachium, pedem, eum ſcilicet vel morbo aliquo curati ſumus, vel diuina implorata ope curari cupimus. Meminit *f* Ludouicus Arioſtus:

e L. 1. c. 13. Cerea ſimulacra cur offeramus.

f Cant. 19. Stan. 86.

Lo parti, dico, per dritta miſura
De le coſte e de l'anche à le confine
E lo fe rimaner mezza figura,
Qual dinanzi à l'imagine diuine
Poſte d'argento, o piu di cera pura
Son da genti lontane e da vicine
Ch'à ringratiar le eſciorre il voto vanno
De le domande pie, ch'ottennute hanno.

Hunc autem ritum ab antiquiſſima idolomania dimanaſſe ſic oſtendit *g* Polydorus Virgilius: Conſimiliter (ac feſtis diebus exornare templa) ritus offerendi cereas imagines, antiquorum obſeruationibus affines ſunt. Cum enim Pelaſgi, teſte Dionyſio Halicar. ſedibus pulſi Dodouam peruenieſſent, ibi accepto reſponſo, quo admoniti ſunt, vt Siculorum continentem terram quærerent, in Latium demum permultos errores venientes in lacu Cutilliniſi enatam deprehenderunt inſulam, quam Cotilliam nominarunt: Hocigitur quaſi omiue ſuſcepto has ſibi prædictas eſſe ſedes didicerunt, pulſiſque inde Sicilienſibus incolis, regionem ipſi tenuerunt, decima præda ſecundum reſponſum Apollini conſecrata, erectoque Diti ſacello & Saturno ara, illum humanis capitibus, hunc virorum victimis placare ſe exiſtimabant, propter oraculum, in quo erat:

g Lib. 5. de Inuent. rer. c. 1.

Pelaſgi vt Siciliam obtinuerint.

Et capiti inferno, & patri tranſmittite lumen.

Saturni ſacra, vt quidam volunt, ſaturnalia nominantes. Poſt hæc ferunt Herculem, cum Geryonis pecore per Italiam redeuntem ſuaſiſſe illorum poſteris, vt fauſtis ſacrificiis infauſta mutarent, offerentes Diti non hominum capita, ſed oſcilla ad humanam effigiem formata, quaſi patua ora, vt pars pro toto foret: & Saturni aras, non mactatis vitis, ſed accenſis cereis excolentes, quia φῶς non ſolum virum, ſed etiam lumen ſignificat. Inde ergo valuit conſuetudo, vt ſaturnalibus & cerei miſſitarentur, & ſigilla, id eſt oſcilla arte fictili fingerentur, ac venalia exponerentur, quæ homines pro ſe, ac ſuis piaculis Diti, & Saturno offerrent. Hæc quodammodo noſtra vaticinabantur ſacra: nam ſic & nos eadem ex cera ſigillaria, hoc eſt imagunculas templis offerimus: & oſcilla: quoties enim corporis pars aliqua læſa fuerit, vt puta manus, pes, mamilla, ſtatim vota facimus Deo, & eius diuis, quibus mox recuperata ſanitate, illam manum, illum pedem, illam mamillam ex cera formatam offerimus Quæ conſuetudo pia, & religioſa ſic increbuit hactenus, vt iſtiuſmodi ſigillaria ab hominibus ad reliqua animalia tranſierint: ſane ſic pro boue, ſic pro equo, ſic pro oue, oſcilla templis ponimus. Hactenus ille. Erat præterea apud gentiles ceræ vſus in ſolemnibus votis. Vota enim ſua nuncupata, & in charta concepta conſcriptaque Deorum genibus cera obſignata adfigebant: quod è ſitu vetuſtatis erutum patefaciet *h* Iuuenalis verſus:

Saturnalia

Saturno quando oſcilla offerri cœpta.

h Satyr. 10.

Propter quæ fas eſt genua incerare Deorum.

Incerabant enim Deorum genua, qui votum ſuſceptum ſignabant, & ſe voti reum conſtituebat. Tetigit eum ritum Prudentius:

——Guſtauerat inter
Vagitus de farre mola ſaxi illita ceris
Viderat, vnguentoq; lares humeſcere nigro.

Ad prædicta quoque referendum videtur hoc eiuſdem *i* Iuuenalis:

i Satyr. 12.

Inde domum repetam graciles vbi parua coronas
Accipiunt fragili ſimulacra nitentia cera.

Vt modo ad cereos reuertamur, hi ſabbato paſchæ benedici ſolent ex Zoſimi Pont. Max. inſtituto, vt Platina, cæteriq; Eccleſiaſtici teſtantur. *k* Fredericus Nauſea qui de Catholicæ Eccleſiæ ceremoniis libros condidit, per paſchalem illum cereum (ſic enim vocant) Chriſtum tradit ſignificari ob tria, quæ ſunt in eo. Lychnum Chriſti animam, ceram corpus, lumen diuinitatem indicare. Benedici vero cereum propter gloriam reſurrectionis eius, quem & pater benedixit, ſuper omnia benedictus Atque tum imprimi cereo thus in modum crucis, ac per hoc ſignificari Chriſtum in Cruce fuiſſe ſacrificium veſpertinum, de quo Dauid: cuius paſſio, &

Cereus Paſchalis quid ſignificet.

k L. 6. c. 22.

sio & oratio pro nobis, vt fumus thuris adscendit ad patrem in odorem suauitatis. Antiquitatem huiusce cerei paschalis benedictionis testantur quoque Prudentius, qui de ea elegantissimum carmen conscripsit, sanctus *l* Ambrosius in Sermone de mysterio paschæ, Concilium Toletanum, Amalarius Fortunatus Episcopus Treuirensis, Wolfangus Lazius, aliique. *m* Lilius Gregorius Cyraldus eiusce modi benedictionem ex ignis Vestalium ceremonia acceptam esse putat, scribens: Illud autem apud scriptores proditum obseruaui extincto igne Vestales à Pontifice verberari solitas, quibus mos erat tabulam felicis materiæ tam diu verberare, donec ignis conciperetur, qui cribro aheneo in ædem à virgine deferebatur: quotannis tamen, & nouus ignis excitabatur à Vestalibus, sicut & à nostris in cerei paschalis (qui dicitur) consecratione. *n* Ouidius.

l Cap. 5.

m Lib. 4. Syntag. hist. Deor.

n In Fastis.

Adde quod arcana fieri nouus ignis in ade
Dicitur, & vires flamma refecta capit.

Ex Paschali cereo aliis puris admixtam ceram, agui, qui Christi typus est, impressam habentem imaginem, vnde & agnus Dei vulgo vocatur, sacro Chrismate deliburam, & benedictione sanctificatam, recens natis potissimum ad collum ferendam danius, eaque multa sæpe miracula facta obseruata sunt. Et hunc autem ritum gentilitatem sapere omnibus, qui vel aliquo pacto in veterum monumentis versati sunt, notum est. Nam cum suis infantibus Gentiles bullas ad auertendas fascinationes, vt docet Varro, re turpicula consignatas, vel aliter superstitionibus auctas ad collum appenderent, ad eas abolendas, placuit, inquit, Baronius, superstitione in religionem mutata, ex eiusmodi sacris ceris bullas confici, quas agni Christum præferentis imagine insignitas geniti in Christo gestarent. Cordis item imaginem in bullis suis Gentiles ferre consueuerant, quo, vt tradit Macrobius, sic noscerent se esse homines, si corde præstarent: Christiani vero Christi agni imagine discerent eius exemplo esse mites & humiles corde. Solet præterea etiam Summus Pontifex solenni Diuæ matris Deiparæ Mariæ festo postridie Kalend. Februarii non solum consecrare cereos, ac inter suos distribuere: verum & populus Christianus vbique locorum ad sacra antemeridiana conueniens ex vetere ritu illos ad Templum adferre, & à sacerdote piis votis verbisque conceptis benedictos accendere & gestare. Recolens nimirum animo lumen illud salutare, quod eodem die Simeoni semitypum mundi repræsentanti affulsit in spiritu: Cum Christum recens natum infantem in Templo ex lege comparentem, vt veram mundi lucem, ambabus exciperet manibus. Quocirca Deum tum precatur Ecclesia Christiana, vti frigida corda nostra calore suæ charitatis accendat, & vt accensa candela noctis, ita sancti Spiritus splendor mentis nostræ tenebras ad nomiuis sui gloriam nostramque salutem illuminet. Laurentius Renatus de labarre Tertulliani Scholiastes author est non posse negari, ceremonias ardentium cereorum quos hodie Christiani eo die qui purificatæ Mariæ dicatus est, ex more circumferimus, à Februalibus Romanorum sacris non plane abhorrere. Pertinaci paganismo mutatione subuentum esse, quem rei in totum sublatio potius inquit, irritasset. Hinc Februarius mensis dictus est, quod tum extremo anni mense populus februaretur, id est purgaretur continuis duodecim diebus, hisque diebus pro impetranda mortuorum manibus quiete, omnis populus piaculis, sacrificiisque circa sepulchra accensis, fascibus cereisque intentus erat, dicens se februare, id est interprete Nonio, pura facere. Tetigit hoc quoque *o* Fridericus Nausea, qui de „huiusce ritus ceremoniis & mysterio sic scripsit: Tertio nomi„natur hæc ipsa dies, dies candelabria siue luminaris, ob Catho„licas in ea ceremonias, quas Ecclesia Catholica, authore Papa „Sergio eius nominis primo, post Christum natũ anno DCXIV. „passim recepit, cum antea Purificationis festum fuerat institu„tum sub gloriosissimo Imper. Iustiniano primo, ab ipso Pontifi„ce S. Agapeto, anno post Christum natum DXXXIV cum pe„stis horrenda grassaretur Constantinopoli, quæ propter institu„tionem festiuitatis eiusdem statim mirabiliter sedata traditur. „Ceremoniæ vero sunt tales, quod in ea ipsa die candelæ ce„reæ diuinis orationibus ex verbo Dei desumptis, ab ipso sa„cerdote consecrantur: deindeq; solenni processione deferuntur „ardentes, donec peruenitur ad cancellos, vbi cantatur: Respon„sum accepit Simeon. Quæ quidem ceremoniæ non modo sunt „institutę ad submouendam ertoneam & impiam gentilium, ma„ximeque Romanorum, consuetudinem, qua isti semper anno 5. „Kal Febr. vrbem cereis ac facibus lustrarunt ad honorem matris „Martis, vt is propterea concederet eis victoriam contra hostes, „prout eorum idolatriam in hoc etiam scriptura videtur damnas„se, sed & longe potius ad significationem mysticam & admoni„tionem nostram mortalem. Candela cerea eademq; succensa si„gnificat duo. Primo quidem significat Mariam Virginem, quæ „tam sit pura, quam est ignis ipse, non modo nihil impuritatis „habens, sed & res omnes ab impuritate purificans: secundo si„gnificat Christum esse verum & æternum illud lumen, quod „Maria, tanquam pulcherrima & purissima illa aurora in Canti„cis & stella matutina, peperit ac incendit, quod sua gratia, vita „& doctrina illuminat omnem hominem, venientem in hunc „mundum, de se dicens: Ego sum lux mundi: qui sequitur me non „ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vitæ æternæ. In cuius „luminis ortu Magi ab Oriente vsque ad Bethleem citra errorem „ambulauerunt. Quod & ipse Simeon, senex venerandus, summa „cum lætitia & congratulatione testatus est, dicens: Nunc di„mittis seruum tuum domine, secundum verbum tuum in pace, „quia viderũt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum, lumen ad reuelationem gẽtium. Et significatur admodum recte Christus dominus per lucentem eãdemque ceream candelam quod hæc contineat, quæ ipsius sunt Iesu Christi. Primo quidem cera signat eius carnem quæ sine corruptione nata est de gloriosa Virgine Maria sicut cera fit ab Apib. sine alterutrorum permixtione: Secundo lychnus significat animam Christi, quod ipsa latuerit in carne, sicut Lychnus in cera: tertio ignis vere signat eius diuinitatem, quia Deus noster, ait scriptura, consumens est ignis. Quod mysterium his versibus complexus est Baptista Fiera.

o L. 6. de cerem. Eccl. c. 5.

Februalia Romanorum.

Februar. vnde dictus.

Ceremoniæ in die purificationis circa cereos.

Candela cerea duo significat.

Cereorum vsus in festo purgationis D. matris Dei.

Cera signat carnẽ Christi.

Libat Apis sudo ceram de vertice florum
Impolluta artis, Cynthie candor opus,
Christus homo, est sacro matris de sanguinis haustu
Impolluti vteri gloria, virginitas,
Christum cera, deam candor: quibus omnia dicas
Februa, quid matus candida cera ferat?

Inter sex ceremonias quib. fit benedictio aquæ baptismatis quarta fit, cereo in aquam immergendo. Quo denotatur mysterio, Christum, qui vbique cetei typo exprimitur, suo baptismo aquas sanctificasse, ac iis vim regenerandi contulisse. Postremo quam antiquum sit mortuos cereis accensis ad sepulchrum efferre, docet Cardinalis *p* Baronius exemplo B. Cypriani, qui præcedente clero diuersarum classium, atq; scholarum accẽsas faces gestantibus singulis magna cum pompa. & (vt habeut Acta) magno triumpho sepultus est. Athanasius in sermone illo vndecunq; concinno, quem in eos, qui obdormierunt scripsit, scite dixit. Si quis diem obierit, licet in aerem deponatur inhumatus ne omiseris oleum, & ceram, inuocato Christo Deo ad sepulturam accendere. Accepta enim Deo sunt, plurimamq; secum referunt retributionẽ. Oleum enim, & cera, holocaustum est. Incruenta autem hostiæ oblatio, propiciatio est, &c. Eusebius describens funus Constantini: hic, inquit, milites ari eptum cadauer autea capsula includunt & vndique purpura veste contectum, Constautinopolim perducunt. Ibi tum in omnium magnificentissimis Imperatoriis ædibus celso, atque edito loco deponunt, luminibusque circum funus aurea super candelabra accensis, admirabile spectaculum intuentibus præbebant. Sic ille. Corrippus de Iustino celebrante funus patris sui, canebat:

Cerei vsus in aqua baptismatis.

p To. 1. Annal. Eccl.

——Non plura moratus
Augustus nutu tolli sublime feretrum
Imperat, & tota populus processit ab aula
Mœstaq; funereas accendunt agmina ceras.

Sed hunc quoq; ritum à Romanis ad Ecclesiam dimanasse putem. Author est *q* Suetonius cum D. Iulium pars in Capitolini Iouis cella cremare, pars in curia Pompei destinaret, repente duos gladiis succinctos, ac bina iacula gestantes, ardentibus cereis rogum succendisse. Præterea ad statuas eorum, qui præclare quid gesserant, cereos accendebant. Cicero: Marius à subselliis in rostra recta, idque quod communiter compositum fuerat, solus edixit, & ea res (si quæris) ei magno honore fuit, omnibus vicis statuæ, ad eas thus & cerei. Quid multa? nemo vnquam multitudini fuit carior. Quod miror a Baronio non animaduersum, cum alioqui cæteros enumeratos ritus elegantissime dilucidissimeq; à gentilibus originem habuisse demonstret; & ne quis eos propterea calumnietur, aut vitio vertat, quis prohibet, inquit, prophana per verbum Dei sanctificata, in sacrum transferri vsum? Nonne constet ex Ægyptiorum auro & argento, Dei iussu, sacra vasa ad diuinum cultum esse conflata? Multa quidem ex superstitione gentilitia in Christianam religionem laudabiliter esse translata, pluribus exemplis superius, patrumque autoritate sunt demonstrata. Sed quod ad cereos, de quibus est sermo, spectare videtur, quis iure calumniam faciet, si qui olim idolis (vt ait Hieronymus) iidem modo martyribus offerantut? Si qui in Saturnalibus cerei erogabantur, in solemnitatem occursus Domini & sanctissimæ eius genitricis fuerint permutati? Quid, inquam, mirum si inolitas apud Gentiles consuetudines, à quibus eos, quamuis Christiani effecti, sanctissimi Episcopi concesserunt? Hæc & plura Baronius, quæ studiosus antiquitatis lector per se videre poterit. Offeramus itaq; & cereos, candelas, faces, oleum ad Dei ampliorem cultum, & honorificentiorem Ecclesiarum ornatum, circa altare, circa feretrum, circa tumulos, vice defunctorum: profitentes Christum dominum esse verum lumen, & æternum, ac in ptimis cum Patre, & Spiritu sancto adorandum, eiusdemq; fidem esse sanctum lumen Christianorum, non solum viuorum, sed etiam mortuorum cum charitate viam vniuersæ carnis ingressorum. Cum vero Saturnalium sacrorum obiter facta sit mentio, ego de cereorum in iis vsu iam prosequar. Addam tamen hoc ceu corollarium, incolas Tlaxcalan principi suo idolo quandoque etiam cereos offerre. Contra Iudæi in suis ceremoniis non vtebantur cera, sed oleo, quod tetigit *r* Persius, cum canit:

q In Cæsare c. 84.

Cereis more gentiliũ vti in Ecclesia non est calumniandum.

Indi ceram Idolo efferuut.

Iudæi non vtuntur cera.

r Sat. 5.

——At cum
Herodis venere dies, vnctaq; fenestra
Dispositæ pinguem nebulam vomuere lucernæ.

Gentiles etiam simili religione, qua Iudæi lucernas incendere consueuisse, inter alios testis est Iuuenalis hoc versu:

Et matutinis operantur festa lucernis.

Sed hæc huius loci non sunt. Quod vero Iudæi non vterentur cera, etiam testatur D. Hieronymus, & rationem reddit: cum enim demonstrasset quantopere corporis voluptates Deo displiceant, eas melli comparat. Mel enim destillare labia meretricis, quod ad tempus impinguat vescentium fauces, & postea felle amarius inuenitur: vnde, inquit, & in domini sacrificiis mel non offerunt,

,, ferunt, ceraque contempta, quę mellis hoſpitium eſt, oleum ac-
,, cenditur in templo Dei, quod de amaritudine exprimitur oliua-
,, rum.

VSVS IN SATVRNALIBVS.

Cerei quãdo in Saturnalibus mitti cœpere.

CEreos mitti ſolere in Saturnalibus muneris loco, notiſſimum quidem eſt, ſed non ſatis explorata cauſa monimentis antiquorum. Alii enim ſcribunt miſſos fuiſſe, vt ſatisfieret oraculo (cuius ſupra mentio facta eſt) quod iuſſerat τὰ φῶτα dari Saturno. Alii huius inſtituti referunt ad Publicium tribunum plebis, qui cum patroni grauiora munera exigerent à clientibus, voluit vt cerei tantum mitterentur ditioribus. Vtriuſque opinionis author eſt Macrobius, quem quilibet conſulere poterit. a Varro tradit Saturnum à ſatu dictum, vel quod ignis ſaturnalibus, hoc eſt, cerei ſupetiorib. mittantur. Ad quem locum commentans Ioſephus Scaliger. Saturnalibus inquit, cereos proceribus mittebant pauperes clientes, quod vulgatiſſimum eſt ex vno Macrobio, vt alios taceam. Sic intelligendum epigramma Antipatri ex ſexto Anthologiæ.

a *Lib. 4. de ling. lat.*

Λαμπάδα κηροχίτωνα, Κρόνῳ τυφήσεκ λύχνον,
Σχοίνῳ καὶ λεπτῇ σφιγγόμενον παπύρῳ,
Ἀντίπατρος· Πείσωνι φέρει γέρας ὧν δὲ μ' ἀνάψας
Ἕυξηται, λάμψω φέγγος ἀκηράσιον.

Lampas κηροχίτων.

Nam λαμπὰς κηροχίτων eſt cereus. Κρόνῳ dicit eſſe, quia Saturnalibus mittebatur; deinde γέρας vocat, quod honorarium cliens debebat patrono. Quod addit, ὧν δὲ μ' ἀνάψας ἕυξηται, hoc vocabant lucem facere Saturno. Cereis enim accenſis illis preces concipiebantur. Quanquam Paulus Diaconus mutilator Feſti, dicit lucem facere Saturno, eſſe caput detegere Saturno. Cuius quidem ritus ne nos quoque ignari ſumus, cum ſciamus etiam cauſam eius ſuperſtitionis. Non dubitamus tamen, quin quod cerei accendebantur Saturno, propterea potius dixiſſe veteres, lucem facere Saturno, quam quia caput detegerent. Reliquis enim Diis caput obnuebant, cum concipiebant preces. Hæc Scaliger. Porro à clientibus ad ditiores mitti ſolere cereos, vel vnicus, ac præcipuus teſtis eſt Martialis canens:

Cerei quãdo mitterentur.

Abſit cereus aridi clientis

Id eſt, paupetis. Quo vero tempore darentur ex eodem Martiale diſcimus dicenre:

b *Lib. 5.*

Quod tibi Decembri menſe, quo volant mappæ
Gracileſq; ligulæ, ceretq; chartæq;
Et acuta ſenibus teſta cum Damaſcenis
Præter libellos vernulas nihil mitto.

Ait inquam ſe mittere in Saturnalib. non munera, quæ tunc mitti ſolent ſed verſus: quoniam ea munera, quæ mittuntur à pauperibus, diuitibus, ſunt doloſa, & plus petunt, quam afferant. Mittebant itaq; veteres, donabantq; cereos mente Decemb qui ſane ritus etiamnum durat. Nam & nos obſequii teſtandi cauſa primatibus vibium, nec non prælatis, ac ſummæ autoritatis viris, patronisque, ipſa in vigilia natiuitatis Saluatoris noſtri, dic, inquam, vigeſimaquarta Decembris cereos offerimus: qui eos more veterum ad futurum domus vſum reponunt. Sunt qui exiſtimant cereos non ob aliam cauſam inter Saturnalia munera mitti, quam quod ſub Saturno à tenebroſa vita quaſi ad lucem, & bonarum artium ſcientiam ſimus euocati.

MORALIA.

a *Pſal. 64.*

INcognitus quidam, qui in Dauidicos Pſalmos commentaria edidit, explicans hæc a Pſaltis verba: Sicut fluit cera à facie ignis, ſic pereant peccatores à facie Dei. Notandum eſſe monet, tres per ceram virtutes ſignificari, tribus præcipuis vitiis oppoſitas, humilitatem, caſtitatem, & charitatem. Nam author de rerum proprietatibus, inter alias ceræ proprietates, ceram ait calori non reſiſtere: in quo, inquit ille, notatur humilitas, quæ calori veri ignis ſcilicet Deo, non reſiſtit per ſuperbiam: ſed liqueſcit, ſe diuinæ voluntati prorſus committens. Etenim cera, vt quotidiana docet experientia, liquefacta, faciliter ducitur, & tractatur ad libitum: ſic qui reuera humilis eſt, ſine vlla repugnantia diuinis acquieſcit, obtemperatq; præceptis, non aliter, ac ſponſa de ſe inquiens: b Anima mea liquefacta eſt, vt dilectus locutus eſt. Quid enim eſt dilectum nobis loqui niſi Deum ſua præcepta nobis inſpirare: ad cuius vocem anima liqueſcit, quando ſine reſiſtentia omnibus Dei mandatis ſe ſubijcit. Et aduerte, non ſolum humilitatis virtutem ceræ typo denotari, verum etiam præmium eiuſdem, quod eſt exaltatio, quia omnis qui ſe humiliat, vt eſt apud Lucam, exaltabitur. Ecquid autem exaltationem animæ expreſſius ſignificat, quam cera? Hæc enim ceræ eſt proprietas, vt ſuper omnes liquores ſupernatet, & cum liquefit, non deſcendat, ſed è contrario potius tendat ad ſuperiora, quia ſcilicet partes in ea igneæ plurimæ prædominantur. Eodem plane modo humilis, prædominante in ſe amore Dei ceu igne, ac aere, nequit deprimi, ſed exaltatur. Secundo cera caſtitatem ſignificat; quoniam & hæc Apibus peculiaris eſt, vtpote quæ nuuquam aliquo maculantur coitu, ſed virginitatis illibitatæ decorem perpetuo ſeruant. Caſtitas autem nos Deo, quam maxime ſimiles reddit, qui eſt ſpeculum ſine macula. Atque hæc quoque ſimilitudo in cera denotatur; nam cera inter cætera aptiſſima eſt ad recipiendam rei ſibi imprimendæ figuram, vt patet in ſigillis: Sic & caſtitas per quam apta eſt, uos Deo ſimiles reddere. Charitas tertio in cera deſignatur. Tria n. quæ proximo noſtro præſtare debemus, per ceram denotatur. Iubemur n. proximo in aduerſis opem ferre, & aduerſum eadem defendere, ſecundo ne occulta eius releuemus; tertio ad ea, quæ præſtanda ſunt, inſtruere. Primum ſignificatur per linteum cera imbibitum, quo in clũſa ab imbrium tempeſtatumque iniuriis vindicamus: ſecundum per cerea ſigilla, quibus arcaua occultantur, & reuelantur; tertium per cereos, qui in tenebris lucem ſubminiſtrant. Idem author explicans alium eiuſdem prophetæ locum: Factum eſt cor meum tanquam cera liqueſcens in medio ventris mei. Per cor accipiendam eſſe dicit Chriſti doctrinam Euangelicam, vel Sacramenta, à quibus ſicut à corde vita procedit: per ventrem, ipſum corpus Eccleſiæ, in cuius medio conſiſtit corpus Chriſti; ſcilicet Sacramenta nouæ legis, vt ſic ſit ſenſus, per paſſionem Chriſti in medio ventris, ſcilicet Eccleſiæ factum eſt cor Chriſti molle, id eſt Sacramenta. ſicut cera liqueſcens. Sacramenta enim antiqua erant dura & aſpera, vt patet in circumciſione, ſed noua ſunt placida, & ſic per Chriſti paſſionem duritia Sacramentorum in mollitiem conuerſa eſt, ſicut cera dura ad ignem poſita molleſcit. Alii de Chriſto in cruce pendente locum illum intelligunt, quem aiunt ſe iis verbis ſignificaſſe deſtitutum eſſe vitali virtute: defluxit enim cor, in quo reſidet vita, ad modum ceræ dum igni admouetur. c Plato hominum ingenia ceræ ſimilia eſſe dicebat, cum diuerſæ hominum memoriæ tenacioris, & labidæ cauſas exprimeret. Ait autem in hominum ingeniis vim quandam ceræ ſimillimam; quæ faciat, & acutos ad intelligendum, & celeres ad ediſcendum, & eoſdem ſubinde obliuioſos. Item alios quidem tardos ad ediſcendum, verum iugiter memores. Quoſdam ita ingenioſos, vt cito diſcant, & diu memoria vigeãt. Nam quorum in animo ceræ illa ſimilitudo, quam Homerum dicit cognominaſſe κήρειον, fluxior ſolutiorque erit: facile quidem diſcunt, ſed cito amittunt, obſoletis ob nimiam remiſſionem ceræ ſignaculis. Contra ingenii, mentiſque durior cera vix recipit formas, quæ imprimuntur; ſed ſi vnquam receperit, diu conſeruat operoſe impreſſas figuras, vtpote ſtabili materia locatas. Tertia diuinæ felicitatis concretio, cum ceræ ſimilitudo ſic ſolida eſt, vt neque reſpuat formas, nec renitatur aduerſum impreſſionem ſignaculorum, nec ita fluxa recipiat ſede, vt incertæ minimeque viſibiles impreſſiones ſint.

Cera tres virtutes de notat.

Humilitas

b *Cant. 5.*

Cera cur animæ exaltationẽ ſignificet.

Caſtitatẽ cur denotat.

Charitas denotata.

Cor doctrinam Chriſti denotat.

Sacramenta ceræ ſimilia.

c *In Theæteto.*

Ingenia hominum ceræ ſimilia.

VSVS IN SCRIBENDO.

DE veterum more in tabulis ceratis ſcribendi, cum notiſſimus ſit in eorum ſcriptis verſatis, ſubſequentia loca colligimus, non tanquam teſtimonia (vnus enim, vel duo tantum ſuffeciſſent) ſed vt curioſis lectoribus ſatisfieret. Solebant itaque priſci in tabulis ceratis ſcribere, præcipue ante chartæ, & membranæ inuentionem, tentatis pluribus ſcribendi materiis, de quibus agit a Plinius de papyro loquens; hanc inquit, Alexan. magni victoria repertam eſſe author eſt M. Vatro, condita in Ægypto Alexandria. Et antea non fuiſſe chartarum vſum, ſed in palmarum foliis primum fuiſſe ſcriptitatum: quarundam arborum libris: poſtea publica monumenta plumbeis voluminibus, mox & priuata linteis conficiẽ cœpta, aut ceris: pugillarium enim vſum fuiſſe etiam ante Troiana tempora inuenimus apud Homerum: & poſt etiam mãſit cerarum vſus Κηρώματα diximus tabulas illas ceratas, in quibus ſcribebant. Inuentio Græcis tribuitur. b Iſidorus: Ceræ litterarum materies paruulorum nutrices, ipſæ dant ingenium pueris, ptimordia ſenſus, quarum ſtudium ptimi Græci tradidiſſe probantur. Hinc paſſim cera pro ipſis tabulis accipitur. c Plautus. Ne vlla ſit cera, vbi facere poſſit literas. d Idem. Dum ſcribo, expleui totas ceras quatuor. Facete apud e eundem Calidorus, lege, inquit, vel tabellas redde. Tu hinc eum ex cera cita. Reſpondet Pſeudolus: Eccam in tabellis, in ceta cubat. f Ouidius.

a *L. 13. c. 11.*

Ceroma.

b *Lib. 6.*

c *In Aſinaria.*

d *In Cucul.*

e *In Pſeud.*

f *L. 1. amor.*

Cætera fert blanda cera notata manu.

g Laertius de libris Platonis; pleriq;, inquit, autumant Philippum Opuntium ipſius (Platonis) leges, quæ erant in ceta, tranſcripſiſſe. Dilucidiſſime etiam Iuuenalis.

g *In vita Plato.*

Nonne libet medio ceras implere capaces
Quadrimio?

Hinc quoque profecta ſunt illa loquendi genera, quæ perſæpe apud veteres occurrunt: in prima cera, in ſecunda cera, in ima cera, in extrema cera. Romani enim ſua teſtamenta in huiuſmodi tabulis ceratis perſcribebant. h Suetonius de teſtamento Cæſaris: Q. Pedium ex quadrante hæredem inſtituit, reliquos in ima cera; hoc eſt, in vltima parte teſtamenti. Huc ſpectat illud Horatii:

Teſtamẽta Romanorum vt notarẽtur.

h *In Cæſare.*

Ima cera.

Qui teſtamentum tradet tibi cunq; legendi
Abnuere, & tabulas à te remouere memento,
Sic tamen, vt limu rapias, quid prima ſecundo
Cera velit verſu:

Vbi commentator, pro prima cera primam tabulam exponit; nam in primæ, inquit, tabulæ ſecundo verſu hæredis nomen continetur: teſtatoris autem nomen erat in primo, vt liquet etiam ex Suetonio in Nerone: in ima vero cera, id eſt, in extrema parte tabulæ cætera pro teſtatoris voluntate notabantur. Martialis quoque teſtamentum vocat vltimas ceras:

Prima cera quid.

Nil Ammiano, præter aridam veſtem
Moriens reliquit vltimis pater ceris.

Atque hoc modo extremam ceram lib. 3. Ciceronis in Vetrem interpretatus eſt Aſconius vltimam tabulam, vltimam partem tabulæ. Alibi vero i Martialis raucas ceras, libellos forenſes nuncupat; inquiens:

i *Lib. 8.*

Cum

Cum modo distulerint rauca vadimonia cera.

Hoc est, cùm pcregerint iudicia, nam hora tertia in foro obuersabantur. *k* Ouidius:

k *l.1. amor.*

Aptius hæ capiunt vadimonia garrula cera.

Stylus quid.

,, Stylus vocabatur, quo in ceratis tabulis, siue in ceris scribebant. ,, Chrysalus seruus apud *l* Plautum Mnesiloco ait: Cape stylum ,, propere, & tabellas tu has tibi. Mnesilocus. Quid post. Chr. Quod iubebo, scribito istic, nam propterea te volo scribere, vt pater cognoscat literas, quando legat. Mnes. Quid scribam? Chr. salutem tuo patri verbis tuis. Pist. Quid si potius morbum mortem scribat? Mnes. ne interturba iam imparatum in cera est. Alibi idem Chrysalus Pistoclero. Nunc tu, inquit, abi imus Pistoclere ad Bacchidem, & effer cito. Pist. Quid? Chr. stylum, & tabellas, & linum: ,, Linum autem quo tabellas exaratas obligabant. Ex quo liceat ,, intelligere veteres lino tabellas, & literas, & reliqua, quæ obsi- ,, gnabant, obligare consueuisse. *m* Lucianus: Posteaquam autem ,, signum ablatum fuerit, & linum incisum, & tabellæ apertæ, & declaratus meus nouus dominus. Er *n* Cicero. Ac ne longum sit Quirites tabellas proferri iussimus, quæ à quoque dicebantur daræ. Primum ostendimus Cethego, signum cognouit, nos linum incidimus. Sed reuertentes ad stylum, plurimorum de eo au- ,, thoritates adducere possim, sed breuitatis causa paucis agam. ,, *o* Plinius iunior: Erat in proximum non venabulum, aut lanceà, ,, sed stylus aut pugillaris: meditabar aliqua, annotabamque vt si ,, manus vacuas, plenas tamen ceras reporrarem. *p* Tertullianus; ,, Zacharias temporali vocis oratione multatus, cum animo con- ,, locutus linguam inritam transit, manibus suis à corde dictat, & ,, nomen filii sine ore pronunciat, loquitur in stylo, auditur in ce- ,, ra, manu omni sono conclarior, litera omni ore vocalior Lucu- lenter *q* Ouidius de Biblide:

l *In Bacch.*

Lino obligabant literas suas veteres.

m *In Timone.*

n *Lib.3. Catilin.*

o *Lib.2.Ep.*

p *L.de Idol.*

q *L.9. Metam.*

Et meditata manu componit verba trementi,
Dextra tenet ferrum; vacuam tenet altera ceram:
Incipit: & dubitat, scribit, damnatq; tabellas:
Et notat, & delet, mutat, cuipatq; probatq;:
Ingq; vicem sumptas ponit, positaq; resumit
Quid velit, ignorat, quicquid factura videtur,
Displicet: in vultu est audacia mixta pudori.
Scripta soror fuerat: visum est delere sororem,
Verbaq; correptis incidere talia ceris.

Stylum vertere.

Hinc prouerbialiter *stylum vertere*, est mutare quod scripseris. Horatius.

,, *Sæpe stylum vertas.* Hieronymus in eodem sensu aduersus Ruffi- ,, num. Quamdiu non renuebam laudationem tuam, sequebaris ,, vt magistrum, fratrem & collegam vocabas, & Catholicum in ,, omnibus fatebaris. Postquam vero non agnoui laudes tuas, & ,, me indignum tanti viri præconio iudicaui, vertis stylum, & o- ,, mnia laudata prius. vituperas, de eodem ore, & dulce proferens, ,, & amarum. Hierouymus imitatus est *r* Ciceronem, qui scribit ,, in hunc modum: Timuit aliquando, & commotus est: vertit stylum in tabulis suis, quo facto causam omnem euertit suam. Inuenitur, & *stylum infigere*, & *stylo appetere*, pro eo quod est scriptis insectari, atque inuehi. Prudentius metaphoricωs Cassiani martyris corpus eiusmodi stylis à tortoribus infixum canit:

r *Act.4.in Verr.*

Innumeri circum pueri miserabile visu
Confossa paruis membra figebant stylis,
Vnde pugillares soliti percurrere ceras
Scholare murmur adnotantes scripserant.

Et Paulo post de eodem Cassiano:

Buxa crepant cerata genis impacta cruentis
Rubetq; ac ictu curta tum & pagina,
Inde alii stimulos & acumina ferrea vibrant,
Quæ parte aratu cera sulcis scribitur.

γλαφυρόν. Stylum eiusdemodi Græci γραφεῖον dicunt. *s* Athenæus de Eurip. πινακίδιον, καὶ γραφεῖον ἐξηρτημένον ἔχοντα, hoc est, tabulam scriptoriam, & stylum præparatum (ad scribendum) habentem. Vocatur alio etiam nomine penicillus, siue peniculus, sed hic potius pictu- ræ inseruit, & mollis est, vtpote ex cauda animalium, quam auri- qui penem vocabant. *t* Ouidius Græcam dictionem seruauit, cum canit:

s *Lib.13.*

Penicellus.

Peniculus.

t *L.2.amor.*

Quid digitos opus est graphium lassare tenendo
Hoc habeat scriptum tota tabella veni.

Graphiũ.

Vnde graphiarium dicebatur, graphii repositorium. Martialis.

Hæc tibi erunt armata sua graphiaria ferro.

Pugillaris quid.

Id est graphio intus incluso: tale apud nos est, quod vocamus calamarium, in quo calami reponuntur, quamuis hac pauci hodie dictione vtantur. Sed vrad tabulas reuertamur, has quoque pugillares appellabant, siue cereæ essent, siue ligneæ, siue alterius materiæ, in quibus stylo scribebatur, ita dictæ quod pugno comprehenderentur; vel à pungendo, quod scilicet stylo in his pungendo scriberent. Legitur & pugillar in singulari numero apud ,, Ausonium: *Bipatens pugillar expedi.* *u* Alexander ab Alexandro a- ,, gens de variis chartarum generibus, pugillarium siue tabella- ,, rum genera recenset his verbis: Erant quoque, inquit, tabellæ ,, cera illitæ, in quibus mouumenta literis nonnunquam mandari ,, legimus, aliquando duplices, plerumque triplices, aut quintu- ,, plices, colore diuersæ. Nam & luteæ erant, virides, croceæ, pur- ,, pureæ. In triplicibus epistolas, in quintuplicibus honores, & ,, magistratus: in duplicibus, si quid esset arcanum, & subticendum, interioresque animi notas magis adnotabant. Hæc ille. Erant

u *L.2.c.30.*

A autem etiam pugillares citrei, eborei, membraneique, qui ex citro, ebore, & membrana erant confecti. De Citreis sic *x* Martialis.

x *Lib.13.*

Sectanisi in tenues essemus ligna tabellas
Essemus Lybici nobile dentis opus.

De quintuplicibus canebat sic:

Cæde iuuencorum domini caret area felix,
Quintuplici cera cum datur altus honor.

Pugillares eburnei ex eodem:

Languida ne tristes obscurent lumina cera
Nigra tibi niueum litera pingat ebur.

Pugillares enim eburnei dabantur senibus, & lippis, vt apertior his esset visus ad scribendum. Triplices ex eodem.

Eburnei cur darentur senib.

Tunc triplices nostros non vilia dona putabis
Cum se venturum scribet amica tibi.

Pugillares membranei ex eodem.

Esseputa ceras; licet hæc membrana vocetur,
Delebis, quoties scripta nouare volet,

B Etat denique cera alia legitima, alia infamis edicta. Vtriusque meminit *y* Tullius his verbis: Er air idem, vt aliquis metus adiunctus sit ad gratiam, certos esse in consilio, quibus ostendi tabellas velit: id esse perfacile, non enim singulos ferre sententiam, sed vniuersos constituere: ceratam vuicuique tabellam dari cera legitima, ,, non illa infami, ac nefaria. Huc spectat illud *z* eiusdem: Deinde ,, in codicis extrema cera nomen iusimum in flagitiosa litura fecit. Quod modo ad ipsam scriptionem attinet in cera, fueritne facilis, ac celer, aut è contrario disci potest ex Fabio *a* Quintiliano, qui hoc quæsitum videtur tetigisse his verbis: Illa quoque minora (sed nihil in studiis paruum est) non sunt transeunda, scribi optime ceris, in quibus facillima est ratio delendi: nisi forte vsus infirmior membranarum potius vsum exiget: quæ vt iuuant aciem, ,, ita crebra relatione; quoad intinguntur calami, morantur ma- ,, num, & cogitationis impetum frangunt. Relinquendæ autem ,, in quolibet genere vacuæ tabellæ, in quibus libera adiicienti sit ,, excursio. Nam interim pigritiam emendandi angustiæ faciunt, ,, aut certe nouorum interpositione priora confundunt. Nelatas ,, quidem vltra modum ceras esse velim, expertus iuuenem stu- ,, diosum alioqui prælongos habuisse sermones, quia illos nume- ,, ro versuum metiebatur: idque vitium, quod frequenti admoni- ,, tione corrigi non poterat, mutatis codicibus esse sublatum. Sic ,, ille: Laudans inde cereas tabellas, cum quod facillime, ac sine li- ,, tura, quid in iis poterat deleri, tum etiam, quod longe celerius ,, in iis scriberetur, quam vel in membrana, vel charta, quoniam ,, hæ scribentis manum, dum calamum atramento intingit, nimis ,, remorentur. Celer equidem scriptio, vt ex iisdem Quintiliani re- citatis verbis constat, scribentibus quid serio, perquam necessa- ria, vt quod iam mente concepit, quam primum, exprimere scri- bendo possit. Quod *b* alibi etiam meminerat ante his verbis: Non excludo autem, id quod est, irritandæ ad discendum infantiæ gra- ria, eburneas etiam literarum formas in lusum offerre, vel si quid aliud, quo magis illa ætas gaudeat, inueniri potest, quod tractare, intueri, nominare, iucundum sit. Cum vero iam ductus sequi ,, cœperit, non inutile erit eas tabellæ, quam optime insculpi, vt ,, per illos velut sulcos ducatur stylus. Nam neque errabit, quem- ,, admodum in ceris (continebitur enim vtrimque marginibus) ,, neque extra præscriptum poterit egredi, & celerius ac sæpius se- ,, quendo certa vestigia, firmabit articulos: neque egebit adiuto- ,, rio manum suam manu superimposita regentis. Non est aliena ,, res, quæ fere ab honestis negligi solet, cura bene, ac velociter ,, scribendi. Nam cum sit in studiis præcipuum, quoque solo ve- ,, rus ille profectus, & artis radicibus nixus paretur, scribere: tar- ,, dior stylus cogitationem moratur, rudis & confusus intellectu ,, caret: vnde sequitur, alter dictandi, quæ ex his transferenda sunt ,, labor. Hactenus Quintilianus. De facilitate vero delendi, quæ in cereis tabellis scripta erant, vulgo natum erit adagium, idque etiamnum in vsu est, *Imis ceris radere*, pro eo, quod est, penitus delere, sic vt nullum omnino memoriæ pristinæ vestigium extet.

y *Diuinit. in Q.Cæcil.*

z *Lib.1.in Verrem.*

An fuerit vtile scribere in cera.

a *Lib 10. Inst Orat. c 3.*

Cere cur debeant esse latæ.

C

Celer scriptio cur scribenti necessaria.

b *Lib.1.*

D

Celeris, & bonæ scriptionis laus.

Imis ceris radere quid.

VSVS AD SIGILLANDVM.

SIgillare quid dicimus, cum signum, siue sigillum nostrum alicui rei imprimimus: quod equidem in nulla re aptius fieri potest, quam in cera, vt non solum ad hoc, vt dixi aptissima cera est, sed ad simulacra etiam, ac imagines conficiendas propter facilem ductilitatem. In quo sensu *a* Tullius dicebat. Sed verba nos cum iacentia sustulimus è medio, sicut nobilissimam ceram ad nostrum arbitrium formamus, & fingimus. Veteres vero non solum tabulas suas, & tabellas siue epistolas, verum etiam cellas, ,, & similia nonnulla, vt & lagenas obsignare consueuerunt. *b* Q. Frater ad Tironem: Sicut olim matrem meam facere memini: quę lagenas etiam inanes obsignabat, ne dicerentur inanes aliquæ fuisse. In eodem sensu *c* Horatius:

Sigillare quid.

a *De Oratore.*

Quæ veteres obsignarent.

b *L.16. Ep.*

c *Lib 2. Epist.2.*

Comiu in vxorem posset qui ignoscere seruis
Et signo lato non insanire lagena.

Idem *d* Plinius:

d *In Persa.*

Triparcos homines vetulos, auidos, aridos,
Bene admonere, qui salinum seruo obsignant cum sale.

In Caſina. Et *e* alias dilucidius.

Obſignate cellas, referte annulum ad me
Et huc tranſeo in proximum ad meam vicinam.

Ex quo nouiſſimo loco conſtat antiquos etiam annulis obſignauiſſe, vt & nonnulli hodie faciunt. Iſque vſus vel ſimilis Bononiæ percrebuit aduerſus famulorum ſecretas commeſſationes, vel etiam tacitas rapinas: quanquam vaſa tantum vinaria ſigillent *f* Vlpianus meminit eiuſdem ritus: Signum autem vtrum annulo tantum impreſſo adhibemus, an vero & ſine annulo, verum alio quodam impreſſo? Varie enim homines ſignant. Et magis eſt, vt tantum annulo quis poſſit ſignare, dum tamen habet χαρακτῆρα. Sigillis præterea eiuſmodi cereis literæ etiamnum muniuntur, vt & olim, & ſignantur & ſecrera occultantur, priuilegiaque confirmantur, atque ita confirmantur, vt niſi ſigillo cereo principis concedentis munitum fuerit, nullius plane exiſtat valoris. Ceratium apud *g* Ciceronem accipi videtur pro tali munimine, quod ceræ nomine penditur, cuiuſmodi, inquam eſt, quod etiam hodie pro diplomatum ſigillis exoluimus. Ex omni, inquit, pecunia quam oratoribus ſoluere debuiſti, certis nominibus deductionibus fieri ſolebant, primo pro ſpectatione; & collybo; deinde neſcio pro quo cerario. Annulum obſignatorium Galli, ac Belgæ vulgo dicunt vn ſignet, quia ſcilicet inſigne familiæ ſuæ ei ſit impreſſum, quod à veterum quoq; ritu dimanauit, qui imagine ſua eum honeſtarent. *h* Plautus:

Et cauſa miles hic reliquit ſymbolum
Expreſſam in cera ex annulo ſuam imaginem,
Vt qui huc afferret eius ſimilem ſymbolum
Cum eo ſimul me mitteret.

Et rurſus in eadem comœdia:

Eccum in tabellas porrectum; in cera cubat.

Quin & Deorum ſuorum ſimulacra in ſigillis exprimebant, vt me docet *i* Plutarchus, dum ait: Ergo fabris ærariis, lapicidis, ac iis qui cerea ſigilla fingunt, credentes humano corpori ſimilia putant eſſe Deorum corpora, ac talia fingunt, adornantque & adorant: philoſophos autem, & ciuiles viros deſpiciunt, qui Deorum maieſtatem docent, cum bonitate, magnanimitate, benignitateque & procuratione illi coniunctam Rhyphon pro ſigillari cera acceptum, quandoque tradir Iulius Pollux ab authoribus, niſi quis typon, non rhyphon in Polluce, inquit *k* Hermolaus, lectiter. Sed & apud *l* Ciceronem rhypos ſcriptum eſt pro ceris ſiue formis, vnde ſigilla fingebantur, fortaſſis à ſitu vetuſtatis appellatas: quanquam etiam ſtrigmenta ita vocentur, vt ex Celſo Plinioque colligimus. Maltha quoque eidem *m* Polluci, vt tradit Turnebus, cera qua tabellæ iudicum illinebantur, & interprete Feſto pix erat cum cera mixta. Similis eſt, inquit, quam in Verrem Cicero ceram legitimam vocat, qua tabellæ iudiciales inceraban-
n *L.6. c.9.* tur: *n* Heſychio cera mollis eſt. Ritum vero hunc cum cera ſigil-
o *Cant. 13.* landi ſæpe *o* Dantes celebrat, vt
Parad.

Si foſſe à punto la cera dedutta
Et foſſe il cielo in ſua virtu ſuprema
La luce del ſuggel parebbe tutta.

p *Cant. 2.* Et *p* alias:

Et hauea in atto impreſſo eſſa fauella
Ecce ancilla Dei ſi propriamente
Come figura in cera ſugella.

q *Cant. 33.* Et rurſus *q* alibi:

Et io, ſi come cera da ſuggello
Che la figura impreſſa non tranſmuta
Segnat'e hor da voi lo mio ceruello.

Democriti mos in ſignando. Democritum vero aiunt, ea quæ eſſet expertus homini eſſe ſalutaria ſignaſſe cera minio infecta, cui ſignum annulo eſſet impreſſum, idq; feciſſe, vt quorum periculum non feciſſet, internoſcerẽtur, & data occaſione experiretur, aut ſi ædere non poſſet, haberent qui lecturi erant, quæ ſequerentur, haberent. & de quibus non
r *L.9.c.3.* liqueret. Memiuit *r* Vitruuius inquiens: Admiror etiam Demo-
Miniata cerula. criti de rerum natura volumina, & eius commentarium, quod
Μίλτον minium ſignificare. inſcribitur χειροπυνητὸν in quo etiam vtebatur annulo, ſignans cera ex milto, quæ eſſet expertus, hoc eſt, vt Georgius Philander Caſtilionius, doctiſſimus Vitruuii interpres exponit, miniata cerula, vt (inquit) loquitur Cicero ad Atticum lib. decimoquinto, & miniatula cerula, vt lib decimoſexto: quibus in locis indicat Atticum, quæ in ipſius ſcriptis non probaret, miniata cera notare ſolitum Μίλτον, autem Græcos etiam minium vocare; vnus fu-
s *L.33.c.7* erit locupletiſſimus teſtis *s* Plinius. Neque enim nobis ſuſpecta eſt
t *L 4. Epiſt. med.* ea ſcriptio, etiamſi viſa fuerit *t* Ioanni Monardo, inter eos, qui medicinam cum bonis literis coniunxere, publico omnium conſenſu celeberrimo. Nam Μίλτος vocabulum eſſe πολύσημον vidiſſe Plinium non poſſumus non credere, vt Theophraſti atq; Dioſcoridis ἄμμιον, id eſt, minium, exitialem vel tractautibus in officinis puluerem ſignificarit, & eam quæ Vitruuium ipſum, cæteroſq; ſecutis rubrica vertitur, quæq; hauſta non vni medetur morbo, tantum abeſt, vt reſpirando tracta noceat. Nihilo ſcilicet inſolentius atque à Celſo graui, & Latinæ linguæ autore, quinto ac ſexto libris uon ſemel minium Sinopicum pro milto Sinopica dictum
Minium ſinopicũ. eſt. Neque video cur ab *u* Homero Cæphaloniorum, & finitimorum locorum ductæ naues ab Vlyſſe, μιλτοπάρηοι vocatæ fuerint,
u *Iliad 5.* quod rubrica, ſeu ea ſit ſinopſis, ſeu ſit fabrilis, pictas habuerint proras, ac non potius, quod minio, quando eas commendare voluerit, & iſtud apud Romanos aliquot etiam ſeculis tantæ fuerit
Iouis facies quando miniatur. autoritatis, vt Iouis ipſius faciem feſtis diebus miniandam Cenſores locarint, & triumphantium corpora lini ſolita legantur Rubricæ vero pretium longe minus fuiſſe plerique omnes teſtentur.

A Quin & ipſe Plinius, cum rubricam iam Troianis temporibus in honore fuiſſe Homeri autoritate tradit, μίλτῳ quomodo verti queat, oſtendit, rem ipſam non exprimit: quę vero ante dixit, quęque ſubiungit, ſi quis penitius, atque penſiculatius legerit, ea ἄμμιον intelleXiſſe comprobauerint. Itaq; ſemel de iis ita ſtatuo, rubricam, minium, & milton generaliter audiri, & pro re nata, aut adiecto gentis, vſuſve cognomine intelligi; ἄμμιον vero nuſquam, niſi pro pernitiali illa coccinei coloris farina vſurpari. Hæc & plura Philander. Nonnunquam teſte *x* Alexandro ab Alexandro diſcoloribus ceris ſigna ſuffragiorum, & ſententiarum notabantur: quod in iudiciis quoque fieri animaduertimus. *x L.4.c.3.*

VSVS AD PINGENDVM.

CEra diuerſis permixta coloribus, prout res depingenda expoſtulabat, pingere ſolitos eſſe veteres, inter cæteros *a* Seneca lucidiſſime adteſtatur his verbis: Pictor colores, quos ad red "
dendum ſimilitudinem, multos varioſque ante ſe poſuit, celer- "
rime denotat; & inter ceram opuſq; facili vultu ac manu com- "
B meat. Et diu ante illum M. *b* Varro: Nam vt Pauſias, & cæteri pi- "
ctores eiuſdem generis loculatas magnas habẽt arculas, vbi diſ- "
colores ſunt ceræ. Vt perquam appoſito epitheto *c* Statius Papi- "
nianus ceram Apelleam vocauerit, dum canit:

Vtere perpetuum populi, magnique Senatus
Munere, Appellea cuperent te ſcribere cera.

Ceras coloribus pingi ſolitas fuiſſe ad eas picturas, quæ inuruntur, author eſt *d* Plinius, dum ait, Ex omnibus coloribus cretu- "
lam amare, vdoque illini recuſant, purpuriſſum, Indicum, cæru- "
leum, melinum, auripigmentum, Appianum, ceruſſa. Ceræ tin- "
guntur iiſdem his coloribus ad eas picturas, quæ inuruntur, alie- "
no parietibus genere, ſed claſſibus familiari, iam vero & onera- "
riis nauibus: quoniam & pericula expingimus, ne quis miretur & rogos pingi. Dalechampius hoc addidit Scholiolum. Eucauſtice pingendi ratio fit aut ceris, aut coloribus, aut metallis igne liqueſcentibus ceris, vt in nauium pictura cum ſcalptæ variis figuris, cera diuerſis etiam coloribus picta oblinebantur, &c. Verum etſi Plinius id picturæ genus parietibus alienum fuiſſe inquit, attamen *e* Vitruuius ſcribens de ornamentis columnarum, harum tabellas cera cærulea depictas fuiſſe tradit, inquiens: tum proiecturas tignorum quantum eminebant, ad lineam & perpendiculum
C parietum perſecuerunt: quæ ſpecies cum inuenuſta iis viſa eſſet, "
tabellas ita formatas, vti nunc fiunt triglyphi, contra tignorum "
præciſiones in fronte fixerunt, & eas cera cærulea depinxerunt, "
præciſiones tignorum rectæ non offenderent viſum. Cera depi- "
ctarum nauium meminit *f* Valerius Flaccus:

Puppis & vt tenues ſubiere latentia cera,
Lumina pictura varios ſuperaddit honores.

Sed hic obiter locus *g* Senecæ occurrit caſtigandus: Cui triremes, & ceratas non mitterem, luſorias, & cubicularias, & alia ludibria regum in mari laſciuientium mittam? Legunt, qui locum reſtituunt ætatis, non ceratis. Idem *h* Plinius ceram alibi ait varios in colores pigmentis trahi, ad reddendas ſimilitudines, & innumeros mortalium vſus: vt mirum videri non debet, ſi *i* Iulius Pollux, & *k* Martianus Iuriſconſultus, vbi agit de fundo inſtructo, ceram in pectoris inſtrumento ponant. Hermolaus meminit ceram, quæ ſic in colores pigmentis trahitur, tractam vocari. Ceris vero pingere, ac picturam inurere, quis primus excogitauerit, non conſtat teſte eodem *l* Plinio. Quidam inquit, Ariſtidis inuentum putant, poſt-
D ea conſummatum à Praxitele. Ait etiam duo fuiſſe antiquitus genera, cera & in ebore ceſtro, id eſt viriculo, donec claſſes pingi cœpere, tum acceſſiſſe tertium, reſolutis igni ceris, penicillo vtendi. Id genus picturæ Callixenus Rhodius apud *m* Athenæum κηροχραφίαν vocat, alii (vt dixi) eucauſticen dicunt. Sunt enim, & ſua pictoribus cauteria, quorum præter cæteros meminit præcitato loco Martianus, vbi & conchas appellat vaſcula ſiue teſtas, in quibus pictores ſuos colores reponunt, quod marinis conchis ad eam rem pictores vti fere ſoleant.

f Lib.1. Argonaut.
g Lib.7. de benef.
h *L.21.c.13.*
i *Li.7. c.28.*
k *Lib 35. Pandect.*
Cera tracta quæ.
l *L.35. c.11.*
m Lib.5. κηροχραφία.

VSVS AD FVCANDVM.

FVcus ille muliebris, quo, vt pulchræ videantur, fœminæ vtuntur, picturæ quodammodo genus eſt; quamobrem alio nomine pigmentum, & ornatus peregrinus nominatur. Eiuſmodi fucatæ mulieres *a* Philoſtrato κηρίναις dicuntur γυναῖκες, hoc eſt cereæ mulierculæ, quæ ſcilicet ceris in fucando corpore vtuntur, di-
citque τὸ φυκίον καὶ τὸν κηρὸν, & alia huiuſmodi Laidis & Thaidis eſ-
E ſe pharmaca. Cera autem fucus eſt, & pictura, propterea quod ceris, vt dictum eſt, pingere antiqui ſolebant. Cum vero duobus potiſſimum ſeſe mulieres coloribus fucare ſoleant, albo & purpureo, illo ad candidum reddendum vultum, & totum corpus, quod cera præſtabat, vt ex Plauto ſubinde, & Ouidio patebit, hoc ad rubore buccas inficiendas. Eiuſmodi purpuriſſum Plautus, Latine rubricam dixit: nam cum dixiſſet: *Iſtas buccas tam belle purpuriſſatas habes*: non multo poſt ſubiecit: *Buccas rubrica, cera omne corpus intinxit tibi.* Idem innuit *b* Ouidius dum canit:

Scitis & inducta candorem quærere cera,
Sanguine qua vero non rubet, arte rubet.

Vbi Merula pro cera exponit ceruſſa, qua potiſſimum nunc mulieres vtuntur.

Fucus muliebris picturæ genus eſt.
a *Epiſt.39.* Cereę mulieres.
Colores ad fucandum apti.
b *Lib.3. de Arte.*

VSVS

VSVS IN IMAGINIBVS.

a In Pandect. b L.1. Elect. c.29. c L.5.c.23.

ELeganter quædam & docte *a* Budæus, *b* Lipsius elegantius plura, & doctius de cereis veterum imaginibus, earum vsu, ac dignitate conscripsere. Quæ omnia cum ad cetæ historiam pertineant, nobis repetenda sunt, & si quid de iisdem obseruauerimus, ab illis intactum, id addendum est. Meminit earundem *c* Alexander ab Alexandro vbi agit, qui cultus domorum quondam fuerit, & quare maiorum imagines in postibus, & arma in atriis, & vestibulis haberent. Docet id inter alios *d* Plinius his verbis: Expressi ,, cera vultus singulis disponebantur armariis, vt essent imagines, ,, quæ comitarentur gentilitia funera, &c. *e* Ouidius.

d L.35.c.2. e Lib.1. Amorum.

Nec te decipiant veteris plena atria cera
Tolle tuos tecum pauper amator auos.

Lipsius legit, cincta atria ceræ, atq; in Ouidii verbis esse piscam labem, nam legebatur quiuquatria; in meo exemplari legitur plena atria, vt citaui. Sed optime idem Lipsius in eodem *f* Poeta, vbi vulgaris lectio habet:

f L.1.6. Fast.

Vidimus ornatos erata per atria, picta
Veste triumphales occubuisse senes.

Legendum censet, cerata per atria: quoniam æris in atriis nulla mentio, at cerarum frequens: *g* Iuuenalis:

g Sartyr.8.

Tota licet veteres exornent vndiq; cera
Atria. Nobilitas sola est, atq; vnica virtus.

h Lib.3.

Corippus de *h* Iustino patris funera celebrante:

Vasa aurea mille
Mille columnarum species, argentea mille
Quæ super impositis implebant atria ceris.

Ausonius:

Hos ille Serum veste contexi iubet;
Hos cælat argento graui.
Cera inurens ianuarum liminia,
Et atriorum pegmata.

i Lib.1. de vita Constant.

,, *i* Eusebius vt Portesius vertit, sic scribit: Columnis illa quidem ,, nullas æui timentibus iniurias æstimata; videlicet natura hominum sortis fragilis & caducæ, commeuta solatium imaginibus edendis, maiorum memoriam colere se putauit honore permansuro, partim adumbratione picturæ cera deliuræ, partim à ,, materia sculptum & dolatum expertè motus simulacrum machinata. Sanazarius de ruinis Cumarum, vrbis vetustissimæ:

Plenaq; tot passim generosis atria ceris
Ipsa sua tandem subruta mole tacent.

Cereæ imagines humerorũ tenus.

Lipsius ait has imagines non aliud fuisse, quam expressam corporis effigiem humerorum tenus, è cera Dico, inquit, humerorum tenus; non enim corporis totius erant, sed capitis atq; vultus Pli- ,, nius. Expressi cera vultus singulis disponebantur armariis. ait ,, diserte, vultus. Cicero in Bruto, cui ab hac obseruatione lux: Ex quo tanquam ex ore imago, exprimatur. Addidi item è cera. Idque ,, adeo verum, vt vulgo eas nobilium imagines poetæ appellent ceras. Sic ille. Habebant autem hasce imagines per atria sua positas, cum potissimum vt generis sui nobilitatem, & qui in eo quid vel domi vel foris præclari gessissent, ostenderent, tum etiam vt ad alios ad bene fortiterque sese gerendos exhortarentur, quod me in primis docet *k* Valerius Maximus his verbis: Prudentissi- ,, moq; viro succurrebat, effigies maiorum cum suis titulis idcir- ,, co in prima ædium parte poni solere, vt eorum virtutes posteri ,, non solum legerent, verum imitarentur. Erant ergo & tituli eo- ,, rum, quorum erant imagines: Seneca: Qui imagines in atriis ex- ,, ponunt, & nomina familiæ suæ longo ordine: multis stem- ,, matum illigata flexuris in prima parte ædium collocant. Qui equidem ritus ad nostrum vsque ęuum perdurauit. Sed non cereas, at lapideas imagines maiorum nostrorum eadem ratione, qua veteres per atria collocamus. Hinc duplex erat apud Romanos nobilitas. Alii enim dicebantur nobiles, alii noui, vt luculenter ostendit Lipsius. Nobiles dicebantur illi soli, quorum maiores magistratum cœperant, quiq; ius habebant imaginis ponendæ. Noui, quorum maiores vitam priuatam vixerant, & quibus imagines nullæ. Censebaturq; nobilitas omnis ex imaginum multitudine: & imagines ex magistratu. Vnde *m* Cicero significare volens se nouum hominem, id est nulla generis nobilitate commendabilem, Consulem tamen factum, ita ad populum inquit. Quemadmodum cum petebam, nulli me vobis autores generis mei com- ,, mendarunt: sic si quid deliquero, nullæ sunt imagines, quæ me à ,, vobis deprecentur. Idem in Pisonem, Obrepisti ad honores et- ,, rore hominum, commendationę fumosarum imaginum, qua- ,, rum simile habes nihil præter colorem. Fumosas imagines ap- ,, pellans antiquissimi generis stemma. In eodem sensu *n* Seneca: ,, Non facit nobilem atrium plenum fumosis imaginibus. Vt legi ,, omnino debeat apud *o* Iuuenalem:

k L.5.c.8. l L.3. de benefic.c.28.

Cereas imagines vbi, & cur haberent.

Nobilitas duplex. Nobiles qui. Noui qui.

m De lege Agraria. Orat.2.

Imagines fumosæ quæ.

n Epist. 44. o Sartyr.8.

Fumosos equitum cum dictatore magistros.

Claudianus ceu Ciceronem & Senecam secutus:

Non ego luxuriam (inquit) *regum moremq; secutus*
Quæsiui vultum thalamis, vt nuntia forma
Laua per innumeros iret pictura penates.
Nec variis dubium thalamis lecturus amorem
Ardua commisi falsæ connubia cera.

p L.2. Sylu.

p Statius.

Quid referam veteres ceraq; arisq; figuras
Si quid Apellæi gaudent animasse colores?
Si quid adhuc vacua, tamen admirabile Pisa
Phidiaca rasere manus.

A Idem *q* rursus:

q L.3 Sylu.

Tot virides lucos, tot saxa imitantia vultus,
Aeraq;, tot scripto niuentes limine ceras
Finxisti: Quid enim ista domus? quid terra, priusquam
Tegauderet, erat?

Penes nobiles itaq; erant imagines. *r* Suetonius. Gens Flauia obscura illa quidem, & sine vllis maiorum imaginibus, sed tamen reip. non pœnitenda. Plinius iunior subitas imagines appellat, nobilitatem parum antiquam, sed repente fortunæque beneficio quæsitam. Quo *s* itaq; plures habebant imagines, eo habebantur nobiliores *t* Ouidius de Germanico:

r In Vespasiano. s L.8. Ep.10. t L.1. Fast.

Perlege compositas generosa per atria ceras
Contigerant nulli nomina tanta vtro.

Sic *u* Seneca: Videes omnes has imagines, quæ impleuere Cæsareum atrium: nulla non harum aliquo suorum incommodo insignis est. Atque ita dicebat Martialis.

u Consulat. Polyb.

Atriaq; immodicis artat imaginibus.

x Liuius de Ancio Martio. Ancus Martius nobilis vna imagine " x Lib.1.
B Numæ. Habebant enim præter suorum auorum imagines, etiam suorum patronorum, quos quisquis colebat: quare L. Vitellius Vitellii pater, Narcisci & Pallantis imagines in atriis inter lares coluisse legitur *y* Suetonius, Neroni Galba successit, nullo gradu cõ- " y In Galba.
tingens Cęsarum domum: sed haud dubie nobilissimus, magna- " que & veteri prosapia, vt qui imperator in atrio stemma propo- " suerit, quo paternam originem ad Iouem, maternã ad Pasiphaen " Minois vxorem referret. Dixi autem supra imagines è magistratu fuisse, nimirum ex Lipsio: qui addit, non tamen quouis, sed curule, Quæstura, Tribunatus; & qui alii inferiores honores, ius, inferiquit, imaginis non dabant: dabat inter ordinarios magistratus, prima curulis ædilitas: quod ex hisce *z* Ciceronis verbis discere " z Lib.5. in Verrem.
sese ait, vbi loquitur de se ædile: Ob earum rerum solicitudinem " atq; labores, fructus illos datos antiquiorem in Senatu sententiæ " dicendæ locum, togam prætextam, sellam curulem, ius, imagi- " nes (scribendum vult Lipsius, ius imaginis) ad memoriam poste- " ritatemq; prodendam. Clarius idem Cicero in eo sensu; in prin- " cipio legis Agrariæ: Est hoc in more positum; Quirites, institu- " toq; maiorum, vt ii qui beneficio vestro imagines familiæ suæ " consecuti sunt, eam primam habeant concionem, qua gratiam " C beneficii vestri cum suorum laude coniungant. Qui autem ius " gentilitatis, & maiorum imagines nullas habebant, ii teste Budæo terræ filii, & à sese orti, & homines noui nominabantur: quibus locutionibus non semel Cicero vsus est. Cornelius quidem tuus " familiaris summo genere natus, terræ filius. Summo autem genere, peritouiam ab eo dictum est. Præterea mos erat, quin vt Lipsius loquitur, vsus præcipuus, vt imagines istæ maiorum in funeribus ducerentur, ad gentilitatem ostendendam, id quod *a* Cicero ostendit, dum ait: Brute, quid sedes? quid auum illam patri " a Lib.2. de Orat.
nunciari vis tuo? quid illis omnibus quorum imagines duci vi- " des? quid maioribus tuis? De anu Iunia agnata Bruti loquens quę " funere efferebatur. Et *b* alias, inquit. Nec vero non eadem ira " b Pro Milone.
Deorum hanc eius satellitibus iniecit amentiam, vt sine imagi " nibus sine cantu, sine ludis, sine exequiis, sine lamentis, sine lau- " dationibus, sine funere oblitus cruore, & luto, spoliatus illius su- " premi diei celebritate, quam concedere etiam inimici solent, " amburetur etiam abiectus. Quo in loco ceremonias funerum " omnes Cicero strictim enumerauit. Huc spectat hoc Propertii:

Terræ filii qui.

Funerum ceremonię Romanor.

Nec mea tunc longa spatietur imagine pompa.

Liuii etiam hoc Epitome 48 de Lepido. Præcepit filiis lecto se " strato, sine linteis, sine purpura, efferrent, imaginum specie non " D sumptibus nobilitari maximorum virorum funera solere. Ne " v. quis has à iam dictis quas dicebamus in atriis collocatas fuisse è cera, diuersas aliasque arbitretur, facient hoc loco optime lucidissima Plinii verba partim ante citata, sed hic exacte repetenda, integreq; ponenda. Apud maiores, inquit, in atriis imagines erant; " quæ spectarentur, non signa externorum artificum, nec æra, aut " marmora. Expressi cera vultus singulis disponebantur armariis, " vt essent imagines quæ comitarentur gentilitia funera, semper- " que defuncto aliquo totus aderat familiæ eius, qui vnquam fue- " rat populus. Stemmata vero lineis discurrebant ad imagines pi- " ctas. Tablina codicibus implebantur, & monumentis rerum in " magistratu gestarum. Aliæ foris & circa limina animorum in- " gentium imagines erant, affixis hostium spoliis, quæ nec emptori restituere liceret, quæ etiam dominis mutatis domus ornamenta erant. Hactenus Plinius. Legimus quoque de Cæsare, cum Antonius populum Rom. incitaret ad vindictam cædis, vestemq; sanguine madentem ostenderet coram eo, quendam etiam Cæsaris imaginem extulisse è lecto, ac in ea tres, & viginti plagas, quot ille confossus fuerat, expressas monstrauisse. *c* Fabius Quintilianus c L.6.c.2.
E de imagine maiori, quę in epilogo ad misericordiam commouendam sępius proferebatur, scribit: & prolata nouissime, deformitate ipsa (uam ceris cadauer attulerant infusum) præteritam quoque orationis gratiam perdidit. Quem locum annotans *d* Turnebus. d L.29 c.13.
Hic ius suum, inquit, tenuit emendatorum licentia, nam cadaueri infusa legerunt; quod tamen eodem sensu accipi poterit. Verum ego puto veram esse, quam protuli lectionem, vt senis imaginem ceris impressam dicat. Quod n. infusum ceris est, id in cera fusum intelligitur, & expressum. Apuleius interdum non malus author, præsertim cum lasciuiæ ingenii non indulget, neque ludum sibi permittit. Euinuero quod luto fictum, vel ære infusum, vel lapide iuscisum, vel cera iuustum, vel pigmento illitum. Scribit Alexander ab Alexandro præcitato loco, Romanos ita ceteas eas imagines celebrasse, ac coluisse, ac si illi, quorum vultus

Vt imagines coloreas eas imagines celebrasse, ac coluisse, ac si illi, quorum vultus

vultus exprimebantur, viuerent. Aitque eaſdem feſtis diebus, & in ſumma gratulatione, & læti in laureis ſertis, & floribus ornare illorumque natales dies feſta luce celebrare ſolere. In luctu vero & gemitu familiæ tanquam conſcii doloris eſſent, & tacita mœſtitia funeſtarentur, deformaſſe, tantoq; honore dignos iudicaſſe, vt illos cum ſingulis imaginum titulis illorum præcipue quorum dignitas, maximæque res geſtæ fuiſſent, in exequiali pompa & apparatu funeris, extra ædes producerent, & longa ſerie velut familiæ decora repræſentarent, illæque defunctorum exequias, & vua funus comitarentur; ita tradito more, vt domino aut aliquo ex familia vita functo, illius imago tam circa limina, quam pro foribus locaretur, vt defuncti deſiderium repræſentata illa ſpecies leniret, poſterosque ad præclara facinora domi foriſque obeunda inuitaret. Verum cereas etiam imagines in foro poſitas fuiſſe, recentiorum eorum meminit nemo. Docet id me *e* Plutarchus his verbis Sciuit populus laudandum eſſe Lycurgum Lycophronis filium Butadem virtutis, ac iuſtitiæ cauſa: eique à populo ſtatuendam ceream imaginem in foro, niſi ſicubi lex eam ſtare vetat &c. Sed vt ad funeris ritum reuertamur, Lipſius, ratio ferendi, inquit, in oblongis perticis erat ſiue haſtis, vt fercula ſolent triumphorum. Ideo feretra ea dixi *f* Silius:

e In Vitis x. Rhetor. in fine.

Vt ferrentur in funere.

f Lib. 10.

Non coniux, natiue aderant, non iuncta propinquo
Sanguine turbà virum; aut celſis de more, feretris
Præcedens priſca exequias decorabat imago.

Dio Caſſius affirmare videtur, non ferri ſolere imagines eorum, qui relati eſſent in Deos; de qua ſententia I. ipſius ambigit. Illud, inquit, mihi certius, ſi quis rurpi & immani crimine damnatus eſſet, damnari etiam & frangi imaginem ſolere, nec in exequiis ferri. Iuuenalis,

Imagines quorum frangerentur.

Frangenda miſeram funeſtat imagine gentem.

g Tacirus Cotta Meſſalinus, ne imago Libonis exequias poſterorum comitaretur, cenſuit. Norat etiam Budæus huiuſmodi imaginum iura, ac nobilitatis inſignia damnatione reorum amitti ſolere: id quod *h* Cicero docet his verbis: Nam ipſe quidem ſi erit veſtro iudicio liberatus, quæ habet ornamenta, quæ ſolatia reliquæ vitæ, quibus lætari & perfui poſſit? Domus erit, credo, exornata, aperientur maiorum imagines, ipſe ornarum & veſtitum recuperabir. Omnia iudices hæc amiſſa ſunt: omnia generis, nominis, honoris inſignia atque ornamenta, vnius iudicii calamitate occiderunt. Hæc Cicero, ex quibus quoque didicimus imagines eas elauſas ſeruari ſolitas, quod indicar iis verbis: aperientur maiorum imagines. Cum nos in atriis poſitas fuiſſe ex tot auctorum monumentis dixerimus. Collocabatur autem, inquit Lipſius, ordine in ligneis thecis, ſiue vt Plinius appellat, armariis. Auſonius in verſibus, quæ ſupra, pegmata maluit dicere. Eæ thecæ diebus feſtis aut lætioribus tantum aperiebantur; alias, vt videtur, clauſæ. *i* Vopiſcus, Tantum illud dico, Senatores omnes ea lætitia eſſe elatos, vt domibus ſui omnes albas hoſtias cæderent, imagines frequentes aperient, albati ſederent, conuiuia ſumptuoſiora præberet. Apud *k* Senecam patrem Triatius, Indicit diem feſtum, aperiri iubet maiorum imagines, cum maximè tegendæ ſunt Et hoc eſt, quod *l* Polybius ſcribit; has imagines publicis ſacrificiis proferri, & magnifice ornari. Cui curæ haud dubie olim præfectus Atrienſis. Hæc ille. ſed cur tegerentur imagines iſtæ, non addit. Quid ſi propter fragiliratem ceræ factũ dicamus, & ne externus puluis picturis maxime infeſtus, damnũ inferret; Quamobrem poſtmodum etiam ex lapidibus & metallis fieri forte cœperunt Aereorum meminit *m* Statius

g Lib. 11.

h In Ora. pro Syllæ.

imagines claudebantur.

i In Floria.

k Lib. 7. Contr. 6.

l Lib. 6.

Cur tegerentur cereæ maiorum imagines.

m L. 11. Thebaid.

——— Lato regalia cœtu
Atria complentur: ſpecies eſt cernere auorum
Comminus, & viuis certantia vultibus ara.

Budæus opinatur poſteriora tempora pro iis cereis imaginibus inſignia gentilitia habuiſſe quæ arma vulgo vocantur: quoniam & hæc quoq; primum, vt ſimile eſt veri, virtutis præmia fuerunt, ac rerum præclare geſtarum decora. Iam vero alius apud eoſdem veteres harum imaginum vſus fuit, atque is quoque ad nos dimanauit, & nihilo infrequentior eſt. Quilibet enim natorum ſuorum parentes, & parentum nati, item qui arcta quadam inuicem deuincti ſunt amicitia, cum peregre eundum eſt, aut longum ac difficile aliquod iter faciendum, imagines domi retinet, vt ſi peregrinantes mori contigat, earum aſpectus velut quoddam afferat ſolatium, mortuorumque felix ſubeat memoria. Author eſt *n* Ouidius Laodomiam Proteſilai mariti ſui, cum bellum gereret aduerſus Troianos ceream imaginem ſæpius fuiſſe amplexam, ſæpiuſque cum eadem, ceu cum præſente Proteſilao ſecretos ſermones habuiſſe.

Armorum ſiue inſignium ortus.

Alius imaginũ vſus.

n In Epiſt. Herod.

Laodomia ceream mariti ſui habuit imaginem.

Cum tamen arma geris diuerſo miles in orbe
Qua referat vultus eſt mihi cera tuos
Illi blanditias, illi tibi debita verba
Dicimus; amplexus accipit illa meos.
Crede mihi plus eſt quam, quod videatur imago,
Adde ſonum cera, Proteſilaus erit.
Hanc ſpecto teneoq; ſinu pro coniuge vero
Et tanquam poſſet verba referre queror.

Sed cum ille in bello Troiano periiſſet, Laodamia audita mariti ſui morte, eius deſiderio in amplexu imaginis cereæ expirauit, vt meminit *n* alibi idem poeta hoc verſu:

n Lib. 2. de remed. amo.

Si potes & ceras remoue, quod imagine muta
Carperis, hoc periit Laodamia modo.

o Matialis de amico amici imaginem habente dicebat:

o Li. 7. Epig.

Maximus ille tuus Ouidi Cæſonius hic eſt
Cuius adhuc vultum viuida cera tenet.

A Apud procos amaſiarum ſuarum imagines fuiſſe idem me docere videtur *p* Marrialis: Lydiam ſuam, cum qua concubuerat, fore formoſiorem inquiens, ſi imago ſua cerea, quam habebar domi, in coitu ſilere poſſet.

p Lib. 11.

Non eſt mentitus; qui te mihi dixit habere
Formoſam carnem Lydia; non faciem.
Eſt ita ſi taceas, et ſi tam muta recumbas
Quam ſilet in cera vultus & tabula.

Atque iſte ritus nobis familiaris. Vidi in hac vrbe, quam plurimarum matronarum imagines feliciſſime in cera expreſſas, ligneisque thecis clauſas: ſed & diuorum diuarumque in thecis vitreis. Veteres quoque in hac arte excelluiſſe, diſcimus ex hoc Agathiæ apud Suidam: *Vah audaciſſime, cera iſtud effecit*: loquitur autem de imagine cerea ſolertiſſime expreſſa: item ex hoc Auſonii epigrammate in imaginem Medeæ:

Quin ne picta quidem ſis barbara: namq; tui vim
Cera tenax zeli concipit immodicam.

Magi quoque variis modis deorum imagines efformabant, imagines, inquam, ſtellarum vires habentes Erat & alter fabricandi imagines modus. Nam vbi odium illaturi eraut, cereas ae plumbeas imagines duplices confabricabant ſeſe diuexantes, ac quodammodo inter ſe digladiantes: fronti earum apponentes, quæ non ſubpingere collibuit, quod putem piis hominibus abigenda explodendaque: Vbi veto amoris conciliandi cauſa agendum erat, imagines ſeſe amplectentes conformabant, apponentes quędam fronti earum, quæ prærereunda cenſui, quod certe perſuaſum habeam eſſe vaframenta quædam, & vt verius paulo dicam, deliramenta anilia. quibus itaque omiſſis, duo etiamnum dicenda ſuperſunt, quis cerearum harum imaginum fuerit inuentor primus, & cur ex cera factæ *q* Plinius agens de plaſtices primis inuenroribus, inuentum hoc tribuit Lyſiſtrato Sicyonio Lyſippi fratri, & ſimul docet id artificium. Hominis, inquit, imaginem gypſo è facie ipſa primus omnium expreſſit, ceraque in eam formam gypſi infuſa (imaginem ceream, quam gypſea forma reddidiſſet,“ abſoluere diligentius, ac emendatius, quidam legunt, ceramq; in eam formam gypſi infuſam emendare) emẽdare inſtituit Lyſiſtratus Sicyonius frater Lyſippi, de quo diximus &c. Iam v. cera, quia ductu facilis eſt, facileque impreſſionem quamlibet admittit, & quod impreſſum eſt, tenacitate ſua, quam ſolidiſſime vbi vis retinet, vbi vis, quam facillime deles propter mollitiem: dura enim eſt, ſi placet, ſin minus, mollis, in ſumma omnes qualitates, quæ ad faciendas imagines ex vſu eſſe poſſunt, induere poreſt. Atque ita *r* Statius Abſcantii, & Priſcillæ deſcripturus pieratem air:

Deorum cereæ imagines.

q Lib. 31. cap. 12.

Imagines cereas quis primus inuenerit.

Cur imagines fierent ex cera.

r Lib. 5. princ.

Si manus aut faciles docilis mihi fingere ceras
Aut ebur, impreſſis aurumue animare figuris
Hinc Priſcilla tuo ſolatia grata marito
Conciperem. namq; egregia pietate meretur
Vel vt Apellao vultus ſignata colore
Phidiaca vel nata manu, reddare dolenti.

s alibi rurſus:

s L. 3. Syl.

——— Ego rite minor, ſemporq; ſecundus
Aſſidue libabo dapes, & pocula ſacris
Manibus, effigieſque colam. te lucida ſaxa
Te ſimilem docta referet mihi linea cera
Nunc ebur & fuluum vultus imitabitur aurum

Eleganter *t* Cicero: Vt enim ſi omnis cera commutabilis eſſet, nihil eſſet cereum, quod commurari non poſſet Idem innuit *u* Dantes:

t Lib. 3. de nat. deor.

u In Purg. Cant. 18.

Pero che forſe appar la ſua matera
Sempr' eſſer buona: ma non ciaſcun ſegno
E' buono, ancor che buono ſia la cera.

x Lib de Pyth. Orac.

Luci diſſime *x* Plutarchus: Ac ceram, inquit, quidem mitro“ aurum, argentum, æs, & quæ alia fingi poſſunt, excipientia vnã“ formam impreſſæ ſimilitudinis: aliud autem aliam differentiam imitando apponit. *y* Ouidius:

y Lib. 10. Metam.

——— & Hymettia Sole
Cera remolleſcit, tractataq; pollice multas
Flectitur in facies. Et *z* rurſus:

z Lib. 15.

Vtq; nouis facilis ſignatur cera figuris
Nec manet vt fuerat, nec formam ſeruat eandem
Sed tamen ipſa eadem eſt: animam ſic ſemper eandem
Eſſe, ſed in varias doceo migrare figuras.

Recte itaque Horatius hominem ad vitia apprime pronum cereum in vitia dixit. Iacobus Dalechamptus ſcribit imagines, de quibus hactenus diximus, nunc ex cera, & maſtice fieri. Sunt qui (referente Mizaldo ex ſecretis cuiuſdam ingenioſiſſimi vitrarii,) ſanguiuis hirci, & cineris æquas portiones mittant in acetum, deinde chymico organo deſtillent, & in exempta aqua vitrum macerent, plicabile, cereum ac ductile reddant. Aiuntque indurari, & priori naturæ reſtitui ſi in frigidam mittatur, vel ea lauetur. Quod pro corollario addere volui, vt ſi luber, ex eiuſmodi vitro imagines quis conficiat. Forent enim meo iudicio omnium pulcherrimæ. Atque hæc de cereis imaginibus dicta ſufficiant.

Cereus in vitium.

VSVS IN STATVIS.

CEreas olim etiam fuiſſe ſtatuas doceor ex ſubſequenti Iuliani Epigrammate, perperam inſcripto εἰς Ἰκαρον χαλκῆν pro κηρίνον, ἐν λουτρῷ ἱσάμενον. nam titulus iſte ſecundo loco à Iuliano poſitum epigramma pertinet, quod quia de ærea agit ſtatua, hic non ponam.

Epigramma Iuliani correctum

Ικαρις,

Ἰκαρε, κηρὸς μὲν διώλεσε· νῦν δέ σε κηρῷ
Ἤγαγον εἰς μορφὴν αὖθις ὀχαλκοτύπος.
Ἀλλ' ἄγε μὴ πτερὰ πάλλε κοῦφε, μὴ τὸ λοετρὸν
Ἥρωος πίπτων. Ἰκάριον πελίσης.

Hoc est, vt ex tempore lusi:

Cera fuit, quæ te male perdidit Icare: cera.
Ora dedit nobis nunc tua χαλκοτύπος.
Noli igitur cœlo pennas committere: lapsus
Ne tuus Icario nomina det pelago.

VSVS IN LVDICRIS.

Heliogabali luxus.

FErtur Heliogabalus Imperatorum omnium effœminatissimus ac perditissimus, pro nimio luxus affluentia in fœcundis mensis nouo genere edulii saginasse: nam cereas dapes, aut lignea edulia, vel eburnea, sæpe fictilia, aut marmorea exhibuit, cum per singulos missus biberent, velut vescerentur & manus abluerent. Author est Lampridius. Eodem artificio etiamnum nonnulli imitantur cera fructus omnes, & tam exacte quandoque exprimunt, vt matet rerum natura eos protulisse videatur. Solemus autem nos quoque eos in mensa exhibere brumali potissimum tempore, cum fructus desunt.

VSVS AD LVCEM PRÆBENDAM.

Cereorum viridium laus.

SAluberrimam lucem præbent cereæ candelæ, maxime si virides fuerint, qualibus proceres in Germania vtuntur, ne lux visum offendat. Hermolaus apud suos, nempe Venetos candidam tantum cetam cremari scribit, candidis vero etiam Bononia, ac forte tota Italia vtitur. Vtebantur autem olim iis teste Festo, vt nunc, ditiores tantum. Vnde *a* apud Plautum intemperantis pueri sumptus castigantem legimus:

a *In Curcul.*

Tute tibi puer es lautus, luces cereum.

b *In disticu.*

Præferebatur tamen lucerna. *b* Martialis:

Hic tibi nocturnos præstabit cereus ignes
Subducta est puero namq; lucerna tuo.

Prima fax.

Hinc primam facem veteres noctis principium vocitabant, quod tum primum vti face incipiamus. Gellius: Sed cum iam prima fax noctis, & densiores esse tenebræ cœpissent, discessimus. Primus omnium, inquit Hermolaus Cornelius è Senatu domum rediens funali candido vsus fertur tanta verecundia, vt non prius accendi pateretur, quam tota curia, & foro discessisset, quia cæteri, aut triuiali cera deducerentur. Exemplum eius deinde secuti omnes, maiestatique hoc illius ordinis amplissimi non luxuriæ datum. Itaque Senatu misso post occasum solis, tam longus est ordo luminum, vt plane diem reddant. Festiue admodum Martialis *c* Cottam furem scribit velle cereos gestare, vt aliquid furaretur:

Cornelii verecũdia.

c *Lib.10.*

Omnes persequeris prætorum Cotta locellos
Accipis & ceras; officiosus homo es.

Faces nouis nuptis præferebantur.

Hoc est, dum prætores senatu misso domum deducere lucente cereo te velle fingis, eorum interim, beneficio lucis, insidiaris loculis Iam vero, & faces nouis nuptis præferri solitas esse, notissimum est Hinc faces nuptiales apud M. Tullium, *d* & apud Virgilium legimus.

d *In Orat. pro Cluent.*

Si non pertæsum thalami tædæq; fuissent.

Idem alias:

Mopse nouas incide faces.

Faces cur in nuptiis præire soleant.

Ad quem locum notat Seruius: quæ solent præire nubentes puellas. Sane Varro dicit, in nuptiis ideo faces præire, quod antea non nisi per noctem nuptæ ducebantur à sponsis. Alii inde ortum esse hunc ritum putant, quod Ceres in quærenda Proserpina face vsa esset, vel vt alii, vt noua nupta ignem, & aquam, quæ duo sunt in vita maxime necessaria, cum viro communicare videretur. Etenim aqua quoq; aspergi solebat, vt casta puraque ad sponsum duceretur. Plautus:

Aquæ vsus in nuptiis.

Primum omnium huic lucebu noua nupta facem.

Quot cerei nuptis præferrentur.

Sed quanquam in singulari facem hic dicat Comicus, constat tamen quinque nec plures, nec etiam pauciores prælatas fuisse. Super quo mysterio, ne quid præterire videamur, quod antiquitatis studiosos iuuare possit, *e* Plutarchi quæstionem adiiciemus. Cur, ,, inquit, in nuptiis quinque faces (cereos ipsi vocant) non plures ,, his, aut pauciores accendunt? An quia, vt Varro ait, prætores tri- ,, nis, pluribus ædiles vtebantur, ab his autem sponsi accendunt i- ,, gnem? An quod cum vtantur compluribus alias etiam numeris, ,, tum alioqui præstantior, atq; perfectior impar creditus est, tum ,, ad nuptias quadrare visus? Par enim diuidi se patitur, partesque ,, eius æquis inter se viribus contendunt. Impar autem omnino ,, diffundi se non fert, sed diuisus semper aliquid relinquit. Inter ,, impares porro omnium maxime congruit numerus quinarius. ,, Nam ternarius primus est de imparibus, binarius primus de pa- ,, ribus: ex his tanquam mare, & fœmina miscetur quinatius Aut potius quoniam lumen procreationis signum est, mulieres autem ad quinque plerumque pariunt, totidem vtuntur facibus? Aut quia matrimonium contrahentes quinque deorum ope indigere putant, Iouis perfecti, Iunonis perfectæ, Veneris, Suadæ, ac Dianæ, (ea Lucina est) quam partutientes inuocant Hæc Plutarchus.

e *In quæst. Rom.2.*

Impar numerus non diuiditur.

Lumen procreationis signum.

Sultanus olim Ægypti tyrannus referente *f* Cardano, solebat cereis immiscere ambram, voluptati, atque simul valetudini consulens. Lethali veneno infici posse nuper teste *g* Scaligero comperatum est. In Bongo ligneis quod mirum est, cereis vtuntur, qui maximam lucem præbent, qui forte ex tedifera arbore fuerint.

f *L. de subt.*

g *Exer.154.*

VSVS AD CONDIENDA cadauera.

ASsyrios ante diximus corpora sua melle, & cera condire solete, vt ita diutius incorrupta seruarentur. Diximus item *a* ex Plutarcho Agesilaum regem Spartanum, in portu Menelai mortuum mellis penuria, cera conditum Spartam reuectum esse. Per sæ referente *b* Alexandro ab Alexandro defunctos cera circumlitos, vt maxime diurni essent, domi condebant. Idem legimus apud Ciceronem, quanquam *c* Herodotus aliam illius rationem reddat his verbis: Magi Persarum cadauera non prius humant, ,, quam ab alite; aut à cane tacta fuerint Postea cera condiunt & ,, terra obruunt, non cremant: quoniam nefas esse aiunt igne, ,, quem pro Deo colunt, cadauer attingere.

a *In Agesilao.*

b *Lib.3.c.2.*

c *Lib.1.* Persæ cur cadauera non crement.

VSVS AD CONGLVTINATIONEM.

APprime apposito epiteto *a* Poeta ceram tenacem vocauit. Quam tenacitatem præcipue innuit fabula Dædali, & Icari, qui conglutinatis cera ad humeros alis per longa æquoris spatia volasse feiuntur. Quin glutinis vsum præstitisse ceram constat. Hac enim pastorales fistulas coniungebant olim, *b* Calphurnius:

a *Georg.4.*

Ceræ vsus pro glutine.

Iam puerum calamos, & odora vincula cera
Iungere nunc cohibes leuibus quem sæpe cicutis
Ludere conantem vetuisti fronte paterna.

b *Eglog 4.*

Claudianus de Hymenæo

——Platano namq; ille sub alta
Fujus inæquales cera texebat auenas.

c Virgilius:

Cantando tu illum? aut vnquam tibi fistula cera
Iuncta fuit.

Facete Martialis de fistula:

Quid me compactum ceris & arundine rides?
Quæ primum extructa est, fistula talis erat.

c *Eglog.3.*

A *d* Plutarcho citantur hi iambi:

Vt pastoralis cera iuncta fistula
Quando soporiferos sonitu ciet modos.

d *L. de coh. ira.*

Hinc est e quod Theocritus fistulam voce πνεύμα κηροδὲς.

'Αρξεῦμαι πρέκειν· ὁ δὲ βικολος ἀμμιγα θελξεῖ
Δάφνις, κηροδέτῳ πνεύματι μελπόμενος.

e *In Epigr.*

Incipiam aliquid sonare. Bubulcus autem simul oblectabit,
Daphnis, cera compacto spiritu modulans.

f Athenæus ex Euphorione tradit τὸν πολυκάλαμον σύριγγα inuenisse Silenum; Marsiam vero τὸν κηρόδετον, id est cera coniunctum. At Virgilio teste

f *Lib.14.*

Pan primum calamos cera coniungere plures
Instituit. Quem secutus *g* Sanazarius de Luna, & Paue canebat:

g *L.2.Ep.*

Effudit longas Tegæa in rupe querelas
Pan captus forma candida luna tua.
Cumq; leui calamos cera coniungeret, addit
Prodata es sensu tu quoq; carma meos.

Et *h* rursus de eodem Pane & Satyris:

h *In Salic.*

Dumq; leuis aptat calamos, dum sibila pressis
Explorant digitis, tenuiq; foramina cera
Obducunt, vario modulantes carmina cantu.

Dilucide quoque Bembus.

Pastorum pecorisq; Deus cui garrula cera
Prima dedit varios fistula iuncta modos.

Pocula quoque cera conglutinata fuisse à veteribus, *i* docemur à Theocrito, apud quem Æpolus pastor poculum sese daturum ait dulci cera collutum.

i *Eydill.p.*

Καὶ δαφνὶ κιστίδιον κεκλυσμένον ἀδεῖ κηρῷ.

Pocula autem lignea, vt disertissime testatur *k* Ouidius:

k *L.8.Metam.*

——Fabricataq; fago
Pocula, quæ caua sunt flauentibus illita ceris.

Dolia præterea cerari (vtitur hoc verbo *l* Columella, vt patebit) solita author est, quem nominaui. Columella, oleum quemad- ,, modum fiat, docens: Dolia, inquit, & seriæ in quibus oleum re- ,, ponitur, non tantum eo tempore curanda sunt, cum fructus ne- ,, cessitas cogit, sed vbi fuerint à mercatore vacuata, cõfestim vil- ,, lica debet adhibere curam, vt si quæ fæces, aut amurcæ in fundis ,, vasorum subsederint, statim emundentur, & non calidissima li- ,, xiuia, ne vasa ceram remittant, sed semel atque iterum eluentur, ,, &c. Et paucis interpositis: Postea cum res exigit, pura eluunt a- ,, qua, nonnulli prius amurca, deinde aqua vasa perluunt, & assic- ,, cant, tum considerant nunquid ceram nouam dolia desiderent. ,, Nam fere sexta oliuitate cerari oportere antiqui dixerunt, ,, quod fieri posse non intelligo. Nam quemadmodum noua vasa ,, si calefiant, liquidam ceram facile recipiant, sic vetera non credi- ,, derim propter olei succum, ceraturam pati. Quam tamen & i ,, psam ceraturam nostrorum temporum agricolæ repudiarunt, ex- ,, istimaueruntque satius esse noua dolia liquida gummi perluere, ,, siccataq; suffumigare alba cera ne pallorem capiant. Hæc ille. Quod vero etiam vasa cum magna, tum exigua, siue ampullæ cera obtutentur, tam vulgo notum est, quam quod notissimum Fit tamen & hoc, propter eius tenacitatem, qua licet naturaliter illud

Dolia cerabantur.

l *L.12.c.50.*

Vasa cera obturant.

 præstet,

Cera obturatoria.

Præſtet, inuenit tamen humanum ingenium, quæ in hoc præualeant, vocantque eas effectu ceras obturatorias, quarum ceu præ-
,, ſtantiores aliquot deſcriptiones ex *m* Andrea Libauio adiiciam,
,, ne quid vnquam, quantum per me licebit, in hoc opere deſi-
deretur. Itaque Cera, colophania, reſina miſceantur: vel, vernix li-
quidus, & pix. Vel Cera noua. colophonia, maſtix, thus: colli-
quantur, & inmiſcetur farina laterum. Vel, ſulphur, pix, ceruſſa.
Vel, cera, & lacca, vel, Propolis, mel. ceruſſa, reſina, vel, pix per
ſtramenta fuſa, cera per ſtrameu fuſa dupla, commiſceantur. Vel,
ceræ, reſinæ, ãna vncias ſeptem, terebinthi vncias duas, drachmas
duas, ſolue & miſce ad ignem. Hæc inſeruit inſerendis ſurculis,
tegendiſq;. Quin etiam ad nauium rimas obturandas erit vtiliſſi-
ma, ad quas, & pice, & cera vtebantur veteres, vt patet ex hiſce
verſibus *n* Lucani de nauium incendio ſcribentis:

m *L. 2. Alchy. tract. p. c. 39.*

Naues cera & pice obturabantur.

n *Lib. 3. de bell. ciuil.*

Nulla tamen plures hoc edidit æquore clades
Quam pelago diuerſa lues: nam pinguis ignis
Affixus tædis, & tecta ſulphure viuax
Spargitur, ac faciles præbere alimenta carinæ
Nunc pice, nunc liquida rapuere incendia cera.

An ſola etiam cera naues cerarentur.

Sed cum picem ſeparatim à cera ibi nominet poeta, quæſtio oritur, nuncquid etiam ſola cera, hoc eſt, ſine picis admixtione, naues cerare veteres ſoleant: Nam hoc multi inficiantur, qui ceratas naues interpretantur, ceræ & picis mixtura ſimul oblitas, & apud *o* Naſonem

o *Lib. 11. Metam.*

——Spoliataq; tegmine cera
Rima patet, exponunt picis cum cera permixtæ. Ceratas autem puppes dixit idem *p* Naſo:

p *Lib. 2. Amor.*

Nec ſatis vna tenet ceratas anchora puppes.

Quam ſane expoſitionem probo, vel ea ſaltem ratione, quoniam ceram per ſe aquæ, quo minus per rimas tranſudet, impedire non putem; quod vt magis mihi perſuadeam, facit diſputatio *q* Plutarchi de ſapore ſalſo, vbi aſſerit eſſe multos, qui aquam marinam cereis vaſis haurientes, excipiunt dulcem, & potabilem, percolato videlicet, quod ſalſum erat, & terreſtre. Iam vero ceram pici permiſceri ſolere, inter cæteros teſtis eſt *r* Plinius, apud quem ſic ſcriptum reperio. Non omittendum, apud eoſdem zopiſſam vocaſi
,, derasam nauibus maritimis picem cum cera, nihil non expe-
,, riente vita, multo efficaciorem ad omnia, quibus pices reſinæ-
,, que proſunt, videlicet adiecto ſalis callo. Et id rurſus *s* repetit
poſt inquiens: Zopiſſam eradi nauibus diximus, cera marino ſale
macerata. Dalechampius hoc addidit ſcholium Zopiſſa ſiue apo-
chyma non tantum cera eſt nauibus deraſa, ſed cera cum reſina
mixta, qua naues oblinuntur, tum vt facilior, & magis lubricus,
per vndas earum ſit curſus, tum vt eo velut tectorio nauium tabu-
læ, maris, edaci ſalſugine minus corrumpatur. Hæc ille. Græci
quoque κηρὸν ſimpliciter in hoc ſignificato pro cera pici permixta
ſumunt, atque ita Mercurius apud *t* Lucianum Charonti ait, κηὶ
κηρὸν, ὡς ἐπιβλάψῃ τὸν σκαφιδίε τὰ ἀνεῳγότα, hoc eſt & ceram ad oblinendas nauigii rimas tibi emi. Proinde etiam qui pannos lineos cera illinunt, ne aqua, vel pluuia, quæ iis includuntur, perfundantur, ſimplicem ceram non accipiunt: quanquam non me lateat ceræ quandam ineſſe vnctuoſitatem, qua humida fuget, & per pannorum poros penetrare non patiatur, ſed ea tanta non eſt, vt diu perduret, quemadmodum facit, ſi reſinę, & terebintho permiſceatur. Denique qui ſurculos aliis inſerunt arboribus, eadem, vel conſimili mixtura vtuntur, quamquam de eiuſmodi inſitione agens *t* Pontanus ſimpliciter ceram nominet, cuius verſus, quod breuiter hanc artem complectantur, adiiciam:

q *In Quæſt. natur.*

Aqua ſalſa cereis vaſis hauſta dulceſcit.

r *L. 16 c. 12.*

Zopiſſa quid.

ſ *Li. 24. c. 7.*

t *In Dial. mort.*

Cera ſola pluuiam diu non arcet.

Inſitionis modus.

t *L. de hort. Heſp.*

Hinc ſpecies miſtu creſcit variata figuris
Ergo nunc ramos libro demitte ſub vdo
Artifici dextra; fixo tunc inuce ligno,
Atq; alte impacto cuneo injere, alteriuſq;
Cortice coniunge, & cera mox illine adacta
Vlmeaq; ob ſeptis conſtringe, & vincula plagis
Arceto & pluuiam contecti ceſpitis herba.

VSVS IN MEDICINA.

a *Lib. 7. de ſimpl.*

Ceræ temperies.

,, CEra, inquit, *a* Galenus, quodammodo medium tenet cale-
,, facientium, refrigerantium, humectantium, & deſiccan-
,, tium. Habet vero quiddam etiam craſſarum partium, atq; em-
,, plaſticum: quamobrem non modo exiccare, ſed & per accidens
,, humectare fortaſſis videri poterit, perſpirationes videlicet pro-
,, hibens. Quamobrem aliorum medicamentorum, tum excalfa-
,, cientium, tum refrigerantium materia eſt. Ipſa autem per ſe ex
,, genere fuerit, debiliter coucoquentium: nec tamen intro in cor-
,, pus aſſumptorum, ſed foris impoſitorum. Habet enim paulum
,, quiddam digerentis calidæque potentiæ, quæ plurima melli in-
erat. Sic Galenus, cui velut calculum addens *b* Ægineta ſcribit, ceram cum temperata ſit, reliquorum medicamentorum materiam efficit, ipſam vero per ſe ex iis eſſe, quæ leuiter abſtergunt: nam & diſcutientem, & calidam vim exiguam obtinere. Cæterum quanquam Galenus intus dari inficietur, non deſunt tamen, qui pillulas ex cera conficiant, & *c* Dioſcorides cum iure ſorboli præcipit in
,, vlceribus inteſtinorum. Cera omnis, inquit, mollit, calfacit,
,, modice explet corpora: datur in ſorbitione dyſentericis, ac mi-
,, lii magnitudine decem grana ceræ hauſta, lac in nutricibus non
,, patiuntur coagulari. Quæ etiam *d* Plinius exacte repetit his ver-
,, bis: Omnis autem mollit, calefacit, explet corpora (hoc eſt, vt
,, exponit Dalechampius, in cauis vlceribus carnem gignit) re-

b *Lib. 7.*

Ceram intus dari.

c *L. 2. c. 76.*

d *L. 22. c. 24*

A cens melior. Datur in ſorbitione dyſentericis, fauique ipſi in pul-
te aliæ prius toſtæ. Aduerſantur lactis naturæ; ac milii magni-
tudine decem grana ceræ hauſta, non patiuntur coagulari lac in
ſtomacho. Si ingen tumeat, albam ceram in pube fixiſſe remedio
eſt. Hactenus Plinius. Nou quælibet autem cera ſine delectu eſt
vſurpanda. Galenus nouam & mollem pro medicamento melio-
rem eſſe aſſerit, vultuque ſi noua non ſit & mollis, vt arte paretur.
Quam nonnam obſeruari ſemper nolim. Nam pro actionis,
quam exequi deſideramus, & temporis ratione, ceræ ſpecies mu-
tandas eſſe exiſtimo. Vt ſi quid ſolui, aut dilatari, aut emolliri po-
ſtulet, aut ſi dolor leniendus eſt, tunc cera noua, recens & pinguis,
vel quæ facile emolleſcat, eligenda eſt. Sin autem refrigerari quip-
piam, ſiccari, repelli, indurari, aſtringique oporteat recens cera
candida addetur. Nam quæ diaphona ſeu pellucida euaſit, aquæ
fortis acrimoniam ſeruat. Noua autem frequenti lotione ob piu-
guem illam & aeream eſſentiæ ſuæ portionem, indiget, vel irriga-
ta aqua frigida, & aceto, quod nunc inter dealbandum additur,
indurata ſiccior, & frigidior redditur. Recte igitur vnguentum re-
ſumptorium, & alia reſolutentia ex flaua recentique cera, quæ fa-
cile molleſcat, vel liqueſcat. *e* Rondoletius ceram albam arte fa-
ctam, quia durior eſt, vſurpari ait ad excipiendos puluerés in ma-
B ſticatoriis; verum in ſuffumigiis, quando ex lignis, & aridis fiunt,
flauam, & pinguiorem. Additque earum doſim eſſe, quantum ſuf-
ficit ad excipienda alia medicamenta: Eligi autem molliorem in
ceratis, vnguentis, & emplaſtris, ad conſiſtentiam, & liquidorum
inſpiſſationem; & hoc diuerſa menſura, pro forma diuerſa reme-
diorum, & pro miſcendorum materia, ſcopo, & intentione. In li-
nimentis vero ad olea retinenda ſufficere drachmas duas ceræ pro
vncia vna olei. In vnguentis eandem proportionem ſeruari, & in-
ſuper drachmam vnam puluerum vnciæ vni olei addi, quia ſpiſſet
puluerem, & vnguentum craſſius reddat. In cerato maiorem addi
quantitatem ceræ, potiſſimum ſi nihil ad inſpiſſandum addatur.
f Iacobus Hollerius iubet, vt in ceratis vtamur cera, quam ado-
leſcentior Apum populus confecerit; ceram, inquit, virgineam a-
piarii nominant, eamque è nouis fauis ſeparandam: alioqui cera
alba vtendum eſſe, non quidem ſponte nata, ſed factitia, qualis,
inquit, olim Thyrrhenica, quia ſuauior eſt, & acrimonia hoc ge-
nus remediorum carere debet, ideoque præferendam eſſe iudicat
ceram è dulci, ac diluto melle. Quod ſi vero ea cera ad manum
non ſit, poterit vel quæuis, vt mordicationem acrimoniamue de-
C ponat, lauari (quod monet ipſe *g* Galenus docens quomodo can-
dida emplaſtra componenda ſint aduerſus vlcera cacoethe) frigi-
da. Sed vt ad miſtionem ceræ eum oleis reuertamur, docet *h* etiam
Paulus, qui ceræ modus cum oleo eſſe debeat. Quod ſi vnguina,
inquit, quæ Græci à leuanda laſſitudine, acopa appellant, confi-
cere conſtitueris, oleum ceræ quadruplum immittes: at ſi liqui-
dum ceratum, vt in fracturis præparamus duplicatum: ſi medi-
camentum, quod emplaſtri figuram habeat, efficere cogitaueri-
mus, portionem olei ceræ æqualem miſcebimus, ſi aer ambiens
moderatus extiterit. At ſi cera vetus, aut ſqualida, aer frigidus fu-
erit, oleum paulo copioſius, quam cera erit: quemadmodum et-
iamſi cera pinguis, aer exiſtat calidus, paulo minor olei portio e-
rit, paulum autem hoc, medii in quamlibet partē exceſſus duo-
decima erit portio, etenim vndecim, & tredecim olei vncias ce-
ræ libræ admiſcebis. Cæterum ceræ cum aliquot ſint differentiæ,
D aliæ etiam alijs admiſcentur medicamentis. Flaua ob aeriam na-
turam ex melle, magis emollit, relaxat, dolorem ſoluit: eoque illa
vtimur ad aſceſſus calefaciendos, emolliendos, coucoquendos,
& maturandos: Hinc ſæpe præſcribitur in officinis cera noua.
Nam frequentius liquefacta aeriam naturam amittit, magis ter-
reſtris redditur, reſpondetque ceræ albæ. Quæ autem talis efficitur, vt indureſcat facilius, vt diximus ex Rondoletio, puluerés in maſticatorio accipit. Eadem cera noua, & flaua, partibus quæ relaxari deſiderant, vt pectori conuenit: ſit etiam cum illud dilatare oportet, vt quæ magis reſoluat. Alba vero vt refrigerans, reuibus inflammatis, vbi materia repellenda eſt, magis vtilis eſt: id quod hodie à factitantibus medicinam negligitur. Cerata autem, quæ vocentur medicamenta, nemo eſt, qui ignoret, neque de iis hic nobis agendum puto. Neque enim ceræ vſus, vt inquit *i* Plinius,
quos miſta aliis præſtat, enumerare medicina poſſit, ſicuti nec
cæterorum, quæ cum aliis proſunt. Iſta (vt diximus) ingeniis cõ-
ſtant. Non fecit cerata, malagmata, emplaſtra, collyria, antido-
ta, parens illa ac diuina rerum artifex: officinarum hæc imo ve
rius auaritię figmenta ſunt. Naturæ quidem opera abſoluta, atque
perfecta gignuntur, &c. De mixtis itaque cum cera nihil dicemus:
dicemus tamen interim ceram poetis nonnunquam pro cerato
accipi. *k* Pontanus:

e *L. de pond. & menſ. c. 29.*

Ceræ doſis.

i *L. 22. c. 24.*

k *Lib 1. de hort. Heſp.*

Nam veniet quocunq; voces, ſed frigora vita
Neue alte inflictum cera contingere vulnus
E *Sit pudor, vrat ne calor, aut ne frigora lædant.*

Sunt qui ceram per ſe adhibitam paronichiæ mederi dicant, ſunt item qui ceram, oleum, æruginem, cauum vulnus implere per ſe non poſſe velint, admiſta id poſſe: *l* Hollerius inter medicamenta vulnera purgantia, cera viridis, inquit, in Ægyptiacis numerari poteſt: trita inſpergitur; vel mollita oleo imponitur. *m* Cælius Aurelianus ſcribit ceram conuenire digitis emolliendam dare arthriticis, vel manipulos tenendos, quos palæſtritæ halteras appellant, tum mouendos cereos, vel ligneos, primo cum paruo plumbo interfuſo, tum pro modo profectus grauiores. Mirum quod ſcribit *n* Ariſtoteles, cornua iuniorum boum tepefacta in cera flecti, duciq; facile, vbi volueris: item boues pedum dolorē non ſentire, ſi eorum cornua cera, aut oleo, aut pice illinantur. Pereelebre

g *Lib. 1. de comp. med. per loca c. 18.*

h *Lib. 7.*

Acopa medicamenta.

Ceræ diuerſæ diuerſis adhibentur.

Cera noua quibus cõueniat.

Cera alba quibus vtilis.

l *L. 6. Inſt. Chir. c. 7.*

m *Lib. 4. Chron. c. 2.*

Haltera quid.

n *L. 8. Hiſt. c. 7.*

apud

Oleum ceræ vt fiat.

apud neoteticos vsus est olei è cera per chymicam artem exttactũ. Præstantissimum enim est, ad emolliendas duritias: quia maxime penetrat, emollit, & discutit, nec vulgare medicamentum est ad cicatrices pulchras reddẽdas, modo post aliquot dies post vulneris consolidationem co vtaris, ne noua fiat inflammatio. Oleũ sic paratur. Ceræ nouæ odoratæ libræ duæ in sartagine liquantur: deinde in vas vino Cretico, aut alio generoso repletum effunduntur, sinunturque dum refrigescant: postea excipiuntur, & manib. fortiter exprimuntur, rursusque liquantur, & super vinum funduntur, vt prius, isque labor septies repetitur. postremo cera iterum soluitur, & laterum tritorum manipuli tres iniiciuntur, commiscenturque diligenter Omnibus dein refrigeratis, ampullæ vitreæ luto obductæ induntur, & commissuræ probe circumlinuntur, ne quid expiret: tum ignis paruus substruitur, donec phlegma citrinum effluere desinat; mox aliud vas, quod excipit, applicari, & ignis paulatim augeri debet, vsque dum guttæ primum turbidæ, deinde citrini coloris, verum ceræ oleum, emanare cœperint: atque hoc peculiari vasi excipere conuenit, turbidis permixtum, ipsum quoq; fiat turbulentum, & butyri instar congelescat. Hinc igne auctiore vrgendum erit, quoad rursus guttæ turbidæ extillent, quibus visis, vas excipiens statim cum oleo remouebitur, aliudque quod reliquum recipiat, apponetur. Tria hæc oleorum genera cum aqua, suo singula vitro recondi debent ad vsum. Aliter etiam paratur compendiosius quidem, verum minus nobile: eo quod in hoc fæces arenæ calore attenuatæ simul euehantur, in illo autem per ignis gradus separatæ, primum aqua citrina, deinde oleum crassum, postea pellucidum, verum ceræ balsamum, tandem turbidum prouocetur. Habet autem in hunc modum. Ceræ in sartagine liquatæ, permiscetur arenæ à puluerib̃us repurgatæ quod satis est: vbi refrixerit, ampullæ erectæ imponitur, & igne primum lento, postea auctiore vrgetur, dum nihil effluat. Præstantissimum est oleum ad dolores præsertim podagricos sedandos, vulnera, vlceraque curanda Sanat crepaturas & fissuras labiorum, rimas & corrosiones papillarum in mammillis mulierum, ex libro quodam manuscripto Italico. R. olei de cera noua destillati per alembicum vitreum, eo penitus modo, quo thuris oleum destillatur, & hoc oleo rimas inungas labiorum, & papillarum in mammillis, & subito sanantur. & nihil impedit etiam noctu puerum lactare, dolorem enim tollit. Alii eliquatam ceram in aquam communem proiiciunt, idque octies vel decies repetunt, manibus semper agitando, macetandoque, inde retorta cucurbita, absque cineribus lento igne eliciunt oleum, quod cum primum exeat butyri modo, quinquies, sexiesue destillationem repetunt, donec oleum exeat quod non concrescit, nec cogitur, atque id signum perfecti olei, repetitis destillationibus expectandum esse inquiunt, conferre autem hoc oleum doloribus stomachi, & præcordiorum, tussi, humoribus crassi oribus è pectore expurgandis, vulneribus quoq; cruentis & partium nernosarum optime conducere. Sunt qui, vbi mel ac cera diligenter ex Apibus expressa sunt, Apes siccant & cum cera miscent, oleumque destillatione eliciunt, podagricis apprime vtile. Vt tamen oleum ceræ efficacius ad vulnera habeatur, pletique eliquatam ceram vino albo generoso, sexies, octiesue, vt diximus, extinguunt, nam vinum magis extenuat & ad pattium separationem conducit. Alii rursus ceram eadem ratione eliquatam in vrinam proiiciunt. Alii ceræ adiungunt, thus, myrrham & aloen æquis portionibus, & oleum eliciunt, ad vlcera & vulnera vtilissimum. Sumunt interdum æquales ceræ & aluminis plumosi partes, destillantque ex arena. Destillatum ponunt in alia cucurbita, & addito manipulo salis cum tribus libris fontanæ destillant igni lento: separant destillatum. Est & cum incidunt minutim ceram; funduntque in aqua & bytyro salso, locantes ad calidum fornacem, donec pulmentum euaserit. Addunt salis ammoniaci duas drachmas & farinæ silicis albi cochleare vnum, destillantque lento igne. Alii ad libram vnam ceræ ad libram vnam ceræ adiiciunt aluminis plumosi quadrantem & destillant. Si adustum est oleum, affunditur calida destillata, circulatur vna per alioquot dies. Inde destillatur per cineres. Adhibent ad pleuritidem, colicam, tumores, vulnera cito sananda, spasmum &c. Sunt qui per retortam destillant. Sed per alembicum efficacius & subtilius euadit.

Alius parandi oleũ ceræ modus

Vsus.

Ad labiorũ rimas.

Alius parandi modus.

Alius modus.

PROVERBIA

Eadẽ cera.

Eadem cera, siue ἐν κηρίον, id est, idem fauus, dicebatur olim prouerbiali figura, qui vno ore idem affirmarent, aut qui inter se conspirassent. Dictum à fauorum cellulis inter se connexis: Siue quod cera tenax, sibique hærens: siue quod olim in ceratis tabellis scribebant: vnde & Horatius *Cera laudatur eadem*: siue quod olim imagines è cera fingebantur, varia quidem forma, nunc plebeiorum, sed hæc omnia erant cera. Refert Zenodotus non dissimile illi, *Idem puluis, & eadem Farina. Imis ceris tradere* prouerbialiter dicitur pro eo, quod est, delere penitus, sic vt nullum omnino memoriæ pristinæ vestigium exter Sumptum ab his, qui in ceratis scriptitabant tabulis: quibus mos erat, ita nonnunquam versum stylum per summum æquor ceræ ducere, vt quãliacumque tamen priori scripturæ remaneant vestigia. Aliquoties funditus delebant Conueniet in profundam obliuionem vel amicorum, vel pristinæ fortunæ, vel si quid est simile, Vtitur hoc adagio D. Hieronymus in Epistola ad Chrysogonum Monachum in hæc verba: Ita nostræ es necessitudinis penitus oblitus, vt illam Epistolam quam in corde Christianorum scriptam,

Idẽ puluis.

Eadem farina.

Imis ceris eradere.

A Apostolus refert, non parua litura, sed imis (vt aiunt) ceris eraseris. *Cera & ære nobilis* dicitur, cuius nomen & scriptis & statuis celebratum est. Romani enim maiorum egregia facta, & literis mandabant, & in foro statuis honorabant. In cereis autem tabellis olim, vt sæpe diximus scribere solebant, & ex ære statuas formare. *Cerite cera dignos* vocabant olim, notari dignos atque improbos & nequam homines, nimirum Ceritem ceram insignem ignominiam appellantes. Horatius:

Cera & ære nobilis.

Cerite cera dignus

Quid deceat, quid non, obliti, Cerite cera
Digni, remigium vitiosum Ithacensis Vlyssis

Acron & Porphyrion huiusmodi tradunt originem adagii. Romani Ceritibus bello subactis eam dixere conditionem, ne suffragii ius habetent, ne leges vllas, aut ederent, aut haberent: eamque ignominiam in adagium abiisse. Meminit de tabulis Ceritibus, & *a* Aulus Gellius. Primos autem municipes, inquit, sine suffragii iure Cerites esse factos accipimus, conceissumque illis, vt ciuitatis Romanæ honorem quidem caperent, sed negociis tamen, atque oneribus vacarent, pro sacris bello Gallico receptis, "
B "custoditisque. Hinc tabulæ Cerites appellatæ vice versa, in "
"quas Censores referri iubebant, quos notæ causa suffragiis pri- "
"uabant. *b* Petrus Crinitus Horatii interpretes ineptissime eum locum exposuisse scribir, aitque Flaccum dignos cerite cera appellare Romanos, quoniam luxu, atque voluptatibus turpissimis tenerentur. Iodocus Badius Ascensius cum prius eodem fere sensu quo ex Porphyrione & Acrone dictum est, eundem locum exposuisset postmodum addit. Cerites, id est, Græci, qui vrbem prius Agellinam dictam incolebant, visi sunt Latinis surdastri: "
"Cum enim sæpe percunctarentur, quod nam esset nomen ciui- "
"tatis, illi non intelligentes latinos, resalutabant, dicentes, chæ- "
"rete, hoc est, saluere, illi dixerunt corrupto nomine, vrbem Ceritem vocari. Ideo quidam dicunt ceram Ceritem esse, quæ surdos faciat, sicut remigium Vlyssis cera obstrulas habens aures, surdum tunc fuit. Hæc Badius. *Ceris rubris notare*, simile est illi, *stellis signare*. Translatum ab Aristarcho, qui Homeri carmina in corpus redegit, atque in libros digessit, versus nothos, hoc est, adulterinos, & subditicios, qui non viderentur insignes, ac genuini, ἀστερίσκοις, id est, stellulis illustrans. Quin hoc ipsum Aristarchi nomen in prouerbium abiit, quod is eum damnandi notulis probandique morem excogitarit M. Tullius Attico: Totum hunc
C locum, quem in aristocratia ego varie meis orationibus, quarum tu Aristarchus es, soleo pingere, deflamma, de ferro, nosti illas ἀγκύτας, valde grauiter pertexuit. Atticum vocat suarum orationum Aristarchum, id est, censorem, emendatorem, quod illi mos fuerit, si quæ parum probasset in scriptis Ciceronis, ea ceris rubris notare. Quod quidem etiam alibi declarat apertius idem *c* "
Tullius: Quæ mihi florentia visa sunt tuo iudicio. Cerulas e- "
nim tuas minutulas illas extimescebam. Sed de his supra quoq; "
scripsimus, & hic non repetimus. Addam tamen hoc ceu ibi prætermissum ex eodem *d* Cicerone: Sed me Hercules vestra reique "
publicæ causa, iudices, nolo in hoc delicto consilio tantum pec- "
catum esse commissum; nolo eos, iudices, quos ego probarim, atque delegerim, sic in hac vrbe notatos isto absoluto ambulate, vt non cera sed cœno obliti videantur. *e* Seneca referente Cælio ad faces, & cæreos viuere dixit, de luxu perditis hominibus, vita quorum in contrarium circumagitur, Lucifugę infames, ac Lychnobii, quibus res sordida est trita, & vulgari vita viuere. Κηρὸν τοῖς οὖσιν ἐπαλείφεις, id est *Ceram auribus oblinis*. In eos qui recusant audire, vel æqua vel iniqua. Natum ab Vlyssis cera qua suas,
D & sociorum aures obturat apud Homerum, aduersus Sirenarum cantilenas. *f* Lucianus: O beate, nescis quam fortiter eos tum "
ignorantia, tum error occupauerit, adeo vt eorum aures ne te- "
rebra quidẽ amplius aperire queas. Tanta obturarunt cera haud aliter, ac sociorum aures, & Vlysses, veritus ne Sirenum cantus exaudirent Quanquam sunt in eis, & pauci quidam, qui quo- "
niam ceram in aures non accipiunt, ad veritatem ipsam decli- "
nat, &c. Et *g* rursus de eisdem Sirenibus loquens: Atque etiam "
auribus, inquit, cera obstructis, per ceram quoque oppositam "
penetrabit iucundissimæ vocis modulatio; tantam cantando voluptatem audientibus exhibet. Alludit ad hoc quoque Io Tzetza agens de illarum allegoria.

a Lib. 16. cap. 13.

b Li. 7. de honest. dis. cap. 6.

c Lib. 16. ad Atticum.

d Lib. 5. in Verrem.

e Lib. 20. cap. 11.

Ad cæreos viuere.

Ceram auribus oblinis.

f In Charon.

g In imagin.

Οἱ δ' ἄλλοι πάντες ἡδονάς, νικώσας τοὺς ἀνθρώπους
Ὅσοι μὴ φράξωσι κηρῷ τὰ τῶν ἐπείρων ὦτα
Ἡγοῦν τὰς πέντε κλείουσιν ἀκοήσεις ἀπὸ ὀλείας,
Οὔν τι μετωρίσουσιν. id est.
Alii autem omnes, voluptates, vincentes homines.
Quicunque non obturant cera amicorum aures
Videlicet quinque clauserini sensus ad ipsas,
E *Mentemq; subleuauerint.*

h Aristoteles quoque tradente Plutarcho, ait Satyro amicos cau sam in iudicio dicturo, aures cera obturasse, ne inimicorum irritatus maledictis ob animi feruorem à proposito deliberetur. Apud *i* Ludouicum Ariostum Astolphus regi autes calida obturat cera ne cornu sui sono quo fœdas Harpyias debebat fugare, audito, & ipse cogeretur fugere

h Lib. de cõsib. ira.

i Cant. 33. Stan. 144.

Et prima fa, che'l Re co suoi Baroni
Di calda cera l'orecchia si serra,
Accio che tutti, come il corno suoni
Non habbiano à fuggir fuor de la terra.

Κηρὸν ὑπλατὲ τέρος, id est *Cera tractabilior*, de vehementer docili dicebatur, aut de ingenio facili, tractabilique & in quemuis habitum sequaci. Horatius

Cera tractabilior.

Cereus in vitium flecti, monitoribus asper.

k Persius:

A

k Satyr. 1. k Perſius:

Artificemq; tuo ducit ſub pollice vultum.

Rurſum Horatius:

——— Argilla quiduis imitabitur vdæ.

Eſt autem hoc cerę peculiare, vt manibus contrectata mollescat. Et hinc variæ rerum formæ ſolent effingi. Quanquam rudis ætas ſimilior eſt argillæ, quam ceræ: primo quidem fingi poteſt, dum tenera eſt, verum vbi diruit ingenium, non facile refingitur in aliam ſpeciem, ſed quemadmodum dixit l Plato κινδυνεύει γοῦν ἐκ τῆς παιδείας ὁποῖ' ἄν τις ὁρμήσῃ, τοιαῦτα καὶ τὰ ἐπόμβρα εἶναι, id eſt periculũ eſt, ne ad quæcunq; ſe quis appulerit à puericia, talia ſint, & q̃ ſequuntur, Videtur aũt ad hocce adagium alluſiſſe, vel quid ſimile dixiſſe apud m Plutarchum Crato diſputans cum Theone, qualem optime conuiuio præeſſe poſſe iudicaret Illud nemo ſane, inquit, ignorat, magiſtrum conuiuii omnibus debere amicum eſſe conuiuis atque acceptum, cum nullo ſimultates atque inimicitias exercere; alioqui neque imperando tolerabilis, neque diſtribuendo æqualitatis obſeruans, neque colludendo incul pabilis erit. Talem ergo (aiebat) tibi ego mi Theo, conuiuii præfectum verbis tanquam è cera factum trado. Tum Theo: equidem, inquit, accipio virum probe & conuiuio conuenienter formarum. Simili præterea, ſed contrario indicantre par œmia cereas opiniones habere dicuntur, qui facile diffluunt, & in propoſito non perſeuerant. Vtitur hac proueibiali locutione n Arrianus Epictetus; Priuſquam igitur, inquit, eruditæ ſententiæ confirmatæ apud nos fuerint, priuſquam facultatem paraueritis, quasi in tuto collocemini, author vobis ſum caute indoctorum vtendi conſuetudine. Alioquin ea quæ in ſcholis annotatis in dies, haud ſecus ac cera ſole diffluent. Longe igitur à ſole recedite, dũ cereas habetis opiniones. Quam diffluat vero ad ſolem cera, iam dictum eſt. Arioſtus quoque ceram pro re apprime fragili, & molli dixit his verbis:

Giunſe al fin ſu, l'arneſe, e come cera
L'aperſe, con la falda ſopra poſta.

l Lib. 4. de Rep.

m Li. 1. Symposiq. 4.

Cereæ opiniones qui dicantur habere.

n Li. 3. c. 16.

o In Atticis Prouerbialiter hoc quoque à o Pauſania ſcriptum Οὔτε κηρὸν οὔτε μέλι ἀπ' αὐτῆς ποιήσεις, hoc eſt, neque ceram ueque mel ex ipſo facies Conueniet in illos ex quibus qui temere quid pulchri expectat. Huc ſpectat hoc Scaligeri de hominib. inutilibus, & quorum animus continuo eſt in patinis:

Gratis vt alueare farcias ventris
Nec vnde cera prodit, & nihil mellis.

HISTORICA.

a Lib. de miirac. S. Martini, c. 2. Incendium ceraimmiſſa extinctum.

GRegorius a Turonenſis in libro, quẽ ſcripſit de rebus S. Martini, de ſacrata cera hanc tradit hiſtoriam, hoc inquam miraculum. Factum eſt autẽ, vt inuidia tentatoris immiſſum incendiũ domum voraci flamma combureret, & ſparſum per aridas tabulas cuncta vaſtaret. Interea clamor ad cœlum rollitur, & B. Martini auxilium imploratur. Meminit ille etiam ceræ particulæ à ſancti templo delatæ, quæ reperta, & igni iniecta protinus cunctum reſtrinxit incendium, nouoque miraculo cera, quæ ignem alere eſt ſolita violentias ignis vi ſanctitatis oppreſſit. Addit Baronius hac noſtra ætate complura his ſimilia conſtare edita eſſe miracula ex ceris illis, quæ ex cereo acceptæ Paſchali, aliiſque puris admixtæ, & ſacro chriſmate delibutæ ac benedictione ſanctificatæ ſunt: quę & eo quod agni, Chriſti typum præferentis, haberent impreſſam imaginem, Agnus Dei dici conſueuerunt, quas recenter baptizati ferrent ad collum. Tradit b Kranrius S. Popponem, cum in perfidam gentem incidiſſet, ignis experimento ſuam fidem veram eſſe hoc modo teſtatum: Tunicam indutus ceraram, in medio increduli populi iuſſit incendi; ipſe vero oculis ac manibus in cœlum porrectis liquentes flammas adeo inuicta mente ſuperauit, vt veſte prorſus ambuſta illæſus ipſe extiterit; ac cum illa in fauillam eſſet redacta, hilari vultu, nec fumum incendii ſenſiſſe teſtatus eſt. Noſtro ſæculo anno Domini 1561 Petrus Arboleda Ieſuita referente c Simone Maiolo Epiſcopo Vulturiacenſi, eminente naufragio iuxta Triſtani inſulas, iniecta mari ſacra cera (Agnus Dei vulgo dicta) vim fluctuum procellæq; cohibuit, ſeq; cum comitibus incolumem reddidit. Extant ea de re litteræ impreſſæ. Dũ beati corporis, inquit Surius de S. Gallo, theſaurum felix locus in pace ſuſcepiſſet, volens dominus de morte famuli ſui mærentibus conſolationis præbere medelam, nouitate miraculi patefecit, qua apud ſe claritate ſpiritus fulgeret amici. Nam duo cerei in caſtro, dum corpus eius eleuaretur, accenſi, ita ardentes delati ſunt vſq; ad locum ſepulturę. Poſiti autem vnus ad caput, alter ad pedes, per triginta deinceps dies, mirabile dictu, non deficiendo ardebant, & ardendo non deficiebant. Et vt monſtraretur has durãdi vires ceræ liquenti cœlitus attributas, de huius miraculi materia plurimæ in poſterum virtutes emanarunt. Nam quicumque dentium fatigati doloribus, vel oculorum lippitudine, vel aurium præcluſione laborantes, de eiſdem cereis quippiam ceræ tulerunt, & locis quæ huiuſmodi tenebantur incommodis aptauerunt, optatæ celeriter dona percepere ſalutis.

b Lib. 3. Metrop. c. 34. Popponis tunica cerata ardet eo illæſos.

c Colloq. 10. Aquæ tẽpeſtas cera ſacra ſedatur.

Cerei ardẽtes non cõſumuntur, & eorum mira vis.

CAPVT IV.

APVM AB AVTORE OBSERVANTARVM *Deſcriptio & icones.*

CVm de Apis communis domeſticæ forma ageremus, dicebamus nos exhibituros iconem, quando de ſylueſtribus ſermoforet, quia ſimul in eadem tabula depictæ eſſent. Quæ itaq; priori loco exhibetur, Apum regulus eſt, Ape duplo ferme procerior, ſed Fuco macilentior: magis etiam luteſcit, & aluum habet in extremo acutiorem. Alæ ſunt longæ & latæ, coloris albi, flauis punctis conſperſi. Caput eiuſdem cum ventre coloris eſt. Antennæ ſunt breues, ſed parum bene à pictore expreſſæ. Apis eſt vulgaris, quæ ſecundo loco ponitur, color ei magis ad cinereum vergit, hirta fere tota, aluo eſt obtuſiori, breuiſſima, exerit aculeum. Alæ ſuut candidæ intercurrentibus lineolis flauis, breues, breuiores inquam, ipſo corpore. Caput magnum; antennæ vt in ipſo regulo. Fucus qui tertio loco exprimitur, media eſt magnitudine inter regem & Apem; magis tamen ad regem accedit, Ape duplo maior, rege corpulentior, ſed breuior, colore etiam magis fuſco. Alæ ferme, vt in rege, pedes breuiores, caput maius. Alui extremum velut in duas appendices deſinit. Inter Apes ſylueſtres, quarum multa ſunt genera, duæ priores vna cum ſuis fauis expreſſæ, domeſticis quodammodo accenſeri poſſint. Mel enim, quod parant, non omnino ſpernendum videtur, propter ſuum dulcorem, & ex fauis nou contemnenda cera parari poſſit. ipſarum vero Apum ſpecies domeſticis noſtris multo eſt pulchrior, venuſtiorq;. Differunt autem & magnitudine inter ſe, & colore. Quæ maior eſt, & priori loco pingitur. fauos & cellas etiam conficit maiores. Has ſimul cum ſuis Apibus inuentas F. Gregorius Regienſis Capuccinorum ordinis, diligentiſſimus pharmacopola, & herbarum etiam apprime peritus, cum ad montem Padernum vulgo dictum in noſtro agro herbarum inſpiciendarum gratia iuiſſet, ad me attulit, cum vt gratum mihi faceret, tum vero etiam, vt tam pulchrum naturæ arcanum poſteris aliquando communicarem. Cellarum aliæ erant vacuæ, aliæ plenæ; plenarum aliæ continebant mel, aliæ ſobolem albam, qualem à latere fauorum pictor exhibuit. In vacuis Apes quieſcere putauerim. Omnium figura nõ ſexangulis terminatur, vt in communibus, ſed erant rudes, & rotundæ, neque omnes eiuſdem magnitudinis. Apis ipſa aſpectu venuſta admodum, tota hirſuta, capite antennis, & pedibus aterrimis; aterrima item ac rotunda macula in tergore inſignis: alæ ferrugineæ, cætera modo rubicundo modo atro colore variat. Altera quæ plures, & minores fauos conſtruit, minor eſt, vt dixi, & colore diuerſo. Caput enim in hac, pedes, & tota aluus nigricant, dorſum totum rubicundum eſt, alæ proceræ, anguſtæ, nigricantes. Vtraque fauos ſuos operit quiſquiliis, palea. & muſco, ne facile ſit inuenire. Quid ſi harum melle D. Ioannem Baptiſtam in diſerto vixiſſe dicamus?

Regis forma.

Apis domeſtica.

Fuci deſcriptio.

B

C

D

E

Icones, quas diximus, proxima pagina dabit.

Quæ duæ deinceps pinguntur, noſtris ruſticis Auoni vocantur, inuicem fere conſimiles Prior capite antennis, & pedibus eſt nigris; toto corpore magis, quam præcedentes hirſuto, & luteſcente, minus in dorſo, magis in aluo. Sed colorem iſtum luteum corporis hirſuties facit, non ipſum corpus. Altera eadẽ omnino videretur, niſi candidior eſſet, & paulo minor. Reperiuntur in hoc genere etiam virides, & nigræ, & aliorum colorum. Hollandi, vt audio, omnes, neſcio cur keiiſers, hoc eſt Imperatores vocant, niſi dicamus propter aculeum quo acerrime pungunt; Reges in eo vincentes, qui vel ea carent, vel ſi habent, non vtuntur, nigrarũ duarum hic iconem etiam dedi, prior maior eſt, & breuioribus tamen alis. Vtraque corpulenta eſt admodum. Prior vndique nigra eſt, præterquam in ceruice, & ſuperiori alui parte, vbi macula lutea eſt, & in extrema fere, vbi candicat. Altera eadẽ habet maculas, ſed multo maiores, colorque eſt intenſior. Priori pedes hirſutiores, & craſſiores. Vtriq; atri. Antennæ in ſecunda breuiores, ac exiliores. Quæ deinceps picta eſt, ex earum genere eſt, quæ prope latrinas, & fœdas cloacas bombos ſuos edere ſolent. Aſpectu elegans eſt, aluo craſſa ex nigro, & luteo varia, in extremo acuta, capite, & dorſo cinereis, oculis magnis, extuberantibus, nigris, pedib breuibus etiam cinereis, alis proceris anguſtis eiuſdem cum dorſo coloris. Eſt prærerea alia Apis fera, quam aquaticam vocaui, ſeu potius amphibiam, quod & in terra, & aqua degat, Sed rarius viderur Hanc aliquando, vt me excercerem, ſic deſcripſi. Api vulgari valde ſimile Iuſectum amphibium, extra aquam volans, in aquis natans, quadripenne, ſepes. Duos pedes oblongos habet, nimirum anticos, quibus vtiimque diſtentis tanquam temone ſimul & remigibus ad natatum vtitur. Cæteri breuiculi, ſub ventrem contracti. Caput compreſſum, oculis nigris, grandiuſculis ac ſplendidis inſtructum Corpus alis tectum, prorſus atrum. Alæ ſuperiores ſimul & inferiores duriuſculæ ac cruſtaceæ, nonnihil maiori ſui parte eaque ſuperiore è luteo colore habent, & nigro maculoſæ ſunt, ſed extrema parte ano proxima ſubtiliſſimæ ac pellucentes, inſtar inferiorum alarum, quas operiunt ipſæ, appendices duæ ſunt raræ obſeruatu, imo in nullo alio Inſecto à me viſæ, quarum vna alteram incumbens tegit, quæ faciunt vt laciniosæ interna parte ac triangulo ſinuatæ appareant. Sed & extremo ſui erectam ſeu fiſſuram leuem habent. Roſtrum aculea-

Apis amphibia.

Fig: Z.
Apes. Ymmen.
Vespæ. Wespen.
Vespetæ. Wespen nester.
Crabro. Hürniß.
Hürniß nest.
Hürniß Nest.

aculeatum eſt, vt Culicibus. Pedes antici, quibus natat, tribus articulis diſſecti ſunt, Ruſtici Bonon. Guardaſole vocant, forſan quod lucente Sole, aquæ ſummaperat, velut apricari cupiens, & nebuloſo cœlo non conſpiciatur. Aliquando cœlum tuetur ſurſum ex aqua exerto ore alias deorſum, & velleuiſſimo ſtrepitu aut vmbra percepta, ſagacitate mira ſtarim quouis telo velocius in fundum laucinans ſubducit, adeo vt captu difficillimum ſit.

CAPVT V.

DE FVCIS.

aquinoca.

Fucus pro pigmento.

A Diungendi ſunt Apibus Fuci, vtpote qui neq; ab alueatiis digrediantur, neq; ab alio genere quam ab Apibus, vt Ariſtoteles voluit. ortum ducant. Fucus prærerquam quod hoc genus eſt Inſecti, multa quoque alia ſignificat. Nam fucus pro pigmento, & ornatu peregrino ponitur, quem fœminæ adhibere ſolent, vt potiſſimum candidæ, aut rubicundæ videantur. Hoc vtroque enim B colore maximè fucamus. Propertius tamen cærulei fuci meminit hoc verſu:

Fucus cœruleus.

An ſi caruleo quadam ſua tempora fuco
Tinxit. Tibullus ſplendentis
Quid Fuco ſplendente comas ornare? quid vngues
Artificis docta ſubſecuiſſe manu?

a *In Moſtel.* *a* Plautus ridens cum mulieribus, & cum vetulis edentulis, quæ ſe fucare ſolent, ac pigmentis ſua corporis vitia occultare, ait vbi ſe ſudor cum vnguentis conſociauerit, ilico itidem olere. Transfertur quoque Fucus ad colorem præſertim purpureum quo lanæ,

b *L.20.c.8.* veſtes, tapetes, tingi ſolent. In quo ſignificato citat *b* Aulus Gellius hos mimiiambos ex peruetuſto ſane autore.

Iam tonſiles tapetes ebrii fuco,
Quos concha purpura imbuens venenauit.

Fucus pro herba.

Ponitur quoque interdum pro ipſa herba, qua veſtes tinguntur, vt

c *L.4. Geor.* *c* Virgilio inquiente, quod Apes

——Fucoq; & floribus oras
Explent, collectumq; hæc ipſa ad munera glutem.

Nam eum ad locum commentans Seruius, ait hic Fucum eſſe herbæ genus: Fucum autem, & flores Virgilium pro cera poſuiſſe, quam ex his rebus colligunt. Hoc herbæ genus eſſe exiſtimo φῦκος θαλάσσιον à *d* Plinio celebratum, aut pro quauis herba dummodo virtutem colorandi tingendi ve habeat, à Poeta accipi, ac præcipue pro croco, cuius floribus Apes mella ſua tingere peritiſſimus rei ruſticæ Columella ſcribit. Vtcunque ſit, id tamen certum eſt apud Dioſcoridem φῦκος θαλάσσιον, & apud Plinium Fucum marinum algæ eſſe ſpeciem, cuius tria inueniuntur genera, latum vnum, alterum vero longius, tertium, criſpis foliis, quo in Creta veſtes tinguntur. Omnia tamen ad eoſdem vſus, nimirum ad iuficiendas lanas. Meminit Theophraſtus Ποντίου φύκους, quo tingi dicit non ſolum ταινίας, ſed etiam ἱέλια καὶ ἱμάτια. Eſſe autem hoc quibuſdam æſtimatur illud genus, quod Dioſcorides vocant φοίνισσον, Plinius quadamtenus rubens. Sed quoniam ſuperius paulo, de Fuco mulierum facta mentio eſt, haud offitanter prætereundum, φύκος quoque radiculam eſſe, qua ſe tingere ſolent mulieres, atque hinc Fucum Latine dici mutata y litera Græcorum, in ú Latinorum. hoc quibuſdam viſum eſt algæ genus, frutexque potius, quam herba. φῦκος rubens Plinii & Theophraſti illud φῦκος quo infectores vtuntur, & quo, vt anchuſa, mulieres ſubalbidæ geuarum colorem purpureum roſeumque ementiuntur, Nicander φοινικοῦν φῦκος appellauit. *e* Dioſcorides tamen ſcribit Nicandrum tradere τὸ φοινικοῦν φῦκος θηλυκὸν, quod nonnulli putarint id eſſe, quo vtuntur mulieres. Vt vt ſit, illud tamen fuiſſe radiculam ὁμωνύμως dictam φῦκος, qua mulieres ad ementiendum ori ruborem vtebantur, ex variis variorum autorum ſcriptis conſtat.

Fucus pro radicula.

e *L.4. c.100.* φοινικοῦν φῦκος.

Fucus pro fraude.

f *In Eunuc.* φυκὶς piſcis.

Fucus pertranslationem quoque ſumitur pro fraude; vnde facere Fucum pro decipere apud *f* Terentium; Deum ſeſe in hominem ,, conuertiſſe, atque per alienas tegulas veniſſe clanculum, Fucum ,, factum mulieri. Apud Atheuæum φυκίδα piſciculum, & φυκιῶ Fucum transferunt.

SYNONYMA.

Κηφῶ. Fur Varronis.

QVod Græcis Κηφῶ, Latinis Fucus, dicitur, vt nonnulli cenſent, à furando quod furtim mella deuoret. quæ forte ratio eſt, quod Fur à Varrone dicatur, quamuis inter Furem, & Fucum diſcrimen ſit, de quo paulo poſt ſumus acturi. Veriſimilius autem eſt, Fucum dici, quod Apibus Fucum faciat, & prætextu calfaciendi aluei, illarum mellificia abſumat. Sunt etiam qui à verbo φαγόομαι deduci putent, quod Apum labore parta mella deuoret. Italis dicitur Ape che non fa mele. Gallis Bourdon & Fullon, Mouche Gueſpé, Muſche ſans aguillon, Hiſpanis Zangono de la colmena. Germanis **ein Tran oder Bram/Hummel.** Belgis, holm, bommel. Polonis Czervv. Hungaris Here. Anglis à Dorre or dronne bee.

DESCRIPTIO, GENVS, *differentia.*

Fucos non eſſe Veſpas

a *L.4. Geor.*

b *L.5.c.22.*

QVi Fucos inter Veſparum genera referunt, vt *a* Aſcentius in ſuis ad Virgilium Commentariis feciſſe videtur, toto errant cœlo. Nam præterquam quod corpore grandiores multo ſint etiam lato pectore, & πλατυγάστορες exiſtunt, quorum neutrum Veſparum generi competit. *b* Ariſtoteles quartum genus Apum facit μεγάθει μὲν μέγιστον πάντων, ἄκεντρον δὲ καὶ ῥωθρὸν, id eſt multo grandius quam cæteræ corpore, ſed abſque aculeo & veluti imperfecta Apis. Sunt enim magnitudine ducibus ſimiles, differunt autem, quod duces aculeo armentur, vt voluit Ariſtoteles, reclamante Columella, cui nos ſubſcripſimus. Quare præcipuum diſcrimen in craſſitie. Craſſior enim, & compactior rege Fucus eſt, Rex Fuco procerior. Sed cur Fuci magnitudine regibus aſſimulentur, Apes aculeo Regibus, cauſam tradidit *c* Ariſtoteles. Aliquid enim, inquit, diſcriminis inesse neceſſe eſt, niſi ſemper genus ex quouis idem gigni neceſſe ſit, quod impoſſibile eſt. Ira enim genus to " tum duces eſſent. Apes itaque viribus, & pariendi facultate ſimi- " les ducibus ſunt, Fuci magnitudine æmulantur. Quod ſi aculeum quoque haberent, duces vtique eſſent Sunt igitur inter Apes maximi Fuci, ſed cum hoc tempore à ſcriptoribus Fucus, & Fur (qui φὼρ Ariſtoteli, φώρ & Heſychio dicitur) confundantur, videndum quonam modo differre ab autoribus dicantur. Sane magnitudine potius corporis quam quouis alio differre videntur. Nam quod etiam generandi modo differant ſuo dicetur loco. Ariſtoteles itaque Fures maiores Apibus minores Fucis agnoſcit, *d* Plinius Fures inter Apes grandiſſimos nominat nigros, lataque aluo ita appellatos, quod furtim deuorent mella. Cæterum quod Bernardinus Gomeſius Saguntinus ſcribat caput bouis in Fuco cum premitur obſeruari (veluti prolixe ſatis, atque ample capite præcedenti eius verba citaui) nondum eſt à me animaduerſum.

Magnos eſſe & Apibus maiores.

c *Lib 3. de Gen. Anim. c.10.*

Cur Regibus & Apibus ſimiles.

Fur & Fucus quid differant.

d *L.11.c.17.*

Caput bouis in Fuco.

GENERATIO.

An Fucis proprium genus.

Furibus proprium genus vnde generentur.

a *L.5.c.21.*

Fuci non naſcuntur ex equis.

C QVamuis ſuperius cum de Apibus ageremus de Fucorum generatione facta ſit mentio, ita efflagitante materia ob cognatum Apum, & Fucorum ortum; tamen cum conuenientior hic eadem de re inciderit ſermo diligentius agemus. An autem proprium ſit Fucis genus dubitari aſſerit Plinius; & merito, quandoquidem ſint, qui æſtimauere, non aliter quam Furibus, ita quoque Apibus, ac Fucis ſuum genus eſſe, per quod propagentur. Alii in his nil fidei ponentes (vt inquit *a* Ariſtoteles) Fucorum fœturam comportari ab aliquo ex flore Cerinthi, aut oleæ, aut atundinis aurumant. Alii non his contenti opinionibus Fucos reges, & duces procreate, Apes vero Fucos aſſerunt Nec deſunt, qui adſtruãt Apibus mares eſſe, & à Latinis hos dici Fucos, quorum autoritate commotus Varrinus Κηφῶας τοὺς ἄρρενας τοὺς ἀπράκτους τῶν μελισσῶν exponit, id eſt Fucos Apum mares, quorum nulla opera. Sed cum horum omnium opinio exploſa ſit à philoſopho, quomodo ab Apibus generentur, vt idem opinatus eſt, in conſiderationem venit. Nam quod Seruius ſcribat in ſuis ad Virgilium Commentariis Fucos de Equis oriri, præter omnium reliquorum probatiſſimorum aurorum opinionem eſt, qui Veſpas, atque Crabrones tantum, ex equis naſci tradiderunt. Verum relictis hiſce, & plurimis aliis opinionibus id ſcire eſt, quod maxime in quæſtione verſatur, hoc eſt, cur ſine aculeo naſcantur. Nobis quantum in hac re ſcire contigit, cum Ariſtotele eadem ſententia eſt, Fucos ab emeritis Apibus naſci. Euenit, vt ait *b* Philoſophus, vt duces generent D & ſeipſos, & aliud genus, quod Apum eſt: Apes aliud generent, " id eſt Fucos. Ipſi vero Fuci non inſuper generent, ſed hoc ipſi pri- " uentur. Cum enim ſemper, quod ſecundum naturam eſt ordinem habeat, ideo Fucos ea quoque facultate priuari, vt aliud generent, neceſſe eſt. Et quidem hoc ita fieri videmus. Ipſi enim generantur, nil vero aliud generant, ſed in ternario numero finem generatio recipit. Atq; adeo bene inſtitutum eſt à natura, vt ſemper hæc genera conſeruentur, & nullum deficiat. Huius authoritate fretus Plinius non dubitauit aſſerere Fucos eſſe imperfectas Apes, quod è feſſis iam & emeritis inchoatæ ſint, eademque ratio eſſe poteſt, cur ſine aculeo naſcantur. Nam cum effœtarum vires langueant, fieri nequit, vt fortiores ab eis producantur, quales ſunt, quæ aculeo armantur. Gigni itaque ab Apibus certum ſit, non tamen ſemper, ſed annis tantum proſperis, quibus largior mellis copia ſperatur. cuius rei cauſſam in excrementi copiam rerulit *c* Ariſtoteles, quæ tunc in Apum corporibus maxime abundat Hanc enim facit anni temperies. Nam cum ſint minores corpore, temperiem E magis deſiderant. Quare cum Apes contubernia Fucis adiicere volunt, non cellas ipſis maiores, ſed multo minores quam Apum ſunt, effingunt, quamuis grandiores ſint corpore; nec eas ſparſim per alueum, ſed proprio loco, nam quæ fauis Apum ſparſim inſeruntur, quod raro accidit, èximi debent. Verum nil prohibet, quominus eadem in Apum cella, & pulli, & Fuci melque exiſtant. Nam Ariſtoteles ſcribit, quod gigni Fucos ſeorſim dicitur, ſi dux viuit: ſed ſi obiit in Apum loculamentis oriri ex ipſis Apibus, atq; hos fieri animoſiores, quocirca Κεντροπτοὺς vocari (aculeatos Gaza vertit) quamuis aculeo careant. Animo namque feriendi, non poteſtate hoc nomen meruerunt. Fœtus autem veluti Apum candidus eſt, ex quo fiunt Vermiculi, ex his nymphæ, quas proprio nomine Seirenes appellari vult Dalechampius, ἀπὸ τοῦ σείριος, quod intra

Cur ſine aculeo naſcantur.

Fuci vnde naſcantur.

b *Lib.3.de gen c.10.*

Fuci cur imperfectæ Apes.

Cur ſiue aculeo.

c *Loco citato.*

Cur annis proſperis gignantur.

Mel, Fuci, pulli in eadem cella exiſtere poſſunt.

Fœtus Fucorum qualis.

intra membranam contracti, & curuati iaceant. Fucum autem paruulum, aut fœtum aiunt quidam apud Aristotelem dici κηφλώιον in libris Historiarum, vbi inquit, Πλάττουσι δὲ κηφλα πρῶτον ἐν οἷς αὐτοι γίνονται, εἶτ' ενοδίοις οἱ καλούμενοι βασιλεῖς καὶ τὰ κηφιλώια In vulgatis tamen Lexicis adfertur non solum pro Fuco paruulo, sed etiam pro fauis Fucorum. Rursus alii Cephenes aiunt dici Latinis paruulos & recentes Fucorum fœtus. Nomen hoc à Græcis desumptum videtur: qui, vti dixi, Fucos siue grandiores corpore, siue minores, quam adulti, κηφλῶας appellant. *d* Plinii autem locum, quem adducunt, lubet hic subiicere. Rex, inquit, Apum starim mellei coloris, vt electo flore ex omni copia factus; neq; Vermiculus, sed statim penniger. Cætera turba cum formam capere cœperit, Nymphæ vocantur, vt Fuci, Sirenes, Cephenes. Aristoteles (forte ex aliorum sententia) ex Apibus porrectioribus, quæ fauos suos inæquales conficiunt, generari ait, quam plurimos Fucos. Sed in aliis codicibus non μικραὶ, vt Gaza legisse videtur, verum μικραὶ, id est paruæ legitur.

κηφλώιον quid.

d *L.11.c.16.*

Apes quales plures Fucos generent.

NATVRA. MORES.

INter ἀγέλαιαι id est gregalia Apum genera Fucos connumerat *a* Aristoteles, quamuis natura desides, & otiosos. Vnde à Varrino Κηφὼ εἶδος μελίσσης ἀργὸν exponitur, quod est Fucus, species Apis pigra. Sed conuenit, vt ait, *b* Aristoteles, Fucos otiosos inertesque esse, cum nulla habeant arma, quibus de cibo possint dimicare, Propterea parere eoguntur meo iudicio Apum imperio, non quod prorsus nihil agant, sed potius, quod mellificandi studio, atq; labore sua natura destituantur, melque ipsum, quod Apum labore partum erat, auidissime absumãt. Videntur enim non parum ipsis Apibus auxiliari, cum aquam portant, vnde Varrinus μελισσῶν ὑδροφόρους appellat, & cum suo calore promouent Apum fœtus. Atqui id est, quod dicere voluit *c* Plinius his verbis Fuci, inquit, sunt quasi seruitia verarum Apum. Quamobrem imperant iis primosq; in opera expellunt, tardantes sine clementia puniunt. Neque in opere tantum, sed in fœtu quoque adiuuant eas multum ad calorem conferente turba. Certe quo maior fuerit multitudo, eo maior fiet examinum prouentus. Itaque pigritia, atque desidia ob mellificandi imperitiam, non quod à labore omnino immunes sint, attribuuntur. Enimuero cur ab Apibus odio habeantur, facit eorum voracitas potius quam iners, & desidiosa natura. Nam vbi plures sint quam mellis exigua portio ferat, aut vbi iam mella maturuerint, tum demum singulos multæ Apes aggressæ vociferantes persequuntur, vrque inquit *d* Poeta:

Ignauum Fucos pecus à præsepibus arcent.

His quoque & illud addo, quod superius dictum est, Apes emeritas nec Fucos gignere, nec fauos, aut domicilia iis fabricari annis aduersis, quibus mellis penuria timetur, sed tantum prosperis, quibus abunde eius copia suppetit. Quæ enim alia ratio esse potest, cur Fucis non parcant, regibus vero parcant, quorum nullus fere labor est, nullum mellificium, quorum desidiosior vita quam Fucorum esse videtur: nisi cum *e* Aristotele confiteamur concedi regibus, vt otio fruantur tanquam pareutibus, Fucos vero castigati tanquam filios. Iustius enim filii castigantur, quorum nullum est negotium. Sed & *f* Tzetzes poetico suo stylo affirmare videtur Apes odisse Fucos, quod multum commedant. Versus autem eius, quod vniuersam Fucorum naturam comprehendant breuiter, libentius adscribam.

a L.9.c.4. Hist.

Fuci otiosi

b Lib.3. de gener.c.10.

Aquam Apibus portant.

c L.11.c.11.

Cur ab Apibus odio habeãtur.

d 4. Georg.

Reges cur otiosi.

e Lib.3. de gener. c.10.

f Chil. 8. Hist.207.

Κηφῶνες ζῶν σωτρόφα τῶν μελισσῶν τῷ γένει,
Ἅμα σὺν ταῖς μελίσσαις γὰρ κυίσκεται καὶ ταῦτα.
Μείζονα δὲ τῶν μελισσῶν, καὶ ἄκεντρα τυγχάνει.
Καὶ ταῖς μελίσσαις ὑπουργεῖ τούτοις ὑδροφορεῖν τε.
Μέλι δὲ οὐκ ἐργάζεται, ὡς μέλισσαι, καὶ ταῦτα.
Ὅντα δὲ μεγαλόσωμα, πολὺ ἐσθίει μέλι.
Ὅθεν αἱ μέλισσαι αὐτὸ χειμῶνος ἱστάμενοι
Κτείνουσι ὡς πτώχους μὴ θαύσιν σύνδεια.
Χειμῶνος φθείσαντος δεινοῦ, καὶ μὴ παρόντος αὔδους,
Ὅτε αὐθολογήσασαι ἀῶσι τροφὴν καὶ μέλι.
Πολὺ γὰρ καταθίουσιν, ὡς ἔφην οὕτοι μέλι.

Id est.

Fuci animantia connutrita Apum generi,
Simul enim cum Apibus generantur & hi.
Maiores autem Apibus, & sine stimulis sunt,
Apibusq; subministrant aquam iis ferentes.
Mel autem non conficiunt, vt Apes, & isti.
Cum autem sint ingentes corpore multum commedunt mellis
Vnde Apes ipsos hyeme instante
Occidunt, tanquam veritæ ne moriantur inedia
Hyeme occupante graui, neq; suppetente flore
Vnde colligentes habeant cibum atq; mel.
Multum enim commedunt, vt dixi, isti mellis.

* *Chil.8. 227.*

Ingratæ igitur Apes Fucis cum eos occidunt, quorum opera prius in ferenda aqua erant vsæ, de quarum ingratitudine eligans extat apud eundem * Tzetzem carmen.

Κηφῶνες ζῶα σωτρόφα γενῶτο τῆς Μελίσσης
Μεμιγμένοι, καὶ ἄκεντρα, ὑδροφορεῖν τε ταῦτης,
Κτείνοντο τῆς μελίσσης δὲ καιρῷ τοῦ χειμῶνος,
Μήπως εἰκεῖνοι θαύσιν, ἀπὸ τροφῆς σύνδεσις.
Ὅντα γὰρ μεγαλόσωμα τὰ γένη τῶν κηφώων
Πολὺ καταναλίσκουσι βιβρώσκοντα τὸ μέλι.

A

Εἶπον ἀχάρεστοπερ μὴ γίνου δὲ κηφῶν.
Ὅτι τὸ μέλι τρώγοντες ὡς εἶπον οἱ κυφιῶνες,
Οὐ γίνονται ἀχάρεστοι τῶν μελισσῶν τῷ γένει
Αντεισφορὰν διδοῦσι δὲ ταύτης, ὑδροφορίαν.

Id est.

Fuci animantia eiusdem nutrimenti procreantur cum Apibus.
Maxima atq; aculeis carentia, aquam gestant his,
Occiduntur autem ab Apibus tempore hyemali,
Ne forte ipsæ obeant ob cibi defectum.
Cum sint enim ingenti corpore genera Fucorum
Multum absumunt comedentes mellis.
Dixi autem ingratior ne tu sis Fucis.
Quoniam mel deuorantes, vt dixi, Fuci,
Non sunt ingrati Apum generi.
Sed munus reddunt his aqua gestationem.

Alueos suos fingere.

g L.9.c.40.

h L.9. Hist. c.40.

Fures otiosi.

Sed quoniam ante probaui, non omni prorsus labore immunes esse, addam etiam esse qui apud *g* Aristotelem existimant, Fucos per se fingere fauos in eodem alueo, & cum Apibus negotium cõficiendi faui partiri. Quod igitur in alueis semper fere lateant, nec ita vt Apes frequenter euolent, incertes censentur. Manent enim Fuci, teste *h* Aristotele, magna temporis parte intus, cumque exeunt, efferunt sese fusim in sublime, gyroq; volitant, & quasi exercitium faciunt, quod vbi satis iam fecerint, redeunt domum, & epulis perfruuntur. Furibus quoque ait idem philosophus eodem in loco nullum esse munus, sed cæteris quibuscunque viuunt, iniuriam facere. Non tamen semper impune: nam deprehensi interdum à bonis Apibus occiduntur, cum earum alueos intuiserint. Ita enim se melle distendunt, vt egredi rursus nequeant, quo fit, vt facile pœnas luant.

B

DAMNA ANTIPATHEIA.

Damna Fucorum in vuas.

c In Alexi.

b Lib.4.

e L.11.c.11.

Fuci demptis alis quid faciant.

Hist.c.21.

NVllum præterea est homini à Fucis damnum nullæq; noxæ, solis autem Apibus, ac vuis, veluti *a* Nicander asserit:

——Cum Fuci, ignauaq; Vespa
Vuarum libant Crabronum examina succum.

Refert *b* Manilius in suis ad Virgilii Georgica Commentariis Fucum ipsum ademptis alis in alucum reiectum cæteris adimere, id forte ex *c* Plinio, qui ita haber. Fucus ademptis alis in alueum reiectus, ipse cæteris adimit. Sed Donatus Marcellinus (eosdem quos Manilius, Virgilii versus commentans) dicere viderur. Fucos Apibus cæreris alas auferre, si sint in alueum sine alis reiecti. *d* Aristoteles tamen paulo aliter scribit, nimirum Apes cæteras sibi alas adimere, si Fuci in alueum absque alis reiecti sunt, verba eius Græca sunt. Καὶ κηφῶν τὸ πτερὸν ἀπακτίσας ἀφῄπτης, τῶν λοιπῶν αὐτῆς τὰ πτερὰ ἀπιθίουσι. Itaque Plinius pro αὐτῆς οὕτω legisse videtur.

C

HIEROGLYPHICA ET MORALIA.

Homo ex alieno labore commodum sibi quærens Fucus.

a L.4 Georg.

b Lib. de Pud. Cyr.

Fœmina sumptuosa fucus.

c In Phocidis.

d In Theogonia.

HOminem ex alienis laboribus vtilitatem, & delitias, & gloriam sibi comparantem, significare cum vellent Ægyptii, Fucum pingebant. Hic enim ignauus,

Immunisq; sedens alienæ pabula

Vt ait *a* Maro, nunquam fere domo egreditur, aut vbi egressus fuerit exercitii, non cibi quærendi gratia, statim domum reuertitur, vrepulis alieno labore partis perfruatur. Vnde Cyrus apud *b* Xenophontem milites improbos inertisque Fucis assimulat, & exercitu eiiciendos iubet. Quare, inquit, vbi ex inertia, atq; laborum fuga improbiores sint, hos ego arbitror veluti Fucos solum impenso sociis esse detrimento. Qui cunq; vero ad labores mali socii sunt, ad habendi veto auiditatem vehementes imprudentesq; hi sese ad res improbas duces præstant. Quare Fucis non inuenuste ignaui illi homines assimulantur, qui cum nil egregii per se præstare possunt, aut volunt, alterius laboribus insidiantur, falcemque in messem iniiciunt, cuius ipsi sementem non fecerant. Horum quoque naturam præclare repræsentat sumptuosa fœmina, quæ

D

——Facile congesta marito
Lucra rapit, mundum prodigit ingq; suum

Atqui talem vxorem habuisse Ocnum iefert *c* Pausanias, à qua quidquid hic immensis laboribus collegerat, non ita multa post dilapidabatur. Idcirco pulchre *d* Hesiodus mulieres Κήφησι κηφοβόροισι μάλιστα εἰκέλους canit his versibus:

Ὡς ὁπόσ' οὐ σμήνεσι κατηρεφέεσι μέλισσαι
Κηφῆνας βόσκουσι, κακὸν ξαυτῇσι ἔοργον,
Αἱ μὲν τε τρέπαν ἠμαρ ἐς ἠέλιον καταδύντα
Ἠμάτιαι πονέουσι, τιθεῖσι τε κηρία λευκὰ
Οἱ δ' ἔνδοθεν ἱζόντες ἐπηρέφιας κατὰ σύειλον
Ἀλλότριον κάματον σφετέρῃσι γαστρὶ ἐῴκασι τιθεῖσι
Ὡς δ' αὖτως αὐδρῶν κακὸν θνητοῖσι γυναῖκας
Ζεὺς ὑψιβρεμέτης ἔθηκε, ξυνάονας ἔργων
Ἀργαλέων. Id est:

E

Ac veluti cum in aluearibus tectis Apes
Fucos pascunt malorum participes operum:
Illæ quidem per totum diem ad solem occidentem
Diuturna festinant, & faciunt fauos albos:
At illi intus permanentes coopertis in aluearibus,
Alienum laborem suum in ventrem metunt.
Similiter viris rem malam mortalibus mulieres
Iupiter altitonans dedit participes operum
Molestorum.

Elegans

e *Lib. 8. de Rep:*

Elegans quoque apud *e* Platonem locus, in quo abliguritorem bonorum ſuorum Fuco aſſimulat, qui cum antea diues eſſet, nil beneficij, aut adiumenti in rempublicam contulerat Viſue, inquit, ,, de eo homine dicamus, quemadmodum Fucus in fauo naſcens ,, examinis fit morbus, ita & illum abliguritorem in domo ſua na- ,, ſci, velut morbum reipublicæ, vt quidem & ſibi ſit incommo- ,, dus, & vniuerſæ ciuitati? Omnino, inquit Socrates. Nonne ,, Adamante animaduertiſti Deum creaſſe volatiles illos Fucos o- ,, mnes ſine aculeo, hos autem pedites partim diris etiam aculeis ,, armatos? & ex his ſane qui aculeos habent pauperes tandem in ,, ſenectute fieri videmus, vt miſeram fœdamque vitam tollerent: ,, aculeis autem armati hi ſunt, qui malefici vocantur. Sint quoq; ,, polyticis alia hinc exempla, vt caute maleficos ciuitate eijciant ſi hanc ingenti aliquo damno affecerint, ſin autem peccarint leuiter, ſinant, ne maior ex futuro tumultu noxa conſequatur, quam ex leuiori peccato commiſſo. Nam agricolæ ſæuos Fucos melque deuorantes in aluearijs ſinunt; nolentes totum perturbare examē: & ſatius putant mellis aliquid abſumi, quam omnibus Apibus inferre tumulum.

EPITHETA.

a *Lib. 1.*

Κούδουρος proprium Fuci epitheton apud Heſiodum, quod nō vt cæteræ Apes aculeum exerat ἀπὸ τοῦ κένθειν τὴν οὐραν. dicitur & ὀλοὸς in *a* Epigrammatibus, id eſt, pernicioſus damnoſusue hoc verſu:

Ὡς ὀλοοὶ κηφῆνες ἐδηλήσαντο Μελίσσας.

Immunis autem Virgilio dicitur, quod abſque aliquo labore vitam tranſigat.

CAPVT. VI.

DE VESPIS. PROOEMIVM.

PRoximæ Apibus, ac earum generi Veſpæ ſunt, quamuis nec mel, nec bonam ceram progignant Natura enim haud vſque adeo diſſimilis, vel diſpar viuendi ratio eſt, aut ordo. quin & corpore, & alarum numero, ac ſpecie eædem fere cum Apibus ſunt, ob illa inter Apes ſylueſtres quoque numeratæ, licet latiore nominis ſignificatione, ob hanc vna cum eiſdem, & Muſcis, ab Ariſtotele ἀνέλυτρα nuncupatæ, quod cruſta minime earundem alas ſuperueniat. Fauos quoque conficiunt, ſed qua induſtria, quaue arte, quantumque in his ab Apibus diſcrepent, diſſerendum pluribus Quamobrem cum plurima, quæ de Apibus dicta ſunt ad hoc caput pertinere videantur, nos prolixiori ſermoni parcentes, ea aut omittemus, quæ ſatis diligenter in præcedenti capite exarata ſunt, aut quam breuiſſimis verbis repetemus, ſi quæ digua ſint, vt repetautur.

ÆQVIVOCA.

Veſpilones

VEſpæ, & Veſpilones erant olim cadauerum funeratores, ita dicti, quod veſpertino tempore cadauera efferrent. nam ita ,, Feſtus, Veſpæ & veſpiliones (aliqui codices habent veſpillones) ,, dicuntur, qui funerandis corporibus officium gerunt, non à mi- ,, uutis illis volucribus, ſed quia veſpertino tempore eos efferunt, ,, qui funebri pompa duci propter inopiam nequeunt. Sed Fulgentius in eo libello, quem de priſco ſermone inſcripſit, vocabuli Veſ- ,, pæ non meminit, Veſpillones ſolummodo nominans, his ver- ,, bis: Veſpillones dicti ſunt baiuli, quamuis Autidamus Heracle- ,, opolites veſpillones dixerit cadauerum nudatores: ſicut in hi- ,, ſtoria Alexandri Macedonis ſcripſit: Pluſquam trecentos cadauerum veſpillones reperiens crucibus affixit. Mnaſcas tamen in ,, Cecrope ſcripſit, Apollinem poſtquam ab Ioue vinctus, atque ,, interfectus eſt, à veſpillonibus ad ſepulturam elarum eſſe. Veſ- ,, pas quidam in ſacris Biblijs exponunt acerrimos timores, quibus corda gentium pungebantur, vt Sapien. 12. Sed & his tanquā hominibus peperciſti, & miſiſti anteceſſores exercitus tui Veſpas, vt illos paulatim exterminarent Cyprum Inſulam ab antiquis Spheciam appellatam fuiſſe, quod eam Spheces inhabitarint, notat *a* Cœlius Rhodiginus, ſed non addit, num Spheces fuerint populi ita dicti, quod magis credibile eſt, an vero Veſpæ Inſectorum genus, de quo agimus. Extat & apud Ariſtophanem comœdia σφῆκες ſiue Veſpæ intitulata, quod perſonæ, quæ ibidem introducuntur, Veſpis noſtris aſſimulentur.

a *Lib. 39. cap. 1.*

Spheces dicti Ciprij.

Veſpa comœdia Ariſtophanis.

SYNONYMA.

צרעה eſt nomen reptilis alati percutientis oculos, & venenum infundentis, & occidentis ſecundum Rab. Selom. in Comment. Exod. 23. quod in Haruch exponitur Apis, aut Veſpa. Hieron. Crabronem vertit Exod. 23 Ver. 28 Et mittam את־הצרעה Crabronem ante te, & expellet Chiuuæum &c. Aliqui צרעותא Veſpam: Idem Deut. 7. 20. & Iehos. 24. 12. vbi Rab. Dau. in Commen. ſcribit, quod eſt ſpecies Muſcæ malæ emittentis venenum, quæ percutiebat oculos, & veneno illos afficiebat, & non poterant pugnare. Et ſic veniebat Iſrael, & occidebat illos: quemadmodum dixit Iehos, 24. 12, non gladio tuo neque arcu tuo. Arabice Zambor Veſpa eſt, vt Serapioni in cap. de Bezoat.. In terminorum Arabicorum expoſitione eſt inuenire Deibrane pro Veſpa. dicitur in Pandectario Medicinæ Azamphari. Græcis quoq; non ſua deſunt ſynonyma, ſed confuſa valde, & interdum vario modo ab autoribus interpretata. Nam apud *a* Ariſtotelem σφὴξ (quod alioqui commune Veſparum nomen eſt) Crabro transfertur, verba Ariſtotelis ſunt hæc. Τῶν ἡμέρων σφηκῶν δύο γένη. οἱ μὲν ἡμερόβιοι οὗς καλοῦσι μήτρας, οἱδ' ἐργάται, vnde *b* Plinius vertiſſe videtur, Aliorum (de Crabronibus loquens) qui mitiores videntur duo genera: opifices minores corpore qui moriuntur hyeme, matres, qui biennio durant. Ego vero (vt etiam recte alij iudicarunt) cenſeo hunc locum corruptum, & pro aliorum legendum Veſparum. Scio quidem apud Nicandri Scholiaſtem σφηκοειδὲς dici Veſpæ ſimilis, ſeu Crabronis figuram referens, qui è Veſparum, aut Crabronum genere eſt. Verba Scholiaſtis hæc ſunt in Theriaca, βέμβηξ δὲ ἐστὶ ζῶον σφηκοειδὲς, μέλαν κατὰ τὴν χροιὰν κέντρῳ χρώμενον. ὡς οἱ σφῆκες Sed perperam in illo Scholiaſtis loco. σφηκοειδὴς legitur pro σκωληκοειδὴς, vt notat autor Theſauri linguæ Græcæ, tamen animaduertendum, in eodem Plinij capite, quod ſupra citauimus ſynonymōs poni σφηκὼν & σφήκιον, pro nido Veſparum, & Crabronum mitiorum, & apud Xenophontem σφῆκας à quibuſdam Veſpas, ab alijs Crabrones interpretari, vt Spondanus hæc verba tranſtulit, ὁρῶ δ' ἔγωγ', ἔφη, καὶ ὁπόσοι σφῆκας ἐξαιρεῖν βούλονται, ἐὰν μὴ ἐκθέοντας τοὺς σφῆκας πειθηνῶν ὑπὸ πολλῶν τυπτόμενοι, idelt, & ego, inquit, video etiam eos quicunque Crabrones excipere volunt, ſiquidem euolantes conentur venari, à multis feriri. Huius tam confuſæ interpretationis, meo quidem iudicio, nulla alia ratio eſſe poteſt, quam vtriuſque huius animalculi ſumma, & corporis, & vitæ ſimilitudo. nam magnitudine potius, quam alia quauis re interſe differunt. Itaq; καταχρηστικῶς hoc eſt abuſiue Σφῆκα Crabronem vertunt. Eademq; ratio eſt cur Gaza Ἀνθρώνα modo Veſpam, modo Crabronem interpretetur. Ariſtophanes in Nubibus, κἀτ' ὠφθαλμῶν κεντούμενος, ὥσπερ ὑπ' Ἀνθρώνων, & oculis ſtimulatus tanquam à Veſpis, vt exponit Andreas Dinus Iuſtipolitanus. Suidas ait Ἀνθρήνη genus eſſe Veſpæ, ſed poetas abuti pro Ape. Heſychius genus eſſe Apis. Scholiaſtes in Ariſtophanem dicit poetas ſic continenter Apes appellare, & congenerem Apibus Ἀνθρήνη vocare, in vniuerſum de Apibus dici, cum ſit ſpecies Apis ſimilis Veſpis. Ἀνθηδὼν (quod paucis mutatis litteris cum ſuperiori ſimile eſt) in Lexico Latino Græco, quod Gloſſarium inſcribitur, Veſpa eſt, & alia eius lexici parte Græcolatina εἶδος σφῆκος id eſt ſpecies Veſpæ. Arbitror hunc errorem ab autore Theſauri Græcæ linguæ animaduerſum, qui Ἀνθηδὼν ait eſſe Apem ſic dictam περὶ τὸ πὰ ἄνθη ἔδειν, id eſt ex eo, quod flores edat. Δέλλιδες Heſychio ſunt Σφῆκες, vel ζῶον ὅμοιον Μελίσσῃ. Suidas vero Δέλλιδες ſunt σφηκεῖα, Veſparum cellæ. Rurſum Heſychius Δελλίδια affert pro πυθμένια καὶ κηρία, id eſt faui. Κίμβικα, Inquit, Criſpinus in ſuo Lexico Veſpa, aduearia (forte Veſparum aluearia, aut Veſpeta ſcribere voluit.) Poſteriores linguæ Græcæ illuſtratores aiunt Κίμβια, ex Heſychio eſſe σφήκια Veſpulas, Veſparum fætus recentes adhuc à partu Item ſingulari numero μικρολογία ſordes, vt nimis tenax, & reſtricta parſimonia, pro quo apud Suidam in manuſcripto codice κέμβικα legitur. Ita enim ibi, κέμβικα Σφηκία ἢ μελιοσία, ἢ μικρολογία, quibus addit ἢ ἀλφιτοφή. forſitan tamen in prima ſignificatione ſcribendum Κεμβήκια, vel κεμβίκια, vt ſit diminutiuum à κίμβηξ idem ſignificante, quod βέμβηξ. & κέμβιξ, nam & hoc animalculum è Veſparum vel Apum genere eſt. Inuenio & apud Euripidem in Bacchi Gaſparum Stiblinum ἐκφέρειν exponere Veſpam, cum tamen ſit ab omnibus Græcis præſertim Ariſtotile ita appellatus Fucus ſeu quartum genus Apum ἄκαντον. Veſpa inſectum aculeatum Api ſimile Latinis dicitur ab eo, quod veſperi Muſcas putatur venari in cibum. Græce communi nomine σφήξ, Euſtarhius denominari ſcribit τὰς σφῆκας ἀπὸ τῆς ἀμοσφάγου id eſt ἀπὸ τῆς κατὰ τὸ μέζον ὀυτομίας, vt exponit Scapula, quoniam nimirum inſectæ in medio ſunt Veſpæ, ita vt hiatus quidam in ijs conſpiciatur. Vulgo Itali Veſpa, Bononienſes Vreſpa, vt Latini dicunt, aliqui Muſcone. Galli Mouche, Gueſpe ou burdon. Hiſpani Abiſpa, & Veſpa, Germani Latinos quoque imitati ein Weſpe. Belgæ idem efferunt vnica vltima littera dempta. Poloni Oſſa: Hungari Dárás: Angli à Waſpe.

a *Lib. 9. Hiſt. Anim c. 4.*

Σφὴξ crabro interpretatus.

b *Lib. 11. cap. 21.*

Σφηκοειδὴς

Ἀνθρήνη.

Ἀνθηδὼν.

Δέλλιδες.

Κίμβικα.

GENVS. DIFFERENTIÆ.

Deſcriptio.

ANtequam Veſparum ſpecies proſequamur, pauca quædam deſcribenda ſunt, quæ omnibus in vniuerſum Veſpis competere poſſunt, qualia ſunt, qualis ſit Veſparum figura exterior, & hæc quantum ab Apum figura differat. Corporis magnitudo non omnibus eadem; nec tamen diuerſus alarum numerus: omnibus enim quatuor ſunt alæ. vt etiam Apibus, gracile in medio corpus, ita vt aluus tenui fiſtula, aut ligamento corpori annexa videatur. Breuiter itaq; M. Varro. Veſpa quæ ſimilitudinem Apis habet, neque ſocia eſt operis, & nocere ſolet morſu, quam Apes à ſe ſecernunt. Inter vtraſque autem hoc diſcriminis eſt. Apis breuior, & compactior, pectore, ac dorſo piloſis, capite oblongiore, acutiore roſtro, minus colorata aluo, annulorum liueis colore ruffis, & nigris, vt plurimum diſtincta; antennas ſub oculorum regione locatas habet; Veſpa vero longior veluti quædam fiſtula medio cohærentibus aluo & pectore, glabra tota, rotundiori, & breuiori capite, coloratior. Aureus enim color, & niger (qui vterque tranſuerſam aluum ſecant, ille quidem ſimplici liuea, hic vero notis quibuſdam triangularibus deorſum tendentibus punctisque conſtitu-

Apis ſimilitudine eſt Veſpa.

constitutus) in Vespa, vt plurimum saturatiores sunt, & pleniores. Deniq; Vespa supta oculos antennas gerit, atq; hæc de communi Vespa dicta sint: non enim id, quod iam diximus, discrimen in omnibus generibus perpetuum est. Quod modo ad Vesparum genera attinet, nimirum quot numero sint, dicere quidem est difficile, alia enim ab antiquis recensentur: alia recentioribus: nec antiqui inter se omnes consentiunt. Nam *a* Aristoteles duorum ge-
,, nerum meminit in principio capitis, vbi de earum generibus a-
,, git, his verbis. Vesparum duo sunt genera: alterum ferum, quod
,, rarum est nascens in montibus, & pariens non sub terra, sed in
,, quercu, specie grandius, porrectius; nigrius: Vatium etiam acu-
,, leatumq; est, & robustius, ictuq; acerbius, quam alterum est:
,, aculco enim maiori, quam ex proportione sui corporis spiculatur. Viuit hoc toto anno: & quidem tempore hyberno, quercu
,, cæsa euolare spectatur. Exigit hyemem in latebra, & semper in
,, macerie diuersatur. sunt eius aliæ matrices, aliæ operariæ, vt &
,, in altero genere, quod placidius est. Quæ autem sit natura ope-
,, rariæ, ac matricis in eo ipso placidiori genere percipi facilius po-
,, test. Sunt enim huius quoque duo genera: alterum duces quas
,, matrices appellant, alterum operariæ; maiores, mitioresq; du-
,, ces sunt. & paulo inferius: Vespas in aculeatas, & non aculeatas distinxit, inquiens. Vesparum autem aliæ carent aculco, vt Fuci,
,, aliæ habent, minores imbecillioresq; sunt, quæ carent, neque
,, repugnant: contra quæ habent maiores, robustæ, atque pugnaces Sed *b* Varro lib. de re Rustica Aristotelis priorem à me citatum locum imitatus, easdem differentias commemorat. Eæ (Vespæ) inquit, differunt inter se, quæ feræ & cicures sunt, Nunc feras di-
,, co, quæ in syluestribus locis pascitant; cicures, quæ in incultis.
,, Siluestres minores sunt magnitudine & pilosæ, sed opifices ma-
,, gis. Plinii locus dubius est. nam aliqui eum corruptum esse autumant, vtpote qui vt superius dictum est, ex Aristotele pro aliorum legunt Vesparum. nam si aliorum legendum esset, vt vulgati codices habent, ad Crabrones referrentur ea genera, de quibus loquitur. Sin vero Vespatum, vt ego censeo, ad Vespas Alio-
,, rum, inquit, qui mitiores videntur duo genera: opifices mino-
,, res corpore, qui moriuntur hyeme: matres qui biennio durant: ij & clementes. Sunt & minus cognitæ Vesparum species ab antiquis traditæ. Quales sunt Ichneumones apud *c* Plinium & *d* Aristotelem nuncupatæ, quæ minores quam ceteræ sunt, à Phalangijs astute venandis ita appellatæ. dissident, inquit, Pliuius, inter se Ichneumones Vespæ, & Phalangia Aranei. nec enim ante Vespæ distinguendum est, quasi Ichneumones, Vespæ & Phalangia inter se dissideant, sed post. Meminit quoque Plinius Pseudosphe-
ees, quæ singularis volitat; quod forte ferum, ac rarum est illud genus, quod in montibus nascitur: ita enim opinari videtur *e* Edouardus Wottonus Anglus. Grandiores maioresque quam supradictæ corpore quas Bombyces appellant (à bombizatione, vt vult Dalechampius) Plinius quartum Vesparum genus statuit, inqui-
ens: Quartum inter hæc genus est Bombycum, in Assyria proue-
,, niens, maius quam supradicta corpore. Cum quo idem fuerit Bombylius Suidæ dictum genus Apum obstreperum, à bombo, vt vult sic appellatum quem edit, ingens est inquit; sed ad mellificium inutile, fauos nectit è luto. Vnde prouerbiali figura homo bombylius, βομβύλιος ἄνθρωπος dicitur verbosus multiq; strepitus, cæterum inutilis. Alia denique apud autores reperiuntur Apum syluestrium, aut Vesparum genera, vt sunt πάρνοπες appellatæ, quæ vuas tam immaturas, quam maturas exsugunt, has aiunt depasci ab aue quadam nocturna cui Κερχνὶς nomen est, Latini Stridulam dicerent. Vnde *f* Aristophanes.

Πρῶτα μὲν ἀυτῶν τὰς οἰνάνθας οἱ Πάρνοπες οὐ κατέδονται,
Ἀλλὰ γλαυκῶν λόχος εἰς ἀυτὰς καὶ κερχνηίδων ἐπιτρέψει.

Noctuarum & Stridularum agmen in ipsas ingruet, & eas conteret. Verum quid Πάρνοπες significent, nequeo ex autoribus satis colligere, cum varias, & admodum diuersas significationes scribant. nam & Locustarum genus faciunt, vt ἀπίλαβοι. citatur ad hoc Aristophanes in Auibus ὅσον τὸ χρῆμα Παρνόπων ἐξεστέρχεται. Pausanias ponit in numero maleficorum, quæ segetes exeduut, vt in eadem Comœdia Aristophanis in versibus primum citatis sunt qui à Culicum genere τῶν κωνόπων esse velint. Πεμφρηδὼν insectum σφηκῶδες è Vesparum genere, & vt ait Nicandri Scholiastes, maius Formica, minus Ape, aligerum, albo nigroque colore varium; montes saltusq; amat, & è fructicum floribus melleos succos carpit, indeque in cauas quercus deuolat, meminit vero eius *g* Nicander:

——— ὅτε ροιζηδὸν δὲ Μέλισσαι
Πεμφρηδὼν Σφῆκες τε, καὶ οὐκ Βέμβικες ὄρειαι
Γλεῦκος ἄλις δαίνυνται ἐπιρρωγέεσσαι πίσσας.

Et *h* alibi rursus:

——— ὁλόος Σφὴξ
Πεμφρηδὼν ὀλίγητε.

Æstimatur hoc Insectum esse idem cum Aristotelis πυθρηδὼν, vt quod, & ipsum Crabronibus non absimile sit, sed varium, & latitudine simile Apibus. hoc tamen à Crispino in suo Lexico, Teredo exponitur, Insecti genus, quod inter Apes versatur, Insectum Vespæ simile, Fucus, apud *i* Aristotelem. Alij idem esse dicunt cum πυθρλώη, quod est Insectum aculeatum Vespæ simile, mellificans. Apud Nicandrum vtentem hac voce in Alexiphatmacis Scholiastes esse ait, ζῶον μυλιοτόποιον, quod à nonnullis dicitur βέμβηξ. Apud Hesychium sicut apud Aristotelem est πυθρηδὼν: dicitque à nonnullis appellari ἀγρίαν μέλισσαν. quidam putarunt πυθρηδὼν dici quasi πυθηδὼν, nimirum ἀπὸ τῆς πυθέας; quod ligurione delectetur; & ab hoc nomine est πυθρλώιον apud Aristotelem de illius animalis fauo, vel de loco, vbi fœtum edit. Hesychius, πυθρλώιον exponit κηρίον, πυθρωιῶδες πολύ καὶ κενὸν κηρίον καὶ ἀραιόν. Ἀνθηδὼν in Glossaria vocari εἶδος σφηκὸς dictum est, sed num idem sit cum Suidæ Ἀνθρήνη dubito: hæc enim & Vespæ species dicitur, qua poetæ abutuntur pro Ape. Est & Insectum voluere βέμβιξ apud *k* Nicandrum

Οἶδα γε μὲν φράσσεσθαι ἀλέξια τοῖσι βολάων
Οἷα τε οὐκ βέμβικος ὀρεστέρου ἠὲ μελίσσης.

Scholiastes ait esse σφηκωδὲς ζῶον. μέλαν καὶ τὰ τῶν χροιὰν κέντρῳ γρῶμον ὡς οἱ σφῆκες, id est animal Vespæ simile nigrum aculeo vrens vt Vespæ. Sed Scholiastes videtur legisse βεμβῖδες, nam & βεμβὶς id ipsum animalculum appellatur. καὶ αὐ βεμβῖδες δὲ, inquit, τῶν σφηκωδῶν εἰσὶν εἶδος μελισσῶν, αἱ ἔνιοι βέμβικας καλοῦσι, indicans βέμβικας, & βεμβῖδας esse Apum speciem quandam ex Vesparum genere; eamque, etiam à Nicandro vocari ὀρεστέραν, & ὀρείαν idest montanam. est ne Bombyx *l* Plinij, de quo egit in eodem libro, vbi de Apibus, Vespis, & Crabronibus, agit? atque hæc est quorundam sententia, cui ego lubentissime subscriberem. Apud Epiphanium Vespa est, quæ irritata nocuo ictu aculeum iu petram illidit. *m* Razes paruam Vesparum speciem commemorat Cantharidibusq; assimilari ait. Deniq; Fiber, vt scribit Calepinus, genus est Vespæ quadrupes incitatissimum. Mendum proculdubio est, nam Festum citat, qui ita habet. Fiber genus bestiæ qua
" drupes, Plautus, si me subes, quotidie quasi fiber saluem. atque hanc veram esse lectionem Festi certum est, non enim Vespæ genus quadrupes existit, cum omnia Insecta sex pedibus, aut pluribus à natura donata sint. His addam ea genera, quæ à recentioribus tradita sunt, primumq; quæ apud nos, deinde quæ apud exteros celebrantur. *n* Ardoynus libro de Venenis octauo plura enumerat Vesparum genera, Vespa, inquit, Vermis est similis A-
" pi mel inutile colligens, cuius plura sunt genera, ex quibus que-
" dam sunt paruæ, quædam vero magnæ; & ex magnis quædam
" sunt habentes capita nigra, & aculeos plurimos: quos in locis
" morsuum non demittunt, & ideo Vespæ sæpius mordent, quam
" Apes. huius quoque meminit *o* Albertus Magnus: est, inquit,
" genus magnæ Vespæ, quod habet caput nigrum, & plures aculeos, Ad me scripsit Constantius Felix diligens animalium speculator, tres à se esse obseruatas species Vesparum, quibus aculei sunt aliæ colore, inquit, flauæ (has forte citrinas Ardoynus appellat) quæ videntur in duas partes diuisæ, & in medio tenuissimo ligamento hærere: quatum duæ reperiuntur species, vna corpore grandior, altera minor. Aliæ autem his similes maioriq; corpore, ac fero aspectu, intensiori colore. magisq; noctuis aculeis, viuuntq; libentius in cauis arborum, vulgoq; Arimeni appellantur Scaraffoni. (nec ob id æstimandum est hos esse Scarabeos, quod nomiuis vicinitas arguere videtur, quin, inquit, potius seutio esse antiquorum Crabrones syluestres) sæpiusq; viuunt corticibus Vlmi. Aliud quoq; inquit, Animal Vespæ simile reperitur idq; frequens maioribus cruribus, ac in medio stricto magis corpore, magisq; discolor, sed cum eius nomen ignorem, nil dicam de eo amplius, & hæc est sententia Constantini Felicis. At qui Indicas historias tractaruut, narrant apud *p* Chiribicenses duo Vesparum genera inuenuiri; vnum innoxium, valde molestum alterum, hoc domos, illud vero syluas inhabitare. idem esse arbitror, quod in insula Spagnola dicta maxime est damnosum & noxium; de quo hæc dicit *q* Iohannes Verzanus. Hæc insula (Spagnola dicta) abundat noxijs, & venenosis Vespis, quarum ictus ingentem dolorem infert, multæ per campos, syluas, arbores conspiciuntur, non absimiles eis, quæ apud Bardulos siue Castilianos Hispaniæ populos sunt, paulo tamen minores, & in alis supra eam partem; quæ flaua est, versus finem nonnihil habent coloris castanei. Eadem scribit *r* Ouiedus, nimirum in India multas Vespas inueniri periculosas, & venenosas, quarum morsus maiorem inferunt dolorem, quam earum, quæ sunt in Hispania, eodemq; esse colore, maiores corpore, colore autem luteo ad album tendente, alis maculatis nigris, alarumq; extremitate obscure albicante. Iam vero quæ à me obseruatæ sunt Vespæ, eæ Inter se differunt magnitudine, cum aliæ alijs maiores sint, & contra: & figura; nam quædam communem habent fotmam, hoc est, oblongam, protensam, aliioq, sunt varijs citculis picta, & tenui quodam ligamento pectori connexa Suntque & aliæ quæ aut Apum, aut Muscarum figuram obtinent: quæ spuriæ dici possent. Rursus aliæ alterius sunt coloris. Quæ legitima sunt forma, semicircularibus quibusdam lineis, aut rubris, aut aureis aut viridibus, aut alijs coloribus variegatis in supina alui parte cinguntur. Quædam etiam circulos hos siue annulos integros habent vtraque alui parte, ita vt vndiquaq; aluum circundent. Sunt item quæ in dorso depictæ, ac maculis quibusdam triangulis nigris, in fronte luteis, & rubeis antennis præditæ, quales sunt quæ vnici illius vespeti, de quo mox dicam, conditrices sunt. Inueniuntur item nigræ, quæ cæteris sunt longiores, & circulo nigro, qui aluum ambit, quæ in sublimi nidificant. Quæ omnes species hic fere expressæ exhibebuntur, sed nullo seruato ordine, quia nimirum diuersis temporibus à me, & obseruatæ sunt, & depictæ Prior Vesparum omnium, quotquot obseruaui maxima est, toto corpore atro, prætetquam in suprema aluo, vbi quatuor sunt maculæ luteæ, illæ scilicet, quas albas icon exprimit. Caput minus, quam in plerisq; alijs à ceruice distinguitur, in quo oculi nonnihil lutescunt. Antennæ sunt magnæ, & latiores, quam in alijs, nigræ, nigri quoq; pedes, & hirsuti Alæ argenteo, & aureo obscuro ad castaneum inclinante resplendent. Secunda geuus est Vesparum minimarum, alis pro portione latiusculis, & oblongiusculis, subflaui coloris. Corpore toto ex nigro ad castane-

a *Li. 9. Hist. anim. c. 41.* Vesparum genus ferũ.

b *Lib. 3. cap. 16.*

Vesparum species rariores,

c *Li. 11. Hist. natur. cap. 21.*

d *Hist. animal. 5. c. 20*

Ichneumones.

Pseudophece.

e *Lib. 9. de diff. animal. cap. 208.*

Bombyces Vespæ,

f *In Auibus.*

Πεμφρηδὼν.

g *In Alexipharm.*

h *In Theriaca.*

πυθρηδὼν quid.

i *Li. 9. Hist. Animal.*

Βέμβιξ.

k *In Ther.*

l *Lib. 11. cap. 22.*

m *2. Continenti. 5.*

Fiber.

n *Cap. 11.*

o *Lib. de Animal.*

Scaraffoni.

Vespæ Indicæ.

p *Pet Martyr de Orbe nouo. decad. 8. cap. 7.*

q *Lib. 15. Hist. Occid. c. 13. tom. 3.*

r *Lib. Octid nauig.*

Vespæ spuriæ.

Vesparum dictarũ descriptione.

ſt ineum vergente, ſed zonis ex aluo flauis ad croceum inclinantibus diſtincto, Caput erat exgiuum valde, punctis duobus croceis fere, ſuperne inſignitum. Oculi uigricabant, antennæ nigerrimæ in extremo obtuſæ Pedes exigui, colore croceo. Tertia magnitudine Veſpæ vulgari compar, vel paulo minor, ſed tota atra, antennis pedibuſque longiſſimis, capite ouali, aluo breuiori, lineis exiguis tranſuerſalibus, ſubflauis diſtincta, tenui ligamento pectori annexa. Alæ vero ſunt argenteæ, ſplendidæ, ſubrubris velut venulis percurrentibus præditæ. Ex minimarum genere ſunt quarta, & quinta; quarum prima tota atra eſt, capite nimirum, pectore & aluo, quæ partes fere æque magnæ ſunt, quod in aliis non obſeruabis: Pedes quoque nigri ſunt, & leues, antennæ item nigræ, & exiles: Alæ fuſceſcunt. Altera capite item eſt nigro, rotundo. Huic antennæ breuiores ſunt, ſed neſcio quid veluti tricuſpidem exerit: pectore eſt anguſto, qua capiti hæret latiore, ac luteſcente, qua aluo anguſtiore, & nigro: aluo fere rotũda, primo lutea, dein modo luteo, modo nigro varia. Alæ ad aureum colorem accedunt. Allatam ad me eam, quæ ſexto loco depingitur, propter miram capitis formam, Simiæ quodammodo aſpectum æmulantem, Veſpam ſimiformem nominaui. Tergore eſt craſſo, rubicundo item vertice, oculis nigris, maiuſculis: infra linea ſemilunaris ceu os conſtituit. Aluus item craſſa eſt, ſed tenui pellicula tergori adhæret: Anterius nigricat, in exttemo candicat, punctis tranſuerſalibus nigris. Alæ fuſcæ, ſed perperam duas rantum pictor expreſſit. Septima inter magnas, & paruas ambigit, tota atra, ſed maculis vndique aureis, aut flauis interſtincta, iis autem, quæ in expreſſa icone albę apparent. Pedes, non vt in aliis Veſpis, tenues, ſed craſſæ, reſpectu corporis, quod compactius eſt, colore ſubcroceo, antennæ atetrimæ, exiles, & breues, Alæ cinereo luteæ. Octaua icon Veſpæ eſt imperfectioris, quam vt poſſet volare, ſeminympha adhuc, aut ex nympha recens orta. Corpus ex albo ad luteum vergere incipit, nondum maculis diſtinctum. Eſt eius generis, quod decimo ſubinde loco depingetur, nimirum fauis inſidens. Nona pectore eſt longiſſimo, aluo mediocris longitudinis, ita inuicem hærent, ac ſi duæ diuerſæ eſſent Veſpæ. Tota flauo & nigro colore alternatim conſtat, pedes & antennæ ſunt longi, ſed valde tenues, coloris ferruginei. Ferrugineæ quoque alæ ſunt, quatuor, quanquam binæ rantum ſint depictæ. Caput quoque luteo, & nigro colore variat. Decima eiuſdem omnino cum nouiſſime deſcripta coloris eſt. ſed breuiori pectore. Veſpeta talia; quali inſidet, fere ædificat, vel ad arborum ramos, vel alicubi alio in loco. Vndecima elegans genus ſylueſtrium Veſparum eſt, aluo miniacei coloris, ſed annulis nigris, & nigra podicis extremitate. Alas haber quatuor, oblongas, ſed anguſtas coloris ferme cinerei. Pectus & dorſum nigricant, & ad ferrugineum vergunt. Caput eiuſdem eſt coloris, rotundum, exiguum: antennæ vero longiuſculæ, nigræ in extremo acutæ. Duodecima tota eſt coloris fulci ad atrum vergentis, pedibus longiuſculis, longis item antennis: capite & alis nonnihil ad ferrugineum accedit. Decimotertio, ac poſtremo loco depictum Veſpis congener iudicaui, quanquam reuera nondum didicerim an fauificet. Corpore eſt procero, nigro & flauo coloribus vario, renui. Alas pictor duas expreſſit, ſed nunquid vel duas, vel quatuor habeat, vt quod res eſt dicam, ignoro. Capite interim Veſpas potius, quam Muſcas refert. Antennæ in extremo obtuſæ ſunt. Pedes ſublutei.

Veſpa ſimiformis.

LOCVS.

NOn omnis generis Veſpas vbique locorum reperiri credendum eſt. Quæ aculeatæ ſunt, & citrinæ non ſolum in Italia, Græcia, Hiſpania, ſed & in cæteris Europæ regionibus proueniunt: nam & in Septentrionalibus reperiuntur. narrat Olaus Magnus lib. 22. in extremo climate polari Apes non eſſe ob vehementiam venti circii, at tum Crabronum, tum Veſparum, ac Locuſtarum innumeram multitudinem. & in Inſula Niceſia ait Ortelius Veſpas eſſe, quarum punctiones homini mortem inferant. Indis quoque eædem ſunt præſertim, qui Occidentalem mundi plagam inhabitant, grandiores corpore, & vt dictum eſt magis, quam noſtræ venenoſæ. Quartum inter hæc genus Bombycum in Aſſyria prouenire Plinius autor eſt. Certum eſt omnes fere locis aſperis gaudere, cum in iis fœcundiores ſint.

SEXVS.

Matrix quid.

MAtrices quæ appellantur apud Ariſtotelem, & Plinium arbitror eſſe fœminas Veſparum, opifices (operarias traducit Gaza) mares. nam μήτερα Græcis matrix, Latinis præterquam, quod vterum ſignificat, etiam fæminas quasque, tum ad fæturam, tum ad educandos pullos idoneas denotat, quod ex Columella cognitu perquam facile eſt, de Gallinaceis educatricib. ſic ſcribente. Nam pullos octies educat ſi bona eſt matrix. Idem, ſint ergo matrices robuſti corporis, quadratæ, pectoroſæ, magnis capiribus. Sed ſint ne mares, & fæminæ dubitat *a* Ariſtoteles, qui mares appellat maiores, & robuſtiores, quæque habent aculeum, fæminas quę carent. Minores, inquit, imbecillioresque ſunt, quę ,, carent aculeo neque repugnant: contra quæ habent, maiores ,, robuſtæ, atque pugnaces, quas nonnulli mares appellant: fæminas vero eas, quæ carent. Pleræque ex iis, quæ aculeum gerunt ,, amittere eum putantur hyeme inſtante: ſed hoc ex nemine, qui vidiſſet, accepimus. & paulo poſt, ſi Veſpam ex pedibus ceperis, " bombilareque ſiueris, aduolant quæ aculeo carent: quod non " faciunt, quæ aculeatæ ſunt. Itaque argumento quidam hoc v- " runtur, vt alteræ mares ſint, alteræ fæminæ. Sed has fæminas, quę carent aculeo diuerſas eſſe ab eis, quas in præcedente matrices appellauit, habeo quid dicam certi: Nam Ariſtoteles eas, quæ carent aculeo minores imbecilliores que eſſe dicit, matrices latiores, ponderoſiores, craſſiores, ac Veſpa maiores: eius hæc ſunt verba. Eſt autem matrix, latior, ponderoſior, craſſior & maior, " quam Veſpa, volatuque haud plurimum valet, Præ pondere enim ſui corporis volare longius nequit. Quo fit vt ſemper in Veſpa- " riis ſedeant effingentes fauos, & munere fungentes cellario. In- " ſunt porro matrices nuncupatæ in Veſpariis plurimis: ſed acu- " leatæ ſiut, nec ne ambigitur. Videntur tamen & ipſæ vt Apum " duces, gerere quidem aculeum, ſed non extinguere, aut ferire.

a 9. Hiſt. cap. 41.

ÆTAS.

NOn omnes æque diu viuere veteres aſſerunt nam, earum quæ placidiores ſunt, opifices, vix annum durare, vel inde liquet; quod hyeme pereant, cum matrices diutius perdurent, docet id *a* Ariſtoteles. Ætas, inquit, operariarum annum non cõ- " plet, ſed omnes hyeme inualeſcente moriuntur. Quod ea re con- " ſtat, quia hyeme incipiente ſtupeſcant: bruma autem nullæ omnino appareant: duces vero, qui matrices vocantur, tota hyeme viſuntur, atque ſub terra latitant. Plerique enim cum per " hyemem ararent, aut foderent matrices viderunt, operarias ne- " mo idem ait Pliuius. Opifices, inquit, minores corpore, qui " moriuntur hyeme, matres quæ biennio durant. notat *b* Edouardus Vvottonus Σφῆκα ἐπέτειον ab Ariſtotele alibi dici, quod annua Veſpa ſit, & vnico anno in vita perduret.

a L. 9. Hiſt. Anim c. 41.

b Lib. 9. de differ. Ani. cap. 118.

COITVS.

SVnt qui coire eas affirment, ſunt qui negent, & prioris quidem opinionis eſt *a* Ariſtoteles. Inſectorum, inquit, aliqua coe- " unt, atque ex animantibus eiuſdem generis oriuntur, modo eo- " rum quibus eſt ſanguis: vt Locuſtæ, Cicadæ, Phalangia, Ve- " ſpæ, Formicæ. Et *b* alibi idem philoſophus hæc ſcribit. Coire " nonnullæ cæteris viſæ ſunt: ſed an ambæ aculeo careant, aut " habeant, aut altera careat, nondum exploratum eſt. Ferarum " etiam nonnullæ coire viſæ ſunt, & alteram gerere aculeum con- " ſtitit, ſed de altera incertum eſt. Et Vincentius recitat alibi ex *c* Ariſtotele, viſas eſſe aliquando Veſpas coire cum alio Veſparum genere, vt cum agreſtibus domeſticas. Sed cum Ariſtoteles ſcribar aliquando viſas fuiſſe coire, mirum eſt, earum ſexum non poſſe diſcerni, ac propterea Athenæus contrarium ſentiiſſe videtur, poſterioremque ſententiam tenuiſſe. Apum, inquit, & Veſparum nunquam viſum fuiſſe coitum, ideoque diſcerni non poſſe marem à fæmina. Verum ſunt, vt ibidem notat doctiſſimus Dalechampius, qui pro σφήκων, id eſt, Veſparum, legant κηφλίων, id eſt, Fucorum.

a Lib. de gener. anim. cap. 16.

b 9. Hi. c. 41.

c Lib. 41. cap. 176.

d Lib 8. Diepſop.

ORTVS ET GENERATIO.

Varius Veſparum ortus.

VEſparum duplex eſt ortus; vnus quidem per putredinem, alter vero per coitum. Atqui eorum, qui per putredinem oriri feruntur, aliqui ex cadauere, vt equi; aliqui ex Crocodili ſanguine, aut ventre bubulo, aut corio Aſini, aut aliis animalibus aliqui ex putredine arborum; & fructuum, produci autumnant. quorum omnium autoritates ordine recenſebimus, & ſiquas habeant rationes, adducemus; mox quomodo harum fiat per ſui generis ſpeciem generatio ſubtexemus Eorum qui ex equi cadauere oriri non aliter, quam Apes ex Tauro dicunt, antiqua plane ſententia eſt, vt pote cui & Ægyptii multum crediderunt, vt ex Hieroglyphicis poſtea patebit, & Græci, vt ex vetuſtiſſimo *a* Nicandro probatur, hoc verſu, quem Archelao Varro tribuit, & libr. Epigrammatum ex Pallada citatur.

Ex equo

a In Theriaca.

Ἵπποι γὰρ Σφηκῶν γένεσις, ταῦροι δὲ Μελισσῶν.

Equi enim Veſparum generatio, Tauri vero Apum.

Archelaus quidam Ægyptius (vnus eorum, qui Epigrammatis miraculoſa Ptolomæo enarrarunt, hoc de Veſpis carmen reliquit, quod alioqui inter Epigrammata recitaremus, niſi tam veruſta autoritate, in tanta autorum diſſenrione, opus haberemus. eſt igitur hoc:

Ex νέκυος ταύτλῳ ἵππου γράψαθε γενέθλιον.
Σφήκεσι δὴ ζώων οἷα πόθησι φύσις.

Id eſt.

Ex mortuo hanc equo ſcribite progeniem.
Veſpis animalium qualia ponit natura.

Ex qua equi parte.

Idem Antigonus in Mirabilibus, inquit, ferunt etiam Crocodilum Scorpiones generare, & ex Equis Veſpas, naſci & Plutarch. ait in vita Cleomenis: Veſpas ex putredine oriri æſtimarunt vete- " res, quod ex Equorum cadauere naſcerentur. Sed hi nihil diſtin- " cte ſcripſerunt, nec ex qua cadaueris equini parte oriantur, & an ex toto cadauere omnibusque eius partibus an ſolummodo ex aliquibus, vt carnibus, aut cerebro. nã *b* Pliniusex equinis car- " nib. naſci Veſpas opinatus eſt. Ex quo forte autor de Naturare- " rum, Veſpas etiam ex equinis carnib. aliquando procreari ſcribit, citante *c* Vinzentio; & *d* Georgius Pachymerus Veſpas ex cerebro otiri

b Lib. 11. cap. 20.

c Lib. 21. cap. 178.

d Lib. 4. de ortu & interitu.

ex medulla, inquit, cerebri bouis quidem Apes, Equi autem Vespæ generantur. Cæterum quidam ipsos Lupos arbitrantur ad huiusmodi Vesparum ortum, summopere conferre, præsertim qui in Nicandrum commentati sunt aiunt enim Apes, & Vespas tunc maxime geuerari, quando corium, tam equorum, quam boum, lupinis dentibus erosum fuerit. Nam lupi eiusmodi armenta nudantes in causa sunt, quod hæc animalia nascantur. hincque volunt à *e* Nicandro tam Apes, quam Vespas λυκοσπάδες dici, hoc versu.

Qui ad Vesparum ortum faciat lupus. *e Lib. de theriaca.*

Σκήνεσι πυθμαίνοισι λυκοσπάδες ἐξεγένοντο.

id est.

Corpore nam putrido Insectum consurgit vtrumq;.

Non tamen ignoro λυκοσπάδας ἵππους, Id est equos Lycospadas; Græcis quibusdam nominari animosos, & rebelles, à freni genere, quod λύκον vocant. Scribit Isiodotus Vespas ex corio Asini nasci, nisi per Vespas, Crabtones intelligat. Apud Horum legas Vespam ex cortupto Crocodili sanguine, vel ex eius cadauere, procreari: hunc enim citat Pierius Valerianus in Hieroglyphicis. Vincentius Belleuacensis, ex peruetustis autoribus retulit, cerui ad integritatem grandæuam venientis, osse capitis sub oculo terebrato Vespas concreuisse, ac conformatas fuisse ex humore superfluo, & vt alij voluerunt, ex medulla prodijsse euolantes: aliquando etiam è naribus concreuisse, & conformatas Vespas in ceruo proditum fuisse. Iam vero ex putredine arborum, & fructuum quasdam Vespas nasci, testatur *f* Albertus Magnus, his verbis. Ex putredi- „ ne enim terræ, & quarundam aliarum partium putrefactione quædam (animalia) generantur. Quædam enim Vespæ, & Mu- „ scarum quædam genera, non ex terra quidem; sed ex quorun- „ dam fructuum, & arborum putredinibus generantur, præcipue „ autem ex putrefactione arborum glutinosarum De talibus au- „ tem arborum naturis in libro speciali de Vegetabilibus est à nobis consideratum. Nunc veto superest, vt quomodo per coitum propagentur, narremus. Hoc enim modo genetare probat *g* Aristoteles, qui ait visum sæpe fuisse earum coitum. Cætetum qualis post coitum sit Vesparum ortus, ex ipso principe philosopho- „ rum, qui nobis in libris de *h* Animalium Historia, quam dili- „ gentissime ea de re scriptum reliquit recensebo verba eius sunt „ hæc. Ortus talis Vesparum est. Duces vbi iam locum sibi opor- „ tunum delegerunt, fauos opere æstiuo confingunt, & Vespeta „ (cellulas dico quas σφηκιάς Græci vocant, constituunt qua- „ ternis foriculis, aut prope, ita Gaza vertit πεταχόρους ἢ ἐγγὺς „ τούτων: Id est quaternis foriculis fere) in quibus Vespæ non ma- „ trices nascuntur. quæ cum increuerint, rursus altera ampliora „ effingunt. quorum item proles, cum creuerit, alia faciunt, ita „ vt postremo autumno plurima, amplissimaque vespeta condi- „ ta habeantur; in quibus dux, quæ matrix vocata est, non insu- „ per Vespas, sed matrices iam procreat: quæ quidem superne per „ summa vespeti Vermium specie multo grandiorum gignuntur „ in cellulis continuatis quatuor numero, aut paulo pluribus. A- „ lioqui increscendi ratio ducibus eadem, quæ Vespis est Sed eum Vespæ operariæ fauis affuerint, non præterea duces operantur, sed „ opetariæ ipsæ cibum suis ducibus subministrant. Quod ea re „ constat, quia duces non item euolant, sed intra tecta quiescunt. „ Ceterum vtrum duces anni superioris, nouellis iam procreatis „ ducibus, interimantur à Vespis nouellis, idq; simili modo eue- „ niat, an plus etiam temporis possint viuere, nondum explora- „ tum est. Nec vero senectutem matricis, & Vesparum generis „ fieri, aut aliquem eiusmodi affectum annotare adhuc quisquam potuit. & paulo post. Fœtus non partu prouenire videtur: statim „ auctior, quam partus Vespæ pariatur, existit His itaq; talis fere, qualis Apum generatio est: Propterea, libro de Generatione animalium tertio, Vesparum Vermiculis idem accidere ait, quod Apum, in generatione scilicet indurescere puramen eorum, neque moueri, mox rupto putamine exire veluti ex ouo, quod idem affirmat in *K* libro de generatione animalium quinto, postea quam dixerat Vespas si sint absque duce nidificare suæ proli in „ sublimi, & foraminibus, ita inquit: Fœturum modo Apum in- „ stillant ad latus cellularum faui, & parietibus admouent; Ve- „ rum non in omnibus cellis inest æqualis fœtus, sed alius iam „ grandiusculus, vt vel queat volare: alijs in nympha est alijs ad- „ huc in Vermiculo Excrementum Vermiculis tantum, vt & in „ Apum genere est. Manet fœtus immobilis, cum in nympha est, „ & membrana velatur. Vespas quoque quemadmodum Apes trādit crebris imbribus pluuijsq; annis magna copia generari His lubet addere, quæ *l* Plinius super hacre breuius scripsit, eius hæc sunt verba. Fœtus ipse inæqualis, vt barbaris (alij legunt, & barbatus: & manuscriptus in cytatis Aristoteles libro quinto capite vigesimo tertio Hist. animal) alius euolat, alius in nympha est, „ alius in vermiculo, & autumno non vere omnia ea Plenilunio maxime crescunt. & paulo post hæc, quæ alij libri eum de Crabronibus dicere indicant, alij de Vespis, vt cum Aristotele eadem „ dicere videatur. Nidos inquit, vere faciunt fere quadrifores, in quibus opifices generentur. ijs eductis alios deinde nidos maio- „ res fingunt, in quibus matres futuras producant. Iam tum opi- „ fices funguntur munere, & pascunt eas. Latior matrum species: „ dubiumq; an habeant aculeos, quia non egrediuntur, & his sui „ Fuci. Quidam opinantur omnibus his ad hyemem decidere a- „ culeos. Nec Crabronum autem, nec Vespatum generi reges, „ aut examina: sed subinde renouatur multitudo sobole. His plura subiecit *m* Vincentius. rectores earum, qui anno præteritoillas regebant cum moriuntur alium rectorem constituere, quod de Apibus ab Aristotele dictum esse supra quam plenissime probaui-

Ex asino. Ex Crocodilo. Ex Cetuo.

f Lib. 15. 1. cap. 1. fol. 125. col. 4.

Vespas pet coitū pro pagari. *g Lib. 3. de Gen. c. 10.* *h Cap. 41.*

Apum & Vesparum idē ortus. *i Cap. 9.*

K Cap. 23.

l Lib. 11. cap. 21.

m Lib. 21. cap. 278.

mus. Scribit quoq; ibidem idem Vincentius Vespas cittinas, & iubeas non generari nisi à Vespis, quæ mares dicuntur, nec eis quemadmodum nec Apibus, monstra fieri, quod quilibet earum pullus in singulis foraminibus seu cellulis per se existat Senectutem autem, quam vtrum nam exuant in Aristotele dubium est, exuere Vincentius loco citato affirmat. talis igitur Vesparum communi nomine dictarum generatio est. Sed Ichneumones, vnum genus ex Araneis petimunt, Phalangium appellatum, & in nidos suos ferunt, deinde illinunt, & ex ijs incubando suum genus producunt. verum hæc *n* Plinius. Planius autem *o* Aristoteles. Vespæ autem Ichneumones nuncupatæ, quæ minores quam cæteræ sunt, Phalangia perimunt occisaq; ferunt in parietinas aut aliquid „ tale foramine petuium: deinde illinunt luto, atque ex ijs iucubādo suum procreant genus. Ab hoc genere plurimum in generatione differunt Bombyces vocatæ Nam hæ sub saxis nidificant bi „ nis aut paulo plutibus cellulis, in quibus pariunt Vermiculos; cādidos membrana obuolutos nigra, seorsumq; a membrana ceram in luto faciunt. *p* Plinius ait maiorem quam Apum esse Vermiculum, dixerat enim antea maiores esse corpore. ex quo maiorem fœtum procreari conuenit.

Vesparum Ichneumonum ortus.

n Lib. 11. cap. 22. *H ſt. lib. 5. cap. 20.*

p Lib. 11. cap. 22.

NIDVS SIVE VESPETA,

NIdum quoq; de Vesparum cellulis dici ex *a* Plinio colligimus Vespæ, inquit, in sublimi è luto nidos faciunt, & in ijs ce- „ ras & rursus ibidem Nidos vero faciunt quadrifores Κηφήκια καὶ οἷον σφηκιάς appellat Aristoteles id est Fauos, & veluti Vesparia; aliqui vespeta dicunt, quod vtrum apud probatos Latinos autores reperiatur, non ausim affetere Constat autem earum nidus ex multis fauis seu cellulis: vnde οἴκια *b* Homerus appellat de Vespis inquiens:

a Lib. 11. cap. 21.

b Iliad. μ.

Οἴκια ποιήσοντες ὁδῷ ἐπὶ παιπαλόεσσῃ.

Id est.

Domunculas faciunt in via prærupta.

& rursus:

——— ἐδῶ ἐπὶ οἴκοι ἔχοντες.

Id est.

——— *In via domunculas habentes.*

** Iliad II.*

Nec hoc fugit Plinium, qui non nidum in singulari numero, sed nidos in plurali nominauit, de fauorum, aut domunculatū multitudine intelligens est tamen *c* Homerus in singulari numero vsus, κοῖλον δόμον, id est cauam domum appellans:

c Iliad. μ.

Οὐτ' ἀπολείπουσι κοῖλον δόμον.

Id est:

Nec relinquunt cauam domum.

Sed aut numero singulari pro plurali abusus est, aut quod credibilius est, latibulam seu antrum, aut cauitatem intellexit, in qua reconditas habent suas cellulas. De Vespetis hæc notabimus, quà constent materia, quales sint Vespæ quæ efficiant, cuiusq; sexus, quomodo & qua forma, quo loco. *d* Aristoteles autor est fauos Vesparum fieri ex materia corticea, & araneosa, inquiens Fauos extruunt omnes vt Apes: sed ex materia corticea quadam, & araneosa. Longe tamen latior fauus Crabronum, quam Vesparum est. *e* Plinius è luto facere ait, alij ex terræ congerie, Vinzentius ex cera. Obseruaui ego horum substantiam nec ceream esse, nec lutosam, sed quemadmodum ait Aristoteles corticeam; & araneosam, aut potius membranosam, & chartæ tenui similem, quā non ex luto, aut terra, sed potius herbis, & floribus, vt Apum fauos constare autumo, & proprio earum glutine, quod ex ijsdem colligunt, coniungi ac combinari Sed ea Vesparum genera, quæ Bombyces Aristoteli βομβύκιας dicuntur, nidos ex luto fingunt, eius lib. 5. Historiæ Animal verba sunt hæc interprete Gaza. „ Nonnulla ex Bombycum genere, nidos in acutū exeuntes è lu- „ to quasi illitos, vitri specie affigunt lapidi, aut alicui tali tam crassos durosq;, vt spiculo perforari vix possint. Idem fere *f* Plinius. Nidos luto fingunt salis specie applicatos lapidi tantra duricia, vt spiculis perforari vix possint. sed differt Gaza à Plinio; non Aristot. is n. πήλινον ὀξὺ καὶ ὥσπερ οἱ ἅλες κολλέφοντες, scribit: id est si ad verbū reddas, lutosum, acutū, & vt sales oblinuntur. non vitri specie. sed vt ad alias Vespas reuertar, multo siccior Vespatum fauis materia est, quam Apum: siccius enim his nutrimentum; siccior sunt, & magis arida, quæ ad suos nidos effingendos ab eis colliguntur: siccior quoq; ea quæ à Vespis ad effingendos fauos collecta sunt, credibile est, si vera sunt, quæ ab Aristotele narrantur, duces vbi iam locum sibi opportunum delegerunt, fauos æstate ineunte confingere, perpetuoq; in ijsdem conficiendis intentos, in confectis sedere, munere semper fungentes cellario. operarias autem ea, quæ nis ad vitam necessaria sunt subministrare. nam ita quoq; necesse est, opifices cum cibum ducibus ministrāt, eam vna materiam dare, quæ ad suos fauos effingendos idonea est, quam posteaquam se ex meliori nutriuerunt, operi tanquam reliquam applicant fieri enim non potest, vt tam siccam materiam secum conferant absq; aliquo humore, qui ipsis in cibum cedat, aut saltem, qui idoneus sit ad siccioremsubstantiam ferruminandam. Sed vtrum soli duces perpetuo fauos conficiant, au cū his vna opifices, facile, cognosci potest, ex *g* Aristotele, qui cum alibi dixerit, duces siue μήτρας continuo operi intentas vespeta elaborare, rursus tamen *h* alibi ita ait. Crabrones, & Vespæ, si duce amisso aberrauerint, fauos suæ proli constituunt, in sublimi, & foraminibus: Crabrones in sublimi, Vespæ in foraminibus. Sed si habeant ducem sub terra nidificant. Quibus probatur vtrasque

d Lib. 5. Hist. anim. cap. 23.

e Lib. 21. cap. 278.

f Lib. 11. cap 22.

Vesparum cellæ vt à cellis Apū distent.

Duces an soli fauos conficiant.

g Hist 9. cap. 41.

h Lib. 5. Hist. cap. 23.

hoc opus efficere, duces ſi adſint ſub terra, ſi abſint opifices in ſublimi. Atque hæc ratio eſt cur faui grandiores ſint, qui ſub terra reperiuntur, quam in ſublimi, nam cum matres horum effectrices ſint, quas maiores grandioresq; corpore ipſis opificib. eſſe ſcimus maiores quoq; eſſe iidem faui debuerunt. Ariſtot. alias ſcribit ſua Veſparia pauca, & exigua condere, alias plura & ampliora. Veſpæ tamẽ (quas ex Ouicdo in India eſſe diximus maiores noſtris, ac venenoſiores multo) maiora habent Veſpeta, cellulis, & foraminibus plena fortaſſis id fit, ꝙ corpore cum ſint grandiores, maiores fauos conficiant: aut quia maxima ibidem copia reperiantur. Incipiunt autem condere à fundamento, quod pediculus eſt tenuis ſatis, qui quandoque vnicus eſt, quandoque plures, quibus nidi alligati, aut tectis, aut arboribus, aut herbis eſſe videntur, quo facto primordio, tanquam à radice, fauos ſingulos facere incipiunt, nouoſque ſuper eos, quos vltimo conſtruxerant confiugunt, atque ita paulatim ampliora, immo ampliſſima Veſpeta redduntur. quo fit vt in autumno maxima hæc Veſpeta videantur: vere autem cum nidificare incipiunt parua, & exigua. Hæc ſuo cortice cinerio (ęqualia etiam in India reperiuntur) ſiue membrana duriore tanquam muro cingunt, vt ab iniuriis externis immunes eſſe poſſent. nec eadem omnia ſunt forma, ſed varia, modo enim rotunda ſunt, & concameratæ domus multis tabulatis præditæ, figuram referunt: modo oui, aut alterius cuiuſpiam partis rotundiotis, aut phialæ, vt quale mox deſcribemus, ſed quæ rotunda ſunt ac interius admodum concaua, tabulata habent plurima ex fauis conſiſtentia. quæ vero plana ſunt nulla certa forma, niſi inæquali, nimirum modo triangulari, modo quadrangulari, modo circulari prædita conſpiciuntur. Faui autem multis ſunt in partibus perforati ſingulique ſexanguli, vt Apum. Nidos rurſus ſuos conficiunt, aliæ in ſublimi, vt tectis, arborum truncis, aut ſub harum frondibus. Ariſtoteles feras in montibus, & quercubus non ſub terra parere ait. Aliæ ſub terram macetiis cauernis, ac ſpelunciis, ibique pletunque hyeme ſe recondunt. Bombyces quoque ſub ſaxis apud ipſam terram fœtificant, aut lapidi affigunt nidos, vt eſt apud Plinium. Omnia faciunt, vt à frigore, pluuiis, ventis tempeſtatibus liberæ, & immunes eſſe poſſint: ab his enim non aliter ſe ſe defendunt, quam Formicæ, aut Blattæ. In India autem, vt plurimum in altis ædium lignis, & altioribus arborib. reperiri, aiunt. ſub terra autem reperiri non meminerunt, qui de India ſcripſerunt. Nos & in leguminibus, & in humilioribus arbuſculis conſpeximus. Ceterum quam ob cauſam Veſpæ ſi ducẽ habeant ſub terra nidificent, ſi vero duce deſtituantur, in ſublimi, video poſſe rationem dare. matres enim ponderoſo corpore, cum ad volandum nil, aut parum valeant, prope terram nidificare debuerunt; Veſpæ autem leues, ac graciles alisque grandioribus veſtitæ, cum ſint in volatu celeres admodum, in altioribus locis degere poſſunt. Hæc cuncta cum de Veſpetis dicta ſint ſecundum alios autores, ea apponere non grauabor, quæ ipſe circa hæc, tum quæ in ſublimi, tum quæ in terra inuenta ſunt, animaduerti, eorumque figuram & deſcriptionem addere; vt quæ à veteribus ſuper his tradita ſunt, facilius à quouis curioſo lectore intelligantur; quæ autem nos inſuper addidimus, noſtræ induſtriæ adſcribantur. Veſpetum integrum, terra ad pedis altitudinnm effoſſa, media agrorum via, ſub nucis iuglandis arbore inuentum, hac fere cõſtitutione ac figura. Antrum ſeu foramen anguſtum, nempe ea amplitudine, qua ſingulis pateret aditus in terræ ſuperficie conſpicuum erat, à quo iter erat eiuſdem amplitudinis tendens ad Veſperum, non quidem recta ſeu perpendiculari linea deorſum ducens, ſed ad latera per cuniculos quoſdam duorum plus minus palmorum interuallo, à primo (quod in ſummam humum deſinit) foraminis veſtibulo. Hic maiori, & ampliori ſinu terra excauata eſt rotunda propemodum, ac ipſius Veſpeti ouali figurę proportione reſpondens. ita tamen, vt inter Veſparum domicilium, & reliuris caua latera, tantum ſit ſpacii, quantum ingreſſuris ſua penetralia Veſpis ſufficit, ad tranſeundum arctum illud oſtiolum totius aluearis vnicum, ad latera collocatum. Hac ſcrobe aperta effoſſaque Veſparum ædificium domiciliumque apparuit, figura fere ouali, altum fere dodrantem, duas palmas tranſuerſas medio latum, vndique ceu ouum teſta, ita hoc membrana corticea obiuctum, eaque ſubalbida arenoſa, ſimili licheni marino, eiuſdem cum fauis ſubſtantiæ, non vt Apum cerea ſed lignoſum quid habente, ſiliquiſque tenuioribus leguminum ſeu lunariæ maioris bulbonaca dictæ pericarpio, aut ſcabioſæ ſimillima ſubſtantia. Horus ſuperna pars, tecti vicẽ gerebat, & veluti tuguria, ac mapalia culmine medio in conum faſtigiato, ab imbre vndiquaque (cum forte incidit) defendebat, inque parietem lateribus omnem hoſtium incurſum aditumque præcludebat Infima baſis fundamenti vice fungebatur, denique vndiquaque à ſordibus, putredinibus tutas teddebat. Hoc veluti putamine detracto ſeni fauorum ſe ſe produt claſſes ſeu orbes, qui ſibi mutuo tanquam tabulata ſolaria aut contignationes ſuperponuntur, ac imminent iuſtoq; diſſitæ interuallo. Sed ne tabulata ſuperiora collabantur, fœtuſque premant, aut ſuffocent, ſingula columnis quibuſdam ſuſtinentur, quæ non ſuſque deque formatæ ſunt, & conſtitutæ, ſed à lata baſi incipiunt, & ad concauam ſeu pronam ſuperioris tabulati faciem lato, ac protenſo epiſtilio protenduntur, inſtar claui vtrinque capitati pollicis lati longitudine, ita vt fornices, & hypogæa videantur. infimi ac ſupremi orbes exigui, & anguſti, medii ampliſſimi, reliqui orbes mediæ amplitudinis. Singuli plurimis cellulis abundant ſexangulis, in quarum quibuſdam Veſpæ adultæ, in aliis fœtus iuniores, attamen perfecti, & alati, aliis Vermiculi condebantur, qui omnes poſteriori parte ſurſum ſiti erant, capite deorſum.. Faui hi ea re maxime ab Apum Fauis differunt, quantum ad ſtructuram ſpectat, quod hi parte conuexa ſeu ſupina; loculos habent hexagonos; illi vero vtrinq; baſi duas cellulas, veluti ἀμφικύφαλον ſeu cyatum duplicem vno fundo, ac duobus orificiis in diperſa patentibus, efficiunt. Hoc autem Veſpetum pediculo radici polygoni fæminæ annexum videbatur, vnde ab hoc nidi huius fundamenta iacta fuiſſe exiſtimauerim, cum & Apes idem facere, & Crabrones ſoleant, qui à trabe vel tecto incipientes deorſum opus perficiunt. Huiuſmodi fere Veſparum fabrica mirifice conſtructa, ad Pierium Valerianum cum Belluni eſſet, ex cuiuſdam ſyluæ ſolitudine allata eſt. quam hoc pacto deſcripſit. Septem ſunt concamerationum orbes, alter ſuper alterum duorũ digitorum interuallo impoſiti, pilarum columellarumq; interſtitio diſtincti, vt vnicuique commodum ſit ſpacium, ad eundũ & redeundum ad domos ſuas. Diameter orbium ad quintũ vſq; duodecim circiter digitorum: à quinto reliqui faſtigiatim coarctantur, vt vltimus ad quinos ſenoſue digitos portigatur. Maior orbis primum quidem tabulatum, antiquo arboris ramo appenſus erat, cruſta ſuperne ad omnes ventorum, & pluuiarum iniurias contemnendas ſolidata munitaq; Infra hexagonales cellæ confertiſſimæ: ita reliqua tabulata eadem cruſta celliſq; eiſdem fabrefacta, ſuiſq; columellis ſingula ſuſtentata. E ſuperioribus v. ſtationib. beſtiolæ oẽs aduolauerant: medias concamerationes innumerabilis multitudo cõpleuerat follicullo, quodã tenuiſſimo: pro regumento vniuſcuiuſq; loculi ſuperinducto, quorũ aliquot cum ſuſtuliſſem, aduerti Veſpas capitibus ad imum redactis, domos eas omnes cõpleuiſſe. Quæ vero in inferioribus erant tabulatis, tanquam embrya videbantur Vermiculorum inſtar imperfecta: ipſa quoque eo tegumento, tanquam hybernæ cochleæ, ſed admodum tenui præmunita, in benigniorem verni temporis horam aſſeruabantur: quæ tamen omnes, ſiquidẽ gra uis hyems fuit, ibidem extinctæ ſunt, neque tamen computruit quiquam, & tot iam annos eadem forma ſtatuque ſpectantur. Expectabam quidem veris temperiem, vt quid acturæ eſſent exploratum haberem, ſed nil vlterius proceſſit. Fabrica apud me remanſit, non ſine magna omnium, qui eam conſpiciunt, admiratione. tantum artis, & ingenii, tantumque in conſtruendo ædificio tam operoſo perſeuerantiæ, beſtiolis his ineſſe obſtupeſcẽtium. Itaque, ibidem concludit Pierius, Apum texta, metarum quaſdam propemodum formas imitari. Veſparũ caſtra potius eſſe, & Mauſolea, orbiculari ambitu, tabularis ſuper alterà altetis aggeſtis. Quæ omnia citare libuit, vt conſtaret hoc genus Veſpas aliquando hanc ſuam admirandam fabricam etiam in aere, ad arborum ramos conſtruere: non ſemper in terra, vt nos obſeruauimus. Aliud Veſpetum, quod ſecundo à nobis loco exhibetur pariter ſubterraneum eſt, ſed orbiculatum, & alterius Veſparum generis. breuiorum, & compactiorum. Additæ ſunt earũ nymphæ. Obſeruaui præterea Veſpeta extra terram varia, inter quæ vnum conditum à Veſpis nigrioribus, & longioribus, ꝙ alio ſeſe modo habuit, vnico nempe, ac ſimplici orbe, cellulis item & loculamẽtis refertum: quorum cõtinuus ambitus ſcabioſæ pericarpium ita referebat, vt cum rurſus exiguum eiuſmodi Veſpetum offendiſſem, pericarpium ſcabioſæ deteraſſem, niſi poſtea accuratius inſpexiſſem. Huius fundus auerſa facie æqualis niger cuius materia comoſi in Apum fauis reſpondebat ita vt picea obductis oblituſque apparet. Sed neſcio qua incuria iconem non expreſſi. Veſpæ illæ nigriores, & longiores, quas ſuo loco depinximus etiam in ſublimi, locis variis, & varia ſtructuræ figura fauificant; ſed fauorum tantum ſingulos orbes faciunt, non vt aliæ ſex ordinibus cõflatum ac vndiquaque clauſum munitumque. Quaſdam in ædiũ lateritiis tegulis ædificaſſe inueni, ac ſuum opus tegulæ facie caua interna, ac deorſum ſpectante ſuſpendiſſe, eique clauis ſeu pediculis binis, aut ternis pro operis varia magnitudine affixiſſe. Nã in vna tegula ternos fauos à ſe mutuo iuſto interuallo diſcretos vidimus. Vnum cæteris maiorem figura oblonga, ac fere ouali tranſuerſim adhærefcente, qui ob cauitatem qua continebatur imbricis, inferiore ſeu ſupina parte tereti nonnihil gibbo erat conuexus. Huius poſt icon datur tertio loco. Omnib. in hac tegula inuentis hoc cõmune eſt, vt ſuprema pars, tranſuerſim ducta, à qua opus auſpicantur nonnunquam, rectã lineam tranſuerſalẽ æqualem conſtituat, reliqua latera fere hemicyclum æqualem nonnũquam inæqualẽ faciant. Vnde fit vt quidam horum ſcuti figuram referant ferme trigonam alii mitulorum ſeu pinnarum marinarũ. Quanquam etiam ſunt, quæ rotunda propemodum ſunt forma. Quibuſdam, vt maximo ante picto, pediculus in medio erat veluti dorſo; aliis tamen fere parte ſuprema, maxime his quæ à planta quadam aut muro, ſuſpenduntur. Alius enim in fumibulo in ædium culmine adhærere compertus figura muſculi. ſuprema parte annexus tribus clauiculis retro gibboſus, ante nonnihil concauus. In his cellulæ maxima ex parte patulæ, quædam tamen aditu ſeu foramine obturatæ. Harum nihilominus vacuæ nonnullæ. At in quibuſdam denuo Veſpa abſcondita latet, quæ perrupto illo operculo in conſpectum prodit. At contraria inter ſe tum hæ, tum aliæ Veſpæ, quæ in ſubterraneis alueare conſtruunt, ratione, ac ſitu collocatæ videntur, fœtus nempe, capite deorſum ſpectantes, cum aliæ adultæ ano terræ obuerſæ ſtent, ac vt Ariſt ait, retro ire videãtur. Cellularũ quędã eminẽtiores ſunt, ac cæteris altiores, in quib. duces Veſparũ agere credũtur Totius aũt fauicli eſt ſitus vt q̃ in eo ſunt Nymphæ deorſum, qua apertũ eſt, capite ꝓpendeant, adultę aũt ano, vt in Crabroneto optime, ac cõſpicue animaduerſum eſt Aliud Veſpetũ phialiforme nuncupaui ꝙ phialę in modũ exterius conſpiceretur, erat n. collo anguſto, contra ventre, quã maximo,

Vespeta plana qua forma exiſtant.

Vbi nidificent.

Authoris obſeruationes.

Veſpeti ſub terra inuenti deſcriptio.

Vt faui ab Apũ fauis differunt.

Veſpetum, aliud ſubterraneum

Veſpetum nigrarum Veſparum

Veſpetum phialiforme.

9. Hiſtor. cap. 41.

maximo, ac capacissimo, cui latus pediculus appẽdebat instar eius cui phialæ nostræ vitreæ insistunt, dum mensæ apponuntur. Hoc inter leguminis genus eruilia dictum, quod sua natura αὐάδενδρον est, inueni, cui suo pediculo, adhærebat. Materia eius erat subtilis, membranosa, qua vndique erat circumductum, quæque exterius multas circumcirca eminentias siue ἐξοχὰς habebat, ex quibus ausim asseuerare à latiori basi siue pediculo ad ventrem vsque Vespas hoc opus ortas fuisse, deinde ad collum vsque peruenisse. aque ita tandem totam phialam perfecisse. Et vt ea quæ interius cõtenta erant, diligentius inspicerem, forsice per longitudinem dissecui, tresque alias membranas offendi, singulas quidem inani spacio disiunctas, per quod Vespæ circumcirca percurrere poterant, prima membrana exteriori minor, secunda amplior erat, tertia omnium minima. Hæ itaque omnes eam figuram habebant, qualem exterior, quæ primum, antequam dissecueram apparebat, nimirum phialæ, nam intima membrana, quæ postrema videbatur. Collum quam breuissimum obtinuit, reliquæ dein ex ordine longius, extremaque longissimum In intimę membranæ medio, cum septem tantum essent cellæ, eæque hexagonæ, quis non incongrue coniiciat, septem tantum etiam fuisse domus tam præclaræ fundatrices. Adiecimus item Fauos Apum domesticarum, vt similitudo appareret Reliquum est modo, vt consideremus, vtrum nam ceram, & mel conficiant Vespæ, præsertim cum de hac re variæ sint multumque discrepantes quorundam autorum opiniones quorum quænam palmaris sit, difficile est discernere Vespæ, inquit *l* Plinius, è luto nidos faciunt, & in iis ceras: Huius quod sciam, non meminit Aristoteles. Ait Ouiedus Vespas maiores, quas in India esse dicit, Vespeta habere maiora, cellulis, & foraminibus plena, eiusdem speciei, quæ in Hispania à Vespis fiunt, siccas tamen nihilq; humiditatis, aut liquoris continentes, præterquam illam materiem, ex qua fit earum propago, atque hæc in arboribus reperiri. Alii etiam Indicarum Historiarum scriptores nidos aiũt in arboribus conficere, sed addunt, nec ibi mel, aut ceram, iis inesse, sed siccos esse, vt in Hispania, aliisque locis, vbi Vespæ reperiuntur. Neque ego vnquam quod sciam mel, aut ceram in iisdem deprehendi, sed Fauos aliquos quidem, plenos fœtibus, & Vermiculis, alios prorsus aliquo humore destitutos, & eorum materiam non ceream vt Apum, sed membranosam, duriusculam, ac veluti dictum est chartaceam. Verum est, quod liquorem quendam ore vel ano tenuem aquosum atque insipidum emittant, qui num mel fieri possit dubito, cum id neutiquã deprehenderim. De Bombycibus autem Vesparum grandiorum generibus notum est, apud veteres mel cerasque effingere. Nam in earum cellulis mellis etiam ,, praui, cuiusdam (teste *m* Aristotele) inchoatio reperitur. Et Pli- ,, nius. In iis (nidis) inquit, ceras largius, quam Apes faciunt. Videtur autem id Plinius transtulisse ex Aristotelis quinto de Historia animalium, sed hic non largius ceram facere, verum pallidiorem esse affirmat his verbis: seorsimque à membrana ceram in luto fa- ,, ciunt, quæ multo pallidior sit, quam cera Apum Quid si itaque è Bombycum genere esse dicamus: quas supra inter Apes sylu- stres vna cum suis Fauis depinximus?

Vespæ ambo mel & ceram conficiant.

l *L.11.c.21.*

Vesparum Indicarum vespeta.

m *Lib.9. Hist.c.33.*

VOLATVS. VICTVS. CAPIENDI RATIO.

Cur Vespæ non recta volent.

VEspæ quoque non recta volant, sed circulariter. Ratio est, quod cauda careant. Nam quęcunq; animalia volatum exercent, caudæ suæ beneficio recta volare queunt, si vero hac destituantur, præter quam, quod circulariter volant, etiam haud diu se in aere continere possunt: diutius tamen volant, quibus alæ corporis longitudini correspondent, & quæ plures habent. Quare κολεόπτερα hoc est, quorum alæ crustaceo, operimento teguntur, & tanquam vagina includuntur, cum supra dictis breuiores habeant alas, breui tempore volando defatigantur. Vespæ fructibus, ,, & putridis carnibus viuunt Cibum, inquit *a* Aristoteles, ex flo- ,, ribus quibusdam, & fructibus petunt, sed quam plurimum ex ,, carne. *b* Plinius vero de Vespis, & Crabronibus loquens carne, ,, inquit, omnes vescuntur, contra quam Apes, quæ nullum cor- ,, pus attingunt. Fructuum non meminit. His tamen vesci, quædam antiquorum loca palam faciunt. *c* Nicander vuis eas vesci scribit.

Cibus.

a *9.Hist.c. 41.*

b *L 11.c.21.*

c *In Alexipharmacis.*

Vuas edi à Vespis.

——Cum Fuci ignauaq; Vespa
Vuarumq; bibunt Crabronum examina succum.

d *Lib.10. Paralip.*

Vnde *d* Q. Calaber Æneæ promptitudinem, & celeritatem in occidendo Deilona, & Amphionem (qui occisorum arma rapere conabantur) illis assimulat, qui Vespas in campum vineis consitum ingruentes, ad maturescentes vuas mactant, antequam fructus gustauerint. Vlmi quoque lentore, & gludinositate gaudent, vtpote ex quo materiam colligant, aut nido ædificando idoneam, aut quod magis verisimile est, victui Quin quotidie Vespas videmus per varia herbarum genera peruolare, modo his, modo illis floribus, aut fructibus adhærere. easque depascere. Nam & vuis aliisq; maturis fructibus, maculas quasdam nigras imprimunt, quæ nobis ostendunt non propter odorem ad eas aduolare, sed vt aliquod alimentum ex iis colligant. Cæterum magis carniuoras esse ex Aristotele supra dictum est, nec à Serpentibus abstinent, quibus eas viuere his verbis *e* Plinius asserit Vespæ, inquit, serpente aut de vescuntur, quo alimento mortiferos ictus faciunt Sed quod idem autor eodem libro Vespas, scribat Muscas grandiores venari, & amputato capite reliquum corpus iis auferre, id de Crabronibus dictum vult *f* Aristoteles. Vespa tamen vesperi putatur Muscas venari in cibum, vnde nomen habet. Sed non Muscas solum communiter ita dictas, sed similia Insecta minuta alia, vt Apes. Cum iraque non modo fructibus, sed etiam Apibus, maxime humano generi commodis, noxam inferant, modi quoque eis insidiandi, ac capiendi inuenti sunt. Capiuntur, inquit *g* Aristoteles, hyberno tempore in speluncis, & quæ aculeum habent, & quæ carent. Capitur magna matricum pars à solstitio apud Vlmos: colligunt hinc enim lentam, & glutinosam materiam Capiuntur per præcipitia, & terræ ripas, præruptaque directoria, omnesque visuntur aculeum gerere. Et capite præcedenti modum quo capiantur ab Apiariis docet, his verbis. Impugnantur Apes à Vespis, vt dixi; quamobrem Apiarii eas venantur, constituta olla, & carne in ea posita: vbi enim multæ iam ad carnem accesserint, apposito operculo super ignem ollam imponunt. Aliter *h* Ælianus Vespas, inquit, priuatim hoc modo comprehendunt. Ante earum nidos ,, nassam, in quam prius parvulam Mœnam, aut exiguam Mem- ,, bradem cum Iope, vel Chalcide imponi conuenit, appendunt. ,, Eæ vero sua natura edaci esca allectæ, frequentes in nassam inci- ,, dunt, quibus nassa comprehensis, non amplius retro regredi li ,, cet. Intereunt autem facilius si conspergantur aqua, aut igni cre ,, mentur. Autor est Bonardus, qui alium occidendi modum scri- ,, bit Sumito, inquit, vas oblongo collo angusto superius forami ,, ne, ventre inferius amplo, cui vespertino tempore lumen impo- ,, nes: ad hoc Vespæ accurrent, omnesque comburentur calore lu- ,, minis. Vt autem vuæ à Vespis immunes sint, oleo aspergi ex ore ,, suadet: Plinius. Idem Gaudentius Merula. Vuas, inquit, ne Ves- ,, pæ (de hac enim re superius, vbi de oleo agitur, leuiter est facta ,, mentio) & alios fructus attiugant, oleum ore sorbeto, & veluti ,, inflans ad vuas, & fructus accedito.

Quando & quomodo capiantur.

g *9.Hist. c.41.*

h *L.1.c.58.*

i *Memora. lib.4.c.37.*

SONVS. RESCRIPTIO.

viuacitas.

HAud exilem esse Vesparum susurrum, præsertim si plures vno sint in loco, indicat Lucianus. Recte, inquit, vt dicis, confertim siquidem, vt vides, accedunt tumultuantes, & perinde ac ,, Vespæ, circumstrepentes verticem Quamuis quoque possemus ,, hunc locum intelligere de modo, quo vtuntur ad vlciscendum eos à quibus læsæ sunt, aut Irritatæ. Quandoquidem irritatæ ab hominibus, circa caput & verticem, mirum in modum circumstrepunt. Terrestria omnia respirare, & quæcunque pulmones habent: Vespas autem, & Apes, vt & reliqua insecta non respirare, ex Arist. docuimus. Quanta autem sint Vespæ viuacitate prædiræ, declarant earum alui quæ si à capite, aut pectore separentur, diutius, quam quoduis aliud Insecti genus volans, viuere videntur, aculeoque nonnunquam post mediam etiam horam tangentem pungere.

Susurrus Vesparum.

Respiratio

Viuacita

INGENIVM. MORES.

ESt in primis quid admiratione dignum in sexangulis Vesparum nidis. Mirum enim est, quantam in his construendis solertiam, quantam industriam, quantumque ingenium adhibeant, vt ex ante dictis, & pictis Vespetis satis superque constare existimo. Quæ certe vix à nobis cognoscerentur, nisi eiusdem operis, omnes inter se essent coadiutrices, mutuasque præstarent operas in rebus quam maxime necessariis. Nam, cum duces quas matres appellant, domi continuo sedeant, & intra tecta quiescant, eas non victum quærere, sed proli potius intentas esse ac nido conficiendo, alimentum autem ab opificibus administrari, oportet. Hoc enim dictum ex Aristotele est, non præterea duces operari cum Vespæ operariæ fauis affuerint; sed ipsas operarias cibum suis ducibus subministrare: idque ea re constare quia duces non euolent vnquam. Vnde *a* Aristoteles ciuilis generis Vespam facit, vt pote quarum opus communi efficitur opera, idemque munus omnibus est. Et alibi gregalia Insecta Vespas annuas esse dicit Nec multo minor in harum opere sedulitas, quam in Apum conspicitur; proptereaque *b* Aristoteles inter ἐργατικόπτερα Insecta eas numerat inquiens. Insectorum operosissimum, & præ cæteris fere omnibus animalibus genus Formicarum, & Apum est: Crabrones item, ac Vespæ, & prope dixerim omnia huius cognata generis. Nec quoque ibidem, in vitæ munieribus minus, quam Araneæ sunt, ingeniosas esse negat. Vtrum nam reges habeant, ambigitur. Sunt qui id negent, sunt item, qui affirment Plinius ait, nec Crabronum, nec Vesparum generi reges, aut examina esse: sed subiudere nouari multitudinem sobole. Cum tamen duces, & reges esse, tum Vespis, tum Crabronibus *c* Aristoteles pluribus locis aperte tissime scribat, præsertim, vbi hæc loquitur de Crabronibus. Duces more Apum Vespatumque habent, qui proportione ad Cra ,, brones maiores, quam Vesparum ad Vespas, & Apum ad Apes ,, sunt. Degunt hi quoque intus, vt Vesparum duces. Idem confir- ,, mat etiam *d* Albertus Magnus, Vespas & Apes reges, & ductores habere scribens. Amorem præterea erga prolem, & pro ea dimicandi audaciam, promptitudinem, vlciscendi cupiditatem eos qui summopere læserunt; animositatem in pugnando animaduertere oportet, quantum hæ omnes animi dotes in his excellant. Non enim maior Apum cura erga fœtus, quam Vesparum esse potest, nec maior defendendi promptitudo, atque cupiditas, si à prætereuntibus offendantur. Quod innuit *e* Homerus, Asii Ioui indignantis exemplo dicentisque Achiuos tam fortiter impetum

Nidi artificium.

a *L.1. Hist. c.1.*

b *L.9. Hist. c.41.*

Vespæ nũ reges habeant.

c *Hist.9. c.42.*

d *Li.8.tra. 4 c.5.*

e *Iliad.μ.*

impetum toleratutos, ſeſeque defenſuros, quam Veſpæ, aut Apes quæ ſuos defendunt filios:

——ἐγὼ γὰρ ἐφάμην ἥρως Ἀχαιοὺς
Σχήσειν ἡμετέρου μένος καὶ χεῖρας ἀάπτους.
Οἱ δ' ὥστε Σφῆκες μέσον ἀιόλοι, οἳ τε μέλισσαι,
Οἴκια ποιήσωσιν ὁδῷ ἐπὶ παιπαλοέσσῃ,
Οὐδ' ἀπολείπουσι κοῖλον δόμον, ἀλλὰ μάχονται,
Ἄνδρας θηρητῆρας ἀμύνοντες ἠδὲ τέκεσσιν.

Hoc eſt.

——Non enim ego putaui heroas Achiuos
Suſtentaturos noſtrum robur, & manus inuictas
Illi autem quaſi Veſpæ acres atq; Apes,
Quæ nidos faciunt ad vitam pluuerulentam,
Neq; deſerunt cauam domum: ſed expectantes
Viros venatores pugnant pro filiis.

Sed quæ nam elegantior, concinnior, accommodatior rei præſenti comparatio à tota poetarum caterua fingi poteſt, quam ea quæ ab eodem *f* Homero ex ſola Veſparum natura ſumitur? inquit enim:

f Iliad. μ.

Αὐτίκα δὲ σφήκεσσιν ἐοικότες ἐξεχέοντο
Εἰνοδίοις, οὓς παῖδες ἐλενδαίνουσιν ἔθοντες
Αἰεὶ κερτομέοντες, ὁδῷ ἐπὶ οἴκια ἔχοντες.
Νηπίαχοι. ξωοὶ δὲ κακὸν πολέεσσι πέλεσσι.
Τοὺς δ' εἴ κεν παρὰ πότε κίων ἀνὴρ ἀμφαφόωντας
Κινήσει αἴκων. οἳ δ' ἄλκιμοι ἦτορ ἔχοντες
Πρόσσω πᾶς πέτεται, καὶ ἀμύνει οἷσι τέκεσσι.
Τὼ τότε Μυρμιδόνες κραδίην καὶ θυμὸν ἔχοντες
Ἐκ νηῶν ἐχέοντο.

Id eſt.

Protinus autem Veſpis ſimiles effundebantur
In via habitantibus, quas pueri irritant aſſueti
Semper inſtigantes in via domicilia habentes,
Stulti, communem autem malum multis faciunt.
Has ſi præter aliquis iens homo viator
Mouerit nolens; hæ autem acerrimum cor habentes
Vltra quaq; volat, & defendit ſuos fœtus,
Horum, tunc Myrmidones cor & animum habentes
Ex nauibus effundebantur.

Nota hic poetę grauitatem, qui non modo Veſpas filiorum amantes eſſe, ſed etiam animoſas ad defendendum patriam hoc eſt tecta & nidum, acceptaſque iniurias vlciſcendi & natura vindicandi cupidos oſtendit, vt harum comparatione Myrmidonum cor, & vlciſcendi cupiditatem extolleret. Atqui has omnes proprietates paruorum horum animalium animis inſidere pluribus teſtimoniis veterum comprobare licet. Memini me in carmine Sulpitiæ de ſtatu Reipublicæ, & temporibus Domitiaui hos verſus legiſſe.

——Nam cum defendier armis
Suadet amor patriæ, & eaptiua penatibus vxor
Conuenit vt Veſpis: quarum domus arce Moneta
Turba legens ſtrictis per lutea corpora telis.

Eandem quoque iram vlciſcendique libidinem naturalem Homerus in proxime allata comparatione expreſſit, eamque puerorum irritamentis acriorem fieri indicauit. Propterea Græci apud *g* Lycophronem Veſpæ dicuntur. Nam Alexander cum Helenam rapuiſſet, & in patriam reuerteretur, excitauit Græcos vindicandi cupidiſſimos:

g In Caſſandra ſiue Alexand.

Χ' ὁμῶς παλιμπορεύτον ἕξιται τρόσον,
Σφῆκας δαφοινὰς χηραμῶν αὐδρύσας
Οἷα κοῦρος δόμα κινήσας κάπι.

Vertit ita Cantcrus.

Et hic quidem retrogradam ibit viam,
Veſpas cruentas à cauernis extrahens
Inſtar pueri, domum fumo qui ſuffit.

Promptitudo animi.

Quamobrem Euſtathius Veſparum, maxime earum, quæ circa vias habitant, proprium eſſe ait τὸ ἀμεινοπρόν: id eſt ad defenſionem ac vindictam inſtructum, vel iniuriæ propulſandæ aptum. Ipſæ vero iracundas ſe eſſe, & ad iram præcipites apud *h* Ariſtophanem confitentur apud quem ſic dicunt: Οὐδὲν ἡμῶν ζῶον ἠρεθισμένον μᾶλλον ὀξύθυμόν ἐστιν οὐδὲ δυσκολώτερον. Id eſt. Nullum nobis animal laceſſitum magis in iram præceps, aut moroſum eſt. His & promptitudinem animi, & τὸ εὔκινητον, id eſt motus facilitatem Q. Calaber aſſignat: tam magna animi promptitudine Græcos inquiens Equo erupiſſe, cum Troiam irrumperent, vt Veſpæ ſolent quas turbauit fondator. Nam hæ conglomeratæ, & furore elatæ, vbi ſtrepitum audiuerint, ramo ſuperfunduntur. Et alibi cum eis Græcos comparat magna lætitia affectos, quod Troiani in cam-
,, pum deſcenderent. Conglomerabantur, inquit, circa Neoptole-
,, mum magna animi promptitudine euibrati, triſtium Veſparum
,, in modum, quæ cum tumultu caucrnis ſuis euolant, cupientes
,, virilem ferite cutem, ac omni ope conniuentes, magnam medi-
,, tantur moleſtiam mortalibus corruentibus. Sicilli è nauibus, & muris ſe defendebant pugnæ cupidi. Ex quibus quoque concludi poteſt magnam iiſdem audaciam ineſſe: multoque magis ſi conſideremus, quam audacter in hominis faciem inuolent, quod προσωπίπας i Homerus antea vocauit, pro προσώπιπτοι. Additum fuit σ ſyllabæ producendæ gratia per ἴκτασιν, maleque tranſtulit interpres Homeri hæc verba πρόσω πᾶς πίπτει, vltra quæq; volat, quin potius in faciem quæq; volat, transferre debuiſſet. Eſt autem in hoc medio verſiculo poetę ſchema illud, quod Rhetores, τμῆσιν, & ἀφαιρεσιν dicũt. Dicitur itaq; προσώπιπτοι quasi πρόσωπον

h Par. l. 13.

Audacia.

προσωπίπτοι quid.

i Iliad. Π.

A πίπτοντες id eſt in oculos, aut faciẽ inuolare. Cæterũ vnde illa his animalculis animoſitas, vnde audacia, vnde velocitas, multi multa diſputant. Nam ſi per coitum ſolummodo hæc generentur, vt quibus viſum fuit, ab vniuerſa illa mundi natura innata ingeneratæque eſſe dicentur: ſi vero ab Equorum putredine, ab his quoque eæ mutuatæ eſſe videbuntur. Dicere itaque poſſimus ex audaciſſimo velociſſimo & maxime animoſo nil quidquam aliud, quam velocem progeniem prouenire poſſe, quemadmodum contra ſeſe res habet in Aſinis, Tauris, Hominibus, è quibus Scarabeos, Apes, ſerpentes generari aſſerunt. Id etiam *k* Nicander innuiſſe videtur θαρσαλέω γενεῇ, id eſt audacem progeniem Veſpas nominans, quod ex Equis originem ducant, hoc verſu.

k Theriaca.

Ὃς δὲ θαρσαλέῳ γενεῇ ὀκμάσσεται ἵππῳ.

Id eſt.

Acris Equi ſobolem quam magna audacia monſtrat.

Ad hæc pertinere videntur tres illæ rationes Scholiaſtis Nicandri, quas, cũ Nicander Veſpas λυκοπάδας vocat, adducit; vel inquit, quia aſperæ ſunt, ſimileſque colore Lupis, vel quia impudentes
" & audaces ſunt, vt Lupi: vel denique, quod ex corio equi orian-
" tur quos Lupi momordcrunt. Præterea à *l* Picrio Valeriano com-
B memoratur tam Veſpam, quam Apem, & Formicam, quandam ciuilis gubernationis ſimilitudinem præ ſe ferre, quod ipſa collegia quoque celebret, tribuſque & centurias diſtinguat, habitationeſque conſtruat magnificentiſſimas, in quibus cellæ fauorum in morem ſexangulæ omnes,

l Lib. 26. Hierogl.

SYMPATHIA ET ANTIpathia.

EX Ariſtotele ſuperius relatum eſt Veſpam ſi quis cruribus arripiat, bombumq; edere ſuerit, non eas quæ aculcum habeut, ſed quæ carent, aduolare, tanquam auxilium, & opem allaturas. Idem refert Antigonus libro Mirabilium Narrationum. Plures autem his cum reliquis animalibus inimicitiæ, quam amicitiæ ſunt. Vt cum Apibus, quæ contra has ſeſe defendunt, & à ſuo examine ſecernunt. Vnde *a* Ariſtoteles: Inferunt Apibus iniuriam, inquit, maxime Veſpæ, & Auiculæ, quas Paros vocant. Eiſdem & noctuæ contrariæ. Noctua Apibus (inquit *b* Plinius) contraria,
C Veſpis, Crabronibuſque, & Sanguiſugis: & pici quoque martii roſtrum habentes ab iis non feriuntur. Ælianus quoque eas tam malignas eſſe dicit in viperam, vt in eam veneno aculeum infectũ demittant, quo certe multo perniciosiores ictus faciunt, vt ex Plinio ſupra recitauimus: vnde arbitrandum eſt homines diſciplinam (non eam quidem bonam) veneno inficiendi ſagittas habuiſſe. Rurſus apud Pliuium legimus à Scorpionibus percuſſos, nunquam poſtea à Veſpis, Crabronibus, Apibuſve feriri. Mirum quoque Ichneumonum eam eſſe cum Phalangiis conſentientem naturam, vt ex his ſuum genus procreent.

Antipathia cum Apibus.

a L. 9 Hiſt. c. 40.

Noctuæ Apibus contrariæ.

b L. 29. c. 4.

Cum vipera.

Cum Scorpionibus.

DENOMINATA.

ΣΦΗΚΩΝ ſedes, & domicilium Veſparum eſt: Σφηκία & σφηκεωνεῖς, niſi mendoſe Ariſtoteles legatur, τὰ κηρία τῶν Σφηκῶν appellat, id eſt fauos Veſparum, & cellulas. Σφηκίωσιν quoque Heſychus fauos Veſparum interpretatur, aut cellulas ſiue nidos Crabronum aut Veſparum; in quibus fauos ſuos confingunt. Apud Plutarchum libro περὶ ἀοργησίας, Σφηκία examen Veſparum eſt, καὶ μιλῶν, inquit, τοὺς γὰρ συνεχεῖς, καὶ πυκνοὺς, καὶ κατὰ μικρὸν ἐν τῇ ψυχῇ συλλεγομένους ὀργὰς μάλιστα φιλαυτία καὶ δυσκολία μετὰ τρυφῆς καὶ μαλακίας, οἷον σμῆνος ἡ σφηκίαν ἡμῖν ἐνέκτησι. Id eſt Equidem continentes, &
" crebras, & paulatim apud animum collectas iras, præcipue ſui a-
" mor, & moroſitas cum luxu mollicieque iuncta nobis velut A-
" pum, aut Veſparum examen nobis ingenerat. Et apud *a* Euripi-
D dem Vlyſſes.

Σφηκῶν.
Σφήκια.
σφηκίωσις.
σφηκία.

a in Ciclop

Εἰ τὸν κύκλωπος τὸν κακῶς ὀλουμένου
Ὀφθαλμὸν, ὥσπερ σφηκίαν ἐκτρίψομεν.

Id eſt.

Si Cyclopis deperiuntis miſere
Oculum exterere liceat, tanquam Veſpariæ.

Hic autem Σφηκίαν interpres Veſparia tranſtulit, quam recte, videant alii. Quintum Phalangii genus à Nicandro Σφηκεῖον appellatur, alio nomine Δύσδηρα dicitur, à ſimilitudine quam cum Veſpis habet, vt ex eiuſdem poetæ verſibus colligere licet, quemadmodum etiam Μυρμήκιον aliud Phalangii genus, quod ſit Formicis ſimile. Eius autem Sphecii deſcriptio apud neminem antiquorum præterea inuenitur. Quidam vero in eos Nicandri verſus,
E quos nunc ſubiiciam ait hoc quintum Phalangii genus colore, & alui habitu Veſpas referre.

Ἀλλόγε μὴν Δύσδηρα, τόδε σφηκεῖον ἕπουσι
Πυρσὸν ἅλις σφηκὶ παναλίγκιον ὠμοδόρῃ,
Ὃς δὲ θαρσαλέῳ γενεῇ ὀκμάσσεται ἵππου.

Id eſt, vt Iacobus Greuinus tranſtulit.

Mox aliud grauius genus eſt: Dyſderi vocare
Sphecaumq; ſolet rutilo quod fulget honore,
Crudiuoraq; ſua ſimulatur imagine Veſpæ,
Quæ foris ſpectatur equi non languida proles.

Cyprus olim dicta σφηκεία.

Fuit olim quoque Cyprus vocata Σφηκεία teſte Heſychio. Sed *b* Stephanus teſtatur dictam fuiſſe σφηκώων κεραστείαν, adferens hunc locum Lycophronis:

Οἱ πέντε πόν σφηκείαν ἐς κεραστίδα.

a lib. de Vi bib.

Dixerat

Dixerat tamen initio idem Stephan. σφηκείαν esse vrbem Euboeæ. est & σφηκισμὸς genus harmoniæ, quod Vesparum susurro, aut bombo erat non absimile: Hesychio εἶδος αὐλήσεως μέρος ἀπὸ τῆς ἰπο-
c Lect anti. L. 26. c. 2. φορείας τῶν βομβῶν. Σφηκοειδὴς Vespæ similis. Vnde apud c Rhodi-
ginum Sphecodes homines exili ventre de Vesparum imagine
nuncupantur, qui etiam lagari, hoc est inanes, & sine intestinis
quodammodo. Vespæ siquidem contractiores visuntur parte ea,
posterioribus prætenuibus gracilibusve, propterea acuminatum
Spheciscus lignum Spheciscum dicunt, quippe Spheces vocantur Vespæ. A d
d c. 8. l. 30. Plinio quoq; nominatur Pseudophece quasi falsa mentitaq; Vespa,
vt interpretatur Hermolaus Barbarus.

PRAESAGIA ET AVGVRIA.

a de Agric. lib. 1. c. 8. IMbres, ac tempestates longamque hyemem diuersimode nobis Vespæ præsagiunt, vt si ante finem Octobris appatuerint (vt a Catolus Stephanus refert) longam fore hyemem prorendunt. Item si multis in locis ante vespertinum vergiliarum exortum, subterraneos specus glomeratim ingrediantur, pluuiosæ hyemis, ac frigidæ signum est, quod etiam de Muscis dictum sit. Causam videtur tradidisse Mizaldus, nimirum, quod loca subterranea nimium perflata (in quibus per hyemem, pluuias & frigora, calor plurimus latitare solet) vt caleant, cumulatim petunt. Nam frigidula sunt animalcula, & exanguia proindeque iniuriarum aeris impatientris-
,, sima. Refert quoque b Theophrastus ingentes imbres protende-
,, re, si multæ autumno Vespæ generentur: quâ de re sic Aratus.

b l. de signis temp. Autumno multæ Vespæ quid præsagiãt.

Αὐτὰρ ὅτε Σφῆκες μετοπωρινὸν ἥλιθα πολλοί
Πάντῃ βεβρίθασι, ἑαπερίναν ἀρεπτίρειθεν
Πληϊάδων, ἤποι τὸς ἐπιρχόμενον χειμῶνα,
Οἷος ἐπὶ Σφήκεσιν ἑλίσσεται αὐτίκα δίνος.

Id est.

Sed cum Vespæ autumni tempore glomeratim multæ
Passim constipatæ fuerint, etiam vespertinas ante
Pleiades, dixerit quis subsecuturam hyemem,
Qualis in Vespis conglomeratur itidem turbo.

Huius rei causam Theon in commentariis retulit. Vespatum
namque copia produci nequit, nisi terra maxime humida sit, &
vaporosa, quod c Aristotelis autoritate confirmatur, asserentis, si-
milem esse quodammodo rationem de Vesparum generatione, ar-
que Apum; sed vt ipse ait crebris imbribus, & pluuiis annis magna
Apum copia generatur; humiditates enim faciunt plus excre-
menti in corporibus ducum. Itaque cum Vesparum multitudo
autumno apparens, humoris plurimum, & vaporis redundare o-
stendat; merito pluuiam hyemem minitatur. Accedente n. frigo-
re concrescere vapores necesse est, atque in aquam conuerti, pro-
indeque ingentes imbres, & tempestates accidere. Iam vero quod
ad auguria pertinet, Examen Vesparum natura calamitosum au-
spicium facere probatum est, quod Liuio placuisse videtur. Ca-
pua nunciatum est examen Vesparum ingens in forum aduolasse,
& in Martis æde consedisse: eas collectas cum cura, & igni crema-
tas esse. Horum prodigiorum causa decemuiri libros adire iussi, &
nouendiale sacrum factum, & supplicatio indicta est, atque vrbs
lustrata.

c Lib. 3. de animal. ortu c. 15. ad finem.

Examen Vesparum calamitosum auspicium facere.

HISTORICA.

a Sap. c. 12. REfert a Nicolaus de Lyra (supra hæc verba. Misisti antecessores exercitus tui Vespas, vt illos paulatim exterminarent) ex quorundam expositorum sententia, quod ante ingressum filiorum Israel ad terram promissionis, dominus ad literam immisit Chananæis Vespas habentes aculeos venenatos; quæ plures Chananæorum interfecerunt, & per hoc alii occasionem pœnitendi peccatis suis habuerunt. Alii vero dicunt istas Vespas sumi hic pro timoribus, quos Deus Chananæis immisit, per quos aliqui recesserunt de terra ante ingressum filiorum Israel, scilicet Heuæi.

MORALIA.

a Lib. de cohib. ira. COntinentes, & crebræ paulatim apud animum collectæ iræ, quas præcipue sui amor, & morositas, cum luxu molliciesque iunxit, cum Vesparum, aut Apum examine à a Plutarcho comparantur. Nam quemadmodum hæ (vbi antea ab aliquo irritatæ sunt) obuios quosque pungunt; etiam eos, qui nil nocuerunt; ita quoque hæ apud animum collectæ iræ efficiunt, vt erga quoslibet homo exasperetur, ac canibus latranibus, aut asinis occurrentibus indignetur. velutis, qui cum Agasonem vellet ferire, & is exclamasset Atheniensem se esse, ad asinum conuersus, ac fatus; Tu vero Atheniensis non es, multis vetberibus, bestiam obruit.

HIEROGLYPHICA.

a Lib. 2. de Notis Hieroglyph. Vesparum hieroglyphicum. Pernicies PIetius Valerianus ex Horo citat Vespam ex Crocodili sanguine atque eius cadauere procreari. Nostros autem dicere, eam ex equino cadauere nasci. Nihilominus apud a Horum leges. Vespas cum voluit significare, equi cadauer pingunt: ex huius-
,, modi enim cadauere plurimæ Vespæ generantur. Quomodo-
cunque sese res habeat, cum Ægyptii corruptum ostendetent
Crocodili corpus, & per hoc perniciem summotam extinctamq;

A Vespam commostrabant. Philosophis autem vetustioribus pugnacitas per Vespam innuitur, non quod ex equi corrupto sanguine oriri æstimetur, qui belli indicium est, sed potius, quod sua natura pugnaces sint Vespæ, arque iis vlciscendi libido ingenerata sit. Stobæus ex Demosthene recitat Antisthenem aliquando à Diogene correctum, vt qui exili admodum voce homines castigaret, respondisse: Vespas itidem sonum haud magnum alis excitare, aculeum tamen acerrimum habere. Quare apud Æneam philosophum Platonicum Euxitheus, dum Theophrasti dicta diluit, si quæ ille opinabatur vera essent, Vespæ, inquit, item Hector colligabitur, ambo enim caput varia galea redimiti sunt, ac perinde pugnacissimi. De galea ad id alludit, quod Homerus Hectorem κορυθαίολον vocat. Et mulierum chorus apud Aristophanem in Lysistrata, quieturum se dicit, nisi accesserit aliquis, qui tanquam Vesparum examen fodicare se, vel irritare aggrediatur. Plato quoque eos, qui popularem ciuilemque virtutem exercuissent, non eam quidem ex doctrina philosophorum, atque ex eorum sententia descriptam, sed ex consuetudine quadam exercitatione-
que, ad aliorum exemplum acquisitam, post obitum in Vesparum
Apum ve, aut Formicarum genus migrare contendit: His enim
natura aliquid dedit, quod ciuilis gubernationis similitudinem a-
B liquam præ se ferat Nam & ipsæ (vt ait Pierius Valerianus) colle-
gia celebrant, tribusque & centurias distinguunt habitationesque
sibi construunt magnificentissimas, in quibus cellæ fauorum in
morem sexangulæ omnes. Vespa quoque, & malua significat fu-
rioſum mitioribus responsis leniti. Nam sicuti maluæ succus re-
medium est contra Vesparum ictus, ita quoque leniora mitioraq;
responsa, contra excãdescentis asperiora verba iuxta dictum Illud
μέγιστον ἐστὶν ὀργῆς φάρμακον λόγος. Id est maximum iræ remedium
sermo est.

summota, vt ab Ægyptiis monstretur.

τοῖς Διογένους ἀφτιόῶν.

Impetfectorum mortium ciuilium significatio.

Furiosus mitiori responso mitigatur.

EMBLEMATA.

CIrca supraque Archilochi monimentum volitantes Vespæ
maleficos quosque vel dicto, vel scripto petulantes denotant
Illæ enim magno cum murmure acriter pungunt, neque mel, ne-
que ceram fingunt. Archilochus autem fuit tanta maledicentia, vt
eius ob hanc apud autores crebra sit facta mentio; vnde a Alciatus
de hoc Emblema scripsit; cuius hi sunt versus.

Maledicentia.

a Embl. 51.

Archilochi tumulo insculptas de marmore Vespas,
C *Esse ferunt, lingua certa sigilla mala.*

De eodem & multa alia veterum extant Epigrammata, vnum autem, quod huc rectius, quam inter b Epigrammata referri potest, appono.

b Ex lib. 3. Epigr. tit. ὡς ποιήσας.

Σχῆμα πρὸς Ἀρχιλόχου παρεμπόνηρον ὅς ποτε πικρῶ
Μοῦσαν ἐχιδναίῳ τοξόσσασ' ἕδαρε χόλῳ,
Αἱμάξας Ἑλικῶνα τὸν ἥμερον. οἶδε Λυκάμβης,
Μυρόμενος τριστῶν ἄμμα πατὴρ θυγατέρων.
Ἠείμα δὴ παρεμείψοι ὁδοιπόρε, μήποτε τῶδε
Κινήσῃς τύμβῳ σφῆκας ἐφεζομένους.

Quidam vertit.

Archilochus iacet hoc in littore tectus, amara
Cuius vipereo carmina melle madent.
Sanguine fœdauit Musarum Helicona: Lycambes
Luget natarum turpia lora trium.
Hospes abi tacite, moueas ne forte Crabrones,
Illius in tumulo quos habitare vides.

Notandum quod interpres huius Epigrammatis κωμῳδικῶς hoc est abusiue σφῆκας Crabrones traduxerit, cum hoc vocabulum
D Vespas significet. Sed vsus est vicino nomine, quod apud poetas
haud infrequens est; vt etiam apud Alciatum per Vespas Apes in-
telligimus hoc versu, in quo principium clementiam designat.

Vesparum quod nulla vnquam rex spicula figet:
Quodq; aliis duplo corpore maior erit,
Arguit Imperium Clemens, moderataq; regna,
Sanctaq; iudicibus credita iura bonis.

Erenim Vespæ immundæ sunt, & carniuoræ, nec regem vllum habent quorundam sententia.

EPIGRAMMATA.

DVo autem à nobis superius sunt citata Epigrammata, quod ea loca ita postularent, vnum vbi de generatione Vesparum egimus, idque Archesilai cuiusdam Ægyptii, alterum iam iam citatum Archilochi. Quæ vtraque mihi hic non videntur reperenda. Extat vero tertium apud a Scaligerum hoc, de Vespis inscriptum. a In Poem.

Dignoscitur de tergoris coloribus
Quodcunq; viuit mite seu ferum pecus,
E *Candore cygnus, atritate gracculus*
Leo flauentem barbarus crispat iubam:
Putastis vos abdid sse rasi lupi
Ne de colore nasceremini pili?
At at cruore pauperum venter satur,
Manus nocentes ora turgida arguunt
Pilis resectis esse vos raros lupos.

Aliud quoque alibi habet breue hoc eligans.

Nescis misella Vespa barbara hoc: quod non
Es amplius victura spiculo amisso.

EPITHETA.

ἑνοδίος Veſpa cur.

VOcat Homerus Veſpas ἑνοδίους, ἀπὸ τοῦ ἐν ὁδῷ οἴκια ἔχειν. Id eſt ab eo, quod in via domunculas habeant. Id autem iis Veſpis competere poteſt, quæ circa vias verſantur, per quas homines frequenter iter faciunt. Ab eodem quoq; μέσον ἄιολοι vocantur, quod medio corpore pictæ ſint, variique in iis colores appareant, qua ratione à Lycophrone δαφοινοὶ appellantur, hoc eſt nigræ, rubicundæ, fuluæ, ac maculis ſanguineis, & rubris diſtinctæ, vt ſunt quidam ſerpentes. Niſi mauis valde cruentum, & funeſtum interpretari, non à colore, ſed eius pernicie, quam ſæpe mortalibus ſuo aculeo inferr. Nam ob hanc ſunt plurima alia epithera à poetis inuenta, vt λοιγάλεος, id eſt pernicioſa; ἀργάλεος moleſta apud *a* Q. Calabrum, & πικρὸς Id eſt amara in Epigrammatibus.

a *Lib.3.*

Πικρὸν ἐγείρετε Σφῆκ' ἀκαπαύσμονι.

b *In Theriaca.*

Et *b* Nicander quoque ὀλοὸν Σφῆκα dixit, id eſt atrocem & perniciosam.

Οἶδα γε μὲν καὶ ἰὸν ἀμήδετον, ἣ τε ὀλοὸς Σφὴξ. quod eſt.
Nouimus haud aliter quæ patrat Iulus, & atrox Veſpa.

Ariſtophanes quoque Σφῆκας ὀξυκαρδίας nominat, quaſi dicas cor acutum habentes, quod ſint in iram præcipites, & acuta ira excandeſcant. Apud Nicandrum itidem legitur Σφῆκι παναλίγκιον ὠμοβορῆι, carniuoræ, haud diſpar Veſpæ vertit quidam. melius tamen crudiuoræ. In Poematibus Scaligeri Veſpam miſellam legis, & in Petracha, amoroſe:

Inſtai ne gli occhi, onde amoroſe Veſpe
Mi pongon ſi, che'n fin quà il ſento e ploro.

APOLOGI.

VEſpæ & perdices ſitibundæ ad agricolam iuerunt, ab eo petentes bibere, promittentes pro aqua hanc gratiam reddituras; perdices fodere vineas; Veſpæ circumcirca eundo aculeis arcere fures. At agricola ait, ſed mihi ſunt duo boues, qui nihil promitrendo, omnia faciunt. Meliusigitur eſt illis dare quam vobis. Fabula in viros pernitioſos, qui promittunt quidem iuuare, lædunt aurem admodum.

PROVERBIA.

C

Σφηκίαν κινήσας Græcis idem fere ſignificat, quod Latinis, vt apud Plautum, *irritare Crabrones.* Qui autem malum ſibi fabricat Σφηκίαν ἐξεγείρειν καθ' ἑαυτῶν dicitur, vt inquit Euſtathius. Id eſt examen Veſparum (vt Liuius loquitur) ſibi irritat. Xenophon indicat vnde natum ſit, nimirum eximere Veſpas ex antris ſuis. Ὁρᾶς δ' ἔγωγ' ἔφη καὶ ὁπόσοι Σφῆκας ἐξαίρειν βούλονται. ἐὰν μὲν οὖν θέωσι τὸς Σφῆκας πειρῶντες θηρᾶν, ὑπὸ πολλῶν τυπτόμενοι. Et ego, inquit, video etiam eos, quicuuque Veſpas accipere volunt, ſiquidem euolantes conentur venari, à multis feriri Veſpis. Inuenio & apud Ariſtophanem in Lyſiſtrata (nam hoc titulo commœdia quædam inſcripta reperitur) σφηκίαν ἐρεπίζειν, quod idem cum ſuperiori ſignificat.

Ἢν μή τις ὥσπερ σφηκίαν βλίπῃ με κ' ἐρεπίζῃ
Niſi quis, vt veſparium fraudet me, ſtimuletq;

a *Can. 43. Stan. 47.*

Eodem quoque *a* Arioſtus vſus eſt prouerbio hoc verſu:

Mal conſiglio ti die Meliſſa in vero
Che d' attizar le Veſpe ti propoſe.

Σφὴξ βομβῶν τε πάγος ἀνάπαυσον. Id eſt,
Scilicet obſtrepitans argutæ Veſpa cicadæ:

Veſpa Cicadæ obſtrepit.

Apud Theocritum eſt, in Hodœporis Nam his verſibus contemnit quidam paſtor paſtorem à quo prouocatur. Conuenit in eum, qui cum impotentiot ſit, potentiorẽ adoritur, aut qui certat longe impar cum ſuperiore Aut qui negotium faceſcit longe ſe præſtantioribus. Quod genus eſt illud, *Catulus Leonem adlatrans.* Nam ſonus, aut ſuſurrus Veſparum à Cicadarum ſtrepitu obſcuratur, vnde Theocritus:

Catulus Leonem adlatrans.

———*Dulciſonam contriſtat Veſpa Cicadam*

,, *Veſparum examen metuit Phrinychus, veluti galliis gallinaceus.* quadrat in eos, qui damnum patiuntur. Cum enim Phrynicus tragicus Mileti captiuitatem ageret, Athenienſes metuentem perhorreſcentemque eiecerunt. *Conuenit, vt Veſpis,* prouerbii loco citatur ab *b* Adriano Turnebo ex Probæ Falconis verſibus. Eius verba ſunt hæc. Tranſgredior ad Probæ carmen, in quo prouerbiale eſt, ,, conuenit vt Veſpis. Veſpæ enim prorſus latibulis ſuis veluti con- ,, iuratæ magno conſenſu dimicant; petunt prope accedentes, & ,, aculeis fodiunt. Suſpicor autem, vt in templo concordiæ fuerit ,, nidus ciconiarum, ſic in fano monetæ fuiſſe examen Veſparum; ,, carmen ſubſcribam.

Conuenir vt Veſpis.

b *Aduer. Lib. 4.*

Conuenit vt Veſpis, quarum domus arca moneta
Turbat, agens ſtrictu per lutea corpora telis

Hos autem verſus Sulpitiæ eſſe antea diximus; idque ex quorundam ſententia.

VSVS IN MEDICINA & aliis.

Lib 30. ap. 11.

PSeudoſphecem vocant Veſpam, quæ ſingularis volitat, apud *a* Plinium; hanc ſiniſtra manu apprehenſam ſubnectunt. Alii

A vero quam quis eo anno viderit primam: Laudant quidam hoc contra quartanas. Sed eandem facultatem *b* Iohannes Vrſinus, in eo carmine, quo proprietates veſparum complexus eſt, omnibus Veſpis in genere aſſignat. ita euim canit.

b *Li. de Priet. Ani.*

Nil præter bombos, & equum iactare parentem
Si nequeo,, cogor cedere Muſca tibi.
Sunt qui me credunt Scorpis depellere virus:
Imo is fert telis tela ſiniſtra meis.
Sola volans vel tuſſa prior procul arceo febrem
Quartanam læua ſim modo capta manu.
Sed nondum valuit noſtro medicamine quiſquam.
Iure igitur cogor cedere Muſca tibi.

Aquæ Veſpatum vis

Fit & aqua ex Veſpis, quæ miras habet virtutes tumores faciendi abſque dolore. de qua *c* Mizaldus hunc in modum loquitur. Si quis aqua deſtillationis, vel decoctionis Crabronum aut Veſparum cutem alicuius attigerit, ſic intumeſcet locus: vt hydropis, aut veneni, magnæve alicuius ægritudinis ſuſpicionem ingerat, ſed abſque dolore. Remedio eſt Theriaca pota, vel loco illita. Hac fraude meritriculæ quædam geſtationem vteri, etiam apud circumſpectos & cautos, artificioſe mentiri ſolent: & ſuam miſeriam credulæ plebi falſo atteſtari, qui ſtipem vicatim emendicãt.

Mem. cõt. 7.

B

REMEDIA CONTRA ICTVS

QVas noxas Apibus ac fructibus inferre ſoleant eſt à nobis dictum ſuperius: item quam dolorifica vulnera infligant hominibus. Itaque ſequitur vt quæ erga earum ictus adferri poſſunt auxilia, breuiter perſtringamus. cum enim de his abunde à multis ſcriptoribus ſit tractatum, iis præcipue, qui de veneuis integra volumina edidere; cumq; etiam nos in capite de Apibus multa dixerimus, quæ huc transferri merito poſſint, viſus ſum de his hic breuius agere. Quam noxius, & pernitioſus ſit Veſparum aculeus, nobis *a* Pharſalitæ confiteri queunt, nempe quos à Veſpis eiectos eſſe commemorant, nou aliter quam Rhœtienſes à Scolopendris. Refert *b* Franciſcus de Roſiers, quendam in Gallia cum ligna cæderet, ſub Smaragdi Rauenuatis Exarchi temporibus, tam acriter à Veſpis punctum, & infeſtatum fuiſſe, vt biennio inſaniuerit, habitúque religionis ſe prophetam, deinde magum dictitarit, qui populi furore diſcerptus eſt Propterea cum inimico alicui male vt ſit exoptamus, Veſparum & Apum aculeos imprecamur. Vnde Arioſtus.

Aelia. lib. 11. cap. 28.

Hiſt. anim. b *To. 3 ſtem. Lothar. & Bar. Duci*

Ma non gli dir oltraggio, ò t' apparechia
Cento vdirne per vno, & chi ti pungi
Piu che punger non ſuol Veſpa, ne Pecchia.

C

Veſpæ quæ venenoſiorem ictum faciant.

Ceterum num Veſparum aculeus venenoſus exiſtat, diſquiſitione dignum non videtur, cunctis id ſcriptoribus affirmantibus. Sed nunquid idem cunctis Veſparum generibus venenum in aculeis inſit, iure dubitari poteſt. Sunt autem quædam inter maiora feraque, quæ maiorem veneni vim aculeis ſuis continent, ſunt quæ cum ſerpentes comederunt ictus perniciofiores faciunt, aut in hos ſuos aculeos infigentes; eos lethaliori veneno imbuant: ſunt itidem quæ in aliis regionibus venenoſiores, quam in noſtris ſunt, vt quas in Neceſia inſula reperiri ſcribit Ortelius, quarum punctio vſque adeo eſt peſtifer, vt mortem adferat. Contra quas itaque non deſunt remedia veterum, quibus nos ab eiuſmodi periculis præſeruare poſſimus. Sed hoc Scorpionum ictu præſtari inutile hic mihi videtur, *c* vt referatur; cum nullus tantæ vnquam ſit amentiæ, qui ſe à Scorpionibus pungi patiatur, vt à Veſparum aculeis immunis eſſe poſſit. Nam mitiora iocundioraque nobis exiſtunt, vt ſunt althea, malua, oleum. ait enim *d* Vincentius, ei non appropinquare Veſpas, qui ex althea, vel ſucco maluæ, & oleo vnctus ſit, & Ruelliusiu Hiſtoria Plantarum à Veſpis non ici ſcribit, ſilueſtris maluæ ſucco peruncrum. Illæſum quoque actum permanere vult *e* Ætius Eruca, ſiue Brucho, his verbis. Qui ab Apibus, aut Veſpis illæſus permanere velit, eum maluæ folia cum oleo illita aut Eruca, ſiue Bruchus cum oleo aſſeruabũr.“ Nec Veſpæ, nec Muſcæ attingunt eum, qui vnctus eſt melle, & “ lapidem Heraelium ſecum habet, vt ſcribit *f* Albertus Maguus. Venenum autem id, quod in Veſparum aculeis eſt, æſtimare quis poſſet frigido eſſe temperamento, propterea, quod quidam aduerſus earum ictus calida præſidia præſcripſerint, cum longe aliter ſe res habeat Non enim hæc calida remedia virus depelluntratione temperamenti, ſed proprietatis, quam contra hoc virus obtinent. Calidum vero eſſe, & authoritates, & rationes conuincunt. *g* Ardoinus ait tam Apis, quam Veſpæ venenum eſſe calidũ, vtraſque etiam totas eodem eſſe temperamento. ſed Veſparum quam Apum venenum eſſe calidius, videor poſſe ex eo coniecturare, quod (quamuis fere omnia eadem accidentia, quæ Apum ictibus conſequuntur Veſparum quoque adſint) maiora multo grauioraque hæc ſymptomata in Veſparum morſibus exiſtant. Id *h* Aetius confirmat his verbis. Hos qui ab Apibus punguntur,“ dolor ictus ſequitur, & rubor loci, cũ tumore partium in ambitu ſitarum: ſtimulus autem omnino in percuſſo loco inuenitur. Eadem etiam quos Veſpa pupugir, concomitantur, ſed intentiora: “ Verum ſtimulum Veſpa in percuſſo loco non relinquit. Quibus “ certe multo ſæuiora ſymptomata addidit loco citato Ardonyus, “ cuius verba (nam diſtinctius hac de re ſcripſit pleniuſque quam alius quiſpiam) non grauabor apponere. Accidentia, inquit, morſus tam Apis, quam Veſpæ conſequentia ſunt ſimilia. Verum ſæuiora ſunt accidentia conſequentia morſus Veſparum

A Veſparũ ictibus vt præſeruemur.

c *Pli. li. 28. c. 3.*

d *Lib. 21. c. 179.*

e *Tetrab. 4. ſer. 1. c. 11.*

Temperamentum veneni Veſparum.

f *Lib. 2. de Lapid.*

g *Lib. 8. de vene. c. 11.*

h *Lib. 1. Tetrab 4 c. 11*

D

E

præcipue

,,præcipue citrinarum, præsertim in calfaciendo, & Vesparum magnarum habentia capita nigra, & aculeos plurimos Accidentia namque morsus Apum, & Vespàrum consequentia sunt, dolor, rubedo, apostema videlicet in locis morsuum. accidit tamen quandoque ad morsus Vesparum magnarum spasmus, debilitas genuum, & quandoque mors. Et similiter quoque accidunt ad morsus quorundam Vesparum paruarum malarum vesicæ in circuitu punctura, & grauedo linguæ. Huc vsque Ardoinus, qui ibidem prolixius horum accidentium caussas subnectens, omnes fere ad veneni calorem intensum refert. Itaque cognito ex prædictis accidentibus Vesparum morsu, si curari velimus, considerandum est, num aculeus in vulnere relictus sit: quod tamen rarissime accidit. solidius enim ac firmius Vesparum aculeus, quam Apum, ligamentum sortitus est. Relictus igitur è vulnere extrahendus est: quod aut manu, aut medicamento fieri solet, vt cinere, oleo, & fermento simul mixtis, & impositis; postea fugendus locus, aut ea medicamenta applicari conuenit, quæ virus extrahendi facultatem habent qualia plurima sunt ab antiquis celebrata, Laudat præcipue *i* Dioscorides maluam hortensem illitam: item lauri folia trita, & illita, satuream, sysimbrij quoque folia imposita: sal cum seuo vitulino adhibitum *k* Plinius salem ex aceto illitum commendat. *l* alibi præsentissimum remedium ait esse melissophyllum, *m* Althæam, item merum & folia ibisci *n* Rutam quoq; extollit ad Vesparum aculeos, si folia trita, vel commanducata imponantur cum melle, & sale, vel cum aceto, & pice decocta. Galenus libro de simplicibus ad Paternianum. sisimbrium collaudat eiusque semen potatum, & lib. de Simplicium decimo capite de stercore bouis, stercora boum ratione attractiuæ facultatis. & *o* alibi ad eosdem centauream minorem. *p* Iohannes Serapio præscribit emplastrum ex basiliconis fluuiatilis folijs cum aceto tritis confectum: item ex mercurialis, mandragoræ folijs, cum farina hordei: conferre quoque muscum qui in cisternis & aqua inuenitur, scribit, cum aceto tamen illitum. Cæteri quoque Arabes plurima alia commemorant; vt lenticulam palustrem, cum butyro recenti aut capitibus Muscatum illitam, succum citrulli, folia carubiæ arboris recentis, sampsuchum, lutum cum aceto, bolum Armenum, calamentham, taraxacon, niuem, caphuram cum aqua rosacea, Muscas recentes illitas, & infinita alia, quæ si omnia hic recenserentur, fastidium nauseamque pariendo, lectorem à sedula lectione deterrerent Ex recentioribus sunt, qui affirmant Vespas tritas, & suis morsibus impositas prodesse non aliter quam Scorpiones His alij quoq; conuenire aiunt asparragum cum melle illitum, aut sesamum cum posca, aut momordicæ oleum inunctum, aut ferrum, in quo strombi conchylij imago exsculpta fuerit loco affecto superimpositum. Alij dolorem leniri aiunt morsumque mitescere bufonis lapide; ac ne vestigia relinquantur, in loco icto statim ferrum adigi oportere At vero grauioribus malis superuenientibus, qualia supetuenire aliquando Ardoinus asseuerat, nil tutius est quam cor corroborare, ne veneno assiliatur: aut ab ingenti dolore in consensum trahatur. idque commodissime præstari aiunt folijs teneris ipsius lauri, si ad drachmas duas bibantur ex vino adstringente Ego præ cæteris quæ præscribi possunt ipsam Theriacam tanquam ad id præstantissimam laudarim.

Curatio ictus Vesparum.

i Li.2.c.42.
k Li.31.c.9.
l Li.20.c.20
m Ibid.c.21
n Li.20.c.13.
Medicamẽtorũ facultatibus.
o Li. de Cẽtaurea virtute ad Papiam.
p Breuiarij c. de punct. Apum & Vesp.
Vespę suos ictus curãt impositæ.

CAPVT VII.

DE CRABRONIBVS.

QVi Crabrones inter Vesparum species retulerunt, nimis ampla profecto nominis Vespæ significatione vsi sunt, ac more Grammaticorum diuersas rerum appellationes mirum in modum confuderunt; similitudinis alicuius, non autem discriminis habita ratione. Haud eo inficias paruam inter hæc duo (quod ad viuendi legem moresque, atque ortus, & generationis modum attinet) differentiam existere; tantum tamen in cæteris, vt in corpore discriminis interesse arbitror, quantum satis est ad diuersum à Vespis genus constituendum. Propterea de Crabronibus in hoc particulari capite agere instituì, Aristotelem aliosque non infimæ famæ viros imitatus, qui separatim proprioque capite de iisdem tractauerunt.

Vespæ & Crabronis similitudo.

SYNONYMA.

צרעה Tziteha Crabro, Vespa exponitur in Dictionario Syrochaldaico צרצה inquit Sanctes Pagninus est nomen reptilis alati percutientis oculos, & venenum infundentis, & occidentis secundum Rab. Dau. in libro Rad &. Rab. Selom in commento Exod. 23. quod in. Haruch exponitur Apis aut Vespa, Hieronym. Crabronem vertit. Exod. 23 v. 28. Et mittam את הצרעה Crabronem autem expellet Chiuæum &c. Crabro forte Zambor Serapionis apud Ardoynum de Venenis. In Glossario veteri Crabro Σφὴξ Græcè dicitur: proprium tamen nomen ἀνθρήνη est, quo vsus est Aristoteles. Suidas scribit Ἀνθρώνη esse genus Vespæ, sed poetas abuti pro Ape. Hesychius ait genus esse Apis. Crabrones putat *a* Isiodorus à eabo, id est caballo vocatos quod ex his creentur. Sicut autem, inquit, Crabrones nascuntur de equorum carnibus putridis, ita ex ijs iterum sæpe nascuntur Scarabei, vnde & cognominati sunt, Pulchrius de huius vocabuli etymo. *b* Iosephus Scaliger; à Craceo, inquit, Craber, qui postea Crabro, Σφὴξ

Zambor.
Σφὴξ.
Ἀνθρήνη.
a Lib.12. Crabrò vnde dictus.
b In Com. Var. de ling. lat.

A Cracere significat gracilem esse Ennio; & Σφηκώδης graciles dicuntur apud veteres comicos. Pro Crabrones apud Ouidium in aliquibus codicibus legebatur Scrabronis: sed ertatum esse à librarijs commissum, scriptam reliquit doctissimus vir Hercules Schioffanus in suis eruditissimis ad Ouidij Metamorphosim commentarijs. purat tamen, sed falso Andreas Placus in lexico Biblico Scrabronem Vetmem esse, qui nascitur de carnibus equorum putridis Germaniceque dici eyn Pfertzvvubel: Crabronem autem sine S. Insecti genus esse affine Vespis, & Oestris pertinacissimum, aculeoq; pestilentissimo Italis Calauton, Crabrone, Scarasson quibusdam, quod nomen Scarabeo potius conuenire videtur, qui vulgo Italice Scarafazzo dicitur. Galauron Bononiensib, Gallis Frelons, Froisons, & Froulons, Hispanis Tauatro. Germanis eyn hurnauss; hermuss; horlitss, Belgis een Horsele. Polonis Szerszenie Hvngaris lo daras, Anglis Hornettes, ô grat Waspes. Indis Orientalibus Barattæ, vt testatur Hugo Lanschottus in Nauigatioue in Iudiam Orientalem

Cracere quid.
Σφηκώδης Andreę Placi error.
c Cap.45.

DESCRIPTIO. GENVS differentia.

B MVlto maiores corpore sunt, Crabrones, quam Apes aut Vespæ Autores sunt, qui de India Orientali scripsetunt, in ijs regionibus bis Apes magnitudinem superare. Eadem quoque nostratibus magnitudo est Albertus Magnus ait Plinium Crabrones vocare Vespas maxime citrinas, aculeos fortissimos habentes, ita vt veneno equi pullos interficiant, cum pungunt, oculosque habere post succinctorium mel ceramque inutilem facere. Cum vero in genere Apum careant aculeo & Fuci, & reges, atque etiam Vesparum nonnullæ ἀκεντρόι sint, vt ante dictum est, Crabrones tamen omnes aculeo armari putat *a* Aristoteles; sed de eorum duce considerandum esse, an habeant aculeum Est Phalaugij quoddam genus cæruleum lanugine nigra, quod caliginem & vomitus araneosos concitare, ait *b* Plinius, pennaq. tantum à Crabrone differre. Porro inter Vespam & Crabronem hoc interesse videtur Crabro quod maior multo sit, etiam aluum minus habet gracilem, cuius pars ea, quæ cum tenui ligamento thoraci annectitur, latior est multo veluti in Apibus; itemque thorax cõpactior. Veteres vnici tantum genetis, quod sciam meminerunt. Quamuis enim *c* Plinius scribat: Aliorum qui mitiores videntur duo genera, opifices minores corpore, qui moriuntur hyeme, mattes qui biennio durant, id non de Crabronibus, sed de Vespis dici, multi ex autoritate *d* Aristotelis affirmant nam hic ea omnia, quæ à Plinio Crabronibus adscribuntur, de Vespis separatim quã apertissime scripsit. Vnde aliqui in Plinio. pro aliorum legunt Vesparum, vt hos vtrosq; grauissimos autores eiusdem sententiæ faciant. Meminit *e* Hermolaus Barbarus bestiæ cuiusdam Tenthredou vocatæ, deque eo dixisse Aristotelem: quod inter Crabrones viueret. nihilominus corrupte ibidem apud Aristotelem legi putat Tenthredon pro Anthredon quod Crabronem Græcis significat. Habes hic Crabronis iconem. Totus ferme flaui coloris est ad castaneum vergentis: aluo crassa, nunc nigro nunc flauo distincta Oculi nigricant, antennæ proceræ sunt, caput magnum, alæ item maguæ totam contegentes aluum. Pedes crassi, subflaui.

Crabrones omnes aculeati.
a Li.9. Hist. cap. 42.
Phalangiũ Crabroni simile.
b Li.29.c.4.
Genus Crabronum vnicum.
c Li.11.c.21
d L. 9 Hist. c. 42.
Corol. In Diosc.
Tenthredõ

SEDES, LOCVS.

D FAciunt sibi fauos sub terra Crabrones, tetramq; egerunt, & excauant, non aliter quam Formicæ. Si vero dux eorum ab alueo aberret, aut perdatur, ad aliquam arborem se colligunt, & ibi fauos facinnt. Quod Arist autoritate confirmatur, *a* qui lib. de Animal. Historia ita inquit. Crabrones & Vespæ, si duce amisso aberrauerint, fauos suæ proli constituunt in sublimi & foraminib.: Crabrones in sublimi, Vespæ foraminibus. sed si habeant ducem sub terra nidificant. *b* Plinius ait; Crabrones sylueftres in arborum cauernis degere, hyeme vt cætera Insecta condiri, vitam bimatum non transire Videtur autem Plinius clarius hic loqui, quod antea obscurius *c* dixerat, nimirum Crabrones in cauernis degere & sub terra nidos facere. nam hoc loco anceps sum, vtrum cauernas arborum intelligat, quando dicit in cauernis degere, an vero cauernas sub terra, in quibus profectò se condere solent. cum hyems & brumalis aura imminet. propterea que disputat eleganter Georgius Agricola, num subternanea animalia merito dici possint, tandemque negat productis rationibus a similium animalium natura, quæ propter ingens frigus, aut æstiuum solis æstum sub terræ specubus se recipiunt, temperatis vero temporibus in aere viuunt. Sed in arborum cauernis Crabrones habitare, videtur quodammodo nobis poetico suo eligantique stylo *d* Ouidius in uisse in iocosa illa fabula, in qua cum retulisset Bacchum mellis inuentorem concomitatum à Satyris fuisse, hosque mel gustasse, eiusq; dulcedine allectos idipsum quæsijsse, tandem ait, vnum inter hos senem fuisse Silenum nomine, qui apud vlmum examinis stridorem animaduertens, ac arbitratus Apum esse, applicansque asellum cui insidebat arbori, eam ascendit, nidumq; Crabronum offendit, qui hunc senem aculeis suis mirum in modum exceperunt: ita canit.

Sub terra ne an in sublimi nidificent Crabrones.
a Li.5.c.23.
b Li.11.c.21
c Ibidem.
An subterranea animalia sint.
d Fast.
In vlmo inventi Crabrones.

Vt Satyri, leniq; senex tetigere saporem,
Quærebant flauos per nemus omne fauos
Audit in exesa stridorem examinis vlmo
Aspicit, & cælat, dissimulatq; senex.

Vtq; piget pandi tergo reſidebat aſelli,
Applicat hunc vlmo corticibuſq; cauis.
Conſtitit ipſe ſuper ramoſo ſtipite nixus,
Atq; auide trunco condita mella petit.
Millia Crabronum coeunt, vt vertice nudo
Spicula defigunt oraq; prima notant.

Crabronũ ingens in India multitudo.

Præterea ego in agello meo Crabrones in arboris (quercus) cauo nidum habuiſſe obſeruaui ſupetioribus annis. Qui de vtraque India hiſtorias conſcripſetunt, aſſerunt ibidem ingentem Crabronum multitudinem eſſe, & inſula Spagnola dicta, Crabrones quoque ſub terra nidificare, quemadmodum de noſtris ſcripſit Plinius.

VICTVS. DAMNA.

a L. 5. Hiſt. Cibus Crabronũ qualis. Muſcas venantur Crabrones Fructus dulces appetunt. ὀπώρα γλυκεῖα quid apud Græcos & Ariſtotelẽ. b L. 31. c. 21. Veſpæ in India cibaria lipuida petunt.

NOn autem cibum more Apium in fauis recondunt per hyemem, ſed vt ait *a* Ariſtoteles, ieiuni eo tempore latent, multique moriuntur: au vero omnes incertum eſt. Quo autem cibo vtantur nobis ibidem ſcriptum reliquit Ariſtoteles his verbis. ,, Crabrones non floribus, vt Apes, ſed carne magna parte viuunt. vnde fit vt verſari vel in ſtercore ſæpe ſoleant. Venantur etiã Mu- ,, ſcas maiuſculas, quas vbi ceperint abſciſſo capite, reliquũ cor- B ,, pus geſtantes auolant. Sed pomum etiam dulcem appetunt per ,, pomum vero dulcem intelligit hic Ariſtoteles fructus dulciores autumnales, qui molli cortice veſtiuntur, quos Græci ὀπώρας γλυκείας vocant. Vuas enim corrodore iiſque delectari ex eo fit manifeſtum, quod autumni præſertim tempore plurimi interdum circa vites inueniantur. Obſeruandum præterea eſt in ſupra citato Ariſtotelis loco, vbi dicit venari Muſcas grandiuſculas, de Veſpis id dicere *b* Plinium. Sed Veſpæ, inquit, Muſcas grandiores venantur, & amputato iis capite reliquum corpus auferunt. In India certe perniciouſum genus Crabronum eſt, cibique magis quam noſtrum auidum. nam oleum, butyrum, cunctaque alia cibaria liquida inuadit, nihil abſconditum, nil opertum tenetur, penetrat cuncta, imo vero ipſa linteamina notis liturisque deturpat, commaculatque adhærentibus ouis lenta quadam tenacitate. Itaque non aliter quam Formicæ inter Iudiæ mala, connumeratur. Præterea omnes carne veſci, tum de Crabronibus, tum de Veſpis à Plinio dictum eſt, Apibus nullum corpus attingentibus. Atqui quænam detrimenta adferre & quibus ſoleant, cum de iis nobis incidit ſermo, dicendum pluribus. Apes cum plurium animalium inſidiis obnoxiæ, tum maxime Crabronum. nam hi quoque à poe-

Apibus noxii Crabrones.

c 4. Georg. C tarum principe *c* Marone inter ea animalia recenſentur, quæ noxam aut damnum Apibus inferre ſolent, ita inquit.

Non ſæpe fauos ignotus adedit
Stellio? lucifugis congeſta cubilia Blattis.
Immaniſq; ſedens paliena ad pabula Fucus,
Aut aſper Crabro imparibus ſe immiſcuit armis.

Itaque ſumma diligentia adhibenda eſt, diligenſque cuſtodia, ne obſidiis horum inſidioſorum animalculorum diripiantur, quod nobis quoque præcepit *d* Columella ita inquiens. Sed inter Cani- ,, culæ & Arcturi ortum cauendũ etit, ne Apes intercipiantur vio- ,, lentia Crabronum, qui ante alueatia pletunque obſidiantur prodeuntibus. Vt autem probem iuuencos à Crabronibus infeſtari, ad Ouidium me conferam, qui cum Dædalionis in fugiendo celeritatem cum iuuencorum a Crabronibus punctorum celeri curſu compararet, idipſum innuiſſe videtur. Nam cum Dædalion Dianæ infenſus eſſet ob mortem filiæ ſeſeque vellet de alto præcipitare, ad verticem Petnaſſi,

d Lib. 5. de Re Ruſt.

Iuuencis infeſti. e Metamor. 11.

Concita membra fuga mandat: ſimiliſq; iuuenco
Spicula Crabronum preſſa ceruice gerenti
Qua via nulla ruit.

ORTVS. GENERATIO.

Ex equis naſci Crabrones.

QVemadmodum ex bobus ſiue tauris Apes, ex equis Veſpæ, ita quoque Crabrones ex cuiuſdam animalis putredine naſci dicuntur, ſiue id equus ſit ſiue aſinus, ſiue quoduis aliud animal. Multi enim opinantur illud Nicandri ſiue alterius cuiuſuis autoris carmen.

Ἵπποι μὲν Σφηκῶν γένεσις πτῦες δὲ Μελισσῶν.

id eſt.

Nam quia equi Veſpas generant, examina tauri.

tam de Crabronibus quam de Veſpis dictum eſſe. nam ex mortuis a L. 11. c. 20 ,, equis Veſpas & Crabrones oriri ſcribit ex quorundã autoritate ,, *a* Plinius, his verbis. In totum vero (tradunt Apes) amiſſas reparari, ventribus bubulis recentibus cum fimo obrutis: Virgilius ,, iuuencorum corpore exanimato, ſicut equorum Veſpas atque Crabrones, ſicut aſinorum Scarabeos, mutante natura ex aliis quædam in alia. Sunt rurſus alii, qui affirmant, ex Aſini cerebro Crabrones naſci: & Conſtantinus Landus libro de Nummiſmatibus veterum ex Plutarcho tradit ex bobus Apes, ex equis Fucos, ex Aſinis Crabrones generari. vtcumque ſit, conſtat plurimorum b Metamor. veterum ſententia, quod vt ait *b* Naſo,

15.

Preſſus humor bellator equus Crabronis origo eſt.

Hinc hallucinari quidem Seruium exiſtimant, quod in primo Aeneidos libro hæc verba ponat. Proprietamen Apes vocantur ortæ de bobus; Fuci de equis; Crabrones de mulis, Veſpæ de Aſinis cum quo eruditus quoque Paulus Matſus Picenas in ſuis ad Naſconis Faſtorũ libros Commentariis, deceptus eſt, qui eadem cum Setuio aſſeruit. Quomodo aũt per coitum propagentur, audi

Ex coitu generari Crabrones

A *c* Ariſtotelem ita loquentem. Quod, inquit, ad generationẽ co- " c de Gen. " gnatorum iis (Apibus) animalium pertinet, vt Crabronum, Ve- " cap. 10. " ſparumque, ſimilis quodammodo ratio eſt: ſed defuit his locu- " " ples naturæ dotatio merito. Nihil enim, vt Apum genus habent " " diuinitatis. Generant quippe matrices vocatas, primoſq; fauos " " confingunt. Geneatione vero cocundo inter ſe funguntur. Vi- " " ſus eſt enim ſæpe eorum coitus. Fœturam autem Apum modo " Fœtus " inſtillant ad latus cellularum fauí, & parietibus admouent. Sed Crabronũ " quemadmodum Veſparum fœtus, ita quoque Crabronum haud qualis & " eſt æqualis. nam aliis cellis grandiuſculus ineſt, vt queat volare, quomodo " aliis nympha, aliis adhuc Vermiculus. Excrementum Vermicu- " fuit. " lis tantum, vt & in Apum genere eſt Nam, vt ait *d* Ariſtoteles, d 5 Hiſt. c. " Apum & Crabronũ & Veſparum Vermes, quamdiu recentes ſunt, 19. " tantiſper & ſtercus emittere videntur: at cum formæ lineamenta receperint, ſub qua facie Nymphæ appellantur, iam neque cibum præterea capiunt, neque vllum reddunt alui excrementum, ſed coerciti & contracti quieſcunt, nec vllo pacto mouere ſe patiuntur, vſque dum ſpecies deſtinata perficiatur, quo pacto euolat proles rupto quo continebatur folliculo. Cæterum quod fœtus " inæqualis ſit à *e* Plinio quoque traditur. Fœtus (inquit tam de e Lib. 11. " Crabronibus, quã de Veſpis) ipſe inæqualis eſt, & barbarus (alii " cap. 21. " legunt, vt barbaris) alius euolat, alius in Nympha eſt, alius in " Mel in " Vermiculo. Et autumno, non Vere omnia ea. Plenilunio maxi- B Crabronũ " me creſcunt, Mellis quoque paululum quantum gutta, in cellis " cellis. " Crabronum è regione parari ſcribit *f* Ariſtoteles, Schadoneſque f Lib. 5. " huius generis non vere, ſed autumno fieri, creſcereque pluri- Hiſt. c. 23. " mum plenilunio.

NIDVS EIVSQVE DESCRIPTIO.

Nidi ptimi à me obſeruati deſcriptio

CRabronum fauus, qui apud Suidam ἀνθρήνιον vocatur, plurimis conſtat cellulis continuis, iisque ſexangulis, non aliter quam Apum aut Veſpatum, quæ conſtructæ ſunt ex materia quadam corticea, & membranoſa. Longe tamen latior fauus Crabronum, quam Veſparum eſt, vt ait Ariſtoteles. Ego vero quomodo hic ſe habeat nidus aliquoties conſideraui, ſimilemque fere Veſparum, quæ ex tabulatis ſiue orbibus ſuum conſtruxerunt, ſemper comperi; vnico vero orbe nunquam animaduerti. Porro cum Crabronum nidis maiores ſint cellulæ, facile à Veſparum diſcerni poſſunt. Inueniuntur autem quinis, aut ſenis, vt plurimum ſex ordinibus ſeu tabulatis conſtructi, cuius modi is erat, quem agricola meus, cum quercum per medium ſerra diuideret, offendit; C cuius cacumen in ſuperna trunci caui parte ſitum, tecti loco fungebatur, ſubſtantia membranea betulæ mediano cortici ſimili, quam ex populi nigræ, & ſalicis ligno putrilaginoſo, ac puluerulento ab exedente carie, humore glutinoſo iis peculiari, compingere dicuntur; nec ea contigua, & ſolida eſt, vnica veluti membrana conſtans; ſed pluribus, ita vt lamellæ plures ſibi mutuo adhærentes videãtur in eo quod inter ipſas intercedebat interſtitio, rotundos quoſdam ductus canalium modo ſeu fiſtularum continua id fundum ſeu vltimum orbem via, effingerant, per quos ſuperinæ deorſum ferri poſſent. in fundo autem cortex, quo totus alueus circumueſtitur. patulo aditu dehiſcebat, vt pote per quem aluei penetralia ſubeuntes, ad ſingula tabulata adſcendunt. inerant enim & ſingulis tabulatis ſua foramina ſatis ampla, per quæ in ſingulas cellas ſingulæ ſe recipere poterant. Obſeruauimus quoque alueum tam prudenter ab his fuiſſe conditum, quam ab aliis quibuſuis, aut Apibus, aut Veſpis, nam ſuperna arboris caui parte vno latere, in quod non nihil parte ſuperiore reclinabat ſuſpenſus erat, eo ſitu, vt cellularum oſcula deorſum propen- D dentia fundum antri arborei ſpectarent, & Crabrones, ac eorum Nymphæ, & Vermiculi capite deorſum tanquam ruituræ condetentur. nec id aliam ob cauſam, quam vt ab omni aeris iniuria, & quæ deſuper in ea arbore incidere poterant, pluuia aliiſque vtpote adrepentibus tutiores eſſent. nam ſi cellulæ ea parte, qua patent, cælum ſpectaſſent, magnis certe incommodis obuoxii fuiſſent. Singula autem tabulata eiuſdem erant materiæ, cuius cortex extetior, verſicoloribus lineis, albis dico & ferrugineis, tanquam ſegmentis interſtinctæ. Repetiuntur nonnulli quoque al- Nidi alte- uei Crabronum maiores multo quam prædicti, & ſeptem tabula- rius de- tis exornati, eiuſmodi ruri meo in tecto reperi trabi appenſum, ſcriptio. altitudine duorum dodrantum circumferentia quinque iiſdem lineis cum ſuperiori eminentibus albis & ferrugineis, tabulatis rotundis tanquam orbibus, cellulis plenis, digitum tranſuerſum altis, quæ digitorum duorum latitudine à ſe inuicem diſtabant, ad facilem ſingulis ingreſſum; hæc columnis optimæ erant fulta. in ſuperiori huius nidi parte foramina erant maiora, in quibus parentes degebant, in inferiori minora, in quibus filii. Eius figuram hic cum ſuperiori coniunxi.

NATVRA. MORES.

Crabronibus eſſe duces,

CVm plantarum agreſtium natura Crabrones optime conueniunt. nam vt hæ ſuis natalibus fruentes ac terris, quæ cuiuſq; naturæ conueniunt ad vitæ ſuę principia conſeruãda nullius cura egent: ita quoque Crabrones, cum nunquam manſueſcant, curam reſpuunt. Porro duces more Apum habent (vt teſtatur a Ariſtoteles) qui proportione ad Crabrones maiores ſunt quam Veſparum ad Veſpas, & Apum ad Apes. cui apertiſſime contradicit *b* Plinius his verbis. Nec Crabronum, nec Veſparum

a Li. 6. Hiſt. c. 42.
b L. 11. c. 21.

generi

generi reges aut examina; sed subinde renouatur multitudo sobole. Duces autem non plures vno sunt singulis eorum examinibus; inter Apes vero plures gignuntur, qui examina distrahunt: Cum autem Crabrones, aliqui suo abertatint alueo, colligunt se (vt tradit *c* Aristoteles) in aliquam arborem, ibique fauos conficiunt, qui vel sæpe conspicui apparent: in quibus vnum procreant ducem, qui cum adoleuerit, agmen adducit, & secum in alueo collocat. Magna quoque inter has concordia, magna societas, magna confœderatio, communis opera, commune inter hos auxilium: atque hæc omnia laudabiliora multo in his, quam in Apibus existunt. His enim sua sunt examina, nam nouam sobolem, ad alias quærendas sedes, exire cogunt, illi vero nunquam. Missio enim (vt est „ apud Aristotelem) vt Apum nulla vel eorum (Crabrones intelli„ git) vel Vesparum fieri solet: sed qui subinde oriantur nouelli, „ ibidem manent, & alueum terra egesta faciunt ampliorem am„ plificant maiorem in modum, & iam ex valentiori quodam exa„ mine qualli tes & quatuor fauorum pleni excepti sunt Nec vero cibum ritu apum ibi recondunt, sed ieiuni lateut per hyemem, quo tempore plurimi moriuntur; an etiam omnes nondum certum est.

Dux vnus Crabronũ. Apum plures duces.

c L. 9. Hist. c. 42.

Gregales sunt magis Crabrones quam Apes.

ANTIPATHIA.

HAbent & Crabrones, cum quibus odium habent cum quibus amicitiam exercent. Vespis, vtpote quibus valde similes sunt, tum corpore ac viuendi modo, tum etiam ea natura, qua quibusdam animalculis repugnant, amici sunt. Ait enim *a* Plinius à Scorpionibus peteussos, à Crabronibus aut Vespis nonferiri, nec etiam qui pici Martii rostrum habeant. Noctua quoque iisdem contraria. Apes autem quemadmodum & Muscas non eo plane modo contrarias esse æstimandum est, sed potius quod vtrasq; in cibum venentur.

a L. 28. c. 3.

MORALIA. SYMBOLICA.

SVnt qui arbitrentur Platonem cum Crabronibus sophistas comparare, cum aculeo infixo discedunt. Id neutiquam credimus: nam Crabrones, vbi pupugerint aculeum in vulnere non relinquunt, sed retrahunt. Apum solummodo id proprium est, vbi icerint aculeum perdere, propterea que hanc Platonis comparationem in primo huius libri capite plenius persecuti sumus. At cur *a* in sacra scriptura promiserit dominus populo suo Israel, se cunctorum inimicorum terga versurum, emittens Crabrones prius qui fugabunt Heuæum, & Chananæum, & Hethæum antequam introeant, nec firma nec constans commentatorum est sententia. Nam Diodorus hoc loco per Crabrones putat intelligi opottere, non genus Insectorum homini alioqui infestissimum, ac cunctis iis qui id ipsum prouocando irritarunt; sed maxima quæque præsidia, tanquam sub patua nota, pronunciare. Nam Philonem Hebræum testari ait, Crabrones symbolum eius subsidii gerere, quod à Deo inopinum proficiscatur, & ab alto stringens aures, certum faciat ictum. Alii dicunt allegorice per Crabrones angelos accipi exitiales, qui Israelis partes tuerentur. Nec desunt qui ea ratione, qua ranas & Insecta congessit in Ægyptum, Crabrones quoque in Chananæos irritasse dominum opinentur. Vt inde incredibilis Dei potentia cognoscatur, qui tantulis aculeis hostes suos debellat.

a Exod. 23.

Cur Deus Crabrones Chananeis immiserit.

Crabrones angelos significare exitiales.

DENOMINATA.

ΑΝθηνοειδὴς Crabronis speciem habens eique similis, quo vocabulo Theophrastum vti vult autor Thesauri linguæ Græcæ, nec bene à *a* Gaza legi αὐθηνοειδὴς, i.e. floridum. Verba Theoph. sunt hæc. σὺ δὲ τῷ αὐθρεῖκῳ σωίσεται Σκάληξ, ὃς εἰς ἄλλο μεταβάλλει ζῶον πτηνὸν αὐθρωνοειδὴς, εἶθ' ὅταν ὁ αὐθρεῖκος αὐανθῇ ὀλοθίων ὑπέρτατον. Quæ ita traducenda. Vermis in albuco gignitur, qui in aliud animal volatile Crabronique simile figuratur: quod cum herba florere incipit, erosa statim operculo euolat.

a L. 7. c. 12.

INSOMNIA.

HOstium noeumenta aiunt protendi, si Crabrones insompio videantur; vnde Suidas citat, nescio ex quo.

Σφῆκες φαίνοις δυσμενῶν εἰσὶ βλάβας. Hoc est.

Crabrones visi sunt hostium nocumenta.

PROVERBIA.

IRritare *Crabrones*. Sosia apud *a* Plautum monet Amphitruonem ne irritet Crabrones: hoc est ne obiurgando Alcmenam suam vxorem iracundiorem reddat. Crabrones autem irritati, infestiores sæuioresque redduntur, cum sua natura sit Insecti genus pertinacissimum, aculeoque pestilentissimo. Vtitur eodem adagio D. Hieronymus in quadam epistola Idemque in eadem Comœdia elegantius planiusque mutata allegoria expressit Plautus.

a In Amph.

Baccha bacchanti si velis aduersarier,
Ex insana insaniorem facies, feriet sæpius;
Sin obsequaris vna te soluas plaga

Conuenit in mulierum ingenium, quibus iratis si repugnes, magis prouoces, neq; sine tuo malo discedas: aut quadrabit etiam in eos, qui quouis minimo peccato statim in iram prouocantur; & excandescunt.

Mulierum ingenium.

EPITHETA.

ASper Crabro à *a* Virgilio dictus, quod sit nigri coloris; aut viridis, vt vult Iulius Pomponius in Commentariis, quæ in poetam conscripsit; aut potius vt ego censeo, quod sua natura nimium sit iniquus, & nocens: in qua significatione sumitur & alibi à *b* Virgilio.

Asper, acerba sonans.

a 4. *Georg.*

b 3. *Georg.*

VSVS.

AQua decoctionis & destillationis Crabronum, cutem alterius si attigerit, sic intumescet locus, vt hydropis, aut veneni maguæ & perniciosæ alicuius bestiæ suspicatione in ingerat, sed absq; dolore. Remedio est Theriaca pota, vt ait Mizaldus Hac fraudmeretriculæ vteri gestationem mentiri solent, & mendici miserias suas fingere, quo plus pecuniæ à plebe credula accipiant Idem in Vespis dictum est.

Aqua Crabronum quid præstet.

CONTRA CRABRONVM ICTVS *remedia.*

CRabronis aculeus multo est nocentior, ac periculosior quam Vesparum Nam, vt ait *a* Plinius, Crabronum ictus haud temere sine febre est. Autores sunt tetanicis punctis interficiri hominem. Magis autem diebus canicularibus nocet eorum aculeus, quam alio quouis tempore, quod etiam semel de cæterorum aculeatorum ictibus dictum esto. Flagrante enim Syrio astro magis effera sunt, ac eorum venenum multo est acrius, ac potentius redditum, corpora autem hominum sicciora, & imbecilliota. Vnde non est mirum si eo tempore magis patiantur. Crabronum itaque ictus, vt curentur, erit considerandum, num plura sint vulnera quam vnum. Nam si frequenter pupugerint, erit metuenda febris animiq; deliquium, quæ accidentia, vt prohibeantur, opus erit aliqua interius antidoto sumpta, vt vis veneni à vitalibus partibus arceatur, qua nulla celebrior, quam ea quæ Theriaca appellatur, hãc sequitur Methridatium. Possunt & alia remedia ad id exhiberi, sed nulla prædictis præstantiora. Extetius autem applicari solent, quæ peculiari vi venenum extrahunt, aut oppugnant, vt sunt Dioscoride celebrata, fimus boum, saturea. Laudatur à quibusdam hominis sani, & ieiuni saliua. *b* Plinio probantur lauri folia viridia trita, & ictibus imposita, item rutæ, sisimbrii, sal item ex aceto, Ibiscum pastinacæ simile, quod quidam molochen agriam vocant, aliqui pistolochiam (Dalechampius esse putat elaphoboscum officinarum, & pastinacam pratensem hodie dici) huius folia, vt idem affirmat *c* Plinius, Apum, Vesparum ac Crabronum ictibus illita medentur. Probantur ad eos, & terra sigillata, & bolus Armenus, ac cæteræ fere omnes terræ, si modo lutosæ sint. Propterea *d* Ouidius Silenum, cum Crabronum fauos loco Apum in vlmi trunco reperisset, & ab iis grauiter esset vulneratus, fingit sociorum opem imploraſſe, Bacchumque limum Sileno monstrasse, vt eo faciem inungeret, non tam risus mouendi, quam etiam morsus sanandi gratia: versus autem poetæ quod peruenusti eligantesq; sint, hic subiungam.

Crabronis aculeus maxime venenosus

a L. 11. c. 21.

Aculeata Insecta quo tempore magis noceãt.

Venena quando peiora.

Interna remedia.

Theriacæ, & Methridatii vsus in ictibus Crabronũ, externa remedia.

b L. 31. c. 9.

c L. 20. c. 5.

d 3. Fast.

Millia Crabronum coeunt, & vertice nudo
Spicula defigunt, oraq; prima notant.
Ille cadit præceps, & calce feritur asselli:
Inclamat socios auxiliumq; rogat,
Concurrunt Satyri, turgentiaq; ora parentis
Rident, percusso claudicat ille genu.
Ridet & ipse Deus, limumq; inducere monstrat;
Hic paret monitis & linit ora luto.

Sunt & apud Arabes plurima alia remedia, quæ cum partim in precedenti capite, partim mira quadam vocum barbarie sint expressa, lubens hic præteribo.

VLYSSIS ALDROVANDI PHILOSOPHI ET MEDICI BONONIENSIS, HISTORIÆ DE INSECTIS LIBER SECVNDVS

Qui eſt

DE CÆTERIS ANELYTRIS quadripennibus, & primum

DE PAPILIONIBVS, Cap. I.

ORDINIS RATIO, SYNONYMA.

INTER alata, quæ ἀνείλυτρα Philoſopho vocantur, quadripennia reliqua, Papiliones, quod vulgaris notitiæ ſint, primum ſeſe nobis obtulerunt. Neque etiam, ſi de his ſubinde poſt fauificorum hiſtoriam agere inſtituam, præter ordinem fore exiſtimo. Etenim inter illos ſunt, qui Bombyces generant, ex quarum telis, quicquid veſtium eſt pretioſarum, conficitur. Sed cum ex eorum ouis generentur Erucę, ipſique ex his in Aurelias transformatis, neceſſe fuit de Erucis etiam vna agere in hoc eodem libro, imo vero quædam in præſenti capite recenſere, quanquam finis Papilionis ſemen edentis non eſt ad generandum Erucas, ſed procreandum nouos Papiliones Papilionem Græci φυχὴν dicunt. Grammatici ita dictum volunt ἀπὸ τῆς ψυχῆς. id eſt, ſpiritu ſiue potius flatu, forte quia admodum leuiter vento fertur. ψυχὴν autem Heſychius interpretatur τὸ πνεῦμα, hoc eſt ventum ſiue ſpiritum. Author theſauri linguæ Græcæ ſcribit quoſdam ad differentiam malle ſcribere ψύχη paroxytonως, quia nempe ψυχὴ alias anima eſt. In Gloſſario B. Benedicti Abbatis Floriacenſis Ἐφήμερη exponitur Papilio: quam dictionem in aliis Lexicis non reperias. Apud Heſychium Ἐπτοδόκιδες exponuntur ψύχαι, ἢ πτηνὰ ζῶα, hoc eſt Papiliones, aut volatilia animalia. Latini Synonymia carent Italis ſeruato fere nomine Parpaglione, & in fœminino vna Parpaglia, item Farfalla nominatur, quamquam hæc poſtrema vox illum Papilionem priuatim Petrarchæ, & Taſſo nobiliſſimis Italiæ Poetis ſignificet, qui veſpere ad lumen candelæ aduolat, de quo ſuo loco agam priuatim. Hiſpanis Matipoſa: Germanis Pfeifholter, Sommer vogelin, quaſi auicula æſtiua. Belgis Cappelleken, Vlindere, Buteruliegheh, Pellarin: Flandris priuatim Boterſchyte. Gallis Papillon: Polonis Motil: Vngaris Louoldek, Anglis à Butterflie.

Bombycũ laus.

Synonyma ψύχη, eiuſque etymum. Ἐφήμερη. Ἐπτοδόκιδες. Farfalla.

DIFFERENTIÆ, DESCRIPTIO.

QVamquam plur ma ſint Papilionum genera, nulla tamen à veteribus deſcripta reperias. *a* Ariſtoteles antennas iis ante oculos prætendi ſcripſit: idque ex eo repetiit *b* Plinius, vocans iſtiuſmodi antennas ignaua cornicula. Neque aliud quicquam apud ipſos inuenire eſt, quod ad formam corporis extrinſecam Papilionum pertinet. Sunt autem plęriſque alæ molles, ceu farinaceæ, & fragiles: ſeruantque ipſi colorem Erucarum, ex quibus ortum ſuum duxere. Omnes, quos mihi licuit obſeruare (obſeruaui autem plurimos) ea quæ dixi, communia habebant. Suntque alii diurni, alii nocturni, hoc eſt tenebrarum amantes. Alii magni, alii parui, alii mediocres: alii vno tantum præditi colore, alii duobus, alii pluribus, alii maculari, alii ſine maculis. Colorum differentias tetigit *c* Albertus, dum ait. Papiliones ſunt Vermes volantes multorum colorũ. Quidam n. ſunt in alis ſicut purpura, quidam albi, quidam hyacinthini, & quibuſdam quædã ineſt rubedo Hi ſunt qui in autumno coeunt. Sic ille, ſed quam diuerſis aliis coloribus præditi Papiliones reperiantur, ex ſubſequentibus hic ordine depictis, ac deſcriptis patebit: inter quos tamen nullus exiſtit aculeo infeſtus, quales in India reperiri ſcribunt, qui Sciſcioni vocentur. Qui itaque in priori tabula primo loco ſculptus datur, non incongrue ἱππόφυχη dicetur. Eſt enim Papilionum maximus. Veſpere potiſſimum cernitur, interdiu latet. Latus eſt palmum, & amplius. Alæ ſingulæ rotundam habent, ac notabilem maculam, oculum diceres, nigrum, ſed primo miniaceo, dein candido circulo obductum: cætero ſubnigræ, aut fuſcæ, molles, lanuginoſæ, farinaceæ, in extremo candicant Corpus pronum ad caſtaneum vergit; ſupinum nonnihil albicat, cornicula ſiue antennæ plumarum inſtar molles, ſatis proceræ. Femora quoque mollia, ſed tibiæ duræ. Oculi nigricant. Quartus in hoc ordine ſimilis fere proximo, ſed corniculis latioribus, & filicis ramulum figura quodammodo æmulantibus luteis: corpore etiam magis luteſcente; denique oculis longe pulchrioribus: miniaceus enim ille circulus longe in hoc maior eſt, minorque niger; qui velut pupillam conſtituit. Secundus totus erat viridis, annulis candidis. Alæ etiam lineas habebant roſeas deorſum deſcendentes, item maculas tranſuerſales albas. Roſtrum erat longum, trigonum; oculi magni, nigri. Corpus procerum admodum, craſſumque, in extremo acutum, Alæ pro cuius portione ſunt exiguæ. Ex hoc genere alium mihi deſcribendum, ac depiugendum tradidit F. Gregorius Regienſis Capuccinus, illius inſolenti forma, ac colore captus. ſed in quo annuli eſſent lutei, alæque maculis ſubflauis, caſtaneis, ſubcæruleis, & nigricantibus diſtinguerentur: Longitudo huic Papilioni palmaris eſt. Quid ſi ſexu diſtinguamus: priorem fœminam eſſe ex editis mihi ouis comperi. Tertium ex Eruca naſci obſeruaui ſub finem Auguſti anno ſuperiori, caque caudata, & immenſæ magnitudinis, ſuo poſtmodum loco depingenda Folliculum non texit, ſed in Aureliam mutata Papilionem hunc generauit decem fere dierum interuallo, corpore craſſo eiuſdem cum alis coloris. nimirum ex luteo, & fuſco variantis. In tergore notabilis macula eſt candicans, humanum quodammodo carnium anterius exprimens. Caput totum nigricat, pedeſque & antennæ, quæ latiuſculæ ſunt. Alæ internæ totæ fere luteſcunt. Poſtremum in hoc ordine depictum prona, & ſupina parte anno 1592. menſe vero Iulio, huiuſque die vigeſi-

Antennæ. a *L.4. Hiſt c.7.* b *L.11.c.28.* Cornicula ignaua. Alæ.

c *Lib.26.*

Papiliones aculeati Sciſcioni vocati.

Primi deſcriptio.

Quartus.

Papilio ex Eruca non texente folliculum

Papiliones.
Pfeiffholder.
Fig: 3.

Alius ex Eruca ſine folliculo.

vigeſimaſexta gigni aduerti ex parua quadam Eruca, hirſuta, colore ex rubro, albo & nigro variante. Hanc enim cum cepiſſem in tamariſco ſiue mytica ſub meridiem, ſubſequenti nocte verſa erat in Aureliam viridem, quæ filo ſeſe capſulæ, cui incluſa erat, ex alui extremitate edito, appenderat, atque ita quindecim diebus continuis adhærens in eodem colore perſeuerauerat, deinde mutato eo lutea partim, partim nigra facta erat; quare iam iam in Papilionem abituram coniecl, cuius, ſcilicet colores per ſenectam, quam mutando relinquunt exuentes, tranſplendeterit. Quod, cum vipetinis fætibus commune hiſce Papilionibus fuerit, eos enim ſuperne in ouo conſpici teſtatur Ariſtoteles. Cum itaque erupiſſet Papilio,, alis ſeſe fecit conſpicuum iis, quos diximus, coloribus prone & ſupine. Color niger luteusque in primis alis intenſior eſt, in ſupinis remiſſior. Alæ internæ, quæ alias minores eſſe ſolent, in hoc animali proceriores ſunt, inſtaque ſerrata ſerris eiſdem coloribus diſtinctis, ex quibus fere media ceu cauda quędam dependet. Corpus totum pronum atrum eſt, ad latera, & ſupine luteum: eſtque pro alarum longitudine admodum exile. Oculi magni nigerrimi. nigerrimæ item antennæ, quæ in extremo obtuſæ ſunt, totæ ſubtiliſſimæ. In alarum internarum extremis lateribus macula rubra ſiue roſea conſpicitur, rotunda interne, ſemicircularis externe. In ſumma elegans eſt Papilio. Conſpicitur paſſim per agros, & hortos.

Viperini fætus.

Primo & ſecundo loco, ſupine nimirum & prone depictus in ſecunda tabula Papilio expanſis alis, coloribus quatuor potiſſimum variat, miniaceo, nigro albo, & cinereo ad cæruleum nonnihil vergente. Suntque colores in extimis alis intenſiores, vt remiſſiores in intimis. Capite, dorſo, aluoq; eſt cinereis, ſed albis ſtriis ſubtiliſſimis deorſum recta tendentibus color ille cinereus inſignis eſt. Corpus obtinet craſſum, latumque parte ſupina candicans, Annuli coloris ſunt caſtanei. Oculi eiuſdem coloris, magni, & prominentes. Alæ pariter amplæ ſunt: quarum externæ maximæ ſui parte cinereæ videntur, ſed explicatæ quatuor, quos dixi, coloribus ita euariant vt deſcriptu admodum ſint difficiles. Septem velut venæ rubicundæ eas percurrunt, inter quas in extremo totidem ſunt velut columnæ nigræ albis circulis notatæ, ac ſupra haſce ſeptem etiam maculæ nigræ V literam exactiſſime exprimunt: ſed in dextra tantum, ſiniſtra enim neq; columnas eas, neque literas habet; in quam re mirus naturæ luſus conſpicitur: coloreſque omnes in hac ſunt dilutiores, pallidioreſque. Dextra etiã punctis exiguiſſimis nigris erat notata, quæ in ſiniſtra quoque nõ ſunt, niſi qua corpori nectitur, nam deinceps in ſtrias oblongiuſculas mutantur. Poſtremo dextra in extremo candicat, ſtrijsque inſignis eſt nigris deſcendentibus; cum ſiniſtra nigreſcit eo loco, neque ſtriarum aliquod habet rudimentum. Internæ vero alæ totæ ſunt coloris miniacei, præterquam vbi duæ illæ faſciæ apparent, nam hæ nigerrimæ ſunt. Alæ externæ inuerſæ modo albicantis, modo nigricantis coloris areas obtinent; internæ loco albedinis habent colorem miniaceum, ſed dilutiorem quam externæ. Antennæ erant nigricantes, proceræ leues, in extremo obtuſæ. Tertium in hoc ordine Leucomelanum nominaui, quod præter colorem alarum album ad ſubflauum nonnihil vergentem, totum corpus per tergus nigrum, ac exile habeat. Alæ internæ in extremo ſunt ſerratæ, habentque longas appendices, vt icon ipſa declarat. Supra ſerras, quæ ſemicirculum conſtituunt, maculæ ſunt quoque ſemicirculares, candidæ, atque in his maculæ rotundæ, fere cæruleæ, quæ ſimul omnes egregiam ſpeciem ac venuſtatem Papilioni præbent: Cætera, vt dixi, Leucomelanus eſt, excepto ventre, qui candicat. Antennæ in extremitate, quam in pleriſque obtuſiores: Quemadmodum etiam in quarta ſerie poſito, qui totis alis nigricat, & quatuor habet in hiſce oculorum ſpecie maculas rotundas nigerrimas cærulea velut pupilla decoratas. Alæ internæ longiores ſunt externis, & ſerratæ, ſed aliter ac in præcedentibus. Huius enim ſerræ obtuſæ ſunt & rotundæ. A macularum multarum ſerie, quæ in alis internis, tam foris, quam intus Papilionis ſexto loco depicti expreſſæ à natura cernuntur, Papilionem πολυόφθαλμον aliquando nominaui. Oculi nigri ſunt: pupilla candida, circulus ambiens luteus: ſuntque vt dixi in internis alis tantum: nam quæ in externis appatent maculæ rotundæ, totæ candidæ ſunt. Habent tamen etiam hæ vnicum oculum, eiſdem, quibus internæ, coloribus ad externa latera: cætero alæ totæ ex luteo ad caſtaneum vergunt. Per ſuperiora corporis atere eſt, aluo ſupina ex cinereo ad fuſcum vergit. Alæ internæ, item pectus longa quadam lanugine viridi ſplendente veſtiuntur. Quintus ex maximorum genere eſt, ſed eorum qui interdiu per hortos obuolitant. Corpore eſt procero, mediocris craſſitudinis, coloris ſumati, annulis per aluum luteſcentibus; alis eiuſdem coloris in medio, inſta candidis, & nonnihil ſerratis, deinde nigris, & in ipſa nigredine maculas habentibus candidas ad latera, infra vero ad cæruleũ vergentes. Antennæ longiſſimæ, obtuſæ ſunt, & nigræ.

Papilio Leucomelanus

Papilio πολυόφθαλμος

Primo loco in tabula tertia depictus Papilio ex mediocriũ genere eſt. Natus mihi ex Eruca, quam olim Bononiæ pluit. Capite eſt, tergore, aluoque coloris aurei, ad latera nigri. Alæ internæ ſerrata ſunt. totæ ex aureo miniaceæ, & nigris punctis conſperſæ, & in extremo etiam nigræ Alas externas venæ percurrunt deorſum deſcendentes nigræ in area aurea ſeu potius miniacea, item maculæ magnæ tranſuerſales eiuſdem coloris, ipſæque alæ in extremitate vndiquaque nigræ ſunt, & ibi maculas habent candidas. Pedes & antennæ luteſcunt, & ad inſtar pedum polypi cirris præditi ſunt, vt ad ea quibus inſiliunt, fortius adhæreant. Ex eodem genere videtur qui numero ſecundo & tertio prone & ſupine pictus cernitur. Corpus enim habet mediocre, nigricans, aluum fere auream, nigris annulis diſtinctam. Oculi candicant. Alæ externæ in extremo nigræ ſunt, & albis maculis inſignes, cæteta aureæ, veniſque nigris, & tribus aliis nigris maculis incertæ figuræ ſpecioſæ. Internæ in eiuſdem aurei coloris area duplicem habent ordinem maiorum macularum nigrarum velut oculorum, ſicut in icone exprimuntur. Colores omnes ſupina parte variant. In internis enim alis (ita voco quę corpori ſunt viciniores) qui extra erat aureus, nunc fere eſt amatheſtinus ad cinereum vergens, adeo vt luteſcere videatur, eſtque vnus tantum oculorum ordo nigrorum, maiorumque hos circulus ambite andidus. Corpus etiam ſupinum totum luteſcit; pedes cinerei ſunt. Alæ externæ prope caput cinereæ, nigreſque guttulis oblongis notatæ, dem maiori parte coloris ſunt miniacei, & nigris maximas maculas habent; denique in extremo rurſus ſunt cinereæ. Quartus toto corpore prone aterrimus; atetrimę item alæ externæ, ſed faſcia ſere tranſuerſali coloris miniacei decoratæ, nec non alterius faſciæ candidæ rudimento, & punctilis aliquod rotundis candidis. Internæ totæ ſere extra miniaceæ ſunt, punctuliſque nigris admodum exilibus inſignes. Quintus cum hoc idem eſt, ſed ſupino corpore pictus, alæ externæ hic plus habent ex miniaceo, & albo colore, quam in prona parte aterque color remiſſior eſt. Internæ in extremitatibus ad miniaceum vergunt, cætera cinereæ fuſcis maculis reſperſæ, & alba ad latera externa macula conſpicuæ. Toto corpore ad cinereum vergit. Color ſexto totus eſt miniaceus, notis diuerſis, lineisque nigris, alis anguloſis, & leuiter ſerratis. Promuſcidem habet longiſſimam, ac dum vult, recuruam eiuſdem cum pedibus coloris, nempe ex cinereo ad luteum vergentis. Ex hoc genere ſeptimus eſſe quoque videtur, longa item atmatus proboſcide, aliſque præditus anguloſis. Supra caput præter antennas etiam bina alia habet cornua, quæ in aliis pleriſque non videas. Corpore, aliſque colore ſerrugineo, albo, cæruleo, viridique varius eſt. In ſupremis præterea alis puncta quædam habet viridia in alba area. In dorſo item vitideſcit. Octauus totus luteus eſt, verſus caput tamen alæ ad ferrugineum vergunt, nimirum vbi maculas non habent. Suntque hæc numeroſæ admodum, at incerti ordinis, omnes aterrimæ. Nonus idem eſt ſupine ſculptus, quod colorem mutet Internæ enim alæ partim virideſcunt, partim candicant, & maculæ illæ atræ vix hic conſpicuæ. Externæ fere paleatis ſunt coloris: inque his maculæ euidentiores. Corpus etiam flaueſcit. Pedes habet luteo, antennas caſtaneo colore Alæ vtræque leuiter anguloſæ. Poſtremus in hac ſerie corpore nigroque capite & hirſuto, proboſcide procera admodum: alis intus candidis, amatheſtinis ſtriis ornatis, extra nigricantibus: ſuntque anguſtæ, laciniatæ & longiuſculæ.

Papiliones habentes promuſcides.

Papilio πανδώρας.

Mediocris magnitudinis ſunt, qui in hac quarta tabula ſculpti exhibentur. Primus complicatis alis literam Δ quodammodo exprimit. Corpore eſt prono fuſco, pedib. hirſutis, antennis admodũ exilibus. Alæ externæ ex candido, & aterrimo ſplendentibus coloribus vatiãt, internæ totæ ſunt miniaceo. Idem ſupinus exhibetur tertia ſerie, in quo color ille miniaceus dilutior eſt: Externæque alæ totæ candicant, venis decoratæ miniaceis, & maculis nigris, magnis. Et corpus totum ex albo luteſcit; Aluus nigris punctis, ſiue guttis exiguis conſperſa eſt. Secundus Papilio eſt hirſutus, ac craſſus, al s ſuperne cinereis, inferne miniaceis, lineis trãſuerſim nigris diſſectis. Quartus corpore eſt exiguo, nigro, luteis circulis diſtincto: oculis magnis luteis, & eiuſdem coloris antennis Alas habet tam internas quam externas etiam luteas, in extremo nigras. Verſus corpus ad caſtaneum vergunt; verſus nigram vero ambientem faſciam plane eſt color ochros. Externæ prope exteriora latera maculam habent, rotundam, nigram. Quintus totus eſt ferrugineus ſiue caſtaneus, corpore intenſius, alis remiſſius. Alæ externæ vnico tantum oculo, pluribus internæ exornantur nigris, intus albis Vtræque faſcias habent nigras tranſuerſales iucuruas, quæ anguſtæ ſunt, rectaſque quæ latæ ſunt, & extremę. Sexto caput eſt luteum, oculi lutei, luteique pedes, & antennæ. Corpus nigricat. Alæ vtręque fere aureæ in extremo, vt icon oſtendit, aterrimæ. Exteruæ ad latera externa maculam habent rotundam, nigram, exiguam. Septimus ex luteo totus ad viridem colorem vergit, minus in exterioribus, magis vero in interioribus, hoc eſt interiores exterioribus magis virideſcunt. Externæ maculam habent nigram, rotundam; interiæ albam: caput quoque nigra macula inſignitum eſt. Octauus antennas habet proceras, in fine obtuſas, caput exiguum, oculos magnos. Corpore eſt luteo, & nigro diſtincto. Alæ quoque luteæ ſunt, ſed magis ad caſtaneum vergunt. Externæ nigris punctis maculantur, quibus interne carent. Vtræque dentatæ ſunt. Nonus ex eorum genere eſt, qui proceras habent proboſcides. Alis eſt primum verſus caput luteis, nigris modo punctis, modo maculis, hiſque & rotundis, & longis maculatis; dein cæruleis, in extremo nigricantibus, & dentatis. Qui decimus eſt in hoc ordine propter inſolentem vultum quo Satyrum, quam exacte æmulatur Σατυρωνιδής dici poſſit. Corpore toto eſt flauo, rubro diſtincto: aluo bifurcata, alis nigricantibus, & velut ſtellis candidis elegantiſſime exornatur. Vndecimus corpore eſt nigro, aluo aunulis albicantibus. Alæ eius ex albo ad luteum vergunt, ſed maculæ ferrugineæ, & nigræ alternatim hucilluq; conſperſæ luteum illum colorem ſere extinguunt ſua copia. Poſtremus corpore etiam atro eſt, ſed tenuioti. habetque alas internas dentatas, & exterioribus proceriores. Vtræque aterrimo & luteſcente coloribus variæ. Habent tamen etiam in fine aliquid candicantis.

Ex mediocribus etiam ſunt, qui in hac quinta tabula exhibentur Papilionibus, quorum primus corpore eſt nigricante, aluo extrema,

extrema, & dorso cinereis. Alæ externæ internis sunt angustiores, ex albo, ad viridem nonnihil inclinant, magis tamen viridescunt internæ. Vtræque in extremo circuncirca rosei coloris velut circulo ambiuntur, Externæ prope finem nigrescunt, habentque in medio fere maculam nigram. Antennæ purpureæ sunt, in extremo obtusæ & albæ. Idem secundo loco datur supinus, in quo quod in externis alis prope finem erat, nigricat, hic viridescit; sed macula tamen nigra colorem retinuit nigrum: internæ prope corpus protsus virides, in fine ad luteum vergunt: cinguntutque eodem circulo roseo: estque hoc observatu dignum in internis, quod maculam habeant albam cum circulo ferrugineo, quæ extrinsecus non est. A potioribus coloribus λευκόχλωρος dici potest quemadmodum etiam qui sequitur prone & supine etiam pictus, sed hunc quia admodum maculosus est, λευκόχλωρον variegatum nuncupaui. Prono corpore leucophæo est, capite nigricante, oculis instar saphyri viridibus, antennis nigris cum appendicibus in summitate albicantibus, pectore hirsuto: alis candidis, supra prope caput ad cæruleum vergentibus, maculis magnis nigricantibus inferius respetsis, dico inferius, nam vbi cæruleæ sunt, nullam cernere est maculam. Supino corpore magis candicat. Alæ externæ sunt candidæ, & nigro variæ, intetnæ ex albo, & viridi eleganter admodum decoratæ. Quintum Papilionem crucigerum nominaui, quod externis alis complicatis, albis tænijs quibus ornatus cernitur, crucem vel potius litteram X exprimat, quanquam id in icone pictor non expresserit. Sunt itaque alæ illæ nigræ, fascijs, seu tænijs albis insignes, & venis rubicundis deorsum descendentibus. Interiores sunt totæ miniaceæ, maculis nigris, rotundis illustres. Sextus idem est parte supina exsculptus; in cuius internis alis maculas illas nigras non videas, & fasciæ, quæ in externis alis prona parte albæ erant, hic aureæ sunt, Corpore est iste Papilio prone luteo toto, supino ventre albo nigris guttis triplicis ordinis consperso. Oculi nigri sunt, & exigui, exiguæ, exilesque antennæ. Sextus ac postremus alas externas, ac internas exterius rubicundas ad castaneum vergentes habet nigris guttis consperſas. Supina parte alæ intetnæ candicant, exteriores colorem eundem ferme, quem prona earum pars reseruant. Corpus pronum atrum est, supinum cinereum: cinerei quoque pedes; antennæ nigræ: oculi lutei, prominentes.

Papilio. λευκόχλωρος.

Papilio cruciger.

Papilionem qui in tabula sexta primo depingitur ordine πολυπολυόφθαλμον nuncupaui, quod in internis alis intus ac extra multis notaretur oculis, qui tamen licet duo tantum in externis exterius, & interius elegantiores sunt. In his enim iris est nigerrima, pupilla alba. Alæ supine ex luteo, & castaneo variant. Internæ intus prope corpus primum cæruleæ, dein fere amethestiuæ, in quo colore cernere erat lineas duas transuersales, flexuosas, castanei coloris. Sub quarum postrema color subsequitur luteus, deinde rursus amethestinus, quem lineæ percurrunt castaneo colore, atque intta has siti sunt quos dixi, oculi, quos subcæruleus cingit circulus. Corpus animantis nigricat. Pedes & antennæ lutei. Oculi nigri. Alter alas habet dentatas, rubicundas, ad ferrugineum accedentes, & maculis respersas nigris, in medio rotundis, ad latera oblongis, ac magnis. Alæ supine nigricant, & albam fasciam habent, quæ vel currentes æmulatur fluminis vndas. Corpus supinum cinereum est, pronum nigricat.

Papilio πολυπολυόφθαλμος alter.

Qui hic separatim depingitur, ex ijs est, qui in arborum truncis nasci infra dicam, capite admodum exiguo, albo, antennis ferrugineis, latis, & quodammodo serratis, dorso ferrugineo & albo, alis, aluoque luteis, zonis castaneis.

Ex mediocribus etiam sunt qui septimi tabula pinguntur: quorum primus corpore toto niger est, annulos vero habet luteos. Alæ omnes candicant, & venis distinguuntur nigricantibus Tertius & secundus Bombylij sunt, ex Ericis bombyciuomis orti, vulgo noti, vndique candidissimi, exceptis antennis, quæ nigræ sunt & hirsutæ. Iuuicem coeunt, mas est tenuiori corpore, secundo scilicet loco pictus. Inter vtrumque oua appinximus exigua, coloris fere crocei. Alas habent brenes, & ad volandum velut ineptas. Horum post priuatim trademus historiam. Quartus in hac serie totus quoque candicat per alas, per quas venas habet subcæruleas deorsum descendentes, & punctorum rubicundorum triplicem ordinem, quæ transuersalia sunt. Externæ duobus velut oculis nigricantibus decorantur; in extremo ad luteum vergunt. Oculi & deorsum lutescunt. Quintus corpore ex crasso, castaneo, luteis zonis. Antennas habet ferrugineas, latas, & hirsutas, vel plumosas In capite & ceruice candicat. Alæ etiam albæ sunt, ferrugineas habentes venas, & vbi corpori hærent, striarum nigrarum rudimenta. Sextus totus est candidus corpore scilicet, ac alis, quæ venas habent nigras, nigros item pedes, & antennas. Septimus πολύχλωρος dici queat propter colorum diuersitatem; Corpore toto nigricat; nonnihil tamen ad ferrugineum vergit, sicut item pedes, proboscides & antennæ. quæ admodum rennes sunt & obtusæ. Alæ internæ totæ sunt miniaceæ coloris, sed nigris lineis flexuosis distinctæ. Externæ quæ corpori anuectuntur atræ, dein miniaceæ, dein rursus atræ, mox albæ; postremo iterum nigræ. Maiorem tamen aream albus color occupat, eumque percurrunt venæ ferrugineæ, rubescentes. Notandumque est album illum colorem infra versus corpus, in luteum commutari, & guttis modo rotundis ac exignis, modo oblongis distingui. Octauus superioribus omnibus minor est, corpore prono nigricante: alis ex luteo ferrugineis maculis nigris refertis. Nonus idem est, at supine pictus corpore, quod candidum est: alæ externæ colorem retinent, internæ plane mutant, vtpote quæ maculosæ sunt argenteo splendidissimo, & ferrugineo. Decimo alæ externæ, ac internæ nigerrimæ maculosas habent alas, vti pictura indicat. Corpus etiam nigrum est Vndecimus corpore ex luteo ad ferrugineum vergit, & nigro distinguitur. Alæ exteriores ex albo, & nigro variant, internæ luteæ sunt, & quatuor nigris maculis insigniuntur. Externæ supino corpore pictæ, vt duodecima icon ostendit, etiam ex albo & nigro variant quidem, sed ad laterea sunt ferrugineæ: internæ colorem retinuerunt, sed nigræ illæ maculæ minores sunt, in extremo tam hic, quam illic nigræ sunt. Decimus tertius, qui in hac tabula postremus est, totus est ferrugineus. Alæ externæ in medio oculum habent, cuius pupilla alba est, nigrum. Internæ denticulatæ sunt: vtræque in extremo nigricant.

Ex minimorum Papilionum genere sunt, qui in tabula octaua depinguntur. Inter quos, qui tertio loco datur, non inuenustus est, triplici nimirum colore, albo, rufo, & luteo varians per alas. Nam lineæ, quæ in his ceruuntur, & transuersales, & descendentes, rufæ sunt, cætera vel candida vel lutea, punctis etiam notata rufis. Corpore angusto, exili & nigricante, aluo bifurcata, pedibus exilibus & proceris. Huic consimilis est quodammodo secundus: corpore item nigricante, sed crassiori, crassiori item capite. Alæ externæ luteæ sunt, superne magis, minus vero inferne, vtrumque transuersalis linea nigra distinguit, totæ maculis seu punctis exiguis nigris sunt distinctæ Internæ nigricant, & in extremo fascias angustas habent luteas. Primus corpore toto niger est, aluo in extremo acuta: alis rotundis, candidis. Quartus corpore quoque nigricat, oculos habens luteos: alas ex luteo ferrugineas. vbique nigerrimis decoratas notis. Quintus lutescit, punctis insignis cinereis, quæ totas fere alas occupant. In externis alis macula conspicitur nigra. neque aliud in hoc notatu dignum. Sextus corpore est paulo proceriori, ac crassiori pariter nigricante. Alæ vt in præcedenti maculas habent cinereas, in area lutea. Septimus corpore & alis totis subalbis est, pedibus & antennis nigris In medio externarum macula est nigra. Octauus aluo est rubra nigris punctis notata, pectore & externis alis nigris quidem, sed nescio quid cærulei etiam demonstrantibus, alæ interna luteæ sunt, strijs plenæ nigris deorsum descendentibus. Nonus corpore est admodum breui & exili, candicante: alis item candidis ad lateta subluteis; vndique nigris guttulis referti: In medio duæ tæniæ sunt coloris aurei, tortuosæ, in singulis gyris punctum habentes nigrum. Decimus toto corpore candidus est, & nigris punctis variat: alas vero habet pulcherrimas maioria areæ parte ferruginei coloris, in quo mirum est, quam luserit natura: primum enim in eo fecit fasciam ex maculis rotundis literam O exptimentibus, dein parua addidit eiusdem coloris puncta, postmodum alias duas tænias tortuosas, tum denique albam cum punctis intus nigris. Vndecimus niger est, alas vero habet ex ferrugineo ad luteum vergentes, totas nigris, vt icon ostendit, maculis distinctas. Duodecimus crassam admodum habet aluum coloris prope cærulei lutea fascia siue circulo insignem. Tergus nigricat, vt & caput, & oculi, pedes, & antennæ, quæ admodum sunt proceræ. Alæ versus corpus ceruleæ, deinde nigricant, supra duabus maculis rotundis, luteis, infra tribus albis conspicuæ. Decimotertio corpus est nigrum, præterquam in dorso, vbi cinereum est. Alæ luteæ auro resplendentes, oculis innumeris nigris, quos circulus ambit candidus cohonestatq. Decimus quartus hirsutus est, ac alis totis cæruleis parte externa, interna cinereis, maculis albicantibus (in quibus medijs punctum est atrum) ordine pictis, in extremo margine notis rubicundis oblongis, oculis caudæ pauonum similibus, albo ac nigro vtrinque clausis dispositis, lineaque nigra in latitudinem alæ discurrente terminatis. Totum corpus nigerrimum, item pedes, oculi, & antennæ. Alę in fine albæ sunt: cætera vt dixi, exterius cæruleæ.

Nona tabula vigintiquatuor habet Papiliones exiguos, quorum equidem infinitus est numerus, infinitaque diuersitas. Primus in hac serie corpore prono nigricat: pedes & antennæ sunt cinerei. Alæ prius nonnihil ad ferrugineum vergunt, mox candicant, punctis & lineis vbique atris conspictæ. Secundus corporis mole vix Culicem vincit; quin ni alas Papilionis haberet, Culex omnino feret. Aluus ei cinereus, pectus nonnihil ex cæruleo possidet. Alæ albæ sunt, ita tamen vt nonnihil etiam fuscescant, habentque puncta minutissima nigra, cum circulis ambientibus ea, candidissimis Tertius πολύχλωρος minimus dici poterit propter alas albo, nigro, rubro, & subcæruleo maculosas. Externæ in notabilem acutiem desinunt. Corpus ei totum subatrum est; proboscis & antennæ lutescunt Quartus alas habet aureas, in margine fere castaneæ colorem imitantur. Prope extremitatem est macula ferruginea Aluus argento micat, pectus superne nigricat. In capite duo sunt puncta coloris argentei. Quintus exiis est, qui ad ignem candelarum aduolant, corpore subcinereo, alis totis candidis, lineis siue venis ad ferrugineum inclinantibus. Sextus alas habet infra nigras; cætera coloris rutili. Corpus cum antennis & pedibus nigrum est. Niger quoque est septimus, sed circulis siue annulis duobus per aluum luteis distinctus. Oculi quoque lutei sunt. Alæ superne magis, inferne minus nigricant, & maculis vbique insigniuntur candidis Octauus ex aduolantibus etiam ad lucernas est, aluo coloris flaui, nigris, vt in icone apparet, punctis recta deorsum vergentibus insignis, reliquo corpore candidissimo: alis item candidissimis, sed quæ exiguis admodum ferrugineis sere punctulis insigniuntur, & in fine nigricant. Nonus septimo similis. Sed corpori maior est,

Papilio πολύχλωρος.

Papilio πολύχλωρος minimus.

est, minoribusque contra alis, & in quibus maiores maculæ albæ ſunt, & velut argento reſplendent. Decimus alas pro corporis portione breues habet anguſtaſque: Aluum admodum proceram, nigricantem, annulis candicantibus diſtinctam. Alæ leuiter, pallideque luteſcuut. Vndecimo caput magnum, ac nigrum; corpus, & internæ alæ miniacei coloris, lineis tranſuerſalibus nigris in extremo inſignitæ: externæ totæ ſunt coloris caſtaneorum: pedes breuiſſimi. Duodecimus corpore eſt flaueſcente, proceroque, dorſo craſſiuſculo, in quo color ille flauus paulo eſt intenſior: capite exiguo, ac rotundo, pedibus breuioribus: alis candicantibus, vel pallide luteſcentibus. Decimustertius vulgatiſſimus ille eſt, qui candelarum lumini infeſtus eſt, de cuius natura poſtea priuatim agemus. Corpore eſt admodum exiguo, nigricante: alis & antennis flauis. Decimuſquartus internas alas totas habet rubras, ſupernasque eiuſdem coloris, ſed ad internos margines cinereas: corpus totum atrum, præterquam iu ceruice vbi circulus aureus eſt: pedes ſunt rubicundi, antenuæ nigræ, in extremo obtuſæ. Decimusquintus idem eſt ſupino pictus corpore, vt alui craſſities magis appareret: nam alioqui nihil vel parum differt. Fæmina erat, & oua mihi peperit rubicunda. Decimoſexto corpus eſt oblongum, & fuſceſcit inferne, ſuperne argenteo micat. Alæ eiuſdem ſunt coloris fuſci, & argento auroq; micantis. Decimuſeptimus toto corpore nigricat, alas habet ferrugineas, ſed elegãtiſſime aureo colore reſplendentes. Idem decimooctauo loco exhibetur ſupinus, quia variat admodum: nam corpore toto candicat, alęque minus ſunt ferrugineæ, minuſque reſplendent auro, ſed contra innumeris punctis atris maculantur, quas circuli ſui ambiunt candidi. Habent vero eandem faſciam auream prope extremum marginem. Decimuſnonus aluo admodum eſt procera, tota lutea, ceruice nigra, pedibus, antennis, & ſummo capite candidiſſimis: alæ quoque candidiſſimæ ſunt, ſed ſtriis ſiue lineis nigris interſtinguntur, ſuntque adeo breues, vt ad volandum videantur eſſe inutiles? nam hoc in eo obſeruaui, quod continuo foliis velut zoophyton quoddam adhæreat. Vigeſimus niſi alas haberet latiores ex Muſcarum potius, quam Papilionum genere videretur: corpore enim eſt admodum compacto, nigricante, alis ex cinereo ad caſtaneum inclinantibus, & aurum reſplendentibus. Vigeſimusprimus ab alis tam internis, quam externis prorſus argenteo ſplendore emicantibus, argenteus dici poteſt. Corpore præterea toto candido eſt, præter oculos, qui nigri ſunt, & antennas, quæ ſunt luteæ. Vigeſimusſecundus toto corpore aterrimo, alas habet nigras colore ruberrimo diſtinctas; pedes & antennas longiuſculos, nigros. Vigeſimustertius antennas habet latiſſimas, hirſutas ac velut plumoſas, coloris flaueſcentis, caput & alas candidiſſimas, has tamen fuſcæ tranſeunt lineæ ſubtiliſſimæ. Aluus tota craſſa eſt, & grauis, colore luteo. Nihil vel parum volat, foliis ſemper adhærens Poſtremus omnium minimus, breuioribus tamen, quam par eſt, ac latioribus alis pictus: ſunt enim anguſtiores ac oblongiores. Totæ albicant. Triticiarius dici poreſt; nam tritico infeſtus eſt, vtpote ex tritico prognatus. Rectius depingitur in ſubſequenti tabula decima.

Papilio lucernarius.

Papilio argenteus.

Papilio trititiarius.

Papilio primo ordine in hac decima tabula depictus figura corporis eſt admodum inſolenti. Habet enim in aluo ſeriem quandam velut plumarum ſubtiliſſimarum, penicillos pictorum exacte exprimentium, coloris partim albi, partim nigri. Corpore toto admodum craſſo eſt, dorſo & vertice ſummo cinereis, aluo lutea, annulis diſtincta atris. Inter quintum & ſextum annulum ab vtroque alui margine macula eſt candidiſſima, inter ſextum vero, & ſeptimum aterrima. Alæ extetius ex cinereo fuceſcuut, intus ſunt rubicũdæ, corpore ſupino, ſicuti etiam qui ſecundo loco depictus eſt, candicat. Antennæ latæ ſunt, & ex cinereo fuſcæ. Aluus ſupina nigra eſt, in medio candida Ad mediocres pertineret, niſi tam craſſus eſſet. Tertius ex minoribus eſt, aluum habet luteam nigris zonis diſtinctam. Alæ quoque flaueſcunt, tergus ferrugineum eſt, eiuſdemque coloris antennæ quæ latæ ſunt & hirſutæ. Supino ventre albicat. Quartus aluo quoque luteo eſt, ſed magis ad croceum accedit, & punctis notatur in medio deorſum deſcendentibus aterrimis Alæ internæ eiuſdem cum aluo ſunt coloris, & ſimilibus quoque punctis maculantur; exteriores leuiter pallideque luteſcunt, tergus & antennæ colore ſunt ferrugineo, pedes croceo. Habes eundem alis complicatis, prout ex ſua chryſalide erumpit. Sextus valde eſt exiguus, corpore ſuperno ferme ferrugineo, inferno plane aureo. Alas habet luteas ad croceum vergentes, admodum paruas. Septimus corpore nigricat, alas habens luteas ad ferrugineum, nonnihil vergentes, & ferrugineis venis diſtinctas. In extetioribus macula eſt nigra, rotunda, puncto intus albo. Idem eſt, qui octauo loco depingitur erectis alis, quæ eundem plane colorem retinent, præterquam vbi corpori iunguntur, qua parte ad cæruleum vergunt, habentque lineam albam, quæ medias percurrit. Ex minimorum genere eſt, qui nono loco exhibetur, corporeo cinereo nigreſcente, alis cinereis admodum obſcuris, internis luteis. In externis macula eſt candida literam V. exacte exprimens, item altera figura ſemicirculi. Decimus alas habet longas & anguſtas, colore flaueſcente, faſciis ſiue tæneis ornatas tribus, atris. Pedes antennæ flaueſcunt. Oculi admodum exigui ſunt, & nigri. Poſtremus omnium minimus Papilio eſt trititiarius rectius, quam in præcedenti tabula exaratus, ſimul cum ſua chryſalide, & Vermiculo ſui ortus. Alas habet vt cæteri quaternas, albidus totus, cinereuſve, corpore leui in acutum aluo deſinente argenteo ſplendore. Vermiculus iſte Curculio vocatur, de quo poſt ſepatatim.

Rariores ſunt & formæ inſolentioris, qui in vndecima tabula depinguntur. Ex quibus aluo eſt craſſiſſima ſuperne candida, inferne nigreſcente, ſeu potius ad cæruleum inclinante: annulis & punctis diſtincta nigricantibus: tergus ac caput candicant, admodum hirſuta. Antennæ latiſſimæ, ac villoſæ, coloris fere amethiſtini. Alæ ex amethiſto & cyaneo mediæ, venas habent rutilas primum, poſt nigras: In extremo candicant, vbi punctis maculantur exiguis, aterrimis. Pedes robuſti, eiuſdem cum antennis coloris. In aluo notatu dignum eſt, quod in extremo longe craſſior ſit, quam vbi corpori iungitur. Secundus ex eodem vel conſimili genere, licet minor, corpore eſt fuſco capite acuto, oculis protuberantibus, per tergus & ſummo vertice cinereus, alis breuibus pariter cinereis, interne prope aluum rubicundis Antennas non recta vt cæteri erigit, ſed ad latera emittens antennas ſuas. Corpulentus eſt, craſſiori tamen thorace quam aluo, quæ nigris extenditur annulis. Toto corpore ſuperno leucophæus eſt, inferno candicat. Alæ totæ fuſcæ ſunt, internæ qua ventrem ſpectant, nonnihil poſſident rubicundi Quartus totus ex cinereo fuſcus eſt, alas habens longiuſculas, & anguſtas. Aluo eſt craſſa & biſurcata Hæc annulis, alæ venis inſignuntur ferrugineis. Caput admodum breue eſt, antennæ minutiſſimæ, ac vix appatentes. Inſolentis profecto formæ caput obtinet quinto loco pictus, à cuius lateribus duo ſunt tubercula rotunda, nigra multis capillamentis nigris hirta, & in extremo alia duo, ſed quæ eiuſdem cum capite ſunt coloris, nimirum ruberrimi, qui quoque color communis eſt tergo, à cuius quoque lateribus duo alia ſuut tubercula nigra, vt priora. Alæ ex infima tergoris parte exoriuntur, colore fere nigricante, luteis aureisque lineis & guttis refertæ Aluus eſt biſurcata, tota lutea tubris zonis interſtincta. Pedes & antennæ nigricant. Sextus tota aluo rubra eſt aureis prope finem lineis notata, in quibus puncta ſunt rubra. Alæ primum luteæ ſunt, dein totæ nigræ albis conſperſę punctis, & lineis diſtinctæ aureis Caput villoſum eſt & nigrum tribus antennis inſtructum, vt pictor pinxit. Septimus minimorum generis alis denticulatis luteſcentibus, nigris lineis & punctis rubris inſignibus; aluus albida eſt bifurcata nigris lineis ornata ambientibus, pedes nigricant. Octauus aluum item habet bifurcatam, ſed craſſiorem, eiuſdem prorſus cum præcedente coloris, ſicut & ipſæ alæ, ſed quæ loco punctorum in extremitatibus infernis rubeſcebant. Nonus craſſiſſimam habet aluum rubram, ſuperne luteo diſtinctam, alas anguſtas ferrugineas nigris lineis refertas. Dorſum candicat Poſtremus aluo eſt craſſiuſcula, alis & toto corpore cinereis, pedibus nigris.

COITVS. PARTVS. generatio.

An Papiliones coeãt.

Oua qualia.

Tineæ aluorum.

Coire Papiliones necdum obſeruaui, id vero credibile eſt argumento noſtrorum Bombyliorum, qui coire cernuntur. Eſtque authoritas authoris de natura rerum, qui ſcribit Papiliones poſt Auguſtum coire, & moriente poſt coitum maſculo fœminam oua parere, hiſque editis ipſam mori. Ego aliis etiam temporibus coire puto. *a* Albertus ouis quaudam ineſſe ait rubedinem: atque hoc quoque omnibus conuenire negauerim, cum & alba, & lutea quoque obſeruauerim. Eiuſmodi ſemina *b* Columella ſtercora vocabat, vbi quædam præcepta tradit, vt mundanda ſint aluearia. Præterea, vt Tineæ, inquit, ſi apparuerint, euerrantur, Papiliones enecentur, qui plerunque inter aluos morantes Apibus exitio. Nam & ceras erodunt, & ſtercore ſuo vermes progenerant, quos aluorum Tineas appellamus. *c* Iſidorus id videtur ſic repetiſſe, ait enim Papiliones eſſe auiculas, quæ maxime abundant florentibus maluis, quique vermiculos ſuo ſtercore faciunt naſci. Cum itaque oua edere certo certius ſit, ità è contrario quomodo & quo loco per hyemem conſeruentur, à nemine hactenus annotatum obſeruaui. Id cum aliquando à ruſticis quærerem reſpondebant, ſeſe quandoq; folia ſeminibus Papilionum grauida, cum terram vomere ſcinderent, huius viſceribus recondere eiuſque tepore per hyemem foueri: ſed cum eo modo in terra potius ſuffocareutur, arbitrari cœpi ea tantum conſeruari, quæ in cauitatibus corticum arboris reponunt: quæ vero in foliis eodem anno, viuificari. Et reuerà oua obſeruaui edita ſub chamæfici foliis, ex quibus ſub finem Auguſti Eruculæ ſponte erumpebant. Erant autem tenui inuoluta lanugine, ne ab ambiente læderentur: ipſæ vero Eruculæ decidentes terræ non illidebantur, ſed tenuiſſimo admodum filo more Aranei appenſæ in aere remanebant. Cum ſub foliis pariunt, ita ea plicant, vt imbres nocere non poſſint, & quaſi ſub tecto quopiam eá repõnunt. Obſeruaui item bis Erucam, quam inter braſſicas ceperam, primo parere oua, lutea, tenui inuoluta etiam lanugine, iiſque editis, in chryſalidem commutari, eiſdem quo illa fuerat, coloribus, luteo, viridi, & nigro, & quod mirum mihi videbatur, ex iis ouis volucria erumpere animalcula adeo exigua, vt viſum fere ſubterfugerent, qualia ſcilicet in veſicis vlmorum reperiri ſolent. Quatuor habebant alas Papilionum more. Sed coire eas non obſeruaui. Colore ſunt viridi ac luteo, atris reſperſa maculis ſuperne, inferne tota ſublutea. *d* Albertus tradit ex Papilionum ouis per hyemem alios Papiliones volantes produci, longas & flexuoſas habentes promuſcides, quibus rores ſugant, ſed id apud me prorſus eſt ridiculum. Quis enim Erucas hyeme obſeruauit, aut Aurelias? Si qui itaque hyberno tempore, ſereno cœlo apparent, eos iamiam genitos crediderim, & propter frigus Chryſalides eorũ prius eouſq; latuiſſe. Omnis n. Papilio ex Chryſalide naſcitur, Chryſalis ex Eruca, Eruca ex ouis Papilionũ, quorum, vt dixi finis eſt, non Erucas aut Chryſalides, ſed alios procreare Papiliones. Scio interim iſtæc Philoſ. principi & communi

Oua Papilionum vt per hyemem conſeruentur.

a Lib. 26.
b L 9. c. 14.
c L. 12 c. 8.
d Lib. 26.

Lib. 9. Hist. cap. 19. præceptori e Aristoteli aduersati. Hic enim cum omnia Insecta Vermem facere scribat excepto quodã Papilionum genere, quod ait durum quiddam simile cartamo, hoc est, cnico producere, cæteros Papiliones dicere videtur non oua, sed Vermem gignere: Equidem nihil vel parum recte aut vere de Papilionum generatione scripsisse videtur: cum interim exactissime de ea scribere reuerauerit. Nascuntur, inquit, Papiliones ex Erucis; Erucæ ex virentibus foliis, καὶ μάλιστα ἐπὶ τῆς ῥαφάνου ἢν καλοῦσι τινες κράμβην. hoc est, & maxime brassicæ, (nam ῥάφανος, & κράμβη sunt Synonyma) Primum minus quid milio consistit in folio, mox Vermiculi inde contrahuntur, & accrescunt, tum intra triduum Eruculæ inde efformantur: quæ auctæ motu cessant, suaque forma immutantur, appellanturque tantisper Chrysalides (quasi Aurelias dixeris) duro intectæ putamine sunt, ad tactum mobiles, meatibus arenosis obductæ, Non os non aliud ex membris, quod conspicuum sit possident Longo post tempore, putamine obrupto euolant inde animalia pennigera, quos Papiliones vocamus Itaq; primum cum Erucæ sunt, cibo aluntur, atque excrementa edunt. At vero cum in Aurelias dictas transierint, nihil vel gustant vel excernunt, Hæc Aristoteles, mutationem Erucarum in Aurelias, & harum in Papiliones optime tradens: sed non aduertit illud, quod consistit in folio, Papilionum semen esse, præterea Vermiculos illos, quam primum erumpunt ex ouis Eruculas esse: cum tamen alias de hac eadem *f* generatione agens Erucas ipsas nominet Vermes his verbis: Omnia enim post Vermis naturam motu cessant, putamine obdurescunt, mox rupto putamine exit velut ex ouo animal tertia perfectum generatione, idq; pennatum magna ex parte. Ratione illud etiam euenit, quod multi admirentur. Erucæ enim cum primo capiant cibum, mox non capiunt, sed motu cessant, quæ per id tempus Aureliæ dicuntur *g* Plinius grana illa ex rore fieri credidit, soleque densari, quod ipsum naturæ speculatores non facile comprobant. Lapsusq; in eo præterea est Plinius, quod pro ῥαφάνῳ transtulerit raphanum, qui ῥαφανὶς Theophrasto nominatur Sed verba adscribam: Multa autem, inquit, Insecta & aliter nascuntur, atq; in primis ex rore. Insidet hic raphani folio primo vere, & spissatus sole in magnitudinem milii cogitur. Inde porrigitur Vermiculus paruus, & triduo Eruca, quæ adiectis diebus accrescit, immobilis, duro cortice, ad tactum tantum mouetur Aranei Hæc Eruca quam Chrysalidem appellant, rupto deinde cortice volat Papilio Quidam in margine pro raphani legit brassicæ ex Dioscoride, sed Dioscorides Erucas generari tradit ἐπὶ τῶν λαχάνων, hoc est ex oleribus, ex quibus etiam raphanus est. Quare vel ex *h* Aristotele, vel ex eius discipulo Theophrasto locum illum restituere debebat. Hic enim Erucas scribit priuatim brassicam infestare, atque ex ea oriri his verbis: θηρία δὲ γίνεται τοῖς μὲν ἐφάνοις, ψύλλαι· τῇ δὲ ῥαφάνῳ κάμπαι, καὶ σκώληκες; hoc est, Animalcula, quædam gignuntur, in radicibus Pulices, in brassica Erucæ, & Vermiculi. Quem quoque rursus locum transferens idem *i* Plinius, pro radiculis reddidit napis pro brassica raphano. Sed hic in Plinii textum, insigne mendum irrepsit: nam textus Culices habet, cum Pulices sit legendum Textus itaque Pliuii nunc habet sic, Napis Culices, raphano Erucæ, & Vermiculi: item lactucæ & oleri: Legendum ex Theophrasto. Radiculis Pulices, brassicæ Erucæ, & Vermiculi &c. Ex quo loco lapsus manifestatur Aristotelis, qui cum Vermes videret in brassica, opinabatur eos nasci ex ouis illis milio similibus, ac dein in Erucas abire, cum & Vermes & Erucæ quandoque simul, quandoque separatim brassicam infestent, sicut ex allatis Theophrasti verbis facillime quiuis colligat. Ῥάφανος vero brassicam esse, cum ex præcitatis *k* Aristotelis verbis, tum ex Theophrasto liquidissime constat, qui eodem capite τῆς ῥαφανιδος, & τῆς ῥαφάνου genera describit, vbi caute ac prudenter Theodorus pro ῥαφανὶς radicem, hoc est raphanum, pro ῥάφανος brassicam transtulit. Et Hesychius ῥάφανος exponit κράμβη, id est, brassica, vt ex Dioscoride constat cui etiam ῥαφανὶς raphanus est Raphanum tamen infestare non nego, in omni enim olerum genere passim reperiuntur Erucæ, idque ex Dioscoride iam tradidi, sed alias brassicam, aliæ raphanum, aliæ alias herbas, & arbores infestant: neque etiam omnes in Papiliones abire arbitror, nam multæ cum vniuersa quibus insistunt, consumpsere, ipsæ etiam consumuntur. Quædam enim cum in arboribus instar Bombycum contexta reliquerunt, moriuntur, sequenti vero anno illæ rursus ouis vermibus coalescunt, sicut sæpe in arboribus obseruaui, & priuatim in ea, quæ vulgo Euonymus Theophrasti putatur: Plinius arborum morbum esse dicit, vocarique Araneum, & fieri præcipue in oliuis, & vitibus. Est etiamnum, inquit, peculiare oliuis, & vitibus (araneum vocant) cum veluti telæ inuoluunt fructum, & absumunt. Sed nos id in pomis præcipue obseruauimus: Quædam etiam tecta domorum subeuntes, è parietibus dependent, ibique in nihilum rediguntur. Præterea cum aliquando Erucam quandam hirtam siue echinatam coloris totam cærulei aluissem, ea quidem folliculum quendam rudi modo texebat, sed postea, cessante paulatim motu moriebatur. Alia quædam, cum ex ea pulchrum quendam expectarem Papilionem, mihi peperit oua numero quadraginta magnitudine grani tritici, luteo colore, tenui obducta carthilagine in quorum singulo inerat Vermiculus, sed nunquid postea ex hisce vermibus fierent Chrysalides, vt verisimile est, vt verum fatear, nescio, qua incuria non obseruaui. Et rursus earum, quæ in Papiliones commutantur, non omnes putem ex ouis generari, sed quasdam etiam ex plantarum putredine: Sed nunquid campestrium illorum, quos per agros & hortos leuissimo volatu ferri videmus, etiam ex putrediue nonnunquam generentur, plurimum addubito. Id tamen veteres omnes sibi persuasisse videntur, cum nullam ouorum mentionem faciant, vt ex allatis manifestum est. Solus *l* Plutarchus oua Papilionum agnouisse videtur: Etenim plurimis argumentis disputans, priusne fuerit ouum ipsa Gallina, primo Papilionis ortum, deinde Scnipum & Teredinum, quæ ex putri nascuntur ortum, in exemplum adducit his verbis: Vt vero primum nascitur Eruca (scilicet ex ouo de quo disputat, nam postea subiungit de iis quæ ex putri oriuntur) deinde siccitate concrescens tandem rumpitur, atque è se aliud alatum animal exhibet, quod ψύχη, id est, Papilio vocatur, ita hic ouum prius existit, tanquam materia ortus Nam in omni mutatione necesse est prius re mutante esse id, è quo mutatur. Considera enim Scnipes, & Teredines in arboribus, & lignis innasci, humoris putrefactione, aut concoctione, quibus nemo negauerit priorem natura esse vim generandi. Nam materia aduersum ea quæ nascuntur, rationem habent matris, vt ait Plato & nutricis Materia autem omne id est, ex quo constituitur id quod nascitur. Hæc Plutarchus. Author thesauri linguæ Græcæ pro ψυχῶ legit tradit antiquo codice νύμφῶν: quæ lectio sane laudari non potest: nympha enim alata non est. Iam vero non omnes Papiliones oriuntur ex Erucis; quidam enim ex Vermibus, vt domi nostræ videmus in iis qui in frumento proueniunt. Frumentum enim si humidius fuerit. Vermes producit, hi chrysalides, ex quibus Papiliones fiunt Exire etiam vidi Papiliones ex arborum, maxime salicum cauis suo vix spolio denudatos, Papiliones, in quam eiusdem cum cauitatibus crassitudinis, in quibus sane oua fuisse nemo dixerit: ex singulis enim cauis singuli exeunt Papiliones, cum qui semen in quodam loco edunt, id nisi admodum numerose pariant. Sunt id genus Papiliones corpore admodum crasso, alis plurima lanugine obsitis, colore plerunque fusco ad castaneum vergente; quare Papilionibus proprium esse, vt ex Erucis oriantur, statuere non possumus, quanquam id testetur *m* Theophrastus his verbis: Mirum omnino sortassis non minus est, quod in populo alba euenit, cum in proximum atque similem quodammodo transeat. Nam & in animalibus mutationes huiusmodi plerasq; videmus, alias in generatione, vt cũ in cæteris, tum in iis quos (ψύχας) Papiliones vocamus. Euimuero ex Eruca, Aurelia nascitur, mox de ea Papilio. Id enim non aliis quam Papilionum generi euenit. Erucas sponte nasci facile credo, sed ex his Papiliones procreari non puto, quanquam Erucis vento simul raptis pluere bis terue obseruaui in hac ipsa vrbe, sponte quæ in chrysalides, & Papiliones conuerterentur, atque ex his vnum depictum exhibui: quare has ex putri genitas fuisse, negem certo mihi persuadens, quæ sponte oriuntur ex iis quamuis non omnibus esse, quæ absumptis foliis, ipsæ quoque consummuntur, & ad nihilum rediguntur. Harum præcipuus ortus est, aere nimia peccante humiditate, ac putredine tepida. Hæc enim Erucas maxime procreat, vt testatur *n* Plinius, dum ait: Sunt ex eadem causa nascentes, & Erucæ, dirum animal, eroduntque frondem aliæ florem oliuarum quoque, vt in Mileto, ac depastam arborem turpi facie relinquunt Nascitur hoc malum tepore humido & lento. Desumpsit hoc ex *o* Theophrasto, qui sic scribit: In Mileto oleas cum florent, Erucæ erodunt, aliæ frondem, aliæ florem genere diuersæ: itaque arbores dispoliant. Nascuntur tempore Austrino, & vento, si acrior insecutus fuerit rumpuntur. Postremo *p* Columella etiam post pluuias noxia scribit incessere animalia, quæ à nobis appellantur Erucæ. Atque hæc est de Erucarum, & Papilionum generatione, nostra opinio, quam si videbitur iusta, ac bona, lector amplecti poterit, sin minus, boni eam consulat, rogamus. Sed antequam huic rubricæ finem impona mus admonendus est lector, Gazam apud *q* Aristotelem scribere, nonnulla animalia orin ex nullis, vel eiusdem, vel diuersi generis animalibus, inter quæ recenset Muscas & Papiliones, quibus ait gigni quidã animalia, sed non similis naturæ, sed genus quoddam Vermiculi: cum Aristotelis textus Græcus habeat eo loco ψυλλῶν, hoc est paruorum Phalangiorum, non ψυχῶν, vt Gaza vertit præcipitanter certe. nam alias apud eundem *r* Aristotelem, vbi Araneorum, & Phalangiorum genera recenset, recte Pulicem transtulit his verbis: Araneorum, & Phalangiorum plura sunt genera. Mordax in duo distinguitur, alterum simile iis, quæ Lupos appellant, est parium, varium, procax, salax, ψύλλα, id est, Pulex nuncupatum, &c. Non enim hic generandi modus Papilionibus conuenit, sed Araneis, quos scribit *s* Aristoteles parere Vermiculos, qui non ex parte; sed toti in Aranei formam immutantur. Ex Papilione auem gigni pennatam compertum est hoc ipso sæculo, vti tradit Iosephus Acosta Iesuita 1560. ex Bresilia.

f Lib. 3. de gener. c. 6.

g Lib. 11. cap. 32. Plinii lapsus.

h Lib. 7. Hist. plant. c. 5.

i Lib. 19. cap. 10. Brassicam quæ animalia infestant.

k Li. 7. Hist. plant. c. 5.

Etueæ aliæ alias plantas infestant.

l Li. 2. Sym. pos. quæst. 3.

Scnipes vt generẽtur.

Papiliones ex Vermibus.

m Li 5. Hist. cap. 8.

n Lib. 17. cap. 24.

o Li. 4. Hist. plant. c. 16.

p Lib. 12.

Gazæ lapsus.

q Lib. 1. de Generat. animal. c. 18

r Li. 9. Hist. cap. 39. Phalangiũ Pulex dictum. Araneorũ generatio

s Li. 7 Hist. cap. 27.

LOCVS. VOLATVS. CIBVS. Ætas,

PApiliones non eadem omnes loca amant. Illi enim, qui leuissimo hinc inde per aera volatu feruntur, locis gaudent apertis, ac amœnis, herbis floribusque refertis, quos recte quis campestres nuncupauerit. Contra grauiore corpore præditi, vel arborum truncis, vel parietibus, ac fenestris velut affixi hærent, ac parum volant, gaudentque magis tenebricosis, quam lucidis locis. Vnde cum author de natura rerum scribit Papiliones esse Vermes volantes, qui maxime floribus innituntur, & ex eis cibos capiunt, de prioribus intelligendus est; Sed cibum capere non

Quo loco gaudeant.

An cibum capiant.

non puto atgumento noſtrorum Bombyliorum, qui cum eraſſo alioqui ſint corpore, cibum non capiunt, & ſubito moriuntur, cum proli incubuerint, hoc autem, quamprimum in lucem editi ſunt, faciunt: quare & cæteros, ocyus interire, etſi id necdum obſeruaui, ſuſpicandum eſt. *a* Columella, & ex eo, vt videtur *b* Iſidorus ſcribunt, eo tempore quo florent maluæ, magnam eſſe Papilionum multitudinem Sed cum maluarum aliæ ſint ſylueſtres, aliæ ſatiuæ, quaſnam intelligat videndum eſſet. Satiua etenim, ſiue hortenſis Iulio & Auguſto præſertim menſibus florent, ſylueſtris per totam æſtatem, & in maximam autumni partem durat. Equidem Papiliones ipſo ſæpe veris initio videre eſt, veriſque noui teſte Plinio habentur nuncii: item tota æſtate, ac autumno, niſi frigus ocyus ingruat. Quamobrem ego Columellam de domeſticis malui loqui puto: nam de illis Papilionibus loquitur, qui in alueis Apum nati, Apes infeſtant. Sunt autem hi ex eorum genere, qui ad lumen candelæ aduolant, quales Auguſto potiſſimum menſe abundare cernimus quamobrem etiam eos candelæ in olla poſitæ igne eos interimi ſcribit. Quod poſt etiam repetiit idem *c* Iſidorus: Papiliones, inquit, vocantur à ſimilitudine patuuli animalis volantis, quod maxime abundat florentib. maluis. Hæ ſunt auiculæ, quæ lumine accenſo conueniunt, & circa volitantes ab igne interire coguntur.

a *Li. 9. c. 12.*
b *L. 12. c. 8.*
Malua alia ſatiua & ſylueſtris quando floreat.
Papilio ver nunciat
c *Lib. 15. cap. 10.*

DENOMINATA.

Papilio ſiue tentorium.

A Papilionis volantis ſimilitudine tentorium Papilionem vocari nonuulli volunt. Calepino Græce etiam ſcribitur πα-πιλίων, ſed eam vocem uullibi repetio. *a* D. Chryſoſtomus vocē eſſe tradit Romanā; apud quē forte cū ille Græce ſcribi videret, Græcam eſſe eredidit. Chryſoſtomi verba adſcriberem, ſed Græco careo. Latinus factus ſic habet: Quemadmodum ergo Moſis in deſerto tabernaculum, et tugurium in quo congregari poterant, quod Romani vocarunt Papilionem, Italis & Belgis etiamnum Padiglione vocatur. Gallis parum mutata dictione Pauillon. Apud *b* Plinium vbi habet, Numidæ vero Nomades à permutandis Papilionibus, mapalia ſua hoc eſt, domus, plauſtris circumferentes, caſtigatoria exemplaria habent, primutandis pabulis. Eſt tamen vox à latinis recepta. *c* Vegetius: Porta quæ appellatur prætoria, aut Orientem ſpectare debet, aut illum locum, qui ad hoſtem reſpicit, aut ſi iteragitur, illam partē debet attendere, ad quam eſt profecturus exercitus, intra quam primæ centuriæ, hoc eſt, cohortes, Papiliones tendunt, & Draeones & ſigna conſtituunt. Sunt autem eidem Vegetio proprie è velis tenſis. *d* Procopio etiam ex aſſeribus. Ipſe poſt hæc, inquit, vbi legatum appropinquare audiuit ſubito tugurio ex craſſis aſſeribus compacto, quod Papilionem vocant, ibidem reſidebat. Sed hæc huc non pertinent, dicam tamen & hoc, inter huiuſmodi Papiliones ſiue tentoria primum locum amplitudine tenere Regis Sinarum; quo aiunt, præter duo hominum millia, quæ ſub illo degunt, etiam regum, principum, reiumque publicatum oratores hoſpitio excipi. Papiliones item nominantur maculæ illæ, quibus per peſtilentes febres cutis ſuffunditur variis locis, Pulicum aut Cimicum morſui ſimiles, vario ſæpe colore, pro veneni feritate, & materiæ conditione, modo rubræ modo flauæ, ſubnigræ, violaceæ ſeu purpureæ, cæruleæ, liuidæ, nigræ, & quia fere purpurei ſunt coloris, ideo purpuræ nomine Gallis intelliguntur. Lenticulæ aliis dicuntur, quod ſæpe lenticulari colore, & effigie viſuntur *e* Ambroſius Pareus Papiliones ideo nominari vult, quia alatorum Papilionum inſtar varias ſubito inuolent corporis velut regiones, uunc faciem, nunc brachia nunc crura, nunc totum corpus. Ego potius à maculatis illis Papilionibus pulcherrimis, qui floribus deſides perpetuo inſident, propter conſimillimas maculas ita vocari arbitror. Quare & flores multorum leguminum Papilionacei vocantur, quod Papilionum figuram quodammodo exprimant. Plurimos enim videre occurrit, qui Papiliones, quam ſimillime ementiuntur, vt non modica laſciuia naturam in iis depingendis luſiſſe conſtet. Piſum præ cæteris flores Papilionis forma circa vmbilicum purpureos galeatos habet: nec longe à iam dicto fabæ flos abit, criſtatus, purpureus, variis punctulis variegatus: Smilaces hortenſes ſiue phaſeoli Papilionis effigie flores gerunt: Cicer eiuſdem effigiei vt ſuperiores, flores producit. Porta arbitratur naturam ideo luſiſſe horum animalculorum in floribus illis figura, vt cum fœcunda hæc eſſe conſtet propter eorum vbique locorum copiam, hac eadem fœcunditate pollere ſignificaret. Reuera legumina fœcunditatem promouere credendum eſt, quando venerem & ſtimulent, & augeant.

a *Lib. 2. de bell. Perſ.*
Papilio regis Sinarum memorabilis.
Papiliones pro maculis cutis in febre peſtilenti.
b *L. 5. c. 3.*
c *L. 16. 23.*
e *Lib. 21. cap. 82.*
Flores Papilionacei cur ſic vocantur.
Piſi flos.
Legumina Venerem cient.

PRÆSAGIA.

a *Lib. 18. cap. 25.*
Veris ſignū

„ SVnt inquit *a* Plinius, qui certiſſimum Veris indiciū arbitrentur, ob infirmitatem animalis, Papilionis prouentum, In ipſo anno cum commentaremur hæc, notatum eſt, prouentum eorum ter repetito frigore extinctum, aduenaſque volucres ad vi. Cal. Februarii ſpem (ſpeciem legunt alii ex veteri textu) veris attuliſſe, mox ſæuiſſima hyeme conflictas. Noſtri quoque agricolæ papilionem incertum veris inditium habent, ſicut quoque Hirundinem, quoniam vtriuſque aduentum frigora ſæpiſſime ſubſequantur; ſed Cicada, cum apparuerit, metum frigoris deponi iubent, vnde prouulgatum ipſorum eſt velut adagium.

papilio incertus Veris nuncius

Non credo alla Rondine ne alla Farfalla
Ma ben alla Cicala che mai falla.

Papiliones viſi ſunt nonnunquam nimia copia luxuriantes aeris peſtis præperniciem indicaſſe. Tradit *b* Cornelius Gemma anno 1562. circa 15. Auguſti ingentem Papilionum exercitum in Belgio natum fuiſſe, anno, inquam, cuius ſtatus admodum erat, ventoſus, tempeſtatibuſque multis atque procellis infeſtus. Volabant, inquit, hæc animalcula propter aquas, ea frequentia, vt curſum fluminis obſcurarent, potiſſimum poſt occaſum Solis: hinc ſeſe ſub noctem referentes, per vicos velut inſtructis copiis vagabantur, nihil fere à Tineis differentes. Hæc ille, addens inſuper parentem ſuum in Ephemeridibus ſuis adnotare idem viſum anno 1551. Auguſt 16. tertioque iā, & quarto annotauiſſe, ſemper cum apparerent, eadem anni parte ſpectatum, circa Auguſti medium ſcilicet, poſt conſtitutionem æſtatis omnino conſimilem, per ſchematiſmos Saturni, & Veneris Sed an quicquam in prodigiorum genere valeat necne, nondum ſibi ſatis eſſe exploratum, præſertim quando cauſarum præcedentium conſtans analogia ſit ſatis ex naturæ viſceribus deprehenſa. Idem author agens de ingentibus calamitatibus, ac cladibus, quæ illic anno 1573. contigere, inter cætera prodigia, ac earum præſagia Papilionum frequentiam iterum recenſet his verbis: Papilionum ingens exercitus rurſum apparuit 18. Auguſti, qualis & anno 1551. item 1560, aliasque ſæpius iiſdem temporibus anni, conſtitutione conſimili. Durant hæc animalcula Tinearum inſtar, vt plurimum dies continuos tres, quæ nube denſiſſima propter curſum fluminū " vecta, hinc ſole occiduo per vicos & Lares ſeſe diſpergunt, & " corruptelam aeris ex anni madore ſignificant. Præceſſerat copula diuturna, Saturni, & Veneris: vigeſimo die tempeſtates hor- " rendæ cum ventis aſſiduis ſubſecutæ: die vigeſimo primo frigus " ſolēs ac ſupra temporis rationem. Febres contagioſæ amplius " inualeſcebant: Vermes & id genus putredines ſupra modū. Nā " & huiuſmodi mali præſagia ex illo Inſecti genere vel duce natura colligi potuerunt, quod nimirum vnius parentis germanæ " ſoboles videantur.

b *Lib. 2. Coſmocrit. c. 2.*
c *Lib. 2. c. 4.*

PROVERBIA.

Σπεῦδε βραδέως, id eſt, Feſtina lente, vetus eſt adagium, de quo multa ſcribit adagiorum author pulcherrima admodum erudite, quæ qui volet, ipſum adire poterit, Non inuenuſtam, inquit, ænigmatis ſpeciem præ ſe fert, propterea quod conſtat ex verbis inter ſe pugnantibus, ideoque referendum eſt ad formam eorum, quæ per ἐναντίωσιν, id eſt contrarietatem efferuntur. Monet adagium tutiora eſſe, quæ lentis conſiliis prouidentur, quam quæ calidis properantur. Quamobrem duobus Imperatoribus Romanis, omnium facile laudatiſſimis, Octauio Auguſto, & Tito Veſpaſiano quorum vtroque nemo alius ſapientius, ac prudentius imperii habenas rexit, tantopere placuit, vt typo verque id expreſſerit hyeroglyphico, quo ſeſe à nimia præcipitatione, ac credulitate illa, qua plerique principes, ac iudices mox primo impetu paraſitorum ſuorum delationibus fidem adhibentes, cum quibuſdam iniquiſſime interdum egerunt, alienos eſſe indicarent, temperantiamque & regendis imperii habenis moderamen iuſtum obſeruare reſtatentur, Auguſtus Papilione cancri marini chelis prehenſo, Veſpaſianus delphino anchoræ circumuoluto. Papilione enim nihil leuius in aere fertur, delphino nihil celerius in mari natat: illo itaque à cancro cuius greſſus lentiſſimus eſt, prehenſo, atque hoc anchoræ, quæ & naues maximas remoratur, ſtabilitate retento, temperamentum quoddam enaſcatur, neceſſe eſt, quod tantis principibus conuenire exiſtimabant. Illud quoque à Marriale dictum videtur prouerbialiter in Ligurram, qui timebat, ne mordaci aliquo epigrammate ab ipſo proſcinderetur, ac perſtringeretur:

Feſtina lente.
Auguſti & Veſpaſiani ſymbolum

In tauros Lybici ruunt Leones
Non ſunt Papilionibus moleſti.

Adhiberi poteris, quoties ſignificabimus excelſis animis leues, & vulgares iniurias eſſe negligendas.

DE PAPILIONE AD LVMINA ACcenſa aduolitante.

HVius generis Papiliones aliquot ſupra, quod cum aliis permixti ſint, deſcripſimus. Alas plerumque habent membranoſas, ſiccas & quæ tangenti velut cinere aſperſæ appareant Quorum, quod diuerſa quodammodo à cæteris ſit natura ad lumina accenſa aduolitandi, priuatim agere placuit: tum etiam quia peculiaribus nominibus apud authores veteres veniant, quæ quidem confundere cum aliis nefas foret.

Ordinis ratio.

SYNONYMA.

ARiſtoteli *a* ἡπίαλος nominatur, Gaza ſeruata Græca voce Hepialum reddidit. ſcribendum ita denſo ſpiritu, nam alioqui ἠπίαλος genus quoddam febris eſt ex vitrea pituita. *b* Nicandro φάλαινα vocatur, vt ex ſubiectis verbis clarum euadit.

a *L. 8 Hiſt. cap. 27.*
b *In Theriacis* φάλαινα.

——φαλαίνη ἐναλίγκια τὴν περὶ λύχνους
Ἀερόνυχος δειπνηστὺς ἀπήλασε παιπάλοεσσαν
Phalana ſimiles (beſtias) ſtrepitu quam lampada circum
Aera tranantem canandi tempus abegit.

Vbi

Vbi Scholiastes φάλαιναν ait esse animalculum, quod sua ætate vocaretur ψυχὴ, & ψώρα, quæ postrema vox alias scabiem significat: dicique ait φάλαιναν παρὰ τὸ εἰς φῶς ἅλλεσθαι, hoc est, quod ad lumen aduolet. Lycophroni per apocopen dicuntur etiam φάλαι: vnde
c Lib. 18. aduers. c. 18. c Turnebus apud Nicolaum, vbi in pulueris confectione legitur φάλης κεκαυμένης interpretatur Blattas & Papiliones lucernis aduolitantes. Est præterea φάλαινα balena. φάλαινα, inquit Varrinus animalculum est, quod ad lumina aduolat, πυραυστόμικρον. & ψώρα etiam vocarum: item piscis κτηνώδης, hoc est iumentarius, nec non θηρίον θαλάσσιον, bellua marina; vbi forte scribendum πυραύστου μόρος quod prouerbii vice effertur in eos, qui sibi mortem ascisciunt. Papilio enim iste, de quo agimus Zenodoto, & Æschilo teste Ælianoo
Pyraustæ mors. Πυραύστης dicitur, quanquam Pyrausta Plinio sit Insectum, quod in igne nasci putatur: & aliud rursus d Aristoteli, quod Apibus ait
Pyraustæ quæ insecta vocentur. esse infestum, vermiculus, inquam, quem etiam Clerum appellari scribit, specie Aranei. Ab Adriano Iunio vocis, vt videtur, illius vicinitate decepto Pyrallis exponitur animalculũ pennatum, lucernarum luminibus aduolans Aitque dici Aristophanis Scholiasti
d L. 8. c. 27. Clerus. μύκλω, cæterum Pyrallis e Aristoteli auiculæ genus est, Gazæ Ignariam reddidit, Plinius Græcam vocem reseruauit. Apud Athenęum
Pyrallis. e L. 9. Hist. c. 1. Pyrallis legitur, & apud Hesychium πυρραλὶς est ὄρνις ποιὸς, idq; suo loco post πυρράλη, ordine alphabetico: quæ scriptura si verior est,
Μύκης quid. nomen fortasse inuenit à ruffo colore. Μύκης vero fungus est, & quandoque fungus elychnii τὸ περὶ τὴν τῆς λύχνου θρυαλίδα ἐφιστάμενον, cuius meminit Aristophanes, inquiens si huiusmodi fungi in
In Vespis. elychniis fuerint, pluuiæ præsagium esse: quod & ipsum Iunio imposuerit. Scholiastes Nicandri ψυχῇ similem esse tradit κρανοκηλάπτων, & circa lumen volitare: Sed f Aetio κρανοκηλάπης est
f Tetrab. 4. serm. 1. c. 18. quartum Phalangiorum genus, de quo suo post loco dicetur. A posterioribus Græcis Papilionis genus καυδηλοσοῖσης nuncupa-
g L. 11. c. 19. tur. g Plinio videtur appellari Papilio ignauus, & inhouoratus, luminibus accensis aduolitans, pestifer scilicet Apibus, de quibus ibi
h L. 8. Hist. c. 27. agit. Sed h Aristoteles Papiliones, qui Apibus in alueis obsunt, ab Hepialo, hoc est, Papilione ad lumina aduolante, distinguit disertissimis hisce verbis: Obest & alia quædam bestiola similis Hepialo Papilioni, qui lucernarum luminibus aduolat. Quamobrem Papilionis ad lumina aduolantis nomine duo diuersa Papilionis genera, sed inuicem similia, intelliguntur, nimirum Hepialus, & qui
i L. 9. c. 12. in aluearibus Apum nascitur: videturque i Plinius alio quam Aristotele, authore vsus: nam & Columella non alios, quam quos Plinius, Papiliones ibi generari scribit, & igne candelæ occidi docet. Scaliger loca illa in quibus in alueis Papiliones isti fiunt, hordearia vocat. Ego oua horum Papilionum in tecto aluearis in vnam veluti massam conglomerata tenui quadam lanugine ea continente obruta inueni, subnigra, splendida, dura, rotunda, numerosa; Erucas etiam albicantes, exiguas, quæ mihi insequenti nocte folliculos fecerunt, quales in alueo quoque obseruaueram magnitudine pistachii inuicem numerose admodum cohærentes, & in singulis suas chrysalides, quæ denique mihi dissectæ Papiliones pepererunt quales quoque in alueis videram Papilionibus, qui in iriri
k Lib. 4. de Venenis. c. 11. co oriuntur, non dissimiles. k Ardouino nescio qua barbara voce Papilio iste etiam Campalio non nominatur. Italis Farfalla, & vt Alumnus addit, Pauiglione, & Poueia.

MORES. INGENIVM.

a Lib. 12. Hist. anim. c. 8. „ EX ignis fulgore Pyrausta, inquit a Ælianus, quam vehementi afficitur voluptate, idcirco cum flamma vel maxime viget, „ ad lucernas aduolat, atq; nonnihil captare videtur At enim la„ psus viuus comburitur. Meminit vero eius etiam Æschylus Tra„ gœdiarum scripror hoc senario.

Δέδοικα μαλὸν κόρτα Πυραύστου μόρον
Magnopere stultum metuo Pyrausta exitium.

Citat eiusdem Æschili senarium Zenodotus cui etiam Pyrausta est Insectum, quod lucernis aduoler, atque ita exustis alis concidat, pereatque. Abiuitq; in prouerbium πυραύστου μόρος, Pyraustæ
Pyraustæ interitus. interitus, in eos, vt dixi, qui sibiipsis exitium accersunt, & πυραύστου χαρὰν χαίρεις, id est. Pirausta gaudium gaudes, de momentaria fluxaque voluptate vulgo dicimus. Eandem, quam ex ignis splendore voluptatem percipit, expressit Martialis hisce versibus ad Paulum de phiala.

Illa potest Culicem longe sentire volantem
Et minimi penna Papilionis agi,
Exigua volitat suspensa vapore lucerna
Et leuiter fuso rumpitur icta mero.

b Cant. 4. Amans Pyraustæ cõparatus. Sed nemo melius, quam b Torquatus Tassus Armidæ forma captum Eustathium inquiens similiter; ac Pyrausta ignis splendore, in qua doctissima similitudine admodum ingeniose lusit poeta. Nam cum amor ipse, velut ignis sit quispiam, ac flamma, vtrumq; flamma gaudentem, & amore vrentem Eustathium, & igni inuolitantem Pyraustam inuicem comparat:

Come al lume Farfalla ei si riuolse
A lo splendor de la bella diuina:
E rimirar d' appresso i lumi volse,
Che dolcemente atto modesto inchina.
E ne trasse gran fiamma, e la raccolse
Come da fuoco suole esca vicina.

Imitatus autem est Tassus Petrarcham, qui & ipse amorem suum Pyraustæ comparat.

A *Son' animali al mondo di si altera*
Vista, che contra il Sol pur si defende,
Altri, pero che il gran lume gli offende,
Non esc on fuor, se non verso la sera.
Et altri, col desio folle, che spera
Gioir forse nel fuoco, perche splende
Prouan l' altra virtu, quella, che incende,
Lasso. al mio loco è in qui st v tima schiera,
Ch' io non son forte ad espettar, la luce
Di questa Donna, e non so fare schermi
Di luoghi tenebrosi, o d' hore tarde.
Pero con gli occhi lachrimosi, e infermi
Mio destino à vederla mi conduce
E so ben, ch' io vo dietro à quel, che m' arde.

Et post rursus in eodem fere sensu:

Che poss' io far temendo il mio Signore
Se non star seco infin à l' hora estrema?
Che bel fin fa, che ben amando muore
Come tal hora al caldo tempo suole
B *Semplicetta Farfalla al lume auuezza*
Volar ne gli occhi altrui per sua vaghezza,
Ond' auuien ch' ella muore altri si duole.
Cosi sempr' io corro al fatal mio Sole
De gli occhi, onde mi vien tanta dolcezza,
Che l' fren de la ragion amor non prezza.

Cum proprium itaque sit huic Papilioni, vt ad lumen aduolet, lumenq; symbolum sit diuiniratis, iuxta illud Dauidicum: in lumine tuo vidimus lumen, similes recte dicenrur ei qui luminis istius arcana cutiosius, quam par est, rimari volunt, antequam quæ ante oculos habent, naturam perspectam habeant: in quo fere sensu Langius apud c Lipsium: Vaga, inquit, mens, qui per hanc curio " c Lib. 2. de
sam curam tibi vis? Tangere cęlestes illos ignes? Liquesces. " Constant.
Scandere in Prouidenriæ arcem? cades. Vt Papiliones, & minuta " c. 12.
quædam animalcula vespere lucernæ lumen identidem circum- "
uolitant donec amburantur: Sic humana mens lasciuit circa ar- "
canam illam flammam.

C

NOCVMENTA.

NVnquid eiusmodi Papilionum genus aliquam homini præbeant vtilitatem, quod verisimile est, nondum discere potui: quemadmodum è contrario duplex eorum damnum, quod inferunt, passim ab authoribus celebrari palam est. Papilio, inquit a a L. 28. c. 10.
Plinius lucernarum luminib aduolans, inrer mala medicamen- "
ta numeratur. Huic contrarium est iecur caprinum. Non recte "
itaque Matthiolus Blattas & Papiliones hircino iecore accenso
abigi scribit; nam id Plinius, vt patet ex citato loco, priuatim de
hisce scribit, qui ad lumina lucernarum aduolant. b Ardoynus eo- b Lib. 4. de
rum naturam venenosam esse scribit, accidentiaque assumptorum Ven. c. 11.
præserrim in notabili numero esse valde mala. Sed qualia sint ab
authoribus non asseri. c Rasis testatur, si crines equini habeantur c L. 20. c. 2.
in aliquo loco, non intraturos Campaliones, sic enim ille hosce
Papiliones nominat: item nigellæ, ac cicutæ suffitu fugari Curatur
qui sumpsit eodem modo, quo qui venenum potauit. Altera earum
noxa est, quam Apibus inferunt. d Columella aurhor est, nisi ene d L. 9. c. 14.
center, aut diutius inter aluos morentur, Apibus exitio esse: nam & Vt Apibus
ceras, inquit, erodunt, & stercore suo Vermes progenerant, quos noceant,
aluorum Tineas vocamus. Itaque quo tempore maluæ florent,
cum est eadem maxima multitudo, si vas æneum simile miliario "
vespere ponatur inter aluos, & in fundum eius lumen aliquod di- "
mittitur, vndique Papiliones concurrere; dumque circa flam- "
mulam volitant, aduri, quod nec facile ex an usto iursus euola- "
re, nec iursus longius ab igne possint recedere, cum lateribus æ- "
neis circumueniantur, ideoq; propinquo ardore consumi. Idem "
remedium notauit e Plinius addens insuper stercore si suffiantur " e L. 21. c. 14.
alui, Papiliones arceri. Aluearia, inquit hyeme stramento operiri "
crebro suffiri, maxime fimo bubulo Coguatum hoc iis; innas- "
centes bestiolas necat, Araneos, Papiliones, Teredines: Apesque "
ipsas excitat. Et Araneorum quidem exitium facilius est: Papilio- "
num maior pestis. Tollitur vero cum marurescit malua, noctu, "
inrerlunio, cœlo sereno, accensis lucernis ante alueos. In eam flam-
mam sese ingerunt. Idem repetit f Palladius, idque faciendum esse f In Aprili
vult mense Aprili cum maluæ florent; quod Columellę aduersatur, tit. 8.
qui de media fere loquitur æstate, vt qui vtrumque authorem con-
feret, facile animaduertet: neque etiam maluas eo mense florere
puto, & quo anni tempore floreant, præcedenti capite ostendi.

CAPVT III.

DE POMPYLIO SIVE PAPILIONE Bombycum.

SYNONYMA.

SVpra ex Suida Βομβυλιὸν diximus esse genus Apis syluestris, ita Etymum:
dictum παρὰ τὸ βόμβειν, nimirum à bombo, quo obstrepit Sed Suidæ er-
cum dicar fauos conficere ex luto, lapsus eius manifestatur, ete- ror.
nim id de Bombyce, non de Bombylio tradidit Aristoteles, ex quo
patet dilucidissime τὸν Βομβυλιὸν esse Papilionem nostrum, qui ex

Bombyce prouenit, hoc eſt, Eruca Serici ſtaminis textrice: quem ſi etiam παρὰ τὸ βόμβειν dici quis velit, non contradicam, quia inter cætera Papilionum genera magis eſt obſtreperus. Vnde βομβυλιὸς reſte Polluce, & Athenæo poculi genus erat anguſtiotis, βομβῶν ἐν τῇ πόσει, hoc eſt, bombum inter bibendum edens. Maior adhuc lapſus eſt Heſychii, cui βομβυλιὸς præter poculum, eſt ζῷόν τι πνεῦμα ποιοῦν τὸ ῥόμβος τῶν σφηκῶν, ἢ μέλισσα μεγάλη, ἢ μυῖα hoc eſt animal ſonum faciēs more Veſparum, aut Apis magna, aut Muſca. Locus Ariſtotelis, vbi βομβυλιὸς nominatur, eſt in quinti de animalibus, capite decimonono, ſed textus corruptus eſt, & ſubinde eum corrigam: Gaza Bombycem tranſtulit perperam. Plinio Latine Bombylii quoque dicuntur, ſi & ipſius textus reſtituatur, vt ego iam iam reſtituam. Italis vocantur Brendole, Pauagliotte, Parpagliotte, Bardelli, & Farfalle nonnunquam, ſed impropriè.

Bombylius vaſis genus.
Heſychii error.
Gazæ error.

GENERATIO. ET TOTA Hiſtoria.

HVius generis Papilionum generationem paulo aliter, quam apud nos nunc fit, deſcribit *a* Ariſtoteles his verbis: Ex quo-
,, dam magno Verme, qui cornua habet, & ab aliis differt: primum
,, quidem cum is mutatus eſt, naſcitur Eruca; dein Bombylius, at-
,, que ex eo Necydalus. Sex porro menſibus in has omnes formas
,, mutatur. Sic ille, paulo aliter, vt dixi, de Bombylii ortu tradens, quam nunc fieri videmus. Non enim noſtræ Erucæ ſiue Bombyces ex Vermibus fiunt, ſed ex ouis Bombyliorum. Notandumque præterea ibi textum philoſophi à quopiam eſſe corruptum, ac inuerſum, & debere legi, naſcitur Eruca, dein Necydalus, atque ex hoc Bombylius, quanquam mendoſam illam lectionem ſecutus ſit *b* Plinius, niſi & apud hunc quoque corrupte omnia legi dicamus, quod certiſſime affirmare auſim. Textus corruptus habet ſic: Eſt & alia Bombycum (de Bombycibus Veſparũ, aut ſylueſtrium Apum generis erat locutus) origo è grandiore vermiculo, gemina prætendens ſui generis cornua. Hi Erucæ ſunt. Fit deinde, quod vocatur Bombylius, ex eo Necydalus, ex hoc in ſex menſibus Bombyx. Ego vero lego ſic: Eſt & alia Bombycum origo è grandiore vermiculo gemina prætendens ſui generis cornua: hinc Eruca fit, quę & Bombyx appellatur, ex eo Necydalus, ex hoc Bombylius. Omnia ſex menſibus. Locus Ariſtotelis corrigitur facile ex ipſiuſmet præcedentibus in eodem capite verbis, quæ nos ante citauimus, vbi nimirum diſertiſſimis verbis ſcribit ex Eruca fieri Chryſalidem, & ex hac Papilionem. Idem ex *c* Plinio diximus, idem *d* Theophraſtus tradit, binis in locis, nimirum in quinto de cauſis plantarum, & in ſecundo de hiſtoria canendem; in quo poſtremo loco mutari ſcribit generationes quaſdam per plura animalia, vt cum ex Eruca fit Chryſalis, ex Chryſalide Papilio; ſed Theodorus perperam ibi habet, cum ex Tinea Eruca, rum ex ea Papilio gignitur. Nam Theophraſtus Tineæ non meminit, ſed Chryſalidem ait naſci ex Eruca. Iam vero νεκύδαλον idem eſſe quod χρύσαλις, ipſum nomen indicat, cum velut mortuum, vel potius ſopitum ſonet, vnde Gaza recte Inualidam tranſtulit, ralem autem eſſe Chryſalidem præterquam, quod vulgo notum eſt, ipſemet ibidem Philoſophus atteſtatur. Cuius dictionis vim cum non aſſequeretur Iacobus Dalechampius in fœdiſſimum errorem impegit, & ſuo ſeipſum gladio iugulat. Nam cum prius locum Ariſtotelis eodem plane quo ego reſtituiſſet ſenſu, imo iiſdem pene verbis, in ſubſequenti Plinii capite mutata prorſus ſententia, quamdiu, inquit, filum ducit Eruca, & latebras illas ſibi ædificat,
,, Bombylius, Erucæ nomine relicto, nuncupatur, non à ſono,
,, quem bombyzationem Feſtus vocat, ſed à bombycio, id eſt
,, vellere, quod orditur, vnde bombycina veſtis nomen habet.
,, Poſt quadrageſimum diem, quam Eruca ſe abdidit, & in bom-
,, bylium mutata eſt, ſubnaſcens Papilio, nimirum cornutus Ver-
,, mis, & quartor alis pennatus, tum ſuccum exhaurit, qui molli-
,, tiem velleri præbet, tum exeſo folliculo, vt exitum ſibi quærat,
,, velleris extrinſecus incumbentis filum proſcindit, ac diſſecat, vt
,, eius tractum, qui rota carminate nititur, ſequi nõ poſſit, ſed diſ-
,, cerpatur, ac diuellatur Papiliones νεκυδάλους Ariſtoteles vocat, vt
,, equidem cenſeo, ἀναπτερωθέντας νεκύων, veluti reduiuos, morte li-
,, beratos, ac vita reſtitutos, commutata forma, vel νεκυωπάτους, id
,, eſt, νεωπάτους καὶ προσφατωπάτους ἐξαλλοιωθέντας, vltimos, recentiſſi-
,, mos, nouiſſime proſilientes. Sic ille. In quibus hoc præterea notandum, quod bombycium velliis, & veſtis bombycina, non dicuntur à Bombylio, ſed à Bombyce. Bombyx enim eſt Eruca, quæ texit, non Bombylius, vt patet ex Plinio, cuius caput vigeſimum tertium libri vndecimi de Bombyce Coa inſcribitur, & in fine capitis de bombycinis veſtibus loquens, Aſſyria, inquit, bombyce adhuc fœminis cedimus. Sed cum & in huius capitis mentionem inciderimus in eo quoque nodus explicandus eſt, locus, inquam, alius emendandus, non tamen eo modo quo reſtituit eum idem
,, Dalechampi[us]: Plinii verba ſunt: Bombycas & in Co Inſula naſci
,, tradunt, cupreſſi, terebinthi, fraxini, quercus florem imbribus
,, decuſſum terræ halitu animante. Fieri autem primo Papiliones
,, paruos, nudoſque mox frigorum impatientia villis inhorreſce-
,, re, & aduerſum hyemem tunicas ſibi inſtaurare denſas, pedum
,, aſperitate radentes foliorum lanuginem in vellera. Legit Dalechampius: Fieri autem primo Vermes paruos, deinde Erucas nudas, mox frigore, &c. Ego lego ſic: Fieri primo Erucas nudas mox frigore, &c. Erucæ enim prius Vermes non ſunt. Vt modo ad Bombyliorum noſtrorum generationem reuertamur, ea plane eo quo dixi modo ſe habet, nimirum ex Eruca iam folliculo incluſo

a *Li. 5. Hiſt. c. 19.*
b *L. 11. c. 22.*
Bombycũ ortus.
Plinius correctus.
Ariſtotel. correctus.
c *Lib. 5. de cauſſ. plant. c. 8.*
d *& lib. 2. hiſt. c. 6.*
Gaza error.
Necydalus quid.
Inualida.
Dalechampii error.
Bombycina veſtis.
Plinius rurſus correctus.

A fit Chryſalis, ex quo Papilio, qui folliculum terebrat. *e* Vida:

Ecce autem vt roſtro follem terebrauit acuto
Protinus erumpit viſu mirabile monſtrum
Alitis in parua Bombyx collecta figuram,
Et noua ſe rerum facies mirantibus offert.

e *Lib. 2. de Bombyc.*

Summæ equidem imbecillitatis, & breuiſſimæ vitæ Papiliones iſti ſunt, vt qui ex folliculo erumpentes haud ita multo poſt Venerem ineuntes diebus tribus coeunt, quo peracto maſculus moritur, fœmina vero, ordine iterato oua parit innumera rotunda, minuta, ſemini hyoſcyami non diſſimilia, aut herbæ peti ſiue nicotianæ, ſubſtrato ſibi panniculo, vel albo, vel rubro, deinde emoritur: tunc panniculus cum ouis ſuſpicitur, & vbi non poſſit hyemis pertingere frigus, reponitur, vt doctiſſimis hiſce verſibus idem Vida, quem omnes de hiſce agentem beſtiolis videre velim, cecinit:

Ætatis breuitas.
Oua vbi reponẽda.

Carpe manu reſides, & funibus inſidentes
In tabulamq; refer, ſtratam velamine molli.
Quippe vbi ſubtracto ſe rurſum ad fata vocari
Senſerunt victu, turbantur.
Concubitu indulgent omnes, & ſemina gentis
Munere defuncti vita poſt fata relinquant,
Et ſeruare genus valeant, ſtirpemq; tueri.
Nec vero, velut in ſyluis genus omne ferarum,
Alituumq;, vagos paſſim furantur amores,
Sed connubia certa, ſed electi hymenæi.
Ille ſuam tenet, illa ſuum, dulciq; fruuntur
Amplexu caudis ambo permutua nexis.
Inſtant, & validis iuncti compagibus hærent.
Nec Veneris breuis vſus erit, videre reuincti
Quartam ſæpe diem, nec quas legere, relinquent,
Donec vterq; cadat, nec enim, ſi viribus hauſtus
Mas prius occiderit, longum tamen ipſa ſuperſtes
Fœmina erit; ſed vbi concepta effuderit oua,
Nulla mora, amplexu nondum diuulſa ſequetur.
At vero qua infuſa vides mantilibus albis
Semina ſeu milii exigui tenuiſſima coge.
Hac tibi poſt annum ſobolis ſpes certa creanda.
Abde domo, hiq; aptam ſuper omnia deligeſedem,
Qua neq; ſint aditus torrenti æſtate calori,
Nec Borea bruma in media, contraria vis eſt
Vtraq; ſeminibus ſeruandis: frigora dira
Vim genitalem omnem perimunt, fruſtraq; fouebis
Semen inane: calor vero ſi admiſſus in oua
Paulatim ſeſe inſinuet, parua eſt mora, proles
Ante diem ſuperas incaſſum rumpet in auras,
Cum frondes iam conſumpta, cum pabula ſylua
Deficiunt, & torſa comam Thysbeia nudos
Oſtentat ramos populatis frondibus arbor.

Cum itaque tam breuis vitæ ſit noſter Bombylius formari ex eo poſſet, hieroglyphicum, quod inquit *f* Pierius Valerianus, indicaret, re bene geſta vitam exhalatam, vt Epaminondam Thebanum & Leonidam Spartanum feciſſe legimus. Tam breuis vitæ abſque vllo dubio cauſa eſt, quod non edant, obſcurior mihi videtur ratio. Ad quid enim os, & aluum natura, quæ nihil facit fruſtra, eis dedit? Alii inquirant; ad me quod attinet, dicam libere, & iterum dicam, neſcio. Vida credit ideo non edere, quod vereantur, ſi rurſus ederent, ſimilibus, quibus prodiere, carceribus includendos iri. Canit itaque:

f *Lib. 26.*
Poſt rem bene geſtã mortui typus.
Cur breuis vitæ ſint.
Cur non edent.

Ergo carceribus cum rupit multa viam vis,
Et ſeſe cæcu populi eripuere tenebris
Aligeri, atq; iterum lucu venere ſub auras
Hærent attoniti rerum nouitate, neq; audent
Remigio alarum ſe aperto credere cælo
Diſſimiles q; ſui tacite noua corpora ſecum
Mirari forma, nec ſeſe agnoſcere in illa.
Cornua mirantur fronti, mirantur & alas,
Et vires nil ſupra audent tentare priores
Diffiſi, memoreſq; ſui, ſed tum neq; guſtant
Pabula, nec vita quærunt alimenta prioris
Tantus adhuc memores timor atri detinet Orci.
Iccirco aligera neq; frondem ſuffice genti
Incaſſum, neq; potandos admoueris amnes.

Scribit *g* Ariſtoteles eſſe quoddam Papilionum genus, quod durum quiddam ſimile cartamo, id eſt, cnici ſemini producit, ſed intus fluidum. Docti conſiderent, nunquid exacte hoc noſtris Bombyliis competat. Ego id neque negare, neque certo affirmare auſim. Modus enim ille generandi aliis Papilionibus etiam eſt communis, & Ariſtoteles in eodem poſt capite de Bombylio agit: Rurſus cum Bombylii Erucam inquiat ex magno & coruuto verme oriri, cumque noſtræ Erucæ naſcantur ex ouis, aliquando credidi, Ariſtotelem vtrumque generationis modum ſcripto mandaſſe, prout à diuerſis audiuerat. Videtur enim ex mera aliorum relatione iſthæc ſcripſiſſe. Quamobrem ſi ex vtraque relatione vnam, eamque veram conficias, reiecto ſcilicet cornuto illo Verme, & in eius loco ſuppoſito, duro illo ſimili cartamo, noſtris Bombyliis applicari poterit. Nolim enim cum Dalechampio cornutum illum Vermiculum interpretari cornuros noſtros Papiliones: nam ſic ſemeſtri ſpatio varia formarum ſucceſſio, non complebitur, vt voluit Ariſtot. repetit Plinius, quanquam confirmat experientia binis menſibus omnia abſolui. Semini autem cnici ſemen Papilionum horum ſimilare potuit, non quia æque magna ſint, ſed quia intus vtrumque eſt humidum.

g *Li. 5. Hiſt. c. 19.*
Cornutus Vermis quid Ariſt.
Semen Papilionum cur cnico ſimile.

CAPVT

CAPVT IV.

DE ERVCIS VVLGARIBVS.

Erucæ vulgares quæ.

VVlgares Erucas nomino, quæ nobis nullam sua tela vtilitatem adferunt, de quibus nonnulla etiam in vulgarium Papilionum historia diximus coacti propterea, quod ex illis oriantur, quamobrem inuertere etiam ordinem nobis propositum cogimur, & de Erucis etiam & Chtysalidibus quædam scribere, & primum, vt diximus de vulgaribus, quia & de vulgaribus Papilionibus primo loco egimus propter multa, quæ cum iis vtiles Erucæ & Papiliones, hoc est, Bombyces & Bombylii commmune habent.

ÆQVIVOCA. SYNONYMA.

Eruca herba.

ERuca herbæ genus est vulgatæ notitiæ, cuius cum satiuæ, tum agrestis plurima obseruaui genera, Italis seruato fere nomine Rucla dicitur, Græcis ἀΐζωμον. B גזם Gezam Rabbi Dauid est genus Locustæ, quam D. Hieronymus Erucam vertit Ioel 1. 4. *Residuum* הגזם *Eruca comedit Locusta* Et sunt, inquit Rabbi Dauid, qui dictam putant à גזז Gezam, quod fruges videlicet tondear, & excidat. Alii habent, זחלא, quod Vermem significat: & sic proprie, transtulit Hieronymus Erucam, quæ est genus Vermis olera, & præsertim brassicam erodentis. Hamos 4. 9. *& oliueta vestra comedet* הגזם *Eruca.* Κάμπη cum accentu in priori Eruca est, nam cum accentu acuto in fine, significat articulum siue etiam nodum, cum graui vero accipitur de cantu, qui inflectitur, de qua re consule lexica Græcolatina, ac præsertim Thesaurum linguæ Græcæ. Columellæ nonnunquam Latine etiam Campe nominatur. κάμπη ἀπὸ τοῦ κάμπτειν deriuatur, quod est flectere, propterea quod flexo obliquis tractibus corpore progrediatur. Campa dicebatur, & illud genus bestiæ, quam liber pater in Lybia sustulisse dicitur ad Zambirram oppidum tumulo in monumentum eius facto, vt Diodorus meminit. *a* Theophrasto Eruca oleas infestans alibi κάρπη nominatur, Gaza Carpe reddidit. Sed cum in quarto *b* de historia plantarum κάμπας iisdem arboribus inquiat esse infestas, & Plinius Erucas reddiderit, posset forte prior locus per posteriorem restitui; id tamen facere non audet doctissimus Scaliger, quoniam priori loco Theophrastus quatuor animalium plantas infestantium genera diuersis nominet nominibus, vnum nomine communi σκώληκα Vermem in quibusdam leguminibus, & frugum radicibus: vnum in cicere, κάμπας, Erucas: vnum in vitibus ἴπα, Conuoluulum, vnum in oleis κάρπας. Vbi notandum, inquit Scaliger Plinium legisse videri κάμπας, non κάρπας: cuius nominis licet ne vestigia quidem vsquam inuenerim, non tamen ausim, hic corrupte legi κάρπη, & legendum κάμπη. Quia rem nouam atque aliam à superioribus assignat, oleæ peculiarem. Sic ille: Sed cum & κάμπας idem Theophrastus, vt notaui oliuis infestas faciat, quid de hac controuersia sentiant viri docti, libenter scirem: ego Scaligero adhærere potius, quam temere oblatrare volo. Quidam Græcorum, vt annotat *c* Stephanus Aquæus, Erucam Chryselidem vocant, sed hanc vocem diu quæsitam iuuenire non potui. Τρώξαλις *d* Athenæo non alia videtur quam Eruca. Ait enim olea depascere, καταδηδόκασι τὰ λάχανα τρωξάλιδες. Nam & τρώξις est arrosio, ἀπὸ τοῦ τρώγειν, quod est, terere, arrodere & comedere. *e* Cardanus Prastocoridas Græcis appellari scribit animalia, quæ hortis solent nocere Sed πρασοκορίδες fortassis voluit dicere, quas *f* Theophrastus nasci scribit in Lactucis & porris, aliisque pluribus: Gaza vt vim nominis exprimeret, eleganter admodum, & congrue Porricidas reddidit. Sed apud *g* Aristotelem ceu sui oblitus vertit Blattas, additque generari in aluearis Apum, quod fortassis in textu quo vtebatur, vox quæpiam haberetur, quæ simile denotaret. Hermolaus ipsum ait legisse κύραμβων pro κράμβων, sed quid κυράμβων significet, nescio, neque eum apud vllum illius dictionis vestigium extat, quare nec alueos significabit, vt Hermolaus somniauit, quanquã plane cum eo sentiam κράμβων ibi legendum esse pro quacunque quæ irrepsit, voce; in meo textu Basileæ impresso, item in Veneto legitur κοράβων intolerabili sane errore. Iusanientis enim foret dicere Prasocurides ex Scatabeis oriri. Nec etiam Prasocuris alata est, vnde & verba illa ἔχουσι δὲ τὰ πτερὰ καὶ αὗται, ad subsequentia animalcula pertinere mihi videntur, & sic ibi legendum censeo: οὐ δὲ τῶν κράμβων γίνονται αἱ Πρασοκορίδες. ἔχουσι δὲ πτέρα καὶ οἶστροι, οἱ οὐ τῶν οὐ τοῖς ποταμοῖς πλατέων ζωδυρίων τῶν ἐπιθέοντων γίνονται, hoc est. In brassicis nascuntur Prasocurides, siue Porricidæ. Habent & alas Asili, qui è latiusculis quibusdam bestiolis, quæ in fluuiis supernatant, enascuntur. Cur vero Prasocurides ex Erucarum genere esse affirmare non verear, facit quoq; Hesychius doctissimus Grammaticus, cui πρασοκορὶς est ζῶον χλωρὸν κέρας τὰ ἐν τοῖς κήποις λαχάνα, hoc est, animal viride, rodens in hortis olera. Atque ita etiam exponit Varrinus. Palladius herbicidas vocat non alia animalia quam Erucas. *h* Adrianus Turnebus Plinio scribit appellari Vrucas, itaque dici quod prata & arbores vrant. Item qui marginalia in Pliuium scholiola edidit, vbicumq; in textu habetur Eruca, legit Vruca. Sed Erucam tamen Latinam dictionem esse, habemus ex *i* Columella, qui sic scribit: vbi vero apricis regionibus post pluuias noxia incesserint animalia, quæ à nobis appellantur Erucæ, Græce autem κάμπη nominantur, &c. Dici volunt Erucam ab erodendo, quod erodit frondes & maximeolerum, quasi Erodam, vel vt Apuleius voluit ab hærendo, quod pertinaciter quid compræhendens adhærescat. *k* Columella etiam Hirsutam vocauit, Ouidius agrestem Tineam, canens:

Quæq; solent canis frondes intexere filis
Agrestes Tinea, res obseruata colonis
Feralimutant cum Papilione figuram.

Ego eiusmodi Erucas quæ frondibus arborum telas intexunt, non omnes in Papiliones commutari puto, sed aliquas tantum; cæteras mori non editis Papilionibus, vt supra dixi Italis vocatur Ruga, alibi Brucho, vt ait Matthiolus, qui Arabibus Riapsa dici scribit. Hispanis Oruga. Gallis Chenille. Germanis Raup, Grass aut Krautvvurm, Raupen. Belgis Rispe, & Rype.

Campe.

a *Lbi.3.de caust.plant. c.27.*
b *Li.4.hist. c 16.*
c *Lib.11. in Pli. c.22.*
Chryselis.
d *Lib.3.*
Troxalis.
e *Li.7.Var. c.30.*
Prasocuris
f *L.7. hist. c.5.*
g *Lib.5 hist. c.19.*
Gazæ error.
Arist. correctus,
Prasocurides esse Erucarum genus.
Herbicidę.
h *Lib.18. aduer. c.19. 16.*
i *L.11.c.3.*
Etymum Erucæ.
k *Lib.15.*

GENVS. DIFFERENTIÆ.

Forma.

ERucas Vermis genus esse notum est ex *a* Aristotele agente de triplici eiusmodi animantium mutatione. Omnia enim, inquit, post Vermis naturam motu cessant, & putamine obdurescunt, hoc est, in Aurelias conuertuntur. *b* Bartholomæus cognomento Anglicus scribit Erucam Vermem esse mollem, & sanio- sum, diuersis coloribus distinctum, noctequemore stellarum micare, de die vero deformem esse, & diuersis distingui coloribus. Noctu lucere Erucas apud me mirum est, quin expertus id falsum esse offendi; nec præterea omnes versicolores sunt. Sunt enim quędam prorsus virides, quædam prorsus nigræ aliæque aliorum colorum, plerumque tamen maculatæ. Differunt vero inuicem qualitate potissimum, & quantitate, loco, & corporis partibus. Aliæ enim corpore sunt glabro, hirsuto aliæ, quarum tantus est numerus, vt hirsutas Columella Erucas vocauerit. Aliæ magnæ sunt, paruæ aliæ, mediocres aliæ. Aliæ arbores scandunt, aliæ non, sed per humiliores tantum stirpes repunt. Rursus numero pedum inter se non conueniunt. Aliæ quatuordecim habent, quo numero nulli pauciores sunt; aliis totidem sunt pedum paria, quot corporis flexus, quot, inquam corporis annuli. Præterea aliæ caudatæ sunt: aliæ cauda carent. Caudatarum aliæ vnam, aliæ duas caudas habent. Denique aliæ hirsutæ sunt, glabræ aliæ. Atque hæ potiores sunt differentiæ. Differunt præterea generandi modo, & opificio. Quædam enim, quiu plurimæ in Aurelias & hæ in Papiliones abeunt, quædam non, sed cum omnia, quibus insident, consumpsere, ipsæ quoque consumuntur, & in nihilum redactæ intereunt. Earum vero quæ Aureliæ fiuut, aliæ ita immutantur immediate, aliæ prius oua pariunt, vt domi meæ propriis obseruaui oculis: quas tamen paucas esse arbitror. Rursus aliæ telas texunt, aliæ non texunt, quales immediate abeunt in Aurelias. Texentium quędam faciunt folliculos, eosque nonnunquam adeo compactos & duros, vt ne acutissimo telo rumpas, atque harum aliæ eodem anno Papiliones fiuut, aliarum Aureliæ ita tota hyeme inclusæ permanent, & nouo iam Vere, cum clementior affulserit aura, maxime flante Austro in Papiliones conuertũtur, atq; hi potissimum illi sunt, quos Plinius Veris indicium esse scribit. Quæ modo folliculos non faciunt, telas texunt more Araneorum quales Plinius Araneum vocari tradidit, vt suo loco dictum fuit. Atque hisce fere modis Erucas differre obseruaui. Quamobrem quas obseruaui, & in tabulis subsequentibus depingendas in communem studiosorum, & arcana naturæ perscrutari cupientium gratiam curaui, hic ordine eodem, quo in iis à pictore sunt expressæ, quam breuissime describam.

Quæ prima in prima tabula depingitur, ex maximis est; & caudata, cauda nimium instructa sursum reuoluta: tota est lutea, annulis vero cæruleis, iisque triangularibus, inter quorum singulas singula ab vtroq; latere nigra sunt puncta. Os item nigricat. Cum eam aliquo tempore domi aluissem, telam non texuit, aut folliculum, sed in Chrysalidem immutata Papilionem peperit atro luteum, eum quem in prima Papilionum tabula tertium exhibuimus. Secundam, quæ eiusdem est magnitudinis, identidemq; caudata, leuiter lutescit, subfusca, tota, nigerrimis punctis ac annulis instructa. Quarta ex mediocrium genere, etiam caudata est, ad latera sublutea, per tergus flexibus arcuatis coloris elegantissimi miniacei decorata, a nuulis vero nigris, sed qui candidis notentur punctis. Tertia caudam habet in extremo acutissimam, tota viridis, annulis nigris, pedibusque, qui sunt quatuordecim. Brassicas & oleta infestat. Ex hoc potissimum genere Papiliones illi exiguo corpore progenerantur, subuirides, & albicautes Papiliones enim Erucarum suarum colorem fere reseruant, vt *c* Aristoteles quoq; testatum reliquit. Quinta ex maximis est, colore flauo & vitidi, & lineis per totum latis triangularibus, viridibus, & punctis maculata purpureis. Caudam gerit semper erectam, & caput etiam erectum, quare cum incedit, incessum cauis quodammodo æmulatur. Cauda hirsutis quibusdam villis præmunitur, parteq; inferne notabilem habet maculam nigram. Ligustri foliorum esu gaudet. Pedes habet quatuordecim. Sexta corpore maior est, rostro & pedibus exilioribus, colore tota eodem, sed dilutiori, lineis vero transuersalibus flexuosis magis ad cęruleum, quam ad viridem inclinantibus. Inter singulos annulos, singulis insta notatur punctis nigricantibus, nam cætera puncta, quæ per supernum corpus conspiciuntur, ad purpureum vergunt. Superne per tergus color magis est luteus, inferne ad pedes magis viridis. Degit plerunque in viti sylvestri. Cauda superioris similis. Septima tota est flaua, inferne ad croceum vergente colore, lineis distincta superne triangularibus, vt in quinta, sed cæruleis, & quæ punctis conspergun-

a *Lib.3. de Gener.*
b *Lib.18. de Propr. animal. c.45.*
Erucarum differentiæ.
A magnitudine.
A morib.
A corporis partibus.
c *Li.5. Hist. c.19.*

Fig. 4
Erucæ. Raupen.
Aureliæ.
Bombyces.
Seidenwürm.

tur atris. Pedes & rostrum nigricant. Octaua admodum est exigua, caudata tamen, maxima sui parte nigricans. In tergore lineas habet binas admodum exiles, luteas, inter quas altera est lata, viridis. Caput habet rotundum, pedes quatuordecim, in extrema aluo appendicem, quam per terram trahit: cauda pro corporis portione maiuscula est. Postremam paulo rudius; quam par erat, pictor expressit: nam puncta illa candida, quibus modo maioribus modo minoribus toto corpore conspergitur obscure admodum apparent. Tota colore fere est ferrugineo, extremo alui, cauda, pedibus, & capite rubris, rubra item linea lata à capite, ad anum vsque per dorsum extensa fertur. Anterius corpus exilius est, quam extremum. Extremumque exilius medio, sanguisugam diceris.

Quę in secunda tabula dantur Erucę, omnes fere bicaudæ sunt: in quibus hoc notandum est, quod caudæ sint in extrema aluo, cum in ijs quas pinximus in prima tabula, in extremo dorso sursum enascantur. Prima tota purpurascit, præterquam inter primum & secundum flexum, vbi viridis est. Binæ item lineæ, eo quo pictore expressit modo à capite ad extremum vsque alui extenduntur, candicantes. Cauda vtraque nigricat. Pedes habet quatuordecim. Secunda caudis duabus instructa minimis tota atra est, sed luteis interstincta zonis. Tertia corpore est crasso & compacto, ex luteo virescente, zonis annulisue admodum viridibus, capite vero, quod exiguum est, & primo flexu coloris aurei. Pedes habet quatuordecim, nigricantes; caudas exiles, proceras. Quarta breuissimis est caudis, oblonga, sed exili ac tenui corpore, tota ferruginei coloris, exceptis annulis semicircularibus, qui ab ima parte flaui sunt ab altera nigri. Quinram monstruosæ quodammodo figuræ, quod partim ex Eruca, partim ex Araneo constare videatur, Ἀραχνοκάμπλω, siue Erucataneum nuncupaui. Sex primum à capite ex primis corporis flexibus pedes Araneorum pedibus simillimos emittit, dein interpositis aliquot flexuum interuallis, alios octo more Erucarum, quas alioqui toto corpore refert. Tota ex cinereo ad luteum vergit, sed annuli coloris sunt plane castanearum, sicut etiam pedes, & caudæ. Insolentis profecto etiam formæ est, quæ sexta in hac serie ponitur; capite scilicet, cum id contrahit, compresso, facie Muris aut felis, sed nigra. Supra enim rotundam illam nigredinem linea est alba, sub qua puncta duo, nempe ab vtraque eius parte vnum, nigra, velut aures efformant, in medio vero nigredinis puncta alia duo oblonga nasum, qui iis animalibus admodum est compactus, tria denique alia sub his minima, os aliquo rudi modo æmulantur. Tota est viridis, corpore pallidius; intensius annulis. A capite ad caudas vsque porrecta linea alba per medium corpus transfertur. Caudæ enguntur, & punctis atris consperguntur. Pedes numero quatuordecim, quorum qui posteriores sunt admodum sunt crassi. Septima eadem est natura, situ procedens. Rursus octaua à primo loco depicta differt tantum in eo, quod primo post caput flexu sit luteo, duobusque punctis nigris distincto: item quod lineæ illæ, quæ per superiora feruntur, inter quintum & sextum flexum, inuicem coiunguntur: denique quia in hac sub inferiori linea inter singulos flexus, album sit punctulum. Nona eadem est cum secunda; bis per errorem depicta: infestum est hoc genus brassicæ. Habes decimo loco Scolopendram terrestrem paruam; sed de hac suo postmodum loco. Vndecimo loco depicta exhibeutur Erucatum oua lutea, simul conglomerata, exigua. Postrema Erucularum minima, in frumento inuenta est. Insectulum hoc tam tenui ac exili est corpusculo, vt potius fili cuiuspiam parricella, quam animalculum videatur: Longum est digitum transuersum. Maximum tantillo in corpusculo robur aduerti. velociter mouetur, & nunquam fere à motu cessat. Pedes multarum Erucarum more habet quatuordecim. Capite nigricat, cætera cinereus. Sex integris diebus nihil edebat.

Erucaraneus.

Prima in tertia tabula Eruca echinata ipsius videtur Hippocratis, zonis luteis & punctis nigris & candidis variegatur: quam vel saltem simillimam superiori ad me allatam æstate sic descripsi. Vermis est digitum, & medium longus, posteriore parte caudæ vicina latior quam anteriore, duodecim constat annulis, siue segmentis, siue flexibus, qui supini nigro colorati sunt, linea medium dorsum secante castanea. Interstitia annulorum pallent. Caput duabus appendicibus velut corniculis armatur: Sex pedibus, tribus vtroque latere ante instructus graditur; postica parte Erucæ instar arcuatur, qua latior est. Quatuor in eo villorum in penicilli formam adunatorum ordines in singulis annulis conspiciuntur; bini singulo latere: vnus superior ad marginem dorsi, alter inferior ventri propior, ille octenos annulos vltimos emiuentibus penicillis ornat, hic nouenos. In vltimo quem caudam dicas, extant duo, colore omnes ferrugineo. Conuoluitur in glomum ad instar vertibuli: quemadmodum etiam quæ subsequitur, quæ in orbem conuoluta depingitur, simillima ex toto cum illa, nisi quod in hac inter singula interstitia puncta candida non sunt, quæ illic summam conciliant venustatem, contra in hac puncta ijsdem locis nigra sunt, & semicircularibus maculis ex albo lutescentibus ambiuntur. Tertia tota aterrima est, sed castaneis tantū interstincta zonis & punctis. Supiua parte, quæ quarto loco depingitur, minus nigrescebat. Quinta tota longissimis vestitur villis deusissimis, fuscis, sed & ipsa Eruca tota ad lateta fusca est, supina lutescit, pluribus prædita annulis nigricantibus, à capite ad extremā aluum linea item nigricans defertur, mediam aluum distinguens. Loco sexto quæ datur, ex minimarum genere est quin etiam paulo minor, quam pictor expressit. Nisi moueri, aut incedere videas, aluū à capite vix interstingues. Pedes habet innumeros. Toto corpore coloribus miniaceo, nigro, luteo & albo varia est. Caput totū est nigrū, nigri item pedes, nigra capillamenta, dorsumq; & vēter, tergus miniaceo colore conspicuum est; annuli nigerrimi, inter quos supra punctum est album, infra luteum. Septima paulò maior iisdem fere coloribus variat, sed pedes tantùm habet quatuordecim. Totum corpus quadrangularibus punctis constat, primo (à tergore ad inferna descendendo) nigris, dein flauis, tertiò miniaceis, quæ latiores sunt: quarto iterum nigris, quinto flauis, sexto nigris, flauis rursus septimo, vltimo ac octauo nigris. Caput totum, vt in præcedente nigrum est, pedes item nigri. Sed capillamenta sere ferruginea. Octaua murem montanum, qui vulgò Marmotta nobis dicitur, facie æmulatur. Tota coloris est castanearum, admodum hirsuta, longa palmum. Color prope annulos dilutior est. Cum inuertit se color inter anuulos apparet niger holoserici instar micans, & cum ingreditur, capillamenta quæ sunt à lateribus, ad cinereum vergere videntur. Caput totum est nigerrimum. Nona ex mediocrium genere est, corpulentior tamen, tota viridis, exceptis tuberculis, quæ per singula annulorum interualla, tria habet, & quartum in dorso, ex quo capillamenta enascuntur similitudine penicillorum, quæ coloris sunt plane aurei. Os nigricat. Pedes anteriores lutescunt, posteriores virides sunt; omnes numero quatuordecim. Vndecima similiter per dorsum habet tubercula rotunda cum suis penicillis, nec non inter singulos corporis flexus, sed cærulea, rostrum item cæruleum, & pedes, præter tres anteriores, qui minores sunt, & coloris ex castaneo rubicundi, qui colore corpus totum constat. Durum mihi peperit folliculum. Pedum numerus corporis flexibus respondent. Decima tota etiam est viridis, tuberculis & floccis cæruleis rostro, & anteriotibus pedibus ferrugineis, reliquis nigris. In aluo maculam habet ferrugineam. Habes duodecimò loco huiusce decimæ Erucæ expressum folliculum coloris fere ferruginei, admodum densum & durum. Decimo tertio loco picta tota hispida est. Linea candida à capite exorta ad caudæ finem per tergus fertur. In dorso duodecim habet velut puncta, aut potius tubercula rotunda, sex ad singula latera colore mali punici; item quatuor alia à singulis lateribus ex nigro ad castaneum vergentia; ex quorum omnium medio capillamenta, quædam exeunt numero quatuordecim, quorum octo magna sunt; parua sex. Cætera per dorsum cærulea, supiua pars, & pedes flauescunt. Decimaquarta tota colore est ferrugineo; superne admodum diluto, & ad luteum vergente, inferne admodum intenso. Annulos habet nigros, & punctis ad latera maculatur exiguis candidissimis. Decimaquinta inter minimas maiuscula est; colore tota flauo, inferne ad aureum, superne ad castaneum inclinante. Caput & alui extremum nigra sunt. In dorso nigra etiam habet puncta; sed intus candida; capillamenta penicillorum instar distinguuntur inuicem. Pedes habet exiguos ferrugineos. Decima sexta eadem est, ideo picta, quod tacta se velut in vertibulum contorquens stellæ figuram exprimat, cotonatæ. Decima septima rubra est, annulis nigris, & albis vbique maculis variegata, capillamentis exilibus, rubicundis. Decima octaua, capite est coloris aurei, corpore vero toto cæruleo. Linea aurea nigris conspersa guttulis rotundis à capite ad anuni vsque per superna fertur. Ab vtroque illius lineæ lateribus, rursus aliæ maculæ sunt seu potius puncta minima nigra ita posita, vt etiam lineas duas, hinc inde vnam efficere videantur. Alui extremitas acuta est, & nigra. nigri quoque pedes, numero quatuordecim, licet quatuor ab vtroque latere in anteriori parte pictor pinxerit. Capillamenta habet subtilissima plane aurea. Oua mihi peperit candicantia, quæ appinximus postremo loco.

Ex maximarum genere est; quæ prone & supine primò & secundo loco in quarta tabula datur. Aluum habet bifidam, & ex dorsi extremo caudam exerit erectam. Toto corpore fere vnicolor ex luteo fusca. A ceruice ad quartam vsque vertebram lata est linea aterrima, exiguis alijs vua recta, cæteris transuersis candidis insignita. Superno etiam vertice atro est, facie anteriore flaua. Pedes habet monstrosę magnitudinis. Supina parte ad cinereum vergit. Altera quæ tertia est in hac serie, tribus constat coloribus: viridi, aureo & nigro. Corpore nimirum vndique toto viridi, sed annulis nigris aureis punctis distinctis. Inter annulos singulos linea est annularis item sublutea. Pedes habet quatuordecim virides. Fructumne arboris; an potius folliculum cuiuspiam Insecti dicas, quod quarto loco depingitur, id Frat. Gregorius Capucinus Regiensis mense Iulio anni 1597. in abiere offendit. Folliculum esse arbitror: erat enim intus plenū telis Araneo similibus. Inerant & oua. Quare cum aliquot Erucas oua edere obseruauerim, Erucæ cuiuspiam esse iudicaui, eam hoc sibi fabricare operculum, vt oua ab omni externa iniuria protegat. Figura & colore maturas æmulatur oliuas. Eius exterior substantia erat cartilaginea, & varijs exiguis tuberculis ceu punctis extuberabat. Sed nunquid hāc Eruca ipsa texat, quod verisimilius est, vel aliūde Crabronum more allata materia conficiat, necdum didici. Fructūm interim non esse, abietis exēplo discimus; quæ conifera est: nisi quis dicat abortiuū esse, quales multos obseruamus in quercu. Cum reperirerur, non erat vnicus, sed quatuor simul erāt cōiuncti: quatuor ni fallor, Erucarū opus ac labor: Qua in cōiectura si fallar, lector boni cōsulat.

Quæ in quinta tabula primum locum habet, magnitudine est duorū digitorum transuersalium, colore fusco, quaternis macularum nigrarum seriebus distincta: capite flauescente, toto corpore glabro; vtrimq; ad latera prope ventrem linea quadam flauescente insignito: subtus toto colore albicante. In brassica nasci rustici dicebant. Secūda descriptæ aliquo modo est similis, quō ad formā & glabritiem,

glabritiem, ſed minor tamen, coloreque caſtaneo magis diluto; capite duabus maculis nigricantibus inſignitur. Ab eo ad extremum vropygium duobus macularum ordinibus, partim atris, partim luteis decorata eſt; & vtrimque ad latera linea quædam rubeſcens per longitudinem fertur, cui in ſingulis annulis punctula quædam in medio candida, & in circumferentia nigra ſuperſidet. Parte ſupina tota dilute luteſcit. Tertia bina è lateribus frontis emittit coruicula exilia & breuia: caput etiam habet paruum, & nigrum. Toto corpore hirta eſt, & colore ferrugineo, annulis vero nigricantibus. Capillamenta penicillos æmulantur vbique, præterquam iu ceruice & dorſi initio, vbi vix ipſa videntur capillamenta, quia rariſſima ſunt, & exilia admodum Cauda etiam penicillis horret, quod nẽdum in aliis vidi. Quarta eiuſdem cum ſecunda magnitudinis, colore eſt terræ illius quam vmbram pictores dicunt: Inter ſingulos annulos tria habet tubercula, ex quibus pili oriuntur penicillorum figura coloris caſtanei. Albicans vero linea per dorſum recta à capite ad caudam ducitur. Pedes anteriores magis quam poſteriores nigri ſunt. Inter ſingulos quoque flexus à laterib. punctula ſunt albicantia alternatim poſita. Quod ,, quintum datur in hac tabula, in dipſaci fructu naſcitur. Gelebre ,, eſt apud *d* Plinium alioſque probatos ſcriptores ad quartanam. ,, Alibi de hoc Inſecto, hoc etiam prodidit, loquens de remediis ,, aduerſus dolores dentium Is quoque Vermiculus, qui in herba ,, labrum Veneris appellato inuenitur, cauis dentium inditus mi,, re prodeſt. Nam Erucæ braſſicæ, eius contactu cadunt. Idem mi,, hi propriis ante multos annos manibus oſtendit Cardinalis Paleottus: neque id amplius videre potui, licet multos fructus diuerſis aperuerim temporibus: donec tandem anno 1592 ſub finem Septembris, cum forte ſpeculaturus nũquid potius in maturis, quam immaturis naſcerentur, inueni in illis qui maturi erant. Longitudo digiti auricularis tranſuerſim dimenſi: ſed cum nunc exactius deſcripturus id intuerer, offendi ex Erucarum genere eſſe, nam quatuordecim progreditur pediculis. Caput atrore ſplendet, vt ſemen amaranthi æmulari quodammodo videatur; cætera albicat. Dioſcorides etiam meminit, ſed nemo veterum Erucam eſſe ſciuit. Sexta à lateribus leuiter luteſcit, infra ac ſupra colore eſt caſtaneo, annuli quoque caſtanei, caput nigrum, pedes exigui, ſublutei. Septima pictura eſt indulamenti cuiuſpiam Erucæ, affabre facti ex folio quodam arboris, aliaq; materia bombicina. Folium id extrinſecus multis velut laminis ſericis albicantis coloris erat obuolutum; intuſque quidem eodem modo, ſed pluribus laminis intricatum erat. In centro ſeu medio laminarum plurima oua, nigra, parua, ſeminibus vel hyoſcyami, vel nicotianæ comparibus, vna cum fœtibus etiam numeroſis latebant. Ex quo docemur etiam Erucas eſſe, quæ & oua, & eodem etiam anno fœtus edant. Aliud nidulamentum ſiue folliculus exhibetur loco octauo, figura pudendi humani. Inferna enim parte referebat quodammodo ſcrotum, ſuperiore virgam, ac eo magis cum duabus, vt hæc inſtructum eſſet fiſtulis aut ductibus. Eo aperto vidimus rami fruſtulum & folii pediculum figuram virgæ efformare: hæc enim ſimul complicata Eruca filis obtexerat; ſicut item folium, quod ſcrotum efformabat. Intus vt in proxime deſcripto & oua & fœtus diliteſcebant. Erant ambo iſthęc nidulamenta ita vndique clauſa, vt ne hilum quidem aeris, nedum pluuiæ admitteret. At cum ita vndique clauſa ſint, quiſpiam quærat, quomodo ea ibi poſuerit Eruca, cum hæc intus non reperiatur. Reſponderem ego, texere quidem primo folliculum Erucam non totum, & in ea quam texuit parte oua edere, dein occludere & abire, ſed nunquid poſtmodum moriatur, aut in Auteliam conuertatur, nedum didici. Poſtremo loco depicta Eruca tota erat viridis punctis conſperſa nigris, capite rubro.

d *L.30.c.10.*

Vermiculus dipſaci ex Erucarũ genere.

Tota etiam eſt viridis, quæ in ſexta tabula primo datur, lineis tranſuerſalibus atris, ſed ſingulis tribus aureis punctis decoratis, quales in pluribus aliis obſeruaui, annulis luteis, ſub quarum ſingulis punctum eſt atrum: roſtro etiam atro eſt, atris anterioribus pedibus poſterioribus viridibus. Secunda quoque eſt viridis, ſed in hac lineæ nigræ illæ corpus ambientes latiores ſunt, & binis tantum maculis aureis inſigniuntur; præterea annulos habet nigros, & luteas lataſque velut è capite antennas emittit. Tertio loco habet figuram Coſſi, de quo ſuo poſt loco ſeparatim agemus, hic ideo poſitam, quod ſi poſteriores haberet pedes, omnino eſſet Eruca. Quartum depicta Eruca glabra, ex minorum genere; toto corpore ex viridi luteſcit, ſed annulos habet nigros, & inter ſingulos puncta oblonga tria, itidem nigra. Caput rubeſcit, retro quod duobus minutiſſimorum punctulorum nigrorum ordinibus conſpergitur. Pedes quatuordecim nigricantes. Habes ſexto loco Erucæ ſuo inuolutæ folliculo rubicundo Chryſalidem ſiue Aureliam. Ad tactum tantum mobilis & tota viridis eſt, & nigrum habet inter ſingulos annulos punctum, quod ſupra candicat. Habes deinceps aliquot Geometrarum icones, ideo hic adiectas, vt quomodo ab Erucis differrent, vnico intuitu conſpicias. (Geometras eas voco, quod hominis Geometræ fere inſtar incedendo agros dimetiantur) Pedes enim in hiſce animantibus contrario ſeſe habent modo, ac in Erucis quibus nimirum anterius pauciores ſunt poſterius plures (loquor autem de iis, quæ habent quatuordecim) cum Geometræ ſex habeant anterius, poſterius etiam totidem, in medio ventre nullos, quo fit, vt eo quo pictura in prima oſtendit, modo incedant. *f* Ariſtoteles huic Erucarum generi nomen non dedit, ſed appellat κάμπας, αἱ κυμβίζουσι τῇ πορείᾳ, hoc eſt Erucas, quæ vndatim incedunt. Parte enim, inquit, innitentes priore contrahunt ſeſe, adducentes poſteriorem, arcuatimque incedunt, & ex his ſcribit naſci πηνία & ὕπερα quæ Caza vertens, Acias & Superas dixit. Prima tota luteſcit ſuperne, inferne ad ferrugineum accedit: A lateribus inter ſingulos flexus punctulis nigris maculatur. Quæ ſubſequitur eadem eſt, extenſo corpore depicta. Caput candicat, pedes nigricant. Nona in hac ſerie Geometra eſt omniũ minima, tota viridis, vel potius coloris herbacei, excepto capite quod rubicundum eſt. Decima pictura eiuſdem eſt in ſpiram reuolutæ: nam ſi taugas, eo modo ſe contrahunt, & caput celant contra pericula aciniurias. Vndecima ex minorum genere eſt, corpore coloris fere ferruginei, à lateribus lutei. Pedes, caput, & extremum caudę habet nigra. Duodecima rurſus ex vulgatiſſimarum Erucarum quæ braſſicas infeſtant, tota herbacei coloris exceptis annulis qui luteſcunt. Decima tertia eiuſdem coloris herbacei, ſed annulos habet aterrimos, ſerici inſtar ſplendentes; præterea inter ſingulos annulos rotundos habet velut oculos luteos, & medio horum nigerrima puncta. Caput luteum eſt, punctiſque nigris minimis maculatum. Quod decimo tertio loco depingitur Inſectum, corpore quodammodo Erucas æmulatur glabras, ſed pedes habet ab vtroque latere ternos, quanquam bini tantum à pictore expreſſi ſint: toto corpore eſt nigerrimum. Epidauro id allatum mihi donauit Antonius Maria Alberginus Phiſophiæ & Medicinæ Doctor eximius, inquiens Illius puluerem ad ſtrumas curandas remedio eſſe peculiari ac præſtantiſſimo. Ex minimarum genere eſt poſtrema Erucula, tota fere cinerei coloris, annulis vero ſubluteis.

Coſſi icon.

Geometrarum icones.

f *Hiſt.c.19.*

GENERATIO. MORES. VICTVS.

De varia Erucarum generatione diximus in hiſtoria Papilionum: item in hoc quædam etiam tractatu, inter differentias. Omnium maior prouentus humidis temporibus, maxime cum humor reſederit, & poſt Sol acrior inuſſerit. De moribus ac natura earum nihil obſeruaui, niſi quod ad hortorum & agrorum internecionem quodammodo natæ videantur: qua in re pernitioſiores fortaſſis fuerint, quæ hirſutæ ſunt, quemadmodum innuere mihi videtur *a* Columella, dum canit:

Quæ noxiores hortis ac agris.

a *Lib.10.*

Nec ſolum teneras audens erodere frondes
Implicitus concha Limax, hirſutaq; Campe.

Cæteræ tamen etiam eadem damna nobis inferunt. Eruca, inquit Iſidorus, eſt frondium Vermis in olere vel pampino inuoluta ab erodendo dicta: de qua meminit Plautus: Imitatus nequam beſtiam, maleficam, inuolutam in pampino. Implicat ſe item, nec auolat, vt Locuſta, vt huc illucque diſcurrens ſemipaſta dimittat, ſed permanet parituris frugibus & tardo lapſu pigriſque morſibus vniuerſa conſumit. Vt recte dixerit Martialis ludens cum Lupo amico, quod exiguum prædium donaſſet.

Erucam malepaſcit hortus vnam.

Author eſt Pompeius Vizanius Bononiæ tantam natam fuiſſe Erucarum copiam, vt præter frondes & pampinos, omnes etiam fruges abſumerent. *b* Theophraſtus quoque teſtatur Erucas frugibus infeſtas eſſe, vt merito Erucę dirum animal dicatur *c* Plinio: eroduntque, inquit, frondem, aliæ florem, & depaſtam arborem turpi facie relinquunt. Sed hunc locum ſupra tetigimus, diximuſque ex Theophraſto eſſe deſumptum; quo vtroque itaque authore aliæ frondem depaſcuntur, flores aliæ. Subiungit ſubinde Plinius: Eſt etiamnum peculiare oliuis & vitibus (Araneum vocant) cum velut telæ inuoluunt fructum, & abſumunt. Ego eam peſtem in malis & pyris ſæpe, pruuiſque ac cerasis nonnunquam notaui. Cum rodunt, eduntve ſonum quempiam edunt, maxime Bombyces, qui peculiariter πρίσμος dicitur, vt *d* Scaliger annotauit. *e* Ariſtoteles ſcribens de inceſſu animalium carentium pedibus, alia ait procedere vndoſo motu: id autem bifariam accidere: nam alia quidem ſuper terram, vt ſerpentes inflecti: alia vero ſuperne curuari, vt Erucas: Vndoſum autem illum motum, inflexum eſſe. Sed quamuis ſuperne curuentur & arcuentur incedendo, pedibus tamen non carent: quare mirum mihi videtur, cur philoſophus inter apoda animantia, ſerpentes nimirum & Lumbricos, etiam Erucas recenſeat. Alia præterea ab hiſce Inſectis homini noxa eſt. Nam quando per membrum aliquod noſtrum calefactum ſerpit, cutem adurit, & poſt ſe puſtulas relinquit. Atque hoc eſt, inquit *f* Viucentius veneni ſignum, etſi non eſt efficax ad magnum malum. Teſtatur Hierocles, ſi ſuper Erucas equi ſeſe volutent, aut arbori eiſdem ſcatenti ſe ſcabant adfricentque, ſtatim vibices aſſurgere: tumere cutem & occalleſcere, item oculos curuari. Oportet igitur, inquit, aceti quam acerrimi ſelibram cum atramenti ſutorii quadrante conterere, iiſque corpus illinere. Sed cauendum eſt, ne quippiam huius in oculos delabatur.

b *L.8.Hiſt. c.10.*

c *L.17.c.24.*

πρίσμος quid.

d *Lib 5. de cauſ. plant. c.19.*

e *Lib. de inceſſu anim.*

Alia noxa.

f *L.20.c.13.*

VT FVGENTVR.

Vbi vero apricis regionibus, inquit *a* Columella, poſt pluuias noxia inceſſerunt animalia, quæ à nobis appellantur Erucæ, Græce autem κάμπαι nominantur, vel manu colligi debent, vel matutinis temporibus frutices olerum concuti. Sic enim adhuc torpent nocturno frigore, ſi deciderint, non amplius in ſuperiorem partem prorepunt. Sed operoſum eſt, ſingulas frutices concutere, ita longe adhuc operoſius ſingulas Erucas manu colligere: quare ſuadeo, vt ad alia deueniat agricola remedia, quæ dupliciter conſiderandaipſi ſunt, nimirum vt agros ſuos ab ea peſte præſeruet, vel ſi iam irrepſit, tollat. Vtrumque præſtare tradunt cinerem tenuiſſimum, ſi ſtercoris loco, vel ſimul cum ſtercore permixtus olerum radicibus detur: ſic Pulices hortenſes, Vermes, Erucas, Limaces,

a *Lib.11.*

Erucarum fugandarũ remedia.

Limaces, ac cætera animalia stirpes depopulantia occidere, abigete, & prohibere. Sunt nonnulli qui respersо ficulneo cinere illas prosequuntur. Stercora Vespertilionum, si nidor è fumo pluribus locis excitetur, eas fugat: quam rem aiunt præsentissimum habere miraculum. Sunt qui in hortis scillam arcatim serant, aut hinc inde suspendant. Nasci quoque prohibentur, imo vero præsentes collectim perduntur, Græcorum obseruatione si aliquot sublatas in aqua eum anetho coxeris, eaque perfrigerara herbas aut arbores respserseris, quæ nidulantes Erucas, & ad fotum incubantes sustinent, sed valde cauendum erit, ne aqua illa faciem vel manus contingat. Porro remedium certum ac paratu facile erit, si circa arborum crura, aut brachia, bitumen & sulphur incendas. Vel fungos sub nucis arbore nascentes fumum dare ibidem cogas, galbanumue, aut caprarum vngulas, vel ceruinum cornu, à venti flatu auersus, comburas. Sunt qui cinerem vitigineum per triduum in aquam mittant, qua postea olera & arbores copiose aspergine lustrant. Multi in ficulneo lixiuio proiicienda semina pmacerant. *b* Antonius Mizaldus suos hortensium colonos scribit arte admodum facili Erucas sic hodie passim expurgare. Vbi apricis locis illæ post pluuias incesserunt, matutinis horis frutices olerum aut ramos arborum succutere solent: sic enim dum adhuc nocturno torpent frigore, facile decidere, nec amplius ad superiora perrepere: præbereque occidenti viam admodum pronam & præsentem. Sed hoc vetus Columellæ præceptum est, quod operosum esse exequi, paulo ante notabamus; facile tamen erit, si paucæ fuerint arbores quæ infestantur. Traditque idem Mizaldus rusticos ibi paleis intortis arborum truncos armare, & crura coronare; quibus summa arborum petentes Erucæ implicantur, ac veluti obiectis laqueis & compedibus, vel profligantur, vel die à cœpta via acturum reuocantur. Verum si obstinate restiterint, & præscriptis auxiliis pugnauerint, hanc oppones machinam Vrinam bubulam & amurcam æqualiter mistas, igni, donec feruean admouebis, & vbi refrixerint, illarum imbre olera ac arbores consperges: quod Anatolii est experimentum. Palladius fusticulos, vel fasciculos alliaceos sine capitibus; per omne horti spatium comburit. Idem iubet, vt semina, quæ spargenda sunt, semperuiuæ succo madefiant, vel Erucarum sanguine hoc est humore intus contento; nam sanguine alioqui Erucæ carent. Cicer eodem authore inter olera propter multa portenta serendum est: Hoc itidem voluit *e* Plinius: Olerum, inquit, medicina est cicer. arcet n. Erucas. cum tamen *d* Theophrastus Erucas (κάμπας) priuatim vocet, quibus cicer infestatur. Et Erucas in cicere nasci, etiam scribit *e* Aelianus. Quamobrem mihi ciceris remedium suspectum est. Quo si omisso, addit deinceps Plinius, iam natæ sint, remedium est absynthii succus decocti inspersus, & sedi, aizoum vocant. Semen olerum si succo eius madefactum seratur, olera nulli animalium obnoxia furura tradunt. In totum vero nec Erucas (necati legitur in veteri codice, Dalechampius legit; nec Erucis) si palo imponantur ossa capitis ex equino genere fæminæ duntaxat. Aduersus Erucas eancrum fluuiatilem in medio horto suspensum auxiliari narrant. Hæc *f* Plinius, qui alias etiam scripserat ante, contra Erucas & mala, ne putrescant lacertę viridis felle tangi cacumina iuberi Democritus, Columella, & idem Plinius, aliique passim à muliere menstruata fugari tradunt quod cum friuolum, quin superstitiosum mihi videbatur remedium; lubens prætereo Theophrastus brassicis innasci Erucas dixit, easque ab humore collecto interimi, & à simo acetuatim iniecto. Sunt qui vt Palladius notat, sanguineis virgis tangant ea, quæ nolunt his obnoxia esse. Omnia olera Fronto scribit in vniuersum iuuari, si inter illa Eruca fuerit consita. Vt eadem olera infesta animalia non generent, in corio testudinis omnia semina, quæ sparsurus es, siccas, vel mentam pluribus locis maxime inter caules seris. Hoc præstare fertur erucum aliquantulum satum, præcipue vbi radices & rapa nascuntur. Prastocoridas (lego Prasoeurides) inquit *g* Cardanus, Græci vocant animalia, quæ solent hortis nocere: ferunt ergo, quod si ventriculum veruecis statim occisi plenum sordibus suis spario quo abundant, leuiter defoderis, post biduum reperies ibi animalia congesta: hoc cum bis vel terrio feceris, genus omne quod nocebit, extingues. Plura qui volet, geoponicos adeat, & qui de hortorum cultura scripserunt:

b Lib. de Secretis hortorum.

c L. 19. c. 10.
d Lib. 3. de caus. plant. c. 30.
e Lib. 9. de Anim. c. 39.

f L. 17. c. 28.

g Lib. 7. var. c. 30.

VSVS IN MEDICINA.

PAulus Ægineta *a* scribit Erucas olerum cum oleo inunctas, dicitutos à virulentorum animantium morsibus conseruare. Eædem oleo mixtæ authore *b* Dioscoride fugantur serpentes. Cuius, inquit *c* Greuinus, rationem certe afferre minime possem, nisi ad proprietatem eam, qua natura donauit eas; recurrerem: neque enim hoc ex proximo suo ortu habent.

a Lib. 7.
b Lib. 2.
c Lib. 1. c. 6.

PROVERBIVM.

IN Alciati scriptis hocce prouerbium notatum inuenio, *Campas abigo* de his qui verba non curant. Campæ enim siue Erucæ difficulter pelluntur.

CAPVT V.

DE CHRYSALIDE. SIVE AVRELIA.

ERucæ omnes quæ folliculos texunt, cum se in iis incluserint, figuram prosus murant. nam cum prius molles essent pedibusque instructæ, ac mouerentur, ederentque: tunc indurescunt, pedes non apparent amplius, non mouentur, nisi ad tactum, nec amplius edunt, sed veluti oui speciem accipiunt: cuius meminisse videtur *a* Aristoteles his verbis: Alia non perfectum animal generant, sed ouum, idque perfectum. Quæ autem iis frigidiore constant natura, generant quidem ouum, sed non perfectum, verum quod foris perficiatur, vt genus piscium, squamata, & crustata, & mollia. Quintum genus, quod frigidissimum est; neo uum quidem ex se parere potest. Sed hæc affectio foris euenit ei, vt dictum est. Insecta enim primo Vermiculum pariunt, qui addito tempore speciem accipit oui. Aurelia enim appellata oui obrinet facultatem, tum ex ea animal nascitur, tertia mutatione finem recipiens generationis, nimirum ex brassica Vermiculus, ex hoc fieret Eruca, ex hac Chrysalis siue ouum, inde Papilio. sed hac de re supra disputatum est, vbi diximus ex ouis Papilionum sub brassicarum folus latentibus suo tempore Erucas prorumpere, has in Aurelias conuerti, ex quibus demum alii procreantur Papiliones, hi enim oua non pariunt, vt Erucas producant, sed finis eorum est genus suum conseruare, hoc est alios generare Papiliones. Quod modo ad nomen Aureliæ siue χρυσαλίδος attinet, non satis percipio cur hoc illo ouo nomen tribuerit philosophus: non enim omnia aureo sunt colore; sed item viridia, item pallida, vt mox patebit, cum quædam & describam, & depingam. Apud Hesychium scribitur cum gemino A, & in Lexico Græco latino veteri, vbi perperam exponitur Blatta. Eustathius ex veteri quodam Grammatico annotat χρυσαλίδα vocatam fuisse etiam τὸν μελολανθὸν siue μελάνθον, aut μελόνθον. Quas voces alii interpretantur Scarabeorum quoddam genus, qui peculiari nomine χρυσοκάνθαρος dicitur. Nam μελόνθη teste Hesychio, est εἶδος κανθάρων, quos aliqui χρυσοκάνθαρος appellat. At Scholiastes Aristophanis non ait esse Scarabei speciem, sed ζωάφιον χρυσίζον κανθάρῳ ὅμοιον, hoc est, animalculum aurei coloris Scarabeo simile. Sed de hac dictione plura dicemus in Scarabeo. Νεκιδάλον quoque vocari suprà diximus, vbi quoque etymologiam veram huius nominis dedimus, & breuitatis causa hic non repetimus.

a Lib. 2. de Gener. c. 1.

Oua generantium diuersitas.

Nominis ratio.

FORMA. DIFFERENTIAE.

CVm in Aureliam siue Necydalum transierit Eruca, formam æmulatur infantis fasciis inuoluti, facie quidem humana prope cum mitra & cornibus: aliæ quidem aureo, alio argenteo colore, aliæ alio, vt nihil mirum sit, aliquid inesse iis egregii, quod hos larear.

Habes hac tabula quatuor Chrysalidum icones; quarum prima insolentis, & forsau monstrosæ est figuræ, cum ob enormem magnitudinem, tum maxime quod in capite annexam habeat velut promuscidem. Tota aureo colore resplendet, sed annulos habet nigros. Eiusdem coloris sunt Chrysalides siue Necydali Bombycũ; ex quib. quoq; vnam depinximus, eam autem, quæ secundo loco posita est. Tertia coloris est viridis nonuihil ad cæruleum vergentis, punctis toto corpore maculata aterrimis. Huius generis Erucæ folliculos non texunt, sed in Chrysalides immutatur ea quo hic pingitur, modo super aliquod liguum, foliumue aut etiam lapidem extendunt & solis ardore dein mutantur in Papiliones, eos autem, qui ex albo viridescunt. Quarta etiam viridis est, sed auri instar resplendet, depicta est prone, & supine, item à latere.

CAPVT VI.

DE BOMBYCE. AEQVIVOCA.

APud Nicolaum Myrepsum βομβάκιον vocatur, quod Itali Bombagio vocant, lanugo scilicet, siue lana xyli siue gossypii, quam *a* Plinius bombycem nuncupasse videtur. Ita enim scribit: Superior pars Ægypti in Arabiam vergens gignit fruticem, quem aliqui gossypium vocant, plures xylon: & ideo linã inde facta xylina. Paruus est, similemque barbatæ nucis defert fructum: cuius ex interiore bombyce lanugo netur, nec vlla sunt eis in candore mollitiue præferenda Vestis inde Sacerdotib. Ægypti gratissimæ. Dicitur iraque Latine bombyx etiam lana gossypii: vnde fit vt passim apud recentiores, maxime qui de nouo orbe scribunt, inuenies bombycem dici, non solum hanc lanam, sed ipsam etiam plantam, nec non quamuis arborem laniferam. *b* Propertius Bombycem Arabium vocans; de eadem xyli lana potius, quã de Serico loqui mihi videtur. nam xylon Plinius superiore Ægypti parte nasci scribit, quæ in Arabiam vergit. Ait autem.

Nec sic qua Arabio radiat Bombyce puella.

c Dioscorides acanthium describit foliis, lanugine araneosa obductis, atque ex hac βαμβακοειδῆς fieri, hoc est, vestes bambacinas. Sed quamquam etiam βάμβαξ, & βαμβακίον, item πάμβαξ, & παμβακὶς xylon Suidæ nominetur, malim tamen apud Dioscoridem legi βομβακοειδῆς atque sic legit Ruellius, vestes bombycinis similes vertens. Etenim βάμβαξ apud priscos Græcos nõ reperias. Bombyx præterea *d* Cælio intermultarhombi numeratũr significata, rhombũ inquiẽs cõmunius Strombam dici quæ & Bombyx, inquit, nuncupatur. Eodemque testante quidã Insecta Bombycia vniuersim

Bombacium

a Lib. 19. cap. 1.

Gossypii lana bombyx dicta:

b Lib. 2.

c L. 3. 18.

d Lib. 9. cap. 22.

Stromba.

c L.17. c.6. vniuersim vocant à bombo. Bombyx sane c Aristoteli & Plinio Apis syluestris genus est, quod valde obstreperum esse puto, estque illud quod βομβίλιος perperam vocatur à Grammaticis.

A

SYNONYMA.

Vermis Indus. Vermis lanificus. Ser.

HOcce Erucæ genus Aristoteli βόμβυκα vocari, supra dictum est, & Bombycem Plinio. Hesychio Ὑλομήτρα siue ὑλησμήτρη est εἶδος σκώληκος. Aitq; esse qui βόμβυκα eo nomine intelligant, cui quadrat: nam sponte, vt patebit, in syluis habitat. D. Ambrosio & Basilio vocatur Vermis Indus, quãquam, quæ de eo scribunt, ex Aristotele, & Plinio sint mutuati. Alberto & authori de rerum natura, Vermis lanificus. Baptistæ Pieræ Eruca bombiciuora. Scaligero Ser, Ausonio Ser vestifluus, Pausaniæ Seres. Sed cum specie Araneæ eum depingat, multi differre credunt; quemadmodum etiam sunt, qui Sericum quod Seres populi olim subministrabant, diuersum esse à bombicino existimant: quorum omnium opinioùem mox refellam. Serem Scythicam vocem a Gorepius è sua lingua petendam esse multis, iisque non contemnendis rationibus contendit, quem qui illius linguæ studiosi sunt, adire poterunt. Italis diuersis venit nominibus. Bononiensibus vocatur Bigatto, Hetruscis Bacho da Seta, & Caualliere, aliis Vermicelli, Bigatti di Seta, Bruchi, Bargelli, Mignani, Mignatti, Bombici, Cuculi, cum qua postrema voce modernorum Græcorum Cussuguli quãdam conformitatem habere videtur. In Oriente nominantur Ippeqquti, in Illyrico Gusinnicci, in Africa Asmaak santi, in Hispania Gusanos di Seda. Germanis Seidtvvorm, Belgis Syvvorm.

a In Vertumno.

B

GENVS. DIFFERENTIÆ.

Forma.

Bombyces Indicæ. Folliculus magnitudine capitis humani. a Lib. 2. de Bombyc.

SImon Maiolus Episcopus Vulturiacensis in suis diebus canicularibus scribit, hoc nostro cœlo Europæ Bombyces factas esse exiliores, velut frigidiore loco. Nam digito, inquit, humano minores sunt, cum Indicæ pollicis humani musculi magnitudinem longe excedant, domusque illarum humani capitis magnitudinem superant, nostro autem cœlo, vix præparuo ouo gallinaeeo æquari possunt, prægrandes pugno humano. Huius Erucarum generis folliculum superioribus annis depictum mihi misit Serenissimus Hetruriæ Dux quem post in calce delineatum dabo. Est tamen inter Europæas Bombyces quoque in magnitudine differentia. Etenim Hispanæ nostratibus corpore quidem minores sunt, folliculos nihilominus maiores texunt. Rursus Calabræ nostratibus etiam maiores sunt, & maiores etiam folliculos, præstantioresque texnnt. a Hieronymus Vida omnibus vnicum tantum colorem, nimirum candidum tribuere videtur, scribens Papiliones ipsis concolores nasci. Papiliones enim candidissimi sunt. Attamen non omnes Bombyces albæ sunt, vt mox ex describendis patebit Canit autem:

Nam qua longa fuit Tinea olim, fit leuis alis
Papilio, Tineæ pallentes concolor alis.

Differentiæ à colore.

Alias ego obseruaui esse albas, alias cinereas, alios subflauas. Omnes septem habent annulos. Pedes quatuordecim, anteriores sex, qui minores sunt, posteriores octo, qui post tertium, annulum incipiunt: postremæ duæ omnium sunt maximæ, supra quas cauda est, acuta & surrecta. Inter singulos annulos macula conspicua est nigra. In dorso inter eosdem annulos quatuor sunt Semicla literam C maiusculam formantia, quorum priora euidentiora sunt postremis, quæ nempe tam sunt sæpe exigua, vt visum fere effugiant. A capite ad caudam vsque linea per dorsum medium fusca fertur Rinctus omnibus idem, porcorum ferme similis, oculi magni, & nigri Vropygium caudæ piscium ferme specie.

Priori loco depicta fœmina est, & tota candicat, exceptis posterioribus pedibus, qui flauescunt. Secunda tota est albocærulea, mas Tertia ex albo læuiter flauescit, & pedes habet omnes candidos. Hic album texuit folliculum. Postrema ita picta est, sicut nonnunquàm sese contrahunt, vel metu, vel frigore. Prior folliculus totus erat candidus & à candido Bombyce textus; Secundus pariter candidus est, & Bombycis fœminæ opus. Tertius totus fere viridescebat, maris opus. Postremus fœminæ, eiusdem coloris.

Qui in secunda tabula ponitur quartus, gemellus est, à mare & fœmina vna laborantibus factus, vulgus hoc folliculorum genus doppiones vocat. Tertius quodammodo Lacertæ, vel alterius animantis caput æmulabatur oblongum, deinde paulatim extenuatum in acutum declinabat. Primi aureo sunt colore, vterque etiam monstrosus, quoniam ouales non sint. Quorum vnus amygdalam efformare, videbatur, cortici suo etiamnum inuolutam; alter malum armeniacum. Tales vulgo Venturini dicuntur.

In tertia tabula primo loco habes Bombycis iam serico grauidi integri iconem, secundo supina parte sectam, & sericum velut quædam intestina demonstrantem, tertio sericum exemptum, quarto, quinto, sexto, diuersas figuras Chrysalidum prout nimirum, magis vel minus perfectæ sunt. Septimo, octauo, & nono Bombycum diuersa exuuia, decimo folliculos duos inuicem cohærentes, vndecimo folliculum planum & compressum, duodecimo alium folliculum oblongum, ex quo Papilio iam iam erumpere tentat, decimotertio Chrysalidem ex qua exiturus Papilio media sui parte propendet, decimoquarto folliculum, qui cerasum magnitudine vix excedit, postremo semichrysalidem, quę ex folliculo peræ figura eiumpit.

C

BOMBYCES VETERIBUS Romanis & Græcis fuisse ignotas.

Sericum non est diuersum à bombycino.

MVlti, quod Erucas hasce siue Bombyces cum Græcis, tum Romanis; incognitas fuisse cernerent, Sericumque Plinius & Virgilius à Seribus Scythiæ populis ex arborum frondibus depecti scriberent, Sericum à bombycino distinguendum esse existimarunt; sed meo iudicio falluntur. Bombyces vero non agnouisse, nec Græcos, nec Romanos veteres ex iis facile colligitur, quæ de eis memorię prodiderunt. Tradit a Aristoteles fieri ex quodam Verme grandiore (citabo autem locum prout prius restitui) qui veluti cornua protendit, suiq; generis est, primo toto immutato Erucam, deinde qui Necydalus appellatur (inualidam dixe-" ris) ex hoc Bombylius, hanc variam formarum successionem, in " semestri temporis spatio cõpleri. Ex hoc animalis genere bom-" bycia illa muliere's nonnullas retorquendo in filum deducere, dein texere. Primam texisse in Co insula, Pamphilam Platis filiam dici. Nostra vero Eruca ex Verme non fit, sed ex ouo Papilionis, quem si pro cornuto illo Verme accipias, vt Dalechampius facit, omnes illæ transformationes semestri spatio non explebuntur: sed neque verum est sex mensibus absolui: nam id duobus mensibus & paucioribus diebus nostræ Bombyces absoluunt. Bombycina itaque in Co texi nouit Aristoteles, Bombyces non nouit item b Plinius qui multos post annos vixit. Hic enim iam allatis Aristotelis verbis ad verba recitatis, subiude sequenti capite absurdiora longe nobis de Bombycibus Cois reliquit. Et alia, inquit, primo loco, Bombycum origo è graudiore Vermiculo, gemina protendens sui generis cornua (legam autem, prout restituendum esse hunc locum supra dixi.) Hic Eruca fit, quæ & Bombyx vocatur, fit deinde quod vocatur Necydalus: ex hoc Bombylius. Omnia sex mensibus. Telas Araneorum modo texunt ad vestem luxumque fœminarum, quæ Bombycina appellantur. Prima eas redordiri (retorquere legitur in codice manuscripto) rursusque texere inuenit in Ceo (in manuscripto legitur Co) mulier Pamphila Latoi (alii legunt Platæ) filia, non fraudanda gloria excogitatæ rationis, vt det fœminas vestis. Hęc ille, & sequenti capite, Bombycas, inquit, & in Co insula (Ego hic Ceo, & in primo loco Co legendum arbitror, nam, cum cætera ex Aristotele, vt dixi, mutilata sint, locus etiam respondere debet. Ceos vero & ipsa subtilioris vestis amicula arte lanificatæ scientiæ prima in ornatum fœminarum dedit, vt ex Varrone c Solinus loquitur.) nasci tradunt, cupressi, terebinthi, fraxini, quercus florem imbribus decussum terræ halitu animante. Fieri autem primo Erucas nudas (hæc in commuui textu non leguntur, sed nos antea ita correximus, nam ibi absurde habetur fieri primum Papiliones paruos, nudosque) mox frigorum impatientia villis inhorrescere, & aduersum hyemem tunicas sibi instaurare densas, pedum asperitate radentes foliorum lanuginem in vellera, Hanc ab his cogi subigique vnguium carminatione, mox trahi inter ramos, tenuari ceu pectine. Postea apprehensam corpori inuolui nido volubili. Tum ab homine tolli, fictilibusque vasis tepore, & furfurum esca nutriri: atque ita subnalci sui generis plumas, quibus vestitos ad alia pensa dimitti. (hoc est, vt exponit Dalechampius, vt eodem ordine Vermiculos gignant) oua potius, vnde fiant Erucæ, quæ neant alia vellera.) Quæ vero cœpta sint lanificia, humore lentescere, mox in fila tenuari iunceo fuso. Hactenus Plinius, ex quo, quamquam, vt vides, Bombyces non cognouerit, si ita, vt nos correximus, legatur, tota generationis mutatio manifeste colligitur, si hoc expungas quod earum arborum flore terræ halitu animato generentur. Idem d Plinius sericum credidisse videtur, diuersum esse à Bombycino, nam de Scytharum gente loquens, tradit Seres primos esse hominum, qui noscãtur, lanificio syluarum nobiles, perfusam aqua depectentes frondium canitiem; vnde, inquit, geminus fœminis nostris labor, redordiendi fila, rursumque texendi. Tam multiplici opere tam longinquo orbe petitur, vt in publico matrona transluceat. Quare si Plinius diligentissimus naturæ mystes ac indagator Bombyces non agnouerit, minus mirum est si aliis Romanis idem incogniti fuerint, cum serici tantum, non Bombycum meminerint e Seneca Tragœdus:

a L.5. Hist. c.19.

b Lib.11.ca. 22. & 23.

Texere vbi prius inuentum.

c In Polyhist. c.23.

Plinius tursus correctus.

d L.6.c.17.

Seres lanificio nobiles.

e In Hippolito.

Remouete famula purpura atq; auro illitas
Vestes procul sit muricis Tyrii rubor
Quæ fila ramis vltimi Seres legunt.

Idem alibi: f

f In Hercule Oetao.

Nec Mœonia distinguit acu,
Quæ Phœbeis subditus Euris,
Legit Eous hæc arboribus.

Virgilius: g

g L.2. Geor.

Velleraq; arboribus depectant tenuia Seres.

Claudianus. h

h Lib. 18.

Stamine quod molli tondent de stipite Seres.

Strabo. i Τοιαῦτα δὲ τὰ σηρικὰ ἐκ πινῶν φύλλων (non φλοιῶν) ξυνυφάνθη βύσσου. k D Hieronymus apertissime sericum, à Bombycum telis distinxit, his verbis: Spernat, scilicet puella decora, Bombycum telas, Serum vellera, & aurum in fila lentescens. Pausanias, qui sub Antonino vtroque vel paulo post vixit, Serem Vermem descripturus, longe à veritatis scopo aberrauit; quid mirum itaque si qui " ipso antiquiores sunt, Bombyces non agnouerint. Est enim uero, " inquit, Eleorum ager & cætera ferax, & byssum educat felicissi-" me, Cannabem quidem, linum & byssum educat, serunt, qui ido-" neu-

i Lib. de Instit. puella.

k In Eliacis in fine.

Pausaniæ error.

,, neum ad hæc ferenda solum colunt. Sed enim quæ fila ad textri-
,, nam vsurpant Seres, ea nulla è stirpe sunt. Nascitur in eorum ter-
,, ra Vermis, quem Serem Græci, ipsi Seres longe alio appellant
,, nomine. magnitudine est id Insectum dupla maximi Scarabei,
,, cætera Araneo simillimum. Hoc Seres accurate nutriunt, cellas
,, illas cum æstiuas, tum hybernas apte fabricantes: pedibus (ha-
,, bet vero octo, quod & Aranea) sub arboribus textile opus facit.
,, Annos ferme quatuor panico alitur; quinto demum (neque e-
,, nim longior contingit vita) viridem apponunt arundinem; quo
,, pabulo bestiola illa omnium maxime delectatur: eo saturatum,
,, sagina rumpitur. Educunt inde è visceribus plura staminum volumina. Hæc itaque Pausanias, quorum alia Bombycibus nostris congruunt, alia nequaquam. Conuenit nomen, conuenit descriptio, licet id multi inficientur, non conuenit ætas, non conuenit pabulum. De nomine non est quod dubitemus. Bombyx noster Scarabeo maior est multo; si corporis longitudine metiaris, sin crassitie; minor. Et quamquam magno ille Scarabeo duplo maiorem esse dicat, non repugnat, Seres enim in proprio solo insignis ac notabilis magnitudinis esse supra dictum est, & nostros ab ijs degenerasse, quia in frigidioribus locis. Pedes octo dixit, nimirum posteriores; qui potissimum ad incessum faciunt. Conuenit & textura, sed cur cellarum alias æstiuas, alias hybernas faciat, non percipio. Hoc saltem constat Vermis genus esse, quod sericum stamen apud Seres net. Quamobrem cum barbari essent isti populi, ignorarent q; Bombyces enutrire (quanquam & hoc diligenter factitasse Pausanias velit, quod non videtur, vt patebit) stamina ab hisce animalculis sponte in arboribus contexta quotannis depectebant, atque ita in alias regiones venditabant; quæ Romanæ post modum mulieres & nebant, & texebant, vt ex Plinio diximus, in Co vero quod ciuiliores & industriores essent, Bombyces domi, vt nos, alebant, & factis Bombycinis ad alias etiam prouincias mittebant. Atque ideo Romani vestium Coarum magis quam Sericatum meminere. Propertius:

Quid iuuat ornato procedere vitra capillo
Aut tenues Coa veste mouere sinus?

Ouidius:

Siue erit in Coïs, Coa decere puta.

Cum itaque Vermes apud Seres populos factis folliculis siue cellis ex arboribus dependerent, *m* Martialis Bombycem pendulum mihi vocasse videtur, cum canit:

Nec vaga tam tenui discursat Aranea tela;
Tam leue nec Bombyx pendulus vrget opus.

Seruius quoque doctissimus grammaticus & interpres Virgilij, ad hunc poetæ versum,

Quid memora Aethiopum molli canentia lana.

apud Indos, inquit, & Seres sunt quidam in arboribus Vermes, qui Bombyces appellantur, qui Aranearum more, fila tenuissima deducunt, vnde est Sericum Sicille. Damasci in Syria, vt intellexi à viris fide dignis, paucis ab hinc annis isti Vermes suâ sponte in motis suos folliculos texebant, quos incolæ, eo quo de Seribus dictum est, modo ex arboribus exemptos concinnabant, totque ibi relinquebant, quot satis fore conijciebant ad nouâ anno proximo generationem. Idem assetebant præterea alios non procul à Damasco populos esse, qui, quod rarissime ibi pluat, cœlumq; sit calidum, Bombyces cum iam quindecim diebus dormi suæ aluerunt, fortunæ committant; ponentes eos in moris, ibique sponte viuere, & folliculos texere, sed etiam si forte obortatur vel imbet, vel tempestas alia Bombyces sese sub arboris folijs absconderè. Quæ cum ita sint, cum, inquam, constare iam satis existimem Bombyces apud Seres sponte in arboribus serica stamina texuisse, etiam credendum est arbores eas moros fuisse: quemadmodum eas quoque quarum lanuginem in vellera Coas Bombyces pedum asperitate radere tradidit Plinius turpiter falsus, cum eam lanuginem, quæ nidus Papilionis, vel potius Necydali siue Chrysalidis, est, à Papilione dicere debuisset, non è folijs radi quibus insidet, sed ex aluo sua promere. Iacobus Dalechampius disputans de eodem Serum lanificio, & an eadem sit Coa vestis ac serica, scribit se folia eiusmodi ex Persidè aduecta & Arabia aliquot vidisse, mori folijs similia, paullo angustiora & longiora, coniuoluta, vellere Serico inuoluta, sinu plena quod, inquit, Bombyx intus occultatus neuerat, vt plane sit eadem res Sericeum filum Orientale, quod nostras Bombycium, aut Coum: nisi quod sponte, & nulla hominum industria Bombyces in arborum fronde id gignunt, animal autem id magno apud nos educationis & cultus labore tuendum sit *n* Scaliger quoque eos ridet, qui sericum aliud faciunt, quam Bombycum opus. cuius verba, quod nostram opinionem astruant, neutiquam præteribo, Restat, inquit, vt quid sit sericum, videamus. Factum enim est, diligentia quorundam, an peruicacia? vt res vulgata, recepta, confessa, visitata, fieret controuersa. Ita recentiorum sectæ veterum opinionum immortuas reliquias fouere aggressi sunt, vt antiquatos errores nouis obruerent insanijs. Non enim defuere, qui vero nos hordeo carere litigarent, cum ptisanam pinsere, coquereque nescirent, in hordeum nostri vel sæculi, vel orbis suæ inscitiæ culpam transtulerunt. Ita nos antiquorum sericum quid sit, penitus ignorasse. Nec repetam argumenta. Ex Pausaniæ mendacijs accersuit testimonia. Ex arboribus depectunt apud Virgilium: non autè explicant ex operè Bombycum. Tum è Plinio nescio quæ febricolosa, verum vana omnia. Quando & in Calabria neglectos in arboribus vermiculos sine cura, cultuque sericum facere vidimus: è quibus detrahunt incolæ. Et à Cataio, & à China sericum ferunt, non aliud, quam quo vtimur. Id ex nauigationibus comperatum est. Atheres Tartarorum nunc Horda est: à quibus in Persiam, & Turcostaniam serica deferuntur opera. Quod nobis adolescentibus factum scimus: narrante id Veneto legato, qui ab Vssumcassam reuertebatur, apud optimum regem Sigismundum Poloniæ. Aiebat tamen leui satis materia, & opera texta esse. Ex aliorum historia, qui eiusdem Regis tempore peregrinationes suas descripsere, satis constat: Seras esse in extremis Persiæ ciuitatem. In qua tantum illius operis fieri, vt dena millia pondo Serici in quotidianas operas dispensentur. Iuxta mare Caspium Straua ciuitas, à qua Sericæ texturæ cognomine celebrantur. Etiamnunc Madaixa vocant Hispani collecta in vnum fila serici: idque voce antiqua. Metaxa enim dicebatur. Hunc Seres illi Persæ parent, quos communi totius gentis nomine Tartaros vocant, peculiari voce Calmuchi: propterea quod soli Scythiarum capillos alunt. Trans Vuolgam sunt, haud procul mari Caspio. In Taprobana quoque sericum sine cultu ex arboribus detrahi à Bombycibus confectum, legere est in commentarijs nauigationum Quãobrem Virgilianæ arbores non sunt aduersus nos. Alij litigant odio Arabum philosophorum, qui serico scripserunt corroborari cor. Aiunt hi, sericum esse frigidum; quia morus frigida. Vermes illi frigidi. Si, quod nobis compertum est, non ignorarint: in Syria, & Ægypto ficulnis ali frondibus: an ipsi suæ subscripserint sententiæ? Hactenus Scaliger. Verum & Iulius Pollux capite de byssinis non distinguit, sed esse scribit, qui distinguant. Quædam autem (telæ) inquit, ex Bombycibus colliguntur. Bombyces, Vermiculi sunt, à quibus fila ducuntur, quemadmodum & Araneæ. Sunt etiam nonnulli, qui Seres, ab aliis quibusdam animalibus telas suas colligere tradant. Iam vero Sericum in Persia colligi à Vermibus, vt ex Scaligero proxime diximus, etiam testatur *o* Nicephorus historicus. inquiens, in Persia Vermes esse quam plurimos, fila Serum nentes, multiplici & vario colore: eos barbaros magno studio curare. Ioannes Rauisius Textor laudatissimum sericum apud Orontem fluuium reperiri scribit, citatque hocce Sidonii:

Alter Orontea radiat ceruice decorus;
Alterius rosea fronte coruscat Onyx.

Orontes autem fluuius Cœlesyriæ est, qui non procul à Seleucia Pieria & Libano monte nasceus, deinde terra absorptus rursus emergit in agro Apameno, & præter Antiochiam fluens, in mare Seleuciæ proximum defertur. Nos quoque ex quorundam relatu in Syria & vicinis regionibus Bombyces etiamnum sponte in arboribus sua tela texere diximus, & Plinius Bombycem Assyriam laudat, qua viri fæminis cesserunt. Quare non à Seribus tantum Bombycina aut sericum habuere Romani, sed etiam ex Co, Ceo, & Assyria, in quibus locis, vti & alibi Bombyces sponte sua texebant tela, nam

——Postquam homini diuini est muneris vsus
Traditus in tectis, atque intra tecta domorum
Syluestres Tineas alere atque impendere curam
Cœpit: opes multi hinc ad summas emersere.
Quamuis esse alias etiam nunc fertur in oris
Longe aliis gentes, quæ nondum in tecta relatas
Per lucos errare sinunt, nulloque labore
Fila suo carpunt onerantes molla ramis

vt canit Hieronymus Vida: qui item Serum vocatum fuisse ait, qui primus sericum in Italiam attulit; sed quando non addit Zonaras tradit Bombycem ante *p* Iustiniani tempora fuisse in Italia incognitum, & ante Zonaram *q* Procopius author Græcus literis & monumentis recentium historiarum prodidit Iustiniani temporibus commentum hoc serici, solerti ingenio quæsitum, primum in Italiam allatum fuisse, cum antea incompertum foret & incognitum: Bombyces autem à Perside Romam delatos esse. Sic enim ille, Iustiniani temporib. tela serica à Romanis texi cœpit, quæ prius à Persicis mercatoribus tantum afferebatur, dum ignorarent; quomodo fieret, nequescirent fila esse Vermium. Cæterum duo monachi ex India Byzantium profecti originem illius declararunt, polliciti se fœtum illorum Vermium, oua himirum per exigua allaturos & ostensuros Romanis, quemadmodum illa seuendo animata in Vermes mutentur, & sericum texant, natura magistra vsi. Eos monachos Iustinianus in præsentia muneribus, de cætero magnis pollicitationib. ad illud præstandũ confirmauit. Itaq; Serum oua Byzantium attulerunt & in fimo collocata in Vermes transformarunt & mori foliis aluerunt, indeq; sericum confecerunt. Ex eo itaq; Romani cognouere, quo pacto sericum conficiatur. Hæc ille. Et sic à Perside primum in Europam delatos Bombyces apertissime ex iis verbis liquet. Nam in Perside maxima eius serici mercimonia est, Vermiumq; plurima illorum industria, vti ex Nicephoro diximus. *r* Cardani opinio est Pamphilam delata ex India fila & iam victoria Alexandri Magni cognita, non tamen translatis Vermibus, docuisse sericum texere. Inde vero primum sub Iustiniano & oua & artem educandi per monachos ad nos peruenisse. Interimque dum latuere, persuasum esse antiquis è frondium lanugine depecti: siue quod hoc verisimilius videretur, seu quod Bombyces ibi sponte in syluis proueniant, seu quod sic incolæ occultare originem serici melius posse sperarent. Verum vt Cæsaris huius ac materni auii beneficio totus orbis innotuit, patuisse aperte præter hoc serici genus nullum aliud esse. Platina refert in vita Vrbani primi M. Aurelium Antoninum primum Romanorum Imperatorum, serica veste vsum esse. Quod *s* Plinio aduersari non putamus, nam licet sericæ vestes tã pretiosę ei nõ sint, vt solius Imperatoris fuisse putemus. Nec puduit, inquit, has vestes vsurpare etiam viros læuitatem propter æsti-

Bombycis magnitudo Bõbyces in proprio solo maiores sunt.

Bombyces vbi sponte nent in arboribus.

m L. 8. Epig. Bombyx cur pendulus vocatus.

Plinii lapsus.

n Exerc. 158 9.

Sericum quid.

Serieũ vnde deferatur.

Seres vbi

Madixa quid Hispanis.

Metaxa quæ.

Serici temperamentũ

Sericum in Persia colligi.

o L. 18. hist. Eccl. c. 30.

Sericũ optimum vbi.

Bombyx Assyriã.

Seriũ primus sericũ potauit in Italiam,

p In Iustiniano.

q Li. 4. Bellorum Persicorum.

Bombyces quando in Europã illati.

r Lib. 8 de subtil.

Quis primus serica veste vsus.

s Li. 11. c. 23.

æſtiuam. In tantum à lorica gerenda diſceſſere mores, vt oneri ſint etiam veſtes. Aſſytia tamen Bombyce adhuc fæminis cedimus. Et licet ex his verbis conſtet; matronarum veſtes, & multorum etiam virorum, qui bella ſequi ſolent ex ſerico fuiſſe: Idemq; fere etiam dixerit de Seribus loquens. Tam multiplici opere, tam longinquo orbe petitur, vt in publico matrona transluceat, tameu non eſt contradictio; nam ſericum Plinij ab holoſerico differre poſt dicimus.

GENERATIO.

Quid in ouis obſeruandum.

DE Bombyliorum ouis paucà ſupra diximus. Ea autem candida tela excipiuntur: quidam chartam telæ præferunt, chartam autem cæruleam. Faciliùs enim auferri cultro ſinit. Telæ adhærentia vino irrigantur, & ad focum leuiter dextreque auferuntur. Ablata cyatho vini Maluatici, vel Falerni, vel alterius generoſi iufunduntur. & quæ fundum petunt, ſeliguntur, innatantia ceu vana & irrita reijciuntur. Selecta rurſus in mundo aliquo linteo in vmbra quidem, at non procul à ſole exſiccantur. Quod ad infuſionem attinet, ea momentanea tantum eſto, laudatur autem, quod Erucas teddat longe robuſtiores. Sunt qui ex ſic natis vix duas aut tres emori aſſerunt, cum ex communiter natis plurimas interire conſtet. Idem de iuſantibus quidam ſcribunt. Oua laudantur Hiſpanica, & quæ ex toto regno Neapolitano, potiſſimumque Calabria habentur. Hæc magnas procreant Bombyces, ac conſequenter ſerici plurimum, Hiſpania paruas; & ſericum finum ac præſtantiſſimum Neapolitana facile eſt nanciſci ex nundinis Romanis, & quæ Nuceræ quotannis celebrantur. Sed tertio anno degenerant, euaduntque Bombyces eorum noſtratibus ſimiles. Sunt omnia recentia; nam quæ exoleta ſunt, irrita fiunt, & fruſtra incubantur. Incubandi ea diuerſimoda ratio eſt. Sunt qui ſub puluinari molli pluma pleno & ad ignem calefacto ponant, & ſupedormiant: ſed fœlicius naſcuntur, ſi mulier in ſinu ſub mammis ea foueat. Mulier hæc eſto ſana; nam morboſæ ſi incubent, Bombyces moriuntur, cum iam aliquamdiu ederint. Incubans ſit virgo. Incubare incipiat inter quartum & decimum Lunæ diem. nam cum quadrageſimo quinto dre ab ortu ſuo plerumque texere ſolent, Luna eis texentibus vigebit, atque adiumento erit, vt melius ac robuſtius tibi ſericum faciant. Nequaquam vero incubari debent, ſi uecdum morus germinauerit; nam hæc arbor peculiare Bombycum nutrimentum ac pabulum eſt, coguntur que hac nondum germinante alio cibo veſci, qui ſericum minime generat? Is autem eſt, rubus, lactuca, vrtica. Hieronymus Vida incubationem fieti voluit in plenilunio, & cum morus germinat.

Cut vino infundantur.

Vt incubẽtur, & à quibus & quando.

Motus peculiare Bombycibus pabulum.

Ne vero ante diem, ſed tempeſtiua creata
Sit ſoboles, veto ne reuoces in luminis oras
Progentem extinctam, attonſis cum gramina campis
Nondum vlla, aut frondes apparent arbore nulla
Ante noua incipiat morus reuiuiſcere ſylua:
Neue fames teneris, neue obſint frigora alumnis.
Iſſi etiam agricolæ morum, ne tempora fallant,
Obſeruare ſolent. nam cum ſeſe illa virentem
Induit in frondem, noſtris tum protinus oris
Exceſſiſſe hyemem, & manes abiiſſe ſub imos
Nil dubitant: nec iaua vltra pecoriue ſatisue
Frigoraue, glaciemue timent, canamq; pruinam.
Præterea tibi lunai gelida incrementa
Sunt ſeruanda, ſeneſcentu fuge tempora lunæ,
Nec tum etiam liquidis cum teſe nuper ab vndis
Extulit Oceani, pallentesq; humida vultus
Oſtentat gracili incedens per inania cornu;
Vtile erit teneros ouis ex ludere fœtus.
Expecta cum plena animu, cum lumine largo
Solis abigne tumens, altumq; per æthera vecta
Carpit iter, fratremq; audet ſe attollere contra.
Tum fas fœtura, tum iuſtum incumbere tempus,
Quandoquidem validas creſcentia lumine vires
Semina concipiunt genitalia, tum fauet æther
Maioremq; trahunt naſcentia membra vigorem.

Bombycũ natura frigida.

Quocirca ſi tarde incubentur, eo robuſtiores germinabunt Bombyces, nam frigida earum natura eſt: argumento quod in Sarmatia, alijsque frigidis regionibus non naſcantur. Sunt quidam, qui neſcio qua ſuperſtitione oua eadem, qua Saluator noſter paſſus eſt die incubare incipiant, arbitrantes ita feliciſſime naſcituras Bombyces: cæterum cum dies is imobilis ſit, & ſtatutum tempus quotannis non ſeruet, ſæpe falluntur, coguntur q; mortuis frigore Vermibus & fame, noua deinde oua incubare. Tota incubatio triduo abſoluitur. Tertio enim die Vermiculi apparent, canente etiam Vida.

Incubatio triduana.

Cumq; dies alterq; dies pro eſſerit, ecce
Cernere erit formis animantia feruere miris.
Ecce ſinu incipiunt tepido calefacta moueri
Seminà, iam viſenda nouis animalia formis
Irrepunt, paſſimq; albis mantilibus errant.

Vt motus cito germinet.

Porro quod ſi quis tamen præcoces fœtus alere velit, proeuabit etiam vt morus citius ſolito germinet. Citius autem germinabit, ſi in nouilunio Februario menſe ſtercoretur.

EDVCATIO. ET QVÆDAM RVRSVS de Generatione.

Que paſtori cognoſcenda.

IN Bombycum educatione duo potiſſimũ exacte alituo eas cognoſcenda ſunt, nimirum quo loco tutiùs conſeruentur, & quo cibo ali debeant; & rurſus in hoc obſeruandum, quoties in die, & quantum, & quando nihil ſit exhibendum. Quod ad locum attinet, eligatur ſiccus, nulli humido obnoxius, feneſtras habeat ab Septentrione & Meridie. Flaute Auſtro aperaintur, quæ Septẽtrionem ſpectant; ſin Septentrionalis, quæ ad Auſtrum. Vterq; n, iſte ventus Bombycibus inimicus eſt, Auſter humido, Septentrionalis frigore. Si aer nebuloſus, nulla aperiatur, donec Sol nubes repulſerit. Cauendum vero etiam, ne vel feneſtræ, vel tabulata, vel parietes rimis foraminibusue hient, ne & radij ſolares vel infeſta animalia penetrent, Sol enim occidit, hæc eoſdem deuorant, vt Hirundines Lacertæ, vel pungunt, vt Formicæ. Hieronymus Vida loca laudat, quæ Solem admittunt, & quæ feneſtras habent ab Oriente, & Occidente, iubetq; ita occludi, vt ne flatus ſubingredi queat, tantum abeſt, vt noxia queat irrepere animantia, ſed ipſum audiamus.

Locus aptus

Venti Bõbycibus inimici.

Feneſtræ quãdo aperiendæ.

Interea populis ſedes & tecta futuris
Ipſa nouare iube, tabulataq; victa ſenecta.
Non apta ſine Sole domus, ſine luce penates
Sed duplices recta lumen regione feneſtra.
Admittant, quarum ſurgentes altera phœbi
Spectet equos, feſſos contra altera, iamq; cadentes.
Tum vitri pellucentes opponere quadras
Hinc atq; hinc iubeo, lini aut firmiſſima texta,
Vt neque concutiant venti, neque nubila nimbis
Conſpergant, obſitq; intus penetrabile frigus,
Tuq; etiam, varia vt nequeant irrepere peſtes
Parietis antiqui vitium ne neglige ſegnis
Sed calce aut creta linito.

Electo loco apto qualem diximus, introducendæ ſunt Bombyces, quæ recens natæ minimo loco ſeu capſa contentæ ſunt, dein creſcentes paulatim maiores deſiderant capſas quin lata deinceps tabulata, qualiacunque autem ſunt. Tetigit hæc quoque Vida, dum canit:

Nec vero iam tum hæc thalamis ſublimibus infer,
Exiguus primum capiet ſobolem locus omnem,
Corpora deinde aucta cunabula prima relinquent:
Tum cunctam in populos & vicos diuide gentem,
Diuiſiq; dabis ſedes, ſecretaq; regna.
Nec ſatis hoc ſemel: at quoties his arcta videbis
Eſſe domus ſpatia, augentur dum corpora cuiq;,
Has toties legere, inq; nouas diducere ſedes
Ne dubita, donec tabulas impleueris omnes.

Tabulata quæ eligenda,

Noſtræ mulierculæ tabulata plerumq; habent, vel ex arundinibus, vel ex alga paluſtri, vulgus ruſticorum pauiram vocat. quæ vel idcirco probantur, quia eorum ſingula ſingulis ſuperimponi poſſunt, cum ſi ex aruudinibus coniunctis ſint, ſuperiores Bombyces in inferiores excrementa egerunt. Sed in arundineis præterea obſeruandum eſt, ne per rimas latius hiantes Bombyces ipſæ decidant. Cibus offerendus ætatem eorum reſpiciat, nam paruis dandum parum, plus grandiuſculis, plurimum prouectis & ter in die, mane ſcilicet, meridie & veſperi. Neque hoc quoque præterijt Vida, nam cum prius diximſſet:

In Cibo quid obſeruandũ.

Mane petunt igitur ſylvas, & quaq; reportant
Pabula lecta die famulæ:

poſt ſubiungit.

Protinus emergunt Tineæ foliique iacenti
Victrices ſuper aſſiſtunt, omnisq; iuuentus
Veſcitur, atq; auide dapibus implentur opimis.
Nec mora ne requies properant, & grandia morſus
Attondent folia emenſa, redeuntq; iterumque
Incumbunt. longam nequeunt explerier aluum,
Dum ſuperant frondes & plena pabula menſa.
Tuque ideo parcus epulas mouerare canſtris,
Terque die tantum paſces, nam prodiga cunctam
Si frondem ſimul effundas, ſine more, dapeſque
Accumules, menſasque oneres, auertitur vltro
Ingratam ſaturum morum pecus, atque repente
Ipſa parit largi faſtidia copia victus.
Sed ne longa fames noceat tamen aſpice prudens,
Dum nimium differs epulas & gaudia menſæ
Nam ſoliti impaſtis ſi deſit copia victus,
Nulla mora eſt, miſeras macies deformat iniqua.

Vt cibandę cũ magnæ ſunt.

Ter itaq; offerendus eſt cibus, ſed cauenda vt canit Vida: ſatietas nimia, fugiendaq; fames. Cum ad perfectam excreuere magnitudinem, quinquies etiam cibantur, ſed minus offertur. Cum volant, ſuaue iucundumque nonnullis murmur ſiue ſonum edunt, gratum autem, quod ijs ſomnum inducat. Mirum omnino videtur, quod cum cætera Erucarum genera omnes fere me plantas depaſcuntur, ſolæ Bombyces ex mori tantum foliorum eſu ſericum texant. Hæc gratum ipſis pabulum, modo ſint recentia, nam:

Primam autem mori pubem atque tenerrima ſemper
Quæque legunt, dum grex tener eſt, atque inſcius aui.
Continuo veterum veluti memor ille parentum
Agnoſcat veſcas frondes, ipſasq; recentes.

Depoſcit, vt ille canit. Teneris tamen adhuc etiam datur lactuca, vrtica, & rubus. Prouectis etiam in quibuſdam locis folia ficus *a* Bellonius Bombyces in Antiochia, inquit, magni eſſe quæſtus, aliqueſici & mori folijs ſecundum fluminis ripas cultarum. *b* Idemque de Emiſſa vrbe agens, quæ Hamza Atabibus. Turcis Haman dicitur, magna eſt, inquit, in Haman ſericei ſtaminis abundantia nam Bombyces magna cura, & diligentia alunt ob riguorum hortorum commoditatem, in quibus ficum, morum & alias arbores fructi-

a *Li. 2. Obſer. c. 105.*

b *Li. eodem cap. 97.*

fructiferas colunt: riui etenim è montibus delabantes totam planitiem vberiorem reddunt. Vida vlmi frondem si morus haberi nequit, surrogat, canens:

Quin etiam haud parui mutari pabula refert.
Est bicolor morus, Bombyx vescetur vtraq.
Forte etiam si deficiant folia omnia mori,
(Orandi superi eueniant ne talia nobis)
Si tamen vrgeris, conscendat robora pastor
Vlmea per syluas, & summa cacumina carpat.
His etenim arboribus multum est affinis origo.

Ceterum cum nostrates Erucæ bombyciuomæ mori frondibus duntaxat, si adsint, alantur, quid in iis obserandum sit, breuiter explicemus. Eligatur loco uata macro, & petroso, in montibus, & collibus. nam quæ in locis nascuntur eminentioribus, ventus perflat, & ab omni humido rotidoque recremento repurgat. Vitentur, si fieri licet locis natæ pinguibus, secus fluenta & foueas: nam succosa quidem etiem folia proferunt, sed Serici parum eiusque illaudabilis. Fugiantur teneræ ætatis. nam harum folia flaccida sunt, & multo humore succoue redundant. Cumque mori duo sint genera, alba scilicet & nigra, nigræ frondes præferuntur, quod crassiores sint, solidioresque atque nutrimenti melioris, necnon & Bombyces impingueut, & Serici copiam optatam pariant, eiusque perfecti, ac laudabilis: quamobrem alba quoties licet, fugiatur. vel hoc saltem obseruet pastor, vt cum prius nigræ pabula diu iam obtulerit, albæ folia ceu pestem post non offerat. A primo subinde ortu, cum etiamnum teneriusculæ sunt Bombyces, quid præbeat, uihil refert. Curet tantum, vt quodcumque præbet, siccum sit & nullo madeat humore: nam

Illa quoq; in primis cura est, vt pabula semper
Sicca legant, nullaq; fluant aspergine syluæ
Aut pluuiæ aut roris nocturni: quippe venenum
Sæpe fuit quamuis tenuis Bombycibus humor.
Nunquam igitur, cum nox horis lucet intempestis
Accedant syluam: expectent dum gurgite Eos
Tethyos exierit, sursumq; eduxerit omnem
Collectum noctis humorem purpureus Sol,
Et iam tres scandens supera alta peregerit horas.

hoc est, cum sol delapsum nocturno tempore madorem, roremque reficcauerit. Quod si autem nocte præcedente pluerit, non colliget prius, quam videret sicca omnia esse folia. Colligens comas relinquat, & nisi perfectas frondes auferat. Comæ enim teneræ sunt, & humidius præbent nutrimentum, quo pecus interimitur. Fructus quoque sua humiditate nocent, eos autem, cum frondes desunt, quandoque Bombyces famelicæ deuorantes, facillime intereunt. Mori effœtæ, ac cariosæ etiam fugiendæ sunt, quod plerumque in putridarum carie Formicæ sua habeant domicilia, Bombycum præsentanea pestis. Scanduntque nonnunquam exitiosa istæc animalcula quaslibet alias moros, quamobrẽ summa semper adsit cautio prohibeudi fugandiqne illa Fugantur autem diuersimode, vt proprio de Formicis capite docebimus. Collectæ æquo iam tempore folia loco seruentur frigido & sicco, vt in cellariis, vbi solis radii non pertingunt, maximè ii prouectiores iam fuerint Vermes Eorum nunquam sit inopia, quin contra habeat pastor, quibus semper triduo sustentare possit, ne si forte pluuiæ obortæ fuerint cogatur. humidas ac madidas offerre frondes. Quod si tamen, vt fit sæpenumero, extinopinato imbres inuasere, collectutus arborum ramos prius fortitet quantis aliquoties, deiu collectas frondes domi in vmbra exsiccabit intercaminibus ad ignem excalfactis. Sed notet etiam, quod ne sereno quidem tempore collectæ eadem die offerri debeant, tantum abest, vt illa, quæ nebuloso, vel pluuioso per pluuias. Quæ colliguntur, etsi optime fuerint resiccatæ, non dantur eadem quantitate, qua quę per serenum cœlum, nam retinent semper aliquod saltem humiditatis illius vestigiũ, quare vt concoquant, minus ex hisce præbetur. Si pastoris mori longe à domo dissitæ sint, habeatque etiam quæ vicinæ sunt, longinquas prius spoliet, vt si iniuria temporis longius euagari non patiatur, habeat vicinas, quibus pecus alat. Atque hæc ferme cura est circa moros, sine quibus sane hisce in regionibus sericum non texerent Bombyces; idque quodamodo nobis natura in hac arbore demonstrasse videtur. nam lignum eius flaui & Sericei, vt ita dicam, colotis, plurimisque floris adinstar filorum sericorum insigne est. Cum iam aliquot diebus frondes oblatas voranetint, somno corripiuntur ferme triduano, qui ferme decima fit die, deiu rursus vorant. Somnum hunc sic depingit Vida, & causam eius reddit:

Sæpe etiam impastas auerti pabula cernis
Sopitasq; graui, veluti torpere veterno
In tabulis: hic parce metu, ne corpora morbus
Forte aliquis, gentemq; lues inuaserit ægram.
Hunc illis morem, natura ipsa soporem
Addidit, indulgent somno, stratusq; quiescunt.
Sopitiq; dies, alter, transibit & alter.
Cum vero expulerit noctem lux tertia rebus
Consurgent, lætaque ad pabula nota redibunt.
Ergo illas tumidas iubeo obseruare: nec ingens
Nosse labor, ne improuisus sopor occupet: vltro
Signa dabunt ipsæ: cœlo capita ardua tollent
Arrectæ, spernentq; dapes, tum pigra notabis
Corda, animos resides, insuetæ silentia mensis.

Vbi obdormiere, senectam more serpentum exuunt, quo tempore viribus destitutæ torpent, quare tunc nihil offerri debet. Cum dormiunt parte corporis anteriore eriguntur, quin quam diu dormiunt, ita erectæ perseuerant. Si elapso à deposita senecta biduo lubet experiri, nunquid adhuc ægre habeant, nonnihil frondium ipsis præbeto; si enim vires recepere, acconualuere, alacriter vorare incipient, sin cibum videantur respuere, expectandum vlterius, donec vires recolligant. Vbi conualuere cauebit pastor, ne nimis liberali manu frondes præbeat, hoc est, ne eadem concedat quantitate. qua ante depositum senium. nam etsi conualuere, tamen vires prioribus nedum respondent. Præterea fit nonnunquã, vt quædam dormiant vigilantibus aliis: quamobrem inuicem separabit, vigilantesque separatas alet, donec & ipsæ eo veterno corripiantur. Meminit huiusce regulæ etiam noster Vida.

Non tamen adueniet somnus simul omnibus idem
Cura sit interea insomnes lege atq; vagantes
Secretasq; aliis etiam cito transfer in aulam:
Sopita stabulant simul: hu par omnibus ætas:
Vna o eri incumbent & eodem tempore sese
Artubus exoluent supera ad conuexa volantes.

Præterea pastor, si dormientium, item vigilantium aliæ aliis maiores sint, singulas eiusdem magnitudinis inuicem coniunget, paruas scilicet cum paruis, magnas cum magnis. Disparilitatis huius causa est, quia oua non fuerint vino infusa Vida tradit ter senectam exuere, cum id quater facere notissimum sit:

Dumq; Deus (inquit) stratis, thalamisue silentibus ales
Regnat lethæo perfundens ora rore,
Pabula subtrahito solita, frondemq; negato.
Nam tumida interea renouant torpentia alumna
Corpora, & exuuias veteres, ac tegmina ponunt,
Et nitidum induitur pubes renouata iuuentam.
Annuus hic angui mos: at Bombycibus ipsis
Ter pigra, dum viuent, renouabit corpora somnus.

A quarta senii depositione (quater enim, vt dixi, id exuunt, nescioque nunquid hoc cum cætero Erucatum genere commune habeant) spatio ferme octidui auide adhuc vorant, dein verominuitur appetitus, etiam de serico nobis texendo cogitare videntur, paulatimque prorsus à cibo abstinent, quo fit, quod in folliculis nulla reperiantur excrementa; Eo tempore quo cibo sibi tẽperant, si luci obuertas, sericum intus resplendere conspicies, vt canit etiam Vida:

Iamq; age, iam grandes fœtus, iam ducitur ætas
Vltima, turgenti filum tralucet in aluo
Omnibus, accingunt alacres, operique parant se:
Pabula iam satura fugiunt; noua quærere regna
Ardor agit; tollunt oculos, arrectaque terga.
Omnia vestigiant late loca, sicubi rami
Arbutei per quos possint sua tendere fila.
Tum famulæ properare, omnes prouisa parare
Sarmenta & sterriles tectis inferre gen stas.
Ipsæ etiam manibus secernunt grandia natu.
Corpora iam matura operi, iamq; apta labori,
Per ramosq; locant arentes agmina densa.
Summotus alias arcent, dum sunditus omnes.
Corporea excedant labes, ac temporis orbe
Perfecto, sua cuique dies exemerit omnem
Aluum myncera illuuiem, purumq; relinquat
Lanitium & fili tralucens simplicis aurum.

Præter sarmenta atque genistas non spernuntur etiam rami quercus & castaneæ propter siccitatem, quæ omnibus, in quibus sericum euomere debent, requiritur maxime. Laudantur item scopę, quibus domus verruntur, nec uon filix, cæterum omnib. fere prefertur abrotanum propter odorem quo allectæ Bombyces alacrius texunt. Cum itaque à cibo abstinere videris, paratas debes habere scopas, quęcunque tandem illę fuerint paulatimque quas iam iam textutas iudicas ab aliis separare, scopisque imponere, cauebisque interim ne locus deficiat, ne inquam plures vni imponas ramo, quam locus conceditac patitur. Nam quo rariores sint, eo ampliores texunt folliculos, neque inuicem impediunt. Cum operi incumbunt, adsit continue, etiam noctu, qui & aduersus noxia protegat animantia, & si in terram, vt contigit sæpe, dilapsæ fuerint, recolligat, suis ramis rursus imponat Quod si interea pluat, vel venti, flent, frigidi, stituat ignem, thalamumque reddat calidum & siccum. Siccitatis euim admodum studiosæ sunt, & frigoris inimicæ. Quæ si omnia diligenter procurentur, Bombyces summa cum diligentia opus suum exequuntur, non cessant inquam priusquam absolutis textisque folliculis, seipsos iis velut carceribus obscuris inclusérint. Quanta veto sedulitate texant, audiamus ex ipso Vida.

Cum demum tabulis passim sarmenta relictis
Complerunt omnes. perq; aurea virgea lata
Exercentur, & effundunt quæsita per auum
Stamina ditis opes vtert, suspensaq; densos
Fila regunt inter ramos, atque ordine ducunt.
Mille tegunt, relegunt q; vias, atq; orbibus orbes
Agglomerant cœco donec se carcere claudant
Sponte sua; tanta est edendi gloria fili.
Mox autem clausa interius circum vndiq; lecta
Stamina condensant, teretiq; oui instar opus fit.
Nulla operum immunes, est omnes cernere passim
Noctes atq; dies niti præstante labore
Et quasi de palma summas contendere vires,
Dum noctes roseus se lauerit æquore Titan.

Quin sunt, quæ cum alios diligentia, ac labore vincere student, in medio opere immoriantur, vt idem canit poeta.

Mori electio.

Mori genera.

Quando colligenda folia.

Formicæ pestis Bombycũ.

Frondes vbi seruandæ.

Folia per pluuiã collecta quãdo & qua copia offerenda.

Somnus Bombycũ describitur

Senectam quando exuant.

Vigilantes à dormiẽtibus separandæ.

Bombyces cur dispariis magnitudinis.

Excremẽtis cur careant folliculi.

Rami qui laudentur.

Quid in texturis obseruandum.

Quam diligenter texant.

Quadam adeo (visu mirabile) sæpe reperta
Dum tendunt superare alias, instantq; labori,
Vitam opere in medio clausa sub nocte dedisse
Ante diem ab misera: iacuit labor interruptus.
Parua mora est tamen: vt se alia includere latebris
Extremoq; manum summam imposuere labori
Exhausta intereunt omnes terrasq; relinquant.

Iam vero etiam duo dicenda mihi restant, quomodo scilicet, & quando à fæcibus suis reputgentur, item si ægre habeant, quomodo curentur. Cum itaque rabulata in quibus aluntur Bombyces fæcibus, frondiumque reliquiis onerentur, continue, etiam quotidie repurgari debent, hoc vulgus mutare vocat, quia Bombyces simul collectæ tantisper alium ad locum deportantur, donec storeas, aut tabulata à fæcibus diligenter excusserit, & parumper exsiccauerit. Caueat summopere mutaturus, vel purgaturus, ne durius eas tractet: nam perquam facile læduntur tenera, ac mollia earum corpora. Vbi in storeas consuetas reposuerit, vino irrorabit generoso, aut aceto, ipsasque etiam storeas absynthio, vel fæniculo, vel abrotano, vel alia planta ipsis grata atteret, ac fricabit, vt alacrius cibum iam offerendum amplectentes deuorent, Quæ omnia hisce versibus Vida expressit;

Vt à fæcib. purgentur.

At labor interea famulas exerceat alter.
Cura sit hesterna semesas tollere mensa
Reliquias tabulisq; immundam auertere ventris
Proluuiem: mane ante, pecus quam pabula gustet;
Tergenda sedes, & gramine peruerrenda.
Tum Bachi irrorant gratum bene olentis odorem;
Purgatiq; abigunt tabulis tristem omnibus auram.
Hinc leuiter digito medicatis sedibus omnes
Traducunt cœtus latos melioribus auris:
Nec super extremas errare licentius oras
Permittunt: semper media ad penetralia cogunt
Præcipitesq; timent lapsus, altasq; ruinas,
Huic generi facilis lethi via.

Vida itaque mane antequam pecus pabula gustet, fæces auferendas esse consulit. Nostræ mulierculæ fere contra tempore id faciunt pomeridiano, & fortassis consultius. Nam cum mane admodum sint famelicæ Bombyces, tanta mora proficua esse nõ potest: eam autem post prandium facilius ferunt, quia iam bis edere Scio interim esse qui dicunt nihil referre, quocunque tempore purges, cum nempe nimio recremento redundent, siue id mane sit, siue in ptandio, siue vesperi. Si tabulata fuerint arundinea, stercora per rimas decidunt; quamobrem improbantur, quod superiores subiectas stercore aliisque fæcibus inquinent: probantur vero si locus singula inuicem contigua capiat. Absque vlla læsione, & noxa ita purgabis. Accipies retia angustiora tredecim, si duodecim tibi sint tabulata. Singula suo cooperies reti, & frondes superiniicies, ad quas depascendas ascendet per retis foramina pecus, cum ascenderit, simul cum reti aufertur, & vacuum tabulatum à fæcibus excutitur. Quod modo ad ægritudinem Bombycum attinet; hanc quoque callere pastor debet. Aegras esse poeta noster Vida qui diligentissime omnia in hisce animantibus est persecutatus; sic cognosci ait:

Post meridiem consultius putgari.
Tabulata arundinea cũ damnẽtur.
Vt sine noxa purgentur.
Vt ægras esse cognoscatur.

Protinus elucet languentibus aurea pellis,
Deinde tument, turpisque animis ignauia venit
Desidibus tandem rumpuntur, & omnia tetro
Inficiunt tabo: sanies fuit vndique membris.

Causa morbi diuersa est, aer in primis si humidior, frigidiorque inuaserit: Si fenestræ noctu fuerint patulæ. Si locus quo degũt, retro odore sit infectus; si folia vorauerint teneriora, ac humida; si fructus, eosque potissimum immaturos; si foliis nigræ mori prius, post albæ pastæ fuerint. Atq; hæ ferme causæ sunt nostris mulierculis notissimæ; sed assidua præterea iactatio & contrectatio plurimum officit; quare pueros arcebis, terrebisq; ne accedant Cauendumque diligenter ne accedant, qui fœtore, & graui anhelitu comesi alii, cæpæ, porrique putent. Eos enim nobile hocce pecus auersatur, vt vel solo eo in morbum incidat, item tractaturi manus oleo, vel alia pinguedine prorsus munda sit. Oleum enim omnia Insecta occidit: alius quoque liquor quilibet obest, præsertim salsus: ideo tabulata custodienda, ne aspergine ab occulto aliquo hoste, aut inuido inficiantur. Denique omnis strepitus, ac sonus grauior eos occidit, quin leui quoque perire visi sunt, vnde Vida.

Morbi causa.
Oleum occidat Iusecta.

Inualidos sæpe exanimat leue murmur alumnos.

Si frigus perpessæ sunt, fenestras occludes, vel accenso in thalamo igne eos excalfacere, igne autem ex lignis odoratis, pini, iuniperi consimilibusq;, nam & calefient, & odore sanitatem recuperabunt. Quod si verò locus camino careat, nec adsint ea ligna odorata, carbones idem aut prunæ præstabunt, quibus thus, ladanum, bensuinum, styracem, vel similia gummata iniicere poterit, Bombycesq; suauissimo, ac gratissimo suffitu reficere Proderit etiam ore irrorare ex vino generoso. Cum à calore morbus oritur, vt cum radiis solaribus fuerint infestatæ, irrorabis leuiter aqua rosarum vel violarum, leuiter autem, quia humor omnis eas occidit. Si colorem natiuum perdiderint, & luteæ euaserint, & flaccidæ, eas eximes, ac in vmbra, ne sol languidas extinguat, quatuor vel quinque horarum spatio collocabis, ac interea diligenter earum tabulata odoriferis, ac gratis herbis inficies. Si efferendi commoditas non adfuerit, fenestras à septentrione aperiat, autamque eam hauriant Bombyces salutarem, Omnino autem languidæ à sanis separari debent, ne his tabes communicetur. uam vt Vida etiam monuit:

A *Nil adeo Tineis fuerit præsentius ægris,*
Quam subito è medio, iucundo lumine cassas,
Tollere, ne totam perfusa cadauera tabo
Latius incessent miserando funere gentem

Atque hæc de morbis, eorumq; cura. Vt modo ad diligentiã Bõbycum reuertamur, qua vtuntur, dum telam suam texunt, cuius causa aluntur. Eam sane nemo satis laudet, cum vel biduo totum suum folliculum absoluat tanto texeus artificio, vt ad finem vsq; filum seruetur integrum, cum alioqui fragilissimum sit, ac renuitate humanum prope visum fugiat, longum vero adeo, vt vel maximam vrbem cingat. Pallas ab omnibus celebratur, quod texere docuerit. Sed maior laus debitur Bombycibus, cum Palladis eiusque discipularum fila, vel millies in die rumpantur, operamq; rupta remorẽtur, illis in magno æstu vnico die totam telam absoluẽtib. Absolutos, ac perfectes esse folliculos cognoscitur hoc modo. admouentur ad lucem, si Vermis omnino est immobilis, perfecti sunt, sic etiamnũ mouentur, uondum recolligendi sunt folliculi, sed expectandum, donec mortui videantur, quin cum texunt velut texentium quendam sonum edunt Colorem Bombycum folliculi fere semper imitantur. nam albæ albos, flauæ flauos generant. Cum itaque texere desierint, inquit Vida,

Diligentia Bombycum in texendo.
Folliculi vt cognoscantur esse perfecti.

B

Iam licet, ingredere, artificum mirare laborum
Egregium, mirare artes, vt pendula ramis
Omnibus hæserunt varij glomeramina fili.
Qualiter autumni primo sub frigore in hortis
Arboribus pendent haud vno poma colore.
Sic hærent nitidi vario discrimine ramis
Folliculi, sunt qua viridem traxere colorem
E folijs qua depasta est Saturnia Bombyx,
Fila auri quadam, electriq; simillima puri:
Omnibus est reliquis color albi velleris instar.
Ergo vbi per ramos iam perfecisse laborem
Clausas quamq; suum, vigili exploraueris aure
Atq; vbi nec strepitus, nec vim datur amplius vllam
Audiri, sed iam motus requieuerit omnis
Pelle moram, exonera ramos, impone canistris.
Carpe vtraq; manu, & famulas properare iubeto.

Collectis iam folliculis prima ac externa detrahitur lanugo inutilis fere, quam tamen neri, & in fila duci à rusticis Vida cecinit.

C

Primus dein de labor extrema & inutile quicquid
Lanicij detraxe, & luxuriantia circum
Vellera, qua stuppa veluti nodosa puella
Ruris pensa trahunt, torquentes pollice filà.

Folliculi quoque albi vile generant sericum, probanturq; quo plus ad aurũ accedunt. Ex his elige pro seminio, maxime vero gemellos, doppiones vulgus vocat: nam masculum, & fæmellam generant Bombylios, & sericum eorum vile est. Quomodo vero ad generationẽ seruandi sint, in Bombylio dictum est Admirabile itaq; creatoris in abiectissimo animalculo artificium est Vermis primũ est, folliculo inclusus emoritur informis. E folliculo denuo prodit alatus Papilio. Itaque Insectum reptile in volatile per medium zoophytum motus, atq; sensus expers admiranda metamorphosi commutatur. Nam cum primũ exclusus est Vermiculus, alimenta quærit copiosa: quibus auide depastis capitis crebra arrectione cum veterno veluti luctans tandem obdormiscit triduum, vel biduum; pelleq; interea exutus ad consueta redit alimenta. Cũ quater pastus, quater obdormiens, quater pellem renouarit, spreto deinde pabulo sublime petit, & virgultis conscensis, aluo rite purgata, lanificii rudimenta inconditis primum mæandris per ramos exercet, mox folliculo inclusus pellucido, indefessi laboris fructũ è centro ad circumferentiam protrudit filum album, viride, flauũ, ouali figura, cum æqualibus veluti certans, nouẽ dierum spacio, absolutoq; operi immoritur. E folliculo loco subterraneo deposito; Papilio post decimum diem prodit cornutus: sed alarum alimẽtiq; immemor, breuis qui iacturam fœtificatione reparaturus, molli impositus velleri, concubitu perpetuo per triduum, rarius quatriduum, fæmina connexus, emoritur: nec multo post vidua, relicto post se instar granorũ milii semine centenario fere, mariti fata sequitur. Semen loco temperato depositũ, per hyemem asseruandum: nec prius, quam morus germinare cœperit, inter papillas muliebres vitali concepto spiritu animandum est. Scribit Vida Bombyces ex toto perditas ex iuuenci cadauere reparari, eodem plane, ac de Apibus, nos ex Virgilio scripsimus:

Folliculorũ electio.
Admiratio in Bombyce.
Oua vt seruanda.

D

Quod si spes generis defecerit omnis vbiq;
Seminaq; aruerint Iouis implicabilis ira,
Sicut Apes, teneri reparantur cæde iuuenci;
Hic super accedit tantum labor: ante iuuencus
Bis denosq; dies, bis denisq; ordine noctes
Graminis arcendus pastu: prohibendus ab vndis
Interea in stabulis tantum illi pinguia mori
Sufficiunt folia & lacteni cortice ramos
Viscera vbi casi fuerint liquefacta, videbis
Bombycem fractis condensam erumpere costis
Atq; globos toto Tinearum efferuere tergo,
Et veluti putres passim concrescere fungos.

E

DENOMINATA.

IVlius a Cæsar Scaliger agens de tibiis veterum, scribit Bombyces tibiis Syris similes fuisse, & aptas ἀρθείς νόμοις. Fiebant ex Bombycia arundine; quam tradit Theophrastus à reliquis arundinibus differre alimenti natiui penuria: nam macilentiorem

a Lib. 1. tices. c. 10.
Arundo Bombycia.

,, rem, graciliorem, & facie plane fæminam spectari, foliumque ,, latius habere & candidius, & minus lanuginis, quam cæteræ, ,, quasdam etiam nihil prorsus habere, quas spadones appellent. Has tempestiue cædi solitas ante Antigenem, cum adhuc simpli- ,, cius tibia canerent sub arcturo mense Septembri: sic enim cæsas ,, multis post annis vtiles esse, multaque sonandi exercitatione ,, egere, sed ora linguarum conuenire, quod erat illis ad res popu- ,, lo significandas vtilius. Posteaquam vero varietas fictioque ac- ,, cessit, cæsura mutata est: cædunt n. nostra ætate mense Maio & ,, Iunio fere circa solstitiũ, aut sub ipso solstitio, & fieri in trimatu ,, vtiles, & breui exercitatione egere, linguasque decliues esse, & ,, quasi deorsum flecti, quod his necessarium est, qui sonos varie ,, fingunt. Hæc itaque Theophrastus: quæ *b* Plinius paucioribus ,, verbis sic explicauit. Contra Bombyciæ maturius reciproco, ,, graciles, fæminarum latiore folio, atque candidiore, modica ,, lanugine, aut omnino nulla spadonũ nomine insiguibus. Hinc erant armamenta ad inclusos cantus, non silendo & reliquo curæ ,, miraculo, vt venia fit, argento iam potius cani. Cædi solebant ,, tempestiue vsque ad Antigenem, cum adhuc simplici musica v- ,, terentur, sub arcturo: sic præpatatæ aliquot post annos vtiles esse incipiebant, tunc quoque multa domandæ exercitatione, & ,, canere tibia ipsæ docendæ, comprimentibus se linguis, quod ,, erat illis theatrorum morib. vtilius. Postquam varietas accessit ,, & cantus quoque luxuria, cædi ante solstitia cœptæ, & fieri vti- ,, les in trimatu, apertioribus etiam lingulis ad flectendos sonos: quæ inde sunt & hodie. Erat itaque Bombycia arundo, vt ex vtroque scriptore liquet, ad tibiarum vsum laudatissima. Iacobus Dalechampius in historia plantarum palustrium Bombyciam fuisse dictam videri sibi scribit, vel quod ex ea βόμβυξ tibiæ genus fieret, vel quod Bombyciis Insectis corporis exilitate, & strigoso habitu arundo hæc similis sit, Cæterum quanquam horum Insectorum similitudinem habere non negem, ab hisce tamen nomen inuenisse non puto, quod Græcis, vt ex Aristotele facile liquet, incognitæ Bombyces essent. Quare prius etymum recipiendum puto, alterum reiiciendum. *c* Turnebus in longis tibiis ponendas esse ait, & Aristoteli etiam βόμβυκες appellari, qui eas difficilius inflari dicit.

b Lib. 16. cap. 36.

Bombycia arundo qualis.

c L. 17. Adu. c. 20.

MORALIA.

Resurrectionis mortuorũ typus, *a In Hex. homil. 8.*

REsurrectionis mortuorum typum quendam certissimum triplicem harum Erucarum metamorphosim facit *a* D. Basilius his verbis: Quid dicitis vos, quæso, qui D. Paulo non creditis de ,, ea mutatione, quam in resurrectione fore dicit, qui plerasque ,, videtis aeris animantes formas permutare, qualia de Ver- ,, me quoque Indico cornua protendenti gemina narrari solent. ,, Hic in Erucam vertitur primum; fit deinde temporis progressu id quod Bombyx appellatur: at neque hac in forma persistit, sed ,, illis præmollibus corniculorum bracteolis sese sensim prolatan- ,, tibus in alarum speciem, ita demum fit volucris. Cum igitur ,, vos ô mulieres repetitis vicis ordimini, & retorquetis vestram ,, operationem sedentariam, fila nimirum, quæ ad vos vsq; Seres ,, transmittunt ad raras istas & præmolles vestes concinnandas: ,, veniat vobis in mentem huiusce varietas animalis in formas at- ,, que mutatio, indeque resurrectionis dilucidam certamq; sen- ,, tentiam sumite, neu fidem futuræ immutatioui abrogetis ei, quam hominibus omnibus communem fore Diuus Paulus pollicetur.

VSVS.

Bõbycibus ægris aues aluntur. *a Lib. 2. cõ uiual.*

DE Serico hic nihil dico; priuatim de eo scriptutus. Præterid etiam alio modo nobis vtilis est Bombyx. Nam si de ægre habentium salute desperes, hisce cohortales aues pascere poteris, vel agros stercorare: mirum enim est quantopere aues impinguent; numerosioraque oua pariant, mirumque vt agros fœcundent. Adeo vt nihil sit in hoc Insecti genere, quod homini vtile esse nequeat. *a* Scribit quidam vir doctus Germanos milites Bombyces frixas comedisse delitiarum causa, idque (inquit) iure, quia innoxiæ sunt, & sapore, & odore tetro carent.

CAPVT VII.

DE SERICO. SYNONYMA.

Serica tela

SEricum, & Bombycinum idem esse satis superque declaratum esse existimo: quanquam sericum etiam Zizyphum siue iuiubam Galenus vocet, quem super eo consule. Apud Græcos σηρικὸν, sine adiectione raro inuenitur. Alias σηρικὴ νῆμα, hoc est serica tela, sericus pannus, & σηρικὴ ἐσθὴς serica vestis dicitur. A recentioribus Græcis πίπαξα, inquit author thesauri linguæ Græcæ, & nominatim ex Actuario, & Nicolao Myrepso afferunt μέταξα ἀμιλῶ; id est, sericum crudum, hoc est Bombycum vellus nondum euolutum, nec infectum. Legitur hoc vocabulum etiam in Pandectis libro trigesimonono, tit. de publ. & vectig. Ibi enim Martianus ait, Metaxa, vestis serica, vel subserica, vela tincta. Sic Codic. lib. 11. de muricilegis, Lotas sericoblattæ, & metaxæ huiusmodi species inferri præcipimus. Vnde metaxarii lib. 8. Codic. de pignorib. & hypoth. appellantur, serici negotiatores. Verum μέταξα communi lingua à Græcis vocari sericum tradunt. Sic ille, & Hesychius, Σῆρες, inquit, ξῶα νήδυντα μεταξὰ, ἤ ὄνομα ἔθνους, ὅθεν ἔρχεται καὶ τὸ ὁλοσήρικον id est, Seres; animalia vocantur, quæ sericum nent vel nomen est gentis, vnde etiam holosericum deportatur. Ex quo loco clarissimum est, metaxan, & holosericum idẽ esse. Sed nunquid veteribus sericum, vel sericæ vestes eedem essent, quæ holosericæ post denodabo. Δράσις in lexico vulgari exponitur sericum, byssus. Sed Hesychio simpliciter est Byssus, Βομβύκιον vero sericum est, siue vt Plinius vocat, Bombycinum. Italice Seta vocatur, & Officinæ Setam crudam dicunt, quod sericum crudum eruditi. Dicendum autem etiam erat potius sera, à seris vermiculis, & haud dubie initio ita vocata est, sed deinde rerum ignoratione factum est, vt rin tmutatum sit. Hispanice Seda, Gallice Soyie, Germanice Seyden, Belgis Syde, Anglis Silke, Fine flexe, Vngaris Seliem, Polonis Iedvvab. In Samatra insula Pedir. Serici etymum etiam nobis reliquit Martianus Capella, vndis asperguntarbores suas, vt lanugo, quæ sericum creat possit admitti: aliarum gentium homines aspernantur, ac refugiũt. Ab eorum lanis vestes appellantur Sericæ, quæ apud nos in deliciis habentur. & sericati huiusmodi vestibus induti; & sericarii sericorum textores. Sic ille.

Seres vermis.

Δράσις.

Serici etymum.

HOLOSERICVM DIFFERRE A SERICO.

AVrelianus Imperator negauit vxori suæ vsum holosericiʒ propter pretii magnitudinem. Sic enim scribit Flauius Vopiscus. *a* Aurelianum vestem holosericam neque ipsum habuisse in vestiario suo, neq; alteri vtendum dedisse: & cum ab eo vxor sua peteret, vt vnico pallio blateo serico vteretur, illum respondisse. Absit vt auro fila pensentur. Libra n. auri tunc libra serici fuit. Sic Vopiscus. Blateum Baptista Aegnatius exponit purpureum. Imperatorum vero primus Heliogabalus, qui nullum non lapidem mouit, vt imperium dilapidaret; holoserica veste vsus est, teste Lampridio qui & hoc addit, tunc ex vna lance appensum fuisse aurum, ex alia vero lanuginem seticam, vt non immeritò etiam sicuti ex naufragio auro saluato decimæ pendebantur ei qui saluarat: sic & statutum legimus in legibus Rhodiis de sericò sicco cõseruato his verbis: holoserica, si sicca saluata sint, decimas soluunto tanquam auro paria: cæterum aspergine commadefacta, exsiccantor, & ita ad collationem veniunto. Hanc serici summam eo tempore caritatem cum mecum perpenderem, & contra viderem primorum Imperatorũ æuo in minori fuisse existimatione, cœpi credere, quod sericum hisce esset, non holosericum; sed quale nunc vocamus mezza seta, quasi semisericum, Latini subsericum dicunt, quod simul cum serico lanam admistam habet, quale est quod vulgo Satinum Brugense nominatur, vel forte Tramosericum, hoc est, vt *b* Isidorus exponit; ex stamine lineo; trama ex serico. Suspicandi ansam in primis mihi præbet *c* Plinius de Bombyce Coa agens: Nec puduit has vestes vsurpare etiam viros, leuitatem propter æstiuam. In tantum à loriça gerenda discessere mores, vt oneri sint etiam vestes. Assyria tamen bombyce adhuc fæminis cedimus. Et Claudianus canit.

a In Aurelianõ.

Blateum Serica veste qui prius vsus.

b L. 19 c. 28
c L. 11. c. 22.

Vestis odorata studium laus maxima, risum
Per varios monitis sales; minimeque viriles
Mundicia, compti vultus, oneraq; vel ipsa
Serica, &c. Item Iuuenalis.
Ha sunt quæ tenui sudant in cyclade, quarum
Delicias, & panniculus bombycinus vrit.

Si itaque fæminæ communiter serico induerentur, & molliores, ac effæminati etiam viri, cur non idem decuisset Aurelianum, ac eius vxorem? Matronarum opulentarum vestes sericas fuisse disertissime etiam inquit *d* Martialis,

d Lib. 11. Epig. 9.

De Pallatinis domina quod serica prælis, &c.

Dominæ, id est, Augustæ, vt *e* Turnebus exponit. Et rursus:

e L. 11. Aduers. c. 6.

Fæmineum lucet sic per bombycina corpus.

Quin etiam decreto cautum fuisse testatur *f* Cornelius Tacitus, Octauio Frontone prætura functo à Quinto Haleriò consulati, ne vestis serica viros fœdaret. multoq; magis turpis mulierib. visa *g* Senecq, dum ait: Video sericas vestes, si vestes vocandæ sunt, in quibus nihil est, quod defendi, aut membra, aut corpus; aut denique pudor possit, quibus sumptis mulier parum liquido nudam se non esse iurabit, &c. Et Clemens Alexandrinus de hac eadem serica tela, superflua hæc, inquit, & perspicua, mentem minime constantem arguunt, quæ exiguo expanso velo; tanquam quodã lenocinio probrum corporis illiciunt. Non est enim amplius tegumentum mollis, ac delicata vestis, quæ nudam figuram non potest occulere: eiusmodi enim vestis in corpus incidẽs mollius ipsi corpori imprimitur, & amplificatur figuræ carnis instar adhærens, & mulieris typum ita exprimit, vt vel non videntì manifesta sit tota constitutio corporis, &c. Ne vero quis ex allato supra Martialis versu, & hoc Clementis locò arguat bombycina olim ratioris quam nunc texturæ fuisse, quontam corpora mulierum translucere dicant, adferam hunc Plutarchi locũ, apud quem Theo: quid vero, inquit, hospes obstat, quin idem sit & tenue, & densum, sicut sunt serica; & byssina texta de quibus, & Homerus.

f L. 2. Annal.

g L. 7 de beneficiis.

Lintea pexa, olea quæ lentus deflui humor,

Ostendens accuratã texturæ subtilitatẽ, quæ oleũ non transmitteret, sed id ob densitatem defluere. Hinc ergo patet etiam densas fuisse vestes sericas, ex ante citatis locis verò tã subtiles vt corporis mẽbra extra cernerẽtur. Si itaq; opulẽtiores mulieres sericis induerẽt sese vestib. cur post id facere nõ licuit Imperatrici? Quin maior etiam vtilitas colligitur ex *h* Horatio, qui Stoicorum libros

h In Epod. Od. 8.

libros puluillis ſericis gaudere dicit, cum alioqui delicatioribus A rebus, ac mollibus abſtinerent:

Quid quod libelli Stoici inter ſericos
Iacere puluillos amant?
Illiterati non minus nerui rigent.

i *L.3.Epig.* Et *i* Martialis in Zoilum.

Effultus oſtro, ſericiſq; puluinis.

Nolim interim, vt quis inde inferat, ſericum, vt cæteram lanam, vile fuiſſe. Nam contrarium facile ex antedictis colliges, nec non ex *k* Dione Caſſio, qui diſertiſſime ſericum barbaricæ luxuriæ texturam vocat, ab iiſque ad luxum mulierum inuentam ſcribit, ac insuper nimiæ luxuriæ, ac ſumptuoſitatis exemplum ponit. quod Auguſtus in ludis ſuis naualibus, ſericas cortinas ſuper populos ſpectantes extenderit, ne à ſole moleſtarentur. Item ex Martiale dum canit.

k *Lib.43.*

Sericæ cortinæ.

Nunc plorat ſpeculo fallax ancilla relecto
Gemma vel à digito, vel cadit aure lapis.
Nunc furtiua lucri fieri bombycina poſſunt
Præfertur Coſmi nunc mihi ſiccus onyx.

Quamobrem ſtatuo primum hocce ſericum non fuiſſe holoſericum, ſed permixtum cum ſubtiliori alia lana. Nam & Galenus teſte *l* Mercuriale, ſericum ſuo æuo rariſſimum fuiſſe, ait quando id ipſe, inquit refert, ſub ditione Romana, & in magnis ciuitatibus B penes ſolas mulieres opulentas inueniri potuiſſe. Idem innuit Prudentius, dum canit:

l *lib. 1. Var. lect. c. 4.*

Placet fermentum publicis ieiuniis
Placare Chriſtum, mos edendi ſpernitur
Glaucos amictus induit monilibus
Matrona demptu, proque gemma, & ſerico
Crinem fluentem ſordidus ſpargit crinis.

m *Lib.11. Epig.* Fiebat optimum Sericum Romæ in Tuſco vico, vt meminit *m* Martialis hoc verſu.

Nec niſi prima velit, de Tuſco ſerica vico.

Fuit præterea ſericum longo tempore in pretio, minori tamen quam prius, vt militum etiam ornamentum factum fuerit, at non quorumlibet, ſed præfectorum, ac ducum. Claudianus de Stilicone.

——Gaudet metuens, & pollice monſtrat
Quod picturatas Galea Iunonia criſtas
Ornet auis, vel quod rigidos vibrata per armos
Rubra ſub aurato criſpantur ſerica dorſo.

n *Lib.6.* Alibi quoque filium *n* Stiliconis frenis ſericis pro equi ornamento vſum canit:

Parte alia ſpumis fumantem ſerica frena
Purpureo prima ſignatus flore iuuenta
Eucherius flectebat equos.

C

Sericum cur vileſcat.

Cum vero poſtmodum à nullo non alerentur; vt nunc fit, Bombyces, factum eſt vt holoſericum propter copiam vileſceret, & paſſim à quouis viro, ac muliere indifferenter acceptum fuerit. adeo vt nunc, vel quiuis plebei ſericati incedant, etiam ii ſæpe quibus res anguſta domi, vt ille canit, quibus, inquam, neque panis eſt, quo famelicum ſuum ventrem exſaturent. In quibuſdam tamen Italiæ ciuitatibus decreto cautum eſt contra ſericatos; ac ſericatas more veterum, Decretum id vulgo la pragmatica dicitur.

VSVS.

HOloſericum nemo ſane ſatis commendare queat, cum propter veſtium vſum, tum propter cætera quæ ex eo fiunt; ornamenta. Veſtes enim in primis ſuppedirat, quibus, & frigus hyberno tempore, & æſtiuo calorem, pellimus, nec non quæ autumno, & vere conueniunt. Felpa vulgo vocatur, qua nobiles pallia ſua ſuffulciunt in hyeme aduerſus frigus. Velutum enim eſt valde D hirtum. Commendatur eodem tempore velutum quod vocant ſimpliciter, Belgæ Fluueel, quoniam hoc quoque pondere ſuo, ac hirſutie calfacit Æſtate ſi mediocris eſt æſtus, laudantur, quæ Ormeſina dicuntur, ſi ingens, quæ Tafetata propter incredibilem leuitatem. Vere & autumno Raſa, velutum leue, vulgo veluto riccio, Caneueta, tabita, ſimiliaque ex vſu ſunt. Taceo, infinita opera quæ vario modo exornantur, qualia ſunt quæ in Damaſco inuenta ſint. Taceo quæ variis illuſtrantur imaginibus, auium, florum, aliarumque rerum; quas longum foret enumerare. Quantum vero ſerica tela cæteris præſtet, innoteſcit ex eo quod ſerico veſtitus longe nobis prælucere videatur aliis omnibus, etſi auro alioqui, gemmiſque ſit decoratus, neque etiam aurum, ac argentum elegantius emicat, quam in ſerico. qualia opera Phrygia dicta olim putem, vulgo nunc brocati d'oro dicuntur; ex quibus Æneæ veſtem Didonem donauiſſe ſcribit Virgilius.

Serici laus.

Felpa.

Velutum.

Ormeſinũ Tafetatum.

Phrygia opera.

Brocati d' oro.

E

Æneas fundantem arces, ac tecta nouantem
Conſpicit, atq; illi ſtellatus iaſpide fulua
Enſis erat, Tyrioq; ardebat murice lana
Demiſſa ex humeris, diues quæ munera Dido
Fecerat, & tenui telas diſcreuerat auro.

Meminit item Claudianus.

Hoc etiam quamuis corrumpi munere nullo
Te certum eſt; mirare libens ac ſuſpice cinctus
Quos tibi diuino mecum Tritonia duxit
Pectine, tincta ſimul repetito murice fila
Contulimus penſis, & eodem neuimus auro
Aurea quæ Lachaſis ſub te mihi ſecula texit.

Quod ad domus ornamenta modo attinet; quid venuſtius, ac elegantius, ne dicam ſuperbius in aulis Pontificum, Regum, Principumque ac Cardinalium videre eſt, quam lectos, parieteſque ſerico relucere? Sed iſthæc tam nota ſunt, vt non opus ſit in hiſce orationem extendere.

VSVS IN MEDICINA.

RECentiores Scholaſtici, inquit *a* Iulius Cæſar Scaliger, arguebantur ſericum non eſſe temperatum, quod Ser vermiculus illius opifex eſſet frigidus. Iam videmus ex piſcibus eſitatis Ardeolarum excrementa vſque adeo calida eſſe, vt arbores exurant. Corroborat cor; vnde eius vſus receptus eſt in diamoſco, confectione alchermes, ſpeciebus cordialibus, item in ſytupo de pomis, & de corticibus citri. Serapio præſtare ait forſice in tenues, ac minutas potius particellas conſcindere, quam vt vulgo fit, vrere ad ignem. Idem vult Haly, addens inſuper ſi quis vrere velit, tenuiter conciſum, vt ponat in furno, ex quo recens extractus eſt panis. *b* Vincentius tradit combuſtum ſericum putrida vulnera mundare, ac corroborare, item cum ſale vſtum dentium curare rubiginem. In vulneribus capitis duræ matri applicatum cerebrum corroborat; & à putredine tuetur, maxime vero etiam ſericum cocco tinctum. Fieri audio ex eodem funiculos, quibus ſi viperæ fuerint ſuffocatæ, ad anginam felici ſucceſſu medici vtuntur.

a *Lib.2. de cauſ. Plant. Theoph. c. 6* Ardeolarũ excrementa calida.

b *Lib.20. c.119.*

CAPVT VIII.

DE PITTOCAMPE.

QVas Græci Πιτυόκαμπας, Latini Erucas pinorum vocant, ſeu picearum *a* Plinius: Vſus ſapæ, inquit, contra Cantharidas, Bupreſtin, pinorum Erucas, quas Pityocampas vocant. In digeſtis apud *b* Marcellum l. Eiuſdem perperam Pityocarpa legitur. Cæteris Erucis ſimiles, & congeneres ſunt, loco tantummodo differentes. Hermolaus vermiculos poſtea (Chryſalides intelligere videtur) ex iis naſci ait, qui acceptis alis euolant. Numeroſæ habentur teſte Matthiolo, in Tridentinis montibus, quod ibi pinorum perpetuo vireant ſyluæ, Ananienſi præſertim tractu, & Flemarum conuallibus. In extremis, inquit, arborum ramis, & iis plerumq; qui in earum cacumine attolluntur, innumerabiles Erucæ rufeſcentes, ac pilboſæ miro artificio nidificant, quibuſdam tenuiſſimis velleribus inuumeris inuolucris contextis. Latent in his hyeme, ita frigoris noxam euitantes. Nidi magnitudo adeo ampla eſt, vt nonnunquam concluſi vermiculi millenarium numerum excedant. Inuolucri materies qua concluduntur, tenuiſſima ſerici velamina maxime æmulantur, tenuior tamen eſt. *c* Dioſcorides de Pityocampe hæc ſcripta reliquit. Iis qui Erucas pinorum hauſerunt, illico dolor in ore, & palato exoritur, vehemens ſalui, linguæ, ac ſtomachi inflammatio torquet; inteſtina dolor excruciat, ita vt pruriginem ſentire videãtur: corpus totum exæſtuat; faſtidium vrget Quibus eſt ſuccurrendum remediis, quæ deuoratis Cantharidib. dantur. Peculiariter tamen pro ſimplici oleo, & irino melinum, quod è cotoneis pomis, & oleo temperatur, accipies. Eadem habes apud *d* Paulum. Vt merito inter Septica medicamenta à medicis recipiatur, qui eiuſdem prauitatis eſſe volũt, ac eſt dryopteris, Sarcocolla, arſenicum, & ſimilia, quæ natiuo calori noſtro aduerſiſſima ſunt, vt cuius vim, ac ſubſtantiam prorſus demoliantur. Septica autem ſunt, quæ tum humorum, tum corporis materiam labefactant, & cum fœtore quodam corrumpunt. *e* Cardanus Pityocampen inter ea venena recenſet, quæ erodendo occidunt. Contra eas Plinius, vt dictum eſt ſupra, ſapam commendat. Alibi etiam oleum præſcribit, alibi oxymel, alibi denique lac recens Haud minus prauæ naturæ eſt Erucula, quam tradunt Florentiæ in fœniculo naſci, ac ſuas contexere telas Araneorum more. Aiunt admodum eſſe exiguam, & praua excitare ſymptomata eſum fœniculorum, quibus inſedit, nimirum incompaſſibilia primum in ventriculo tormina, dein fluxum qui vires quam ocyſſime proſternens mortem affert, niſi præſentaneis obueniatur remediis. Pityocampa teſte Dioſc. Plinio, ac Paulo eaſdem habet vires cum Cantharidibus, & Bupreſti, ſeruanturq; eodem modo ad futurum vſum, nimirum præ ſeptico medicamẽto. Apparet præterea eiuſmodi animantia veneficis ex vſu fuiſſe, nam Marcellus in digeſtis l. ſupra citata, alio, inquit, S.C. effectum eſt; vt pigmentarii, ſi cui cicutam, ſalamandram, aconitum, Pityocampas, aut Bupreſtin, mandragoram, & id quod luſtramenti cauſa, dederint, pœna teneantur huius legis. Quæ verba ideo libenter recitauimus, vt duas voces Pituocarpas, & Bobaſtrum perperam in vulgatis codicibus ſcriptas in Pityocampas, & Bupreſtin, natiua vocabula verteremus. Mathiolus Pityocamparum telam ſanguinis manationibus apriſſimam eſſe ait, quare impoſitam confeſtim fluorem ſiſtere.

a *Li. 23. c. 2.*

b *L.48. tit. ad leg. Cornel. de ven.*

Locus.

Tela earũ. c *L.6. c. 2.*

d *L.5. c. 34.* Vſus Pityocamparum Septica quæ.

e *Li.1. de Vene. c. 24*

Eruca in fœniculo maligna.

Vires.

Telæ vis & vſus.

CAPVT IX.

DE CVRCVLIONE.

ordo, aquiuoca.

CVrculionem in Papilionem abire ſupra demonſtratum eſt exhibita eius inter Papiliones icone: quamobrem Erucarum hiſtoriis non abre ſubnectitur. Curculio, inquit Lactant. Firmianus eſt gula

Circulio pro regula

Curculio pro regula.

est gula interior, qua cibi demittuntur in stomachum. Sed hęc œsophagus dicitur à medicis, Curculio vero via ea patens, seu fistula colli exterior, per quam spiritus attrahitur, atq; emittitur, trachęam arteriam dicunt, Plinius asperã arteriam. Estq; item Curculio idem quod columella Latinis Gręcis γαργαρεών dicitur, & κίων cum præter naturam auctus, & oblongior, tenuisq; æqualiter factus est, tunc enim κίονι, hoc est, columnæ similis euadit Hunc Curculiouem Galenus esse vult, quod eo ablato vox intercipiatur cum ramen in alijs animantibus, quæ quidem omnia columella carent, vocem esse validam constet. Porro Curculio inscribitur vna comœdiarum Plauti, quo nomine parasitum inducit, vel deridiculi causa, vt plerumque facere assolet, seu quod is parasitus pudendam vitam traduceret, & intestabilem, & ventri, & ijs quę sub ventre sunt, obedientem. Curculio enim Persio à similitudine membrum virile dicitur,

Galeni error.

Curculio Plauti comœdia.

sic dicta.

Quare dentosus Curculio extat,

Satyr. 4.

Siue à Vermiculo, de quo institutus est sermo, quod verisimilius est. Curculio enim pestis est tritici, adolescentum parasiti, ad implendum ventris saccum nati. Allusit ad nomen huius comediæ Ausonius in 24. Epistola ad Paulinum, Qui ad Hebromagum cõ„ ditis mercibus, quas per agros diuersos coemit, concesso ab ho„ minibus tuis hospitio, immature periclitatur expelli Quod uisi indulseris, rogante me: vt & mora habitandi ad commodum su„ um vtatur: & nauso aliaue quauis naui vsq; ad oppidum præbi„ ra, frugis aliquantulum nostrę aduehi possit, Lucanius, vt ino„ pia liberetur mature: tota illa familia hominis litterati non ad „ Tullij frumentariam, sed ad Curculionem Plauti pertinebit.

SYNONYMA.

Κίς.

a Lib. 4. de caus. plant. cap. 16.

Μίδα.

Τρῶξ.

CVrculio, siue Curgulio, siue Gurgulio (alij enim aliter scribũt, quãquam per c à priucipio, & in medio rectius scribatur) κίς a Theophrasto vocatur, aitq; peculiare tritico esse, & hordeo, Midam vero fabæ. Quo loco Scaliger, Curguliones, inquit, hic vocat κίας in hordeo, ac tritico, in faba μίδας. Est & in tritico alia forma sine rostro, quod est Curgulioni. Hesiodus veto ita etiam vocat τὸ ξυλοφάγα, docens quæ ligna fiant ἀκιώπτα. Et Hesychio κίς est ζωύφιον, ἐν τοῖς ξύλοις καὶ τῷ σίτῳ γινόμενον, hoc est animalculum in lignis, & in tritico nascens. Τρῶξ quoque ἀπὸ τοῦ τρώγειν ὁ τῶν ὀσπρείων σκώληξ hoc est Vermiculus leguminum, quibusdam exponitur Curculio: sic enim Scholiastes Hesiodi. Δῆξ, εἶδος σκώληκος ἐγγιγνομένου σύδον τῶν ξύλων. Ἰψ δὲ σκώληξ ἐν κεράτων, ἢ ἐλμπέλων. Σής, ἐσθημμάτων. Τρῶξ ὀσπρείων. ψῶ, σύκων. Quamobrem Trox mihi Midæ potius quam Curculionis synonymum esse videtur, nam & Etymologus Τρῶγας exponit τὰ τοῖς ὀσπρείοις ἐμφυόμενα ζωύφια. Triticum enim legumen non est, sed seges, quanquam Columella Curculiones iu fabis quoq; generari inquiat. Notandum ibi apud Scholiasten Hesiodi Ipa perperam Cornubus ascribi, nã vitiũ proprius vermis est, vt suo loco dicetur, quare prius ἰξ scribendum eo loco est, ἴψ secundo. Curculio in lexico Græcolatino vereri vocatur φθειρόσιτα, id est, Pediculus frumenti Ibidem, & Σνίψ, ἢ μύρμηξ, Ἀκρὶς, ἢ Κώνωψ vertitur Curculo, lego Curculio, sed Σνὶψ neutiquam reperire est, & Σκνίψ, Vermiculus est ligna erodens, Culici similis, & secundum alios est genus Culicis, quæ alias Κώνωψ vocatur, & Μύρμηξ Formica est, Ἀκρὶς locusta Curculio teste Vatrone nominatur per antistichon, eo, quod nihil iu eo pene aliud quam guttur videtur Plauto diminutiua voce dicitur Curcuriunculus. Gallis Calande, Charenson, Chattepeleuse, Iunius Italice etiam Calandra interpretatur, quod nomen nobis Bononiensibus inauditum est, nam vulgo nos id circumscribimus, vocantes Bigattello da frumento. hoc est Vermiculum frumenti: Belgis Calander, Hispanis Gorgojo. In dictionario Hora„ tij Tuscanelli exponitur Gargatone, Verme picciolo, che rode „ il formento, item Tignuolo, quasi parua Tinea: arque eo fere modo cæteræ gentes circumscribunt.

Scholiastis Hesiodi error.

Pediculus frumenti.

Etymum.

In Rudẽte.

FORMA. GENERATIO.

DEscriptionem huiusce auimalculi dedimus supra, vbi icon posita est. Nascitur in frumenro cum hoc calore afficitur extraneo, ac putredinali, quem concipit ex superfluo humido dulci, vt eleganter, ac diserte demonstrauit a Theophrastus his verbis,

a Lib. 4. de caus. plant. cap. 16.

„ Omnium optime reponuntur milium, & panicum, quia tunica „ multiplici integuntur; & sicca sunt, sesama quia pinguis: lupi„ num, & cicer, quia amaritudinem quandam, & acredinem ha„ bent: quæ quidem qualitates seruare impune possunt, vt dictum „ Quamobrem, & corrupta hæc nullas bestiolas creant, quemad „ modum, nec femina olerum. Etenim ea quoq; nulla animalia „ contrahunt, nec quæcunq; sicca, & acria Euenir namq;, vt ve„ luti permistio quædã alimenti extrinsecus fiat. Singula pro suo „ humore peculiare animal creant ceu triticum, atq; hordeum „ Curculionem: fabæ, quod aliqui Midam vocant. Simili modo & lens, lenticula, pisum, & alia. Ratio communis plurium est. Sic ille, & subinde docet quomodo frumentum putrescat, quod quoq; ascribere libuit, vt quilibet cauere queat, ne suum Curculiones generet. Triticum, inquit, puluerulentum putrescit celerius, & quod in domicilijs opere tectorio leuigatis conditum est, „ celerius, quam quod nõ leuigatis conditum est, quoniam id ca„ loris plus sentiat. Puluis enim calidus est, vtpote siccus, & illi„ mentum calcis calorem conceptum vtiq; seruat. Nam cum vniuersum, altumq; aceruatum est, putret. Cum putruit itaq; nouus

Quæ plantæ animalia gignant & quæ nõ.

Frumentũ puluere putrescit.

A succedit calor, qui Curculiones procreat, vt meminit etiam Scaliger vbi rationẽ reddit, quomodo in captifici crudirate fieri queat putrefactio: contraria namq; sunt Est quidem, inquit, cruditas cessatio eius caloris, qui intendebat fructus maturationem. In hac „ huiusce operę suspensione subit externus calor, qui fit autor pu„ trefactionis. In rritico vero perfecto naturalis calor, qui prius erat integer, aboletur, ac debilitatur, cui succedens gignit Gur „ gulionem. Non autẽ totus semper aboletur: quippe ex erosi tri„ tici satu segetem exire videmus Hactenus Scaliger. Curculionum vero equidem multa examina ineunte vere progerminant, vbi frumenta luna plena recens demessa, eaque madida, ac rorulenta, antequam occalluerunt, reconduntur, vel vbi grauarii fenestræ Austrinis flatibus, non Aquilonis sunt oppositæ. Siccitas enim efficit, vt omnia putredini minus obnoxia sint. Persuasum est nonnullis, quorum mea quidem sententia non vana fides, nec inanis auguratio, Deum Opt. Max nonnunquam hanc calamitatem immittere in vindictam eorum qui plus satis lucro inhiantes, vel fruges abscondunt, vel supra legitimum tempus asseruant B magno inopum detrimento, qui hoc commeatu distitui vitam tueri nequeunt. Hoc enim alimentum in edendi, pascendiq; corporis vsum affluenrer elargita est prouida Dei benignitas, ac munificentia, adeo vt si cætera edulia desint; atque obsonia quæque desiderentur, satiari homines pane possint, eoq; inediam famemq; solari. Quamobrem grauiter culpandi sunt negotiatores frumentarij, qui magno tenuium damno, annonæ, frugumq; pretia intendunt, nec in summa egestate granaria laxant, quo illis quæstus sit vberior Eo siquidem fit, vt in Remp. sint iniurii, atq; in plebem cuius maledicta in se concitant, fraudulenti. Qui.n. (vt Salamon testatur) frumenta abscondit, illum execratur populus. Patitur tamen plerumq; Deus huiusmodi malis, qui vero diuen„ dit, huius capiti fausta exoptat, beneq; precatur. affligi nos, cã „ ergaillum sumus ingrati, cuius liberalitate, ac munificentia cumulate fruimur. Siquidem per Ezechielem immissum se minatur religionis, ac pietatis desertoribus calamitates quatuor, famẽ, pestem, bellum, & nocentes bestias: vt his diuexati ad saniorem mentem agnitamq; veritatem perducantur. Eiusinodi auaros, sicut à Curculione exesum frumentum, & inutile redditum in fluuios iaciunt, sic propter hoc factos inutiles proiicit Deus, inquit C b D. Chrysostomus, in fluuium ignis. Sicut euim frumentum Curculio, & Vermis, ita istorum animas exedit crudelitas, & inhumanitas, Quod si itaq; naturales causæ, non irati numinis vindicta malum hoc inuexerit tineunda ratio qua animalcula istæc noxia, vel abigi possint, vel interimi.

In caprifico, vt fiat putredo.

Siccitas putredini aduersa.

Curculiones cælitus immissi.

solo frumẽto egeni viuere possunt.

Prouer. 11.

b In Epist. 1. Paul. ad Cor. cap. 15. Hom. 39.

VT FVGANTVR.

EQuidem nihil est in hac caduca vita, & mortali, quod suas nõ experiatur aduersitates, atq; incommoda, multisq; vexationibus, atq; insultibus non sit expositum. Vt enim homines innũmeris malis sunt obnoxii, multaq; illos circumuallant quæ valetudini, vitæq; insidiantur: ita & frugibus sui non desunt hostes, qui illas infestant, ac demoliuntur, rubigo, Culices, Formicæ, Limaces, Cochleæ, Locustæ, Blatiæ Erucæ, Teredines, Vermiculi, & qui funditus granaria depopulatur Curculio, de quo sermo est; Quæ pestis prohibetur, vel ortum eius inhibendo, vel si iam nati sint, fugando ac interimendo. Ortum Curculionum inhibebimus, si frumentum debito modo reponatur, & granaria D quoq; recte sint exædificata. Debito modo reponitur sine puluere hic enim, vt ex Theophrasto diximus, putrefacit, optime siccum, atq; refrigeratum, sicut fabæ exemplo prodidit a Columella, docens quomodo faba seri debeat: nam cum dixisset maceratam priusquam seminaretur, amurca, vel nitro, cum ad maturitatem perducta sit, minus à Curculione infestari, iubet subinde, cum in area exatuerit, confestim priusquam luna increrentum capiat, excussam refrigeratamq; in granarium conferri. Sic enim condita à Curculionibus inquit, erit innoxia. Et quibusdam interpositis. Ea, inquit, ne Curculionibus abiumatur (nam etiam dum est in siliqua estur) curandum erit, vt cum exttita sit, in aquam dimittatur, & ab inani, quæ protinus innatat, separetur solida: tunc „ in sole siccetur, & radice Silphii trita cum aceto aspergatur, de„ fricetur q;, atqne ita rursus in sole siccata, & mox refrigerata re„ condantur, &c. Debet itaq; summopere caueri humiditas, vnde b Vatro tradit in Hispania citeriore pureos (meminit horum quoque Columella, vt post patebit) vt in agro Carthaginensi, & Oleensi, haberi. Quorum solum paleis substernunr, & curant, ne humor aut aer tangere possit, nisi cum promitur ad vsum Quo enim E spiritus non peruenit, ibi, inquit, non oritur Curculio Sic con„ ditum frumentum manet ad annos quinquaginta, milũ vero „ plus annos centum. Quod ad granarium attinet, de eo sic prodi „ dit c Vitruuius. Granaria sublimata, & ad septentrionem, aut „ Aquilonem spectantia disponantur. Ita enim frumenta non po„ terunt cito concalescere, sed afflatu refrigerata diu seruantur. „ namq; cæteræ regiones procreant Curculionem, & reliquas be„ stiolas, quæ frumentis solent nocere. Hæc Vitruuius. Cato ne „ Curculiones, aut mures lædant, areas amurca subigi præcipit. „ quod tamen d Plinius inter amurcæ encomia præteriit, cum certe tacere non debuerit: nam, & Columella, quamuis aliter, amurcæ vsum contra Curculiones commendat his verbis: Parietes (granarii) oblinuntur amurca subacto luto, cui pro paleis admista sunt arida oleastri, vel si ea non sunt, oleæ folia. Deinde cum prædictum rectorium inaurit, rursus amurca respergitur, qua siccata

nihil omni parte beatum.

Quid in fugando obseruandũ.

a Li. 2. c. 10. Vt fabã nõ exedat Curculio.

b Lib. 1 de rust. c 57.

Granariũ quale esse debeat.

e Li. 6. ca. 9.

d Li. 13. c. 8. Amurcę vsus contra Curculiones.

frumentum infertur. Ea res ab noxa Curculionum, & ſimiliũ ani-
,, malium commodiſſime videtur conditas fruges defendere, quæ
,, uiſi diligenter repoſitæ ſint, celeriter ab iis conſumuntur. Sed
,, id genus horrei, quod ſcripſimus, niſi ſit in ſicca poſitione vil-
,, læ, quamuis granum robuſtiſſimum corrumpit ſitu: qui ſi nul-
,, lus adſit, poſſunt etiam defoſſa frumenta ſeruari, ſicut tranſma-
,, rinis quibuſdam prouinciis, vbi putcorum in modum. quos ap-
,, pellant Syros, exhauſta humus, editos à ſe fructus recipit. Sed
,, nos in noſtris regionibus, quæ redundant vligine, magis illam
poſitionem penſilis horrei, & hanc curam pauimentorum, & pa-
,, rietum probamus, quoniam, vt retuli, ſic emunita ſola, & late-
,, ra horreorum prohibent Curculionem, quod genus exitii cum
,, incidit, multi opinantur aceti poſſe, ſi exeſæ fruges in horreo
,, ventilentur, & quaſi refrigerentur. Id autem falſiſſimum eſt: ne-
,, que enim hoc facto expelluntur animalia, ſed immiſcentur to-
,, tis aceruis: qui ſi maneant immoti, ſummis tantum partibus in-
,, feſtantur, quoniam infra menſuram palmi non naſcitur Curcu-
,, lio longeque præſtat id ſolum, quod iam vitiarum eſt, quam to-
,, tum periculo ſubiicere: nam eum exiget vſus, facile eſt eo ſubla-
e L. 18. c. 30. to, quod vitiatum eſt, integro inferiore vti. e Plin. quoque mul
,, tos ſcribit ventilari frumentum vetare quod Curculiones non
deſcendant infra quatuor digitos, nec amplius periclitari. Perpe-
ram itaq; noſtri agricolæ quotidie frumenta ſua ventilant, arbi-
trantes, ideo minus à Curculionibus infeſtari, nam quod exeſum
eſt, cum ſolido, ac nondum à Curculionibus tacto permiſcent, ac
putrefacientes Curculionum aliorum ortum procurant. Atq; hęc
f L. 1. c. 63. de prohibenda eorum generatione. Cum iam nati ſunt Curculio-
nes ad remedia deuenienda, quibus fugari queant. f Varro ſcri-
bens quemadmodum frumentum promendum ſit. Tuendi cauſa,
,, inquit, promendum id frumentum, quod Curculiones exeſſe in-
,, cipiunt. id enim, cum promptũ eſt, in ſole ponere oportet aquę
catinos, quod eo conueniunt, vt ipſi ſe necent Curculiones. Nihil
autem ad perimendos Curculiones efficacius quam ſalſugo, in
qua allium decoctum ſit, ſi ea irrigentur pauimenta, ac parietes;
confeſtim enim alio repunt, ac granaria deſerunt, odoriſque tetri
halitu exanimantur. Idipſum præſtat etiam ſagapenum, caſtoriũ,
ſabina, ſulphur, cornu ceruinum, hedera, galbanum, ac graueo-
lentia quæque, quorum ſuffitum nec Curculiones, nec cæteræ
noxiæ beſtiolæ ferre poſſunt, quemadmodum nec ſerpentes, nec
colubri, nec Veſpertiliones, quod indicat omnes eruditionis pa-
g L. 1. Geor. rens g Virgilius, dum canit:

Diſce & odoratam ſtabulis incendere cedrum
Galbaneoſq; agitare graui nidore chelydros

Lupus ſalictarius. Eadem ratione lupi ſalictarii nidoroſos floſculos refugiunt, qui etiam hominum cerebro infeſti ſunt, capitique grauedinem, ac temulentiam induunt. Similiter, & ſambuci flores quorum odor etiam Erucas arcet, Blattaſque ac Tineas perimit; quemadmodũ abſynthium, ruta, mentaſtrum, abrotanum, ſatureia, iuglandis folia, filix, pſeudonardus, quæ nobis lauendula dicitur, nigella, coriandrum viride, pſyllium, anagyris, Pulicęs, Cimiceſque interimunt, vel cultricis ſuppoſita, aut toris, in aceti ſcyllitici decoctione conſperſa Obſeruatum eſt autem noſtræ, & auorum memoria, naporum ſemen miram obtinere vim in proſternendis, conficiendiſque Curculionibus non ratione deleteria, ſed ſuauitatis illecebra, Cum enim id dulce ſit, atque oleoſum, illud deſerto tritico, auidiſſime appetunt, eoque diſtenti pereunt. Quod ipſum iis etiam vſu cuenire ſolet vbi fiſcellis vuarum paſſarum inſederint. Sunt qui milium frumento miſceant contra Curculiones, quod hoc calorem frumenti temperet.

Napi ſemina Curculiones interimunt.

PROVERBIVM.

a *In Rudente.* b *Lib. 3.* Cvrculiunculos minutos fabulare, inquit Grypus piſcator labraci lenoni apud a Plautum, hoc eſt res mihi narras nihili & nullius vſus. Citat hunc locum b Priſcianus. Conueniet vbi quis nugas, & res exigui momenti adfert pro veris, ac ſeriis.

CAPVT X.

DE PERLIS VVLGO DICTIS.

Nominis ratio. PErlas vulgus noſtrum vocat eiuſcemodi volatilia inſecta, à capitis, vt arbitror, cum rotunditate, quæ perlam ſiue vnionẽ æmulatur, tum ſplendore, nam ſpeculi fere inſtar recepras extra recipit imagines. In Lombardia Ceuettoni dicuntur, ab Hollandis, vt audio, Romboudt. Volatum exercent velociſſimum, alis nimirum prædita longis, robuſtis, cartilagineis, quatuor. Pomeridiano, & antemeridiano tempore, nonnunquã ſolæ, plerumque gregatim volitant, raro alte, ſæpiſſime præter humum inuicẽ occurrentes, meridie, ardente maxime ſole quieſcunt, ſtipiti cuidam, ſi nanciſci licet inſidentes, vnde natum ruſticum prouerbiũ eſt la Perla và a' ſticchi, indicans prandendi tempus eſſe. Perlarum multa ſunt genera, vt mirum plane ſit veteres non meminiſſe tam frequentium, & vulgo notiſſimorum animantium Differunt inter ſe corporis, ac alarum magnitudine; coloreque nec non caudæ extremitate, quæ cum pleriſque ſit bifurcata, in quibuſdam tamen obtuſa eſt, & bifurcatione caret. Aliæ rurſus antennas habent alię iis deſtituuntur. Poſtremo loco differunt. Sunt enim, quas niſi ſpe aquas reperias, cæruleo fere corpore. Omnibus hoc commune eſt, vt quatuor habeant alas, aluum vero admodum procerã, quæ tamen iu volatu nihil prorſus incuruatur, cũ alioqui curuetur facile, ſi manibus contrectes: quin & mas quando fæmellæ coit plurimum incuruatur. Coeunt autem more Muſcarum fæminæ mare inſidente, & membrum fæminæ ſurſum immittentis recipiente. Tenaciſſime coeuntes inuicem hærent, ſæpiuſque per agros coherentes volare cernuntur. Æſtate vere, ac autumno cernuntur, hyeme latent, vel moriuntur.

Ceuettone

Prouerbiũ. Genera.

Forma cõmunis.

Prima earum, quæ à me obſeruatæ ſunt, & binis tabulis depictæ exhibentur, ex mediocribus eſt, capite, & toto corpore ruffis, alis candidis, extremo macula nigra notatis, pedibus nigris. Secunda capite perlam, ſiue vnionem nequaquam refert. non n. rotundum eſt, ſed acutum. Oculos habet enormis magnitudinis, ,, ſubcæruleos. Pectus admodum craſſum aluum procera, tenuẽ, Tota luteſcit, nigroque vt pictura expreſſit, maculatur. Alæ ſunt ſubcæruleæ. Tertia alas habet breues, ad ſubcæruleum inclinantes, aluum longiſſimam, tam ſubtilem, vt mirum ſit, quomodo eam regere poſſit. Oculi quoque vt in proximo, maximi ſed caput orbiculatũ. Infra candicat. per dorſum ſuperne ad latera luteſcit, medio ferrugineo colore eſt. Antennas habet, admodum breues ſubflauas Quarta ex mediocriũ genere eſt, corpore toto purpureo, aureis zonis vndique interſtincto alis plane argenteis, nigro maculatis. Quinta alas quoque habet argenteas, ſed non tam reſplendentes. Maculam in extremo ſingulæ habent nigri cautem. Corpus totum aurei fere coloris eſt, uigricantib. zonis interſtinctum. Pedes ſunt atri. Ex maximis eſt, quæ ſexta in hoc ordine depingitur, ſpecioſa ac elegans Perla, capite, pectore. ac dorſo viridis, aluo tota cærulea, per quam linea fertur à dorſo ad extremum vſque aterrima. Alæ cinereæ ſunt, pedes nigri. Septima oculos habet virides, tota lutea, nigro maculoſa. Minimarum generis eſt octaua, alas habens argenteas corpus virideſcens Nona ex maximis eſt, capite, dorſoque viridis, aluo dilute flaua primum craſſa, dein tenui, alis ſine maculis. Decima, ac poſtrema toto corpore eſt flauo, nigro interſtincto, pedib. etiam flauis, alis cinereis ſplẽdidis.

Ex vulgarium genere ſunt, duæ iſtæ ſeparatim pictæ, quod pręcedens tabula eas non caperet. prior alas habet ſubflauas, & corpore toto flauo eſt exceptis zonis, q̃ ſunt ferrugineæ. Altera tota viridis eſt. maculis quatuor candidis in alarum extremitatibus.

Primo loco picta in ſecunda tabula, ex iis eſt, quæ circa aquas volitat. Alas habet breues, & latas, primum virides; deinde cæruleas, cuius coloris quoque totum eſt corpus à capite ad anum vſque, præter oculos, & pedes, qui atri ſunt. Oculos autem habet enormiter magnos ac prominentes. Aluus in exilem acutiem, velut acum deſinit. Secunda etiam aquas proſequitur, toto corpore viridi, nigris exiguis zonis diſtincto. Oculi protuberant. Alæ qua corpore hærent argenteo colore, & ſplendore micant, dein cæruleæ ſunt, & argenteis venis refertæ. Tertia minimarũ generis pedes habet longiſſimos, Aranearum pedibus non diſſimiles ſed admodum exiles. Corpore, aliſque ex luteo ſubalbidis eſt cauda ſimplici. Quarta ex minimis eſt, tota fere viridis, ſed à lateribus tergoris lutea Oculi candicant. pedes nigri ſunt. Quinta cum ſecunda admodum ſimilis, pariter aquas petit, aluo cærulea, pectore viridi, alis primum argenteis, deinde cæruleis. Sexta ex maximis eſt, capite, & pectore viridibus, dorſi lateribus, vbi alæ enaſcuntur, nigris, aluo longa, cærulea, quã nigra linea lata coloris aterrimi mediam diſſecat. Pedes atri ſunt. Septima mediocriũ generis toto corpore viridi, aurum reſplendente. In dorſo nigricat: alę cinereæ ſunt, & argenteo micant Octaua aluum habet obtuſam, ac minime bifurcatam, toto corpore ferrugineo, alis candidis, à latere ferrugineo. Nona, ac poſtrema alis eſt craſſa, & breui, lutea, nigris circundata Zonis, capite, pedibus, dorſo, & alarum principiis ferrugineis. Alearum cætera candicant.

CAPVT XI.

DE XYLOPHTHORO.

NAſcitur, teſte a Ariſtotele, Vermiculus cui nomen à corrumpendis lignis Xylophthoro, quaſi Ligniperdi, nullo minus abſurdum (οὐδενὸς ἧττον ἄτοπον, τοῦτον τῶν ζῴων, quid ſibi his verbis Philoſophus velit, non facile percipio: ſcribendumque arbitror οὐδενὸς μᾶλλον ἄτοπον, vt nihil magis abſurdum, aut mirabile videatur dicere, quam huius animalculi naturam figuram, & conſtitutionẽ) caput n. ſuo putamine exerit, variũ pedes in poſtremo (ita Gaza vertit ἐπ' ἀκρῷ, Wottonus in ſuprema parte, & ſic melius) habet, vt alii Vermes: reliquũ corpus tunica araneoſa integitur, ſuoq; tegumento hærentes feſtucas gerit, ita vt forte eas
" caſuq; ſibi contraxiſſe, dũ ambularet, videretur: verũ ipſæ nati-
" uæ inhærent tunicæ: & vt Limacib. teſta, ſic totũ id Vermiculo
" huic adhæret: nec decidit vnquã, ſed euellitur, vt natiuũ Quod
ſi hanc eius tunicam detrahas, expirat pari modo, atq; limax te-
" ſta detecta hebeteſcit. Proceſſu vtique temporis id quoque in
" Chryſalidem tranſit, vt Eruca, atq; immobile viuit. Sed quidnã
" ex eo animalis penuati oriatur, compertũ adhuc non eſt. Huius
" Vermis, ſeu Erucæ, & b Plinius meminit ſub Tinearum nomine
" tunicas trahentium cochlearum modo. Eſt, inquit, earum (Ti-
nearum) genus tunicas trahentium quo cochleæ modo. Sed harũ
pedes cernuntur Spoliatæ expirant. Si accreuere faciunt Chry-
" ſalidem. Xylophthoros, cuius hic formam delineatam exhibe-
" mus, in caudice pini inuentus, à Fr. Gregorio Capucino, nobis
allatus eſt. Primo aſpectu cum ab arbore diuulſus eſſet liguorum,
aut feſtucarum caſu quodã ferruminatarũ congeriem exprime-
bat: ac tale quidq̃ inuentor deietaſſet, niſi continuo motu laceſ-
ſitus, ac crebra manuũ tractatione, ꝓuocatus fuiſſet ad caput exe-
rendum. erat id calore nigrum maculis quibuſdam luteis per ob-
longum reſperſum, ſpinoſum duab. antennis, ſeu corniculis lima-
cum

a *L. Hiſt. 5. cap. 23.*

b *11. lib. 25. cap.*

Perbæ.

Xylophthori. Holtzwürm.

Cicadæ. Hewschrecken.

cum fere modo, ſed breuibus, & nigris. in ſingulis annulis qui terni poſt caput, binos habebat pedes, num autem octo habeat adhuc poſteriori parte corporis, nondum adhuc obſeruare ſatis bene licuit, reliquum vero corporis tectum tegumentum ex multis feſtucis conflatum erat. feſtucarum earundem quædam erant longitudine medij digiti per tranſuerſum colore albo, & punctis quibuſdam nigris reſperſæ, fiſtuloſæ, reliquæ colore fuſco; & magis acuminatæ. Hunc cum paucis poſt diebus diſſecuiſſem feſtucasque eleuaſſem, texuiſſe folliculum more Bombycum denſum, atq; lanoſum ac in Chryſalidem abijſſe, ac tandem in exiguum Papilionem fuſcum alis, aluo craſſiuſcula rubraq; transformatum offendi: & hoc fuit pennatum animal quod Ariſt. cæteroſq; naturalium rerum perſcrutatores vſque in hunc diem latuit. Eundem Xylophthoron nudum & è folliculo diſſectum ſecunda figura exhibuimus.

Aliud porro à deſcripto prorſus differens ſecunda hac tabella exhibeo depictum genus Malalbergi inuentum, tegmine ſuo feſtucis pleno tectum, & eodem exutum, cum eius inſecto volucri diuerſo item ab eo, in quem prior deſcriptus Xylophthoros mutatus eſt, quod fuit Papilio, cuius figuram in appendice huius operis exhibebimus.

CAPVT XII.

DE ORSODACNA.

LVbet hic paucula quædam inter alia, quæ ſupererant. de Orſodacna, ſcribere, quod eam videam à quibuſdam Grammaticis πτεραπτελυγίδα nuncupari, quod quatuor habeat alas. Ab *a* Hadriano Iunio exponitur, ac deſcribitur Inſectum volucre, quaternis pennis, ore largo, & prope denticulato, puſtulas puerorum appetens Puyſtbyter Belgis appellatum. Gaza Mordellam nuncupari poſſe ſcribit, quaſi ad mordendum concitatum huius ortum *b* Ariſtoteles his pauculis verbis complexus eſt. Orſodacnæ (nascuntur) ex Vermiculis immutatis, qui in braſſicæ caule generantur. vbi notandum eſt male in vulgatis editionibus legi ὀρσοδάκνη, à nominatiuo ὀρσοδάκνη, Nam mendoſam hanc eſſe ſcripturam ex Heſychio diſcimus; Varrino item, & alijs Grammaticis, apud quos ſic legimus. ὀρσοδάκνη ζωύφιόν τι ἐν τῇ κραμβῇ γινόμενον. animalculum in braſſica natum. hæc enim ex Ariſtotelis loco citato ſumpſiſſe videntur.

a *In Nomenclatura.*

Mordella Gazæ.

b *Li. 5. Hiſt. cap. 19.*

CAPVT XIII.

DE CICADA. ORDINIS RATIO.

VIx Papilionibus, ac eorum Erucis finem impoſueramus, cum ad nos Cicada, continuati ſui ſoni raucitate moleſta vltro aduolaret, nec immerito Nam præterquam quod quadripennis eſt, habet præterea ſua dona ſuaq; munera, quibus à diuino numine dotata, multis alijs Inſectis autecellit. Et reuera eius cantui, quem tamen plurimi obſtreperum autumant, plus ſuauitatis ac μελῳδίας ineſt, quam, Apum Veſparum, aut Crabronum ſuſurro plus vtilitatis, quam Muſcarum quarundam, aut Culicum, & id genus animalculorum. vtpote qui nobis, & æſtum diei, quo nos ſub vmbra retrahere oportet, prædicat; & tempus meſſis oſtendit. Si enim cum Cuculus cuculat, Ciconia gloterat, turturq; mœret, lætamur ob lætum Veris nuncium, quo ſeminare ſolemus, aut ſulco terram ſcindere, nonne magis geſtire debemus, cum Cicada fritinniendo lætius metendi nuncium adfert, cuius cauſſa & arauimus, & ſementem fecimus? Papiliones autem Cicadæ prætulimus, cum quod quædam earum genera maximum nobis emolumentum adferunt; tum, quod Cicada quodammodo Papilio ſit degener; vtpote quæ generationis, ac ortus modo Papilio exiſtat, corporis vero conſtitutione cum ijs conueniat, quæ alis pellucidis, ac membraneis prædita ſunt, qualia ſuut Apum, Muſcarumque genera.

Papiliones cur Cicadę prælati.

ÆQVIVOCA.

τέττιξ coquus quis. a *Lib. 14*

Μάσσων coquus quis. b *Lib. lect. Antiq. 6. cap 18.*

τέττιξ θαλάσσιος Cicada marina. e *Li. de Arti. 13 c. 29.*

Cicadę nomen pro aurea Cicada Arheniensium.

Τέττιγας dicebantur coqui quidam apud veteres. Ἡρόδοτος inquit *a* Athenæus εἰ παλαιοὶ τὸν μὲν πολιτικὸν μάγειρον μάσσονα, τὸν δὲ ἐκ τόπων τέττιγα Id eſt vocarunt veteres vrbanum, & cligantem coquum Maſonem, peregrinum vero, & ſuburbanum (vt videtur exponere Cælius *b* Rhodiginus). Tettiga. Idem ſcribit ex Athenæo Euſtathius Heſychius autem τέττιγας ab Atticis vocari ait τοὺς τῶν μαγείρων ὑπηρέτας, ξένους, τοὺς ἐν τόποις autem vocari μάσσονα. ex quibus concludit autor Theſauri linguæ Græcæ Μάσσονα eſſe coquum, aut coqui ſeruum indigenam: τέττιγα autem qui è peregrino aduenit ſolo. Τέττιξ θαλάσσιος, id eſt Cicada marina, quam *c* Ælianus τέττιγα ἐνάλιον nuncupat, eſt è genere cruſtatorum, diuerſaſq; ſpecies ratione magnitudinis ſortitur, quarum maxima parui carabi ſimilitudinem gerit, mantire Rondeletij Bellonius putat, inter Cruſtata à nobis deſcribetur. Cicadam autem Iulius Scaliger in Hipponace pro aurea Cicada poſuit; quam gerebant Athenienſes.

Torquem, nitelam ſericam, Cicadamq;
Quæ fibulabat Athidis comas morſu.

A Ita quoque & ante Scaligerum vſus eſt hac voce *d* Q. Septimius Florens. Debebunt, inquit, etiam & ipſi ſibi aliqua inſignia defendere, aut pennas Garamantium, aut crobylos barbarorum, aut Cicadas Athenienſium, aut cirros Germanorum, aut ſtigmata Britonum.

d *Lib. de velandis virg.*

SYNONYMA, EORVMQVE Etymum.

חגב eſt Locuſta, aut Locuſtæ ſpecies ſunt qui vertant Bruchum. Alij Cicadam eſſe credunt, quæ recuruum dorſum, & quatuor ſupra pedes habet (ſic habet Pagninus) quorum adminiculo ſuper terram ſaltitet; eius eſus à Moyſe permittitur: צלצל eſt ſpecies Locuſtæ inquit Rab. Dau. in libro Rad. Cicada videtur ex Hebræorum deſcriptione, inquit, Santes Pagninus. Dicunt enim conſcendere arbores, & exſugere earum folia. Addit Elias rationem nominis eſſe, quod ſtrepitum edat cymbalorũ more, quæ צלצלים & פצלתים dicuntur: alij צלא vmbra, quam volatu ſuo obducit, vel qua terram occupat. In Pandectario Cicada exponitur ab Arabibus Cicuale, & rurſus eodem libro, de ethricht. Græci varia ſortiuntur nomina. πτεραπτελυγίδες vel πτεραπτρυχίδες dicuntur Cicadæ, quod quatuor habeant alas, quamuis vt Locuſtarũ, & Mordellarum (quas ὀρσοδάκνας vocat Ariſtoteles) ita quoque Cicadarũ potius eſt epitheton, quam nomen ſubſtantiuum. dicuntur quoq; πτελίδες ἀπὸ τοῦ πίπτειν hoc eſt à volando; ſunt enim animalcula volatilia. Κίξιον autor eſt Heſychius Cicadam dici. item βιζάκνους ab Eleis, βατράχους à Ponticis, quamuis hoc vocabulo reliqui Græci Ranas vocitent. Apud Martinum Rulandum ἐρπυλλὶς, ἡλιομανὴς, ἠχέτης, κιξέλης, ἀλάζων Cicada exponitur, quæ certe nomina adiectiua potius ſunt, quam ſubſtantiua. qua ratione, & ἀιθαλίωνες dictæ ſunt Cicadæ, vt explicat Theocriti Scholiaſtes, παρὰ τὸ αἴθεσθαι ὑπὸ τοῦ ἡλίου, propterea quod à ſole adurantur. Aiunt quoque Tithonin dici à Tithono filio Laomedontis regis Troiæ, quẽ ſucco Auroræ, à qua adamabatur, aiunt tandẽ ad tantam ſenectutem peruenieſſe; vt optarit in Cicadam conuerti. Commune omnibus Græcis vocabulum eſt πίπιξ deriuatum forte à ſono, quem edit; aiunt enim πιπίζειν ideſt titiſſare. Qui enim ſtrident potius, quam canunt, τρυζίζειν Græce dicuntur, quod Latine enunciare licet ſtruthiſſare ex paſſerum voce, qui τρυζοι vocantur, verbo deflexo. Paſſerculi vero dicuntur πιπίζειν, ex quo tytis corriuatur, vt ſcribit Ælius Dionyſius, auiculæ ſpecies, aut etiam auis quædam minutior. eſt & verbum huic affine τρίζειν. Sed id veſpertilionum proprium: nam τρύζειν vocem exprimit aſperiuſculam, vnde & inflectitur trygon. Itaq; à priori verbo πιπίζειν πίπιξ Græcis deriuari autumo, quamuis cætera poſteriora vocabula huic ſint ſatis affinia, à quo & πιπιζόνιον (quod aliqui Cicadæ ſpeciem, aliqui Cicadæ ſimile animalculum putant) deriuari iudico. Cicadam nonnulli dictam putant quaſi cito cadentem, hoc eſt euaneſcentem, quia æſtiuis tantum menſibus appareat. Iſidorus tamen à canendo dictam conijcit. Italis Hiſpanis Galliſq;, Latino vocabulo affinia ſunt nomina, his enim Cigale, illis veto Cicala, & Cigala, Hiſpanis Cigaro, & cigarra dicitur. Germanis ein Thierlin daſs im ſommer auf den beuumen ſingt, etlich nennen es heuuſchrec. A Belgis neſcio, quid nominis imponatur, cum apud eos, vt audio id animalculum non ſit. Falluntur quidam, qui aiunt krekel ijs appellari, cum krekel apud eos ſpecies ſit Grilli. Polonis dicitur Szuiereżerk. Hungaris Pruutſok. Angelis à grashopper.

πτεραπτελυγίδες.

πτελίδες.

Tytis.

Cicada vnde dicta.

FORMA. DESCRIPTIO.

CIcadarum omnia genera corporis magnitudine differunt, cum & maiores & minores inueniantur, conueniunt in eo, quod nigro plerunque ſint corporis parte ſuperiore, nam inferiore cinereo vergente ad nigrum. Inde *a* Martialis nigrum colorem Cicadæ tribuit, cum in Procillum qui ei inuidebat, quod à pulchra puella adamaretur, ſcribat ſe nigriorem exoptare Cicada, his verſiculis.

Quædam me cepit inuide Procille
Toto candidior puella Cygno,
Argento, niue, lilio, ligiſtro:
Sed quandam volo nocte nigriorem
Formica, pice, gracculo, Cicada.

a *Lib. 1. Epigra. 116.*

Cicada nigra.

Caput reſpectu corporis craſſum habet, cui & breues antennæ, & oculi immobiles, lucidi, eminentes more cancrorum inſunt, quos hebetes eſſe *b* Pliniusbis verbis affirmat. Oculi inquit, tam hebetes, vt ſi quis digitum contrahens, ac remittens ijs appropinquet " transeant velut in folia, & ante Pliniũ *c* Ariſtoteles: ſi quis inquit, " digitũ contrahens atq; remittens ſubinde appropinquet magis " expectant, quam ſi illico extendat, & quidem tranſite in digitũ " alliciuntur: quod enim oculis hebetes ſunt, quaſi ſtans aliqua moueatur, digitum ita admotum conſcendunt. Quę ratio Nigidium forte impulit, vt Apud *d* Plinium, nec Locuſtis nec Cicadis oculos ineſſe ſcripſerit. Ore inter cætera Inſecta caret, cuius loco fiſtuloſum quid habere, quo alimentum attrahit, prodidit *e* Ariſtoteles. Cicada inter hæc (inquit Iuſecta) & omnino in animaliũ genere vna ore caret: prolixum quiddam compactum diuiſumq; gerit, ſimile ei quod linguæ ſpeciem refert, in ijs quibus aculeus in ore: eoq; ipſo rorem haurit alimentum vnum, & peculiare; Hanc autem partem linguam *f* Plinius forte appellauit, quando, inquit, Apibus (lingua) etiam prælonga, eminens & Cicadis nam *g* antea dixerat Cicadam ex omnibus, quæ viuunt ſine ore eſſe pro eo aculeatum quiddam in pectore habere linguæ ſimile quo, rorem

Antennæ Oculi.

b *Lib. 11. cap. 26.*

c *Li. 5. Hiſt. cap. 30.*

Viſus.

d *Lib. 11. cap. 37.*

e *Li. 4. Hiſt. cap. 7.*

Cicada ore caret.

Lingua Cicadarum quid apud Plinium.

f *Lib. 11. cap. 37.*

g *Lib. 11. cap. 26.*

torem lambit, & pectus ipsum fistulosum, quo vocem emittit. Verum quod dicat in pectore hoc fistulosum corpus linguæ simile esse, id neutiquam verum esse reipsa competi, quin potius in capite, & ea capitis parte, qua cæteta Insecta os habeut; nec vlla est ratio, cur in pectore eiusmodi corpus aculeatum nuttitioni assumendoque alimento aptum, esse debeat, cum omnia animantia per caput alantur. Mihi quidem eorum, qui id Plinio persuaserint, erroris causa nulla alia esie videtur, quam partis capitis ex qua hoc corpus aculeatum initium sumit, summa cum pectore vicinitas, vt non pauci arbittatentur ex pectore oriri, nisi penitus rem iuspicerent huic addatur, & alia ratio quod deorsum à capite tendens pectori quodammodo cõnexum videatur. hanc partem quidam satis apte promuscidem appellarunt, non à figura quæ triangularis est, aut colore, qui castaneus, sed fistula seu perforatione, per quam euldenter apparet rotidam materiam attrahi. Alarum superiores duplo maiores longioresque sunt inferioribus, imo toto corpore Quo sensu dixit *h* Plinius de Cicadis in,, quiens. Pennatum illis natura, quæ Apibus, sed pro corpore amplior Alas autem Apum habent, quia sunt membraneæ, vnde & Cicadæ ὑμβρόωτεροι recte dici possunt, antea enim *i* Plinius tradiderat membranis & Cicadas volare. Pedes sunt subtilissimi, & in fine asperi, quo facile arbotes conscendete possent, colore- B que castanei. lata sunt aluo, & aspero duroque pectore, vnde *k* Martialis non inepta tane comparatione vetulis pectus Cicadæ tribuit, deridens Vetustinam, ætate quæ iam decrepita concubitus oestro flagrabat, inquit enim:

Cum tibi trecenti consules Vetustina
Et tres capilli quatuorq; sint dentes
Pectus Cicadæ, crusculumq; Formicæ, &c.

Verum quod quidam Cicadam ἄναμον, & ἄσαρκον id est sine carne, & sanguine dicant, magis generali epitheto vsi sunt, quam vt particulari eius naturæ & descriptioui competat, vt pote cum hoc reliquis omnibus Insectis insit.

Plinii error. Errotis ratio. Promuscis Cicadæ. Alæ cicadarum. h *Lib. 11. cap. 26.* ὑμεόπτεροι Cicadæ cur dictæ. i *Lib. 11. cap. 18.* Pedes. Pectus aluusque Cicadæ. K *Lib. 3. Epigram. 93.* Ἄναμον. Ἄσαρκον.

GENVS. DIFFERENTIÆ.

PLura sunt Cicadarum genera, quorum quædam, quod solo tantum nomine ab antiquis prodita extant, difficile cognoscuntur; reliqua vero propteteа, quod distinctius de iis locuti sint, facilius distinguuntur, & exactius cognoscuntur. *a* Aelianus omnia Cicadarum, quæ vnquam nouit, genera recenset ,, his verbis. Cicadarum genus multiplex à peritis hatum rerum, ,, & cognitum & nominatum est. Vnum appellatur ex colore ci,, nereum, alterum Membrax, quod quidem nomen nescio cur ,, huic generi impositum sit: aliud id est argutum, aliud Cerco,, pem, aliud Achetam, aliud Acanthiam uuncupant tot Cicadarum genera audiuisse memini, cui plura cognita fuerint explicet, hactenus Aelianus, qui certe hic valde obscurus est, ita vt absque dubio existimem hunc Aeliani locum prorsus esse corruptum, lubet itaque & hæc geneta, quorum hic locus meminit, ex vetetum autoritatibus diligentius considerate. Membtax quid sit vlterius, quam Aelianus scribit, quid item Lacetas apud neminem ex scriptoribus inuenio. Cercopas interpretatur Dalechampius apud Athenæum Cicadas fæminas mutas, oblougas, pusillas. Κερκώπη tamen Hesychio est Cicada quædam paruula, alios vero accipere ttadit pro Cicada fæmina citans ex Alexide hunc locum:

——— σὺ δ' ἐγὼ λαλίστερον
Οὐπώποτ' εἶδον, οὔτε κερκώπλω γλώττ
Οὐ κίτταν, οὐκ ἀηδόνα, οὐ τρύγονα, οὐ τέτιγα.

a *Lib. 10. de Anim. c. 44* Genera ab Aeliano cognita. Lachetas.

b *Lib. 4.* A Libanio quoque vsurpari hoc vocabulum docet idem apud *b* Athenæum ex Aristophane. Ἐρᾶς τέτιγα φάγεῖν καὶ Κερκώπλω ἠρόσπερμόν κα λάμω λεπτῇ, vbi Athenæus ex Speusippo docet esse animal τέτιγα καὶ τριγονίω, id est, simile Cicadæ, aut Trigonio, fortasse hic scribendum τετιγονίω, de quo postea dicemus quamuis dicat Dalechampius, fortasse ita Gryllum vocari à soni tri proprietate. Ἀκανθίας quoque Cicadæ species, vt ait Hesychius. at Suidas negat Cicadæ speciem esse ἀκανθίαν, sed potius eius esse epitheton affirmat, eo quod ἐν ἀκανθαις hoc est inter spinas canat. Et Ἀκάνθιος item Etymologiastæ est species Cicadæ. Sed epitheton potius esse, quam nomen facile crediderim: deriuari autem à spinis quas ἄκανθας Græci vocant, quamuis aliter Suidas autumet. Quandoquidem ex Stephani monumentis patet, ab Athamantum vrbe iu Aetolia, quam Acanthium dicunt, nuncupari Acantias Cicadas: quæ quoniam fere consilescant, vt Simonides attestatur, inde receptum, vt qui non loquantur, eo appellentur nomine. Verum Suidas Acanthiæ Cicadæ id tribuit, quod aui Acanthiæ adscribere deberet. Nam apud Theocriti interpretem obseruatum est (vt inquit *c* Cœlius Rhodoginus) dici Acanthida auem colore, voce λιγυρὸν id est stridulam, quam ex varietatis E ratione Pœcillidam vocati scribit. Hanc autem in spinis quas Acanthas vocant, habitare Atistoteles & Alexander scribunt Hic Pontani solertiam maxime admitari licet, qui in libro de Aspitatione lehem Acanthida pronunciat, cum vbique apud Græcos ,, per θ scribatur. Ἀχέτα autem τέτιξ maior est Cicada. Achetæ, inquit *d* Stephanus Aquæus, in suis ad Plinium cõmentariis, ma,, iores dicuntur Cicadæ, & minores, quæ primæ proueniuut. Ex ,, his Tettigonia sunt, quas Theodorus Gaza Cicadasttas vocat, ,, aliæ Tettigometræ quas Cicadarum matrices vocat, vtrumque cette genus canit, sed magis Achetæ, quas aliqui Gryllos vocant Suidas Ἀχέτας ἐκ εἴδου τέτιγος, ἀλλὰ ἐπίθετον τέτιγος hoc est non speciem Cicadæ, sed epiteton esse scribit, vt de acanthia Cicada. quoque tradit. Hesychius Ἀχέτα ὁ ἀρρὴν τέτιξ ὁ λαλίστατος hoc est Cicada mas quam maxime loquax, exponit. Verum quam vterque bene seutiat videamus: quod autem scribat Suidas Epitheton esse, verum est apud Theocritum, qui eas ab arguto, quem edunt, sono Argutas siue Ἀχέτας nuncupauit. Apud *e* Aristotelem video iuter Cicadatum species Achetas recenseri, & inter maiores quæ canunt, cuius hæc sunt verba. Cicadatum duo sunt geneta, aliæ enim minotes sunt, quæ primæ prodeuut, & nouissimæ pereunt, aliæ maiores quæ canuut, cædemque nouissimę ,, pereunt: sunt quæ canunt præcinctu diuiduæ, siue minores siue ,, maiores suut. Quæ autem non canunt, indiuiduæ constant. Vocant nounulli grandiores illas, & canenentes argutas (Ἀχέτας habet Atistoteles) minores mutas τετιγόνια, sed canere, vel in ,, secundo hoc genete possunt paululum quæ præcinctæ prodie,, runt. Et *f* antea dixerat Plura earum (Cicadarum) sunt genera, ,, quæ magnitudinis modo differunt: atque etiam aliis corpus sub ,, septo transuerso præcinctum distiuguitut membranamque ,, liquido refert: vt iis quas ab argutulo sono Achetas appellarunt: ,, aliis non ita est, vt Cicadastris. Ea Plinius sic habet de Cicada ,, rum vita locutus, quæ inquit canunt vocantur Achetæ, quæ minores ex iis sunt Tettigoniæ, sed illæ magis canoræ. Vbi etiam nota, quod Cicadæ hæ minores Tettigoniæ ab Aristot. superius mutæ seu ἄφωνοι dicantut, non quod omnino mutæ sint, vel nihil canunt, vt in quibusdam regionibus fieri contingit, sed potius quod valde patum canant, vt cum reliquis maioribus (quæ maiorem sonum edunt) compatatæ ἀφωνότεροι videantur. Hinc mihi quorundam Grammaticorum displicet commeutum, qui Achetas mates esse voluerunt, Tettigonias vero fœmiuas, ipsa veterum plurium autoritate reclamante, quæ Tettigonias minus canoras Achetis dicit, non prorsus mutas veluti suut fœminæ; ac velut *g* Eustathius innuere videtur, quando inquit, Ἄφωνον τὸ τῶν θηλειῶν εἶδος ὁ καὶ τετιγόνια. Id est Mutum fœminatum genus, quod Tettigonia dicitur. Porto quod Cicadarum genus apud Hesychium. κώβαξ dicitur, cum μεγάλη τέτιξ exponatur, idem arbitrot cum Aristotelis Acheta. Præter prædicta alia quoque à *h* Plinio commemorantur. Quidam, inquit, duo genera faciunt ,, earum; surculatiam quæ sit grandior. frumentariam, quam alii auenatiam vocant. Apparet enim simul cum frumentis arescentibus. Verum vtrum nam hæc à cæteris hoc est minoribus, quæ ,, primum ait ptouenire Atistoteles, nouissimeque petire, & maioribus quæ serius apparent, distinguantur, nondum certo scite possum eæ tamen magis inclino sententiæ, quod surculatia sit maius Cicadæ genus, cum eam grandiotem esse dicat: Auenatia vero, aut frumentaria sit minus, quod altero prius apparet.

Cicada & eius etymon. Suidæ error. Etroris ratio. c *Lib. lect. Antiq. 13. cap. 6.* d *Lib. 11. cap. 26.* e *L. 5. Hist. cap. 30.* Cicadarũ duo genera Minores. Maiores. f *Li. 4. Hist. cap. 7.* Cicadæ mutæ quæ. Achetas mates non esse. Tettigonias non esse fæminas g *Iliad. γ* h *Lib. 11. cap. 26.* Cicada auenaria frumentaria, surcularia.

Quæ vero nos obseruauimus genera omnia hac tabula delineanda curauimus, quæ pauca nunc egent descriptione; cum quia corpotis magnitudine, & sexu, tantum differant; tum etiam quod supetius in vniuersum de Cicadarum forma, ac descriptione dictum sit, quæ in singulis non est necesse, vt repetantut.

25. Cicada lineis in aluo ruffescentibus cum eiusdem tettigometra Huic in pedibus anterioribus natura duabus prouidit chelis duriusculis, quibus tetram excauat paulatim Veris tempore, cum è terra prodire cupit. posteriores pedes quatuor in exttemitate asperi sunt, quibus & ascendit & se sustinet, ne in eundem locum recidat: suut & hi aliquantulum hirsuti. chelas priorum pedum dum tettigometram deponit, relinquit, & in fine præteritęs vt cætera Insecta pedes adipiscitui. habet & mediocres antennas Tettigometta, coloreque tum plurimum temporis tatione variat. nam cum primum è Vetmiculo exit, colore magis albicat; & quanto vicinior est ei tempori quo tettigomettam exuit, eo apparet nigrior. Tettigometram quæ iam pridem è Vermiculo sud prodierat cultello diuecuimus aluumque plenam mucosa, & alba materia deprehendimus

3. Cicada minor Tettigonion, auteis lineis ptonam partem corporis perreptantibus.

4. Cicada non diu ex intuolucro egressa lineis vitidibus ptonam partem depingentibus.

6. 7. Cicada maior Achetá prona & supina.

ORTVS. GENERATIO.

TRadidit *a* Isidorus Cicadas ex Cuculorum sputo nascl. quæ & puerilis & valde absurda est opinio, nec digna, vt refutetur. Præclarius sentiebant olim Athenienses, qui affirmarunt è terra nasci *b* Plutarchus in eo problemate, quo disputatur, vtrum nam ouum ptius ipsa gallina fuerit, docet, terram ἀκαθάρτου πέτηματος, & alia quædam animalia. Hinc inquit, est quod nullum ouum è terra editum memoratur: atque Tindareum de cælo de,, lapsum poetæ fabulantur. Animalia autẽ perfecta, & integra ho,, dieq; terra patit, mures in Aegypto passim, serpentes, ranas & Cicadas extrinsecus alio principio aliaq; vi accedente. Plato in Symposio censuisse videtur Cicadas γενᾶν εἰς τὸν ἥλιον, non more cæterorum animalium εἰς ἀλλήλους, quando inquit. Quocirca miseratus ,, Iupiter, remedium aliud excogitauit, permutauitq; genitalia ,, (hominũ) & quæ prius retro etant ad anteriores partes transtulit. ,, Antea siquidem cum ad nates hæc haberent, non iiuicem sed in ,, terram spargentes semiua Cicadarum instar concipiebant, atq; ,, generabant. Ad hanc sententiam pertinere videtur, quidam Di,, ui *c* Basilii locus, in quo idem opinari cetnitur. scribit enim in ,, hunc modũ, ad illa sacræ scripturæ verba: producat terra animã ,, viuentem; iumentorum, bestiarum, reptilium. Præceptum hoc inquit

a *Lib. 12. Orig. c. 8.* E cuculorum sputo non nasci. E terra oriri. b *Lib. Symposi. 2. quæst. 2.* c *In Hexaemero Diuini officij Homel. 9.*

,, inquit, ſic impreſſum eſt terræ elemento, vt ne hodie quidem de-
,, ſinat ſubſeruire ſuo creatori. Nam animalia partim ex antece-
,, dentibus oriuntur ſucceſſione, partim nunc etiam ex ipſamet e-
,, mergere terra, generariq; cernuntur. Non ſolum enim Cicadas
,, humus pluuio tempore edit, & innumeras alias beſtiolas in ae-
,, re peruolantes, quarum plurimæ præ tenuitate nullam ſortitæ
,, ſunt nomenclaturam. quin & mures ranasque & ſeipſa iam pro-
ferr & edet vtpote cum circa *d* Ægyptias Thebas poſt vehemen-
tes in æſtibus pluuias vniuerſa arua ſoricibus impleri protinus
nouimus. *e* Ariſtoteles ſucceſſionem per coitum effici ſcribit. Ci-
cadæ inquit coeunt, atque ex animalibus eiuſdem generis oriun-
tur modo eorum quibus eſt ſanguis; & rurſus. Coeunt inquit tam
,, maiores, quam minores ſupinæ complexu mutuo, maſq; inſe-
rit in fœminam ſicut cætera Inſecta agunt. Quibus verbis, ſi exa-
minentur, Ariſtoteles ſuo ſe gladio iugulat, ſi legitima ea eſſet le-
ctio: nam vt ſuo ante loco oſtendi, diſertiſſime ſcribit Inſecta,
quæ fœminæ ſunt membrum genitale inſerere in marem. Sed mea
quidem ſententia imperitia cuiuſpiam textus corruptus eſt, qui
negatiuam particulam (οὐκ) exemit, nam hic coeundi modus Ci-
cadæ priuatim conuenit, vt ſubinde ex eodem patebit. *f* Plinius
quoque ex eo breuiter de coitu inquit, coitus ſupinis. Et certe ad
quid Cicadis natura generationis membrum dediſſet, niſi coirent.
nam genitale habere, & quotidiana inſpectio demonſtrat, & *g*
Ariſtotelis autoritas, Genitale, inquit, fœmina habet reſciſſum
quo recipit id quod à mare inijcitur. Accedit ad hæc, & alia ratio,
,, quod alibi tradat idem philoſophus oua candida guſtui grata
,, Cicadas producere, ex quibus veriſimile eſt Cicadas ipſas gig-
ni. *h* Baldangelus in ſuis controuerſijs, & diſcuſſionibus vbi hunc
Ariſtotelis locum citauit, multum dubitat an Cicadæ omnes ex
ſemine naſcantur. credit enim eſſe aliquas quæ generantur ex pu-
tredine ſponte. Ego vero, inquit, teſtari veraciter poſſum, quod
in terra non proſciſſa, aut culta ad orientem ſolem ſpectante, cum
,, effoderetur ſub quercubus rarioribus ſtatim, effoſſæ ſunt Cica-
,, dæ non perfectæ, ſed forma ſolita, & multæ, albæ, ſine alis, quæ
,, ſub terra latebant. Propterea ego neſcio an omnes ex ſemine vt
,, dicit Ariſtoteles, vel quædam etiam ex putri materia oriantur.
,, Ego vero id naturæ minime repugnare cenſeo, vt hæc animal-
cula, & ſponte oriantur, & ex ſemine. Quandoquidem, & alia
animalia ſunt quæ ex putredine ortum ducunt, poſteaque per co-
itum propagent alia. Nam & anguillas non ſolum è fæculenta ma-
teria, atque limoſa progigni conſpicimus, ſed poſtea inter ſe ali-
as generare. idem de multis alijs ſuperius ex D. Baſilio comme-
moratis animalibus dictum eſto. Cæterum quomodo id ſemen
Cicadarum poſt coitum fœcundetur diſſerendum pluribus. Io-
hannes Baptiſta Pius in ſuis ad Lucretium commentarijs, ait Ci-
cadas naſci in arboribus & folijs complicatis; quod neutiquam
credimus. Quippe de Erucis id verum eſſe poteſt, quæ folia filis
quæ ducunt, plicant, ac in ijs ſemen ſuum ſpargunt. Cicadæ cum
id præſtare nequeant, aut in terram, aut in arundinem, aut aliud
,, quid ſimile ſemen immittunt. Pariunt (inquit *l* Philoſophus)
in aruis ceſſantibus, excauantes (terram) aſperitate præacuta quã
,, parte habent poſteriore, quomodo Bruchi ſolo eiuſmodi pari-
,, unt: quapropter in Cyrenenſi agro copia eſt. Quin etiam in a-
,, rundinibus quo adminiculo vites eriguntur, nidum fœturæ
,, excauant. Et in caulibus ſquillæ herbæ interdum pariunt: ſed
,, hic fœtus facile in terram dilabitur. prouenjunt large copia im-
,, brium. Similiter fere *k* Plinius. Aſperitas præacuta, inquit, qua
excauant fœturæ locum. Hoc nunc ſemen non à terra fœcundum
redditur, vtpote quod ab vtriuſque ſexus mixtione fœcundum
euaſit, ſed tantum a terra conſeruatur tamdiu, donec clementior
aeris euaſit temperies, quo tempore primo ex hoc ſemine fieri cre
do Vermiculum, ac deinde reliquas mutationes ſubire, quas his
,, verbis recenſet *l* Ariſtoteles. Creſcit in terra Vermiculus, dein-
,, de fit ex eo, quod Tettigometra appellatur patentis nomine,
,, quo tempore guſtu ſuauiſſimę ſunt antequam cortex rumpatur.
,, Poſtmodum circa ſolſtitia noctu exeunt ſtatimque rupto cor-
,, tice prodeunt Cicadæ ex matrice illa Cicada, quam Tettigo-
,, metram modo dixi, uigræ protinus, & duriuſculæ, & maiuſcu-
,, læ. Hæcq; hunc in modum *m* Plinius. Fit primo vermiculus,
,, deinde ex eo, quod vocatur Tettigometra, cuius cortice ru-
,, pto circa ſolſtitia euolant noctu ſemper, primum nigræ, atque
,, duræ. Ex hoc Plinij loco quidam elicere conantur Tettigome-
tram apud Ariſtotelem eſſe fœtum in terra emiſſum, & cortice ob-
ductum, è quo poſtea Cicadarum enaſcatur multitudo. Verum
fatua eſt prorſus horum ſententia, quandoquidem è Tettigome-
tra non plures, quam vna Cicada prouenit. Similis enim Cicada-
rum ortus, & Papilionum eſt, quod enim in his primum eſt Eru-
ca, id in illis Vermiculus, quodq; in Eruca poſtea chryſalis ſeu
aurelia, id in Cicadis Tettigometra, ex qua demum Cicada. Dif-
fert autem illa plurimum à Chryſalide, quod hæc rudis quædam
fit moles, in qua nullæ partes corporis diſtinctæ conſpici queunt,
in Tettigometra veto caput, oculi, pedes, pectus, cæteræq; par-
tes exceptis alis apertiſſime cognoſcuntur, colore ſubalbida eſt,
ſed multis lineis ſubferrugineis reſperſa, ex hac Tettigometra, vt
mihi ſingulis annis videre contigit, exit Cicada hoc pacto. cum
è Tettigometra egredi cupit, aſcendit primum arborem, & ilico
alicui ramo adhæret, (quamuis ſcribat *n* Ariſtoteles, vbi Cicadæ
eruperint, oleis, & arundinibus inſidere) deinde exit parte ſupe-
riore, in qua rima primum appatet. rupto autem operculo, vt re-
cte ſcripſit philoſophus, parum in eo relinquunt humoris, nam
hoc operculum cum manibus contrectarem, humore aliquo a-
quoſo digitos illeuit. iam tum ſimulatque Cicada emerſit, toto

d Lib. 1. de Gen. c. 16.
e Li. 5. Hiſt. cap. 30.
Per coitũ generari.
f Lib. 11. cap. 26.
Genitale cicadæ.
g Li. 5. Hiſt. cap. 30.
h Li. 8. c. 7.
Baldangeli opinio.
Sponte & ex ſemine oriri.
Anguillarũ generatio.
Semen cicadarũ vt fęcundatur
In arborib. non naſci.
i 5. Hiſtor. cap. 30.
In terra parere.
In Arundinibus.
In ſquilla
Pluuioſo tempore plurima.
k Li. 11. cap. 26.
l Li. 5. Hiſt. cap. 30.
m Lib. 11. cap. 26.
Tettigometra quid & eius deſcriptio.
A Chryſalide quid Tettigometra differat
Vt è Tettigometra exeat.
n Li. 8 Hiſt. cap 17.

A fere corpore viridis eſt, dein ſuperiore parte aliquantum ad caſtaneum vergit, quæ ſpacio vnius diei ſubnigro fit colore. inſidet tam diu huic exuuio, donec volare incipiat, imbecilles enim primum ſunt alæ pedesque, vt difficulter ineedere queat. Huic vero Cicadæ exuuio nullum, quod ſciam, nomen à Græcis eſt impositum peculiare. τράπυ quidem Heſychius ſcribit vocari γῆρας πτίλιγος, ἢ ὄφεως ἢ τῶν ἀκδυομένων, hoc eſt ſenectam ſeu exuuium Cicadæ, aut ſerpentis, & aliorum quæ pellem, & ſenectam exuere ſolent. Idem teſtis eſt exuuium anguis, vel Cicadæ σύφδρᾳ appellari, quod alio modo λήβυελς, & γῆρας dicitur. *o* Lucretius modo tunicam appellauit, vt in hoc verſu:

Quum veteres ponunt tunicas æſtate Cicadæ.

modo folliculos, vt in *p* alio:

Folliculos vt nunc teretes æſtate Cicadæ
Linquunt, ſponte ſua victum vitamq; petentes.

Ex quibus verſibus notare licet, & tempus, quo ſe à cattilagineo illo inuolucro liberant, nimirum æſtatem.

Exuuium Cicadæ.
o Lib. 4. Tunicę.
p Lib. 5. Folliculi.
Quando exuuium relinquant.

B

LOCVS.

IN frigidioribus regionibus, vt ſepentrionali plaga non reperiri certum eſt, vtpote cum loca calidiora ament, propterea que in Italia frequentes Naſci (inquit *a* Ariſtoteles) non poſſunt, vbi arbores deſunt, quocirca apud Cyrenam nullæ in campo ſunt, cum circa oppidum ipſum multæ prouenjant. Oleas maxime amant, vt minus vmbroſas. Loca enim frigida aſpernantur; quamobrem in opacis nemoribus eſſe nequeunt. Quæ ſic tradit *b* Plinius: Cicadæ non naſcuntur in ratitate arborum idcirco ſunt (alij legunt non ſunt) Cyrenis. circa oppidum: nec in campis, nec in frigidis, aut vmbroſis nemoribus. Deſunt quoque in alijs regionibus, vbi & arbores conuenientes ſunt, & cœli calidior aura fauet. neſcio qua de cauſa Diuerſitate locorum, inquit *c* Ariſtoteles differentia oritur. vt enim locis nonnullis gigni aliqua nequeunt; ſic alijs generantur quidem, ſed pauciora, & vita breuiore, nec proſpera. Locis etiam vicinis diſcrimen eiuſmodi exiſtit: vt agri Mileſij locis ſibi propinquis Cicadæ alteris gignuntur, alteris non. Amnis in Cephalonia inſula dirimit, cuius cir-

C tra alterum latus Cicadarum copia eſt, vl tra alterum nullæ. Quę *d* Plinius breuius hoc modo. Eſt quędam & ijs locorum differentia. In Mileſia regione paucis ſunt locis. In Cephalania (quidam codex manuſcriptus habet Cephania) amnis quidam penuriam earum, & copiam dirimit. Melius hic arbitror ſcribi Cephalenia, quam Cephania, quia id ex Ariſtotele tranſtuliſſe videtur, cuius lectionem veram eſſe Antigonus in Mirabilibus Narrationibus confirmat, qui hæc eadem ex Ariſtotele tranſcripſit. Cephaleniam quoque, inquit, fluuius diuidit, cuius ab altera parte ſunt Cicadæ, ab altera vero non ſunt. Nec id vſque adeo mirum eſt, quod de Cephalenia ab his commemoratur, quandoquidem & idem Antigonus eodem in libro narrat, quod in Dulichio maris Ionij inſula in flumine quodam ab altera parte illius fluuij Cicadę ſint, ex altera parte non ſint. Simile quid in agro Nolano in Veſuuio monte accidere recitat *e* Ambroſius Nolanus. Et, inquit, Veſuuius (qui Nolanum agrum à meridie claudit) Cicadas neſcit: Abella (quo monte idem ager ab arcto ſepitur) plurimas producit & alit Caret his & Gecala mons in agro Nolano ſitus & vniuerſus ager, vt tradit idem autor in *f* Opuſculo de Nola, cum tamen vinorum, ac fructuum ſit mons ille Gecala fœcundiſſimus. Ne aliquando, inquit, aures offendat Gecala dulcis Cicadas nullas gignit, admittitque veluti omnis ager Nolanus ea

D moleſtia caret Aiunt quoque Neapoli Cicadas non eſſe, cuius cauſam quidam in hominum induſtriam ſeu artem referunt, qua ſimilia animalcula à locis prohiberi poſſe autumant. Quæ autem hæc ars ſit me latet, nec ij explicant. potius itaque cenſeo id naturæ fieri beneficio. quemadmodum & alia plurima, quæ quotidie à ſcriptoribus commemorantur, vt quod Romæ in Templum Herculis nunquam ingrediatur, aut Muſca, aut Canis, nec in Inſula Boryſthene in Templum Achillis vlla auis. & ſimilia plurima Ægyptus vero Cicadis plurimum ſcatet vtpote cuius terra putetur has ſponte producere Quod autem prouincia Narbonenſis ijſdem abundet, ait *g* Iohannes Bruyetus fieri ob oleas, quarum ibidem ingens eſt copia. Nam haſce à Cicadis ſummopere amari ſuperius ex Ariſtotelis citato loco licet cognoſcere. Sunt & alia plurima loca ab autoribus celebrata, quæ Cicadas habent, verum mutas Scribit *h* Plinius in agro Rhegino Cicadas omnes ſilere, vltra flumen in Locris canere, idem teſtatur Pauſanias rerum Eliacarum ſecundo. *i* Strabo quoque refert Rheginum agrum à Locrenſi dirimi fluuio, cui nomen Alex. Cicadas autem, quæ in Locrenſi verſantur ripa ſonantius ſtridere, cum in Rhegino ſint mutæ. Huc referendi ſunt verſus quidam Martialis qui

E bus ad Frontinum ſcribens ſe excuſat, quod non amplius cum eo exſpaciateturin nemus Rheginum, quod placidos receſſus vocat Auxuris, cum ſciret ibi Cicadas ſilere: cauit enim:

Auxuris æquorei placidos Frontine receſſus
Et propius Baias littoreamq; domum
Et quod inhumana cancro feruente Cicadæ
Non nouere nemus, flumineosq; lacus
Dum colui, doctas tecum celebrare vocabat
Pierides: nunc nos maxima Roma terit.

Ait præterea in Acantho vrbe Ætolię mutas eſſe Cicadas: idemque traditur de Seripho, & Macedonia. vnde *k* Ælianus. In Cyrene

In frigidis locis non ſunt.
a Li. 5. Hiſt. cap. 30.
b Oleas amant.
b Lib. 11. cap. 27.
c Li. 9. Hiſt. cap. 28.
Vbi non ſint, & vbi ſint. Mileſius aget.
Cephalonia.
d Lib. 11. cap. 27.
Dulichiũ.
Veſuuius mons.
e L. 1. c. 1.
Gecala mons in agro Nolano.
f Lib. 2. c. 5.
Cur Neapoli nõ ſint
Ægyptus Cicadis abundat.
Narbonenſis prouincia.
g Lib. 13. c. 46. de re cibaria.
Mutę Cicadę.
h Lib. 11. cap. 27.
Rheginus ager.
i Li. 6. Geog.
Acanthus.
Seriphus.
k Lib. 3 de Anim. c. 35.

Macedonia, l Li. 12. Ori.

rene ranæ tantum omnino mutæ sunt: vt in Macedonia sues, & genus quoddam Cicadarum. Ex quibus manifeste patet l Isidorum hallucinatum fuisse, qui apertissime scribat apud Rheginos tantum mutas esse Cicadas, nec vsquam albi.

CANTVS, EIVSQVE ratio.

a ἀιδλ ζ. Fritinnire.

Cicadæ inter Insecta ἰγκέλαδα numerentur, quod sonoram vocem edant. id πτίζειν Græcis dicitur, id est stridere, a Theocritus à sono, quem emittunt Cicadæ τέτιγες λαλαγεῶντες vocat. Latini Cicadas fritinnire aiunt autore illo, cuius de Philomela carmen extat.

Et cuculus cuculat, fritinnit rauca Cicada.

b Eglog. 5.

Adrianus Turnebus in suis ad Varronem de lingua Latina Commentarijs ait, Hirundo fritinnit suauiter; alij Cicadam fritinnire, hirundinem trinsare dicunt. Increpare Cicadas dixit b Calphurnius, quod proprie significat cum strepitu, & sonora voce incusare, forte imitatus Sidonium, qui cecinit auribus insonare Cicadas meridie concrepantes. Sed si proprie loqui velimus, eas canere dicemus, vt Apes bombum, aut murmur emittere. Nec id ab c Aristotelis doctrina abhorret, is enim ita. Nullum, inquit, ex ijs (Insectis) spirat, sed alia murmur edunt, vt Apes: alia canere dicuntur, vt Cicadæ. Cantus huius suauitatem tanquam μελῳδίας plenam multi veterum nobis commendarunt. Quam dulcis (inquit Diuus d Ambrosius) etiam in exiguo guttere Cicadis cantelena, quarum cantibus medio æstu ambusta rumpuntur, eoq; magis canoræ meridianis caloribus, quo puriorem aerem id temporis attrahunt spiritu, eo cantus resonant clariores. Adscribunt, & poetæ Cicadis canendi dulcedinem: Pontannus in Eridano,

c Histor. 4. cap. 9.

Cantus Cicadarum commendatio.

d Hexam. 6 cap. 22.

Sunt etiam gemina frondosa in vite Cicada
Cesserit his cantu vel Philomela suo.

e ἀιδλ. ζ

& e Theocritus alibi quendam ita ob cantum commendauit, vt eum Cicadis prætulerit. & insuper in amœnissimo illo rure, quem descripsit, cantum Cicadarum, qui aures audientium oblectaret, non omisit, canit enim:

——αὐτὰρ ἐγώντε κὴ Εὔκριτος ἐς Φρασιδάμω
Στραφθέντες, χ' ὦ καλὸς Αμυντιχος, ἔντι βαθείας
Αδείας κίνοιο χαμευνίσιν ὀκλίνθημες,
Εντι νεοτμώτοισι γεγαθότες ἀιαρέοισι.
Πολλὰ δ' ἄμμιν ὕπερθε κὴ κρατὸς δονέοντο
Αἴγειροι πτελέαιτε τὸ ἐγγύθεν ἱερὸν ὕδωρ
Νυμφαῖν ἐξ ἄντροιο κατειβόμενον κιλαρυσδὲ
Τοὶ δὲ ποτὶ σκιεραῖς ὀροδαμνίσι αἰθαλίωνες
Τέτιγες λαλαγεῶντες ἔχον πόνον.

Id est.

——Sed ego & Eucritus ad Phrasidami domum
Conuersi, simulq; pulcher Amintichus, in profundis
Amœnissimi iunci thoris recubuimus,
Inq; recens abscissis lati pampinis
Multa nobis supra caput quatiebantur
Populiq;, vlmiq;, & prope sacer riuus
Nympharum ex antro defluens murmurabat.
Ad opacos vero frutices ardenticulæ
Cicadæ garrientes laborabant.

f Li. 15. c. 11. Deipnoscop.

Apud f Athenæum ex Simonidis Epigrammatibus citatur versus, quibus psaltriam quandam suauitet canentem adducit, qua cicadas & alias canoras aues suaui suo cantu alliceret.

Tindarides quæ caneret hanc (nimirum Psaltriam) Phœbus
Illam vero mites Cicadæ chorono cinxerunt inducit.

Lucianus quoq; in quodam dialogo Icones siue Imagines inscripto vbi formosissimam mulierem honestissimamque & omnibus numeris virtutum absolutissimam effingit, ait quoq; hanc decere vt eloquens sit, dulci ac suaui sermone loquatur, vt quando voce illa tinnula canere adorta fuerit, præcipue vero ad citharam, tum vero tempus sit ex æquo tacendi & Alcyonibus & Cicadis & canoris oloribus. Nunc vero, quo canant anni tempore, quaue diei hora, & quando incipiant, quomodo in ijs cantus fiat, dicamus. Cauere autem incipiunt, vbi paululum temporis è Tettigometra exierunt quod fit æstatis tempore. Minores autem Cicadæ, vt citius prodeunt, ita citius canere incipiunt, quamuis earum cantus non tam facile sentiatur, obscuriorq; sit, quam Cicadarum, quæ maiores, & Achetæ appellantur, de quarum cantu, si quid ab autoribus traditum, intelligendum arbitror. Hæ autem canunt sub Sirio Astro, cum capræ, ac vinum optima sunt, mulieresq; maxime salaces, vt canit g Hesiodus,

Quo canãt tempore.

g Εργ. κὴ ἡμερ.

Ἡμος δὲ σκόλυμός τ' ἄνθει, κὴ ἠχέτα τέτιξ
Δενδρέω ἐφιζόμενος λιγυρὴν καταχεύετ' ἀοιδὴν
Πυκνὸν ὑπὸ πτερύγων ἦρος καματώδεος ὥρη
Τῆμος πιότατά τ' ἆιγες, κὴ οἶνος ἄριστος
Μαχλοτάτας γυναῖκες, ἀφαυρότατοί δὲ τε ἄνδρες
Εισιν, ἐπεὶ κεφαλὴν καὶ γόνατα Σείριος ἄζει.

Id est.

Quum vero carduus floret & canora Cicada
Arbori insidens stridulum effundit cantum
Frequenter sub alis æstatis laborioso tempore,
Tunc pingues capræ & vinum optimum,
Salacissimæ mulieres & viri imbecillimi
Sunt; quoniam caput & genua Sirius exiccat.

Scire autem plurimum refert, quo anni tempore Cicadæ canant, quia alioqui poetæ intelligi, nequeunt vtpote qui cantus Cicadarum frequentem mentionem faciunt. Mediam autem æstatem, & dies caniculares per earum cantum exprimunt, & circumscribunt. Velut Ananias Iamborum scriptor apud h Athenæum, tunc tempestiuum ait è cane, aut lepore, aut vulpe cibum, cum Cicadæ strident hoc est, cum æstas viget; & Sirius æstuat. & i Plinius inquit, ex modo citatis Hesiodi versibus. Cicadæ sunt cantus acertini, quo tempore scolymus floret Hic autem, vt loquitur k alibi, floret sero, diu, & æstate. Nam alio rursus in loco de Cicadis ex professo scribens, quo anni tempore canant, inquit circa solstitium id fieri, intelligendum autem hic solstitium æstiuum. Verum mirari aliquos video, cur ad cantum eo tempore nimirum æstate excitentur. mirari autem desinent, si sciant id fieri ratione caloris, quo maxime ad cantum excitantur, propterea; quamuis siut dies caniculares tamen non canunt, nisi cum splendeat sol vehementius, magnumq; calorem radijs emittat, quod plerunq; fit horis duabus, aut tribus post auroram, maximeq; Hesiodum admiror qui per totam diem & sub aurora canere scribit his versibus

h Li. 7. c. 5. de Deipnosoph.

i Lib. 22. cap. 22.

Scolymus quo floreat tempore.

k Lib. 21. cap. 16.

Æstate cur canant

Sub Aurora nõ canere.

Καίτε παντημέρου τε καὶ ἠῶος χέει αὐδὴν
Ἶδεν ὀλιγοπότῳ, ὁπότε χρόα Σείριος ἄτῃσι,

Id est,

Atq; per totam diem & mane sub aurora fundit vocem
Æstu in grauissimo quando & corpus Sirius exsiccat.

Nisi hic per auroram non diluculum, sed antemeridianum tempus intelligat, in qua significatione aliquando ab autoribus, & poetis præsertim sumitur. hoc enim diei tempore canere incipiunt l Ælianoetiam teste. A prima, inquit, luce donec impleantur homi "num conuentu fora, silent. vigore solis progrediente, cantare ag-"grediuntur & tanquam laboriosi cantores supra caput messorum" stantes, aures ipsorum & pastorum viatorumq; demuleere student. m Calphurnius quoque docens pastores quomodo æstatis tempore greges, & armenta pascere debeant, ait ante diem pecus debere exire, hoc est ipsa aurora, vel primo diei diluculo, propter gramiua, & herbas, quæ iam rore nocturno madent, postea vero inquit.

l Lib. 1. Animal. c. 20

m Eglog. 5. Greges qua diei hora tempore æstiuo sint pascendi.

Vt simul arguta nemus increpuere Cicadæ
Ad fontem compelle greges; nec protinus herbas
Vel campos permitte sequi, sine protegat illos
Interea veteres quas porrigit Eusculus vmbras

Quis hic non videt Calphurnium intelligere tempus illud, quo sol iam æstuat, & inualescens fortius percutit radijs, vt tunc scilicet fontibus admoueantur greges, & sub vmbra deinde retineantur; in quo sensu & sua hæc carmina fecit n Virgilius:

n L. 3. Georg.

At vero zephyris cum læta vocantibus æstas
In saltus vtrumq; gregem, atque in pascua mittes
Luciferi primo cum sydere, frigida rura
Carpamus; dum mane nouum, dum gramina canent:
Et ros in tenera pecori gratissimus herba.
Inde vbi quarta sitim cœli collegerit hora
Et cantu querula rumpent arbusta Cicadæ
Ad puteos aut alta greges ad stagna iubeto
Currentem ilignis portare canalibus vndum.

Nec hic omittendus pulcher quidam apud o Nicandrum locus, quo rusticis, quibus interdum frigora media hyeme adeo stupidas redduut manus, ac torpidas, vt necesse sit ijs ab operibus incæptis desistere, suadet, vt ad vsum spolij Amphisbænæ se conferant, quod ante cantum Cicadę, siue vt eius verbis vtar, ὡς τε βοῆς πίτνας, exsiccatum sit. Quo autem id fiet tempore? sed versus eius adijciam.

o In Theriaca.

Amphisbęnæ pellis quo tempore siccanda rusticis, & ad quid.

Τῷ μὲν δὴ ἀδρώνται ὀροι τύπτοις βατῆρες
Κόφαντες ῥᾴδιγγα πολυστέφεος κρανίοιο
Δέρματος ἐσκύλοισιν, ὅτε πεῴπτα πιφαύεται
Πρόσθε βοῆς τέτιγος ἰαρτέρου.

Id est vt quidam vertit.

Hanc (Amphisbænam) capere vt potuit primum lignator adultã
Exuuijs spolians, oleastri ex arbore cæsum
Conuestit baculum, teretis serpentis amictu
Ante crepent querulæ quam rauca voce Cicadæ.

ὡς τε βοῆς id est, vt exponit Nicandri interpres, ὡς τὸ ἔαρος hoc est ante ver, ἤγ' ὅω ὁ τῷ χειμῶνι, inquit, πρὶν τὸν τέτιγα ἐπιφάνῃ. Id est, in ipsa hyeme, antequam Cicada appareat. male quidem. vbi vero vnquam vere Cicada apparuit? cum ex tot diuersis autoribus comprobatum iam sit media æstate sonum edere? p Maronis etiam verissimi rerum indagatoris, ac poetæ nobilissimi hic versus reclamat,

p Eglog. 2.

Sole sub ardenti resonant arbusta Cicadis.

Sed ait idem Scholiastes q Nicandri in quibusdam exemplaribus seu codicibus inueniri, aut legi κόκκυγες id est Cuculi pro τέτιγες id est Cicadæ, ita vt sensus sit antequam cuculi cuculant, qui plerũque id facere solent verno tempore. Ego vero priorem lectionem probo, nec id sine ratione. Quandoquidem ἰαρτέρου, quo epitheto vtitur Nicander, non est, vt vult Scholiastes positum ἀντὶ τοῦ ἰαρινοῦ, Id est verni, tanquam si comparatiuus propositiuo acciperetur, sed pro λεπτῇ ἁπαλοῦ tenero, aut tenui. Nam ἰάρτερος Hesychius exponit λεπτὸ, ἁπαλὸ, πυκνὸ, χρόνια. Ita vt sit sensus, pellem Amphisbænæ stringendam esse, & arefaciendam, cum iam recens interempta fuerit ante teueræ Cicadæ teretismata siue cantus. Nec huic sententiæ quidquam reclamat βοῆς vocula, vtpote quæ potius Cicadæ, quam cuculo conuenit. Nam & Aristophanes in Auibus cecinit, Ἀχέτας βοῶν. Id est Cicadas clamare. Cantus autem earum quandiu duret, certo scire non possum. Fieri enim potest, vt in ipsa æstate nouæ subinde enascantur alijs pereuntibus, certum tamen est omnes iam autumno appro-

q Lib. 1. de Arte amandi.

Quandiu canunt

Canendi modus.

appropinquante ſilere. Nunc vero quomodo ab iis ſanus elidatur (de qua re tam diſcrepantes ſunt autorum ſententiæ) docendum
,, eſt. Putarunt Ægyptii, ſi Horo credere eſt, Cicadas per aculeum
,, emodulari, quod motu ſuo ſtridorem cierent, veluti plectrum,
,, quo citharæ pulſantur. Videtur *r* Diuo Baſilio aeris id fieri reſpiratione. his verbis. Quis inquit, canendi modus Cicadæ, vt meridie magis incumbant Cicadæ cantui aeris tractione (quæ fit cum pectus expanditur) ſonum elidentes. Verum id ueutiquam credendum cum antea firmiſſimis rationibus probatum ſit, Cicadas nullo pacto reſpirare, vtpote quæ pulmonem non habeant. quæ ratio eſt, cur Plinius eas vocem habere neget, & ante ipſum Ariſtoteles firmiſſimis rationibus comprobauerit. Falſam quoque Aegyptiorum eſſe opinionem (per aculeum nimirum modulari) vnica hæc ratio probat. quia capite, cui hæc inhærer fiſtula, ablato canere nobis apertiſſime ſcripſit *s* Cardanus. Canit autem, inquit, Cicada capite abciſſo, vt experti ſumus, ac diu ſuperuiuit: quod etiam ei Locuſtarum generi, quod Gryllus vocatur, accidit. idem quoque ante Cardanum ſe expertum eſſe: tradidit *t* Albertus Magnus. Quod ſi, inquit, Cicadæ cantanti excidas caput, viuit adhuc, diuque canit in pectore quandoque etiam auolat. Quidam quoque exiſtimarunt in commiſſura ſcapularum habere quaſi dentes, eoſque vt loquitur *u* Plinius, inter ſe terendo, ſonum edere. Cæteri vero omnes membrana ſub præcinctũ, quod Græcis ἀλέζωμα dicitur, ſonum hunc elidi putant, idque docet Celianus; Cæteræ, inquit, aues Indiæ os expreſſum habent, ac ore valent ad cantum, moreque hominum lingua loquuntur. Cicadæ non ita, ſed circa cinctum (membranæ verberatione κατὰ τὸν ἰξῶ habet Græcus codex) loquuntur hac autem membranula ſpiritum continere putant, eiuſque attritu canere. Sonum enim in Inſectis putat *x* Ariſtoteles ſpiritu intimo moueri, ſic enim loquitur de omnibus Inſectis, quæ ſonant. Omnia verò, inquit, in eo genere membrana ſepto tranſuerſo ſubdita, qua præcinctum corpus diſtinguitur ſonant, vt genus Cicadarum attritu ſpiritus. Quæ omnia planius in libro de Reſpiratione nobis patefecit, de Inſectis oſtendens quomodo refrigerentur, ait. Quæ vero de ſanguine ortbatis longius vitam protrahunt (Omnes enim Inſectæ ſanguine priuantur) iis ipſis membranula ſepto tranſuerſo ſubdita adhibetur, qua præcinctum corpus diſcrimina tur vt per eam
,, graciliorem ipſæ quoque refrigerentur. Nam ſi calidiores ſint,
,, maiorem deſiderant refrigerationem, vt Apes, de quibus etiam
,, nonnullæ vſque ad ſeptem annos vitam protrahunt: & aliæ quę
,, murmur edunt; vt Veſpæ, vt Galerucæ, vt Cicadæ. Hæ enim
,, perinde ac ſuſpirabundæ ſpiritu ſonum reddunt: quia cum in-
,, natus, & inſitus ſepto tranſuerſo ſpiritus attollitur, & contra-
,, hitur, euenit ipſius membranulæ fieri attritum. Siquidem hauc
,, partem non ſecus mouent, atque cętera animalia extrinſecus ae
,, rem pulmonibus arripientia, & piſces brauchias agitantes. Atq;
,, idem propemodum Inſectis accidit, quod ſpirantibus animali-
,, bus, ſi faucibus obſeptis ſtrangulentur: hæc enim pulmonibus
,, id genus elationis agent. Sed intereſt, quod his è tali motu non
,, valde idonea adfertur refrigeratio, illis omnino adfertur. Atque
,, etiam ex confrictu membranulæ, vt proxime docuimus mur-
,, mur exprimuut, quale pueri ex arundine perterebrata elicere ſo-
,, lent, cui tamen tenuior affixa ſit pellicula. Hoc etiam modo eà Cicadarum genera canunt quæ ſuo ſtridore canora ſunt. Hucuſque Ariſtoteles: hunc in Cicadis canendi modum ſe expertum
,, eſſe teſtatur *y* Pierius Valerianus. Cæterum, inquit, de ſono di-
,, uerſa aliorũ ſententia, quippe qui attritus ſit interioris ſpiritus.
,, Quin etiam experimento compertum eſt, Cicadam non canere
,, per oris aculeum, ſed colliſo attrito agitatoque frequenter cauo vtero. quod pueri digitorum ſtimulatione non ſemel explorauimus. Quia vero hæ partes, quibus cantus eliditur, ſub alis ſunt, haud improprie mihi locuti videntur antiqui Poetæ ſub alis Cicadas canere. Nam apud Demetrium Sapphus de Cicada, πτερύγων, inquit, ὑπὸκαπαχεῖ λιγυρὰν ἀοιδάν, ὅπ ποτ' ἀῶ φλόγιον καθέπαν ἐπιπτέρωον, καπαυδῶν. hoc eſt. ſub alis autem ſundit at argutam cãtilenam, quemcunque tandem in locum æſtuoſum aduolans ſonorum reddat. Nec diuerſo ab hoc ſenſu ſunt hæc *z* Heſiodi,

——— καὶ ἡχέπα πέπληξι
Δενδρέων ἐφετρόμδρῳ λιγυρὸν καπαχεύετ' ἀοιδὸν
Ηυκιὸν ὑπὸ πτερύγων θέρεος κάπεμιδοῦς ὥρῃ.

Atque ita quoque intelligendus Proclus Diadochus, qui, vt alii arbitrati ſunt ex alarum qualeſcuuque ſunt attritu cantum Cicadarum prouenire putat, cum dicit, Ὁ πέπληξ ὑπὸ πᾶις πτέρυξι τρίβων ἑαυτὸν, καὶ ἦχον ἐκπέμπων quod eſt, Cicada canit ſub alis ſemetipſam applodens, & ſtrepitum ita ciens. Sed ne in his diutius moremur, vlterius pregrediamur, cauſſam quærentes, cur Cicadæ non omnes canant. Dictum enim eſt Cicadas alias mutas eſſe, alias canoras, quas Achetas appellarunt, nec etiam has vbiuis locorum ſtridere, ſed in quibuſdam item locis mutas eſſe: *a* Plinius ait Achetas canere ſub pectore, quod iis eſt fiſtuloſum. Planius Ariſtoteles, qui ob præcinctum ſciſſum, quod habent, eas quæ canunt, ait canere, mutas vero eas eſſe, qui hoc ſciſſum non habeant, idq; patet ex pluribus eius ſententiis, quæ variis in libris ſuper hacre ſunt reſperſæ. In *b* Hiſtoria Animalium, inquit, Cicadarum duo ſunt genera; aliæ enim minores ſunt, quæ primæ prodeunt, & no-
,, uiſſimæ percunt, aliæ maiores quæ canunt, eædemq; nouiſſimę
,, prodeunt, & primæ intereunt. Sunt quæ canunt præcinctu diui-
duæ, ſiue minores ſiue maiores ſunt. Quæ autem non canunt indiuiduæ conſtant. eademque dixit libro de Spiratione his verbis. Hoc etiam modo cicadarum genera canunt, quæ ſuo ſtridore canora ſunt, quoniam calidiore conſtãt natura, & præcinctu diſcreta ſunt, cum muta indiſcreta formentur. Eademque ratio eſt, cur in vtraque ſpecie tam maiori quam minori fœminæ ſileant. Nam ex diligenti vtriuſque ſexus inſpectione cognoui mares omnes membranam habere extrinſecus circa præcinctum in medio bifidam, cuius figura fructui reſpondet Thlaſpi parui hieraci folii à Lobelio depictiq; hacq; mẽbrana fœminas carere. Hoc ruſticis notum eſt, qui etiam omnes affirmarũt Cicadas tali membrana deſtitutas ſilere, canere vero quæ ea ſunt præditæ. cæterum quod fœminæ ſileant, locupletiſſimi ſunt teſtes *c* Ariſtoteles, & *d* Plinius, is n. in Hiſtoria Animalium, Mares, inquit, in vtroque genere canunt, fœminæ ſilent. Eademque *e* Ælianus. Hoc, ait, cantandi ſtudium ſolis maribus à natura tributum eſt. Cicadæ fœmina muta eſt, ac more ſponſæ verecundæ ſilentium ſibi conuenire exiſtimat. Sed loquaciſſimi etiam mares aliquando ex ipſa ſoli, aut loci natura obmuteſcunt, vt de Inſula Seripho, Macedonia, agroque Rheginо traditum eſt. res certe hæc maxime mira eſt, eiuſque cauſa inueſtigatu difficillima. neq; enim ad præcinctum cauſa referri poteſt, quo deſtitui fœminas videmus. Nam ſcribit Ælianus, quod video paucos animaduerriſſe Cicadas in agro Rhegino ſilere, ac viciſſim. Rheginas Locris mutas eſſe, ita vt vtræque ſimul cauorę ſint, & mutæ; ob loci diuerſitatem. Simileque quid ſcribit de Seripho inſula Plinius eas uimirum Cicadas, quæ ibidem mutæ ſunt, ſi alio tranſferantur ſtridere, quemadmodum etiam de Ranis Cyrenaicis affirmant, quæ in terra patria ſilentium præſtant, ſi aliquo v. portentur, coaxant. Alia itaq; huius rei cauſa quęritur an frigida temperies? Nam Theophr. apud *f* Ælianum tradit, vbi cęlo cõſtitutio frigida eſt Gallinaceos non canere. Itemq; Cicadas calore ad cantum excitari docet quotidiana experientia, cum iam inualeſcente ſolis calore obſtrepere incipiant. accedit ad hoc, q̃ tradat *g* Ariſtoteles Cicadas eas quæ canunt, fœminis multo eſſe calidiores. Hæc fortaſſe ratio eſſe poteſt, cur in Macedonia quædam ſileant. Sunt tamen alii, qui alias producunt rationes, cur in Rhegino ſileant agro. Fabuloſas quaſdam narrat Solinus, & alii de quibus inter fabulas agetur. Strabo putat vmbroſam opacãque eſſe Rheginorum regionem. vnde horum animalium pelliculę inhumidantur in Locreuſi vtpote loco aprico areſcere æſtu, verba eius ſunt hæc. Cum fluuius Alex Rheginum à Locrenſi diſtermi-
net agro, qui per vallem profundã curſum habet, peculiare quod-
dam hic de Cicadis obuenit. quæ enim in Locrorum ripa verſan-
tur ſonantius ſtrident: aliis vox nulla contingit. Eius rei hanc
cauſam ſuſpicantur eſſe. Nam cum iis omnino vmbroſa regio
ſit, vude roſcidas alarum pelliculas minimè pandant. illis ſole
feruida eſt, vt aridas, & veluti corneas habeant, vnde apte ſtri-
dor emittitur. Huius taciturnitatis cauſam non equidem arbitror
ad frigus reduci recte poſſe, nec ad vmbroſam humidumque ae-
rem, ſed occultam cauſam prorſus exiſtimo, prudenter propterea
ſcripſiſſe *h* Plinium ignota quadam ratione Cicadas agri Rhegi-
ni muras eſſe, tranatoque flumine ſtatim eſſe canoras. Hunc ſecu-
tus eſt *i* Aelianus Rhegini, & Locri pacem, inquit inter ſe habẽt,
atq; vtriſq; ad alterius agros accedere, & agricolationem exerce-
re liberum eſt. Cicadę tamen cum iis nõ ſentiunt. Nam Locren-
ſes in Rhegino agro ſilent, Rheginæ viciſſim Locris mutæ ſunt.
Huiuſce ſilentii, nec ipſe cauſam neque quiſquam alius, niſi ad
diſſerendum ſit temere audax, intelligit, ſola natura nouit. Fluuii igitur, & ſi inter Rheginos, & Locros medii ripæ, non iugeti
ſpacio diſtant; tamen neutræ tranſuolant Cicadæ.

VICTVS.

OLeas, non vt commedant, amant maxime, ſed propter vmbram, quæ nec nimium leuis, nec denſa eſt. *a* Athenæus de aquarum natura, ac earum varietate diſſerens, aqua Cicadas nutriri oſtendit, eoque argumento vtitur contra eos, qui aquam minime nutriendo idoneam eſſe aſſeuerabant. Quod autem, inquit, aqua nutriat id conſiderantibus manifeſtiſſime patet, quod animalia quædã hac ſola nutriuntur, velut Cicadæ. Rore has veſci communis eſt opinio maximeque poetarum. teſtatur hoc hic verſus Heſiodi in ſcuto Herculis:

Οὔτε πόσις καὶ βρῶσις θαλυς ἔεστι

Ideſt.

Cuius & potus & cibus fœmineus ros eſt,

Theocritus in Nomeo.

Μὴ πεῶκός σπίζεται ὥσπερ ὁ πέπλιξ, quod eſt,

Nunquid rorem depaſcitur vt Cicada.

Et Menalcas apud *b* Virgilium.

Dum Thymo paſcentur Apes, dum rore Cicadæ
Semper honos nomenq; tuum laudeſq; manebunt.

Huc referò & alios quoſdam verſus à Suida ex aliquo Epigrammate citatos.

Ἠχήεις πέπλιξ δροσερῶις ταῤῥνσοι μεθυθεὶς
Ἀρχόνομον μέλπει μῦσαν ἐρεμόλαλον. verto.
Vocalis Cicada roſcidis guttis ebria
Agreſtem cantat muſam in ſolitudine reſonantem.

Rore veſci & *c* Ariſtoteles ex ruſticorum opinione putat: Excitatæ, inquit, cũ ſubuolant quendam reddunt humorẽ modo aquæ; quo ruſtici eas mingere, & excrementо non carere roreque ali aſſeuerant. quæ plane ſic *d* Plinius. Excitatæ cum ſubuolant, humorem reddunt, quod ſolum argumentũ eſt rore eaſdẽ alt. Quomodo autem hunc rorem hauriunt, & per quas partes ſi ore carere diximus? idcirco tradit ibidem Plinius, vnum hoc animal ex iis

r Homil 8. Hexam. diuini officij.

Vocem cur nõ habeat. Per aculeũ canere falſum.

s 7. de Var. rerum c.28.

Abſq; capite Cicadã canere.

t Lib. 26. de Animal.

u Lib. 11. cap. 29.

x L. 4. Hiſt. cap. 9.

Præcinctũ Inſectorũ.

y Lib. 26. hieroglyph.

Cicadæ cur ſub alis canere dicantur.

z Ἔργ. καὶ ἡμερ.

Cur mutæ alibi Cicadæ.

a Lib. 11. cap. 26.

b L. 5. c. 30.

Cur fœminæ ſilent mares cantent.

c L. 5. Hiſt. cap. 30.

d Lib. 11. cap. 20.

e L. 1. Animal c. 20.

Rheginẽſes Cicadæ cur mutæ.

f Lib. 3. de Anim. c. 88.

g Lib. de Spiratione

Vmbroſa Rheginorum regio.

h Lib. 11. cap. 27.

i Lib. 5. de Animal. cap. 8.

Cur amẽt oleas.

aquam nutrire

a Lib. 2. de ipnoſ. cap. 2.

Rores veſcuntur.

Per quas partes hauriant rorẽ.

Alimentum proprium.

ex ijs esse, quæ viuunt sine ore, pro eoque quiddam aculeatum linguis simile, & hoc in pectore esse, quo rorem lambunt. *c* Aristoteles tamen ipse opinari videtur alimentum, quo aluntur Cicadæ in ipsa corporis humiditate situm esse, quam à natura habent; nec vlum inter Insecta esse, quod magis ieiunet, quia cum parum caloris ijs insit, pauco egeant alimento, vt contra in calidioribus animalculis licet cernere Genus, inquit, Cicadarum maxime peculiarem omnium istorum naturam sortitum est: quippe quod partem eandem in vsum tum oris, tum linguæ constitutam aptissime habeat, qua veluti radice cibum ex humoribus trahat: nempe omne Insectorum genus minimo alimento contentum est, & prope sibi ipsa sufficiunt, non tam temporis exiguitate quam frigiditate. Quod enim calidum est, cibum & desiderat, & concoquit cito: contra quod frigidum est, cibo carere facile patitur, Sed omnium maxime Cicadarum genus ieiunum est, satis enim ijs alimento est humor, qui in corpore remanet: sicut animalibus Ponticis, quæ non diutius, quam diem vnum viuere queunt 'Quamquam illis vita die vno perquam breui temporis spacio describitur, his plus temporis datur, tamen id quoque breue est. Hic itaque non negat philosophus nutriri, cum augeantur. Cicadæ: sed tamen dubitare videtur, an aliũde alimentum accedat aliud, quam id humoris, quod in corpore à natura datum est Si enim partes habeat cibum administrantes, vt dixit, videtur rationi esse conueniens, aliunde hoc animal nutriri, quam ex humore, quem intus in corpore continet Sibi tamen falibi contradicere videtur, quando ait, excrementum ijs in aluo nullum esse. quod verissimum esse aliquoties comprobauimus dissecto per medium ventre. Aluumq; propterea quidam habere negarunt, hoc est foramen excremento excernendo idoneum, nos tamen foramen tale conspeximus, per quem humorem eijcit aquosum, qui in ventre continetur. Quomodocunque sit, vidi eas maxime ieiunas inter cætera Insecta, qui diu easdem in pixide conclusas viuas tenui, quo equidem inducor, non alia eas ratione viuere, quam qua Erucarum Papiliones.

c de par. Anim. 4 c. 5.

f Li. 4. Hist. cap. 7.

Aluum habere.

ÆTAS. TEMPERAMENTVM, ET Capiendi ratio.

a In Auibus

PRobari posse ex *a* Aristophane puto, Cicadas hyeme omnino non mori: sed in montium antris, aut terra se condere.

Ἡνίκα ὁ θεσπέσιος ἐξυμελῆς Ἀχέτας
Θαλπόσι μεσημβρινοῖς ὑφ' ἡλίῳ μανεὶς βοᾷ
Χειμάζω δ' ἐν κοίλοις αὖ τρόποις
Νύμφαις ὀρείαις συμπαίζων,

Id est.

Quando diuina acute canens Cicada
Caloribus meridianis à sole furens clamat.
Hyeme autem in concauis speluncis
Nymphis montanis colludens.

Hyeme perire.

Hyeme tamen, imo verò in ipso adhuc autumno perire scimus, quin & *b* Plinij & *c* Aristotelis idem comprobat autoritas vtriq; enim affirmant genera ea, quę minora sunt altero genere citius prodire, nouissimeq; interire. & *d* Philosophus, vbi de earum vita agit, & cum Ephemeris animalculis eas comparat, hæc minus diu viuere (vtpote quæ vnum diem non excedant in vita) illas vero diutius, non tamen longam vitam protrahere ait. huius tam breuis vitæ causa est frigida temperies, qua præditas esse magis dicunt, quã alia Insecta vt Apes, quas proditum duodecimum vsque annum vitam degere. Ioubertus tradit vt Apes; Cantharides, ac reliqua talia Insecta, ita quoq; Cicadas prænalido esse temperamento. Capi manu posse Cicadas notum est vel etiam lippis tonsoribusq;, quod hebetiore sint visu: arundine autem venari, non est vsq; adeo notum, docet me id versiculus Aristophanis ex Anagyro apud *e* Athenæum citatus, quo inquit: κερκώπῃ θηρευσαμένῳ καλάμῳ λεπτῷ, hoc est Cercopem gracili captam arundine, quæ (vt annotat ibidem Dalechampius) insidentes arboribus & canentes decutiat, est autem vti diximus κερκώπη Cicadæ species, quamuis dicant alij esse animalculum Cicadæ simile. facile autem ab Hirundinibus capiuntur, quod Philes in eo libro, quem de Animalium proprietatibus inscripsit, his Iambis attestatur.

b Lib. 11. cap. 26.

c Li 5. Hist. cap. 30.

d Lib 4. de par. Anim cap. 5.

Breuis vitæ causa.

Temperamentum.

e Li. 4. deipnos. cap. 3.

Arundine capi.

ab Hirundinibus capi.

Ἀλίσκεται δ' ἐκεῖνος ἐν χερσὶν λύκοις,
Ἐποψιν ἡμιλίπαρα καὶ χελιδόσι
πίπιξ φιλῳδός. Hos Georgius Bersmannus metris latinis sic expressit.

Balans inermis à lupis prehenditur,
Ab vpupa Apes, filia Pandionis
Cantus amans Cicada.

ANTIPATHEIA.

Cuculus timet Cicadam.

SVnt, qui adeo à Cicada sibi Cuculum timere putant, vt nunquã cantet, vbi illa fritinnit Vnde rusticum est prouerbium. Doue canta la Cigala, non canta il Cucco, quod est, vbi Cicada cantat, ibi non cantat Cuculus. adeo enim Cicadis exosus est Cuculus, vt eum in mortem adigant. Hoc si verum est, Isiodorus falsissime cõmentus fuerit, Cicadas è Cuculorum sputo nasci. Esset enim profecto non ferenda earum, ac nefanda ingratitudo, infenso animo eum aggredi, & ad mortem vsque deuexare, à quo vitam acceperunt, cum à filijs expectandum sit, si quid parentibus feceris. Quidam enim apertissimis verbis prodiderunt Cicadas, simul atque cuculum absurdam illam vocem toties ante Canis æstum ingeminare audiunt, veluti indignatas frequenti agmine inuadere, & sub alis eius sese recipientes, ac recondentes acerrimos morsus infligere, quorum cruciatu, atque dolore, cum nec loco stare, nec quiescere possit, nec cibum capere, tandem Cicadarum multitudine oppressum vitam cum morte commutare Hancq; caussam esse existimant, cur sub exortum Caniculæ cuculi cuculare desinant, nam eo tempore, veluti dictum est,

Sub caniculę exortum cuculi cur nõ amplius cuculent.

——— raucis
Sole sub ardenti resonant arbusta Cicadis

vt ait Maro, quæ vocem eorum hoc modo impediunt.

DENOMINATA.

ΤΕτιγομήτρα Cicadarum est mater, siue matrix, quæ fit ex vermiculo, è qua tandem enolat Cicada, non autem Cicadarum fœtus in terram demissus, corticeq; obductus, è quo postea Cicadarum nascitur multitudo. Τετιγοφόροι olim appellabantur Athenienses, eo quod comæ cincinnis implicitas gestarent Cicadas aureas, quo argumento se probarent terræ filios. & ἀυτόχθονας esse, ac γηγενεῖς, vt testatur Hesychius, & Eustathius, οἷδε ὕστερον, inquit Eustathius εὐγενεῖς Ἀθηναῖοι πραγματικῶς τέτιξιν ἐσίμνυον ἑαυτοὺς τετιγοφόροι ὄντες Τετίγας γὰρ διφόρεων χρυσοῦς εἰς σύμβολον τοῦ γηγενεῖς εἶναι, idest Posteriores Athenienses, qui nobiles erant se inuicem studio se Cicadis colebant, Cicadiferi (ita enim quidam vertunt) cum essent Cicadas enim aureas, vt nobiles se esse monstrarent, portabant. Sed de his postea vberius agemus Τετιγόνια, alij Cicadas fœminas mutas, alij minores, quas Cicadulas, & Cicadastras appellat Gaza, arbitrantur. Τετίζω est more Cicadarum stridorem edo, fritinuio.

PRÆSAGIA.

Æstatem præsagiunt

CIcada æstatem præsagit certo, hirundines, & Papiliones ver potius quam æstatem, nam posteaquam apparuere, sæpe rursus tempestates, diesq; rigidiores superueniunt, quibus aut pereunt, aut sese in antra recipere coguntur, aut in latibula recondere, cum post Cicadæ aduentum, nunquam frigus redijsse visum sit. Hinc est vsitatum apud nostros Italos agricolas hoc eligans prouerbium.

Non credo alla Rondine, ne alla farfalla,
Ma ben alla Cigala, che mai falla.

Extant super hoc præsagio, & hi versus, *a* Hesiodi.

a In scuto Herculis.

Ἡμος δὲ χλωρεῷ κυανόπτερος ἠχέτα τέτιξ
Ὀζῳ ἐφεζόμενος θέρος ἀνθρώποισιν ἀείδει, id est
Quando autem viridi nigricans alis sonora Cicada
Ramo insidens æstatem hominibus canere
Incipit ——— ———

Æstus diei æstiuo præsagiunt tẽpore.

In ęstate quoque cum citius solito canunt, illius diei ęstum maiorem fore indicant; hesterno quin semper æstum, dum canunt, indicant. Propterea *b* Maro, cum fingeret perdite Alexim à Corydone amari, hunc quærentem in tto ducit, quod æstu diei feruentissimo per montes syluasq; sequatur lustreturq;, quum scilicet Cicadæ, quæ diei calore incitatæ vocalem, & querulam suam vocem secum geminant, arbustaque omnia personant.

b Eglo. 2.

At mecum (inquit) raucis tua dum vestigia lustro,
Sole sub ardenti resonant arbusta Cicadis.

Ad quos versus hoc annotat Adrianus Turnebus. è Cicadarum cantu maximum æstum significat, perinde ac si diceret (Maro) at nunc meridiano tempore solis vapore omnia torrentur, & arbusta Cicadis resonantia ostendunt; per æstum enim Cicadæ vehementius canunt. Theophrastus autor est in eo libro, vbi de signis tempestatis agit Gracculos ab austro volantes, & Cicadas tempestuosum tempus significare, hoc est pluuiosum, gaudent enim solis radijs, siccoq; aere, quemadmodum & pleraq; alia Insecta, quo fit vt ea loca fugiant, quibus sol obscutabitur, & aer humidior futurus est. In quodam libro *c* Aristoteli adscripto legitur Cicadas copiosius genitas morbiferi anni signum esse, cuius rei facilis est ratio. quippe Aristoteles prodidit Cicadarum magnum fore prouentum copia imbrium. Sed imbres siccitatibus longe insalubriores, & magis mortiferi, vt testatum reliquit omnium medicorũ princeps *d* Hippocrates. Refert. *e* Sansouinus anno milesimo quingentesimo vigesimoseptimo, vento ingenti magnam Cicadarum copiam in Poloniam fuisse translatam, quæ homines, ac bestias in vitæ periculum coniecit, annoq; subsequẽti pestem ingentem per diuersas Italiæ partes permeasse, quæ multa hominum millia absumebat, itemq; Germaniam, & Angliam morbum quendam sudorem Anglicum dictum depopulasse. Nec huic contradicit id quod de ea peste (quæ anno milesimo quingentesimo septuagesimo quinto per quædam Italiæ loca grassabatur, vt Venetias & Pauium) proditum est, Cicadas nimirum eo anno, aut nullas, aut valde paucas fuisse, vel cecinisse, si quidem tunc rore tanquam assueto alimento orbatas fuisse docet *f* Hieronymus Mercurialis inter medicos nostra hac tempestate clarissimus, his verbis: Nec id, inquit, etiam negligendum est, quod ab omnibus obseruatum fuit; hoc anno, aut nullas, aut rarissimas Cicadas cecinisse Victitant Cicadæ, vt nostis rore; & rationi consentaneum est, eas consueto alimento orbatas, aut fuisse extinctas, aut tacuisse.

Hyemis siue tempestatis signũ

c Secreta secretorum.

Morbiferi anni signũ.

d Aphoris. lib. 3.

e Chronolo. lib. 1.

Cicadarũ copia vẽto in Poloniã translata.

Sudor Anglicus quando.

Cur paucæ

f Li. de Peste cap. 6.

AVGVRIA.

Belli ciuilis prioris in augurium.

PRioris belli ciuilis, quod nimirum Marius cum Sylla, cum maximo vrbis detrimento; contra ſe mutuo geſſerunt, augurium paſſerem feciſſe ferunt; cum Cicadam decerpſiſſet, atque partem vnam in æde Bellonæ reliquiſſet, alteramq; abſtuliſſet. Memiuit eius augurij *a* Plutarchus his verbis. Cum Senatus Ariolis hac de re vacaret, inque æde Bellonæ conſediſſet, omnibus inſpicientibus paſſer Cicadam ore gerens intro aduolauit, partemque Cicadæ ibi reliquit, cum altera abijt Itaque coniectores ſeditionem inter agrorum poſſeſſores, & vrbanam, forenſemq; turbam videri reſponderunt: hanc enim vocalem eſſe inſtar Cicadæ, ruſticam vero, forenſem.

a *In Sylla.*

HISTORICA.

a *Tom. 5. de Vitis ſanct.* Cicada S. Franciſco morem geſſiſſe.

NArrat *a* Aloyſius Lipomanus Veronenſis Cicadam S Franciſco morem geſſiſſe in hunc modum. Apud Sanctam Mariam B de portiuncula, iuxta cellam viri Dei, ſuper ficum Cicada reſidens, & decantans cum ſeruum Domini, qui etiam in paruis rebus magnificentiam Creatoris admirari didicerat, ad diuinas laudes cantu ſuo frequentius excitaret, ab eodem quadam die vocata, velut edocta cœlitus ſuper manum volauit ipſius. Cui cum dixiſſet canta ſoror mea Cicada, & dominum Creatorem tuo iubilo lauda; ſine mora obediens canere cœpit, nec deſtitit, donec iuſſu patris ad locum proprium reuolauit. Manſit autem per octo dies ibidem, quolibet die veniendo, cantando, recedendo; eius iuſſa perficiens. Tandem vit Dei ait ad ſocios. Demus iam ſorori noſtræ Cicadæ licentiam, ſatis enim nos ſuo cantu lætificans, ad laudes Dei octo dierum ſpacio excitauit. Et ſtatim ab eo licentiata receſſit, nec vltra ibidem apparuit, ac ſi mandatum ipſius non auderet aliquatenus præterire.

MYSTICA.

Apollini eur ſacræ.

NOnnulli tradunt aues omnes canoras Muſcarum eſſe volũcres, Cicadas autem Apollini eſſe ſacras ob cantum dulcem, C & Muſicum: docet id Scholiaſtes Ariſtophanis in nebulis. οἱ τέττιγες, inquit, μουσικοὶ ὄντες αὐάκανται τῷ Ἀπόλλωνι: id eſt, Cicadæ propter Muſicam Apollini conſecrantur: tribuitur enim & illis canendi ſuauitas. Teſtatur hoc caprarius apud Theocritum, qui Thyrſi ob canendi ſuauitatem (nam melle, ac fauis eius os plenum eſſe canit) poculum profundum, & è dulci cera collutum, varijsq; figuris inſculptis exornatum donat, capramq; gemellorum matrem, quã antequam Thyrſis caneret; donat his verſiculis,

Cantus ſuauis.

Πλῆρες τοι μέλιτος τὸ καλὸν ἔμμε Θύρσι γέ οιτο,
Πλῆρες δὶ ἀχαδίων καὶ ἀπ' Αἰγίλω ἰαχάδι τεῴῃς
Ἀδείαν. Τέττιξ ἐπεὶ τύγε φέρτερον ἄδεις,
Ἠὶ δελὶ τὸ δέπας. ἢ σοῦ φίλος ὡς καλὸν ὄσδει.
Ὥραν πεπλυθεῖν νυν σὺ κεράσαισι δυκάσεις.
Ὠδ' ἴδι κίσσαιθα. τὸ δ' ἀμελγέτω. αὐδὶ χίμαιρα
Ὀυμὴ σκιρτήσῃτε, μὴ ὁ τράγος ὑμὶν ἀύαστῃ.

Id eſt.

Vtinam tibi melle plenum ſit pulchrum os,
Plenum, & fauis: atq; commedæ ficum ex Aegilo decerptam
Dulcem: ſuauius enim canis quam Cicada.
En tibi poculum contemplare amice, quam ſuauiter olet,
Horarum in fontibus ipſum collutum eſſe dices:
Huc veniCiſſatha, iam tu mulge hanc: vos vero capella
Nolite ſaltare, ne forte hircus in vos incurrat.

Myronem ſtatuarium percelebrem Elutheris natum, & Ageladis diſcipulum feciſſe, quoque Cicadæ monumentum ex carminibus Erinnæ *a* Plinius affirmat, quod ſane monumentum ob diuinam canendi potentiam à tanto viro factum mihi certo perſuadeo. Iam vero & Ælianus, quanto eas honore proſequatur, indignabundus, & ira incenſus in eos, qui haſce commedunt, tanquam Muſarum oſores, oſtendit hiſce verbis. Vidi, inquit ego qui connexas Cicadas ad cibum venderent hominibus; homines animalium ſcilicet voraciſſimi, imo omniuori, & ab omni procul humanitate, ac Iouis filiabus Muſis alieni, qui ne Cicadis quidem abſtineant, & ad cibum illas quoque reponere, & inueterare velint Mirum tamen eſt, cur illis tanta cantus dulcedo ineſſe dicatur, cum hiſce iam temporibus, & locis noſtris amabilem ſonum minime reddant, ſed potius querulum, & obſtreparum, ac ſummopere moleſtum ijs, qui Muſarum ſtudia colere volunt.

a *Li. 49. c. 8.*

Cicadę monumentũ.

MORALIA.

Literatum ſtudioſis parce epulandum.

QVi ſe Muſis conſectare in animo habent, ac ſtudijs incumbere, cibo potuq; minime ſe impleant, ne hac intemperantia caligines menti, ac animali facultati inducantur. Præclara hæc cuiuſdam antiquiſſimi ſententia eſt. Inter epulandum conſidera duos tibi excipiendos conuiuas corpus, & animam. Tum quod omne in corpus collatum, ſtatim rurſum effluxutum ſit: quod autem in animam; perpetuo ſeruandum Apud *a* Stobæum, itaq; ſapienter ex Epicteto hęc proferuntur. Cicadæ, animal ſunt muſicũ: Cochleæ vero mutæ: & hæ quidem humectari gaudent, illæ vero caleſcere. Rurſum has quidem ros prolicit eiuſq; gratia prodeunt: illas autem ſolis vigor excitat, & in ipſo cantillant. Quamobrem ſi volucris vir eſſe muſicus, & concinnus, cum tibi vino irrorata fuerit anima, tunc ipſam non ſines egreſſam inquinari, Vt cum in cõ-

a *Serm. 5. de Temp.*

Cochleæ mutæ.

A feſſibus à ratione fuerit accenſa, tum vaticinari eam, & canere iuſtitiæ oracula iubebis *b* Phyllius quoque apud Athenæum in hanc forte ſententiam hunc verſum fecit,

b *L. 2. c. 24. deipnoſ.*

Οὐκ ἐγὼ τέττιξ, οὐδὲ κοχλίας ὤγωιαι.

Id eſt.

Cicada vxor nec ego ſum, nec Cochlea.

Pareus homo.

In quem verſum hæc annotat Dalechampius. Parcus patuo victitans ab hominum frequentia ſemotus omnino tacitus, diuerſus à Cicada, quæ eſt maxime vocalis. Oratores qui nil orando proficiunt, nec ſua oratione auditorum animos in ſuam ſententiam vertere queunt, cum Cicadis conferuntur, vt enim Cicadæ ſub ardenti ſole cantantes, ſeu potius perſtrepentes, appropinquantes, ac vicinos magis fugant, quam alliciunt, ita quoq; hi, quamuis eloquẽtes, ſi ab auditoribus non auſcultentur, obſtrepere potius quam bene dicere videntus. *b* Dion itaq; Chryſoſtomus in hoc ſenſu ſe Cicadis aſſimilat, quando inquit. Bene, me Luſciniam ſophiſtarum quidem dixit, vituperate volens, propterea vt mihi videtur quod Luſciniam poeta tardilinguam appellat. Fortaſſis autem potius eſſem ſimilis Cicadarum: nam & illæ ſub ſole ſitientes canunt ob dementiam, cum nil proſint. Et recte quidem, nam oratores boni, & eloquentes Cicadis ſimiles plurib us poetis, & alijs auitoribus dicuntur. extat Maronis Epigramma (ſi non ſit alterius cuiuſpiam) quo rethoras demittens, ad philoſophos ſe confert, in hoc, inquam, Epigrammate hi ſunt verſiculi.

Oratores qui nil otã do proſunt Cicadis cõparati.

b *Concione in patria 47*

Eloquẽtes cum Cicadis comparati.

Ite hinc inanes Rhetorum manipli: ite
Inflata rore non Achaico verba.

In hos verſus poſuit hæc *c* Adrianus Turnebus, poſteaquam primum verſum, qui antea ſublata vna ſyllaba curtior etat, replcuiſſet repetitione Ite. Non ſatis aſſequor, inquit, & commodius ſcribi poſſe putarem.

c *Li. 2. Aduerſ. c. 7.*

Inflata rore non Achaico turba.

Ros Achaicus.

Vt Latinorum ſignificet rhetorum eloquentiæ tranſmarinæ tudium auditores inanes, & indiſertos Acrorem Achaicum dixit, vt ad Cicadas fortaſſe reſpiciens, quæ rore veſci feruntur, canoræq; ſunt. ac ſtridulæ, vt illi loquaces, & garruli. Sed & Cicadis diſertos Troianorũ principes Homerus comparauit. Huc vſq; Turnebus. Sed qui ſtudio tenentur petulanter contra omnes dicendi, vt plerumq; ſophiſtarum, ac rhetorum genus eſt, qui nomina, aut verba turpiter, & indecore eiaculantur, ſeipſos, ac eorum qui ſibi adhærent, oculos perſtringentes, perpulchre Cicadis aſſimilantur, vt enim his nil præter cantum, ita Rhetoribus, ac ſophiſtis nil præter linguam. Quamobrem bene de ſophiſtarum calumnijs ſenſit *d* Clemens Alexandrinus. Ob hanc ergo artem, inquit, ſe efferentes ſophiſtæ infelices, canoris quibuſdam ſuis nugis garrientes, cum in nominum delectu, & certa dictionum compoſitione, & connexione, tota vita laborant, Cicadis (alij codices Græci legunt Τρυγόνων, id eſt turturibus; prioremlectionem magis probo) apparent loquaciores, eos quibus pruriunt aures, non ſatis, vt mihi videtur, viriliter demulcentes, & titillantes

Sophiſtæ, ac Rhetores.

d *Stromat. 3 lib. 1.*

Verborum non ſtilla cadens, ſed flumen inertum.

Et certe, quomodo veterum calceorum, imbecilla quidem ſunt eis alia, & diffluunt, ſola autem eis reſtat lingua. Pulchre autem eos inſectans ſcribit Solon Athenienſis.

Ad linguam adſpicit, & dulcia verba loquentis,
Quilibet eſt veſtrum vulpis veſtigia figit,
Cunctus eſt vobis petulans mens.

Eſt apud *e* Sanctum Auguſtinum locus de Ranis, quibus cum alij Cicadas comparent, hic adducam eum In Ranis, ait, Hæretici intelliguntur, atq; Philoſophi. Philoſophi enim, atq; Hæretici, quia in Chriſto omnia falſa dicunt, ranæ ſunt clamantes in paludibus limoſis, per ſuperbiam, & inanem contentionem, ſtrepitum vocis habere poſſunt, doctrinam veræ ſapientiæ inſinuare non poſſunt: qui enim Chriſtianæ veritati contradicunt, & in ſua vanitate decepti decipiunt, ranæ ſunt tædium adferentes auribus non cibum mentibus. Hæc ille. Quas ob ratiocinationes eadem de Cicadarum loquacitate ferenda ſententia eſt; tametſi in ſolis feruore canant, limum deſerentes, arbores inhabitantes, nihil tamẽ in eis niſi vocis ſtrepitus importunus eſt, qui eas ad mortem tandem trahat, ita hæretici qui ſe mundos putant, eleuantes ſe in ſummas arbores, durante tantum æſtus felicitate canunt; tandem ipſi conficiuntur, deſtruuntur, atque moriuntur etiam abſque perſecutore. Eſt & aliud Myſterium in taciturnitate, & loquacitate earundem Cicadarum. Si enim verum eſt, quod ſcripſit Ælianus Locrẽſes Cicadas in Rhegino agro ſilere, ac viciſſim Rheginas Locris mutas eſſe, ita vt vtræq; ſimul ſint, & canoræ, & mutæ, non vacat, inquam, myſterio quod ab ipſo B Gregorio docetur ſuper ſeptem pſalmos, ſuper ſecundum ad illa verba. *Dum clamarem tota die.* Is enim hæc ſcribit. Cum clamare, & tacere inter ſe repugnent, quomodo poteſt fieri, vt aliquis taceat, & clamet: qui peccata quidem ſua ſilentio contegit, merita quidem per vocem magnificationis extollit. Aut certe ille tacet, & clamat, qui peccata quidem præterita per confeſſionem non aununciat, & per cor impœnitens alia committere, accepta peccandi libertate, non ceſſat. Nam quod peccatum clamor ſit, teſtatur ſcriptura quæ dicit: *Clamor Sodomorum, & Gomorrhiorum aſcendit ad me;* & iterum deſcendam videre vtrum clamorem, qui venit ad me opere compleuerit. Peccatum quippe cum voce culpa eſt in actione, peccatum cum clamore, eſt culpa cum libertate Igitur tota die clamat, qui publice peccate non trepidat. Cicadæ item quod ſolo rore viuant, fœminæque inter eas ſileant, mares item loquantur, probum documentum præbent concionatoribus, & prædicatoribus. Sic enim, vt docet *a* Petrus Berchorius, licet

e *Serm. 95.*

Hęretici & Philoſophi cũ Cicadis & ranis cõparati.

Peccatores muti.

a *L. 7. c. 18.*

licet prædicator sit minimus corpore, tamen sonum cantilenę diuinæ hoc est prædicationis suæ debet resonare, quautoque habet aerem, hoc est. Spiritum sanctum puriorem, vel etiam aerē scientiæ mundiorem, tanto sonum prædicationis efficiet dulciorem. Isti ergo rore deuotionis debent viuere, & inter eos viri, id est homines perfecti debent concionari, & canere, fæminæ, id est ignari debent tacere iuxta illud 1. Timoth. 2. docere mulieribus in Ecclesia non permitto. Quod etiam vbique debet esse, quia scilicet prudentiores, & meliores debent loqui, fæminæ vero tacere. potest quoque simpliciter intelligi de fæminis quibus in Ecclesia tacere conuenit, non loqui. Mulieres (inquit S. Paulus ad Timotheum) in Ecclesiis taceant, non enim permittitur eis loqui. Verum non solum in Ecclesiis, sed etiam in aliis negotiis coram marito mulieres, quod natura multo quam viri loquaciores sint, silere decet, secundum hoc dictum.

Mulieres in Ecclesia cur taceāt.

Γυναῖκα γυναικὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει.

Id est.

Fœmina fœminis ornatum adfert silentium.

Ne alioqui rursus aliquis Xenarchus exclamet Cicadas omnes esse fœlices, quarum fœminæ mutæ sunt. loquitur enim sic apud Athenæum in Somno.

Εἶτ' εἰσίν οἱ τέττιγες ἐκ εὐδαίμονες
Ὧν παῖς γυναικὶ οὐδ' ὀπῆν φωνὴν ἔνι
Nunquid Cicadæ sunt beatæ, fœminis
Vox nulla cum donata sit nullus sonus?

Sunt certe beatæ, ac fœlices, non tamen solæ. nam & in aliis multis animalium generibus ipsa rerum omnium natura parens maribus tantum cantum dedit, fœminis ademit, vt Gallis gallinaceis, & Coturnicibus. Potest quoque Cicadarum hic cantus in hodiernos rabulas, & litigiatores detorqueri, qui inextinguibili rixādi amore æstuantes, totum tempus in litigando consumunt, nec ad finem litis vnquam perueniunt, vt ius vnicuique tribuant, quod itaque de Athenienſibus rabulis olim dixit Suidas ex quodam vetere autore: de nostris nunc dictū esse æstimemus. *Οἱ μὲν ὀῖνι τέττιγες ἵνα μῆνα ἡδύ ἄδουσιν. Ἀθηναῖοι ἀεὶ ἐπὶ τῶν δίκων ἄδουσιν πάντα τὸν βίον.* id est Cicadæ mensem vnum atque alterum in ficubus cantillant. Athenienses vero per omnes ætates in iudicio cantant. quasi loquaciores essent ipsis Cicadis. Eos qui masculam venerem, aut talem aliam insectantur *b* Plutarchus Cicadis, quæ in Scimallā, aut tale quid simile semen suum spergunt, non sine ratione comparat. Nam sic illi libidine exsaturata in quouis corpore, matrimonio valedicunt. nec proli student, accuræ habent, vt ament suas vxores, & fœminas, aut amentur ab iisdem. Nunc appellanda gula est. Quidni? Gulosos enim Cicadas esse dicimus, vt olim priſci illi Athenienses coquos exteros Cicadas appellarunt, non quod cantandi arte excellerent, sed quod ore semper pleno cibis ventrem distenderent, vt rumpi metus sit non aliter, quam Cicadæ continuo cantu Hinc est quod de quodam coquo Posidippus dixerit. Cum sis coquus profectus, extra limen es, cum ptius non cænaueris. Itaque & gulosi à ciborum potuumque repletione caueant, ne more Cicadarum intereant. Homines porro lucri cupiditatumque amantes, & idiotas, qua de caussa *c* D. Ambrosius Cicadis comparauerit, cum Irenæum doceret Christianorum Sacerdotum vitam à cæterorum hominum conuictu remotam esse debere, audi ipsum loquentem. Quid igitur, inquit, nobis cum „ istius seculi via, in qua est tentatio, imo ipsa vita hominis ten„ tatio est, & exilior quam sermo fabularum, habitare in luteis „ domibus, dies & noctes in lucris ponere, & de lucris semper co„ gitare & sicut mercenarius diuturnam mercedem quærere, atque (vt Cicadas aiunt) aura quadam pasci cupiditatum? Vere si„ cut Cicadas, quia de die in diem viuunt, quæstuque rumpuntur „ suo. Quid enim aliud sunt homines nullius ponderis, nullius di„ sciplinæ, nisi vt videantur sicut Cicadæ, ad mortem nati diurnā, strepentes magis, quam loquentes? Qui sub ardore ferueutium „ cupiditatum se mulceant cantu sibi noxio, statimq; occidant, „ nullum fructum ferentes, nil habeutes gratiæ. Diximus ex Isi„ doro Cicadas de sputo Cuculorum nasci itemque ex Aristotele visu maxime habetes, ita si digitum, aut aliquem obicem admoueris, non propterea de via deflectant, sed potius in rem admotam impingant, nec ab eo sibi præcaueant. Tales, inquit, *d* Betchorius, sunt multi qui recte oculos intellectus hebetissimos habere videntur, qui quamuis quotidie in suo itinere malo certo sciant obices infinitos, & impedimenta, & offendicula inueniant maxima, vt pote tentationes, tribulationes, ipsi tamen propterea a malo incepto itinere non desistuut, imo potius studio in obices, & offendicula impingere, & pertransite contendunt. oculos autem habent, & non videbunt, visu enim priuantur, quatenus contra fortunam nituntur, & diuertere à malo itinere non dignantur. Tales ergo de sputo cuculorum id est, de suggestione dæmonum videntur creari, quatenus more dæmonum videntur suis maleficiis obstinati. Apud Solinum Cicadæ, quæ apud Locrenses sonoræ sunt, mutæ factæ dicuntur apud Rheginos, quod Hercules, cū ibidem obdormisceret Cicadęque petstreperent, iis cantum inhibuerit. Rheginenses itaque significant mundi Principes, & Reges, apud quos pro certo constat Cicadas, hoc est, concionatores mutos esse, nec veritatem dicere audere. Si ergo contingat quod Herculem, id est, magnum aliquem Principem in vitiis quiescentem velint clamore, aut sono orationis diuinæ à vitiis reuocare, & excitare statim indignatus redargui recusat, ac ne orent, interdicit; itaque cum veritatem dicere non audeant necesse est in dominorum curiis mutos esse.

b *In Amatorio.* Venerei.

Gulosi Cicatæ sunt.

c *Epist. li. 3.*

d *L. 7. Moral. c. 10.*

CVR HOMERVS SENES CICADIS COMparauerrit.

Homerus senes concionatores frigidos (nam in iis nunc calor ille bellicus deferbuit) in excelsa turri sedentes, cum Cicadis in arboribus cantantibus confert, hisce versibus. *Iliad. 3.*

Οὐκαλέγωντε καὶ Ἀντήνωρ πεπτύμθω ἄμφω
Εἵατο δημογέροντες ἐπὶ σκαιῇσι πύλῃσι
Γήραι δὴ πολέμοιο πεπαύμθοι. ἀλλ' ἀγορηταὶ
Εὖ λοὶ, τεττίγεσσι ἐοικότες, οἵτε κατ' ὕλῃ
Δένδρῳ ἐφεζόμθοι ὄπα λειριόεσσαν ἱεῖσι
Τοῖοι ἄρα τρῶων ἡγήτορες ἧντ' ἐπὶ πύργῳ.

Id est.

Vcalegon, & Antenor prudentes ambo
Sedebant populi seniores in Scaeis portis,
Obsenectutem iam à bello cessantes, sed concionatores
Egregii, Cicadis similes, quæ in sylua
Arbori insidentes, vocem suauem emittunt:
Tales Troianorum proceres sedebant in turri.

Putat Plutarchus, & cum eo Eustathius plurimique alii Homeri interpretes, poetam hic Cicadas confertre cum senibus, ob continuum sermonem, & vt eorum vtar verbis, *συνεχειαν λαλιας, καὶ ῥοῖζον ἀδιεχῆ, καὶ δύρειαν ἠχῆ*, non ob eloquentiam; est enim hoc animal, vt inquiunt loquacissimum, stridulus atque asper eius sonus Quid enim, inquit, Eustarhius suaue habet Cicada? nam suauitas sermonis cum melle comparatur. Sed mirum est, ô Eustathi, cur Cicadarum vocem appellet *ὄπα λειριόεσσαν*, quod interpretaris *ἀνθερῶν*, id est floridam, *ἄνθος γὰρ*, vt dicis, *εἶδος τὸ λείριον*, Floris enim genus lilium est. quandoquidem floridum sinque quodammodo est: qua ratione, & ad eloquentiam recte hæc comparatio accomodari potest; tum quia poetis quiduis licet; tum etiam quod plurimi sapientissimi viri, & poetæ poetam eum secuti, eloquentes quoque, ac suauiter canentes, cum Cicadis contulerunt. Apud *b* Diogenem Latertium Timonis hoc extat carmen in Platonis eloquentiam.

Liliū floris genus. Floridū est suaue.

b *In Vita Plato.*

Τὸν πάντων ἡγεῖτο πλατύστατος, ἀλλ' ἀγορητὴς
Ἡδυεπὴς τέττιξιν ἰσόγραφος, οἷός τε ἐκαδήμου
Δένδρῳ ἐφεζόμθοι ὄπα λειριόεσσαν ἱεῖσι.

Quod sic transtulit F. Ambrosius.

Hos inter dux ille Plato celsissimus ibat,
Cuius ab ore melos manabat, quale Ecademi
Arbusta lepida modulantur voce Cicadæ.

Plato eloquens.

Et D. *c* Chrysostomus locum hunc Hieremiæ citans, Turtur, & Hirundo, & Cicada agri passeres non cognouerunt tempus adueutum sui, hæc commentatur. Turturem dicit omnem castam Ecclesiam. Hirundinem vero Ioannem hominum amatorem. Cicadam autem eloquentissimum Paulum Ecclesiæ organum. Non prætermittam Tithonem Troianum fuisse, qui in Cicadam conuersus fingitur, forsan propter suam in senio eloquentiam. vt itaque hinc plus leporis habitura esset hæc comparatio in Troianos, ab Homero quorundam sententia excogitata putatur.

c *L. de vir. cap. 8.*

S. Paulus Cicada.

HIEROGLYPHICA.

Hominem mysticum hoc est sacris initiatum, & mysticæ disciplinæ peritum Ægyptii Sacerdotes per Cicadam significabant, in eam scilicet admirationem inducti, vt vult *a* Pierius Valeianus, quod animal tam exiguū nullo oris cōmodo, nō faucibus non lingua præditum, tam argute, tamen caneret, tamque altum insonaret. Esse huius instar doctrinam mysticam, & suas præsertim litteras, quæ nullo syllabarum complexu, nulla partium orationis textura constructæ, sed sola animalis cuiuspiam, vel alterius rei repræsentatione, absolutæ significationis orationem facere videantur, quæ sese longe diuerso ab aliis litteris modo legendam exhibeat. Putabant vero Ægyptii Cicadam, vt apud Horum legere est, per aculeum emodulari, quod motu suo stridorem cierct, veluti plectrum, quo citharæ pulsantur. ore quippe, vt dictum est, caret Cicada, prolixum quiddam compactumque in linguæ speciem habens, quo rorem lambit peculiare earum alimentum. Loquacitatem vanam inertemque garruliratem, cur per Cicadam significari dixerint, ex Aristotele, quem non intellegerunt, credit Pierius Valerianus desumptum esse, qui Platonis ideas à materia dissepatatas, prioribus Analyticis *Τερετίσματα* esse dixerit, quippe, vt non nulli aiunt interpretes, nihil nisi inanem cantilenæ cuiusdam garrulitatem præferentes. Quem Cicadarū cantum, vt importunum, & impudentem, ita Demetrius Philosophus notat, cum à Domitiano pulsus Italia cū Apollonio quæreretur: Cicadis, inquit, impune licet obstrepere, nobis ne quidē mutire fas est Apud Aristophanem in Nubibus, quæ iustus sermo cōmendauerat, iniustus ait Cicadarum plena esse. Sed quantū ad Aristotelis *Τερετίσματα* pertinet, nos pie magis facturos putat Pierius, si dixerimus, discipulum longe honestius, quam alii putent, de præceptore suo loqui, sanctiusq; sentire super id eis, quā interpretes nostri præsertim temporis opinentur Quippe cū Aristoteles de iis tractaret, quæ facerent ad demonstrationem per eaque ipse constituit artis elementa, non obiiciendas hic ait ideas Platonis, quia *Τερετίσματα* sunt, hoc est mysticum quiddā sapiūr, atq; ideo nihil ad demonstrationē, de qua nos hic agimus, conferūt: ingenii illud, atq; animi supra sensum elati negotiū est: hoc quod præ manib. est nobis vni applicitū est sensui. Vocabulū enim

Homo mysticus.

a *Lib. 26. hieroglyph.*

Garrulitas loquacitasue.

Idea Platonis.

Τερατίσματα, inter alia ſignificata myſterium etiam ſignificat: & ſuperius myſtici hominis hyeroglyphicum Aegyptiis eſſe commonſtrauimus. Sane Propertius in garrulitatis ſignificatus Acanthidem lenam vocat, à ſermonis tædio, & loquacitate, auriumque offenſione, nam Acanthias Cicadæ ſpecies, & Epitheton eſt, vt ex Heſychio antea patefecimus. Cicadarum cantum alii aliter accepere, plures tamen fuere qui Muſicen intelligi cenſuerint. ideoq; Cicada in citharœdi ſtatua citharæ inſidens, Hieroglyphicum dedicabatur. quem morem, cum ad Græcorum fabulas pertineat, inferius ex Strabone interpretabimur.

Muſica.

SYMBOLA.

Athenienſium Cicadę aureæ.

PRodunt autores Athenienſium vetuſtiſſimos capillis colligendis Cicadas aureas annexiſſe. quem modum expreſſit in Ciri Virgilius de Pandonide loquens.

Aurea ſolenni comptum quem fibula ritu
Mopſopio tereti nectebat dente Cicada.

Gregorius Nazianzenus.

Κεκροπίδαι πέπλοις πολύκωπα δια χαίτης
Πηχυέες.

Id eſt.

Cecropida indigenam natam tellure Cicadam
Innodant Cirris.

Sic apud Athenæum quidam Aſius poeta Samiorum luxus deſcribens, inter alia dicit, Χρυσέαισαι κορύμβαις, ἐπ' ἀνῶν πέπλοις & quidam Anonymus πέπλοις χρυσοῖ ἀνειλεμένοι. cincinnis aurea reuinctis Cicada. Erat autem congeſtus capillorum, qui, vt inquit, *a* Ioſephus Scaliger, mulieribus Romanis vocabatur tutulus. Eam crinium metam Τεττίγων ἔρσαι, vt loquitur Thucidides comprehendebant, a cin viris vocabatur hic congeſtus κρωβύλος καὶ κορδύλη, in mulieribus κόρυμβος, & κορύμβη, in pueris, ὀκόρπιος. Hunc autem nimirum titum aureas Cicadas portandi cur obſeruarint antiquitus Athenienſes, aut quid ſibi cum eo ſignificare voluerint, non vnica autorum eſt ſententia. Naralis de Comitibus putat Athenienſium opinionem fuiſſe, ſe rem gratam facere Apollini Deo patrio, ſi ipſi geſtarent muſicum, & canorum animal; quo ipſe Apollo delectaretur: muſicus enim cum ſit, rebus muſicis delectatur: ſed eius verba apponam, de Apolline itaque loquens ſic inquit. Hic Deus patrius, & ciuitatis defenſor creditus ,, fuit ab antiquis Athenienſibus: ad cuius Dei memoriam mos ,, fuit priſcis Athenienſibus comam nutrire & aureas Cicadas cā ,, pillis adnexas geſtare, vt his verbis teſtatur *c* Thucidides, οἱ πρεσβύτεροι αὐτοῖς τῶν Ἀθηναίων οὐ πολὺς χρόνος ἐπειδὴ κροσσὸν τελευτῶντες ἐποιήσαντο φορεῶσι, καὶ χρυσοῖς πέπλοις ἔρσαι κροβύλον ἀναδούμενοι τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ τρίχων. Id eſt. Atqui antiqui, qui inter illos diuitiis præſtiterunt, nec longum intercedit temporis ſpacium; ex quo lineas tunicas geſtare ceſſarunt, & aurearum Cicadarum corymbos è capillis capitum dependentes Verum hanc rem apertius patefecit Ariſtophanis enarrator in his: Ἀρχαῖόν τι τῶν Ἀθηναίων πέπλοις χρυσοῦς ἐν τοῖς τῶν τεττίγων πλέγμασιν, εἶχον. διόπερ οἱ πέπλοις μισοκρεῖ ὄντες, ἀνάκεινται τῷ Ἀπόλλωνι, ὃς ἐν πατρῴῳ τῇ πόλει. Antiquiſſimi Athenienſium aureas Cicadas capillis implicitas geſtabant; quoniam cum muſicæ ſint Cicadæ, ſacratæ ſunt Apollini: qui patrius eſt Deus illius ciuitatis. Hucuſque Natalis Comes Verum ab hoc plane diuerſa dicunt plurimi vetereſ. *d* Lucianus ait; vt apud Aegyptios erat nobilitatis ſignum coma (nam cuncti illorum pueri ingenui capillum à tergo collectum gerebant, vſque dum ex ephebis exceſſiſſent) ita quoque apud Athenienſes aurea Cicada. Id quod probari poteſt, ex ipſo Athenæo, ,, is enim de voluptatis ſtudio, & laude agens, tunc ait Athenien- ,, ſes maxime Cicadis vſos, cum opibus abundarent; Athenien- ,, ſium, inquit, Ciuitas, quamdiu luxus in ea viguit, aluitque ma- ,, ximi viros animi purpureis veſtibus amictos, ſubtus variis tu- ,, nicis indutos, ſumma coma religata, Cicadis aureis circa fron- ,, tem, & capillos appenſis Fuit itaque hæc Cicada nobilitatis ſymbolum, quo ſe ditiores tantum exornabant, vel pueri, vel ſenes, ſeu mulieres. nam, & pueros, ſeu adoleſcentes haſce aureas Cicadas cincinnis implicaſſe video, tum ex Luciano, tum etiam ex Theophylacto, hic enim, inquit, κροβύλῳ πέπλοις ὁ πρεσβύτας σέμνυνται μήπω τοῖς ἰούλοις κατασκιάσας τὸ πρόσωπον. Id eſt Crobulo, & Cicada ſuperbit Gorgias nondum umbrante malas lanugine. Ex Luciano tamen colligo prouectiores ætatis & ſenes magis geſtaſſe, Pallena noſtri maiores (quibus pulchrum videbatur comam nutrire ſenes redimitos crobyli textura ſub aurea Cicaca religata) &c. Fortaſſis hæc fuit ratio, cur quædam Varronis Satyra Atticus Tettix, hoc eſt, Attica Cicada dicta ſit, qua Athenienſium hanc laſcluiam, ac ſuperbiam damnauit, & in ea carpſit. Verum, vt me eito ex hac re expediam, putant plures Cicadas ab Athenienſib portatas, vt ſe αὐτόχθονας, & γηγενεῖς hoc eſt primos, & ſine origine, aut è terra editos eſſe hoc ſymbolo declararent, quia à terra oriri Cicadas arbitrabantur. Nā idem Ariſtophanis Scholiaſtes, quem ſupra adduxit Natalis Comes. hæc verba in Nebulis habet, οἱ μὲν παλαιοὶ κατὰ τὸν ἀνατολικὸν τῶν τρίχων χρυσῷ ἐχρῶντο πέπλοις τεκμήριον ὅτι αὐτόχθονες ἦσαν. Id eſt. Antiqui cirris innodabant auream Cicadam, vt eo ſigno demonſtrarent ſe è terra æditos, aut terræ filios. Huius ſymboli meminit ſic *e* Nonnus:

Καὶ πολὺς ἀγλαΐῃσι κορυφοτέξιν αὐτόχθονα φύτλιν
Χρυσοῖς ἀπλέκτοισι κόμαις ἐσφίγγετο πέπλοις.

Aiunt enim Athenienſes ex ſemine Vulcani in terram decidente ortos: aut Erichtheum ex terra editum præbuiſſe argumentum, vt Athenienſes, quibus is imperarit, terra item geniti cenſerentur; ac nominarentur αὐτόχθονες, ſicut etiam docuit Plato.

d In dialog. Nauigium Nobilitatis ſignum apud Ægyptios, & Athenienſes.

Athenienſes quando floruerint.

In Nauig. Atticus tettix Varronis Satyra cur dicta.

e Lib. 1.

NVMISMATA.

CIcadas Locrenſes in numiſmatibus vſos fuiſſe, idq; frequentius probat *a* Golzius, eiuſque cauſſam dare conatur hiſce verbis. Locrenſium, inquit, fines ab Rheginis diuidebat Alex amnis per vallem profundam labens: inſignis miraculo Cicadarū. quæ cum Locrenſium ripa admodum ſint vocales, & canoræ, in aduerſa Rheginenſium ripa obmuteſcunt, atque hinc Locrenſes Cicadæ ſymbolo frequentius vſos apud quoſdam inuenio, quorum tamen nullum ad manus meas peruenit. aliam quoq; refert, cum ſcribit. Oſtendebatur quoq; apud Locrenſes Euonymi citharœdi ſtatua, quæ Cicadam cithariæ inſidentem habebat quod in certamine, quod illi cum Ariſtone Rhegino de artis præſtantia fuerat, rupta chorda vna Cicada forte ſuperuolans adſtiterat, quæ ſupplementum vocis faceret.

a In magna Græcia. Locrenſes cur in Nūmiſmatis Cicadas habuerint.

ÆNIGMATA, ET APOPHthegmata

ATheneus inter Ænigmata hoc Simonidis Epigramma recenſet, quod hiſtoriæ ignaris maximum iniecit ſcrupulum magnamque dubitandi occaſionem attulit: eſt autem tale.

Φῆμι τὸν οὐκ ἐθέλοντα, φέρειν πέπλους ἀέθλου
Τὼ παιὸ πωιάδη δώσειν μέγα δεῖπνον Ἐπείῳ.

Vertit ſic doctiſſimus Dalechampius.

Aio eum qui nolit Cicada obire certamen
Luculentam canam daturum Epeio Panopeiada.

Fama eſt (vt narrat Athenæus) cum in Cartheia (quæ eſt Cei inſulæ oppidum apud Plinium) degeret (Simonides) agendi ca dique choros rationem docuiſſe, ſchola procul à mari ſita, in vrbis ſuperiore parte iuxta templum Apollinis. Aquam vero petiuiſſe, & alios, & Simonidem ipſum, ex inferiore oppidi regione, vbi fons erat, aduehente aſino, quem Epeum coguominabat, quodfabulæ tradant ad Troiam heroibus aquam præbuiſſe, & quod in Apollinis delubro picta ſit Troiæ fabula, in qua Epeus (Panopeæ, & Endymionis filius) Atridis aquam fert, quod & his verbis Steſichorus dixit;

Eius regibus ſemper aquam ferentis miſerta eſt Iouis filia.

Lib. 10. Deipnoſop. Simonidis ænigma.

Aquam heroib. ad Troiam præbuit Epeus.

Cum igitur ita hæc eſſent, Simonidem, aiunt ſanxiſſe, ad condictam horam ſi quis abeſſet eorum, qui chori modos, & cantum docebantur, vt is aſino daret hordei ſemodium. Illud nimirum eſt quod ſignificat, vt is cantare nollet, certamen Cicadæ recuſare dicatur, & Panopeades nomen aſini ſit, ampla vero cæna hordei ſemodius. Perobſcurus, ac prorſus ænigmaticus loquendi modus eſt is, quo Steſichorus ad Locrenſes vtebatur, dum iis diceret, ὅπ οὐ δεῖ ὑβριστὰς εἶναι, ὅπως μὴ οἱ πέπλοις χαμόθεν ᾄδωσι. Id eſt quod non oportet contumelioſos eſſe, ne Cicadæ humi canant. Hoc enim obſcuro Apophthegmate, & abdita reſpondendi formula voluit Locrenſes caſtigare, & à contumelioſa improbaque agendi ratione, abſterrere: ſignificauit enim occulte illos incommodum expectaturos, qui contumelioſe aducrſus potentes; fortunatoſq; populos, & Reges agunt: agri enim poſtea eorum diuaſtantur, & omnes ita inde arbores exſcindunturr, vt vbi conſidant Cicadæ, non habeant, ſed humi coganrur cantilenam illam ſuam exercere. Idem hoc apophthegma retulit in commentario de Elocutione Demetrius Phaleræus; deque ea copioſius diſputauit; ſed hic à Dionyſio Siciliæ Tyranno, non à Steſichoro poeta pronunciatum putat. Ab *a* Ariſtotele tamen Steſichoro adſcribitur, quemadmodum ab aliis plurimis autoribus. *b* Euſtathius quoque cum locum illum Homeri interpretaretur πέπλοισιν ἐοικότες, huius dicti mentionem fecit, & eundem plane autoris (quicunque is fuit) ſenſum fuiſſe iudicat, quem expoſuimus.

Contumelia erga vicinos ne fiat.

a L. 2. Reth.
b Iliad. 5.

PROBLEMATA.

QVamobrem Cicadæ cantum ſuum æſtate media primum incipiant Soluit Michael Glyca his verbis. nimirū inquit, quia natura frigidæ ſunt, qua de cauſſa poſt æſtiuum ſolſtitium, nec niſi exorto ſole ſtrepunt, ipſaque meridie maxime ſunt canoræ. Et quidem fæmella quum longe ſit mare frigidior, arboribus taciturna inſidet quaſi Pithagoræ diſciplinis eſſet imbuta. Queſtionem elegantiſſimam in ſuis ad Ariſtotelem de Spiratione Commentariis diſcuſſit doctiſſimus Nicolaus Leonicus, nimirum cur nam Culices, & Muſcæ, nonnullaque alia id generis animalia Inſecta in ſolo perſtrepant volatu, ſtantia vero haudquaquam ſonent: contra vero Cicadæ faciant. quæ ſtantes, & volantes canere percipiuntur. Huic quæſtioni iſtæc (inquit Leonicus) pro temporis captu non incōmoda videri poterit reſponſio: Cicadas quidem, ſeu calidiores natura frequentius, & vehementius mouere aerem, ad connatum calidum pluri indigentes refrigeratione: quapropter in vtroque canunt habitu, ſtantes ſcilicet, & volantes meridiano maxime, cum maxime feruet dies, tunc enim quia pluri indigent refrigerationis ope, vehementius ſane, & crebrius aerem commouent, quod tamen non æque matutino faciunt, aut veſpertino, quoniam eius rei illas non vrget neceſſitas, In frigidioribus quin etiā locis neq; canunt quidem, quoniā, vel nulla, vel

Aeſtate cur primū canere incipiant.

Cicadæ cur ſtātes, & volantes canant.

,, vel parua sane refrigerationis indigent opera. Muscæ vero, & A
,, Culices cæteraque id genus animalia, cum sint frigidiora, non
,, vehementer adeo, & frequenter dum stant aerem commouent.
,, Aut fortasse isthæc etiam, dum resident, obstrepunt: sed quo-
,, niam exiguo calore imbecilliter admodum id faciunt, non sen-
,, tiuntur, & idcirco non id facere æstimantur. Et ad propositam sane quæstionem hoc responsum sit modo. Hæc Leonicus. Cæterum ad hanc quæstionem non parum luminis adferre videtur locus quidam *a* Plinii, qui ex Aristotele traductus est, & in quo hanc
,, quæstionem breuiter soluit. De vocibus itaque loquens Plinius
,, sic scribit. Vocem non habere, nisi quæ pulmonem, & arterias
,, habent, hoc est (quæ posteriora omnia verba in quodam codice
,, non leguntur, & merito, vtpote quæ glossema sunt, nec ab Ari-
,, stotele dicta) nisi quæ spirant Aristot. putat. Idcirco & Insectis
,, sonum esse, non vocem, intus meante spiritu, & incluso sonan-
,, te. Alia murmur ædere, vt Apes, alia cum tractu (legunt alii con-
,, tactu) stridorem, vt Cicadas. Recepto enim, vt duobus sub pe-
,, ctore cauis (alii legunt cannis) spiritu, mobili occursante mem-
,, brana intus attritu eius sonare viscera, satnotum est. Cætera si-
mul cum volatu, & incipere audiri, & desinere, vt Muscas, Apes. B
Sonum enim attritu, & interiore aura, non anima reddi. Ego autem aliquoties sum expertus. Cicadas sonum edere si deorsum, ac sursum in pectore scalpantur, quod neutiquam fit in Muscis, & Culicibus.

a Li. 11. c. 51.

EMBLEMATA.

TRia apud Alciatum extant Emblemata, primumque inscriptum *Nobiles, & Generosi*, hoc habet carmen:

Aurea Cecoprias nectebat fibula vestes,
Cui coniuncta tenax dente Cicada fuit.
Calceus Arcadico suberat cui lunula ritu,
Gestatur patribus mullea Romulidis,
Indigenas quod se adsererent, hac signa tulerunt
Antiqua illustres nobilitate viri.

Lunati calcei Romanorum quid significent. a *In Probl. Rom.*

Vt enim Athenienses, qui sese αὐτόχθονας, appellarunt, ad Nobilitatis insigne Cicadas aureas (vt abunde superius diximus) cincinnis implicitas portabant, ita quoq; Romani Lunatos calceos, de quibus extat hoc apud *a* Plutarchũ problema. Quid est, inquit, quod qui nobilitate præstare videntur, lunulas in calceis ferunt? An vt C
dicit Castor signũm ciũs quæ in luna est dicitur habitationis, & quod post mortem animi rursum lunam sub pedibus habebunt? An quod antiquissimis præcipuum fuit, qui fuerunt Arcades ab Euandro Proselini appellati: & reliquas causas adiecit. Sed de hoc Arcadico ritu, & similibus vide Alexandrum ab Alexandro. Secundum est *in Detrectatores.*

Secundum in detrectatores.

Audent flagiferi matula stupidiq; magistri
Bilem in me impuri pectoris euomere;
Quid faciam? reddamne vices? sed nonne Cicadam
Ala vna obstreperam corripuisse ferar?
Quid prodest Muscas operosis pellere flabris?
Negligere est satius, perdere quod nequeas.

Obtrectatores Cicadis similes.

Nam si Cicadam alis comprehendas, magis strepit, quod alarum beneficio ad strepitum, seu stridorem edendum non vtatur. Obtrectatores, itaque Cicadis similes, quibus si contradixeris, teque contra defenderis, magis eos in pugnam prouocaueris, & ad contradicendum, atque obtrectandum stimulaueris: Quamobrem apposite Lucianus, cũ à quopiam derisus, quod Apophradis vocabulo non recte vsus esset, se ipsum defendere vellet, dialogum quem Pseudologistam inscripsit, confecit, quo his verbis obtrectatorem increpat. At quod ignorabas uomen Apophradis (hoc
,, est diei atti) cuiuis facile patet. Quomodo enim accusares me
,, ceu barbarum lingua ob hoc, quod de te dixi, Apophradi simi-
,, lem esse te (Nam mores tuos memini me cum tali die conferre)
,, nisi prorsus ne audisses quidem nomen hoc? Ego vero ipsam
,, quidem Apophradem, quid sibi velit, quidue significet paulo
,, post docebo te. In præsentia autem Archilochi illud tibi dico,
,, quod videlicet Cicadam ala comprehenderis; si modo de poeta
,, quodam iambico Archilocho audiuisti aliquando, qui genere
,, quidem parcus fuerit, cæterum homo supra modum liber, di-
,, cax, neq; conuiciari vnquam veritus, etiamsi qua max me mo-
,, lestus futurus esset iis, qui in Iamborum ipsius ocium incurre-
,, rent. Ille igitur cum male à quopiam istorum audiuisset, Cica-
,, dam ait comprehendisse hominem alis, comparans seipsum Ci-
,, cadæ Archilochus, Insecto videlicet natura quidem obstrepe-
,, ro, & nulla cogente necessitate, vocali; quoties autem etiam ala
,, comprehenditur, altius quiddam stridenti. Tu quoque igitur,
,, inquit, homo infœlix, quid tibi vis, qui poetam loquacem contra re ipsum irritas aliquoties causas, & materiam Iambis suis quærentem Atque hæc tibi quoque nunc interim minor, &c. Sed de eo quod dicar Cicadam alis corripuisse, plura in Prouerbiis, ad quę proprie hic locus pertinet, explicabitur. Tertium siue vltimum est inscriptum *Musicam Diis curæ esse:*

Apophradis nomẽ.

Locrensis posuit tibi Delphice Phœbe Cicadam
Eunomius hanc, palma signa decora sua,
Certabat plectro Sparthin commissus in hostem
Et percussa sonum pollice fila dabat.
Tritta fides rauco cœpit cum stridere bombo
Legitimum harmonias, & vitiare melos,
Tum cithara argutans suauis sese intulit ales.
Quæ fractam impleret voce Cicada fidem.
Quæq; allecta, soni ad legem descendit, ab altis
Saltibus vt nobis garrula ferret opem.
Ergo tua vt firmus stet honos (ô sancte) Cicada
Pro cithara hic fidicen aneus ipsa sedet.

Est autem hoc emblema desumptum ex libro Epigrammatum Græco. tit. Εἰς κιθαρῳδὸς, autore Paulo Silentario. Epigramma tale est.

Τὸν χαλκεῖν τέττιγα Λοκαῖος Λοκρὸς ἀνάπτει
Ἐυνομος ἀθλοσιῶας μνημα φιλοστεφάνου.
Ἡνίκ' ἀγὼν φόρμιγγος, ὅθ' αὐτὸς ἵστατο Παρθὺς
Ἀλλ' ὄκνος δὴ πληκτρῳ λοκρὸς ἔκρεξε χέλυς,
Βραγχὸν πεζηγυῖα λύρας ἀποκόμπασε χορδά.
Πεύκνδε μέλος σκάζειν δοῦπος ὁμονοίης.
Ἀβρὸν ἐπιτρύζων κιθάρας ὑπερίζετο τέττιξ,
Καὶ τὸν ἀποιχομένας φθόγγον ὑπῆλθε μίτου.
Ταὶ δὲ πάρος λαχαγοῦσαι ἀλοσιπαχρόπιν ἠχὼ
Πρὸς νόμον ἀμετέρας τρέψε λυροκτυπίης
Τῷ σι μόνον λητοῖ πτῶ τέττιγι γεραίρει
Χάλκεον ἱδρήσας ᾠδὸν ὑπὲρ κιθάρας.

Hocitaque Emblema, cum ad fabulam, quæ fertur de Eunomo Locrensi, qui statuam in Cicadæ honorem posuerat, quod ea ipsi cum Aristone citharœdo certaret, auxilio fuisset, pertineat, postea fusius recitabimus.

EPIGRAMMATA.

IN eandem sententiam *a* extat Epigramma incerti autoris εἰς κιθαρῳδὸς, vbi loquitur ipse Eunomus Locrensis. a Epig. li. 4.

Εὔνομον, ὦ πόλλον σὺ μὴ οἶδά με πῶς πότ' ἐνίκων
Σπάρτην ὁ Λοκρὸς ἐγὼ πολυμύθοις δ' ἐρέω.
Αἰόλον οὐ κιθάρα νόμον ἔκρεκον· οὐ δὲ μεσοῦσα
ὨΙδᾶς μοι χορδὴν πλάκτρον ἀπεκρέμασεν.
Καὶ μοι φθόγγος ἐτοῖμος ὀπαυίκα καιρὸς ἀπήκτει
Ἐις ἀκμὰς ῥύθμον τ' ὠτρεκὲς οὐκ ἔμβαν.
Καί πς ἀπ' αὐτομάτου κιθάρας ἐπὶ πῆχυν αὐαστὰς
Τέττιξ ἐπλήρου τ' ὠτρεκὲς ἁρμονίης.
Νοῦρα γὰρ ἐξεπίνασεν· ὀθ' ἐβδεμάτας δὲ μελοῖμαν
Χορδὰς, καὐτοῦ τῷ γήρᾳ τῷ ὀκιχρᾶμεθα.
Προσγὰρ ἐμαὶ μελέταν ὁ μεσαμβρινὸς οὔρεσιν ᾠδὸς
Τῆνο τὸ ποιμενικὸν φθέγμα μεθηρμόσατο.
Καὶ μὴν ὄκνος φθεγγοῖ τοσῶν ἀψύχοις τὸ καυσυραῖς
Τῷ μεταβαλλομένῳ συμμετέπιπτε θρόνῳ.
Τοὔνεκα συμφώνων μὴν ἐγὼ χάριν, ὃς δὲ τυπωθεὶς
Χάλκεος ἀμετέρας ἵζεθ' ὑπὲρ κιθάρας.

Quod vt intelligi posset sic vertit Franciscus Sanctius Eroensis.

Eunomus vt Parthin Locrensis carmine vici
Delphice (scis: dicam iis qui mea facta rogant.
Aeolico cithara resonabant pectine cantum,
Concentu in medio disilit vna fides.
Inde per attentas non ibat dulciter aures,
Legitimusq; mihi non erat ille sonus.
Tum cithara cubito sedit tum forte Cicada;
Vt dulcem cantum conderet harmonia.
Fracta namq; fide rithmum meditabar eundem
Supplere & netes æquiparare vicem.
Ecce mihi venit cantor de montibus altis
Æstiuus, dulces concinuitq; modos.
Extinctis qui voce leui suæ carmina neruis
Aptabat reparans; qui pertere, tonos.
Propterea grates soluo tibi Delphice, nostraq;
D *Æneus hic cantor desidet in cithara.*

Melcagri haud dubie omnium *b* Epigrammatariorum vetustissimi ex libris Epigrammatum hoc collegi inscriptum εἰς τέττιγα h.e. in Cicadam, Cicadas enim hoc tum ad cantum cohortatur, cum pastores canere minime conuenit, ne Pana quiescentem suscitent. b Li. 3. Epigram.

Ἀχῆς τέττιξ δροσερᾶς σταγόνεσσι μεθυσθεὶς,
Ἀγρονόμεον μέλπεις μοῦσαν ἐρημόλαλον.
Ἄκρα δ' ἐφεζόμενος πετάλοις περιοιδέσι κώλοις,
Αἰθέσπι κλάζεις χρῶτι μέλισμα λυσᾶς.
Ἀλλὰ φίλος, φθέγγου τί νέον δενδρώδεσι νύμφαις
Παίγνιον, αὐ τῷδε Παὶ κρέκων κέλαδον,
Ὄφρα φυγὼν τόν ἔρωτα, μεσημβρινὸν ὕπνον ἀροῦσω
Εὐθὺς δ' ἐπὶ σκιερῇ κεκλιμένος πλατάνῳ.

De verbo ad verbum nos ita transtulimus vt posset intelligi,

Resonans Cicada roridis guttis ebria
Agrestem canis Musam in solitudine loquacem.
Summis insidens foliis pedibus; et me iuncta,
Fusco frangis corpore cantum lyra.
E *Sed ô amica caue aliquid noui arboreis nymphis*
Ludicri contra sonantem Pani modulans strepitum.
Vt fugiens cupidinem meridianum somnum venar
Hic sub opaca recubans platano.

Habetur *c* incerti cuiusdam authoris multo elegantissimum Epigramma propter verborum reduplicationem. Alloquitur author, sicut mea fert opinio, hoc Epigrammate hirundinem, quę capram Cicadam nidis loquacibus infert ad escam. c Lib. 1. Epigram.

Ἀτθὶς ὥρα, μελίδρεπτε, λάλος, λάλος, ἁρπάξασα
Τέττιγα, πτανοῖς δαῖτα φέρει τέκεσιν.
Τὸν λάλον, ἀλαλόσσσα τὸν δοῦπτερον, ἀπτεροῦσα·
Τὸν ξένον, ἀξεῖνα, δρυνὸν, νήεινα.
Οὐχὶ πάχος ῥίψεις; οὐ δὴ θέμις, οὐδὲ δίκαιον
Ὀλιθ' ὑμνοπόλους ὑμνοπόλοις τόμεν.

Vertunt quidam hoc modo

Attica

Attica puella Pandion, id eſt, hirundo melle nutrita garrula garrulam cum rapueris
Cicadam, volucribus cibum fers pullis.
Garrulam garrula, bene alatam alata,
Hoſpitem hoſpes, vernam verna,
Nonne ſtatim abiicies? neq; enim fas eſt, nec iuſtum
Perire muſicos muſicis oribus.

Sed quam ſuauiter tu appellandus ô Anacreon, qui dulci tuo carmine, ac docto εἰς τέτιγα hoc eſt laudes Cicadæ cecineris? tuinè obliuiſcar? adſcribam; quod ſcripſeris.

Μακαρίζομέν σε τέτιξ
Οτι δενδρέων ἀπ' ἄκρων
Ολίγην δρόσον πιπτοικὼς
Βασιλεὺς ὅπως, ἀείδεις
Σὴν δ' ἐστὶν κεῖνα πάντα
Ὅσσα βλέπεις τὐν ἀγροῖς,
Ἃ τ' ὀπόσα φέρουσιν ὥραι.
Σὺ δὲ φίλιος μορφῶν,
Ἀπὸ μηδενός τι βλάπτων.
Σὺ δὲ τιμιος βροτοῖσι,
Θέρεος γλυκὺς παρόδιτης.
Φιλέουσι μέν σε μοῦσαι,
Φιλεῖ δὲ φοῖβος αὐτὸς,
Λιγυρὴν δ' ἔδωκεν οἰδὴν
Τὸ δὲ γῆρας οὔτι τείρει
Σοφὲ, γηγενὲς, φίλυμνε
Ἀπαθὲς, ἀεσιμόστοκε
Ἐχθὲς νῦν θεοῖς ὅμοιος.

Quæ omnia ſic à quodam Latino metro elegantiſſime tradita ſunt.

O terq; quaterq; fœlix
Cicada, quæ ſupremis
In arboribus viretis,
Roris parum, vt bibiſti
Cantare dulce gaudes
Reginam agens potentem.
Quodcunque conſpicaris
Tuum eſt: quod arua gignunt,
Quod ſylua cunq; profert.
Te amplectitur colonus
Quod eius in labores
Iniurioſa non ſis.
Colunt Cicadæ te omnes
Diuina, quod puteris
Æſtatis imminentis.
Te diligunt camœnæ:
Te diligitq; Phœbus,
Vocemq; dat canoram.
Te non ſenecta carpit
Feſtiua terra alumna,
Cantus amica, & omnis
Mali & doloris expers.
Vlla nec aucta carne,
Nec aucta ſanguine vllo:
Ipſis abes parum à diis.

Amantib. fœliciores Cicadæ.

De amantum infœlicitate doctum; quod ſequitur Epigramma condidit Iouianus Pontanus, in quo oſtendit, quanto pete infœlices ſint ii, qui œſtro amotis ſunt perciti; vtpote, qui nocte dieque atque omni anni ætatiſq; tempore inquieti degant. Quibus itaq; longe fœliciores ait eſſe Cicadas, qui noctem diemque optime tranſigunt, & ſine mœrore, ac vltimo vitæ die cum ſumma lætitia, ac gaudio moriantur.

Cantando luces peragit ſub fronde Cicada,
Et mulcet ſyluas, carmine lata ſuo,
At tenebras ſub rore leui, ſub deſide ſummo
Tranſigit, & noctes, nocte iuuante, ſuas.
Cantando moritur; ſentit nec tædia mortis.
Quin cantu vitam ducit & exequias.
O fœlix ortu, interitu fœlicior. At me
Et nox nigra grauat; vexat & atra dies
Ante fores iaceo gelida ſub frigora brumæ;
Nec pudet ætatu, Pieridumq; ſenem.
Ante fores, ſub ſole leo dum feruet, & ignis
Vſtulat Icarius, conqueror vſq; ſenex.
Vror amans, tabeſco ſenex; lux omnis amara:
Nox inimica mihi eſt; noxq;, dieſq; nocet.
Sors iuuenum miſeranda, ſenum deflenda: Cicadæ
Sors fœlix. ô iam diſcite quid ſit amor.

PROVERBIA.

Cicada vocalior.

Τέτιγος φωνότερος, id eſt *Cicada vocalior*. Dicebantur in hominem impendio garrulum, aut admodum muſicum, propterea quod hoc Inſectum rore dutaxat viuens cantu potiſſimum delectetur. Et quoſdam ita muſicæ deditos, vt neglecto cibo perituri fuerint inedia, in Cicadas à diis mutatos; narrat apud Platonem Socrates in Phœdro, Theocritus in Daphuide.

Τέτιγος, ἐπεὶ τύγε φέρτερον ἄδεις.
Quippe cantu melius quacunq; Cicada.

a Lib. 6. Deipnoſ.

Magis tamen in garrulos conuenit. Veluti apud *a* Athenæum parаſitus quidam ſeipſum depingens λαλέν, inquit, τέτιξ, id eſt garrulitate Cicada ſum, & apud eundem libro vndecimo, Theopompus τέτιξ κελαδεῖ *Cicada ſtridet*, quod tamen illic videtur boni ominis cauſa dici. Citatum quoq; hoc antiquiſſimi poetæ Nævii à Nonio eſt. Quando ad ludos venit alii cum tacerent, totum diem argutatur, quaſi Cicada; quo in loco Nonius argutari exponit loquaciter proloqui. Argutari quid. Chœnix Ennii eſt fabula de nomine menſuræ Græcæ, vt Modius apud Varronem, ex ea eſt iſtud, tum tu iſti credé, atq; exerce linguam, vt argutarier poſſis, vſitato itaque vocabulo vſu eſt Nævius, & in ea ſignificatione, qua exponit Nonius. Chœnix Ennii. Modius Varronis. Nam Nævius iis verbis loquacem perſtringit, vt Ennius. In Loquaces, & maledicendi cupidos dicitur, & hæc paroemia τέτιγα πτέρου σωείληφας, id eſt *Cicadam ala corripiſti*. Cicadam ala corripiſti. Lucian° in Pſeudologiſta ſcribit Archilochum poetam iambographum, & ad male dicendum egregiè inſtructum, ad hunc modum reſpondiſſe, quidam à quo fuerat conuiuio prouocatus τὸν τέτιγα πτέρου σωείληφας. Eſt autem huius Inſecti mira quædam, & prodigioſa loquacitas, maxime efferueſcente ſole. Ergo quemadmodum ſi Cicadam natura garrulam ala comprehendas, clarius obſtrepit; ita ſi poetico homini præbeas occaſionem ſimultatis, non tacebit, ſed clarius obſtrepet, & omnem bilem chartis illinet atris. Poetarum natura. Proinde Platonem aiunt admonuiſſe, ne quis hominem poetam ſibi faceret inimicum, & Horatius:

——— Genus irritabile vatum

Dixit. Expoſuit hanc paroemiam hiſce quatuor verſiculis *b* Ioh. Tzetzes. b Chil. 8. 166.

Ὁ τέτιξ μεθυσκόμενος ἡλιακαῖς ἀκτῖσι.
Γίνεται λάλος, ᾠδικὸς, καὶ τις καὶ πάχη τοῦτον,
Μᾶλλον εἰς λαλίστερος ὅθεν ἡ παροιμία
Τέτιγα λέγει τῶν πτερῶν δόξεις καταχήκειναι.

Id eſt.

Cicada ebria facta ſolaribus radijs,
Fit loquax occentrix: quamuis quiſpiam hanc teneat,
Magis eſt loquacior: vnde & adagium
Cicadam dicit per alas æſtimabit detinere.

c Alibi quoque idem autor linguam ſcribens loquaciorem eſſe Cicadis, & Atticis, qui prolixiori vtebantur ſermone, quam Lacones, eandem paroemiam latius exponit. Verſus adiiciam. c Chil. 10. 301.

Οἱ τέτιγες ζωύφια τυγχάνουσι τῶν λάλων
Τῷ κάυματι τοῦ θέρους δὲ μᾶλλον λάλουσι πλέον
Καὐτὰς καὶ πάχη τῶν πτερῶν τούτους, τὶς πᾶσαι δίλων
Μᾶλλον εἰσὶ λαλίστεροι, καὶ τῶν ὀχληροτέρων
Ὅθεν τοῖς λάλοις λέγεται ταύτην παροιμία,
Τέτιγα δόξεις τῶν πτερῶν τάχα κεκρατηκέναι
Καὐτὸν λάλοι τέτιγες, καὶ τὸ δηλον τοῖς πᾶσιν.
Οἱ Ἀττικοὶ ὁμοίως δὲ πάλιν τῶν μακρηγόρων
Λάκωνες βραχύλογοι δὲ τούτοις ἐπιναντίως. vertitur.
Cicadæ animalcula ſunt loquacia
In calore autem æſtatis magis ſtrepunt amplius.
Quamuis detineat alis hæc quiſpiam, ſedare volens,
Magis ſunt loquaces, atq; turbulenta,
Vnde loquacibus dicitur talis paroemia
Cicadam videris alis forte cohibuiſſe.
Et quod loquaces ſint Cicadæ clarum eſt omnibus.
Attici ſimiliter autem rurſus ſunt, qui longum concionantur,
Lacones vero breuiloqui his ex aduerſo.

Cicadæ vterum ne ſcabito, eiuſdem cum priori ſententiæ, prouerbium his verbis *d* Pierius Valerianus exponit. Cum vero, inquit, ſonus ipſius animalis argutus, quidam ſtridor potius, ſit, quam cantus vllus, & ſtrepitu aures offendat, natum inde prouerbium, *Cicadæ vterum ne ſcabito*, quoties reprimenda eſt cuiuſpiam dicacitas, aut petulantia, vt ſi petgat dicere, quod vult, ſcurrilique, aut maledico morſu impatientiorem aliquem retigerit, ipſe poſtea repercuſſus, quæ nollet audiens erubeſcat, & quod in hanc ſententiam ait Heſiodus. Cicadæ vterum ne ſcabito. d Lib. 26.

Ἐιδὲ κακὸν τ' εἴποις τάχα καὐτὸς μεῖζον ἀκούσῃς.

Et huiuſmodi apud Sophoclem, Euripidem, & Plutarchum plura.

Σφὴξ βομβῶν τέτιγος ἐναντίον.

Id eſt.

Scilicet obſtrepitans aguta Veſpa Cicadæ.

Veſpa Cicadæ obſtrepens. e In Hedæporis.

Vtitur hoc *e* Theocritus. Nam his verbis, quidam paſtor contemnit paſtorem, à quo prouocatur. Conuenit in eum, qui longe impar cum ſuperiore congreditur in certando, aut qui negotium faceſcit longe præſtantioribus. Cuiuſmodi eſt illud, Catulus Leonem adlatrans. *Cicada Cicadæ cara, Formica Formicæ.* *f* Ariſtoteles refetens hoc prouerbium, ὅθεν ὅμοιον φασὶν ὡς τὸν ὅμοιον, id eſt, vnde ſimilem aiunt ad ſimilem, poſtea addit, & ſi quæ ſunt alia; quibus verbis proculdubio intellexit illa; quæ ſunt apud Theocritum. Cicadæ cara. f Ethic. 8.

Τέτιξ μὲν τέτιγι φίλος, μύρμηκι δὲ μύρμηξ
Ἴρηκες δ' ἴρηξιν.

Id eſt.

Formica grata eſt Formicæ, Cicada Cicadæ,
Accipiter placet Accipitri.

Conuenit hoc & in probos, & in improbos. Vt enim illi cum bonis gaudent, & libentiſſime conuerſantur; ita hi cum malis. In quos lepidum illud eſt Catulli:

Pulchre conuenit improbis einadis

Item illud Martialis:

Vxor peſſima, peſſimus maritus,
Miror non bene conuenire vobis.

Cum eo quod poſtremum præceſſit prouerbio, aliud ſimile eſt iſtud τέτιγι τῷ μέλιτταν συγκρίνεις, id eſt, Cicadæ Apem comparas. Cicadæ Apem comparas. Nam Cicada cum maior, tum canora eſt: Apis non modo minuto corpuſculo, verum etiam pene muta, Lucianus in Rhetorum

doctore

doctore prouerbium hoc attigit vna cum altero ei simili: τοσοῦτον ὑπερφωνῶτερος ὑρήσεις, ὁπόσον ἡ σάλπιγξ τοὺς αὐλοὺς καὶ οἱ τέττιγες τὰς μέλιτας. Id est, inuenies tanto voce superiorem quanto tuba superat tibias, Apes Cicadæ *Cicada potius æstate taceant*: dicitur prouerbialiter de aliqua re, quæ fieri non solet: Ouidius in Arte hoc vtitur:

Cicadæ potius æstate taceant.

Vere prius volucres taceant, æstate Cicadæ.

Acanthia Cicada.

Ἀκάνθιος τέττιξ *Acanthia Cicada*, in indoctos, atque infantes, aut musices ignaros torqueri prouerbio solitum. Ἐπὶ τῶν ἀφώνων καὶ ἀμούσων, vt Græci exponunt: quod Cicadæ Acanthiæ dictæ, minime sint vocales, sed muræ. Autor enim est Stephanus Bizantius iuxta oppidum Ætoliæ Acanthias Cicadas alibi vocales, mutas esse, atq; hinc ortum adagium, cuius autorem citat Simonidem.

Cicadæ sibi canent.

Cicadæ sibi canent. Cœlius Rhodiginus huius meminit his verbis. Fuit ab hoc animali (Cicada nempe) à veteribus concinnata comminatio. Χαμόθεν οἱ τέττιγες ὑμῖν ἄσονται. Id est, à terra vobis concinent Cicadæ. Significatur enim agri vastitas cum arborum excisione. Verum sic allegorice pronunciatum vehementius grauiusq; putat Demerrius Phalaræus. Quæ vis sua est orationis concisæ. Propterea, & symbola ob breuitatis assimilationem efficaciora multo, & grauiora censeri: quod enim breuius profertur, multorum suspicionem præstat. Hucusq, Cælius Rhodiginus. Huius v. superius quoq; meminimus. Est autem *g* Aristotelis exemplum schematis, quo quis dicit, quod non dicit, adducitq; ex poeta Stesichoro Nec aliud addit, vnde possis dicti sententiam deprehendere: nisi quod suspicamur poetam his verbis comminatum iis. vt inquit Adagiorum autor, à quibus erat læsus, quos si vleisci alioqui non posset, certe carminibus suis esset illos infamiæ traditurus Adducit autem, & Arist. Rhet. lib. 2. inter sententias obscure dictas ὅπερ Στησίχορος ἐν Λόκροις εἶπεν, ὅτι οὐδεὶς ὑβριστὰς εἶναι, ὅπως μὴ οἱ τέττιγες χαμόθεν ᾄδωσιν. Quod quidem Stesichorus apud Locrenses dixit, Non oportere cuiquam iniuriam facere, ne Cicadæ ex humo canant. Cicadæ poetarum habent symbolum. χαμόθεν dixit ob inopiam, & conditionis humilitatem, vt rursus exponit Adagiorum autor. Vnumquodq; animal minatur his armis, quibus à natura instructum est; poetæ præter versus nil habent, quibus tamen homines, vel album, vel nigrum ad posteros transmittunt. Vnde & Plato dicitur amicos admonere solitus, ne quem hominem poeticum sibi redderent inimicum, est enim in his, qui fœnum habent in cornu. Doctis tamen nonnullis placet alio spectare Stesichori dictum. Quoniam Cicadæ solent Matone attestante, in arboribus canere, apparet Stesichorum eiuiliter Locrenses admonere hoc dicto, ne per petulantiã à finitimorum iniuriis parum temperantes, tandem arma illorum in se concitent, qui cum exercitu fines illorum ingressi, quidquid arbustorum sit in agris, hostiliter excidant; itaq; fiat vt Cicadæ illis iam humi canere incipiant, sublatis arboribus quibus insideant. Fortasse tale quiddam refert Gregorius Nazianzenus, cuius in hoc opus Commentaria Venetiis Aldus Manutius scribit se vidisse. Τεττίγων αὐάμεσοι, *Cicadis pleni*. In gloriosos, & stultos olim dicebatur, aut obsoletis, aeiam desitis vtentes. Antiquitus enim Atticis mos erat, capillorum cincinnis aureas Cicadas addere. Vnde τεττιγοφόροι dicti sunt, quemadmodum abunde dictum est superius, hoc autem declarabant sese αὐτόχθονας esse siue indigenas, veluti Cicadæ quæ non aliunde commigrant, sicut pleraq; alia, sed inibi nascuntur vbi viuunt. Aristophanes.

Cicadis pleni.

Ἀρχαῖα γε καὶ δὴ πολιώδη, καὶ τεττίγων αὐάμεσα
Κἀν κυκλάδι, καὶ βυφανίων

Id est,

Prisca hæc sane atq; obsita canis, nec non repleta Cicadis
Ac Cecide cum Buphoniis.

Cecides peruetustus quispiam fuit ditrambornm scriptor. Buphonia item festum ptiscum, & iam ob vetustatem desitum Quę sane omnia prouerbiali schemate sunt dicta. Non minus prouerbialiter vsurpari potest *Cicada nigrior*, vt graculo nigrior, quotiescunq; sermo est de rebus nigerrimis. Vtitur hoc *h* Martialis in Procillum, qui ipsi iuuidebat, quod à pulchra puella adamaretur, se tamen inquiens nigriorem velle

Cicada nigrior.

Formica, pice Graculo, Cicada.

Nec minus, & hoc *Cicada inanior*, quod à *i* Scaligero vsurpatum video de homine loquens pauperrimo; cum ait

Audes temnere rusticus colonum?
At qui, dii, homo? qui? qui inaniore
Ventre est, quam media die Cicada
Cum cœli meditullio silet sol:
Et longas subiens vorauit vmbras.

Rore pascitur.

Rore pascitur. Si hoc referamus ad prouerbium, inquit Adagiorum autor, transfertur ad ingenium siue stylum ieiunum, & aridum, aut per ironiam in hominem vehementer obeso corpore. Theocritus in Nomeo Batto: ἀτίζεται ὥσπερ ὁ τέττιξ: Nunquid rorem depascitur, vt Cicada? Cicadas autem rore ali testati sumus. Virgilius in Daphnide.

Dum iuga montis aper, fluuios dum piscis amabit
Dumq; thymo pascentur Apes, dum rore Cicadæ,
Semper honos nomenq; tuum laudesq; manebunt.

Hęc sunt τὰ ἀναγκαῖα i. e. necessaria, & prouerbii speciem habent, quibus indicare licebit, quod in vita perpetuum nobis futurum intelligi volumus. Itidem Virgilius hoc, quod habetur quarto Æneidos:

Dum memor ipse mei, dum spiritus hos reges artus.

Cigale sciopate.

Cigale schioppate apud Italos vsitatum, quasi dicas Cicadæ crepatę, aut ruptæ. Tales dicuntur Poetæ, & assentatores principum, qui cum ignominiosos suos versus ediderunt, aut de aliquo maledixerint quidquam, quod principi fore gratum exoptant, non aliter tandem, quam Cicadæ suo cautu rumpuntur, & moriuntur, vbi per assentationes nequeant consequi, quod cupiunt. Potest quoq; hoc prouerbio notari res, quæ nullius est vsus amplius, non aliter, quam Cicadæ, cum rumpuntur, non amplius ad cantum idoneæ existunt: est autem hoc apud *k* Ariostum:

Vede in ghirlande ascosi laici, e chiede
E ode, che son tutte adulationi
Di Cigale schioppate imagini hanno
Versi, che in lode de i Signor si fanno.
Γέγηθε μᾶλλον ἢ τὸ γῆρας ᾠδοῦς.

Id est.

Gaudet magis quam qui senectam exuit.

Gaudet magis quã qui senectam exuit l *In Pace.*

De vehementer hilari, & gestienti gaudio. *l* Aristophanes.

Ἥδομαι δὴ καὶ γέγηθα, καὶ πέπορδα καὶ γελῶ
Μᾶλλον ἢ τὸ γῆρας ᾠδοῦς, ἀποφύγων τὴν ἀστίδα.

Id est,

Gaudeo siquidem atq; lætor, atq; pedo & rideo
Qui clipeum suffregerim, magis ad senectam qui exuit.

Ductum est à serpentibus, & Cicadis, qui statis temporib. exuunt senectutem, & veluti renascuntur.

k 34. Cant. 77.

EPITHETA.

EX quodam Epigrammate Simonidis peruetusto apud *a* Athenæum colligo τέττιγας dici ἀμέτρους, hoc est, immoderatas nescio cur immoderatæ, nisi quod in cantu intemperantes sint, & assiduæ nimium, ita vt ob assiduitatem rumpi dicantur. Alii vero legunt hic ἄμητρα, quod sponte nascantur, & absque matre sint. alii ὄμετροι hoc est sonoræ, ob eantum sonorum quem edunt. alii ἄμεροι pro ἥμεροι blandæ, vt notat ibidem doctissimus Dalechampius. At vero φιλόμβρια τέττιγα pro φιλόμβρον. Id est, pluuiæ cupidam in Epigrammatibus veterum dici aunotat autor Thesauri linguæ Græcæ. Videtur & hoc epirheton Cicadarum naturæ non recte conuenire, vrpote quæ euuctæ anni temperiem siccam efflagitant, æstatem, & sólis æstum. Nisi sit per ἀντίφασιν intelligendum: potest quoque ea ratione conuenire, qua Cicadas diximus ex Aristotele plurimas generari, cum plurimi fiunt imbres Similiter & in Epigrammatibus δρυοκόπος dicitur, quasi in quercu seu generaliter in arbore cubans. Nam & Græci, vt quidam tradunt δρυὸς nomine omne arboris, & ligni genus complexi sunt. Etenim vitem quidam Poeta δρυὸ οἰνοχόπωα nuncupauit. Philes ob cantus amorem quo detinetur, φιλῳδὸν vocat, Suidas ἡλιομανής, hoc est, insano solis amore captam, quoniam ἐπιμαίνεται τοῦ ἡλίου. Αἰθαλίωνες apud Theocritum παρὰ τὸ αὐθαδῶς ἐπὶ τοῦ ἡλίου quia à sole comburantur: concinere enim tunc vbi καῦμα fiat hoc est, vbi maxime inardescat sol, notat Theocriti Scholiastes. *b* Hesiodus ab alarum colore κυανοπτέρους: exponunt alis nigricantes. Dicitur enim κυανόπτερος, cuius alæ seu pinuæ cyani colore sunt, hoc est cæruleæ. Dicuntur apud Virgilium à canru querulæ, itemque raucæ. Argutas (vt Hesiodus & alii Poetæ Græci ἠχέτας) dixit in Culice.

a L. 11. Deipnos.

b In Scuto Herculis.

Argutæ.

Argutis & cuncta fremunt ardore Cicadis,

Et Martialis.

Arguta tegit ala quot Cicadæ.

Nemesianus æstiuas, quod æstate canere incipiant & æstu delectentur.

——Æstiuis cantu concelde Cicadis.

Quidam graeiles vocauit, quod tenui sint corpore. Pontanus choralistriam Cicadam, quod alternatim, & instar chori canat, sed apud quem id ex veteribus legerit me latet. Policianus raucisonam.

Raucisona

Post vbi raucisona pinna vibrante Cicadæ.

FABVLAE.

PHilostratus in Apollonii Tyanæi vita, & Plato in Phædro Cicadas à Musis cantum habuisse scribunt, dicente sic Socrate: Fertur autem olim Cicadas homines fuisse ante Musas: natis deinde Musis cantúque monstrato, illorum nonnullos voluptate cantus vsq; adeo deliniros fuisse, vt canentes cibum potumque negligerent, imprudenterque perirent: ex quibus deinceps Cicadarum genus sit natum, cui Musæ hoc munus dederunt, vt alimonia non indigeant, sed absque cibo potuque quamdiu vixerit, cantet: postea vero ad Musas proficiscatur, quam quis hominum Musam hic colat reuunciaturum Ergo Terpsichore renunciantes, qui præcipue illam in choreis cæribusq; celebrarint, eam ipsis propitiam reddunt, atque itidem aliis pro sua cuiq; venerationis specie. Tithonum fabulatur Hellanicus. Laomedontis filiorum elegantissimum fuisse & ab aurora (alii Die) adamatum, in cœlo sublatum, ac succo illius perfusum: inde petenti immortalitatem concessit. Porro vbi consenuisset, postremo prius cœpit cogitare, quod per incogitantiam vna cum viuacitate perpetua ἀγηρασίαν non petiuisset. Itaque vbi ipse sibi displicere cœpisset; quod frui voluptatibus vitæ humanæ non liceret, contendit à dea, vt immortalitatem mortalitate commutaret. Aurora vero, cum id in manu non esset, vertit eum in Cicadam volatilium μιγυπκάπετον, vt eius voce oblectaretur. Reliquit hic Hæmathionem filium, & Memnonem Ægyptiorum regem. Addunt nonnulli ἀμφιμήτριον Priami fuisse, hoc est ex vno quidem patre Laomedonte, sed diuersis matribus. Priamum

A Musis cantum habuerunt Cicadæ, Cicadæ homines fuerunt ante Musas. Tithonus in Cicadã mutatus, eius fabulę allegoria.

Tithoni ſenecta prouerbiũ quid.

muni ex Leucippa, Tithonum vero ex Strymone, aut Rhæone. Et qui eius ſenectutem amplificant, aiunt eo ſenii illum prouectum fuiſſe, vt in cunis, & calathis vimineis infantum more agitatus interquieſceret. Nata hinc parœmia πθωνὸ γῆρας, & καταγηράσας πθῶνου βαθύτερον: id eſt Tithoni ſenecta, & Tithono profundius ſeneſcas. Lucianus καὶ ὑπὲρ πθωνὸν ἔζη ἐγήρων: atque vltra Tithonum viuebat ſeuex, Ariſtophanes.

Ἄνδρα πθωνὸν καὶ παραῤῥάπτων, παράπτων, καὶ κύκων.
Virum Tithonum & lacerans & turbans, & miſcens.

a *Chiliad.* 8.166.

Hanc fabulam carmine explicauit *a* Iohannes Tzetzes, ſimulque exponit Homerum, cur Cicadis aſſimulauerit Troianos, peſſimeque interpretes eius oplnatos eſſe, propterea id factum quod Tithonus, cum conſenuiſſet, in Cicadam verſus; de Cicada tumitaque loquacitate primum locutus, hos verſus ſubdit.

Ὅθεν καὶ ὅμηρος εἰδὼς τὸ τῶν τεττίγων λάλον
Τοῖς τέττιξι παρείκασε τοὺς τρῶας δημηγόρους,
Δημηγορίας χέοντας λόγων συχνὰς νιφάδας
Ἃς δὲ φασὶν οἱ βουκόλοι πλάττοντες ἱστορίας
Ὡς ὅμηρος τοῖς τέττιξι παρείκασε τοὺς ἄνδρας
Ἀνθ' ὧν ὁ τούτων συγγενὴς ὁ πθῶνος γηράσας,
Ἐκ τῆς ἡμέρας τέττιγος εἰς φύσιν μετημείφθη,
Λῆρος τυγχάνει μυθικὸς, ὃν ἀλληγορητέον.
Τὸν πθῶνον ἐρώμενον ἡμέρας οὕτω νόει
Τὸ εἶναι μακροχρόνιον, καὶ τὰ χαρὰ δὲ φιλεῖσθαι,
Ταῖς τῆς ζώης ἡμέραις τε καὶ τῷ μακρῷ δὲ χρόνῳ,
Ἐπεὶ δὴ ὑπερεγήρασκε, καὶ δίκλω βρέφυλλίων
Ἐν λίκνῳ σωστρέφετο, χάριν τοῦ καθ' ὑδῆσαι.
Πάλιν νέασιν θέλοντες τοῦτον ὡς βρέφος λέγειν,
Ἐπεὶ καὶ τέττιγες γηράζουσιν, ὡς ὄφεις.
Λαλῶν γὰρ τέττιξ ῥήγνυται, ἄλλος δὲ ὀκτέχει νέος,
Ἔφασαν ὡς γεράσαντα τὸν πθῶνον, ἡμέρα
Εἰς τέττιγα μετέλαλεν, ἡγεῖτο μακρῷ τῷ χρόνῳ
Ὁ Τιθωνὸς ἐξ ὑπαρχῆς πάλιν ἀνεκάθη.

Id eſt.

Vnde & Homerus cum ſciret Cicadarum loquacitatem
Cicadis aſſimulauit Troianorum concionatores
Conciones fundentes verborum denſas niues
Quas autem aiunt bubali fingentes Hiſtorias
Quod Homerus Cicadis aſſimulauit viros
Propterea, quod harum cognatus Tithonius cum ſenuiſſet
A Die Cicada in naturam mutatus eſt,
Nugæ ſunt fabuloſæ, quæ explicanda ſunt.
Tithonum amantem diem ſic intellige
Eo quod eſſet longæuus, & forte ſane amari
Vita diebus atq; longo tempore.
Poſtquam autem ſenuit & inſtar infantulorum
In cuna voluebatur gratia dormiendi,
Rurſus puerascere volentem hunc vt infantem dicere:
Quoniam Cicadæ ipſæ repueraſcunt, vt ſerpentes.
Loquens enim Cicada rumpitur, alius autem excurrit iuuenis
Dixerunt quod cum ſenuiſſet Tithonus, Hemera
In Cicadam mutauit: id eſt in longa vitam
Tithonus à principio rurſus renouatus eſt.

Allegoria fabulæ Tithoni.

Quidam Græcorum hanc fabulam paulo aliter allegorice interpretantur, in hunc ſcilicet modum. Tithonus hic in orientali mundi plaga vxorem duxit, ſuſcepitque ex ea libros, quos ſupra cõmemoraui, & ad tantam peruenit ſenectutem, vt in cunas cõponeretur. Auroram vocant temperatam orientalium partiũ plagam, qua ad miraculum viuacitatis venit. Quod vero in Cicadam eũ transformatum fabulantur, id factum exiſtimant propter Cicadarum naturam, vt etiam ſuperius Iohannes Tzetzes admonuit, quæ ſenio confectæ perinde, vt ſerpentes exuunt ſenectutẽ. Sed & Phyſicam huius fabulæ neſcio quam rationem, quidam ſomniant, quam non eſt operepretium hic perſequi. Auget miraculum Rheginenſium Cicadarum etiam fabuloſe celebrata vocalitas vicinarum. Nam *b* Strabo Timæum citat autorem, quondã in Pythiorum certamine Eunomum Locrenſem, & Rheginenſem Ariſtonem in canendi certamen veniſſe, Ariſtonem Appollinem inuocaſſe Delphicum, vt ſibi canenti auxilio foret, quod à Delphis Rheginenſes olim eſſent profecti. Eunomum reſpondiſſe cũ Rheginenſibus, ne certandum quidem omnino de Muſica, apud quos Cicada vocaliſſimum animal voce careret, Vtriſq; certantibus cũ in Eunomi cithara, vna inter canendum corda frangeretur, Cicadam ſuperuolantem adſtitiſſe, ac vocem alioqui defuturam ſuo cantu ſuppleuiſſe, atq; ita victorem fuiſſe declaratum, ſtatuamq; citharædi poſuiſſe, cum Cicada citharæ inſidente. Huiuſmodi fere narrat *c* Strabo, & Antigonus ex eodem Timęo qui Siculas cõſcripſit hiſtorias. *d* Clemens Alexandrinus ſcribit hanc fabulam, ſed prolixius & elegantius, & aliquantulum allegorice interpretatur. Hanc enim Cicadam ait canendi arte, qua Eunomus præſtabat allectam fuiſſe non aliter, quam Thracii cantu feræ manſuetæ redditæ ſunt, & Arionis Methymnæi ſuaui harmonia piſces inſcati: per Cicadam autem hiſtrionem, aut Muſicæ imitatorem „ intelligi, & alia plurima, quæ his ſequentibus verbis continen„ tur. Thracius autem, inquit, alius ſophiſta (alia eſt hæc Græca „ fabula) ſolo cantu feras reddebat manſuetas: quin etiam, & cę„ teras arbores, & fagos ſuis locis motas Muſica tranſplantabat. Poſſum tibi quoque aliam uarrare fabulam, quæ huic non minus, quam frater fratri eſt ſimilis, ſimilem & Cantorem Eunomũ Lo„ crenſem, & Cicadam Pythycam. Dies feſtus maximo Græco„ rum conuentu Pythone celebratur propter Draconẽ mortuum: „ Eunomo canente ſerpentis epithaphium, neſcio an hymnus an

De Eunomo & Ariſtone.

b *Lib. 6. Geogrph.*

c *Lib. Mir. Nar.*

d *In adhortatoria ad Græcos & gentes.*

A lamentatio ſerpentis eſſet canticum Erat autem certamen con„ ſtitutum, & æſtus tempore cithara canebat Eunomus, quando „ Cicadæ quæ ſole incaleſcebãt, ſub ramis canebant in montibus. „ Canebant autem nou Draconi mortuo, ſed Deo ſapientiſſimo „ vere libetũ canticũ, modis Eunomi præſtantius. Locro chorda „ rumpitur, in citharæ iugum aduolat Cicada, & ſuper inſtrumentũ tanquam ſuper rantum perſonat, & cithara cantico apta harmo„ nia conueniens citharœdus, chordã ſuppleuit deficientem. Ci" cada ergo Eunomi cantu ducitur, vt vult fabula, quæ æneũ Eno" mum in Pithone poſuit cũ ipſa cithara, & Locri ſociũ certami " nis. Ea autem, & ſua ſponte aduolat; & ſua ſponte canit: Græcis autem viſus eſt fuiſſe hiſtrio, & imitator muſicæ. Quanã ergo ratione (alloquitur n. nunc autor Græcos & gentes) credidiſtis inanibus fabulis, æſtimantes animantia demulceri muſica, lætus autem, ac ſpecioſus vultus veritatis ſolus, vt eſt veriſimile videtur vobis eſſe ſimulatus, & infidelitatis oculis ſubiicitur? Hucuſque Clemens Alexandrinus. Aliud quoq; apud Rheginos, vt autor eſt *e* Antigonus fabulæ loco natratur, Herculem quodam eius regionis loco ſomno ſe dediſſe, cumq; obturbarent Cicadæ, imprecatum iis eſſe, vt obmuteſcerent Atq; ob id factum (vt apud Solinũ tradidit Granius) vt iam inde toto tractu, omnique anni tempore, id Inſectum volucre in ſilentio ibidem permaneat.

B

e *In Mirab.* Cur Reginis Cicadę ſint mutæ fabuloſa ratio.

Herculis ſomnum Cicadæ obturbarunt.

APOLOGI.

AEſopus ille è Phrygia fabulator haud immerito ſapiens æſtimatus eſt, cum quæ vtilia monitu, ſuaſuq; erant, non ſeuere, non imperiose præcepit, & cenſuit, vt philoſophis mos eſt, ſed feſtiuos delectabileſq; apologos commentus res ſalubriter, ac proſpicienter animaduerſas in mentes animoſq; hominum cum audiendi quadam illecebra induit: velut hæc eius fabula de Cicada, atq; Formica, qua monet quemlibet ne in aliqua re ſit negligens, ne poſtea mœreat, ac periclitetur. Hyemis, inquit, tempore cum triticum efferueret, Formicæ refrigerabant, Cicada autem eſuriẽs petebat ab eis cibum: Formicæ vero dixerunt ei, cur æſtate non colligebas alimentum? hæc ait, non eram ocioſa, ſed canebam muſice. Tum hæ ridendo dixerunt, ſi æſtiuo tempore modulabaris, nunc ſalta. Hoc etiam exemplo Aphthonius ſophiſta in Exercitamentis ad laborem iuuenes cohortatur. Cicadæ, inquit, olim æſtate aſſiduis cantibus indulgebant, Formicæ vero hyemis memores, laborib. fructibuſq; colligendis operam dabant. Verum cũ hyems adueniſſet, Formicæ iis, quæ collegerant, paſcebantur, Cicadas autem delectatio illa, & canendi voluptas eo indigentiæ " miſerięq; perduxit, vt eſurirent omnes, & fame conficerentur. Sic iuuentus laborũ fugitans male habet in ſenectute. Hanc quoq; " fabulam carmine reddidit Iohannes Tzetzes, quã non opus eſt " hic repetere Aliam Æſopus Cröeſo, qui contra Samios bellum gerebat, non omnino ſuperiore imparum vtilitate, de Locuſta, & Cicada dixit, qua audita non modo vitam largitus eſt Cröeſus, ſed ſe etiam cum Samiis conciliauit. Narrat enim Maximus Planudes in Æſopi vita, cum Cröeſus ad Samios Legatum miſiſſet, hicq; renunciaſſet regi fieri non poſſe, vt Samii debellarentur, quam diu apud eos eſt Aeſopus, vtpote qui illis optima prudentiſſimaq; cõſilia ſuggereret, denuo regem ad Samios legatum miſiſſe, qui Æſopum ab illis poſtularet, Aeſopumq; inuitis Samijs vna cum legato ad Cröeſum ſe contuliſſe, hunc, cum Aeſopum vidiſſet indignatum fuiſſe, atque diximſſe: vide qualis homuncio impedimento mihi ad tantum inſulam ſubigendam fuit. Tum Aeſopum; maxime ô rex, non vi neque neceſſitate coactus ad te veni, ſed ſponte. Patere me aurem paumper audire Vir quidam cum Locuſtas caperet, occideretque, cepit & Cicadam; cum & illam vellet occidere, inquit Cicada, ô homo ne me fruſtra occidas. Ego enim neque ſpicam lædo, neque alia in re quapiam iniuria te afficio. Motu vero quæ in me ſunt membranarum, ſuauiter canto, delectans viatores. Præter igitur vocem in me amplius nihil inuenies. Itaq; regem his auditis permiſiſſe, vt abiret. Atque Aeſopum rurſus diximſſe, tuos igitur ô rex pedes attingo, ne me ſine cauſa occidas. Nõ enim poſſum iniuria, quemquam afficere, ſed in vili corpore, generoſum loquor ſermonem. Poſtea ſcribit idem Planudes miratũ regem, ac miſeratum huic teſpondiſſe: Aeſope non tibi ſolum largior vitam, ſed fatum. Ergo quod vis pete, & accipies. illum rogaſſe, vt rex reconciliaret ſe Samiis, regeque ſubinde dicente reconciliatus ſum. Aeſopum in terrã cecidiſſe gratiaſq; illi egiſſe.

C

D

Negligentia damnatur.

Æſopus Cicadæ ſe comparat.

VSVS IN CIBIS.

IOhannes *a* Boterius ex aliorum relatu recenſet apud Carabi populos, & eos qui iuxta ſinum Darien, & Vraba in Occidentalis Indiæ parte habitant, ſportas plenas Cicadis, Locuſtis Gryllisque ab Hiſpanis tepertas fuiſſe, ijsq; aut ſiccis, aut ſalatis eos populos veſci. vendete item atq; emere, pro aliis mercibus commutare, vt auro, argento, veſtibus, ſcripſit Gonzalauus Ouiedus. Quin & antiquis in cibum Cicadę ceſſerunt. Anaxandrides in Proteſilao apud *b* Athenæum, conuiuium irridens nuptiarum Iphicratis, cũ regis Thraciæ Cotiis filiam in vxorem duceret, ait inter alia plurima lauta, & optima edulia, in cuiuſdam conuiuio haud defuiſſe Cicadas aſſas. & Ariſtophanes in horis apud *c* Athenęum pulchras Athenas laudans, hyberno tempore circumlatas menſis fuiſſe his verbis teſtatur.

E

a *Lib. 4.*

b *Lib. 4. De ipnoſo. c. 2.*

c *L. 9. Deip.*

Media conſpicias hyeme cucumeres, temporarios
Ac fugaces fructus, è violis coronas & oculos excecantem puluerem
Idem inſtitor vendit, turdos, pyra, fauos, oliuas
Coloſtrum, inteſtina, Cicadas.

Quo

Quo in loco annotat Dalechampius assis vsos fuisse Athenienses. Quin etiam Parthi opibus abundantes, & ii qui ad orientem habitant, iis vescebantur, vt prodidit *d* Plinius, qui quo tempore in cibum assumi debeant nobis his verbis docuit. Ante coitum, inquit, ,, Parthi mares præ se ferunt, à coitu fœminas ouis earum corre- ,, ptis (aliqui legunt corrupti, id est illecti, & deliniti nimirum ,, Parthi, & populi ad Orientem) quę sunt candida. Nam ante coi- ,, tum teste *e* Aristotele mares sunt suauiores, à coitu vero fœmi- ,, næ: quippe quæ tum oua candida & gustui grata habeant. Sunt ,, item, & ea suauissima antequam cortex cadit. Crescit, inquit ,, Philosophus, primo in terra Vermiculus, deinde fit ex eo quæ ,, Tettigometra appellatur parentis nomine, quo tempore gustu ,, suauissimæ sunt antequam cortex rumpatur. Tenerrimæ enim vt obseruaui eo tempore, sunt; postea vero duriores, quo fit vt tunc minus esui sint. Sunt & canibus quibusdam summopere gratæ non modo, cum suo inuolucro, & Tettigometra obuolutæ sunt, sed etiam postea cum canere incipiunt. Vt in catella mea prægnante obseruaui, quam ruri habebam, cui cum aliquoties obiiecissem, cum summa auiditate eas commedebat, & tantopere earum esu delectabatur, vt quoties famulorum aliquis per agros vagaretur, sponte non insequebatur tantum, sed sub arbore, vbi eæ ardentius canebant consistens, continuo caudæ motu voceque querula inuitabat ad capiendum.

d L. 11. c. 26. Quando suauissimæ.

e Li. 5. Hist. c. 30.

Canibus quibusdã grata.

VSVS IN MEDICINA.

ANtiqui vescebantur Cicadis ad aperiendas venas, vt perhibet *a* Athenæus de conuiuiis Atticis loquens his verbis Vescebantur Cicadis, præterea & Cercopis venarum aperiendarum (sed αἱματομώτων Dalechampius vertit excitandæ appetentiæ) gratia. Aristophanes in Anagyro.

——Πρὸς θεῶν ἱερὰς τέττιγα φάγειν,
Καὶ κερκώπιδα θερόσταμφίλω καλάμῳ λεπτῇ.

Id est.

Cicadis Cercopisq; tu per deos libenter vesceris
Ex arundine illas gracili venaris.

Docet *b* Rondeletius modum vtendi in medicina, vt nimirum tostis eis vtamur totis, quemadmodum Scorpionibus, & Vermibus, nulla parte dempta, velut aluo, aut alis, aut capite, vti in Cantharidibus fieri solet. Atque hoc modo assæ offerendæ iis, quibus affecta vesica est. Cicadas tostas ait *c* Plinius, in parellis edisse contra difficultatem vrinæ prodest. Et hæc ex *d* Dioscoride, qui inquit, Cicadæ, quæ inassatæ manduntur, vitia vesicæ doloribus prosunt. Quo in loco peritissimus herbarum Mathiolus ingenium Alberti cognomento Magni adnotauit Alberti errorem, qui arbitratur Gryllos noctu stridere, ac hyeme circa hypocaustorum fornaces plerunque stabulantes, æstate vero in campestribus canentes Cicadas esse, cum in Germania regione frigida, & maxime ad arctum spectante Cicadæ non sint. Sed vt vnde digressi eramus, reuertamur. Easdem commendat *e* Areteus ad acutas, & difficiles vesicæ passiones hoc modo Vtilissimum, inquit, vrique vesicæ remedium Cicadæ sunt tempore suo tostæ, pro cibo exhibitæ, extra tempus autem, aridæ, tritæ cum aqua Sed radicis nardi parum cum Cicadis elixetur, vtiisdem quoque loco balnei ad vesicæ laxamentum æger desideat Sed & Cicadis siccis quidam, autore *f* Galeno, vruntur ad colicos affectus, cum patibus numero piperis granis, dantque aut tres, aut quinque aut septem, per intermissionem videlicet, & per ipsos etiam paroxysmos

a Lib. 4. c. 3. Venas aperiunt.

b Lib. de Pondet.

c L. 30 c. 8. Ad vesicæ dolorem,

d L. 2. c. 45. Germanis Cicadę desunt.

e Lib. 6. Ad colicũ

f Lib. 12. de simp. med. fac.

VSVS IN VARIIS.

SI vinum aquis infuscatum (vtar interim Plautino verbo) cognosces Cicada eo modo, quo nobis præcepit *a* Gaudentius Merula. Malum in vas iniicito, vel pyra sylueſtria vel Locustam aut Cicadam; & si quidem hæc supernarauerint vinum & purum; si vero merguntur aquam habent vina Meropem auem antiquis dictam Græcis, hodiernis Melissophago, elegantissimo colore præditam Cretenses pueri Cicada venantur, quem capiendi modum his verbis narrat *b* Bellonius: aciculam hami instar incuruam per mediam Cicadam figunt, eamque capite filo alligant, cuius extremum manu retinent: Cicada sic transfixa nihilominus in aere volat, quam conspiciens Merops, impetu in eam irruit, vtque eam deuorat; at acicula curua, quam cum Cicada deuorauit retentus capitur. Sane possent, & hoc modo facillime capi hirundines, quæ Musis sacras, & canoras Cicadas, vt loquitur *c* Plutarchus facillime capiunt, iisque vescuntur.

a Li. Mira. 4. c. 37. Vinũ aquosa quomodo cognoscãtur.

b Lib. 1 obs. c. 9. Merops vt capiatur.

c Sympos. 8. q. 7. Hirundines quomodo capi possunt.

Finis Libri Secundi.

VLYSSIS ALDROVANDI PHILOSOPHI ET MEDICI BONONIENSIS, HISTORIÆ DE INSECTIS LIBER TERTIVS,

Qui est

DE ANELYTRIS bipennibus.

Cap. I.

DE MVSCA.

ABSOLVTA iam Insectorum anelytrorum quadripennium historia, bipennium, hoc est, eorum quæ binis, vt Plinius loquitur, aduolant pinnis, tradenda restat. Inter quæ velut primum locum petitura Musca, vt naturaliter est audax, proterua, importuna, dum alterius historiam meditor, molestat me pungendo, & quanquam sæpius repellam, redit tamen, pungitque iterum, quin totis contendit viribus, vt & me velut comitem iis adiungam, qui in eius laudibus plurimum temporis impendere non sunt degrauati: in quib. principem in primis recenset poetarum Homerum, festiuissimumque Lucianum ex veteribus, ex neotericis Leonem Baptistam Albertum, aitque hos integris eam celebrasse voluminibus. Diuum Augustinum mihi obtrudit, quod eam Soli omnium rerum fotori anreponat his verbis: Si quis à me quærat, num etiam Muscæ animam huic Solis luci præstare censerem Responderem etiam. Nec ,, me terreret Musca, quod parua est, sed quod viua firmaret. Quę- ,, ritur enim, quid illa membra tam exigua vegetet, quid liue atq; ,, illuc pro naturali appetitu tantillum corpusculum ducat, quid ,, currentes pedes, in numerum moueat, quid volantis pennulas ,, moderetur & vibret. Quod qualecunque est bene consideranti- ,, bus in tam paruo, tam magnum eminet, vt cuius fulgori per- ,, stringenti oculos præferatur. Hæc & alia mihi sæpius repetebat Musca, tantumque apud me valuit importunitatis assiduitas, vt potius morem ei gerendum esse duxerim, quam deinceps nouis ab ea molestiis affici, quam aliis, inquam, rursus aculeis imperi. Et multa equidem mihi dicenda forent Muscam laudare volenti; quæ tamen in præsentiarum sponte prætereo, cum ne ex Musca (quod aiunt) elephantum facere velle videar, tum vero maxime; quia omnia in historiæ progressu patebunt, rum denique quia à commemoratis modo authoribus fuse enarrantur, quos qui volet, per ocium adire poterit; ego interim prosequar.

a *L. de duabus anim. 1. c. 4.* Muscæ anima soli præferrur.

ÆQVIVOCA.

VSca in plerisque linguis æquiuocationem patitur. Apud Græcos in primis Μυῖα, & apud Latinos Musca quodlibet insectum volucre, quod exiguum est, denotat. Quo sensu Hippocrates ægros Muscas captare scribit; quorum deplorata cura est. Ita quoque Apes Μυῖαι, id est Muscarum appellatione quandoque veniunt. Χαλκῆ Μυῖα olim dicebatur lusus quidam puerilis, in quo pueri clausis oculis, protensisque manibus obambulabant, donec ,, aliquem prehenderent. De hoc ita scribit a Petrus Victorius. ,, Lusus puerilis, qui in vsu veterum Græcorum erat, & in alias etiam terras manarat, vsque ad nostra tempora apud nos permansit, & (quod non minus mirum est) quamuis diuersa lingua ab eadem re nomen traxit: ipsum enim illi suo sermone χαλκῆν Μυῖαν vocabant, vt testatur Pollux, qui nono libro Onomastici eũ describit, omnemque rationem ipsius tradit Nostri vero pueri, & ipsi Muscam appellant, non tamen aheneam, sed cœcam. Pollux igitur inquit, ita olim exerceri solitum, vt puer aliquis cum fascia oculos obuoluisset, in orbem versaretur, clamaretque aheneam Muscam venabor: alii vero respõdentes, venaberis, nec tamen capies, cæderent illum scutica, è leui materia facta, donec aliquem è numero ipsorum comprehendisset. Nam quod est in excusis libris σύνιπσι, arbitror corruptum esse, legique debere σκύτεσι Eustathius quoque in vigesimo primo Iliados meminit huius ludi, quo loco quid valeat κυνήμη declarat. Illo enim contumelioso nomine appellarat in acie Mars Palladem: & ea quæ de eo tradita sunt à Polluce, immutatis aliquantulum verbis exponit Nam quod ad hanc partem pertinet, in qua maculæ aliquid inesse suspicor, ille inquit: οἱ δὲ κυκλωτεῶτες, βίσλοις, ἢ τῇ χέρσι πάσσοντες ἀποκρίνονται, ἀλλ' ἐλήψῃ. Sed idem etiam docet, vnde χαλκῆ. id est, ahenea Musca vocata sit; tradens genus esse quoddam Muscarum, quæ à colore æris, illo modo à Græcis vocaræ sint. Hæc Victorius. Nostri etiam pueri hoc ludi genere passim vtuntur, sed diuerso nomine appellant, nimirum giocare à scapuccia l'orbo, quod in eo pueros velut occæcatos cadere contingat: sed & in aliis Italiæ locis, aliis item nominibus venit, vt giocare alla gatta losca, in Hetruria, vt apud Burgenses Gallina bubu, Apud Hollandos, vt audio, Hoender Koy. Sunt qui φηκῆνας interpretentur, referente b Cælio Rhodigino, Apes masculas, alii Muscas ἀκέντητας id est sine aculeo, sterilesque Μυῖαι Græcis præterea sunt, vt etiam Muscæ Latinis vocatæ multæ mulieres, de quibus post. Est postremo Μυῖα apud Athenæum piscis teste c Hermolao. Nos præter Muscas proprie dictas alia etiam plurima Insecta Muscis similia, nonnunquam Mosche vulgo appellamus; quod præterea non Gallos solum, quibus Mouche testante d Iacobo Greuino Gallo generale est ad omnia Insecta, Muquæ cum Muscis aliquam gerunt similitudinem; verum etiam pletasque alias nationes facere existimo. Lepide & argute Hispani Pancos Indiæ populos ob eorum frequentiam Muscæ, id est. Muscas vocare consueuerunt: quod nimirum, vt Moschæ, numerose admodum generarent. Κυνόμυια, id est, Musca canina herbæ quoque nomen est, quæ aliter κυνοκόνη dicitur.

Musca cæca.

Musca aahenea quæ

b *L. 23. Antiq. lect. c. 33.*

c *Lib. 20. in Dios. c. 207.*

d *Lib. 4 de Veneniis.* Panci Muscæ cur dicti. Cynomyia herba.

SYNONYMA.

Zebub. זבוב Zebub Hebræis Musca est, ita dicta à fluxu humoris tetri, fœtoris, à זוב, quod est fluere. Hinc Acaronitæ suum deum בעל זבוב Belsebub, quasi dominum Muscæ dixerunt 2. Reg. & alijs Iesah. 7. Sibilabit Dominus לזבוב Muscæ. Ecclesiaste 10 זבובי מות Muscę mortis (id est, sicut quælibet Musca mortua) fœtore faciet דריבא Dediba in dictionario Syrocaldaico Musca est, item קצרוית Kartzith: item ערורא Arura; nec non דיבריא Dibraia Muscæ, in singulari דיבבא Dibba. Græcis, vt dixi, Μυῖα dicitur à μύω, vt Eustathius vult, à μυιὼν, vt Etymologus, quod quidem etiam sit à μύω. Latinis Musca, & diminutiua voce Muscula. Pro Musca etiamnum Itali, & Hispani Mosca dicunt: Galli Mouche, Germani Muggen, Mugg Fliegen: Belgæ Vliege à volando, quod Vliegen dicunt Adrianus Iunius his quoque Mugge vocari scribit, quod sicut ex doctis quibusdam Belgis percepi, falsum est, qui Mugge Culicem esse affirmabant: Angli à Flye. Cum vero inter tot Muscarum genera, de quibus mox agemus, eius quæ Canina vocatur, frequenrior est, apud scriptores mentio, non ab re huius quoque nomenclaturas, quibus apud diuersos populos venit, hic subnectam. Græce κυνόμυια dicitur, compacta dictione à κύων, id est cane, & μῦι, id est Musca, quod canum præcipue aures infestet. Quia vero canis impudens animal est, & Musca vix aliud reperiatur audacius, metaphorice pro homine impudente, & audace tum alibi, tum in epigrammaribus ponitur. Pro κυνόμυια etiam κυνάμυια verso o in α, sed infrequentius legitur. Κυνοραίστας aliqui etiam Muscas caninas interpretantur. Gaza Apud Aristotelem Ricinum vertit. Sed Ricinius à Musca canina toto cœlo differt. Sunt tamen, qui inepte simul confundant. Non desunt etiam qui Cyniphes easdem existiment, sed has ex Culicum genere esse nos potius arbitramur, quare de ijs in Culice sermo fiet. Κυνόμυια, Italice Mosca canina dicitur, Gallice Mouche de Chien, Germanice Hundsmuck, Belgice Hondtuliege, Hispanice Mosquito de los que pican, ô Musca muy chica, y que pica agramente, seu Mosca de perro, Polonice Psgia Mucha, Vngarice Eb legy, Anglicè à Horse Flee, or Dogge Flie.

Mosca.

Muscæ caninæ Synonyma.

Ricinus.

Cyniphes.

GENVS. DIFFERENTIÆ.

Vt differāt. E Quidem sunt innumera ferme Muscarum genera, & pleraq; nomine etiam distincta. Differunt autem magnitudine porissimum. Quædam enim paruæ sunt, quędam magnæ. Minimas nos Molcinos dicimus, de quibus post priuatim agetur. Magnas Lucianus σφενώνδας, id est, militares vocat. Sunt quæ mediam magnitudinem habeant. Iam vero, & membra earum, tum numero, tum conformatione variant. Quædam capite sunt magno, quædam paruo, alia ventre crasso, alia exili, alia breui, alia procero. Rursus aliæ pilosæ, aliæ pilis carent, nonnullæ antennas, siue cornicula in fronte gerunt, plurimæ non. Color plerisq; niger est; sunt tamen & albæ, suntq; cinereæ, cæruleæ, virides, æneæ, luteæ, rufæ; aliæq; alio colore præditæ eoq; vel simplici, vel mixto Differunt item loco. Nam quæ apud homines libenter versantur, domesticas haud absurde possimus nominare, sicut quæ in agris, & syluis frequentiores sunt, agrestes, ac syluestres, & quæ propeaquas, aquaticas. Videtur, & in victu differentia; quia, cum omnes ferme sanguini inhiare constet, non eadem tamen omnes animalia prosequuntur, sed sunt quæ priuatim aliæ alia infestant, vt Canina canes, Boaria boues, Equina equos. Sunt deniq;, & aliæ differentiæ, quæ cum infra multa Muscarum genera sim descripturus ex ijs facile colligentur: quamobrem eas hic breuitatis causa prætereo. Addam tamen nonnulla Muscarum genera, quæ studendo apud alios obseruaui. In Cyrene, vt refert author mirabilium, aiunt non vnum tantum Muscarum genus reperiri, sed plura; formisq; & colore distincta. Latifrontes enim alias veluti mustelas, alias viperis similes esse, quas & Echidnas vocant. In Sicilia, & Italia, aiunt, eodem referente Muscarum genus esse, quod morsu necat, ad quæ deuolarit. Mirum quoque est, quod uorat *a* Cælius Rhodiginus, apud Tolletum in macello publico, vnam modo cōparare Muscam per integrum annum, albedine insigni notabilem. *b* Ælianus de Muscis in Astræo fluuio à nostris specie penitus differentibus, Hippuris ab indigenis appellatis miram etiam hanc recitat historiam: Huiusmodi Macedonicam, inquit, piscandi rationem auditione comprehensam habeo. In fluuio nomine Astręo ,, qui inter Beroeam, & Thessalonicen medius fluit, distincti va- E ,, rijs coloribus pisces gignuntur; qui indigenis Muscis à fluuio vo- ,, litantibus pastum sibi comparant. Eæ nec simile de specie quic- ,, quā aliarum Muscarum habent, quæ vbiq; sunt; nec ad Apum similitudinem accedunt, nec Vesparum, nec denique Anthedonum (Crabronum) speciem gerunt: harum tamen aliquam cuius- ,, que propriam particulam referunt. Nam in audacia quiddam si- ,, mile cæterarum Muscarum habent, tum magnitudine Anthe- ,, doni similes sunt, tum Vesparum colorem reddunt, & similiter ,, quidem, atque Apes bombo strepunt. Eas Hippuros appellant ,, indigenæ. Ea ad summam aquam versantes sui gratia alimenti, ,, piscium nationem non latent. Nam vt his quispiam earum ali- ,, quam per summa apparentem conspexit, silentio sub aquas subi- ,, ens, ne prædam aquæ agitatione moueat, proxime ad illius vm- ,, bram accedit, & quemadmodum, vel de grege ouem lupus, vel ,, Anserem ex cohorte Aquila rapit, sic is ore hianti, atque immi- ,, nenti eam deuorat, & mox sub aquæ superficiem denuo mergi-

Moscini.

Differentia partium.

A colore.

A loco.

Ab animalibus quæ infestant.

Muscæ latifrontes.

Echidnæ.

Muscæ venenosæ.

a *Lib. 17. lect. Ant. cap. 11.*

b *Lib. 15. de Anim. c. 1.*

Hippuri Muscæ.

Pisces diuersi coloris.

A tur. Quod quidem ipsum etsi piscatores haudquaquam ignorāt, " non ijs tamen Musceis ad inescandos pisces vtuntur. Simul enim, " ac hominis manu continguntur, & natiuum colorem perdunt, " & pennæ euanescunt, & ineptæ ad escam piscium omnino red- " duntur. Quę causa est cur earum odio incensi ipsas à se detesten- " tur, &c. Cæterum Hippuros istos ego non Muscarum, sed vel Apum, vel potius Vesparum genus iudicauerim. Ex Apum item genere fuerint Muscæ illæ, quas minores Formicis in Moluccis insulis esse tradunt, & mel in arboribus conficere, vt in Hispanicis cōmentarijs nauigationum in Indiam legimus. Nec vere Hollandi, qui hisce postremis temporibus ad Indos nauigarunt, referunt in Sumatra Muscas esse, quæ laccam magna copia in arborum magnarum tamis congeraut (credo ab Officinis laccam Sumetri vocari) Nam hoc alij de Formicis alatis tradidcrunt, quas Hollandi eum Muscis confuderint. Esse tamen apud Indos alias Muscarum species, quæ sub hoc uostro cæli climate inuenire non sint, non iuerim inficias. Tradit Gaspar Balbius, dum illic queudam nauigaret fluuium, magnum Muscarum numerum ad cymbam qua vehebatur, aduolasse, colore albo, & aculeis acutissimis, adeo vt non minora, quam Vespæ vulnera infligerent. Sed & isthæc volueria, si Vesparum more, hoc est aculeo in aluo existente pupugerint, neutiquam Muscæ vocanda sunt, sed vel ex Apum vel minorum Vesparum genere iudicanda, quas bonus ille Balbus cū Muscis confudit, triti illius Arist. & Plin. axiomatis ignarus, nullum cui aculeus in aluo, bipenne esse. Franciscus Lopius apud Iaguazzios Regni Auanates incolas infestissimas ait reperiri Muscas, & accenso titione deterreri, aut vuidis lignis accensis, quia fumo eorum maxime fugentur, sed qui oculis adeo grauis sit, vt multis Hispanis lachrymas eliciat. In Hispaniola vocata insula, & præcipue in vrbe Diui Dominici nomine celebri genus Muscarum viride, pictumq; reperitur, magnitudine (vt aiunt) Vespæ, terram pedibus effodiens, & subterraneos sibi nidos extruens, in quos Cicadas, aliaq; animacula, quæ passim venantur, numerose pro futuro, dum latent, alimento congerunt: Quibusdam enim tantum diebus foras prodeunt, cum nimirum maxime caler, & solum humidum est. De Musca Napelli alias agemus

B

Muscę melliferæ.

Muscę laccam congerentes.

Muscæ aculeatæ.

Muscæ infestissimæ.

Muscæ virides, & pictæ.

FORMA. DESCRIPTIO.

C Mvscam insectum bipenne esse, non paucis in locis scriptum reliquit Aristoteles, inter quæ hic ceu clarissimus est: Quæ autem in eo genere (Insectorum) volucrum sortiuntur, inquit, naturam, ijs prēter cętera membra pennæ adnexæ, alijs binæ, vt Muscis, alijs quaternæ, vt Apibus. Idem innuit alibi, vbi in antetiori parte promuscidem, seu aculeum gerere scripsit: nam asseuerat, quibus hoc relum in ore est, ea omnia bipennia esse, sicuti abunde in prolegomenis dictum, & explicatum est à nobis: vbi prætera de vsu eius teli disputatum est satis. Muscas senos habere pedes scripsit *b* Plinius, addens & vsum, primos, inquiens esse ideo longiores, vt oculos, quos duros, atque idcirco hebetes obtinuere, subinde detergere valeant, sed & hoc fusius, & clarius ex Aristotele supra docuimus, & breuitatis causa hic non repetimus. Quæ omnia Muscis omnibus generatim conuenire puto, non itē quæ à Luciano prodita sunt circa Muscæ formam. nam hæc vulgati domesticæ per æstatem nullibi non obuię quadrare existimo; quam tam exacte describit, vt nihil pene, vel addi, vel demi queat. Musca, inquit, est sic minima volucrum, vt possit cum Muscellis, " & Culicibus comparari: sed tanto illis est maior, quantū ipsa ab " D Ape relinquitur. Pennata est autem, non eo modo, quo cæteræ " volucres; quatum hæ quidem pennas in toto habent corpore, " hæ vero velocibus vtūtur, & pernicibus alis. Sed ex pelliculis sunt " illi pennæ, quemadmodum Locustis, & Cicadis, & Apibus: sed " tanto molliores habent pennas, quanto Græca veste tenuior, & " mollior est Indica. Si quis Muscam diligenter inspiciat, quando " in Sole alas expandit, & concutit, varijs eam pictam coloribus, " vt Pauones videbit. In reliquo vero corpore caput quidē tenuis- " simum collo continetur, & est versatile, non compactum, & af- " fixum humeris, vt est Locustarum. Oculi vero prominent qui " cornu plurimum habent. Pectus est bene compactū. Sunt ei in- " nati pedes, non vt Vespis astricti valde, & complexi. Aluus au- " tem minuta est, & ipsa, & thoraci etiam similis, & zonas latas, & " squamas habens. Vlciscitur tamen, non aculeo, vt Apis, & Vespa, " sed ore, & proboscide, quam & ipsa eodem modo habet, vt ele- " phanti præpascitur, quæ assumit, & inhærens continet conca " uo vase in summitate proboscidis: ex ipsa vero dens foras promi- " E net, quo pungens sanguinem bibit, & lac. Sed dulcis, & suauis est " ipsi, vel sanguis, non magno cum dolore eorum, quos pupugit. " Sexipes vero est; quatuor solis incedit, duobus autem anteriori- " bus etiam vt manibus vtitur. Videres igitur ipsam gradientem " quatuor, atq; eduliū aliquod tenentem sublime manib. more val- de humano, atq; nos. Hęcille omnia. Quib addi possit sexus distinctio. Fęmina enim aliquanto mare maior est, aluo crassiori, & materia quadam lenta, & ductili repleta, quam, si leuiter digitis prematur, extra emittit: pueri nonnunquam filo nectunt, vt postea libera emissa illud secum volando trahat: Mas aūr ventrē fere vacuū habet, non distentū, vt fęmina, sed velut rugosum. Ab hisce vulgarib. sola magnitudine differre videntur, maiores illæ quas σφενώνδας, id est, militares Lucianus appellat, vulgus nostrum Mosconi, quasi magnas Muscas: quæ tū ingrato susurro, quem inter volādum edunt, tum detestanda corporis fœditate, sunt molestę. Sicubi enim, & præcipue in carnib. incidāt, statim emissa aluo proluuie Vermiculos albos in aliquib. Italię locis Sciāscioni dictos procreāt. Sciāscion

Quot pedes habeāt.

a Li. 4. Hist. cap. 7.

b L. 11. c. 48.

Pedes priores cur longiores.

In Muscæ encomio.

Muscæ vulgaris descriptio.

Sexus distinctio.

Muscæ militares Mosconi.

Fig: 6
Muscæ. Hunds mücken.
Oestrus, Tabanus. Brämen.
Culices. Fliegen. Müeken.

Quædam earum vulgaribus Muscis colore similes sunt; aliæ minus nigricant, sed caninas potius referunt, ad cinereum vergentes: Caninæ aluo sunt tumida, & plurimo plena sanguine, sanguine autem quem ex animalium corporibus flagrantissime exugunt vt ex earum acutissimis, & dolorificis morsibus homines etiam sæpe percipiunt. De his forte intellexerit Plinius, eum ait: Est & volucre canibus peculiare suum malum, aures maxime lancinans, qua defendi morsu non queunt. Omnium maximæ sunt, quas boarias dicunt, à bobus, quos præcipue lancinant: rusticis nostris Tauanelli vocantur. Corpore sunt oblongo, alis magnis, etsi parum volent, boum, aliorumque iumentorum cuti semper fere affixæ adhærentes Colore plerumq; lutescente, aut rufo, aut ferrugineo sunt. Cætera in cuiusque descriptione dicentur postmodum. Cum etenim plurimas Muscas inuicem differentes longo vsu obseruauerim, curiosis lectoribus non solum depictas exhibere visum est, verum etiam eo ordine; quo in tabulis sunt dispositæ, ad vitandam confusionem, breuiter describere.

Musca canina

Cl.Li.11.c.43.

Boariæ.

Tauanelli.

Quæ igitur in prima tabula, prima est, Megalocephale haud inepte vocari queat. Capite enim est pro corporis portione, satis magno, cum interim vulgaribus vix maior sit. In fronte candicat. Oculi rubent; aluus prope pectus sublutea est: cætera fusca: alæ ex luteo, & nigro variegatæ. Secundam ad Boariarum genus reducendam iudico: longa est duos fere digitos, lata transuersum pollicem, colore per totum corpus luteo, capite triangulari, in medio luteo, & hirsuto, oculis colore castaneis, & figuræ ouatis. Pectore lato, eminente, gibboso, vtrinque ad latera depresso. Ventre longo, augusto, annuloso, deorsum inflexo, in extremitate acuto, colore lutescente, ac lucido, in fine nigricante. Alæ sublutæ totum corpus longitudine æquant, quas dum quiescit, simul coniungit, & supra supernas partes ita extendit, vt fere totas obtegant. Pedes flauescunt, in extremo serrati, vel denticulati, & bifidi. Prona parte ex luteo ad fuscum colorem accedere videtur. Tertia Muscis vulgaribus maioribus paulo maior, vt pote ex Boariarum genere, corpore est crasso, & rotundo, coloris nigri saturati, lucidi & splendentis. In capite maculæ sunt aureæ duæ, oblongæ & obliquæ C literæ consimiles. Alæ qua pectori hærent, elegauter admodum lutescunt. Pedes aterrimi, sed minime splendidi. Quarta propter cinereum, seu leucophæum colorem Caninis poterit accenseri. Vulgaribus aliquanto minor est, figura corporis eleganti, & viuida, colore cinereo, sed alæ ad luteum vergunt. Caput rotundum, venter oblongus, & hirsutus, pedes rufescunt. Quinta forma item corporis est admodum venusta, caput rotundum habens, & rubescens, lineolis duabus candidis insignitum. Pectus quod leucophæum est, duabus maculis nigricantibus perornatur. Alæ cinereæ nigris maculis eleganter variegantur. Venter oblongus & rotundus in extremo ceu in aciculam desinens. Partem supinam lineę duę albicantes transuersim secant. Prona pars cinerea est. Pectus pronum cæruleum. Sexta pectore est æneo, valdeque splendenti, ventre rotundo, colore viridi, sed tribus lineis transuersalibus nigricantibus distincto. Prona tota virescit. Septima maiori Muscæ compar est, capite in medio coloris argentei, antennis breuibus, pectore leucophæo, aluo supina subrubra, quæ tamen si soli obuersetur, colorem etiam quendam lucidum cinereum præseferre videtur. Prona tota similiter subrubra est, & toto fere corpore hirta. Octaua nouissime descriptæ valde cognata est, & similis. Capite similiter albicat, corniculaq; eadem in fronte gerit, & toto corpore pilosa est Colore tamen quodammodo differt. Pectus enim, & aluus ex cinereo ad cęruleum vergunt, & si soli obuertatur, subrubri quid in eius aluo conspicitur. Est præterea aliquanto minor. Nona à vulgariũ Muscarum generibus ob alui gracilitatem degenerare videtur, & ad Culices accedere. Caput et rotundum, pectus nigricans, dein color ceruitur luteus, qui lineis duabus nigris inuicem instar crucis intersecantibus insignitur; cætero nigra est. Decima tota lutea est Alas cum quiescit, supra aluum coniungit, & explicat. Pectore est latiusculo, ventre angusto, & gracili. Alas habet valde subtiles, & punctulis innumeris variegatas Caput subtus albicat, supra lutescit, & è medio duo breuia exilia cornicula erumpunt Vndecima contractior, & breuior est, pectore cinereo obscure, ventre nigro, sed ad cæruleum quodammodo tendente, tota hirsuta. Duodecima valde pusilla, capite rufescente, pectore subalbo, multis tamen nigris punctis elegantet variegatæ; aluo similiter subalba, aut cinerea dilute, quam lineæ multæ nigricantes transuersim secant, altera tantum per longitudinem excurrente Decimatertia in arborum truncis, pyri vero, & pomi potissimum insidere deprehenditur. Color toto corpore æneus, aut viridis, sed admodum obscurus. Venter autem supinus soli oppositus cinereo, lucido nigroq; variegatur, pronus obscure virescit Pectus supinum lineis quibusdam rectis exornatur. Decimaquarta ad maiores Muscas fere accedit Pectus ei obscure lutescit; aluus admodum exilis est, angusta, & in extremo acuta, ex nigro, & luteo eleganter variegata. Linea namque quaternæ nigræ ipsam cingunt, quarum duas priores linea alia quædam intermedia coniungit, & fere vnit: sed reliquis punctula quædam nigra substernuntur Alæ corporis longitudinem æquant. Decimaquinta vulgaris magnitudine est, aluo graciliori, colore luteo obscuro, capite rotundo, in medio eleganter rubro, oculis nigris, pectore lato, prominente, & vtrinq; ad latera depresso, ventre exili; & gracili, & deorsum reflexo Alæ, & pedes dilutius, quam reliquum corpus lutescunt. Decimasexta vulgares aliquanto excedit: pectore supino nigro, sed pilis quibusdam lutescentibus insignito. Aluus depressa est, & versus pectus duas habet maculas luteas, cætero penitus nigricant, præterquam extremo, quod obscure albicat. In alis qua pectori connectuntur, macula surescens vtrinque conspicitur, Decimaseptima ex Caninarum maiorum numero, cinerea est, sed punctis quibusdam nigris depingitur. Decimaoctaua tota viridis, ac maxime splendidi coloris, pedibus, ac capite nigricat. Decimanona illis videtur accensenda, quæ carnes æstiuis temporibus defœdant. Figura enim omnino est eadem, colore tamen magis fusco, lucido, & ad cæruleum obscurum tendente; toto præterea corpore hirsuto, alisq; circa exortum flauescentibus. Vigesima vulgarium magnitudine est, corpore tamen obesiori. Pectus ei admodum obscure lutescit Alæ maculis duabus, vel tribus fuscis pinguntur. Eædem in exortu flauescunt Aluus tota ex cæruleo nigricat, & admodum plana est. Vigesimaprima capite est rubro, oculis colore castaneæ, pectore piloso, aluo nigra, sed tribus lineis sublutei transuersis insignita. Vigesimasecunda ex Caninarum maiorum numero, sed aliquanto minor, pectus habet atrum, & in eo lineas subalbas per longitudinem ductas. aluum cineream, ac admodum lucidam, maculis multis partim nigris, partim rufescentibus respersam. Pediculi sunt aterrimi. Vigesimatertia alis est colore argenteo ad aurum tendentibus In ore aculeum gerit Caput maiusculum, & pectus obscure lutea sunt. Aluum plane luteam linea longa in duas partes supine dissecat Fucum ferme exprimit magnitudine, sicut insuper Vigesimaquarta, quæ ob varietatem colorum valde speciosa est, caput habet album, oculos amplos, spadice s, thoracem nigrum, sed lineis duabus subalbidis rectis exornatum Aluus oblongiuscula est nigra, aliisq; coloribus conspicua. Qua enim pectori iungitur, maculas quatuor luteas habet, duas vtrinque, interecurrentes lineæ nigræ distinguunt. Cætera albo, nigro, luteoq; elegantissime variat Prona pars penitus flauescit, præterquam in extremo, vbi nigricat. Vigesimaquinta vulgaribus Muscis magnitudine æqualis pectus habet nigrum, lineis aliquot subalbis variegatum; aluum colore æris politissimi, & splendidi.

Musca megalocephale.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Sexta.

Septima.

Octaua.

Nona.

Decima.

Vndecima.

Duodecima.

Decimatertia.

Decimaquarta.

Decimaquinta.

Decimasexta.

Decimaseptima.

Decimaoctaua.

Noua.

Decima.

Vndecima.

Duodecima.

Decimatertia.

Decimaquarta.

Decimaquinta.

Earum modo quæ in secunda tabula primo, & secundo loco positæ sunt, inuicem fere similes sunt, quanquam prior caudam sursum, altera deorsum flectat. Vtraq; antetiori parte Muscas communes ad amussim repræsentant, capitis scilicet, & pectoris figura Dorso sunt eminenti, elatoq; ac gibboso, pilosoq;. Alæ longæ, angustæ, ad caudam propemodum extremam exporrectæ. Aluus nigra, angustaq; in octo disterminata annulos, tandem ita acuitur, & reflectitur, vt Scorpionis caudam efformare videatur. Pedes oblongi scabri, in extremo veluti in minutulos digitulos diuisi. Tertia exigua admodum alas habet argenteas, lineolis nigris ternis transuersim sectas; aluo breuiores, quæ initio crassior est, sed postea magis, magisq; attenuata paulatim in mucronem desinit. Quicquid alui vltra alas protenditur, id totum nigerrimum est. Perioli colore sunt ferrugineo diluto ad luteum vergente. In ventre, aut eius apice nulla obseruate licet segmenta, quæ annulos vocat Albertus. Caput & dorsum nonnihil rufescunt superne. In dorso extremo, vbi aluo iungitur, appendicem paruam quandam habet albicantem. Quarta oblonga est, & gracilis, capite pro corporis portione magno, fusco; fusco item thorace, qui gibbosus est. Aluus exilis in medio rubra, cætero nigricat. Pedes atri, quorum posteriores longissimi sunt In quinta, quæ tota cinerea est, nihil est, præterea notatu dignum. Sexta Culiciformis est, caput, & dorsum su ca sunt. Caput Culicis exiguum, sed nulla fistula Alæ longæ, & angustæ, ad extremam aluum exporrectæ, aut etiam vlterius, ex fusco splendidæ. Aluus annulosa, angusta, oblonga, dorsum supinum, luteum, nigris maculis varium. Septimæ in media fronte inter ocellos nigros punctulum aliquanto promiuet colore iutubæ. Proboscide armatur insigni. Corpus totum, pedes, & alæ colore sunt ferrugineo. Membrorum constitutionem icon exacte ostendit. Octaua ex minimarum genere est; tota nigricans Alæ in ipso exortu nigræ; cætera argenteo splendent. Nona pariter ex minimis est, colore viridi pereleganti conspicua, qui si soli obuersetur, velut aureus apparet. Aluus angusta breuis, & in extremo nonnihil acuminata Alæ vltra anum protensæ. Eiusdem generis, imo minor est decima, & ipsa pariter viridis, aluo exiliori, magisq; acuminata. Aluum quoque acuminatam, sed non adeo, habet vndecima, colore nigro est, sed maculis albis in capite, dorso, & media aluo varians. Alæ argenteæ purpureum quid, si soli obuersantur, ostentant. Duodecima à minimis illis viridibus nihil differt nisi quod ano est rotundiore, crassioreq;. Decimatertia ad maiores accedit, tota atra præterquam in aluo (quæ compacta & crassa est) vbi tribus, quatuorue lineolis, seu circulis cinereis transuersim secatur. Alæ amplæ, & duplo ferme toto corpore longiores, in extremo albicant, cætera aterrimæ. Decimaquarta vulgatis Muscæ speciem refert, sed thorax, & aluus ex cinereo viridescunt. Alæ, & pedes flauescunt. Decimaquinta Fucum, & Vespam refert; illum corporis crassitia, hanc colore, potissimum alui Hæc enim lutea est, lineis quatuor transuersis nigris insignita: per quarum medium linea alia eiusdem coloris recta percurrit. Pectus pariter subluteum, & maculis item duabus nigris vtrimque decoratur. Caput in medio lutescens linea quædam nigra transit. Oculi sunt fusci. Antennæ admodum exiguæ. Pedes lutei, in extremitatibus quodammodo subnigri. Decimasexta ex caninis maioribus est. Oculos rubros, magnos, prominentes linea alba interstinguit. Pectus cinereum est, sed tribus lineis rectis, albis, distinctum Aluus quadrangulis fuscis, albisq; inuicem alternatim subeuntibus varia, latrunculorum lusum repræsentat. Ipsa tota in prona parte ex cinereo ad fuscum tendit. Decimaseptima exigua est, & nigra, Musca vulgatis forte nondum adulta. Apem quodammodo refert decimaoctaua. Al-

uum luteam, & piloſam linea quædam nigra ſuperne à pectore ad extremitatem protracta recta percurrit. Pectore eſt nigro, capite albo, oculis fuſcis extuberantibus. E media fronte cornicula breuia, & apicibus rotundis insignita emittit Alas ſubluteas, & ſplẽdidas habet. Anus niger eſt, & hirſutus; cætera luteſcunt, præter pedes, qui nigricant, præterquam in extremo, vbi albicant Decimanona toto corporis habitu vulgares refert, ſed magnitudine inter maiores, & minores ambigit. Vigeſima eadem magnitudine eſt tota fere atra. Alæ maculis fuſcis colorantur. Neque ab his diſcrepat magnitudine vigeſimaprima hirſuta, pectore nigro, aluo rufa, ſed ſupine nigris notis ad podicem vſque nigrum item continuatis variegatur. Alæ fuſco maculantur Vigeſimaſecunda maioribus congener, tota penitus cærulea eſt. Vigeſimatertia vulgaris domeſtica eſt, nulli non nota. Vigeſimaquarta coloris eſt ſpadicei auti adinſtar rutilantis Vigeſimamquintam, quæ vltima eſt in hac ſerie, totam penitus auream alę argenteæ cohoneſtant.

Decimanona
Vigeſima.
Vigeſimaprima.
Vigeſimaſecunda.
Vigeſimatertia.
Vigeſimaquarta.
Vigeſimaquinta.

Quæ in tertia tabula depingitur priori loco, patuula eſt, corpore exili, capite albo, antennis proceris, pectore nigro, aluo rubente. Hac aliquanto maiores ſunt duæ ſubſequentes pulchræ admodum, & valde ſimiles. Prior capite, & thorace, pedibuſq; eſt cæruleis, corniculis oblongis, alis luteis, aluoque inter rubrum, & luteum ambigente. Quæ poſt has in eadem ſerie quartum, & quintum locum obtinent Veſpæ quodammodo ſpeciem præſeferunt, quamquam minores ſint, antennis pariter inſtructæ, capite & pectore fuſcis, aluo, & alis luteſcentibus, his intenſius, illis obſcurius. Sexta corniculis adeo breuibus, vt carere eis videatur. Corpus totum annulis aureis, & nigris alternis variegatur. Alę auro & argento miſtis reſplendent. Septima ex iis eſt quas Tauanellos vulgus vocat, longa proboſcide, breuiſſimis corniculis prædita, thorace obſcurius, aluo dilucidius luteſcente, alis argenteis Octaua ex maiorum numero eſt; tota penitus viridi colore obſoleto veſtitur, ſed caput rubet: alæ albent. Nona eadem videretur niſi multo gracilior, & minor eſſet. Decimam quoque ex Muſcarum genere iudicaui. In ore promuſcidem habet valde longam, & bifidam. Capite eſt rufo, & hirſuto, antennis exiguis, corpore toto plano, & depreſſo, colore aterrimo, & ſplendido inſtar holoſerici: alis longiuſculis, quæ in parte externa nigreſcunt, in interna argentum referunt. Totum corpus ſupinum admodum hirſutum & piloſum eſt, in medio nigricans, ad latera albicans. Pedibus eſt flaueſcentibus, hirſutis. Alæ tametſi flaueſcant, ſi Soli obuerſentur, argento ſplendent. Muſciforme Inſectum, quod vndecimo loco exhibetur, libuit appellare, quod proboſcide, capitis, & pectoris conformatione omnino Muſcam referat. Caput nigrum eſt thorax item niger; viridis in dorſo macula longa: aluus valde longa, deorſum inflexa, & acuminata, ferruginea, & maculis atris ſupine per longitudinem ductis, Crura item ſunt ferruginea. Duodecimo ordine depictum Inſectum; Muſciforme quoq; dici poteſt. capite craſſo ferrugineo, pectore, & aluo oblongis, anguſtis, colore viridi, alis albis, nigris fibris intercurrentibus, & pedib. ſubflauis. Tertium, & decimum Inſectum aluo pariter eſt admodum procera; colore modo nigro, modo croceo luteſcente diſtincta, tenui, & in extremo obtuſa. Alæ latiuſculæ ſunt, argenteæ, breues. Per tergus luteum fuſca linea deorſum tendit. Caput nigrum, ceruix lutea, antennæ perbreues, perbrenes item pedes, qui cinerei ſunt Iam vero decimaquarta in hoc ordine elegãs Muſca eſt, alas habens plane argenteas, caput nigrum, nigras item, & ſubtiliſſimas antennas, oculos flauos: cætera viridia præterquam in ſuprema aluo, vbi elegantiſſimo miniaceo colore inſignis eſt. Decimaquinta exigua eſt, at longis proportione alis, iiſq; fuſcis Tota ipſa candicat Caput rotundum eſt, exiguum; aluus hirta. Decimaſexta Muſcula eſt omnium minima tota aterrima, alis albis longiſſimis pro corporis exilitate. Decimaſeptima alis pariter longis, & totam cooperientibus prædita eſt, corpore fuſco, & nigro, ſuperius vario, pedes habet poſteriores valde longos, longas itẽ antennas, eaſque nodoſas, & flexiles. Decimaoctaua tota eſt coloris fuſci, corpore exili, breuiſſimis autennis Decimanona alis, & aluo coloris aurei ſplendidiſſimi, longiuſcula, pectore fuſca. In capite puncta duo haberlutea, antennas nigras, in exttemo obtuſas. Vigeſima capite eſt nigro, antẽnis breuiſſimis nigris; alis argẽteis, cætera ex cæruleo viridis. Quæ penultimo loco picta eſt, ſimilis eſt ei, quæ in ſecuuda tabula depicta eſt ſexto ordine, ſed craſſior, & elegantior, nigra, & luteis annulis: alis item proceris ex luteo ad caſtaneum vergentibus, capite nigro, rotundo, vnionem nigrum æmulante, antennis breuibus, qua capiti inſerunrur, admodum tenuibus, in extremo craſſis, & obtuſis: pedibus, longis; ſubflauis. Poſtrema ex Tauanellorum vulgo dictorum genere eſt, ſed inſolenti aſpectu, quo ranam, bufonemue quodammodo æmulatur. Corpore eſt procero, craſſoq; colorib. nigro, & flauo variegato. Oculis nigris, amplis, & obtuſo tinctu ranam bufonemue (vt dixi) exprimente. Antennis caret. Pedes ſunt breuiſſimi. Alę longitudine aluũ excedũt, & latitudine: color iis aterrimus.

Prima in tertia tabula.
Secunda, & teria.
Quarta, & Quinta.
Sexta.
Septima
Octaua.
Nona.
Decima.
Vndecima
Duodecima.
Decimatertia.
Decimaquarta.
Decimaquinta.
Decimaſexta.
Decimaſeptima.
Decimaoctaua.
Decimanona.
Vigeſima.
Vigeſimaprima.
Vigeſimaſecunda.

LOCVS. VICTVS.

a L. 1. Hiſt. cap. 1.

ARiſtoteles *a* Muſcam inter ea animalia recenſet, quæ domicilia ſibi comparant. Sed non ita id accipiendum eſt, vt in iis morari eas continuo putemus: nam animal eſt inquietum, uec manet in certo firma tenaxque loco. Vnde Lucianus magnus Muſcarum encomiaſtes, tugurium, ſeu nidum non vno in loco conſtituere ſcribit, ſed errabundum volatum tollere more Scytharũ, & vbi à nocte deprehenduntur, ibi & domum, & lectum facere vbicunq; terrarum reperiuntur, & nullus pene locus datur, in quo Muſcas non ſit reperire, niſi ſit quod eas interimat, ſicut de metallorum fodinis *b* Plinius ſcribit his verbis: Omnium vero metallorum halitus noxius ſentitur, & peſtilens Muſcis, & Culicibus; quamobrem non ſunt ea tœdia in metallis. *c* Lipſius Muſcas, leuibus politiſq; non diu inſidere tradit, quod his minus, quã ſcabris adhærere queant. In Creta mons eſt Carina nomine IX. M. paſſuũ ambitu, intra quod ſpatium, teſte, eodem *d* Plinio non reperiuntur Muſcæ. Idem quoq; tradit Romæ in ędẽ Herculis in foro boario, nec Muſcas, nec canes intraſſe. Et vt Apollonius narrat in Papho inſula nulla Muſca per fores Veneris ingreditur. Mirum vero etiam eſt, quod refert *e* Cranzius his verbis: Luderi comitis Hermanni Saxoniæ inferioris ducis filij vxor Emma multa bona contulit in Eccleſiã Bremenſem. Inter alia, quæ donauit auri, & argenti, & lapidum pretioſorum donaria fertur ciuib permiſiſſe pratum non longe ab vrbe feraciſſimũ, cuius vſq; hodie illa præcipue eſt indulgẽtia, vt nullis ibi pecora Muſcis, nullis Crabronibus, aut Veſpis vexentur. Id referunt in merita eiuſdem venerabilis Emmę. Præterea Venetiis, vt refert Cardanus, in quandã domum non ingrediebantur: cuius rei cauſam vatiis rationibus inueſtigare conatur; quas omnes longa oratione confutat *f* Scaliger cuius verba, & præterea alia multa doceãt, huc ſpectantia libẽter adſcribo. Domũ, inquis, fuiſſe Venetiis, in quã Muſcæ nõ ingrederentur. Eiuſce rei cauſam diſquirenti tibi neceſſe fuit, multa monſtra confingi. Siue inquis in ſublimi poſita, & valde perflata. Quaſi neſcias, in lacunis totã illã mirabilẽ ſedere molẽ. Quę loca, ferunt, tot ſcatere Muſcis, tot feruere Culicib. vt infeſtas faciant illæ diurnas negotiationes, hi nocturnas quietes. Aliorſum igitur lembum dirigis. Aut quia, inquis, ferro, & marmore rigens. An ædes ferreæ, vel Venetiis, vel alibi ſint, id quoq; me latet. Illud in memoria habeo: in armis noſtris, iiſque nitidiſſimis muſcerdæ non parum, non ſemel inuentum: totidemque plagis armigeros pueros luiſſe pœnas. Templorũ quoq; marmora to ta pæne Muſcis operta interdum ſunt. Quin & ſuper cucurbitas ſtantes obſeruaui: quatum ſucco arceri prædicant. Tum quod ais; haud fere metalla attingere, quia non facile his hęreant, non admittendum eſſe pro cauſa, qua Muſcę nõ inuolarẽt: redarguẽt homines, qui ibi intus erant, ad quos illæ, non enim erant ænei, aduolaſſent. Ad hęc omnino aliud eſt: Muſcas non ingredi, aliud non immorari. Poſtremo nullius formę, ſtructurę, materiæ, ſitus ædes inuenias in ea ciuitate, quæ ſingulari prærogatiua differãt ab aliis ædibus omnibus propter quæ priuilegia Muſcæ ab illis, non à cæteris debeant abſtinere Bellum cõmentum. Addis nũc, olim abſumptas incendio, non extare. Cardane qui tibi dederũt ouum hoc abſorbendum, gallinam ſuſtulerunt, ne illi modum obiiceres ſaporẽ. Adiungenda eſt huic lucubrationi iucunditas. A mago cattiterinam lamellam ad arcendas Muſcas conflatã vidimus aliquando, ſed non ſineriſu. Etenim ſpectantibus nobis ad eam depoſitam pro feneſtris extemplo aduolãs Muſca, illico aluum ſuam exonerauit. In Herculis ędę canes non ingreſſos, & in veſtibulo ſepultum, aut appoſitum fuiſſet quippiam, quod refugiant canes. Quare non & aliquid tale in illiſce ædibus aduerſus Muſcas cumminiſcebare. Saltem è Plinio eſſes aliquid mutuatus. An exemplorũ te pigere poteſt, qui exemplis veteris? Legiſti in Gellij noctibus, Scipionem in Capitolini Iouis cella etiam noctu iritantem canes non latraſſe? De baſilici corio diceres aliquod, quod appenſum eſſet in Dianæ templo: propter quod nulla hirundo introuolare auderet? Plinius neq; Muſcas neque canes in forum Boarium ingredi quorum neutrum ferreum eſt. Hæc omnia, itaque Scaliger. Quanquam vero omnia fere loca abundent Muſcis, tamen calidæ & exuſtæ regiones in primis, Muſcis ſcatent, vt Apulia, vbi tam numeroſæ ſunt, vt cum quempiam à magno aliquo numero deſiderari contiugat. Muſcam in Apulia periiſſe nõ minus facete, q̃ apposite prouerbialiter dicamus, & magnam aliquam multitudinem ſignificaturi cũ Apulię Muſcis comparemus. *a* Hieronymus Mercurialis à Strabone memoratum eſſe ſcribit, Hiſpanis eſſe peculiarem Muſcarum multitudinem, eamque ſæpe comitari peſtilentiam, adeo vt Romani interdum in Cantabria aliquos conſtituere ſint coacti, qui Muſcas venẽtur, & pro numero captarum, mercedem ſoluere. Ita nimirum Strabonis locum Mercurialis reſtituit, μυιῶν, id eſt, Muſcarum, non μυῶν, id eſt, murium (vt alii legunt) ſcribendum eſſe aſſerens Cui vt ſubſcribam, facit *b* Plinii authoritas, qui ſcribit ab Eleis Myagrum deum Muſcarum inuocari ſolitum, cum nimia multitudine peſtẽ inferrent. Refert *c* Bellonius, dum per Ægyptum iter faceret, Muſcarum apud pyramides tam magnam fuiſſe frequentiam, vt aer illarum volantium murmure reſonaret. Quod cuenire exiſtimauerim, tum ob regionis feruorem, tum ob ſepulchrorum copiam. Innumera enim ea ibi eſſe idem Bellonius tradit. Quid mirum? carnium enim, & cadauerum præcipue ſunt auidiſſimæ vnde ad lanienas, & carnificinas vndique confluunt, mactatis animalibus inhiantes, & inſidiantes. Quod quantopere faciant, innuit Achilles apud *d* Homerum, timens ne Patrocli cadauer deformẽt, cuius hæc ſunt ad Thetidem matrem ſuam verba.

b Lib 34. cap. vlt.
c Lib. 2. de Conſt. c. 19.
d Lib. 21. cap. 14.
e Lib. 4. Saxon. cap. 29.
f Exercit. 246. 4.
Ridiculũ de mago, & Muſca.
Muſcam in Apulia mori quid ſignificet.
a L. 4. var. lect. c. 14.
b Lib. 10. cap. 27.
c L. 2. Obſer. cap. 4.
d Lib. 19. Iliad.

Νῦν δ' ἤτοι μὰν ἔγωγ' ὀρνύξομαι ἀλλὰ μάλ' αἰνῶς
Δείδω μὴ μοι τοῦφρα Μενοιτίου ἀλκιμον υἷον
Μυῖαι κοιδύσαι κατὰ χαλκητύπας ὠτειλὰς
Ἐνλὰς ἐγγείνωνται, ἀεικίσσωσι δὲ νεκρὸν
Ἐκδ' αἰὼν πέφαται, κατὰ δὲ χρόα πάντα σαπείη
Nunc certe quidem ego armabor, sed valde graniter
Timeo, ne mihi interea Menœtii forte filium
Musca ingressa in impressa ære vulnera,
Vermes generent, deturpentq; cadauer,
Vita autem interfecta est inq; corpore toto putrescat.

Cui statim respondens Thetis mater pollicetur se illud defensuram à Muscis:

Τοῦ μὲν ἔγω πειρήσω ἀλαλκεῖν ἄγρια φῦλα
Μυῖας, αἳ ῥά τε φάτνας ἀρηϊφάτους κατέδουσιν
Ab hoc quidem ego conabor arcere improba examina
Muscas, quæ viros bello necatos comedunt.

Quo in loco Spondanus Muscas cadauerũ esse appetentissimas ait hanc ob causam; quia humidis nutriuntur, & lubentissime viuo cruore, & carnibus pascuntur. Neque alia de causa Euronymum quendam inferorum deum, qui mortuorum carnes deuorare dicebatur, ita, vt nuda relinqueret ossa, colore inter cæruleum, & nigrum medio, quales sunt præsertim Muscæ, quæ carnibus insident, pingi solitum puto, nisi vt ostenderent ipsum, non secus, ac illæ faciunt, auidissime mortuis carnibus vesci. Muscæ sunt præterea aliarum rerum dulcium appetentissimæ, præsertim lactis, ad quod quanta copia vndique cõfluant, demonstrauit idem *e* Homerus, Græcos tanto numero Troianis bellum machi-
e Li. 2. Iliad. Græci Mu-
scis, vt cõparati. nari scribens, quanta multitudine Muscæ ad mulctras verno tempore aduolant: canit autem:

Ἕστασαν δ' ἐν λειμῶνι Σκαμανδρίῳ ἀνθεμόεντι
Μυρίοι, ὅσσα τε φύλλα καὶ ἄνθεα γίγνεται ὥρῃ
Νύσσε Μυιάων ἀδινάων ἔθνεα πολλά.
Αἵ τε κατ' αὐθομάτου πεπαμένῃσι γάλακτος
Ὥρῃ ἐν εἰαρινῇ, ὅτε τε γλάγος ἄγγεα δεύει
Τόσσοι ἐπὶ τρώεσσι καρηκομόωντες Ἀχαιοὶ
Ἐν πεδίῳ ἵσταντο ἀφραδέες αἰματόεντες.
Steterunt autem in prato Scamandrio florido
Infiniti, quotq; folia, & flores gignuntur tempore
Veluti Muscarum frequentium gentes multæ
Quæ in stabulo pastorali errant
Tempore in verno; quando lac vasa madefacit,
Tot contra Troianis conati Achiui
In campo stabant disrumpere prompti.

a Lib. 16. Iliadi Troiani, & Græci Muscis similantur. Eadem similitudine rursus alibi vtitur, vbi Troianos, & Græcos pro *a* Sarpedonis cadauere decertantes, & circa id vndique numeros è confluentes inducit:

Οἱ δ' αἰεὶ ὑπὲρ νεκροῦ ὁμίλεον, ὥς ὅτε Μυῖαι
Σταθμῷ ἔνι βρομέωσι περὶ γλαγόεσσας κατατέλλας
Ὥρῃ ἐν εἰαρινῇ, ὅτε τε γλάγος ἄγγεα δεύει,
Hi autem semper circum cadauer versabantur, vt cum Musca
In tugurio susurrant lacte plenas ad mulctras
Tempore in verno; quando lac vasa madefacit.

Vt mel amant. Pari ratione ad mel conuolant, & præ nimia auiditate in illo suffocantur: quamobrem *b* Plinius signum balsami melle adulterati ponit certissimum, si multum à Muscis infestetur. Idem tamen *c* Plinius alibi pro re mira mel in Catina monte natum nusquam à Muscis attingi scribit; & hoc experimento singulare medicamentis eligi. Idem de Attico melle, si recte memini, tradit Tzetzes idque euenire; quod Attica thymo abundet, ac si illo odore fugarentur Muscæ. Muscam inquit Michael Glyca, qui hoc quoque repetit, Attico melli insidere. Nam thymo Atticam abundare videmus; cui herbæ, vt plurimum Apes Atticæ insident, quo fit, vt „ mel Atticum etiam odorem habeant acrionem. Idcirco melli „ Attico tanquam sacro, Muscæ non insident; sed vt maxime cum „ strepitu circumuolent, ab direptione tamen laborum Apis Atticæ arcentur. Contra sphondylio maxime delectantur, quod innuit nobis *d* Plinius eius succum, cum exprimitur, integri iubens, ne in eum inuolent Muscæ. Præterea omnibus fere edulijs insidiantur, aduolando omnia gustant, omnia liguriunt, maxime, vt dixi dulcia *e* Varro ligurire Muscarum proprium esse ait, quod est, teste Budæo paulatim ore commanducãte aliquid gustu suauе. Hanc Muscarum in omne ciborum genus auiditatem elegantter admodum innuit Lycophron; eas ἐδάπτας, idest, voraces & helluones appellans; ostenditque id quoque Lucianus his verbis: „ Et quanquam ociosa & remissa est Musca, vescitur tamen „ quæ laborantur ab alijs, & plena est ei vbique mensa Nam ipsi, „ & capræ mulgentur. & Apis non minus Muscis laborat, quam „ hominibus; atque huic coci obsonia condiunt, & degustant „ antequam ipsi reges, deambulansque per mensas, vna cum ipsis „ conuiuatur, & simul vescitur omnibus Idem author paulo ante scripserat Muscam conuiuam, & contubernalem, & commensalem hominum esse, degustare omnia præter oleum: mortem enim hoc ei afferre epotum. Sed cur oleum Muscis sit exitiosum, alibi docuimus.

b Lib. 12. cap. 25. Balsamum melle adulteratur.

c Lib. 21. cap. 14. Mel à Muscis intactũ

**In Annal.* Sphondilio delectãtur.

d Lib. 26. cap. 6.

e Lib. 3. de rust. c. 16.

Muscæ prerogatiuæ.

Ex oleo mors.

SONVS. VOLATVS.

CVr sonum, non vocem Muscæ edant, nec non Insecta omnia, ratio reddita est à nobis in prolegomenis; eaque potissimum ex Aristotelicis monumentis deprompta, nimirum sonum reddere, intus meante spiritu (vt Plinius loquitur) & incluso sonante: dictumque ibi à Proclo Diadocho Cicadam dici canere seipsam sub alis atterendo: neq; aliud dicere vult Suidas, Muscas, inquiens, cum alis aerem feriunt, sonare: vbi vero constiterint, sonare desinere. Idem habes apud Ariostum.

Cicada, vt canat.

Soglion con rauco suon di strido l'ali
L'impronte Mosche.

Sonum autem duobus modis fieri in Muscis, docet etiam Albertus; cuius opinionem, cum illic non posuerim, hic inserere non piguit. Strepitus autem, inquit, & sibilus omnium istorum (In„ sectorum) est per telam, quæ est sub pariete diaphragmatis, in loco, vbi cingitur, tanquam abscissa sint corpora ipsorum. Sic „ enim sonant Muscæ, & Apes, & omnia huiusmodi. Ista etiam „ faciunt strepitum volando, & alas extendendo, percutiendo ae „ rem cadentem inter alas eorum, & ideo continue sonant, dum „ volant. Et illum quidem continuum sonum non faciunt, nisi „ modo dicto, sed quando capta tenentur, etiam præcisis alis so- „ nant alio sono, & aliquando sonum non faciunt, in ore spiritu „ exeunte, sed potius sub diaphragmate per modum, quem dixi- „ mus, Hactenus Albertus. Et reuera cum veritatis indagandæ „ gratia Muscis aliquot alas amputassem, protinus diuersum sonum edere obseruaui ab eo, quem volantes edebant. Quamobrem sonum; qui fit in ipso volatu, ex vtroque constare crediderim, eum vero qui fit attritu aeris interioris, maiorem in volatu effici, quod tunc, vt ait Aristoteles, se attollant. & contrahant, quo diuerso motu maiorem aeris copiam ad interiora attrahentes ad se ptum transuersum allidant: & in quiescentibus nullum audiri, quod tunc sese non contrahant, aut attollant, ideoque aerem ad partes internas thoracis non attrahant, quem istiusmodi soni causam statuimus esse. Lucianus Muscarum volatus qualis sit expressurus, istius quoque soni eodem in loco meminit his verbis. Est „ illi volatus non continuo pennarum remigio, vt Vespertilioni- „ bus; neque saltu, vt Locustis, neque cum stridore; vt Vespis, & „ Crabronibus: verum flexilis, ad quancunque aeris partem se „ moueat. Adde, quod non volet quiete, & cum silentio, sed cum „ cantu, & melodia, non item immite; & sæne, quemadmodum „ Culices, & Muscellæ; neque cum graui fremitu Apum. & Ve- „ sparum, horribilem ostentans sonum, & minacem: sed tanto „ volat his suauius Musca quanto sunt tuba, & cymbalis tibiæ „ dulciores Et alibi rursus. Luce, inquit, plurimum gaudet, & in „ hac ciuiliter versatur: nocte vero quiescit, & silentium agit, & „ neque volat, neque cantat. sed contrahirse, & non mouetur. Non recta volant ob caudæ defectum, qua volatus dirigitur, vt suo quoque loco diximus.

Sonum duplicitер fieri.

a Li. 4. Hist. cap. 9.

Muscarum volatus cum sono.

Non recta volant, & cur.

COITVS. PARTVS. GENERATIO.

MVscas; vt reliqua Insecta coire dictum est ex Aristotele, fæminas scilicet in marem sursum immittendo genitale membrum. Quæ hic breuiter ex Scaligero repetam. Gignendi autem, inquit, ratio non vna. Nam sine coitu nonnulla, affricatione, „ vt piscium multi: alia seminis immissione, vt equi in equam: a- „ lia per receptum membrum, vt Musca. Recipit enim mas fæmi- „ næ membrum in se, quo illa semen quærit, aut seminis aliquam „ vim. Muscæ moram trahunt in coitu, coeuntesque sæpe vo- „ lant, mare fæminam superueniendo, vt Lucianus meminit his „ verbis: Coitus vero, & venereorum, & nuptiarum est ipsis mul- „ ta libertas, nec vt Galli, cum mas inscenderit, statim resilit, sed „ vehitur à fæmina diu, fertque illa sponsum, conuolantque nec „ aerium illum coitum volatu destituunt Idem Lucianus de coi- „ tu Muscarum maiorum, illud esse ait admiratione dignum, quod mas fæminam, fæmina item marem ineat, conscendantque vicissim, & Mercurij, & Veneris filius, qui mista natura fuit, & duplici forma. Aristoteles, vt vertit Gaza, ipsas hyberno tempore coire, & serenis austrinisque diebus enasci tradit, vtpote quæ condere non soleant. Sed Muscas hyeme cetnere pro miraculo quodammodo habetur, tantum abest, vt tunc coire eas mihi persuadeam. Quare omnino aliud mihi dixisse videtur philosophus, sed Gaza eum non est assecutus, pro χείμων hyemem transferens, cum & tempestatem, & tempus pluuiosum significet, quo Muscas coire verisimile est, quia vagari hincinde non possunt. Ex huiusmodi coitu gigni quidem animalia alibi tradit, sed non similis naturæ, nimirum genus quoddam Vermiculorum, ex quibus postea fiunt Muscæ. At non solum coeundo Vermiculos eos generant Muscæ, sed etiam quæ ex putri nascuntur, prius Vermiculi fiunt. Duplex enim ortus, ex coitu, vt ex philosopho diximus, & ex putrescente humido, aut sicco, vt idem scriptum reliquit, De ortu Vermiculorum, & ex illis Muscarum idem Aristoteles hæc nobis prodidit Muscæ ex Vermiculis simi digesti in partes gignuntur: quamobrem, qui eo fungunturmunere, contendunt reliquum simi promiscuum discernere, etiam confectum concoctũque esse simum confirmant. Principium autem vermiculorum ipsorum exiguum est, quod primum rubescit; atque ex immobili quasi hærens adhuc fibris moueri incipit; mox Vermiculis immobilis redditur, qui cum postea motus est, rursus immobilis fit: demumque generat Muscam, quæ flatus, aut solis beneficio moueatur. Scaliger eiusmodi generationem perfectiorem esse scribit, quam quæ fit per oua: nam cum dixisset, non in omni animalium genere è semine ilico animal fieri, sed quoddam medium, hoc medium, inquit, est duorum modorum, vnum est perfectius, vt Vermicoli Muscarum soboles, è quibus fiunt Muscæ: alterum imperfectius, vt oua. Agnouit in Muscis vtramque hanc generationem Lucianus, inquiens: Nascitur autem non statim talis, sed Vermis ab initio, vel ex alijs animalibus, deinde sensim, & pedes effert, & producit alas, fitque volucris, & concipit patuum Vermem, qui Musca fit postea. Cum itaque Vermiculorum generantium Muscas, duplex (vt ostendimus) ortus sit, vel ex coitu earum, vel ex putredine, quærat quis ex qua potissimum putredine Vermes procreentur. Sunt qui tentur partim ex fructibus corruptis, & animalium cadaueribus, partim ex corruptione aeris fieri,

Aristoteles ebrigitur.

Muscæ oĩs nascuntur ex vermib.

Muscæ ex qua putredine oriantur.

g *Lib.15. Metam.* Ex cadaueribus maxime naſci.

fieri, vt declarat g Ouidius; præcipuam tamen materiam earum terram eſſe. Ego ſicut ex quacunque fere putri materia Muſcas oriri poſſe non renuo, ita ex hominum in primis cadaueribus gigni aſſerere non vereor, nonſecus ac ex tauròrum carne putreſcente ceu re maxime apta Apes erumpere ſupra docui.

INGENIVM. MORES. *ſenſus.*

a *Lib.2. cap. 29.* b *Lib.7. cap.19.* c *In vita Moyſis.*

HÆc ſunt potiſſimum, ob quæ male audit ipſa Muſca, audacia, feritas, importunitas, ingenium diſciplinam non admittens obliuio. *a* Ælianus eam ait eſſe audacem ad omnia, & *b* alias Muſcam, & canem animalia vocat impudentia, ac importuna: neque enim cedere, neque repelli velle. Idem tradit *c* Philo Iudæus, ſed priuatim de Muſca canina, vt rectius eadem vitia exprimeret. Cui (Cynomiæ) veram, inquit, appellationem impoſuerunt peritiores nominum, vt erant ſapientiſſimi, compoſitum ex duobus impudentiſſimis animalibus, Muſca & cane. Altera vincente omnes volucres temeritate, altera omnes terreſtres quadrupedes. Accurrunt enim intrepide, & ſi quis arceat, non cedunt peruicacia, donec ſatientur carnibus & ſanguine. At Cynomyia particeps amborum audaciæ, mordax & inſidioſa eſt. Nam è longinquo cum ſtridore in teli morem, magnoque impetu aduolat, infixaque cuti hæret pertinaciter. Et reuera miram dixeris Muſcarum audaciam, nedum dicam temeritatem. Ecquid enim tam ferum, tam magnum, tam robuſtum animal, in quod morſus ſuos dolorificos non inferat, quod non exagitet ſine vllo metu mortis? Atque hæc eius eſt quoque impudentia, vt pulſa non obediat, ſed mox obliuioſa reuertitur, & rurſus acrius, quàm fecerat antea pungit. Adeo vt multa aduerſus eam animalia arma dederit ſagaciſſima natura, vt equis, & bobus caudam longiſſimam, & mobiles aures quibus Muſcas infeſtantes pellerent, nec non ipſis hominibus manus, quos profecto miro modo vexant, nullam commodorum ipſorum rationem habentes, ſiue loquantur, ſiue dormiant, ſiue bibant, ſiue edant, ſiue legant, ſiue ſcribant. ſiue quid aliud agant, operenturue, parata ſemper aſtat, vt in faciem inſiliat eorum, infeſta, importuna, incommoda, nulli rei niſi faſtidio, de ſe concitando idonea. Hinc apud *d* Ciceronem ridicule dictum de moleſtiſſimo iuuene, Abige Muſcas puer. Hinc Platonicus vir Ænæas ſummæ integritatis philoſophus, dum Euxitheum introducit Theophraſti commenta deludentem, qui dictitabat, animas relicto humano corpore, id genus bruta ſectari, eisque inhærere, quorum opera vitæ fuerint imitati, vt hyperbolum quendam impudentiæ notaret, inquit, Muſca item hyperbolum trahet: quippe par fuit vtriuſque impudentia. Ea tamen improbitas pertinaciſſima, quia nunquam rebus quietem eſſe ſinit; tanti fuit, vt inter prælia deorum, grauiſſimasque res poetarum principem Homerum illexerit ad eius pertinaciæ perſeuerantiam demonſtrandam, qua feroxhoſtis inſultat hoſti, neque moratur, neque requiem dat vllam. donec vulnus inflixerit, & audaciæ confidentiſſimæ munus executus fuerit Idem Homerus Aiacem faſtidioſum, moleſtum, & quemcunque probris inceſſentem Muſcæ aſſimilauit, quæ modo hunc inceſſit, modo tactu fœdo alium infeſtat, quod tamen Homericum probrum Lucianus, vt erat ingenij feſtiuiſſimi, ad laudem Muſcæ contraxit; tanquam multiſcius Homerus illam baroni, & Satrapi inclytiſſimo Aiaci comparauerit. Temeritas vero Muſcarum in eo eſt, quod ab ijs, à quibus ſibi ſæpe vitæ periculum imminet, vitare declinateque neſciat. Maximo enim numero ſeſe in lac, mel, vinum, aliosque cõſimiles humores temere præcipitant, & miſere moriuntur. Quin nec animalibus parcere ſolent, à quibus alias ſibi plurimum cauere deberent: ſicut in primis ab hominibus, qui varijs modis eas occidunt. Elephantos vero etiam inuadunt non impune. Nam licet breuem habeant caudam, qua ſe aduerſus Muſcas tueantur, natura prouida pellem ijs dedit rimis pertuſam, ad quam, cum illæ aduolant, elephanti cutem conſtringentes, eas in ijs rimis perimunt. Iam vero feras eſſe, & indõciles, meminit Plutarchus, duo eſſe tradens animantium omnium, quæ noſtro vtuntur conſortio, Muſcam & Hirundinem, quæ nulla queunt arte cicurari. Vult tamen Plutarchus Hirundinem, quam Muſca magis feram eſſe, eo argumento, quod Muſca ne moleſti quicquam patiatur, prehenſa horreat, cum Hirundo ſuapte natura hominem oderit. Quam modo ſint immemores, ipſæ produnt, dum loco pulſæ ſtatim redeant, velut repulſæ immemores. Sed videndum nunquid tam fluxilis memoriæ naturalis ratio dari poſſit. Conſtat inter animantia memoriæ facultate pollere ea in primis, quibus purgatior, abſolutiorque imaginatio eſt, cuiuſmodi pernoſcuntur eſſe Apes, & Columbæ; vt contra obliuioni obnoxia, quibus vis ea offenſior turbulentiorque eſt, ſicuti vſu venire Vermibus liquet, & Muſcis. Siquidem in ea parte animi ſtatuenda memoria eſt, in qua imaginationis potentia viget. Sunt modo etiam in Muſca, & ſingulares, & laudandæ animi dotes, quas ſic ſere Lucianus proſequitur. Non paruam eſſe eius intelligentiam queo dicere, cum insidiatorem, & hoſtem ſuum Ataneum effugiat. Inſidiantem enim, & obſeruat, & contra intuetur, declinans illius impetum, ne capiatur irretita, & in beſtiolæ incidens caſſes. Fortitudinem enim, & robur ipſius non oportet dicere, ſed Homerus poetarum maximus, cum quæreret, quonam modo laudaret heroem optimum, non leoni pardoue, aut apro comparat robur illius, ſed audaciæ Muſcæ, & intrepiditati, & conatus magnitudini: neque enim audaciam, ſed fiduciam eſſe illi refert. Quanquam eſt,

Cynomyia cur illaudetur.

Muſcæ mira audacia.

Vt homines vexẽt.

d *Lib.2. de Orato.*

Muſca inter prælia deorũ cur recẽſeatur.

Aiax cur Muſcæ aſſimilatus.

Muſcæ temeritas.

Elephanti vt Muſcas occidant.

Duo animalia indocilia quæ.

Muſcę cur obliuioſæ.

Memoriæ locus.

Muſcæ laudes.

A (inquit) repulſa, non deſtitit tamen, ſed eſt appetens morſus: Sic autem laudat magnopere Muſcam, & amplectitur; vt non ſemel, neque paucis in locis de ea meminerit: ſed ſæpe exornat ſic carmina commemorata Muſca. Nunc enim gregarium eius volatum ad lac exponit: nunc autem Mineruam curanti matti dormientem infantem comparans, quando à Menelao telum repellit, ne ad lethalia loca incidat, Muſcam rurſus ducit in exemplum. Atqui pulcherrimo eius adiectiuo ornauit, cantatrices confertas appellans, & cum gregem earum gentem vocat. Sic autem fortis eſt, quod mordens aliquid, vulnerat non hominis ſolum pellem, ſed & bouis & equi: elephantem quoq; mœrore afficit, in illius ingreſſa rugas, & pro magnitudine proboſcidis lacerans. Et paulo inferius Tragœdia vero magna etiam cum laude de Muſca meminit, ſicut in his: Graue quidem, & moleſtum eſt, forti robore, ſaltare Muſcam in virorum corpora, vt cæde impleatur; viros autem armatos hoſtilem haſtam timere. Hæc Lucianus. Homeri carmina, quæ ille in Muſcæ laudem interpretatur, nondum à nobis recitata adſcribam. Hic igitur deorum, ac heroum prælia recenſens Menelao inuicto, ac ſtrenuo bellatori *c* Mineruam Muſcæ audaciam immiſiſſe ſcribit: c *Iliad. L.7.*

B *Καὶ οἱ Μύιας θάρσος ἐνὶ στήθεσιν οὖτασε*
Ἥ τε κῆ ἐρεριδμὴν μάλα ἀῤῥιχαδὸς ἀνδρομέοιο.
Ἰχανάα δακέειν, λαρὸν τέ οἱ αἷμα ἀφέρπει,

Id eſt,

Et ei Muſca audaciam in pectoribus immiſit,
Quæ quamuis depulſa frequenter à corpore humano,
Appetit mordere, dulcique illi ſanguis hominis eſt.

Quem tamen locum Spondanus in alium ſenſum, quam Lucianus accipit. nam poſt adducta, quæ citauimus, Luciani verba, Euſtathius tamen, inquit, illud θάρσος per θράσος videtur interpretari. Ait enim: Ὅτι δὲ κατ' ἀναλογίαν φύσει πάντων ζώων ἡ Μύια θρασυτάτη, οὐδεὶς ἀγνοεῖ hoc eſt, quod Muſca reſpectu aliorum animalium audaciſſimum ſit animal, nullus non nouit. At Didymus in voce θάρσος, τὸ ἐπίνομον, inquit, τὸ θῆρος λέγει. ὅτι ὁ ἀποτρεπόμενος εἰς ἄλλον τόπον ἐπέχει εἰς τὸν ἄντον. Quicquid ſit, ſane Lucianus nimis hunc locum detorſit ad ſuam mentem, Nam proculdubio non indicauit robur, aut fortitudinem herois hac comparatione: quia ridiculum eſſet, vt ait Euſtathius: deinde falſum eſt illud, quod Menelaum ἄριστον τῶν ἡρώων appellat. Nam quid de Aiace? A Didymo porro diſſentio, maloque intelligere continuam illam inuadendi hoſtem proteruiam, quam Menelao Minerua dicitur indidiſſe. vt quamuis ſubinde rurſus in medios hoſtes irrumperet, vt Muſcæ ſolent, quæ paululum fugantur, ſtatim audaciſſime reuolant. Sic Euſtathio aſſentimur, qui θάρσος pro θράσος accipit Hoc Veſpis in Etyxia Platonis tribuitur. Nam mihi, inquit, Syracuſani erga nos non aliter affecti eſſe videntur, quam ſint Veſpæ; quæ ſi leuiter irritatæ prouocentur, fiunt inuictæ, donec eas aliquis aggreſſus funditus extinguat Et forſan generali Muſcæ vocabulo poeta intellexit. Hæc Spondanus, qui Muſcas Homerici encomij quoquo modo defraudare nititur. Alter locus Homeri de Minerua repellente ſagittas à Menelao; vt mater Muſcas à filio, quem idem *f* Lucianus in Muſatum laudem citat, hic eſt: f *Iliad. Li.4.*

Ἡδὲ τόσον μὲν ἔεργε δόρυ χροὸς ὡς ὅτε μητὴρ
Παιδὸς ἔεργε Μυῖαν ὅθ' ἡδεῖ λέξατο ὕπνῳ.
Hæc vero tantum quidem inhibuit à corpore, vt cum mater
A filio arcet Muſcam, quando dulci ſopitus eſt ſomno.

D Reliqua loca, quæ citat Lucianus, alibi ni fallor, recitaui. Eidem Muſca animal eſt ingenuum, & generoſum, quia ipſa in tenebris nihil operetur, ac ſi indignum putet, vt aliquid latens faciat. Lucianum in celebranda Muſca æmulatus Leo Baptiſta Albertus, encomium eius feſtiuiſſimum elegantiſſimumque edidit, in quo plurimas huius Inſecti dotes longa oratione recenſet, quem quiuis per ocium legere poterit. Quod modo ad Muſcæ ſenſus exteriores attinet, paucula hæc de guſtu apud *g* Philoſophum legimus. His guſtus omnium ſaporum eſt. Et *h* alibi. Foris gerunt velut aculeum fungoſum, & cauum, vt eo ſimul, & guſtare, & cibum trahere poſſint. Cæterum odoratu, & viſu etiam Muſcas pollere ex hoc quis haud abſurde conijciat, quod ad ea, quæ ſibi grata ſunt, è longinquo aduolent, vt ſupra de melle, & lacte dictum eſt.

Senſus exteriores.

Guſtus.

g *Li. 8. Hiſtor. cap.* 11.

h *Li. 2. cap. vltim:*

Odoratus.

Viſus.

MORES. MOLESTIA. ET ADVERſus hæc Remedia.

E QVam dolorificos morſus inferant Muſcæ; nemo eſt, qui non ſuo cum malo ſit expertus. Sed Lucianus, qui vt Muſcarum patrocinium agat, & quicquid eis probro verti poteſt, id niſi ad virtutem detorqueat, ſaltem refellat, morſus cum exiguo adinodum dolore infligere, perſuadere conatur. Atque ita per totum illud ſuum encomium ludit; non diſputat ſerio. Muſcæ autem non mordent tantum, ſed diu etiam poſt morſum corpori infixæ hærent quod *a* Plutarchus Formicarum, & Muſcarum proprium eſſe aſſerit. & Homerus, cuius verba ſupra recitaui, huiuſmodi morſus, ſagittarum ictibus comparat. Cæterum vt nunquam morſus earum eſt, ſine dolore, ita guſtato ſerpente Muſca reſte *b* Æliano, vel cum eiuſmodi quippiam attigerit, acriores morſus habet, & dolorem maiorem facit, & quod Ælianus non notauit, cum imminent pluuiæ. Pariunt præterea mille alijs modis faſtidium Muſcæ, vti luculenter, facete, & appoſite, vt ſoler, *c* Plautus le-

a *Li. de ira cohibenda.*

b *Lib. 9. de Animal. cap. 15.*

c *In Curcul.*

Lenones Muscis comparati.

tus lenones, qui nihil non fingunt, quo homines vexent, lędantq;, Muscis & aliis id genus Insectis compatat: dum ait:

Item, genus est Lenonum inter homines meo quidem animo,
Vt Musca, Culices, Pedesq;, Pulicesq;, Cimices.
Odio & malo, & molestia, bono vsuiq; estis nullo.

d *In Truul.*

Eadem ratione alibi eorundem *d* Lenonum, mererricumq; consortium quantis scateat molestiis; explicaturus, Muscis assimilat homines infestantibus, quando maxime calidum est: tunc enim abundant maxime, & maxime pungunt.

Nam nunc Lenonum, & scortorum plus est fere
Quam olim Muscarum est, cum caletur maxime.

Noxæ præcipuæ. Ne carni insideant.

Inter cæteras, quas inferunt noxas, in primis est, quod vestes, ac potissimum candidas maculis nigerrimis frequentibus, quæ difficillime eximuntur. inquinant, conspurcantq;, aut cum in carnes, quæ nobis in cibum cessuræ sunt, emissa ab aluo, proluuie multos Vermiculos exonerant. Idem facere cum pecoris vlceribus adhærent, testatur Columella. Quapropter ad fugandas ipsas diuersa excogitarunt. Sunt qui vt ad carnes non aduolent, cœpæ frustulum carnibus apponant. Sic enim arceri Muscas. Scribit *e* Mizaldus, Lupi caput, si intra domum suspendatur non ingressuras, ac inuolaturas arcere. Traditque alias ex *f* Alberto & Cardano lupi caudam alicubi sepultam, vel suspensam inde Muscas fugare. Lysimachia siue salicarica teste *g* Dioscoride acerrimo nidore, quem suffita reddit, Muscas interficit. *h* Plinius foliorum minoris sambuci decocto, si locus spargatur, Muscas arceri asserit Idem *i* Elleboro albo, trito, & cum lacte sparso præstari Vtiumque ex illo repetit *k* Ruellius: quo referente optimum gith, quam excitatissimi odoris, & quam nigerrimum Culices, suffitu occidit, & Muscas. *l* Matthiolus ex Plinio, vt videtur, ellebori albi radicem decoctam in lacte ad Muscas perimendas commendat, nam vbi, inquit, degustauerint, paulo post moriuntur. Sunt qui vbi ex cucurbitæ foliis factus est suffitus, adire Muscas negent. Similiter si cucurbitæ decocto locus conspergatur. Alii absynthio trito, & cum lacte cocto ad idem vtuntur. Quidam etiam origani succum, cum lacte, & suillo felle, & malo granato contuso ex aqua diluunt, eoq; humore solum aspergunt. Vidi qui myrti, aut aliarum huiusmodi plantarum fasciculos è tecto suspenderent, ad quos sub noctem congregatas vndiq; Muscas, tacite simul cum fasciculis in latum aliquem saccum immissas quotidie magna copia occiderẽt. *m* Beretius vt equi aliaque iumenta à Muscarum iniuriis tuta sint, hæc ,, præcepta tradidit: Laurus cum nigro veratro trita si in lacte, vel ,, passo, vel hydromelite, cum aqua maceretur, Muscas enecabit. ,, Si casiam ex oleo tritam illeueris, nullam impetent animantem. ,, Muscas si voles, nepetæ abiges odore. Item foliorum eius deco- ,, ctum respersum easdem fugat: si quantum Anatolius sentit, tibi ,, sit in animo Muscas in vnum cogere locum, in excauatum scro- ,, bem fructices rhododaphnæ tunsos coniicies, in eumque exami- ,, na vndecumque conuolabunt. Eæ dein boues, aut reliquos qua- ,, drupedes, nullo afficient tœdio, si lauri baccis ex oleo perun- ,, gantur. Cæterum Muscæ prorsus mutis (forte nullis) insidebunt ,, animantibus, quæ Leonino pingui sunt deliburæ. Porro vera- ,, trum, quod in lacte, vel sapa cum auripigmento maduit, imbre ,, respersо Muscas abolet. Si quippiam alumine, cunilaque linatur ,, trita, Muscæ nunquam adsilient. Hæc ille. *n* Africanus Muscas ,, nullam allaturas molestiam affirmat, si tritis lauri baccis, & in ,, oleo coctis veterinum illinatur. Solent enim, inquit, Muscæ ,, vulnera infestare, quas summouebimus pice, & oleo, vel vn- ,, guine mistis, & infusis. Sed si quæ partes vlceribus præoccupatæ ,, fuerint, coctam picem liquidam suillæ adipi vulneribus stillari ,, conueniet. Sed quotiescunq; mel remediis adhibetur, cauẽdum ,, erit, ne pars à Muscis infestetur Nam ad mellis dulcedinem, non ,, hæ solæ, sed Apes aduolant: quare purgatis iis, confestim adhi- ,, benda sunt linamenta cum pice, & oleo, veterique axungia, & ,, extra eodem medicamento circumillinenda Eadem ex vtroque repetit Mizaldus. *o* Columella pariter Muscas vulnera infestantes summouet pice & oleo, vel vnguine mistis Idem præstant, teste *p* Matthiolo, folia recentia cucubitæ Et vt Volaterranus scribit, fermentum cum ferri limatura mistum, Muscas, si degustauerint, occidit, nec non chalcantum suffitu.

e *Cent.* 7. *aph.* 72.
f *Memor. cent.* 8. *aph.* 92.
g *Lib.* 4. *c.* 3.
h *L.* 23. *c.* 8.
i *L.* 25. *c.* 3.
k *Lib.* 1. *de nat. Stirp. c.* 129. & *l.* 3. 138.
l *In Dios. l.* 0. *c.* 149.
m *L.* 2. *Vet. med.*
n *Ibidem.*
o *Li.* 2. *de rust. c.* 35.
p *In Diose. lib.* 4. *c.* 146.

ÆTAS.

Vitæ terminus angustus.

BReuissimam esse Muscarum vitam nulli non notum est Lucianus valde angustum vitæ terminum illis datum esse dicit & Simonides, vt rerum omnium celerrimam ostenderet vicissitudinem esse, & æuo nos nostro non oportere confidere, canit:

Homo cum sis, nunquam dixeris, quid futurum sit,
Nec inspiciens hominem, quam diu sit victurus:
Etenim celeris Musca præpetis instar, rerum fit mutatio.

Muscæ quæ viuaciores.

Cum vero Muscarum omne genus breuis æui sit, Lucianus maiores viuaciores esse tradit his verbis: Nascuntur, & maximæ quędam Muscæ, quas militares quidam appellant: nonnulli vero ca- ,, nes, sonitu asperrimæ, & volatu velocissimæ. Hæ & longissimæ ,, vitæ sunt, & rota hyeme incibatæ perdurant, contractæ præsertim, & connexæ tectis, & culminibus. *a* Cardanus calorem earũ exiguum, ac pene per hyemem extinctum nouo calore, scilicet ignis, vel quouis alio aduenientе suscitari retur, negatque tunc generari; inquit enim; Vnde etiam Muscæ magnæ verno tempore apparent, quas certum est ob perfectionem non eo tempore genitas, sed vt mortuas iacuisse; cum antea non fuerint visæ.

a *Lib.* 7. *de Var. rer. cap.* 36.

SYMPATHIA. ANTIPATHIA.

Rhododaphnem amant Antipathia cũ lupo. Cum Araneis. cũ Crabronibus

CVm rhododaphne Muscis forte occulta fuerit amicitia, cum ad eam, etiam in scrobe defossam vndique conuoleur. Contra quod domum non ingrediantur, vbi lupi caput, aut cauda suspensa sepultaue est, dixerit quis clandestinum odium inter vtrosque, intercedere. Mihi saltem ipsas Araneæ non solum capere videntur, vt comedant, sed naturali quodam insuper odio in ipsas debachari. Neque est: quod retia illa commemorem summo fabrefacta artificio, quæ vix dum natæ ad illaqueandas Muscas texunt, quando iis domus omnes, maxime autem pauperum, plenę sunt. Crabrones quoque eodem *a* philosopho teste Muscas ma ,, iusculas venantur, quas vbi ceperint, abscisso capite, reliquum ,, corpus gestantes, inquit, auolant. Cibus iis talis est: Sed & hi cibine tantum gratia, vt ego puto, aut odio, ac peculiari antipathia id fecerint, sicut an & multæ aues, & in primis hirundines (quas sine Musca viuere posse *b* Scaliger negat, adeo illis necessariam esse inquiens, vt propter illas facta fuerit) alii disputent.

a *L* 9. *Hist. cap.* 42. Cum Hirundine.
b *Exer.* 250. 3.

COGNOMINATA.

Mulier Musca dicta quæ. Corinna Musca cognominata.

DE Musca vocata muliere, quæ in huius nominis Insectum transformata est, fusius dicetur in fabulosis Corinna quoq; percelebris illa poetria Musca cognominabatur, de qua sic *a* Cælius. Corinnæ vero an obscura esse g oria potest, quæ in Lyrico ,, certamine Pindarum quoque nomen Lyricorum principem exsu- ,, perasse traditur? Eam fuisse Thebanam memorant Sunt qui Tanagræam malint Ackelodori, & Procratiæ fuisse filiã constat, ac ,, Myrtidis discipulam. Muscam quoque Lyricã fuisse cognomi- ,, natam non fere ambiguum est. Hæc ille. *b* Lucianus eiusdẽ me- ,, minit, cum ait: Fuit etiam antiquis mulier quædam cognomen- ,, to Musca, poetria per quam famosa, & docta Fuere, & aliæ duæ ,, poetrię eiusdem cognominis, quarum vna Thespiaca, quam *c* Lilius Gregor. Gyraldus eandem existimat cum ea, quam nominauit citatis verbis Lucianus. Altera ratione Spartiatis, quæ hymnos in Appollinem, & Dianam conscripsit. Fuerunt præterea aliæ mulieres, non poetriæ, Muscæ vocatæ, ex quibus vna famosa meretrix fuit; altera Pythagoræ filia teste Suida. Has quoque Lucianus ,, nominat. Et alia, inquit, (fuit cognomento Muscæ) per insignis ,, Athenienſium meretrix, de qua ait poeta comicus: Ad cor vsq; ,, eam Musca mordebat. Sic autem neque comica graria dedignata est, neque Muscæ nomen exclusit à scena; neque pudebat paren- ,, tes hoc nomine filias appellare. Tragœdia vero magna etiam cũ ,, laude de Musca meminit, sicut in his:

Graue quidem, & molestum est forti robore
Saltare Muscam in virorum corpora, vt cadis impleatur,
Vires autem armatos hostilem hastam timere.

a *Lib.* 14. *A. l. c.* 1.
b *In Musca encomio.* Muscæ poetriæ aliæ.
c *Lib.* 6. *hist. de poetr.* Musca meretrix.

DENOMINATA.

Beelzebub vt vertitur. Deus Accaron. Acor. Sacor. Myiagros

BEelzebub Cacodæmonum princeps à Muscis dictus est, vel vt D. Hieronymus verti vult, habens Muscas, vel vir Musca rum Zebub enim Musca est. Beel vero interpretatur habens vel vir, vel vetustas, vel deuorans. Beda Beelzebub vult esse Deum Accaron, nam, inquit, Beel ipse est Baal. Cur vero à Musca Beelzebub sit vocatus, rationem sic reddit Catenæ author Nulla Musca (vt asseritur) vnquam visa fuit, vbi sanguis animalium (quæ vero deo sacrificabantur) fiuudebatur: quo solent Muscæ confluere, & inde generari. Quo miraculo læti Hebræi irridebant Chaldæos, & Allophyllos, in quorum sacrificiorum loco solebant abundare Muscæ. Hinc vocabant Deum ipsum Beelzebub, id est, patrouum Muscarum &c. Cyrenaici, vt quibusdam placet, Acho- rem vocabant, Elitini Sacorem. Suntque qui eundem esse volunt, cum eo quem *a* Plinius Myiagron vocat, & ab Eleis coli scribit, ne à Muscis infestentur Inuocant inquit, & Ægyptii Ibes suas contra serpentium aduentum, & Elei Myiagron Deum, Muscarum multitudine pestilentiam adferente: quæ protinus intere- ,, unt, qua latitum est illi, die. Meminit eiusdem *b* Pausanias, vbi ,, de incolis Alipheræ vrbis ab Alipheро Lycaouis filio dicta scribit ,, Iam vero ait, & nundinas celebrant, cui deo non satis constat: ,, Mineruæ arbitror In iis nundinis vnianteomnes Myiagro rem ,, diuinam faciunt, heroemque super hostiis precati, & Myiagri ,, nomine implorato, securitatem sibi fore inter immolandum ab ,, omni Muscarum proteruitate pro certo habent. Hæc ille. Cum ,, Myiagro idem est Myiodes, cuius etiam tanquam dei Musca ,, rum propulsoris meminit *c* Plinius his verbis; Nullum animal ,, minus docile existimatur, minorisue intellectus: eo mirabilius ,, est, Olympiæ sacro certamine, nubes earum immolato tauro ,, Deo, quem Myiodem vocant. extra territorium id abiit. Eun ,, dem etiam fuisse Iouem Apomyium ex Pausania in primis appa- ,, ret, qui idem de Ioue Apomyio, id est, abactore Muscarum nar- ,, rat, quæ Plinius de Myiode. Scribit autem proditum esse Hercu- ,, lem Alcmenæ filium, Ioui proiicientem, cum Muscas abigere ,, non posset, vel quod ei tunc primum in mentem venerit, vel ,, quod tralatitium fuerit, abactori Muscarum (Ἀπόμυιον Elei appellant) hostiam mactasse, cum perlitatum esset, omnes repente Muscas trans Alpheum euolasse. Inde seruatum ab Eleis, vt ad abigendas ex Olympia Muscas, idem sacrum vsurparetur. Eadem *d* Cælius Rhodiginus repetit his verbis: Quin Hercu- lem,

a *L.* 10. *c.* 28
b *Lib.* 8.
Myiodes Deus
c *Lib.* 30. *cap.* 6.
Iuppiter. Apomyius
d *L.* 22. *ant. lect. c.* 2.

lem, inquit in Olympia rem diuinam obeuntem, cum Muſcarum multitudine inſeſtaretur, Ioui ſacrificaſſe Ἀπομύῳ protinuſque vltra Alphæum Muſcas eſſe abactas. Sed & Elei itidem Ioui Apomyio dicuntur quandoque immolaſſe. Beelzebub igitur, Myiagrum, Myiodem, & Iouem Apomyium eundem fuiſſe, tum ex relatis ſatis conſtat, tum ex ipſis etiam nominibus, quæ omnia à Muſca deducta ſunt. Quare fallitur *e* Clemens Alexandrinus, Romanos ſcribens, Ἀπομυίῳ Herculi ſacrificaſſe, cum Ioui vt dictum eſt, Apomyio Romani ſacrificauerint, non Herculi. Fuit item Myiagrus nobilis ſtatuarius, vt meminit Plinius. Hoc etiam nomine vrbem quandam Paleſtinæ nuncupari aliqui ſcribit. Myagron ſiue Myagros, quæ etiam melampyron cognominatur, herba eſt, cuius plures ſpecies eſſe traduntur ab herbariis. Myagron ſcribit autor theſauri linguæ Græcæ, idem ſonare, quod Μυιοθήρας hoc eſt, Muſcarum venator, vt ipſe interpretatur. Μυιόσβαι dicuntur Muſcarum abactores, de quibus alibi. Orchis Myiodes eſt teſticuli genus quoddam, ſic dictum, quod flores ferat Muſcis ſimiles, eſtque plurium ſpecierum, vt nos in noſtris hiſtoriis Deo daute, dicemus. Harum ad fœcunditatem vires, *f* Porta ex ipſis floſculis Muſcarum æmulis, indicari aſſerit. Muſcæ etenim, vt ille ait, ſunt fœcundiſſimi prouentus. Sunt ẽt, & aliæ plantæ, à Muſcis nomen habentes, cuiuſmodi duæ illæ, quas Pena depinxit, & à plebecula Muſcipulas, & viſcarias vocari ait, quod veluti glutine quopiam adeo ſunt perlitæ, vt non ſolum manui adhæreant, ſed etiam Muſcas, Papilioneſque præteruolantes affixas retineant. Nos tum de his: tum de aliis, quæ hoc nomine vocantur, alibi agemus. Apianam vuam perperam meo iudicio *g* à Muſcis Muſcatulam dici putat. Peritiores enim herbarii à Moſcho deducunt, cuius odore flagrant. Anates quædam Muſcariæ dicuntur, quod Muſcas ſupra aquas volitantes caperent, de quibus nos in tertio Ornithologiæ noſtræ tomo. Eſt & Muſcicapa ſeu Muſcipeta auis, Pigliamoſche vulgo, quod Muſcas captare ſoleat, de qua etiam in ſecundo tomo egimus: licet ſint etiam plures aliæ Aues, quæ Muſcis viuunt, vt in primis Hirundinum, & Motacillarum genus, Hæmatopodes, aliæque innumeræ. Muſcatia, vt refert Ortelius, Ptolomæo vrbs eſt Hiſpaniæ Tarraconenſis, ſed cum Græce dicatur μεσκάδεια, à Muſcis dicta non fuerit. Muſcarum turris in medio portu Ptolemaidis vrbis etiamnum ſpectatur. de quo ſic *h* Chriſtianus Adrichomius. In cuius (portus Ptolomaidis) medio inſignis turris eſt, quæ quod Beelzebub olim fanum celeberrimum fuerit, turris Muſcarum vocatur, quam etiam Pharum fuiſſe, Heroldi videtur fuiſſe opinio, quod neque eius vſus fuerit tempore nocturno, nauium curſui ad pronuncianda vada ignes oſtendere. Inſula Muſcarum inter inſulam Sanct. Thomæ, & Pegum interiacet, ſic dicta, vt refert Balbius, ob multitudinem Muſcarum illuc circumfluentium, quod ibi multi piſces ſaliantur. Muſcarium eſt flabellum, quo Muſcæ abiguntur, quod olim ex pennis caudæ pauonum fieri ſueuit, veluti oſtendit *i* Mattialis hoc dyſticho.

Lampere qua turpes prohibent tua prandia Muſcas,
Alitis eximiæ cauda ſuperba fuit.

Erant & Muſcaria tabula, quæ ex boum caudis conficiebantur, puueri veſtibus excutiendo idonea, quorum etiam eodem in loco Martialis meminit. Hodie ex diuerſis rebus fiunt. In Guinæa, vt reſerunt, qui Indiarum hiſtorias conſcripſerunt, ad abigendas Muſcas ab Idolis mulieres vtuntur elephantorum caudis, quæ ideo Muſcatia etiam dici queant. Paramoſche Italis dicuntur omnia quibus Muſcæ fugari queunt. Moſcarola vero ruſticis eſt, quæ ad oculos boum arantium appenduntur, ne Muſcæ oculos eorum inſeſtent. Fit ex floccis. Muſcarum ſimiliter appellatur quarundam herbarum coma, in qua ſemina dependent, qualis eſt ferulæ feuiculi, anethi, oluſatri & ſimilium, quo vocabulo non ſemel vſus eſt *k* Plinius. Idem Araneum Muſcarum nominat, qui Muſcas venatur. Clauos muſcarios apud Vitruuium Gulielmus Philander interpretatur vmbellatos, id eſt, capite latiore, & expaſſo in orbem cacumine; quomodo vmbellatos ſœniculi ſimiliumque flores dicimus. Caualli moſcati, id eſt, equi muſcati vulgo dicuntur, qui maculis quibuſdam Muſcarum æmulis diſtinguuntur, quales, ni fallor, Latinis guttati dicuntur. Myiocephalon ſpecies eſt τῆς προπλώσεως, id eſt, procidentiæ vueæ. Sic autem dicitur, cum exigua adhuc fuerit, vt Muſcæ capitis formam præ ſe ferat. Nam cum vlcera, quæ erofa, vel rupta tunica accidunt, profunda euaſerint, portio vuæ excidit, quodque prolapſum eſt Muſcæ caput initio, & colore & figura refert.

e In epiſt. adhortat. ad gentes.
Myiagrus ſtatuarius.
Myagrum herba.
Orchis Myiodes.
f L. 4. Phyt. cap. 3.
Muſcaria.
Apiana vua.
g Lib. 23. cap. 35.
Anates Muſcatiæ.
Muſcicapa
Muſcipeta
Pigliamoſche.
Muſcaria. vrbs.
Turris Muſcarũ.
h In Theat. terræ ſanctæ
Inſula Muſcarum.
Muſcariũ.
i Lib. 14. Epigr. 72.
Paramoſche.
Moſcarola
Muſcariũ quid in plantis.
k Lib. 29. cap. 6.

PRÆSAGIA.

INſitum eſt à natura animantibus, vt imminente tempeſtate, & pluuiis celerius, quam alio tempore pabula quærant, & voraciora ſint. Cuius poreſt eſſe ratio, quoniam frigidiori reddito iam aere, calorque earum naturali appetitus excitatur. Muſcæ itaque alteratione aeris permotæ ad paſtum feſtinant, ac auidiores factę, vehementius mordent; noſque infeſtant. Huius prognoſtici meminit *a* Mizaldus, ſed aliam reddit rationem. Si ſummam corporis cuticulam, inquit, Muſcæ, & Pulices ſolito infenſius ſua proboſcide vellicabunt, hominumque iumentorum faciem, & oculos ſæpius abactæ cæſim (quod dicunt & punctim recurrentes appetent, breui venturas pluuias nunciabunt. Sic ille, hac addita ratione. Exhauſtas in circumfluum aerem vna cum vapore humidi ſubſtantifici (quod paucum habent) portiunculas, quà patet via reſarcire, ac reſiccata corpuſcula humectare meliuntur.

Pluuiæ præſagiũ.
a Sect. 1. Ephem.

A *b* Aelianus quoque pluuias præſignificare, cum in aromatis apparent. Idem Mizaldus ſcribit paruulas Muſcas (Muſciglioni) ſub ſolis occaſum pyramidis, aut globuli in modo ſurſum paſſim coactas, longis obſeruationibus ſereuitatis indices eſſe. In typho, quæ eſt morbi attoniti, quædam ſpecies facto ab humore, qui eſt in corpore, putrefacto, & magis quam oportunum eſt, reſiccato, inter alia ſigna *c* Hippocrates, patientem muſcas à ſtragulis venari ſcribit. In cataracta autem ſi æger cernit quaſi Muſcas, & ſimilia, teſte *d* Galeno, ſignum eſt, humorem, qui morbi cauſa eſt in particulas eſſe diuiſum, diuulſumque. Idem peſſimum eſſe ſignum in febricitantibus ex eodem Galeno habemus: ſignificat enim magnam humorum perturbationem agitationemque, qui in vapores conuerſi ad caput attolluntur.

b L. 7. de Anim. c. 8.
Typhi ſignum.
c Lib. de intern. affect.
d De Oculis part. 4. c. 4.

AN VTILITER CREATA

CVm tot moleſtiis afficiant Muſcæ: quærunt nonnulli curioſi, cur eas ſimiliaque animalcula Deus creauerit: quia, vt inquit Plautus, odio, & malo, & moleſtiæ omnibus ſint, bono autem, vſuique, nemini? Hebræi quidam, vt refert *a* Alphonſus Toſtatus, circa id quæſitum ineptias quaſdam, & anilia delira-
B menta narrant. Comminiſcuntur Dauidem aliquando quæſiuiſſe à Deo, cur homines ſtultos, Araneas & Muſcas procreaſſet cum cæteris, quia iſta tria videntur eſſe ſuperflua in rerum natura, imo noxia: Deum reſpondiſſe, monſtratarum ſe Dauidi tria iſta vtilia eſſe ad aliquid, imo, & ei ipſi aliquando vtilia fore. De ſtultitia patere, quia niſi ſe ſtultum finxiſſet coram regem Achis, captus fuiſſet, & forte periſſet. Muſcam vtilem fuiſſe cum deſcendit de colle Hachilla in caſtra Saulis dormientibus cunctis, & accepit lanceam Saulis. Tum enim pedem inter pedes Abner apud Saulem cubantis implicaſſe, & cum timeret, iam captum iriſe, ſi pedem vi extraheret, Deum immiſiſſe Muſcam, quæ mordens crura Abner; vincula reſoluerit, neque tamen excitauerit. Abner, atque ita liberatum fuiſſe Dauidem. Araneam denique profuiſſe, quod os ſpeluncæ, in qua latebat Dauid, cum eum quæreret Saul, telis ſuis occluſiſſet. Author eſt D. Auguſt. illa animalia, quæ nos pungunt, & diuexant creata eſſe ad ſuperbiam noſtram puniendam. Si populum Pharaonis ſuperbum, inquit, potuit Deus domare de Viſis, de Leonibus, de Serpentibus: cur Muſcas, & Ranas illis immiſit? profecto ideo factum eſt, vt rebus viliſſimis ſuperbia " domaretur. *b* Alibi etiam tradit omnia pulchra eſſe conditori " & artifici ſuo, qui omnibus vtitur ad gubernationem vniuerſita-
C tis & ſumma lege dominatur, Fateturque ſe neſcire, cur mutes & ranæ creatæ ſint, aut Muſcæ, aut Vermiculi: videre tamen omnia in ſuo genere pulchra eſſe, quamuis propter peccata noſtra, multa nobis videantur aduerſa. Omnia vnde veniant, non intelligere niſi in ſumma menſura, & numero, & ordine: quæ in ipſa Dei ſublimitate incommutabili, atque æterna conſiſtunt. Et certe omnia, inquit, animalia aut vtilia nobis ſint, aut pernitioſa, aut ſuperflua. Aduerſus vtilia non habent, quod dicant, Manichęi) De pernitioſis aũt, vel exercemur, punimur, vel vel terremur, vt non vitam iſtam multam periculis, & laborib. ſubditam, ſed aliam meliorem, vbi ſecuritas ſumma eſt, diligamus & deſideremus, & certam eam nobis pietatis meritis comparemus. De ſuperfluis vero, quid nobis opus eſt quærere? Vſurpa ergo vtilia, caue pernitioſa, relinque ſuperflua. In omnibus autem, cum menſuras, & numeros, & ordinem vides, artificem quærej nec aliũ inuenies, niſi vbi ſumma menſura, & ſummus numerus & ſummus ordo eſt, hoc eſt Deum; de quo veriſſime dictum eſt, quod omnia in menſura, & numero, & pondere diſpoſuerit. Hæc ille, qui & alias rurſus de hac re verba facit, quæ ne nimis me extendam, lubens præterео; Franciſcus Georgius Venetus Minoritanus etiam inquirit:
D cur Deus fecit Muſcas, Culices, Pediculos, Cimices, & huiuſmodi? An hæc omnia in exercitium noſtrum fecit, vt aliqui aſſeuerauerunt. An in mundi complementum, in quo exquiruntur, aliqua præſegmina, & fruſta inciſa, vel (vt melius dicamus) deciſa à nobilioribus rebus; ſicut de huiuſmodi animalibus, à quibuſdam dicitur. Quæ omnia faciunt, & ſunt in vtilitatem, ac decorem vniuerſi: ſicut ea quæ à carpentariis, aut aliis fabris inciduntur, & eorum vſibus cooptantur. An ſunt neceſſaria hæc omnia ſicut inſtrumenta obliqua, retorta, & complicata carpentariis ea ratione, quæ ſola ipſis opificibus nota eſt? Sicut hæc nota ſunt ſoli Deo mundi opifici. Quamuis nobis importuna, ac ſuperuacua videantur, ſicut Auguſtinus Fauſtum curioſum redarguens diſſerit. Sic Georgius. Eſt & alia dubitatio vulgata an
E Muſcæ, Culices, Pulicesque & huiuſmodi moleſta animalcula à Deo in ipſis mundi primordiis creata ſint; quam longa oratione proſequitur, & diſſoluit Hieronymus Vielminus Venetus, quem lector per ocium adire poterit.

a In lib. 1. Reg. ca. 24 quæſt. 5.
Muſcæ omnibus nocent.
Stultitia, Muſca, & Aranea vt Dauidi vtiles fuerint.
Animalia pungentia cur creata.
b Lib. 1 contra Manic. cap. 16.
Deus omnia in menſura fecit.
An Muſcæ in exordio mundi creatæ.

MORALIA.

QVid Muſca myſtice ſignificet, Diuus docet Gregorius, expouens illud Exodi: *Venit Muſca grauiſſima &c.* Populus, " inquit, qui Deum ſequitur, accipit Sabbatum, id eſt, requiem mentis, vt nullo in hac vita deſideriorum carnalium appetitu fa- " tigetur. Ægyptus vero quæ huius mundi ſpeciem tenet, Mu- " ſcis, percutitur. Muſca enim inſolens, & inquietum animal eſt: " in qua quid aliud, quam inſolentes curæ deſideriorum carnaliũ " deſignantur? vnde alias dicitur: Muſcæ morientes perdunt ſuauitatem vnguenti quia cogitationes ſuperfluæ, quæ aſſidue in " animo

Muſca quid ſignificet.
a Lib. 18. cap. 28.

,, animo carnalia cogitante, & nascuntur, & dificiunt, eam ,, suauitatem, qua vnus quisque intrinsecus per spiritum vnctus ,, est, perdunt, quoniam integritate eius perfrui non permittunt. Ægyptus ergo Muscis percutitur, quia eorum corda, qui terre- ,, nam vitam diligunt, dum desideriorum suorum inquietudinib. ,, feriuntur, turbis cogitationum carnalium ad ima depressa sunt, ,, vt ad quietis intimæ desiderium non leuentur. Vnde quum mira ope pietatis ad cor veritas venit, prius ab eo cogitationum carna- ,, lium æstus eiicit, & post in eo virtutum dona disponit. Quod ,, bene nobis sacra Euangelii historia innuit, in qua cum ad resu- ,, scitandam filiam principis inuitatus dominus ducetetur, proti- ,, nus additur. Et cum eiecta esset turba, intrauit, & tenuit manũ ,, eius & surrexit puella. Foras ergo turba eiicitur, vt puella susci- ,, tetur, quia si non prius à secretioribus cordis expellitur impor- ,, tuna sæcularium multitudo curarum, anima quæ intrinsecus ,, iacet mortua non resurgit. Nam dum se per innumeras terrenorum desideriorum cogitationes spargit ad considerationem sui se- se nullatenus colligit. Et D. Bernardus in sermone 4. feriæ hebd. sanctæ: Absit inquit, vt Muscæ morituræ exterminent suauitatem vnguenti, quod de tuo corpore fluit, quia apud sinum tuum misecordia, & copiosa apud te redemptio. Muscæ morituræ misetiæ sunt, blasphemiæ sunt, insultationes sunt, quas tibi reddit generatio praua, & exasperans. Et D. Hieron. Muscæ morientes perdunt suauitatem vnguenti, vel secundum Septuaginta: Muscæ morituræ exterminant oleum compositionis. Exemplum, inquit, superioris sensus dedit; in quo ait: Per vnum stultum multa bona subuerti, quod sic malus mixtus bonis contaminet plurimos, quomodo Muscæ si moriantur in vnguento, perdant odorem illius, & saporem. Aliter: Muscæ quæ secundum Esaiam principantur parti fluminis Ægypti, perdunt olei suauitatem in vnoquoque credentium, relinquentes immunditiæ suæ odorem, atque vestigia. Ab his Muscis etiam princeps appellatus est dæmoniorũ Beelzebub, qui interpretatur, aut idolum Muscarum, aut vir Muscarum, aut habens Muscas. Et Auguit. sermone secundo de decem in lege præceptis, & de decem plagis: Tertium præceptum est, inquit, Memento, vt diem sabbati sanctifices, in quo insinuatur quædam vacationis indictio, requies cordis, tranquillitas mentis, quam facit bona conscientia. Qui vero inquieti sunt, & iugiter terrenis actibus implicantur, hi tertio præcepto contrariantur, & per Scyniphes significantur, qui nati sunt in terra Ægypti de limo, Muscæ minutissimæ inquietissimæ, inordinatæ volantes, in oculos irruentes non permittentes homines quiescere, dum abiguntur, iterum irruunt, dum expulsæ fuerint, iterum redeunt. Quales istæ sunt Muscæ, tales sunt homines inquieti, qui sublatum spiritualiter obseruare, id est bonis operibus studere, & lectioni vel orationi insistere volunt, & quomodo corpus humanum ab istis Muscis affligitur, ita cor illorum diuersis cogitationibus inquietatur, & compungitur. Tenete præceptum; cauete plagam. Quartũ præceptũ est: honora patrem tuum, & matrem tuam. Huic contraria quarta plaga, Ægyptiorum Cynomyia, id est, Musca canina. Græcum enim vocabulum est. Qui in parentes honorare dissimulat, Musca hũc canina, id est, diaboli nequitia spiritualiter affligit, & cruciat. Caninum est enim parentes nõ agnoscere. Nihil tam caninum, quam cum illi, qui genuerunt, nõ agnoscuntur. Et Origenes homilia quarta super Exodum: Post hoc, inquit, Scyniphes producuntur. Hoc animal pennis quidem suspenditur per aera volitans, sed ita subtile est, & minutum, vt oculi visum nisi acute cernentis effugiat. corpus tamen, cum insederit, acerbissimo terebrat stimulo, ita vt quem volitantem videre quis non valeat, sentiat stimulantẽ. Hoc ergo animalis genus dignissime puto arti dialecticæ comparari, quæ minutis, & subtilib. verborum stimulis animas terebrat, & tãta calliditate circũuenit, vt deceptus, nec inuideat, nec intelligat, vnde decipitur. Quaro quoq; in loco Cynomyiam Cynicorum sectæ comparauerim, qui ad reliquas deceptiones suæ improbitatis ẽt voluptatem, & libidinem summum prædicant bonum. Quoniam igitur per hæc singula prius deceptus est mundus aduemens sermo, & lex Dei huiusmodi cum correptionibus arguit, vt ex qualitate pœnarum, qualitates proprii agnoscat erroris. Sic ille. Muscam eam caninam plerique alii dicunt, adiecta scilicet ad improbitatem canis etiam impudentia, Cynicorũ sectam, qui ad reliquas improbitatis suę deceptiones, voluptatem etiam, & libidinem, vt dictum est, inter summa bona comemorabant. Nam quod molesti essent contra ciuiles omnes mores, omnia deridendo, multorum est testimonio manifestum. Quod vero, & impudentes, vel vnius Diogenis improbũ facinus indicat qui vel medio in foro spectante populo, hominem, vt ipse iactabat, plantare non erubescebat. Ita pleriq; hodie, dum leuia quædam publice reprehendunt; grauissima quæq; ipsi sibi permittunt. Sed quamuis Cyniphes à Muscis diuersos existimemus, necesse fuit hic quoque memorasse, quod eorum simul meminit sacra pagina. Eundem Exodi locum explicans Iacobus Vitriacensis: Quarta plaga, inquit, fuit Cynomyia, scilicet musca canina valde pungens, & vsq; ad sanguinem mordens. De qua plaga dominus ait. Faciam admirabilem in die illa terram Gessen, in qua populus meus est, vt non sint ibi Muscæ. Et venit Musca grauissima in domo Pharaonis, & seruorum eius, & in omnẽ terrã Ægypti. Hę Muscæ inquietæ, & immundæ malas signant cogitationes, & motus pungitiuos iræ, inuidiæ, & cuiuslibet spiritualis nequitiæ, & angstiam remordentis conscientiæ. Musca canina detractores, aduocati latrantes, causarũ secularium inquietudo, & pungens sollicitudo. Et quoniam canes cæci nascuntur, & patentes non agnoscunt, qui motes caninos imitantur, & patẽ-

Ægyptus cur Muscis dicatur percuti.

Vnus stultus multa bona subuertit,

Sabbatum obseruare quid.

Caninum non agnoscere parentes.

Musca dialecticæ cõparata.

Cynici typus.

Diogenis impudẽtia.

tibus suis honorem, & reuerentiam, & auxiliũ non impendũt, hãc plagam incurrunt, & quartum transgrediuntur peccatum, quod est, honora patrem tuum, & matrem tuam. Hæc plaga non tangit populum Dei, qui prauos animi motus ad petram allidit, qui serenitatem custodit, qui parentibus suis tam spiritualibus, quã corporalibus honorem debitũ impendit, qui benedictionem contra maledictiouem reddit, qui pro detractoribus, & persecutoribus orat. Hæc Vitriacensis qui item explicans illud Esaiæ: In die illa sibilabit dominus Muscæ, quę est, in extremo fluminum Aegypti: sibilabit igitur dominus Muscæ, inquit, id est, gentilitati, dũ illã inspirando conuertit quæ merito secundum priorem statum Muscæ assimilatur, quæ est animal inquietum, importunum, sordidũ, & lasciuum, pungitiuum, cunctis animalibus molestum & exosum, locum, cui insidet, fædat & cibos inquinat. Gentes enim inquietæ erant per curiositatem, importunæ, & impetuosæ per indiscretionem: sordi æ, per gulam, & luxuriam: lasciuæ per dissolutionem? pungitiuæ per detractionem, & iram: sibi inuicem molestæ, & exosæ per discordias, rixas & pugnas. Locum, cui insidebant, fœdantes, scilicet alios ad peccatum inducentes, Cibos mũdos inquinabant, quia cum multa vera de deo, & de rerum creaturis cognoscerent, admixtione falsitatis doctrinam suam maculabant. Hæc autem Musca in extremo fluminum Aegypti conuersabatur. Sunt enim septem flumina Babylonis siue Aegypti, id est, huius mundi, scilicet septẽ principalia vitia quæ ex vno fonte superbiæ procedunt. Initiũ n. omnis peccati, superbia. Primũ autem tutgidum est, & clatum, sed quoniam falso nitore seductorium, & attractiuum, hoc est, inanis gloria, secundum autẽ liuidũ, & veluti quadam profunditate occulta suspectũ hoc est iuuidia. Tertium feruidũ, impetuosum, & turbulentũ, & hoc est, ira. Quartũ tetrum, nebulosum & pigrum, habens aquas ponderosas & mortiferas, hoc est tristia siue accidia. Quintum quasi abyssus profundissima, & stilla rapax, vertigine omnia trahit ad se, & absorbet, hoc est. auaritia, & cupiditas. Sextum quasi vorago quædam, & barathrum ex se ipso fædas, & corruptas generat exhalationes, hoc est, gastrimagia. Septimum luteum, & viscosum, hoc est luxuria, vltimum scilicet Aegypti flumen, in quo Musca præ cæteris fluminibus capiebatur, & detinebatur. Cum enim denuo ad aliud volitaret, hoc vltimo implicabatur, delectabatur, & mergebatur &c. Huc spectant etiam hæc: Musca vt est animal insolens, & inquietum vanam hæreticorũ eloquentiã significare potest, item spurcitiam idolatriæ. Designat etiam ipsum diabolum, eiusq; ministros hæreticos, qui sunt Muscæ morientes, quæ perdunt suauitatem vnguenti. Et Muscæ dicuntur Aegyptij Esaiæ septimo, forsitan propter sacrificiorum immunditiã, ad quæ Muscæ accurrebant. Et generaliter Muscæ sunt peccatores, quorũ Deus est Beelzebub, hoc est, Deus Muscatũ. Potest etiã Musca significare cutas carnalis appetitus, titillationes libidinis, ac cogitationes molestas, quæ sunt in Aegypto hoc est, in mundanis & terrenis. Apud D. Hieronymũ similiter Musca luxuriam denotat. Quod autem, inquit, matronis offertis Muscaria, paruis animalib. ventilandis, elegans signatio est, debere luxuriã cito restringere, quia Muscæ morituræ oleum suauitatis exterminant. *b* Bapt. Pius explicans illud Plauti: *Musca est meus pater*: sollers indagator, inquit, hic & illic, vt ad nidorem Musca circumlustrans, & obambulans: Aiacẽ fastidiosum, & molestum, & quemcumque probris incessentem Homerus Muscæ assimilauit, quæ modo hunc incessit, modo tactu fœdo alium inquinat: quod tamen probrum Lucianus, vt erat ingenij festiuissimi, ad laudem Muscæ contraxit.

Vana eloquentia hęreticorũ

Musca luxuriam significat

b *In Merc.*

HISTORICA. SACRIFICIA.

MIram sane historiam nobis narrat *a* Aelianus his verbis: Musca etiam silentio nobis prætereunda, & contemnenda, & nõ est, ipsa quoque naturæ opus. Muscæ Pisatides eo tempore, quo Olympia festũ celebratur, veluti inducias cũ incolis simul: & peregrinis paciscí videntur. Mirũ inter tot sacrificia, & sanguinis " passim fluentis copiam, & carnes suspensas, illas abesse velle, ac " sponte vltra Alphæũ flumen discedere. Discedunt & mulieres, " sed lege, & imperio. Muscæ vltro in eo mulieribus superiores, & " præferendæ. Soluto iam festo reuertuntur, tanquam decreto ali- " quo reuocatæ. Itaque cum mulieribus in Elidem, & Muscæ redeunt. Intelligere autẽ videtur sacrificia, quæ fiebant Myiodi Deo, de quo diximus. Huic enim, vt Muscas fugarent, immolabant taurum. At non ei Deo tantummodo sacrificabant, sed & Muscas ipsas tanquam Deos venerabantur, & sacrificabant; vt idem *b* Aelianus refert, inquiens: Muscas in Olympia tempore festo sua sponte discedere, & vt ita dicam, vna cum mulieribus in vlteriorem Alphæi ripam traiicere, iam supra memoraui: cæterum in Leucade insula promontorium est excelsum, & sacrum in eo " Apollinis Actij fanum; cuius honori dedicatum tempus, festũ " cum instat, in quo saltando etiã certatur, bouẽ Muscis feriunt: " cuius illæ sanguine saturatæ recedunt veluti munere ad id faciẽ- " dũ persuasæ. Piseæ vero Muscæ, cũ non mercede, sed Dei reue- " rentia motæ, quod ab eis requiritur, faciant, laude mihi dignio- " res videntur. Hæc ille. *c* Cœlius Rhodiginus hoc dæmonis illusio- " nem fuisse ostendit, & simul repetit in hunc modum: Et quia ex " veteri superstitione animalium miracula consectamur, & anqui " timus studiose, addamus illa quoque. In Olympia cognitum hoc annorum plurium experimento, ingruente certaminum ex Panagyris celebritate, Muscas inde omnes ad vlteriorẽ Alphęi ripã, spõte velut mulieres assectentur, auolare. Porro in Leucade, vbi in promontorio eminentiore Apollinis stat templum, quem Actiũ nuncu-

a *Lib. 5. de An. mal. cap. 17.*

Muscæ inducias cũ hominib. faciunt.

Muscę pro diis venerataę.

b *Lib. 11. cap. 8.*

c *Lect. Ant. l. 23. 36.*

nuncupant, futura inibi, vt aſſolet, Panagyrici, in qua & honori diuino editur ſalratio, bouem Muſcis immolare fuit receprissimi moris: quæ illius diſtentæ cruore confeſtim credebantur euaneſcere, hac velut mercede delinitæ, ac (vt ſignificanter dicunt Græci) δεηοθέσιον. Cum omnino Piſcæ animaduerterentur ἀδέηοποι, & proinde probiores quoque, vt quæ dei reuerentia quadam, non mercedis vi iuſtitiæ opus initent, & (quod addecet in primis) ſi modo ibi erat Deus, ac non ſpurciſſimus dæmonarches, miſerorũ mentibus ad ſatietatem illuſurus. Hactenus ille. Beatus *d* Theodorerus Moabitarum amentiam dolet, qui non ſolum maxima animalia in deos, referebant, ſed etiam minima, viliſſima & odioſa, id eſt Muſcas. Quid enim eſt, inquit Muſca odioſius? ſed tamen, & eius ſimulacrum de vita ſciſcitabantur, & quam viuentẽ flabellis expellunt, eius figuram deum appellauerunt.

Moabitæ Muſcas adorabant.

d In Lib 4. Regum.

HIEROGLYPHICA.

Impotunitatis & impudentiæ hieroglyphicum.

Beelzebub per Muſcã notatur.

Muſca quid in ſacris litteris ſignificet.

Rei cominus geſtę hieroglyphicum.

Indocilitatis.

Amici olla ris.

IMportunitatem ſane & impudentiam Ægyptij ſacerdotes notare ſi vellent, Muſcam haud indecenter faciebant: eam enim licet ſæpius, & aſſidue expellas, & à te ſummouere contendas, mirum eſt quanta impudentia prædita eſt, vt identidem redire, & infeſtare te minime vereatur, vrantè ſatis ſuperq; diximus. Vnde etiam Hebræis Beelzebub dæmonis nomen, quem aliorum longè principem prædicant; cuius Muſca eſt hieroglyphicum, quod D. Hieronymus agnoſcit. Nunquam enim ceſſat ille humanum genus modis omnibus infeſtare, & modo hos; modo illos, ad pernitiem laqueos tendere, ac omnes, quibus nos perdat, vias tentare. Obſeruauerat etiam Eucherius Muſcam in diuinis litteris modo pro Cacodæmone, modo pro impuro, atq; malefico homine, modo pro idololatriæ ſpurcitia poni, eo Salomonis citato loco. Muſcæ morituræ exterminant olei ſuauitatem, hoc eſt, adeo malignum eſt Muſcarum genus, ac perinde Beelzebub, vt vel ſi moriendum ſit, duræ aliqua noceat; quippe vel bonos, alicuius mores corrumpat, vel virtutem aliquam infringat, ſe quoq; ſimul perdi pro nihilo habeat. Muſca etiam aliquando in Laconum clypeis inſigne fuit; quam cum quidam non omnino vera maiorem in parma figuraſſet, obijcienti, quod latitandi cauſa id feciſſet. imo reſpondet, ſignum eſt, me tam proxime ad hoſtes accedere, vt Muſca ab eis internoſci poſſit. Quin etiam indocilitatis hieroglyphicum eſt Muſca. Nullum ſiquidem omnium animantium minus docile exiſtimatur, neq; minoris intellectus, vt ſupra ex Plutarcho Plinioque dictum eſt. Deiniq; Muſca illius hominis ſtatui poreſt hieroglyphicum, qui amicus noſter eſt eo tantum tempore, quo aliquam à nobis percipit vtilitatem, qua ſi priuetur, ab a-
,, micitia noſtra, quam primum recedit, quod docent hæc Plutar-
,, chi verba. Porro cum in domibus diuitum, aut procerum ma-
,, gnam videntur turbam hominum ſalutantium, prenſantium, ſti-
,, pantium, vulgo eorum laudant fortunas tot amicos habentium
,, Atqui in culinis eorum plures Muſcas videre poſſint: neque ra-
,, men, vel hæ eſca, vel illi vtilitate ſublata manent.

EMBLEMA.

EXtat Alciari de Muſca emblema huiuſmodi, cum lemmate IN DETRACTORES.

Ardent flagriferi matula, ſtupidiq; magiſtri
Bilem in me impuri pectoris euomere.
Quid faciam? reddamne vices? ſed nonne Cicadam
Ala vna obſtreperam corripuiſſe ferar?
Quid prodeſt Muſcas operoſis pellere flabris?
Negligere eſt ſatius, perdere quod nequeas.

EPIGRAMMA

EXtat etiam cuiuſdam Andreæ Dactij de Muſca epigramma, quod tale eſt:

Lunarat rigidum ſinuatis cornibus arcum
Armarat q; ſuas in mea damna faces.
Indoluit, lumenq; manu fricuiſſe Cupido
Dicitur, in cauſa Muſca doloris erat.
Ergo furens animi pharetram laniauit, & arcus
Et ſcidit ardentes impia tela faces.
Quid tibi pro tanto reddam pia munera Muſca?
Elyſias habites vmbra beata domos.

VT OLEO MORIATVR, ET reuiuiſcat.

a Sect 1 proble. 62.

Cur oleo moriantur

b Lib 2. de ſimbl.

c p. 20.

CVr Apes, Formicæ, Muſcæ, cæteraq; Inſecta oleo pereant, rationem reddidimus in prolegomenis ex *a* Aphrodiſeo, quia cum ſpirandi meatus continent anguſtiſſimos, oleum ſuo lentore interſepiant; & claudant iter, vt via ſpiritui omnis denegetur. Sed ſunt & aliæ ſolutiones, quas recitat *b* Galenus, vbi olei tem-
,, periem indagat Præterea, inquit, inde adeo, quod madefactæ
,, oleo Apes; Muſcæ, Veſpæ, Formicæq; intereant, alij quidem
,, calidum, alii frigidum, comprobare ipſum tentant: ac rurſum a-
,, liihumidum, atq; alii ſiccum. Etenim cum iam dictæ animan-
,, tes exangues, ſint, ac proinde frigidæ, quidam eas celeriter refrigerari aiunt, atque ita mori, quidam contra, dum excalfiant, haud poſſe in contrarium mutationem perferre. Quia & quod immoderate exiccantur, alij quippe cum natura iam antea exicca-
" ta ſint, immoderationis ratione offendi: alii vero, quod hume-
" ctentur, idq; naturæ contrarietate &c. Cæterum nos Alexan-
" dri ſolutionem ceu veriorem accepimus ante, vbi præterea Inſe-
" cta, aut in oleo, aut alio in humore extincta, ſi ciuere condan-
" tur, aut radijs ſolaribus exponantur, reuiuiſcere diximus. Hoc quoq; ad Muſcæ encomium detorquet Lucianus inquiens. Quod autem eſt maximum in natura ipſarum non eſt ſilentio prætereundum, quod Plato in ſermone de anima, deq; animorum im-
" mortalitate ſolum præteriiſſe mihi videtur. Mortua enim Mu-
" ſca, ſuperinfuſo cinere reuiuiſcit, & noua ei generatio quędam
" atq; ab integro alia fit vita, vt vere perſuaſum ſit omnibus, quod
" illarum quoq; immortalis ſit animus. Siquidem & digreſſa re-
" uertitur iterum, & agnoſcit, & ſuſcitat corpus, Muſcamq; vo-
" lare facit: & verificat de Hermotimo Claromenio fabulam, quod
" ſæpe cum reliquiſſet eum anima, per ſe ipſa ibat peregre, dein-
" de reuerſa implebat iterum corpus, & ſuſcitabat Hermotimum.
" Sed videtur ipſum latuiſſe; Muſcam ſolius Solis calore reuiuiſce
" re, quod meminit *c* Ælianus, Muſca, inquit, animal ad omnia
" audax ſi quando in aquam decidit nec natare ſcit, nec ex ſubmer-
" ſione ſeruare quit. Si vero eam humore exanimatam extrahas,
" arq; in ipſo ſole illuſtri ponas, ad priſtinam viam reuiuiſcit. Idẽ
" *d* Plinius, idem Philes, idem *e* Iſidorus, *f* Vincentius, aliiq; tradi-
dere. Ratio ex precedenti problemate peti poteſt: nam cum ab humore aliquo exiles corpuſculi mearus iufarciuntur, calor vitalis ita ſuffocatur, ſtrangulaturq;, vt penitus extinctæ videantur (nõ enim omnino vitam amiſiſſe credendum eſt) ſublato eo apertisq; ſolis aur cinerum calore obſtructionibus, idem exiguus ille calor iterum per tranſpiratum refocillatur, & ceu reuiuiſcit. In eiſdem prolegomenis fuſe dictum eſt, cur Inſecta diſſecta ſuperuiuant: quod quoq; inter Muſcæ laudes minime ſibi tacendum duxit Lucianus.

c Lib. 2. de Anim. c. 29

d Lib. 11. cap. 36.

e Lib. 12. cap. 8.

f Lib. 20. cap. 147.

PROVERBIA.

Elephantẽ ex Muſca facere.

ΕΛέφαντα ἐκ Μυίας ποιεῖς *Elephantem ex Muſca facis*, pro res exiguas verbis attollis, arq; amplificas Hoc Lucianus libellum ſuum clauſit, qui inſcribitur Μυίας ἐγκώμιον, id eſt, Muſcæ laus, ita ſcribens: Poſſem etiam adhuc multa dicere, ſed finiam orationem, ne videar ſecundum prouerbium ex Muſca elephantem facere. Huic ſimile eſt illud vulgatum noſtrum: *Tu fai d' vn aſino vn deſtriero*, hoc eſt, ex aſino equum facis. Ὅσον μέλει χελώνῃ μυῖων, *quàm curat teſtudo Muſcas.* Conuenit cũm quid oſtendimus, quod floccifacimus; nihili pendimus. Nam teſtudo duro cortice, vndiq; in tecta Muſcarum aculeos non curat. Vnde Suidas: An ignoras etiam Therſitem inter Græcos libere fuiſſe locutum? Agamemnonem verò Therſitis petulantiam minoris feciſſe, quam teſtudo Muſcas Lepidius, inquit author adagiorum erit ad res animi detortum. Animus virtute, ac philoſophia munitus, nihil plus timet fortunæ incurſum, quam teſtudo Muſcas Μυῖαι olim dicebantur, air idem, qui delectabantur alia menſa, quos Plautus muribus comparat ſemper alienum edentibus cibum. Apud Athenæum libro ſexto paraſitus quiſpiam, ſe Muſcæ comparat. Λειπνῶν ἄκλητος Μυῖα. id eſt, quod inuocatus cœnitare amo, Muſca ſum. A duolar enim hoc inſectum ad cibum alienum, & ægre poteſt abigi. Apud eundem Hegeſander narrat, cum Alexander diximſſet, ſe morderi à Muſcis, ſic vocabat paraſitos, iamq; conaretur illas abigere, Cineſias vnus eius ordinis, qui forte aderat, profecto aliæ Muſcæ ſiticuloſæ magis vrgebunt te, ſemel guſtato tuo ſanguine. Extat apologus de erinaceo, qui voluit vulpi Μυιοσόβης eſſe. Plautus in mercatore deflexit ad hominem curioſum, & ad omnia aduolantem: Muſca eſt meus pater, nihil pote illum claim haberi, nec ſacrum, nec tam profanum quicquam eſt; quin adſit illico. Μυιοσόβαι, id eſt Muſcarum abactores, à Perſarum deli-
" ciis natum adagium, vt indicat Athenæus, qui in conuiuiis Μυιοσόβας adhibebant, quod apud Italos iam vulgate. Dicitur recte in eos qui friuolis cuipiam obſeruire conantur. In improbum, ac ſubinde redeuntem quadrabit illud ex Homero.

Ἀλλ' οἱ μυῖης θυμὸς ἐνὶ στήθεσιν ὀρώρει
Ἥτε τε ἐρεθομένη, μάλα τε χροὸς αἰδοιοῖο
Ἰσχανάᾳ δακέειν.
Atq; illi Muſca vim intra præcordia miſit,
Quæ quamuis de pelle viri ſit ſæpe repulſa
Adſultat morſura tamen.

Habet & Muſca ſplenem.

Muſcã depellere in Veſpis.

a Lib. 7. de Repub.

Ne Muſca quidem.

b In Truculento.

Ἔχει καὶ ἡ Μυῖα σπλῆνα, id eſt, habet & Muſca ſplenẽ, ſimillimũ illi. *Et puer in naſum rhinocerotis habent.*

Item illi: Ἔνεστι καὶ μύρμηκι χολός, id eſt, Ineſt & Formicæ bilis. *Muſcas depellere*, etiam vulgato ioco dicitur, qui ocioſo, atque inutili fungitur officio. Ariſtophanes: Ἀλλὰ φυλάττει δεξιὰ χειρὸς ἔχων καὶ τὰς μυῖας ἀπαμύειν. id eſt, immo cauet præ manu habens etiam Muſcas deprehendere curans. Prouerbialis eſſe videtur hyperbole, quam refert *a* Ariſtoteles; ἀλλὰ δεδιὸ μᾶλλον παρὰ πτερωμένας μυῖας; id eſt; qui Muſcas etiam præteruolantes metuet: id eſt, quauis friuola de cauſa. Idem ſimilem quandam commemorat alibi loquens de iis, qui vſqueadeo natura ſunt timidi, vt etiamſi ſorex obſtrepat, protinus expaueſcant. Ne Muſca quidem. Hac prouerbiali hyberbole maximam hominum ſolitudinem ſignificamus. *b* Plautus: Quas tu mulieres mihi narras? Vbi Muſca nulla fœmina eſt in ædibus. Huc alluſit Vibius Criſpus Orarot, qui rogatus ecquis eſſet cum Cæſare in conclaui, reſpondit ne Muſcam quidem intus eſſe: Ancipiti ioco Domiciani conſuetudinẽ notans

notans, cui mos erat quotidie sibi secretum horarium captare, nec interim aliud fere agebat, nisi quod Muscas captas stylo configeret Illud etiam videtur prouerbialiter dictum apud *c* Plutarchum. Non quantum, vel Musca animum aduertit maledictis. Ioannes Bapt. Pius refert apud Mediolanenses hoc ferri adagiũ. Non magis obesse poterit, quã in temone Musca consueuit. de quo Apollonius Rhodius Lib. primo Argonauticωn σὺνδὲ κοδωκλῦ μᾶρος ἐπαλτὸ ὀρτυνεσθαι. Vulgatissimũ est apud nos, *Cauallo magro Mosche* subaudi *trauagliano*, id est, equos macilentos impetunt, aut lancinant Muscæ, pro eo quod est, homines tenuioris fortunæ obruũtur infortuniis. Sicut enim equis macris infestæ sunt muscæ, ita huiusmodi homines infortunia. *All' alba de' Mosconi*, hoc est, in aurora Muscarum, id est, orto iam diu Sole, omniaque perlustrãte, Tunc enim Muscæ circumuolitant Illud denique prouerbialẽ figuratam habet: *Non mi far saltar la Mosca sul naso*, ne muscam mihi in nasum induxeris, pro eo quod est, ne mihi stomachum facias, ne me irrites, quod iis quæ de hoc Insecto scripsit Homerus, optime respondet.

c L. de cap. ex inimic. vtilit.

All'alba de Mosconi.

APOPHTHEGMATA.

Domitianus solitus Muscas configere.

DOmitianum Imperatorem ex Suetonio, cum certis horis secretum captaret, Muscas stylo ferreo configere solere diximus, quærentique cuidam, an quis cum Imperatore esset, ne Musca quidem, respondisse. Alius iocus legitur apud *a* Plautum: vbi Lyco quæritanti hospitium à Muscis liberum, in quo ne Muscæ quidem sint arbitræ, respondet Colabiscus: minime gentiũ Quid ita? ait Lycus; quia, inquit ille, à Muscis si mihi hospitium quærerem, aduenienshuc irem in carcerem recta via Quo loco Lambinus, iocus, inquit, ex ambiguo. Nam cum Lycus hoc sentiret quæritare hospitium à Muscis liberum; Colabiscus aliotsum accipiens quasi dictus sit, quæritare à Muscis hospitium negat se à muscis hospitium quæritare. Nam si à muscis quærerem, inquit, recta in carcerem iuissem, vbi solet esse magnus Muscarum numerus.

a In Pannulo

HISTORICA.

Pharao quot plagis affectus

DEcem sæuissimis plagis in Pharaonem, & Ægyptios Deus animaduertit, quod populum Israel dimittere nollet: quæ quinq; hisce, licet barbaris versibus comprehenduntur:

Prima rubens vnda, tabes, rauaq; secunda
Inde Culex tristis, post Musca recentior istis,
Quinta pecus strauit, vesicas sexta creauit,
Pone subit grando, post Bruchus dente nefando,
Nona tegit Solem, primam necat vltima prolem.

De quarta Ægyptiorum pœna.

Nos de quarta tantum pœna scribemus, quæ ad præsentem historiam spectat: de qua sic in sacris litteris legitur, iuxta translationem Beati Hironymi Dixit quoque dominus ad Moysem. Consurge diluculo, & sta coram Pharaone. Egredietur enim ad aquas, & dices ad eum. Hæc dicit Dominus: dimitte populum meum, & sacrificet mihi. Quod si non dimiseris eum, ecce ego mittam in te & in populum tuum, & in domos tuas omne genus Muscarum, & implebuntur omnes domus Ægyptiorum Muscis diuersi generis, & vniuersa terra, in qua fuerint. Faciamque mirabilem in die illa terram Gessen, in qua populus meus est, vt non sint ibi Muscæ, vt scias, quoniam ego dominus in medio terræ. Ponamque diuisionem inter populum meum, & populum tuum. Cras erit signum istud. Fecitque dominus ita. Et venit Musca grauissima in domos Pharaonis, & seruorum eius, & in omnem terram Ægypti: corruptaque est terra ab huiusmodi Muscis Vocauitque Pharao Moysen, & Aaron, & ait: Ite & sacrificate Deo vestro in terra hac: Et ait Moyses non potest ita fieri Abominationes eorum Ægyptiorum immolabimus domino Deo nostro? Quod si mactauerimus ea, quæ colunt Ægyptii coram eis, lapidibus nos obruent. Viam trium dierum pergemus in solitudinem, & sacrificabimus domino Deo nostro, sicut præcepit nobis. Dixitque Pharao Ego dimittam vos, vt sacrificetis domino Deo vestro in deserto: veruntamen longius ne abeatis, rogate pro me Et ait Moyses. Egressus à te orabo dominum: & recedet Musca à Pharaone: & à seruis suis, & à populo eius cras Veruntamen noli vltra fallere, vt non dimittas populum sacrificare domino. Egressusq; Moyses à Pharaone, orauit dominum: qui fecit iuxta verbum illius: & abstulit Muscas à Pharaone, & a seruis suis, & a populo eius. Non superfuit, nec vna quidem, & ingrauatum est cor Pharaonis, ita vt ne hac quidem vice dimitteret populum. Septuaginta interpretes Muscam caninam, non omne Muscarum genus fuisse interpretantur, quod reprehendit Eucherius, asserens quamcunque fuisse Muscam. Similem pœnam luisse Romanorum exercitum author est Dion, tradens eo tempore, cum Traiano omnia prospere succederent, Christianos nonnullos tunc assidue psallentes, & ieiunantes, rerum mutationem in malum, & Romani exercitus cladem fore pronunciasse: sed cum omnino contraria iis prædixerant, nunciarentur, passim ab infidelibus esse derisos cum nihilominus, vt Cæsar Baronius notauit, vera illa Christianorum vaticinia fuisse postmodum probauerit euentus Nam non tantum Traianus nihil posthac rebus ante gestis, & superiori vita dignum efficere teste eodem Dione potuit, sed & prouinciæ, quas subegerat, rebellantes, Romanos milites, qui earum fines tuebantur, partim eiecere, partim interfecere: item rebellantib. forte etiam in Arabia Agarenis, tantum abfuit, vt eos Traianus domare potuerit, vt pœne periclitans, prohibente numine recedere coactus fuerit, propter multa quæ ibi contigere prodigia, inter quæ postremo loco nõ est referendum quod orta subinde Muscarũ vis eduliis, & poculis insidens, fœdo contractu cuncta Romano grauia, & molesta faciebat: quamobrem digrediens inde Traianus, morbo primum tentatur, &c. Megarenses autem populos à Muscis multo magis vexatos fuisse legimus, vtpote à sedibus suis Muscarum multitudine, referente *a* Aeliano depulsos, vt vel hinc etiam pateat, nullum esse, tam exiguum, tamque imbecillum animal, quo ad hominum peccata puniendã ceu conuenientissimo, ac fortissimo Deus vti non possit Nattat Baronius ex annalibus Hispanicis anno 1386. Septembri mense, capta Gerunda à Catolo Siciliæ, & Philippo Francorum Regibus. cum milites vim inferrent Sepulchro S Narcissi, Muscarum adeo ingentem inde prodiisse multitudinem & in exercitum irruisse tam infesto impetu, vt in fugam illum verterit, & à cœpto desistere coegerit, illata magna clade. Eandem historiã, sed longe aliter narrat *b* Ioan. Villanus, nempe Philippo Francorum Rege. Gerundam Cataloniæ vrbem obsidente, Muscas obortas in exercitu, venenato morsu homines, atque animalia pungentes neci tradidisse. In Hispanicis historiis alia similis historia legitur de Alphonso decimo, in Regni sui initiis Nieblam oppidum in Vandalia à Sarcenis diu occupatum mensibus decem obsidente, machinisque continuo debellante. Nam & in castris eius innumeram quandam Muscarum plagam quæ manducare homines non sineret, quin & vna cũ cibis ingeterentur; ortam refert, indeq; omnes fere in castris ventris fluxu, quem dysenteriam vocant, correptos esse, plurimosque interiisse. Et cum Barones, & milites Regi suaderent, vt ab obsidione recederet, ille autem perseuerandum in re incœpta diceret, ecce duo Monachi ad Regem accedunt, hortantes ne ab incœpto desisteret. Mauritanos enim summopere annonæ premi angustia: Muscas iam iam recessuras, si annuat Rex hortantibus Persuadẽt vt publico edicto, statutoque præmio muscas occidi iubeat, & in puteum proximum ad castra deferri. Id cum factum esset Muscas aiũt esse extinctas, & dysenteria liberatos esse milites. Quã re intellecta Saraceni, & obsessum oppidum, & castra, & vrbem Regi dedidere. Non itaque, vt dixi, parui facienda sunt, tam minuta animantia, quin potius quam fragilis, quamquam caduca sit humana vita, etiã Deus immortalis exemplo Muscæ ostendere voluit, quæ nimirum potens sit hominem occidere, vt vulgo notum est, Adriani Quarti Summi Pontificis infelice infortunatoq; exitu. Hunc etenim narrat Ioannes Cremonensis, cum Anagniæ cũ suis vmbræ captandæ gratia expatiaretur, aquamq; ex fonte hausisset, Muscam cum magno impetu in fauces impactam suffocasse. D. Hieronymus de Martyre quodam scribit, cum equuleorum laminarumque tormenta vicisset, à Valeriano melle peruncturn esse, & sub ardentissimo Sole, ligatis manibus post tergum resupinatum, vt Muscarum aculeis obtueretur, quibus nitas sartagines ante supetasset Postremo *c* Petrus Gregorius Tholosanus huiusmodi historiam narrat. Memini, inquit, cuiusdam historiæ relatę Paulum Diaconum lib. sexto de gestis Lombardorum capite tertio, quæ & abscissionem illam mirabilem (dæmonum) probant. Chunibertus enim Rex Longobardorum, secreto in palatio cum stratore suo determinauit de nece Aldonis, & Gransonis. Cum autem consularet; apparuit Musca in senestra, quã cultello, quem tenebat, occidere volens, non potuit, sed pedem tantum abscidit. Cum vero Aldo, & Granso in palatio Regis venirent, decreti necis inscii, apparuit quidam claudus obuius altero pede ligneo, iubens vt recederent, eo quod de eorum nece determinatum fuisset à Rege: cui credentes in basilicam se receperunt in asylum S. Romani martyris. Quod nunciatum Chuniberto, cum tamen stratot à se non discessisset, interrogauit per nuncium, cur fugissent, & postea quis consilium de nece aperuisset, & audiens factum fuisse à claudo illo obuio, intellexit eum esse malum dæmonem, qui specie Muscæ eis consultantibus adfuit, & pedem ei abscidit. Hæc ille,

Muscæ Pharaonis pereunt.

Romanorum pœna Muscæ.

Romani milites eiiciuntur.

a L. 11. c. 28.

b L. 7. Hist.

Megarenses Muscis infestati.

Dysenteria ex Muscarum haustu.

Adriani. 4. infœlix mors.

c Lib. 13. de Repub. cap. 31.

Dæmon Muscæ figura.

FABVLÆ.

DE muliere in Muscam conuersa huiusmodi fabulam narrat Lucianus Ait vero fabula perpulchram fuisse Muscam, lo- "quacem tamen, & garrulam, & cantatricem, & in amore contendisse cum Luna eodem tempore Endymionis: deinde cum dormientem adolescentulum assiduo excitaret, friuola loquens, & cantans, & circa ipsum lasciuiens, ægre illum tulisse. Lunam vero iratam in hoc animal transmutasse Muscam; & nunc propterea "omnib. inuidere somnum, qui dormiunt, Endymionis memorem, & adolescentulis præcipue, & teneris. Morsus autem ipse, "& eruoris auiditas, non rusticitatis, sed amoris est, & humanitatis signum; nam eo, quo potest, modo fruitur, & ex pulchritudine decerpit aliquid. De Polytechno à Pandarei famulis in vincula coniecto, & melle peruncto vt Muscarum aculeis exponeretur, fabulã in Ædonis historia ex Antonino Liberali recitauimus. In Græcorum monumentis legimus Neptunum Periclymeno cõcedisse, vt in quam vellet figurã se conuerteret, ac ait Euphorion, similẽ euasisse maritimo Protheo: interfectum autem ab Hercule in Muscam transmutatum in bello aduersus filios cõsilio Palladis.

Mulier in Muscam conuersa.

Polytechi fabula.

APOLOGVS.

IN cella quadam melle effuso. Muscæ aduolantes comedebant. Implicitis autem eorum pedibus euolare non poterant. Cũ vero suffocarẽtur, dicebant, miseræ nos, quia obnoxiocũ cibũ perimus. Fabula significat, multis gulam multorum malorum causam esse,

VSVS IN MEDICINA.

Aduerſus napelli venenum.

INter remedia, & antidota, inquit author hiſtoriæ plantarum, quibus napelli lethaliſſimo veneno ſtatim ſuccurrendum, Auicenna murem napelli radice nutritũ refert, qui naturæ huius maleficæ tota ſubſtantia aduerſetur, & ſumentem ab omni liberet periculo. Matthiolus murem napelli radicibus victitãtem à ſe ſæpius inuentum affirmat, aitq; napellum Moyſi dici ab Auicenna. Et Petrus Aponenſis napelli Bezoar vocat murem naſcentem in radice Napelli, iubetq; exiccari, & dari in potu drachmarum duarum pondere. Contra Antonius Guainerius Papienſis ſua ætate celebris medicus, in tractatu de venenis Muſcas, non murem in ea radice habitare exiſtimat: refertq; quendam philoſophiæ, ac veritatis ſtudioſum, ſolicite admodum, & diligenter murem huiuſmodi quæſiuiſſe, neque vnquam, vel murem, vel arroſam etiam napelli radicem ab eo repertam, ſed Muſcas abunde multas folia depaſcentes inuentas. His itaq; pro mure acceptis, antidotum ex eis confecit aduerſus multa vtilem, ſed in primis contra napelli venena vtiliſſimam. Accipit terræ lemniæ, baccarum lauri, antidoti Mithridatis, ſingulorum vncias duas, Muſcas napelli vigintiquatuor, mellis, & olei quantum ſatis eſt. Hunc ſequuntur Pena, & Lobelius ſcribentes, accliues montium ſaltus Rheticarum alpium napello abundare Iunio, & Iulio menſibus, eiq; licet omni illic arroſo gramine parere pecus omne, nec ab vllo animali attingi, præterquam à muſcis, quæ gregatim aduolent, & illi inſideant, quin floribus forte innaſcantur: eſſe enim ferme concolores, maiores, quam communes, alis capitibusq; ex lucido viridiq; vel cæſio virente quaſi Cantharides, vel Cincedulæ. Haſce ſe attentius obſeruaſſe quidem continenter flores roſtello delibantes, cęterum murem napelli fruſtra dici, & multis auulſis plantis quæſiuiſſe, & an vidiſſent opiliones percunctatos, vſquam ſibi viſum negaſſe; quare tum ſuſpicatos Arabes ex μυίᾳ μῦν feciſſe, id eſt, ex Muſca murem. Nullum enim antidotum ex mure parant, ex Muſcis vero præſtantiſſimum aduerſus funeſtum Tarantæ morſum, & epidemicos morbos. Cuiuſmodi hoc: Accipe Muſcas quæ paſtum acceperunt de napello viginti, ariſtolochiæ, boli Armeniana drachmam vnam. Nec in vlla planta huic congenere Muſcas has cæruleas inſidere, aut victitare. Quo certior ſit coniectura, iſtum napellum eſſe Arabum, & vnum eſſe ex Dioſcoridis aconitis. Et veriſimile fieri, non murem eſſe, qui napello victitet, ſed Muſcas quę linctu eius viuant. nam aconitum, cuius napellus eſt ſpecies, mures interimit, atque inde μυοκτόνον, & μυοφόνον, id eſt, muricida dicitur. Idem ſentit *a* Baptiſta Porta, docens herbas, & animalia, quæ damna, eadem remedia præſtare. Alter napellus, inquit, murinus vulgo dictus, priori multo peior, in floribus fert Muſcas, vel ei perpetuo inſident, eius veneni antipharmacum. Eiuſdem quoque ſententiæ fuit *b* Scaliger, qui aduerſus quoſcunq; venenatos morſus, ſed præcipue Tarantularũ, hanc antidotum præſcribit, Ariſtolochiæ rotundæ, Mithridati, ſingulorum vncias duas, terræ ſigillatæ vnciam ſemiſſem, Muſcas quæ de napelli frondibus victum capiunt, duodeuiginti, ſucci citri quantum ſatis eſt. Namque inquit, vel aduerſus hoc maleficium (Tarantularum, vel Phalangiorum) vel contra quemuis alium morſum nulla cum hoc eſt comparanda theriaca. Sunt qui Muſcas iubent cum radice lapathorum vitiliginibus illini Sunt item, qui eas impari numero affricatas digito medio futunculis mederi velint. Ad alopecias folio prius ficulneo aſperatas Muſcarum capita recentia applicant. Alij ſanguine Muſcarum vtuntur. Alij decem diebus cinerem earum illinunt cum cinere chartæ, vel nucum, ita vt ſit tertia pars è Muſcis. Alij cum lacte mulierum cinerem Muſcarum ſubigunt, quidam melle tantum. *c* Soranus apud Galenum aduerſus eaſdem alopecias hoc remedium præſcribit. Alcyonij drachmam vnam, ſulphuris viui drachmas ſex, Muſcarum ad ariditatem torrefactarum cyathum vnum: Muſcam per ſe terito, itemq; ſulphur. Alcyonium vero aqua coctum vna cum ſiccis læuigato, felle ſuillo, ac ,, aceto viciſſim affuſis vſquequo ſtrigmentoſum reddatur. Dein ,, de axungiam à rotis deraſam, & manu emollitam, vt emplaſtri ,, forma confiat, miſceto, & præraſa alopecia, ac rubificata, pharmacum, vt optimum confidenter illinito. Idem aliud ibidem medicamentum tradit, quod admirandum eſſe ait, & verbis eius, qui ea prodidit in ſcriptum ad alopecias, caluitiem, raritatem capillorum ęgre curabilem in capite, iu mento, ac ſuperciliis: Pilorum ouis vnciam vnam, radicis arundinis vncias ſex, filicis cum radice ,, quadrantem, ac vnciæ dimidium, caſtanearum hiſpidi corticis ,, quadrantem, lanarum ſuccidarum, quam pinguiſſimarum ſex- ,, cunciam capita Muſcarum numero triginta ſex, Muſcas quinq; reiectis capitibus, omnia in ollam nouam indita in furnum mit- ,, tito, deinde cinerem ipſorum terito. Sint autem tibi in vino A- ,, minæo prius trita ladaui vncia vna, myrrhæ vncia vna, adiicia- ,, turq; olei veteris ſextans, & cedrini vncia vna, malabathrini ,, ſextans: deinde inſperſis aridis tritis medicamentum ſume; atq; vbi linteolo alopeciam perfricueris, deindeq;, aut cæpa, aut ſcilla ,, vellicaueris, aut fici ſoliis lente excalpſeris, pharmacum ipſum ,, illitu affrica: totoq; homini in ſequentibus diebus locum intento linteolo valide confricato contentus illitione vſque ad menſes duos. Quod ſi amplius in hac curatione perſeueraueris etiam caluitiem ea ſuperabis. Pro morbo comitiali curando voluit *a* Plinius eſſe, qui viginti vnam Muſcas rufas, & quidem emortuas in potu darent, infirmioribus pauciores. *e* Marcus Seruilius Nouianus vero, princeps ciuitatis, eodem Plinio referente ſuperſtitioſe non pridem in metu lippitudinis, priuſquam ipſe eam nominatet, aliuſue ei prædiceret, duabus literis Græcis P. & A. chartam inſcriptam, circumligatam lino ſubnectebat collo. Mutianus ter conſul eadem obſeruatione viuentem Muſcam in linteolo albo his remediis carere ipſos lippitudine prædicantes Ad chymoſim hoc eſt; vtriuſq; palpebræ diſtortionem ex inflammatione obortam *f* Galenus hęc pręſcribit. In quibus vero chymoſis fortis contingit, oui luteum cum Muſcæ carne terito; atque vbi ad cerati formam deducta fuerint linteolo excepta impone, confeſtim ſedant. *g* Idem capita muſcarum è cera pro cataplaſmate oculorum carbonibus conferre ait. Chritas etiam, id eſt, inſtar hordei oblongos circa palpebrarum pilos abſceſſus qui item poſthiæ Græcis appellantur, ceræ albæ fomento dilui, aut muſcæ corpore, abſciſſo abiectoque capiti confricari iubet. Apud eundem *h* Dionyſius Mileſius ad pilos palpebrarum pungentes, leporem marinum in figulino nouo vri, & cinerem tritum caninarum Muſcarum ſanguine excipi, reponique in cornea pyxide, & ad vſum aſſeruari. Denique ouis Formicarum ſupercilia denigrari eum muſcis tritis tradunt, referente *i* Plinio. Si vrinam equus non facit, Columella ſi alia remedia non proſunt, foramiui, quo meat vrina, muſcam viuam inſeri iubet.

Muſcæ in radice napelli.

Antidotũ ex Muſcis napelli.

Napellus vbi abũdet

Ad Tarantę morſum

Napellus cur murici da dictus.

a *Lib.* 3. *Phytog. c.* 2.

b *Exercit.* 185.

Aduerſus Tarautulas.

c *Lib.* 2. *de comp. med. ſec. loc. c.* 1.

Ad capillorum raritatem.

Ad Epilepſiam.

d *Lib.* 30. *cap.* 16.

e *Lib.* 28. *cap.* 2.

Ad lippitudinem.

Ad Cchymoſim.

g *Lib.* 4. *de comp. med. ſec. loc. c.* 7.

p *De Ocul. part.* 6. *c.* 7.

h *Lib.* 4. *de comp. med. ſec. loc. c. vlt*

i *Lib.* 6. *c.* 33.

ICONES.

LAcedæmonius quidam, vt antea obiter diximus, à nonnullis puſillanimitatis notatus, quod in ſcuto depictã haberet Muſcam, eamq; vulgari non maiorem, quaſi inſtar Muſcæ nollet ab hoſte palam videri, reſpondit: quin imo ego cominus hoſtem excipio, & ſic adorior, vt quamuis puſillum ſit ſignum, poſſit vel ab hoſte cognoſci. Inter eos ſculptores, qui res maximas paruis figuris imitati ſunt, duo potiſſimum celebrantur. Myrmecides, & Theodorus; vterque quod, vt ait *a* Plinius, currum feciſſet tantæ exiguitatis, vt eum muſca alis contegeret ſuis. Theodorus, inquit qui labyrinthum fecit Sami, ipſe ſe ex ære fudit, præter ſimilitudinem mirabilem fama magnæ ſubtilitatis celebratus. Dextra limam tenet, læua tribus digitis quadrigulam tenuit translatam Præneſte, tantæ paruitatis, vt totam eam, currumque & auri- " gam integeret alis ſimul facta Muſca. De Myrmecide habet ſic. " *b* Myrmecides quidam in eodem genere inclaruit, à quo quadri- " gam ex eadem materia (ebore) quam muſca integeret alis fabri- " catam, & nauem quam Apicula pinnis abſconderet. Et alibi: " Sunt & in paruis marmoreis famam conſecuti *c* Myrmecides, " cuius quadrigam cum agitatore cooperuit alis Muſca, & Calli- " crares, cuius Formicarum pedes, atque alia membra prouidere " non eſt.

Muſca in ſcuto depicta.

a *Lib.* 34. *cap.* 8.

Currus minimus ſub Muſcæ alis

b *Li.* 7. *c.* 21.

c *Li.* 36. *c.* 5.

CAPVT II.

DE MVSCA VINACEORVM.

AElianus, Ephemera, inquit, animalia, vnum diem viuunt: ex fæce vini aceſcente originem trahunt, aperto dolio, vt luce ſuſcepta ſuut, vita excedunt Ariſtoteles vero Culices (κώνωπες) ſcribit naſci ex vermiculis, qui fæce aceti gignuntur. Quo loco Gaza pro κώνωπες reddidit Culices vinarii, ſed quam bene, dicetur in Culice. Naſcitur quidem in ipſis vinaceis Muſcarum quod dam exiguum genus, Moſcinos vulgus vocat; ſed hi meo iudicio, neque Culices illi Ariſtotelis fuerint, non enim ex aceti fæce gignuntur, argumento quod vindemiæ tempore tantum appareant cum noua vina fiunt: neque Ephemera Æliani etiam eſſe puto: nã plurimos quotidie prope dolia extinctos reperire eſſet, quod alioqui non fit. Moſcini autem noſtri animalcula ſunt admodum exigua, corpore craſſiuſculo, coloris ex cinereo fuſci, breui: capite rotundo, breuiſſimis antennis, breuibus etiam pedibus, quæ fere omnia contrario in Culicibus modo habentur. Hæ namq; antennas habent longas, corpus procerum, pedes longos. Moſcini vini valde ſunt appetentes, adeo vt in eo ſeſe ſubmergant, vnde bibaculorum adagium cupientium Moſcinorum more mori, hoc eſt, in vino, vt inextinguibilem ſuam ſitim ſedent. Vinulas eas vocat Scaliger.

Moſcini non naſcũtur in putri aceto, nec ſunt ephemera.

CAPVT III.

DE EPHEMERO.

EPhemerum Ariſtoteli binis in locis vocatum animalculum, quod vnum tantummodo diem viuat, quanquam quod ſit, ignorem, tamen quę de eo prodidit, hic inſeram, quia quadripenne id eſſe teſtatur. At vero, inquit, quę ſanguine vacua pedib. ſe pluribus moueant, ſiue volucres ſunt ſeu pedeſtres, iis certe motus per notas plures exercetur: vt animal, quod à vita die vno de- " ſcribenda Ephemerum appellatum eſt, pedibus quatuor, pen- " niſq; totidem: quippe quod non ſolum vitæ ſuæ ratione propri- " um, id merito habeat, ſed etiam cum quadrupes ſit, voluere quo- " que eſt Sicille: & alibi rurſus: Hypanis fluuius, inquit, apud *a* " Cimmerium Boſphorum ſub ſolſtitio defert velut folliculos a- " cinis maiores, quibus quadrupedes volucres erumpunt: quod genus animalis in poſtmeridianũ vſq; diei tẽpus viuit, & volat: " mox diſcedẽte ſole macreſcit, & languet, deinde occidẽte, emoritur, vita nõ vltra vnũ diẽ peracta, vnde Ephemerũ, id eſt, diarium appella-

a *Li.* 5, *c.* 19.

appellatum est. Cæterum ego lectoribus considerandum propono, nunquid quod de Ephemeri pedibus scribit Aristoteles, præceptis eius conueniat, quæ vniuersaliter de Insectorum pedibus scripta reliquit, tribuens iis, quæ pauciores habent, sex ad minus.

b *Lib. 4. de partib. c. 6. Animal.*

b Plinius tamen sic repetiit: Hypanis fluuius in Ponto, circa solsti-
,, tium defert acinorum effigie tenues membranas, quibus erum-
,, pit volucre quadrupes, nec vltra vnum diem viuit; vnde Hemerobion vocatur. Meminit etiam c Ælianus citans Aristotelem, sed

c *L. 5. de c. 43.*

neque alarum, neque pedum mentiouem facit, vocatque Monomeron. Aristoteles (inquit) ait bestiolam apud Hypanin fluuium, vnum diem viuentem, sub lucem matutinam nasci, post autem ad solis occasum extingui. Iacobus Daleckampius in Plinii locum citatum hoc addit scholiolum. Tali tempore id Culicum genus in Arari nascitur, eodemq; die mortuum aquis innatat, piscibus auidissime consectantibus: Lugdunenses piscatores vocãt de la Manne. Sic ille. Sed cum Ephemerum, siue Hemerobium, siue Monomerum Arist quadripẽnesit, è Culicum genere, φ bipenne est, esse non potest. Sunt ramẽ multa Insecta Culiciformia quo ad corpus, quę alas habent quatuor, vt suo loco patebit. Bocatius addit Ephemerum mane esse infantem, iuuentutem tenere meridie, vesperi senio confici, & mori. Scaliger nobis Epheron descripsit his verbis: Ephemeri ab Arist. scriptam, à Cicerone repetitam reponis historiam: animalis faciem non apponis. Quibus igitur scribebas hæc? Omnia legimus, & relegimus: in memoria habemus. Occidet miseros crambe repetita. Igitur da nobis aliquid noui. Quid ru? inquies. Egon? Nihil equidem. Nisi si animal, quod describam pedes habet quatuor. Ephemeron puto. Namq; ad Sarcam, & Benacum, frequentem vidimus vesperi, mane nullum. Captum noctem tan-
,, tum vixit. Sin sex habet pedes: non enim memini: de nostro E-
,, phemero actum est. Nec iam diem vnum viuet hic in lituris his-
,, ce nostris, sed post vnius modo lineæ tractum, obiit. Et patui re-
,, fert: parua enim iactura est. Tamen hoc pro alia historiola cen-
,, seatur. Quatuor oblongas gerit alas. Pedes quot, nescio. Caput,
,, quale Musca. Oculos grandissimos. Promuscidem in se conuo-
,, lutam. Venttiosum est. Cauda est longissima, sectiunculis coag-
,, gesta, atq; coaptata, in extremo bifida. Etiam in quibusdam tri-
,, furcata: vt in Gryllorum fæmellis, quorum mares vno tantum
,, sulco bicornem habent. Color auri splendore sublustris in ma-
,, ioribus: minoribus subfuscus, Taurini Moniettan vocant, quasi
,, Monachellam. Adriatici ad Maranum, & Tergeste, Curoculũ.
,, Puto Iustinopolin Exarchatum multa nomina Græca attulisse.
,, Plurima n recẽsere possumus. Ab oculorum specie, tãquam Ho-
,, mericam Iunonem, Βοῶπιν, sic hoc κόυρης oculum. Luserim; si ita
,, non sit. Maiora enim molimur. In his interea pro deambulatio-
,, nibus ociosi, & haud falso χολάζοντες. A nostratibus Situolla, id
est, Sagitella nominatur. Hæc ille: sed notandum de pedum numero voluisse potius tacere veritatem, quam Aristoteli repugnare. Non enim credendum cum cætera meminerit optime, pedum numerum fuisse oblitum. Ab huius animalculi vitæ breuitate natum est adagium Ἐφημέρου ζῶον, Ephemeri vita, de iis qui subito moriuntur, aut pereunt. Est & Ephemerus piscis, cuius ex Iorath meminit Vincentius, inquiens nasci sine parentum complexu, & vix tres diei horas ab ortu superuiuere. Ephemeron denique duarum herbarum nomen est Dioscoridi: quarum vna ita dicta, quod vno die interimat; altera quod vna die flores amittat, de quibus alibi.

Ephemeri vita de quo dicatur.

CAPVT IV.

DE OESTRO, ET TABANO.

Oestrus, & Tabanus Muscarũ species.

INter Muscas referre Oestrum quoq; itemq; Tabanum veterum autoritas iubet, ac vtriusq; similitudo corporis, alarumque numerus. Nam Suidas ait οἶστρον μῦαν ὑπόχαλκον esse, hoc est Muscam subæratam, & Aristoteles bipenne Insectum. Varia tamen, ac dispari veterum, & recentiorum de Oestro, & Tabano opinione cõmotus, de vtroq; separatim hoc capite agere institui. Nam quid sit apud veteres Oestrus, quid Tabanus, quid Asilus multi recentiorum multa disputant, cum sint qui diuersa hæc nomina significare, item qui prorsus eadem esse velint. Quorum discrepantes sententias seligentes, si quæ præstantiores melioresq; sint, recensebimus, & examinabimus. Interim tamen admonitũ velim lectorem, ne quãdo aut Asili, aut Tabani, aut Oestri apud autores antiquiores præsertim, fit mentio, eadem esse statim existimet animantia, neq; etiam diuersa penitus; sed prius consideret, à quo autore hæc nomina vsurpentur, & num idem diuersa hæc nomina statuat, num vero eadem esse dicat. Quam n. vario significatu, & confusa appellatione multi autores vsi sint inter Synonyma, quam plenissime docebo subinde.

ÆQVIVOCA.

Oestrus pro furorem.

a *Lib. 1. Theba.*

Οἶστρος, & Oestrum tum Latini, tum Græci oratores, atq; Poetę μεταφορικῶς pro stimulo furibundo, quo quis agitatur, accipiunt, vt apud D. Chrysostomum de Sacerd. οἶστρον δαιμονικὸν ὑπόμφειν, id est, didbolicis stimulis agitari. a Statius poeticum etiam furorem, & instinctum Oestrum vocat, hoc versu.

Tempus erit quum laurigero tua fortior Oestro
Facta canam.

Sed alii teste Lactantio in suis ad hunc versum commentatiis, hic

A per Oestrum fontem, intelligunt dicunt apud Siculos, vbi Musæ colebantur. Cupiditatum quoque stimuli hoc nomine efferuntur, vt à Lucilio.

Fons apud Siculos Oestius dictus.

Μήστ' ἀπεριεσίων οἶστρον ἐλληκτιάνων, id est.
Ne te capiat insana immenearum opum cupiditas.

Est etiam οἶστρος apud b Aristotelem auis nomen, quæ Vermiculis victitat Gaza Asilum transtulit, de quo tomo secundo nostræ Ornithologiæ quam vberrime scripsimus. Asilus autẽ marinus, quem Græci οἴστρον θαλάσσιον nuncupant, animal est ita vocatum ab Asili terrestris natura, quod thunnos gladiosq; pisces, interdum etiam delphinos ita exagitat, vigente canicula, tantoq; interdum dolore afficit, vt propterea in naues sæpenumero delphini insiliisse narrentur. Oritur sub pinna thunorum Scorpionis effigie, Araneï magnitudine, Pediculus marinus Bellonio dicitur, sed falso; de hoc alibi plenius agemus. Apud Auic. Asilus serpentis species est, vt Leonisenus in libro quodam de Dipsade & aliis serpentibus autumat, nec id sane absq; ratione, siquidem ea omnia signa quæ à Dioscoride, & Paulo in his quos Aspis momorderit, enarrantur, eadem in morsu Asili ab Auicenna referuntur. Μύωψ cum Græcis Tabanus sit, vt postea probabimus, si spectemus etymon, sonat potius Μύων ὤπα, seu ὤπας, etiam significat eum, qui claudit oculos, & conniuet. Certum autem oculorum vitium hoc vocabulo exprimi video Gellius Μύωπα luscioſum vocat Fulgentius luscioſos, inquit, dicunt, qui interdiu parum vident, Græce Μύωπες dicũtur. Differunt autem ἀπὸ τῶν νυκτάλωπων, quod hi propter visus hebetem vim interdiu contueri nequeant, nisi clausis oculis: Μύωπες autem dicantur, qui ab ortu primo proxima quidem vident, rẽmota vero non vident. Senibus huic vitium contrarium accidit, siquidem senes admota non videntes, longe reducta vident. Ponitur Μύωψ, sed per υ & ι. pro calcari, quo vrgentur equi, apud Xenophontem ὁ τὰν δὲ μέλλητε πεδῶν, πυροῦτε αὐτὸν τῷ μύωπι. Quidam exponunt etiam flagellum: sed de minimo digito dici (qui alio nomine ἐπῆς appellatur) annotat vulgare lexicon.

b *Hist. 8. c. 3.*

Asilus apud Auicennam & Aspis Græcorum idem.

SYNONYMA.

PRimum hic recensebimus eorum autoritates, qui Oestrum, siue Asilum Tabanumque, aut Μύωπα, idem esse statuunt; mox eorum, qui inter hos sua discrimina ponunt. Tanta n in his vocabulis exponendis difficultas existit, vt quid significent, hærear, fluctuerve animus. Isiod. Oestrum esse ait animal aculeis permolestum Græcumq; id esse nomen, Latine Asilum dici, vulgo Tabanum. His Μύωψ quoq; synonymum statuit Hadriãi Iunius, cuius expositioni subscribũt alii plurimi, forte Hesychii & Eustathii authoritate ducti, nempe quib. Μύωψ, & οἶστρος eadem sunt: vtriusq; loca placuit adscribere. Οἶστρος, inquit, Hesychius, κῆδος πτηνὸν ὑφ' οὗ κεντιζόμεθα αἱ βοῦς σκίρτωσι, ὁ Μύωψ καλεῖ. Id est Oestrus est species volatilis animantis, à quo puncti boues saltant, φ Myops vocatur, & Eustathius duobus in locis idem dixisse videtur. Οἶστρος inquit, θηρίδιον ὁ καὶ Μύωψ λεγόμενον μῆκος μὲν μείζον τί δὲ ἀλλαὶ ἐμφερές, &c. Et rursus alibi. Τοῖς βουσὶν ὀκεὶ πολέμιον τὸ οἶστρος τὸν καὶ Μύωπα, ὃς δὲ ζωύφιόν ἐστι ἐχθρὸν τοῖς βουσί. Nam vbi hic dicit: Τὸν καὶ μύωπα, subintelligit, καλοῦσιν. Hinc quidam interpres apud Lucianum Μύωπα Oestrum transtulit, dum ait Lucianus οὗ γὰρ Μύωπι ἀφ' τοῦ ὠτὸς τυπεὶς, vertit Oestro in auriculam immisso. Notandum ibi etiam Eustathio in nominatiuo οἶστρον vocari. Qui modo Tabanum cum Oestro confundunt, a Plinii autoritate niruntur: is enim hæc scripsit. Reliquorum quibusdam, inquit, aculeus in ore, vt Asilo, siue Tabanum dicere placet. Item Culicibus, & quibusdam Muscis. Qui distinxerunt, Oestrum, & Asilum quidem idem animal faciunt, Tabanum vero diuersum. Nam quod ad Plinii autoritatem attinet, aiunt quidam non ignobiles doctrina viri, Tabanum Plinii, & Asilum idem esse, apud alios tamen autores differre, quidam rursus in curię Plinium arguentes multis contra eum rationibus pertinaciter contendunt, Tabanum eam potius Muscam esse, quam caballinam, eo quod equos maxime infestet, vocamus: nec alia mouentur ratione, nisi quod Tabanus armenta in fugam non vertat, sicut Oestrus facit, quod falsum esse asserit Marianus Victorius olim Episcopus Reatinus in suo, quem in opera D. Hieronymi edidit, Indice copiosissimo. Nam si Tabanorum copia, inquit, iumenta vexet, facile in fugam vertuntur: appellat itaque, & hic Tabanum Oestrum, ne à Plinio dissentire videtur. At vero longe aliter, quam illi sentio, Pieriumque magni facio, qui mihi hunc honorem præripuit, air enim is se vereri ne vbi Plinius inquit, Aculeus in ore, vt Asilo, siue Tabanum dicere placet, hæc vltima verba, siue Tebanum dicere placet, subditia sint, & adulterina, & ab aliquo apud hunc autorem addita, quemadmodum pleraque alia, quæ non nisi quotidiana, ac diligenti doctorum virorum obsetuatione cognosci, & auferri queunt. Nam Tabanus ab Asilo diuersus est, qui οἴστρος Græcis proprie dicitur, Marone interprete hisce versibus.

Tabanus Asilus idem Plinius

a *L. 11. c. 8.*

Musca caballina.

Est lucos Silari circa ilicibusq; virentem
Plurimus alburnum volitans, cui nomen Asilo
Romanum est (Oestrum Grai vertere vocantes)
Asper acerda sonans, quo tota exterrita syluis
Diffugiunt armenta.

Tabanus vero Μύωψ Græcis dicitur, idque cognoui ex a Plinio, qui ait Tabanos è ligno nasci, quod ex Aristotele transtulisse videtur, qui Μύωπα, air ex ligno prodire his verbis, οἱ μύωπες γίνονται ἐκ τῶν ξύλων. αἱ δὲ ὀρσάδακναι, ἐκ τῶν σκολήκων μεταβαλόντων, item Sosistratus Oestrum è fluuiatili materia nasci tradit, Μύωπα vero ex lignis: propterea interpretes Ælianj, & Aristotelis recte vbique Μύωπα Tabanum transtulerunt. Hi autem si Asilum

a *L. 11. c. 33.*

aut

aut Oeſtrum tranſtuliſſent, ſæpius coacti fuiſſent bis hæc vocabula repetere, quod abſurdum lectoribus viſum fuiſſet, vtpote, quod Ariſtoteles multis in locis Μύωπα καὶ οἶστρον vna coniungit, & in vna eademq; periodo vtriuſq; vocabuli mentionem faciat, vt vbi, inquit, ἔχουσι καὶ οἱ κώνωπες τοῦτο καὶ αἱ πορφύραι οἶστρον καὶ ὤψ· οἱ μύωπες καὶ οἱ οἶστροι Sit itaque conſtans, ac firma ſententia Tabanum ab Aſilo in plurimis differre, quod in ſequentibus, vbi naturam planiùs ex veteribus recenſebimus, fiet manifeſtum. Sed antequam ad ea dicenda peruenamus, quid apud alios quoſdam; & apud me Oeſtrus ſit atque Tabanus, paucis abſoluo. Iacobus Greuiuus in ea videtur eſſe ſententia, vt Teredines ſint Oeſtri. Sat inquit, eſt vt intelligamus Apum, Veſparum, Crabronum Fuco-
,, rum, & Teredinum, quod vltimum genus Oeſtrum eſſe exiſti-
,, mo, aculeum vehementiſſimum inferre dolorem. Pierius Valerianus, ait Tabanum Muſcam eſſe lentam cineritiam, multoq; Aſilo copioſiorem, vbiq; reperiri Nos vero ſtatuimus Tabanum veterum eſſe eam Muſcam quam caballinam dicunt vulgoq; Tauano ab Italis vocatur, Oeſtrum vero quid aliud Inſectum aculeo peſtilentiſſimo: de vtriſque plenius in deſcriptione agetur οἶστρον putat Euſtathius deduci ab οἴω, quod eſt ferio, fortaſſis quod ab Oeſtro icti boues impetu fere quodam percelluntur. ita enim nomen vertitur quoties à proprio in aliud transmutatur, vt Byrſa cum ſit proprie corium; ab re ipſa quoq; dicta eſt arx Cartaginis: ſic Oeſtrus cum ſit furor ab eodem effectu Oeſtrus dictum eſt animal. Aſilum autem à vocis ſimilitudine, quam hoc animalculum edit, Latini vocarunt, quod etiam placuit *b* Seruio Grammatico, qui ſuper hos verſus Virgilij

Propria de Tabano ſententia.

Aſilus vnde dictus.

b 3. *Georgic.*

——Cui nomen Aſilo
Romanum eſt, Oeſtrum Grai vertere vocantes,

,, annotat inquiens. Vertere ex ſoni ſimilitudine onomatopoeam
,, fecere, non enim poſſimus accipere ex Latina lingua mutauere,
cum conſtat Græcam primam fuiſſe. Cæterum Μύωπα quem Tabanum eſſe dicimus per υ & ι ſcribendum arbitramur, maleq; in plurimis tum ſcriptis, tũ impreſſis codicibus legi Μώψ per ὐ ſimpliciter, cum ἀπὸ μυῶν, & ὤψ, dicatur, quod Muſcæ ſit aſpectu, eſt enim è Muſcarum genere. Aſilum, atque Tabanum cæteræ linguæ vno codemque vocabulo indifferenter exprimunt. Itaque Italis Tauano, ô Tafano dicuntur. Hiſpanis el Tauano, Moſcarada que ahuyenta las vacas oraſes. Gallis Tahon, vn mouche fort picant qui moleſte fort les buefs, & les vaches. Germanis ein Braem, rosbram rosmuck, groſe Fliege/ hummel. Belgis een peerde vliege, Coeuvliege, Brem. Polonis qziex xonie ſzezipiaci. Hungaris Barom Bergetoe, fenebogar, varga legy. Anglis Agraet flie byting beaſtes. alſo à vorme fund in fishes.

Aliarũ nationum nomina.

DIFFERENTIA, DESCRIPTIO. *genus.*

A Silo, atque Tabano id commune eſt, quod aculeo in ore armentur eoq; duriori, quam cæteræ Muſcæ, quæq; binis volent pennis. Hæc teſtatum reliquit *a* Ariſtoteles plurimis in locis, his verbis. Bipennia anteriorum parte aculeos gerunt, vt Muſca, Tabanus, Aſilus, Culex Et alibi rurſus: Nulla ex cæteris parti-
,, bus ſenſorijs manifeſta eſt, præterquam lingua in nonnullis,
,, quæ vel teſta intectis omnibus data eſt, quia & guſtant, & cibũ
,, attrahunt. Hæc alijs mollis infirmaq; eſt: alijs dura, & valida,
,, vt purpuris, Tabanis, Aſilis, atque alijs plurimis. Omnia enim
,, quibus in aluo aculeus nou eſt, linguam eiuſmodi veluti arma
gerunt: idem confirmat Plinius: & Æliauus ait Aſilum maxime Muſcæ ſimilem eſſe ex aliorum ſententia, robuſtum eſſe, ac bene compactum, habere quoque aculeum in ore appenſum, durum, validumque. Tabanum autem ſimilem videri Muſcæ cauiuæ, aculeum vero minorem poſſidere. Merito his natura duriorem, quam Muſcis aculeum tribuit, vt animantium grandiorum cutem, quæ durior eſt cæterorum plurium animalium, facilius penetrent, quo ſanguine eorum potiantur. De magnitudine Aſili, atque Tabani nil habeo certi quod ex veteribus proferam, memini tamen Ariſtotelem alibi Araneum Aſilo ſimilem magnitudine facere. Euſtathius ſcribit Oeſtrum, ſiue Tabanum eſſe Inſectum Muſca maius, eiq; per omnia ſimilem, quoſdam tamen tradere Oeſtrum eſſe beſtiolam Locuſtæ ſimilem, colore variam, mobilem, in boues inſolenter impetentem, forma vero, ac colore ἐπιχαλκον, quaſi ſub æratam diceres: quod Suidas de ſolo Oeſtro, οἶστρος, inquit, μῆλόν ἐστιν ἐπιχάλκου ἐγχείπτεται ὑπὸ τῆς κάνμματι τοῖς βοσὶ καὶ ποιεῖται ἐλαύνεθαι Sed cum ex horum authoritatibus nil certi cognoſci poteſt, ingenue fateor ignorare adhuc me, quid ſit Oeſtrus, quaue corporis magnitudine, Obſeruauimus nos quoddam Inſectum quod hic loco Oeſtri damus Pſeudooeſtrum appellantes, magnitudine fere Crabronis, ſed corpore craſſiori magisq; obeſo toto nigerrimo ſplendente; alis quatuor amethiſtino colore perpulchre micantibus, pedibus hirſutis, duabus in capite antennis, quæ in extremo aliquo modo luteſcunt; præter aculeum in ore duo quoq; alia aderant cornicula, quibus res oblatas fortiter apprehendebat. aluum inſtar Apum admodum annuloſam, & obtuſam in extrema parte habebat: dum volat maximum ſtrepitum edit. rariſſime hoc Inſectum videtur. Tabanorum apud Indos occidentales, ait Ouiedus diuerſa eſſe genera; quæ omnia, quod prolixior eius hiſtoria euaſiſſet, deſcribere noluit. nos autem duo animaduertimus; vnum cũius figura hic à nobis priori loco datur corpore minori, quam Pſeudooeſtrus gracilioriq; capite, nigro antennis breuiſſimis, vt vix appareant, pectore item nigro, ac pedibus; alis ſubluteis, circulisq; ſubluteis aluum ambientibus. Tabanum maximum voco. Alterum genus quod ſecundo loco depictum ponimus, bobus equisque maxime infeſtum, præcedenti paulo minor, capite nigro, in cuius vertice duo punctula alba, pectore item nigro, ſed nonnihil ſubcinerei coloris habente, itemque aluo circulis cinereis, quo colore, & alæ inſigniuntur. nullum quod ſciam hi Tabani ſonum emittunt, & quamuis ſcribat *a* Ælianus Tabanum maiorem bombum quam Aſilus edere, tamen cum id ab Ariſtotele neutiquam animaduerſum video, maxime dubito, ſit ne verum quod ſcripſit ille: Virgilius ſonum Aſilo ſuo tribuit hoc verſu.

a Lib. 4. *de Animal. cap.* 51.

Aſper acerba ſonans quo tota exterrita ſyluis
Diffugiunt armenta.

a Lib. 1. *Hiſt. cap.* 5.

Aculeũ cur habeat duriorem.

Locuſtæ ſimilis Oeſtrus.

Pſeudooeſtri noſtri deſcriptio.

ORTVS ET GENERATIO.

DVplex Aſilorum ortus, ſi veteribus ſit credendum, veluti cenſeo. Nam à materia putrida oriuntur, quæ aut eſt in fauis Apum, vt viſum eſt Plinio, & Columellæ: aut in aquis ſtagnantibus vt *a* Ariſtoteli, ait enim quod Aſilus è latiuſculis quibuſdam beſtiolis quæ in fluuijs ſupernatent, enaſcantur, & quod propterea magna Aſilorum copia circa aquas inueniatur, & alio in loco ex Culicibus paluſtribus generari voluit, his verbis, ſunt porro, inquit, quæ viuant in humore, deinde forma immutata, foris vitam incipiunt agere, vt Culices paluſtres, ex ijs enim Aſili proueniunt. Quod in extremis naſcantur fauis ſcripſit *b* Plinius his verbis. Naſcuntur aliquando in extremis fauis Apes grandiores, quæ cæteras fugant Oeſtrus vocatur hoc malum, quonam modo naſcens ſi ipſa fingunt. Idem legitur apud Columellam, ex quo Pliniusid tranſcripſiſſe videtur. Verum hic ſummopere hæret animus, nunquid hic Oeſtrus, cum Plinius dicat eſſe Apis grãdioris ſpeciem, diuerſus ſit ab Oeſtro Ariſtotelis Rurſus *c* Plinius de quorundam animalium naſcendi modo tradens, hæc verba habet. Multa autem Inſecta, & aliter naſcuntur, atque imprimis ex rore. Inſidet hic raphani folio, primo vere, & ſpiſſatus ſole in magnitudinem milij cogitur. hic quidam peruetuſti codices legunt. Multa autem Inſecta, & aliter naſcuntur, atque Aſilus imprimis ex rore; de qua lectione, num nimirum recipienda ſit, alibi ſcripſimus. Tabani quoque, eodem autore, ex ligno naſcuntur. Sic quædam, inquit, ex imbre generantur in terra, quædam & in ligno; Nec enim Coſſi tantum in eo, ſed etiam Tabani ex eo naſcuntur, & alia vbicunque humor eſt nimius: & alio in loco Vermiculorum meminit, ex quib. Tabani fiunt, de quibus quamuis apud Ariſtotelem nil, quod ſciam, ſcriptum reperiatur, tamen cum is ante Plinium tradiderit Tabanos ex ligno naſci. cenſendum eſt eoſdem antea ex Vermiculis oriri, cum omnia volantia Inſecta eodem fere modo producantur.

a Lib. 5. *cap.* 19. *Hiſt.* circa aquas Aſilorũ copia.

b Lib. 11. *cap.* 16.

c Lib. *eodem cap.* 23.

LOCVS.

CVm Aſilorum copiam circa aquas eſſe dixerit Ariſtoteles, fieri poteſt, vt non in omnibus regionibus æque frequentes ſint ſed in ijs tantum, quæ plura habent flumina, aut ſtagna plureſq; aquas, & paludes. Silarus fluuius Lucaniæ in parte Apennini naſcitur, & ad mare exit, vbi eſt Leucoſia inſula, ad cuius amnis oſtia Alburnus eſt, apud quem multos eſſe Aſilos cecinit *a* Virgilius. Neque enim, vt recte Probus Grammaticus animaduertit, cenſendum eſt Silarum fluuium apud Virgilium eum eſſe, qui à Strabone dicitur veterem Campaniam diuidere à Picenſibus, cũi fluuio illud proprium ineſſe dicitur, vt in eius aqua demiſſa virgulta ſaxificentur, forma tamen coloreque ſeruato. Refert ſimiliter Euſtathius ex Dydymo apud Leſtrigonas Aſilos, vel Tabanos, & Oeſtros, vel ſi mauis Græce, μυωπάς τε καὶ οἴστρους plurimum naſci, animalculaq; hæc maxime inimica bobus eſſe. Cæterum Læſtrigonas regionem illam Siciliæ, quæ poſtea fuit Leontinorum, incoluiſſe commemorant, quæ bobus, equisque ac cæteris glabris, & villoſis pecoribus abundat. Alij Læſtrygonas ſub capite Draconis ſitos eſſe autumant: de quo capite Aratus dixit, ortus, occaſusque ſolis confundi. Eos Formias Campaniæ vrbẽ habitaſſe Plinius & Solinus ſcribunt. Verum ſcribunt Indiæ occidentalis Hiſtoriographi ibidem, in terra continenti, Tabanos maxime moleſtos eſſe infeſtosque ſuis morſibus, magnamque ibidem eorum copiam reperiri.

Silarus fluuius.

a Lib 3. *Geor.*

Tabanorũ copia in India occidentali.

VICTVS. DAMNA, EORVMQVE *remedia.*

SI verum eſt quod à Philoſophis pro firma conſtantiq; ſententia ducitur, animalia ex qua conſtant materia, ex eadem quoque viuere, erit neceſſe Aſilos, & viuere, & alij ijs humoribus, qui aut in aquis ſtagnantibus, aut extremis fauorum partibus ſunt, itemque Tabanos iis qui in lignis putridis exiſtunt, talesque humores ſanguini quorundam animalium quadrupedum ineſſe vtpote quod ad ſanguinem elliciendum boues, equosque, & cætera eiuſque glabra armenta impetant. Nam Tabanum Camelos infeſtare ſcripſit *a* Plinius, itemque Heſychius boues omneque animal agitare, Aſilos vero; tantummodo boues laceſſere, qua de cauſa ab *b* Ariſtotele vtraque hæc animalcula αἰμόβορα appellantur. De

a Lib. 31. *c.* 2.

b Lib. 8. *c.* 11. *Hiſt.*

tut. De Oestris scribitur passim apud autores, tam vehementer interdum boues suo aculeo mordere, ac pungere, aut in autes eorum (vt aliqui volunt) incurrere, vt eos furibundos reddant. Hinc Oppianus cum vellet furorem vehementem describere, quem Oestri marini Gladijs, Thunnisq; inferunt, cum furore, quem Oestri frequenti inuasione Tauris concitant, comparat, inquiens.

Furor describitur.

Καὶ γὰρ τοί κ' βουσὶν ἀάσσει ἔντε πελάσσῃ
Οἶστρος· ἐνιχρίμψει δὲ βοὸς λαγόνεσσιν ἀραιαῖς,
Οὔπω τε δουφορβῶν μέλεται σέβας, οὔτε νομῆος,
Οὐδ' ἀγέλης, πόιην δὲ καὶ αὖλια πάντα λιπόντες
Σεύονται λύσσῃ πεδωχμοὶ οὐδὲ τις αὖτις
Οὔ ποταμῶν, οὐ πόντος αὐήεντος, οὐδὲ χαράδραι
Ῥωγάδες, οὐ πέτρη τὰς ἀφοίτητος κατερύκει
Ῥίπτῳ παυρείλῳ, ὅτ' ἐπιζέσῃ ὀξὺ κελεύων
Βουτύπος, ὁ τε νῆστις ἐπιστείχων ὀδάκῃσι
Πάντῃ δὲ βρυχὴ πάντῃ δὲ εἰ ἄλμα τε χηλῆς
Εἰλεῦται· τοίη μιν ἄγει δρομεῦσα θύελλα.

Id est,

Quin etiam fontes Tauros infestat Asilus
Ilibus, & lateri medio cum fixus inhaeret
Nec tam pastores curant, nec pascua leta,
Et virides herbas stabulum atq; armenta relinquunt.
Confossi, furiunt rabie. non flumina possunt
Non mare, non valles praeruptaq; saxa tenere.
Mugitu complent syluas, stimuloq; coacti
Exulum, flectuntq; pedes horrore minaci
Pascua, atque boues tangit furibunda procella.

Hos **Oestros** autem, aiunt, vt plurimum æstiuo tempore, aut cum Sirius flagrat aster bobus esse permolestos: nam eo tempore non aliter, quam alia animalia videntur plurimum sitire. Terrorem itaque procorum Penelope, quod Minerua sustulisset Ægida, eleganter Homerus expressit, eum cum boum timore, quos Oestrus æstate exagitat comparans.

Æstate boues maxime infestãt Oestri.

Ὣς δ' ἐφηδόντο κῆρι μέγαρον βόες ὡς ἀγελαῖαι,
Τὰς μάλ' τ' αἰόλος οἶστρος ἐφορμηθεὶς ἐδόνησεν
Ὥρῃ ἐν εἰαρινῇ, ὅτε τ' ἤματα μακρὰ πέλονται,

Id est.

Hi autem fugerunt in domum boues tamquam gregaria.
Quas quidem varius Asilus impetu aggressus exagitauit
Tempore in verno, quando dies sunt longa.

Propterea diligenter cauendum est, ne boues, & vaccæ, & alia animalia, quæ à Tabanis, & Asilis infestantur iuxta paludes, & militarem viam pascantur: quod illæ caloribus noxium virus. hæc aculeis infesta Insecta generent. At quoniam pauperioribus, quibus commodiora pascua locaq; à paludibus, & stagnis aliena plerunq; non suppetunt, diligenter enitendum ne subflagrante sole animalia pascant, sed sub crepusculo, aut ortu solis, vel etiam noctu, quod nos prudenter admonuit Virgilius, dicens quomodo vaccæ, & equæ grauidæ ab Oestro tueri possint.

Hunc quoque (Oestrum intelligens) *nam medijs feruoribus acrior instat*
Arcebis grauido pecori armentaq; pasces
Sole recens orto, aut noctem ducentibus astris.

Id quoq; à Læstrigonum pastoribus obseruari apud Homerum inuenio. Is enim ait hos insomnes noctes traduxisse, duplicemque mercedem accepisse, quod noctu diuq; pascerent, noctu quidem boues, & equos, & cætera minus pilosa pecora, diu vero villosa, vt oues, quarum vellera ab œstrorum aculeis tutissima existunt. Versus Homeri hi sunt.

Ἔνθα κ' ἄυτος ἀνὴρ δισσοὺς ἐξήρατο μισθούς,
Τὸν μὲν βουκολέων, τὸν δ' ἄρνυτο μηλονόων
Εγγὺς γὰρ νυκτὸς καὶ ἤματος εἰσὶ κέλευθοι. Id est.
Ibi vero insomnis vir pastor duplicem capit mercedem
Vnam quidem pascendis bobus, alteram pascendis albis pecoribus.
Prope enim noctisq; & diei sunt vias

Cameli ne ab œstris pungantur d *Lib. 31. cap. 2.*

Porro ne Asili Camelos infestent, iubet *d* Plinius Arabum exemplo piscium adipe cos perungere his verbis. Cetos (inquit) scribunt sex ,, centorum pedum longitudinis, trecentorum sexaginta latitudinis in flumen Arabiæ intrasse, pinguiq; eius negotiatores, & omnium piscium adipe Camelos perungere in eo situ, vt Asilos ab his fugent odore. Idem ad Tabanos valere verisimile est, ad quos Varro frondem vaccis, aut bobus substernit his verbis. Itaque (inquit de Vaccis) quod eas æstate Tabani concitare solent. & bestiolæ ,, quædam minutæ sub cauda, ne concitentur aliqui solent includere septis, ijs substerni oportet frondem, aliudue quid in cubilia, quo mollius conquiescant.

Vaccas ne Tabani infestent.

ANTIPATHIA MORBVS

Hydrus serpens qualis.

OCcultum hoc videtur propriumq; Tabanis, quod scribit vetustissimus poeta *a* Nicander, eos nimirum serpentem teterrimo fætore insignem (quem Chelidrum, & Hydrum appellant) circa Hellespontum frequentem, inuadere. Aiunt enim in huius squamis Muscas pennis æreis sua domicilia habere; quas forte Nicander Tabanos vocauit inquiens.

a *In Theriaca.*

Ὕδρον μὲν καλέουσι, μέτι ξεῖνοι δὲ χέλυδρον,
Ὅστε βρύα ἀρηλιπὼν, καὶ ἕλος, καὶ ὁμήθεα λίμνης,
Λρῆσσαν λειμῶσι μελουείδας, ἢ βατραχῖδας,
Σαφὲ χαταὶ σὺν μύωπος, αἴθεα δέγμενος ὁρμῶ.
Ἔνθα κε πτέμενον κόλπης ἀπεδύσατο φήγου
Οξὺς ἀλεὶς, κοίτοιδε βαθεῖ ἐνεδέμετο θάμνῳ.

A Vertit hos versus sic Iacobus Steue Valentinus.

Quin alij appellant Hydrum rursusq; Chelidrum.
Hic linquens muscos, stagnantes atque paludes,
Dum ranas sequitur, vastans per prata Locustas,
Vrgetur grauiter saeuo Crabrone petitus;
Atque cauas statim latebras conscendere fagi
Festinat fugiens, deuso se in cespite condens

Obseruandum hic est μύωπας interpretem Crabrones transtulisse poetica licentia, & καταχρηστικῶς pro Tabano. A cæteris quoq; Insectis plurimum Tabani variant, quod nimirum cæcitate, & aqua inter cute pereant, vt scripsit *b* Aristoteles.

b *Li. 5. Hist. cap 20.*

DENOMINATA.

OἶστρώδηΣ quo quis velut œstro agitatur, si de re aliqua dicatur, sin de homine, qui œstro agitatur, œstro percitus, insauus, furiosus, quemadmodum etiam οἰστρήεις apud Nonum nam οἶστρος veluti dictum est furorem quoq; significat Οἰστράω & οἰστρίω œstro seu asilo agitor, idem cum οἰστρηλατοῦμαι. *a* Aristoteles πολλοὶ ἀλίσκονται ἀφ' τὸ οἰστρᾶν, Gaza vertit propter infesti Asili stimulum capitur etiam actiue pro œstro agito. œstro exerceo, œstro stimulo. Nam Hesychius οἰστρεῖ exponit οἰστρολατεῖ, ἐκμαίνει, id est ad insaniam agitat. Similter apud eundem legitur οἰστρεῖ pro eodem Οἴστρημα vel οἴστρησις œstrum, vel stimulus, & aculeus quo quis velut œstro agitatur οἴστρησις tamen significat potius ipsam passionem, hoc est, cum quis œstro agitatur, vt οἰστρηλασία. οἰστρήσεις metaphorice dicuntur etiam αἰθηλυμανίαι, insani mulierum amores, quibus videlicet aliquis velut œstro ad eas amandas impellitur apud Suidam. τὰς ὑπὲρ τῶν γυναικῶν οἰστρήσεις τε καὶ μανίας πάνυ ἀδὲν ἐπῄθετο ex his αἰοιστρέω & αἰοιστροῦμαι, item ἐξοιστράω & ἐξοιστρίω ἐξοιστροῦμαι œstro exagito, œstro stimulo, furore agitor. idem etiam παροιστρέω & παροιστράω, nisi forte præpositio παρὰ vim diminuat. apud *b* septuaginta interpretes inuenio vaccam παροιστρῶσαν dici, hoc est, œstro agitatam. Accipitur autem & παροιστρέω & παροιστράω neutraliter quandoq;, quippe apud Hesychium inuenio, παροιστρῆσαι, παροξῦναι, ἐρεθίσαι, & παροιστρήσουσι, μαίνονται, & παροιστρῶσαι, ἐρεθίζουσαι ἐξεστηκυῖαι. in Epigrammatibus est οἰστροδολίω œstro exagito, stimulo. Qui autem œstro ictus in gyrum se agit, & quasi rotatur οἰστροδίνητος dicitur, quemadmodum quem Asilus percussit, aut œstrus furore agitauit οἰστροπλήξ nam Suidas οἰστροπλῆγα exponit τῇ μανίᾳ πεπληγότα. itemq; Hesychius οἰστροπλῆγος τῇ μανίᾳ πληγείσης. Οἰστρηλασία, cum quis œstro agitatur, stimuli œstri, quibus aliquis agitatur Metaphorice voluptatis stimulos, & irritamenta significat, aut aculeos quibus aliquis veluti œstro ad voluptates amplectendas impellitur Hinc οἰστρηλατέω œstro exagito, & passiue οἰστρελατέομαι œstro exagitor, furore, & insania agitor. Item qui insanis cupiditatibus æstuant, οἰστρελατούμενοι dicuntur. Hesychio πυρούμενοι Orpheus in Hymnis vtitur φιλοιστρομανὴς insani œstri amans, aut furoris. est autem hoc bicompositum ab οἰστρομανὴς cuius tamen exemplum nõ repperit author thesauri linguæ Græcæ, Μυωπήσεσθαι est œstro, aut Tabano agitari, metaphorice quoq; μυωπίζειν est calcari vrgere Xeuophon μυωπίζειν τε καὶ μαστιγοῦν τὸν ἵππον, alibi quoq; apud eundem μυωπίζειν καὶ παίειν.

B

C

MORALIA.

D SIc habendum (ait M. *a* Tullius) in amicitijs, nullam pestem esse maiorem, quam adulationem, blandicias, assentationem, quæ adulatores sunt soliti exercere. quibus si patefecerimus nostras aures, & adulari nos sinamus, facillime fallimur. Recte itaque Plutarchus eorum naturam Asilis assimilat. vt enim hi Taurorum colla auresq; subire solent, ac tandem grauem aliquem dolorem infere, ita quoq; Assentatores aures ambitiosorum hominum laudibus occupantes, & assentationibus, ac blandimentis, ijsque adhærentes, non facile absq; damno depelluntur.

a *Lib. de Amicitia.*

Adulatores Asilis comparati.

SYMBOLA. HIEROglyphica.

Asilo percuti vaccã quid Quietis perturbator.

ASilo vaccam percuti, vt est in Osee. *quoniam si ut vacca Asilo perussa*, significat aliquem propter peccata in furorem cadere, permittente Deo, Peruulgato Hieroglyphico Asili significatu ris, qui aliorum otia perturbat, quietisq; rebus tumultum, ac molestiam adfert nam is aspero, & acerbo sono, itemq; aculeo exterrere armenta, & in fugam conuertit. Verisimile quoque videtur verba illa apud Tranquillum de Asilo Romana voce dicto intelligi, quæ ab Othone Galbæ manibus deturbato identidem ob murato in damno fuerunt, si vt vulgata habent exemplaria legamus τὴ δὲ μὴ καὶ μακεδοῖς ἀσίλοις. sed forte castior lectio substituenda. Nam illud quoq; quod magni viri excogitarunt de longis tibijs, ad huc non constat.

E

FABVLÆ.

Io œstro agitata.

POetæ diuino quodam furore cottepti œstro perciti dicuntur. eo enim Iuno in pellicem Io immisso, eam ad insaniam adegit. Fabulam hanc à principio repetam. Inachus apud Argos primus regnauit annos quinquaginta authore Eusebio, cuius filium Io (cũ

esset, à Ioue compressa, & Iunonis aduentu ab eodem in Vaccam conuersa) postea Iuno dono accepit tradiditque seruandam Argo pastori suo. quæ cùm à Mercurio obtruncata esset, Iuno irata in Io œstrum immisit, quo illa exterrita vsque in Ægyptum fugit, ibique Ioue agente in humanam rediit figuram, mutatoq; nomine Isis dicta est, & ab Ægypto pro deo culta. Aliqui referunt Iunonem, propter adulterium, quod Io Inachi filia cum Ioue commiserat, iratam fuisse, & in Io Asilum immisisse, totumque per orbẽ eam egisse, & fatigasse, vnde Virgilius de Asilo inquiens:

Io in vaccã versa. œstro agitata Isis.

Hoc quondam monstro horribiles exercuit iras
Inachia Iuno pestem meditata iuuencæ.

Bellerophontis fabula.

Non minus elegans quam moralis hæc fabula narratur. Cum Bellerophon ab Iobate successor regni constitutus esset, & hic (quale est ingenium plerisque morralium) summa rerum gestarum fælicitate nimium elatus, in cælum quoque ascendere super equo Pegaso voluisset, à Ioue omnis temeritatis grauissimo vindice, ob tantam arrogantiam, depressus est œstro illi equo immisso. Quare Bellerophon præceps in terram deturbatus. at Pegasus nunc sublimis, nunc depressus per aera volans in cælum denique rediit, in Iouis præsepe, quæ stellæ sunt ita vocatæ. Bellerophon vero in Alcæam Ciliciæ planiciem cecidit; ibique inedia absumptus est,

Iouis præsepe.

PROVERBIA.

Oestro percitus.

IN quodam Platonis dialogo, credo in Phædro prouerbii locò vsurpatur ὄιστρῳ παραπληγείς id est. *œstro percitus*, hoc est iugenti animi cupiditate commotus, ac veluti attonitus. sumptum à natura œstri Insecti, quod suo horrendo strepitu attonita reddat armenta, & aculeo exagitat.

EPITHETA.

EVstathius putat ἀιόλον οἶστρον, hoc est varium ab Homero dici; quod forma sit ποικίλος. alii quod celeritet, & turbinis in modum moueatur; nam ἀιόλεσθαι, vnde αἰόλον deriuare volunt; est, τὸ παχέως καὶ δίκλινον ἀέλλης κινεῖσθαι. ἀερόφοιτον, id est in aere versantem nominat *a* Orpheus hoc versu:

a In Argon.

Νῶϊ δ' ἐπεὶ ἀερόφοιτον ἀπέπλατο δηΐον οἶστρον.

Aper.

A truculenta, ac feroci eius natura Oppianus ἄγριον nominat: *b* Virgilius asprum, inquiens,

b Lib. 3. Georgic.

Asper acerba sonans.

Horribilis

Sed inquibusdam exemplaribus inuenio semper acetba sonans; magis tamen probanda est prior lectio nam naturam feriendi boues & exagitandi melius exprimit. Qua de causa horribilem *c* appellauit inquiens:

c In Ciri.

Fertur & horribili praceps impellitur Oestro

Quamuis hoc epitheton eius hortidò sono adscribi possit.

VSVS IN MEDICINA

Contra febres remedium.

EX Magorum commentis tradit, *a* Plinius contra febres alligari Vermiculos, ex quibus Tabani fiunt, antiquam pennæ germinent.

a Lib. 30. cap. 11.

CAPVT V.

DE CVLICIBVS. PROOEMIUM.

MInora nunc prosequamur corpore, maiori facultate, ac viribus. Quis autem curat inquiat aliquis, Culicem? tenue corpusculum, vile, ineptum, ac molestum omnibus. Tu autem, quisquis, es, qui hæc obiicis. nobis multo est molestior, quã tibi Culex, quem non frustra creauit rerum natura, à qua nihil quicquam vnquam frustra. Nonne enim de Culice æque solicita fuit, quam de Elephanto, aut gigante, aut homine; *a* Galenus certe, cæterique ipsum secuti, non nugabantur duntaxat, sed ridiculos sese posteris exposuere, quod Culicem non ab eodem opifice, à quo homo fiere crederent. Ineptit plane etiam Cardanus; dum lapides, quodammodo homini præferre conatur, maiores iis vires tribuẽs quam plantis, quod scil. longiori tempore à natura perficiantur. Nam & hic tofum reni leuissimam bi utissimamq;, quamuis natura longinqua opera factam, sibi ipse prætulerit, cum interim Culex longe adamante durissimò sit operosior. Nam & secum ipse tubam fert, & equitis vim transfigit enim. Vnus tuba, equus, eques, volucer. Idem Pegasus, & Bellerophon. Sanguinem sibi fugit, per eius tubi cauum, quem totum, vix oculis capias. Tantum abest, vt canalem ipsum vllo obtutu indipiscaris. Hęc autem in tani exiguo corpore cum existãt, & peragantur, longe mirabiliora sunt, quam quæ in id Elephanto, aut Leone, aut tigride; quorum naturas ob corporis magnitudinem facile licet cuilibet cognoscere: Culicis autem ob exiguitatem difficulter. Quamobrem digniorem Culicis naturam perscrutatione iudico, quam eiusmodi grandiorum.

a L. de fœtuum form.

Adamante Culex operosior.

ÆQVIVOCA.

Culex poematiũ Virgilii

MAronis quoddam poematiũ Culex inscribitur, in quo Culicis fatum defletur. Hoc ignobilis, quidam Grammaticus iam tum à poeta factum putat, cum esset puer, & quindecim annorum, cuius sententia merito vtpote absurda, multis ac firmis rationibus, à doctissimo viro Iosepho Scaligero explosa fuit. Meminerunt huius poematii vtpote grauissimi, & nobilissimi complures vererum. Papinianus;

quando conscriptũ

Ante annos Culicis Maroniani.

Suetonius Tranquillus, in vita Luciani, quæ adhuc formis excusa non est, air Lucanum inter æqualium suorum plausus, quum magno successu, ac fauore poema aliquod à se compositum, recitasset, vt ostenderet quanto iunior, quam Virgilius Poeticam attigisset, exultabundum dixisse: quantum mihi restat ad Culicem? *a* Martialis in quodam epigrammate ad lectorem, de eodem Maronis opusculo sic loquitur.

a Lib. 14, Epigr. 185

Accipe facundi Culicem studiose Maronis
Ne nugis positu arma virumq; legas.

Nugis, inquit, hoc est iocis, & ludis Saturnalibus; quasi dicat leuiora in saturnalibus sunt legenda. Apud *b* Plinium herba quædam Culix vocatur: sunt, inquit, qui herba, quæ vocatur Culix nomine, trita, semen eorum (cucumerum) aceratum seri iubeant, vt sine semine nascantur.

b Lib. 19. cap. 5.

Culix herba.

SYNONYMA.

Cyniphes.

בנים inde בנים pediculi. Quidam, vt ait Pagninus Cyniphes nomine effecto ex Græco σκνίπης vel κνίπης qui sunt Vermiculi ligna erodentes, Culices iuxta descriptionem Originis, qui hoc animalculum pennis quidem per aerem volitare tradit, sed ita minutum esse, vt oculi visum effugiat, nisi quis aru tissime cernat: & corpus vbi insederit acutissimo terebret stimulo, vt sentire citius stimulantem, quam volantem videre valeas. sunt qui ad בין reducant, quod firmiter innitatur, & incubat corpori. Hebræi credunt esse Pediculos. Arabibus, vt in Pandectario est, Heagi Culex dicitur. Græcis, vt in Synonymis Martini Rulandi, ἐμπὶς, κινώπετον, κνίζ, κώνωψ, σάβηπος, σέρφος, σίφων, σκνίψ & κνίψ σύρφος. Sed examinanda sunt hæc singula diligentius. ἐμπίδα vbique apud Aristotelem Culicem Gaza vertit, itemque apud alios autores varii eorum interpretes. quidam putant Culicis potius quoddã esse genus. Scribit Scholiastes Aristophanis ἐμπίδας à comico vocari, quos sui temporis homines nominarent κώνωδας, quosdam vero velle esse εἴδος κώνωπος παραποτάμιον ζωλὼ ἔχοντος id est speciem Conopis prope flumina viuentis: & alibi ζῶον παρὰ τοῖς ὕδασι γινόμενον ὅμοιον τῷ κώνωπι, μεῖζον δὲ τῇ περιοχῇ, κατὰ δὲ τὸ μέζον λόγχῳ περιεζωσμένον. i. e. animal propeaquas genitum Conopi simile, maius v in circũferentia, & circa medium linea alba cinctum. Nihilominus apud Sextum Empiricum philosophũ ἐμπὶς & κώνωψ indifferenter Culex exponitur. hoc tã inter hæc duo vocabula ibid. discriminis ponitur, quod κώνωψ cum sit generis masculini, etiam de fæmina dicatur, vt ἐμπὶς fæminini, cum dicatur de masculo. Cæterũ, & κώνωψ vbique fere apud authores Culex communi nomine dictus exponitur, apud Aristotelem vero Culex vinarius à Theodoro Gaza traducitur, quemadmodum quoque ab aliis interpretibus apud *a* Plutarchum. Verum hi omnes in masculino genere hoc vocabulo vsi sunt. Solus, quod sciam Aristophanes in Pluto fæminino genere dixit τὴν κώνωπα, reste Suida. Κινώπετα quasi σὺν τῷ πεδίῳ κινούμενα, καὶ κινωπιστά in Lexico vulgari exponitur Culices, sed absque vllo autore, alioqui Κινώπετα Hesychio sunt, κνώδαλα θηρία, id est reptilia animalcula Callimachi quoque Scholiastes ita dici scribit τὰ θηρία οἱονεὶ κινώπετα, παρὰ τὸ σὺν τῷ πεδίῳ κινεῖσθαι: idem Scholiastes Nicandri κινώπετα dici θηρία τὰ σὺν τῷ πεδίῳ κινούμενα, οἷον κινάπετά τινα ὄντα. Κνὶζ in vulgari item Lexico Culex vertitur, absque vllo veterum testimonio, ni forte ex aliquo minus correcto codice hoc vocabulum transcriptum sit, in quo κνὶζ pro κνίψ legebatur. Etenim κνὶψ siue σκνὶψ Culex vbique fere exponitur. quidam vero Insectum putant ficos infestans, ducti authoritate *b* Aristophanis, qui ita scripsit.

Heagi.

a Sympos.

b In Apibus

Εἰθ' οἱ κνίπες καὶ ψῶραι ἀεὶ τοὺς συκᾶς οὐ κατέδοντες,
Ἀλλ' ἀναλίσκει πάντας κἀθαιρεῖ αὐτοὺς ἀγέλη μία κιχλῶν.

Vbi cum ψῶραι etiam sint Culices, sunt qui ψῶρας esse velint, quos vocat *c* Plinius Culices ficarios, & κνίπας siue σκίπας, quos idem appellat Culices muliones, in eo præsertim loco, in quo scribit, in Culicum genere muliones arborii pici rostrum habere. Sed idem Plinius simpliciter etiam, & sine adiectione Culices vocat, quos Theophrastus κνίπας. Nam hæc Theophrasti verba, ἐγγίνονται καὶ κνίπες σὺν τῇ πόῳ τῶν δένδρων, ὥσπερ σὺν τῇ δρυὶ καὶ τῇ συκῇ. καὶ δακνοῦσιν, οὐκ τῆς ὑγρότητος σεσηψεσθαι τῆς ὑπὸ τὸν φλοιὸν σεσηψεμένης. αὕτη δὲ ἐστὶ γλυκεῖα γενομένοις. *d* Plinius sic transtulit: Sunt & Culicum genera aliquibus molesta, vt glandibus, fico, qui videntur ex humore nasci, tunc dulci, subdito corticibus. sic idem *e* alibi infestant (inquit) & Culices hortos riguos præcipue, si sunt arbusculæ aliquæ Et *f* Columella. Qui æstare ista seret, caueat, ne propter siccitates Culex adhuc tenera folia perrumpentia consumat. Meminit *g* Galenus quoque horum σκνίπων siue κνίπων tradens & ipse ab eis infestari virem, & quidem oculos vitis germinantis: sed Vermium generi eos annumerans, Αμπελιπίδα γὰρ ex eo nominari tradit, quoniam τὴν χρειομένην ταῖς ἀμπέλοις φθείρει τοὺς γενομένους ἐπ' αὐτῶν σκώληκας, οὓς, inquit, κνίπας ονομάζουσιν οἱ παρ' ἡμῖν ἀμπελουργοί h.e. Ampelitim terram dici, quod illita vitibus, Vermes qui inibi nascuntur, occidat, quod ii qui vitium curã habebant, appellarunt Scnipas. Quibus ibidem addit Galenus generari hos Vermes ineunte vere, cum germinant vites, & τὸ ὑποειδὲς σκόμμα αὐτῶν μέρος ὀφθεν ὁ βλαστὸς φύεται, quod appellant ὀφθαλμὸν sic paulo post τύπους ἔνιοι inquit, τοὺς ὀφθαλμοὺς θεωρήσαντες οἱ μικρὰ βλά-

c Lib. 11. cap. 8. & Lib. 3. c. 16.

Muliones.

d Lib. 17. cap. 23.

e Lib. 19. cap. 14.

f Lib. 11. cap. 3.

g Symp.

βλάπτουσι τὰς ἀμέλους. διὸ καὶ τὰς ἕλιγας τῶν ὀφθαλμῶν τούτων ἐξελκύουσιν οἱ ἐξεὶ πεῦκα δεινοὶ, Quibus continenter adiungit, hæc. καὶ τοῦτο μὲν ἴσως ἀμπελίτης τε καὶ φαρμακίτης ἡ πεύκη γῆ ἐξεσταγορεύεται, δηλοῦσι κἀν τοῦ φθείρειν τοὺς κνίπας ὅσον αὐτῇ μέτεστι δυνάμεως φαρμακώδους, Verum quum Galenus hic dicat τοὺς κνίπας esse σκώληκας, Vermes, suspecta videtur nonnullis ea scriptura: quod κνὶψ siue κνίψ sit potius Insectum pennarum & pennigerum: & Culex non priuatim vites erodat, sed Vermis ille, qui Plinio Conuoluulus dicitur, Plauto Inuoluulus, & Volucra Columellæ. Quapropter eo loco reponendum existimant ἴπτις vel etiam ἴκτις canẽte Alcmane καὶ ποικίλον ἴκτιν τῶν ὀφθαλμῶν ἀμπέλων ὀλετῆρα. De hac διαφθάσει sic putat author Thesauri linguæ Græcæ, vt nihil sit nisi temere in Galeni codice immutandum, quum terque quaterque constanter ibi sit scriptum σκνίπες, quumque apud *h* Aetium eadem prope repetiatur scriptura. tantum verso π. in φ tractans enim ipse de terra ampelitide, cum dixisset agricolas ἢν ἐκδάλλοντες δίντας ἀντὶ χρῆσιν τὰς ῥίζας τῶν βλαστησάντων ἀμπέλων πρὸς τὸ μὴ ἅπτεσθαι τούτων τὰ βλάπτοντα τὰς ἀμπέλους ζωύφια, subiungit: σκνὶπ δὲ τοῦ φθείρειν τὰς κνίφας, δηλοῖ ὅσον μέτεστι δυνάμεως φαρμακώδους αὐτῇ. Deinde ait idem author se reperisse apud *i* Thephrastum κνίπας nominari Vermiculorum etiam genus, namque in Historia plantarum sic scripsit, φασὶ δὲ ἐρεύγειν τὸ πόλιον ὁπόταν αἰγείπυρος ἡ πολύς, καὶ τὸ τῆς πέλειας κόπρον ἐγγίνεται. ὧν καὶ ἐν τούτοις θηρίδια ἄπτα κνίπες· οἱ ὅταν ἐν ταῖς συκαῖς γένωνται καταφθείρουσι τοὺς ψῶας Verum vt super hac Galeni lectione libere dicam, quod sentio, puto male hunc authorem Thesauri Græcæ linguæ opinari, nihil in Galeno immutandum esse, optimeque eo loco legi ἴπτις pro σκνίπες, nec me terret in eodem Galeni loco frequens eiusdem vocabuli repetitio. nullos enim apud authores inuenias, σκνίπες dici Vermes, qui vitium oculos erodunt præterquam apud hunc solum Galenum, qui post paucos annos, quibus in loco prodiit, hoc loco mutilatus fuit, ex quo deinde Aetius male sua transtiptsit. Sed ille locus, qui ex Theophrasto allatus est ad probandum ibidem κνίπες significare Vermiculos, omnino id non probat. dicit enim non σκωλήκια, aut σκώληκας, sed θηρίδια ἄπτα κνίπες, hoc est animalcula quæcunque, Cnipes. quæ Dioscorides vocat θηρία κωνοπειδῆ bestiolas Culicib. similes. Et Hesychio quoque est κνὶψ ζῶον πλευὸν ὅμοιον τῷ κώνωπι. ita vt κνίπες generale sit nomen Culicum, & speciei cuiusdam. atque hæc omnia, quæ nunc diximus, magis fient perspicua, sic ea quæ generatione Culicum dicturi sumus, diligenrius considerentur. pergamus ad reliqua. Σάβηνοι Hesychio sunt Κώνωπες. Σίρφος Varrino est animalculum simile Formicæ, aut Vermi, quo aues pascuntur, quibusdam putatur Culex vnde id prouerbij ἔνεστι καὶ μύρμηκι καὶ σίρφῳ χολή quod simile est illi. *habet & Musca splenem & Formicæ suæ bilis inest.* Σίφων apud Varrinum est Vermis similis Formicæ, & in quodam Meleagri Epigrammate Culex esse dicitur. Σύρφος apud Hesychium & Σίρφος idem animalculum, vt ἐμπὶς, βομβύλιος: & βομβυλιὸς quidam Culicem interpretantur apud Isocratem, vbi scribit quosdam βομβυλίων laudationem scripsisse: apud Suidam tamen, & quosdam alios exponitur Apis species, nobis Papilio ex Bombyce genitus, veluti in præcedenti libro à nobis dictum est. Citatur & hic versus à Pierio Valeriano?

Nam Culices ab equi, sed Apes ab origine tauri.

qui proculdubio Nicandri hunc versum expressisse videtur.

Ἵπποι δ' σφηκῶν γένεσις ταῦροι δὲ μελισσῶν.

Sed male quidem ibidem Σφηκῶν transfertur Culices, cum hoc sit Græcis vocabulum, quo communiter Vespas nominant, vt superius comprobauimus, vbi de Vesparum synonymis egimus quam plenissime. nec scio qua licentia poetica se excusare queat Pierius, si is hunc versum ita transtulerit. Cæterum commune vocabulum Culex est Latinis, quo omnes species comprehenduntur, cuius quid simile, vt videmus Græcis videtur denegatum, vt ex prædictis facile est videre, nisi apud eos sit κώνωψ, quod frequentius, & vsitatius est. Ab aculeo Culicem dictum putat *k* Isiodorus, habet enim in ore, inquit. fistulam in modum stimuli, qua & sanguinem sugit, & carnem terebrat. Culex autem masculini generis est. *l* Angelus Politianus suo Bartholomæo Scalæ, dum scribit, eum ludit, quod Culicem fœminino genere dixerit, cum masculino debuisset. Egi, inquit, tecum liberius (ita enim soleo) qui quoniam tu Culicem mulieri genere, quod contra virili decuit, vsurparas in Epigrammate, luserim sic ex tempore Culicis verbis:

Non sum fœmina Scala, nec Latinis
Nec Græcis ideo placet puella.

Vetum non est, quod ludas cum tuo Scala ô Politiane, quandoquidem & à *m* Plauto in fœminino genere vsurpatum iuuenies, qui canam Culicem dixit. Reliquæ porro nationes nullum, quod sciam vocabulum Latino habent simile. Galli quod sit Muscæ quodammodo similis Maucheron rout petit ver ayant aisses nominant. Hispani Musquilo, Angli à grat or Flye. Itali obsonum, vt arbitror, quem eduut Zanzara vocant. Germani **ein Mück oder Bräm**/Belgæ Muesie, & Mugge.

Galenus emendatus

h Lib. 2. c. 9

i Lib 2. cap. vlt.

Galeuus correctus.

Theophrasti locus explanatus.

Culex vnde dictus.

K Orig. L. 12. c. 8.

Cuius generis.

l L. 12. Epis.

m In Casina

GENVS. DIFFERENTIA. descriptio.

Culicum omnia genera quib. differant.

CVlicum omnia, genera quæ à veteribus cõmemorantur, partiũ diuersitate aut parum aut nihil differunt; si eorũ libris, qui extant hoc tempore, fides sit adhibenda. Omnibus autem aculeus est in ore, quum sint bipennia teste *a* Aristotele. Bipennia, inquit, anteriore parte aculeos gerunt, vt Musca, Tabanus, Asilus, Culex; quem ἐμπίδα eo loco appellat Philosophus; eademque sic *b* Plinius. Reliquorum quibusdam aculeus in ore. vt Asilo siue Tabanum dicere placet, item Culicibus, & quibusdam Muscis. Omnibus autem his in ore pro lingua sunt hi aculei. Differunt autem hi aculei in singulis speciebus, quibusdam enim durior est, vt merito stimulus nuncupari possit: quibusdam paulo laxior, omnibus tamen durior, & acutior, quam Muscis, eaque de causa acrius pungunt. durioribus, autem egent stimulis, vt cruorem eliciant, & cutem animalium penetrent, quæ durior est, quam caro putrida, aut aliud quid simile, quod putrido humore diffluit, quo victitant Muscæ. Cæterum harum, & Culicum aluus maxime differre conspicitur: itemque vtrorumque pectus. hoc enim latum Muscis, & longius magis, ab aluo diuisum, & tenuili gamento annexum: in Culicibus id contra apparet breue, & tenue respectu alui, quæ maxime longa est, & crassitudine fere æqualis pectori, & hanc non vnicam esse in ijs, quæ à nobis mox recensebuntur obseruatis specieb. dicemus. Differunt aũt, vt plurimũ magnitudine, & generãdi modo seu ortus materia Magnitudine quidem; sunt enim Culices alii magni seu maximi, quos *c* Strabo κώνωπας μεγάλους nuncupat, qui Leones impugnant. alij minores seu mediocres; quorum quoque inter se magnitudine differunt. alij minuti, inter quos ea recensenda est species, quam his verbis *d* Pierius Valerianus depinxit. est, inquit genus Culicum minutum admodum in volatilium Insectorum genere, quod animal in aere suspensum, oculi visum inter volandum fallit, nisi aciem intenderis validissimam: corpus tamen eum insedent, acutissimo maximeque tenui stimulo terebat Generandi modo plura sunt genera. Alij enim sunt Vinarij, quos apud *e* Aristotelem Gaza, itemque alii apud Plutarchum κώνωπας appellari volunt. ita dicti sunt, quod in vini accto nascantur. Alij Muliones quos ab Aristotele quidam ἐμπίδας nominari putant, & ex Ascaridibus generari. cum tamen Dalechampius ad eum Plinij locum, quo inquit (in Culicum genere Muliones non amplius, quam vnico die viuere) annotet, Muliones esse qui Mulis sunt infesti Cæterum ἐμπὶς à quibusdam genus peculiare Culicum putatum, quod circa aquas, & paludes nascitur, cuius medium corpus linea alba cingitur. Hoc dicitur Hispanis Mosquito de lagunas. quemadmodum vinarius Culex Mosquito de vini. Alij rursus dicti ficarij quod in caprifico & ficibus generentur, vnde Hispani hos appellant, Mosquito de cabrahigos, & Mosquito dehigos hos Aristoteles ψῶας Ionica voce appellauit, etiamsi in vulgato, & impresso codice corrupte legatur ψέρας: quod Hermolaus Barbarus litteris homo multis, & in perquirendis veterum monumentis diligens, & accuratus animaduertit. Atque etiam poetæ, cum ψῶς dicunt calnos, & glabros intelligunt, vt est apud poetam Simonidem. Annotandum tamen & ψωὰ dici apud Aristotelem, & Theophrastũ σκολήκιον ἐν τοῖς ἐρινοῖς γινόμενον. id est Vermiculum in Caprificis nascentem. itemque apud Aristophanem in eo versu, quem supra citauimus, ab Andrea Dino Iustinopolitano ψῶς interpretari auiculas. Sed cum ignorem quo testimonio innixus ita transtulerit, fidem huic interpretationi libenter detraham. Ficariorum item Culicum duo rursus sunt genera; sunt enim qui veri nuncupantur, alij qui falsi, Centrini dicti, Apum Fucis ignauia malitiaque similis, interimendo enim vtiles, & veros Culices vtique, & ipsi moriuntur. Sed de hisce omnibus postea plenius agetur, quæ autem à uobis obseruatæ sunt duinceps prosequamur. Sunt autem vt in vniuersum dixerim, Culices minores alij, quidam maiores, imo maximi, alij minimi, quidam alis quatuor, quidam duabus; sunt & aculeo armati, & absque aculeo, qui omnes hisce sequentibus tabulis continentur.

Tabula prima numer. 2 Culex communis, & magnitudine mediocris bipennis, aculeo in ore longo & acuto colore nigro. pedib. duobus postremis valde protensis, & aluo satis crassa, luteis ac nigris lineis circuncincta vndique, vt in Vespis vulgaribus contingere solet. Qui vero secundo loco ponitur, valde est exiguus, cauda bifurcata, supra caput duobus tuberculis iuxta se positis, sub quibus postmodumoculi conspiciuntur nigri & parum protuberãtes, pectore elato & gibboso; aluo angustiore, & oblonga ex castaneo, & nigro alternatim variegata, in alui extremitate duas habet appendices longas, subtilissimas, separatas, ac vna cum alui extremitate versus superiora erectas, alas habet etiam binas, sed quam in primo latiores. Tertio loco datur Culex maximus, capite oblongo, acuto, duabus antennis in fronte nonnihil recuruis insignito, pectore eleuato, duab. alis: aluo oblonga, angusta & annulosa (constat enim fere septem, aut octo annulis) eius extremitas nõnihil sursum retorta est, quamuis pictor id nõ euidẽter expresserit. Pedibus longissimis, vt auricularis digiti longitudinem adæquare videantur. sub alis duas habet appendices cum apicibus, quæ Insectorum quorundam antennas mirum in modum referunt. sed in quem finem his à natura dotetur, me vt verum fatear, adhuc latet, cum eas in alijs Insectis me obseruasse meminerim nunquam. corpore toto est cinereo, nisi, quod pedes aliquantulum rufescant, quibus etiam natura tres articulationes dedit, quemadmodum Araneis, quarum more cum quiescit, suos pedes expandit. arbitrabar primum simulatque conspicatus essem, Araneam alatam esse, sed diligentius iuspicienti mihi se obtulit aluus oblonga, & pedum numerus sexenarius, qui minime cum Araneis quadrat, quibus octo suur Quartus secundo loco descripto similis, differt autem cauda aut appendicibus bifurcatis, quibus hic destituitur, & colore, hic enim toto corpore subuiridis, vt ille castaneus. eo Insecto alato quod Perlã de nostro

a L. 1. Hist. cap. 5.

b Lib. 11. cap. 28.

Aculeus cur durior Culicibus quàm Muscis.

Muscæ & Culicis discrimen.

Magnitudine vt differant.

c Geogr. 16.

d Lib. 16. Hierogly.

Generandi modo differunt.

e Hist. 5. cap. 32.

Muliones Dalechãpij.

Ficariorũ duo genera.

Genera à me obseruata.

Culex cõmunis primus.

Secundus cauda bifurcata.

Culex maximus.

Quartus.

Periæ similis minimus.

Quintus.

stro idiomate nuncupauimus valde similis, nisi tantum binis esset alis, corporeq; exiguo. Quintus prædicto paulo grandior, capite plurimis veluti antennis minimis insigniro, ira vt plumosum anterius videatur, caput autem vix apparet ob paruitatem; minimeq; oculi, magis conspicuum est pectus, quod aluo quamuis plus dimidia parte curtius, crassius tamen, & aliquantulum eleuatum. pedibus sex quamuis pictura quatuor tantum ostendat, talis, vt semel dixerim, error aliquoties à pictore commissus est.

Sextus qua dripennis mucronata aluo.

Sextus cum reliquis subsequentibus in hac prima tabula quadripennis est: hos enim omnes cum ijs, qui in secunda tabula dabuntur Culicum species fecimus, non ob alarum numerum, sed potius figuram alui, quæ neque cum Muscis, nec cum aliis similibus alatis Insectis plus similitudinis, quam cum Culicibus habet. Sextus iraq; alis quatuor capite Muscæ vna cum eius antennis, cui crassitie pectus respondet, à pectore autem vsq; ad extremam alui partem, paulatim fit tenuior, magisque mucronatus, ita vt alui finis maxime acuminetur. aluus autem cum vltima ea pectoris parte, quæ aluum proxime contingit, circulis nigris, & rubicundis variegata: De septimo maxime dubito, num inter Culices sit referendus, nescioq; qua incuria hic inter Culices positus. nam Perlis dictis minimis potius adscripserim. Culicibus vulgaribus siue lacustribus maior, corpore tenui, gracili, oblongo, viridi, lineae luteo pallida medium dorsum intersecante, quæ à capite incipit, & in caudam desinit, antennis mediocribus, absque oris aculeo, alis quaternis argentei splendoris, magnis. Octauus corpore fere pollicem longo vna cum antennis longitudine sua conspicuis, est autem capur Muscæ simile, in epiboscide fistula satis insigni, rubicunda, pectore lato, aluo vero luteo & nigro coloribus distincta, cui quid in fine adhærer caudæ simile annulosum, & in extremo bifidum, quod vbi vult contrahit, & extendit, alis quatuor albo, & nigro maculatis. Postremus prædicto per omnia similis, excepta cauda, quæ Scorpionis in modum sursum incuruabatur, eius caudæ vltimus articulus erat quoq; crassior, & tanquam duobus spiculis armatus.

Septimus dubius Perlis porius minima.

Octauus.

Nonus cauda Scorpionis.

Priores tribus primis notari numeris in tabula secunda.

Tribus primis numeris, qui in secunda conspiciuntur, tabula, notati adeo sunt exigui, & vix describi possint, binis omnes alis duo priores barbati, quorum primus acuminata aluo, posterior obtusiore, & deorsum curuata Hos sequuntur duo alij antennis longioribus, aluis oblongis, colore varijs. duo reliqui tertio numero signati aluo rotunda, colore fusca ad Muscas potius referendi, antennis satis longis. Quartus binis item alis, antennis longissimis erectis, rotundo capite, gibboso pectore, aluus parte ea quæ proxima pectori subtilior, tenuior, quæ paulatim vsq; ad finem obtunditur, & incrassatur, colore nigricat. Quintus alis quatuor, nigrisque maculis, aluo acuminata, annulis conspicuis, cui sextus corpore respondet, sed cauda deorsum incuruata variat, nono primæ tabulæ congener. Septimus mediæ magnitudinis alis argenteis, macula in dorso viridi, aluo lineolis trasuersim distincta. His duos alios subiecimus. Primus è Culicum maximorum est genere valdeque similis ei, quem in tabula prima tertio loco posuimus. sed toto corpore angustior est aluique extremitate tumida, duabusque exilibus appendicibus insignita. Alter κωνωπωειδὴς sed monstrosus vt apparet, toto corpore niger capite fere Formicæ, antennis longiusculis, alis binis argenteis, & angustis, aluo digitum, transuersum longo, septenis annulis constante, parte qua pectori annectitur tenuissima paulatimque ad extremum ani crascescente, è qua tenuæ exeunt appendices cuspidatæ capillaceæ, quarum media sesquidigitum longa, recta protensa, ferruginei coloris, reliquæ duæ vtrinque deorsum incuruantur extremis earum partibus, posterioribus duobus pedibus longioribus, qui secundo & tertio articulo candido maculantur, cætera nigri.

Quartus aluo obtusa.

Sextus.

Septimus.

Culex maximus.

SENSVS. VOLATVS.

natura.

Olfactu plurimum valere.

OLfactu plurimum valere argumento est, quod è longinquo acida percipiant, ad dulcia non aduolent, exceptis ijs Culicibus, quos κνίπας Aristoteles nominauit Gaza Muliones, hos enim ait *a* Philosophus mel procul sentire, quemadmodum & Apes Volant & Culices, vt cætera bipennia, sed magis quiete, minimeque in volando aerem commouent. idq; ita accidere verisimile est, non exiguitate corporis, quandoquidem & minora multo magis aerem quasdam, sed potius alarum mollicie, & alui tenuitate. vix autem in volando alas mouere conspiciuntur. Quamobrem *b* Martialis facete Pauli auaritiam deridens, quod sibi dono in Saturnalibus misisset, tam exilis, ac tenuis laminæ phialam, vt à quãminimo vento concuteretur, inuiuit de eadem phiala,

Muliones mel sentiũt è lõginquo a 4. *Hist. cap.8.*

Volatus.

Cur volant quiete.

b *Lib.8. Epigr.*

Illa potest Culicem longe sentire volantem,
Et minimi penna Papilionis agi.

Lumen diligunt.

Lumen vsq; adeo diligunt, vt aliquoties nimis incaute in lucernas aduolent, & comburantur, non aliter quam Phalænæ. Naturæ ac vitæ tam fragilis existunt, vt minimo tactu rumpantur, & pereant.

SONVS.

Quomodo sonent.

PEr quas partes, & quomodo sonent (edunt enim veluti quandam ᾠδὴν) difficillimum est cognitu, ob corporis ac partium exiguitatem. Apud *a* Aristophanem facete dicitur Chærephon interrogasse suum præceptorem Socratem, qui canerent, per podicemne, an per os, Socratemq; respondisse per podicem. Interlo-

a *In Nebul*

Per quas partes pudicemne

A quuntur enim hæc inter se discipulus Socratis & Stepsiades irridentes Socratem.

Tetes Sc. tes sonat.

ΜΑΘ. Ἀνήρετ' αὐτὸν Χαιρεφῶν ὁ Σφήττιος
Ὁποτέραν τὴν γνώμην ἔχει ἐμπίδας
Κατὰ τὸ στόμ' ᾄδειν, ἢ κατ' οὐρόπυγον.
ΣΤΡΕΨ. τὸ δ' ἐν τῷ ὀλεῖν εἶπε περὶ τῆς ἐμπίδος;
ΜΑΘ. Ἔφασκεν εἶναι τοὐντερον τῆς ἐμπίδος
Στενόν, διὰ λεπτοῦ δι' ὄντος αὐτοῦ, τὴν πνοὴν
Βίᾳ βαδίζειν σύνδυν τοὐρροπυγίου,
Ἔπειτα κοῖλον παχὺ στενῷ παρεσκεύασμένον,
Τὸν πρωκτὸν ἠχεῖν ἀπὸ βίας τοῦ πτύματος.
ΣΤΡΕΨ. Σάλπιγξ ὁ πρωκτός ἐστιν ἄρα τῆς ἐμπίδος.
Ὠμωγμένος πρὸς διοντερόμματος
Ἡράδιος φεύγων αὖ ἀποφεύγει δίκην
Ὅστις δοιδὲ τοὐντερον τῆς ἐμπίδος.

Id est.

DISCIP. Interrogauit ipsum Chærephon Sphettius
Quomodo opinione haberet, Culices
Per os canere, an per culum.
STREPS. Quid certe dixit circa Culicem?
DISC. Dixit esse intestinum Culicis
Angustum, per parui autem existentis ipsius spiritum
Vi ire recta in culum,
Postea concauum ad angustum adiacentem
Podicem sonare vi spiritus.
STR. Tuba podex igitur Culicum.
O ter beate trula,
An facile fugiens aufugiet pœnam,
Quicunq; sciuerit intestinum Culicis.

Sed omissis hisce iocis de hac re serio agatur. Ar continua alarum, & replicata percussione strepitum geuerare *b* Bartholomæus Anglicus putat. cui ego sententiæ libentissime album calculum adicio. Nomen enim aliter, quam Muscæ sonant volantes, minimeque cum quiescunt.

b *Lib. 2. de Prop. 12. cap.12.*

LOCVS

PAlustribus & lacustribus locis maximè gaudent ea Culicum genera, quæ circa eà nascuntur: nam qui ex quibusdam fructibus generantur, in ijs abundant locis, vbi plurimi tales sunt fructus, vnde in Babylone apud Herodotum, quem citat *a* Athenæus, circa palmas plurimi. Cæterum Tricorinthe multæ existunt Empides, vtpote nemeroso, & humecto loco teste Suida. Alit & Culices insignes Mesopotamia mirum in modum infestos Leonibus Est & Aegyptus ob Culicum copiam ab Herodoto nobilitata, vnde Conopæa dicta. *b* Bellonius & qui ipsi in itinere comites fuerunt, prima nocte, qua in Cairum venerant, à Culicibus plurimis ita fuerunt vexati, vt postridie exanthematibus laborare viderentur. In diuersis Indiæ locis Culicum sunt species, quarum aliæ æstiuo maxime tempore, cum campi sunt expurgati in syluis abundant, aliæ iuxta littus. nec id mirum, quandoquidem & littora Adriæ Culicibus sonoris fœcunda carminibus suis *c* Martialis celebrat, iis, inquam, quibus vetulam edentulam irridet, quod vix loqui posset, multo minus cantare,

Palustria loca quę genera Culicum amẽt,

a *Lib.14. Deipn.*

Mesopotamia.

b *Obs. lib.2 cap.35.*

Adriæ Culices sonoræ.

c *3. Epi. 93.*

Meliusq; Rana garriant Rauennates,
Et Adriaticus dulcius cantet Culex.

Occidentalis Indiæ ea regio, in qua Vrabæ sinus, miræ sunt angustiæ; perpetuas habet paludes, quas teste *d* Petro Martyre, non modo vespertilionum, Crocodilorum ac draconum, sed etiam Culicum maxime altrices esse dicunt. Testatur idem aurhor in Insula Hispaniola dicta cæterisq; insulis Oceaneis loca esse palustria pabulandis armentis aptissima: sitas in marginibus eorum colonias diuersarum specierum Culices ex humenti ibidem solo creatos, noctu dieq; acriter infestare. quibus insuper addunt alij, in eadem insula magis vno, quam altero tempore ad fastidium vsque permolestos, nec omni vento, & in planicie certisq; locis tantam eorum esse multitudinem, vt quis supportare non possit; pessimosq; ibidem esse, quosdam minimos, quos ibidem appellant scieseeni, qui mirum in modum pungunt, aliosq; itidem esse, qui vestes transfigant. Nouit etiam Septentrionalis plaga copiam Culicum, & nostra Europa tota fere maximeq; Italia, eaque loca, quæ sunt circa Eridanum, is enim plurimos suppeditat, qui admodum sub caniculæ æstibus Ferrariam molestant. Antiochia atq; Byzantium sola, quod sciam hac molestia vacant, quod Apollonium Tyanæum fecisse his versiculis canit *e* Tzetzes.

d *Lib.4. De cad.3. de Reb. Ocean.*

e *Lib.9. De cad.7.*

Scisceni minimi Culices Indici pessimi.

Apollonius Tyanæus.

f *Chil.60.2.*

Ο Απολλώνιος αὐτὸς Νερώνος ὢν ἐν χρόνοις
Ο Τυανεὺς ὁ πάνσοφος, ὁ τοῦτο δὴ τὰ πάντα
Ἀντιοχείᾳ μὲν ποιεῖ, καὶ μὴν καὶ Βυζαντίῳ
Μὴ παρεισδύειν κώνωπας ἐπεργὰ τὰ τοιαῦτα,

Id est,

Apollonius hic Neronis qui fuit temporibus,
Ille Tyanæus sapientissimus, qui præsciebat omnia;
Antiochiæ quidem facit imo & Byzantij,
Ne ingrederentur Culices aliaq; huiusmodi.

VICTVS.

An dulcia vnquam petant.

PEreligans quæstio est, num Culices acida petant, iisq; delectentur, nec vnquã dulcibus, quemadmodum scribit Plinius, & ante eum *a* Aristot. quum tamen idem *b* Plinius sanguinem potissimum

a *4 Hist.*

b *Lib.11.*

tissimum humanum appetere tradiderit, & in Epigrammatum libris αἵματος αὐδρῶν ἄφωνες apellentur. Sanguis autem ex *e* Arist. pluribus in locis dulcis est vnde sequitur, quod Culices etiam dulcia petant. Quæstionem hãc mouit doctissimus Franciscus Massarius, atq; hoc modo eam soluere conatur. Dicendũ, inquit quod Plinius quando dixit Culices acida petunt, ad dulcia non aduolant, puta flores, mel & huiusmodi alia, quæ in se dulcedinis aliquid continẽt: quẽadmodum Apes, quæ ad dulces aduolant flo- " ,, res, quod elici potest ab Arist. eodem 4. de Hist. Nec cruor ille " ,, quem Culices attrahunt dulcis est, quia sanguinis pars dulcissi- " ,, ma leuissima, ac purissima tota ad corpus nutriendum assumpta, " ,, interius est. quæ vero alienissima crudissima, ac putrida est, quo- " ,, niam nec apta nutritioni est, segregatur atq; ad summa corporis " ,, euenit: quo fit, vt pustulæ extra corpus erumpant, quod igitur " ,, putridum salsum est, quum salsedinis causa putrefactio est, Ga- " ,, lenus febrium secundo, quod autem salsum & putridum est, tẽpore procedente propter consumptionem maiorem in humiditate factam efficitur amarum, quod & in sudore etiam euenit. Hucusq; Massarius, cuius solutio satis bona esset, nisi in eo deliquisset, quod asserit Culices ad mel, & dulcia non aduolare, quum ei his verbis apertissime contradicat Arist. Insecta (inquit Gaza interprete) tam pennata, quam non pennata (quæ posteriora in Græco codice non sunt) procul sentiunt, vt mel Apes, & Culices dicti Muliones. Itaque alio modo ad prædictam controuersiam respondendum est, nimirum quando Plinius loquitur Culices ad dulcia non aduolare, de ijs Culicibus intelligendum id esse, quos κώνωπας, appellat *d* Aristoteles, qui id huic Culicum generi adscripsit, quæ Plinius vniuersis. οὐδὲ inquit, κώνωψ πρὸς ἡδὺν γλυκὺ, ἀλλὰ πρὸς ὀξέα. Propterea q; recte ab Arist. dictum est non Culices simpliciter, sed Culices dictos Muliones quos Philosophus propria lingua ἐμπίδας vocat ad mel aduolare, vtpote diuersos à Conopibus. Quot enim sunt Culicum species, quas modo commemoraui, tot diuersa singulis alimenta, de ijs dico speciebus, quæ inter se generationis modo differunt. Nam ficariis dictis alimento sunt ipsę ficus, ex quibus superuacaneum humorem hauriunt, & Therebentinis terebinthus. quæruntitaq; eum victum qui ijs conueniat, ferunturque ad id auide, quod ipsis simile est: omnibus enim rei cognatæ desiderium natura iniecit, quemadmodum & Pediculi sanguinis ex quo putrefacto nascuntur. Plutarchus aduersus stoicos Culices ait spuma vini gaudere, & *e* Martialis salicibus in eo Epigrammate, quo iocatur cum Lupo amico, qui ei exiguum donauerat prædium, à quo mallet accepisse praudium,

Erucam, inquit, male pascit hortus vnam
Consumpto moritur Culex salicto.

In hoc enim prædiolo vult dicere hortum tam fuisse paruum, vt Culex fame periret.

d 4. Hist. cap. 8.

e lib. 11 Epigr.

Alimenta singulis diuersis Culicibus diuersa.

Ficus ficariis Culicibus alimentum.

Salicibus gaudent.

e Hist. 3. & de partib. Animal. 4.

Pustulæ à Culicum morsibus relictæ vnde fiant.

ORTVS. GENERATIO.

CVlicum alij ex putridis cadaueribus uascuntur, alii ex putrida in aquis palustribus; & stagnis subsidente materia; alii ex herbis, vt polio; alii ex arboribus, vel lentisci, fici, terebinthi, palmæ, vlmi, & si quæ sint aliæ. ex putridis generari cadaueribus authores sunt, quamuis id potius quadam læui opinione ducti affirmarint, quam certa obseruatione, qua Muscas non Culices ex cadaueribus putridis nasci scimus. è Cossis autem putabant Ægyptii Culices generari, atq; prodire, quæ meræ sunt nugæ, cũ hi è lignis nascantur. Qui autem ex fæce aquarum putrida generantur Empides sunt apud Aristotelem, qui ait hos primum in humore viueuere, mox immutata forma foris incipere vitam agere ex iisdemq; œstros prouenire. Horum itaq; generatio, vt vult *a* Arist. hoc modo se habet, ex Ascaridibus generantur Empides. Ascarides fere in puteis, aut puteorum fæce (ἐν τῇ ἰλυῖ τῶν φρεάτων) & vbicunque aqua se colligit, terrena subsidente concretione oriuntur. ut prin- " ,, cipio fæx ipsa putrescens, vt colorem candicantem trahat, mox " ,, nigricantem, postremo cruentum. Talis cũ fuerit minutissima " ,, quædam, & rubra specie algulæ (φύκια pro Insecto hic accepit " ,, Arist. vt vult Lexicon vulgare) prodeunt, quæ ad tempus hæren- " ,, tia suæ origini mouentur, deinde absoluuntur. Itaq; feruntur " ,, per aquam Ascarides nuncupatæ: tum paucis post diebus, eri- " ,, gunt se super aquam duræ atq; immobiles, mox disrupto puta- " ,, mine Empis emergit, ac insidet, donec vel sole, vel flatu mouea- " ,, tur & volet. Cõmune omnium Vermium est; & eorum, quæ ex " ,, Vermib. oriuntur animalium, vt primordium generationis, aut " ,, a sole, aut à spiritu præstetur. Sed copiosius, ac celerius fiunt A- " ,, scarides ex aquis, quarum sedimentum variũ, & promiscuũ sit, quale in agro Megarico in operis solet misceri putrescit enim hoc facilius, & autumno vberius generantur, minus enim tunc humoris esse accidit. Sed Empides hasce vbiq; apud Philosophũ Gaza vertit, aut Culices Muliones, aut Culices simpliciter; Ascarides, autem Tipulas vertit, nec bene, cum Ascarides longe à Tipulis differant, vt alibi monstrabimus. Generantur quoq; alij Culices ex acido humore, quos κώνωπας vocat Aristot. Gaza modo Culices vinarios, modo Culices simpliciter, de his hæc scripsit Plinius. Culices acida petunt, ad dulcia non aduolant, & genera Culicum acescens natura (alii legunt materia) gignit: & rursus *b* alibi ait pisces, qui durioris testæ sunt, vt murices, purpuras, saliuario humore gigni, sicut acescente (alii legunt crescente, quidam manuscriptus acrescente; neutrum magis probo, quam vt vulgaris codex nunc legit) humore Culices. ad quem locum hæc commentatur Franciscus Massarius. Intelligit, inquit, hic Culices vinarios, qui ex Aristotele quinto de Historia auimalium ex Vermiculis, qui fæce vini acescente giguuntur, originem trahunt.

Ex putridis generari cadaueribus.

Ex Cossis non generari.

Empides vt generentur.

a lib. 5. hist. cap. 19.

Ascaridũ generatio.

Vermibus in generãdo quid commune.

Empides vt Gaza vertat.

Ascarides non sunt Tipulæ

b lib. 9 cap. 51.

A Verum non ita dicit Aristoteles, vt putat Massarius, ex Gazæ traductione deceptus, sed eius hæc sunt verba. εἰκώνωπες ἐξ σκωλήκων, οἱ δὲ γίνονται ἐκ τῆς ἰλὺος τὸ ὄξος ἰλύος quæ fideliter sic vertit Wottonus. Conopes (Culicum genus) ex Vermiculis, qui in fæce aceti gignuntur originem trahunt. Nisi Gaza codicem alium habuerit, in quo legit ἐκ τῆς ἰλὺος τὸ ὄξος οἴνου ἰλύος, quod neutiquam suspicor. hi autem ter septem diebus generantur, quemadmodum ouipara animalia quater septenis. Conopum (inquit *c* Aristotel.) & Vermiformis generis parti plurimæ, ter septeni attributi sunt. loquitur enim de temporis spacio quo perficiuntur. Conopas quoque nonnullos ex igne generari ferunt teste *d* Wottono; ex flamma scilicet, & scintillis, quemadmodum Vermes ex niue. Sed vbi id legerit, aut apud quem nam authorem, tacet Vvottonus; proculdubio id est ex *e* Aristotele, qui non Conopes in igne nasci, sed bestiolas simpliciter pennatas Muscis grandibus maiores, (θηρία τὰ μεγάλων μυῶν μικρὸν τὴ μέζονα ὑπόπτερα) scribit; quando, inquit in Cypro insula, ærariis fornacibus, vbi chalcidis " lapis ingestus complũribus diebus crematur, bestiolæ in me- " dio igne nascuntur pennatæ paulo Muscis grandibus maiores, quę B perignem saliant, atque ambulent. recenset autem hæc Aristoteles; non vt probet Conopes ex igne prodire, sed potius ex quibusdam materijs, quæ contra putredinem possunt, & imputrescibilia dicuntur, vt est nix & ignis, animalcula prodire; nec propterea mitum esse, si Conopes ex aceto generentur, quod alioqui summopere putredini resistit. Reliqua fere Culicum genera in plantis diuersis innascuntur ex humore quodam in ijs existente, qui, aut putrefactus est, vt voluerunt quidam; aut non putrefactus, vt voluit doctrinæ summum decus Iulius Scaliger. Apud *f* Plutarchum in ea quæstione, quæ est priusne gallina an ouum fuerit, Firmus probans ouum prius Gallina extitisse; hæc à simili argu- " mẽta adduxit. Nãiu omni, inquit, mutatione necesse est prius " re mutante esse id è quo mutatur. Considera enim Scnipes (ita n. hic appellat Culices in arboribus nascentes) & Teredines in ar- " boribus, & lignis innasci, humoris putrefactione, aut concoctione. Sed *g* Scaliger subtilissime contra Cardanum disputauit, ex se- g *Exerc. 59.* mine in plantis Culices fieri, idq; non esse ex putredine; dum sic scribit. In terra mutantur plantæ aliæ in alias: ita supra terram è " se ipsis gignunt animalia: idq; non è putrefactione, sed quædam " quasi semina fouentes ad gennrationem. Neque solum in ipsis " fructibus, quales in tritico sunt Gurguliones, in nucibus Verni- " C culi, in alijs aliæ bestiolæ, de quibus Theophrastus; sed vt è fol- " liculis leutisci quos fert, præter baccas, oblongiusculos facie sili- " quarum: vt nõ sine consilio naturæ apparati esse videantur, qua- " si futuræ matrices primo, mox etiam domicilia illorum vollucel- " lorum, sicut in Vlmorum quoque vesiculis nõ absimiles ijs. Qua- " propter Arabes arborem Cimicum Vlmum appellarunt. sic è me- " dulla catdui fullonij, cum maturuerint Vermiculus fit, de quo " non falso prodidit ad quartanas remedium Dioscorides. Tales fert Vlmus ar- etiam Terebinthus & Culices. Quæ omnia idem Scaliger in do- bor Cimi- ctissimis suis ad *h* Theophrastum de causis plantarum Commen- cum Ara- tarijs repeteus confirmat. Quo in loco (nam antea Theophrastus bibus. de ijs plantis erat locutus, quæ sponte prouenunt) vides nostram h *lib. 5. c. 6.* de visco sententiam hac fulciri sententia. Sola namq; alteratione " produci posse plantas in plantis, ex subsistentis plantæ cõmunib. " priuicipijs, quæ symbola vocant sapientes. Sic in Lentisci, atque " aliorum folliculis Culices innasci dicebamus alibi: non ex putre- " dine, sed ex principijs quibusdam alteratis, vt hic ait (Theophrastus) πολυδιεφθαρμένων Ficari os autem Culices, Caprificus generat, quos Psenas, & Cnipes appellari putat Cælius Rhodiginus, i *lib. 4.* hos è putri tabe siluestris ficus generari putat: Plinius, itemque *k* *cap. 19.* D Theophrastus, dum inquit. vt enim in cæteris putrescentibus ge- k *lib. 1. de* nus quoddam animalis concrescit. ita etiam his (Caprificis) viui- *caus. plant.* fica quædam natura est: ad quem locum commentans idem Sca- *cap. 12.* liger, planius magisque perspicue suam sententiam explanat, quam supra posui, dum inquit. Nec miretur quispiam quomodo in caprifici cruditate fieri queat putrefactio; contraria namque " sunt. Est quidem cruditas cessatio eius caloris, qui intendebat " fructus maturationem. In hac huiusce operæ suspensione subit " externus calor, qui est author putrefactionis. In tritico vero " perfecto naturalis calor, qui prius erat integer, aboletur aut de " bilitatur, cui succedens alieuus gignit Gurgulionem. Non au- " tem totus semper aboletur. Quippe ex erosi tritici satu segetem " exire videbimus in sequentibus. Culices autem multis in plantis " oriuntur, Vlmi, quercus, Lentisci folliculis vel baccis: neque " E semper fortassis ex putrefactione. καὶ σὺ πύπτοις (sunt hæc verba " Theophrasti de caprificis, quæ subinde explicat, & commentatur) ζωοποιὸς ἡ φύσις animaligena est natura. Non igitur necessaria est putrefactio. Neque fit è terra putrefacta filix: sicuti nec adamas. quemadmodum non fit è tritici semine putrefacto seges, sed reducto ad actum. Ita fit adamantũ ex primordiis, qua habent cũ vero semine porportionis quandam porportionem. Fatetur itaq; Scaliger ex putrefactione oriri posse, non tamen esse putrefactionem necessariam ad animalia generanda in herbis, vtpote in quibus sua sunt generationis primordia, à qua sententia non abhorreo, vtpote ad mentem multorum veterum explicandam satis conueniente. Psenes itaque in Caprificis generantur, at quomo l *Hist. 3.* do docet nos id *l* Aristoteles. Ficarios, inquit Culices, Caprificus *cap. 32.* generat suis pomis, mutataq; sede petit fructus immaturos; quibus se insinuans facit, ne decidant. Quæ sic Theophrastus, adijciens ex granulis fructuum prodire: Culices ficarij pomis caprifici egrediuntur, vt dictum. Sed ex putrescentibus eorundem granis giguuntur, cuius indicium adferunt, quod posteaquam euola-

Tempus generationis.

c *L. 5. Hist. cap. 20.*

Ex igne nõ generari.

d *Lib. 9. cap. 213.*

e *L. 5. Hist. cap. 19.*

Acetũ putredini resistit.

Ex Plantis vt oriantur.

f *Sympos. 2.*

euolauerunt, grana ficubus nulla penitus inſunt. Euolant magna ex parte pedem, aut pennam reliuquentes in pomo, nec diuerso modo hæc habet *m* Plin. Nam Caprificatione (ficus) maturata in ea Culices naſci è groſſis manifeſtum eſt. Quoniam cũ euolauere, non inueniuntur intus grana, quæ in eos verſa appareut. Exeundi tanta eſt auiditas, vt pleriq;, aut pede relicto, aut penna pariter erumpaut. Hęc autem pomorum grana, quæ etiam in alijs frumenta noſtri vocant, Cenchramidas Galenus, ex quadam milij ſimilitudine, appellauit teſte Cęlio Rhodigino, Ficarij vero Culices, cur in ficubus genetentur, mox ex Theophraſto docebimus Eſt & alterum Culicum genus è ficubus natum, Ceutrine veteribus appellatum, quod Theophraſtus, ac Plinius aiunt ocioſe viuere, vt fuci inter Apes, & quos ex altero genere ſua poma egreſſos, h. e. veros vtileſq; maturandis fructibus adſpexerit, protinus necare; id vero ſuis mori operculis. Scribit quoq; Athenæus ex Herodoto, cum de Babylone loquitur, ex palmæ fructu concipi Culices, non aliter, quam in caprificorum groſſis. Gignuntur & ijdem in alijs quibusdam arboribus, vt Vlmorum folliculis, & terebinthi Videtur *n* Theophr. non hos Culices facere; ſed ab ijs non multum differre, cum dicat, in Vlmi folliculis genus quoddam beſtiolarum innaſcitur, quod Cnipes appellant: qui cum in ficis gignuntur, ficarios illos Culices generãt, fortaſſis hi cum Centrinis dictis eidem ſunt, vtpote qui idem præſtant. Culices v eſſe, & *o* Plinius affirmat, aitq; non ex folliculis, ſed è gummi naſci: de gummi enim generibus, & eorum viribus agens hæc ſcribit. Vlmo etiam in Corycomonte Cilicię, ac iunipero ad nihil vtile: ex Vlmi v. gummi, & Culices ibi naſcuntur. Sed folliculum Vlmi teſte Dalechampio, & Terebinthi, κώρυκον Græci appellant, inepteq; Plinius hic Corycum montem Ciliciæ arbitratus eſt. Qui autem è robore, aut quercubus generantur, videntur Theophraſto, & Plinio ex humore naſci, tum dulci ſubdito corticibus. Miror qua autoritate ſcripſerit *p* Plinius, è folio quercus rubente aquoſos nucleos candicantes, & translucidos eſſe quamdiu molles ſunt, in ijſq; Culices naſci. Si ex Theophraſto hæc fuerint translata à Plinio, non ſatis ſincere, cũ Theophraſtus Μῦας ſic naſci ſcribat, quæ ſunt Muſcæ Latinis. Ex Vlmis natos quidam ψῶας eſſe apud Ariſtophanem putant. Sed magis & hoc mirum eſt, quod ex polio uaſcantur eo modo quo caprificis, cum veſtibus impoſitum arceat animalia nocentia: nihilominus id ex Theophraſti authoritate mihi perſuadeo. Quin & polium inquit, Culices gignit, cum copioſe fructificat. His dictis ſupereſt diluenda quæſtio, quam ante me mouit Franciſc. Maſſarius. Dixit *q* Ariſtot Culices Empidas dictos ex Aſcaridibus generari, Conopes autem ex Vermiculis, qui in aceto giguuntur, cum tamen alio in loco dicat, Culices ex animalibus non generari. Quid igitur? contradicit ipſe ſibi Ariſtoteles, nonne & Aſcarides, & Vermiculi animalia nuncupantur? Dicendum itaq; quod duplex eſt generatio, ſui generis, & non ſui generis, & ſic quando inquit, Culices neq; ex animalibus naſcuntur, ſenſus eſt, quod non generautur ex animalibus, quæ ſunt cognati generis: hoc eſt Culices ex Culicib. non generantur, non enim coeunt, vt alibi idem author tradidit. Adagiorum autor, quod vltimo loco adijciam, reuiuiſcere ait Culices exuendo ſenectam. Hanc enim *r* Ariſtoteles exuere declarat his verbis: Inſecta eodem modo nempe ſerpentum exuunt ſenectutem, quibus hoc ſolitum eſt, vt Culex (ita euim ἰωπ'; transfert Theodorus Gaza, ſed meum exemplar habet ἀστίς, quod minus probo, eſt enim hoc genus ſerpentis, non Inſecti) vt ea quorum pennæ vagina continentur, vt Scarabæi: ſed omnia facto iam quod gigni debuerit exuunt: uam paruæ viuiparo ſecundæ; ſic Vermicularię proli operculum circumrumpitur. Cæterũ quomodo ſerpentes exuunt ſenectam, ex eodem loco ſic docet. Cum ſerpens exuere incipit, ab oculis primum detrahi aiunt, ita, vb obcæcari videantur, iis qui rem non intelligunt: tum caput exuitur: glabrum enim hoc omnium ante quam reliquum corpus apparet: atq; vna fere nocte, & die ſenectus tota exuitur à capite orſa ad caudam, & ante altera intus ſubnaſcente ipſa remouetur Vt n. fœtus inuolucro ſecundarum, quo contentus prodierit, exitur, ſic iſta ſenectute detracta, renouantur.

m Lib. 17. c. 27.

n Lib. hiſt. 2. c. 9.

o L. 13. c. 11.

p Li. 16. c. 7.

q Hiſt. 5.

r 8. Hiſt. c. 17.

COGNOMINATA.
denominata.

Hercules Conopius cut dictus.

OEtei Herculem Conopium, ne prouinciam infeſtam Culicibus redderet, venerati ſunt. Nam Culices Oetei Conopas vocant, ſicut de Apolline Culicario proditum eſt, qui in Attica colebatur, quod infeſtos Culices ex agro propulſaret. Hæcq; Alexander ab Alexandro ex Strabone, qui ita habet: à Culicibus, quos Oetei Conopas, Hercules Conopius, apud illos colitur, quoniam eos ab ijs liberauit Sunt autem, qui non Conopium, ſed Cornopium hic legant, quod ſcilicet Cornopas fugauerit, id eſt, Locuſtas quas illi κόρνοπας, vel ἀκρίδας vocant, vt ſuo loco patebit. Κωνωπεῖον, velum eſt ad arcendos Culices, quo vocabulo, & Latini vtuntur, exponuntq; tentorium, ſeu velum, & papilionem lineum, vel laneum, vel bombiciuum, qui toro circumdatur ad arcendos Culices: quo maxime vtuntur Alexandrini, quod ex Nilo Culices confluant, quos κώνωπας dicunt. Inde κωνωπεῖον per ει diphthongum. Poetæ tamen Latini ſuo quodam iure abiiciunt vocalem ſubiunctiuam, & penultimam corripiunt. Propertius.

Fœdaq; Tarpeio Conopea tendere ſaxa.

Et apud Horatium:

Et inter ſigna turpe militantia
Sol aſpicit Conopeum.

A Poſterius carmen eſt iambicum dimetrum, cuius vltima ſedes poſcit iambicum Ineptiſſime autem lapſi ſunt, qui per œ diphtongum hanc dictionem ſcribendam præceperunt. Affertur & κωνωπεὼν ex Epigrammatibus pro genere inſtrumenti ad arcendos Culices κωνωπειδὴς Culicis ſpeciem gerens, Culici ſimile apud Theophraſtum κωνωπειδῆ θηρία Κωνωπεῖς Heſychio ὄρνις ὁ κώνωπας θηρεύων, auis, quæ venatur Culices. Κνιπολόχος eſt auis quædam ex genere τῶν ξυλοκόπων, id eſt earum, quæ roſtro arbores tundunt, vt οἱ δρυοκολάπται, qui Latinis ſunt Pici, ſeu Pici arborarij: quorum roſtrum habere Culices Muliones teſtatur Plinius, meminirque huius auis Ariſtoteles, eſſe eam dicens τὸ μέγεθος μικρὰν ὅσον ἀκανθυλίδα, τῷ δὲ χρόαν ὁποδαιδῆ τὴν κατάκοπον, φωνὴν δὲ μικρόν, i. e. longam ſecundum magnitudinem, vt parua Acanthis, colore vero cinericeam, maculoſam, parua voce. Nominis ratio eſt, quod Culicibus inſidietur, ſeu ſcribendo κνιπόλογος, quod Culices colligat in cibum, vnde & Culicilegam vocat Gaza. Metaphora à Culicibus ψῶνες dictis dicitur ὑπὸ ψωνιστρίας, fœtu turgentem habens vterum, vt ficus, cui ſummiſſi ſunt iſti Culices Affertur vero & ſimplex ψωνίζω caprifico, ἐξαιάζω, hoc eſt ſubmiſſis Culicibus ficariis ad maturitatem perduco Alias ψωίξαι, Suida teſte eſt ξύσαι radere (exponente etiam σφῆσαι) proculdubio eſt ab adiectiuo ψωὸς, quod eidem eſt φαλακιὸς caluus Heſychio ψεδνὸς, ψιλὸς, δάψιλος; ratos habens pilos, pilis propemodum nudatus; vt ſic reddo ψωὸν, ac depilem, deglabro, idem verbum habet obſcœnam ſignificationem.

B

C

D

E

MORALIA.

Detractores Culices dicti.

CONuiciatores detractores Culices non ſine ratione dici poſſunt; vt enim hi aculeum habent, quo & ſugunt ſanguinem, & pungunt, duriſque & ferocibus animalibus nocent; ita illi, conuiciandi, ac maledicendi aculeo armati, ſanguinem vindictæ ab aliis expetunt, quos ſuis conuiciis lacerant, & cruentant, dicentes illud Deuteronomii, inebriabo ſagittas meas ſanguine, & gladius meus deuorabit carnes, & corporis virtutibus; atque animi mediocribus cum valeant, magna tamen animalia hoc eſt doctrina præſtantes viros, ac nobilitate inſignes, vt ſunt principes, inuadere non formidant. Atque vt ciuiles inter volatilia computantur, Vermes tamen, ita hi inter monaſticos, cum tamen Vermes ſint, qui computre fiunt Culices quoque in aere ſtrepitum generant, equos maxime vlceroſos infeſtant, itemque dormientes, candelęq; lumen aduolant, quo incenduntur & pereunt, minimo etiam tactu rumpuntur, & pereunt. Ita quoque Hypocritæ in aere huius mundi perſtrepunt, diſcordiamq; geuerant, dormientes, hoc eſt, innocentes pungunt, & excitant, & plures pedes quam alas, id eſt plures affectiones, quam virtutes ferunt, equos vlceroſos, id eſt, luxurioſos, & eorum vlcera, hoc eſt eorum malefacta mordent, & lacerant, plus in vlceribus, hominum dico criminibus, quam in virtutibus ſe delectant, gaudent caudelæ lumine, quia malefacta aliorum ſibi aperiri deſiderant, vt habeant quem conuicientur, & maledictis lædant, à candelæ tamen lumine comburuntur, quoniam nimium hæc inquirentes malis aliorum reſponſis feriuntur: & quamuis maledictis plurimum laceſſant, & noceant; tamen ſi ipſi minimis maledictis tangantur, rumpuntur: hi cibis hirudinum ſunt, quia dæmones, hos in inferno abſorpturi ſunt. Breuiter igitur hi os habent aculeatum quo ſugunt punguntque. Sugunt quidem adulando, & proprie vtilitati ſtudendo, pungunt autem mordendo, & inquietando alios: quia iſti quum non ſugunt pungunt: quia quando non inueniunt qui det eis aliquid, eum conuiciando corrodunt. Mich. 3. ſi quis non dederit in ore eorum quippiam, ſanctificant ſuper eum prælium: ideo Eccl 28 Suſurro, & bilinguis maledictus; multos enim turbauit pacem habẽtes. Plutarchus aduerſus Stoicos de amore eorum diſputans, Deformes (inquit) aiunt (Stoici) eſſe adoleſcentes qui vitioſi ſunt, aut ſtulti: formoſos qui ſapiunt, atque horum nullum neque amarum eſſe, neque amari dignum. Neq; hoc grauiſſimum eſt; addunt eos qui turpes amauerint, finem amandi facere vbi hi pulchri ſunt facti. Quis vero talem amorem cognouit, qui cum deformitate corporis animi prauitatem cerneus conſtet, pulchritudine vna cum prudentia, iuſtitia, & temperantia innatis extinguatur, & contabeſcat? Tales ego Culicum ſimiles iudico, qui ſpuma vini, & acetogaudent, bonum, ac potui aptum vinum auolantes fugiũt. Apud Plautum quoq; Culices amatores dicuntur. Is enim Cleoſtratam vxorem Stalinonis ſenis amaſii, ſic ſuo matito reſpondentem introducit, qui non aliter, quam iuuenes, aut adoleſcentes amatores, vnguenta olebat.

Amores Stoicorũ.

Amatores Culices dicti.

——Eho tu
Nihil cana Culex, vix teneo quin quæ decent te, dicam.
Senecta ætate vnguentatus per vias incedis ignaue.

Adrianus Turnebus veſatus quam maxime in veterum monumentis, cum hæc verba de amaſio ſene dicantur ſibi perſuadet, Culicem hic figurate amatorem eſſe, quod cum ſua promuſcide formoſorum, & formoſarum cutem Culices pertundaut, & tanquam quodam Siphone ſanguinem eliciant, amore quodam eorum capti eſſe videantur. Dionyſius Lambinus eundem Plauti locum explicans, Canam Culicem ſic appellare ſcribit Cleoſtratam ſenem amatorem inſtar Culicis fœtidum; vel proinde moleſtum, & odioſum, vt ſunt Culices, qui formoſis puellis, dum eas promuſcide ſua verberant, & pertundunt, vel ſuo tinnitu obtundunt, & ſomnum capere non ſinunt, moleſti ſunt.

HIERO-

HIEROGLYPHICA.

Gulosus. POtest per Culicem gulosus, & helluo significari. hunc forte Lucianus ὀψόποιον, id est popinatorem Culicem vocat, apud quē Gallus qui ex Pythagora in auem transformatus est, se longe suauius vixisse fatetur, cum esset tana, quam cum esset rex. Illud autem, inquit, vnum in genere dixerim, nullam ex omnibus vitam, ,, non visam tranquilliorem vita humana, uaturalibus duntaxat ,, cupiditatibus, & vsibus circumscriptam. Siquidem publicanum ,, equum, aut Sycophantam Ranam, aut Sophistam gracculum, ,, aut popinatorem Culicem, aut Cinædum gallum, atq; id genus ,, alia quæ vos studio comminiscimini haudquaquam inter alios ,, videbis. Sed Ægyptij hominem acidis illectum proposito Culice indicabant, quod Culices obseruassent, non admodum cupide appetere dulcia, sed acida quam auidissime. Hæc forte (inquit Pierius) leuia videantur, si quis simpliciter acceperit. Sed enim veluti per mel omnem retum iucunditatem intelligebamus, ita per acorem quidquid est amænitati contrarium, nobis fuerit proponendum. Esse enim homines qui iucunditatem auersentur verissimum est: Culicis minuti genere quod cum oculorum obtutu vix assequamur acriter pungit, si corpori insederit, Dialecticani interpretari vult Adamantius, quæ minutis, & subtilibus verborum stimulis animos terebrat, & tanta calliditate circumuenit, vt deceptus, nec videat, nec intelligat, vnde decipiatur. Ab hoc autē pungendi munere Hieronymus quoque doctrinæ Aristotelicæ spineta attribuit, contra Heluidium. Ingruentem quoq; Culicum multitudinem Ægyptij significare si velent, Cossos Vermiculos si non pingebant, certe loquendo significabant. Hieroglyphice enim modo loquimur, modo scribimus. Idq; ea de caussa, quod ex eiusmodi Vermiculis Culices generantur, vt erat eorum sententia, sed ex Culicum multitudine infestum aliquod agmen intelligebant. Vti enim Culices, quaqua feruntur, sunt incolis omnibus molestissimi, ita exercitus quantumlibet amicus, quaqua iter fecerit, & molestus est, & damnosus. Quod si vllo vnquam tempore experimēto compertum fuit; infelicissima ætate nostra per tot continuos annos magna cum Italiæ clade perspeximus. Longe enim grauiora damna nunc ab armatis amicis inferuntur, quam olim ab hostibus, qui rerum potiti essent: cuius mali caussa militum improbitas, summam disciplinæ militaris gloriam in sola rapacitate reponentium.

Culex popinator.

Doctrina Aristotelis

Agmen militum,

Exercitus semper dānosus.

HISTORICA DAMNA.

Noxij quibus. NVllum fere inter Insecta pluribus nocet quam Culex, homini inquam, ac multis quadrupedibus. quin etiam hortos, ac rigua infestat, si plurimæ adsint arbusculæ, quamuis corpore sit satis exiguus. Hominibus autem, ac multis animalibus molesti sunt, aut sonum edendo, vt à somno arceant: aut pungendo, quo dolor, ac pustulæ inferuntur exanthematibus similes, quas se obseruasse scripsit Hippocrates in febribus æstiuis circa septimam, & octauam, & nonam diem: asperitudines, inquit, in cute mileaceæ Culicum morsibus maxime similes, non valde pruriginosæ: ob has itaque molestias tanto ab hominibus odio habentur, vt nihil fere odiosius. præclare Plautus in Lenones.

Hortos infestant,

Culicum morsus.

Item genus est lenonum inter homines, meo quidem animo,
Vt Musca, Culices, Pedesq;, Pulicesq;, Cimices,
Odio aut malo, & molestia bono vsu q; estis nulli.

Petrus Bargæus horum Culicum damua, & molestias breuiter attigit, hisce versiculis.

Ipsi etiam Culices, tellurem atq; aera magnum
Complentes, hominumq; genus, iumentaq; passim
Ladere, & impressis maculosos dentibus artus
Liuere.

Cardanus hæc recensuit. Culicem, inquit, atmauit in nostram iniuriam (natura) animal exiguum & frequeus, adeo vt vix ,, iuxta aquas commode liceat habitare. Robusta promuscide, vt natura Elephantem meditari, dum hoc generaret animal videatur: ,, terebrat, non humanam tantum carnem; sed & equorum pel- ,, lem, hauriens sanguinem acri dolore, deniq; & bombo egregio ,, somnos disturbat, æstiuis noctibus, vt nil sit odiosius. Nec obi- ,, ter ferir, vt Muscæ quæ passim omnes impetunt, sed diligit quos ,, fetiat: nam solum sanguine dulci gaudet. Inuisa est Musca. Quā- ,, obrem vbi à Deo punienda regio est grauiter, eiusmodi animalculis grauibus punitur. Sed exempla proferenda Satis autem imprimis hoc constat tertiam nimirum Ægyptiorum plagam factam fuisse per Culices, qui è puluere nati productiq; erant. Sic enim ,, perscriptum legimus: Aron manu virgam suam de mandato domini protendit, ac terræ puluerem percussit, qua percussione Culices, tum in hominibus, tum quadrupedib. extiterunt. Atq; hinc, inquit Michael Glyca, discito animalculum illud, quod Culicem appellamus, tametsi, vel minimum sit, nihilo tamen minus longe nobis esse molestissimum Non enim tantum cutis superficiem stringit, atq; lædit, obscuris morsibus graues molestosq; pruritus efficiens; verumetiam per nares, & aures ad interiora vi penetrare nititur, ac præterea pupillis oculorum, in eos inuolando detrimētum adfert. Deinde hic etiam Ægyptiorum excātatores consimile quiddam moliri nitebantur, vt Culices producerent, sed irrito conatu. Quamobrem Pharaoni confessi sunt, hæc Dei digito effecta esse. Potentia enim Dei in Ægyptijs plagis, vt ait D. Hieronymus perpatua animalia ostensa est, & præcipue Cyniphes (Cnipes dice- ,, re voluit) qui tam parui sunt Culices, vt vix cernantur oculis, & alibi rursum pet Culices res minimas viles, & inutiles damnosasq; intelligit, dum ait: Et si quando Ægyptiæ filium viderit irascentem recordatur patris, qui lucem, boues crearit. & Culicem, hoc est maximas tes in vsum humanum fecit, & minimas in punitionem. Narrat quoque Nicephorus Persis diuinitus Culices immissos fuisse (dum Sapores eorum Rex Nisibim oppugnaret) qui victoriam Romanis reportarunt. Ephtain autem, inquit, cui apud Syrios " optimus fuit scriptor, muro conscenso, vbi innumerabilem illam hostium multitudinem vidit, Iacobum qui tum ibi, vt dictum " est, Episcopum agebat, rogauit, vt Muliones & Culices Persis " immitteret: quibus illi etiam per minima animalia Deum eis ab- " unde auxilium ferre cognoscerent. Et ecce simul cum ipsa preca- " tione, animalculorum aerius exercitus nubis instar confertim in " illos inuolat, & in elephantorum proboscides quæ veluti tibiæ " erectæ eminebant, equorumque & aliorum iumentorum aures, " & nares irruit. Illi vero animalculorum eorum non ferentes con- " gressum nullo seruato ordine, cum impetu discurrentes miscen- " tur, fugientesq; turpiter concidunt. At Sapores ex rebus minimis maximo Dei subsidio cognito, quum multa per eam expeditionē tentasset, cum probro tamen, & ignominia inde discessit, clade sibi ipsi potius quam Victoria parta Myontem quoque Ioniæ vrbē dum floreret maxime, casu tali derelictam desolatamq; fuisse, memoriæ proditum est. Ferunt enim eo regionis in tractu, quo sita erat ciuitas maris, quendam haud sane magnum fuisse sinum, quē Meander è regione influens amnis limosus alioquin, & materiæ semper aliquid secum adferens, obturaris aduectitio luto obtrusisque illius faucibus, & obsepto aditu annis voluentibus paulatim paludem effecit; ex qua tanta Culicum vis postea est enata, vt eorum molestia, & rædio coacti sint Myontij relicta vrbe patrijsque sedibus Miletum populariter commigrare. Quod Atharnensium ciuitati, quæ iuxta Asiæ Pergamum splendide frequenterq; habitabatur, quondam euenisse dicitur; talem enim ob caussam relictam ab incolis fuisse illam, in Achaicis suis Pausanias commemorat, Simileq; quid prodidit Ælianus de Culicibus Indicis qui disertum locum, & inhabitatum effeceruut. Circa lacum, inquit, eriam Atathan (qui & ipse in India est prope fluuium iam dictum Estamenum) feros istos Culices abundare aiunt. Vbi locus desertus & est, & appellatur. quamuis postea dicat locum eum ab initio, & perpetuo habitatoribus minime caruisse, sed vt accolæ asseueraut, & circum vicina illa loca habitantes, ob Scorpionum, & Phalangiorum copiam derelictum fuisse. Sed vt mirari desinamus animal hoc adeo ignobile, ac imbecillum homini omnium animalium nobilissimo, & generósissimo infestum esse, scimus etiam Culices, in Leonum greges petulanter adeo ferocire, vt eos magna interdum clade ad internecionem adigant Inter enim arundineta Mesopotamiæ Leones innumeri iuxta fluminum ripas, & fruteta vagantur eo tempore, quo hyemis clementia ibi mollissima est, semper innocui: Verum vbi per æstatem cælum exarserit, regionibus ijs æstu candefactis arbustisq; propemodum, ipsi tam vapore sydetis, quam multitudine Culicum agitantur, quorum densissimis examinibus per eas terras, omnia referta sunt, qui quidem ad splendorem oculorum tanquam humidiora membra conuolantes eos appetunt, palpebrarum libramentis mordicus insideures Hinc Leones cruciari diutius, aut fluminibus ad quæ remedij caussa confugiunt, absorbentur; aut amissis oculis immanius efferascunt, quod ni fieret, omnis ea quæ ad Orientem late diffunditur plaga, huiusmodi bestijs oppleretur. Id sibi compertum esse testatur Ammianus Marcellinus Non sane prædicta historia diuersam super Rizophagis populis refert Diododorus Siculus. Æstate in regionem, inquit, Æthyopum Rizophagorum è deserto Leones irrumpunt, & vmbræ caussa, & vt minores venentur feras Ad hos Æthyopes ex paludibus exeuntes, multi pereunt, tum infetiores viribus, tum deficientibus quibus se tutari valeant. Et iam diu ea deleta esset à Leonibus natio, nisi natura eis sponte præsidium tulisset. Nam sub ortu canis mirabilis, atque innumera nullo exagitata vento Culicum multitudo ad ea loca aduolat Homines ad paludes confugientes minime lædunt, Leones abire ex his regionibus compellunt; tum morsu, tum vocis sono territos. Quæ fere omnia sic, sed breuius Strabo. Circa Meroen, inquit, Astaboras, & Astapas influunt. Hæc flumina Rhizophagi accolunt, qui etiam Elei vocantur, propterea quod ex adiacente palude euulsis radicibus massulas conficiunt, & ad solem coctis vescuntur. Hęc loca Leones alunt, qui sub canis ortum à maximis Culicibus hiuc expelluntur Itaque summopere mirari subit, quomodo dicat Ælianus Culices ciuitati apud Rhizophagos nocuisse, Leonumque nullam mentionem faciat, dum inquit Indica regio est circa Estamenum (alias Astabaram) fluuium, vbi Rhizophagi habitant Illic oriente Sitio Culices quidam terribiles, magna vi occupato aere, subito superuentu ciuitatem quandam infestarunt. Nisi dicamus aliter in hoc loco legendum esse, aut etiam fieri posse, vt & tā incolis, quam ipsis Leonibus infesti sunt eiusmodi Culices, quod tamen Diodoro Siculo aduersatur, qui homines mihi habitantes, & ad paludes confugientes minime lædi ab ijs attestatur, in superne allatis verbis Hesychius quod huic loco subijciendum velim

Ægyptiorum plaga tertia per Culices.

Myontem vrbem à Culicibus vastatam.

Desertus ob Culices locus.

Leones infestantur à Culicibus, & vbi.

Leones Rizophagorū à Culicib. expulsi.

Empida speciem Culicis appellat βόυπιον, quod bobus infesta sit, hoc tamen proprie ad Oestrum, seu Asilum pertinere arbitror.

PRÆ-

A

PRÆSAGIA.

Bella anni 1580.

CVlicum multitudo ingens anno Domini noſtri milleſimo quingenteſimo octuageſimo menſe Maii vſa per quatuor dies continuos euolate ex Italiâ in occidentem; ſignificauit bella in parte occidentali, vt nobis refert Andreas Marchius in iudicio, quod fecit ſuper anno milleſimo quingenteſimo octuageſimo primo.

PROBLEMATA.

Cur Culices non omnes mordeant.

LEonardus Iacchinus vnicam eamque perelegantem hanc ſoluit quæſtionem nimirum; cur Culices non æque omnes morſu impetunt? Quoſdam enim, nec attingunt quidem: at Muſcæ ſine diſcrimine omnia, tum homines, tum bruta affligunt? An, inquit, quia ſapores quoſdam lubens proſequitur, quoſdam vero reſpuit? Porro duce odoratu bruta paſcuntur: quâ enim alia via in multiplici illa herbarum varietate, non ingratas modo, verum, & lethiferas quoque ſecernerent? Gaudet autem præcipue acidis Culex, vt vſus monſtrat, & Ariſtoteles obſeruauit. Fructus enim non attingit, priuſquam corruptione acorem contraxerint. Quibus igitur ſanguis purus, & minime putidus, hunc Culex non Inſectatur: Muſca vero omniuorum animal eſt, & dulcibus maxime oblectari ſolet.

EPIGRAMMATA.

Amantes Culicibus comparantur.

VIri amatores quomodo Culicibus comparentur ex hoc Epigrammate Græco, cuius adhuc me latet author, licet cognoſcere.

Τοὺς κώνωπας ἐρᾶν μᾶλλον πρέπει, ἢ περὶ ἄνδρας
Φώτας τῶν γονίμων ὡς κύπρις ἐξ ὑδάτων.
Καὶ μιμηταμβῶς ἀερσιπότητον ἔρωτα
Γιρεσίῃ πτερύγων τῶτ' ἔμβ αἱμοπότας,
Τὸν κῶμον τ' ἀδόντας ἐγερσι γυναῖκα, πλανήτιν
Αἰνῶς ὑπνοπαπτῶν ἱεμβῶς,
Ες λέχος ἐμπαίοντας ἐς αὐτοὺς πολλάκι μάθους
Καμφαφόοντας ὅλης ἄψεα θηλυτέρης,
Ψαύοντας χειλῶντε καὶ ἀμυξῶντας ὀπωπῆς
Μαρμαρυγὰς, γλώσσης τ' ἠρέμα γευομένους
Αγρύπνους, ἱπαμοὺς, σκοτοδερκέας, ἄρα τὶς ἀνδρῶν
Ὅσσα κώνωπες δείγματ' ἔρωτος ἔχει;

Hos verſiculos ſic Angelus Politianus tranſtulit.

Culices amare magis decet quàm viros.
Productos fertilibus, vt venus ex aquis,
Et imitatos altiuolum amorem
Remigio alarum, vt ſint ſanguinis potores.
Comum cantantes ſuſcitatorum mulierum vagum.
Grauiter ſomno captarum cupidos mulierum,
Ad lectum inuolantes, ad ipſas ſæpe mammas,
Et contrectantes totius membra effœminatioris;
Tangentes labraq; & exugentes facies
Splendores linguamq; paulatim guſtantes.
Vigiles, impudentes, tenebris videntes, nunquis virorum
Quanta ſane Culices ſigna amoris habet?

EPITAPHIVM.

VIrgilius in eo poematio quod Culicem inſcripſit; eius enim mortem deflet, vltimis verſiculis hoc Culici epitaphium poſuit.

Parue Culex pecudum cuſtos tibi tale merenti
Funeris officium vitæ pro munere reddit.

APOLOGI.

Magnos à paruis proſterni.

ÆSopus hac ſequenti fabula docet eos, qui magnos proſternunt à paruis ſæpe ſuperari Culex, inquit. ad Leonem accedens, ait: neque timeo te, neque fortior me es Sin minus: quod tibi eſt robur? Quod laceras vnguibus, & mordes dentibus? hoc eſt fœmina cum viro pugnans facit Ego vero longe ſum te fortior: ſi vero vis, veniamus ad pugnam, & cum tuba cecinißet Culex, inhæſit mordens circa nares ipſius Leonis leueis genas Leo autem propriis vnguibus dilaniauit ſe ipſum, donec iudiguatus eſt. Culex autem victo Leone cum ſonuiſſet tuba, & epinicium cecinißet, euolauit. Araneæ vero vinclo implicitus cum deuoraretur, lamentabatur, quod cum maximis pugnans, à vili animali Aranea occideretur. In Gabriæ tetraſtichis aduerſus eos, qui volunt eſſe docti, aut prudentes, potentesve; nec tamen ſunt, poſitus eſt hic apologus.

Κώνωψ ἡφθῶ ἀνὴρ κέρας ταύρου πάλαι,
Ὅνπερ κελεύει εἰπεῖν οὐ πτῆσαι θέλει.
Ἤκουσε δὲ ὡς ἀνὴρ οὐκ ἐγνω καθηδύον,
Οὐτῶ δὲ μὴ πτῆναι· ἀκόσαι λάβοι.

Id eſt.

Culex olim in cornu tauri ſedebat;
Quem dicere iuſſit, an ſe volare velit;
Audiuit quemadmodum non nouerat ſedentem,
Itaq; neque euolantem ſentiret.

PROVERBIA.

Culicem elephanti confertè.

Κώνωπα ἐλέφαντι παραβάλλειν. Id eſt, *Culicem elephanti conferre*, dicuntur, qui minima maximis comparant. Libanus ad Caſilum: τὸδὲ ἐμὸν τοιοῦτον, οἷον κώνωψ ἐλέφαντι παραβαλλόμενος, Id eſt: ego vero perinde ſum, quaſi Culex cum elephante collatus. Huius generis eſt illud Virgilianum.

Sic canibus catulos ſimiles ſic matribus hœdos
Noram: ſic paruis componere magna ſolebam. &
——ſi parua licet componere magnis.

E Culice elephantem.

E Culice Elephantem facis, id eſt, res paruas, & viles nimium extollis, apte hoc prouerbium in Cardanum totſit Iulius Cæſar Scaliger. Nemo, inquit, vnquam melius prouerbium expreſſit vetus. Quanquam haud è Muſca, ſed è Culice feciſti Elephantum: ais enim. Dum Culicem natura conderet, Elephantum meditatam. " Vbi neſcio vtet ineptior: tu ne quem referre non pudeat: an ego " quem refellere non pigeat. In priſtinum tamen quandoq; meum " me fatum impulit, molendum eſt. Quin etiam arguremur Na- " B tura cum Elephantum meditaretur, eius formulam, quod & pi- " ctores, & Architecti ſolent, in Culice propoſuit, quaſi ichno- " graphiam vt ectypum faceret. Muſcæ promuſcis proprior e " lephanti manui eſt. Quare ſuper ea non ſuper Culice priſci " prouerbium condidere. Quin promuſcis à Muſca ad elephan- " ti naſum deſignandum translata credi poteſt. Quid elephan- " to cum beſtiola ſenum crurum, quæ ſimul & valgia ſunt, & vac " cia? Quorũ poſtrema longiſſima, contra quam elephanto. Præ- " terea promuſcide pro manu, & calce vtitur elephas, non pro ore " ſicut Culex. Similior Elephanto Sus Quam ob cauſam, vt opi " nor ſtultiſſimus ſimul, atque nequiſſimus impoſtorum omnium " Mahomet: in arca Noę ſuem ortum ex Elephanti ſtercore blate- " rat. Nihil alioquin Elephanto infeſtius, quam Sus. Eius enim " ſtridore ſolo, quod facere tela nequeunt, in fugam vertitur Ma- " cte Culex Cardanice, cuius idea Elephantus eſt. Iam te aſſerto- " rem video Platonicorum exemplarium, Ariſtotelicis iſtis nuga- " toribus perniciem minitantem. In epiſtolis, quæ Phalaridis nomi- " ne feruntur, extat huiuſmodi quoddam adagium, κώνωπος ἔλεφας Sus elephanto ſiſior.

C ἰνδὸς οὐκ ἀλεγίζει, id eſt, *Culicem haud curat elephantus Indicus*. Dictum eſt autem ob ſingularem duritiem cutis elephantinæ, qua fertur etiam iacula excutere, tantum abeſt, vt Culicis motu poſſit offendi. Adhiberi poterit quotiens ſignificabimus excelſis animis leues, & vulgares iniurias eſſe negligendas. Culicem non curat elephantus Indus. Εμπίς πεικρυσία, prouerbii loco ponitur apud Suidam. Tricorinthæ enim multæ exiſtebant Empides, vtpote nemoroſo, & humecto loco. Ἀνεμίνας ἐ εἰ, *incaprificatus es*. Suidas putat in mollem, & infrugiferum conuenire. Sunt qui referant ad eos qui tueri non queant id, quod nacti ſunt boni Adagium vſurpauit Hermippus in militibus Eius rationem eiuſmodi reddunt Suidas, & Zenodotus. Aiunt matiſcis, qui caprifici fœtus eſt, innaſci Vermiculum, quem Græci ψῶα vocant. Horum vim colligunt ruſtici, deq; ficl tamis ſuſpendunt, ne videlicet fœtus ante tempus, & immaturi diffluuant Nam vermes protinus per rimas, irrepunt, atque hoc modo matureſcunt fici. Vnde arborem cui hoc maturitatis remedium adhibitum non fuit, ἀνεμίνασον appellabant, atq; hinc deinde transferebant in hominem inutilem; à quo nil bonæ frugis eſſet expectandum. Vox compoſita eſt ἐκ τοῦ ἀσηρεπικοῦ μορίου καὶ ἐλαιοῦ, quaſi dicas incaprificatus. De caprificatione paulo inferius plenius ſatisfaciemus.

Excolantes Culicem, Camelum glutiunt.

D Euangelicum eſt adagium in Phariſæos: illi enim maximis rebus indormientes, minimis ſuperſtitioſe vigilabant Si quidem Deus præceperat propter alimentum Sacerdotum, & Leuitarum omnium rerum offerri in templo decimas: ex quo illi hoc vnum habebant ſtudii, vt quæ iuſſa fuerant comportarentur, etiam vilium olerum decimæ, at cætera quæ erant maiora vtrum quis faceret, nec ne, parui pendebant. Quapropter Chriſtus eos auaritiæ peruenuſta hyperbole arguens apud Matthæum. *Duces cæci excolantes Culicem Camelum autem glutientes*: qui innuit per Camelum magnitudinem præceptorum, iudicium, miſericordiam, & fidem ab illis largiri; per Culicem autem quæ parua eſt beſtiola decimas menthæ, & cumini & anethi liquari, vt D. Hieronymus ſuper eadem Matthæi verba, & Polydorus Virgilius ex eo, exponunt: nam quæ voramus, minus deguſtamus, quæ vero liquantur, plus palato ſapiunt. Sic denique Chriſtus docet Phariſæos negligere maiora Dei mandata, & in paruis tantum quę lucrum habent diligentiam ponere, adhibere, demonſtrare. Quadrabit prouerbium in ſuperſtitioſos Chriſtianos, qui timentes, vel potius timere ſimulantes, vbi non eſt timor, & neſcire volentes, in quo vera exiſtat pietas, in ceremoniis duntaxat obſeruandis hærent, quod hypocritarum E proprium eſt ſtudium. Sed Santes Pagninus in Iſagoge ad myſticos Sacræ ſcripturę ſenſus ſit hęc verba ſacra interpretatur Quod, inquit, Dn: dicit excolantes Culicem, refertur ad id quod dixit " decimare illos minuta quæq; Camelum glutientes refertur ad id, " & dixit pręteritis grauiora legis, miſericordiam, & iudiciũ, & fi- " dem, vt iſte ſit ſenſus minima obſeruatis, maxima contemnitis. " Ex hac enim peruerſitate etiam eis illud accidit, quo poſſunt hęc " per allegoriam referri, vt demitterent Barnabam, quia videlicet " ipſe non ſoluerat Sabbatum, quod magna diligentia carnaliter obſeruabant. Occiderunt autem Dominum, ſpiritualiter Sabbatum inſinuantem, per miſericordiam, & iudicium, & fidem quæ illi maxime contemnebant. Nam & Culicis nomine non abſurde figuratur ſeditioſus homicida; quia hoc animal & ſtrependo inquie-

Excolantes Culicẽ Camelum glutiunt.

Culicis nomine ſeditioſus homicida figuratur.

Culicis nomine seditiosus homicida figuratur.

inquietat, & sanguine delectatur, & Cameli nomine propter humilitatem, se ad subeunda onera submittentis propter magnitudinem, intelligitur congruenter Dominus. Aliud quoddam fere quid prouerbij sapiens, ex Adriano Turnebo viro vndequaque doctissimo explicandum est, sed casto lectoris castisq; auribus, cum sit obscæni sensus. Nam quamuis obscænitas in optimorum autorum scriptis, valde improbetur: tamen ne cum eorum volutamus libros, & angimur, cum quæ vis verborum subiecta sit, non intelligimus, declarandum est id, quod Adrianus Imperator per Culices rotundos intellexit, quando hos Floro obijcit lepidis hisce versiculis.

Culices rotundos pati quid sit.

Ego nolo Florus esse
Ambulare per tabernas
Latitare per popinas
Culices pati rotundos.

Ego, inquit, Adrianus Turnebus ad caprificationem allusum puto, in qua Culices è caprificis euolantes, in ficos penetrantes, maturitatem afferunt. id Græce ἐρεινάζειν dicitur: Culices autem vocantur ψῶνες, vnde ἀποψωνισμός, id est, caprificata mulier, quæ prope exactis menstibus vicina est parrui, & insciens, & ἐψωνισμένοι Culices passi, & caprificati à Græcis appellantur, pathici, vt è nouissimo constat versu.

Οὐδεὶς κομήτης ὅστις οὐ ψωνίζεται.
Id est.
Nullus comatus, qui non caprificatur.

VSVS IN VARIIS.

Vtilitas quæ à Culicibus.

NE minima, & vilissima animalcula à natura quis absq; fine, & proposito facta arbitretur, itaq; & Culicum commoda exequamur. Cedunt autem nobis in vsum, item & alijs animalibus, nec omnes tamen species eodem vtimur modo nec cætera animalia, vt aues, & pisces, & si quæ nam sint alia. nam qui ψῶνες vocantur ficuum, & aliorum quorundam fructuum, maturitati consulunt, cæteri vero fere omnes victum animalibus suppeditant, vt auibus quibusdam, piscibus, Crocodilo, Ataneis, de quibus omnibus singulatim nunc dicamus, & primum de caprificatione, quomodo Psenes fructus quosdam maturent. Nam, vt ex autoritate a Aristotelis confirmatur, agricolæ appendere ficis caprifici ficus solent, & iuxta easdem caprificos serere, vt hinc orti Culices ficos petant, & maturent, & ne decidant, prohibeant, quod faciunt cõtinuis, & crebris morsibus crudum earum succum absumendo, solisq; radijs simul aditum aperiendo. Atq; hanc esse causam ait Theophrastus, cur Psenes in caprificis generentur, quia inquit, fructus illi perfici nequeunt. b Plinius hæc eleganter nouissimis his verbis prosequitur. Caprificus, inquit, è siluestri genere ficus nunquam maturescens, sed quod ipsa non habet, alijs tribuens: quo,, niam est naturalis causarum transitus, atq; è putrescentibus idẽ,, tidem generatur aliquid. Ergo Culices parit; hi fraudati alimen,, to in matre, putri eius tabe, ad cognatam volant, morsuq; fico,, rum (ficuum legit Dalechampius) crebro hoc est auidiore pastu,, aperientes ora (coria Dalechampius) earum, arq; ita penetran,, tes, intus solem primo secum inducunt, cerealesq; (fœcundas,, fertiles exponit Dalech.) mittunt foribus apertis. mox lacteum,, humorem hoc est infantiam pomi absumunt, quod fit sponte,, (naturæ vi, sed longiore temporis spacio) Ideoq; ficetis caprifi,, cus permittitur ad rationem venti, vt flatus euolantes in ficus,, ferat. Inde reperitur vt illatæ quoque aliunde, & inter se colli,, gatæ inijcerentur fico. Sed videndum est inquit Scaliger quem-admodum huic caussæ possimus assentiri. Principio in maturis quoq; fructibus animalia concreantur, fabis, tritico alijs. Deinde τὸ πάρεργον ἐν ὦ ἐργολαβεῖα ἀξιόπρον τοῦ ἔργου. Proposuit natura caprifici fructum perficiendum rem vilem admodum: non potest: verrit operam illam plebeiam ad operosiorem functionem, quippe Culicem: quemadmodum contingit hominibus nequam, quibus pœnitentia est fœdior peccato. Dicendum naturam omnem vbi nacta fuerat materiam, adiungere formam idoneam. Neque est Culex πάρεργον, aut accessorium operæ quæ parabatur ad caprificum: sed æquale propositum, vt ex materia caprifici Culicem generet, nihilominus quam caprifici fructum. Sed vtcunque sit, siue hi Culices generentur, vt fructum maturent, & vt ne decidat prohibeant, siue ijdem alia de caussa sint generati, certum est fructum perficere, quod nos velimus. atque hic maturandi, & conseruandi fructus modus Palmarum quoque fructibus adhibetur idq; ex c Athenæo comprobari potest, qui ex Herodori libro primo, cum de Babylone loquitur, hæc cirat. Addit præterea, inquit, is scriptor (nimirum Herodorus) palmarum quas mares appellant, poma illis circumligari quæ balanos edunt, vt earum fructũ maturet fructus subiens, nec ex arbore ijs defluat: Culices autem in maris fructu concipi, non aliter quam in caprifici grossis. Atq; idem videor ex d Theophrasto didicisse, qui inquit. Fructum autem antequam coquant, amittere possunt, amygdala, malus, punica, pyrus. Omnium maxime ficus, & palma, quibus vel auxilium magnopere quæritur, vnde & caprificatio comperta habetur: nam ex pomis annexis Culices egredientes, corrodunt, & peruia reddunt ficuum ora. Sed & hic maturandi fructusq; conseruandi modus alijs quoque Culicibus, quam ijs qui in caprificibus appensis nascuntur, aut qui ex Palmæ maris pomis producuntur, perfici potest, nimirum si conseruatur locus ijs plantis, qui Culices producunt, vt polio. Cauendum tamen ab vlmo est, in cuius folliculis genus quoddam bestiolarum innasci ait Theophrastus, quod Cnipes appellant: qui cum in ficis gignuntur, ficatios illos Culices deuorant. Huius remedium cancros statuunt alligandos: in eos .n. vertere se Culices inquiunt. Sed hic caprificandi per Culices modus, vt nullus alius, non vbiq; locorum desideratur, maximeq; in ijs vbi nullum fructuum iactura est, vt in Italia, in aquilonio, & macro solo, vt in Phalarico Megarensis agri, & partibus quibusdam agri Corinthij. Sponte enim arescunt fructus loci situ, cademq. præstantur, quæ Culicum opera Volucrum quædam genera Culicibus gaudent in victu. in cibaru, inquit, Plinius Culices gratissimi sunt Vespertilionibus, Sunt & alia Auium genera quæ ob id σκνιπόφαγα, & κνιπόλογα dicta sunt, quæ his verbis ab Aristotele commemorantur. Aliæ inquit, aues Culicibus gaudent, nec alio magis quam venatu Culicum viuunt, vt pipo, tum maior tum minor, vtrumq; picum marrium vocant. Similes inter se vocemq; similem emittunt: sed maiorem qui maior est. Pascuntur ad maceriem aduolantes Itemq; galgulus, cui magnitudo quanta turturi fere est, color luteus. Piscis quoq; Thymallus Ticini fluuij alumnus his animalculis viuit, cum ijsdem nec vllis alijs facilius capiatur, vt testis est Ælianus, qui qualis sit piscis his verbis vna testatur. Piscem Thymallum sic nuncuparum, Ticinus fluuius Italiæ procreat: is ad cubiti magnitudinem accedit: & lupi, & mugilis communem, ac mediam speciem simil rudinemq; gerit. Eius capti odor non indignam admirationem habet: non enim vt cæteri pisces pisculentum quendam mitrit odorem: imo vero estimes te eius gentilem herbam recentem ex terra lectam manibus tenere. Tanta sane odoris suauitate fragrat, vt qui eum ipsum non vider, gratissimam Apibus herbam, vnde nomen duxit; in manu tenere putet. Reribus facile capitur: non item hamatis escarum illecebris: non adipe suis, non Serpho (insecto vti dixi, aut Vermi simili, aut Formicæ, aut Culici) non Chama, non alterius piscis intestino, non deniq, strombi collo, sed solo Culice, improba sane bestiola, noctes diesq; homini, rum morsu, tum strepitu suo molesta, quod hac sola delectetur esca, comprehenditur. Crocodili quoq; paruuli ijsdem victitant. Plutarchus igitur de Crocodilo sic loquitur. Exclusis carulis qui primum in lucem progressus, non statim ore arripit obuium aliquid, Muscam puta, Culicem, Vermem, aut festucam, vel herbam, eum mater morsibus dilaniat, atque enecat. Aranea quoque eosdem pascunt, ac suis retijs venantur Philes de Aranea, ac tela eius hæc composuit carmina.

Culices sicarij, vt maturẽt ficus.

a Li. 5. Hist. cap. 32.

b Li. 4. c. 9.

c Deipn. 14.

d Li. 2. Hist. cap. 9.

Aues quæ Culicibus, gaudent.

Thymall' piscis qualis sit, facile q; culicib. capitur.

Crocodili paruuli victitant ijsdem.

Μύιαις δὲ, καὶ κώνοψι καὶ κρυψιτέροις,
Επτερωμένον θηρατρον ἀράχνης φέρον
Εκ τοῦ παρεμπίπτοντος ἀπολῶς ἐσθίει.

Quidam sic transtulit.

Muscis, & Culicibus, & id genus volatilibus.
Intensa nectens fraudulenter retia,
Quod incidit, ieiuna pascens tamen.

VT FVGENTVR, ET OCCIdantur.

PRo varijs nocendi modis diuersa quoque remedia excogitata sunt. Morsu ne hominem molestent, D. Ambrosius, & Plinius suadent, vt homo absinthium cum oleo coquat, & eo se perungat; Æmilius Macer loco olei vino vtitur, in quo tritum sit Absinthium, his versiculis:

Aeticum vino trita (herba Absinthij) *se quilibet vngens.*
Non metuit Culices, vltra q; fugantur odore.

Laudatur ab alijs succus seminis Cymini, qui dentibus, dum tetitur, conficitur, hocq; perunguunt faciem, manus, & si quæ aliæ sint partes horum morsibus obnoxiæ. Sunt qui reticulo Conopeo dicto, in similitudinem tentorij contexto vtantur, vt Alexandrini, & Ægyptii teste Herodoto. Sunt, inquit, aduersus Culices, quorũ magna ibidem vis est, hæc ab eis (Ægyptijs) excogitata. Illos quidem qui supra paludes incolunt, iuuant turres quas dormituri ascendunt. Nam Culices ventus prohibet in altum volare At qui intra paludes habitant, alia turrium vice machinati, hæc videlicet Singuli sua habent retia, quibus per diem pisces capiunt, eisdem noctu vtuntur cubili in quo requiescunt. Circumdatis illis, deinde operti somnum capiunt, qui si in vestimento inuoluti, aut in syndone dormirẽt, eos per ipsa indumenta Culices morderent: per retia vero ne tantum quidem mordere conantur. Ad hunc ferè modum Bellonius cum Cairi esset à Culicibus quũ primis diebus in quibus istuc venisset affligeretur, se tutatus est: aut enim ibi noctu tegenda est facies, vt ait; aut sub tentorijs dormiẽdum; aut in summis ædibus sub dio. Indi à quatuor Culicum generib., quorum ij qui parui sunt, & exigui maxime nocui, hoc pacto se tuentur, obruti arena, faciem contegunt frondibus inter ramos. Alij quidam inter eos Culices adorant, ne ab illis noctu vexentur, vt Paulus Grisaldus testatum reliquit. Certe stultum hoc & superstitiosum auxilium, hominiq; Christiana fide imburo impium. In septẽtrionali plaga homines à Culicũ grandiorum maxima molestia præsertim in pungendo, quando in continua dierũ, & noctium luce dormiendum est hoc modo euitant Incolę (vt inquit Olaus Magnus) caput cæteraq; membra decoctione absinthij aspergunt, vel rutæ, vel nigellæ, quum habeti queunt: vel atramẽto sutorio permixto cum iunipero vsto. Dormientib. autem tentoriolum ex panno lineo, vel cortice confectum necessarium est, sub quo tanquam velamento, contra iniuriam Culicum tuto dormire liceat. Gaudentius Merula cannabis humidæ ramusculos penes te cum dormiturus apponendos suadet; quæ ante eum scripsit Democritus, additq; non etiam ad eum accedere qui manua thu-

Ægyptij à morsibus Culicum vt se liberent.

Alexandrini, vt se à Culicibus defendant.

Indi vt se à morsibus Culicum defendant.

Septentrionaliũ modus a corpore arcendi Culices.

ris, aut aceto, & oleo corpus illeuerit. Si ſpongiam acri aceto imbutam à capite ſuſpenderis, & ſub pedes, non te contingent; itemque ſi ſpongiam aceto imbutam ex faſtigio domus ſuſpendas: omnes enim Culices illic congregantur Fallopius ſaluia contuſa, & mixta cum aceto, aut oleo inungi corpus iubet, itemque cumini ſemine contuſo ſolummodo, aut cum vino albo ſubacto, & corpori illito. Porro nil melius, quam fugare Culices ex domibus: alioqui enim non ſolum pungendo, ſed ſono, vt ait Horatius,

——mali Culices ranæq; paluſtres
Auertunt ſomnos.

Suffumigia ad arcendos à cubiculis culices, & alia remedia.

Arcetur autem à cubiculis, & conclaui ſuffumigiis Coniza frutex totus ſuffitu ſubſtratuq; Culices abigit, vt autor eſt Dioſcorides, Cupreſſi pilulæ cum arboris coma ſuffitę, Culices fugare æſtimantur eodem teſte, & alibi fimi bouis maſculi accenſi nidore Culices abiguntur. Quin & necari melanthio, quod alii melaſpermum vocant ex quorundam ſententia Plinius affirmat, & alio in loco abſinthii fumo eoſdem abigi tradit, quemadmodum Auicenna odore ligni pyri. Suffitum ex nigella, ſutorio atramento laudat Galenus. Decoctione lupinorum, aut nigellæ, aut abſinthii, aut rutæ domus aſpergatur, aut feneſtræ limina nec per eas tranſuolent. Eoſdem non permittit introire domum; pilus equinus extentus per mediam domũ, vt autor eſt Democritus. Exigit eoſdem calamintha, & nigella ſuffitu, idem continget ſi exenulæ ſexrante, & muricum vſtorum drachmis duabus, amicula ſuffumigaueris. Puluerem cimini ſubtiliſſime triti commendat Alexis Pedemontanus, quem cum vino albo optimo miſcendum ſtatuit, deinde pampinum vitis, aut alterius herbæ, ſeu arbuſculæ ramum viridibus oppletum frondibus, hoc vino irrorandum eoque feneſtræ, oſtia parieteſque cubiculi madefacienda. Ex Atramento ſutorio, & iuniperi ligno ſuffumigia fiunt in Aquilonari plaga. Indis ea cautio eſt, vt abſtineant à candelis, & lumine, ne domos ingrediantur Culices, faciunt id incolæ præſertim, qui in Inſula Hiſpaniola dicta habitant. Nam lumen tædarum, aut facium ingentem copiam Culicũ allicit, ſunt enim lucipetæ, vt dictum eſt. At qui nunc domum ingreſſi ſunt, aut occiduntur, aut capiuntur ab iis animalculis quæ Cucuios ibidem appellant: cedunt enim Culices his quoque in cibum. Vt itaque natura Indis dedit peſtem Culicum, qui quandoque Veſpis ibidem maiores ſunt, ita & illis præbuit remedium Cucuios quam lepidiſſimos Culicum venatores,

A candelis cur abſtineant Indi aliiſque luminib.

A quemadmodum nobis feles dedit ad fœdam murium extirpandam progeniem, hæc animalcula quidam putant eſſe Scarabæorum genus, quum ſint eorum alæ vaginis incluſæ, minora paulo Veſpertilionibus, quatuor habent in corpore incidiſſima ſydera, quibus noctu lumen domeſticis præbent; hæc ſemper vigent in iis donec habeant vnde paſcantur. Nam explóſis Culicibus, & expurgatis qui in domo, aut cubiculo erant, iiſque fameſcentibus, lumina hæc ipſa deficere incipiunt. Propterea que eius terræ incolæ, vbi ea languida ſentiunt, oſtium aperiunt, liberumque iis aditum faciunt alicubi quærendi eſcam, ſed de hoc cum putetur è Scarabæorum eſſe genere poſtea plenius agetur, vbi de Coleopteris mentio fiet. Ne aurem equis noceant, aut iumentis, iiſdem vti poſſimus remediis. Aquilonares paſtores, vt eſt apud Olaum magnum iuniperorum rubos, vbique tam in campis, quam in ſyluis abundantes, vel pineas arbores, vbi greges paſcuntur, penes radices incendere ſolent, ſimiliter, & iuucos odoratos, ac aridas radices, herbæ ſerpentariæ; quoniam horum omnium fumo mire arcentur. Quod vero Culices tam multi frequenteſque in ſubpolaribus illis regionibus vagentur, ea cauſa eſt, quam idem Olaus retulit nulli (inquit) ibidem Veſpertiliones, qui hos ſimiliaque Inſecta noctu deprædari ſolent, propter continuam dierum, & noctiũ lucem, ibidem manent, neque aliæ lucifugæ ſeu nocturnæ aues; quamuis quædã à natura deputatæ, Culices, ac Muſcas in eſcam colligentes reperiantur. Verum vt à putreſcentibus celeriter incrementum accipere appareat, ita vt aſpero flatu euaneſcere eito conſueuerunt: paſtu namque deficiente, ad cognatam putredinem paſcendis euolant, atque ibi tabeſcunt. Infeſtant & Culices hortos riguos præcipue; hos galbano accenſo fugari ſcripſit Plinius, itemque mali punici corticis fumo, aut lupinorum crematorum. Amurcam recentem, & ex caminis fuliginem hortis inſpergi iubet Palladius. Culices, inquit Mizaldus, fugantur aceti, & origani decocto, ſi reſpergas, quemadmodum in ſuis Georgicis annotauit Democritus, ad hæc rutæ madefactæ aſperſione, & ſulphuris, aut cymini, aut bubali ſtercoris, aut bdellii ſuffitu, aut coniziæ decocto iiſdem quoque aquilonares vtuntur remediis ad expellendos è domibus Culices.

Iumentis ne noceãt

Finis Libri Tertii.

VLYSSIS

VLYSSIS ALDROVANDI PHILOSOPHI ET MEDICI BONONIENSIS, HISTORIÆ DE INSECTIS LIBER QVARTVS,

Qui est

DE COLEOPTERIS SIVE vaginipennibus,

ET PRIMVM

DE LOCVSTIS.

Cap. I.

ORDINIS RATIO.

ANELYTRORVM, hoc est, detectas habentium alas Insectorum, quotquot nobis obseruare licuit, tradidimus historias Itaq; supersunt tradendæ eorum, quæ velut in vaginis quibusdam inclusas habent alas, inde Vaginipennes Theodoro Gazæ, Aristoteli κολεόπτερα vocata. Quibus omnibus commune esse obseruaui, quod nullo aculeo infestent, quod difficulter volent, quod alas habeant fragiles, ideoque duro cortici inclusas, quod sedentia, alata neutiquam esse videantur, aliaque nonnulla quę suis post locis dicemus. Inter isthæc Insecta Locustæ, quod vbiuis sint obuię, nulliq; non uotæ, quod tam frequens earum in sacra pagina fiat mentio, & non earum tantum, sed & Bruchi, Ophiomachi, & Attaci; quodque tam famosa vbique quæ modo huic, modo illi regioni detrimenta inferunt, existant; quod eis quasi solis Deus immortalis, peccata hominum, vt patebit, vniuersaliter punite videatur; quod Diuo Iohanni Baptistæ, quo non alius propheta maior fuit, in deserto agenti in cibum cesserint; quod deuiqne non vno hominis morbo medeantur principem locum sibi vendicare videntur. Quare historiam Locustarum seruato nostro ordine aggrediamur.

Vaginipennes quæ siue coleoptera.

Cur à Locustis ordiatur author.

ÆQVIVOCA.

Ἄκρις duo Græcis significare obseruaui, cacumen montis, & summitatem herbarum. Cum montis, & summitatem, aut cacumen significat, inuenio apud Homerum in plurali ἄκριες. Ex hoc ἄκρις, Iupiter, vt volunt, ἄκριος cognominatus est, vt tradit Eustathius; item Minerua ἄκρια ἐπί πνος ἄκρας ἱδρυμένη, vt scribit Hesychius. Fit autem ἄκρις ex ἄκρη, vt κίδαρις ex κιδάρη, si Eustathio credimus. Cum vero, & herbarum summitates, vt dixi, significet, multi apud D. Matthæum, vbi dicitur D. Ioannes Baptista esitasse ἀκρίδας, accipiendum putarunt pro fruticibus, aut surculis quibusdam delicatis, nouam huic voci tribuentes significationem cũ recepta optime conueniat, vt suo loco post declarabitur fusius. Neq; credendum apud Euangelistam ἀκρίδες Locustas maximas intelligi posse. Erat n. in deserto Ioan. longissime à mari. Inuenio enim apud a Galenum ἀκρίδες nominari vna cum astacis, & carabis, aitque esse nutrimenti, quod haud faciliter digeritur: sed meo iudicio corrupta est ea vox, legendumque κραγίδες, hoc est, squillæ, atque ita legisse videtur interpres, qui squillas transtulit. Disputat super hac voce contra Lonicerum Brasauolus in longis suis ad eum locum commentariis, sed vnico tantum verbo lectori satisfacere potuisset, locum, vt ego feci, restituendo; nam Locusta marina Aristoteli aliisque Græcis non ἀκρὶς est, sed κάραβος, pro qua voce Gaza semper Locustam reddidit, & pro καραβοειδὴ Locustacea, Plin. plerunq; etiam Locustam, nonnunquam tamen Græcam vocem Latine reseruauit b Adrian. Turnebus agẽs de siphone, instrumento, quo incendia extinguuntur, citat hoc ex lexico antiqui cuiuspiam critici, ἀκρὶς ἀστακὸς κάραβος, καὶ σίφων ἐμπρησμῶν. ac si ἀκρὶς siue Locusta idem illud instrumentum significaret, quod non puto: nam cum de aqua ignem extinguente sermo fit addaturque ἀστακὸς & κάραβος, rursus in eadem opinione sum qua prius nimirum ἀκάρις legendum. Locusta iam vero præter Insectum, de quo agimus, & piscem, nomen est famosissimæ veneficæ, quam Galba Cæsar vna cum aliis pluribus veneficis morte affecit teste c Dione Cassio, qui eam præterea tradit immedicabile venenum præbuisse Agrippinæ, quo intra boletum condito, maritum Cæsarem Claudium necauit. Eadem Neroni Cæsari charissima fuit, vt author est Suetonius, qui d Neronem ait illius opera Britanicum interemisse, veneno prius in hirco expertum, postquam is quinque horas protraxit, iterum ac sæpius recoctum à Locusta potcello obiecisse; quo statim exanimato, inferri in triclinium, dariqne cænanti secum Britannico imperasse, & cum ille ad primum gustum concidisset, comitiali morbo ex consuetudine correptum apud conuinas ementitum, postero die raptim inter maximos imbres translatitio extulisse funere; Locustæ pro nanata opera impunitatem, prædiaque ampla, sed & discipulos dedisse. Qua de re citatur fragmentum Turni Auruaci ex satyris, quod ita recenseo.

Et qua Cæsareis soboles horrenda Locusta
Occidit, curis dum liberat arte Neronem.

Meminit eiusdem e Iuuenalis, canens:

Instituitq; rudes melior Locusta propinquas
Per famam & populum nigros efferre maritos.

a *In comment. 2. Sect. Aph. 18.*

Locusta piscis.

Locusta instrumentum quale.

b *Lib. 19. Adiuer c. 21.*

Locusta venefica.

c *Lib. 60.*

d *In Nerone c. 33.*

Britannici niors.

e *Sat. pri.*

SYNONYMA.

LOcuſtæ omnibus notæ, variâ pro morum ac locorum diuerſitate fortiuntur nomina; quare ſi forte paulo confuſius, quam decuiſſet, ſingulatim nationum ſynonymiam tradidero: lectores æquos etiam; atque etiam rogo vt boni conſulant, & ſi quid deſit, addant, ſi quid ſuperfluum, reſcindant. Inuenio in primis varia apud Hebræos, & Chaldæos ſynonyma, quib. vel Locuſta, vel aliqua eius ſpecies ſignificatur. Leuitici vndecimo quatuor Locuſtarum genera inter aues mundas recenſentur, quarum prima ſpecies ארבה Arbeh dicitur à multitudine, à Rabah id eſt augeſcere, ſeu multiplicari. Rab. Dauid kimhi ſuper Iolem ſic putat nominari, quod hæc Locuſtarum ſpecies omnium ſit maxima, & copioſiſſima, vnde nomen ſpeciei pro genere vſurpatur; vel quod agminatim aggregentur. In priori ſenſu hoc lego apud Pagninum הרבה educatio, incrementum, multitudo. vnde, inquit, etiam Arbeh, Locuſta ſic appellata quod ſit ſpecies multa, Exod. 10. 4. Alibi vtramq; etymologiam repetit, nimirũ quod agminatim, & magna copia gradiantur. *Ecce ego adducam cras* Arbeh *Locuſtam in terminotuo*, Et verſu. 13. *& ventus Orientalis eleuauit* Arbeh *Locuſtã* pro Locuſtas, nam numerus ſingularis Hebræis maiorem, quam apud Græcos vel Latinos multitudinẽ denotat: & multis aliis in locis. Atq; id genus Locuſtar. Ægyptios agros Moyſis tẽpeſtate diuino iudicio Orientali vento immiſſum horribilem illis vaſtitatem intulit, ſicut in decimo Exodi ſcriptum legitur. Vocem porro Arbeh nonnulli vertunt voce ἀκρίδος, quam & ipſam eſſe videri geneſaliorem ad quoduis Locuſtarum genus ſignificandum putamus. Chaldaice vertitur גובא Goba ab altitudine, ſiue vt alii volunt, Goba dicitur colectio à גבב Gabbeb, id eſt congregauit, quod videlicet in magno numero veniat, atque vt Prouerb. 3. legitur, veluti turmatim proçedat. Ea vox etiam apud Nahum in tertio, ponitur, *Paruuli tui* Cegob gobai, id eſt, quaſi *Locuſta Locuſtarum*. Septuaginta ſimpliciter tranſtulerunt ἀκρίδα; Kimchi, Abraham & Ionathan intellexerunt etiam eximiæ magnitudinis Locuſtas, nam plerumque geminario verbi ἐπίπτω habet Rab. Sel. exercitum Locuſtarum expoſuit. Amos quoque ſeptimo gobai ponitur, vbi per examen Locuſtarum fænum cordum ſiue autumnale depaſcentium, terræ ſanctæ futura depopulatio, & deuaſtatio à numroſiſſimo Aſſyriotũ, Babylonior, & Romanor. exercitu deſignatur. Septuaginta interpretes ἐπιγλῶ ἀκρίδων. Id eſt fœtum Locuſtarum reddiderunt. Secunda ſpecies Leuitici vndecimo סלעם Salaam, nuſquam alibi in ſacris literis reperitur. R. Abraham Ben Ezra, & Hizkuni putant ſic Hebraice diei, eo quod aſcendat, & ſaliat ſuper rupes, & ſilices, Nam Sæla Latine ſilicem, ſaxum ſiue rupem ſignificat. Alii ſic volunt dici à Sullam inſerta litera v. quod ſcalã ſignificat, à Salal, i.e. viam cõplanauit, ſeu contriuit, exaltauit, conculcauit. R. Dauid Kimchi definit genus eſſe Locuſtarũ alatum, gibboſum, & ſine cauda cũ capite oblongo, quod à Chaldæis & Rabbinis רשון Raſchon appellatur. Septuaginta interpretes, & poſt illos Hieronymus ἄπακον, Attacum vetterunt. Tertia ſpecies הרגל Chargol. Hebraicum Chaldæus paraphraſtes retinet, qui vocat Chargola. Vetus interpres vertit ἀφιόμαχον, de qua voce poſt. Kimchi Chargol exponit genus Locuſtæ. Quarta ſpecies Hebraice חגב Chagab, Chaldeis Chargeba dicitur. Chagab D. Hieronymus Eccleſiaſt. vltimo dicit eſſe ambiguum, quod & Locuſta & Ἀττέλαβος poteſt tranſferri, & metaphorice illo nomine ſignificari ſenum crura tumentia, & podagræ rumoribus prægrauata. Atque hæ ſunt quatuor Locuſtarum ſpecies in vndecimo Leuitici commemoratæ, quæ Iudæis concedebantur in cibum, vt ſuo loco poſtmodum declarabitur Rab. Selom. in Leuit. ſcribit Iudæos non poſſe has quatuor Locuſtarum ſpecies à ſe inuicem diſcernere. Sũt præterea tres aliæ Locuſtarum ſpecies, de quibus Ioel ſcribit cap. 1. & Amos 4. Prima dicitur גזם Gazam à גזז gazas, quod tondere, radere exſcindere ſignificat, quod omnia è terra naſcentia derondeat, depaſcat, & abſumat. Chaldaice Ioel 1. Zachala vertitur, φ nomen generale eſt reptilium, à Zachal, φ repere ſiue ſerpere ſignificat, inde Sechale æreets, id eſt, reptilia terræ Mich. 7. Apud Rabbinos paſſim ad ſignificandam Gazam vſurpatur. Chimchi quoque Ioel. 1. Gazam ſcribit eſſe vermem olera & præſertim braſſicas abrodentem. Sic dicitur, quod per humum repeudo omnia abſumat & perdat. Sunt qui Ioel 1. putant Βρῦχον poſſe verti, de qua voce infra. Quinquarboreus in Amos 4. cap. dentibus, inquit, durioribus valet, ita vt arbores etiam comedere poſſit, vnde apud Amos ſcriptum eſt: *Et oliuas veſtras comedet*. Septuaginta vertunt κάμπλω, id eſt, Erucam. Secunda ſpecies apud Iolem eſt ילק Ielak quaſi dicas Ligurio, à lakak, quod lambere, & lingere ſignificat, quia herbas lambant & deuorent. R. D. kimhi in 1. Ioel definit animalculum alatum inſtar Crabronis, ſed minoris quantitatis. quod arborum ſolia depopulatur, & in maxima multitudine vaſtat. Ielek Ioel. 1. Chaldaice vertitur כורת Coret, id eſt, incidens. Nahum 3. *Gladius deuorabit te* Caiælæk, congregare, ſiue vt R. Abraham & kimchi interpretantur, aggrauare Caiælæk; & verſu ſequente *ialak expanſus eſt & auolauit*. Hic Chaldaica verſio nomen Ielek interpretatur partim nomine Sochala, id eſt, reptilis ſiue Vermis, partim nomine Kameza, quod & ipſum Locuſtam ſic dictam ſignificat, de quo ſupra, à collectione ſeu congregatione, (vnde & Camez punctum à collectione oris dictum volunt) quoniam gregatim ſiue agminatim volent. Syriaca quoque noui teſtamenti verſio eadem voce pro nomine ἀκρίδος vtitur. Eandem vocem Ielek Chaldæus Paraphraſtes interpretatur nomine Pirha, quaſi dicas motatio ſiue curſitatio, à perah id eſt, motum eſt, volitauit, curſitauit, eo quod huc, atque illuc vaſtando fruges curſitet, ac ſubſiliat Secundum commemoratas ergo illas Chaldæas interpretationes colligitur Iælæk Locuſtæ genus eſſe, quod præter copiam & numerum volatu etiam præſtat celeriore, & latius quam cætera extenditur, pluresque agros celeriùs conficit atque conſumit: vnde & Ieremiæ 57. legitur *Adducite equos quaſi Ialak aculeatum*: & quinquageſimo primo: *Niſi impleuero te, hominibus quaſi Locuſtis*, & Pſal. 105. v. 34. de plagis Ægypriacis: *Dixit & venit Arbe vetalak abſque numero*. Exodi 10. vox Arbe tantum ponitur, quæ eſt generalis: *Et Locuſta abſq; numero*. Hinc recte Grammatici Iælæk definiunt genus eſſe Locuſtarum numeroſum, turmatim volans, quod aculeo tanquam lingua vtitur herbis, & frugibus allambendis atque corrumpendis accommodato. Porro Septuaginta interpretes plerumque vertunt βρῦχον Hieronymus & plerique Græcum vocabulum retinentes Bruchum vertunt, ſed cum Bruchus vt poſt Græcam vocem explicando declarabo, Locuſta ſit etiamnum imperfecta, ſine alis: contra Iælæk ſecundum Grammaticos, vt dictum eſt, proprie ſit genus Locuſtæ aculearum pennatum atque volans; meo iudicio plurimum differunt, quantum quod perfectum eſt, ab eo φ ſuam nedum perfectionem ſit conſecutum. Quidam apud Ioelem vertit pro Iælæk Erucam. quod quibuſdam viris doctis probatur, mihi autem non, ob allatam rationem. Dauid Pſ. 104. & Arbe & Iælæk nominans, docet in octaua Ægypti plaga non vnum ſæuiiſſe Locuſtarum genus. Tertia deinceps Locuſtar. ſpecies apud Ioelem eſt חסיל Chaſil, quaſi dicas perditio ſiue abſumptio; ſiue depaſtor, à Chaſal, quod abſumere ſignificat, quod omnia vaſtet & perdat; ita vt nihil reliquum faciat, Deut. 28. *Sementem multam ſpargesin terra, & modicum congregabis, quia à Locuſta lechazilu*, id deuorabuntur omnia. Chal paraphraſtes Ioel. 1. vertit Schemota, vel vt tradit quidam, quod longa ſit, & ſubtilis (id enim hoc nomen Thalmudicis ſignificat teſte Aruch) vel quod terram incultam reddat, ſed quoniam שמט Schemat etiam rapere, euellere, extrahere in Tharg. Eſther, necnon exilire Deut. 20. ſignificet, Schomota inde videtur eſſe dicta Locuſta, quod huc & illuc ſaltando fructus, & grana euellit atque perdit. 1. Reg. 8. Arbe & Chaſil coniunguntur. Septuaginta Ioel. 1. verterunt ἐρυσίβῃ per υ in antepenultima (nam ἐρισίβη per ι ota aliud eſt, etſi vtrumque frugum eſt vitium) id eſt, rubiginem vel robiginem, forſan quod nomen Hebræo reſpondens, non inuenirent. Res tamen ipſa communis videtur: vt ſicut Vermis ſiue Locuſta, Chaſil totum exhaurit & abſumit, ſic rubigo in ſegetibus; nihil relinquat; quod ſit vſui. Chaſil autem Locuſtæ, aut Vermis noxii genus eſſe alia quoque ſcripturæ loca reſtantur. Rubiginem quidam recentiorum putant Vermem eſſe, qui maxime frotem ſequatur, Hieronym. Rubigo rotem noxium ſequitur, qui cum in folia depluit, ſole ſupetueniente animatur & viuit, varieque plantis nocet. תלעל Thelarſal Deut. 28. ab Hieronymo etiam transfertur rubigo. Rabbi Selom. in commentar. ſcribit eſſe ſpeciem Locuſtæ: idem tradit Rab. Dauid in lib. Rad. Pagninus putat eſſe Cicadam; dicunt enim, inquit conſcendere arbores, & exugere earum folia. Addit Elias rationem nominis eſſe, quod ſtrepitum edat cymbalorum more. Sed cum & alii à צל vmbra deriuent, quam volatu ſuo obducit, vel quæ terram occupat, iudicandum eſt Locuſtam eſſe, tũ inde tum quod ſenſus verborum id etiam indicent Deut. 18. 42. *Omnem arborem tuam, & fructum terræ* (tuæ) *depauperabit Locuſta*. חגב Chenemal à quibuſdam exponitur genus grandinis, aut glacies fortis: aliis frigus: Pſ. 78. 4. 7. Locuſta, eo quod maueret, & excideret virentia. Abẽ Eſra in lapide i.e. lapidib. magnis è cęlo demiſſis In Syro Chaldaico dictionario legitur Bachenomol, & exponitur etiam Locuſta, ſic dicta quod בא veniebat, הוה manebat. vel caſtrorum in modum locum occupabat, & מל ſe ſuccidebat. Gierat (Scaliger ſcribit Gierard) Bellunenſi exponitur Locuſta Ziz ſa in continenti Raſis Locuſta magna eſt, & Bariol eidem Locuſta ſine alis. Apud Gentilem in expoſitione vocabulorum Kercules redditur Locuſta magni corporis, non habens alas. Troglodytæ teſte *a* Scaligero vocat Ambat. Apud Græcos, prout vario in modo inter ſeſe differunt, diuerſa nomina reperio, inter quæ tamen Ἀκρὶς vox videtur eſſe generalior ad quoduis Locuſtarum genus ſignificandum Huius triplex etymum apud Grammaticos obſeruaui. Ἀκρὶς teſte Euſtathio ſecundũ veteres dicitur à γεύω, quod eſt, edo, cum adiectione literæ, α quaſi ἄγρις, & per inuerſionem Ἀκρὶς Ἀκρὶς ὀξυτόνως Etymologo eſt animal παρὰ τὸ κάρη id eſt à capite, & adiecta litera α ἀκαρὶς, & per ſyncopen ἀκρὶς, hoc eſt caput non habens, aut paruo capite aut quod magnum caput habeat, aut παρὰ τὸ ἄκρας τῶν ἀστάχυων καὶ τῶν φύτων νέμεσθαι, quod ſummitates ſegetum, & plantarum depaſcatur. Quod poſtremum etymum communius à doctis recipitur, & ab edendo Euſtathius, vt oſtendi, diei voluit. Locuſta diminutiua voce dicitur Ἀκρίδιον, Latini reddunt Locuſtula Ἀττέλαβος Ariſtoteli memoratut Locuſtæ ſpecies, de qua loquens *b* Plinius, Græca ſeruata voce, Aduerſantur, inquit (Apibus & Veſpis, & Crabronibus) & Locuſtarum minimæ ſine pennis, quos Attelabos vocant. Scribitur & Ἀτελάβος cum apud Heſychium, tum apud Plutarchum in ſymposiacis. Eſt autem Ἀττελάβος ſiue Ἀτελάβος Heſychio εἶδος κυνοδάκνου ζώου μικροῦ καὶ λεπτοῦ, ſeu ſpecies ἀκρίδος, & quidem ἀκρὶς μέλαινα, vt Suidæ quoque ἀκρίς τις, Locuſtæ quædam. Sic Hieronymus etiam apud *c* Nahum prophetam, Locuſta inquit, & Bruchus, & parua genimina Locuſtarum, quæ vocantur Attelabi. Et mox. Porro Attelabus, quem ſignificantius comeſtorem interpretatus eſt Aquila, parua Locuſta eſt inter Locuſtam & Bruchum, & modicis pennis reptans potius quam volans; ſemperque ſubſiliens; & ob hanc cauſam vbicunque orta fuerit, vſque ad pul-

Arbeh.

Numerus ſingularis plus Hebræis norat.

Goba.

Salaam. Sæla.

Gazam. Zachala.

Ielak.

Sochala. Kameza.

Ielek non eſſe Bruchum.

Schemota.

Rubigo. quid.

Thelatſal.

Gierat. Ziſza. Bariol. kercules. *a Exer. 192.* Ambat.

Locuſtula. Attelabus *b Lib. 29. cap. 4.*

c In Comment. 3. cap.

», ad puluerem cuncta consumit, quia donec crescant pennæ, abi-
», re non potest. Et rursum. Confertur exilienti Attelabo, & Lo-
», custæ, quæ in die frigoris, eo quod auolare non possit, resident
», in sepe, & postea orrosole, & illius ardore calefacta exiliat, &
», ad alias regiones aduolans, nequaquam meminerit sepis, in qua
tempore frigoris sederat. Hæc omnia D. Hieronymus. Videtur
porro ὁ Ἀττελάβος dici παρὰ τὸ ἅπτειν, quoniã paruas habens pin-
nas, subsilit potius quam volat. Notandum Plinio plane pennis
carere, D. Hieronymo alas habere, sed paruas, vt etymum nomi-
nis quoq; indicat: quin & apud *d* Plutarchum lego Lemnios gale-
ritas honorare, quia Ἀττελάβων (Bruchorum vertit interpres) oua
confringar, quod generatim de Locustis scribit Plinius, quanquã
Gracculos ibi, non Galeritas ideo honorari scribat, quare nõ pro-
bo, qui apud Dioscoridem duo Locustarum genera facientem, a-
latum vnum, sine alis alterum, hoc postremum Attelabum Plinij
esse volunt: nam quantum ego percipere potui, Bruchus potius e-
rit. Vocatur autem id Dioscoridi Ἀσίραχος (Hermolaus corru-
pte legi ait Asiracon & Assiracon, legitur etiam teste Wottono A-
xiarchus: sunt qui pro ἀσίραχος habent Ῥίζα χόσκη, vt annotat au-
thor thesauri linguæ Græcæ in sua Appendice) aut ὄνος, vel vt Sca-
liger legit, ὄνισκος, id est asinus, vel asellus, facto, vt videtur no-
mine à tardiori moru, quoniam alis cum careant, alatis comparata, segnes videantur, quanquam *e* Scaligero quiduis potius, quam
asellorum vel speciem, vel lentitudinem referre videantur ad ap-
pellationem consequendam. Paulo Æginetæ ὄνος ἄπτερος nomi-
natur; ego Bruchum verterem, quem alis prorsus carere subinde
docebo. Scaliger dum dixisset Plinij Attelabum esse, subiungit id-
circo asellos dictos quosdam authores esse, ob pigritiam si cum a-
latis comparentur. Saliunt tamen, atque adeo, vt ab Italis Caual-
lette, à Gallis Saltatrices meruerint appellari. Non desunt qui eos
Bruchos putent esse Bibliorum. Scriptum est in historijs Abissino-
rum: ab his fruticum etiam excindi truncos, vbi ad alius inopiam
pabuli deuentum sit. Tum alas suboriri, quarum perfectarum præ-
sidio abeunres vestigent parentes suos. Hæ sunt illorum atq; et-
iam Mauritanorum superstitiosa verba. Hæc Scaliger. Fallitur
Hermolaus, qui apud Dioscoridem cap. de Ono, qui Latinis Mil-
lepeda vocatur, inquiens esse etiam Locustæ genus; quod Onos,
& Millepeda vocatur. Non enim Onos vocatur, quod plures, quã
cæteræ Locustæ habeat pedes, sed quod Aselli instar pigra sit, quin
pedibus carere tradit Dioscorides Porro verba prophetæ quorum
supra in explicatione Attelabi meminimus, hæc sunt: Βρῦχος ὥρ-
μησε καὶ ἐξεπέτασθη. Ἐξήλατο ὡς Ἀττελάβος, ὁ σύμμικτός σου, ὡς ἀκρὶς
ἐπιβεβηκυῖα ἐπὶ φραγμῶν ἡμέρᾳ πάγως ὁ ἥλιος αὐτὴν ἔψυξε, καὶ ἀφήλατο,
καὶ οὐκ ἔγνω τὸν τόπον αὐτῆς. Vbi Bruchus Hieronymo est animalculũ
nihil volare valens, & ventri tantum studens, Attelabus saltans
potius, quam volans, paruis alis: Locusta iam perfectas alas ha-
bens. Et *f* Alberto Bruchus est primus partus Locustæ, & cum ef-
ficitur maior, vocatur (inquit) Archalabus (lego Attelabus) &
quando perficitur, est Locusta. Bruchus autem, quod adhuc im-
mobilis est, torum depascitur, vsq; ad radices nihil viroris relin-
quens. Liranus etiam Bruchum, & Locustam differre scribit, si-
cut perfectum & imperfectum in eadem specie. Bruchus, inquit
Glosa, vocatur fœrus Locustæ, antequam alas habeat, deinde cũ
,, incipit parum volare Attelabus dicitur, cum vero pleniter vo-
,, lat, Locusta dicitur. Mulroq; grauior est Bruchus, quam Locu-
,, sta, vel Attelabus, quod iacens in vno loco radicitus comedit
fructus. Sic & *g* Chrysostomus ad ea verba, *Venit Locusta & Bruchus* &c, Locusta, inquit; & Bruchus non simul existere solent;
aut enim præcedens, Locusta Bruchum parit; aut Bruchus auctus
in Locustam tandem euadit. Βρῦχος Varrino est εἶδος Ἀκρίδος παρὰ
τὸ βρύκειν, τὸ ἐσθίειν, τὸ αὐτὸ δὲ καὶ Μάσταξ καλεῖται, παρὰ τὸ μασᾶσθαι.
Καὶ βρῦχος ἡ Κάμπη, ἣ ἡ νεογνὸς, καὶ ἄπτερος ἀκρὶς genus Locu-
stæ ita dictum à vorando, quod & Mastax dicitur à mandendo: i-
tem Bruchus Eruca primum nata, & Locusta alis carens. Suidæ
pariter, & *h* Scaligero Βρῦχος est κάμπη Eruca. Hic enim Bruchum
Theophrasti, & Dioscoridis Ericam (sic habet meus codex, sed le-
go Erucam) esse ait, & à Lombardis Bruc dici, à suis vicinis Brecole, à Romanis qui sunt in Gallia, Brughiera, Vasconibus Brana;
nasciq; in terra frugum fœcunda ex ouis, quæ parens ibi deposuit,
,, postquam segetes ibi consumpserit. Alphonso Tostato Bruchus
,, animal est paruum, quantitatis Muscæ nigerrimum, quod de-
,, molitur vineas, & idiomate Hispano dicitur Pulgon siue Brugo;
item fœtus Locustarum. quod primum animalculum Ips forte fu-
erit Βρῦχος vero Etymologo, & in lexico veteri cæterisq; rectius
dicitur esse εἶδος ἀκρίδος παρὰ τὸ βρύκειν τὸ ἐσθίειν, pleonasmo τοῦ, & τροπῇ τοῦ κ quasi βρυχος. Vnde fortassis Italorum broccare pro vo
care, qua voce de capris fere vtuntur, quæ omnia absumunt, aut
brochezzare, quod est folia & cymas decerpere, & Germanorum
Bruchen, quod consumere, & conficere significat, necnon Belga-
rum brocken, quod est minutim conscindere. Βρῦχον Ionice Hesychio est Ἀκρίδων εἶδος, species Locustarum, qui etiam addit,
Cyprios viridem Locustam vocare βρῦχον: Tarentinus autem Ἀττελάβον; alios ἀμυργίαν Μάντιν. Author thesauri linguæ Græcæ in-
nuere videtur βρῦχος, non esse vocem Græcam, sed à recentioribus
Græcis receptam à Latinorum Brucò, nam in dictione Μελολόν-
θη sic scribit. Ab authore μωποιικῶν vox latina vsurpatur in βρῦ-
χος commutata; sed si latina est, mirum fuerit Plinium non me-
minisse. Verba Geoponici sunt, ἐπὶ τὸ σέλινον τῆς ἀμπέλου παρὰ τὴν ῥίζαν τρεῖς κόκκοι σινήπεως χῶσον. φυτεύομενα γὰρ πάντα τὴν ὁδμὴν τοῦ βρῦχον ἀναιρεῖ In lexico Latinograeco vereri Bruchus dicitur βρόικος, Μωρὸς, ἢ λίθινος, βραδύς. Βροίκοι Hesychio sunt Ἀττελάβοι Ἀκρίδες pro qua infra Βρῦκοι & βρῦχοι. At βρόκος eidem est μωρὸς

Attelabus vnde dictus.

d Lib. de Isi. de & Osirid

e Exer. 192.

Asellus & vnde dictus.

Hermolai error.

Millepeda.

Bruchus quid.

f Lib. 26.

Bruchus vt à Locusta differat.

g Psal. 4. in Homil.

h Exerc. 36.

i Lib. 13.

A *i* ἀλίθιος. Aliquanto post apud eundem βρόκων, ἀμαθὴς, ἀνόητος; sed μωρὸς, ἠλίθιος, & βραδὺς stolidum significant, & insipidum, neque ad Locustas, aut Bruchos pertinent. Quidam incognitus, qui commentaria edidit in Psalmos Dauidis; Bruchum scribit dici à brachys, quod est breue eo quod breuis sit, & Bruchum exponit paruum Vermen à Locusta generatum. Brucus denique *K* Isidoro est, cuius pene totum corpus in ventre colligitur: sed in tribus exemplaribus manuscriptis id non legitur. Vbi apud Septuaginta in Complutensi editione legitur Leuit. 11. καὶ πᾶν πτερὸν φάλαγγος ἀπ' αὐτῶν τὸν Βρῦχον, καὶ τὰ ὅμοια αὐτῷ. Καὶ τὸν Ἀτταικὸν, καὶ τὰ ὅμοια αὐτῷ. καὶ τὸν ὀφιομαχὸν, καὶ τὰ ὅμοια αὐτῷ. καὶ τὸν Ἀκρίδα καὶ τὰ ὅμοια αὐτῇ. id est, Et hæc comederis ab ipsis, Bruchum, & similia illi, & Attacum & similia illi, & Ophiomachen, & similia illi, & Locustam & similia illi: D. Hieron. Græcà vocabula Latine reseruauit. Comedere, inquit, debetis vt est Bruchus in genere suo, & Attacus & Ophiomachus atq; Locusta, singula iuxta genus suũ. In alia editione legitur τὸν Ἀτταικὸν. Cum iraq; hic Ἀτταικὸς, vel Ἀτταικὸς, & Ὀφιομάχος numerentur inter reptilia volucria, quæq; quatuor ingredientia pedibus longioribus item pedibus subsaltitant, Ἀτταικὸς forte idem erit, quod Ἀτταλάβος, vt recte quo-

B que iudicat author thesauri linguæ Græcæ: de Ὀφιομάχῳ non est dubium, nam & Suidæ Ὀφιομάχος est εἶδος Ἀκρίδος, μὴ ἔχον πτέρα, genus Locustæ sine alis. Sed Hesychius habet Ὀφιομάχος, & exponit Ἰχνευμών, & ἀκρίδων γένος μὴ ἔχον πτέρα. Nos Locustam Serpentibus pugnare infra suo loco dicemus ex Aristotele, Plinio & alio quodam oculato teste, & Ὀφιομάχος alias est, qui serpentibus pugnat. Sunt qui Stellionem interpretentur. Alij interpretantur genus volucris, aut Lacertæ pugnantis cum Serpentibus, vnde nomen sit sortita Μάσταξ vt Eustathius tradit ex lexico Rhetorico inter alia significata est Ἀκρὶς Locustæ: Similiter & Nicandri Scholiastes Μάστακι exponit Ἀκρίδι in hoc *l* Nicandri loco:

l In Theriac.

Μάστακι σιτοφάγῳ σύναλιγκία, τοιόν τε πτέρα ἄκρων
Ἱππόμορμοι ἀτέρων, λεπτοῦ τε τάχυν σκιόωντες.

Hesychio quoq; Μάσταξ est non solum τόμος & σῦτος, sed etiam Ἀκρὶς. Ἀμάσταμαι autem deriuari Μάστακα testatur Eustathius. Locustas rodentes sata, inquit *m* Cælius Rhodiginus, Bruchos appellari & Attacos, atq; ita Mastacos vti est apud Nicandrum:

m Lib. j. cap. 25.

C Alij tamen, inquit, sunt, qui vniuersum Locustas dici Mastacas velint, idque in Ambracia in primis. Apud *n* Theocritum in hoc versu:

n Idyl. 12.

Μαῦπις τοι τὰν νύκτα χρεοῖστι ἀκαλαμάκα

nonnulli κάλαμάκα vertũt Locustam, ac sic dictam poetæ volũt, quod in stipulis nascatur, atque arrodat aristarum summitates, μάντιν vero vocari, quod famen prænunciet, quia cum plurimę nascuntur, prænunciant eo anno difficultatem frumenti, & hoc quidem bene, sed καλαμάκα adiectiuum est, μάντις vero Locusta, vt meminit etiam his verbis *o* Cælius Rhodiginus, proditur memoriæ in Græcorum commentariolis quibusdam, esse Mantim Locustæ genus, quę in stipulis enascatur, virẽs colore, corpore prę longo, pedibus item prælongis, quos & agitat assidue. Ex quaratione sunt, qui putent præmacram, & præteuuem significari puellam à Theocrito. Aristarchus in commentariolo Lycurgi. Locustam hãc scribit, si quod inspexerit animal, protinus illi quippiam producere mali: vnde, inquit, Μάντις dicitur ἐστιδλάβεις καὶ χαλεπὸν ὁρῶσα, hoc est, Mantis vocatur, quæ noxii molestiq; aspectus est: vel dicitur Mantis, quia Locustis aduentantibus, præsagium sit ingruentis penuriæ. Sic ille. Idem scribit Zacharias Ca-

o Lib. 30. cap. 22.

D liergus Theocriti Scholiastes alius Græcus, qui nouissime prodiit ex officina Commeliana. Est autem Poetæ sensus, Amica tua, quę nigro; & macro corpore est, sicut Locusta, ad inopiam, & famem te rediget, arrodens rem tuam familiarem, sicut Locustæ aristas arrodere solent. In quo fere sensu hoc lego apud Psaltem, Sicut vmbra deplorans miserrimum rerum suarum statum, dum inclinat transuo, excussus sum quasi Locusta Nam & hanc similitudinem multi ad corporis maciem nimio mœrore contractam referunt, quod Locustę tenues sint, atq; leues: alij ad iniurias quibus animalculum hoc est expositum, cum sępe ventorum vi magna agmina Locustarum abripiantur, & præcipitentur in mare, vel in loca deserta Suntq; qui hoc simili instabilem Dauidis conditionem exprimi volunt, quod Locustarum instar huc atque illuc migrare, & quasi saltare cogatur, nec habeat certam aliquam, & quietam sedem. Sed vt ad dictionem Μάντις reuertamur, Μάντις, inquit Hesychius, ὁ ἐν τοῖς κήποις Βάτραχος, καὶ εἶδος Ἀκρίδος, hoc est, Mantis est rana in horris, & genus Locustæ: Hoc repetit Varrinus. Et apud Suidam inuenio iurer μάντις significata, ἔστιν Ἀκρὶς δυσκίνητος χλωρὰ καλάμβη Μάντις. ἧς τινὲς προσιόντες ταῖς κινήσεσι μαντεύονται. Est Locusta pigra seu ad motũ difficilis, viridis Mantis vocata; aliquid abundantes motibus vaticinantes Κόρνωψ Eustathio alijsq; affertur pro Locusta, Hesychio vero & Varrino Κορνώπιδες; sunt Κώνωπες, Culices. Κορνωπίων tamen Hercules dici meruit à fugandis Locustis, vt dicemus. Πάρνοπες quibusdam exponi genus Locustarum diximus in Vespis. Sed cum Pausanias ponat in genere volatilium maleficorum, quæ segeres exedunt, & Aristophanes vuas dicat depascere; arbitror è Locustis esse, cũm quod harum illud fere sit proprium inter alata Insecta, tum quod ab aliis ita quoq; verti videam, & priuatim Hesychio Πάρνοπες sunt Ἀκρίδες. Suidæ quoq; Πάρνοψ est εἶδος ἀκρίδος, οἱ δὲ Μελίσσας ἀγρίας, καὶ κλίνεται Πάρνοπος. οἱ δὲ κώνωπας Ἀριστοφάνης. Eadem fere Varrinus repetit. Sunt qui Πάρνοπες scribant. *p* Plinius alibi esse scribit animal Locustæ simile sine pennis, quod Tryxallis Græce vocatur, Latinũ, inquit nomẽ nõ habet, vt arbitrãtur, nec paucioes hoc esse, quod Gryllus vocetur. Ex his viginti torreri iubẽt, ab

p Lib. 30. cap. 6.

bibi

Locustæ.
Hewschrecken.
Figura 7.
Grylli.
Grillen.

q Lib. 30. cap. 13. bibi è mulso contra orthopnæas. Et *q* alibi rursus de eodem, Tryxalidum cinis margines vlcerum duros aufert cum melle adiuuat purgationes parientium. Ego id nomen apud Græcos non reperio; quare suspicandum est, Troxallis legendum esse, licet huius vocis significatio nonnihil variare videatur. Apud *r* Athenæum, vt in Eruca dictum est, Vermis genus est, quod olera consumit, nimirum Eruca. Sed ex *s* Æliano constat, Locustæ genus esse, cum ἀκρίδα, πάνοπα, & τροξαλίδα simul nominet; distinguetque solo sono: καὶ βομβοῦσιν ἀκρίδα, καὶ Πάρνοπα ὑποκρίζοντα (alias ὑποκρίζοντα) καὶ μὴ σιωπῶσαν Τροξαλίδα. & bombis strepere Locustam, & Parnopē sono minuto obstrepere, neq; silere Troxalidem. Vbi interpres Tigurinus Parnopa interpretatur Locustæ, vel Culicis speciem, vel Apiculam syluestrem (securus vt videtur Suidam & Varrinum) Troxalidem ait esse, qui Gryllum ex Plinio vertant. Volunt nonnulli Locustas in Ionia à penuarum numero Tetrapelyridas vocati. Apud Aristophanem Acharn.

r Lib. 3.

s Lib. 6. cap. 13.

Ἀλλ' οὔπω βάλλει πρίασθ' ὧν ἐγὼ φέρω,
Τῶν ὀρταλίχων, ἢ τῶν τετραπτερυγίδων:

Scholiastes exponit τῶν Ἀκρίδων, Locustarum, τετρὰ τὸ πέντε τετρὰ ἔχειν πτερά, id est, quod quatuor habeant alas: eadem lego apud Varrinum. Suidas eandem reddit etymologiam, sed Locustam esse non dicit. Et Cicadæ etiam τετραπτερυγίδες dicuntur, itē Ὀρτοδάκνας quas Mordellas Gaza vertit; adeo vt epitheton potius, quam synonymū sit, vt voluisse etiam videtur author Thesauri linguæ Græcæ, Ἀβρόπων apud Varrinum legitur, diciturq; esse genus Cochlearum, secundum alios Apum: quibus addit quosdam legere Ἀκρέπων, eoq; nomine intelligere λῃστῶν, prædonum. Ex quo intelligitur, hoc Ἀβρόπων siue ἀκρέπων esse pluralis numeri, & genitiui casus, non autem nominatiuum singularem, vt existimarunt vulgaria lexica. Ἄκρον Cretenses teste Hesychio dicunt τὴν ἀκρίδα, Locustam. quod Varrinus quoque reperijt. Suidæ Ἀκρίς est nomen proprium, & ὀσκώλης, id est Vermis: fortassis Locusta, vel Bruchus. Ἀβαδδὼν legitur in nono Apocalypseos de Angelo Abyssi, siue perdente; sunt qui regem Locustarum interpretentur nocentium hominibus; sed Locustæ, vt post patebit, rege carent. Βρέττανα Hesychio, & Varrino est φοβερά, Cretensibus ἀκρὶς Locusta. Ῥιζοχόσκης Locusta nonnullis vertitur, ab hiatu forte oris patentiore, nisi rectius scribendum sit Ῥιζοχόσκης. Μελικρὶς dicitur esse σιτοφάγος ἀκρὶς Locusta frumenta rodens, aut deuorans. Apud Nicandrum de Chelydro serpente in hoc versu,

Ἀρχόσιον λειμῶσι Μολυρίδας ἢ βατραχίδας

Scholiastes Μολυρίδας esse dicit animal simile Locustis. At μόλυβοι ab eodem poeta numerantur inter serpentes, & eos quidem innoxios, adeo vt Μολυρὶς, & μόλυβος plurimum differant. Μολυρίδας Hesychio sunt βατραχίδας, & τῶν σκυτῶν τὰ γόνατα. Suidas Μολυρίδας vocari scribit τὰς ἀκρίδας, Locustas: apud quem legitur & μολυρίδος κεφάλαιον: Forte ita dicta fuerit Locusta ἀπὸ τοῦ μολυβοῦ, quod Hesychio est νωθρὸν, βραδὺν segne, tardum: item αἰσχρὸν, λυπηρὸν, ἀηδὲς, ἀχάριστον; dolorificum, molestum, iniucundū, ingratum: Si quasi segne vocari dicamus, conueniet significatio Bruco, posteriora omnibus Locustis cōpetunt. In veteri lexico ex Maximo Tyrio Μηλονομάδες ponitur pro quodam genere Bruchi. Atq; hæc de synonymis cum Hebraicis, tum Græcis, ex quibus satis patere puto Arbch Hebræorū & Græcorum ἀκρὶς nomen videri generalissimum; idem de Larinorum Locusta dicendū, quam volunt Grammatici dictam ab vredine locorum, quasi loca vrens siue exustulans. Isidoro vero, & Lyrano sic videtur dicta, quod longis sit pedibus, vnde & eam tam maritimam, quā terrestrem (addit Isidorus) Hastago appellant, quod postremum crymum astruit *t* Albertus Magnus, improbans alios, quibus dicitur quasi loco stans. Italis vocatur Caualletta, vel à saltibus, quos excercent, vt Scaliger voluit, vel forte, quod equū capite quodāmodo referant. Item Saltello, Gallis Sauterelle, Hispanis Logosta di tierra, & Gafantholes grandes: Germanis Heuschrecken, fortassis quod in fœni aceruis delitescant, maxime vbi recens refectum de pratis iam conuectum est: item Veyualter, quam vocem ex veteri Gothica lingua dimanasse volunt. Belgis Sprinckhaen, quasi Gallus subsiliens. Polonis Konik, Szarancza, Vngaris Saska.

Locustarum de dicta.

Hastago.

t Lib. 26.

GENVS. DIFFERENTIÆ.

a In Lib. 2. Diosc. c. 24. VAtiauit, inquit *a* Marcellus Virgilius, admirabili artificio Locustas Natura. Nec facile est toto orbe nascentiū coloris, formas, motus, discriminaq; alia pene innumera commentationis huius nostrę angustijs complecti: Nec qui hactenus id egerunt, totā explesse rem nobis videntur, ueq; immerito. Quis enim tot primū in eodem colores facile descripserit? quis tam diuersas corporum formas, quis ingressus, saltus, volatusq; earum? Sunt enim quę virides, q̄ nigræ, quæ liuentes, quæ aliqua parte hunc, alia illum colorem ostendant. Sunt quæ volantes tantum latentem antea colorē aliquem proferant. Sunt quæ simplicibus, quæ pluribus alis volent quæ alis carentes saltent, quæ vtroq; hoc motu priuatæ ingrediantur tantum. Sunt quæ longioribus, sunt quę breuioribus, & paucioribus, longioribusq; internodijs. Sunt quæ canant, quæ mutæ sint; quæ per diē, quæ in tenebris tantum audiantur, & ne longiores simus; Sunt quę nihil homini in re rustica noceant, innocentesque à pueris capi se patiantur; Sunt contra quæ pestem, & calamitatem satorū omnium totis regionibus afferant, illataq; fame antiquos agros deserere sepenumero gēres coegerint. Hæc ille. *b* Scaliger nostrates alias dicit esse virides, alias fuluas, alias colore squillatum marinarum: Æthiopicas rubras, aut luteas. Ego sane plurimas cum figura corporis, tum coloribus differentes obseruaui, alatasq; & non alatas, sed nigras nunquam: earum subinde descriptiones vna cum singularum iconibus lectori ob oculos ponam. Indicas describit Plinius ternum pedum magnitudine ciurib. suis serrarum vsum subire.

b Exer. 192.

FORMA. DESCRIPTIO.

QVod ad formam corporis Locustarum attinet pauca apud Aristot. & Plinium reperio. Author de natura rerum, Locusta, inquit, colore viridis est, caput habens formatum vt equus, os ad modum quadranguli; aculeum pro cauda, crura longiora, & ad seipsam reflexa; vnicum intestinum sanie, & immunditiare pletum. Sic ille. Huius Locustæ (nam vni priuatim ea descriptio conuenit) iconem mox dabo. Apud *a* Albertum reperio hoc scriptum de Locusta. Caput habet, figura equi, & ante os duo addamenta dura, quæ simul vicem labiorum supplent, & dentium: dura est ante, & dura est post succinctorium habens quasi cornua phylana pro cauda; longa retro habet crura ad saltū, & quatuor alia in vno latere, & quatuor in alio ad gradiendum: alas et iam quatuor mobiles habet ad volatum membranales, & intestinum vnum sorde plenum, quæ est succus plantarum. Sed nota, quod decem pedes tribuat Locustæ Albertus, cum sex tantum habeat, ex quibus quidem duos posteriores cęteris longiores esse verissimum est, vnde μεγαλόκωλος Dioscor. hoc est prælongis cruribus, vt Ruellius vertit, nominatur, quanquam sint qui crassioribus cruribus vertendum perperam velint. Eiusmodi pedes alibi idem *b* Dioscor. ἀκρίδα δίκωλα, hoc est Locustas paruulas bipedes vocauit, Auena, inquiens, genicula quædam habet, folio & stipula triticum imitatur, & in cacumiuibus dependentes paruulas veluti Locustas bipedes gerit, in quib. semen continetur: Quod & *c* Plinius tradidit, folio & stipula triticum imitatur, in cacuminibus dependentes paruulas velut Locustas habet. Sic hic Hermolaus restituit, nam perperam Inbos legebatur. Vsus posteriorum pedum, de quibus sermo, est ad saliendum, quod meminit etiam communis præceptor *d* Arist. his verbis: Posteriora crura medijs longiora sunt, vt ambulent melius, & attollantur facilius de terra, cum auolare libet. Quod planius ea ostendunt, quæ saliunt; vt Locustæ & Pulices. Cum enim inflexa rursus connixa extendunt, attolli de terra necesse est. Locustę nō parte priore, sed posteriore habent crura illa ad gubernaculorum effigem condita. Suffraginem enim intus flecti necesse est, quod nulli crurum prior um datum est. Omnibus his seni pedes, ijs etiam quorum ēnixu saliunt, enumeratis. De hoc eodem vsu loquens Galenus, eadē fere habet, quæ Arist. quin Aristotelem citat, arq; opinionem eius omnino recipiendam esse iudicat; quem lector plura volens adire potetit. Plinius tradit hosce Locustæ pedes foris curuari, Insectorum, inquit, pedes quibus sunt, in obliquum mouentur, & quorundam extremi longiores foris curuantur, vt Locustis. Idem *e* alibi Nigidium scribit, & Locustis, & Cicadis oculos negare, sed cum & Locustæ, & Cicadæ Plinio etiam sint marinæ, dubium videtur, de terrestribus ne an de marinis id debeat intelligi. Mihi vtrumq; falsum videtur: enim nonnullis interpositis Plinius de marinis agens, Locustis, Squillisq; inquit, magna ex parte sub eodem munimento (crustrarū) præduri eminent oculi. Et subinde de Insectis subiungit: Insectorum omnium, & quibus testacea operimenta, oculi mouentur, sicut quadrupedum aures: adeo vt & terrestribus oculos esse non neget, si omnibus conueniat eos aurium modo mouere. Senectam exuit teste *f* Philos. quo tempore eius operculum circumrumpitur, vt omni vermiculatia prole. Claudianus de Locusta tale scripsit carmē in suis Epigrāmat.

a Lib. 26.

b Lib. 2. cap. 116.

c Li. 22.

d Lib. 4. de part. cap. 6.

e Lib. 11. cap. 37.

f Lib. 8. tra. 17 Hist.

Quot pedes habeat & quales.

Pedum posteriorum vsus.

An oculos habeant.

Senectam exuit.

Horret apex, capitis, medio fera lumina surgunt;
Vertice cognatus dorso durescit amictus
Armauit natura cutem, dumiq; rubentes
Cuspidibus paruis, mul. is acuere rubores.

Quæ sequuntur descriptiones ad icones Locustarū pertinent; quas author obseruauit, & hisce tabulis expressit. Inter quas omniū maxima est, quę prima depingitur alis clausis, & rursus apertis, à capite ad extremū alui vsq; commensurata longitudine sex digitos explet extentis vero pedib. digitos decē. Reperitur in nostris collib. nonnunquam inter herbas in locis fere incultis. Capta acriter morder, dolorem inferens haud exiguum. Quam hi peperit innumera, quæ omnia animari non puto: nam si ita esset, inextinguibilis semper earum esset numerus, omnemq; quotannis segetem absumerent. Volat magis, quam salit: quamobrem pedes natura dedit anteriores, nescio ad quem vsum, nisi ad hærendum, cui inuolat firmius renaciusque crassiores, cum in cęteris posteriores crassitie præcellere soleant, vt ijs insistentes facilius saliturę à terra eleuēntur. Toto corpore pedibusq; colore vestitur gramineo viridi, aluus tamē nonnihil per interualla rubet, potissimū in superiori parte. Differt ab alijs nō sola magnitudine, & ventris crassitie (crassus est aūt pollicem) sed & partiū quarundā situ, & figura. Capite Perlam vulgo nominatā potius quam Locustas, quę equinū quodammodo caput habent, exprimit. Dorsum gibbosum est, è priorū pedum regione longius quā alijs: pedes anteriores, quos diximus posteriorib. esse crassiores, è principio fere pectoris orrū suum habent, in extremo chelis astacorum more insignes subflauis, neutiquam serratis, sed ipsi inter primum, & secundum articulū insigniter setrari sunt, vt minus horum exemplo Plinium miremur, qui ex Indicis serras fieri tradidit: Medii sub alis oriūtur, anteriorib. breuiores, quibus fere conrigui postremi, omnium longissimi. Alæ intus argento resplendent, albo cinereoque variantes, in extremo virides, viridi includuntur tegmine siue vagina. Antennas è fronte exerit exiles, breuiusculas, subflauas. Ex minimis est,

a In Lib. 2. Diosc. c. 24.

Quot pedes habeat & quales.

E

tertio

tertio loco picta Locusta, dorso ac vagina rubicundis, aluo nigra, luteis zonis distincta. capite plane equum resett. Antennas habet breuissimas, breuissimosq; pedes anteriores, & medios, postremos contra longissimos lutescentes Mediocrib. adscribenda est quarta, toto corpore flauescens, tæniis quibusdam fuscis transuersalibus. Pedes ac potissimum postremi albo nigroque distinguuntur. Aluus coloris castanei diluti, respersa multis maculis, exiguis, fuscis Alæ vaginæ inclusæ ex cæruleo diluto perpulchre admodum virescunt. Quinto, & Sexto loco posita ex maximis est medium digitum corporis crassitie æquans, palmũ fere longa, capite viridi, nec non toto capiti cõtinuato articulo qui in dorsum deorsum excutrens triangulari cuspide, squamaceis marginibus cnculli cuiuspiam speciem præbet, medio accliui, & in acumen surgente supercilio à fronte ad alarum principium, quod ipsum integit, disseptus, in cuius lateribus vtrinque lacunæ quædam, seu scrobiculi in longum excauati hinc ab hoc ipso medio gibberæ, illinc exiguo tuberculo constitutę vti inter montes valles mediæ iacere solent, colore nigro distinctæ spectantur. Occelli vt cancri immobiles, nigri, minime sphærici, sed longiores, quam latiores. Inter hos medios duæ non ita longæ nempe digitum tantummodo, antennæ extant. Reliquum corpus, nempe pectus latum, ac compressum, ac æquabile; aluus nouenis coagmentata incisuris, quæ veluti loricatum lamellæ exterius imbricatim sese excipiunt Petilli item quaterui, nempe antici, & medii coloris cinerei; postici vero longissimi; quibus tanquam remigibus nixa sese vibrans procul salit, versicolores sunt. Fæmen enim nigris maculis notatur, femur vero viridi, & subalbido variat. Tibia ac pediculi instar serræ dentari, dilute punicea sunt. Alæ media sui parte vltra extremam aluum in longum protenduntur, quaternæ. Harum binæ superiores fusco, & balio maculosæ. Inferiores ex fusco argenti splendore micant, ac à volatus officio cessante insecto, minime vt illæ simplæ sunt, sed decuplo rugarum ordine in se complicatæ, quomodo mantilia extergendis manib. dicata, & puerorum illæ ex chatta laternæ viæ duces, multiplici plicarum serie sibi mutuo incumbenrium componi solent; quas cum ad volatum explicat in trium digitorum latitudinem distensas est intueri.

Secunda Tabula duodecim habet Locustarum diuersas species. Prima è maiorum genere dorsum habet colore ochræ nigris minutis punctis siue guttulis consperso. Alarum tegmen viridescit, & eiusdem coloris & magnitudinis punctulis notatur. Caput, pectus & aluus item pedes viridi ochroque variant. Aluus in adũcum aculeum ochræ colore desinit; capite Perlis similis est. Antennas habet miræ longitudinis, & tenuitatis, rubicundas subrutilas. Nu. 2. Locusta capite & antennis Cochleam siue Domiportam æmulatur. Capite, nisi oculi id proderent, carere videretur. Antennæ crassæ sunt, & crassa quoque admodum femora posteriorum pedum. Alas habet corpore prorensiores. Vndique concolor sibi. Color est cinereo flauescens. Num. 3. Locusta est è genere vulgarium, vnicolor, viridis, præter antennas quæ lutescunt. Quarta tricolor Locusta vocari potest. Vulgo Frate hoc est monachus nominatur, non ob colorum diuersitatem, sed quod cucullata est. Caput collum cucullatum, pectus, & femora posteriorum pedum sunt viridia. Tibiæ vero eorundem pedum sanguinei plane coloris: cætera omnia cinerea. Antennæ exiles, sursum erectæ. Quinta ex aculeatarum siue caudatarum genere, vbique vnicolor, viridis. Num. 6. ex atro cinerea, vndique sibi concolor est. Septima ἄπτερος, Bruchus dici potest, fœtum illius maximæ, quæ primo loco in prima tabula spectantur, esse puto: nam etiam gibbosa est, & priores pedes, è pectoris initio è gibbi seu tuberculi regione, producit, & viridis est tota. Num. 8. ea videtur, cuius descriptionem supra dedimus ex authore de natura rerum: nam aculeum habet pro cauda, vt ille loquitur, & tota viridis est, caput equino capiti simile. Tales Hollandi, vt audio Corenmesen vocant. Tales ego proprie legitimas Locustas esse putem Hãc cum Cyprio ostenderem, Bruchum vocabar, quod nõn probo. Numero 9. ex Attelaborum genere dici potest, propter alarum breuitatem Hæ euim, aluo quæ admodum crassa est, comparatę, inutiles esse videntur, imporentes scilicet eam de terta attollere. Cucullum quoque habet, eumque viridem. reliquo toto corpore ex viridi, albo, flauo, & nigro varia. Decima insigni ac notabili aculeo sursum reflexo, viridi, insignis, ex vulgarium genere est, sed differens plurimum colore. Tota aluo & dorso coloris est amethestini siue violacei, rostro viridi, fronte, cucullo & antennis, quæ proceræ sunt, ac exiles, coloris ochræ, pedibus posteriobus viridibus Alis caret, Bruchus adhuc ac imperfecta Locusta. Vndecimo & postremo numero Locusta seu Attacus cinereus linea in vertice, & dorso ferruginea alis exterioribus nigro, & cinereo variis, cruribus postremis in femore interno, & iusimis tibiis phœniceo suaue tubentibus, & maculis atris in rubeo colore, & poplitibus distinctis.

Tertia tabula tredecim habet Locustas. Prima etiamuum bruchus est, eius generis Locustarum, quod ceu maximum primo posuimus: nam & chelas habet in anterioribus pedibus. Figura corporis, qualem figura ostendit Vbique sibi concolor, tota ex cinereo lutescẽs Num. 2. Locusta ex minorum genere siue Attacus, siue Attelabus, capite, dorso, pectore, alisq; & pedibus è viridi lutescentibus, aluo miniacea, zonis distincta atris. Numero 3. Bruchus, viridi, & atro varius, alui extremum habet bifurcatum. Quarto numero datur Bruchus siue ἀκεφάλιον ἄπτερον omnium minimum, totum viride exceptis pediculis, qui flauescunt. Numero 5. Papilionis icon est, quam supra dedimus inter Papiliones. Numero 6. Bruchus est corpore tenui, totus viridis. 7. Numero ex vulgatis Locustis maximis est aculeo admodum longo, tota viridis; per dorsum vero, & alui zonas purpurascit. Numero 8. ex eodem genere, sed minor, & alis caret, Bruchus adhuc, supino ventre flauescit pectore candicat, cætera viridis. Numero 9. Bruchus est inusitatæ plane formæ, aluo ferme rotunda, siue sphærica. assulatim compacta tota ex cinereo fuscescens Numero 10. Attacus vel Attelabus haud dubio omnium maximæ Locustæ, capite, pedibus, & dorso subflauis, alarum tegmine ad ferrugineum vergente. Vndecima tota ferruginei coloris ex maioribus est. Numero 12. Bruchus alius totus viridis. Numero 13. Bruchus viridi, albo & atro varius. Numero 14. Bruchus viridi, luteo & nigro distinctus.

Numero 1. in quarta tabula Bruchus est omnium minimus, rotus ex flauo ad ferrugineum vergit. Numero 2. & 3. insolentis admodum formæ Bruchum F. Gregorius Capuccinus, Regiensis tatioribus stirpibus inuestigandis intentus, in pratis collium nostrorum inuentum ad me detulit, vt eum studiosis curiosisque lectoribus communem facerem. Cum quiescit, ita sedet, quemadmodum prior icon exprimit; incedit vero, progrediture, vt in altera ostenditur. Capite cetuum vel equum cristatum refert, item cauda quæ multifida est, sed surrecta. Sub articulis posteriorum pedum tubercula habet sphærica. Corpore toto fusco, luteo, & albo variat. Rarissimum est Insectum, & mihi alias nunquam visum, vel obseruatum. Numero 4 depictum Insectum Locustaceum, Bruchus quispiam imperfectus, totus fuscus est, & exiguo admodum corpore.

Tres istæ separatim pictæ, cum præcedentes tabulæ eas non caperent, ex minimis sunt. Prior alis, corpore toto, & anterioribus pedibus coloris cinerei, dorso viridis, pedibus postrema rubicundis. Alter per superna viridis, cætera cinerea. Postrema tota purpurea.

LOCVS.

Locustarum omne genus eadem loca amant, vbi segetes, vel gramina saltem luxuriant, maxime si & vitium, arborumque aliarum adsit copia. Hæc enim in cibum illis cedunt, adeo vt omnia quandoque radicitus absumantur, vt postea fusius dicetur, vbi de damnis quæ agris inferunt, agemus. Post messem inter stipulas larent, vnde κηλάμφιον, Theocrito vocari diximus. Cur locis montanis, aut tenuibus Locustæ non fiant, sed planis rimosisque dicetur, vbi agemus de partu, & coitu, ex Aristotele. Plinius quoque non nasci testatur nisi in planis, & rimosis locis, vbi perperam sunt qui legunt, non nascuntur in rimosis locis. Reperire tamen est Locustas in montibus plurimas, modo gramen abundet, Lacon apud Theocritum Comatam inuitar, vt ad Syluam suam accedat, vbi gelidus fons est & herba nascitur, & Locusta murmurar. Canit vero. Quæ loca ament.

——— Ἀδιον ἀσῇ
Τᾶδ' ἰσὸ τὸν κῆπνον, κὴ πάλιν τᾶυτα κελήσας.
Ψυχρὸν ὕδωρ κλωεὶ κατα λεὶ βεῖται, ὧδε πεφύκει
Πόια, χ' ἀσιβαὶ ἄδε, κὴ ἀκρίδες ὧδε λαλειῶται.
——— *Suauis cantabis*
Hic sub contino, & ad syluam hanc assidens
Gelida vnda illic fluit. Hic enata est
Herba, & thorus, iste, & hic Locusta murmurant.

Cotinus autem in montibus nascitur. Interpres oleastrum vertit, sed idem est teste Dioscoride, quanquam & alia arbor cotinus vocetur Plinio, ea nimirum quam coccygriam nominauit Theophrastus. Sed vtraque arbor in collibus nascitur, raro in planis. Cotinus arbor.

Locustas nulla non terra alit, aliæ tamen aliis copiosius, & numerosius Circa Brundusium quotannis omnes pene agros absumere referunt. Necari eas in Syria militari imperio coguntur teste Plinio. In Lemno insula certa mensura, inquit idem, præfinita est, quam singuli enecatarum ad magistratus referant. In Cyrenaica regione lex etiam est ter anno debellandi eas, primo oua obterendo, deinde fœtum, postremo adultas; desertoris pœna in eum qui cessauerit. Æthiopiæ familiares esse constabit postmodum, cum magnam illius partem Locustis tantum viuere, & Plinius scribat, & id nostrates nauigatores in Indias referant. Partes eædem in cibo gratæ sunt. Vniuersa pæne Asia, inquit Scaliger, laborat ea peste Apud Cassini montis incolas tot abundant, vt louem precentur, vt Seleucidas aues immittat, quæ eas absumant. M. Varro narrante Plinio author est ciuitatem à Locustis in Africa pulsam. Africã autem Locustis scatere, atq; infestari, idem Plinius innuere videtur, dum inquit. Italiam ex Africa maxime coortæ (maxima cohorte, vt leguntalii) infestant, sæpe populo ad Sybillina coacto remedia confugere, inopiæ metu. Apud Nigritas numerosissimam Locustarum multitudinem aera, inquit Aloysius Cadamustus, vidimus inumbrantem; nam fere singulis trienniis aduentant, & vbi terras cooperuerint, corrodunt fere omnia, adeoque sunt frequentes, vt spatio milarium duodecim cœlum inumbraut: rubent & maiores sunt Cauallettis, non apparens nisi triennio, vel quadriennio semel; quæ si quotannis aduenirent, corrosa & deserta iam forent omnia: ego aliquando eas vidi cateruatim supra mare volare, numerus erat prope infinitus. In Insula Spagnola vulgo vocata Locustæ raro sunt alatæ nisi cum aliunde eo deuolant, & omnia absumunt. In cæteris etiam plerisque Indiarum locis Locustarum vt apud nos copiam reperire est.

MORES

MORES. VOLATVS. *gressus.*

LOcusta animal patum inter volatilia, & reptilia medium est, ac ambigit, argumento quod non satis à terra attollitur, & cũ paululum eleuatur, non tam volat quam salit, iterumq; peunis deficientibus, cadit in terram. Quando in aerem sese attollere conãtur, primum cruribus sese impellentes subuolant, & postmodum alis euaginatis volant. Nocturno frigore torpent, nec matutinis adhuc horis à terra sese subleuant; cum vero æstus exardet, altius volant; vnde scriptum est, nunquid suscitabis eum quasi Locustas. Et alibi: Custodes tui quasi Locustæ, & paruuli tui quasi Locustæ ,, Locustatum, quæ consident in sæpibus in die frigoris Sol ortus ,, est & auolauuit, & non est cognitus locus earum vbi fuerunt. Cęterum non semper nocturno frigore torpent, quin Plinius cum dixisset sublatis vento in maria, ac stagna decidere, atq; ita mori, contra ac prisci opiuabantur; ijdem, inquit, nec volare eas noctibus propter frigora tradiderunt, ignari etiam longinqua maria ab ijs transiri, continuata plurium dierum (quod maxime miremur) ,, fame quoque, quam propter externa panula petere sciunt. Sed ,, eiusmodi altus volatus naturalis Locustis non est; Etenim licet ,, animalia sint leuia, ac facile mobilia, alacrisq; volatus, hic tameu, vt authoris de rerum natura verbis vtar, cito est deciduus. Quamobrem diuini aliquid in alto eo volatu est, quod scripsit et iam D Augustinus his verbis: Vlq; ad Locustas quoque gratia diuina penetrauit, quæ cum agmine confertorum regionis euiuq; occu- ,, pauerit latitudinem, innoxio primum fertur habitaculo, nec fru- ,, ctus in hospitali incursione depascitur, nisi diuinæ signum præ- ,, ceptionis acceperit. Sed & ipse ibidem Plinius subiungit, Deo- ,, rum iræ pestis ea intelligitur. Namq; & grandiores cernuntur, ,, & tanto volant pennarum strido re, vt aliæ alites credantur: So- ,, lemq; obumbrant, solicite spectantibus populis, ne suas operi- ,, ant terras. Sufficiunt quippe vires: & tanquam parum sit maria transisse, immensos tractus permeant, &c. Mirum porro est etiam quomodo, cum rege carere eas etiam scriptura testetur, vna acie tam ordinatum, vt videtur, exercitum ducant. Tradit Historia Locustas anno 852. quando Galliam deuastarunt, viginti millibus passuum vno die per aera instructa acie compositisq; ordinibus lata esse, terræ incumbentes castra fecisse, duces cum paucis, itinere vnius diei præcedebant agmen, quasi loca opportuna castris capturi. Eadem hora, qua antecursores pridie venerant, vniuersæ copiæ postridie aderant. Ante ortum solis à loco, cui insederant, non mouebantur; orto Sole demum per cohortes suas proficiscebantur. Eadem fere de illis Locustis refert Cuspinianus, quæ eandem regionem anno 874. infestarunt. Ex quibus patet militarem aliquam disciplinam migrantibus Locustis inesse ac concordiam; vnde Origines Adamantius per Locustarum in octaua Ægyptiorum plaga mentionem putat, dissidentis semper a se, & discordantis humani generis inconstantiam confutari, quod homines rationales cum facti sint à Deo, neque semetipsos ordinate regere potuerunt, neque Dei regis patienter moderamina pertulere. Ægyptiæ vero illæ Locustæ, eæ inquam, quæ Ægyptum deuastarunt, non erant genitæ in Ægypto, sed in alio loco deserto Orientali vam scriptura testatur ab vrente vento sublatas fuisse, scilicet a media fronte Orientis, ac in Ægyptum deuolasse. Nisi itaque miraculose vento quopiam à terra abripiantur, regionem in qua nascuntur non transeunt; quanquam naturaliter admodum sint inquietæ, & in continuo saltu, vnde diuinus Psaltes, exeussum sese esse inquiens, sicut Locustæ, ad morem illum horum animantium aludit, vagæ suæ vitæ motum exprimens, vt plane vagantur, quia tyrannis acti, nulli certæ se dedunt sedi, sed modo hinc, modo illuc transmigrantes Locustarum morem imitari videntur, quæ de loco in locum passim sparsimq;, quo suus ille naturalis fert motus tuendi. unt.

Rege carẽt

Exercitus Locustarũ descriptio

Ægyptiæ Locustæ vbi natæ.

COITVS. PARTVS. *generatio.*

LOcustarum genus generari vel ex coitu mutuo, vel absque eodem, idq; diuersa ratione, proditum inuenio apud authores. Coire eas aperte attestatur Aristoteles eodem modo, quo cætera Insecta, scilicet minore superueniente maius Sunt enim, inquit, ,, in eodem genere mares minores quam fœminæ. Pariunt in ter- ,, ra fixo caulículo, quo mares vacant, ac vniuersæ, & loco eodem ,, fœtum deponunt, ita vt quasi fauus esse videatur. Hinc Vermi- ,, culi speciem oui gerentes oriuntur, qui terra quadam prætenui, ,, tanquam membranula ambiuntur, qua disiecta emergunt Lo- ,, custæ, ac euolant. Tam mollis fœtura hæc est, vt ad tactum le- ,, uissimum dilabatur, & pereat. Non summæ telluri partus com- ,, mittitur, sed paulo altius. Hic concoctione peracta exeunt ex il- ,, lo terreno amiculo paruæ Locustæ, & nigricantes; deinde cute ,, abrupta, maiores statim efficiuntur. Pariunt exitu Veris, & sta- ,, tim à partu moriuntur, Vermiculis circa collum innascentibus ,, tempore partus, qui eas strangulent. Mares quoque eodem tem- ,, pore obeunt. Vere terra emergunt. Locis montanis, aut tenui- ,, bus Locustæ non fiunt, sed planis rimosisq;. Pariunt n. in rimis ,, sua oua, quæ durant hyeme: in terra ineunte æstate proueniunt ex fœtu anni superioris Locustæ. Sic Aristoteles. Sed *a* Plinius paulo aliter hæc repetijt. Hæ inquit, pariunt in terram (in terra, legitur in manuscripto codice) demisso spinæ caule (spiculo caudæ legit Dalechampius, sed recte in Plinio legi constat ex superioribus Aristotelis) oua condensa, autumni tempore. Ea durant hyeme sub terra. Subsequenti anno exitu Veris emittunt paruas, nigricantes, & sine cruribus pennisq; reptantes. Itaq; Veris aquis intereunt oua; Sicco Vere maior prouentus. Alij duplicem earum fœtum geminumq; exitum (exitium, in manuscripto) tradunt. Vergiliarum exortu parere, deinde ad Canis ortum obire, & alias renasci. (Pint. legit parere, deinde obire, & alias renasci.) Quidam Arcturi occasu renasci. Mori matres cum pepererint, certum est, Vermiculo statim circa fauces innascente, qui eas strangulat. Eodem tempore mares obeunt. Plinius itaq; in autumno parere scribit, Aristoteles veris exitu. Plinio subscribit Albertus, Ouat, inquit autumno, quæ verno tempore faciunt Bruchum omnia deuorantem. Ego pariter prægnantes offendi Octobri mense, sed subinde mihi oua peperere. Quamobrem credendum, & Vere, & autumno, & fortassis etiam æstate parere, quod ex Psalmo etiam docemur, vbi legitur, quod cum Locustæ frondes, & segetes prius consumpsissent, nati deinde Bruchi etiam fructus demoliti sunt. Quin etiam Scaliger Æthiopiæ indigenas dicere ait à volucribus oua deponi, è quibus i læ aliæ carentes alis excludantur, quæ reliquias absumant omnes. Sed quod Aristoteles de Attelabis dixit (Brucos vertit hic Theodorus) id Plinius simpliciter Locustis ascripsit: adeo vt ex Aristotele etiam palam fit, Vere generari Locustas, postmodum Attelabos Is enim subinde de Attelaborum ortu sic loquebatur: Pari modo, & quos Attelabos appellant, pariunt, & cum pepererint, moriuntur Intererunt oua eorum a- quis autumnalibus, cum nimis incesserint. Ac sicco autumno largior prouentus Attelaborum est, quoniam minus oua intereant. Inormis enim esse videtur eorum quidem interitus: quinetiam ortus nulla certa agitur ratione. Ita ille. Oua Locustarum intus generantur, numerosa admodum, ac minutissima, vt magnum eas habere vterum sit verisimile: nam & prægnantes summopere tument. Aristoteles agens de coitu Insectorum, piscium & quadrupedum ouiparorum, fœminis in eo genere membrum quod pro vulua habetur, fissum iuxta intestinum, vt cæteris positum esse tradit, inq; eo fœtum generari, quod patet, inquit, in Locustis, & reliquis, quorum magnitudo aliqua est, & natura coitum recipit. Cum coeunt fœminam mas portat, aliorum Insectorum more, quod Plinius notauit, dum ait: Coitus Locustarum, qui & Insectorum omnium, quæ coeunt, marem portante fœmina, in eum fœminarum vltimo caudæ reflexo tardoq; digressu. Minores autẽ in omni hoc genere fœminis mares Postremo Aristoteles agens ex professo de Insectorum coitu, & generatione Locustas, Cicadas Phalangia, Vespas, Formicas scribit coire & ex animalibus sui generis oriri modo eorum, quibus sanguis est. Alias tamen de diuerso tractans Insectorum coitu, Locustas, & Attelabos, & Cicadas testatur procreari ex Phalangijs, & Araneis, apertissime non sibi contrarius, vt multis videri queat, sed alio etiam modo generari volens. Non fuit tamen omnis generationis Locustarum diuersitas meo iudicio nota philosopho, nam cum sine mutuo generantur coitu, non tantummodo ex Phalangijs ortum ducunt, sed & aliorum putridorum corporum humore. Testatur Plutarchus, in Sicilia sub seruile bellum, cum sanguinis multum, & insepulta corpora computruissent in terra, ingentem Attelaborum (Brucho- rum vertit interpres Xylander) erupisse copiam, qui per totam insulam frumentum corruperunt. Et Isidorus pleraq; inquit per naturam recipere mutationem, & corrupta transformari in diuersas species: licut de Equis Scarabæos, de Mulis Locustas, de Cancris Scorpiones: quanquam dubitem, nũquid è mulis Locustæ generentur, saltem ex equis Crabrones gigni, non Scarabæos, ex alijs probatis authoribus suo loco ante innotuit Porro si verum est quod Albertus, & Vincentius scribunt, omnes Locustæ fœminæ fuerint, vt omnes Scarabæos mares esse volunt Narrat Vincentius Locustam cum vociferantem quædam haberet mulier, eamq; nutriret paruam, vbi iam creuisset, ipsam per se impregnatam inuenisse. Et hoc, inquit, argumento est quod fœmina quælibet sperma naturaliter habeat. Citat Vincentius Aristotelem, sed Albertum fortassis citare voluit, apud quem id quoq; legere est, apud Aristotelem minime Postremo cum tanto numero in aliquã regionem inuolent, vt volando solis radios impediant, has ego ex putri generari autumo, idq; non tam humidiori, quam siccioti temporis constitutione, maxime si calor immodicus sese coniunxerit, dubium non est. *b* Diodorus Siculus Veris tempore tradit à Zephyro. & Lybico ventis infinitum pæne Locustarum numerũ ex deserto ad Æthiopes Acridophagos deferri Ita sacra pagina Austro in Ægyptum, & vrente vento inferri ait, quanquam Ioel ab Aquilone dicat. Vbi D. Hieronymus, iuxta litteram, inquit, greges Locustarum magis Auster, quam Aquilo consueuit adducere, idest non ex frigore veniunt, sed ex calore. Verum quoniam de Assyrijs loquebatur, Locustarum poneus similitudinem, ideo Aquilonem interposuit, vt non veram Locustam, quæ ab Austro venire consueuit, sed sub Locusta intelligamus Assyrios, & Chaldæos. Non itaq; dubium esse debet, fuisse Austrum, quippe qui ventus est caldissimus, & a Zona torrida profectus, ac propterea imperfectis animalibus generandis aptissimus. Itaq; interpretes Septuaginta expresse Austrum verterunt, καὶ κύριος ἐπήγαγε πνεῦμα Νότου, & dominus induxit ventum Notum, siue Austrum; appellaturq; notus ab humiditate, quæ in rebus omnibus eo flante solet contingere. Non errant tamen, qui vrentem ventum ibi interpretantur ventum calidum, & siccum. Nam tametsi Locustæ à vento Australi generentur, vt diximus, & Septentrionali, & Aquilonari moriantur, vt author de rerum natura etiam prodidit

Vt pariant.

Vt moriantur.

a Li. 11. c. 29

Quãdo pariant,

Attelaborũ ortus.

Locustę omnes fœminæ.

b Li. 3 c. 3.

Ex humido generari.

& ſacra teſtatur pagina; eaſdem illas Locuſtas ſuborto Borea extinctas eſſe, & in mare rubrum coniectas; nihilominus ſiccis temporibus, ſiccis, inquam ſpirantibus ventis plus quam par eſt, multitudinem numeroſiſſimam quandoque Locuſtarum natam eſſe conſtat, modo cum calore cõiuncta ſit ſicca ea intemperies. *c* Poſidonius teſte Strabone ſcribit in Libya, & Æthiopia, quod in partibus Septentrionis non pluat, & paruis fluuiis irrigentur propter ſiccitatem peſtem ſæpe incidere, & lacus cænoſos fieri, & Locuſtas abundare. Meminere item hiſtorici infandæ ſiccitatis per annos fere quinq; quã Locuſtarũ ingẽs exercitus eſt ſecutus anno 1553: Hanc graphice in ſuis obſeruationibus pingit Frane. Valleriola, qui tam diuturni ſqualoris cauſam conuenientiſſime retulit in illam eluctabilem naturalis viciſſitudinis legem, quod alternata contrariorum permutatione rerum æternitas conſtet. Sic enim, & in homine diuturnas febres natiui caloris diſſipatione ſequitur hydrops, ſæpe & hydropem intercedente putredine, febris. Vnde & magnam ſiccitatem magni imbres inſequi ſolent, ſic vt à pluuiis diuturnis calores immenſi redeant Paulus Diaconus quoque refert circa decimum annum Mauritii Imperatoris maximam fuiſſe à Ianuario, vſque ad Septembrem, ſiccitatem, hancque inauditam Locuſtarum multitudinem eſſe ſubſecutam, quæ abſumptis biennio longe lateq; ſegetibus grauiſſimam Italiæ intulere famem. Atque hæc de varia Locuſtarum generatione, quibus ceu corollarium adde quod tradit, neſcio ex quo, Gaudentius Merula: Si Luna conſtiterit in Aquario, morietur princeps magnus, frumenta erit corruptio, Locuſtarum aduentus, pluuiarum raritas, peſtilentia.

Siccitate generari. *c Lib.17. Geograph.*

MORS.

ARiſtoteles agens de Locuſtarum generatione matres ſcribit mori à partu, vermiculis circa collum innaſcentibus tempore partus qui eas ſtrangulent: mares quoque eodem tempore obire. Hæc cum repetiſſet Plinius, paucis interpoſitis ſubiungit. Eſt & alius earũ obitus Gregatim ſublatæ vento in maria, & ſtagna decidunt. Forte hoc caſuque euenit, non (vt priſci exiſtimauere) madefactis nocturno humore alis.

SONVS. VISVS.

a L.11.c.51. LOcuſtas alarum opera ſonare argumento eſt, quod cum volant, ſonum edant, vt ait Albertus, cum ſedent, nullum. *a* Plinius tamen non tantum pennarum, ſed & ſeminum attritu ſonare credi ſcripſit. Atque hoc fortaſſis dicere voluit communis præceptor, *αἰδὲ Ἀκρίδες τῆς πηδαλίοις τρίβουσι ποιοῦσι τὸν ψόφον.* Gaza vertit. Locuſtæ ſuis gubernaculis arterentes ſonant. Pedalia autem ſunt quaſi nauium claui, & gubernacula: hęc enim alias & femina vocaſte videtur, nimirũ quib. mouẽtur & ſuſciuntur Locuſtæ. Huius ſoni cauſam, organaque indagaturus Iulius Caſſerius Placentinus hanc fecit obſeruationem. Sonum Locuſtarum genus alis edit, ita vt ſibi inuicem impoſitæ moueantur alæ, quarum ſu-
,, perior, parte intima corpus habet ſubnigrum, durum per tra-
,, uerſum locatum. Inferior eiuſdem ſubſtantiæ corpuſculum in
,, extremitate oræ ſuperioris parte externa, cui adiacet perbellum
,, tympanum. Horum mutuo attritu ſtridor ille (imo & in mor-
,, tuis ſtyli tactu) excitatur, at multo maior in viuente animali,
,, vbi copioſior intercipitur aer & natura mouente validius alæ
,, colliduntur, non inutile membranæ, quæ admodum tenſa cer-
,, nitur opera Hæc ille adita tympani illius icone Subodoratus aliquo pacto iſtæc mihi videri Plinius hiſce verbis. Vox earum proficiſci ab occipitio videtur. Eo loco in commiſſura ſcapularum habere quaſi dentes exiſtimantur, eoſq; inter ſe terendo ſtridorem edere, circa duo æquinoctia maximum, ſicut Cicadæ circa ſolſtitium. Quo loco Iacobus Dalechampius legit; Vox earum proficiſci ab occipitii videtur eo loco, vbi commiſſura ſcapulatũ. Habere quaſi dentes, &c. Adeo vt dentes non ſint in commiſſura ſcapularum, ſed vbi cæteris animalibus Inſectis. Sed aliud meo iudicio dicere voluit Plinius, nimirum illud quod ex Caſſerio diximus. Vt vt eſt, ſonus iſte non ingratus omnino quin paſtor quidam apud *b* Theocritum, cum omnes eum dicerent optimum eſſe cantorem *ἀοιδὸν ἄριστον*, idque is non crederet, ait:

b Eydill.7.

Οὐδαῦ ἐγὼ πω κατ' ἠμον νόον ἐστὶ τὸν ἐσθλὸν
Σικελίδαν νικᾶμι τὸν οὐκ Σάμιον, οὐ τὸν Φιλητᾶν
Ἀείδων; βάτραχος δὲ ποτ' Ἀκρίδας ὡς τις ἐρίσδω.
Non enim, non per terram, meo iudicio, neq; præſtantem
Sicelidam Samium vinco, neq; Philetam
Cantando: ſed velut rana quædam contra Locuſtas contendo.

Vbi nota quod interpres *ἀκρίδας*, reddidit imprudenter Cicadas. Alibi apud eundem poeram Lacon paſtor Comatam inuitat ad ſuam ſyluam, in qua gelida perfluit aqua &, herba naſcitur, καὶ ἀκρίδες ὧδε λαλεῦντι, & Locuſtæ murmurant. Ælianus τὴν ἀκρίδα ſcribit βομβεῖσθαι. καὶ πέρνοπα τὸν κορίζοντα (τὸν τρίζοντα) καὶ μὴ σιωπῶσαν Τρωξαλίδα, & bombis ſtrepere Locuſtam, Parnopem ſono multo obſtrepere, neque ſilere Troxalydem Sed epigrammata aliquot poſt citabimus in quibus Locuſtæ cantus commendatur. Quod ad viſum attinet, ſupra dictum eſt non carere oculis Locuſtas, ſed viſu eſſe hebetiori, vnde Medicus ille apud Plautum rogat Menæchmum

Dic mihi hoc etiam, ſolent tibi vnquam oculi duri fieri?

Reſpondet ille;

Quid? Tu me Locuſtam cenſes eſſe homo ignauiſſime?

Vbi Lambinus hoc addidit ſcholiolum. Locuſtæ palpebris carent, idcirco duriſſimis ſunt oculis. Quod enim aliis animantibus præſtant palpebræ, id in Inſectis præſtat duities, vt docet Ariſtoteles. Locuſtæ cur duros habeant oculos.

VICTVS. DAMNA.

HErbis & ſegetibus infeſtiſſimum eſt genus Locuſtarũ, quod ſæpius, vt quibuſdam exemplis ſubinde oſtendetur, quibuſdam in regionibus paucis admodum diebus vniuerſæ terræ germina abſumant. Author de natura rerum Locuſtam ait eſſe animal denre noxium, & pluſquam cætera inimicam frugibus nocere, vt recte & apposite Maſtaca *σιτοφάγον* vocauerit antiquiſſimus poeta *a* Nicander, Scorpionem pennatum deſcripturus.

a In Theriaca.

Οἷς δὴ καὶ νάοτοισι πεδὶ πτέρα πυκνὰ χέοντα
Μάστακι σιτοφάγῳ ἐναλίγκια, τοῖσ' ὑπερ ἄκρων
Ἱπτάμενοι ἀθέρων λεπύρου τέχνυν, ἐκδόσκοντα,
Πήδασι, καὶ κιστοῖο, κατὰ πτυχὰς ἐμβατέοντες.
Huic igitur denſis armantur tergora pennis
In morem Cereris vaſtantis dona Locuſta,
Quæ ſuper excelſas volitans abſumit ariſtas
Quæq; colit montes, hedera per gramina ſaltans.

Arboribus quoq; ſtragem inferunt Amygdalarum autem floribus teſte authore de rerũ natura citius impinguãtur. Idem tradit lauri folia abradere; abroſaque infirmitatis ſuæ remedia habere, & ab ægritudine liberari. D Ambroſius vero oliuæ foliis abroſis ſe ab ægritudine liberare tradidit. Vitibus quoque noxam inferunt, quod de Bruchomeminit *b* Prudentius, dum canit:

b In Amartigenia.

Aut populata rodit gemmantia germina Bruchus
Aut auibus decerpta feris lacerabitur vua.

Apud *c* Theocritum quoque Comatas orat Locuſtas, ne vites ſuas abſumant.

c Eidyll.5.

Ἀκρίδες αἱ τὸν φραγμὸν ὑπερπαιδῆτε τὸν ἁμὸν
Μὴ μοῦ λωβάσησθε· τὰς ἀμπέλους ἐστὶ ἁ ἄδεα.
Vos Locuſta, quæ maceriam noſtram tranſilire ſoletis,
Ne meas ladatis vites: ſunt enim tenera.

Meminit huiuſce noxæ etiam D. Chryſoſtomus in homilia, cui inſcribitur, quod nemo lædit, niſi à ſeipſo. Omne, inquit, quod eſt in rebus, habet aliquid quo corrumpi poſſit ac lædit, lanam Tinea, ouium greges lupus, vinum aceri permutatio, dulcedinem mellis amaritudo corrumpit: lolium ſegetibus nocet, grando vineam lædit, virgulta ac diuerſa plantaria Locuſtæ, ac Bruchi exercitus vaſtant, & ſingulis quibuſque corporibus (vt ne enumerando omnia longius producatur oratio) varię morborum ſpecies inferunt corruptelam. Vnde Meliunti populi ſacrificabant Herculi, quod Bruchus fugaſſet erodentes, & conſumentes eorum vineas *d* Cælius Rhodoginus notat præterea ex agricolationis libro Bruchorum feſtum veteribus celebrari ſolere octauo calendas Decembris, id eſt, *τῶν βρύχων ἑορτὴν.* Maiora damna inferunt, cum conſumptis prius omnibus, vbi ſunt, vel ſpretis, ac contemptis iis, alienas terras quærunt, quod naturale iis eſſe putat *e* Albertus. dum ſcribit. Locuſta eſt Vermis gregatim egrediens, & tranſiens de terra in terram ad pabulum; ita quod etiam ad extetas ad modum nubis vento immiſſo venit regiones, & tot aliquando ſimul egrediuntur, quod omnes fructus terræ deſtruũt. Et *f* Plinius cum demonſtraſſet, quam ingenti copia maria quandoque vento ſublatæ gregatim volando traneint, & tanquam, inquit, parum ſit maria tranſiſſe, immenſos tractus permeant, diraque meſſibus conregunt nube; multa contactu adurentes; omnia vero morſu erodentes, & fores quoque tectorum. Italiam ex Africa maxime coortæ (maxima cohorte, in mauuſcripto Codice) infeſtant, ſæpe populo ad Sybillina coacto remedia confugere, inopiæ metu Sed nos Auguſtiui teſtimonio diximus niſi diuinam propter iram alienas regiones petere, id quod Baſilius magnus quoque memorat his verbis: Quonam pacto tibi militias exercituſque Locuſtæ terribiles enarrauero, quæ velut agmine facto, ſub vna teſſera in ſublime vniuerſa ſimul elata, caſtris toto late poſitis agro, nõ antea ſane fructus depaſcitur, quã ipſi ſit à Deo conceſſum, atque mandatum Ita de octaua Ægyptiorum plaga, quæ Locuſtarum erat immiſſio, legimus. Cum enim propter ſeptem alias plagas Pharao nollet dimittere populum, dixit dominus ad Moyſem: Extende manum tuam ſuper terram Ægypti ad Locuſtam, vt aſcendat ſuper eam, & deuoret omnem herbam, quæ reſidua fuerit grandini: Extendit Moyſes ſuper terram Ægypti, & dominus induxit ventum vrentem tota die, & nocte, & mane facto, ventus vrens leuauit Locuſtas, quæ aſcenderunt ſuper vniuerſam terram Ægypti, & ſederunt in cunctis finibus Ægyptiorum innumerabiles, quales ante illud tempus non fuerunt. Deuorata ſunt ergo omnia, quæ grando dimiſerat. Quo factum eſt, vt Pharao ſe in Deum deliquiſſe fateretur, Itaq; Moyſes iterum deprecatur ad Deum, ac ventum educit è mari, cunctaſque Locuſtas in mare rubrum abiectas demerſit. Et quanquam Locuſtas ſimpliciter nomine hic Scriptura: tamen diuinus Propheta Dauid diſertiſſime oſtendit non vnum genus fuiſſe, ſed plura, dum ait: Venit Locuſta & Bruchus cuius non erat numerus, & comedit omne fœnum in terra eorum, & comedit omnem fructum in terra eorum. Quo loco D Chryſoſtomus, per grandinem, inquit, & ignem arbores corrumpebat; per Locuſtam

Nihil ab omne parte beatum.

d Lib.4.A. L.c.15.

e Lib.26.

f L.11.c.29.

Ægyptiorum plaga octaua per Locuſtas.

,, custam autem & Bruchum, paludes, prata, & segetes. Non enim ,, fructum duntaxat, sed etiam ipsorum fœnum absumpsit. Atqui ,, Locusta, & Bruchus non simul existere solent. Aut enim præ- ,, cedens Locusta Bruchum parit, aut Bruchus auctus in Locu- ,, stam tandem euadit. ita vt alterũ prius existat, alterum autẽ ali- ,, quanto post sequatur. Est ita sane. Verum quoniam miraculũ ,, erat, ac Dei iussu ac imperio signum edebatur, eodem temporis ,, puncto vtrumq; extitit, atque vna cum fœno fructum etiã vo- ,, rauit. Itaq; pręter hominum cibum, pecudum quoq; alimentum corumpebatur. Quanquam itaque generalis, qualem statuimus ex Arist. & Plinio Locustarum detur quantitas, tamen, vt vides, nõ sine numine iræq; diuinæ suspitione, porteuti speciem acquisiuit, vnde alibi dicebat idem propheta. Dedit ærugini fructum eorum, & labores eorum Locustæ. Sed nota, quod annotari voluit D. August. plerumque plus intelligi cum aliquid dicitur ab Hebræis singulariter, quam si pluraliter: manifestum enim est, inquit, plus sonare Locustam, quam Locustas multas. Iudæi putant referente D. Hieronymo, in diebus Ioel tam innumerabilem Locustarum super Iudæam venisse multitudinem, vt cuncta complerent, & nõ dicam, inquit, fruges, sed ne vinearum quidem, & arborum cortices ramosque dimitterent; ita vt omni virore consumpto, arentes arborum rami, & sicca vinearum flagella remanerent. Hoc vtrum factum nec ne sit, liquido affirmare non possumus: neque n. Regum, & Paralipomenon narrat historia. Quod vtique si fuisset (quomodo famem sub Helia trium annorum, & sex mensium legimus) nunquam scriptura tacuisset. Versia Ioelis sunt: Residuũ Erucæ comedit Locusta, & residuum Locustæ comedit Bruchus, & residuum Bruchi comedit rubigo. C. Popilio Lenate, & P. Ælio Ligure Coss. Locustarum, inquit Liuius, tantæ nubes à mari vento repente in Apuliam illatæ sunt, vt examinibus suis agros late operirent. Tradit Põpeius Vizanius anno 232. Locustas agros Bononienses deuastasse quidem, maius tamen vitibus, quam segeti damnum intulisse, adeo vt cum summa quoque esset frumenti penuria, maior tamen fuerit vini, vt nuptias sine Baccho celebrarẽt ciues. Anno Christi 593. post siccitatẽ maximam, Locustæ omnia absumentes famem terrarum orbi non minimam pepererunt. Magnis item agminibus per Syriam, & Mesopotamiam volitarunt anno 677. Prima æstate anni 852. grandiores solito Locustæ, vt testatur historia, pollicem viri æquantes ab Oriente externa pabula quæsitura occiduum solem versus, tanto stridore pennarum peruolarunt, vt aliæ alites crederentur. Dira messes contegebant nube, multa contractu adurentes, cortices quoque arborum, atque fores tectorum. Centum quadraginta iugera vno die depastas fuisse memorię proditur. Viginti millibus passuum vno die per aera, instructa acie compositisque ordinibus ferebantur, terræ incumbentes castra faciebant. Duces cum paucis itinere vnius diei præcedebant agmen, quasi loca oportuna castris capturi. Eadem hora, qua ante cursores pridie venerant, vniuersæ copiæ postridie aderant. Ante ortum solis à loco cui insederant, non mouebantur, orto sole demum per cohortes suas proficiscebantur. Germani inopiæ metu ad diuina remedia confugere coacti. Tandem illæ à vento sublatæ in Oceanum Belgicum actæ sunt, reiectæque æstu ad continentem, fœtore corruperuut aerem, vnde dira pestileutia subsecuta est. Refert D. Hier. suis sese temporibus vidisse agmina Locustarum terram texisse Iudæam: quæ postea misericordia domini inter vestibulum, & altare (hoc est inter crucis, & resurrectionis, locum, sacerdotibus, & populis dominum deprecantib. atq; dicentibus: parcẽ populo tuo vento surgente in mare primũ, & nouissimum præcipitatæ sunt. Mare primum quod inter solitudinem est & vergit ad Orientem, illud intellige, in quo fuit Sodoma, & Gomorrha, Adoma, & Seboim, quod nunc nominatur, eo quod nulla ibi viuant animantia. Mare autem nouissimum hoc quod ad Occidentem est, & quod ducit in Ægyptum. Cumq; littora vtriusque maris aceruis mortuarum Locustarum, quas aquæ euomuerant, implerentur, putredo earum & fœtor in tantum noxius fuit, vt aerem quoq; corrumperet, vt tam iumentorum, quã hominum strages subsecuta sit. Anno sexto Romani Argyropoli Imp. cum Locustæ teste Georgio Cedreno, aliquando Orientales essent depastæ prouincias, coacti sunt incolæ liberos suos diuendere & in Thraciam migrare: quibus Imperator terna in singulos numismata largius est, & domum redire iussit. Interim Locustas ventus vehemens corripuit, inque Hellesponium abiecit, vbi in litus eiectæ arenam operuerunt. Altero deinde anno examina Locustarũ sponte sua reuixerunt, & omnia Hellesponti loca infestarunt, cumque prouinciam Thracensem per integrũ triẽnium depopulata essent, apud Pergamum perierunt. Anno nono Childeberti Regis legati principis Chilperici ex Hispanijs regressi nunciauerunt prouinciam Carpitaniam, vt scribit Greg. Turonensis, grauiter à Locustis fuisse vexatam ac vastatam, ita vt non arbor, non vinea, non sylua, non fructus aliquis, ac quicquã viride remaneret, quod non à Locustis euerteretur. Eædem cũ quinq; annis continuis eo modo eam regionem depopulatæ essent, ad aliam se prouinciam, quæ huic vicina erat prouinciæ contulerunt. Apud Platinam legimus in Ariani Secundi Pontificis Rom. morte Galliam à Locustis transuectis mirum in modum fuisse vastatam. Anno Constantini Progonati octauo Locustæ per Syriam, & Mesopotamiam teste Paulo Diacono, agminatim volitatunt. Idem Honorius tradit in suo Chronico. Anno 1084. Russiam infecerũt, quo tempore Boleslaus Rex Poloniæ in Hungariam exulans, factus est amens, atq; à suismet canibus deuoratus. Anno 1271. Mediolani omnes segetes depopulatæ sunt, & anno 1339. totius Lombardiæ agros. Anno 874. immensa Locustarum multitudo, vti

Mare mortuum.

Locustæ mortuæ reuiuiscũt.

A Cuspinianus ex Sigeberto refert, quæ aliis maior, senis alarum remigijs, volitabat ab Oriente cum senis pedibus, ab duobus dentibus durissimis, totam pœne deuastauit Galliam mense Augusto. Et quod mirum est dictu tanto ordine volitauit præmissis ducibus, qui pridie castra meterentur, vt militatis disciplina in ijs animalibus cerneretur. Ea segetes depascendo detondebat, vt nihil reliquum esset. Volitabat diuino itinere quatuor, aut quinq; millia passuum. Delata ad mare Britannicum cum totam fere terræ superficiem obtegeret, ventorum flatu in profundũ delata est & submersa: Sed refusione Oceani in littus reiecta putredinem aeris ex fœtore peperit. Vnde magna nata est fames, & pestilentia, qua tertia pars hominum fertur absumpta. Scribunt anno 1475. Siradiensem, & Lencicienſem oram atque Masouiam, ingentem Locustarum vim ex Vngaria, Morauia, & Silesia aduenientẽ peruagatam esse, & non modo segetes, atque prata, verum & arborum frondes depastam continuatis ad sesquimilliarium in latitudinem, & alterum tantum in longitudinem examinibus concurrentibus inter se nonnunquam & Solis aspectum densitate sua terrę adimẽtibus. An. 1477. in Agro Brixiensi, & Mantuano maxima cum pernicie locorum infestæ fuere. Anno 1535. tanta vis Locustarum peruagata est Poloniam, vt volantes Solis aspectum hominibus adimerent; humi vero stratæ equorum vngulas crassitudine superarunt, quæ depastæ maturescentes segetes, angustiorem annonam fecere, vt tradunt. Item anno 1541. Locustæ Poloniam, & Vallachiam deuastarunt. Sub finem vero Septembris 1542. Locustarum innumera turba magnam Europę partem instar nubis densissimæ peruagata est. Carebant, inquit, Cornelius Gemma, alis per initia, mox duas, deinceps quatuor assumebant, vnoque agro depasto in alium transuolantes depopulabantur passim humi nascentia fœtore grauissimo post se relicto, tandem & autumnali frigore tabescentes, in peruitiosum alimentum pecori facessebant. Meminit huius plagæ etiam Surius, sed Locustas aliter describit, vt pro regionis diuersitate, variasse etiam, illas sit credendum. Illa inquit æstate 1542. innumera ingentium Locustarum turba Italiã citeriorem, & in Germania Silesiam Misniamq; multa clade affecit; habebant digiti longitudinem, turgida capita, ventres obesos, & sanie refertos. extinctæ intolerabili fœtore aerem corruperunt, vt etiam corui, cornices, accipitres, aliæq; aues cadaueribus alioqui inhiantes ferre nequiuerint. Et præcedenti anno 1541. non tantum Poloniam, & Vallachiam infestarunt, vt iam diximus, sed omnes finitimas illis etiam regiones teste eodem Surio. Fuit inquit; hoc anno incredibilis multitudo ingentium Locustarum in regionibus Poloniæ regno finitimis. Hæ primo nullas habebãt alas, sed magnos dabant saltus; paulo post quatuor adeptæ sunt, tantaque multitudine prouolarunt, vt duo milliaria in longum, & latum cubito tenus ita occuparent, vt Solis quoque splendorem à toto illo terræ spatio sua densitate excluderent. Transuolabant aquas, arbores, ædes, & obuia quæq;. Cum alę succreuissent, erant magnitudine humani digiti, & tunc attocius grassabantur in fruges, & ea quæ in vsus hominum necessario gignit humus. Tota estate nulla neque vi neque arte earum sæuitia retardari potuit, sed in autumno denique cœlo frigescente extinctæ sunt, atro post se relicto semine, vnde proximo anno alij vermes orti sunt. Fuit ea proculdubio plaga & animaduersio Dei in hominum peccata: putatæque fuere non absimiles fuisse illis Ægyptijs, quarum in Exodo fit mentio. Extitetuntque primum in Vallachia, cunctaq; in circuitu Lepolim vsque milliaribus circiter sexaginta ad solum vsque deuorarunt. Nonus annus hic agitur, inquit Scaliger, de eijsdem, ni fallor loquens, cum huiusmodi tempestas orta in Mæotide atque Aquilonibus, in Pannonias delata, cunctam obruit regionem. Cuius diluuij ne Noricum quidẽ immune fuit. Anno 1564. item 1566. in Lombardia omnia deuastarunt, anno vero 1565. Cyprum depopulata sunt. Cæterum vt hisce plagis à Deo hominibus immissis finem imponamus, neque enim omnes hic recensere potuimus, sed eas tantum, quas studendo legendo ue apud historicos obseruauimus, ex hisce saltem constare poterit, quanta damna Locustarum genus regionib integris inferre queãt. Quamobrem prudenter admonet Nahum propheta principes omnes, ue confidant suis munitionibus, quoniã volente Deo nullo sint auxilio, ingredere, inquit, lutum & conculcate in paleis, obtine super laterem, ibi comedet te ignis, disperdet te gladius, & comedet te quasi Locusta, aggregaberis quasi Bruchus: multiplicasti negotiationes tuas sicut stellas cæli, Bruchus irruit & euolauit, exiliuit quasi Attelabus cõmixtus tuus, sicut Locusta quæ ascendit super sepem in die gelu. Sol ortus est, & exsiluit, & non cognouit locum suum. Scribit Scaliger Locustas quotannis alias atque alias partes depopulari. Adnatis enim alis tollere se humo, atque auolare. Earum aduentum ex agrorum coloratione multo ante præcipi: Splendescere enim solum è reflexione. Idem alibi in Cardanum serio, vt apparet, inuectus, quod serpentes alis carere dixerat ne vagaretur late pernicies. multis exemplis falsissimum id esse docens, inter reliqua, de Locusta, inquit, quid? quas tu à natura ad humani generis perniciem factas scribis. Nõne maria transuolant? Non vt homini venenata vulnera infligant vni, aut alteri, sed integris nationibus ex fame mortem, ex fœtida corruptione lærthalem atque ineuitabilem pestilentiam. Ob tantam vna volantium multitudinem, & audaciam, irruentibus hostiũ copijs D. Hieronymus eas assimilat, in explicatione horum prophetæ Ioelis verborum vrbem apprehendent, & super muros discurrent, super domos ascendent, & per fenestras intrabunt sicut fures. A facie eius confundetur terra, & cõmouebitur cælum, &c. A facie, inquit, istiusmodi Locustarum terra contremuit, cœli moti

Admonitio ad principes

Hostis Locustis similis.

moti ſunt; quæ dicta hyperbolice ſentiamus, non quod Locuſtarum, aut hoſtium tanta vis ſit, vt poſſint mouere cœlos, & terram concutere; ſed quod aduerſa patientibus præ terroris magnitudine, & cœlum ruere, & terra fluctuare videatur Denique præ multitudine Locuſtarum obtexentium cælum ſol & luna conuertentur in tenebras, & ſtellæ retrahent lumen ſuum, dum lumen in medio nubes poſita Locuſtarum, ad terram nõ ſinit peruenire. Q. Calaber quoque Troianos ſcribit cum omnibus ſuis auxiliaribus copijs in Græcos tam numeroſe inuehi, & malum machinari, quã ſoleut Locuſtæ in arua inuolantes. Statim igitur deſertus, inquit, erat vniuerſus campus: hi autem infundebantur Locuſtis in promontorijs ſimiles, quæ feruntur ſupra laram terram, in morem „ nubis, aut impetuoſæ pluuiæ, magnam annonæ penuriam mor„ talibus allaturæ: ſic illi erant, & copioſi. & fortes, &c. Et Petrus „ Angelius Bargæus ab eadem Locuſtarum ſtrage deſumpta hac „ vſus eſt comparatione in deſcriptione ſcabiei, totum erodentis „ corpus.

Troiani Locuſtis comparati

Illa quoq; in primis ſcabies eſt improba: quæ nunc
Corporis has partes raptim, nunc occupat illas,
Atq; ita diuerſis artus deſæuit in omnes
Temporibus; ceu cum longo procul orbe Locuſta
Acta Euris noſtres ſeſe effudere per agros,
Et miſeris ſegetem late abſumpſere colonis,
Inde aliam atq; aliam; donec ſimul omnia fœda
Direpta (heu) facie iacuere informia rerum.

PRÆSAGIA. PRODIGIA.

LOcuſtarum, inquit Mizaldus, Vermium, Erucarum, & huius picturæ, Bacchi Cereriſque prædonum, ingens idoneis temporibus facta irruptio, vitibus & terræ ſatis, nec non fructibus detrimentum portendit. Quandocunque id accidit, hoc eodem exẽplo iram indixit Dei. nam & Liuius Locuſtarum multitudinem in Africa prodigij loco habitam ſcribit, vt etiam Oroſius, & Eutropius. quin & S. Auguſtinus, Locuſtarum, inquit, in Africa multitudinem prodigij ſimilem fuiſſe, cum iam eſſet populi Rom. prouincia, literis Ethnici mandauerunt, conſumptis etiam fructibus, folijsque lignorum, ingenti atque inæſtimabili nube in mare dicunt eſſe deiectam, qua mortua redditaque littoribus, atque hinc aere corrupto, tantam ortam peſtilentiam dicunt, vt in ſolo regno Maſſaniſſæ octingenta hominum millia perijſſe referatur, & multo amplius in terris littoribus proximis. Hieronymus Mercurialis peſtis Venetæ, ac Patauinæ ſignum ponit, quod per vias, ac parietes multi apparuiſſent Bruchi. At nõ peſtem ſolummodo, ſed &, bellum Locuſtæ portendunt. Scribit quidam Locuſtas anno ſeptuageſimo tertio turmatim in Italiam aduolantes, circa Brixiam, & Mantuam omnia terræ germina, cum ſua inexplebili voracitate radicitus deuaſtaſſent, ingentem & immanem ſubſecutam eſſe peſtem, quæ plus quam quinquaginta hominum millia interemerit. Quin neque illud, inquit, te latebit, quod elapſis iam vigintiquatuor annis ex Thracia immenſa Locuſtarum nubes in Poloniam, Vngariam, & Germaniæ vltra limites, aduolauit: quæ non fruges tantum, ſed & olera, & quicquid in pratis virebat, & agris, præter vites depaſcebat: ob idque crudelis (vt plerique diuinabant) futuri Turcarum exercitus prodigia, & portenta. Nec eos fefellit præſagium nam altero anno ſtatim Viennæ obſidio, Vngariæ deuaſtatio, & ex Anglia, & Britannia febris illa ſudore exitialis, ad nos deuoluta eſt; non tantum arborum, ſed etiam peſtifera hominum pernicies, ex aeris putredine, & intemperie cõcepta. Sed & anno 1543. Sutius Locuſtæ, inquit, illæ quæ ab Oriẽte per Illyricum ſtupendis agminibus in Italiam conuolarunt, maximaque paſſim damna dederant, Turcarum aduentum portendere viſæ ſunt, neque id prorſus temere: nam & Turca Rhegium occupauit, Romæque trepidatum eſt, dum Hoſtiæ ſubſediſſet. Nicæam cepit, Chriſtianorum armis abducit plus 5100. 200. ex ijs ſacras virgines, & prædam ſexcentorum millium ducatorum, quam tamen iterum amiſit in freto Siculo, à Gaſia Neapolitano proregerecuperata magno Dei beneficio. Tamberlanes referente Cranzio Hieroſolymam expugnare inſtituerat; ſed cum Bruchi exercitum eius vexarent, admonitum ſe interpretatus à Deo, ea de re temperauit. Primam expeditionem ſacram, vt Sigonius teſtatur, Hieroſolymitanam anno 1096. Claramonte inſtitutam, Locuſtarum repente nata vis tanta præceſſit, vt nubium inſtar Solis lucem adimerent. Mirum quod ſcribit Georgius Turonenſis, duas acies Locuſtarum per Auernum, atque Lemouicinum tranſeuntes, Romaniacum campum veniſſe, in quo prælio magno inter ſe acto, maximæ ſint conciſæ, cum Chlotarius cum Chranno filio ſuo eſſet pugnaturus, quem victum vna cum vxore & filijs comburi iuſſit Patet itaque & peſtis, & belli præſagia eſſe Locuſtas, at ſemper non, quod notauit Scaliger aduerſus Cardanum: quod ſcribis inquit, eorum aduentum omen eſſe futuri belli, ridiculum eſt; vt omittam minus latinam locutionem. A Mauris enim Siciliæ pæne quotannis obnunciaretur. Inde enim eo deferuntur. Et tu quibus ex partibus aduenient, inde bellum imminere ſcribis Sic ille. Locuſtarum v. exercitus, quod ſæpe irruptiones externorum militum præſignificent, ipſius animalculi forma, & qualitas ſatis affirmat: accedit euentus rerum, vt dictum eſt, qui rationem ancipitem vbique confirmat Plinius equidem annonæ caritatem ex his prædicere non veretur, quod fere per ſqualores diuturnos è ſicca putredine (vt Hippocrates vocat atque ex vna terrarum ariditate progerminent. quodque virulenti cuiuſdam morſus contagio plantas & ſata inficiant, vt mox vredine contabeſcant: Quare & aliud conſequi neceſſarium eſt partim ex inſpiratu, dum viuunt, partim à reſolutione dum pereunt: hæc Inſecta vitiatis paulo poſt alimentis, ac potibus ipſius etiam ſpiritus corruptelam tum in hominem, tum in animalia cætera propagari. Auguſtinus Niphus Locuſtas, & Formicas ponit inter cætera augurialia, aitq; de his Appionem diffuſe ſcribere Quin & μάντις, id eſt Vates vocatur Locuſta, quod ex eius inceſſu nonnulli curioſa vanitate futurorum euentus capere ſoliti erant Mirum, ac prodigioſum eſt, quod de ficu, & Locuſtis ſcripſit Plinius, agens de prodigiis, & oſtentis, quæ ex arboribus ſumuntur. Ait inquam in Bœotia deraſas à Locuſtis ficus iterum germinaſſe.

Peſtẽ præſagiunt.

Turcarum aduentum Locuſtæ denotant.

VT FVGENTVR

QVemadmodum varia Locuſtarum, & innumera genera diuerſis modis generari voluit natura, ita quoque diuerſa dedit remedia hominibus, quibus eas vel occidere vel fugare ſaltem poſſint; verum ego expeditiora inde ſelecta ſcribam. Si nebula Locuſtarum, inquit Democritus, accedat, omnes intus maneant inconſpicui, & delitteſcentes, & præteribunt regionem. Si vero antequam hoc obſeruatum ſit, deſcenderint inſtiterint, nihil omnino contingent, ſi lupinis amaris, aut cucumeribus ſylueſtribus in muria feruefactis conſpergantur. Eueſtigio enim moriuntur. Similiter præteribunt ſubiectam regionem, ſi captas veſpertiliones ex ſublimibus regionis arboribus ſuſpenderis. Si autem captas Locuſtas exuſteris, ab odore vertigine afficientur, & partim moriuntur, partim demiſſis alis venatorem expectant, & à ſole corrumpuntur. Hoc naturale exiſtit. Nam ſi etiam Scorpium vſteris, reliquos aut capies, aut fugabis. Idem & in Formicis contingit, quemadmodum docuit experimentum. Fortaſſis autem & aliis huiuſmodi animalibus idem contingit. Fugabis Locuſtas, ſi confecto ex ipſis garo ſcrobes effoderis, eoſque garo reſperſeris, ac madefeceris Antequam enim præterient dies, ſi acceſſeris, reperies ipſas in ſcrobibus ſomno aggrauatas, quomodo vero ipſas perimas, tuæ curæ relinquo. Nihil omnino contringet Locuſta ex eis, quæ abſynthio, aut porro, aut centaurea, aqua tritis reſperſeris. Didymus circum vitis truncum iuxta radicem tria ſinapis grana obrui iubet. Hæc enim enata odore ſuo Bruchum enecare. Magorum vanitas teſte *a* Plinio amethyſtum promittit grandinem quoque auertere, & ſimilia, & Locuſtas, precatione addita, quam demonſtrant. Chuerch inquit Scaliger (legitur id quoque in nauigationibus in Indiam) Scytharum Catamorum ciuitas eſt: in qua ſtagnum, cuius præſentia Locuſtas arcet. Olim eam ob cauſam inde petitis à Cypri rege aquis. Quarum vaſe ſtanneo pleno turri appenſo, factum eſt, vt eo tempore non ſit à Locuſtis inſula teutata. Author eſt Strabo Aethiopes Silis finitimos Locuſtas hoc modo capere, fumoſam materiem in conuallibus inijcientes, & incendentes (cum illæ parum volent) obtenebratas, & cadentes colligere, & admixto ſole ex eis maſſulas conficere, & vti. Idem ſcribit Diodorus Siculus, cuius verba poſt adferemus. Igne quoque fugari poſſe indicare mihi videtur Homerus, cum canit.

Locuſtę vt Locuſtas fugent

a *Lib. 37. cap 9.*

Ὡς δ' ὅθ' ὑπὸ ῥιπῆς πυρὸς ἀκρίδες ἠερέθονται
Φεύγεμεν ποταμόν δὲ, τὸ δὲ φλέγει ἀκάματον πῦρ
Ὄρμενον ἐξαίφνης, τοὶ δὲ πίδακος ἐν κατὰ ὕδωρ.
Sicut autem quando ab iniectu ignis Locuſtæ euolant
Vt fugiant ad fluuium; ardet q; indefatigatus ignis
Excitatus repente: hæ vero ſubeunt præ timore aquam.

Possunt & aues aliquæ ali, vt Locuſtis internecionem adferant. Plut. prodidit à Lemnijs galeritas honoratas fuiſſe quod Attelaborum oua inueniant, & abſumant. Idem & Gracculos teſte *b* Plinio colunt, aduerſo volatu occurrentes Locuſtarũ exitio. Ælianus idem non ſolum de Lemnijs tradit, ſed etiam de Theſſalis, & Illyriis. Gracculorum ſe beneficiarios exiſtimant, inquit, Theſſali, Illyrij, Lemnij, ob eamq; rem his victum ciuitates illorum publice præbendum eſſe decretum fecerunt, quod Locuſtarũ fruges vaſtantium oua deperderent, earumque ſobolem perimerent Vnde magna ex parte Locuſtarum nubes, & examina minuebantur; fruges que ipſorum incolumes ad tempeſtiuitatem peruenieba nt. Sic ille: dupliciter itaq; Gracculi Locuſtas interimunt, aduerſo volatu earum exitio occurrentes, vt Pliniusaſſerit, & oua conſumendo earundem, vt Ælianus. Tradit ibidem Plinius Seleucides aues vocari, quarum aduentum ab ioue precibus impetrant Caſini montis incolæ Locuſtis fruges eorum vaſtantibus. Quod repetens D. Ambroſius, aues has datas eſſe ait ad remedia malorum, quæ Locuſta conſueuit inferre, cui, inquit, creator dedit inexplebilem deuorandi naturam, vt inſatiabili paſtu plagam poſſit extinguere, Inuenio & apud Diod. Siculum, Ibim autem vtiliſſimam cenſeri, quod ſerpentes, Locuſtas & Bruchos extinguat. Eſt præterea ſerpens drinus vocatus quem chelydrum alii vocant, hunc Locuſtas venari Nicander atteſtatur.

Aues Locuſtas capientes.

b *Lib. 11. cap. 29.*

Ὅς τε βρύα πολιπὼν, καὶ ἕλος καὶ μήθεα λίμνης
Ἀγρώσσων λειμῶν μελιεδέας, ἠὲ βατραχίδας,
Hic linquens muſcos, ſtagnantes atq; paludes,
Dum ranas ſequitur, vaſtans per prata Locuſtas.

Inuenio item ab ipſis hominibus necatas eſſe. *i* Plinius in primis in Syria ſcribit militari imperio coactos eſſe eas necare: & in Cyrenaica regione legem eſſe etiam ter anno debellandi eas, primo oua obterendo, deinde fœtum, poſtremo adultas; deſertoris pœna in eum qui ceſſauerit: & Liuius prodidit de Locuſtis, quæ Apuliam deuaſtarant, ad eam peſtem fruguim tolleudam Cn. Sicinium prætorem deſignatum cum imperio in Apuliam miſſum,

Homines Locuſtas occidunt

i *Lib. 11. cap. 29.*

sum, ingenti agmine hominum ad colligendas eas coacto, aliquãtulum temporis absumpsisse. Anno. 1542. cum in agris Mediolanensium omnia absumebant Locustæ, præfectus vrbis referente Paulo Morigia constituto præmio in collectas, breui tempore duodecim mille saccos impleuit. Sed obseruandum est, vt tetra obruantur, nam vel mortuarum oua nouas progignunt, vel ipsæ etiam putrefactæ pestem, vt supra ostendimus: quare dicitur per prophetam, congregabuntur spolia vestra sicut colligitur Bruchi, „ velut cum follæ ex eo fuerunt plenæ. Collecturi mane summo eas inuadant, cum frigore noctis etiamnum torpidæ, & immobiles desident: nam orto sole alis earum laxatis omnes egredi„ untur per turmas, inquit Albertus, sine rege & lege ciuilitatem „ tyrannicam custodientes. Sed uullum humani ingenij inuentum sæpe prodest, vt ad orationes publicas, exorcismos, ac excommunicationes, vt vocant, deueuire cogamur. Cum Italiam vexarent aliquando, constat ex consiljs Hieronymi Grati, censuris Ecclesiasticis animaduersum in eam impiam vastationem turpissimorum animalium, datis hinc inde aduocatis, atq; patronis, vt processus formula seruaretur. De exorcismis, priuatos Ecclesiæ libros adeat lector. Quod ad orationes attinet, de his aliquot Sanctorum miracula recensebimus Aphrates religiosissimus vir teste *k* Theodoreto, cum in Perside magna Locustarum vis more flammæ, omnes terræ fructus, segetes, plantas, & nemora ac prata deuastaret, rogatus à pio quodam, vt agellum ab huiusmodi cladè defenderet, vas aquæ ferri iubet, manuq; illi imposita, Deum rogat. vt clemento illi suam gratiam impartiatur, absolutis precibus, iubet vt agelli fines aqua illa aspergantur, quæ pro imperio sperfa; se inexpugnabile, atque inuiolabile illius agelli munimentum præstitit. Nam cum ad illius fines Locustarum acies peruenisset, diuinam aquæ potentiam verita, & tanquam aliquibus habenis repressa, retrogressa est: sane & reliquorum agrorum salus eadem fuisset, si reliquorum agrorum domini à Deo eadem postulassent: sicuti in Mazania ad Sibarim cum Iunio mense Locustarum multitudo nebulæ instar totam regionem operiret, frugesq; & fructus omnes deuoraret, incolæ supplices ad Theodorum Siccorum contenderunt, vt suis precibus tantam calamitatem expelleret. Profectus ille cum eis ad S. Euenici Ecclesiam, ipseq; tribus acceptis Locustis in manu sua, pro populo dominum obsecrabat, atq; interim tres illæ Locustæ in eius manu mortuæ sunt, & gratias agens Deo, dixit ad populum: Deus celeriter misericordiam suam nobis ostendet. Igitur in S Euenici templo diuinum sacrificium peregerunt, postero autem die in agros egredientes Locustas omnes mortuas inuenerunt, & Deum collaudauerunt, vt scribit Georgius Presbyter miraculi inspector in vita huius *l* Theodori apud Lipom. M. Marulus Spalatensis de Seuerino in Panoniæ finibus Abbate, quod cum Cuculli castelli agrum Locustarum agmina deuastabant, iussit omnes loci incolas vna secum ad Ecclesiam pergere. Dumq; ibi simul orarent, omnis illa Locustarum tempestas inde sublata fugam fecit. Ac ne casu aliquo discessisse viderentur, pars earum non minima in cuiusdam agro residit, qui cum aliis ad orandum non venerat. Tantumque homini illi obfuit non orasse, quantum cæteros orasse iuuit Apud Murisiam Ciuitatem Hispaniæ citetioris quadam æstate Locustę & Bruchi innumerabiles intra dies quatuordecim omnia, quæ in agris erant, deuastarunt. Cum per id tempus venerat eo B. Vincentius, eum ciues vrbis dolenter adeunt, precum eius suffragia implorant Ille, vt *m* Pet. Rauzanus tradit in eius vita, iubet confestim adferri aquam benedictam, deinde cum clericis, qui eum assectari solebant, hymnos canentibus ad singulas vrbis portas accessit, stansq; in illarum medio contra ea loca, in quibus dicta animantia grassari dicebantur, aquam sacratam aspersit, & ecce postridie omnia extincta reperta sunt, & intra paucos dies agri, & vineæ adeo restitutæ sunt, vt illo anno nulla fuerit penuria subsecuta. Plures eiusmodi historias recensere possem, sed ne longior sim, hic vela contraham.

Locustas mortuas debeamus.

Orationibus fugari.

k *In Philotheo.*

l *Li. 2. Exēp.*

m *Lib. 3 ad finem.*

ANTIPATHIA. PVGNA.

SVperiori rubrica dictum est, Galeritas, Gracculos, Seleucides, & Ibides inter aues, & Chelydrum inter Serpentes Locustis infestos esse, & deuorare, & oua earum absumere, quod nunquid occulto quodam faciant odio, ac antipathia, authores tamen non tradunt. Equidem Locustæ, quod saltem ad Serpentes attinet, egregie sese vlciscuntur. Tradit enim *a* Aristoteles Locustam à cõpluribus visam, quoties cum serpente pugnat, collum eius prehendere. Quod reperens *b* Plinius, cum quomodo Locustæ moriantur, dixisset, quam friuola, inquit, ratione morientes, serpen„ tem cum libuit, necant singulæ faucibus eius apprehensis mor„ dicus. Scribit *c* Simon Maiolus Episcopus Vulturiacensis, olirorem suum, cum ex agro redirer, narrasse commemorandam Locustæ de serpente victoriam: apprehenderat illa serpentis guttur, atq, ita bestiam extinxit absq; pugna. Mirum sane tam imbecillum animal superare fortissimum; fatuum vincere astutissimum. Legimus item in mirabil. auscult. Aristoteli nuncupatis in Argo genus Locustę esse ferri (Scorpiomachum vocant) quod viso Scorpione statim pugnæ accingitur, ipso vicissim opponente. Itaq; vndequaq; circumuentum stridore assultare: contra aculeum eodem illum loco velut in gyrum actum vbique obtendere, donec auidius forte, ac nimis eductum totum amittat: Quocirca aduolantem bestiolam velut exarmatum iam deuorare. Scorpionumq; ictibus, hanc comestam statim mederi. Minimum præterea Locustarum genus sine pennis, *d* Plinio teste, aduersatur Vespis, Crabronibus, & Apibus. Quin & ipsæ mutuo se comedunt, maiores deuorant, vt author de rerum natura prodidit.

a *Lib. 9 Hist cap. 6.*

Vt serpentes occidat

b *Li. 11. cap. 29.*

c *Colloq. 10. in prine.*

Locustęcũ Scorpio pugna.

d *Lib. 29. cap 4.*

DENOMINATA.

Ἀκελδήρα instrumentum esse dicitur ad venandas Locustas. In veteri lexico capsula ad venandas Locustas. Meminit *a* Theoctitus, atque id factum à puero vineas custodiente ex culmis & iuncis,

Αὐτὰρ ὅγ' αὐτελίκεσσι καλὰν πλέκει ἀκελδήρα
Σχοίνῳ ἐφαρμόσσων.

Id est,

Sed ille ex culmis pulchram Locustis capiendis decipulam nectit
Iunco concinnans

a *Eidyll. 1.*

b Alexander ab Alexandro scribit ab Oetæis, Herculem Conopium, ne prouinciam Culicibus infensam redderet, venerátos esse: nam Culices, inquit, Oetæi Conopas vocant. Hæc ille ex Strabone, vt videtur. Sed huius textus deprauatus Alexandro imposuit, quem in communem studiosorum gratiam ex Eustathio corrigere, & restituere libuit. Deprauatus textus nunc legitur sic; Καὶ γὰρ ὑπὸ τῶν κωνοπῶν, ὃυς οἱ Ὀιτέοι κώνοπας λέγουσι, κωνοπῶνα πρῶθεν παρ' ἐκείνοις Ἡρακλέα ἀπαλλάγης ἀκελδῶν χάριν. Legendum: Καὶ γὰρ ὑπὸ τῶν παρνόπων, ὃυς οἱ Οἰτέοι κόρνοπας λέγουσι, κορνοπῶνα πρῶθεν παρ' ἐκείνοις Ἡρακλέα ἀπαλλαγὴς ἀκελδῶν χάριν. id est, Nam à (Locustis) Parnopibus, quas Oetei Cornopes vocant, Cornopiona honorari ab ipsis Herculem, quod Locustas fugasset. Atq; ita vt dixi habet Eustat licet breuius. Οἱ γὰρ περὶ Τραχῖνα Ὀιταῖοι κορνοπῶνα λέγουσι τιμᾶν Ἡρακλέα, χάριν ἀκελδῶν ἀπαλλαγῆς: ἤτοι παρνόπων ὃυς ἐκεῖνοι κόρνοπας λέγουσιν. Notandum vero etiam interpretem ibidem pro ἀκελδῶν, reddidisse Culicum. Sicut quoq; ibidem paucis interpositis, vbi Strabo habet: Παρ' Αἰολεῦσι δὲ τοῖς ἐν Ἀσίᾳ μῦς τὶς καλεῖται πορνοπίων, ὅτῳ τὸν πάρνοπας καλοῦσι βοιωτοῖ. καὶ θυσία συντελεῖται πορνοπίῳ Ἀπόλλωνι, id est Apud Aeoles, qui in Asia sunt, mus quidam Pornopion vocatur. Bœoti autem hoc modo Parnopes (interpres Culices perperam vertit) vocant, & sacrificium fit Apolloni Pornopio. Supra Parnopes, Locustas esse constitit, & in synonymis pro Parnopes alios Pornopes scribere diximus quare hic nihil muto, quanquam Apollo *c* Pausaniæ Παρνόπιος nõ πορνόπιος nominetur. Παρνοπίον δὲ καλοῦσιν: inquit, ὅτι σφίσι παρνέπων βλαπτόντων τὴν χώρεσ ἐπιστρέψειν ὀθεὸς εἶπεν ἐκ τῆς χώρας, id est Parnopium, quod se Deus Parnopes (Bruchos vertit interpres) quæ totum agrum magna afficiebant calamitate, ex finibus pulsurum dixisset: & pulsos quidem sciunt, addit Pausanias, quo autem modo, non tradunt. Scio equidem ter in Sipylo monte deletos Parnopes, non vno tamen modo: nam vehemens aliquando, & subita procella eas eiecit: iterum acri æstus vapore, qui statim est imbres consecutus, euectæ sunt: iam tertio repentino frigore oppressæ perierunt, atq; hæc quidem, quæ de abolitis Parnopibus memoraui, ætate mea acciderunt. Hæc Pausanias Quod vero ad murem illum attinet, quem Strabo apud Aeoles πυρνοπίωνα vocari ait, vt verum dicam, necdum habeo, quod dicam: Suspicor tamẽ ita vocari, vel quod Parnopibus siue Locustis pugnet pabuli causa, vel quod earum more agros vastet.

b *Lib. 1. cap. 13.*

Hercules Cornopius

c *In Atticis.*

HISTORICA.

DE S. Gregorio in Angliam ituro, sed à Locustæ remorato hãc historiam narrat Surius. Iamq; trium dierum itinere profligato. ad quendam locum requieturi forte diuerterant. Quo singulis quiescentibus, Gregorius lectitabat. Quem Locusta superueniens, coegit paululum à legendo quiescere, & ex consideratione sui uominis docuit eum in eodem loco restare debere. Tunc fertur dixisse; Locusta, inquit, dici potest, quasi Loco sta, statimque comites adhortatus, festiuantius ire certabat, sed præuenientibus Apostolicis nuncijs, licet magnopere tristaretur, redire ad proprii, compulsus est monasterij cutam. Hæc Surius.

S. Gregorius à Locusta remoratur.

MORALIA.

PEr Locustas moraliter, quæ omne bonum consumpserunt, adulatio significatur, quæ omnia bona hominis deuorat. Vnde D. Gregorius super Exodum ait: Exhibitæ cælitus Ægypti plagæ, exigentibus meritis corporaliter illatæ sunt Sed quę mala quotidie prauas mentes feriant spiritualiter signauerunt Quibus exteriori concussione commota humana mens, dolensq; perpendet, quę vastationis damna exterius negligens toleret. Per Locustas enim, quę plus quam cætera minuta animãtia fructibus nocent, linguæ adulatorum figurantur, quæ terrenorum mentes aliqua bona proferentes immoderatius laudando corrumpunt. Fructus enim Ægyptiorum opera cenodoxorũ, quę Locustę exterminant, dum adulantes linguæ ad appetendas laudes transitorias coroperantis inclinant. Herbam Locustæ comedũt: quãdo adulatores verba loquentium fauoribus extollunt. Poma vero bonorum deuorant, dum vanis laudibus quorundam tanquam fortium opera enarrãt. Sic ille, & Iacobus de Vitriaco S.R.E. Cardinalis agens de eadem plaga. Locusta, inquit, volatilis quæ omnia bona atterit, & arrodit, inconstantes, & adulatores designat, quo immoderate hominum facta extollendo, omnia bona illorum corrumpunt, sicut Isaias ait; Populę meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuorum dissipant. Et B. Gregorius ait: Residuum grandinis comedit Locusta, quia sępe bonum, quod non tollit aduersitas frangens, perimit adulatio demulcens. Locusta à posterioribus se attollens, saltum habens deciduum, & adulatores, dum verbis mendacibus attollere cupiunt, ininfer-

Adulatio.

Inconstantes & adulatores.

in infernum decidunt. Herbam Locuſtæ comedunt, quando adulatores verba loquentium fauoribus attollunt. Poma arborum deuorant, quando opera aliorum adulando commendaut. Hæc peſtis omnia virentia conſumit; plus enim nocet lingua adulatoris, quam gladius perſecutoris. Locuſtarum multitudo vexans omnia, radicitusq; exterminans; falſarius eſt, multa variaq; confingens, qui rodit vt Locuſta famam, vitam, actusq; alienos, donec totum, aduerſus quem falſa confingit, radicitus exterminet. ,, Vnde Gloſſa, Octauum, inquit præceptum, falſum teſtimoni- ,, um non dices, octaua plaga Locuſta, animal ſcilicet dente no- ,, xium. Falſus enim teſtis nocet mordendo & conſumit mentien- ,, do. Vnde Apoſtolus. Si mordetis & conſumitis, videte ne ab inuicem conſumamiui. Et Vitriacus de eadem plaga: ventus autem vrens, id eſt tempeſtas iræ diuinæ, Locuſtas proiecit in mare, id eſt, in amaritudinem pœnæ æternæ eos, ſcilicet qui ſpecialiter octauum transgrediuntur mandatum Falſus enim teſtis Deum ore offendit, proximum lædit, iudicem fallit & ſicut Locuſta fruges conſumit mordendo, ſic falſus teſtis bona proximi vaſtat mentiendo. Sic Vitriacus. Verum hoc maxime hæretici faciunt, & omnes, qui loquuntur mendacium; quorum mendacium; & vis per ſpeciem Locuſtarum in *a* Apocalypſi hoc modo deſignata eſt: Et aſcendit fumus putei, ſicut fumus fornacis magnæ, & ob- ,, ſcuratus eſt ſol, & aer de fumo putei, & de fumo exierunt Locuſtæ in terram, & hic ventus vrens leuauit Locuſtam. Myſtice idē intelligendum, videlicet quia ſicut Locuſtæ proprium non habent volatum, ſed vento in perniciem Aegyptiorum ſunt leuatæ: ſic omnes falſi teſtes, ſiue in foro, ſiue in Eccleſiaſtico concilio cōtra ſanguinem proximi, ſiue contra fidem Chriſti falſa de ſcripturis teſtimonia proferentes, volare ſe putant pennis ſcientiæ, ſed proculdubio per inane tolluntur vento diabolicę ſuperbiæ ad ſubuerſionem audientium, ad perditionem ſibi conſentientium. Et D. *b* Ambroſius ad eadem Apocalypſeōs verba: de fumo; inquit, ,, id eſt de doctrinā eorum qui hæreſiarchæ appellantur, magna ,, multitudo hæreticorum generata eſt. In terram exierunt, quia ,, à ſocietate electorum ſeparati; eis qui terra vocantur, id eſt, in- ,, fidelibus coniuncti ſunt. Et paulo infetius ad hæc verba: Et ſi- ,, militudinis Locuſtarum, ſimiles equis paratis in prælium. Per equos, ait, prædicatores ſancti ſæpe deſignantur, ſicut Abacuc propheta in cantico ſuo loquitur, dicens: Viam feciſti domine in mari equis tuis, in luto aquarum multarum. Viam fecit dominus in mari equis ſuis in luto aquarum multarum, quando initio fidei pacem mundo largitus eſt; vt Apoſtoli domini per vniuerſas gentes, quæ per mare, & lutum deſignatæ ſunt, poſſent diſcurrere, & ſemina fidei ſpargere. Equi ergo Dei ad prælia parabantur, quando prædicatores ſancti, & verbo, & virtutibus adhoc armabantur, vt genus humanum de poteſtate diaboli eruereut. Locuſtæ veto ſimiles equis paratis in prælium eſſe dicuntur, quia ſicut prædicatores ſancti tota virtute laborant, vt quoſcunq; poſſunt de laqueis diaboli eripiant, ita & hæretici ad hoc ſemper armantur, vt quoſcunq; poſſunt decipere, in barathrum ſuæ damnationis inuoluant. Et *c* D. Hieronymus ad hæc verba: Idcireo erunt quaſi nubes matutina, &c. Huic Locuſtæ (ſic habent ſeptuaginta) & nubi matutinæ, & rori, & pulueri hæretici comparantur: de quib. & in epiſtola, inquit, Catholica dicitur: hi ſunt nubes ſine aquis. habent enim ſpeciem prophetarum, & nubium Apoſtolicarum, ad quas Dei veritas peruenit, ſed non habent aquas, id eſt, gratiam Spiritus ſancti, dicenti domino in Euangelio. Qui credit in ,, me, flumina de ventre fluent aquæ viuæ. Locuſta etiam vanam ,, gloriam moraliter deſignat, & Bruchus gulam, vti legimus apud *d* B. Gregorium in expoſitione iſtius ſententiæ Ioelis prophe- ,, tæ: Reſiduum Erucæ comedit Locuſtæ; reſiduum Locuſtæ co- ,, medit Bruchus, reſiduum Bruchi comedit Rubigo, dicēs: Quid enim per Erucam, quæ toto in terram corpore repit, niſi luxuria deſignatur, quæ cor, quod tenet, ita polluit, vt in ſuperioris mūditiæ ſurgere amorem non poſſit? Quid per Locuſtam, quæ ſaltibus cuolat, niſi inanis gloria exprimitur, quæ ſe varijs modis preſumptionis exaltat? Quid enim per Bruchum, cuius pœnæ totum corpus in ventrem colligitur, niſi edēdi ingluuies figuratur? quid per rubiginem, quæ dum tangit, incendit, uiſi ira innuitut? Reſiduum ergo Erucæ Locuſta comedit, quia ſæpe, dum luxuriæ vitium à mente receſſerit, inauis gloria ſuccedit. Nam quia iam quaſi per amorem Dei cato ſternitur; meus quaſi ſe ſanctam ex caſtitate gloriatur Et reſiduum Locuſtæ comedit Bruchus, quia ſæpe cum inani gloriæ, quæ quaſi ex ſanctitate veniebat, reſiſtitur, vel veneri, vel quibuslibet ambitiouis deſiderijs indulgetur. Mēs enim Dei neſcia tanto atrocius ad quemlibet ambitum ducitur: quanto nullo vel humano laudis amore refrenatur. Reſiduum vero Bruchi conſumit rubigo: quia ſæpe, dum ventris ingluuies per abſtiuentiam reſtringitur, impatientia acrius dominatur. Et more rubiginis, quaſi exurendo meſſem comedit; quia virtutem fructus impatientiæ flamma tabefacit. Dum ergo intus vitia ſuccedunt, agrum mentis alia peſtis deuorat, quod alia reliniquit. Sic etenim, quod plaga grandinis dimiſit, Locuſta & Bruchus conſumpſit. D Hieronymus eadem Ioelis verba declarans narrari ait impietatem hoſtium ſub figura Locuſtarum, & rurſum ſic de ipſis Locuſtis dici, quaſi hoſtibus comparentur, vt cum Locuſtas legeris, hoſtes cogites; cum hoſtes cogitaueris, redeas ad Locuſtas. Aſcendit ergo gens Locuſtarum de ſolitudine, ſiue exercitus Chaldæorum ſupra terram Dei, fortis & innumerabilis. Quid enim Locuſtis innumerabilius, fortius, quibus humana induſtria reſiſtere non poteſt? Dentes eius, gentis videlicet Locuſtarum (omnia autem πνευματικῶς intellige) quaſi dentes Leonis & molares illius, vt Catuli Leonis: vt qui in fortitudine, & multitudine Locuſtis coæquantur, in fetocitate & crudelitate Leonibus comparentur. Quod modo D. Ioannes Baptiſta Locuſtis in deſerto veſcetetur, myſterio minime vacat. Eodem *e* Hieronymo diuo per eas legis, & Iſraelitici populi imbecillitas denotatur. quod animal ſit alis infirma, de terra conſurgens, ſed altius non auolans; vt plus ſit, quam reptile, & tamen auibus non æquetur. Et D. Gregorius, profecto, inquit, Iudæorum populum Locuſtæ ſignificant, ſubitos ſaltus dantes, ſed protinus ad terram cadentes. Saltus enim dabāt, cum præcepta domini ſe implere promitterent, ſed citius ad terram cadebant, cum per praua opera hæc ſe audiſſe denegarent. Videamus in eis quaſi quendam Locuſtarum ſaltum. Omnia verba quæ locutus eſt dominus, & faciemus, & audiemus. Videamus ergo quomodo citius ad terram ruunt. Vtinam mortui eſſemus in Aegypto, & non in hac vaſta ſolitudine Vtinam peteamus, & non inducat nos dominus in terram iſtam. Locuſtæ ergo erant, quia habebant ſaltum per vocem, & caſum per actionem Pariter S. *f* Chryſoſtomus loquens de eiſdem Ioannis Baptiſtæ Locuſtis, hiſce legem ſimilem fuiſſe ait, nam Locuſta cum à terra ſe paullulum eleuauerit, iterum pennis deficientibus cadit in terram: ita & lex, inquit, videbatur quaſi quidem ab idolatriæ errore paullum recedere, ſed ad cælum volare non poterat. regnum enim cælorū nunquam legimus in lege. Et ante etiā dixerat de Iudæis Vides quia omnis continentia eorum corporalis erat; peccata tantum actuū deprimens, non voluntatum. Item Locuſtæ ſunt volatilia quidem munda, tamen parua, & non ſatis in altum volantia, quæ manducabat Ioannes conſtitutus in deſerto. Quod docebat Ioannes, idē manducabat Volatilia quidem erant, non autem magna volatilia, nec ſatis in altum volantia, quia ſecundum iuſtitiam legis metu pœnæ corporalis viuebant, non ſecundum ſpiritualia, & altiſſima Chriſti præcepta. Deniq; quomodo magnæ volucres erāt Iudæi, aut ad alta volantes, quibus à Ioanne pœnitentia ſola iniungebantur? Qui enim abſtinet ſe ab opere malo, & non inſuper facit bona opera volat quidem, non autem in altum volat. Parua ergo volatilia, & non in altum volantia manducabat Ioan.: maiora autem volatilia, & in altum volantia, quæ altiſſima cæli poterāt penetrare, Chriſto poſt venienti, quaſi regi magno ſeruabat. Vnde & paulo poſt dicit. Edebat autem Locuſtas; & mel ſylueſtre; oſtendens eos, qui longe volabant, prope futuros, ſicut & Apoſtolus ait ad gentes: Et vos qui aliquādo eratis à longe, prope facti eſtis in ſanguine Chriſti. Et qui agreſtium gentium dulcedinem futuræ fidei doceus, quæ ad ſublationem cutationis præceſſerat, mel ſylueſtre edebat. Denotant eædem D. Ioannis Baptiſtæ Locuſtæ populum gentilem, ſicuti perquam breuiſſimis verbis atteſtatur facundiſſimus *h* S. Ambroſius. Cibus quoq; prophetici index officij, nunciusq; myſterij eſt. Quid enim tam ociosum ad hominis officium, quam Locuſtas quærere? & quid tam plenum ad vatis myſteriū? Nam quo magis ad fructum inutiles, ad vſum laboris inertes, ad tactum fugaces, vagæ ſaltu, ore ſtridulæ ſunt Locuſtæ eo conuenientius his populi figura gentilis aptatur, qui nullo vſu laboris, nullo operis fructu, ſine grauitate, ſine voce ſonū querelæ ederet, verbum vitæ ignoraret. Hic igitur populus cibus eſt prophetarum. Nam quo numeroſior populus congregatur, eo vberior prophetici oris vſus augetur. Hæc ille. Ex Locuſtatum in diuerſas partes volatu, non tamen pleno curſu, D. *i* Hieronymo Sapientes mundi, & imperfectæ, incertæq; ſcientiæ auctores denotantur. Is enim explicans ea verba prophetæ Nahum: Bruchus irruit, & euolauit, exiluit quaſi Attelabus commixtus tuus; ſicut Locuſta quæ aſcendit ſuper ſepem in die gelu, & non cognouit locum ſuum; mixtitium putat in hoc differre à Bruchо, quod Bruchus imperitæ multitudiui, & innumerabili comparatur, mixtitius autem cunctis gentibus hinc inde collectus. Et quomodo alij ſunt in vrbibus ciues, alij peregrini, quibus placet habitare in vrbe non ſua. Sicut mixtitium puto, qui habitat in Niniue, eos eſſe qui videntur ſibi, iuxta opinionem ſuam aliqua ſequi dogmata veritatis, & in eo meliores eſſe Brucho, quod Bruchus nihil aliud faciat, niſi ſemper in terra ſit, & abſq; alis cibo, & ventri ſeruiat: Attelabus autem modicas aſſumat alas, & cum in altum volare non poſſit, tamen de terra exilire nitatur, & tandem perueniens in Locuſtam volitat quidem, ſed non eſt perpetuus volatus eius: deficientibus enim pennulis, & contractis frigore, etiam Locuſta cōſidet, & conſider non in frugifera arbore, & in virentibus folijs, ſed in ſepe, ſentib. virgultisq; contexta: ſiue in maceria fortuitu hinc inde lapidū compoſita Conſideremus Sapientes Græciæ & Aegyptiorum; at Perſarum, Iudorumq; gymnoſophiſtas, & Samaritanos, & varias inter ipſos ſententias, & Iudæos, Phariſæosq; eorum. & Sabducæos, & Eccleſiæ multiplices hæreſes: & videbimus Attelabum à terra ſe paululum eleuantem, & Locuſtam volantem quidem, ſed non pleno curſu, & quia non habeat calorem Solis iuſtitiæ, frigente in Deum charitate, ſedere in ſpinoſis ſepibus Omnia enim dogmata eorum cum frigeant, & volare non poſſunt, ſedem ſibi, & requiem inter Ariſtotelis, & Chryſippi ſcripta reperiunt. Et paucis interpoſitis. Hæc igitur Locuſta, quæ nunc ſedet in ſepibus, cum iudicij tempus aduenerit, & mundus ad ortum ſolis incaluerit, dimittet ſedem & loca ſua, in quibus tempore frigoris inhærebat, & ad meliora conuerſa, priori ſedis non recordabitur. Quod autem generaliter de iudicij tempore diximus, & nunc ex parte intelligi poteſt, vt per eruditos, & doctos viros huiuſmodi Locuſtis Solis iuſtitiæ lumen oriatur: & relinquētes ſpinas ſuas, in putū & liberū tranſeāt volatū. Alio quoq; ſenſu, inquit Iſidorus Locuſtę per mobilitatem leuitatis accipiēdę ſunt, tanquē vagę, & ſalientes animæ in ſæculi voluptates. Bruchus

Falſarius.

Hæretici.

Falſi teſtes

Prædicatores ſancti.

Hoſtium impietas.

Populus gentilis.

a *Cap. 9.*

b *In Comment. ca. 9. Apocal.*

c *Comm. in c. 23. Oſea.*

d *Lib. 33. moral. c. 39.*

e *In Ionam. cap. 4.*

f *Hom. 2. in Marc.*

g *In tert. ca. Matth.*

h *In comm. in c. 3. Luc.*

i *In Comm. in cap. 3. Nahum.*

Sapientes mundi.

chus cum sit modicæ quantitatis & fusci coloris, eorum nobis præbet speciem, vti scribit Rodericus Flauiacensis, qui in religionis habitu constituti, si temporalibus subleuentur honoribus, nec mentis deserunt humilitatem, nec habitus sui mutant deformitatem. Quid vero Ioel propheta intellexerit his verbis: Residuum ,, Erucæ comedit Locusta, & residuum Locustæ comedit Bru- ,, chus, & residuum Bruchi comedit Rubigo, docet D. Hierony- ,, mus in commento inquiens. Erucam Hebræi interpretantur, Assyrios, Babyloniõs, atq; Chaldæos: qui de vno orbis climate procedentes, tam decem tribuum, quam duarum, hoc est Israelitici populi cuncta vastarunt Locustam autem Medos interpretãtur, & Persas, qui subuerso imperio Chaldæorum, Iudæos habuere captiuos: Bruchum Macedonas, & omnes Alexandri successores, maximeq; regem Antiochum cognomento Epiphanem; qui instar Bruchi sedit in Iudæa, & omnes priorum regum reliquias deuorauit, sub quo Machabæorum bella narrantur. Rubiginem referunt ad imperium Romanorum, qui quarti, & vltimi in tantũ oppressere Iudæos, vt de suis finibus eos pellerent. Scribit plenius Iosephus septem voluminibus, Vespasiani & Titi narrans triumphos. Helii quoq; Adriani contra Iudæos expeditionem legimus, qui ita Hierusalem murosq; subuertit, vt de vrbis reliquiis, ac fauillis sui nominis Heliam conderet ciuitatem. Hæc quatuor regna quæ subuertere Iudæam, in quatuor cornibus Zacharia se vidisse scribit, dicente ad eum angelo: Hæc sunt cornua, quæ ventilaue- ,, runt Iudam & Israel, & Hierusalem. Et rursum: Leuaui, inquit, ,, oculos meos, & vidi, & ecce quatuor quadrigæ egredientes ,, de medio duorum montium, & montes, montes æenei: in qua- ,, driga prima equi ruffi, & in quadriga secunda equi nigri, & in ,, quadriga tertia, equi albi, & in quadriga quarta, equi varij for- ,, tes. Cumq; propheta dixisset ad angelum, qui loquebatur in eo: ,, Quid sunt hæc domine mi? Respondit angelus, isti sunt quatuor venti cæli, qui egrediuntur, vt stent coram dominatore omnis terræ, & est sensus: isti sunt qui egrediuntur à facie domini, & eius impleant voluntatem. Cum habitatoribus terræ, percipimus auribus, quid Eruca, Locusta, Bruchus, Rubigo, significet, nunc cũ senibus, quod dictum est, audiamus; quatuor esse perturbationes, quibus animarum sanitas subuertatur, omnes philosophorum scholæ conclamant. Duæ præsentes sibiq; contrariæ, duæ futuræ mutuo dissidentes: Præsentes ægritudo & gaudium. Ægritudinẽ animi dicimus, alioquin corporis non ægritudo, sed ægrotatio nominatur. Aut igitur tristes sumus, & mœrore conficimur, statusq; nostræ mentis euertitur. Vnde & Apostolus monet: ne abundantiori tristitia absorbeatur frater. Aut è contrario gaudemus gestimusq; lætitia, & bona nostra moderanter ferre non possumus: iustiq; & fortis viri est, nec aduersis frangi, nec prosperis subleuari, sed in vtroq; esse moderatum. Diximus de perturbatione præsentium, dicamus de futurorum, in quibus metus, aut spes est. Aduersa timemus, prospera præstolamur, & quod ægritudo, & gaudium operantur in præsenti; metus & spes faciunt de futuro: dum aut aduersa plusquam decet, timemus esse ventura, aut prospera quæ speramus in tantum nos faciunt exultare, vt non timeamus modum: maxime in his quæ incerta sunt, quia futura sperantur potius, quam tenentur. Has perturbationes vno, & non pleno versiculo illustris poeta comprehendit:

Hi metuunt, cupiuntq; (hoc de futuro) *dolent gaudentq;* (hoc de præsenti) *neq; auras*
Respiciunt clausi tenebris, & carcere cæco.

Cauendum est igitur, ne ægritudo, quasi Eruca nos comedat: ne Locusta vastet in gaudio, hucillucq; volitans, & gestiente lætitia per diuersa se iactans, ne Bruchus id est pauor, & futurorum metus, radices sapientiæ deuoret: ne Rubigo & desiderium futurorũ res inutiles concupiscat, & nos perferat ad ruinam. Sed vt in omnibus, quatuor quadrigas, & quatuor cornua, & quatuor equos rufos, & varios, & albos & nigros, id est, vel aduersa vel prospera, vel ex vtroq; sociata frenis sapientiæ gubernemus. Ego reor Erucam esse insipientem in animo passionem; quæ tarda est, & discurrere non potest, & mora ipsa ac pertinacia ebibit, & exugit omnem virorem: quam si non occiderimus, in nobis crescet, & auolat, & nunc deuorat, quicquid attigerit nunc semesa dimittens pergit ad alia: reuertensq; ad pristinam sedem, Bruchus efficitur, vt non solum fruges, & folia & cortices, sed & ipsam medullam deuoret tarditate. Siu autem euenerit (quod tamen rarum est) vt etiam post Bruchum vitalis quippiam in nobis spiritus resideat, cuncta Rubigo popularetur, ita vt stipulam, & vile fænum vertat in nigredinem, vt non solum esui, sed & fimo iuutilia sint. Hæc itaq; D. Hieronymus. Cur vero Locustæ, ac Bruchus in Leuitico in cibo à Deo concedantur, ratio moralis talis ab Isychio assignatur. Quibus autem sunt crura excelsiora pedum, vt per ea exiliãt in terra inter munda propterea ponuutur, quia cum sint in carne, non secundum carnem militant, sed à sordidis exiliunt actionibus & secularibus hominibus, vt doceant eos, atq; instruant, permisceantur: ita vt & cum adulteris aliquando, & publicanis habitent, & tamen immundis eorum nou commisceantur actionibus: resiliunt enim ab eis, & auolant, & cum societatem peccati ipsorum refugiant, peccatoribus tamen, vt eos à peccatorum sordibus liberent, atq; reuocent, plerunq; cohabitãt. Sicut dominus qui peccatum non fecit, nec in ore eius dolus fuit, cũm peccatoribus comedebat, & bibebat, doctrina eos, & institutione, iustificans & ad sui prouocans æmulationem, nihil eorum ipse imitans, nec ab eis inquinatus. Propter quod dixerunt cantica canticorum. Ecce iste venit saliens in montibus, transiens super colles Oportet ergo nos habere sublimiora pedibus, non qualia Iudæorum pedes habent, qui in vtriusq; vestigijs suis, in lege videlicet, & prophetis claudicant, sed qualia habent ea, quæ dicuntur Cherubin, de quibus dictum est: Et crura eorum crura recta, & pennati pedes eorũ recte, & inclinabiliter in euangelicis pedibus, de quibus dictum est: Calciati pedes in præparatione euangelij pacis. Hic quamuis super terram ambulet, quamuis cum peccatoribus dispeusationis cuiusdam gratia, iuuaminisq; conuersetur, illud implens Apostolicum: Si quis vocat infidelium ad cænam, & vultis scire omne, quod vobis appositum fuerit, comedite, nihil interrogantes propter conscientiam: tamen volatile permanet, & mundus est, sciens, à terra emicare, atq; exilire, & non adhærere secularibus actionibus. Bene autem talium animalium etiam vocabula protulit legislator, Bruchum & Locustam, Attacum atq; Ophiomachũ nominans. Cuius autem operationis sint, siue virtutis, Nahum Propheta satis explicat, ait enim: Bruchus expansus est, & auolauit: custodes tui quasi Locustæ Locustarum, quæ considunt in sepibus, in die frigoris: vel sicut Septuaginta: emicuit sicut Attacus commixtus tibi, sicut Locusta, quæ tiauscendit maceriãm in die frigoris. Ex quibus cerni, quia etsi peccatoribus commisceamur, etsi in die gelu siue brumæ, id est abundantiæ peccati, cum enim, inquit, abundauerit peccatum, refrigescit charitas multorum, tãsiliamus maceriam, spinosam videlicet peccatorum exacerbationem, non similes effecti eis, sed subijcientes eos nobis, vt fiant doctrinæ obedientes, aperte saluamus, & saluabimur, vnde ait Paulus, Factus sum Iudæis sicut Iudæus his, qui sub lege sunt, quasi sub lege essem, cum ipse sub lege non essem: his qui sine lege sunt, quasi sine lege essem cum ipse sine lege Dei non essem, sed sub lege essem Christi. Omnibus omnia factus sum, vt omnes lucrifacciẽ. Sed tamen in morem Bruchi, ineptum facere & euolare necesse habemus, vt sicut Locusta, siue Attacus esse, qui pro huiusmodi Attacũm dicunt, exilire possimus. Sic enim aptè conueniet, quod in eodem prophera sequitur: Sol ortus & eleuatus est, & non est inuentus locus eius: quoniam orto iustitiæ sole, qui illuminat abscondita, emicauc atq; exiliunt hi qui cum peccatoribus conuersantur, ad solatium iustitiæ, & non iam locus illorum ille esse cognoscitur, cuius habitum pridem demonstrabant, cum quodammodo vterentur, quos & erat necesse saluari. Ophiomachi autem ab appellatione manifestatur & virtus, quem imitati bouum est, & intelligibilibus repugnare serpentibus: reminiscentes quod nõ sit nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum contra spiritualia nequitiæ in cælestibus. Hi sunt quippe intelligibiles serpentes & venenati dracones. Hæc Isychius. Locustæ etiam nomine per comparationem Redemptoris nostri resurrectio denotatur. Vnde & voce eius per prophetam dicitur. Excussus sum sicut Locusta. Teneri enim a persecutoribus vsq; ad mortem pertulit, sed sicut Locusta excussus est, quia ab eorum manibus saltu subitæ resurrectionis euolauit. Quod referri quoq; ad prædicatorum numerum potest. In ipsis quippe sicut Locusta excussus est, quia Iudæa in sua persecutione sæuiente, dum per diuersa fugiunt, quasi quosdam recessionis suę saltus dederunt. Quia vero ille prędicator ad perfectionis culmen erigitur, qui non actiua solummodo, sed etiam contemplatiua vita solidatur, recte ipsa prædicatorum perfectio Locustis exprimitur, quæ quoties se in aera attollere conantur, primum se cruribus impellentes, subleuant, & postmodum alis volant. Ita nimirum sunt sancti viri, qui dum superna apperunt, primum quidem actiuæ vitæ bonis operibus innituntur, & tunc demum ad sublimia se per contemplationis saltum volando suspendunt Crura figunt & alas exerunt; quia recte agendo stabiliuntur, & alta videndo sublenantur. Qui in hac vita positi, diu in diuina contemplatione immorare non possunt, sed quasi Locustarum more à saltu, quem dederant, in pedibus suis se excipiunt, dum post contemplationũ sublimia, ad necessaria actiuæ vitæ opera reuertuntur, nec tamẽ in eadem vita actiua remanere cõtenti sunt. Sed dũ ad contemplationẽ desiderãter exiliunt, quasi rursus aera volantes petunt, vitamq; suã quasi Locustæ ascendentes, descendentesq; peragunt, dum sine cessatione semper, & summa videre appetunt, & ad semetipsos naturæ corruptibilis pondere reuoluuntur Est adhuc aliud; quod Locustæ simile sanctis prædicatoribus gerunt. Matutinis namq; horis, id est, temporis tẽpore vix à terra se subleuant, cum vero æstus exarserit, tanto altius, quanto alacrius volãt. Sanctus aũt quisq; prędicator, dum quieta fidei tempora conspicit, humilis & despectus aspicitur, & Locustę more vix à terra subleuatur. Si autẽ persecutionis ardor incandeat, corde cælestibus inhærens, mox quantę sit sublimitatis ostendit, & pulsatis alis, in altum rapitur, qui quietus in imis, torpuisse videbatur. De hoc ergo equo id est, prædicatore suo, loquitur Iob dominus dicit: Nunquid suscitabis eum quasi Locust. ? Subaudis, vt ego qui eo illum ad altiora excitando subleuo, quo grauiori persecutionis æstu excruciari permitto vt tunc in illo robustior virtus euigilet, cum se ei ardentior infidelitũ crudelitas illidit.

Animæ vagæ.

Hierosolymæ quatuor vastationes.

Perturbationes quatuor.

Cur in cibo concedantur.

Resurrectio per Locustam.

Prędicatorum perfectio.

HIEROGLYPHICA:

AEgyptij per Ophiomachum, inquit *a* Pierius Valerianus, modestiam, temperantiam, atque continentiam intelligebant, quippe quæ nequitię virtutes oppositæ sunt. Ea siquidem Serpentem oppugnat, voluptatem quippe terræ prorepentem allidit. Ispa autem crura habet, quæ corpusculum alte tollant humo, à terraque interim eorum innixu resiliat, & feratur in sublime, collisoque serpentis capire intellectui proximior fiat, qui quidem terrenis obrepere nescius, ab ijs disiungi abalienarique assidue meditetur.

a Lib. 2 Hi reg.

Temperãtiæ & modestiæ typus.

Pedum hierogl.

ditetur Sunt qui per huiusmodi Locustam referente eodem *b* Pierio, famem intelligant, propterea quod magnam satis Inferant calamitatem, cum agminatim innumerabili aliquando multitudine congregatæ segetes inuaserint, magna clade radices abrodentes, quare diuinatrix apud Theocritum dicitur: Cum enim apparuerit, famis est prænuncia. Multæ Locustæ huius significata ponit Eucherius, sed quoniam nullam super illis causam adducit, in quo nos præcipue versamur, ea prætereunda iudicaui: vnum illud tantum tangam, quod per comparationem resurrectionis dominicæ similitudo quædam sit, cum assaltum Philo dicat per Locustam significari: nullam enim à terrestribus animal tanta se pernicitate proripit in saltum, si corpusculi rationem habeamus. Sed hæc alii viderint. Inueniesin diuinis literis aliud Locustæ huius hieroglyphicum, vt apud *c* Salomonem pro pedibus poni, eo quod animal id pedum longitudine pro corporis modulo omnia excedit animantia Scriptum igitur Florebit amygdalum, & impinguabitur Locusta: hoc est superuenient cani, & pedum accedet tumor, pódagra scilicet, quæ plurimum ætatem grandiorem infestat.

ΑΠΟΦΘΕΓΜΑΤΑ.

a Lib. 6. de vita philos.

ANthistenes Athenienſis testante *a* Diogene Laertio Athenienſibus, quod indigenæ essent gloriantibus exprobans, dicebat illis Attelabis, & Cochleis nihilo nobiliores esse.

ΕΜΒΛΕΜΑ.

EMBLEMA Andreæ Alciati, cum verbis NIL RELIQVI.

Scilicet hoc deerat, post tot mala deniq; nostris
Locusta vt raperent, quicquid inesset agris.
Vidimus innumeras Euro duce tendere turmas,
Qualia non Atyla, castraq; Xerxis erant.
Hæ fœnum, milium, farra omnia consumpserunt,
Spes & in angusto est: stant nisi vota super.

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ.

IN Epigrammatibus Græcis quoddam incerti authoris legitur Epigramma de futuræ messis prædictione, quod sic quidam lusit Latine:

Calligenes cum iam mandasset semina terræ,
Vatis Aristophanis limina docta petit.
Num sibi fœcundam auderet promittere messem,
Et num spicarum copia, quærit, erit?
Ille manu sumptos versans hinc inde lapillos,
Et flectens digitos, talia voce refert.
Si, quantum satis est, tibi ab imbre rigantur agelli,
Vlla nec agrestis strangulat herba sata,
Nec glacies sulcos rumpet, nec grandine tristi
Decussa à summo pinguis arista cadet.
Si nec tonsa seges cerui, vitiauerit omnem
Aeris & terræ deniq; pernitiem:
Faustam vaticinor messem tibi, demete spicas
Belle: ne noceat sola Locusta, caue.

Aliud Lucillii, quo facete, & festiuiter irridet Gaium pumilionem, inquiens: Si contra Attelabos, & Muscas caninas, aut mures, aut Pulices, aut Ranas expeditio suscepta fuerit sane tibi metuendum est, ne & tu conscribaris. Si contra viros fortes erit belligerandum, tum plane tranquillo sis animo: neq; enim vllum bellum Romanis cum Gruibus est.

Εἰπὲν ἐπ' Ἀττελάβους ἄγατε στρατὸς, ἢ κυνομύιας
Ἢ μῦιας, ἢ ψυλλῶν ἵππικὸν, ἢ βατράχων,
Γαῖε, καὶ σὺ φοβοῦ, μὴ καὶ σέπις ἐγκατα λέξῃ,
Ὡς αὐτοῖς τούτων ἄξιον ὄντα μάχης.
Εἰ δ' ἀρετῆς ἀνδρῶν ἄγετε στρατὸς, ἀτρέμας ἴθι
(sic pro ἤτε restituit Camillus Veronensis)
Ῥωμαίοις οὐδεὶς πρὸς γεράνας πόλεμος.

Si contra Attelabos, aut Muscas Gaie caninas,
Aut contra mures bella gerenda forent:
Aut contra Pulices equites, ranasq; palustres,
Horrida sanguinei prælia Martis erunt.
Ne noua fas metuas bellator in arma vocerii,
Et dare cogaris nomina militiæ.
Si virtutis erunt certamina, Gaie quiesce;
Romulidæ Gruibus prælia nulla mouent.

Aliud inscriptum εἰς ἀκρίδα, in Locustam; quod nonnulli Anytæ, alii Leonidis esse volunt, in quo Myro puella virgineam destillans lachrymam Locustæ per campum garrienti, & in quercubus dormienti Cicadæ dicitur communem fecisse tumulum, atque ita gemina illius ludicra, vel delectamenta, impersuasibile, siue contumax, siue surdum bustum accepisse.

Ἀκρίδι τᾷ κᾷ ἄρυραν ἀηδεῖ, καὶ δρυοκοίτᾳ
Τέτιγι, ξυνὸν τύμβον ἔτευξε Μυρώ;
Παρθένιον στάξασα κόρα δάκρυ. δυσὰ δὲ αὐτᾶς
Παίγνι' ὀδυσσειδὴς ὤχετ' ἔχων ἀίδας.

Vbi notandum, quod in epigrammatibus Græcis legitur ἀηδόνι, quodque interpres vertit Luſciniæ; cum duobus tantum animalculis Myro tumulum extruxisse legatur etiam apud Plinium, & post in epigrammate dicitur à tumulo gemina puellæ delectamenta absorberi. Ego id ex tempore sic lusi:

A *Ingratam per agros Locustam vno atq; Cicadam*
Arbore qua recubat, condidit in tumulo,
Myro virgineos destillans fronte liquores
Ludicra surdaster sic gemina ille capit.

Aliud Mnesalci in eandem:

Οὐκ ἔτι δὴ πτερύγεσσι λιγυφθόγγοισιν ἀείσας
Ἀκρίς, κᾷ δύκαρπος αὐλάκας ἐζόμενα
Οὐδὲ με κυκλίδμον σιτερὸν ὑπὸ φυλλάδα τέρψεις
Ἠοῦς οὐκ πτερύγων ἡδὺ κρέκουσα μέλος.

Quod sic verti,

Amplius in sulcis Locusta feracibus, alis
Dulcisonis modulans carmina nulla dabis.
Phœbaq; cubans iam deinde sub arboris vmbra
Audiet alarum nemo ita suaue melos.

Aliud Meleagri epigramma, quo excitat Locustam, vt carmen amabile canat, quod eius ærumnas, quibus diu noctuque etuciatur, leuet atque discutiat, promittens ob id ipsum ei munera: Canit ergo.

B Ἀκρὶς ἐμῶν ἀπατηλὰ πόθων, παραμύθιον ἤπυε,
Ἀκρὶς ἀρυραίη, μοῦσα λιγυπτέρυγε,
Ἀυτοφυὲς μίμημα λύρας, κρέκεμοι τὸ ποθεινόν,
Ἐκκόρεσα φίλας ποσὶ λάλυς πτέρυγας.
Ὡς μὲ πόνων ῥῆσαιο παναχρύπνοιο μεριμνῆς,
Ἀκρὶ μὶ πωσαμφὴ φθόγγον ἐρωτοπλάνοι.
Δῶρα δὲ σοι, γήθειον ἀηδαλὲς ὀρθρινὰ δώσω,
Καὶ δροσερὰς τόμασι χιζομένας ψεκάδας.

Ego ex tempore sic verti:

Quæ mala nostra leuas, somni & solatia præstas,
Arua colens, alis dulce Locusta sonant,
Atq; lyra nostra similatrix optima, suaue
Pennarum motu carmen amica cane,
Quo mala nostra leues, & somni tædia frangas
Verba illi immiscens plena Cupidinibus.
Munera namq; tibi viridantia gethya ponam
Et mane rostrum rore rigabo tuum.

G Aliud Anytæ, quo alloquitur Locustam, dicens Solem non visurum amplius eam canraturam iuxta opulentam Acidis domum; quod iam ad Plutonis prata aduolauerit, & ad aureæ roscidos Proserpinæ flores.

Οὐκ ἔτι λίγειά σε κᾷ ἀφνεὸν Ἀκρίδος οἶκον
Ἀκρὶ (sic legendum & non ἄκρα) μελιζομένα ὀχεται ἠέλιος,
Ἤδη γὰρ λειμῶνας ἐπὶ κλυμένου πετέτησαι
Καὶ δροσερὰ χρυσέας ἄνθεα περσεφόνας.

Verti & hoc ex tempore sic:

Diuitiis ante Lares non Acidis, ipse, Locusta
Phœbus dulci sonos deinde sonare modos
Audiet: ad Ditis eum iam vaga prata volasti,
Quosq; colit flores aurea Persephone.

Legitur ibidem & aliud Phaenni, in quo Locusta alloquitur viatorem, inquiens sibi à Democrito, quem suo cantu demulsit, tumulum esse congestum.

Δαμόκριτος μὲν ἐγὼ λιγυρὰν ὄκα μοῦσαν εἶπεν,
Ἀκρὶς ἀπὸ πτερύγων, τὸν βαθὺν ὕπνον ἄγων.
D Δαμόκριτος δ' ἐπ' ἐμοὶ τὸν ἐοικότα τύμβον ὀδίπα
Ἐγγύθεν ὡρωπᾷ χοῦν ἀποφθιμένα.

Quod obiter sic vertit:

Dulcia Democrito cecini quia carmina pennis,
Alta ter ebrosa somnia nocte vocans.
Non longe Oropo mihi pulchellum hunc ille, Viator,
Extincta posuit; Democritus cumulum.

Aliud Leonidis, quod quoque Locustæ epitaphium est, commendantis humanitatem Philænidis, quæ mortuæ parentauit extructo sepulchro:

Εἰ καὶ μικρὸς ἰδεῖν, καὶ ἐπ' ὀδὸς ὦ παροδῖτα,
Λᾶας ὁ τυμβίτης ἄμμιν ἐπικρίματος.
Αἰνοίης ὦ ὕδρωπε φιλαυτίδα, τὸν δὲ ἀοιδὸν
Ἀκρίδα, τὸν δοσάντο πεὶ ἀκανθοβάπν.
Διτῶλᾶς ἰς λιγόβαντας ἐφίλατο. κᾷ μι θανοῦσαν
Κάτθετ' ἐφυπνιδίων χαραμφίλω λαλάγων.
Καὶ μ' οὐδὲ φθιμένω ἀπανῆνατο. τοῦτο δ' ἐφ' ἡμῖν
Τὐλίγον ἔρδωσιν σῆμα πολυτεφίης.

Id est.

Tametsi est modicus lapis videndo, & in solo ô viator
Lapis sepulchralis nobis incumbit.
Laudaueris merito ô homo Philanida. Etenim musicam
Locustam, existentem prius spinarum incensorem,
Geminum in annum dilexit, & me mortuam
Recondidit subtilibus viduatam vocibus,
Et me neq; vita defunctam abnegauit, hoc autem super nos
Modicum erexit sepulchrum.

PROVERBIA.

Mantis agrestis. Mantis te vidit.

Ἀγρεία Μάντις, id est rurestris vates, aut Locusta, prouerbialiter dicitur teste Suida de homine ocioso, deside, & segni. Sed forte de prodigo potius dicetur, ijsque, qui ex asse omnia parta dilapidant, *Mantis te vidit*, esse in eos adagio videtur, quibus fascinator oculis mali obiicit aliquid: Qua de re supra dictum est fusius ex Cœlio Rhodogino. *Prius Locusta bouem pariet* παρὰ τὸ ἀδυνάτου. *a* M. Varro refert ex Ennio hunc versum.

Atq; prius pariet Locusta Lucam

Nam Lucas antiqui boues appellabant ob magnitudinem: alij Lucam bouem interpretantur elephantem. Ἀκρίδων νοῦν ἔχειν, Locustæ mentem habere, à *b* Luciano prouerbialiter prolatum esse videtur, vbi Momus nos dicit vocari à Themestocle asinos, ac mulos, qui tam facile persuasi, illius verbis credamus, neque tantum habeamus mentis aut cerebri, quantum habent Locustæ.

a *Lib. 3. de ling. Lat.*

b *In Ioue Tragœdo.*

NVMISMA.

INter vetustissima Metapontinorum numismata, aquę Hubertus Goltius depingit, vnum est argenteum, quod in aduersa parte insculptum habet caput mulieris spicą triticea coronatæ cum duabus à sinistro latere literis ΣΤ. & in aucrsa parte vero integram frumenti spicam, cui à sinistro latere adhærет Locusta, seu potius Attelabus, & à dextro latere scriptum est ΜΕΤΑ. Frumenti spicam, agrorum fertilitatis indicium esse, ac è contrario Locustam cum abundat, agrorum pestis signum esse, nemo non nouit: cur veto hic simul in hoc nummo depingantur, obscurior ratio est,

Numisma Münz

Fertilitas Metapontinorum.

neque id tetigit Goltzius. Videor tamen id ex eius scriptis posse expiscari. Fertilitatem in primis agri Metapontini alia etiam testantur numismata, quorum fere omnium partes auersæ spica triticea, vel granis frumentaceis signantur, & in quibusdam caput Cereris etiam spectatur. quemadmodum & in hoc, quod ex eo depictum damus. Locustam vero adiunxerunt, quantum iudicare possum, in memoriam pestilentiæ, & sterilitatis, qua Palladis contempto numine aliquando laborarunt. Cum enim celebre intra mœnia eorum Mineruæ esset templum, eius numen eo bello, quod cum Sybaritis, & Crotonianitis socijs aduersus Græcos Italicos gesserunt, cæde iuuenum, & sacerdotis Metapontini violarunt, vnde ira deorum, vt credebatur, pestilentia & sterilitate cum laborarent; oraculum Delphicum de mali remedio consulerunt: id calamitatis finem futurum prædixit, si offensum deæ numen, & cæsorum manes placassent. Paruerunt oraculo Metapontini, & iuuenum intersectorũ statuas in templo Mineruæ erexeruut, deamq; sacrificijs sibi propitiam reddiderunt, sedataque ad hunc modum calamitate, eum agrum admodum fœcundum possidetent, Apolloni Delphico messem auream dono misetunt, aliquotq; numismata in rei perpetuam memoriã fecerunt Apollini, Palladi & Cereri, in quibus omnib. triticeam spicam est cernere: Apollini propter memoratum oraculum. Palladi ob depositam iram, Cereri tanquam fertilitatis inuentrici. Eundem hunc nummum videndi copiam mihi fecit Iulius Cæsar Velius Bou. sed qui ab altera parte vultus fæminei iconem non haberet.

VSVS IN CIBIS.

APud Sanctissimos Euangelistas Mathæum, & Lucam cap. 3. Marcum cap. 1. legimus insignem illum Christi Saluatoris nostris πρόδρομον Ioannem Baptistam, qui duro omnino atque aspero corporis cultu victuq; vtebatur, ἀκρίδας in deserto manducasse Cætetum cum nonnulli velut nodum in scirpo quærentes, eam vocem contra omnem Grammaticorum consensum in alienum sensum detorqueant, vel etiam (quod videtur esse nefas) corruptam suspicentur, quid ij sentiant prius adducemus, & quantopere à veritatis scopo aberrent, cũ ex sacris, tum ex prophanis scriptoribus ostendemus. Quidam teste Theophilacto ἀκρίδας voluerunt esse herbas, quas μέλαγρα appellant, alij etiam ἀκρόδρυα, siue ὀπώρας ἀγρίας, id est arborum gemmas aut fœtus, aut sylucstrium fructuum cibos, quibus Ioannes vsus sit. Sed vox ἀκρίδων nusquã in illa significatione reperitur apud vllos authores. Non desunt qui velint quasdam herbarum radices intelligi, alij vero nonnullas arborum summitates, in qua sententia Hermolaus Barbarus magnũ authorem Chrysostomum, & priorem eo Athanasium esse scribit, sed *a* Chrysostomus, ad locum hunc Marci Euangelistæ: Vestitus

Locustas Ioannis Baptistæ animalia fuisse.

a *Hom. 2. in Marc.*

A pilis Cameli; & Locustas & mel sylueste comedebat: Locusta, " inquit, animal paruulum est, & inter volatile, & reptile mediũ, " *b* Hieronymus Montuus putat ἀκρέμονας esse legendum, quæ vox turyones, asparagos, cymas, summitates arborũ significat. Theophrastus similiter Paracelsus, vbi de melle scribit, & qui eum sectãtur Michael Toxites in Onomastico suo super Theophrastum, & Leonardus Thutneyserus, per ἀκρίδας siue Locustas plantarũ extremitates, non Insecta illa intelligenda esse volunt. Nam vt Toxites, inquit, nos solemus Lupulos, asparagos, & similium Locustas cum oleo, & aceto edere; veterum autẽ cibus olim herbis potius, quam carnibus constabat Hæc ille. Sed nusquam constat in vllo authore, vel vocem Græcam ἀκρίδων, vel Latinam Locustæ in illa significatione vsurpari, quam illi fingunt, linguarum forsan illarum ignoratione decepti. Alphonsus Tostatus tradit huius quoque opinionis esse F. Brocardum Teutonicum in libro suo de terra sancta, quia scripserit se fuisse in multis Monasterijs apud Iordanem, ibique cum multis Monachis comedisse herbas, quas illi Locustas vocent, ibique abundent. Sed hunc Brocardi locũ Cornelius Iansenius diu quæsitum non inuenit. In eadem hæresi fuit quoque Perottus, hic potius intelligendum putans Ioannem victitasse herbarum summitatibus, quam Locustis animalib. scilicet noxijs, & venenosis. Sunt etiam qui ἀκρίδας scriptum fuisse existiment exigua mutatione deflexo nomine. quas pyrastros seu pyros agrestes interpretantur apud Theophrastum, & *c* Dioscoridẽ Tradit Hermolaus Locustam, siue pedẽ Locustæ pro herba sumptam igitur multos interpretari, quam vulgo rapunculum siue napunculum vocamus folio angusto, desinente in mucronem cauliculis vertice torulos habentibus, vt in asparago & salicfario lupo cernitur, itemque muli lateris Ex quib minores alij alterino semper inguine prosiliunt. Radicula vel diuitum lautorumque mensis petita, rapistri quidem sapore, non tamen ad ructus illiberali, ac fatuus omnino gustus, sed cum aceto, & sale non iniucundus. Alij pedem Locustæ pro blito, aut valde simili herba capiunt in Arabicis scriptoribus. Sunt qui non herbam vnam, sed summa herbarum omuiũ intelligant. Iam vero Epiphanius contra Ebionæos annotat nonnullos Iudæos depraua te pro ἀκρίδες legisse ἐγκρίδες, quod nomen interpretatur bellaria ex melle siue oleo, veritatis setmonẽ, ita in mendacium conuertentes, vt Epiphanius ait. Eustathio ἐγκρίς est πεμμάτιον ἐψόμενον σὺν ἐλαίῳ εἴτε μελιτώδιον, id est bellariũ in oleo siue melle coctum. Idem etiam ἐγκρίδα, panis speciem ex Epicharmo probat. Acceperunt etiam quidam hoc loco ἀκρίδας genus esse cancrorum marinorum, qui ab Athenæo καρίδες & ἀχαρίδες (nam vtroque modo scriptum repeti) appellantut, quorum Apitium ita appetentem fuisse scribit, vt & Minturnis (quæ vrbs est Campaniæ) plurimum sit commoratus pretiosos cancros quorum ibi magna erat copia, comedendi gratia, & in Lybiam vsque, cum mira magnitudine nasci cognouisset, peregrinationem susceperit. Gaza apud Aristotelem Squillam siue squillum vertit, de qua sic scribit Robertus Constantinus in supplemento linguæ Latinæ: inquiens, squilla καρίς (quia capite quod κάρη, magno est: vel quia ἀκρις marina) & καρις & κωρις apud Athenæum lib. 3. Gallis Cheurette, & Northmanis cicuete est. Differentiæ plures. Est enim καρὶς πλατεῖα, squilla lata, Liguribus Orchetta, & Mallacara Siculis ac Nepolitanis. Magnitudinis hæc Locustarum multo latior Altera est cælata, tota rubra. quæ πτῆξις ἐνάλιος *d* Æliani. id est Cicada matina, cammarus siue gammarus Columellæ, ac Plinij. Tertia κράγων siue κράγνη *e* Aristoteli, cui crusta tenuis, candida interdum rubescens, longitudo palmi maioris. Quarta squilla gibba, καρὶς κυφὴ Est & squilla parua, καρὶς μίκρα (aliaque, quæ καρίδιον in pinnis) Monspelii Ciuade, Italis Gambarello Vltima Squilla μάντις (à μάντις magna Locustæ specie) dicitur Cui duo brachia Locustæ magnæ terrestris Verum hæc quoque opinio a vero videtur aliena, cum & cancri illi marini non ἀκρίδες, sed καρίδες, siue ἀκαρίδες appellentur, & desertum à mari procul absit, & cancri illi marini, in deliciis habeantur, à quibus Ioanem Baptistam constat omnino abstinuisse, duro rigidoq; victu contentum. Nos ergo repudiatis his omnibus opinionibus simpliciter credamus Ioãnem Baptistam vesci Locustis fuisse solitum, cum & vox ἀκρίδων nusquam nisi pro Locusta apud authores Græcos accipiatur, & cõstet: cum olim, tum hodie quoque illas quotundam populorũ cibum esse, & deniq; doctissimi quique cum patrum veterum, tum recentiorum interpretum in eadẽ sint sententia, quorum prius non nulla exempla adducam dein qui Locustis vesci soleant quiq; etiamnum vescantur, subiungam. Chaldaica versio pro voce ἀκρίδος habet קמעא Kamza. quod Locustã significat Nahũ. 3. & Esaię 40. sic dicta a colligendo. Suidas eandem vocem in Euangelio interpretatur εἶδος ζωυφίου, S. Chrysostomus, vt dixi, scribit paru. fuisse animalcula, quorum in desertis Iudeæ maxima fuerit copia. oleo coqui solita, qui pauperum fuit cibus. S. August. quoq; in epist. ad Roman. Ioannem Baptistam Locustis vesci solitum dicit. Idẽ testatur Theophilactus, qui tamen simul esum illum Locustarum allegoricos interpretatur, id quod etiam facit Adamantius Origenes Sed Hieronymus & ipse idem sentit, dum simpliciter vocem ἀκρίδες Locustas interpretatur. Nec mirum cum Moses in selegẽdis cibis diligentissimus, Locustas Hebræis, vt salutares comedere permiserit in Leuitici vndecimo. Omne de volucribus, quod graditur supra quatuor pedes, abominabile erit vobis. Quicqu d autem ambulat quidem super pedes quatuor, sed habet longiora retro crura. per quæ salit super terram, comedere debetis vt e Bruchus in genere suo, Attacus atque Opiomachus, ac Locusta, singula iuxta genus suum. De Ioanne Baptista canebat *g* Prud. atius.

b *Lib. de tuen. Sanit.*

Herbæ Locustæ dictæ.

c *Coroll. 37. in Dioscor.*

Pes Locustã herba.

d *Lib. 13. cap. 25.*

e *L. 4. Hist. cap. 2.*

f *Hom. 11. in Luc.*

g *In Cathemerin.*

Illis dicata parcus abstinentia

Potum, cibumq; vir ſeuera induſtria,
In vſq; ſerum reſpuebat veſperum
Parum Locuſtis & fauorum agreſtium
Liquore paſtum corpori ſuetus dare.

Eũ quoq; Locuſtis veſci ſolirũ, ex vetuſto Eccleſiæ carmine cõſtat

Præbuit huic tum tegumen camelus
Artubus ſacris ſtrophium bidentes
Cui latex hauſtum ſociata paſtum
Mella Locuſtis.

h *Lib. 2. retraction.* D. *h* Auguſt. rationem redditurus, cur Locuſtas pro mundis animalib. habeat ſcriptura, eam ait non computare in pedib duo poſteriora crura, quibus Locuſtæ ſaliunt, quas dicit mundas, & ideo (inquit) diſcernit ab immundis talibus volatilibus, quę non ſaliunt illis cruribus, ſicut ſunt Scarabæi. Omnia quippe huiuſmodi volatilia quadrupedia vocantur in lege. Reliquum eſt modo, vt de populis dicamus, quib. olim, & nunc quoq; in cibum veniunt. De

i *Lib. 3. c. 3.* Æthiopibus acridophagis hæc ſcribit *i* Diodorus Siculus. Æthiopes Acridophagi deſerto contermini, homines cæteris paulo breuiores, macilenti ac ſupra modum nigri, Veris tempore Zephyrus ac Lybicus, vẽti infinitum pene Locuſtarũ ex deſerto ad eos deferunt numerum. Hę permagnę ſunt, ſed colore alarũ turpi, ac ſqualido. Æthiopes ad id aſſueti, in quandã latam longamq; multis ſtadijs conuallem plurimum materiei ex propinquis ingerunt. Cum ſuo tempore Locuſtarum tanquã nubes à ventis ſupra vallem deferitur, materiem congeſtã, omnemq; loci herbam anteą ſucciſam incendunt. Locuſtæ deſuper volantes ingenti fumo enectę pallũ vltra vallem ad terram tanta decidunt copia, vt victũ omni genti abunde præbeant. Has enim ſale, quod regio plurimũ fert, ſuperinfuſo, diutius ſeruant cibum guſtu eis ſuauem Hic eſt ſolus eorũ

k *Lib. 16. Geog.* per omne tempus Locuſtarum eſus. Idem fere his verbis tradidit *k* Strabo: Æthiopes Sillis dictis, qui cum Struthophagis bellum gerunt, finitimi, cęteris minores, nigriores & vitæ breuioris (tarn quadrageſimum annum excedunt, eorum carne iam in ferinã verſa) viuunt ex Locuſtis, quas Veteni, ac zephyri vehementius flantes in ea loca compellunt. Eas hoc modo capiunt, fumoſam materiem in conuallibus inijcientes, & incendentes (cum illæ parũ volent) obtenebratas & cadentes colligunt, & admixto ſale, ex eis maſſu-

l *Li. 6. c. 30.* las conficiunt, & vtuntur. Meminit eorũ etiam populorum *l* Plin. pars quædã Æthiopum, inquit, Locuſtis tantum viuit, fumo & ſale duratis in annua alimenta: ij quadrageſimum vitę annũ non exce-

m *In Poly. hiſt. cap. 43.* dunt. Idem *m* Solinus dum ait: Confines Mauritaniæ certo tẽpore Locuſtas terreſtres legunt, duratasq; ſalſugine, in præſidium vitæ ſolas habent: ſed ex illis quadrageſimũ ęui annum nullus ſupergre-

n *Lib. 7. cap. 2.* ditur. *n* Plin. alias Agatarchidis teſtimonio comprobat eos populos à Clitarcho & Megaſthene Mandros appellari. Apud Africanos

o *Exer. 192.* Syros, Perſas in cibum recipi illas, quæ alis carent, ſcribit *o* Scaliger

p *Lib. 2, cap. 57.* ex illisq; veſci Arabes, toſtas etiam redigere in pollinem. *p* Dioſcorides alatarum carnes nullo ait eſſe in vſu, ſed quę ſine pennis eſt,

q *Lib 9. deſcrip. Afric. cap. 3.* Aſiracos, & Onos dicta, ea abunde veſci Afros, qui Leptim incolũt. *q* Leo quoq; Africanus Locuſtarum in Africa plerunq; tantam frequentiam cõſpici tradit, vt volantes inſtar nebulæ, Solis radios operiant, & arborib. atq; ſegetibus magnam perniciem afferant, vnde magnam annonæ caritatem relinquant. Verum Arabiæ deſerta, & Libyæ populos Locuſtarum aduentu feliei omine gaudere: nam vel elixas, vel ad ſolem deſiccatas in farinam rundunt, atq; come-

r *Lib. 11. cap. 29.* dunt. Parthis quoq; Locuſtas in cibo gratas eſſe *r* Plin. prodidit. Quãquam putet Albertus alterius generis fuiſſe D. *s* Hieronymus

s *Lib. contr. Iouin. 2. c. 6.* Orientales tradit & Libyæ populos, quia per deſertum, & calidam eremi vaſtitatem Locuſtarum nubes operiant, Locuſtis veſci ſolere. Hoc verum eſſe, inquit, Ioannes Baptiſta probat. Hodie quoq; vulgo eas comedunt Ægyptij referente Hermolao. Et qui in Indiam cum Orientalem, tum Occidentalem nauigationes percurrit, multos populos diſcet Locuſtas vorare ceu gratum cibũ in Inſula quam Spagnolam dicunt, ſunt gratiſſimus cibus. Legitur ibidẽ Luſitanus in quadam atce preſſos, diutina rerũ penuria, ac fame pœne extinctos, Locuſtis in mari Cananor enatis menſe Auguſto, die

t *Lib. 1. de Abſtinen. à carne.* B. Mariæ Virgini ſacro refectos fuiſſe Et *t* Porphyrius ſcribit in Libya exercitui inedia laborantì Locuſtarũ nubes ſeſe obtuliſſe. Sed

u *Lib. 7. c. 2.* & de Mandis Indorum populis legimus olim Locuſtis veſci ſolere, & Crates Pergamenus teſtantur *u* Plinio Indos Macrobios iunctos quadragenos non excedere annos, quorum fæminę ſemel pariant, idq; & Agatarchides tradit, præterea Locuſtis eos ali, & eſſe pernices. De quib. etiam Euſtathius in illa Homeri; σῖτον ἔδοντες. Hoc, inquit, dictum eſt ad differentiam aliorum hominum, qui non tales ſunt; cuiuſmodi Æthiopas Macrobios hiſtoria teſtatur, qui cũ panem vidiſſent, illum ſtercori cõpararunt. Sunt etiam qui Locuſtis E ac piſcib. victitant qui idcirco ἀκριδοφάγοι, & ἰχθυοφάγοι dicebantur. Scythica aũt gens & Maſſagetica carnib victitãs, ne ipſa quidẽ vult σιτοφάγοι. Quin & Ariſtoph. eſus Locuſtarũ meminit. cũ inquit

Δ. Οὐκ· ἀλλ' ἐγὼ χῶ παῖς ἐξίζομεν πάλαι, βούλει θεῖδωθαι,
Κἄπιτρέψω λαμφῶν πότερον ἀκρίδες ἥδιον ἐστιν ἢ κοχλοι,
Ὁιμ' ὠὐθρίζεις. Δ. τὰς ἀκρίδας κρίνω πολὺ Id eſt.
Non. Sed ego & puer iam diu contendimus, vis paciſci,
Et Lemacho committere vtrum Locuſta ſuauiores ſint, aut turdi,
L. Eheu quã me cõtumelia afficis. D. iudica Locuſtas lõge ſuauiores eſſe

Hiuc & apud Plutarchum in ſympoſio Thales ita loquitur: nihil n. eſſe diſcriminis inter colonum, qui loco tritici, & hordei Locuſtas cõportare velit, atq; aues, atq; tyranuũ, qui mancipijs, quam vitis malit imperare. Atq; hæc de Locuſtarũ eſu: ſed notandum populos illos ἀκριδοφάγους, vitæ breuis ab authoribus deſcribi, quod anno-

x *Li. 2. Var. lect. 20.* tauit etiam *x* Hieronymus Mercurialis præſtantiſſimus medicus, inueſtigaturus, quamobrem rubri maris incolis dracunculi quidã

A parui crura, & brachia deuaſtarent: an inquam is morbus ab aere, an à regione, an à victu naſceretur, certum ſe eſſe tradit, victũ potius ſimili morbo occaſionem dediſſe, ex ijs, quæ in quinto τῶν ἱερῶν θελάσσης Agatarchides & *y* Diodorus Siculus ſcripta reliquerunt; nimirum quoſdam populos, ob frequentẽ Locuſtarum eſum non modo breuiori cęteris vita eſſe, verũ etiam ſæuiſſimo quodã pediculorum alatorum genere, nec admodũ dracunculis prędictis diſſimili morbo cõſumptos interire. Vnde, inquit vehementer mirari ſoleo, quomodo Parthi, ac Iudæi potuerint Locuſtis victitare: niſi Dei immortalis beneficio, id perinde factũ eſt in ipſis, ac in Io-

y *Lib. 3. c. 3.*

z *Lib 5. de locaff. ict.* anne Baptiſta obſeruatum eſt apud Matthæum: alioquin, vt *z* Galenus & Suidas tradunt, Seleucidas aues in Aſia Locuſtis veſcentes, ſtatim eas excernere, & proinde nihil fere nutriri, ſic par erat homines eo vnico cibo haudquaquã diu ſupereſſe poſſe Hiſtoriã ab Agatarchide relatam, quoniã medicos adiuturam, ac delectaturam ipero, eam latino ſermone expoſitã hic ſubiungam A prædictis non multum differunt Locuſtarum eſores, gens quidẽ ſtaturæ alias breuioris, aſpectu macilens, ac ſupra modum nigra. Sub ęquinoctium vernum, quando apud ipſos Aſrici & Zephyri ſpirãt, ex " loco quodam incognito ineffabilis magnarum Locuſtarũ multi " tudo vna cum illis ventis ad ipſos prouehitur, quę ab auibus vo- " landi facultate parũ, at corpore longe differunt. Ab hoc animaliũ " B genere toto corpore nutriuntur, ijs ſalitis atq; alio modo paratis " veſcentes. Atq; hi agilitate quidẽ, & pedũ velocitate pollere di- " cuntur: ſed cum valde ſiccũ nurrimentũ capiant, vltra quadrage- " ſimum annum minime vitam producunt, imo vita miſeriorem, " ſane mortem obeunt Siquidem appropinquante ſenectute eorũ " corporibus alata quędam pediculorum genera innaſcũtur, figu " ra quidem caninis Muſcis ſimilium, ſed alioquin minorũ Incipi- " unt à pectore, ac ventre breuiq; vniuerſam faciei cutem depaſcũ- " rur. Atq; horum alij primum ſcabioſorũ inſtar afficiuntur, dein- " de ſeipſos grauitet dilacerant, tandemq; morbo conſiſtente, nec " non beſtiolarum exortu tenuibus effuſis humoribus, intolerabi " les cruciatus ſubire miſeri coguntur, ſicq; vel ob alimentum, vel " ob aeris prauitatem intereunt. "

VSVS IN MEDICINA.

Dioſcorides *a* Locuſtas ſcribit odoris ſuffitu vrinæ difficultates adiuuare, præſertim quę fæminas male habent. Quem vſum *b* Plin. quoq; his verbis celebrat, Locuſtarum ſuffitu ſtranguriæ, maxime mulierum iuuantur; vbi ſtranguriam, vrinæ ſtillicidium C pro dyſuria, vrinæ difficultate poſuit, quare minus mirari Hermolaum debebat Marcellus, quod ita etiam verterit: nam & Auicenna, cõferunt, inquit, guttationi vrinæ, & difficultati ipſius, ac præcipue mulieribus. Fitq; cum eis vaporatio hæmorrhoidibus. Eodẽ authore. Locuſtarum ſtercus pano confert, & morphęæ, & pedes earundẽ eradicant verrucas. Sed *c* Plin. pedes Locuſtarum cum ſeuo hircino ſcribit lepras ſanare, ipſas vero virtutẽ habere pellendi calculum. Auicenna ex rotundis earũ duodecim grana ſumi ait (oua fœminarum intelligere videtur) abiectisq; capitibus, & extremitatibus poni cum eis patum myrti ſiccæ, bibiq; contra hydropẽ. Raſes datas, quæ pedibus carent, ex vino contra morſum omnium venenatorũ prodeſſe prodidit. Sed Dioſcorides Locuſtam ἄπτερον exiccatam, ſi ex vino bibatur contra Scorpionis morſus magnopere iuuare aſſerit: & Auicenna, Locuſtæ, inquit, meliores ſunt craſſę, quæ alas non habent, & hæ aſſantur, & comeduntur propter punctura Scorpionis. Qui ab Apibus, aut Veſpis illæſus permanere velit, eum maluæ folia cũ oleo illita, aut Eruca ſiue Bruchus, inquit d *Tetrab. 4. 179.* *d* Ætius, cum oleo aſſeruabunt, ſed cũ Eruca & Bruchus plurimum D differant, inſpiciendus eſſet textus Græcus, quo ego deſtituor. Sũt qui aſſerunt Locuſtam collo appenſam liberare hominem à quartana. Admirandum eſt, quod ſcribit *e* Gaudentius Merula, Locuſtam aut Cicadam ſi ſupernatauerit, vini puri indicium eſſe, ſi vero mergantur, aquam habere permixtam.

a *Lib. 2. cap. 57.*
b *Lib. 30. cap. 14.*
c *Lib. 30. cap. 8.*
e *Lib. 4. cap. 37. de memorab.*

CAPVT II.

DE GRYLLO.

Gryllorum genus corporis forma tota Locuſtas æmulatur, & mores etiam quoſdam cum Locuſtis communes habent, nec non eodem vt illæ modo taliunt: quo fit vt à nonnullis perperam Grylli cum Locuſtis ſępenumero confundantur Differunt etenim plurimum, vt mox patebit.

ÆQVIVOCA.

Legimus inter ſocios Vlyſſis quendam fuiſſe Gryllum nomine, quem Circe in Suem commutarat. Is beneficio Vlyſſis in priſtinam formam reſtitutus non deſijt inclamare ſecũ actum eſſe infœliciter, quod in hominem redijſſet, qui tam ſuauiter antea in Sue vineret. Hunc eundem Gryllum Plutarchus in brutum commutatum in ſuo doctiſſimo libello, quo diſputatur, bruta animalia ratione vti, cum Vlyſſe, & Circe colloquentem facit, ac demonſtrã- Gryllus filius Xenotẽ Græcis Sus ſiue porcus eſt. Fuit & alius Gryllus Xenophontis phontis. Socratici filius, qui pro patria fortiter pugnans honeſtã mortẽ op- a *In Politic.* petijt, multorum ob id encomijs celebratus teſte *a* Ariſtotele. b *Lib. de cõſolat. ad Apol.* Hiſtoriæ tradunt hunc Xenophontem, vt *b* Plutarchus refert, Acum ſacrificanti ipſe nuncium è bello allatum eſſet, Gryllum filium

filium in pugna perijsse, sertum capiti detraxisse, & quonam modo cecidisset perquisiuisse: cumq; responderetur, eum generosè & fortiter præ cæteris præliantem, multis hostium interfectis occubuisse: exiguo admodum temporis sumpto interuallo, dum ratione motum animi compesceret, rursus imposita capiti corona reliquum sacrificij absoluisse, nuncijsq; hoc respondisse. Non vt immortalem, aut longæuum filium meum redderent, à dijs postulaui: (cum incertum sit an hoc expediat) sed vt probum & patriæ amantem: cuius quidem nunc voti sum damnatus. Congros pisces Nicander aliter Gryllos vocari scribit. Et Itali pleriq; hodie Gryllum nominant teste Bellonio mustelæ marinæ speciem, quam Rondoletius ophidron vocat. Gryllus item Pet. *c* Crescentiensi ciui olim & Senatori Bonon. est arbustum exiguum in areuis fluuiorum proueniens. Berillum intelligit, nam & corbes & caueas volucrum ex eo fieri tradit, & alia nonnulla addit, quæ ad Berillum omnia pertinent, & forte typographus imprudenter Gryllum pro Berillo posuit. Gryllus vero etiam genus est ludicræ picturæ. Author enim nobis est *d* Plinius Antiphilum pictorem iocoso nomine Gryllum ridiculi habitus pinxisse. Vnde, inquit, hoc genus picturæ Grylli vocantur. Hinc apud Belgas Grillen vocantur nugæ, omniaq; minus seria. Gryllum deniq; nonnulli, sed nullius veteris quod sciam, authoritate, vocant claustri illud Teutonici genus, quod recludi nequit, nisi cognitis litteris, vulgo Lochetto vocatur.

Gryllus piscis.

c Lib. 5. de Agricul.

Gryllus planta.

d Lib. 35. c. 10.

A

B

SYNONYMA.

GRyllus, quanquam notissimum animal, apud Græcos, quod obseruare hactenus potui, nomen non habet. Calepino & Adriano Iunio ἀκρὶς Græce vocatur, sed perperam. Etenim hæc Aristoteli & Plinio Cicada est cæteris magis vocalis. Sarsir vox Arabica Bellunensi Gryllus est, animal paruum, noctu canens. Apud Pandectarium Cerad inuenio pro Gryllo Tryxallis *a* Plinio vocatur animal Locustæ simile, quod alijs Gryllus vocetur. Sed cum inquiat vocem esse Græcam, & apud Latinos non habere nomen, nos in præcedenti capite ex Æliano legimus Troxalis. Equidem Gryllus ex Locustarum genere esse videtur, ob magnam similitudinem, Locustæ tamen id nomen magis quam Gryllo conuenire videtur. Τρώγων enim Locustarum potius est quam Gryllorum, tametsi & hi agris damnum inferant, herbas absumendo. Gryllus, si *b* Isidoro credimus, nomen à sono vocis habet. Italis & Hispanis Gryllo dicitur, Gallis Crignon, vel Grillon des camps, Belgis Krexel, & Nachtkrexel, Germanis Muheim, Heimenmug, Hausheim, Feldheim. Polonis Svvierc, Vngaris Oszifereg, Auglis à Kind, aut Locust.

a Li. 30. c. 7.

b L. 12. c. 3.

C

GENVS. DIFFERENTIÆ.

forma.

PLinius *a* Scarabæos vocare videtur omne genus Insectorum, quod crusta tegitur, quod, inquam, vaginipenne est: nam & Gryllos illis accenset, dum ait: Alij (Scarabæi) focos & prata crebris foraminibus excauant, nocturno stridore vocales. Hæc enim Gryllis solum modo competunt, quemadmodum & ipse *b* Plinius alias testatur his verbis. Auribus prodest Gryllus cum sua terra effossus & illitus. Magnam autoritatem huic animali perhibet Nigidius, maiorem Magi, quoniam retro ambulet, terramq; terebret, stridat noctibus. Qui iuxta focum in muro delitescunt, plerumq; candidiores, maxime vbi panis excoquitur, hos Hieronymus *c* Cardanus domesticos vocat, palámq; esse dicit putredine gigni, & minus quam prateuses vocales esse. Et Georgius Agricola libro quem eruditissimum edidit de subterraneis animalibus, Gryllorum facit alios domesticos, alios sylueſtres, illos inquiens æstate & hyeme aridam terram fodere; hos vero ante hyemem interire. Gryllus in foci seu in fumibuli pariete, seu etiam fornace vbi plerumq; degit repertus, nuper nati nec consummati fœtus speciem exhibebat, alis breuibus & candicantibus, tenero corpore ac molli, castanei coloris, annuloso: sex pedibus instructus, quorum posteriores anterioribus triplo erant longiores. Sub oculis ei duo cornicula veluti capillamenta tenuia eminebant. In cauda, cui vtrinque duo acuti extant appendices, medio protenditur veluti promuscis quædam longa, bifida. Alius in aruo inter frumenti herbam repertus, totus niger, alis orbus (vnde conijcio, quin certo mihi persuadeo sine alis nasci, atq; hoc quoq; cum Locustis commune habere) caudam priore descripto supra breuiorem obtinens in medio duorum appendicum vtrinq; ex vropygio exortorum locatam, pedes hirsutos & veluti serratos ad firmiorem comprehensionem habebat. Priori loco pictus Gryllus aruensis, totus & vndiq; ater, cæteris maior. Numero 2. Locusta vel Bruchus potius est quam è Gryllorum genere, vndiq; coloris cinerei. Numero 3. alas habet cinereas, cætera niger. Numero 4. Blatta forte Lucifuga pistrinaria in farina inuenta, de qua suo loco. Numero 5. Gryllus est domesticus alis subnigris. Nouissimus aruensis, maior, eiusdem coloris.

a Li. 11. c. 28

b Lib. 29. c. vlt.

c Lib. 7. de Varieta. rer cap. 28.

D

SONVS. RESPIRATIO.

IVlius Casserius Placentinus quibus instrumentis & qua ratione stridorem Locustę excitant, similibus instrumentis, & simili formandi ratione stridorem à Gryllis edi profitetur. nam & in his, inquit, duo obstrepentia reperiuntur corpora, quæ motu & agitatione alarum, collisa atq; percussa obstrependi vim habent. Sic ille exhibitis etiam membranis squameis, quarum interuentu facto mutuo attritu stridorem illum soni persentiri arbitratur. Contra doctissimus *a* Iulius Cæsar Scaliger, Gryllum & Cicadam aliter quam Locustam vocalem esse testatur: inquiens Locustam alis stridere, Gryllos vero & Cicadas alui parte caua fistulata. Vt vt est, sonus ille ingratus non est, quin tantopere mustis placet, vt eo propter domi alant. Aiunt conciliare somnum. *b* Cardanus scribit, audiri qui procul absunt. silere proximos præ timore. *c* Virgilio arguti dicuntur, haud dubio à sono suaui ac arguto.

Occupet arguti Grylli caua garrula rana.

d Cardanus obseruauit Cicadam & Gryllos capite abscisso non tantum superuiuere diu, sed per medium diuisos etiam canere. Iã vero *e* Scaliger cum nocturni cantus gratia in pixidem inclusos haberet, tertio post die mortuos esse inuentos aduertit, non quidem fame, arrosæ namq; Lactucæ, supererant etiamnum, quas in cibum apposuerat: quam obrem alij, inquit, postea pertusis pixidibus, aut fiscellis, totam æstatem seruati sunt. Ex qua obseruatione diuinare licet, excluso aere viuere non posse.

a Exer. 273.

b Lib. 15. Var. ca. 85.

c In Diris.

d Li. 7. Var. rer. cap. 28.

e L. de plãt. Arist.

E

CAPIENDI RATIO.

PLinius *a* venantur, inquit Gryllum Formica circumligato capillo in cauernam eius coniecto, efflato prius puluere ne sese condat, ita Formicæ complexu extrahitur.

a Lib. 29. cap. vlt.

VSVS.

GRyllis *a* Scaligero eadem quæ Cantharidibus vis nota est experimento Gryllus teste *b* Plinio, ex quo diuersis in locis subsequentia remedia hausimus, faucium asperitates lenit infricatus, aut si quis manibus quibus eum contriuerit, tonsillas attingat. Eorum excrementorum fauilla ex oleo putridis vlceribus prodest: ipseq; igni sacro medetur contritus in manibus. Legimus apud scriptores nauigationum in Indias, ab Occidentalis Indiæ Populis vna cum Locustis comedi.

a Exer. 186.

b Li. 30. 4. 9. 12.

PROVERBIVM.

RAna cum Gryllo, prouerbium de maxime dissimilibus dicitur. Gryllus enim valde, vt diximus, musicus est, & ob acutum molliter stridorem, conciliando somno è delicatis hominibus expetitur.

CAPVT III.

DE SCARABÆIS

proœmium.

EVolucribus Insectis quorum alæ crusta integuntur Scarabæorum sunt cuncta genera, quæ à veteribus, & iunioribus autoribus commemorantur. His & reliquis omnibus, quæ κολεόπτερα dicuntur ea sunt communia, vt aculeo careant, atq; proboscide. Dentes enim habent, quibus edendi munus explent. Fragilibusq; pennis cuncta eiusmodi donata sunt, quæ his verbis asseruit post Aristotelem *a* Plinius: quibusdam, inquit, pennarum tutelæ crusta superuenit, vt Scarabæis, quorum tenuiora fragiliorq; penna: His negatus aculeus: quibus etiam verbis simul dotuit, cur Insectis quibusdam volatilibus crusta sit, quæ alas contegat, nimirum, vt ab externis iniurijs tuta sint, quibus alioqui magis, quam alia volatilia αὐέλυτρα dicta, obnoxia existunt. non enim vt hæc per aerem tam frequenter tranant, & ab hominum conspectu remota sunt, sed continuo in puluere sub hominum oculis, & pedibus versantur. recte itaq; Plinius: quibusdam pennarum tutelæ crusta superuenit. Sed quis hæc ipsum docuit? perspicacissimus ille *b* Philosophus. at ne quis id falso me dixisse putet, vtq; quæ ab illo nimis breuiter, & obscure prolata sunt, clariora euadant, huius verba apponam. Quæ, inquit parua sunt, & vitam stabilem agunt, multis fulciuntur pennis, vt Apes & quæ crusta obtectas pinnas gerunt, vt Melolonthæ, & cætera id genus Insecta, scilicet vt pennatum vires integras tueantur. Cum enim stabilia sint, corrumpi facilius possunt, quam quæ motu citantur agiliori. Itaque septo proposito muniuntur. Exuunt quoque omnia, quorum pinnæ hoc modo tutatæ sunt senectam, vt idem testatur *c* Philosophus, quando, inquit: Insecta enim eodem modo exuunt senectutem, quibus hoc solitum est, vt Silpha, Culex, Empis, & quorum pennæ vagina continentur, vt Scarabæi. Nomen quoque commune ijsdem nullum, vt idem author asseruit. Nonnullis, inquit quamuis cognatis nomen nullum commune est inditum, vt Api, Crabroni, Vespæ, cæterisq; generis eiusdem item quibus pennæ vagina inclusæ continentur, vt Melolonthæ, Carabo, Cantharidi-

Aculeo carent Scarabæi.

Dentes Scarabæis & similibus.

a Lib. 11. cap. 28.

b Lib. 4. de Partib. c. 5.

c Hist. 8. cap. 17.

Nomen commune nullis Coleopteris.

tharidi, & quæ ſunt eiuſdem generis. Hæc autem in vniuerſum dicta hoc capite dicere volui, quod mihi hic locus aptior videretur, & accommodatior. Nam quamuis & de Locuſtis, quæ κολεόπτερα ſunt, ſuperioti capite actum eſt, in quo hæc ſcripta iu vniuerſum requiri videbantur, aptius tamen (cum ea à uullis, quod ſciam, ſcriptoribus inter ea Inſecta, quæ vagina incluſas pennas gerunt, connumeratæ ſint, Scarabæi v. ab omnibus fere) hoc capitis proœmio ſunt poſita. Locuſtas autem his prætulimus, quod multo ſint præſtantioris naturæ, & generationis. De Scarabæorum autem laude, quid multa commemorem? ipſa eorum hiſtoria, quid in ſe præclari habeant, teſtabitur. At quoniam non vbiq; deſint naſuti, qui horum tetro odore, fœdo aſpectu, ac infami nomine tædium animo concipiunt, oculoſque auertunt, dicendum item aliquid, quo animo quietiore trãquillioreve horum lectionem aggrediantur. Scimus nulli non eſſe notos Scarabæos, vt qui paſſim ſint obuii, niſi ſic vbi deſunt ſtercora. Sed non eſt eadem omnium ſpecies quas ſingulas commemorare non eſt huius loci. Illud in primis dico, quod ſi excrementis ſe delectent, iis vtuntur, id ad ſui commoditatem: propterea q; ingenii laus eſt, non crimen. Non pudet Alchymiſtas ad quintam illam eſſentiam extrahendam vti fimo, quatanquam panacea, aut Theriaca, multos propellunt morbos. Norunt etiam excrementorum vtilitatem agricolæ; quo quidem hominum genere nullum fuit olim nobilius & honoratius, dum iiſdem arua ſaginant. Sunt populi quibus ad incruſtandos domiciliorum parietes, fimus eſt pro gypſo, aut creta, aut calce. Eodem contuſo, & exſiccato ad ſolem, ligni vice ad ignis alimentum vtũtur & nos etiam. Nonne & quorundam animalium excrementa nobiſcum ferimus in animi mollitiem. Putandum itaq; ea ſtercora, quibus ſe quotidie defatigat Scarabæus, illi bene olere, nobis autem male. Stultum autem in Scarabæo naſum hominis deſiderare, cui id peculiare, vt ſui odore offendatur, nec idem accidit vllo cæterorum animantium. Quare haud immundus Scarabæus, aut teter, quod in ſtercoribus vitam agat, aut ſordibus delectetur. Colorem quoq; ne quiſpiam calumnietur, qui pretioſiſſimas gemmas ſuo nitore, & ſplendore commendat. Ecce in tantulo corpore, quantum animi, quantum roboris, quam Heroica mentis vis, quantus ad Aquilam inuadendum huic impetus, vt nil iam ſit ad Scarabæum Homerica Muſca. Iam opinamur futurum, vt aliquis Romanis ducibus impenſe fauens Aquilę vicem deploret, cui cum tam humili tamq; plebeio hoſte res inciderit, quem vincere glorioſum non ſit, & à quo vinci turpiſſimum, & cui deinde multum laudis accedit, quod cum Aquila decertarit, etiamſi victus deceſſerit. Apud poetas pudet Aiacem Vlyſſis aduerſarii tam imbellis, & Aquila cogitur cum Scarabæo tam imbelli conflictari? Rurſum alius magis etiam demirabitur, vude huic Inſecto tantum animorum, tantum audaciæ, vt non ſit veritum cum pugnaciſſima aue conflictari. Tum vnde opes, vires, facultates, vnde auxilia, vt tot iam annos bellum ducere potuerit. Verum ſi quis hunc explicet Silenum, & contemptum hoc animalculum diligentius domi cõtempletur, tam multas animi inuenet dotes, vt omnibus diligenter penſitatis ſe propemodum eſſe malit Scarabæum, quam Aquilam. Quamobrem naſum illum tuum, quiſquis Scarabæum aſpernaris ob tetrum eius odorem, deponas: ſplendorem & colorem eius elegantiſſimum contempleris; animique robur, & multa alia laudanda, quæ relinquimus, & hæc quæ ſequuntur lege, & relege.

Laus Scarabęorum.

Excremẽtorum vtilitas.

Coloris in Scarabæo commendatio.

ÆQVIVOCA.

Cantharus poculum Bacchi.

Καύθαρος & Græcis & Latinis eſt poculi genus, quo Liberũ patrem vſum ferunt. *a* Plinius: C. Marius poſt victoriam Cimbricam Cantharis potaſſe liberi patris exemplo traditur. *b* Virgil.

Et grauis attrita pendebat Cantharus anſa.

Dictum autem hoc Bacchi poculum à Cantharo nauigii genere. Eſt enim, & Cantharus nauigii quoddam genus, vt ex Ariſtophanis quadam comœdia licet coniicere in qua ſic legitur καυθαρος Ναξιουργής, id eſt, in Naxo confabricatus Cantharus: quippe de Inſularum nominibus ſæpe nauibus impoſita reperias nomina, quippe κνιδουργεῖς, quandoq; dicuntur naues, quia in Cnido compingerẽtur. Cercyronq; à Cercyra quæ Corcyra eſt, vocarunt Πάρωνα itẽ à Paro: vnde forte obtinuit, vt gubernatores ita paſſim dicantur. Eſt & καύθαρος piſcis quidam dictus apud *c* Ariſtot Scarabæus, itidem dictus à Gaza. At Geor. Valla in Ethicis eiuſdẽ Ariſt. Crabronem vertit, vt habet Lexicon vulgate. Sed Cantharum Latini item traduxere. *d* Columella. Nam & halecula modo capta, & Cantharus exiguuſque gobio, & Ouidius,

Cantharus ingratus ſucco & concolor illi
Orphus.

Καύθαρος eſt quoq; portus cuiuſdam Athenienſis nomen, ὄνομα λιμένος Ἀθήνησι, inquit, Suidas. In vulgari Lexico ex Ariſtophane citatur καυθάρου λιμεν. Apud Heſychium legitur καυθάρων, *e* Vlpianus Iuriſconſultus ſcribit Cantharos eſſe per quos aquæ ſaliunt. Vnde *f* Cælius Rhodiginus Mediolani inoleuiſſe arbitratur, vt cloacæ euehendis aquis, ac ſordibus dicantur Cantharenę: nam & Cantharia legimus forma diminuta. Quin & apud nos Bononienſes alioſq; Italiæ populos olla aut vas excrementis humanis dicatum, Cantharo dicitur. Fuit & Comicus, quidam Athenienſis dictus Cantharus, cuius ſcripta commemorantur à Suida. Eſt quoq; ſic dictum cœleſte ſignum in aquario, ex tribus conſtans ſtellis. Apud *g* Herodotum notam quidam eſſe putant in lingua Apidis bouis Ægyptiorum, ait enim in fronte habere candorem figuræ quadratæ, in tergo effigiem aquilæ: Cantharum in palato; duplices in cauda pilos. Ab aliis hic nodus vocatur ex *h* Plinio: Bos in-

a *L.35. c.11.*
b *Ægl.6.*
Cantharus piſcis nomen.
c *L 8 Hiſt.*
d *Lib.8.*
e *Digeſt.37.*
f *Lib 8. c.5. lect. Ant.*
Cantharenæ.
Cantharus ſignum cœleſte.
g *Lib.3.*
h *Lib.8.*

quit in Ægypto numinis vice colitur, Apin vocant: inſignem in dextro latere candicans macula cornibus lunæ creſcere incipientis, nodus ſub lingua, quem Cantharum appellant. Racemus item vitis καύθαρος appellatur, vt doctiſſimus *i* Iulius Scaliger in commentis ad Theophraſtum aſſeruit. Et *k* Hermolaus Barbarus ornamenti nomen apud Athenæum eſſe ſcribit. Dictum quoque inſtrumentum ſeu malleus aptus feriendis foribus Cantharus apud Plautum, quod me primus docuit *l* Iohannes Baptiſta Pius Bononienſis, cuius verba noui quid habentia hoc loco lubens adſcripſerim. Exteræ, inquit, manus mallei ferrei pulsandis foribus idonei dicuntur. Quoniam extra oſtio adpinguntur, vicem manus in claudendis, & aperiendis foribus prębentes. Quidam nihil immutant dexteras, dextras epitheton idoneum malleis oſtii dicentes: quoniam ſunt dextri, id eſt opportuni celeritudinii itus, & reditus. Amplius hauc manum exteram ſiue dexteram Plautus in Menæchmis Cantharum vocat à ſimilitudine, quam præferre videtur. Fiebant autem hi mallei ferrei manus humanę ſimilitudine, qui ventre capaciore, & anſa Canthari effigiem præſe ferunt: quod nos fugit. Quid enim pudeat noua diſcere permare Plautinum velificantes? Plautina carmina ſunt hæc, quę in alium ſenſum torqueri vix poſſunt.

Expedite fabulatus, iam foreſ ferio MEN feri
Vel mane etiam mille paſſum commoratus: Cantharum
Placide pulta.

Quod ſi ductus Plautinis verbis: quæ ſubſequuntur Cantharum pro notiſſimo vaſe vinario ſumere libet, tuum ſit iudicium Doctius tamen, & ſenſui conueniẽtius pro inſtrumento oſtii capi poſſe Cantharum affirmauerim. Hactenus Pius.

i *Lib 1. de cauſ. plant. c.19.*
k *Coroll. ad Dioſ. lib.1.*
l *Annot. c.5.*
Malleus pulſandis foribus aptus Plauto dictus Cantharus.

SYNONYMA.

גוב Gob eſt Locuſta ex lingua Syriaca. Huius plurale ſunt, qui exiſtiment imbrices eſſe, & canales quibus aqua defluit, à concauitate. Quidam quoq; Scarabæos, vel Bruchos ſic dictos putant, quod ſcrobes effodiant, & inhabitent, quaſi ſcrobarios dicas. Sed Pagninus ex lingua Chaldaica potius dictas putat hoc nomine Locuſtas. סלעם eſt ſpecies Locuſtæ. Huius eſus à Moyſe permittitur: quidam Scarabæum eſſe putarunt. חפושית Chephuſith in Dictionario ſyrochaldaico exponitur Vermis niger, Scarabęus. In Pandectario Arabum Caneſis, & Caneſibu, Abogeatan, Aboſeſas ex libro doctrin. Arab. Græci Scarabæum καύθαρον dicunt, qua voce Ruffinus pro Latina vtitur apud D. Clementem, tametſi cantherium eius loco Germani reponere maluerint. Scholiaſtes Ariſt. dicit καύθαρον eſſe εἶδος ζώου παρὰ τὴς τίλφας τὸ μέγεθος, animalis ſpeciem magnitudine Tilphæ. Sed quid ſit Tilpha dubium eſt, & valde apud veteres reconditum: aliqui apud Lucianum τίλφα poni putant pro σίλφα (σ in τ mutato) Blattam ſignificat. Τοῖς μῦσι Δλφηειδὰς ὀνείπει καὶ ταῖς τίλφαις οἰκήσεις, vbi in doctum ridet libros multos ementem. Dictus autem καύθαρος quaſi κάθαρος per antonomaſiam, vt arbitror, quod valde ſit imputus. Scarabæus & ſtercore ſe infarciat, quemadmodum apud noſtros hodie Cantharo vas ſtercorarium. καύθαρος enim purum ſignificat. Aliqui deriuant παρὰ τὸν καύθωνα, quod ex aſini ſtercore, quem κάνθωνα Græci vocant, ortum ducat. At Suidas παρὰ τὸν καύθωνα & τὸν ὄρον deducit, vt ſit καύθαρος, quaſi κάθαρος. Ita enim apud illum repoſuit author Theſauri linguæ Græcæ, παρὰ τὸν καύθωνα καὶ ὁρόν τοῦτ ἐστὶ τὸ ἀπόβλημα καύθορος πεσών. Sumitur quoque apud *a* Ariſtophanem καύθων pro καύθαρος.

Ἥσυχος ἥσυχος ἠρέμα καύθων.

Scarabæum cur dicant Romani *b* Iſidorus docere videtur, nimirum à Cabo hoc eſt equo, ſed nimis remote etymologiam huius vocabuli detorſit: vt autem vidcat lector, ſi quid probabilis adferat, verba addam. Crabrones, inquit, vocati à Cabo id eſt, Caballo, quod ex his creentur: ſicut autem Crabrones naſcuntur de equorum carnibus putridis: ita ex eis iterum ſæpe naſcuntur Scarabæi, vnde & cognominati ſunt Italis Scarafaggio, Scarafazzo. Hiſpanis Eſcaranaio. Gallis Eſcharbot, & Charbot. Germanis Roskefer, ein Kaatkefer, quanquam hæc vocabula cuidam Scarabæorum generi, quod generi, quod in ſterquiliniis iùmentorum degit, aptiora ſint. Belgis Perds fliegen, Scalbyter, & Scalbote. Flandris. Polonis Kruvvka Wkobiliencach grzebaca. Hungaris Zaruas Zarhatto bogar. Anglis à Betell:

a *In Pace.*
b *L.12. orig. c.8.*
Scarabæus vnde.

GENVS. DIFFERENTIA. deſcriptio.

Scarabæorum non eadem omnium eſt ſpecies. Differunt n. colore, magnitudine, ſono, generandi modo, capitiſq; cõſtitutione, quod aliis cornutum, aliis eſt abſque cornibus, & ſimilibus aliis. Colore differunt, quia alii ſunt nigri, alii alio quouis colore inſigniti, albo quod ſciam nulli; qui autem virides ſunt Galerucas vocant Ariſtotelis aliquot interpretes præſertim Gaza: quanquam id, quod ſciam nomen nullibi apud probatum authorem reperi in hac ſignificatione. Hos Μελολόνθας apud Ariſtotelem, & Ariſtophanem comicum facetiſſimum vocari iidem exiſtimant. Horum enim, apud Philoſophum præſertim, frequens fit mentio, quotieſcunque quædam eorum Inſectorum genera recenſet, quæ vagina obtectas alas habent, itemque quæ ſunt alata; vt *a* eo loco quo diuidit Inſecta in pennata, & impennata. Sunt, inquit, Inſecta alia pennata, vt Iuli, & Centipedæ; alia pennata, vt Apes, Veſpæ & Melolonthæ: quanquam hic Gaza Scarabæos vertit, cum ſint Scarabæorum ſpecies. Idem quoque error in aliis ab eodem videlicet

Colore.
Melolonthæ.
a *L.4. Hiſt. c.1.*
Gazæ verſio in Ariſtotele improbata.

delicet Gaza commissus est locis; vt quando rursus, inquit Philosophus ἔχει δὲ λούτρῳ τὰ πτερά, οἷον αἱ μελολόνθαι καὶ οἱ κάνθαροι quæ Theodorus sic transtulit. Alijs pennarum tutelæ crusta superuenit (vaginipennes possent nuncupari) vt Scarabæis: qua in translatione, quamuis & ipse interpres vera dixerit, tamen vocabulorum vis, & quæ singulis inest proprietas, eiusmodi indistinctam versionem non patitur. Petrus item Alcyonius libri Aristotelis de animalium gressu interpres κάνθαροι vertit Scarabæi, Galerucæ vero μελολόνθας. Si quidem (inquit *b* Philosophus) integram habentia pinnam, vt rem simplici ratione complectar, vropygio carent; quod idem causæ est, quare tanquam nauigiũ remone priuatum, agitentur; & quocunque sors tulerit allidant, & impingant Idem quoque sentiendum est de iis, quæ pinna in vaginam inclusa instruuntur, vt de Scarabæis, & Galerucis, & de ijs, quæ alis nudis prædita sunt. Sed hic Galerucas vertit, quemadmodum rursus sic alibi Gaza apud eundem *c* Philosophum. Cæterum μηλολόνθη, aut μηλάνθη siue μηλολάνθη, vel etiam μηλάνθη dicitur. Μηλολόνθη est teste Hesychio εἶδος κανθάρου quos aliqui χρυσοκανθάρους vocant. At Scholiastes Aristophanis non ait esse εἶδος κανθάρου, id est Scarabęi speciem, sed ζωύφιον χρυσίζον κανθάρῳ ὅμοιον, id est, animalculum aurei coloris Scarabæo simile. verum eiusdem vocabuli alia expositio his verbis subiungitur, secundum quã est illud ipsum, quod χρυσοκάνθαρος appellatur. ita enim ibi subintelligendum est, aduerbium ἄλλως, vt vult author Thesauri linguę Græcæ, quod in plerisque horum scholiorum, & aliorum autorum locis obseruandum est, à vulgaris Lexici consarcinatoribus nondum animaduersum. Sed scribit Eustathius ex quodam veteri grammatico, & Lexicographo, Μηλολόνθιον esse animal Vespa maius, quod nascitur ἐκ τῆς μηλεῶν αὐθήσεως, aut μηλεᾶς, id est pomis arboribus, aduolare cum florere incipiunt. sic & Pollux ἐκ τῆς αὐθήσεως τῶν μήλων (quod pro μηλεῶν accipiendum erit: nisi potius scripsisse μηλεῶν non μήλων æstimandus sit) aut σὺν τῇ αὐθήσει γίνεσθαι tradit. Dicit autem duntaxat esse animal volucre vocarique μηλολάνθη. Suidas esse scribit animalculum, quod floribus insidet: sed fortasse scriptum reliquit τοῖς ἄνθεσι τῶν μηλεῶν, vel τοῖς τῶν μηλεῶν ἄνθεσι. A nonnullis μηλολόνθη redditur etiam Bruchus, quanquam hic βρούχος proprie dicatur. Quidam denique annotant illud esse animalculum, quod à Gallis Haneton appellatur. Vtcunq; autem sit, plurimorum tamen constans est & firma opinio Scarabæi speciem esse, quod ex Aristotelis locis paulo antea allatis facile etiam conijcere licet. Inuenitur etiam apud Scholiastem Aristophanis χρυσομηλολόνθιον, species quædam μηλολόνθης χρυσιζούσης τὸν χρόαν, secundum quosdam idem quod χρυσοκάνθαρος. Aristoph.

Ἀνάβαινε δεῦρο χρυσομηλολόνθιον
Τῇ χειρὶ τοῦδε λαβομένη τοῦ κοινίου
Ἕχου.

Hic enim Scholiastes χρυσομηλολόνθιον esse scribit ζούφιον τὶ ξανθὸν καὶ τὸ κάνθαρον, ὃ κατέχοντες οἱ παῖδες δεσμοῦσιν ἐπὶ ποδὸς καὶ ἀφιᾶσι πρὸς τὸν ἀέρα id est, animalculum flauum Scarabæo simile, quod eum habent, pueri ligant, ac pedibus vincula iniiciunt, ac deinde volare sinunt. vocari autem ita ibidem ait, quod habeat χρυσίζοντα τὰ πτερά, id est, alas aureas quanquam hoc loco autor Thesauri Græcæ linguæ μηλολόνθιον legi existimet. Sed vt ad pristinum sermonem reuertatur oratio, sciendum est Scarabæum viridem μηλολόνθην non esse, si ex nominis etymologia veritas aliqua expiscari potest. Dalechampius in *d* Plinium commentans Scarabæum viridem putat esse Buprestem, aut Longipedem. sunt rursus & rubei, & virides, quos Cantharides appellant, de quib. peculiari capite agemus. Sunt & rutili, quos in terris nidificare cõmemorant. Magnitudine quoque differentias sortiuntur, sunt enim alii mediocris magnitudinis, alii maioris, vt sunt quos rutilos appellant, quos prægrandes *e* Plinius vocat minimi vero sunt ii plerunque, quos in domibus frequentes esse vidimus. Sonum autem alii magnũm edunt, alii minorem, alii nullum quorum qui sonant, alii noctu, alii circa vespertam plerumque. Est quidam Scarabæus vulgo cognitus, & domibus frequens Burdigone dictus, vnde verbum Burdigate Scarabæorum horum more susurros edere κεραμβύλον, κεραμβύλος, & κεραμβὺξ Hesychio autore dicitur θηρίδιον τι κανθαρῶδες ὅ τε τὰς συκῶς δεσμεύομενον ἀποδιώκει τῇ φωνῇ τὰς σκνίπας, id est, bestiola Scarabæo similis, quæ ficui arbori circumligata, voce sua Culices abigit. Generandi modo discrepant, quippe sunt alii, qui è stercore oriuntur, è quorum genere is est, qui in quibusdam Galliæ locis Fodimerda dicitur, teste *f* Rueillio, Latini Scarabæum pilularium, & solarem fimarium, quorum omnium nominum causa est, quod è fimo ingentes pilulas auersis pedibus volutet, è quo genus producat suum, qua etiam de causa à Græcis ἡλιοκάνθαρος dicitur, & κοπρεὼν ab Hippocrate, quasi stercorariũ dixeris. annotandum & hunc commuui nomine etiam καύθαρον dici, vt à Latinis Scarabæum, & Cantharum. Quapropter interpretem Diogenis Laertii scribentis deorum colloquia fieri per Cantharum, & accipitrem negligentiæ insimulat *g* Philippus Beroaldus, cum putet non Cantharum seu Scarabęum fido interpreti verteudum fuisse. alii ex ligno cornibus insignes. Aliique ex alijs sordibus humidis, talesque in domibus humidioribus proueniunt. Arist. quod sciam, Scarabeorum genera nulla expressa constituit, sed inter ea Iusecta, quæ Coleoptera dicuntur, καύθαρον, μηλολόνθην κεράβον & καυθάρελον, præcipua connumerat. Sed horum nullam, quod sciam, corporis notam suis, quæ extant, scriptis Philosophus exhibuit. Carabo autem (quem Gaza modo Taurum, modo Fullonẽ vertit inepte sane) ait cornua prætendi, vt Papilioni. Plinius plura Scarabæorum genera commemorat; de ijsdem enim ex professo alicubi sic loquitur. Quibusdam pennarum tutelę crusta superuenit, vt Scarabæis quorum tenuior fragiliorque penna. His negatus aculeus: sed in quodam genere eorum grandi cornua prælonga, bisulcis dentata forcipib. in cacumine, cum libuit, ad motum coeuntibus infantum etiam remediis è ceruice suspendunrur. Lucanos vocat Nigidius. Aliud rursus eorum genus, qui è simo ingenteis pilas auersi pedib. volutant, paruosque in ijs contra rigorem Vermiculos fœtus sui nidulantur. Volitant alij magno cũ murmure, ac mugiru. Alij focos, & prata crebris foraminibus excauant, nocturno stridore vocales. Lucẽt igniũ modo laterũ, & cluniũ colore (fulgore alij) Lãpyrides nunc pennarũ hiatu, refulgentes, nunc compressu obũbratæ, non ante matura pabula, aut post dissecta conspicuæ. E contrario tenebrarum alumna Blattis vita, lucemque fugiunt, in balneis maxime humido vapore prognatæ. Fodiunt ex eodem genere tutili, & prægrandes Scarabæi tellurem aridam, fauosq; pãruæ, ac fistulosæ modo spongiæ medicato melli fingunt Dalechampius in hoc caput annotans similiter Scarabæorum genera, ac nomine tenus recensens Scarabæorum, inquit, genera sunt; Lucani, stercorarij, κοπρεῶνες Fullones, virides Mylagrides, siue Mylabrides: Grylli: Blattæ pistrinariæ, Mololonchtæ χρυσίζουσαι: Rutili prægrandes: longipedes, Tauri eosdem cum Lucanis, quidam esse putant à cornibus dictos, arque hæc genera ex Plinij plurimis locis, quos ibidem citat, colligit. Cæterum ad ea Plinij verba Lucanos vocat hos Nigidius; animaduertenda Scaligeri coniectura: is enim in Cõmentis ad Varronem legi posse credit, Lucas vocat hos Nigidius, &c. qua forma elephantos appellarunt Lucas boues, eadem vt Lucas Scarabæos nominet. Non sunt hic transilienda Aegyptiorum ea genera, quæ prodidit Horus; is enim tres apud Aegyptios species noscitari tradit primam ἀλωφόμορφον id est, scilis forma. traditum euim marem æluium cum solis incessu pupillam demutare, vt quæ solis exortu subintendatur, meridie rotundetur, occasuro hebescat sydere, quo argumento apud Heliopolim solis simulachrum effingi ἀιλυρόμορφον alteram speciem esse δικέρων & πτερωτόν, quæ sacra Lunæ censetur: hinc & in Tauro Lunæ fieri exaltationem tradunt: Tertiam porro μονόκερον esse, & ἰδιόμορφον, hanc Mercurij statuunt, sicut & Ibim. Duo quoq; recenset *g* Cardanus Scarabæorum genera, quorum quidem alterũ, quod primũm sequentib. verbis describit, Scarabelaphum appellat nomine cõficto ex vocabulo Latino Scarabæus, & Græco Ἔλαφος, quod ceruum significat; idem sorte cum Lucano Nigidij. alterum Moscardinum. Scarabelaphus seu Scarabæus ceruus, præciso capite, vtrinque vitam diu seruat; sed tamen diutius caput viuit: cornua habet mobilia, atque inuicẽ concurrantia, ramosa vt Ceruus, nigra, nitentia, dura, oblonga. Ego habeo, quantum digiti minimi longitudo est. Non expers in medicina viriũ est. Sunt & ex hoc volantium Scarabæorum genere bene olentes, quos ab odore pueri Moschardinos vocant, excellentioris vsus. Atq; hos omnes Scarabæos, quorum scriptores, & veteres & iuniores meminere, obseruauimus eo excepto, quem Moschcardinum Cardanus vocat sed & vltra eos, & alios plurimos, quos tamen omnes ad sua genera reduximus pluscul is tabulis contentos. Suprema Scarabæorum genera, duo facimus, ob partium varietatem: alia enim cornuta: alia vero absque cornibus: quæ vero cornuta sunt aut vnicum habent cornu: aut duo: aut tria, quæ raro videntur: rursus quæ vnicum, μονόκερον nuncupantur, apud Aegyptios nobiles: quæ duo, aut sunt Lucani siue Tauri quorum nimirum cornua sunr dentata; ac forficum modo clauduntur, & coniunguntur, cum apprehendere quid volunt: aut Carabi, quorum cornua nodosa sunt, ad prætendendum iter facta. Tria quæ habeanr in capite nulla, nisi improprie habere dixerimus. Reliqua quæ sunt sine cornibus differunt inter se multifariam Horum igitur differentias tabulis sequentibus descripsimus Primus qui depingitur in prima tabula è Caraborum videtur esse genere, quo ad figuram corporis, quam habet cõmunem cum alijs Carabis: quãuis locum, quo nascatur neutiquam obseruauerim. Toro corpore niger, antennis longiusculis, paruis nodulis constantibus, longis, in postica capitis parte sitis; cornibus seu potius appendicibus binis prope os nodosis, item crassioribus, quam sunt antennæ, sed plus quam media parte breuioribus. Pedibus in extremo bifurcatis, asperis: caudam constituunt duæ appendices vaginarum, cum coniunguntur. Secundus est Scarabæus aquaticus pronus, & supinus. Aquaticum nuncupaui, quod præter reliquorum morem in aquis degat, inter maiores sane connumerandus: toto itẽ corpore niger prone, & supine exceptis capillamentis, qui in pedum extremitate cernuntur, itemque antennis: nam hæc rubescunt. Quartus è minimorum genere, pollicem enim latum longus, totus quoque niger, capite paruo, trigono, minutis antennis, quarum extremitas obtusa, & veluti rotunda quadam pilula insignitur, pedibus bifidis in extremitate paulo versus corpus habebat quasdã asperitates seu appẽdices quib. ingressu iuuabatur, tanquã eirris polypus. In ea parte qua vaginæ sese inuicẽ in alijs contingere solent, euideus apparebat rimula; qua dilatata, & aperta prodibant alæ subuirides, sed nõnihil ad castaneum vergentes: cum eas ad volandum expaudit, toto corpore maxime splendet: aluoq; robustissima. Quintus est Scarabæus pilularius, seu Cantharus compacto latoq; corpore & nigro, sed cœruleum splendescente. Capite plano inferius, & superius nonnihil arcuato, & lato cucurbitæ instar, ac multis eminentijs, superius conspicuis, è quo ab vtraq; parte duę prominent antennæ breuiusculæ, sed in fine diuisæ in plurima tenuia filamenta. pedes sunt anterius serrati in fine, ita à natura facti, vt illis cum continuo in stercore vitam transigant, abstegere anteriores capitis partes facilius possent. Crasso

Scarabæorum genera Plinij.

Aegyptij Scarabæorum genera quæ habuerint.

Tabulæ Primæ. Primus.

Secundus Aquaticus

Quartus.

Quintus.

b *de animal. gres.*

c *L. 4. Hist. cap. 7.*

d *Lib. 29. cap. vlt.* Buprestis Scarabæus longipes. Prægrandes sunt rutili Scarabæi

e *Lib. 11. cap. 28.* Burdigone

f *De Nat. stirp. c. 115.* Scarabęus pilularius.

g *Hom. in Apulaum de Aur. Asi. lib. 7.* Cantharus

Haneton Gallis. quid.

g *Lib. 7. de Var. etat. cap. 28.* Scarabelaphus.

Scarabæi.
Roßkäfern.
Fig: 8.
Schröter.

magnoq; pectore, cuius medio ab vtroq; latere pedes priores annectuntur. Sexto loco datur Scarabæus viridis Melolontha. Arist. quorundam sententia, quem inter volandum putant sonitum edere. corporis parte supina, & alui maxime colore est obscura viridi vnde nomen sortitus: capite paruo nigro fere, & ab vtroq; oris latere duobus cornibus nodosis insignito, itemq; dentibus quibus apprehendit valide: antennis longis, æqualibus, in extremo paulatim in acutum desinentibus. pectore autem rotundo, tenuioriq; ligamento aluo latæ annexo. Vltimus eiusdem tabulæ nigro corpore est, in quo maculæ virides, sed aliquid flauedinis in se habentes, proceris cornibus eisdem maculis conspersis, quæ versus posteriora flectuntur: eisdem quoq; maculis, & ipsi pedes, præsertim eorũ femora: aluo procera, quã non vniuersam vaginæ contegũt.

Sextus Scarabæus viridis.

Vltimus.

In secunda tabula primus est Lucanus Nigidij, Ceruus volans Leoniceri, Scarabelaphus Catdani, Taurus Scaligeri; aliqui Scarabæum bicornem appellant: apud Thesalos κεράμβυκα dici & ξυλοφάγον βοῦν quasi bouem ligni edacem, autor nst Antonius Liberalis Gallis dicuntur Cerfs volants: Turo Lugdunensibus rusticis forte à Tauto detiuato nomine Italisq; Ceruo volante, Bucatone del corno. Gusano con cuernos Hispanis. Ferrãtes Imperatus Cerui volanti vocat. Belgis een Vligende hert. Germanis ein Schroeter dicitur. Nigro est toto corpore, & maximo, huic duo cornua prætenduntur ramosa seu dentata, quibus cum constringuntur, valide apprehendit. oculi vtrinque à latere horum positi, intra vero cornua duo parua corniculi veluti antennæ: capite latiori quã pectore sed minus longo. huius & caput corpus reliquum, à se inuicem diuisa, diutius viuunt. Qui vero hunc ordine consequitur, cętera priori similis, vt magnitudine tantum differre videatur, qua dimidia parte minor est: Sequuntur duo alij. μονόκερωτες hoc est vnico cornu in summo capitis, quos ab Aegyptijs Mercurio dedicatos supra meminimus. corpore nigro, cui uonnihil rubri admistũ sit, crasso magnoq; capite horum posterior hirsutus atque pilosus est prona parte, horum species Rinocerotas appellant Ferrantes Imperatus, ob similitudinem cornuum, quam habent cum Rinocerote, animali quadrupede. tarde volant, quo fit vt vltro fere in manum eius, qui prehendere voluerit, inuoleut. Quinto loco Lucanus est Papilioni similis: est enim versicolor toto corpore duos digitos per transuersum longo, cornibus instar Cerui dentatis, nigris: quibus ab vtraq; parte posterius ante oculus prominent antennæ tenues, longæ, vt ad latera viam teudant factæ: nam ad latera vtræque protruduntur. capite albis insignito maculis per quas rubor, quidam obscurus perfunditur. pectore angustiori, quam capite est, trib. albis maculis in medio notato, aluo prolixa, crassa, longa, vt Papilionibus, quibusdam contingit, annulis rubris: alis non vniuersam aluum contegentibus, sed multo breuioribus, & vt puto, farinaceis: nam, vt verum fatear, id nunc me fugit, cũ eiusmodi Insectum inuentu rarum existat, nec eiusdem descriptionem exactan., quam olim feci, reperire postea vnquam potuerim: vatijs coloribus huius alæ exornantur. nam suprema parte, qua snperiori alui patti contingunt, vicinæque sunt pectori, rubicundam maculam ingentem præbent cordis, quod vulgo pictores depingere solent, compressi mucroni seu cono similem reliqunm deinceps alarum corpus nigrum est: maculis aliquot primum argenteis, deinde lineis latioribus obscure rubentibus, quæ vtræque aliquoties per vices iterantur: ita vt in huius animalculi alis natura illusisse pictores, artemque eorum videatur.

Lucani descriptio.

Tertius & quartus Monoceros.

Quintus Lucanus Papilioni similis.

Tertia tabula tota Caraborum plures continet species, excepto primo, qui ad Lucanorum genera potius pertinet, paruo corpore nigerrimoque, cornibus incutuis paruis sine dentibus ad eundem vsum, ad quem Lucauorum aliorum, his item autenuæ postponuntur singulis à latere, pectore modice crasso. & crassiori, quam caput est, aluo duplo longiori, eiusdemq; crassitiei, & latitudinis. Ceruettino vulgo dicitur. Secundo loco datur Carabus inter minima genera referendus, eius caput quod paruum est, itemq; pectus, antennæ, & pedes nigra sunt: sunt autem antennæ longæ, nodosæ: vaginis rubris ab vtraq; parte, quæ in medio maculã nigram grandem habent Portaterra vulgo Italis dicitur. Huic ex ordine secundo loco succedit Carabus, quem Arist. verum esse arbitror, cum aliquoties in ligno is sit repertus arido è quo postea euolauit: Secundus Carabus è ligno arido quoq; nascitur, vt vidimus nodosis procerisq; cornibus: quæ nodis constant nouem, aut decem, grandioribus primum prope caput, deinde minoribus, in quos singulos extremitates tenuiores superiorum nodorum inseruntur, ita vt articulationes nodosæ appellari possent. Vltima autem articulatio ex parte constat nodosa, & absq; nodis, ita vt ea, quæ nodis destituitur, tenuis in fine in nodosam partem inseratur, veluti in vltimis digitorum articulationibus facile est videre: porro hæc cornua, quæ antennæ merito ab Arist. nominantur (supplent enim earum vsum) quandoq; corpore multo breuiora, quãdoq; longiora sunt: vidi quandoq; duplo longiora ipso corpore: cæterum colore nigerrimo, vt totum corpus. Capite paulo minor, quam pectore, quod inæquale est: venter omniũ longissimus latissimusq; prona parte annulis quatuor, aut quinq; latis constans: in ventris fine, vbi aluus est hirsutus, pedũ extrema serrata sunt, & aspera, multis hirsutis particulis constantia, quarum vltima bisulca seu bifida, & adunca in modum hami, qua validissime cuiq; obuiæ rei velut lapidi, ligno, linteisq; adhæret, vt vix inde tuto auelli subito possit. Vnde Portapeso ab Insubribus dictus putatur: Nam etiamsi paruum sit animal, tamen quandoque sustinet retinetque pondera sextuplo, aut amplius ipso animalculo longiora, cum suis cornibus suspenditur, & in altũ euehitur: hunc aliquando in pertusa pixide conseruaui viuum per aliquot hybernos mẽses, apponens lignum aridum, & cariosum: Sed hybernis illis tẽporibus obseruate non potui, num eo vescatur, quod quidem verisimile est, cum duobus dentibus aduncis sit instructum, vt reliqua Scarabæorum genera; his enim se coniungentibus sectum alimentum oti ingeritur: vniuersum autem corpus exceptis cornubus longum duos digitos, latum minus vno. Qui descriptum sequitur eiusdem generis, differt autem corporis vniuersi colore, qui fuscus est ad castaneum vergens: cornua sunt tenuiora, breuiora, longioribus constantia internodijs, sed tenuioribus. pectore multo minus caput in quo oculi sunt satis conspicui: siti in posteriore magis parte, nec ita distantes, & ad latera vt in præcedenti pectore quoque minore, ventreq; longiori, & nigra cauda insignito. Succedunt duo alij sub eodem Caraborum genere referendi, minores, corpore nigerrimo: capite maiori, quã pectore, quod linea quadam fusca à pectore separatur. aluo seu ventre figura fere ouali, qui totus vaginis binis cooperitur, secus quam in prędictis: pedum extremitas non vsque adeo aspera, vt cuiq; obuiæ rei adhęrere possit. Vltimus est Carabus dubius: nam eæ antennæ, quæ in alijs nodosæ erant, in his veluti Papilionum sunt quorundam plumatæ: toto corpore nigro: capitis, ac pectoris fere magnitudo eadem: sed in pectore ab vtraque parte duæ appendices videntur nodulis aliquot constantes: quæ cum pectus pedibus duobus destituatur, secus, ac in multis alijs pedum vicem supplere putantur: pedum vtique constitutio differentia est notabili: nam secundus eorum articulus, atque tertius ijsdem villis est, seu asperitatibus, & capillamẽtis, quib sunt antennæ, & descriptæ appẽdices pectoris: vniuersi aũt corporis ea est paruitate, qua in icone cernitur.

Primus.

Ceruettino.

Portaterra

Carabus verus.

Quarta tabula duos tantummodo continet, quorum primus ad Caraborum quoque genera referendus, ac præcedenti tabula quarto loco descripta congener, dorso multis punctis protuberantibus respersо, aluoque caudata. Secundus totus niger dentato capite, absque cornibus nodosis quorum loco duas antennas nigras æquales, mediocriter longas habet.

Quintæ tabulæ primus vuas corrodit; toto corpore niger exceptis pedibus, vaginis, & antennis quæ sunt colore castaneo, antennæ in extremitate multifidæ sunt veluti scopæ. vaginæ ad finẽ alui non pertingunt. Alter fere eiusdem generis caudatus, pectore & capite nigris, viride resplendentibus, vaginis non totam aluum circumdantibus colore castaneis, pedibus in extremitate magis rubentibus, item antennis eodem colore præditis quæ cum in fine crassæ appareant, vt fructus tenues, & oblongi æqualesque patuo admodum pediculo capiti adnectuntur. Insecta tria, quæ subsequuntur ad Cantharidum genera referantur. quorum primum toto corpore nigrum exceptis vaginis; quæ mineaceæ fere totę sunt. Nam linea nigra in principio latiuscula à mediovaginarum ambarum, qua parte sibi inuicem contingũt, oritur; & versus anum protenditur, finitq;: antennæ sunt in eo longæ. Secundum capite, pectore, antennis, & duobus prioribus pedibus ferrugineo colore, reliquis membris colore nigris cæruleum fere splendentibus, seu plumbeis. Tertium, & vltimum pedibus antennisque nigris, reliquis membris mineaceis. Sexto loco ponitur Scarabæus Vermis facie, toto corpore niger. duobus in ano appendicibus crassis, antennis proceris. Septimus caudatus est toto corpore ex cinereo ad castaneum vergente, pectore & vaginis aurum splendentibus, antennis tenuissimis, oculis conspicuis à latere capitis collocatis.

Quartus Carabus caudatus

Vltimus Carabus dubius

Cantharidis tres species

In Sexta tabula ordine primus ponitur Scarabæus fętidus dictus quod tetrum haberet odorem, in campis repertus Scarabęo pilulari magis, q̃ alteri alicui Insectorũ similis: antennis est nigris geniculatis, in quatũ extremitate duo sunt globuli, seu pilæ, maculamq; ppe has habet ferruginei coloris: cętęrę partes omnes nigerrimæ exceptis vaginis in quarum suprema parte quatuor apparent maculæ ferrugineæ. pedes eraut in fine maxime serrati & asperi: cauda annulosa quam extendere, & retrahere poterat. Dum tangitur stridet: currit que velociter. Notandum in hoc eodẽ animalculo in parte inferna circa os Vermiculum, aut exiguum animalculum extitisse: q̃ vtrum ei uaturaliter insit, an v. per accidens adhuc me profecto latet nam tandiu, quam apud me continui semper apparuisse deprehendi. Secundus & ille fœtidus, totus niger, minor, antẽnis serratis, & absq; pilulis, pedum extremitate aspera. Tertius serpentarius à nobis nominatus, non quod serpentis figuram referat, sed q̃ in occisi serpentis corpore, cuius carne vescebatur deprehẽsus sit. Pilulario minor angustior q; corpore capite nigro depresso; antẽnis nigris, paruis, quarũ apices flauescunt: rostro bicorni oculis emissitijs. Pectore nigro scutiformi: vaginis quadrangularibus breuibus (nõ enim totam aluum cooperiunt) nigris; quarum vtraq; duas in medio habet fascias luteas paululum serratas: aluo valde annulosa, & circa extremitatẽ, valde pilosa: pedib. omnibus serratis; quorum tamen anteriores in extremo articulo reliquis erãt latiores, vt manum quodãmodo imitarentur; subtus v. flauescẽtes. Inter medios, & posticos pedes colore est aureo, obuersusq; ea parte soli splendorẽ emittebat: sed hũc colorem aureũ pili quidã ruffescentes efficere videbantur. in pectoris parte supina cruce erat notata: inter antennas macula obscure, lutescente, & triangulari pars eius inferna multis pediculis scatebat. Quartus è Pilulariorũ forte est genere: nã circa excrementa eum versantẽ deprehendi: breui corpore, & obeso, nigerrimo colore, & relucenti: capite rotundo, & instar scuti militaris efformato, è cuius medio cornicula duo exerit breuiora cum apicibus, & alias duas appẽdices his multo exiliores: Pectore itẽ scuiformi, q̃ tameu in anteriori parte appendicẽ quandã protensam, & acuminatã habet, vt tertium cornu referre videatur: vaginis striatis: pedibus in fine serratis, & asperis: anteriores horum minus asperi posteriores magis ad latera

Scarabæus fœtidus

Tertius Serpentarius.

Quartus Tricornis.

ad latera pilis quibuſdam ruſteſcentibus veſtitus: ani figura medii ſcuti figuram exprimit. Quintus niger, paruo capite, antennis longioribus, nec pedibus aſperis. Sextus Aquaticus minor dictus, quod in aquis degat, corpore eſt nigro, lucido, ad viridem quodammodo accedente: pectore, ac ventre lato: vaginis ventre maioribus: in medio ventre inter pedum exortum appendicem quandam habet, qua pedes à ſe inuicem ſeparari videntur. Duo poſtremi minimi dorſo vterq; virgato. Prior pectore ſcutiformi, ac capite rotundiuſculo duabus antennis exilibus inſignito. Dorſo autem multis punctis ſeu granulis reſperſo, coloreque nigro. Poſterior corpore magis rotundo, & compacto, capiteque exiguo; antennis longioribus; dorſo toto virgato, & colore magis nigro.

Quintus. Sextus Aquaticus minor. Poſtremi duo minimi.

Poſtremæ tabulæ primus è minimorum genere eſt: toto corpore nigerrimus, compactus: antenniſque exiguis. Vaginis vniuerſam aluum tegentibus Qui hunc ordine ſequitur maior & corpore item nigro, magis oblongo, antennis longioribus. Pedum extremitatibus minime aſperis, ſed leuibus, & æqualibus, vt ad ſcandendum non vſq; adeo aprus videatur; niſi eius paruitas has aſperitudines cernere non ſinat. Tertius inter Scarabæos quoque à nobis relatus, quod cum eorum natura corporiſque conſtitutione, magis quam cum aliorum conueniat: capite paruo cuius articuli cum dorſo aurei ſunt: cæteræ partes nigerrimæ. Quartus corpore vniuerſo niger: capite rotundo paruo, antennis mediocribus: pectore triplo maiori: vaginiſque vniuerſum ventrem contegentibus Quintus è minimorum genere niger fere totus, præterquam in vagiuis, in quibus aureus color, ſed obſcure viderur. Capite rotundo, & exiguis valde antennis nec facile conſpicuis. Sextus totus niger: capite ſerrato, & magno: pedibus ſerratis & aſperis, in fine bifidis: vaginis breuibus, nec aluum totam cõtegentibus. Septimo loco poſitus eſt Gryllus potius: oblongo corpore, colore flauo, ſed circum latera præſertim vaginarum nigris quibuſdam maculis varicgato, antennis rectis, longis, & nigro, atque flauo colore diſtinctis. Octauus ſupine depictu: : apite rotundo & exiguo nigro: autennis paruis, & tenuibus nigris cum pectore, quod maius capite eſt. pedibus item nigris: inferna ventris patte ſeu prona rubra. Nonus totus niger, & oblongus: capite minutiſſimo, antenuis mediocribus acuminatis: pectore grandi, quod à ventre diuiſum longo interſtitio, & exiguo ligamento connexum: pedum vltimis articulis ſerratis, & aſperis. Decimus quoque niger excepto dorſo, quod quodam argenteo ſplendore nitet, mixto ſcilicet cum nigro: capite eſt exiguo, exiguiſque antennis: ventre paulatim verſus inferiora gracileſcente: pedum extremis particulis bifidis: Vltimus & is exiguis antennis totuſque niger: minus gracili extrema parte alui: inter minimos hic computandus

Tertius. Quartus. Quintus. Sextus. Septimus. Octauus. Nonus. Decimus.

LOCVS.

AB Indicarum rerum ſcriptoribus relarum eſt, in Indiæ Occidentalis plurimis regionibus vbiq; variorum ac ſpecie differentium Scarabæorum ingentem copiam reperiri. Alit Europa plurimos, & omnes Italia quos deſcripſimus præſertimque ager Bouonienſis. In Aetna monte hotum natio fœliciſſima perhibetur. Contra eſſe aiunt in Thracia iugetum aliquot ſpacium apud Olynthum: in quo ſi imprudens Scarabæus pedem intulerit, capitalis eſt: nec fas eſt exire ſemel ingreſſo: Verum ibi ſe torquer donec emoriatur. Didici hoc ex *a* Ariſtotele: In Thraciæ Chalcide, inquit, quæ proxima eſt Olyntho; locus eſt paulo maiot atea, Cantharolethron dicitur; iuterfector ſcilicet Scarabæorum: in hunc locum, quodcunque peruenia t animal, loci abhorreſcentia diſcedit; incolume tamen. At ſolus Scarabæus nequit diſcedere, ſed locum circumambiens, & vagans fame denique motitur. In Thracia, inquit *l* Plinius, iuxta Olynthum locus eſt, paruus, in quo vnum animal exanimatur, ob hoc Cantharolethrus appellatus Cornuti Scarabæi, Imperati (hi enim à noſtris Carabis diuerſi ſunt, quamuis eotum ſpeciem conſtituant) frequentes in agro Neapolitano, etiam Monoceri, qui ibidem meſibus calidiſſimis Iulio & Auguſto, maxime apparere dicuntur.

a *Lib. Adm.* Cantharo lethrus locus in Thracia.

b *L.11.c.28.* Carabi Imperati.

VICTVS.

NOn omni generi idem eſt alimentum. Nam Carabi ligno aridо nutriantur: ſunt & qui frumenta erodunt ac panes, ob id frumentarii dicti. Eriphiam quandam herbam prodidere veteres, Scarabæum in auena habentem, ſurſum deorſumq; decurrentem, cum ſono hœdi, vnde & nomen accepit. Viuunt & Canthari excrementis iumentorum: *a* Ariſtophanes facete quendam introducit ſeruum Cantharo pro cibo dantem excrementum humanum, & poſtea mulorum. Interloquuntur autem duo ſerui, quorum vnus victum ſuppeditat, alter imperat.

Scarabæus frumentarius. Scarabæus Hœdus in Eriphia herba. a *In pace in principio.*

ΟΙΚ. Ἄιρε μᾶζαν ὡς τάχιστα καὶ ταχέως.
ΕΤ. ἰδοὺ. ΟΙΚ. δὸς αὐτῷ τῷ κάκιστ' ἀπολοῦμαι
ΕΤ. κἀμὲ πότ' αὐτῆς μᾶζαν ἡδίω φάγοι.
ΟΙΚ. Δὸς μᾶζαν ἑτέραν ἐξ ὀνείδων πεπλασμένην
ΕΤ. ἰδοὺ μάλ' αὖθις. ΟΙΚ. ποῦ δὴ λῶν νῦν δ' ἤφερες.
Οὐκ κατέφαγες; ΕΤ. Μὰ τὸν Δί, ἀλλ' ἐξαρπάσας
Ὅλην ἐνέκυψε κἀκυκλίσας τοῖν ποδοῖν.
ΟΙΚ. Ἀλλ' ὡς τάχιστα τρῖς πολλὰς καὶ πύκνας.
ΕΤ. Ἄνδρες κατηρολόγοι κατεσκλάσθητε κατεστῆτε
Εἰ μὴ με βάλεσθ' ἀπαπνιγήσομαι κἀεὶ ἰδεῖν

ΟΙΚ. ἑτέραν, ἑτέραν δὸς παιδὸς ἐπιμηκέστερον,
Τετριμμένον γὰρ φασὶ ἐπιθυμεῖν. ΕΤ. ἰδοὺ
Ἑνὸς μὲν ὦ ἄνδρες ἀπολελυσμαί μοι δοκῶ.
Οὐδεὶς γὰρ αὖ φαίημι μᾶλλον τοῦτ' ἐσθίειν.
ΟΙΚ. Ἀιδοῖ, φέρ' ἄλλην χἀτέραν μοι, χἀτέραν
Καὶ τρῖς τ' ἐτέρασον. ΕΤ. μὰ τὸν Δία πολλὰ γὰ μὲν οὐ
Οὐ γὰρ εἶδ' οἷόσπερ εἰμ' ὑπερέχειν τῆς αὐτλίας,
Αὐτὸν ἄρ' εἴσω παρεσλαβὼν τὸν αὐλίαν.

Id eſt,

SER. Extolle, extolle maſſam quam citiſſime Cantharo.
AL. SER. Ecce. SER Da ipſi peſſime perdito.
AL. SER. Et nunquam ipſa maſſam dulciorem edat.
SER Da maſſam alteram è ſtercoribus mulorum factam.
AL. SER. Ecce valde iterum. SER. vbi enim quam nunc tuliſti?
Non deuorauit? AL. SER. Per Iouem; ſed rapiens
Totam reflexit circumuoluens pedibus.
SER. Sed quam citiſſime tere multas denſas.
AL SER. Viri ſtercorum lectoris accipite per Deos,
Si non me vultis ſuffocatum inſpicere.
SER. Alteram alteram da pueri ſcorti:
Tritam enim dicit cupere. AL. SER. Ecce.
Vnò quidem ô viri liberatus eſſe video:
Nullus enim dicit me pinſentem comedere,
SER. Papæ fer aliam & alteram mihi & alteram
Et tere alteras. AL. SER Per Apollinem quidem non.
Non enim amplius poſſum ſuper eſſe ſentinæ:
Ipſam certe portabo accipiens ſentinam.

Et paulo poſt idem ſeruus ingrediens dat potum Cantharo, ſed qualem, non exprimit.

NATVRA.

VIdetur Cantharis ineſſe quædam innata timiditas, cum tactu reddantur Immobiles, veluti prodidit *a* Ariſtoteles, de Inſectis ſic inquiens: Quæ, glomerari nequeunt, contrahunt ſe in inciſuras. Quod paret cum tanguntur; velut ea quæ Canthari vocantur. Vbi enim metuerint, modo ceſſant, totoque corpore indureſcunt.

Immobiles fieri tactu.

a *Lib.4. de Partib. c.6.*

ORTVS. GENERATIO.

SCarabæorum omnium non idem ortus; ſed ſingulæ fere earum ſpecies diuerſo generautur modo; ſed quomodo Pilularii (quos vbique apud Græcos ſcriptores Cantharos appellari video) non apud autores ſatis conſtat; *a* Iſidorus Scarabæos ex equorum carnibus putridis naſci tradit. *b* Plinius ex Aſinis. Virgilius, inquit, iuuencorum corpore exanimato, ſicut equorum Veſpas, & Crabrones, ſicut Aſinorum Scarabæos mutante natura ex aliis quędam in alia. Idem confirmat *c* Plutarchus, ex ſapientum placitis. Poſt dies, inquit, haud multos ii, qui in crucem actum corpus Cleomenis cuſtodiebant, iuſtæ magnitudinis Draconem viderunt caput eius circumplicaſſe, faciemque operuiſſe, ita vt nulla carniuora auis aduolaret. Id ſuperſtitionem regi iniecit, metuſque expiationem nouatum cauſam mulieribus præbuit: quod vir Diis charus, & præſtantioris humana naturæ interfectus videbatur. Alexandrini etiam frequentes ad eum locum commeãtes, Heroem Cleomenem & Deorum filium appellarunt tantiſper, dum etrorem doctiores minuerunt: docentes putrefacto bouis cadanere Apes, equi Veſpas, aſini Scarabæos generari. *d* Ariſtoteles ait Cantharos in fimo, quem voluunt per hyemem condi, & inibi Vermes parere, ex quibus ipſi procreantur Sic & Melolontas naſci ſcribit Vermibus ex fimo bouis, aut iumenti creatis. Atq; etiam *e* Plinius Scarabæorum genus celebrat (idem nimirum cum Cantharo Ariſtotelis) quod è fimo ingentes pilas pedibus auerſum volutat; paruoſque in iis contra rigorem hyemis Vermiculos fœtus ſui nidulatur: hoc eſt, vt exponit Dalechampius, velut in nido reponit, & recondit. Hieronymus Gabucinus probaturus Lumbricos in inteſtinis & excrementis generari, adducit hanc rationem, quod quædam animalcula, foris in excrementis animalium generentur. Siquidem, inquit, quotidie videmus, in excrementi bouilli equiniue humiditate, quædam naſci animantia, cortice quodam nigro contecta, quo ſub alæ iniunt, quibuſcum volitat: quæ ex eo, quod reliquum eſt humiditatis excrementitiæ veſcuntur; velut quotidie æſtate in viis cuique licet intueri: quos Gaza Scarabæos pilularios vocat Sunt qui ex Aſinorum ſtercore tantum produci tradant, alii ex Mulorum; quidam promiſcue ex quoſumuis iumentorum, vt Ariſtoteles de Melolontis aſſeruit. Suidam plurimique alii veteres, ſemen emittere Cantharum in fimum bubulum aiunt, & ita pedibus agitare donec fętus procreet. Scatabæum autem fœminam non naſci. Coroboratur idem *f* Clementis Alexandrini teſtimonio: Scarabęus inquit, cum rotundam ex bubulo ſtercore effinxit figuram, eam vultu auerſo conuoluit: hoc animal ſex menſibus ſub terra; alteram autem partem anni vitam degit ſupra terram, & ſemen in globum emittit, & gignit, & non naſcitur fœmina Scarabæo. Accedit & *g* Ælianus: In ſuo, inquit, genere Scarabæorum ratio fœmini ſexus quod ſit expers, id-eo in fimi pilam ſemen emittit, quam octo & viginti dierum ſpacio, & volutat, & calfacit, deinde fœtum procreat Quod ſi hæc ita ſint; vt fœmina careant, fimis erit loco ſexus fœminini: admirorq; *h* Plinium, qui vbi Veſpas, & Crabrones ſcribit ex equorum corpore

Fœmina nulla Scarabæis.

a *Lib.12. Orig.c.8.*
b *L.11.c.20.*
c *In vita Cleomen.*
d *Hiſt.5. c.19.*
e *L.11.c.28.*
f *Strom. l.5.*
g *Hiſt. ani. lib.9.c.16.*
h *o.11.c.20*

pore exanimato, Scarabæos ex asinorum nasci, statim subiungat horum omnium videri coitum: Quis enim coitus Scarabæis, qui fæmina carent? nisi cum stercore eos coire dixeris: excrementum enim fæminæ est loco, cum in id suum semen emittant. Potius tamen opinior Plinium non intellexisse Scarabæos pilularios siue Cantharos, sed aliud Scarabæorum genus, in quo fæmina reperitur. Atq; hæc de ortu Scarabæorum Pilulariorum, & aliorum quorundam. Carabus autem (quem Gaza modo Taurum, modo Fullonem transtulit) ex Vermibus, ex lignis aridis nascentib procreatur teste *i* Aristotele. Primum enim, inquit, Vermes ipsi immobiles fiunt, mox disrupto putamine Carabus exit, aliorum more, qui ex Vermibus gignuntur. Hoc autem loco notandum est valde Aristotelis textum mutilatum, qui dicit ex iisdem Carabis gigni Prasocurides, qui vocantur Vermiculi brassicam, & Blattas infestantes; Gaza Blattas vocat: verba Aristotelis hæc sunt. οὐ δὲ πρὶν κεφάλων γίνονται ἀλλὰ πρασοκουρίδες; sed quædam exemplaria legunt κυφάμβων: Ego & ante me doctissimus Hermolaus Barbarus, neque κυφάμβων, neque κεφάλων legendum censemus, sed κεφάμβων vt sit sensus Prasocuridas in brassica gigni apertum est, quæ & ipsæ pennatæ sunt. Cæterum vt ad rem reuertamur: eosdem Carabos non solum obseruaui ex lignis aridis maxime quercus, aut roboris nasci, sed etiam per coitum propagari, quod sapientem latuit. Superioribus enim annis mense Maii fœminam à me deprehensam peperisse vidi Vermiculos albos spacio duarum horarum plusquam quadraginta, figura Curculionis: hos intimius considerans cognoui esse Erucas paruas Bombycum modo progredientes mouentesque, quæ spacio quinque aut sex horarum cœperunt texere folliculos tenuissimo constantes filo, candidos, magnitudine seminis Melopeponis sine cortice Fodiunt rutili, & prægrandes Scarabæi tellurem aridam, fauosq; paruæ, & fistulosæ modo spongiæ medicato melle fingunt, hos in his fauis Vermiculos facere credendum est, ex quibus suum producant genus more Apum Vesparumq;, ac cæterorum, quæ fauos faciunt. Horum autem fauos, aut nidos nunquam videre contigit: sed aliorum quorundam duos, quos mihi attulit Frat. Gregorius Capuccinus, vterq; horum eadem constructus erat materia nimirum lutosa, ac valde fragili, forte ex stercore iumentorum admixto cum terreno puluere, vnde suspicor Cantharorum vtrosq; fuisse nidos, multoq; magis, eum talem fere Scarabæum mortuum, in his nidis deprehenderim. Qui priori ostenditur tabula figura est pudendi vnico canali, cuius infernæ parti testes duo appendebant, veluti scrotũ, singulisq; hisce testibus suus erat ductus, qui cum maioris canalis ductu continuabatur: & in hisce testibus latebant Scarabæi: Aliquando hi testes plures sunt numero, magisq; figura oblonga, in quibus quoque nidulantur Scarabæi singuli in singulis, & prolem suam contra hyemis iniuriam tuentes pariunt, atque educant. cuiusmodi in secunda tabula apparet.

E ligno aridо fiunt Carabi.

i Hist. 5. cap. 19.

Aristotelis locus emaculatus.

Carabos per coitum propagari.

Scarabæi rutili:

DENOMINATA.

Καυθαρόλιμνος lacus Thraciæ Scarabæis exitiosus, veluti superius dictum est. & ἡλιοκάνθαρος Scarabæus solaris, & simarius. Καυθαρίζειν apud Atticos est tremere, vt scribit Ammonius. sunt enim καύθαροι natura timidi, vnde hoc verbum originem suam deduxit. Καυθάριον est paruus Cantharus; vtitur Plutarchus in suo περὶ ἀοργησίας libro: ἔνιοι, inquit, πωλῶν πιπρόντων ἐν ἐξελομένοι καυθάριον (vt Matius) ἢ ῥυτὸν, οὐκ ἀστίρῳ ποιεῖν. Καυθάρια gemma quoq; est ab effigie Scarabæi cognominata, cuius meminit *a* Plinius. Ἡ καυθάρι κεκλουμένη ἄμπελος: apud *b* Theophrastum vitis est, quæ Canthareos dicitur, ex eorum genere, quæ ἐκ μὲν κηλουθῆτον κάρπον οὐ πίπτει: id est nisi auxilietur, fructum non concoquit. sed suspecta scriptura autori Thesauri Græcæ linguæ videtur, quum apud Hesychium reperiatur, Καυθάριος ἄμπελον ἀδῆς: in Gazæ vero versione legatur Canthara. Inde forsan est καυθαρίτης οἶνος, cuius meminit *c* Plinius inter vina transmarina. Refertur & ab eodem *d* Lapathum Cantherium, quod vtrumnam ab hoc Insecto sic sit denominatum, valde addubito, an ab equis quos Cantherios appellant, vt putat ibidem Dalechampius. Nam Hexastichon hordeum Cantherium ait vocari *e* Columella, quod Cantheriis, id est, equis pabulum detur: sic lapathum Cantherinum hoc rumicis genus vocari probabile est, quod eo valde Cantherij delectentur. In equis enim Cantherij, quod in porcis maiales, in omnium genere verucces. Lucilius;

Penula, si queris, Cantherius: seruus segestre
Vtilior mihi quam sapiens.

Cãtharias gemma.

a Lib. 37. cap. 11.

Cãthareos vitis,

b De caus. plan. 2. c. 20

c Lib. 14. cap. 7.

d Lib. 20. cap. 21.

e Lib. 2. c. 9.

PRÆSTAGIA.

Interlunij indices Scarabæi.

a Lib. 2. de Nat stirp. cap. 131.

INterlunium ex Scarabæorum generatione prodi, ac manifestari scripsit *a* Ruellius his verbis: Quin & Scarabæus omnibus cognitum animal, totidem digitis vel potius pedibus innititur: quot mensis diebus constat, inquibus exoriẽs sol suos prosequitur eur-
„ sus. Is Solis & Lunæ coitum nobis aperte demonstrat Quando-
„ quidem ex bubulo stercore pilulam ab ortu ad occasum rotando versans, in orbis imaginem effingit: quam vigintiocto diebus
„ facto humi scrobulo adobruens, tantisper celat, dum signiferum
„ ambiens luna ad intermenstruum reuertens sileat: aperto tum
„ orbiculo coitus syderum denuncians nouam prolem
„ edit, nec aliam nascendi nouit ori-
„ ginem.

MYSTICA. MORALIA.

ARistophanes in ea fabula, cui εἰρήνης nomen est, siue serio siue ridiculo (qui mos illius frequens est) Scarabæos dicit esse in tutela Iouis Catebatis, idest, desponsoris. Porro eosdem coluerunt Ægyptij. Scarabæum (inquit *a* Pamphilius) Ægyptij summo pere venerantur, animatam solis effigiem esse putantes: Scarabæus autem virilem sexum habet, & spermate in stercus infuso, ac pila deinde confecta, pedibus inuoluit ac velut solem cœlum & mensem lunarem expectat. & *b* Plinius de eodem loquens, propter hunc, inquit Aegypti magna pars Scarabæos inter numina colit, curiosa Appionis interpretatione, qua colligat solis operum similitudinem huic animali esse, ad excusandos gentis suæ ritus. Sed Plutarchus, Porphyrius, & Horus aliam huius venerationis causam reddunt, nimirum, quod mares sint omnes Scarabæi nulla fœmina. Huc Ausonij locum in masculæ veneris sectatorem refer:

Peruersa Veneris postico vulnere fossor
Lucilli vatis subulo, pullo premo.
Non Taurus, non Mulus erit, non Hippocamelus:
Non caper aut aries, sed Scarabæus erit.

Ægyptij cur sacri.

a Li. de Prap Euãg. 3 c. 3.

b Lib. 30. cap. 11

Masculæ veneris sectatores.

Clemens Alexandrinus Hypotyposeon sexto homines voluptatibus impensius deditos, & immersos ac ebrios, tanquam Cantharos in stercore volutari, scribit. *c* Plutarchus ad animi tranquillitatem collaudans memoriam bonatum rerum, & iucundarum, eos perstringit, qui à iucundarum memoria defluentes recordatione molestarum implicantur. Imo sicut Olynthi (inquit) Cantharos feruntur in locum quendam (qui ab exitio eius infecti Cantharolethron dicitur) iniectos, quod exire inde nequeant, perpetua circumuersatione enecari: ita ipsi quoq; in malorum commemorationem vbi incidere, inde se reuocare, & recreare nolũt. Naturam Scarabæi ad Christum accomodant Theologi. D. Ambrosius in Lucam ad ea verba, *Postquam venerunt in locum qui vocatur Caluaria, &c.* Deniq; inquit, licet in Cruce erat Dominus Iesus, supra Crucem tamen regis maiestate radiebat. Vermis in Cruce; Scarabæus in Cruce. Et bonus Vermis, qui hæsit in ligno. Bonus Scarabæus qui clamauit è ligno. Quid clamauit? sequitur. *Iesus autem dicebat; Pater dimitte illis: non enim sciunt quid faciunt. Pater dimitte illis*; hoc est, ne statuas illis hoc peccatum. Clamauit Latroni hodie mecũ eris in paradiso. Clamauit quasi Scarabæus; Deus Deus meus respice in me quare me dereliqisti? Et bonus Scarabæus, qui lutum corporis nostri ante informe, atque pigrum, virtutum versabat vestigijs. Bonus Scarabæus, qui de stercore erigit pauperem. Erexit Paulum, qui propter Christum æstimatus est, vt stercora. Erexit Iob, qui sedebat in stercore. Ab horum quoque animalculorum natura sumpta collatione præclare Diuus *e* Chrysostomus maledicos perstringit. Ne ergo maledixeris, inquit, ne teipsam polluas: nec lætum contexueris cum luto, & lateribus sed coronas ex rosis & violis, & reliquis floribus connexueris: nec stercus ore tuleris, quemadmodum Scarabæi (id enim faciunt, qui maledicunt: vt qui ipsi fœtorem primi sentiant) sed flores sicuti Apes, fauosq; vt illæ composueris, sisq; omnibus comis. & affabilis. Omnes enim auersantur maledicum, vt eum qui lutum redoleat, vt hirudinem qui sanguine, Scarabæum qui stercore, alienis malis, aluntur. Et iterum *f* alibi hæc scripsit: Inuidum. Cum, inquit, aliquid triste, ac doloris efficiens proximo acciderit, tunc aliquantulum acquiescit, atque respirat inuidus: alienas enim iacturas suos quæstus existimat, & alorum fœlicitatem miseriam suam arbitratur: nec magis considerat, quid ipse suaue consequatur, quam quid proximo calamitosum inferatur. Nonne igitur tales homines lapidibus petendi? Nonne omni cruciatu contorquendi sunt? Non aliter quam canes rabie concitati, infestiq; dæmones atq; furiæ ipsæ. Nam quemadmodum Scarabæi alieno stercore, sic inuidi aduersa aliorum fortuna nutriuntur, cum sint communes humano generi hostes, & inimici.

Maledici.

e Homil. in Psal. 49.

f Hom. 42 in Matth. cap. 12.

Inuidus Scarabæo similis.

HIEROGLYPHICA.

BEllatorem strenuum Aegyptij sacerdotes per Scarabæos designabant. At dixerit imperitior aliquis. Quid Scarabæo cum duce belli? Permulta sane congruunt. Principio vides, vt totus armis luceat Scarabæus, nullaque pars corporis sit non diligenter crustis, ac laminis communita, vt melius non videatur armatus Mauors Homericus, cum illum maxime sua instruit panoplia. Adde nunc militarem assaltum, cum horrendo ac Panico bombo, cantuq; vere militari. Quid enim insuauius classicorum sonitu? Quid ἀμεσώτερον tympanorum strepitu? Nam tubarum vocem, qua nunc reges tantopere delectantur, olim Busiritæ non ferebant, quod Asino rudenti videatur adsimilis. At ei genti inter abominanda habebatur asinus, adde laboris in voluendis oneribus patientiam, inuictum animi robur, & vitæ contemptum. Ad hæc negant in Scarabæorum gente fœminam inueniri, sed omnes esse mares: Verum quid magis congruere potest, in fortem Imperatorem, aut Principem bellicosum? Quin & illud ad hanc rem apte quadrat, vt indicat *a* Plutarchus, quod in delicatis illis pilis, veluti dictum est, fœtus suos edunt, fouent, alunt, educant: nec alius est locus nascendi, quam cibi. Verum hoc mysterij non facile sit interpretari. Rectius exponunt Imperatorij milites, qui norunt, quid sit οὐ ἀστῖδι ξενίζεσθαι, qui norunt χαμευνίας, qui in obsidione

Bellator strenuus.

a Lib. de Isi. & Osiride.

obſidione nudi duras hyemes, duriorem famen læpenumero pertuleruut, qui vitam ægram non iam herbarum radicibus, ſed fœdo victu produxerunt, qui menſes aliquot in nauibus exegerunt. Si quis huius vitæ ſordes perpendat, mundus erit Scarabæus, ſi quis miſerias, eſt quod Scarabæo inuideat. At hæc eſt laudatiſſimorum Imperatorum ſors, & conditio, ne quis forte contemnat. Cur itaq; ipſi ſacerdotes maſculam virtutẽ, ac ferociam, per Scarabæum expreſſetiut, vides: cur quoq; imagines eorum annulis inſculptas geſtarint nam id tradiderunt pluribus *b* Plutarchus & Aelianus Scarabæus, inquit Cælius Calcagninus in annulis ſculptus ſignificat hominem geſtantem illos annulos debere eſſe animo virili, & non effæminato, ſicuti Scarabæus tantummodo eſt maſculus, neque habet fæminas. Erat & lignum Romanorum militum Scarabæus quo virilem animum præſtare ſe debere admonerentur, neq; muliebriter, quidquam meditare facereue: eaque de cauſa dictum ab Horatio:

Scarabæus annulis inſculptus.

b *Li. de Iſid. & Oſirid.*

Tyrtæus mares animos in Martia bella
Verſibus exacuit.

Contra vero & Phrygas & ἀμαϊδας, in effæminationis opprobriũ, Virgilius & Homerus vtcrq, ſuos appellauit, quod nihil ſaperent maſculum, ſed muliebri torpore ignauiaq; ceſſarent. Solem quoque per idem Inſectum expreſſiſſe Aegyptios, plurimi ſunt locupletiſſimi teſtes: adduco *c* Diogenem Laertium, qui hæc ſcripſit: Aegyptiorum autem, inquit eiuſmodi Philoſophiam de Dijs, ac ,, iuſtitia dixere Materiam principium fuiſſe rerum. ea deinceps ,, quatuor elementa diſcreta, perfectasq; complures animantes. ,, Solem & Lunam Leos eſſe, alterumq; Oſirim, alterum Iſim ap- ,, pellatos. Exprimere illos per Scarabæum, & Draconem, accipi- ,, trem, aliaque animalia, Manethus author eſt, in naturalium epitome, & Hecathæus in primo de Aegyptiorum philoſophia libro. At cum Scarabæorum tres ſint ab Aegyptijs celebratæ ſpecies vna αἰλουρόμορφος, altera πωροειδής, tertia μηνοκέρως, veluti dictũ eſt, dubitare quiſpiam poſſet, quam uam horum trium ſoli conſecrarint. Plurimorum eſt conſtans, ac firma opinio αἰλουρόμορφον fuiſſe, quæ ſcilicet felis faciem mira refert ſimilitudine, eſtq; radijs quibuſdam inſignita: eaq; de cauſa ſolis hieroglyphicum formã hanc eſſe voluerunt Aiunt vero Aelurum, (qui apud Latinos catus, & felis nominatur) oculorum pupillarumq; vſum cum ſolis curſu αὐπαθείᾳ quadam commutare. quippe quæ & noctu, & ingruente matutino tempore vegetiores fiunt, & acutius cernunt ad ortum vſq; iubaris, vnde ſenſim paulatimq; incipiunt hebetari meridiem verſus, atque ita quo magis ad occaſum declinat ſol, eo minus obſcuriores fieri. Ad hæc Scarabæo digituli vnicuique ſunt triginta, totidemq; ſunt menſis dies, quibus ſol ortu continuo gradatim per ſingula ſigna curſum peragit ſuum. Altera vero ſpecies, quam δίκερον, id eſt bicornẽ, & πωροειδὴς appellant, quod Tauri faciem præ ſe ferat, Lunæ dedicata fuit, propterea quod cæleſtem Taurum Lunæ Aegyptij exaltationem commentati ſint. Tertiæ ſpeciei hieroglyphicum Mercurio dedicatum fuit, quippe vnicornis, & à reliquis forma admodum diſſimili. Cæterum Scarabæis communi nomine ſic dictis (nos Cantaros appellauimus ex ſtercore iumentorum orientes) Aegyptios ſacerdotes mundũ eiusq; conuerſiones motusq; ſyderum ſignificaſſe putant plurimi, quod pilulas illas, ex quibus ortum habuerunt, ad mundi ipſius formam, & imaginem effingant: Vbi enim bubulum, aut alterius iumenti excrementum nacti fuerint, pilulas efficiunt, quas ab exortu occaſum verſus poſticis impellentes pedibus, non intermiſſa rotatione protrudunt, ipſi interim aduerſus ortum ſpectant, quaſi de induſtria id dent operæ, vt cœli ipſius exemplar intuendo, imaginem eius exprimere conentur. Quid vero illud, quod inter trudendum à ſubſolano in Afticum fertur, quaſi aſtrorum ortui fieri obuiam contendat, qui quidem proprio motu ab Africo ad ſubſolanum eſt? Rerum procreatio atq; principium ex eiuſdem animalis imagine ſignificarunt, ſi quidem quidam affirmarunt haſce eius pilulas in aquas volutando protrudi ſi igitur ex aquis in lucem prodeunt Scarabæi, fieri non abſq; ratione arbitror, vt rerum generationem ſignificent. Hanc enim ab aquis eſſe ſapientes quidam viri non infimæ ſane autoritatis crediderũt, Homerum ſecuti, cuius hoc placitum:

Felium natura.

Luna.

Mercurius

Mũdi Hieroglyphicũ

Motus ſyderum.

Procreatio rerum & principiũ.

Aqua principium generationis, quibuſdã.

Ωκεανὸς ἐξ οὗ περῶτον μὴ πάντ' ἐγένηθη.

Id eſt.

Oceanus ex quo quo primum ſunt omnia nata

Nam ea quis quotidie non intueatur, ſcandere aquas in cælum, vt ait, Plinius, eaſdem cadentes omnium in terra naſcentium eſſe cauſas, fruges inde gigni, arbores, fruticesq; viuere, vitalem etiam herbis animam elargiri, omnes deniq, terræ vires aquarum eſſe beneficia. At vero quod ex aquis dixerimus Scarabæos oriri, inde cognoſcitur planius: nam ſimul ac pilæ illæ ex fimo fabricatæ ſunt, Scarabæus terram infodit, vbi eas per dies aliquot viginti ſepultas ſub terra detinuerit, quot nimirum diebus Luna duodecim ſigna Zodiaci permeauerit: atq; hæc hyeme potiſſimum rigente fiunt: poſtea hæc pilæ tam diu ſepultæ animantur, primum in Vermiculos, mox in Scarabæos, qui tamen adhuc fimi folliculo incluſi viuunt. nono autem & vigeſimo die pater è nido prodit, pilulas egerit, & ſingulas, vti diximus, protrudendo in aquam deuoluit, vtpote qui diem eum Solis Lunæq; coitum conciliare non ignorat, ac perinde mundi ipſius generationem quandam aſſimilare, Luna noua incipiente. Pilæ autem in aquis mollitæ primum, atq; haud ita multo poſt adapertæ cum fuerint, informati iam excluduntur Scarabæi, & nigrum it campis agmen. Quod vero apud Aegyptios legitur, hieroglyphice per Scarabæi figuram ſignificari Vnigenitum, non eo tantum modo accipiendum, inquit *d* Pierius Valerianus, quo quempiam vnicum filium vnigenitũ appellare conſueuimus: ſed ea etiam de cauſa, quod ab vno tantum genus agnoſcat, imo quod ſolus ipſe ſibimet ſeminium fuerit: ſinguli enim ex pilulis ſingulis procreati, nequaquã habent ad quod genus referant ſuum, ſed abſq; vlla propagine nulla maris genitura, uullo fœminæ conceptu Vermium ſponte uaſcentium inſtar in eam ſpeciem prodierunt. Exigere & is locus videtur, vt Deum optimum & maximum humano corpore aſſumpto Scarabæi ſimilitudinem ſubijiſſe, dictis Theologorum oſtendamus: neq; vero quiſquam indignum facinus clamitet Deum ipſum omni admiratione maiorem, Inſecto omnium putidiſſimo, viliſſimo, terrimoq; aſſimulari, qui legerit apud D. Auguſtinum in ſoliloquijs, de admiranda Chriſti humanitate dictum: Bonus ille Scarabæus meus non ea tantum de cauſa, quod vnigenitus, quod ipſemet ſui autor, mortalium ſpeciem induerit, ſed quod in hac fæce noſtra ſe voluterit, & ex ipſa naſci homo voluerit. Neq; veritus eſt probus ille Theologus, pietatis & integritatis columen dum in nidiriſſimo Dei fulgore contemplando, hominisq; ex oppoſita parte cloacalem quendam putorem expendendo, ſubturpiculam locutionis quodammodo ſtomachoſæ nauſeam, delicatiori cuipiam habitaturi deriſui, qui ſatis exploratum haberet, Deum ſe Vermen etiam per Propheram appellaſſe: proindeq; eos, qui tanti myſterij cognitionem aſſequerentur, ac perinde ſtercorariam Scarabæi procreationem ex hiſtoria callerent, dictum vtroq; pollice probaturos. Quod vero ad Pſalmographi dictum pertinet: *Ego ſum Vermis & non homo*, fuere nonnulli, qui pro Vermis ſum, Scarabæus traduxere: quaſi diceret, contemptiſſima res ego ſum. Euthymius ita ex Chriſti perſona humiliare ſe Dauidem ait, qui alioqui & Propheta erat & Rex, alibiq; ſe canem mortuum appellare, vt libro Regum legitur. Qui vero putant dictum hoc, propter humanam Chriſti generationem, quæ abſq; vlla viri coniunctione fuit, id nobis indicare videtur, quod quemadmodum Vermis è pluuia naſcitur deſuper in terram veniente, ita & Chriſtus ſuperno ſancti ſpiritus in Virginem aduentu generatus eſt, quam ob cauſam Chriſtus Vermis dicitur. Porro Auguſtini dictum eo quoq; reduci poteſt, vt aſſertor noſter ait, *Ego ſum Vermis & non homo*: quia ſcilicet ex mare & fœmina naſci ſolet, ego vero nõ ex maſculo, & fœmina ſecundum ritũ humanũ, atq; naturam, ſed in exemplum Vermis natus ſum, cuius non eſt aliunde ſemen, ſed in ipſis, in quibus eſt corporibus, ſua eſt origo. Clementis recognitionum opus circumfertur qualecunq;, non vocabulis tantum vitiatum, verum ſententijs etiam deprauatum, in quo quidem multa à malignis ingenijs in inſtitutionis noſtrę ludibrium inculcata ſunt. Sed hæc corrigere alterius fuerit cenſura, illud hoc loco tantum arringam, quod circa texti finem ſcriptum eſt, nos vt Cantharis libenter volueremur in ſtercore: vbi is qui gloſſemata quædam adſcripſit, non vt Cantharis, ſed vt Cantherij legendum putat, ratus nimirum Campanum prouerbium ad hoc facere, Cãterius in foſſa. In Epiſtolis vero bonus ille vir quiſquis cenſor fuerit, ſed non ſatis eruditus, audacter Cantherij fecit, cum Cantari dubio procul ſit legitima lectio, ex hac ipſa, quam retulimus hiſtoria naturali deſumpta Sed ne quid, quod ad Vermen facere ſuccurrat, prætereamus, is prauæ nonnunquam cogitationis inſuetudinem Hieroglyphice ſignificat. Quod Euchetius ad Eſaiæ dictum trahit: Vermis eorum non morietur. Atq; hæc omnia, quæ nunc diximus ad Pierium Valerianum autorem ſunt referenda, qui de hoc hieroglyphico, quam copioſiſſime ea ſcripſit, qui etiam cauſam tradidit, cur vir paterue Scarabæo exprimeretur. Cũ vero ita, inquit, naſcatur Scarabæus, vt nullo fæminæ beneficio progignatur, ſolaq; patris cura, labore, diligentia, vitam auſpicetur (non enim fæmineum inter ipſos genus) hinc fit, vt Ægyptij ſacerdotes patrem ſignificaturi, Scarabæi prætulerint imaginem: & vbicunq; maris officium maſculamq; vim exprimi voluerint, non alio magis vterentur hieroglyphico: nam velut pro mattis, & fæminei ſexus ſymbolo vulturem pingebant, quod illa abſq; patris ope procrearetur, vti commentario ſuo diſputatum eſt: ita vium ob ſimilem, quam attulimus, cauſam, per Inſectum eiuſmodi intelligi voluerunt. Hominem quoq; à ſole febricitantem, ac pereuntem per Scarabæum intellexerunt: Hunc autẽ cæcum piugebant, oculos vel acu, vel alia quauis leui cuſpide transfoſſum, ita vt exocularus omnino videretur. Aiunt enim ſolares radios Scarabæo inimicos eſſe, quibus ſi vehementius imperatur, accidere vt ſtatim occæcetur: ſimul ac cæcus effectus fuerit, breui etiam commori Virtus quoque eneruata dilicijs eodem Inſecto ſignificari poteſt, nam cum ſit egregius bellatorum dictator, tam alienus eſt a mollitie, vt cum primum venereas roſas olfecerit emoriatur. ſi itaque quis, inquit Pierius, Hanibalem ducem Capuæ deſidentem velit, effœminatum pingere, ſcutum illi cum Scarabæi ſigno tribuat, oras vero clypei roſarum ſertis ambiat, aut quid huiuſmodi.

Ex aquis vt oriãtur Scarabæi.

Vnigenitus

d Lib 8. Hieroglyph.

Deus in humano corpore.

Vermis Deus.

Chriſti humana generatio.

Clemens emẽdatus.

Cãtherius in foſſa.

Vir paterue.

Homo febricitans & moriens.

Virtus eneruata dilicijs.

Roſas fugiunt Scarabæi.

EMBLEMATA.

IN eandem Pierij ſententiam quadrat, & illud Emblema à Ioachimo Camerario iuniori conſcriptum ſub titulo *Turpibus exitium*, cuius hi ſunt verſus.

Cantharidum roſa mors. ſic luxu dilicięq;
Eneruant animos eripiuntq; virum

In hos verſus hanc explicationem addidit idem Camerarius. Cantharis ac Scarabæi, & huius generis Inſecta plurima, ita fœtoribus & ſordibus, ex quibus originem duxerunt, delectantur, & illis ſuſtentantur, vt contra odorum ſuauitate plane exanimentur,

mentur, & pereant. Ideoque rosis insidentes Scarabæi vel Cantharides torpescere, vel tandem emori dicuntur. Ad hunc modum molles, & effœminatos, in suis voluptatibus, ac delitiis, quæ non solum corpori, sed menti quoque obsunt, plurimumque nocent paulatim contabescere, ac tandem illico luxus interitu suo meritas pœnas luere constat. Quod Claudianus lib. 2. ad Stiliconem egregie hisce versibus nobis explicauit,

Luxuries pradulce malum qua dedita semper
Corporis arbitriis hebetat caligine sensus,
Membraq; Circau effœminat arius herbis.
Blanda quidem vultu, sed qua non tetrior vlla
Interius fucata genas, & amicta dolosis
Illecebru, toruos auro circumligat hydros.
Illa voluptatum multos innexuit hamis.

Silius quoque Italicus breuiter hæc exposuit.

——Nec ira Deum tantum, nec tela nec hostis
Quantum sola nocet animis illapsa voluptas.

A minimis timendum

A minimis quoque timendum esse, Emblemate suo à Scarabæi fabula desumpto, exposuit his versibus Andreas Alciatus:

Bella gerit Scarabaus & hostem prouocat vltro
Robore & inferior, consilio superat.
Nam plumis aquila clamse neq; cognitus abdit,
Hostilem vt nidum summa per astra petat,
Ouaq; confodiens prohibet spem crescere prolu
Hocq; modo illatum dedecus, vltus abit.

FABVLAE. APOLOGI.

EX Fabella Æsopica de Scarabæo, & Aquila superius Emblema Alciati desumptum videtur, qua docet inimicum quamuis humilem, doctis prudentibusque esse metuendum, nec cuiquam contemnendum hostem, quamuis infimæ fortunæ. Itaque vt precedens Emblema melius intelligatur, lubet ipsius Aesopi apologum hic referre. Lepus Aquila insectante, in lustrum Scarabæi profugit, rogans vt ab eo seruaretur. Scarabæus autem rogabat Aquilam, ne occideret supplicem, obtestans ipsam per maximum Iouem, ne scilicet contemneret paruitatem suam. Illa vero irata ala percussit Scarabæum, & leporem arreptum deuorauit. At Scarabæus, & cum Aquila volat, vt nidum eius disceret, & iam profectus oua ipsius deuoluta dirupit. Illa indigne ferente, quod quis hoc ausus fuisset, & in sublimiore loco secundo nido constructo, & illic rursus Scarabæus eisdem eam affecit. Aquila autem consilii inops penitus, adscendit ad Iouem (huius enim sacra esse dicitur) in eius genibus tertium partum ouorum posuit, Deo ipsa commendans, ac supplicans, vt custodiret. Scarabæus autem pilula facta, & adscendit in sinum Iouis eam demisit, sed Iuppiter cum surrexisset, vt fimum excuteret, & oua proiecit oblitus, quæ & contriuit deiecta. Cognito à Scarabæo, quod hoc secisset, vt Aquilam vlciscereturnam non modo Scarabæum illa iniuria affecit, sed & in Iouem ipsum impia fuit, reuersæ Aquilæ, ait Iuppiter, Scarabæum esse qui mœstitiæ causa fuerit, & certe iure fuisse. Nolens igitur genus aquilarum rarescere, consulit Scarabæo, vt Aquilæ conciliaretur. Sed eo non parente, Iuppiter in aliud tempus aquilarum transmutauit partum, cum Scarabæi non appareant. Meminit huius fabulæ comicus *a* Aristophanes hisce eisdem versibus.

De Scarabæi & Aquilæ inimicitia.

a In Pace.

Ἐν τοῖς αἰσώπου λόγοις ἐξηυρέθη,
Μόνον πτεινῶν εἰς θεοὺς ἀφιγμένον,
Ἄπιστον εἶπας μῦθον, ὦ πάτερ πάτερ,
Ὅπως κόκκυγα μὴ ζῶν ἦλθεν εἰς θεούς,
Ἡλθεν κἀν ἐχθρὰν ἀετοῦ πάλαι ποτε
Ὢν ὀκκυλίνδων, κόπτων μαρούμενον.

Id est.

In Fabulis est repertum Æsopicis
Adiisse diuos vnicum è volucribus.
Haud credibilem ais fabulam pater pater,
Adiisse diuos animal obscænum atq; olens.
Peruenit olim inquam, ob similitudinem asperam,
Qua illi fuit cum Aquila, oua voluens illius
Et expetens pœnas ab hoste mutua.

Aristoph. comœdiæ pax inscriptæ argumentum.

Aristophanes etiam Εἰρήνη comœdiam inscripsit: hanc bello Peloponesiaco, cum iam defessos, bello vniuersos Græcos, & Athenienses videret conscripsit: admonens ciuitates deponere debere mutuas contentiones concordiam, & pacem propriori inimicitia accipere. Adducit igitur in ea Comicus quendam agricolam Trygæum nomine, maxime pacem expetentem; qui tristans in bello, in cœlum ascendere consultatus est ad Iouem, interrogaturus ab ipso propter quam causam, sic exeurrunt Græcorum res, tantum facientem bellum ipsis; quem iam dubitantem, quomodo in cœlum iter faceret, adducit nutrientem Cantharum tanquam euolaturum in cœlum per ipsum, Bellerophontis iure. Incipiunt autem loqui primum duo serui, quibus & nutrire iussit Cantharum, ægre ferentes eius cibum, qui cum esset tam fœtido odore illis fuerit tractandus. Therambum in Carabum mutatum fuisse prolixe satis tradidit *b* Antonius Liberalis, hisce verbis. Euseiro, Neptuni, & Eidotheæ nymphæ Othretidis F. Therambus fuit filius, in Meliensium terra domicilium habens ad montis Othris radices. Is pecus, quod ei obtigerat copiosissimum, pascebat adiuantibus nymphis, quod eas in montibus cauendo oblectabat. Fertur enim suæ ætatis hominibus arte Musica antecelluisse, qui bucolicis carminibus famam reperisset, & pastoralem ex arundinibus fistulam in montibus reperisset, lyraque primus hominum vsus esset, & plurimas elegantissimasque cantilenas composuisset. Eam ob rem aiunt apparuisse aliquando ei nymphas, & ad ictus pollicis Therambici saltasse. Pana vero beneuolentia adductum, monuisse hominem, vt Othrii relicto greges in campo pasceret: inusitatum enim, & incredibile frigus instare. At Therambus, qui iam inde à puero iactatia ea fuisset, vt à Deo sana priuatus ratione iudicari posset, greges ab Othrii in planiciem depellere in animo nequaquam induxit: nymphas autem ingrato, & fatuo sermoue est insectatus, non esse eas Iouis genus, sed Dinasperchii natas dicens: & Neptunum desiderio vnius de sororibus Diopatræ nimirum impulsum, reliquas radicibus terræ affixisse, inque Alnos mutasse, dum eas concubitus fatur demiserit, pristinæque naturæ restituerit. Hoc fuit Therambi in nymphas conuicium Paruo post tempore subito gelu incidit, quo valles sunt adstrictæ, copiosaque nix decidit, & oues Therambi vna cum viis ac arboribus perierunt. Nymphæ autem, in eum iratæ ob maledictum mutarunt in Cerambicem, quæ est auis ligniuora. Conspiciturque in lignis curuis dentibus, malas semper mouens, nigra, oblonga, solidis alis, adsimilis magnorum Cantharorum. Vocatur bos ligniuorus, & apud Thessalos Cerambix. Hunc pueri pro ludo habent, caputque amputantes circumferunt: quod simul cum alis similitudinem gerit Lyræ è testudine confectæ. Hæc Antonius Liberalis ex Nicandri libro de immutatis.

Therambus in Carabum mutatus.

b Li. Metamorph.

PROVERBIA.

Καράβος ἀετὸν μάχεται, id est, *Scarabaus Aquilam quarit*: cum imbecillior, atq; impotentior mali quippiam molitur, struitque insidias inimico longe potentiori Est & altera lectio ὁ κάραβος ἀετὸν μαιεύεται id est Scarabæus aquilæ obstetricatur. Sensus fere idem est, siue legas μάχεται, siue μαιεύεται. Competit enim in humilem, & imbecillum, qui viribus longe præpollenti, malitiosis insidiis, & clancularis dolis perniciem machinetur. Aristophanes in Lysistrata:

Scarabęus Aquilam quærit.

Ὑπερχολῶ δὲ ἀετὸν πίκτοντα καὶ θαρόντε
Μαιεύεσθαι.

Id est.

Supra modum irascor tibi Scarabaus aquilam ego te;
Quando oua paries obstetrix iuuabo.

Porro ad huius prouerbii planiorem expositionem pertinet ex fabula, quam paulo superius ex Æsopo citauimus. Meminit eiusdem prouerbii etiam Suidas.

Θᾶττον ποιήσει μέλι κάνθαρος, ἢ γάλα κώνωψ
Mel citius faciet Scarabaus & ante Culex lac.

Prouerbium ad τῶν ἀδυνάτων classem pertinet, quæ referuntur in epigrammate Palladæ. Κανθάρου σοφώτερος, id est, *Cantharus astutior*, aut Callidior. Zænodot[o] ait, Athenis cauponem fuisse quempiam, nomine Cantharum, quem ob maleficia & imposturas, ac proditiones capitis affecerint supplicio, proinde vulgo receptum, vt in versutos ac impostores diceretur. At vero proprius videtur, si referatur ad animantis naturam, & apologum Æsopicum, quo narratur, quemadmodum Scarabæus tanto aquila inferior viribus tamen ingenio superauit auium omnium reginam. Κανθάρου σκίαν, id est, *Scarabæi vmbra*. Dictum deinde inani metu, quod hoc Insectum sub noctu repente aduolans horribili bombo, nonnunquam terrere soleat parum attentum. Recensetur à Diogeniano.

Mel citius faciat Scarabæus.

Cantharo astutior.

Cantharus caupo Athenis.

Scarabæi vmbræ.

Αἶρε αἶρε μάζαν ὡς τάχιστα καν θάρῳ
Id est.
Mazam sine mora pone pone Cantharo.

Hoc versiculo exorditur Aristophanes Εἰρήνῃ comœdiam quem eruditi quidam prouerbii loco referunt. Eum vsurpare licet quoties sordidus cibus immundo conuiuæ apponitur. Quidam miuistris panem furfuraceum apponunt, furfur autem tritici putgamentum est, vnde per furfuraceam Mazam cibum aluo redditum innuit, vt vult adagiorum autor; hinc enim vt nascuntur, ita & aluntur Cauthari; cognoscitur autem ex sequenti versiculo quo inquit,

Tolle Mazam Cantharo.

Δὸς μάζαν ἑτέραν ἐξ ὀνίδων πεπλασμένων.
Id est.
Mazam alteram da è stercore confini conditam.

Porro Maza confectio quædam erat ex farina & lacte, panem imitans. Simillimum est illi proberbio *Cypro boui merendam. Μισὸς Κανθαρὶς, abominanda Cantharis.* De contemptissimo vilissimoq; homunculo dicebatur. Cantharides vermiculi sunt lethali veneno. Quanquam hoc loco magis conuenit, vt sit diminutiuum à Cantharo Scarabæo quasi dicas Scarabæolus. Apud Suidã legitur Μυὸς Κανθαρίς. i. miurib. Cantharis, quibus velitnondum doctiotib. compertum; suspicatur autor adagiorum mendum subesse. Si legatur Μύσος sonat abominanda inquit: si Μυσὸς sonat Mysiam Cantharidem. Mysos autem olim fuisse contemptui, docuit alias idem autor, hocque contemptum maxime probatur. Καν θάρου μελάντερον. i. *Scarabæo nigrior*; in fœdos vehementerque atros, & fuscos. Nam Scarabæus insigni, & fœdo nigrore est, vt pluuies dictum est. Αἰτναῖος Κανθάρος. *Ætnæus Cantharus* de magnis, & fœdis dictum. *a* Aristophanes.

Maza quid Abominandus Scarabęus.

Scarabæo nigrior.

Ætnæus Canthar[o].

a In Pace.

Οὐκ οἶδ' ὅστις εἰσήγαγ' αἰτναῖον μέγιστον Κάνθαρον.
Id est.
Non sciuit qui introduxit Ætnæum maximum Cantharum.

Ætnæum autem dixit, & prægnantem vel quod in Ætna varii maximiq; Scarabæi fiunt, vel Ætnæus dixit tanquam instar Ætnæ

montis maximus. Fabulis quoque proditum eſt, Aetnam vnum è giganribus præcipue complexam fuiſſe, ac ſeruaſſe ne cùm reliquis periret fulmine: vnde & illud, ὅυτε πῦρ ὀυράνιον ἐπὶ αὐτὸν ἦλθεν, ὅτε αἴτνη μίζει ἀυτὸν. id eſt; nec ignis cœleſtis ipſum attigit, nec Ætna ipſum premit. Auctor Diogenianus Θᾶττον ὁ Κάνθαρος ἢ αὖ με πειθεῖν. id eſt citius Scarabæum in diuerſam ſententiam protraxeris De iis, qui malis aſſueuerunt, à quib. tamen reuocari non poſſunt, eo quod aſſuetis videantur optima: *b* Lucianus ὅυτε γὰρ αὐτὸς πότε βελτίων γένοιο πρὸς τὴν ἐπιτίμησιν, οὐ μᾶλλον ἢ Κάνθαρος κεῖ πειθοίη αὖ μηκέτι τοιαῦτα κυλίνδειν, ἅπαξ αὐτοῖς σωφρόνης μανόμθρος. Id eſt Neque enim vnquam ipſe fleres melior increpatione mea, nihilo magis quam Scarabæo perſuaderi poſſet, ne amplius talia voluat poſteaquàm ſemel illis aſſueuit. Scarabæus fœtus ſuos educat in ſtercore iumentorum, & id idem paſcit atq; ibidem habitat. Excremẽta vero fingunt in ſphærulas, eaſque in nidum deuoluunt capite in terrã demiſſo, poſterioribus pedibus in altum erectis Nemo facile abducitur à vitiis in quibus natus & educatus eſt, & quæ per ſe ſunt fœdiſſima, videntur & pulchra, & dulcia diutinæ conſuetudinis commendatione. Eiuſdem ſenſus, & hoc eſt *Cantharus pilulam*, dicitur in eos, qui, caſtigati ſæpius nihil proficiunt: ſed quod pertinaciter ſemel arripuerint, pertinacius fouent Quod enim animali ingenitum, nulla prorſus arte viceris. Ο Κάνθαρος τὴν Κάνθαρον σωάγει id eſt. Scarabæus Scarabæam cumular. Poteſt torqueri in peccatorem, & hominem impurum, qui multa peccata committit, cui poſtea non ſupereſt tantum temporis, vt ea quæ commiſit vitia & peccata expiare poſſet, quemadmodum Scarabæus, qui plurimas cumulat pilulas, nec expectat donec ex vna fœtum excluſerit. Vtitur hoc adagio *e* Iſiodorus Peluſiota, hominem oſtendens in ſacra ſcriptura recte cum feris, ac iumentis cõparari. Nam, (ſcribit ad Nemeſium) ſi rem accurate atque exacte ,, perpendere velimus, non iumentis duntaxat, ſed etiam trucu- ,, lentis feris comparari poſſe videtur. Imo etiam eas ſuperat qui ,, turpium affectionum ac libidinum amator eſt Quodque mirũ ,, atque ab hominum opinione alienum eſt, quæq; fera vni tantũ ,, vitio ſeruit: at qui hominis ſpeciem habet omnibus vitiis in vnũ ,, congregatis, & cumulatis, vltra eorum temeritatem & amen- ,, tiam progreditur. at ne me hyperbolice loqui putes, ipſas res in ,, corrupta mente perpendamus. Cùm enim quiſpiã vt taurus ſub- ,, ſultat, vt aſinus calcitrat, vt ſalaciſſimus equus in fœminas hin- ,, nit, vt vrſus voracitati ſtudet, vt mulus corpus ſaginat, vt came- ,, lus iniuriarum memoriam retinet, vt leo irascitur, vt lupus rapit, ,, vt Scorpius ferit, vt ſerpens ſubdolus eſt, improbitatis venenũ ,, vt vipera conſeruat, opes denique vel vt rectius loquar, peccata ,, cumulat vt Scarabæus Scarabæas, quonam pacto quiſpiam bel- ,, luino animo præditũ inter homines recenſeri poterit, &c ? Hęc aurem omnia hiſce noſtris paginis inſerenda duxi, vt ſi quis meliori præditus ingenio (cum ſciam hunc autorem non ita cuique ad manus eſſe) clariorem expoſitionem, & aptiorem quam nos dedimus inuenerit, cæteris quoq; litterarum cupidis communicare poſſet. *Scarabæi non guſtant Atticum mel.* conuenit in homines ſceleratos, improbos, nebulones, qui ſapientum virorum dicta non exaudiunt, nec virtutem ſequuntur, ſed perpetuo latrociniis, ſceleribus, cæteriſque vitiis intenti ſunt, iiſque tanquã Scarabæi ſtercore, quotidie ſe inuoluunt, & in iis verſantur Vtitur hoc Clemẽs Alexandrinus in oratione ad Tharſenſes, qua eos caſtigat, quod Theophilum Alexandrinum virum prudentiſſimum & ſapientiſ- ,, ſimum, audire noluerunt, eique obſequi Theophilum, inquit, ,, haud ſcio an vnquam audiueritis; Quemadmodum quidam ait ,, Scarabæos in Attica, licet ibi mel ſit puriſſimũ, illud tamẽ nũ- ,, quam guſtare, neque ſi effundatur, ſed potiùs alium cibum, ita ,, & vos ſermones de virtute, viroſque ſapientes non curatis, ſed e- ,, ſtis hilares, & ad cauillandum facundiſſimi. Illud poſtremo annotandum vice prouerbii à Plutarcho in ſympoſiacis eſſe pronunciatum ridiculos videri qui in conuiuio innoxias aucrſantur voluptates, ſicuti οἱ κάνθαροι τὸ μύρον, vt Canthari vnguenta.

Scarabæo citius perſuaſeris.
b *In Pſeudologiſta.*
Cantharus pilulam, Scarabæus Scarabæã cumulat.
e *Epiſt. lib. 2. 135.*
Scarabæi non guſtãt Atticũ mel

VSVS IN MEDICINA & aliis.

Scarabæorum nullus, quod ſciam, veteribus vllis populis vſus in cibo fuit, immo ne Iudæis quidem, His enim prohibebantur ea animalia, quæ quatuor pedibus incedunt (nam poſteriores, qui longiores erant, nõ numerabant) nec ſaliunt, vnde & Scarabæi Hebræis prohibiti, teſte *a* Auguſtino. Lucanos ait *b* Ferrantes Imperatus quos aliqui Ceruos volantes vocant in Italia, in magno eſſe pretio, ad dolores ſedandos fæliciter vſurpari, & neruorum contractiones, quod malum hodie Neapolitanis Granciõ dicitur; ad easdem ægritudines portari quoque vice amuleti auro, & argento obductos Ex eorundem cornibus amuleta faciunt pueris ad terriculamenta & faſcinationes; alii laudant ad omnes infantium morbos collo ſuſpenſa eadem cornua. Lucanorũ, inquit, Pierius Valerianus, cornicula non tantum collo ſuſpenſa ad quartanas, quib. id remedii applicat Plinius, verum etiam in frigidiuſcula lanatione vrinatoribus ad neruorum ſtuporem, qui plerunq; fit in aquis, amuletum creditur Nam *c* Plinius ait Magos ad quartanam adligare Scarabæũ cui cornicula ſunt reflexa, ſiniſtra manu collectũ: Proculdubio hic Taurum intelligit, vt etiam exponit Dalechampius: nam & ſuperius eodẽ *d* libro, Tauri, inquit, vocantur Scarabæi terreſtres Ricino ſimiles (colore, non magnitudine, inquit, Dalechampius in ſuis annotationibus) nomen cornicula dedere. Alii Pediculos terræ vocant. Ab his quoque terram egeſtam illi-

a *Retract. 2 qua ſcripſeris epiſcop.*
b *Lib. 28. Hiſt. Nat.*
Ad neruorũ contractiones.
Dolores ſedandos.
Ad quartanam.
c *L. 30. c. 11.*
d *Cap. 5.*

A nunt ſtumis, & ſimilibus vitiis, & podagris. Triduo non abluũt- prodeſtque hæc medicina in annum. Omniaque his adſcribunt, quæ nos in Gryllis retulimus. Sed ad quartanas, de quibus ſuperius paulo facta eſt mentio, etiam Scarabæum laudat, qui pilulas voluit, idem *e* Plinius, aitque ad eaſdem etiam magos, tertiũ Scarabæum, qui vocatur Fullo, albis guttis, diſſectum (alii legunt ab his diſſectum) vtrique lacerto adligate: cætera (nimirum Scarabæorum genera) ſiniſtro; Aurium doloribus item Scarabæũ prodeſſe, ſi oleum in quo efferbuerit auribus inſtilletur, aſſerunt Galenus in libro de Theriaca ad Piſonem in alio item de Dynamidiis Galeno quoque falſo licet adſcripto, mirifice prodeſſe calculoſis Scarabæum nigrum ſiccum ſcribitur. Febris accenditur (vt tradidit Cardanus) ſi cornuti Scarabæi in oleo decoquantur, atq; ex eo pulſus illinatur. Confert enim non parum quandoque febris ſuperueniens, vt in conuulſione & arthritide, cum ex materia frigida fuerint, nonnuuquam etiam in reſolutione. Cur potius id contingat, an ex ſola caliditate, vt in Euphorbio, quod idem præſtat; an occulta proprietate quadam, vt putat Cardanus, difficile eſt diſcernere, Cardani tamẽ opinio mihi potior eſſe videtur. Scarabæi viridis natura, inquit *f* Plinius, contuentium viſum exacuit, itaque gemmarum ſculptores contuitu eorum acquieſcunt Idem quoque autor ex Magorum vanitate aſſerit Scarabæis è ſmaragdis ſculptis, Locuſtas, grandinẽ, & ſimilia auertere Sunt & Chelonitides gemmæ oculis teſtudinum ſimiles, ex quibus ad tempeſtates ſedandas multi multa variciuantur. Ea vero quæ ſit aureis guttis cum Scarabæo deiecta (alii legunt decocta) in aquam fetuentem, tempeſtates auerti tradidit idem *g* autor. Iam & pueri ſe Scarabæis recreant: nam & ei qui apud Theſſalos Cerambyx dicitur pueri amputant caput, ac circumferunt. Annotat alibi Scholiaſtes Ariſtophanis Melolonthen à pueris olim filo alligatum emitti. Poſſimus autem ex Suida & Euſtathio puerilem hunc luſum exactius cognoſcere, coniungentes, quæ vnus dicit iis, quæ ab altero dicuntur Scribunt enim pueros filum (τέλαμῶνα, id eſt trium cubitorum, vt refert Euſtathius) pedibus huius animalculi appendere ſeu alligare. deinde in aerem emittere, & ſinere volare. Dum autem ſic alligatum volat, velut in gyros circumagi, & citcumolui: pueroſque tali ſpectaculo gaudentes, non ſine manuum plauſu ipſum comitari. Suidas tamen non dicit tantum λίνον τοῦ ποδὸς ἐξαρτῶντες, ſed adiicit; καὶ ξυλίφιον ὁ οὐκ ἔχουσι ἀναχρῶσι Quidam vero (addentes fortaſſe de ſuo) ſcribunt pueros huius fili pedibus Melolonthæ appenſi, caput digitis ſuis alligare.

e *L. 30. c. 11.*
Ad Autiũ dolores.
Febris, vt accẽdatur.
Scatabæi viridis vis ad viſum acuẽdum.
f *L. 37. c. 9.*
Ad Tempeſtates
g *L. 37. c. 10.*
Puerorum luſus.

VT FVGENTVR.

MIrum quod tanta viuendi Scarabæis inſit facultas, vt etiam diuiſi viuant, roſarum tamen odore moriantur, vt tradidit Ariſtoteles, itemque Plinius. Quin roſaceo oleo ſi inungantur moriuntur vt tradit Clemens Alexandrinus. Sed id iure ſic illis cõtingit, exemplo perſimili in vulture auium fere omnium rapaciſſima, quæ eodem vnguento moritur, quod cadaueribus oblectatur. Si enim Scarabæus in ſtercore viuit, & ſtercore ſe delectet, æquum eſt roſas, quæ aliis habentur in deliciis, illi eſſe in mortem, ſicut ſtercore, & alia mille odore fœtida aliis ſunt in necem. Sed *a* Ælianus non roſarum vnguento; verũ quibuſuis, aliis eoſdem enecari ſcribit, his verbis: Scarabæi beſtiolæ fœtidæ, vnguẽto odorato, ſi inſtillentur intereunt Sic etiam Cerdones aiunt aeri putrido aſſuefactos vnguentis abhorrere. Abominari quoque vnguenta teſtatur *b* Plutarchus & *c* Philes hoc verſiculo.

Roſis perire & cur.
a *L. 1. c. 38.*
b *7. Symp.*
c *De Animal prop.*

Καὶ κάνθαρος δὲ θνήσκει ἐγγίζας μύρῳ.

Id eſt.

Morituq; Scarabæus propinquans vnguini.

Laudant ad eundem enecandum Thracium puluerem; laudarem & ipſe ſi ex eo deportetur loco, qui Cantharolethrus dictus eſt, ab eiuſdem animalis exitio Ridiculam Methrodorus Scepſius obſeruationem ponit, noſtro etiam tempore, haud quaquam abolitam in frumentis oleribuſque ab Erucarum iniuria ſoſpitandis, quod in Cappadocia inuentum prodit ob multitudinem Cantharorum: menſtruas quippe mulieres, ire per media arua, hortoſque retectis (ſit verbo venia) ſupra clunes veſtib. Erucas ita, Vermiculos, & noxia alia animalcula decidere. Bufonius lapis (crapaudina dictus) ſuo contactu, & blando attritu, inflationes illatas à venenatis beſtiis, & virus earum omne elicit. vnde ſi Scarabæus, aut Aranea, aut ſimile venenatum animal læſerit, vt autor eſt *d* Mizaldus admoto lapide eo dolor miteſcit, & tumor omnis ſedatur Medetur & eorundem virulentiæ hominis ieiuni, ac ſaliua, ſi illinatur, aut pars laborans cum eo confricetur. *e* Simon Maiolus Epiſcopus Vulturiacenſis male Scarabæos viginti morſibus, aut puncturis hominem interficere credidit ex *f* Plinio, qui id Crabrones facere tradidit.

A frumẽta vt arceãtur
d *Mẽmor. cen. 4.*
e *Dies Canicula. colloq. 5 de Inſect.*
f *Lib. 11. cap. 21.*

CAPVT IV.

DE CANTHARIDE: Æquiuoca etymon.

MVlta profecto ſunt, quæ Scarabæis congẽneres Cantharides faciunt, vnde à quibuſdam, non infimæ autoritatis ſcriptoribus, inter Scarabæor. genera relatæ ſunt Sed nihil tam æque amborum cognationem oſtendit, q̃ vaginis clauſæ vtriuſq; animalis pennæ,

Etymon Cantharis vocabuli.

Pennę, ob quam similitudinem diminuta de Scarabęo (quem supra ostendimus καύθαρον Græcis appellari) Cantharida similem illi, sed minoris corporis hoc animalculũ dixerunt, ac si Scarabęolum, aut Scarabæum nuncupares. Quapropter si huius historiam in alium locum reiecissemus, alterius cuiusuis in huius locum substituta, quæ nam nobis reliqua, aut vnde petenda fuisset excusatio? Ne itaque in tantam incurramus molestiam, aut culpam potius, de eo agendum erit, quod ordo efflagitat. Cantharis à quibusdam appellatur herba, quæ κοπνὸς Dioscoridi Latinis fumaria, & officinis fumus terræ dicitur in medicina per quam celebris. Videtur etiam Cicero Papyrio scribens pro venenata potione posuisse. Caius, inquit, Carbo accusante Lucio Crasso Cantharidas sumpsisse dicitur. Hermotimi inimici Cantharidæ quoque appellati sunt teste Plinio. Apud Hesychium καυθαρὶς est χρυσοειδὴς ἰχθύς id est piscis aurei coloris.

Pro quouis veneno.

Hermotimi inimici.

a Li. 7. c. 52.

SYNONYMA.

Κεπονιὰς dicitur eodem autore ἡ ποικίλη κανθαρίς, fortsitan quia in modum testudinis est compuncta, & distincta variis maculis, vt opinatur Thesauri Græcæ linguæ auctor. Nam χελώνιον tegumentum est seu testa duta, qua testudo tegitur. Cantharis vero commune nomen est, & Græcis & Latinis, Plinius paruum Scarabæum interpretatur. Est, inquit, & Cantharis dictus Scarabæus paruus frumenta erodens. Arabibus Dherarie siue Cararihà dicitur. Gallis Cantharide ou Mousche verde, & venineuse. Italis Cantarella, Hispanis Cubillo abadeio. Germanis, Cantharides; Goltkefer Goltvvormlin, Meilandische Kefer. Belgis groene Fliege, spannische Fliege. Polonis Chtzaszcik zelonyna iesienie albo oldrzeuuie, gvvogioim. Hungaris Fanterme foniies es merges pok. Anglis Agrene Worme venimouse and shynin glik gold.

GENVS. DIFFERENTIA. DESCRIPTIO.

Cantharidem aliqui rudi modo describentes similem Vespæ faciunt, paumper tamen longiorem. Alii Vermem terrenum aiunt viridis coloris, auri colore superlucentem: Quidam Insectum oblongum, paruum, viride, aurei coloris. Hic autem cum superioris sententiæ authoribus idem dicit, qui Vermem ampla, & confusa significatione, quali plerunque vtuntur Grammatici pro Insecto, & quouis minuto animalculo, quamuis alato, accepit. Scarabæi genus, inquit quidam esse luteo auri colore lucens. Author vero Thesauri linguæ Græcæ Cantharidem scribit esse animalculum, paruum, varium, luteis lineis, quas in pennis transuersas habet, promisso corpore, Blattarum modo præpinguem. Eandem aurum colore æmulari, aspectu esse iucundo ob lineas luteas, quas varias, & in pennis transuersas habet, scribit a Iacobus Greuinus. Verum hi omnes diuersas Cantharidum depinxere species: priores quidem eas, quibus nunc in officinis, quotidie vtuntur. Posteriores verò, quas summopere nobis commendauit Dioscorides ad vsum medicum, quæ prorsus à prioribus differunt, & iisdem multo laudabiliores iudicandæ. Cantharides autem, quas in rosis reperire est, alis rubentibus, paruis Scarabæis similes esse scripsit Baptista Pius Bononiensis in suis ad Plautum Commentariis, & ab iis quatum lu medicinis frequens est vsus, longe differre affirmat: repeririqueitem in oleastro scutellatis auri maculis. Cæterum (si fides aliqua adhibenda sit prædicto autori) Cantharidem rubeam eam nuncupandam iudico, quæ sparsim per varias plantas, non solummodo per rosas, æstatis tempore reperiri facillime potest. Hanc Violam Itali, Germani onser frouen Kule, Belgæ onser vrouvven haentken vocant; quam vna cum aliis à nobis animaduersis sequentibus tabulis depictam exhibemus.

a L. 2. de venen. c. 4.

Rosę Cantharides.

Cantharis rosarum.

Tabulæ primæ prima.

Primæ tabulæ primo loco depingitur Cantharis, è maximarum genere, colore viridi, arque aurum lucente in rosa reperta. Secundo prolixiori corpore, lineis luteis, in capite pectore ac dorso, antenuis longiusculis ac nodosis, luteis vt etiam pedibus, in rosa ex Eruca nata in qua, & tertiam reperi rotundo corpore nigro, & piloso. Violarum speciem existimo. Quarto, ac quinto loco est Cantharis rotunda, seu Viola nigra prona, & supina, obscuris in vaginis punctis albicantibus, & rarioribus. In alui vero parte prona quatuor lineis paruis, & albis. eiusdem generis & ea est, quę hanc sequitur, nisi, quod punctula illa alba, quæ in priori rariora erant, magis sunt frequentia, & conspicua. Septimo loco est Araneus, quem exactius suo loco describemus. Proxima huic Cantharis oblonga capite, ac pectore nigra, duabus antennis satis conspicuis in extremitate pilulam habentibus, pedibus item nigris, vaginis rubro & nigro colore transuersim maculatis. eadem sequenti pictura expansis alis ostenditur, vt aluus, quæ tota rubra est, exacte videri possit. Decimo loco est Cantharis alia fusco colore, seu potius subcinereo ad obscurum tendente antennis longis. Vndecimo colore nigriore multo, antenuis nonnihil nodosis, & in fine obtusis. Duodecimum locum negligentę Culex occupauit longis alis, & antennis; rubicundis pedibus. Postremo est Cantharis tota viridis, & in vaginis colore mixto auteo, pedibus nigris.

Tabulæ secundæ planae.

Secundæ tabulæ prima est vitidis, antennis longiusculis, è mediocrium genere, oblongo corpore. Secunda inter minimas numeranda tota cærulea. Tertia inter fabas reperta prædicta paulo maior, tenuibus antennis, lineis in vaginis transuersalibus nigris: reliquo corpore nigro. Quarto & quinto numero notatur Scarabæus χλωροχρυσος, siue colore viridi in supina parte, qui soli expositus aureum fulgorem edit, vt in aliis quibusdam Cantharidibus: tamen intet Scarabæorum genera referendus; forte etit Scarabæus viridis Plinii quem ait suo iucundo aspectu contuentium, visum exacuere. Prona parte niger totus, antennis exiguis. Sexta est Cantharis parua pectore nigro, antennisque exiguis, vaginis subaureis, recteque ob paruitatem describi nequit. Postrema è Violatum seu rotundarum Cantharidum specie, capite nigro, & pectore, antennis longiusculis, vaginis rubris, pedibus in fine nonnihil diuisis, & rubris. Melancephalon appellaui.

Scarabæus viridis Plinii forte.

Tertiæ tabulæ describuntur species.

In tertia tabula primo loco ostenditur Cantharis omnium minima cætulea. Secundo Longicolla dicta paulo minor Vespa, toto corpore nigro, rostro seu collo protenso, cui vtrinque duæ insunt antennæ. Tertio minima colore aureo, & vitidi. Quarto numero notata, est capite, antennis, ac pedibus nigris, vaginis luteis, quibus sex nigra rotundaq; insunt punctula, bina superiori parte qua caput proxime contingunt, rẽliqua in parte extrema versus aluum per transuersum ex ordine posita. Hanc alia sequitur latiori corpore atto capite & pedibus lutescentibus vaginis obscure, longiusculis antennis. Sexto loco ponitur Musca viridis, antennis longis, inter Muscarum genera referenda. Septimo & octauo duæ exiguæ: prior cærulea tota, altera cinerea. Octaua oblonga corpore, capite, pectore, autennis ac pedibus nigris, vaginis rubris. Nonus numerus significat Conuoluulum, ἴπα Græcis Tagliadizzo vulgo apud Italos agricolas, corpore cæruleo, pedibus obscure lutescentibus, in vite repertum, ac folia eius depopulantem. Nascitur hic ex ouis Bombicum ouis similibus magnitudine, colore rubicundis, hic cum parere vult multa cumulat conuoluitque folia (vnde forte à Latinis, id nominis datum) at qui in his sua oua reponit. Sequens numerus, aliam eius speciem cæruleam continet. Duodecimus Cantharidem nigram duabus maculis fuscis, nigris in vaginis distinctam. Minima, & è viridi aurea decimatertia est. Hanc sequitur nigra semicirculis mineaceis in crustis insignita. Postrema mineaceis vaginis, sed nigro maculatis; pedibus, antennis, ac capite nigris.

Tagliadizzo.

Quarta tabula quę genera cõtineat.

Quæ in quarta tabula proponuntur, omnes fere sunt Cantharides rotundæ, Violæ dictæ à nobis nomine & Idiomate Italico, è quarum numero prima est lato corpore ac pedibus nigris, quos extendit in vtraque latera canceri marini, aut Paguri modo. Capite nigro, antennis eiusdem coloris longis in fine obtusis, vaginis rubris, quatuor maculis nigris rotundis æque à se inuicem distantibus, quadratæ figuræ modo. Secundo loco Culex idem, quem prima in tabula numero duodecimo exhibuimus. Hunc eximere sumus veriti, ne notas numerorum, atque ordinem depictorum interturbaremus, quemadmodum & eum, qui hunc ex ordine succedit, numero vndecimo primæ tabulæ delineatum, & ibidem descriptum. Sequuntur Coleoptera duo, quorum primum fuscum corpore, alterum viride, & vsque adeo exiguum, vt ad aliquod genus recte referri non possit, nos inter Cantharides retulimus. Sexto loco datur Viola colore rubra, maculis nigris insignita. Septimo & octauo eadem, sed nigra vtraque quarum prior linea rubra cingitur. Nona est ex prædictorum genere, rubro nigroque colore varia. Alia decimo numero notatur rubra duobus punctis aspersa nigris. Vndecimo & duodecimo pectore sunt nigro albis punctis maculato, vaginis luteis, maculis nigris aspersis.

Vltima tabula quatuor continet Violas, quarum prima est minima punctis albis ornata. Secunda magna nigro, & aureo varia, triangulo in lineas dissecto nigras, dorso pulcra. Tertia nigra quinq; aureis notis ornata. Vltima exigua cinnabari colore tincta.

LOCVS, NATVRA, VICTVS, TEMPEmentum

Temperamentum.

Frumenta erodunt.

Volare per diem tantũ a Lib. 20. cap.

Svnt autem in Italia Cantharides frequentissimæ, & in alijs tegionibus præsertim calidioribus; vbi non modo in frumentis inueniuntur, sed etiam in fraxinis stabulantur, ac rosis & oleastris, aliisque quam pluribus arboribus, quarum foliis nutriuntur perinde atque Bombyces mori, inter segetes tamen frequentiores inueniuntur, frugesque consumere natæ dicuntur. Quapropter Nicander καθαρὸν πτηνὸν meminit in Alexipharmacis, quasi frumenta erodentem dixeris. Volare per totum diem asserit a Vincentius, nocte vero in vnum diem congregare ita mutuis auxiliis confortioque vrgent, & conseruantur Formicarum modo. Illud quoque non ignorare oportet, cum de loco facta sit mentio, in Belgio, & vltra eius prouincias versus Septentrionalem plagam, ea Cantharidum genera, quæ in frumento reperiuntur, neuriquam reperiri, nec ea, quarum in medicinis vsus est hodierno tẽpore; sed tantum, quæ Cantharides rotundę, & Violæ sunt à nobis dictæ; hæ autem ibidem varia, ac multiplici specie cernuntur. Mirum est de earum, quarum est in medicina vsus, temperamento tam varias esse sententias: cum illud ab omnibus pro confesso habeatur, caustica, insignique vreudi facultate prædiras. Leonicerus calidas, & siccas esse dicit in primo gradu, cum tamen paulo post easdem calidissimas affirmat. aut ignorasse videtur medicamentorum gradus aut perperam de earundem temperamento iudicasse primum, melius itaque censent, qui calidas, & siccas in summo gradu statuunt.

ORTVS

Cantharides. Spannische Mücken. Fig: 9.

ORTVS. GENERATIO.

Vbi generentur, & in quibus arboribus.

IPsæ autem in summis fraxini ramis generantur, item in ficis, pyrtis, pinis ac Cynacantha: Prodidit Atistoteles teste *a* Aeliano, inter tritici segetes inque populis arboribus procreati. Sed in ficis, si generentur, perire arborem verisimile est. Quippe apertissime scripsit Theophrastus, mala & ficus cum vermiculos, patiuntur perire, vbi & de *b* crambe vuarum morbo loquitur. Atqui Cantharides ex Erucis natis ex humore, qui est in folijs prædictarum arborum produci, duo sunt antiquissima testimonia, quæ id comprobent. Cantharides inquit *c* Philosophus, ex Erucis fici & pini, atque etiam sentis caninæ (sic κυνόκαυθαν vertit Gaza) oriuntur; fiunt enim in hisce omnibus Vermes. Petit id genus animalis fæti-
,, da, quoniam ex tali materia constitutum est: Et *d* Plinius, ipsæ,
,, inquit, Cantharides nascuntur ex vermiculo, in spongia, maxi-
,, me cynorhodi, quæ fit in caule, sed fœcundissime in fraxino;
,, cæteræ in alba rosa. Sed & easdē coire ex binis Atistotelis patet
,, locis. *e* Primo quidem ait: aliqua insecta coeunt quidē, & gene-
,, rant, sed non sui generis animal, sed Vermiculos tantum, neq;
ex animalibus procreantur, sed ex putrescente humido aut sicco;
,, vt Pulices, Muscæ. Cantharides: & rursus *f* alibi de Insectorum
,, loquens coitu; tardo, inquit, etiam quæ coiuerint seiunguntur
digressu: diu namque eorum copulatio durat, quod in ijs, quæ in nostro conspectu versantur, facile patet, verbi gratia in Muscis, & Cantharidibus Omnia enim ad hunc modum coeunt, vt Muscæ, & Cantharides, &c. Quo in loco. vt etiam in superiori ingens à Gaza in Aristotelis textum transfereudo commissus est error; is enim in vtroque hoc loco Cantharides Scarabæos transtulit. nisi codicem habuerit, in quo κάνθαροι legerit, quod tamen neutiquam suspicor: quin si ita est, mendosa fuit lectio. nam κάνθαροι, qui apud Aristotelem Scarabæi pilularij dicuntur, fæmmino sexu carent. Qui itaque coire queunt?

a De Animal lib. 9. cap. 39.
Ficum perire si in eo nascantur Cantharides.
b De caus. plan. 5. c. 13.
Ex Erucis fiunt Cantharides.
c 5. Hist. cap. 19
d Lib. 29.
Coire Cantharides.
e Lib. 1. de Gen. c. 16.
f Hist. 5. c 8.
Error Gazæ.

MORALIA.

Auaritia.

AVari valde ac sordidi, qui nulla in re vtuntur bonis vndique conquisitis, Cantharidibus comparantur. Plutarchus, Ego,
,, inquit, quemadmodum viperas, Cantharides, & Phalangia ma-
,, gis vituperamus atque odimus, quam leones & vrsos; quod illæ
bestiæ homines interficiant, neque interfectorum vllus ijs est v-
,, sus. Ita maiori digni sunt odio, qui propter illiberalitatem, &
,, sordes mali sunt, quam qui propter intemperantiam, & alibi de
ijs differens qui sero à diuino numine puniuntur, probat sumpta ab earum natura similitudine simul cum flagitio pœnam existere. Cantharidem, inquit, ferunt in se habere quoddam damni, quod iniunxit remedium, aduerso modo afficientibus præditam facultatibus. Sic malitia simul secum gignens id quod animum mordet atq; vexat, non subsequentem, sed in ipso malefacto præsentem pœnā habet. Assimulantur, & inuidi Cantharidibus, qui optimos quosque & præstantissimos viros respiciunt ac maledictis lacerant vbi possunt, veluti Cantharides, quæ optimis frugibus, ac rosis quam odoratissimis damnum accersunt. Atqui hac elegantissima parœmia rursus vsus Plutarchus est, dum de odio atq; inuidia disserit. Itaq; inquit etiam Themistocles dicebat, se adolescētem nullum splendidum fecisse facinus, nondum enim sibi fuisse inuisum Sicut enim Cantharides maxime adultis iam frugibus, &
,, rosis florentibus incumbunt: ita inuidia maxime adoritur bo-
,, nos, & ad virtutem proficientes atque gloriam. Et rursus ab eis-
,, dem inuidis, & maledicis laceratæ suæ famæ auxiliū petere pos-
sunt, non aliter quam à Cantharidibus passi, alarum earundē beneficio mederi queunt. Nam eadem lingua, qua quis alterius famam læsit, recuperare pristinam, vbi vult, potest. Plutarchus quoq; docens iuuenes modum audiendi ac fructum legendi poetas, monet occasiones eas quæ ad corrigendum dictum præbentur ex adiectis, & vna pronunciatis verbis, non esse prætermittendas. Nam quemadmodum medici pedes, alas Cantharidis, cum quidem ipsa sit mortifera, prodesse & dissoluendi vim habere putant: sic in poematis quoque si quod est nomen aut verbum appositum, quod efficiat, quo minus ad deteriorem sententiam abducamur, arripiendum est, adque explicationem adhibendum sicut quidam in hisce Homericis versibus faciunt.

Inuidia.
Maledici.
Epitheta poetarum.

Odyss δ

Scilicet hoc miseris mortalibus extat honoris
Vt lachrimis malasq; rigent, ponantq; capilles. Et
Hunc superi statuere modum mœrore carentes
Viuendi miseris mortalibus.

Non enim simpliciter omnibus hominibus miseram vitam à dijs fatali necessitate destiuatam dicit Poeta: sed stultis, ac imprudentibus, quos prauitatis suæ causa miserabiles cum sint, miseros solet appellare, & ærumnosos,

NOCVMENTA.

OBijsse plurimos Cantharidum veneno legimus. Caius Carbo accusante Lucio Crasso Cantharidas sumpsisse dicitur, quā-
uis hic Cantharidas pro quouis veneno, quod ad mortem hominem adigat, intelligi quidam velint. Hoc tamen genus necis *a* Ouidius inimico suo imprecatur:

a In Ibim.

Vtq; nepos dicti nostro modo carmine regis:
Cantharidis succos dante parente bibas.

In quibus carminibus Domitius Calderinus exercuit, & penitus

A ignorat quisnam fuerit huius regis nepos. Erat autem Pyrrhus tertius ab eo, qui cum Romanis bella gessit pro Tarentinis. Is enim puellā, quæ Tygris dicebatur ardentissime diligebat. Cui Olympias Pyrrhi mater Cantharidas, quibus contabuit puella, propinauit. Sed Pyrrhus re intellecta præ dolore, & amoris impatiēs, quod superfuit reliquum veneni protinus hausit, periirq;. Cossinum item equitem Romanum; vt narrat *b* Plinius, amicitia Neronis principis notum, cum is Lichene, peculiari olim Ægypto morbo, correptus esset, vocatus ex Ægypto medicus, ob hanc valetudinem eius à Cæsare, cum Cantharidum potum propinare voluisser, interemit. Quidam *c* Cossinum hunc externa Cantharidum applicatione, qua sua virtute caustica lichenas, psoras, leptas, & duros, atque callosos in plantis pedum, & digitorum clauos extirpare sosent, interijsse, quam interna Cantharidum porione, quæ nihil ad Lichenis curam prodest, suspicatur. Sequentem historiam regius Parisiensis Chirurgus Ambrosius *d* Paræus commemorat, ex qua magnam huius veneni vim licet colligere. Scortum quod dam quo iuuenem abbatem, sui amore detineret lauta cœna excepit, additis etiam conditibus puluisculo Cantharidum conspersis.

Cossinus.
eques Romanus qui obiit.
b Lib. 29. cap. 4.
c L. 1. Epist. Medic. 47.
d Lib. 20. cap. 28.

B Postera die cum merum sanguinem aho virgaq; rigida abbas redderet, medicos conuocauit, qui statim ex symptomatibus commemorandis, quæ abunde aderant, intellexerunt ei Cantharidas exhibitas fuisse. Vomitorijs ergo aluum superne cient, clysteres ex hordeo mundato. oriza, decocto maluarum, seminis lini, fœnigræci, oleo lileaceo, seuo hircino infundunt, paucam mox Theriacam cum multa conserua violarum, quæ venenum foras eliceret, exhibent, lac potandum præbent iniectiones in vrethram & intestina ex refrigerantibus, vt succo lactucæ, portulacæ, cucumeris, cucurbitæ, melonum, & ex lentis, & viscidis, quo facilius, & diutius vlceratis partibus blando oblitu adhærescerent, vt muccilaginibus psillii maluarum, cydoniorum, syrupo de nenuphare, papauere & violis, butyro recenti, & oleo amigdalarum dulcium fieti procurant, solum hordei decoctum, aut ptisanum vulgo dictam ei in potum concedunt, cibant vitulinis, hœdinis, & porcellorū cū lactuca & portulaca, hordeo & violaria elixis carnibus quæ sua humiditate aluum laxarent, & lentore obductam asperitatem oblinerent, refrigerantia, & humectantia lumbis, pectini, & perinæo admouent ad ardorem temperandum. Tandem in balneum tepidum, ægrum dimergunt, nihil denique non tentarunt, si qua arte foras elicere, aut infringere possent. Sed frustranei omnes illorum conatus. Interiit enim abbas non remediis conue
C nienter præscriptis destitutus, sed veneni contumacia victus. At nequis forte opinetur omnes ex huiusmodi veneni potu mori, animumq; abiiciens, medicorum auxilio se tradere nolit, referam exempla, qui ex huiusmodi veneni potu conualuerunt. Retulit hocce Paræus. Nobilis, quædam mulier, cui rubris adhuc, & ardentibus fœdisq; pustulis facies vniuersa defotmis erat, adeo vt hanc tanquam elephanticam, omnes aduersarentur parati hominum consortio interdicere, Lutetiam venit, vocatisq; Holletio & Grealmo medicis, me vero, & Caballo chirurgis, anxie quærit, ecquid aduersum tantam faciei deformitatem remedij sit. Expenso diligenter malo elephantia, vacare ipsam pronunciauimus. Ceterum vniuersæ faciei imponendum esse vesicatorium ex Cantharidibus, tribus vel quatuor horis post, è facultate ad actum redacto medicamento, insigniter illi ardere vesica, ceruix vero vteri intumescere cœpit, cum torminibus assiduo vomitu, mictione & deiectione, corporis membrorum phanatica iactatione, febre perutente, & plane ignea. Cogo repente medicos, in eam sententiam itum est, vt illi lac multum potandum exhiberetur, per anum in intestina, per vrethram in vesicæ, & vteri ceruicem inijceretur, in
D lauacro tepido decoctionis seminis lini, radicum, & foliorū maluæ, bismaluæ, violariæ, hyoscyami, portulacæ, & lactucæ, ad dolotis vsq; sedationem, contineretur. Lumbi, & genitalia vnguento rosato, & populeone in oxycrato agitatis, & concorporatis linerentur. his artibus mituerunt omnia symptomata. E facie interim tota in vesicas sublata, cum purulenta multa sanies prorupisset. euanuit in perpetuum, quæ ante faciem occupabat deformitas, adeo vt paulo post viro desponsata, multa prole fœlix hodie etiam superstes incolumi sanitate fruatur. Hæc itaque mulier sic conualuit: Verum is Gallus iuuenis, quem refert *e* quidam, peius se ex Cantharidum assumptione habuisse, nihilominus medicorum, & is ope superstes euasit. Erat, inquit, Bononiæ ex Gallia adolescens diuitijs, & stemmate nobilis, Gallo quouis Gallinaceo salacior: qui puellā non adeo longe ab ædibus Diui Dominici habitantem depetibat: quæ cum illi noctem condixisset, illius amore inescatus, consilio sui commilitonis, ne in Veneris conflictu
E succumberet, ad coitus illecebram Cantharidum puluerem in iuisculo quodam absorpsit. postea cum ad primam noctis facem pruritum circa pudendum sentiret, lætus, ac ratus esse libidinis à phamaco tentiginem, amicam adiit. in concubia vero nocte cum punctionibus corpus vellicaretur, & in ore cedrini picis odorem perciperet, nec mente sibi probe constaret, ac animæ defectu, & vertigine pene concideret, tristis auxilii, & inops, domum rediit. Vbi cum cruento vrinæ stillicidio, ac ardore continuo distorqueretur, deum hominumque, & præcipue Lodouici de Leonibus mei in re medica præceptoris, opem implorauit. Quem cum eius ex Gallia conterranei noctu consultum accessissent (nempe cui noctu egredi ob quorundam Bononiæ factionum insidias, tutum non foret) mihi accersito negotium visendi ægrū dedit: iussitque vt dato adsorbendū oleo, vomitum prolicerem: ventrem clysteri ex mercuriali, maluarum, radicis altheæ decocto, in quo cassia additoliliorum, ac violarum

Exempla eorum qui medicorū auxilio à veneno Cantharidū conualuerunt exterius & interius adhibito.

c Lib. 1. Epist. Medici 47.

oleo,

oleo, diſſoluta eſſet eluerem, & vt ſingulis hotis plenum lactis caprini, aut bubuli cyathum patiens ebiberet. Quod ſi hoc deeſſet, lac ex nucleis pinearum, ac melonum, & cucurbitæ, ac papaueris ſeminibus contuſis, cum ſtillatitio maluarum, & halicacabi liquore, aromatarium per colum emungere iuberem, ac id loco veri lactis patienti, etiamſi in ſolio aquæ calidæ deſideret, affatim potandum præberem. iſtis remedijs Gallus ſanitatem recuperauit:

PROVERBIA.

Cantharidum ritu aſtans ſomniat,

CAntharidum ritu aſtans ſomniat. ita in Plauti quibuſdam codicibus ſcriptum reperio in Menæchmis.

Certe hæc mulier Cantharidum ritu aſtans ſomniat.

Sed hunc locum Plautinum Philippus Beroaldus, in ſuo ad aureum Apulei aſinum commento, mendoſum iudicat, ac legi vult Cantharino pro Cantharidum: quia hoc intellectu, ait, fœminam ſomniare aſtantem ritu Cantharidum vaſis vinarij, qui ea forma eſt, vt rectus aſtet conſiſtatque. quæ autem de Cantharidibus produntur futilia eſſe, nec quidquam ad Plauti elegantiam pertinere. Erant enim qui ita interpretarẽtur hunc locum; Aſtans ſomniat hæc mulier more Cantharidum Vermiculorum in pyro naſcentium; qui aſtantes ſomniare ſolent. Porro Baptiſta Pius, cum in Plauti locũ commentans, autorem eius rei deſiderat, qui Cantharides paruos Vermiculos ſtantes ſomniare aſſerat: cum ſint minutili, ac fere nulli. Adde, quod ſi deflectis epitheton etymologicũs à Cantharidis, fiet Cantharidinus: propterea mauult ſic exponere Hæc aſtans, in ſtatu enim ſtabat & recta, cum Menæchmum alloquitur Erotiũ, ſomniat, ſomnioſas loquitur affanuias inſtar Cantharidum, hoc eſt, ſtat illa ſomnians, vt Cantharus ſtare conſueuit. ita hic Pius à Cantharo Cantharinum deflectit. quem Cantharum ſcimus lenticulari fundo ſemper ſtare. Melius tamen mea quidem ſententia hunc locum reſtituunt, qui pro Cantharino canterino legunt à canterij equis deducto epitheto, Sunt autem equi canterij caſtrati. Itaq; canterios ſtantes ſomniare, & canteriorum ſomnia placidiora, & tranquilliora eſſe, quam equorum probabile eſt. Quin conſtat cãterios magis, quã equos ſtantes dormire, & ſomniare. Vt cunq; ſit locus eſt difficillimus, quod ſi autem eo modo legatur quo vetuſti codices legunt, quadrabit, aut in ſomnolentos, aut inepta, & futilia proloquentes.

Plautus correctus. Canterij qui.

APOPHTHEGMATA.

THeodorus Philoſophus Cyrenæus Lyſimacho regi mortem ſibi minitanti, enim v. inquit, magnifica res tibi contigit, quia Cantharidis vim aſſecutus es. Cumq; hoc dicto accenſus, cruci eũ affigi iuſſiſſet: terribilis hæ (ait) ſit purpuratis tuis; mea quidem nihil intereſt, humine an ſublime putreſcam. Ignobilis quidam Grammaticus hoc apophthegma, exponens, relatum à *a* Valerio Maximo, & *b* Cicerone, Cantharidem Vermem exponit perexiguum ſimilem Araneæ, nigrum, atque terrenum, qui eius dicitur eſſe naturæ; vt in quo affectu quempiam momorderit, in eo ſemper perſiſtat vſque ad mortem: vt ſi ridentem momorderit, ille ridens moriatur. Sed hic interpres à vera aberrat via, nec formam, nec naturam animalculi plane aſſecutus. formam quidem quia nec Araneæ ſimile, nec nigrum, nec terrenum, ſed potius Veſpæ, aut alterius cuiuſdam coleopteri oblongi corporis ſexq; pedibus, colore aut viride, cui nonnihil aurei ſplendoris ineſt, aut vaginis lineis rubris conſperſis, in arborum quorundam, aut fruticum ſummitatibus naſcens Sed & naturam, vt dixi, ignorauit, non enim morſu lethale venenum ſpargit per corpus, ſed ſi eius puluis per potum intus aſſumatur, aut exterius partes prope vitales applicetur, necem infert Itaque hoc modo interpretanda eſt hoc reſponſum philoſophi: tu tyrannus cum ſis, vim Cantharis aſſecutus es hoc eſt potentiam necandi homines quoſcunque vis, non aliter quam Cantharides, quæ cuicunque homini applicantur, eum interimũt ac necant.

a *Lib. 6.*
b 1. *Tuſc. q.*

VSVS IN MEDICINA.

CVm ſit tam frequens apud medicos Cantharidum vſus, tamq; diuerſæ de earundem vſu ac facultate ſententiæ, nolui hac de re paucis agere, ne videar lucem aliquam, qua tam multæ controuerſiæ clariores fiant, lectori denegare velle. In his itaque quęſtionibus elucidandis verſabimur. An tuto medico liceat hoc genere medicaminis vti: contra quos valere plurimi autores prodiderunt. In qua corporis parte venenum lateat. Quomodo aſſeruandum, & colligendum: ac poſtea morbos quibus medeatur recenſebimus, & vtendi applicandi ve modum exponemus. Scire itaque primum oportet, merito à pluribus dubitari, num Cantharidum vſus medico conueniat. Neque enim potum earum, nec exteruam applicationem tutam eſſe facile ex ſupra dictis patet hiſtorijs. Quin & Bartholomæus Montagna iuſignis medicus refert quendam ciuẽ Patauinum, cum alteri genuum Cantharides admouiſſet, ſupra quinq; libras ſanguinis eminxiſſe. atque idem accidiſſe alteri, qui eas ad vnguium leproſorum ſcabritiem tollendam pollici pedum applicuiſſet. Quinimo reperti ſunt qui plura etiam adiecerint, ſcilicet Cantharides manus detentas ſanguinis mictum efficere; propterea quod aliquando legiſſent, nonnullos purgantibus medicamentis fuiſſe purgatos, quę in manu ſolũ geſtaſſent. Sed hoc ipſum mirum eſt pleroſq; ſimpliciter credidiſſe, cum abſq; inſigni aliquo periculo quiſpiam experiri facile poſſet, quam ſit id à veritate alienum Afficere enim noſtram naturam, ac labefactare minime poteſt, niſi vis eius ad interiora viſcera penetret, & ad veſicam præſertim, quam peculiariter lædere dicitur. At faculras eius venefica ad tales partes interiores peruenire non poteſt, niſi prius partes exteriores exulceret. Opinamur itaque manu retentas nil damni adferre, niſi cum exulcerentur. Atqui hoc modo ſi intelligant, nil noui adferunt, cum id clarum ſit ac manifeſtum ex prædictis exemplis, & ſimilis in aliis noxiis medicamentis experientia, Quandoquidem ſcripſit *e* quidam ſe crebro experum eſſe, quum ſordidis in genu, & iuxta talos vlceribus, Mercurii præcipitati puluerem paulo frequentius iuſpergeret, illius virus cæteris membris illæſis, ad denres penetraſſe, & os, ac pharyngas diuturno nocturnoque ſaliuę effluxu maduiſſe Ex his iraque conſtat Cantharides, à medicis, vt aſſolet, minime vſurpari oportere, cum ſint medicamina noxia. Quin & lege Iureconſultis vetitũ eſt atque ſancitum, ne quis cuipiam Cantharides, aut aliud quodpiam venenum dederit, aut vendat. Quapropter Cantharides obiectæ ſunt Catoni Vticenſi, ceu venenum vendidiſſet in auctione regia, quoniam eas ſeſtertijs ſexaginta adduxerat, vt teſtatum reliquit *d* Plinius, ac idem *e* Seneca confirmat Venenum, inquit, Cato vendidit, quærite an ex proſcripto licuerit emere, quod licuit Catoni vendere? Quare ſi venditio earũ ab antiquis fuerit improbata, multo magis vſus erit improbandus. Verum ſi res rite tantopere controuerſa examinetur, rationem vt recte medici vtantur, ac quiuis hominum, ſitam eſſe iudico in menſura ſeu modo, mixtura, in ſtatu corporis ægrorum, in electione In menſura autẽ. vt grana tria, vel quatuor intus prębeantur ægro, ſi eas in potu aſſumere debeat. Nihil enim nocet minima veneni quantitas, vt nec minima ignis ſcintilla nihil vrit. exterius autem maiori in copia applicari poteſt, ſed quæ ad veſicas excitandas ſolummodo ſufficiat; ſed nec diu applicatæ parti detineantur, ne venenum vlterius longitudine temporis per venas, & interiora corporis viſcera ſerpat Refert quoque mixtura, hoc eſt cum quibus miſceantur: nam ſi interius ſumi debent, vt vrinam prouocent aut aliquem alium morbum profligant, danda erit diligenter opera, vt talia medicamenta commiſceantur, quæ earũ venenum obtundant, ac mitigent, quemadmodũ ſcripſit *f* Galenus: Cantharis, inquit, ſi ſola exhibeatur veſicam exulceat, & cũ inimicam nobis facultatem obtineat, hominem plerunque necat: at ſi quibuſdam alijs miſceatur, auxilium veſicæ præbet, & vrinã magnopere prouocat. Adhibentur quoq; externis partibus cũ ijs cõmixtæ, quæ earum acrimoniam temperaut. Ægrum quoq; intueri oportet in quo ſit ſtatu, quodnam ipſi temperamentum, quæ vires, ac facultates corporis. Non dantur deploratis, nec quibus viſcerum ſcirrus, aut alius morbus inſanabilis eſt. Ægrius ferunt tẽperamento calidi, quam frigidi imbecilles corpore, quam validi. Refert etiam non parum in ijs deligendis cura, de qua poſtea plenius agetur. Videtur quoq; ad hunc locum pertinere, ſi dixerimus, in qua parte horum animalculorum venenum exiſtat. nã ſi aliqua in parte lateat dempta ea, ſecurus erit eorum vſus, nec tam circũſpecte in ijs vtendis agendum erit. Verum hac de re non conſtat inter autores: alij enim in pedibus, & capite venenũ eſſe exiſtimant, alij negant: rurſuſq; alij caput, & corpus abijciunt, alas, & pedes ad vſum redigunt, vt ait Galenus *g* Hippocrates poculũ præſcribens hydropi, abiecit caput, pedes, & alas. Cantharides, inquit, tres, abiectis ſingularum, tum capite, tum pedibus, tũ alis in cyathis aquæ tribus terantur, &c. Galenus in commento, Quidam inquit, dictionis huius mentem haudquaquam intelligẽs audax medicus, prædictas partes à Cantharidibus abiecit, deditq; hydropi, cui cum à primo die abſceſſus in ſura comparuiſſet, poſt tres alios dies ſectus eſt, effuſaq; copioſa aqua, curatus eſſe viſus eſt quod pars tumoris præter naturã plurima ſane ſtatim ad moderationem redacta ſit; Veruntamen non multis poſt dieb. obijt. Quam ob cauſſam medico quidam crimen ingeſſit, perperã data eſſe Cantharidum corpora, inquiens nẽpe, propinanda ablatis corporibus, rum caput, tũ pedes, tum alas, idq; eſſe quod in dictione enunciaretur Quare non cunctatus audax ille medicus hydropi altri ita propinauit, moxq; facto ſimiliter in femore abſceſſu, ſectoq; atque effluxo ſimiliter humore, multis poſt diebus hominem mori contigit. Quanquam vrinarum prouocatorio ex Cantharidibus confecto quidam citra bibentium incommodum vſiſunt. Quapropter ex hac medici audacioris hiſtoria, qui nunc corpora tantum, nunc alas, capita, & pedes ſollummodo infœliciter dederat, integras ſe dare profitetur Galenus; quaſi in quibuſdam earum partibus vis ſit venenum reprimendi Conuenit tamen inter omnes ſcriptores alas earum veneno auxiliari. At quidam, inquit, *h* Galenus ſolas alas, & pedes inijciunt, quæ aiunt eſſe alexiteria ijs, qui corpora ipſorum bibiſſent; alij contra; at nos totas indimus: & Plinius, Cantharides, inquit, Vermiculi ficorum, & pyri, & peuces, & cynacanthæ, & roſæ. Venena hoc remedia ſecum habet: alæ medentur quibus demptis læthale eſt. Notandum aũt hunc locum Plinij mire mutilatum, confuſumq; eſſe verborum ordinem, qui aliquo Aſculapio opus habet, qui eum priſtinæ ſanitati reſtituat: nam cum locutus eſſet de Tineis, & Culicibus quibuſdam ſicarijs, hæc de Cantharidibus mutilator, quiſquis ille fuerit, impoſuit, tum rurſus ad Culicum, qui ex acidis gignuntur, naturam reuertitur. Per Cynacanthen alij oxyacantheu alij cynorhodon intelligunt. Quum itaque in Cantharidibus obſeruatum ſit, venenum certis ineſſe partibus, merito redarguenda erit Cardani ſententia, quæ affirmat, vltimam ſiccitatem eſſe venenum. nam ſi alæ ſunt ſicciſſimæ partes totius corporis, in ijs venenum latere magis, quam in cæteris partibus, fateri cogitur, cum tamen & experientia Galeni reclamet, & veterum autoritas. Virtutem habent

e *L. 1. Epiſ. Medic. 47.*
Mercurij præcipitati puluis.
Cato Cantharides vendidit.
d *L. 29. c. 4*
c *Contro ver. lib. 6.*
Medici, recte vtantur Cantharidibus.
Cum quib. miſcendæ Cantharides.
f *Ad Piſ. de Theriaca.*
Quib. non ſint dandæ Cantharides.
"In qua parte venenũ lateat.
" *Lib. de ſimplici. med. facul. 11.*
g *L. de Vict. rat. in morb. acutis.*
h *L. 11 ſimpli. med. facul. L. 11. c. 35.*

habent si integra sumantur corpora calorem eliciendi, vlcerandi, erodendi, vt autor est *i* Dioscorides; ex quib. Galenus vult conijcere terrenæ eas esse substantiæ, gustusque acris, quamuis ob erosionem non gustentur. Ad varios morbos vtiles, quia calidissima sunt ad vlcera maturanda aperiendaque adhibentur. In pulueres tritæ sanguineque hircino, vel mastici mistæ, in vino sumptæ intumenti corpori sunt vtilissimæ. ad hydropicos præscribit *k* Hippocrates Cantharides tres demptis alis capitibus, & pedib in cyathis aquæ tribus tritas. Sed antequã æger bibat, calido perfundendus, vngendusque, ieiunus bibere debet & panes calidos ex oleo, & pinguedine edere. Cantharidas antidotis impositas aquæ inter cutem auxiliari prodiderunt aliqui teste Dioscoride. Quin rursus Hippocrates, aquæ inter cutem, quæ in vteris fit, præscribit, Cantharidas tritas, & modico tempore appositas. Pulverem earum ex adustione factum, (nam sic præparatas magnam facultatis deleteriæ partem exuti putant) addito cerasorum gummi, vt magis sit salutaris minusque noxius in diureticis electuarijs commiscendũ suadent, atque exhibendum eum apozemate morbo conuenienti dissolutum. Quod ab Aetij doctrinam non abhortet, qui ait quẽdam ex præceptoribus suis in pharmacum vrinam ciens parum de Cantharidibus indidisse, reiectis alis ac pedibus. Non dubium est, quin brachio, ac scapulis appositæ vrinam potenter prouocent. Illitas licheni prodesse cum succo taminiæ vuæ, & seuo ouis, vel capræ, autor est *l* Plinius. Excoriatorium Lichenum quo Romæ vtebatur Pamphilius, ac plurima, cum eo lucratus, cum mentagra morbus appellatus inualesceret, ventres Cantharidum recipit. Ijsdem vtitur Axorius ad idem malum in suo excoriatorio, quod recipit, squamæ æris drachmas sex, atramenti sutorij drachmas quatuor, Cantharidum sesquidrachmam, veratri albi tantundem, sandarachæ drachmam vnam, excipiitur cedria. Aliqui, vt tradit *m* Plinius, Alopecias Cantharide trita illinuunt cum pice liquida, nitro præparata cute, caustica cum sit vis earum, cauendum ne exulcerent alte. Postea ad vlcera ita facta, capita murium, & fel murium, & fimum cum helleboro; & pipere illini iubent. Et Apius Phascus citante ipsum *n* Galeuo ad Alopecias inueteratas, cum hasce in sole, aut ad ignẽ illeuisset, & bulla excitata acu humorem euocasset, cerato hoc reliquam curationem perficiebat: habet autem sandarachę drachmas duas, auripigmenti drachmas totidem, veratri nigri, & elaterij drachmam vnam singulorum ventrium Centharidum tantundem, excipiuntur cedria. quidam tritis tantum cum aceto vtuntur ad producendos capillos capitis, eodemque modo lepris fœliciter illinunt. Tritas cum vua taminia ad verrucas laudat Plinius, & cum farina hordeacea mixtas atque contritas ad aliena corpora extrahenda. Sufficientem, inquit *o* Galenus, habemus experientiam de Cantharidibus, quod in vngues psoroeidas cum idoneis ceratis, & emplastris impositæ sic illos educunt, vt toti cadant. Miscuimus, inquit, eas facultatibus psoris, & lepris congruentibus, nec non quibusdam septicis, atq, interim etiam ijs, quæ clauos quos vocant, eijciunt. Quendam etiam medicum medicamento ex Cantharidibus ad podagras vtiliter vsum Plinius, & *p* Paulus Aegineta referunt. neque id mirum, cum virtutem habeat erodendi, humorem ex alto euocandi, ac vesiculas excitandi, quibus ruptis humoris plurimum excreuit atque ita cutauit. Quapropter & hodiernũ tempore phœnigmis ex Cantharidibus frequenter vtuntur ad similes morbos articulorum doloresque, & ad humores parte cuiuis firmiter insidentes, qui neq; emollientibus, attenuantibus, discutientibus, attrahentibus resolui possunt. modus autem vtendi hic est. Cantharides tritæ in exquisitissimum leuorem parti imponuntur igni frictione rubenti, & excalefactæ. atque sic promptissime, nec admodum vehementi dolore ardore ve humores serosi largiter euocautur. At mitius vnguentum fuerit, quod in portione vna tritarum Cantharidum, axungiæ, & cerati liquidi quadriplum contineat. Tutius quoque & moderatius fuerit cataplasma, quod habet Cantharidum tritarum partem vnam, seminis sinapis contusi partes tres, pulpæ ficuum & fermenti acris partes sex Et hoc quoque compositum, quod vesicas excitet, apparari poterit, Saponis nigri, & salis vulgaris triti pares portiones confundit, odum concorporentur, & emplastri forma fiat: impositum vesicas excitat, aquamque ducit nullo sensu doloris. Rupta autem, & aperta vesica humor sensim emanat, inductoque pingui, aut lenente medicamento, non ante finitur exulceratio siccari, quam omnis humor ex affecta parte sit exhaustus, hoc itaque modo cum Cantharidibus, acriter ac firmiter impacti humores ex alto corpore educuntur, doloresque pertinaces sedantur. Sauant quoque albas faciei pustulas cum aceto illitæ, Scabiem, Psoras, & Nomas, item Carcinomata cum oleo coctæ ad mellis crassitudinem. hoc enim pacto vsurpatæ mollendis maturandis aperiendisque vlceribus conueniunt: nam mista calce, (vt Plinius tradit) panos scalpelli vice aperiunt. Hippocrates eisdem vtitur in nobilissimo illo medicamento Carico dicto, quo carnem in vlceribus exedere solet. Dicuntur non solum vrinam, sed & menses quoque ciere. Quapropter in plurimis mulierum morbis à mensium obstructione profectis *q* Hippocrates dedit. Si vero, inquit, menses non fiant, vbi hæc opportuno tempore feceris, Cantharidas bibendas dato, & postquam prodierint ieiuna, & illota, ac suffitu cum viro dormiat. & alibi; At in mensibus siquidem sanguis eruperit, satis est: sin minus Cantharidas quatuor bibat pedibus, alis, ac capite reiectis, & pœoniæ grana nigra quinque, & sepiæ oua, & apij semen cum vino, &c. & rursus ad vteros aperiendos purgandosque hoc adhibet medicamentum. Cantharidas quinque, inquit, aceto albo affuso tertio, & non valde liquidum medicamentum facito, sed vt digitis effingi possit, & de ficu alba pingui sine granulis, & pelle, & duplam Cantharidum partem admisceto, & efformatam glandulam tenui lana inuolutã subdito. Vt mulier concipiat, valet hoc, quod sequitur, secundum eundem *r* autorem. sumito Cantharidas tritas quinque, & colocinthidis longæ internam partem spongiosam Myrrhamque: hæ melle cocto subacta in glandem efformata lana, inuoluito; excepta summa parte: deinde in oleum suauissimũ intingito, & apponito. Et alio in loco Cantharidas in vino subactas in lana subdit, vt fœcundas mulieres reddat Idẽ ad vteri strãgulationes commendat Cantharides quinq; thuri, & myrrhæ cõmiscens, & glandulam longam magnitudine gallæ faciens, ac lana obuolutam linteo albo circundans, & vnguento Aegyptio albo, aut rosaceo madefactam apponens. Vbi autem vehemens dolor vterum inuaserit, prodesse *s* ait Cantharides simul coctas in vino nigro cum cypero, calamo, iunco odorato, & iride Vtero vero ad præcordia prolapso suadet, vt postquam purgata sit mulier, fomentum vtero adhibeatur ex hisce, quæ ex lauro præparantur, ea quæ ex narcisso fiunt apponens, ac tribus interpositis dieb id quod ex Cantharide præparatur Idem autor ad secundas eijciendas Cãtharidibus vtitur. *t* Alibi quoque ijsdem ad alias interuas affectiones, vt ad morbum regium. Exhibeto, inquit, & Cantharidas sine alis & capite quatuor tritas, & in vini albi hemina dimidia dilutas modico etiam melle affuso, atque has his, aut ter in die bibat Cõtra lumbricos tritas, & cum radice vitis albæ bibitas celebrat *u* Galenus. Mathiolus à cane rabido demorsis præbet Sitelæ Aranearum inuolutæ, & quartanario suspendantur, cum perfecte liberari cum *x* Mizaldo affero. Scribit *y* Ruellius easdem venerem concitare tanquam omnibus notum. Iam vero, & Salamandræ produntur Cantharidum potu. Hæ enim Salamandris contraria, vt scripsit *z* Plinius Phalangiorum quoque morsib in Apulia occurrunt expetimento *aa* Iohannis Baptistæ Portæ nobilis medici: id nouum est: quapropter eius verba subscribam. In Apulia, inquit, genus Phalangij viget, Tarantula vulgo dictum, cuius, morsus perniciosissimus, nascituribi copiosissimum frumentum in quo Cantharides oriuntur. Nos hac contemplatione (nempe in ijs locis vbi quoque remedium nasci) imaginati sumus tres, vel quatuor in potu datas succurri posse ab eo demorsis, nec fefellit experientia; nam verum compertum est periculo facto.

i L. 2. c. 55.
Ad quos morbos vtiles.
k L. de Vict. rat.
Ad hydropẽ
Ad vrinam prouocandam.
Lichenem.
l L. 29. c. 4.
Ad Alopecias.
m Lib. 29. cap. 9.
n De comp. med. secun. loc. 5.
Ad Verrucas.
Ad aliena corpora extrahẽda.
o 11. de sympli. med. fac.
Ad Podagram.
p L. 3 c. 78.
Phœnigmis ex Cantharidibus
Ad pustulas faciei.
Scabiem.
Psoras.
Nomas.
Carcinomata.
Menses cient
q L. de nat. mulieb.
Ad varios mulierum morbos.
Contra sterilitatẽ fœminarũ.
r L. de sterilib.
Ad vteri strangulationes.
s L. de morb. mulieb.
t L. de internis affectionib.
Adicterũ
u De Theriaca ad Piso.
Contra quartanã
x Memorabi. Cent. 3.
y L. 2. de Natu. stirp. 127.
Contra Salamandras
z L. 29. c. 4.
aa L. 6. Phytogn. c. 23.
Contra Phalangia.

ELECTIO MODVSQVE reponendi.

PLurimum, vt dixi, refert ad rectum in medicina vsum, vt optimis vtamur. Eliguntur ad recundendũ, quæ in frumentis colliguntur, teste Dioscoride, qui potentissimas esse scribit varias, lineis, transuersis, promissoque corpore, crassas, & Blattarum more præpingues; sed inertes, & imbecillas quæ sunt vnius coloris. In quibusdã codicib. vulgaribus laudantur luteis lineis quas in pennis transuersas habent, hæc lectio melior iudicanda, vtpote cum *a* Plinio conueniens, qui hæc ex Dioscoride transtulisse videtur. Potentissimæ, inquit, inter omnes variæ, luteis lineis quas in pennis transuersas habent, multum pingues: inertiores minutæ, latæ, pilosæ, inutilissimæ vero vnius coloris maceræque. Et Ætius affirmat se id expertum esse, nimirum quæ in tritico reperiuntur, & virgulas transuersales melini coloris in alis habent, meliores esse reliquis. In quodam libello edito *b* Galeno que adscripto efficacissimæ habentur, quæ in spicis frumenti adhuc florentis virides, & quasi districtæ circa suas papillas, violaceo colore oblongæ, & vastæ: interiores eæ, quæ circa rosas colliguntur, quod cum Plinio congruit scribente, in alba rosa minus efficaces esse. Præstant autem, quæ sunt solidæ, receutesq; nam inueterascentes facile cariem sentiunt, vnde inutiles fiunt in medicamentis. Selectę itaque viuæ secundum Dioscoridem, in fictili vase non picato conduntur, & raro mundoque linteo obligato ore, & deorsum conuerso suspenduntur, super aceti feruentis quam acerrimi halitum, donec æstu exaniment:ur, postea lino transfixę reponuntur. De eadem re sic breuiter *c* Plin. Conduntur, inquit, in calice fictili non picato. (ἀκόνιτον vocat Dioscor. quanquam ibid. interpres vas non picatum exposuerit hanc Plinij versionem secutus ἂς βάλω, inquit, εἰς τὸ ἀκόνιτον ἀγγεῖον. Est autem vas ἀκόνιτον τὸ μὴ κεκονισμένον h. e. non illitum albario opere, aut calce, alias idem Dioscorides ἀπίσσον vocat de Thalassomeli loquens, quod contrarium est τῷ πεισμῷ & linteo colligato congestæ rosa matura, & suspenduntur super acetum cum sale feruens, donec per linteolum vaporentur: postea reponuntur Placet cuidam, vt circa mensem August. ad remedium colligatur, & in aceto mersæ necentur, sicque reponantur, durareque per quindecim annos putat; nos per biennũ & experientia, & veterum autoritate persuasi vbi enim per duos annos repositæ fuerint, cariem sentire incipiunt.

a L. 29. c. 4.
b De simpl. medic.
Recundendi modus.
c L. 29. c. 4.
Vas ἀκόνιτον quid.

VSVS IN ALIIS.

SI quis viperas domi in vase vitreo diu conseruare viuas cupiat spectaculi gratia, quod hodie pharmacopolas in Italia frequenter facitare videmus, eum oportet ipsis Cantharides in cibum dare. hoc enim conueniens esse earum alimentum *a* Galenus docuit. Qui visu hebetes facti sunt ex continuo rerum splendidarum, ac lucidarum intuitu, visum eundem acuere possunt, earum Cantharidum contuitu, quæ virides sunt, & quarum nunc apud medicos frequens est vsus, quamuis minus sint præstantes.

Viperæ Cantharidibus aluntur.
a De Theri. ad Pison. cap. 13.

CONTRA VENENA
ſeu potum.

Signa potarum Cãtharidum.

,, QVibus datæ ſunt Cantharides (vt docet *a* Dioſcorides) ſi-
,, gna eueniunt grauiſſima Ab ore enim ad veſicam vſq; cun-
,, cta erodi ſentiuntur; picem aut ſimile quiddam cedrię reſipiunt:
,, dextera præcordia inflammantur Vrinam ægre reddunt, & ſub-
,, inde cum lotio ſanguinem emittunt: ſtrigmenta non ſecus atq;
,, dyſentericis, aluo deferuntur: faſtidia vrgent: animo linquun-
,, tur, obortaq; vertigine concidunt. Poſtremo mente abalienan-
,, tur Quarum plurima *b* Nicander hiſce verſibus expreſſit.

a L.6.c.1.

b *In Alexipharma.*

Μὴ μὲν καυδαρέιδος σιτηφάγου οὔτ' ἀνὸδώδη
Κεῖνοποτὸν δεξαῖο χυτῆ ἐναλίγκια πίσσῃ.
Πίσσης γὰρ ῥάψωσιν ἄγει βάρος, οὐδὲ χαλινοῖς
Ὁιά τε δὴ κορφεῖα νέον βεβρωμένα κέδρου.
Αἰδ' ὅτε μὲν πλαδόωντι ποτῷ ἐπὶ χείλεϊ δεγμὸν
Τάχουσιν τότε δ' αὖτε πάλιν τόμα νείατα γαστρὸς.
Ἄλλοτε κ' ἐσάτη μείπιδάκνεται ἄλγεσι νηδύς.
Ἠκύστι βροθεῦσα. πάλιν ψαύουσι δ' ἀοίαν
Θώρηκος. τάθι χορδὸς ὑπὲρ κύτος ἕζετο γαστρός.
Αὐτὰρ δ' ἀμαλόωσ', ἄλλη δέφιν ἠθεαφωτὸς
Ἄψυχος πεδάει. οὐδ' ἀελπίαν δάμνατο ἄτης.
Ὁιά τε δὴ γήρεια νέον τόθι μέμβρα πέπεσον,
Ἠὲ ἐπιπλάζοντα λαψαίρουσιν ἀέλλαι.

Hæc Iacobus Greuinus hiſce Latinis verſibus explicauit.

Nec tu frugiſecam, piceum quæ reddit odorem,
Cantharidem pota, quia talem imitata reſinam
Plenas illa trahit nares, & dentibus ipſis
Infecto cedria ſapor obuerſatur in ore;
Morſaq; labra dolent: alias extrema ſuperni
Ianua ventriculi, contortaq; vellitur alius,
Atq; cruentam acer veſicam ſupprimit anger,
Multa coarctatum ſtringitq; anguſtia pectus,
Subcidenſq; cibi coquus imo ad viſcera tendit.
Redditur impatiens mutatis moribus æger,
Vt pulſa ob tantum mente, & ratione dolorem,
Lamentabilibus cadat interiatq; querelis;
Qualis in horrenti ſpinarum pappius echino;
Quam violenta rapit per inaneq; diſſipat aura.

Horum omnium ſymptomatum cauſas examinemus. Nocent priuatim veſicæ omnibuſque vrinæ inſeruientibus membris, non modo hauſtę, ſed exterius appoſitæ, vt ex relatis hiſtoriis licet cognoſcere. Quo fit, vt qui haſce hauſerint, exulcerata inde veſica, magnis in vrina reddenda excrutientur doloribus, & propterea vrinam ægre excernunt. Quanquam præter veſicam, omnia in vniuerſum lædant viſcera, quod virtutem habeant erodendi, & poſtremo necem inferant. Sua enim deleteria, & pernitiosa vi deradunt internos omnes meatus, quibus obuiant. Proinde non mirum ſi cum lotio ſanguinem extrahant eroſis veſicæ vaſis ab eis: neque, ſi quando (vt recentiores quidam dixere) penis ipſe, teſtes, pubes, & veſicæ ceruix intolerabili inflammatione vexentur. Hinc enim plerunque euenit, vt qui hauſerint, vrinæ ſtillicidio afficiantur, non ſine intolerabili ardore anguſtiaque. Cæterum & picis, & cedriæ odor, quem à Cantharidibus male affecti guſtu, & olfactu percipiunt, aliunde Mathioli iudicio, non prouenit, quam à vaporoſis humoribus in ventriculo, & iecinore aduſtis, intenſa huius iecinoris caliditate. Ab ea ſiquidem dum exuruntur humores, quædam inuicem fit commiſtio, quæ propriam, tum guſtum, tum odoratum inficiendi, facultatem adipiſcitur Inflammantur præterea dextri lateris præcordia. Quippe cum veneni vis in iecur facilius quam in lienem excurrat, mirum vtique non eſt ſi concitatis vtique inflammationibus, potius dextrum, quam ſiniſtrum ægrotet latus. Nec alia ratione fit inde fluxio dyſenteriæ ſimilis, ſecum deferens inteſtinorũ ramenta, quam quod Cantharides ipſæ ad inteſtina deſcendentes acerrima ſua vi, ea exulcerent, & abradant. Defectus vero animi, ingenſque anxietas, & cordis auguſtia partim euenium doloris, ardoris, intolerabiliſq; inflammationis exuperantia: partim vero deleteria vi pharmaci, quę vſque adeo reſoluit vitales ſpiritus, & imbecilles reddit, vt inde affecto corde, hęc tam ſæua oriantur ſymptomata. Quin & ob id vertiginoſi fiunt, phrenitide amentiaque capiuntur, qui eas ſumpſerint, quod venenoſæ exhalationes, quæ à colliquatis humoribus inferioribus membris ſurſum in cerebrum feruntur adeo, vt ipſum inficiant, & animales facultates corrumpantur, ratioque pereat. Sanguis item corruptus, & plus æquo ab hoc venefico medicamento incenſus febrem concitare poteſt, ex qua delirium & mentis alienatio, aut furor oriantur. Sed antequam grauiora talia ſymptomata accidant, ſolicite diligenterq; eliciendus, dato oleo, aut decocto capitis hircini, porcini, vel agnini, veluti *b* Nicander his verſibus præcepit.

Vrinam cur ægre excernant ægri,

Picis aut cedriæ odor vnde.

Febris vnde.

Vomitus.

b *In Alexiphar.*

Δὴ πότε δ' σιάλοιο κεφήατος, ἠὲ καὶ ἄμνου
Αμμίγδιν αποφάδεσιν δύ τε χάλοιο λίνοιο.
Ἠὲ νέον κεφοῖα πεμὼν κεφάλη τε χιμαίρης
Ἠὲ πουχνὸς μορόεν ποτὸν αἴνυσο χύτεον,
Εἰς δ' ἔμετον κορέσαιο, τὸ δ' ἀθρόα νεόθι βράσσοις
Εμματέων, ἔτ' ἄπεπτα πύλη μεμιασμένα δόρπα.

Hoc eſt.

Præterea iuuenis capræve ſuiſve, vel agni
Decocto capite, aut etiam anſere pinguia iura;
Quæ tamen ad ecto lini ſint lubrica fructu
Offer, & appleto dum ſurgat nauſea ventre.
Mox vbi tunc imo ſederunt omnia fundo
Inſimam ad vſque gulam crudas dum ſenſeris eſcas,
Inſerto vomitum proritans indice produc.

Cerebella enim omnium animantium, cum lentore quodam ſint prædita, difficillimeq; concoquantur, ſuccum generant craſſum, vomitumque mouent, quod melius præſtant, ſi cum lini ſemine, quod craſſum eſt, & flatulentum, elixentur. Nam & ventriculum laxat, & aluum lenit, & acrimoniam maleficamque vim Cantharidum obtundit. Quod & iura carnium pinguium cunctarum præſtant, quibus ita infarciendus eſt ventriculus, tandem ea, vel ſpontaneo vomitu, vel digito in fauces immiſſo reiiciat. Aſclepiades apud *c* Galenum paſſum cum oleo miſtum, & ſeuum cum aqua decoctum atque colatum bibenda dabat, vt vomerent. Poſt vomitum clyſteres e lacte parandi, vt ceciuit Nicander.

c *Lib 2. de Antid. c.7.*

Clyſteres poſt vomitum.

Πολλάκι δ' ἐν κλυστῆρι νέον γλάχος οἰός ἀμέλξας
Κλύζει. τὰ ἤλιθα γαστρὸς ἀφόδια κεινώσειας.

Id eſt.

Sæpenumero per clyſterem recens ouis lac mulſum
Immerge: ſicq; ventris recrimenta plurimum euacuabis.

Ouis autem lac laudat, vt præſtantiſſimum, cum tamen & bouis, & capræ recte præſcribi poſſit. Præterquam enim quod omne lactis fere genus vniuerſas corporis ſordes abſtergit, eam quoq; vim poſſidet, vt reſtinguat, & aliquo modo temperet caliditatem, & ſiccitatem Cantharidum, quam ob cauſam conſulit idem poeta, vt lac etiam per potum ſumatur. Laudat ſummopere Mathiolus lac humanum ab vberibus exſuctum: crudum recenſq; butyrum eclegmatis modo linctum. *d* Dioſcorides per clyſterem infundi præcipit, halicæ aut orizæ, tragi aut ptiſanæ cremorem aut decoctum maluæ, aut ſeminis lini, aut fœnigreci, aut radicum altheæ, quam Latinus ſermo Ibiſcum appellat. Deinde nitrum dat ex hydromelite, vt quę ſtomacho adhuc aut inteſtinis adhærẽt eluendo excernantur, & deſcendant. Quæ niſi ſic diſcutiantur, ingeſta in aluum ex nitro aqua mulſa vacuari debent. Deiude prębet vinum, aut paſſum in quo pineoli nuclei, aut cucumeris ſemina contrita ſint, aut ex lacte, aut mulſa, aut anſerinum adipem è paſſo liquefactum. *e* Celſus tanquam proprium remedium panacem cum lacte contuſa, vel galbano, vel vino adiecto dari, vel lac per ſe iubet. Mathiolus pſyllii, cydoniorum malorum, & maluæ ſeminis ſpiſſamentum præbet; item ſerapium ex nymphæa floribus, & purpureis violis: quin & quod ex papaueribus conficiunt: nec non lactucæ, & portulacæ, & cucumeris, & cucurbitæ ſuccum: præterea cremorem lactis ſpeciem referens, qui è papauerum melopeponum cucurbitæ, cucumeris, anguriæ, & lactucæ ſemine exprimi ſolet, affuſa violarum aqua, aut radicis altheæ, aut ſolani, quod veſicariam, aut halicacabum vocant. Cuius etiam rubentes baccas decem, aut duodecim numero fractas, & ex aqua portulacæ, vel ptiſana hordeacea potas, hoc in negotio pſentaneo remedio prodeſſe ſcribit. Facereq; amigdalinum oleum, quod ſcilicet ex dulcibus nucibus elicitur vnciarum ſex pondere hauſtum. Hinc autem præfertur, quod ex recentibus pineis nucibus exprimitur; ſed omnium præſtantiſſimum eſt, quod è ſemine albi papaueris eximitur. Quandoquidem hoc præter id, quod tanquam pingue plurimum conuenit, poteſt ſuapte natura inflammationes extinguere, veneni acrimoniam retundere, & dolores quantumuis vehementes ſedare Sunt etiam qui præferant aquam, quæ feruentis balnei calore vitreis inſtrumentis elicitur è maluę foliis, ibiſci radicibus, & recentibus cucurbitæ ramentis: quod proprie vi vrinæ ardoribus opem ferat, & inteſtinorum inflammationes repellat. Porro ſuccurritur exulceratis inteſtinis iiſdem quibus dyſenteria profligatur: nempe pinguium carnium iuribus clyſtere infuſis, addito hirci ceruiq; adipe; & omphacino roſaceo, plantaginis aut portulacæ aqua prius elota Inflammatæ autem partes ſecundum Dioſcoridem hordei farina cum mulſa decocta perungendæ. Ab initio admota cataplaſmata nocent, quod citatus ab eis calor, ita illaeſum virus remoratur, vt in principes partes ſe inſinuet: ipſa tamen interiecto tempore moleſtiſſimis inflammationibus opitulantur, vtpote quæ dolores, & permulceant, & leniant. Tum vbi corpus calfaciente oleo inunctum fuerit, in ſolium deſcendere oportet, ac lauare, vt per cutem ſummam, quæ corpori noxia inhæſerunt, etiam excernantur. Victitare ægrum oportet gallinaceis carnibus, hœdinis, aut ſuillis catulis, maxime pinguibus & tenerrimis, ac cum lini ſemine coctis ſecundum Dioſcoridem. Siquidem aluum cient, & venenorum acrimonias hebetãt. Vinum dulce liberalius bibat. Natura Cantharidum aduerſari muſtum aſſeruit *f* Plinius, quemadmodum & ſapam, quæ muſto cognata res eſt: decoquitur enim muſtum donec tertia pars ſuperſit vt fiat ſapa Poſtea ea quoque adhiberi conuenit, quæ peculiari quadam vi venenum expugnent, quale eſt pulegium. Neque autem Cantharidibus qualitate ſua, quæ eſt calida ſicca, & acris ſolummodo, ſed ſpeciali ſuæ naturæ proprietate, quæ à Græcis ἀλεξιφάρμακον dicitur, aduerſatur. Hanc potionem Ceres aſſumpſit tum, cum tota mœrens eſſe ob filiam Proſerpinam à Plutone inferorum Deo raptam, & hoſpitio exciperetur in ædibus Hippothoontis filii Neptuni ab illius coniuge Metanira Cui Ceres cum vinum oblatum bibere recuſaret, in mandatis dederat, vt aquam illi, cui pulegium admixtum eſſet, porrigeret. Interim Iambe Thraciã oriunda Metaniræ ancilla, fabulas, & alia ridicula verſibus recitabat, qui deinde Iambici ab ea ſunt denominati. Quam fabulam Nicander de remediis, & antidotis contra Cantharidum potum agens his verſibus inclusit.

d *Lib.6.c.1.*

e *L.5.c.27.*

Inflammatis partib. vt ſuccurratur.

Victus ratio ægri.

f *L.22.c.1.*

Ceres quã ſumpſerit potione ob mœſtitiam.

Τῶδε

Τῷ δὲ σὺ πολλάκι μὲν γληχὼ ποταμίηισι νύμφαις
Εμπλήδω κυκεῶνα πόροις σὺν κύμβεσι τ' ἄξαις
Νηστείρη δηοῦς μορόεν ποτὸν. ὦ ποτε δηὼ
Λεοκηφέλω ἔορξεν αὐ ἄσυρον ἱππεδόωντες
Θρηίστης ἀθύροισιν ὑπαί ῥήτρησιν ἰάμβης?

Quæ sic Latine sonant Iacobo Greuino interprete.

Huic etiam, vt medeare malo frugale subinde
Pulegium dulci nympharum munere funde,
Iesuna, & Cereris facto agris porrige potu,
Hac quo diua suas apud Hippothoonta rigauit
Fauces, Threicea numerosum ad carmen lambes.

Vinum præterea contratiam habet naturam omnibus venenis, & ob hanc causam raro illius Nicander obliuiscitur in suis alexipharmacis, quemadmodum rursus in hisce versibus minutarum gemmarum in vitibus meminit cum melle mixtarum.

Η σύγ' ἀμπελόεντα γλύκει σὺν κωλία κόψας
Χλωρὴν νέον πετάλοισι θεριόεν χθόνα κηλούσας
Ηιμελιστάων κημώτω σὺν πάσσε μορύξας.

Hoc est.

Pampineas etiam viridi de palmite frondes
Accipe, & infuso potandas melle propina.

Impetat præterea herbæ cuiusdam vsum, quæ radicem aculeatam habet, ac in petris nascitur perpetuis frondibus. Quæ autem ea sit herba, adhuc inter scriptores non constat. Leonicerum Latinum interpretem carpit non immerito Iacobus Greuinus. Is enim in suis annotatiunculis hunc rextum exponens. Asphodelum, seu hastulam regiam intelligit, quando inquit, Radicibus Molothuri ,, in monte crescentis cum melle vtere aduersus Cantharides. ,, Molothurus est herba perpetuo florens. Vnde & Euphorion, ,, inquit.

Molothurus.

Πάσκες ἀεὶ χλωροῖσι ἰάνεσκον Μολοθούροις.

Id est.

Dormitant lepores viridi semper molothuro.

Quandoquidem Nicander herbam eius radicis (quam valere dicit contra Cantharides) florere ait altis ramis instar molothuri. Non autem molothurum accipiendum esse. Idque perspicuum euadit ex hisce eius versibus.

Σκορπόεντα πάμων ψαφαρῆς ἐν ῥιζία γαίης
Αἰεν κεντρήεντα. πόαχα μὲν ὕψι τέθηλεν
Οἴνδερ μολόθουρος. εὐίσχνα δὲ κωλία βάλλει.

Quæ metro simili sic Iacobus Greuinus reddidit Latine.

Quin & acuta inter petras radicula prodest
Cuius perpetui frondes apricantur aculei:
Illius herba velut molothurus floret, & altis
Conspicitur ramis, gracilique assurgere caule.

Terra Samia.

Eiusdem poetæ consilio drachmæ quatuor terræ Samiæ, quę aster appellatur, assumi possunt. Laudat eam terram cum passo Dioscorides. Proficit autem aduersus Cantharides duabus de causis. Primum ob naturæ suæ specialem quandam proprietatem: deinde ob temperamentum aliquo modo frigidius, quo caliditatem Cantharidum hebetat, fluxumque sanguinis reprimit, & vlcera intestinorum, quæ Cantharides potas sequi diximus, ad cicatricem perducit. Salutare & ægris est lutum Armenium. Catdanus id fieri putat, quod sit tenuissimum. Cuius causam iure his verbis *g* Scaliger improbauit, aliamq; dedit. Quis enim, inquit, dicat erosioni renuitatem aduersari? nihilo præsentius ipsi quoq; putrefactioni. ,, Implanantia namq; (Emplastica Galenus vocat) prohibent ero- ,, sionem, non autem partium tenuium, ac diffiratum medicamē- ,, ra. Obducitur ergo superficies quasi trullisatione luto ipso: qua ,, tanquam incrustatione muniuntur partes neq; vlcerantur. Galenus cum esset in Lemno Insula à quodam, qui inter principes ibidem habebatur, persuasus fuit terram Lemniam aduersus epota venena valere, idq; se expertum esse asserit in lepore marino, & Cantharidibus, cum homines tale quid se sumpsisse suspicarentur; nam hausto eo, quod terram Lemniam habebat medicamento, protinus omne venenum euomuerunt, nec postea vllum symptoma accidit eorum, quę ad Cantharidas, aut leporem marinum cōcomitari solent, rametsi cōiuncta esset pernitiosorum medicaminum exhibitio. Sed cum hanc terram dicar ea ratione prodesse qua vomitum concitat, non loco alexipharmaci, vt terra Samia & bolo Armeno, vtendum erit. Alterius quoque antidoti Dioscorides Galenusq; meminerunt: cum octo drachmis passi rutæ succum atque oleum irinum, seu rosaceum miscēt. Nam ruta, & passum eam vim per se habent: Asclepiades apud *h* Galenum rutam tantummodo tritam, cum irino vnguento dabat commixtam, vel Cantharidum alas & pedes ex melle tritos lingere iubebat. Veruntamen huiusmodi remedium suspicione non vacat, non propterea, quod Galeni testimonium nequaquam valeat, sed quia à multis præsertim Arabibus improbetur, qui pro certo habent Cantharidibus, si quid insit veneni, id in alis, pedibus, ac capite existere: tum etiam quia nullus nostro tempore eius periculum fecerit, quod scribit Galenus, ideo nec damnare, nec improbare hoc remedium possum. Postponendum tamen aliis, quæ sunt notiora, & forte efficaciora, & de quibus scriptores inter se conueniunt. Oleum Laurinum Cantharidi aduersari auctor est *i* Plinius. Eius veneno Lycus Neapolitanus ex atriplice occurrebat. Contra idem *k* Gaudentius Merula, maxime aceti naturam pollere dicit. Acetum probare non audet Mathiolus, quod antiquorum recentiorumque neminem repererit, qui scripserit acetum contra Cantharidas auxiliari. Longe tamen omnium potentissime antidota auxiliantur, vt Theriaca, & Mithridacium, cum aqua mulsa quatuor drachmis pota, vt probat Dioscorides. Cæterum ad vrinæ ardores, & vesicæ

Lutum Armeniū cur aduersus Cantharides salutare.

g Exerc.95.

h 1. de Antidot. c. 7.

i L. 33. c. 4.
k Lib. 3. de ven. c. 19.

Antidota. Ad vrinæ ardores,

A præcipuos cruciatus ea quoque illini poterunt medicamenta, quæ interius assumi diximus. Postremo ad omnes huius veneni reliquias, quæ corpori hæsissent, eradicandas, læsaq; membra corroboranda, & ad pristinum temperamentum restituenda, probatissimum erit electuarium Mathioli, bis in die mane & vesperi, vncię pondere ex humano, vel caprillo, vel asinino lacte potum. Fit autem hoc modo. Accipe nucleorum pineorum vncias tres: nucis Indicæ recentis vncias duas: pistaciorum sescunciam: seminum melopoponum, cucurbitæ, cucumeris, papaueris albi, maluæ, singulorum vnciæ dimidium: corticis arboris thuris (hunc enim ad Cantharidum venena valere Dioscorides restatur) drachmas tres: margaritarum, corallorum alborum, sandalorum alborum, singulorum sesquidrachmam: succi glycirrhizæ drachmas duas: baccarum iuniperi drachmam vnam: gummi Arabici sescunciam: terræ Lemniæ drachmas sex, succi baccarum halicacabi, porrulacæ, singulorum vncias sex: serapii violacei vncias quatuor: de floribus nymphææ, de papauere cuiusque vncias decem. Diluti violarum vncias octo: spissamenti è seminibus malorum cotoneorum, aqua violarum maceratis vncias sex. Quæ terenda sunt, conterantur, deinde commistis omnib. secundum electuariorum regulam fiat electuarium.

Electuariū ad roborandas partes corporis.

B

VT FVGENTVR.

NOcent quoque Cantharides viti, & segetibus: Erucæ autem numero centum, quæ nascuntur in rosis, coquuntur ex oleo, ex quo si falces, quibus putaturus es vites illeueris, teneros pampinos, & à Cantharidibus, & à pruinis seruabunt incolumes Baptista Pius in suis ad Plauti comœdias commentariis, contra animalcula, quæ vitibus nocent, accipit Cantharides, quas in rosis inuenire consueuimus, si oleo immergantur, ac in tabem resoluantur. Alii non obseruantes, quo loco aut qua in herba nascantur, ipsas qualescunque sint Cantharides in oleo coquunt, ex eoque cotem, in qua falx exacui deber, obducunt. Idem præsidium præstabit falx illita cum hircino adipe, aut ranatum sanguine, aut coriculæ cinere, vel oleo illita, qua falcem exacues. Gaudentius Merula Cantharides viribus noxias, stercoris bubuli, cui aliquantulum galbani commixtum sit, suffitu procul abigit, cum spirant auræ. Ne fruges depascant, Methrodorus Scepsius in Cappadocia id ridiculum remedium inuentum prodit, de quo alibi memini.

Vites, vt à Cantharidibus seruentur.

C

Ne fruges corrodant.

CAPVT V.

DE IPE.

NOnnulla supra de hoc Insecto diximus, & Iconem etiam expressimus. Vulgus rusticorum Tagliadizzo nominat Ipem siue Ipa esse credimus. Quanquam erant qui Ipa serpentis genus interpretabantur, quos redarguit doctissimus Hermolaus ad hunc Plinii locum commentans: Contra flos albæ (violæ) suppurata aperit ipsa discutit; Quidam legunt, inquit, ipsa, non Ipa, vt sit serpentis nomen, qui Græce Ips dicatur. Nihil cœcius; quando, Ips non serpens, sed Vermiculus sit qui cornua vitesque prærodit, vt Cis frumenta, Thripes, ligna, Sis vestes, Ix vitra, Midas fabam Sed quamuis necdum obseruatim an cornua corrodat noster Taliaditius, ausim tamen affirmare Ipa esse: etenim in viribus tantum reperitur, eas rodens. Theophrastus quatuor animalium genera recenset in plantis, vnum communi nomine σκώληκα, Vermen, in quibusdam leguminibus, & frugum radicibus: vnum in cicere κάμπας, Erucas, vnum in vitibus Ἶπα, vnum in oleis κάρπας. Scaliger Ἶπα à Catone Conuoluulum vocari testatur, hicque frigere Grammaricos Inuoluulus est Plauto, vt nos quoque in prolegomenis diximus. Quod vero etiam cornua rodat habemus apud Homerum de Vlysse arcum inspectante.

Ips non est serpens.

In Coroll. l. 21. 12. Plin.

D

Animalia quatuor in plantis.

Conuoluulum.

Odyss. φ.

Πάντη ἄνας ῥοφέων, πειράσθαι εἴ τι κε θεῖ θαι
Μηκέρας Ἶπες ἔδοιεν ἀπεχθέος αὐλακτῆς.

Penitus reuoluens, experiens huc & illuc
Ne cornua Vermes edissent absente domino.

Alcæus videtur distinxisse, ita vt Ἶπες cornua rodant, Ἴκες veto vites Sed Ix vitro, non viti secundum alios infestum est animalculum. Et Strabo, & ex eo Eustachius, Celiusque Hercule m ab Erythræis Ipoctonon appellarum esse scribunt, quod Ἴπας fugasset ἀμπλοφάγας, id est vites artodentes: & Galenus ampelitim terram, ita dictam esse restatur, quod Ipes (non σκίπες, vt nunc in eius codice deprauare legitur) interimat, vitibus infestas. Deriuatur ab Ἴπτω, id est, βλάπτω quod sua corrosione noceat, vel vitibus scilicet, vel cornibus. Extat de hoc Insectulo patœmia apud Diogenianum: Κακὰ μὲν θρῖπες, κακὰ δὲ ἶπες, mala quidem Thripes, mala rursum Ipes. De duplici malo dici solitum, vt non magni referat, vtrum elegeris. Quo loco author Adagiorum: Thrips enim, inquit, Græcis est Vermiculus, qui lignis innascitur, materiasque vitiat: Ips item cornibus, & vitibus infestus.

Ix quid. Hercules Ipoctonos.

Ampelitis terra vnde dicta.

E

Adagium.



CAPVT VI.

DE BVPRESTE. ÆQVIVOCA. ſynonyma.

BVpreſtis eſt oleris ſpecies, vt Galenus in Hippocratis Gloſſario tradit. eius & *a* Theophraſtus meminit de olerum germinatione loquens: Germinatio, inquit, tam eorũ, quam reliquorum, partim cũ primis imbribus poſt æquinoctium fieri ſolet, vt aphacæ, canariæ, & eius quã Bupreſtem quidam appellant. Quæ forte non intelligens *b* Plinius hæc ſcribit Bupreſtin magna inconſtantia Græci in laudibus ciborum etiam habuere, ijdemque remedia tanquam contra venenum prodiderunt. Et ipſum nomen iudicio eſt boum certe venenum eſſe, quos diſſilere deguſtata fatentur. Etymologiam autem Bupreſtis animalis venenati, & Cantharidibus ſpecie, ac viribus ſimilis, vt loquitur *c* Galenus, optime tradidit *d* Nicander.

a L. 7. Hiſt. Plant. c. 8.

Plinius ignorantia *b L. 3. c. 8.*

c 11. de ſym. med. facult.

d In Alexi.

Η καὶ πουδαμῷλεις ἐρεμάσπρας ἄλλοτε μόχθους
Πίμπρασαι ὅππότε ἦρα νομῳζόμθοι θαπέοντας
Τούνεκα τῷ Βόπρηστιν ἐπικλέεσι νομῆες

Id eſt.

Sæpe pigram hæc vaccam, vitulum quandoq; ſalatem
Perdit, paſcentes ſua quando armenta magiſtri
Diſcernunt, & ob id Bupreſtem nomine dicunt.

Huic ſub ſcripſit Plin. vt ex ſuperiori allato loco licet conſpicere, tũ etiam ex hiſce verbis, quæ *e* alio in loco poſuit. Bupreſtis animal rarum in Italia, ſimillimum Scarabæo longipedi. Fallit inter herbas bouem maxime, inde nomen inuenit: deuoratumq; tacto felle ita inflammat, vt rumpat. Diciturque Bupreſtis παρὰ τὸ τὸν βοῦν ἐμπίμπρασθαι, quod hoc animal boues incendat, & vrat. Aliter autem ſentit Etymologiaſtes; ait enim dici, quod ſummopere intumeſcere hominem faciat. Βούπρηστιν δὲ, inquit, φασὶ λέγεσθαι διὰ τὸ τοὺς γαυσαμένους ἀυλῆς μεγάλως πίμπρασθαι. τυτέστι φυσᾶσθαι. τὸ γὰρ βοῦς ἐπὶ τοῦ μεγάλου ἔπαιρον οἱ ἀρχαῖοι. καὶ βουπαῖδα τὸν μέγαν παῖδα. id eſt. Bupreſtem dicunt nominari, quod eos qui eam guſtarint inflatos, ac tumidos reddat multum, quod πίμπρασθαι Græci dicunt. Βοῦς enim nomen, magnum antiquis ſignificabat. vnde βουπαῖδα magnum puerum dicunt. Etymologia autem vtraque toleranda: priot tamen, quæ Nicandri eſt, magis arridet. Idem quoque animalculum aliud apud Græcos nomen obtinuit, nimirum Βουδάκη teſte Heſychio: forte ita dictum quod boues multum mordeat. Græci hodierni præſertim Cretenſes Vouprefti adhuc dicunt. Arabes Xofoſtis. Itali Bupreſti. Germani Knoelſter, ein Qualſter, Gauchkapher. Hiſpani Archentabuei.

e Lib. 30. cap. 4.

GENVS. DIFFERENTIA. deſcriptio.

In Italia rarum. *a In Dipſadibus.*

SCire equidem, vt verum fatear, deſidero, quid ſit apud antiquos Bupreſtis. rarum hoc eſſe animal in Italia ſcripſit Plinius; frequens eſſe in Lybia *a* Lucianus. Nullus tamen veterum, id ita deſcripſit, vt cognoſci poſſit, ac à cæteris Cantharidibus ſecerni: Scarabęo longipedi aſſimilat Pliniusinec de eo quidquam amplius veteres meminerunt, quam quod in herbis latitans, ab animalib. prætereuntibus deuoratum, ea interficiat. Id quoque in veruecibus plerunque paſtores experiri, refert *b* Iacobus Greuinus, qui tympani inſtar intumeſcunt. Noxam itaque ſeu damnum ſolummodo indicare, id animal poteſt. Quapropter *c* Bellonius rerum rariorum, dum eſſet in Græcia, diligentiſſimus obſeruator, quod dam genus Cantharidis in monte Ato Cretæ inuentum, à noſtris vulgaribus Cantharidibus diuerſum, Bupreſtim eſſe veterum putat, quod magno ſuo malo incolæ eorum locorum experti ſint, iumenta ac alia ruminantia animalia necare, primumque intumefacere, ſi aut ipſum ab eodem deuoretur, aut herbæ, quibus inſederit, depaſcantur. Vulgaribus Cantharidibus ſimili forma eſſe dicit, niſi eſſet craſſius, pallidi ſiue lutei coloris, admodum putidum indifferenter veſcens rubo, vel cichorio, vel vrtica, vel conyza, vel aliis herbis. hoc Calóieri antiquo nomine appellant Voupriſtis, alis ad volatum aptis prædictum, vt Muſcæ. Suam Bupreſtem ſimili fere modo depinxit Leonicerus animal, vt inquit, Scarabæo ſimile, altis ingrediens pedibus fœtore peſſimo, adeo vt Cimices etiam ſuperet, ac frondes fructuſque per quos irrepſerit iuficiat. Videtur autem ignoraſſe, aut ſaltem male depinxiſſe Iacobus Greuinus Bupreſtim, cum eum octo pedibus depingat, Scholiaſtis Nicandri forte autoritate deceptus qui id animal ὅμοιον φαλαγγίῳ eſſe ſcribit. Nos autem quamuis in inueſtigandis hiſce reconditis diligentiores fuerimus, quam quæ magis ſunt nota, tamen adhuc non reperiſſe veram Bupreſtem conſitemur, etſi ttes eius ſpecies hac tabella exhibeamus depictas.

b De venen.

c Obſer. c. 45 lib. 1.

Bupreſtis Bellonij deſcriptio. Victus. Leoniceri.

Quarum quæ prima eſt in aruis deprehenſa, rinctu ſatis magno, coloris candidi, in interna parte ſectrato; ſupra cuius duo cornicula, quibus conſtat, aliud corpus habetur candidum ſimiliter. in ipſo rinctu appendices illi quatuor breues & piloſi, quibus videtur primum cibum guſtare, antequam in os ſumat. capite eſt obſcure viridi, item dorſo, & vaginis, quarum vtraque maculam habet rotundam albamque. Antennis longis. Lineam quam vtræque vaginæ, cum in alui medio coniunguntur, conſtituunt, ænei coloris. ſub alis viridis, vt elegantiorem colorẽ vix intueri quiſpiam poſſet, pedibus longiuſculis piloſis colore non ſemper vno, ſed prout ſoli obuertuntur, ita nunc colorem viridem, nunc æneum referentibus, plus tamen ænei participantibus. Color qui ſupina eſt parte nullum colorem de ſe fundit: in parte prona omnia eleganter micare conſpiciuntur. Secunda ſuperiori ſimilis, colore tamen differt, qui in toto (exceptis pedibus qui flaui ſunt) niger eſt, & hęc quoque in aruis reperta. Tertia eſt Iacobi Greuini, quam quatuor pedibus ab vtroque latere depinxit, colore viridi. Similem depinxit Mathiolus in ſuis ad Dioſcoridem Commentarijs. Sed cum ibidem eam non deſcribat, dubito num velit eam eſſe Cantharidem, quibus in medicina vtendum eſt, an Bupreſtem.

Secundæ Tertiæ Greuini

VSVS IN MEDICINA. & aliis

SImili modo reconduntur Bupreſtes quo Cantharides, vt author eſt *a* Dioſcorides. ſimilique facultate pollent, erodendi nimirum, exulcerandi caloremque eliciendi. Venerem his accendi, non aliter, quam Cantharidibus, Rueſlius exiſtimat, ſi in potu ſumantur. Admiſcentur autem medicamentis, quæ ſepras, ferosque lichenas, & carcinomata ſanant. Bupreſtis autore *c* Plinio cum hircino ſeuo illita, lichenas ex facie tollit, ſeptica vi: Menſes cient peſſis emollientibus addita. Quapropter *d* Hippocrates ad varios muliebres morbos eam vſurpauit Vt ſi menſes non compareant, ſubdit purgatorium ex ea trita confectum demptis alis, & capite, ac pedibus, cum ficus interna parte commiſta: ita vt pinguedinis ficus porrio dupla fit. idque eſſe optimum deſperatis affirmat. Inter ſubdititia acria, quæ ſanguinem ducunt, refert & id quod ex Bupreſte fit. cui ſi parua ſit demptis alis, pedibus, & capite commiſcentur ea, quæ cum Cãtharidibus miſcet ad ſubditium ſeu peſſum efficiendum, nimirum myrrha, thus, mel, oleum roſaceum, aut Ægyptium tinctum. Si vero magna ſit, ſola ſumitur, & apponitur. At vero vbi molliore opus fuerit ad Bupreſtem vinum, & cuminum Athiopicum ammiſcetur: vua item paſſa, & pollen ſeſelis, & aniſi: vinum autem feruefacere oportet, eoque affuſo reliqua terere, in paſtillos drachmales efformare, eoſque apponere myrrha, & thure ammixtis, facere autem eodem modo velut cum Cantharidibus præcepit. Peſſarium quoq; hoc conferre ait ad vteri ſtrangulationem, quod ſequitur. Bupreſtes primum in vinum immittit, & cuminum Æthiopicum, ſeſeli, & aniſum addit, ac feruefacit. ad decem vero Bupreſtes acetabulum olei ammiſcet, & reliquis omnibus eadem portione acceptis, cõmiſcet deinde myrrham, & thuris parum, & ex hoc glandulam factam ſubdit. Quam etiam, vt exiſtimo inteſlexit, quando ad obduratos vteros præſcribit, quod ex Bupreſte paratur. hoc enim medicamentum apponit, ac per diem manere in loco ſinit, & vbi fortiter momorderit glandem extrahit, pudendum colluit, cum aqua calida, & in oleo ægram inſidere iubet; poſtridie vero lotæ ceruinum adipem liquatum, & molli adipe exceptum apponit. Ijſdem ſubditijs *e* vtitur ad molam expellendam, epoto dictamno è vino. Si quis Viperas ſpectaculi, aut alterius alicuius emolumenti gratia domi alere cupiat, eum non latere debet, Bupreſtem hiſce in alimentum cedere, ſi fides aliqua *f* Galeno ſit.

Vt recondantur. *a Lib. 2. cap. 59.*

b Lib. 2. de nat. ſtirp.

c Lib. 30. cap.

d L. de mor. muliab.

Menſes cient.

Ad vteri ſtrangulationem.

Ad obduratos vteros.

e L. de ſterilib.

Viperas nutriri Bupreſte.

f De Theriaca ad Piſon.

VENENVM, EIVSQVE cura.

REcte apud Iuriſconſultum titulo ad legem Corneliam ſcribitur: quod, ſi cui temere pigmentarij Pithiocampas, aut Bupreſtes dederint, teneri pœna legis Corneliæ de ſicarijs, & veneficijs; ſunt euim ambo venenata, non aliter, quam Cantharides. Quod ſi vero homini contingat Bupreſtis in ventriculum ingeſta, aut epota, hunc certe quædam ſymptomata fatigant, ab his plane diuerſa, quæ ab epotis Cantharidibus proferri ſolent. Qui Bupreſtem biberunt, inquit *a* Dioſcorides, non diſſimile nitro virus ſapiunt: ſtomachi ventriſque vehemens dolor inſequitur: tam venter, quam ſtomachus mirum in modum, vt in aqua intet cutem diffiatus, inturgeſcit. vrina ſupprimitur. Quæ omnia hoc carmine cecinit *b* Nicander:

Signa potę Bupreſtis. *a Lib. 6. cap. 3.*

b In Alexiphar.

Μὴ μὲν ἐπαλγαόυσα πόσις Βοπρήσιδος ἰχθῆς
Λησείει. σὺ δὲ φῶτα δαμαζόμθον πιπυθοῖο.
Ηὸ ἤτοι λίτρῳ μὲν ἐπιχρίζουσα χαλεπὰ
Εἰδέπαι ἐμβρυχθέσα βαρύπνοθ· ἀμφὶ δὲ γαςρὸς
Αλγεα δυσδόυπα τοῖ σμῴποσιν ὄρωρεν.
Ὄυρα δὲ τυφλοῦται. νιάτη δ' ὑπὸ κύσις ὀρεχθεῖ.
Πᾶσα δὲ οἱ νηδὺς ἀμφιπίμπρασται. ὡς δ' ὀποδ' ὕδρωψ
Τυμπανόεις ἀνὰ μέσον ἀφυσγετὸν ὀμφαλὸν ἴζει
Αμφὶ δὲ οἱ γήοις πέπαον περιφαίνεται ἕρφθ.

Quæ ſic vertit Iacobus Greuinus.

Noſce etiam inuiſa Bupreſtidis acre venenum
Conuenit, & domitum qui affligat & opprimat ægrum.
Hac alto aſpergens fumentis labra colore
Nitroſo infectum grauiter cit in ore ſaporem;
Et facit eroſo non ſuauia tormina ventre,
Quorum vel ſolo eſt cruciatum cernere vultu:
Obſtruit vrinam, ima hinc veſica laborat,
Et tumet inflatus ſicco velut hydrope venter;
Per mediaſq; effert vmbilicum in ſumine ſordes.
Ac leuat extenſam ſurſum circa ilia pellem.

Causæ symptomatũ.

Odoris autem, & gustus nitrosi quem æger percipit, vehementis ventriculi doloris, ac suppressionis nulla alia ratio esse potest, quã veneni malignitas. Ventris autem tumor, qui hydropis speciem, quam tympanitem Græci dicunt, præ se fert, non aliunde prouenire potest, quam à suppressione vrinæ, quæ per totum corpus, maxime vero ventrem regurgitat; quamuis Iacobus Greuinus existimet fieri ob vapores, & humores qui à veneno colliquantur, & sursum petunt. Huius animalculi potui aduersantur ea medicamenta, quæ ijs qui Cantharidem hauserunt, prodesse diximus, vt mustum, sapa, omne oleum potum redditumq; vomitionibus; lac marinum, & recens lardum, capræ eiusq; decoctum ius haustum, item ius suillum pingue, ac nitrum cum aqua, oleum laurinum, & oxymel antiquorum. Verum post vomitum, & vacuationes quas clysteribus molimur, peculiaria antidota contra hoc malum antiqui tradiderunt. Vomitus autem peculiariter fieri potest ex oleo œnanthino; quod contra Buprestem valere ex aqua potum, & per se lotum vomitionibusq; redditum, Vincentius ex Plinio tradit. Propria autem antidota post vomitionem sunt ficus aridæ, vel earum decoctum ex vino, veluti nobis præcipit *c* Nicander:

Ventris tumor vnde.

Curatio.

Vomitus.

Antidota.

c In Alexi.

Τῷ δ' ὀλυκραδίης τρίπτεῖ σὺν νέκταρι μίξαις
Σύκων αὐανθέων ἅλις πόσιν ἀμφαλόεσσαν.
Ἠέ τε σφύρη μιχάδι λιπὼν πιθ λασμῶνα κόψας
Ἐν πυρὶ τηξάμενος πυρετῶν ἀλκτήρια νώσει.
Καὶ κε μελιζώρειον νέον κορέσσῃ ποτῖο.

Id est, vt Greuinus interpretatur.

Hic coctum siccis cum ficubus accipe vinum;
Imo sua abscissos ipsos à fronde minutim
Contere, & elixa dulcemq; hinc porrige potum.
Certa calentis enim fuerit medicina veneni.

Verum hoc in Nicandri loco animaduertendum est variare lectionem, vt eius interpres indicauit. legi enim potest τρίπτεῖ vel τρεπτῇ. præterea κράδη non ficum, sed proprie teneriorem, & summũ ficus coliculum, quod trasplantari potest, significat, vt doctissime Marcellus Virgilius Dioscoridis interpres ex Theophrasto aliijsq; docet. Si τρεπτεῖ legatur, sententia erit, Ficuum tenerioris summi coliculi cui tria sunt folia, vmbilicosam siue nutrientem satisq; arefactam potionem vino misceas. Sin vero τρεπτεῖ, ita vt κράδη pro ipsa ficu accipiatur, sensus erit: Bonæ ficus arefactæ vmbilicosam potionem vino tres annos nato misceas. Quum vero Nicander ait:

Καὶ κε μελιζώρειον νέον κορέσσῃ ποτῖο:

dubium esse Scholiastes ait, num μελιζώρειον adiectiuum sit, pro dulci quo alibi quoq; vsus est in Theriaca, vt sit ad potum ex aridis ficis confectum referendum, veluti retulit quoq; Greuinus in carmine eius Latino; an vero ex melizoro herba intelligat. Quid vero herbæ sit μελίζωρος non indicat. Cæterum quod ad superius dubium attinet, videtur Dioscorides non colicula tenera per κράδη, sed ficus aridas intellexisse, dum eas, vel per se, vel cum vino decoctas præscribit. magis autem prodeiunt ficus si vinum sit generosum vetus, id enim maiorem habet vim resistendi venenis. Ficus autem aridę ita mixtę suo temperato calore etiam flatus discutiendi, aluum soluendi, & veneni portionem aliquam per sedem eijciendi, vim habent. Ab eodem Poeta pyrorum omne genus, myrtus, & lac muliebre maxime laudatur:

Ἄλλοτε δ' αὖ ἀκαλέης δλῶ ἀχράδος ἠδὲ θάλχας,
Ἠλὸ μυρσίνης, ὅτε μυρτίδος οἰνάδι θάλλων.
Ἠ ὅγε καὶ θηλῆς ἄπο δὴ βρέφος ἀμπελάοιτο
Ἀρτιχοὺς. μαστῶν δὲ ποτὸν μοχηδὸν ἀμέλγοι.
Οἰνήτ' ἐξ ὑμῶν νεαλῆς ὑπὸ οὐθαπι μέχρος
Βράθει αὐαχρύσσα χύσιν μροεικέα θηλῆς.
Vel montanorum præbe genus omne pyrorum;
Interdumq; ipsas in vinum conijce myrtos.
Et se famineum; qualis puer, ager ad vber
Admoueat, præsas que tenax trahat ore papillas:
Vt petulans vitulus facta qui semina matris
Pulsat, & haud tacitis cit dulcia flumina labris.

Bacche. Myrsine. Acheras quid. Buprestis calida. Lactis vsus quatenus vtilis.

Achras, Bacche & myrtine aiunt interpretes esse species pyrorum quin & oleæ species est myrtine vocata. Acheras teste Dioscoride syluestris pyri species est tarde maturescẽs. Quia autem Buprestis calida est, ideo Nicander pyris syluestribus, & myrthi baccis, quæ facultatem habent refrigerandi, & adstrictione sua ventriculum corroborandi, vtendum esse consulit. Cæterum vbi accidentia remittere aliquantulum febrilisq; calor mitigari parum cœperit, Thebaicarum palmularum fructum pro cibo, aut tritas easdem in mulso, aut lacte, secundum Dioscoridem. loco potus dare expediet. Lac etiam (muliebre præsertim) & deinde bubulum, præterquam quod peculiari quadam vi aduersus venena pollet, vehementes compunctiones etiam, quæ in ventriculo, & intestinis adhuc superesse possent, sedare atq; lenire potest. Minime tamen dandum, cum corpus adhuc tumidum apparet, & febris vehemens adest. Augere enim tum morbum posset. Asclepiadis ad idem malum apud *d* Galenum hæc sunt remedia. Buprestem autẽ quisquis ebiberit, pasum multum primo huriat, deinde vomat: ,, ius demum carnis suillæ, & lac calidum sorbeat: Prodest etiam ,, ad saturitatem non edere. Dandum quoq; ficuum decoctum: ,, vel nitri rubri drachmas quatuor, contusas ex aqua bibendas tarde. Est & hoc Insectum venenum iumentis, & porcis veluti dictum est, quapropter signa eius ingesti tradiderunt veteres præsertim, qui de re veterinaria sua nobis commentaria reliquerunt. Si Buprestem bestiolam, vt scribit *e* Ælianus bubulum pecus deuorauerit, tantopere inflatur, vt & rumpatur, & non multo post halitum effler extremum. De equo autem tradit Hierocles, si fœno vescens Buprestem gustauerit distentus venter, dolore dissilit, quod & Pelagonius confirmat. Addunt præterea ventrem incendi, cibi fastidium vrgere, totumq; pabulo distendi, crebrius alui recrementa ferri, paulatimq; spiritum elidere, eiq; hoc modo succurri. Illigatum caput reflectitur, venæ quæ supra nares tendunt rescinduntur; quo sanguis extra per os profluat: brassica cocta cũ oleo & garo datur vorianda *f* Vegetius paulo aliter curat. Equus, inquit, si Buprestem comederit in fœno, vel in pabulo, hæc signa statim sequuntur. venter ei inflatur, & à cibis resilit; & stercora minutatim, ac frequenter reddit, qui statim sternendus est, & cogendus ad cursum. Post ei vena tangenda est, de palato leuiter; vt sanguinem suum defluentem transglutiat, assidue deambulet, triticum cum passo infusum, & porros adferes ad cibandum. Vinum autem tepefactum cum vua passa diligenter contritum ad cornu dabis eidem in potu.

d Lib. 2. de antidot.

e 6 de animal. ca. 35.

Equus si Buprestem gustauerit.

Curatio.

f Li. 3. c. 78. artis veter.

CAPVT VII.

DE COCCOIO. ORDINIS RATIO. descriptio.

Coccoium in nouo orbe in Hispania compertum esse, rerum Indicarum scriptores commemorant horum aliqui Scarabæi speciem faciunt; alliqui Noctilucarum seu Cicindelarum. videtur esse mediæ cuiusdam inter vtrasq; naturæ: ob lumen enim, quod præ se fert Cicindelam appellare possimus, ob alarum vaginas, quibus est præditus Scarabæi inter genera referre; qua de causa hoc medio inter Scarabæum, & Cicindelam loco posuimus. Hunc Muscarum forma aliqui describunt, non quod alis sit detectis, sed quod volans sit Insectum, quod confusa nominis appellatione Muscam multi scriptores appellant. *a* Simon Maiolus Episcopus Vulturiacensis scribit tantæ Coccoium esse magnitudinis, quanta sit auellana nux, aut quantus Scarabæus nostras; quaternas autem habere alas, binas vero leuiores, reliquas duriores Scarabæorum more. *b* Cardanus magnitudinem ipsi attribuit, qualem Scarabæis nostris, quos ceruinos à cornuum longitudine vocamus. Sunt huic prægrandes oculi pro corporis magnitudine, & prominentes, quibus multo magis lucet, quam reliquo corpore. Sed quatuor habere lucidissima specula testis est *c* Petrus Martyr. in oculorum sede duo, in ilibus sub vagina duo, quæ tunc apparent cum alas expandit, & vaginas detegit.

Descriptio.

a Dier. vani coll. 5.

b De subtil. Lib. 9

Oculi quadrati.

c 7. Decaõ. cap. 9.

CAPIENDI RATIO.

Cum tantus sit huius animalis vsus apud Indos, modum, quo capiatur pulcherrimum Indiæ incolæ inuenerunt. Primo noctis crepusculo (vt scribit Petrus Martyr) exit domo Cuccuiorum indigus, titionem manu gestat ignitum, tumulum vnde queat à Cuccuijs prospici; ascendit vicinum, elatis vocibus Cuccuium appellando circumrotat titionem. Cuccuie Cuccuie inclamitando aerem obtundit. Ad vocantis te boarum simplices putant nonnulli Cuccuios eo delectatos strepitu conuolare: veniunt nãq; properãti, & præcipiti accessu. Ego vero accurrere arbitror ad titionis fulgorem Cuccuios, quod ad lucem quamcunq; agmina Culicum aduolent, quib. Cuccuij vescuntur in aere ipso, vti Cipselli, & hirundines. En Cuccuiorum numerum exoptatũ, titionem, venator manu proijcit. Titionem aliquando sequitur Cuccuius aliquis, & solo se demittit, captu facilis tunc est, vti Scarabæum ambulantem vagina clausa, liter vi storibus, si quis eo indigeret, capere. Negant aliqui hoc pacto solere capi Cuccuios: imo aiunt paratos habere venatores frondosos maximeramos aut lata lintea quibus ablato volantem percutiunt Cuccuium, in terramq; impellant, vbi iacens torpescit, & capi se patitur, vel vt alij dicunt, sicuti volucris lapsum frondoso eodem ramo, & linteo proiecto super eum prædam assequuntur vtcunq; fit, venator venatore Cuccuio apprehenso, domum reuertitur.

CIBVS. VSVS.

Captus duo præstat Indis commoda venatur Culices, ac lumẽ candelarum loco præbet. Aiunt enim, quod qui Culices domi habere non vult, aut timet ne ingressuri sint (magna enim in India Culicum copia, vt alibi dictum est) huius animalis inuigilet venatui, ac domi clausum contineat. Causo enim ostio totã circumit domum præcipiti volatu, sublectis pensilibus, & cinem facies dormientium quæritans Culices, ita vt custodis nocturni officio vna fungi videatur. Culicibus vero iam explosis, & captis, eoq; famescente lumen deficere incipit, idcirco vbi languescere vident eius lucem ostiolo domus aperto, abeundi & quærendi victum, liberam potestatem tribuunt. Elucent enim eius oculi veluti lucerna: noctuque volitantes non minori coruscatione aerem illustrant, quam quæuis candela cerea soleat illustrare: quin siquis noctu manu hoc animal deferat, procul putabitur lucernã ab omnibus deferre; facileque ita quisq; falli poterit, dum ad eũ accendendi luminis causa accesserit. tantam vetæ lucernæ imaginem procul præ se fert. Quapropter in cubiculis Coccoium arcẽtis luminis loco sumũt, & vsurpant Indi legentes, scribentes, aut aliud quid operis peragẽtes. Iter faciẽtib. per syluas, aut alia quæuis

Culices venator.

Lucis eius vsus.

loca tres quatuorue eiuſmodi Coccoij laternæ vicem præſtat. Atque vbi turma cohorſue proficiſcitur, omnibus horum lux vias dirigit, nec in itinere oberrare permittit. Solent etiam plerique ſibi reſtes ex eiſdem animalculis conficere, & collo appendere nocte modo torquium: atque ex ea copia tanta lux emicat, vt ſi fides Ouiedo, quatuor millibus paſſuum eminus confici poſſet. Eiuſmodi autem lumen, multo ſecutius ipſis facibus accenſis, cũ illud à vento nullo modo extinguatur. hoc v. quo à facibus præbetur, ilico leuiori vento conquaſſatum moriatur. Totam hanc lucem de cuius vtilitate hactenus diſſeruimus, partim dant oculi, partim partes, quæ ſunt ſub axilis. Quæ cauſa eſt cur volaus longe fulgidius ſplendeſcat, ac remotius, quam cum quieſcit. Extinguitur ſenſim hoc lumen marceſcente animalis vita, adeo vis hæc vitali animæ coniugitur. Remanere tamen liquorem illum, qui reſplendebat in oculis, ac ventre putauit Cardanus, ac in ſe luminis aliquid adhuc poſt mortem retinere. nec alio id argumento ſibi perſuaſit, quam quod ſcriptum repererit, eo liquore perungi ſaciem Indorum, vt ſplendidi noctu appareant, ac flammis accenſis facies eorum ſimilis noctu videatur cum tertere quempiam cupiunt. Verum & hanc eius liquoris lucem. & igneam vim breui tempore elangueſcere tradit Petrus Martyr, quod fit in tenui ſubſtantia receptus.

CAPVT VIII.

DE CICINDELA: *ordinis ratio.*

a *Lib. 11. cap. 28.* Scarabæi genus Cicindela. Papilionẽ non eſſe.

SCarabæorum genus Cicindelam quoque conſtituere oportet; ex plurium, & *a* Plinij autoritate. Nam quamuis ſint, qui dicãt, Papilionem eſſe, tamen cauſam, cur ita opinentur, ſubticuerunt. fortaſſis eſſe poteſt ratio, quod eodem fere modo generatur quo Papilio, nimirum ex Erucis. Sed quamuis has Erucas appellarit Ariſtoteles, ex quibus Cicindelæ oriuntur, tamen Erucarum deſcriptionem minime tolerant, vt poſtea dicetur planius. Nec alarum numerus cum eo quem Papiliones habent conuenit, binis enim aduolant pennis, ijſque non detectis, ſed vagina quadam coopertis membranoſis quam ob cauſam inter Scarabæorum genera relatæ ſunt. Quapropter hoc capite, quod Scarabæorum hiſtoriam ſubſequitur, lubet eius animalculi innato quodam ſplendore notabilis, naturam, perſtringere.

ÆQVIVOCA.

Cicindelę.

A Cicindela Inſecto lychnus penſilis, quem vocãt vulgo lampadem, Cicindela appellatur, quæ nocte tota ſeruatur accenſa, & Lampyridis inſtar lucet, vt autor eſt Calepinus. eius tamen ſignificationis nullum autorem citat, quod mirarer ſummopere, niſi mihi, vt credam abſque autoritate perſuadeat ſimilis quædam vocabulorum apud Græcos affinitas, qua vtrumque & animalculum, id de quo agimus, lumen, quod pletunque circa lares, ac domos ſuſpenditur, non valde diſſimili nomine ſignificatur. nã λαμπυρίς; vt illis Cicindela dicitur, ita λαμπῆρες οἱ κατὰ τὴν οἰκίαν φαίνοντες λύχνοι, vt ait Varrinus in ſuo Lexico Λαμπυρὶς præterquam, quod meretricis eſt nomen apud *a* Athenæum, quæ & λάμπας dicitur, etiam apud Heſychium λάμπυρις ſeu λάμπυρις mutato accentu in prima ſyllaba, vel addito o in media, eſt ἀλώπηξ ſeu vulpes, cui canes quidam ſimiles ſunt. nam in vulgari Lexico λαμπυρό vulpis genus albicante cauda exponitur. Eſt etiam canis nomen λάμπυρος apud *b* Theocritum.

Meretricis nomen. a *Lib. 13. Deipn.*

b *Idil. 8.*

Ὦλάμπυρε κύων, ὄυπω βαθὺς ὕπνος ἔχει σὲ;

Id eſt.

O Lampure canis, tam profundus ſomnus habet te?

Canis, inquam, nomen hic eſt. nam ita tradit Scholiaſtes, ἢ ἀπὸ τὴν λαμπρὰν ἔχειν τὴν οὐρὰν, ἢ πυῤῥὰν; id eſt ab eo, quod ſplendentem habeat caudam, aut ruffam, aut rutilam: nam λάμπυρος adiectiue dicitur, qui lucentem caudam habet; & cuius cauda fulget; vel παρὰ τὸ λαμπυρίδι ἴσως εἶναι, id eſt quod Lampyridi ſiue Cicindelæ ſit ſimilis.

SYNONYMA.

Λαμπυρὶς & λαμπυρὶς accentu graui dicitur apud Græcos volantis Inſecti genus, ac veſpere per arua lucentis communi nomine; apud Ariſtotelẽ πυγολαμπὶς quod reſpondet ſuperiori λαμπυρίς, vt enim λαμπυρὶς dicitur παρὰ τὸ ἔχειν λαμπρὰν τὴν οὐρὰν, i. e. quod ſplendentem habeat caudam, ita quoque πυγολαμπὶς. nã πυγὴ & οὐρὰ ſynonyma ſunt. Nec in eam ſententiã adduci poſſum vt apud Ariſtotelem πυρολαμπὶς legi putem, quam multos ita, ſi non putaſſe, ſaltem ſcripſiſſe video, fortaſſis ab Heſychio ita edocti, qui πυρολαμπὶς exponit, ζῶον πτηνὸν ἐν σκότει λάμπον hoc eſt, animal volatile in tenebris lucens. nam πυγολαμπὶς nomen huic Inſecto multo magis conuenit, quam πυρολαμπὶς habet enim caudam ſplendentem fulgentemque vt mox in deſcriptione patebit. Scribitur quoque apud Ariſtotelem in quibuſdam codicibus πυγολαμπὶς Κυσολαμπὶς, dicitur etiam Heſychio ἡ ἀθηναία λαμπουλὴ νυκτὶς νυξὶ καυθαρὶς; id eſt lucens nocte Cantharis, quod ſi κανθαρὶς legatur, quod Scarabæum ſignificat, erit fortaſſis & hoc nomen huic Inſecto accommodatum, quum id è Scarabæorum genere multi opinentur. κανθάλαι in Gloſſario Græcolatino dicitur Cicindela, quod apud alios probatos autores nullibi reperio. Eſt quoque Latinis haud vnicum vocabulum, quo hoc Inſectum

A munt, communiſſimum autem eſt omnium Cicindela, qua voce frequentius vtitur Plinius. Apud quoſdam autores huius vocabuli ſcriptio variat. Sunt enim qui Cincindelam ſcribunt, vt Adrianus Iunius, & Iulius Cæſar Scaliger, ambo & bonarum artium ſtudioſiſſimi viri, & in ijſdem præcellantes. Cæterum cum apud euudem Scaligerum vno tantum in loco Cincindela, nimirum in Poematibus, ſcriptum comperiam, in aliis autem locis Cicindela prioris ſyllabæ n dempto; & apud alios ſimiliter plurimos autores optimos, & peruetuſtos aſſerere auſim poſteriorem ſcriptionem probandam eſſe, alteram minime. Vtuntur quoque Latini Græco vocabulo Lampyris; ſed infrequentius, cum ipſis plurima alia à Græcis minime mutuata, ſed propria, & ſuis diducta verbis, nomina ſuperſint. Nitedulam à nitendo dictam, muris exigui genus eſſe docet Seruius; alij Vermem eſſe putant noctu lucentem, qui dicitur Cicindela & Lampyris. *a* Cicero. Quoniam id etiam fatum ciuitatis fuit, vt illa ex Vepreculis extracta Nitedula Remp. conaretur arrodere. Hic Seruius Nitela legit citante Nizolio in Theſauro, quem in Ciceronis opera conſcripſit. Verum poſſem ex Iulio Cæſare Scaligero probare Nitedulam hoc animalculum, de quo agimus, poſteriori parte nitens nominari poſſe, is enim Ænigmatibus Ciciudela, Nitedula, Lucula, tanquam eadem ſignificantia ponit, quanquam poſterius vocabulum, nimirum Lucula ab eo confictum putem ex Italico, qui Luciola hoc animalculum nominant Flamidem quoque ab Apuleo nuncupari *b* Pierius Valetianus teſtatur. A recentioribus Latinis Noctiluca dicitur, quæ apud veteres Lunam aut Venerem ſignificat. *c* Varro, Luna, inquit, quod ſola lucet, noctu. Itaque ea dicta Noctiluca in Palatio. nam ibi noctu lucet templum, ad quem locum Varronis, ſic inquit Ioſephus Scaliger in Collectaneis: Horatius quoque eandem cum Luna facit.

Nitedula quid. a *Pro Seſtio.*

Lucula vnde dicta

B

Flammis

b *Hierog. 16*

Noctiluca. c *De Ling. lat. lib. 4.*

Rite creſcentem face Noctilucam.

Leuinus vero vetuſtiſſimus autor videtur eam Venerem nominare: Venerem igitur almam adorans, ſiue fœmina, ſiue mas eſt, ita vti alma Noctiluca eſt. Quare ab eadem ratione dicitur Noctuuigila à Plauto in Curculione, hoc eſt νυκτιλαμπὰς. Dicitur etiam hoc nomine Lucerna in Bimarco. Noctilucam tollo, ad forum fero, inflo, anima reuiuiſcit. & alibi idem *d* Varro à luce Noctiluca. Lucere item à luce, quod propter lucem cultus inſtitutus. ad quæ verba Adrianus Turnebus, Varro, inquit, libro ſuperiore de Luna. Itaque ea dicta Noctiluca in Palatio. nam ibi noctu lucet templũ.

Noctuuigila dicta Venus. d *Lib. 5. de Ling. lat.*

C

Atq; is eſt cultus, quem hoc loco dixit Varro. ſignificãs Romæ eius templum nocte lucere. Itali Luciola, & Lucio à lucendo nominant. Galli Verluiſant. Mouſche claire, Ver ou Louſche luiſant de nuict au temps que les bleds ſont muers ou ſciez Hiſpani la Luciernega, Germani S. Ioannis fliegen, S. Ioannis Kefer, quod tempore feſti Diuo Iohanni ſacri appareat, vt notat Adamus Leonicenus. Nam *e* Adrianus Iunius putat ab iiſdem Germanis Licht oder nachtmugk vocari, quemadmodum etiam à Belgis een licht ofte nachtmugge, quaſi ab hiſce populis inter Culicum genera referretur. mugk enim vel culicem appellant. Poloni Zl' otnik chrzaszezer vvnocii szvvieccacii Hungari Eyel tvvundoekloe bogaratska vilant ſo. Angli à globert, à gloevvorme that sbynith bynich.

e *In Nomenclatura.*

GENVS. DIFFERENTIA. *deſcriptio.*

Genera. Pennatæ deſcriptio.

D

CIcindelarum pars pennata eſt, pars impennis autore Ariſtotele, quod etiam & Formicarum generibus accidere dictum eſt. Pennata peunas incluſas iu vaginis fuſcis habet. Caput à ſuperna parte ceu Cucullo quodam clypei inuerſi, & incumbentis formam habente totum contegitur, fuſci vt vagiuæ coloris. capitulum ei paruum nigerrimum, in duo tubercula diſpartitum; ceu gagatis ſplendore ocellos. Aluum habet annuloſam multis ſegmentis diuiſam, in cujus extremo guttulæ duæ ignis inſtar pellucidæ, ſed è lucido igneo ad viride ſeu ſubcæruleum tẽdentes, qualis nonnuuquam flammæ eſt ex ſulphure incenſo color, conſpicitur tunc maxime cum aluo compreſſa humor ille diaphanus ad extremum alui vergit. ſupina pectoreque luci obuerſo ignis inſtar lucet. Non ſatis diligenter hoc conſiderasſe videtur Plinius, & qui cum ipſo ſentiunt, nunc pennarum hiatu Cicindelam relucere, nunc compreſſu obumbrari. quod autem modo ſplendeat, modo vero nõ, fit quia humor ille modo ſurſum in aluo retrahitur, modo propendet, & extruditur, idque motu voluntario ita euenire videmus nam vbi hoc animalculum laceſſitur, aut eius aluus digito premitur, lucentem humorem emittit. hunc autem humorem veneni alicuius, quamuis non vſque adeo inſignis, participem eſſe credi poteſt, propterea quod *a* Albertus Magnus commemoret, ſe id expertum eſſe, quod calor eius ſi manui imponatur, perſentiatur leuiterque perurat. Pennatas Lampyrides Boſtrychos vocat Ariſtoteles, Gaza Cirros vertit. Eſt autem βόστρυχος & βόστρυξ, Cincinnus capilli certo modo plexi. ſunt & qui proprie Cirrum muliebrem ita dici putent. *b* Ariſtophanes ὡς περ ἴδητ' ἀδελφοῦ τὸν βόστρυχον. Ab Heſychio βόστρυχοι exponitur πλόκαμοι. itidemque βόστρυχος ab Etymologo πλόκαμος. qui & notationem huius nominis addit, videlicet à βότρυς, vt nimirum dicatur quaſi βότρυχος. Cæterum Inſectum hoc quod prima tabula Erucæ fere ſimile in ſepium fouea repertum Lampyridem ἄπτερον eſſe iudico, cum & ipſum proprio ſuo lumine in fouea latens noctu proditum fuerit, Tænæ eſt inſtar compreſſum, pollicem fere longum, ſex pedibus anteriori parte inſtructum, nullis poſteriore Capitulum nigrum

Vt luceat, & vbi.

Lucidus humor qualis & vbi. a *L. de virt. Lapid.*

b *In Nubib.*

Lampyris ſine alis.

Bigrum quatuor citris tanquam corniculis Limacis instar munitum, collo albo quod ad libitũ modo exerebat, modo extrahebat, præsertim lacessitum sub primæ incisuræ lamellam tanquam galeam caput contegentem. Compositum enim est segmentis duodecim, sibi mutuò imbricatim succedentibus, ac se subeuntibus laminatum instar dorso æqualibus, ac compressis nigris, quæ tamen singula ad latera puncto vtrinq; notata purpureo. Pedibus, inquam, senis oblongiusculis, & trium articulorum: stans & cauda trahens dracunculi quodammodo speciem præbet. Cum vero his pedibus anticis progreditur, caudam sub ventrem inflectens, & antrorsum complicans postica parte arcuatim repit. Nã & cauda pedum eorum vicem subit, qui in posteriori parte in veris Erucis existunt. Hanc enim candidam, & tricuspidem promit, qua posticam corporis partem inter serpendum sustinet, & cuilibet rei vt aciculæ affixa adhærescit pendula Prima & antica segmina longiora sunt, breuiora vero versus caudam vergentia, & medio latissimum corpus paulatim in caudę penicillatum mucronem attenuatur. Aluo extrema egerit excrementum quoddam lentum, ac oeræ in modum fuluum, quod ipsum nonnunquam cauda ad os adducta in circulum ceu vertitur, cõtactum ori admouet, quo tamen etiam similem liquorem vomere videtur, ac veluti filo facto retrocedit illud diducit, ac protrahit lentore sequax, deinde denuo absorbet. Parte prona modice nigrescens diluta purpura, qualis Persici florum est, admixta variat. Qui purpureus huic est macularum color in quibusdam magis lutescit, *c* Iulius Scaliger in Vasconia sine alis Cicindelas esse scribit, Erucæ maioris quantitate, crassiores, ventricosas, Lucrambam ibi vocari Ex harum grege ea forte erit quam secunda tabella ptonam, & supinam ostendo, vna cum Lampyride alata.

c Exer. 194.

LOCVS. ORTVS. GENERATIO.

Quo tempore volẽt.

MEnsibus Aprilis, Maij, & Iunij vesperi per prata cernuntur Lampyrides, necnon & alijs anni temporibus, vt autumni, sed tunc raro volant. Quocirca Plinius de Scatabæorum agens genetibus, & ijs Insectis quorum alę vagina cooperiuntur, inquit: Lucent, ignium modo noctu, latetum & clunium colore (legunt ,, alij fulgore, alij candore) Lampyrides, non ante matura pabula, ,, aut post dissecta conspicuæ. Hyemis autem tempore nullibi apparent; arcet namq; has iniuria frigoris, cuius vt cætera plurima Insecta, sunt impatientissimæ: propterea q; in frigidiusculis regionibus nullibi conspicuæ. Has putat *a* Iohannes Baptista Porta Neapolitanus è rore nasci, quod neutiquam arbitror. Hesychium autem, qui ait λαμπυρὶς ζωύφιον ἀκφρυγάνων γινόμενον, id est Lampyris est animalculum ex stuppa natum, non ita intelligere oportet, quasi materialem ortus causam stuppam, aut sarmenta, aut similia quæ φρύγανα Græci dicunt, constituat, sed quod in ijs tanquam in aliquo loco generentur. nam inter pabula plerunque volitant. Harum autem procreationem ignotam antea sapientibus, primus omnium, quos nostrum adspexit seculum, doctissimus Iulius Scaliger, aperuit. is enim plurimis in locis attestatur per coitum propagari, in doctissimis suis in *b* Theophrastum Commentis, quando inquit. Insecta, quæ habentur pro imperfectissimis (animalibus) diutissime in coitu immotantur, vt Pulex, Cicindela. & rut- ,, sus ibidem: Insecta pariunt haud ita multo post: Cicindela po- ,, stridie. in cuius rei confirmationem hanc *c* alicubi historiam re- ,, citauit, docens contra Catdanum Apes oua posse simul habere ,, in vtero, & continuo esse opere, Duo inquit, tibi, etiam sapien- ,, tibus ignota declarabo. Primum scito Cicindelam à me cum ,, suo mari deprehensam in coitu. Mas ne contactus quidem abisti- ,, tit. In pertusa pixidi conditi fuere per totam noctem. Postridie ,, adhuc hærebat mas: in meridie solutus obijt Ab ea hora sub ve- ,, sperum vsq; oua multa edidit fæmella: quæ intra viginti horas ,, viuificata abierunt, sic momento eduntur Insectorum oua, atq; ,, perficiuntur, Quod & Philosophus dicebat in primo de Gene- ,, ratione animalium. De Insectis loquens ait: Συμπλέκεται μὲν πολὺ χρόνον, λύθεντα δὲ τίκτει παχέως Hæc si ita sint, vt mihi ex tanti viri autoritate, persuadeo, necessarium est ex ijs ouis, quæ parit Cicindela Erucam, quandam fieri. quam impennem Cicindelam nominat Aristoteles, & ex hac tandem alatam gigni. sic enim ait *d* Philosophus, Ex Erucis quibusdam corpore piloso (ἐκ καμπῶν δασέων hoc est denso corpore, δασὺς enim præterquam, quod sit pilosus, & hirsutus, etiam densus exponitur) non grandi ,, primum fiunt Cicindelæ non volucres: quibus deinde mutatis ,, pennigera animalia gignuntur quos Bostrychos vocant has Erucas arbitror esse eas, quas paulo ante depictas ostendimus: quãuis minime sint hirsutæ. nam dubito valde vtrum nam δασέας καμπὰς intelligat Aristoteles loco citato, densas, an hirsutas, vt Gaza cæteriq; transtuleruut interpretes. Nihilominus *e* Gaudentius Merula Vermes nocte splendentes in Italia se obsetuasse scribit, quæ erant pilosæ, cum inquit. Euolant autem Lampyrides per to- ,, tum fere autumnum. Hyeme & primo vere nusquam apud nos ,, apparent. Vermes etiam pilosos per æstatem, & autumnum in ,, fossis herbidis, & aquis carentibus cum essem in foro Lebetiorũ ,, qui hodie Burgus Lauizarius appellatur patria mea, per noctem ,, splendidulos collegi eosdem etiam vidi per lacunas circa Vigle- ,, uanum, quod veteres Vergeminum appellabaut, cum captan- ,, dæ auræ gratia cum Simone Puteo, & litteris, & moribus orna- ,, tissimo deambularem. hos autem Vermes aliquis non sine ratione affirmare posset esse Erucas, quarum superius mentionem fecit Philosophus, & ex quibus Cicindelæ procreantur: ait enim Aristoteles Formicarum modo impennes esse Lampyrides, & pennatas. Pennatarum his verbis sexum distinxit *f* Scaliger: Marem vero alatum hic quoque (in Vasconia) esse, sed non lucere compertum habemus.

Ex rore nõ nasci.

a Phytog. 6. cap. 3.

Coitu propagantur.

b Lib 4. de caus. Plan.

c Exer. 191. Cicindelæ historia mira.

d Hist. 5. cap. 19.

e Lib. 3. Memor. cap. 61.

f Exer. 194.

MORES NATVRA.

Mira naturæ benignitate præditum hoc Insecti genus neq; enim si taugatur, aut manu teneatur, quidquam homini nocet; non morsu impetit, aut punctione obuium lacescit, atq; inolestat. Ad candelas & lumina frequenter auideq; aduolat, quemadmodum Papilionis id genus, quod superius descripsimus inter Papilionum genera. atque hæc erit fortassis ratio, cur à quampluribus Lexicographis Lampyris Cicindela, & φάλαινα Nicandri (quæ per ἀποκοπὴν φάλη Lycophroni dicitur) synonyma putentur παρὰ τὸ εἰς τὸ φῶς ἅλλεσθαι, quod ad lumen volet Sed cum φάλαινα ψυχή, dicatur a vetustissimo Nicandri Scholiaste, vt etiam supra docui, æstimandum erit φάλαινα à Nicandro Lampyridem non dici, sed Papilionis esse genus.

Benignum animal. Luminis amans.

LVMINIS NATVRA.

COnsiderandum nunc est, quomodo Cicindelæ, similiaq; Insecta, quæ noctu lucent, elucescere videantur. Aristoteli in opusculo de sensibus (vt scribit Philalthæus in suis ad *a* Aristotelis libros de cælo Commentarijs) polita tersaq; præsertim aquea, & aeria apta esse ad producendum fulgorem, sed non ad mittendam lucem asserit. Idcirco illa animalia quæ noctu vagantur perpolita dum volant, aerem tetunt nocturnum, & fulgent. at gemmæ, & diaphana perpolita apta sunt ad fulgorem. Melior terse est ea ratio, quam reddit egregius philosophus, omniumq; scientiarum peritissimus *b* Georgius Reischius in sua Margarita philosophica. Noctilucæ, inquit noctu ideo visibiles dicuntur, quia intrinsecum & connatum lumen habẽt, vnde etiam in nocturnis tenebris vi ,, dentur, sicut & ligna putrida, Vermiculi, squamæ piscium, lu- ,, menq; illud ingenitum habent ab igne. Nam huiusmodi Vermes, ,, quoniam sine sanguine sunt, & frigidi, igneæ partes circa dige- ,, stionis locum concurrunt, & ibi lucent. Sic & piscibus qui frigi- ,, di sunt, & in frigido degunt elemento, natura squamas prouidit ,, multum duras, & terrestres partes igneas conseruantes pro for- ,, tificatione caloris naturalis. In lignis autem putridis ignis, cum ,, humido aerio ad extremitates colligitur. Sed cur lumen Cicin- ,, delæ, aut Noctilucæ aqua, glacie non extinguatur, hanc posuit ,, causam *c* Albertus Magnus. Non enim, inquit, potest dici lumen ,, illorum esse de natura cælesti: quod natura cælestis non venit ,, in compositionem corporum generatorum, & corruptibilium. ,, Sed huius & similium determinatio accipitur ex his, quæ à no- ,, bis in secundo de anima sunt determinata vbi ostendimus, quod ,, natura perspicui, non est propria alicuius elementi, sed commu- ,, ni natura quæ est in multis, & participata est per prius, & per po- ,, sterius ab illis; quæ quidem purior est, quanto est ab opacitate ,, remotior, & hoc est, quanto est naturæ superiorum similior: & ,, huius proprie actus est lux, quæ fieri habet in illa natura. Fit autẽ ,, in ipsa quotiens constat partes eius limpidiores, & nobiliores; ,, & ideo tunc micant omnia talia. Hæc autem compositio aliquã- ,, do est, in toto composito; aliquando non in toto, sed in exterio- ,, ribus alicuius; cuius causa est, quod cum talis natura sit elemen- ,, torum leuium, magis accedit ab intimis compositorum ad ex- ,, trema, eo quod talia supernatant: & sic inuenitur in capitibus, & ,, spinis & ossibus quorundam piscium; & in testis quorum quo- ,, rundam, eo quod tales partes minus assæ sunt: & egit in eis calor ,, multam naturam dẽsatorum perspicuorum: aliquando agit hic ,, calor in exterioribus quarundam rerum, quando exhalat abeis, ,, & trahit secum subtile multæ diaphanitatis, & sic lucent partes quercus putrefactæ. Omnia tamen hæc, quæ debilem habent lucem, reguut clariori luce superuenienti: sicut alibi determinatum est. Hucusq; Albertus, qui cum de Noctilucarum lumine ageret, de alijs item noctu lucentibus suam opinionem haud sane aspernandam prorsus, tradidit, vt suam rationem de Cicindelis horum exemplo clariorem faceret Sed & nos librum de noctu lucentibus composuimus, quem si vita supererit, suo tempore coituri sumus, præmissis ijs qui magis sunt necessarij. Dedit autem natura Cicindelis hoc parte posteriore lumen quo noctu videant cum volant, exiguum id nobis esse fateor, illis tamen sufficiens ad mõstrandam agrorum viam, quam nocte pertolant.

a Lib. 2.

b Lib. 10. tract. 2. c. 10.

Piscium squamę cur nocte luceant

Ligna putrida cur noctu lucęant.

c De sensu & sensato.

Lumen Cicindelarũ cur aqua non extinguatur.

DENOMINATA.

ΛΑμπυρίζω Lampyridem refero, Cicindelæ instat luceo, vtitur hoc vocabulo *a* Dioscorides, in Stibij descriptione, & probitate, ἡμμι, inquit, δὲ κρύπτον ἐστὶ τὸ πλπόπαπον καὶ λαμπυρίζον. Plinius quoque de Stipio (id est lapide spumæ caudidæ nitentisq; nou tamen translucentis) magis probari fœminam ait, cum ea niteat, mas contra cum minus radiet Pro λαμπυρὸν autem, quod apud Hesychiũ legitur, exponitur, δῦλαλον, δὺπεάπλον, καπαπλη- πκὸν, ex Eustathio, & veteri quodam lexico reponendum λαμυρὸς quæ scriptura ordini litterario in Hesychij codice non repugnat.

a Lib. 5. c. 98. Stibij bonitas.

PRÆ-

PRÆSAGIA.

a L.18.c.27. Sationis vltimæ indicium. Milium quando ſerendum. Hordeum quando maturum.

,, DOcet *a* Plinius Lampyrides indicare tempus maturitatis
,, hordei & vltimæ ſationis; quo ſolet milium, & panicum ſe-
,, ri. Extremo autem, inquit, hoc tempore, pauici milliq; ſatio eſt.
,, Iuſtum eſt hoc ſeri maturato hordeo, atque etiam in eodem ar-
,, uo. Eſtq; ſignum illius maturitatis, & horum ſationis commu-
,, ne, lucentes veſpere per arua Cicindelæ. Ita appellant ruſtici
,, ſtellantes volatus. Græci vero Lampyridas, incredibili benigni-
,, tate natutæ, & *b* ſubſequenti capite, dum monet agricolas, ne
,, aſpiciant ſtellas, ſed magis tempora ſeteudæ frugis: Iam, vergi-
,, lias, inquit, in cœlo notabiles caterua fecerat. non tamen his
b L.18.c.28. ,, contenta, terreſtres fecit alias, veluti vociferans: Cur cœlum in-
,, tueans agricola? cur ſydera quæras ruſtice? iam te breuiori ſom-
,, no premunt noctes. Ecce tibi inter herbas tuas ſpergo peculiares
,, ſtellas, eaſq; veſpere & ab opere diſiuugenti oſtendo: ac ne poſ-
,, ſis præterire miraculo ſollicito. Videſne, vt fulgor igni ſimilis a-
c Aeglo.1. larum compreſſu tegatur, ſecumq; lucem habeat, & noctem? *c* Ba-
pticta Mantuanus in eodem ſeuſu hæc canit:

Hiu tandem ſtudiis hyemem tranſegimus illam.
Ver rediit, tam ſylua viret, iam vinea frondes,
Iam ſpicata ceres, tam cogitat hordea meſſor.
Splendidulis iam nocte volant Lampyrides alis.

ÆNIGMATA.

a In Aenig.

DE Nitedula ſeu Cicindela Ænigma tale confecit *a* Iulius Scaliger.

Non ignis, non ſtella micans, non candida Luna:
Me tamen in cœca non niſi nocte vides.
Sic ſcribit ſapiens, ſapiens ſibi lumina præfert,
At mihi ſic ſapio, lumina pone gero.

EPIGRAMMATA.

ELegantibus ſane verſiculis Cicindelæ naturam hiſtoriamque complexus eſt Antonius Teleſius Goſentinus, quos non pigebit ſubnectere, habentque ſe hunc in modum:

Tantula nocte volans volucris micat aere tantum,
Ardenti ſimilis ſcintilla, quam puer olim
Æquales inter metuebam tangere, ne me
Vreret, infirma eſt ætas cum neſcia rerum:
Quæ quoniam noctu lucet, cognomen adepta eſt,
Aut incenſa nitet quoniam velut ignea lampas
Cauſa ſit vna licet nomen non eſt tamen vnum.
Hæc modo ſumma petens commotis emicat alis,
Rurſus & adductis fuluum decus aurea condit,
Ardentiq; procul fugiens leuis igne coruſcat.
Et quocunq; volat ſecum ſua lumina geſtat;
Lumina quæ tenebras arcent quæ flumina temnunt.
Nunc, velut obſequioſa videntibus, aduolat, atq;
Fit magis atq; propinqua magis, ſcintillat & ante
Ora minuta velut candentis fruſtula ferri.
Ex quo rapta loui Stygio Proſerpinæ: namq;
Vna fuit comitum: veterem mutata figuram
Quærit adhuc domina veſtigia, & omnia luſtrat.

VSVS IN VARIIS.

HIus liquor ille lucidus in chartis ſulco tractus ad oſtentationem aliquando fuit ab Hadriano Iunio cum in Bononienſi agro ruſticaretur Quod enim cum hoc liquore de die ſcribitur, id noctu legi facillime poteſt. Sunt qui hunc liquorem non ſimplicem ſumunt, ſed cum aliis commiſcent, quo poſtea ſcribunt, aut imagines in parietibus pingunt, quas orto ſole abſcondi, occidende vero apparere volunt. Accipit itaque *a* Vitalis ſel canis, lignum ſalicis putrefactum, & Noctilucam, quę omnia ſimul commiſcet, cum ouorum albumine, ac ea mixtura vtitur. Cicindelæ quæ noctu lucent (vt inquit Cardanus) docent nos liquorem fieri poſſe, qui luceat in tenebris Fit autem putreſcentibus his, quæ candorem lucem, ac perſpicuitatem ſummam habent: & fieri poſſe *b* Euonymus non dubitat, ſed quibus, & quomodo, adhuc ipſi incertum eſt Modum autem nobis docuerunt nunc plurimi. *c* Gau-
,, dentius Merula, Lampyrides inquit, quas nos Cicindelas voca-
,, mus, per noctem emicant Ex iis putreſcentibus in vaſe aqua fit,
,, ſiue liquor potius ſit, qui mire eluceat in tenebris Ex his animal-
,, culis laticem conficit Iohannes Baptiſta Porta Neapolitanus ci-
,, tante hunc *d* Weckero, qui tantum luminis, atque ſplendoris no-
,, cte refundat, quando lectionis præuido eſt opus. Nitedulæ, in-
,, quit igneo multum colore coruſcantes, inter omnia principa-
,, tum obtinent (ſunt enim alia plurima, ex quibus idem fieri po-
,, teſt.) Nos earum caudam à corpore reſcindimus præcauendo, ne
,, alieni quippiam nitidis partibus immiſceatur, porphyretico la-
,, pide terendo, diebus quindecim, vel pluſculis ſub fimo vitro
,, condimus: fueritque præſtantius ne latera contingant, ſed pen-
,, deant: nam elapſis diebus, furno, vel calentis aquæ balneo vaſi
impoſito, & accommodato, paulatim luculentum, & ſtillatitium laticem ſubicta paropſide recipias, ac pellucido criſtallino orbe condito: ſic conclauis medio lucigena pendeat aqua, & aetem illuminabit, qui eſt circa illam, vt maiuſculæ literæ noctu poſſent conſpectari, dummodo à non magis ſplendido illuſtretur. Sic n. illius penitus lumen exiguum exoleſcit, vt interdiu videri nequeat. *e* Mizaldus paulo aliter hunc parandi laticem refulgentem modũ docuit. Lampyrides enim vult vitreo vaſculo, quod diligenter opertum ſit, immittit, ac fimo equino per dies aliquot obrui, vt in liquorem ſoluantur, qui cum æquali portione hydrargyri, vt decet, purgari, vitrea phiala pellucida includi, mediiſque ædium laquearibus appendi debet. Sed hæc & ſimilia irridet Iulius *f* Scaliger contra Cardanum ſic inquiens. Cicindelæ exemplo cum di-
,, cis arte poſſe liquorem excogitari atq; parari, qui reluceat in te-
,, nebris, videris poſſe lucem è cœlo diductam in materia, tanquam
in triremum captiuum remigem imponere, atq; in catenis habere.
Lampyrides vt ſcripſit *g* Weckerus in cucurbita vitrea lento igne decoctæ aquam efficiunt piſcibus capiendis aptam. *h* Baptiſta Porta Neapolitanus ait Lampyrium Vermiculum (per quem Cicindelam intelligo) in matrice mulæ alligatum, mulieri ſterilitatem facere.

a Ad diuer. morb. reme. c.85. Liquor lucens in tenebris.
b De reme. ſecr.
c Memor. lib 3.c.61.
d Lib 3. de ſecr.
e Memor. Cent.6.
f Exer.194.
g De ſecret.
h In Phytog. lib.6.c 3. Sterilitas muſierum qui fiat.

CAPVT IX.

DE BLATTIS.

Ordinis ratio.

QVantum ex antiquis autorum monumẽtis colligere poſſum, non conſtat quænam ſit Blatta veterum. Quin potius arbitrandum eſt nomen commune multis Inſectis fuiſſe, aut beſtiolis, quarum cum de generibus agam, aut Blattarum differentiis, numerum recenſebimus. Illud autem hoc in primis loco dicendum eſt, cuius cauſa poſtremo hic à nobis inter ea, quæ incluſas vagina alas gerunt, tractandum fuit, *a* Plinium nimirum Blattas inter Scarabæorum genera retuliſſe, vt fere omnia Inſecta Coleopteta.

a L.11.c.28.

ÆQVIVOCA.

RECentiores ſcriptores Blattam Vermiculum Bombycem intellexerunt, cuius textu veſtes ſericæ cõficerentur: vnde Blattea veſtis, & Blatteum paludamentum apud Lampridium Capitolinumque pro ſerico, aut alio quouis pretioſo: vel, vt Paulus Ægineta, pro purpura: quoniam Indicum conchilium vulgo Blatta dicitur. Sic Caſſiodorus in Epiſtolis Blatteum pro purpureo cepit; Chamæleon, inquiens, modo praſina, modo cyanea, modo Blattea varietate ſe commutat. Ab hoc colore Blatta etiam dicitur frumentum, quod rubicundum ſit, ſementi accommodatius, in purpuram declinans Blatteum pallium *a* Adrianus Turnebus interpretatur purpureum, vel coccineum à Blattis, & Vermiculis, vt quidam putant, qui è Chermes, vt Arabes vocant, & è cocco ſanguinei coloris erumpunt. Alii Blatteum colorem pro purpureo dictum putant à Flauio Vopiſco in Aureliano à Blatta Byzantia quę *b* Dioſcoridi vocatur onyx, Latinis vnguis odoratus, & Conchula odorata ſeu Indica. Eſt autem teſta cuiuſdam generis conchiliorum non diſſimilis purpuræ: vt quod in India reperitur, & Dioſcoride teſte aromaticum odorem habet, propterea, quod nardo in paludibus iſtic naſcente ea conchilia paſcantur. Βλάττιον Βυζαντινόν; apud Actuarium, & recentiores medicos Græcos, dicitur os antetius narium purpuræ; & apud Nicolaum Alexandrinum in quorundam vocabulorum expoſitionibus legitur, Βλάττιον Βυζαντινὸν ὀστρακῶν τῆς ῥινὸς τῆς πορφύρας. Diuerſum itaque hi ſtatuunt
,, Blattam Bizantiam ab Onyche Dioſcoridis. In qua ſentẽtia eſt-
,, etiam *c* Adrianus Turnebus Blattium etiam Bizantium, inquit,
,, os naris purpuræ dicit Actuarius eſſe, vt inde & purpureus dica-
,, tur color Blatteus. Eutropius ſcribit Neronem piſcatum eſſe re-
,, tibus aureis, quæ funibus Blatteis extrahebat; quod Tranquil
,, lus dicit, piſcatus eſt reti aurato, purpura coccoq; funibus nexis
,, Andreas Alciatus (in lib.11. Iuſtiniani eod. in l. notas ſerico blat-
,, tæ, & metaxæ ſpecies) Caſtigatior, inquit, lectio erit ſerico ba-
,, ptæ, id eſt, ſerici tincti; Βάπτω enim ſignificat tingo Inde baptæ
,, apud Iuuenalem dicti, quod faciem fuco illinerent. Μίταξα au
,, tem Græcis à nobis ſericum dicitur: cuius tinctores baphii, παρὰ
,, τὸ βάπτειν, quod eſt tingere Hinc baptoſericum pallium Flauio
,, Vopiſco in Aureliano: licet corrupti codices brattoſerico, ſeiun-
,, ctim habeant, quamuis nunc mihi fiat magis veriſimile, & Vo-
,, piſcum, & Imperatorem ſenſiſſe non de bapta, ſed de Blatta h.e.
,, purpurea: nam Blattam pro conchilio capi ſcribit Paulus Ægi-
,, neta, & quem Suetonius in Nerone coccineum funem, & Oro-
,, ſius purpureum, Eutropius Blatteum dixit. Meminit & Caſſio-
,, dorus in Epiſtolis, & Lampridius in Alagab Parauerat funes
,, Blatta, & ſerico, & cocco intortos. Cenſeo itaque hic legendum
,, ſericoblattæ: & apud Vopiſcum Blattoſericum pallium. Et cum
,, vxor ſua peteret, vt vnico pallio Blattoſerico vteretur, ille re-
,, ſpondit: abſit vt auro fila penſentur. Libra enim auri tunc libra
,, ſerici fuit, &c. Prohibet igitur Imperator non ſolum veſtes in-
,, ferri purpureas ſerico intextas, id eſt ſericoblattam, ſed etiam ſe-
,, ricum ipſum ſimplex, id eſt metaxam. Hunc autem Iureconſultum Cœlius Rhodiginus contumelioſe reprehendit tanquam lapſum in errorem manifeſtarium, quod Ægineta Pauli authoritate purpuram diei Blattam velit.

Blatta dicitur Bombyx. Blatteum pro Serico. Purpura Blatta Blatta dicitur Ægineta. Blatteum pallium quid.
a Aduerſ. lib.18. c. 17. E Chermes Blattæ. Blatta Bizantia.
b Lib.2.
c Aduerſ. 18.c.17. Blatteus color. Sericum, Serico bapta.
Blattoſericum pallium.
Lib. Antiq. lect. l.8.c.11.

SYNO-

SINONYMA.

THeodorus Gaza apud Aristotelem πρασοκόριδες Blattas trãstulit, sed quam bene dictum est à nobis superius Prasocurides appellat Hermolaus Vermiculos porrum brassicamque infestantes. & lactucas, & alia quædam olerum. Extant Nicandri hi versus in Alexipharmacis.

ἰξία quid.

Ἰξιόεν δέ τε μή τ' δόλω πεφυκὼς χείλεσι πῶμα
Ουλοφόνον λήσειεν ὅτ' ὠκιμοειδὲς ὄδωδε.

In quorum interpretatione Scholiastes merito reprehenditur, qui annotauit ἰξίαν esse ῥῆσιν τῆς σίλφης τῇ χροιᾷ μέλαν, id est, genus Blattæ colore nigrum; cum Paulus Ægineta non inter Blattas sed venenatas radices posuisse videtur, quando inquit, τῶν δηλητηρίων χαμαιλέων, ἀκόνιτον, θαψία, ἰξίας Idem tradit *a* Ætius. Inter lethalia quoque medicamenta Dioscorides ἰξίαν referr, sic inquiens ἰξία δὲ ἐς καὶ οὐλοφόνον κωλεῖται, εὐ τῇ πίνεσθαι ὅμοιον τὸ ὠκίμῳ κατὰ τὸν ὀσμὸν καὶ κατὰ τὸν γεῦσιν ἐμφαίνει. Ita n. scribendum putat autor Thesauri linguæ Græcæ, non οἷον τὸ ὠκίμῳ. Obseruandum itaque Nicandr. in illis versib ἰξιόεν πῶμα periphrastice ἰξίαν appellasse. Nam ὠκιμοειδὲς ὄδωδε conuenit cum eo, quod dixit Dioscorides ὅμοιόν τὸ ὠκίμῳ καὶ κατὰ τὸν ὀσμὸν ἐμφαίνει. Obserua item obiter vocem οὐλοφόνον, quæ itidem apud Dioscoridem est nomen, quo à quibusdam vocatur ὁ ἰξίας. Adeo, vt non simpliciter considerandum sit hoc vocabulum οὐλοφόνον tanquam epitheton, vt censuisse videtur Scholiastes, cum exponit τὸ ὕλα βάπτον, ἢ ὅλον φονδυτικόν. Itaq; intelligenda illa poeræ carmina sunt non de Blattæ quadam specie, sed de quodam medicamento lethali, siue sit radix, siue planta Chamæleon, quam ait Dioscorides ἰξίαν appellatam, quia ἶξος, id est viscum quibusdam in locis circa eius radicem inuenitur, quo pro mastiche vtuntur mulieres. Vnde Gotræus existimat non omnem Chamæleonem ἰξίαν appellatam fuisse, sed tantum eam, quæ viscum profundit. Scire est etiam Galenum in expositione vocum Hippocraticarum ἰξίον interpretari φύλλον τοῦ λευκοῦ χαμαιλέοντος, id est, folium albi Chamæleonis, Σίλφιον autem Blattam in Glossario dici ridiculum est. Vicino nomine eius proprio deceptus Glossarii autor. Nam Σίλφη vbique fere apud Græcos Blatta dicitur, Σίλφιον succus ille nobilis, qui Cyrenaicus nuncupatur, & à Latinis Laserpitium. Hinc ridendus, & alterius cuiusdam interpretis error, qui Silphiophoron Cyrenis agrum, hoc est, vt Catullus, inquit, Laserpitiferum, à Blattis cognominarum ratus Blattiferum conuertit in Strabone. Apud Aristotelem Σίλφη à Gaza Silpha traducitur, quæ non est Blattarum earum species, quæ vagina inclusas pennas gerunt, quandoquidem non numerat inter coleoptera, sed inter ea genera Insectorum, quæ senectutem exuunr, & bipennia tantummodo atque anelytra sunt, vt ex eius hisce verbis cognoscere licet. Insectá enim, inquit, eodem modo exuunr senecturem quibus hoc solitum est; vt Silpha ,, & Culex, & ea quorum pennæ vagina continentur, vt Scarabæi. ,, Scribitur etiam τύλφη Inepte χείσαλις in Glossario Blatta vertitur, quid autem significer alibi à nobis dictum est cum de Papilionibus ageremus Blatta dicitur à pluribus scriptoribus Vermis, qui aluearia lædit à βλάπτω, quod est noceo. Isidorus à colore Blattam nuncupatã scribit, quod comprehensa manum tingat, vnde Blattæ colorem dicunt. Hadrianus Iunius Σίλφῳ Blattamque Plinii, & Tineam Horatii Vermiculum exponit libros & vestimenta erodentem, qui Σής Theophrasto dicitur, Italis Tignola, & Tarma. Quomodo autem in aliis linguis dicantur, cum videam omnes, quotquot sunt, Grammaricos mirum in modum ea nomina confudisse, quæ cuique Blattarum speciei conuenire putamus, planius in sequenti loco, vbi de generibus earum agemus, indicabimus.

Chamæleon, ἰξία appellata, sed non omnis.

Laserpitiferus ager Cyrenis.

Etymon.

In Nomẽclatura.

GENVS, DIFFERENTIA, descriptio.

IN pulueris cuiusdam confectione apud Nicolaum Myrepsum legitur φάλης κικαυμένης, quo nomine intelligit *a* Adrianus Turnebus Lucernarias Blattas, vel Papiliones lucernis aduolantes, quas φάλας, & φάλαινας Græci nominant, & apud Ælianum Phalænas exponit interpres Blattas quasdam noctu ad lucernas volantes. Phalænas autem Apibus insidiari tradit Ælianus. Sed Papiliones lucernarios neutiquam Æliani Phalænas esse existimo, quamuis non dubitem apud alios autores hoc nomine eos vocari. Nam Blattas, quas Virgilius, & ex eo Columella, Apibus noxias esse scribunt, non lucis, sed tenebrarum amore teneri significant hi *b* Maroniani versus.

a L. 18. *Adu. c.* 18. φάλης, & φάλαινα Blatta lucernaria.

b Georg. Blattæ lucifugæ Virgilii quales.

Nam sæpe fauos ignotus adedit
Stellio, lucifugis congesta cubilia Blattis.

Quapropter Robertus Constantinus in supplemento linguæ Latinæ, aliique non ignobilis famæ viri, Blattas Lucifugas Virgilii, nigra animalcula esse scripserunt, Scarabæis, vel Gryllis similia, velocia; quæ interdiu delitescunt. Aiunt hæc Gallis vocari Caphards, Græcis Σίλφας, nunc vulgo κολοιεῤῥοὶ, Italis Piattole, Venetis schiam. Sed Piattole arbitror proprie apud nos esse ea Blattarum, aut Pediculorum potius genera, quæ obscęnas hominũ partes ex concubitu contracta inuadunt, Platlu ysen Belgæ appellant. Blattæ autem Lucifugæ Bucaroni vulgo dicuntur, ac inter Scarabæos referuntur. Has putant esse apud Dioscoridem Σίλφας πρασοκόριδας, siue Blattas pistrinarias; Mathiolus in doctissimis suis ad

Blatta pistrinaria.

A *c* Dioscoridem commentariis Blattarum plura esse genera ex Plinio confirmat, verum has, quarum in Hetruria aliquibus in locis ingens est multitudo, quæ vulgo vocantur ibi Piattole, noctu magis quam interdiu in cellis vinariis apparentes, circa latrinarum ora, in pristinis, balneis, vliginosisque ædium partibus, fœdissima quidem nauseosaq; animalia, Dioscoridem intellexisse autumat; non autem Vermiculos illos oblongos, quæ in Apum aluearijs, & in carnibus diu sale inueteratis nascuntur, quanquam hi Blattæ nomen sibi vindicarint, Barboggie vulgo dicti Senensibus aliis Carpe. Sed illæ, vt ait, Gryllos, qui noctibus æstate strident, quadamtenus referunt; planiores tamen cruribus quadamtenus tenuioribus Araneorum modo, proinde fugæ citissimæ. Lux istis aduersissima, ita vt si nocte lumen repente inferatur, humentibus locis in quibus degunt, celerrimo cursu refugiant. Hæ Latinis pariter, & Italis Blattæ nominantur; Germanis Gryllen, & Heymichem: Hispanis Rapacoua. Blattas quasdam frumentaceas commemorat *d* Scaliger aliis carentes, quæ inter furfures nutriuntur pro alendis Luscinijs, cum saluber illis sit cibus: tonsores plerunq; habent hanc curam, vt nutriant, & custodiant. Porro Plinius tria Blattarum genera recenset, Molles, Myloecon, & tertium odore fœdo inuisum acuta clune Molles, vt censet Dalechampius, Insecta sunt oblonga, & teretia, & colore fubrubra. Reperiuntur in

c Li. 22. c. 35.

Vermiculi oblongi in carnib. salsis inueteratis.

Blattæ frumentaceæ.

d Exer 194.

Molles dictæ.

B saccis, & arcis farinaceis. Auidissime iis luscinia vescuntur, illarumque esu à morbis familiaribus liberantur. Σιπφίγονοι quidam eas vocant, quod farina nutriantur, Dioscorides οὐδὲ πυρωπεῖοις δύεισιμόρφας appellat. Hesychius quoque σίλφης μυλακῆς meminit μυλικοὶ, & μολοικοὶ quæ & μυλακρίδες, & μυλακρίδαι, & μυλαβρίδες, & apud Hesychiũ μυλακρίαι Scarabæis, siue Cicadis sunt similes, vt idem annotat Dalechampius, quæ in moletrinis, & pistrinis gignuntur, colore quidem nigro, sed ob farinam conspersam albicantes. Μυληκρὶς (ita enim in vulgatis codicibus legitur, pro quo reponendum suspicatur autor Thesauri linguæ Græcæ μυλωπρὶς) à Polluce tribuitur cuidam Insecto, magnitudine Cicadæ, colore exalbido, quod farina vescitur in moletrinis. Hanc ait autor Thesauri linguæ Græcæ σάλφω appellasse, pro quo habemus πίφλω apud Pollucem. Quod si πίλφλω legas? Hæc erit vera Blatta Pistrinaria cuius tot sunt à Dalechampio paulo ante citata synonyma. Fœtidæ Græcis βδέουσαι, quasi βδέλυκται, & βδελυπόδραι abominandæ, in aggeribus terrenis, & apricis inueniuntur, Cimicum modo putidæ autore Dalechampio. Idem tradit hasce Σίλφας appellari ab Andromacho apud *e* Galenum, & ab Archigene apud eundem Σίλφας αὐδὴ πτερῶν. Dicitur σφονδύλη esse Insectum odore terro de Blattarum genere. *f* Aristophanes. Ὡς ἡ σφονδύλη φεύγουσα πονηρότατον βδεῖ. Vbi Scholiastes annota Σφονδύλῳ esse σίλφῳ τινὰ βδέλη πρὸς ὁμοίαν δυσῳδῆ ὄντως. Id est Blattam quandam similem Hirudini, aut Sanguisugæ (non corporis figura, aut magnitudine, sed colore, vt arbitror) valde fœtentem. *g* Aristoteles quoque inter Insecta numerat de Insectorum coitu loquens Πάντα δὲ τὸν τρόπον τοῦτον ὀχεύεται, οἷον μυῖαι καὶ αἱ κανθαρίδες καὶ αἱ σφονδύλαι, vbi Gaza interpretatur Verticilli. Idem *h* Aristoteles Staphilinum (quod & ipsum Insecti genus est) dicit esse ἢ λίκνον ἢ σφονδύλη. Quemadmodum Absyrtus quoque in Mulomedicina Staphilinon dicit esse ὅμοιον τοῖς σπονδύλαις τοῖς κατ' οἰκίαν, μείζονα δὲ addens eum γίνεσθαι ἐν τοῖς ἄκροις πανταχῇ καὶ πορεύεσθαι ἐπηρκότα τὸν ὦρον. & equum deuorato Staphilino non aliter cruciari, quam vipera deglutita: quemadmodum Aristoteles in loco citato scribit ἀνίατον esse si equus σταφυλῖνον ἀφείκατο. *i* Theophrastus de radicibus loquens, quæ à bestiolis arroduntur, & quæ secus τὸν δ' ἰξίον θηρίων ἄλλο μὴ οὐδὲν ἅπτεται ῥίζης ἐδωδιμοῦς, οὐδὲ σφονδύλη πασῶν. *k* Plinius vertens, & animalium, inquit, cæterorum nullum aliud radices à nobis dictas attingit, excepta Spondyle, quæ omnes persequitur genus id Serpentis est. Quidam annotat esse subnigro corpore, & emittere grauissimum odorem, quum emoritur. Idem tamen Aristoph. locum supra citatum ita interpretatur;

e Li. 22. c. 35.

f In Pace.

g hist. 5. c. 8.

h hist. 8. ca. 23.

Staphilinũ Insecti genus.

i hist. 9. c. 15.

k L. 27. c. 13.

Vt feles quærens fugitat male verdere suetæ est.

Hesychium secutus, qui Σπονδύλῳ Atticis vocari τὸν γάλλον, id est felem, est autor secutus etiam ipsum Aristophanem, qui *l* alibi hic inquit:

l In Plauto.

Ὑπὸ τοῦδ' ἕως βδέουσα δριμύτερον γάλης.

Verum & eorum, qui Σπονδύλῳ, interpretantur Σίλφης fœtentis, quandam speciem, non vsquequaq; reprobanda est opinio. Nos autem hic damus depictam Blattam, pronam, & supinam colore fusco; pedibus ramen, & antennis paulo post rubentibus, quam corpus reliquum.

ORTVS. GENERATIO.

SI Blattæ sint apud Aristotelem Prasocurides, vt nos, quamuis falso, Gazæ versio docet generabuntur ex ex Vermiculis; non aliter quam alia volatilia Insecta; quanquidem Prasocurides commemorat *a* Aristot. inter ea Insectorum genera, quæ pennata sunt, quæque aut ex Erucis, aut Vermibus gignuntur. *b* Catdanus in ligno Blattam generari putat, quod calor in ligno conclusus non posset exhalare. *c* Lucianus in eo dialogo quo diuitiarum, & potentiæ molestias persequitur, innuere videtur homines, post mortem, in Culices, Muscas & Blattas commutari, vbi in auarum hæc verba poluit, Vides, inquit, hunc quoque curis inuigilantem, & vsurarum rationem iterantem digitis contortis? cui propemodum relictis hisce omnibus sit in Silpham, aut Culicem, aut Muscam abeundum. Nascuntur autem diuersa genera diuersis in locis. Nam qui Myloecii dicuntur, in pistrinis, & farina humida producuntur. Fœditæ autem in balneis maxime, tum etiam aliis humidioribus domus locis generantur, ob humi-

E

a hist. 5. c. 19.

b L. 2. de vene. c. 7.

c In Gallo.

Myloecii vbi oriantur.

d *L.11.c.28.* Blattaria balnea quæ.

dum vaporem, vt loquitur *d* Plinius. Hinc *e* Seneca Blattaria vocat balnea; ſi qua non ita aperta ſint, vt totius diei ſolem feneſtris amplissimis recipiant. Blattarum enim natura, quæ inibi generantur, omnem lucem auerſantur; præſertim ſolis: tum quod is ſuo calore humiditates ac terreos, ex quibus generantur, vapores ex ſiccet; & exhauriat; tum etiam, quia ſplendore ſuo, quo cætera præſtat lumina mirum in modum officiat. Tenebrarum alumna Blattis vita, lucemque fugiunt ait *f* Plinius. Verum Spondylum, quem Verticillum Gaza vocauit in traducendo Ariſtotelem, ſi inter Blattarum genera referre non pigeat coire Muſcarum more dicimus *g* Philoſophi autoritate, qui & eundem à noctua comedi aſſerit.

e *Epiſt.87.*

f *L.11.c.28.*

g *Hiſt.5. c.8.& 9.c. 34.*

MORALIA, PROVERBIA, Epitheta.

Amoris miſeria.

LAberii vetuſti poetæ, ac comici extat hic verſus in Virgine.

Amore cecidit tanquam Blatta in peluim.

Quo forte poeta innuere voluit eos, qui perdite amant, non aliter eſſe miſeros quam Blattæ, quæ incidunt in peluim, aut aliud vas, è quo effugere amplius nequeunt. *Cum Blattis, & Tineis rixari*, dicitur prouerbialiter de re quæ computruit. Sunt enim libris, & veſtimentis inimicæ. Horatius de auaro ſene,

Cum Blattis, & Tineis rixari.

Satir.2.

Cui ſtragula veſtis
Blattarum, & Tinearum, epula putreſcat in arca.

a *Lib. Epig. 13.*

Et *a* Martialis

Ne toga cordylis, & pœnula deſit oliuis;
Aut inopem metuat ſordida Blatta famem.

b *Lib.6.* Libros à Blattis corrodi.

b Idem alibi de carmine, quod Pompillus, ſine vlla venuſtate, aut lepore compoſuerat, cum tamen à multis ingenioſus eſtimaretur, ſcribens, negat doctrinam ſolummodo carmini adeſſe debere, quod frequenter à populo legi perpetuumque eſſe cupit: cui enim lepos deeſt & gratia, à populo negligi, & à Blattis, ac Tineis corrodi: inquit enim:

Ingenioſa tamen Pompilli ſcripta feruntur;
Sed fama non eſt hoc mihi crede ſatis.
Quam multi Tineas paſcunt Blattaſq; diſerti:
Et redimunt ſola carmina docta coci.

c *Lib.14. Epigr.* Libri vt à Blattis cuſtodiantur.

Et rurſus *c* alibi monet ſcrinium, in quo libri includi ſolent, non admiſſurum libros, niſi prius compingantur, ne Blattis ſit aditus.

Conſtrictos niſi das mihi libellos,
Admittam Tineas truceſq; Blattas.

d *In Hipponace.*

Blattas pallidas, ſordidas, truces dixit Martialis; frugimordicam *d* Scaliger.

Et lucis hoſtem frugimordicam Blattam,
Sed hanc putauit eſſe pro tuis libris.

VSVS IN MEDICINA.

QVamuis remur gratioribus ſalubrioribuſq; remediis morbos ſanari poſſe, quam iis, quæ à tam fœtidis, & execrandis ſumuntur animalibus, tamen propter naturæ admirationem priſcorumque, *a* Plinius loquitur, curam, eorum in medendo vires hoc loco explicandæ ſunt. Loco Bupreſtis ponit Galenus Blattas in ſuccedaneis. Itemq; apud Paulum Æginetam αὐτὶ βυπρήστεως Σίλφας βδέουσας. Id eſt pro Bupreſte Blattæ fœtidæ. Ex quibus facile colligimus hoc autores eandem illis Blattis facultatem aſſignare, quam cæteri ſcriptores Bupreſti. Phryges, & Lacones, vt ſcripſit *b* Plinius, mammis (mulierum) puerperio vexatis inuenere otidum adipem vtilem eſſe: his, quæ vulua ſtrangulentur, & Blattas illinunt. Eſt & quædam pinguetudo Blattæ ſi caput auellatur eodem *c* teſte: hanc tritam vna cum roſaceo auribus mire prodeſſe dicunt, ſed lanam, in qua incluſerint poſt paulum extrahendam. Celerrime enim id pingue tranſite in animal, fieriq; Vermiculum. Alii binas ternaſve in oleo decoctas efficaciſſime auribus mederi ſcribunt, & tritas in linteolo imponi contuſis. Iam & Blattarum diuerſa genera diuerſorum morborum remedia exiſtunt. Molles in oleo decoctas verrucis efficaciter illini experti ſunt. Alterum genus, quod Mulœcon appellauere, circa molas fere naſcēs lepras ſanaſſe detracto capite attritum, Muſa & Picton in exemplis reliquerunt. Blattarum vt docet *d* Dioſcorides, quæ in panificiis pi-ſtrinisque verſantur interanea exempta, contritaque cum oleo & decocta, doloribus aurium infunduntur. Tertium genus odoris tædio inuiſum ex acuta clune cum piſſelæo ſanant vlcera alias inſanabilia: ſtrumas, panos, diebus viginti, & vnum impoſitum, percuſſa, contuſa, cacoethe, ſcabiem, ſuffunculoſque detractis pedibus, & pennis Diodorus & morbo regio, & orthopnoicis ſe dediſſe tradit eum reſina, & melle. Tantum poteſtatis habet ars medica pro medicamento dandi quidquid velit. Humaniores medici cinerem earum Blattarum crematarum ſeruandum ad hos vſus in cornea pyxide cenſuere, aut tritas clyſteribus infunde orthopnoicis, aut reumaticis. Infixa vtiq; corpori illitas extrahere conſtat.

b *L.30.c.14.* Ad mammas puerperarum.

c *Lib 29. c.vlt.* Bupreſtis loco Blattæ.

d *L.2.c.36.* Ad lepras.

Ad auriũ dolores.

Vlcera inſanabilia.

Orthopnoicis.

VT FVGENTVR.

ESt ſimilis verbaſco herba, teſte *a* Plinio, quæ ſæpe fallit pro ea capta foliis minus candidis, coliculis pluribus, flore luteo, hæc abiecta Blattas in ſe contrahit; ideoq; Romæ Blattariam vocant. Idem ſcribit Dioſcorides de verbaſco ſylueſtri. Cunilæ quoq; tertium eſt genus, quod à Græcis maſculum, à Latinis Cunilago vocatur, vt Plinius tradit; huius manipulo abiecto, omnes etiam à tota domo Blattæ conueniunt. Vt fugentur ab hortis Diophanis conſilio vtendum eſt. Ventriculum veruecis, inquit, recenter mactati, & ſuis adhuc ſordibus excrementitiis pleni, diligenter tibi comparato, eumque ſpacio illo quo beſtiolis ſcatet hortus, terra lenitter adobruito. Peracto biduo ibi Blattas, & alia animalia gregatim congeſta reperies: quæ vel alio deportabis, vel eo loco altiſſime defodies ne reſurgant. Pudendorum autem exterminant omnia, pilos radicitus euellunt & abolent, talis eſt ex auri pigmento fons Suſis in Perſia, taliſque ex atramento, ex Volaterrano: vel balnea valde ſalſa, & acria nitrata. Qui Apes bene à Blattis conſeruare cupit ab Apum caſtris, & aluearibus longe fugare debet, quod fieri poterit acribus ſuffumigiis, aut ſi hæc nil proſint, lucernas veſperi prope aluearia apponere conueniet, aut ipſa alucaria in loco ponere; quo mediocriter ſolis radii pertingunt, quiq; ſublimis Blattarum adſcenſum prohibeat, vt docent autores, qui de Agricultura ſuos nobis libros reliquerunt. Librl ne ab iiſdem damno afficiantur compacti in ſcriniis, & arculis collocandi Martialis conſilio. Arbitror plurimum eas defendi poſſe à libris, quorum folia acri aluminis, aut nitri aqua lauata ſint & bene exſiccata. Veſtibus ne noceant in arculis collocandæ herbæ calidæ odoratæ, lauendulæ floribus nil præfero, aut roſmarini, Menthaarum omnia fere genera, quod ſua ariditate aerem admodum exſiccent efficacia plurimum cenſeo, etiam abſynthium, ſtœchas, Scordium. Vpupa ne eius nidus à Blattis infeſtetur, cum amianto gramine munit, quod & capillus veneris appellatur. Cornix ad eaſdem exturbandas è nidis verbenacam ponit. Hirundinibus naturam largitam eſſe, teſtatur Ælianus, vt cum earum ouis Blattæ ſint pernitioſæ, matres apii folia ante pullos proii-ciant, ne fiat ab illis ad pullos accesſus.

a *L.25.c.9.*

E domo, vt expellantur.

vt fugentur.

Pudendorum Blattæ, vt pellantur.

Apes, vt à Blattis tuendæ.

Libri, vt à Blattis tuentur.

Veſtib. ne noceant.

Vpupa, vt Blattas è nidis depellat.

Cornix.

Hirundines.

Finis Libri Quarti.

VLYSSIS

VLYSSIS ALDROVANDI PHILOSOPHI ET MEDICI BONONIENSIS,

HISTORIÆ DE INSECTIS LIBER QVINTVS,

Qui est

DE INSECTIS APTEris pedatis.

ET PRIMVM

DE FORMICA.

Cap. I.

ORDINIS RATIO. ENCOMIVM.

INTER Insecta aptera, siue pennis carentia (nam de habentibus pennas omnibus quotquot videre vel obseruare hactenus mihi licuit, iam dictum est) Formica communiter familiariterque & eodem victu viuens nobiscum, primasese nobis obtulit; animalculum equidem industrium, diligens, ac in labore indefessum, cuius improbus atque ineffabilis labor, cum in eum aliquando per agros, colles atque alpes exspaciatus herbarum colligendarum causa incidissem, & non modo quam diligentissime mecum obseruassem, verum etiam tantum ac tam arduum, tam paruo in corpusculo admirarer, me etiam ad consimilem diligentiam inuitauit, cœpitque me temporis inutiliter, & sine fructu perditi pœnitentia desiderium que horum tam exiguorum animalculorum incredibilem industriam, & sudores continuos, prout ipse obseruabam, quam possem accuratissime exatare, vt sumpto ab illis exemplo in posterum meliorem temporis rationem haberem; idque à plurimis factitatum video, iisque grauissimis, iisque antiquissimis scriptoribus cum Ecclesiasticis, tum prophanis, quos vt nihil hic me fugeret, quod ad laudem ac gloriam indefessorum horum animantium facere posset, obiter percurram, & fideliter eorum verba hic inseram. Admirabar ego in primis quanta diligentia, quantaque celeritate, cum alioqui repere potius, quam currere videantur eandem semper iterarent viam, neque vnquam aberrarent à loco, in quo quicquam reposuerint, quanto nixu grana, semina ve, quæ præ nimio pondere gestare non possunt, pedibus protruderent, quam officiose aliæ fessis succederent, opemque afferrent, quomodo quæ ferrent ad suam foueam cibaria omnes, vt ait *a* Auicenna recta linea eaque vna tantum secundum longitudinem ducerent, neque hæc ab illa deflecteret, sed simul sese custodirent: & certe nisi quoque aliis experientiam testem adhibere liceret incredibile videretur tam pusilla animalcula tot fruges in commeatum congere, & tam pulchro, quo cernimus, ordine res suas gerere ac tueri. Obstupescebam etiam, nec satis inspicere poteram, quam mordicus fructus, quos volunt in futurum tempus recondere, apprehenderent, & aduersus eorum pondera, toto corpore, totis humeris, totis viribus obniterentur, & quod vnica vice non possent, præ virium debilitate, secunda vel tertia, vel quarta ferrent, quomodo ore tam exiguo onera sæpe viribus maiora gererent, & auersæ maiora pedibus, postremisque humeris tam obnixe molirentur, vt merito sit exemplum nobis magni Formica laboris. Scribit *b* Aristoteles Insectorum officiosissimum, & præ cæteris fere omnibus animalibus Formicarum genus, & Apum esse, earumque negocia omnibus in promptu haberi, & cibaria recondere, & cellas promptuarias facere, nec interdiu solum, sed etiam noctibus plena Luna laborem exercere, meminemque esse, qui hæc non videat D. *c* Hieronymus cum & ipse aliquando solus in eremo sederet, multaque tacite secum de vita monastica perpenderet, in Formicarum indefessos labores incidens, non aliter, atq; ego de meipso dixi, summo eos stupore inspiciens, ceu rem memoratu dignissimam scriptis suis inseruit: Sicque cogitans, ait, aspicio formicarum gregem angusto calle feruere, ferre onera maiora, quam corpora. Aliæ herbarum quædam semina forcipe oris trahebant; aliæ egerebant humum de foueis, & aquarum meatus aggeribus excludebant; illæ venturæ hyemis memores, ne madefacta humus in herbam horrea verteret, illita semina præcidebant; hæ luctu celebri, corpora defuncta deporrabant: quodque magis mirum est, in tanto agmine egrediens, non obstabat intranti; quin potius si quam vidissent sub fasce, & onere concidisse, suppositis humeris adiuuabant. Quid multa? pulchrum mihi spectaculum dies illa tribuit; vnde recordatus Salomonis, ad Formicarum solertiam nos mittentis, & pigras mentes tali exemplo suscitantis, cœpi tœdere captiuitatis, & monasterii cellulas, quærere, ac Formicarum illarum similitudinem desiderare, vbi laboratur in medium, cumque nihil cuiusquam proprium sit, omnium omnia sunt. Addit *d* Plinius apud quem multa quoque de Formicarum laude legere est, itinere earum attritos silices, & semitas factas: Ex quo hoc saltem licet intelligere, quantum in singulis rebus, etiam durissimis quantulacunque valeat assiduitas. In summa tanta Formicarum est sedulitas, & in sedulitate assiduitas, vt multitudine sua, ac continuis operibus arbores etiamsi prægrandes, ædificia, turres, horrea, cellaria, aliaque loca cum æditissima, tum profundissima perambulent, & nihil illic intactum, quin peragrent sua diligentia, relinquant Equidem iucundissimum est spectaculum,

a *Lib. 8. de anim. c. 5.*

b *L. 9. Hist. c. 38.*

c *In vita Malchi monachi.*

d *Lib. 11. cap. 30.*

Formicas tã puſilla animalcula tãto pondere onuſta, & tãta ſolicitudine curaq; ac tanta velocitate ferri, currereq; & ſocias ſuas ad idẽ onus inuitare alias vacuas onuſtis occurrere, vt & ipſæ ſeſe onerẽt. Depingit inter alios poetas hãc Formicarũ curã, ac diligẽtiã e Pontanus poeta elegantiſſimus perquã doctis hiſce verſibus: A

e Lepid. 5.

Apparet certo tenuis ſed ſemita calle
Qua nigrum Formica agmen trahit ordine longo
Feſtinant alia, vt plenos populentur aceruos
Illa redit rapto grauida, atq; è pondere feſſa
Inuitat ſociam in prædam, ac ſeſe ore ſalutant:
Pars condit terra, atque hyemi male credit iniquæ.
Emicat agmen agens, ſegetiq; infertur abacta.

Diligenter etiam hanc diligentiam earum in colligendis ſibi granis memorat, & ad cœlum vſque extollit diſertiſſimus f Ælianus, dum ait: Factis meſſibus circum areas verſantes Formicæ ad triturام conueniunt, aut ſingulæ, aut binæ, aut ternæ, domicilia ſua, & conſueta tecta relinquentes, triticum & hordeum legunt; eademque omnes ſemita iter faciunt: aliæ ad legenda grana eunt, aliæ onus portantes redeunt, ac ſummo cum honore, & modeſtia aliæ aliis de via decedunt, in primis quidem expeditæ onus gerentibus. Et g alibi rurſus: Formicæ in primis ſedula atq; operoſa animalia tanto laborandi ſtudio tenentur, idq; abſq; vlla excuſatione, & prætextu, quo vti ſolent ignaui, vt ne noctes quidem in ſuo opere ceſſent, modo ſit plena Luna: nec vero quemadmodum homines inertiæ fugæque laborandi excuſationes prætendunt, &c. h Exactius vero ſingularum opera depingens, cum cauernarum illarum artem deſcripſiſſet, ac vſum, addit tertium granorum acetuis deſtinant, cum tamen ab Iſchomacho, & Socrate rei œconomiæ peritis, nihil tale didicerint. Cum autem tanquam ad pabulandum proficiſcuntur, natu grandiores ſimiliter eas atq; exercitus duces, ducunt, vt ad ſegetes peruenerunt, adoleſcentiores ſub ſtipula ſtant, duces vero aſcendunt, & ſpicas abſciſſas inferioribus deiiciunt; hæ vero circumſtantes diſtrahunt, ſimul & ex ſuis glumis, & vaginis grana incluſa explicant. neq; ad excutiendum vllo inſtrumento egent, neque ad ventillandum viris, neque ventis ad purganda à ſordibus grana ex frumentis quæ homines exarant, ſeruntq; cibos ſibi conficientes humanis laboribus fruuntur. Teſtatur præterea i Plinius, ſi quis comparet onera earum corporibus fateatur oportere, nullis portione vires eſſe maiores Porro longe maiorem laudem, & honorem Formicis debebimus, ſi prudentiam earum, prudentiamque item & pietatem in ſuos, & cæteras virtutes longe clarius, ac dilucidiùs in illis, quam in vllo etiam maximo animali reſplendentes, ſedulitati atque ſolertiæ comites addiderimus. Perquam prudẽter in primis in ſequentem hyemem, cum omnia arent, & frigoris iniuria perduntur, ac conſummuntur, cibum recondunt, cum inquam etiam homines nonnulli imprudentiores, vt bruta interim plurima prætereant, famelici ſunt, & non habent quo famelicum ſuum ventrem expleant. Tradit i Plinius Sphiugiorum, & ſatyrorum genus condere in theſauros maxillarum cibum, moxq; indeſenſim ad mandendum manibus exprimere, & quod Formicis in annum ſolenne eſt, his iu dies vel horas: vt à Formicis potius tam abiectis animalculis, quæ ex tempore ferme viuunt, ſapientiores homines exemplo ſumpto reponere ſibi aliquid in futuram hyemem didicerint, ab his, inquam, animalculis, quibus nullum aliud eſt animal, aut in cogendis cibariis diligentius, aut in ijs, quæ contingere poſſunt, aduerſis cautius, aut prouidum magis, vt recte cecinit Horatius;

f Lib. 2. de animal. c. 25.

g L. 4. c. 43.

h Li. 6. c. 43.

i L. 11. c. 30.

i Lib. 10. cap. 72.

Paruula nam exemplo eſt magni Formica laboris,
Ore trahit, quodcunq; poteſt, atq; addit aceruo,
Quem ſtruit, haud ignara, ac non incauta futuri
Quæ ſimul inuerſum contriſtat Aquarius annum
Non vſquam prorepit, & illis vtitur ante
Quæſitis patiens. Et Baptiſta Mantuanus ait:
En Formica breuis, ſed prouida beſtia condit
In brumam noua farra cauis æſtate latebris.

Sed nemo melius, nemo facundius hanc prudentiamque Formicarum in congerendo cibo, & condendo in futuram hyemem expreſſit, quam antiquiſſimus Phocilides, dum canit:

Μύρμηκες γαίης μυχάτους πολυλοιπότες
Ἐρχονται βιότου κεχρημένοι, ὁππότ' ἄρωραι
Ἀῆτα κειράμεναι καρπῶν πλήθεσιν ἀλωαί.
Οἱδ' αὐτοὶ προφόοι νεοτελεῖς ἀχθος ἔχουσιν.
Ἡγεμόνων αἰεὶ δὲ φέρει φορέοντα διώκει.
Εὐθέος ποὶ χείμα βορὴν σφετέρῳ ἐπάγοντες,
Ἄτρυτον, φύλον δ' ὀλίγον τε λίθοι πολύμοχθον. Id eſt.
Formicæ obſcuris antris æſtate relictis.
Deſcendunt, dulci victus ratione carentes.
Quando rara iacent demeſſis frugibus alba
Tonſa ſuis, complent vacua horrea fructibus.
Triticeum quarum hæ tritum ſuper graue pondus
Conuectam humeris, aut hordei: & vſq; ferentem
Sectatur, quæ geſtat onus, victumq; cibumq;
Ad brumam gelidam cogunt æſtate ſub antrum:
Infractum genus & modicum, multiq; laboris.

Eleganter etiam Iuuenalis luxurioſas pauperculas perſtringens, quæ cum ſæpe furura non perpendunt, & in diem tantum viuunt, tandem diſcunt quid non mali ex ocio proueniat, per collationẽ Formicarum propoſuit nobis, quantum momenti ad virtutem adferat labor, & induſtria, & prouidentia ad parandum victum.

Multus res anguſta domi, ſed nulla pudorem
Paupertatis habet, nec ſe metitur ad illum
Quem dedit hæc, poſuitq; modum, tamen vtile quid ſit
Preſticiunt aliquando viri, frigusq; fameq;
Formica tandem quidam expauere magiſtra.

Coniungit denique hanc tam vtilem, ac neceſſariam prouidentiam ſummo labori earum princeps poetarum k Virgilius, Troianos è Carthaginis littore fugientes, luculenter admodum & elegantiſſime Formicis cibaria ex agris in ſua latibula deferentibus comparans ac cauens: k Æneid. 4.

Migrantes cernas totaq; ex vrbe ruentes
Ac veluti ingentem Formicæ farris aceruum
Cum populant, hyemis memores, tectoq; reponunt.
It nigrum campis agmen, prædamque per herbas
Conuectant, calle angusto, pars grandia tradunt.
Obnixe frumenta humeris, pars agmina cogunt,
Castigantque moras, opere omnis ſemita feruet.

Nota quæſo atq; animum aduerte, quam docte, quam venuſte, quamque artificioſe poeta ſpondæorum tarditate, vehendi tarditatem difficultatemq; deſignauerit Troianorum Formica enim animalculum eſt miuimæ molis, nec niſi ſummo cum labore atque tarditate granum impellere poteſt: cui præterea illud accedit par incommodum, quod calle anguſto, multiſq; difficultatibus impedito illud trahit. Maior vero & præſtantior adhuc in minimis hiſce animalculis obſeruatur prudentia, prouidentiaque, dũ non quodlibet ſemen aut granum recondunt, at ea tantum, quæ arroſerint primum, quia non ignorant, ſi integra terra obruerent, enaſcitura aliquando, & in fruges expullulatura, quare antequam ad maturitatem peruenirent fruges, ipſis moriendum eſſet præ fame. Addunt præterea, & aliam cautelam: nam etiamſi prius arroſerint, & vix pullulatura certo ſciant, tamen ſi, vt fit per humidiores tempeſtates, forte madorem aliquem contraxerint, ea è terra proferunt, & ad ſolem ſiccant, cum ne putreſcant, tum ne iterum pullulent, adeo vt non immerito ἴδρις vocetur ab Heſiodo, hoc eſt perita, & prouida: ὅτι τ' ἴδεις σωρὸν ἀμᾶται, cum & prudens (Formica) aceruum colligit. Ariſtoteles l non modo etiam in Formicarum genere prædicat prouidentiam, ſed animalibus ſanguinem habentibus ſapientius eſſe tradit, cauſamq; reddit hanc, quod humorem tenuiorem nactum ſit, quod proportione ſanguini reſpõdet Sapientiora enim ea animalia, quorum ſanguis tenuis ſit ac mundus probeq; temperatus, ſenſumque habent, vt ibi, & pleriſque aliis in locis ab eodem inculcatum, inuenimus. Non erit mirum ſi tam multa paſſim ab authoribus de Formicis narrentur, ſique ex eius operibus plura veteres indicia captauerint. Afficitur enim maxime ob temperamenti nobilitatem quacunque ingruente in aerem mutatione, ac mira quadam naturæ ſagacitate imminentibus malis occurrit, vt propterea nonnulli dubitauerint, an Formica, Hirundo, Aranea, & eiuſcemodi alia animalia intellecta operentur, quemadmodum notatum reliquit idem Philoſophus. Alij vero m recentiores dixerint dirigi ea ab intelligentia, quod tamen tanquam minus Petipateticum repudiatur, cum in agentibus naturalibus naturaliter videantur eſſe inſitæ qualitates ac virtutes actiuæ, per quas naturaliter ac ſufficienter determinãtur ad ſuos fines, & actiones, vt non minus propria natura agantur, quam intelligentiæ ope; At iſtæc alij diſputent. Laudanda quoq; eſt, omnibuſq; imitanda Formicarum iuſtitia, vnde dicebat dictiloquus, & ſanctus n Hieronymus hoc præcipue eis eſſe à natura tributum, quod quæ nihil portant, non ſurripiunt, earum quæ portant, onera: addebatq; hæc amplius Epiphanius, & ipſe vitæ ſanctitate clarus, cum ſolicite diſcurrunt, & ſingulæ granum portant, à ferentibus vacuæ non petunt. nec vi auferunt, ſed vnaquæque colligere ſibi ſtudet. Plutarchus vero, qui licet prophanus, & ethnicus, multa ſalutaria, & velut Chriſtiana documenta poſteritati tradidit, in libro de vitando ærealieno, homiues increpans, ac reprehendens, quod præ ſocordia propria, atq; incuria alienas opera ſæpe mutuentur, Hirundinum, & Formicarum brutorum animalium, & exiguorum exemplum obiicit, inquiens: Hirundines, Formicæq; mutuantur, quibus neque ratiouem neque manus, neque artem natura dedit, &c. Quapropter Ariſtoteles ciuiles appellat animantes, quæ labori communicant eidem, quarum, inquam opus communi efficitur opera, munuſq; vnum omnibus eſt: hiſq; annumerat hominem, Apem, Formicam Gruem: ſed homo eo Formica deterior, quo quæ vnus ſæpe ſummo cum labore, multoque tempore acquiſiuit, alter vel vnico momento ſurripit, conſumitq; cum Formica perpetuam ſemper colat æquitatem, omneſque vnanimiter operentur. Plato quidem tradit, eorum animas, qui popularem ciuilemq; virtutẽ abſq; philoſophia, conſuetudine exercitationeq; freti exercuerint, in Formicas poſt obitũ abire. Eſt præterea inter Apum & Formicarum Rempub. illud differentię; nõ enim vt illarũ Reſpub. ad Monarchiam pertinere videtur, ſed ad eas, quę populariter adminiſtrant, & quarũ gubernatio democratia aut ariſtocratia nũcupatur. Nullus enim rex, nullus pręſes, omnes ex ęquo ciues pro opportunitate tẽporis pręeſſe, aut ſubeſſe ſolẽt, ſeruatis iuſtitutionib, ſuęq; reipub. ordinib. Attamen omnes, vt veri ciues ſolẽt omnia ad communẽ vtilitatẽ agunt maxima ſolertia, vt dictũ eſt, animãtia videlicet ciuilia, ſed nulli imperio ſubdita. Porro de pietate Formicarũ erga ſuũ genus aliquod quoq; dicendũ eſt: nã & hęc homines quãplurimos mouere poterit crudeles dico, ac impios in ſuos. Formicas tradũt, imo ſępe obſeruatę ſunt à plurimis fide dignis hominib. qui hanc pietatẽ, ceu ad alta ſydera vſq; euehentes, ſcriptis conſecrarũt, mortuos ſuos humeris efferre ac ſepultura honore afficere, cum ſane homines ſæpe inſepulti per agros reperiantur, nec habeant qui hoc pietatis genus erga ſe exerceat. Diſcant igitur, & hoc à Formicis homines, quæ præter hos ſolæ teſte Plinio animantium

l Lib. 2. de Partib. 4.

m lib. 2. natur. Auſcul. tex. 80.

n In Epiſt. ad. Præſidiũ

In Phœdone.

Pietas erga ſuos.

mantium inter se sepeliunt, cauernasque suas cum ob hoc, tum ob iam dicta, in tres partes diuidunt, in quarum scilicet vna vitam degunt, ac communiter comedunt, in altera alimenta sua tanquam in horreo, aut granario recondunt, & in tertia mortuos suos, vt Plutarchus aliique scribunt, sepeliunt; insigni sane amoris, ac beneuolentiæ bonitatisque argumento, in qua recensenda non me longius extendam. Ad artificium me confero, quo in fabricandis suis domiciliis, siue latebris vtuntur, id præterire nefas duco, eoque magis cum in iis deliniandis facundissimus Ælianus n non parum elaborauerit. Ægyptias fossas, inquit, & Creticos labyrinthos Historici litterarum memoria celebrant, & poetarum natio versibus decantat. Verum fossionum, quas Formicæ efficiunt, varia diuerticula, flexiones, infractus nondum sciunt: enim vero ex mirabili sapientia subterraneas ædificatiunculas tortuosissime construunt, vt vel difficilem aditum, vel omnino inuium, insidias sibi molientibus efficiant. Terram vero quam effodiunt, pro foraminibus aggerunt, & tanquam muros quosdam & propugnacula circumiiciunt, ne ex cælo aqua pluuia defluens ipsas funditus aluuione perdat. Intermedia item sepimenta, cauernas alias ab aliis secernentia, solertissime machinantur. Atque vt de splendidis hominum ædibus fieri solet, domum suam triplici regione formaque circumscribunt: alterum enim in ea locum Andronem, in quo mares, & iunctæ eis fœminæ habitent, ædificant: alterum Gynæceum nuncupatum, vbi fœminæ pariant, moliuntur, tertium granorum aceruis destinant. Hæc ille: in quibus aduertendum est, quod in neutra trium earum latebrarum parte sepeliri mortuas dicat, quemadmodum nos supra diximus ex Plutarcho aliisque: mortuas interim ab ipsis humari non inficiatur, quin sua etiam idem authoritate elegantissimis verbis confirmat, inquiens. Illud etiam auditum habeo prudenter factum, eas humatione mortuas aliqua necessitudine sibi coniunctas afficere, & in granorum folliculis condere, vt homines in vrnis parẽtes suos, vel amicos. Celsus quoque ille, aduersus quem multa scripsit auit Origenes, defunctis Formicis viuas, ait proprium quendam locum secernere; illumque his esse monumenta patria. Simon Maiolus Episcopus o Vulturiacensis in doctissimo, & iucundissimo opere suo, quod dies Caniculares nuncupauit, philosophum interlocutorem introducit ita loquentem, & circa ingeniosissima domicilia earum differentem: Dicam & ego, quod mihi contigit memorabile. Inambulabam aliquando corporis exercendi causa summo mane Iulio mense extra Apuliæ oppidum, cui nomen est Sancti Bartholomæi: comperique quadratam trabem longam pedes octo: aduertique sub ea Formicarum esse domicilium; quamobrem subiit mihi desiderium spectandi illarum habitacula: moxque necessarii mei trabem tanta leuitate submouerunt; vt nulla earum rerum, quæ suberant, facta fuerit motio, aut turbatio Apparuit tunc in argillosa humo vrbs quædam quadrangularis, longa pedes fere quatuor, lata vltra pedem; in qua per vias velut ad negocia vltro, citroque cursitare, velut ciues, ipsæ Formicæ visebantur. Admiranda erat angulorum laterumque directa delineatio, quam artificium amussi, circinoque fabrefactam putasses, quod æqualis semper dimensio longitudinis latitudinisque seruaretur. Vrbis longitudinem media secabat via quædam directissima, profunditate latitudineque digitali: quam rursum per transuersum æqualibus inter se spacii, tres aliæ viæ eadem digitali profunditate, & latitudine directissime intersecabant; vt ita tria compita, foraque spectarentur. In extremis viarum angulis, velut angiportibus spectabamus collecta in aceruos seruari oua, vnde Formicarum proles gignitur. Altera vrbis parte antra vidimus frumento, ita oppleta, vt in vias ipsas redundarent. Mira fuit omniũ viarum mundities, nihil in illis lapillorum, nihil puluieris, nihil festucarum, nihil humoris, vt deprehendas vrbem illam ab suis ciuibus ita curatam, vt prolis eximium studium, annonæ & structurarum ornatus vbique spectaretur: quin omnes illi ciues communi studio ad Reipub. beneficia incumbentes, dum alii domi de rebus consulunt, alii foris res agunt, summa pace, concordiaque curandam Rempub. nos docebant; studuisse quoque iidẽ ciues visi sunt omnium incolarum incolumitati. Erat enim in vrbis longitudinis medio vnica porta Zephyro obiecta, quod ab Aquilone, Euro, atque Austro immunem vrbem sua philosophia opportere esse didicissent. Res istas omnes spectabamus curiose, admirabamur industriam eximie operantem omnia in obscuris, cæcisque tenebris, memoriaque dignam consuimus, quod in plano pro opportunitate loci eam vrbem Formicæ condidissent, haud dubie alibi inter saxa, inæqualiaque loca pari industria vrbes suas consulto eas ædificaturas iudicabamus: neque adeo admirati sumus Neapolim, quam homo rationis compos condidisset, sicut eam vrbem perspeximus, quam ratione carens animal ornate cõstruxisset. Simile Formicarum domicilium in putrida quercu inuentum ad me detulit rusticus, cuius iconem post, quia nondum sculpta erat, dabo, hic vero alterius, quod in semiputrido trunco obseruaui, appinxi. Pulchre sane atque erudite Formicis vrbes comparantur, sicuti etiam Menippus facit apud Lucianum disertissimis hisce verbis: Equidem, inquit, arbitror sæpenumero Formicarum concionem vidisse, aliquas in orbem obambulantes, nonnullas exeuntes, rursus has in ciuitatem redeuntes Atque hæc quidem fimum exportat, hæc alicunde raptam fabæ tunicam, aut dimidiatum frumenti granum curreus apportat. Consentaneum est autem pro ratione vitæ Formicarum esse apud illas, & ædium fabros, & concionatores, & magistratus, & musicos, & philosophos. Sed vrbes sane cum ipsis viris Formicarum nidis maxime videbantur assimiles. Quod si tibi videtur humilius exemplum,

n L. 6. c. 43

o Colloq. 7.

Formicarũ habitaculorum descriptio.

In Icaro menippo. Formicis vrbs similitur.

viros cum Formicarum Repub consette, vetustas Thessalorum fabulas specta. Reperies enim Myrmidonas gentem bellicosissimam è Formicis natos esse. Plutarchus denique eo in libro, in quo disputat, an seni sit gerenda Respub. ait honoris studium non cõsenescere, sed multo minus communitatis atque Reipublicæ, quod Apes, & Formicæ conseruant vsque ad finem. Mirum insuper est, Formicas cœlestium quodammodo notionem habere, cursum syderum tenere; atque vim intelligere, sæpeque Babylonios, & Chaldæos, vt testantur Historici, imitari. Cælum suspiciunt, neque digitis tamen mensis dies supputare norunt, hoc interim eis natura donauit admirabile, vt mensis nono quoquo die non ex cauerna egredientes admodum quiete sese recto contineant, vt ex Æliano Gylius prodidit; alii vero plerique interlunio eas cessare semper volunt, nimirum primo quoquo die, vt ipsemet quoque p Ælianus tradit, vnde sunt, qui astrologiæ peritas censent, iudicantque hoc astrologiæ ratione forte pernouisse, eam diem, qualiscunque sit, si foras prodirent, infestam eis fore. q Aristoteles author est Formicas cellaria, & promptuaria facere ordine diligenter seruato, verum non omni tempore, sed plena tantũ Luna, cessareq; vero interlunio quasi vel astrologiæ, inquit, peritiam habere ostentent. Annotat r Cælius Rhodoginus, trigesimum diem ab Hesiodo laudari, eiusque rei Proclum authorem citat, quia in eo sit Lunæ coitus, quem veritatis arbitrantur imaginem; propterea insinuare poetam, esse tunc operum inspectionem opportunam, sed & familiæ tum cibaria contribui debere; quam rem Latini nuncupare Demensum solent; Cessabant tunc veteres ab opere suo, sumpto nimirum exemplo ab his animalculis, quæ eodem tempore tum fericntur, opera sua inspicere, & recensere putandum est, cum alias plenilunio etiam totis noctibus operentur: & quoniam ex diuerso conuehunt, altera alterius ignara, certi dies, inquit s Plinius, ad recognitionem mutuam nundinis dantur. Quis præterea in tantulis, & sam minutis, & abiectis animantibus vaticinam expectarit, præsentionem? Videntur enim eiusce modi Insecta quendam futurorum sensum habere: nam imminente annonæ caritate, imminente, inquam, vniuersali fame, cum scilicet granorum futura est inopia, mirum in modum sunt laboriosæ ad comportandum victum, & reponendum sibi frumentum, ac cæteros fructus quibus vescuntur, quod non solum. t Ælianus nobis attestatur, sed quotidiana etiam docet experientia. Porro & hoc in Formicis nostris præclarum est, & memoratu dignum, quod senes, & oneri succumbentes (iam tunc alas emittunt, vt homo canos capillos) à reipub, administratione à iunioribus deiecti, in eminentem vsque locum, teste u Alberto, euolent velut fastidientes terrena ad cœlestia; adeo vt Romanæ Reipub. æmulæ videãtur, vel potius Romani, cũ Formicę his longe sint antiquiores, Formicarum æmuli aliquando fuisse videantur. Constat enim apud Romanos, cum sexagenarii essent Senatores, de ponte consuetum fuisse eos præcipitare, velut qui Reipub. vlterius curam gerere non possent. Postremo noxia sibi instinctu quodam naturali, ita agnoscunt, vt lædi ab iis se non patiantur Scribit x Pliuius ranarum rubetarum alteram fibram à Formicis non attingi propter venenum, vt arbitrantur y Alibi etiam geminum esse ranæ iecur, ait, obiicique Formicis oportere, y Lib 32. nam partem, quam appetunt, contra omnia venena esse pro antidoto. Alii addunt tacta menstruo sanguine mulierum germina nou attingere, conscendentes spicam olfacere consueuisse etiam nonnulli volunt, atque siquidem hordeum reperit, fugere inde, seque ad tritici spicam conferre. Possem modo aliorum etiam scriptorum de mirabili Formicarum uatura scripta encomiastica percensere, sed cum alia etiam scribere animus est, & multi sæpe eadem repetunt, itaque hic vela contrahamus; cæterum ne & ego velut Formicarum laudis inuidus, omnes omnino præteream. z Plutarchi, quo nemo accuratius omnia prosecutus est, quæ ad laudẽ earum pertingere possunt, encomium, quod de illis memoriæ prodidit, solummodo recensebo. Formicarum, inquit, apparatus & dispositiones exacte enarrare nefas pœne est; omnes autem præterire, nimiæ socordiæ. Nullum enim ita exiguum habet natura magnatum, & pulchratum rerum speculum Sed tanquam in pura gutta insunt omnium effigies virtutum. Intus amicitiæ simulachrum est, nempe cultura societatis inest etiam fortitudinis imago, laborum tolerantia Insunt multa continentiæ semina, multa prudentiæ & iustitiæ. Cleanthes, tametsi negabat animalia ratione prædita esse, nihilominus in tale se narrat incidisse spectaculum. Venisse Formicas de suo cauo ad aliud Formicarum examen, Formicam portantes mortuam. Ex hoc adscendisse alias Formicas tanquam ad colloquium rursumque descendisse. Id bis terue factum. Tandem has sursum extulisse vermem, tanquam redemptionis precium pro mortua Hoc illas accepto, & reddito Formicæ cadauere discessisse. Sed inter ea quæ manifesta sunt omnibus, est in occurrendo æquitatis studium; eum nihil gestantes, gestantibus aliquid de via decedunt; & rerum portatu difficilium corrosiones, atque partitiones, vt è pluribus possint ferri in particula diuulsæ. Omnem earum calliditatem superat præsensio tritici germinationis. Nou enim manet aridum, aut putredinis exsors, sed humectatur, & lactescit, cum iam eo tendit, vt in herbam mutetur ne igitur seminis vim seruans, inutile esui fiat: exedunt illud principium seu acumen grani, è quo germen emitti à tritico solet. Non probo eos, qui quasi corporis dissectionem æmulantes, earum cauernas tei perspiciendæ causa lustrant. Si quidem dicunt, à foramine non esse rectum in eam descensum, aut quam alia bestia facile posset perrepere: sed anfractibus atque flexibus cuniculisque varie interceptum in tres definere cauita-

p Lib 1. cap. 22.

q Hist. cap 38

r Lib. 14. Antiq. lect. cap. 9.

s Lib 11. cap. 30.

t L. 1. Var. hist. cap. 12

u Lib. 26.

x Lib 11. cap. 37.

y Lib 32. cap. 6.

z L. de Solert. Anim

Formicæ, Ameyssen.
Fig: 10.
Cimices Wandtläus.
Forbicinæ.
Ferrantes.

tes: quarum vna commune sit omnium domicilium, secunda penu rerum ad victum pertinentium, in tertiam mortuæ reponantur. Puto autem non importunum vobis visum iri, si post Formicas &c. Tantas itaq; & tam varias animi dotes in Formicis animaduertentes, atq; admirantes antiquissimi Philosophi, multi eorum in certamen commisere vtrum brutum, an humanum, aut diuinũ etiam earum esset ingenium altercantes. Equidem *a* Cicero non parui nominis philosophus in Formica non solummodo sensum esse scribit, sed mentẽ etiam, rationemq; ac memoriam. Pythagorici item animam omnem, quæ sensibus. & memoria sit prædita, rationis identidem, atq; etiam orationis esse participem asseuerabant, neq; interioris tantum, sed etiam exterioris, qua vniuscuiusq; generis animalia, quantum necesse habeant, inter se mutuo loquantur. Et reuera vt de Formicis loquamur, cum obuijs quasi quædam interlocutio est Dum enim operi sunt intentæ, onustis vacuæ occurrunt, & antequam eis locum dent, prius facta quadam mora cum illis in occursu mutuo colloquuntur: quamobrem Celsus, aduersus quem multis egit Adamantius Origenes, Formicas inter bruta non recensebat, sed animantia rationis participia existimabat. Quam vero Deus immortalis admirabilem sese prębuerit in creaturis minutissimis in primis nos docuit doctissimus Tertulianus, dum ait: Animalia minutiora maximus artifex de industria ingenijs, aut viribus ampliauit, sic magnitudinem in mediocritate probari docens, quemadmodum virtutem in infirmitate secundum Apostolum imitare (si potes) Apis ædificia, Formicæ stabula, Araneæ retia, Bombycis stamina. Et D *b* Hieronymus ad hęc diuini Psaltis verba, Impleta est terra possessione sua, sic habet: Et reuera omnia opera Domini, plena sunt sapientia: quando enim videmus Formicam scire, quando hyems venit, & reponit sibi escam, & iterum Culicem tam minutum habere oculos, ventrem, & vniuersa membra, sicut & nos habemus &c. nonne sunt hæc miratione digna, & sapientia plena, videlicet cum rerum natura nusquam, quam in minimis mira sit. Vnde *c* Salomon quoq; regum sapientissimus hoc genus minimorum animantium in primis obstupuit. Quatuor, inquiens, sunt minima terræ, & ipsa sunt sapientiora sapientibus Formicæ populus infirmus, qui prępparat in messe cibum sibi; Lepusculus, plebs inualida, qui collocat in petra cubile suum: regem Locusta non habet, & egreditur vniuersa per turmas suas: Stellio manibus nititur, & moratur in ædibus regis. Atq; hæc sunt, quæ de diuina potius, quam bruta Formicarum natura dicenda videbantur, nunc ad reliquam earum historiam conscribendam animus aspirat.

a Lib. 3. de Nat. Deor.

b In Comm. Psal. 103.

c Prou. 30.

SYNONYMA.

נמלה, Nemalah Prouerb. 6. exponitur Formica. Vade ad נמלה, Nemelah, id est, Formicam, piger. Et plurale secundum formam masculeam, Prouerb. 30. הנמלים, Nemalim, Formicæ, populus non fortis. Ita autem dicta est à radice נמל Nemal, hoc est, excidere, circumcidere, quod nimirum Formica grana collecta incidat, ne nascantur, aut germinent. Syrochaldæus priori adducto loco habet שומשמנא Schumschemana, vt legere est in dictionario Syrochaldaico fol. 188. col. 3. item fol. 192. col 1. Græcis Μῦρμηξ dicitur, & μύρμαξ, pro quo Dores μύρμαξ dicunt: quibus μυρμηδόνας etiam μύρμηκας vocari, id est, Formicas Hesychius scribit Apud Romanos synonymia caret, & à ferendis, vel vt alij volunt à forandis micis Formica nomen obtinuit. Mica autem proprie est puluisculus ille, qui in arena quasi argentum tulget, à quo & panis, & omnium rerum minimæ partes micæ dicuntur, quasi minutim cadentes: vel simpliciter à ferendo, quod nullum animal frequentius pondera conuehat. Galli vocant Fourmi, aut Formis Itali latinum nomen reseruarunt, Germani eim Ameyss, Belgę een Miere, Hispani Hormiga, Poloni Mrovvka, Hungari, Hangya, Angli Anant. Emote, aut Pismire.

Formica vnde dicta

GENVS. DIFFERENTIÆ.

FOrmicæ in Europa aliæ venenosæ, aliæ non venenosæ, quæ magnitudine potissimum differunt. nam quæ hic alatæ sunt, senes sunt, & inutiles, & eiusdem generis: & nymphæ dictæ, Arabibus Arazasi Maiores *a* Aristoteles ἱππομύρμηκας nominat, Gaza Formicas equites transfert. Easdem *b* Plinius, teste Dalechampio, vocat Herculanas. Has negat Aristoteles in Sicilia inueniri, Auicenna in Lycia. De venenatis postea dicam. Sed quanquam hic de Europæis Formicis potissimum agamus, ijs inquam, quas nemo non nouit, operæ pretium tamen est etiam obiter meminisse multas in alijs regionibus Formicarum differentias reperiri, earumq; alias venenatas esse, alias innoxias, harumq; alias alatas, alias apteras sine alis carentes, quarum rursus aliæ colore, ac magnitudine differunt, de quarum omnium diuersitate, & mira natura, quæ alij referunt, nos qui eas terras non perlustrauimus, hic obiter recensebimus. Referunt ij qui nouum orbem lustrarunt, ibi Formicas luteas domos sibi construere, non minores humano capite, sphæricas, & ad eas non ingredi per foramen, sed accessum prælongum parare, quasi per exiguam fistulam, per quam vix illis sit aditus in domuncula. Ingressas igitur habitare, horrea conficere, & alimenta condere, *c* author est Ouetanus, qui alibi etiam tradit aliud de Formicarũ alio genere memorabile, Formicas scilicet esse minimas, quæ sibi in soli superficie domum condãt non minorem vase modium, aut sextarium capiente, durescereq;

a 8. Hist. cap. 28.
b li. 30. c. 4.
c In Summ. cap. 52. & hist. lib. 15. cap. 1.

A adeo lutum, quo construunt, vt cum glutinis modo sibi optime cohæreat, perinde ac calx in lapidem transire; nec enim ferro penetrari posse. Ad ingressum, ostium latens constituere, habitare securas quasi in asylo aduersus ferarum hostilitatem; præcipue vero aduersus Vrsum Formicarium; cui hoc inditum nomen, quod Formicas ignauissime depascatur. In regno Senegæ Formicas aiunt, teste *d* Scaligero, esse albas de quibus ita scribit Aloysius Cadamustus. Inueniuntur ibi multiplices animalium species, præsertim serpentium fere omnium generum, venenosi alij, alij innoxij sunt, duorum pedum mensuram excedunt, alas nec pedes habent, vt serpentes, alioquin immensi, & tantæ quidem vastitatis, vt integras capras hauriant, nec lancinent, solide deuorantur: ferunt incolæ Serpentes huiusmodi congregari statis anni diebus, & migrare in loca quædam, vbi Formicarum est vis magna, quibus & colos albicans, quæ suapte natura humiles quasdam casas instar specus extruunt; nam ore terram portant, & ferruminant absq; calce, diceres clibanos aliquos vel tuscula in ordine disposita. Nam ex huiusmodi casis videbis C & CL continenter subordinatas, vt alteram sequatur altera miro naturæ ordine. *e* Pausanias quoq; in Pephno parua insula nihilo ingenti saxo maiore Formicas conspici ait vulgaribus albicante colore dissimiles. *f* Ælianus habet in Pheneo Laconicæ. Sed in Græco, inquit, legerim nõ μύρμηκας sed κροτύφες, & ἐν φενεῷ τῆς Ἀρκαδίας, non autem Λακωνικῆς. Est enim Pheneus oppidum in Cyllene Arcadiæ monte: in quo Merulas albas reperiri authores habeo Aristotelem, Pausaniam, Plinium. Forte κροτύφες aliquis Merulas interpretatus est, idq; vocabulum in textu repositum, & in μύρμηκας deprauatum est. Sicille. In prouincia Mangi Formicæ rubræ sunt, quibus vt nos Gammaris, cum pipere vescuntur, vt meminit quoque *g* Scaliger. Prægrandes & colore albas apud Indos in regno Negritarũ reperiri tradit Aloysius Cadamustus. Apud Brachmanas palmaris longitudine sunt; in noua Hispania Scarabæos æquant; quarum morsus dolores, & tubercula excitat Sed maximas canum more esse multi tradiderunt, Herodotus, Plinius, Solinus, Mela, Philostratus, alijq; hasq; aurum penitus egestum cum summa pernicie attingentium custodire; quorum authorum verba, vt vel veritas, vel falsitas ex ijs appareat opus est in medium afferre. *h* Herodotus, quem propter antiquitatem primo loco citare placuit, de Indis loquens, qui Æthiopiæ proximi sunt, & nigro etiam corpore, horum, inquit, omnium, quos recensui, Indorum coitus in propatulo est, sicut pecorum: color similis, ac proximus Æthiopico. Genitura, quam in mulieres emittunt, non alba, quemadmodũ cæterorum hominum, sed atra, vt color corporis; qualem Æthiopes quoq; emittunt. Hi Indi longius à Persis abiunt, & vento Austro obnoxij: eoq; Dario neutiquam obtemperabant. Cæteri Indi Caspatyro vrbi, & Pactyicæ regioni contermini sunt, ad vẽtum Aquilonem habitantes. Et ex alijs Indis ii, qui proximam Bactrianis viram degunt, pugnacissimi sunt, & qui ad aurum prącipue emittunt. Circa hanc enim plagam vasta sunt propter arenã loca. In ea solitudine arenosa Formicæ gignuntur, canum quidem magnitudine minores, vulpium vero maiores. Earum nonnullæ, & apud eos, & apud regem Persarum visuntur, hinc venatu captę. Hæ Formicæ in faciendis sub terra domicilijs egerunt arenam, vt apud Græcos Formicæ, atq; eodem modo, ipsa specie corporis simillima Ea autem, quæ egeritur arena, auracea est; pro qua in desertum mittentes Indi, ternos singuli camelos iungunt: mares à lateribus, quos frænatos trahunt, fæminam in medio, in quam ipsi ascendunt, data opera vt à recentissimis fœtibus abstractas iũgant Etenim apud eos cameli cum nihilo sunt minori pernicitate quam equi, tum vero ad ferenda onera multo valentiores Qualem autem habeat camelus speciem, Græcis, vtpote scientibus, non puto scribendum: sed quod de eo animali nescitur. Camelus in posterioribus cruribus gerit quatuor femora, & totidem genua, & veretrum inter posteriora crura eaudam versus spectans Hunc in modum iunctis camelis, Indi ad aurum legendum tendunt, vt cum feruentissimus fuerit æstus, sint in rapina Siquidem præ æstu Formicæ sub terra se occultas tenent. Est autem illis hominibus sol ardentissimus matutinus, non quemadmodum alijs meridie, eousq; efferuescens dum tempus est a foro discedendi: per quod spatium multo magis vrit, quam meridianus in Græcia, adeo vt dicantur illi tum in aqua se abluere. Meridies vero Indos vrit fere, peræq; atq; alios homines: declinante meridie, talis est illic sol, qualis alibi matutinus; ac deinceps magis, ac magis frigescens, dum ad occasum peruenit, quo tempore præcipue frigct. Vbi ad locum Indi peruenere, culeis, quos attulere, arena completis, rapidissime retro se recipiunt Quos protinus Formicæ (vt à Persis fertur) olfactu perceptos insequuntur, tanta pernicitate quanta in alio est nullo: ita vt nisi viam, ad quam Formicæ congregantur anticipent Indi, nemo sit ipsorum inde euasurus. Ideoq; camelos mares, quod impares fœminis sunt in currendo, ne trahantur, dissoluunt, sed non vtrumq; pariter, Fœmina vero pulli quem reliquit memor, nihil sibi remittit: Hac ratione Iudi maiorem auri partem nanciscuntur, vt Persæ memorant. Nam quod effoditur in eadem regione aurum, rarius est, &c. Eadem ferme sed breuius apud *i* Strabonem legimus, qui tamen Herodotum non nominat. sed Megasthenen, & Nearchum. Hic quoq; (Nearchus) inquit, vidisse se ait Formicarum auriferarum pelles, pardalis pelli persimiles. Megasthenes de Formicis ait, apud Derdas, quæ maxima natio est Indorum montanorum, ad Orientem expositorum, collem quendam esse trium millium stadiorum ambitu, & sub eo aurifodinas, quas Formicæ effodiant, vulpibus magnitudine non minores, mira celeritate, victum ex venatione comparantes: fodere autem

d Exer. 367.
e in Laconicis.
f Lib. 4. c. 5.
g Exer. 96. 7
h In Thalia Lib. 3.
i Lib. 15. Geog.

Ramusius. d. 1588 p. 104. t.
f. Nouus Orbis etc. Basil. 1537 p. 28.

tem terram per hyemem, & ad oſtium accumulare, quemadmodũ talpæ. Talis auri ſtrigilis parua decoctione eget, eam vicini iumentis clam rapiunt. Aperte enim non poſſunt, prohibentibus Formicis, quæ & pugnant, & fugientes inſectantur, quos cum deprehenderint, cum iumentis interimunt. Vt ergo illas lateant, ferinas carnes per loca plurima diſponunt, quibus diſtractis, auri ſtrigilem aſportant, & fuſionis ignari cuicunq; mercatori diuendunt. *k* Plinius quoq; omnium, quæ diximus, meminit, ſed Formicas, neſcio ex quo cornua gerere tradit Indicæ Formicæ, inquit cornua, Erythris in æde fixa, miraculo fuere. Aurum ex cauernis egerunt terræ, in regione Septentrionalium Indorum qui Dardæ vocantur. Ipſis color felium, magnitudo Aegyptiuporum. Erutum hoc ab ijs tempore hyberno, Indi furantur æſtiuo feruore, cõditis propter vaporem in cuniculos Formicis, quæ tamen odore ſolicitatæ prouolant, crebroq; lacerant, quamuis præuelocibus camelis fugientes. Tanta pernicitas feritasq; eſt cum amore auri. Solinus aliud addit miraculum, dum Formicis iſtis pedes tribuit *l* Leouinos Formicæ, inquit, ibi ad formam canis maximi, arenas aureas pedibus eruunt, quos Leoninos habent, quas cuſtodiunt, ne quis auferat, captantesq; ad necem proſequuntur. *m* Ælianus eaſdem Formicas auri cuſtodes, Campylin appellatum fluuium nunquam tranſire author eſt; cumq; his regionem eandem Iſſedones incolere, qui & ipſi Myrmeces, id eſt, Formicæ appellantur. *n* Alibi etiam iſtæc de illarum mira prudentia memoriæ prodidit: Naturali quodam ingenio, & prudentia, valent etiam apud nos animantia, non totidem tamen, quot ſunt in India: Illic enim eiuſmodi ſunt, Elephantus, Pſittacus, Sphinges, & nuncupati Satyri, & Indica Formica. Noſtrates quidem Formicæ cauernas, & latibula quædam effodiunt, ſub terra habitantes, & veluti in fodinis metallicis cuniculisq; eruendis ſeſe exercent. At Indicæ ſingulari ſapientia præditæ domunculas commodas in excelſis locis conſtruunt: non in deuexis, & planis qui facile inundari queant. In eis ambitus, & vt ita dicam, foſſas Aegyptias & Creticos Labyrintos magna ſapientia effodientes, domeſticas ſedes conſtituunt non rectas quidem, & peruias, aut in quas quippiam influere poſſit, ſed ſinuoſis foraminibus obliquas: in quarum ſuperficie foramen vnum relinquunt, per quod quidem ipſum ingrediantur ipſæ, & ſemina quæ colligunt, in ſuos theſauros inferãt. In excelſis quidem locis latibula machinantur, vt fluminum alluuiones effugiant. Itaq; hac ſua induſtria, veluti in ſpeculis habitant, aut etiam inſulis, cum ſcilicet adiũcta colliculis illis humiliora circumquaque ſtagnant. Ipſorum vero aggeres quanquam congeſti, tantum abeſt alluente aqua, vt ſoluantur, vt confirmentur magis. Primũ enim ex matutino rore admixto pulueri, tunica quadam veſtiuntur tenui ſed valida: deinde parte inferiori de fluuiatili cœno cortex muſcoſus adnaſcens aggerem aſtringit. Meminit item *o* Lucianus ſcribens ad Saturnum, ſe niſi concedatur, quod poſceret, precaturum vt Formicæ, vt in India ſolent, diuitum hic theſauros eruant. Quandoq; futurum eſt, inquit illis grauiſſimum, vt Formicæ tales, quales feruntur, Indicæ aurum è theſauris effoſſum, noctu in publicum efferant, &c. Eaſdem intelligere volunt Theocritum his verſibus:

Οὐ μὰν ἀχρεῖός γε δόμῳ ἐνὶ πίνι χρυσὸς
Μυρμήκων. ἀπὸ πλοῦτος ἀεὶ κέχυται μεγάλοντι.
Non tamen abſque vſu in domo optima aurum
Ceu Formicarum opes ſemper iacet laborantium.

Iam vero nunquid reuera tales dentur Formicæ tantæ magnitudinis, & quæ aurum eruant, & mira innataq; auiditate cuſtodiant, haud facile mihi ipſi perſuaderent, niſi etiam eadem (nam etiam in Braſilia Formicas canum magnitudine eſſe, qui aurum cuſtodiunt, referunt) & alia longe admirabiliora de alijs Indicis neoterici, qui per vaſtas Indorum regiones diuagati ſuut, referrent: nihilominus ego nunquam ea affirmarim. Strabo ſane duobus in locis ridet eos, qui ſimilia prodiderunt. Neq; etiam *q* Arrianus ea admittit, qui alioqui quam plurima de Indicis rebus ſcripſit. De Formicis, inquit, etiam ſcribit Nearchus, ſe quidem eas non vidiſſe, cuiuſmodi nonnulli tradunt in India naſci. Pelles tamen earum non paucas abſe viſas in caſtra Macedonum allatas. Megaſthenes certa vetaq eſſe quæ de Formicis ſcribuntur, dicit, eas nimirum eſſe, quæ aurum è terra effodiunt, non quidẽ auri ipſius cauſa, ſed vt ſibi antra, in quibus deliteſcant, parent, quemadmodum noſtræ etiam Formicæ exiguæ cum ſint, nonnihil terræ eruunt. Eſſe autem Formicas illas vulpibus maiores, ratione magnitudinis earum tetramq; fodere, quæ aurum miſtum habeat, & ex ea Indis aurum fieri. Sed Megaſthenes auditum narrat. Ego verò cùm nihil habeam certius, quod de ea re ſcribere poſſim, libenter hunc de Formicis ſermonem miſſum faciam. Sic ille, & ex recentioribus Georgius Agricola, qui doctiſſime de ſubterraneis ſcripſit, quid in hac re ſentiat, ita quam breuiſſime explicauit. Quod autem Formicæ Indicæ, inquit, eruant aurum, crediderim Formicas illas Indicas eſſe diuerſæ naturæ à noſtris, licet hoc nomine Formicæ nuncupentur. E contra Raſis, author ſanc fide dignus, referente *r* Cardano, ſcribit in Suſide inclyta vrbe Perſidis regionis fuiſſe nutritam Formicam publice, ſiquidem in foro Auiano, quæ ſingulis diebus libram carnis ederet. Catuli quoq; magnitudine reperiuntur Formicæ teſte *s* Bocatio apud hydrophagos, id eſt ſerpentiuoros, qui inſulam illam habitant, in quo Gargarus fluuius eſt. Veriſſimum autem eſt Formicas in nouis Indijs laccam conficere: nam & plerunq; alæ Formicarum laccæ permixtæ reperiuntur. In regno Pegu, cum terra pluuia vel arte plus iuſto irrigatur, Formicæ alatæ ligna quædam tenuia ab incolis ſic diſpoſita conſcendunt, in quibus laccam generant, è quibus, inquam certa gũmi ſpecies defluit, quod illæ exſugunt, & circa ramos, perinde laccam, vt Apes mel, ac ceram diffuudunt. *t* Dalechampius certum eſſe ait laccam, non gummi eſſe, nec arboris plantęue alicuius lachrymam, ſed potius Formicarum alatarum ſtercus, fauaginemue veluti ceram Apum. Sed vt cera Apum non eſt, niſi prius hinc inde colligant, ſic meo iudicio gummi illud, vt vocant, ex arbore, quam prunorum ſpecie eſſe ſcribunt alij, exillat, & à Formicis circumligna illa elaboratur, vt ab Apibus cera. Magna hæc arbor eſt, & in Canara bor in Decan ber, & in Malaxo Vidaras, apud Luſitanos Mancanos de la India: id eſt, mala Indica dicitur, quo nomine pariter depinxit Acoſta. conſpicitur æſtate alatis illis Formicis perpetuo onuſta, quæ in ramis eius laccam elaborant, vt dictũ eſt. Hæc profecto communium Formicarum labor cum Indicis illis quas aurum eruere, & cuſtodire aiunt, non parum congruit. etenim fieri poteſt, Formicas ibi incredibili eſſe magnitudine, quas cum ijs in locis degere viderent, & antra ſua ſiue latibulas acriter defendere, multis anſam dederint, longe admirabiliora affingere. nam cum Indi aurum auferre inde conarentur, Formicas haud dubie pellere conati fuerint; ea vero Formicarum natura eſt, vt irritatæ egregie ſeſe vlciſci ſtudeant: vnde etiamnum vulgata paſſim omnium in ore eſt paroemia, ineſt & Formicæ, & Serpho ſua bilis. Eſtq; noſtratum Formicarum morſus admodum moleſtus, adeo vt Aeſopi Formica venatori, cum auem captaret, rete è manibus excuteret: ex quo quantum doloris, ac moleſtiæ attulerint Indicarum illarum morſus quiſpiam facile iudicet. Vt itaque magnitudinem illarum admitto, ira contra nunquam credidero auri amore id tueri, vt Plinius ſcribit, hoc enim apud me fabulas ſapit; quare iam de reliquis monſtroſis, vt ita dicam, Formicis pergamus. In nouo orbe in Baia Saluatoris ingens eſt Formicarum copia, quibus in ore extant, velut forfices ad quæcunq; ſata, aut fruges abſcindendas: quarum etiam morſu areſcunt omnia: ſtudent tamen incolæ eas diligenter alere, vt ſaturæ fertilibus parcãt. Eædem quoq; Formicæ in Braſilia dãtur. Scribit *u* Olaus Magnus Formicas in Aquilonari regione in plura genera diuidi, inter quæ ſpecie vnam compertam, quæ ſibi è frondibus nidum conficiat è pino, & abiete, in aliquo ædito campeſtri loco. His, inquit, inſidiatur vrſus: at illæ adeo ſolerter in eum inuadunt, vt eiiciant, quin ſi forte vnicam Formicam in foueas ſuas pilis occultam intulerit, eaq; ibi forte nidificauerit, & fœtificauerit, etiam inde vrſum cũ prole vniuerſa perpetuo exulem faciet. Sunt enim huiuſmodi Formicæ alatæ, & grandiores. Alatæ etiam ſunt & magnæ, & coloris rubri, quas Indi in Braſilia Iza nuncupant, dum conteruntur, odorem cedri fundunt, magnas ſibi ſub terra latibulas ſiue caſas effingunt. Verno autem tempore, hoc eſt, menſe Septembri magnũ ſenſim fœtuum agmen educunt, idq; eo potiſſimum die, qui pluuiam ſubſequitur, atq; tonitrua, cum videlicet Solis æſtus viget maxime. Parentes præcedunt, ducesq; ſunt liberis, ore aperto huc illucq; curſitantes, viasq; vndiq; complentes, morſus multo quã alijs temporib. acerbiores inducunt ad ſanguiuis effuſionem vſq;. Sequuntur ſubinde liberi magnitudine præualeutes, volatuque nouas ſibi habitationes quærunt, tanto ſępe agmine, vt velut denſiſſima in aere nubem efficiant. Vbi quieſcunt, terram eo in loco effodiunt, ac quæq; ſibi habitacula conſtruit. Vita earum breuis eſt, at ex ſingularum ventre ingens fœtuum numerus erumpit. Cum latibula ſua egrediuntur, accurrunt Indi, accurrunt & volucres cæli. Indi autem magno cum deſiderio tempus hoc expectãt, Formicas iſtas ceu nouos fructus in cibi vſum colligentes. Accedunt autem ad caueruarum ingreſſus, eas aquæ ductibus circumſepiunt, aduerſus mordaces, & grauiter morſu vulnerantes parentes Formicas ſeſe defendentes. Nouas recentesq; eas Formicas in multos dies ſeruant, ac igne torrentes deuorãt. Quam modo ſuauem delicatumque cibum præbeant, teſtantur eluitæ, qui & ipſi illis veſcuntur. In Occidentali India duo item eſſe ait Cæcus *x* Adrianus Formicarum genera, quorum vnum agros depopuletur, aliud contra eos conſeruet, pellatq; vaſtantes. *y* Ouiedus ait ibi Formicarum tot eſſe genera, & multitudinem, & multas etiam tã noxias, ac damnoſas, vt fidem ſuperarent, neq; credibile videatur, niſi qui viderint. Inter dãnoſas vero primas obtinere, quas indigite voce Comixen vocant, quæ inquit, ſemiformicæ ſunt, & ſemiuermes, alba velut cauda prorepentes. Ligna penetrant erodendo, & domibus ingentia damna inferunt. Cum arborem, vel parietes ædium ſcandunt, opercula terrea, digitum craſſa, ſecum ferunt: ſub quibus, vbi habitandum eſt, degunt, eaq; amplificant, & tribus, & quatuor palmis maiora faciunt, in his nidulantur, ligna & parietes, niſi auferantur, teredinis inſtar erodentes atq; conſumentes. Venenatæ modo Formicæ, & quæ hominibus plus quam noſtrates nocent, cum apud eoſdem Indos, tum apud nos quoque reperiuntur. Venenatas Italiam nou nouiſſe aiunt. Solifugas (aliter Solpugas) Cicero teſte *z* Plinio appellat; Salpugas Bætica. Animal eſt vt refert Solinus, exiguum, atanei ſpecie, in Sardinia in metallis argentarijs plurima: occultim reptat, & per imprudentiam ſupetſedentibus peſtem facit. Solifuga dicta, quod diem fugiat. Sardinia eſt quidem abſq; Serpentibus. Sed quod alijs locis ſerpens eſt, hoc Solifuga Sardois agtis. Plinius hiſce, & cæteris Formicis cor Veſpertilionis contrarium eſſe tradit. Telephus Cretenſis ex Myſio Pergamo oriundus mortiferum quoddam, vt ſcribit *a* Aelianus, Formicarum genus eſſe ait: quæ Laertæ nuncupãtur: quo nomine etiam Veſpæ quædam nuncupantur. Præterea leguminibus innaſcuntur beſtiolæ, quædam veneuatæ etiam, quæ manus pungunt, & periculum vitę afferunt, Solifugarum generis. Aduerſus hæc omnia eadem medentur, quæ contra Araneos, & Phal[illegible] demonſtrantur. Venenoſæ pariter Formicæ, eæque magnæ

k Lib. 11. cap. 31.
l In Polyhiſt. cap. 43.
m Lib. 3. c. 4.
n Lib. 16. cap. 15.
o In Epiſt. 1. ad Sat.
p Lib. 2. & 15.
q Lib. Indic. rer.
r Lib. 9. de Subtil.
s Lib. de Fluuijs.
t Lib. 18. Hiſt. plant. cap. 16.
Monſtroſę Formicæ.
u Lib. 22. cap. 5.
x Lib. 4. de miner.
y In Summ. India Occiden ca. 52.
z Lib. 19. cap. 4.
a Lib. 10. cap. 42.

magnæ habentur in Brasilia quas aiunt in arboribus sese enutrire, & nidum facere more Hirundinum. In Isthmo Sur & Nort occidentalis Indiæ casulas adeo duras efficiunt Apum similitudine, vt vix securibus tandem rumpi queant, atq; sic arboribus perniciem afferunt teste *b* Cardano. Ait item Ouiedus, esse quæ prædictas (paulo superius commemoratas) magnitudine superent, harumque varia genera videri, at quæ cæteris sint noxiores, & damnosiores, nigrescere, atq; nostrates adæquare Apes Harum, inquit, tantum inest, venenum, vt Indi in ijs sagittas suas inficiant, ijsq; vulneratis moriendum sit sine vlla spe salutis recuperandæ. Visi sæpe sunt Christiani icti ab hisce Formicis in febrem, quam ocyssime incidisse, eamq; lethalem. Atq; hæc de varijs Formicarum generibus: quæ in Indijs potissimum reperiuntur. Ad paruas nostrates pertinere volunt, quæ κνίπες aut σκνίπες nominantur. Mel appetũt, vt Apes, quod vel è longinquo olfaciunt. Galenus vero non Formicas, sed vermiculos σκνίπας vocat, qui vitibus ineunte vere innascuntur cum germinare vites incipiunt: earumq; germina (oculos vocant) depascuntur; quamobrem agricolæ, vt has interimãt, oculorum radices inungunt ampelitide vocata terra. A Cnipe Scnipeue Auicula quædam κνιπολογος, dicitur Aristoteli, de qua consule Ornithologiam nostram. De his quid sentiamus, ante in Culice diximus. Postremo Serphum quoque vocant animalculum Formicæ specie, quo etiam vescuntur Auiculæ.

b *Lib. 9. de Subtil.*

FORMA. DESCRIPTIO.

FOrmicam minutissimum Insectum, & nulli non notũ describere superfluum est: attamen non inconueniens, imo velut necessarium, atq; vtile quædam, quæ ad corporis formam spectant, referre. Habes expressam Formicam maiorem, vulgarem, alatam & sine alis, item alia duo Insecta Formiciformia. *a* Aristoteles Insectorum alia membrum illud, quod natura ad sentiendum accõmodauit, intus continere scribit, hisq; Formicas accenset, & alia multa ex testatis; alia contra foris gerere. Nec non testata, inquit, etiam *b* alibi omnia huiusmodi eadem causa, qua sanguinea, videlicet ad cibum sentiendum; quoniam etiam Insecta simili ratione, aut promuscidem habent ore prodeuntem, vt Apum Muscarumque genus, vt dictum iam est, aut in ore conditam partem eiusmodi possident, vt Formicæ, & si qua alia sint generis eiusdem. *c* Plinius quibusdam Insectis, vt Formicis, intus linguam tribuit, & ex recentioribus *d* Wottonus dentes habere Formicas ait, & gerere aculeũ non in ore, sed parte posteriore. De oculis hæc prodidit *e* Cardanus; Formicæ visu omnino priuantur, quod terrestre animal non adeo visu indigeret, cornibus auxiliantibus, quæ illis loco baculi sunt ad tentandum viam, velut & Limacibus: Hæ enim ob siccam temperiem, illæ ob paruitatem oculis priuatæ cornua pro baculis acceperunt, vt cæci. Nullum autem animal volãs poterat esse, nam nõ adeo sensim animal volare potest, an impingat & excidat, si visu careat Hæc ille, quæ nunquid veritati sint consona, dubito plurimum Formicæ enim senes, alas, vt dictũ est emittunt, & volant non parum; quas videre ne in senectute dicemus, cum in iuuentute non viderint? Quare libentius cum *f* Alberto Magno non parui momenti philosopho dixerim, Formicã propter paruitatem sui capitis oculos non habere in eo, sed super quædam additamenta, quæ ceu duo pili egrediuntur de capite. nam ibi oculos esse locatos signum est, quod quando illa amputantur, tunc vadit errando, nesciens quo eat, proximam quamq; apprehendens, & quam tenacissime amplectens, vt per ipsam ad casam suam reuertatur. Cum senescit genus Formicarum, alatum efficitur. Consolatur enim illorum imbecillitatem natura, inquit *g* Cardanus, volatu addito; sed ab editis alis parum superuiuunt. Author quoq; de natura rerum solam Formicam inter animalia senio fortificaruri ait & crescere Quod ad temperamentum attinet, Formica sicci est temperamenti. nam canis ei comparatus à *h* Galenò dicitur humidus: Canis namque, inquit, ad Formicam & Apem comparatus est humidus; in animantium genere est siccus.

a *Lib. 3. de Parti. c. vlt.*
b *Lib. 4. de part. cap. 5.*
c *Lib 11. cap 37.*
d *Lib. 9. de diff. animal cap. 210.*
e *Lib 9. de Subtil.*
f *Tract. 4. lib. 6. ca. 1.*
g *Lib. 9. de Subtil.*
h *Lib. 1. de temp. ca. 9.*

LOCVS.

QVibus in locis degat genus Formicarum, nemo etiam est, qui ignorat, & ante, vbi multa de miro earum ingenio, & industria egimus, inter alia quoq;, quam inextricabiles labyrinthos sibi in suis latibulis conforment, demonstrauimus, & ex imagine, quam in fine dabimus, quisq; per se considerare poterit Conduntur autem in aceruis, in quibus congerendis vere, & æstate multum operæ, & laboris consumpserunt. Non sunt in Sicilia pennatæ teste *a* Plinio. Nidum earum Ponticum quendam, gratumque odorem emittere scribit *b* Albertus, eoque asteres circumuicinos inficere.

a *Lib 11. cap. 30.*
b *Tract. 4. lib. 8. cap. 1.*

COITVS. PARTVS, generatio.

INsecta, inquit *a* Aristoteles, hyberno quoque tempore coeunt, & serenis austrinisq; diebus nascuntur ea, quæ se abdere non solent, vt Muscæ, & Formicæ. *b* Alibi etiam coire Formicas scribit, & Vermiculum parere nulli annexum, qui accrescens ex minutulo, & rotundo longiusculus fit, formamq; accipit debitam, & ortum eorum verno tempore agi. *c* Plinius hanc eandem generationem paucissimis verbis complexus, plurima, inquit, Insectorum Vermiculum gignunt; nam & Formicæ similem ouis vere. Cur vero Formicæ, Papiliones & Locustæ, non autem Apes, oua gignant, rationem hanc reddit *d* Cardanus, quod cum pariunt, non volant Oua ipsa teste *e* Alberto in Vermes albos pãniculis inuolutos erumpunt, & ex his superficie ad solem expositis Formicæ nascuntur. Idem *f* Albertus animalium vermes generantium, quosdam Vermes moueri, ait in eadem hora suę natiuitatis, & quosdam hoc non facere, nisi post aliquot dies, sicut Vermes Formicarum, & Apum. Alibi quoque eiuscemodi oua oblonga esse ait, & quasi columnalem exprimentia figuram, extraque corpus paulatim recipere in locis calidis muscidis incrementa quousque perfecte compleantur: & si forte ab aliquo de loco suo mota, ac dispersa fuerint à Formicis recolligi, & ad suos nidos referri. Cæterum longe alio modo Formicæ in orbe nouo generantur, quam vt de nostratibus dixi, vt illi tradunt, qui de eius mirabilibus scripserunt, videlicet à parentis iam defuncti corpore fieri innumeros vermiculos, eosque miro modo viuere, donec ex habitaculis subterraneis iam alati erumpant: quanquam viuentes adhuc parentes, aliquando etiam pariant; atque ita fit non spernendum miraculum, vt genus seruetur, vel partu, vel etiam corporis defuncti corruptione, atque ita parentum mors tametsi sine prole sequatur, prole tamen non caret, quam vel parere possit etiam mortuus genitor.

d *Lib. 9. de Subtil. 6.*
e *Lib. 26.*
f *Lib. 1. de Animal.*
g *Tract. 4. lib. 8. ca. 1.*

VICTVS.

QVam studiose in futuram hyemem grana frugum colligant, abunde ante demonstrauimus, vnde agricolæ, & ciues etiam eas tanquam agrorum pestem, ac perniciem non odere solũ sed fugare etiam diuersimode student, quare perquam apposito epithero frugilegas nominabat *a* Quidius cum canit:

Frugilegæ.
a *Metam. 7.*

Hic nos frugilegas aspeximus ordine longo
Grande onus exiguo Formicas ore legentes.

Et agmen graniferum hoc versu:

Graniferumq; agmen subiectis spargere in aruis.

b Plinius cupressi semen mire à Formicis expeti tradit: & quam papaueris seminibus inhient, ostendit *c* Plautus his verbis: Quid factum est? Comesum, expotum, exutum, elotum in balneis piscator, pistor abstulit, lanij, coqui, olitores, myropolæ, aucupes, confit cito. Quam si tu obijcias Formicis papauerem. A fructuum genere etiam non abstinent, quin damna quoque inferunt non toleranda, eos exugendo. *d* Albertus animalium corpora etiam exugere scribit, quæcunque inuenerit, & exinde nutrimentum capere: cæterum Formicas à cadaueribus abhorrere apud Aelianum legimus, at humanis forte, nam mortuis anguibus libenter vesci inter confessa habetur.

b *Lib. 17. cap. 10.*
c *In Trinũmo.*
d *Lib. 26.*
Anguibus vesci.

DAMNA A FORMICIS, ET REmedia aduersus ea.

ALbertus *a* Formicas morsu suo venenum spargere ait, & pustulas excitare; earum autem proprium est mordere teste *b* Plutarcho. Sunt qui velint Draconem Formicas, & Cantharidas edere, quibus comestis excitetur, vt Didymus prodidit. Quod autem ad Formicas ipsas attinet, venenosas eas esse volunt, vnde μυρμηκιᾶν & in Formicarum nidos inspirare dicuntur, qui malum sibi imprudẽter accersunt. nam vt author est *c* Albertus, si quis vel tantillum irritauerit, vel nocuerit illis, mordicatiuum quendam humorem, & in cute pustulas haud facile curabiles eiiciunt in ipsum. Cumanenses diuersimode sagittas suas inficiunt, cæterum pessima inter venena eorum numeratur, quod ex capitibus Formicarum venenatis cõficitur Oua etiam in potu sumpta incredibilem faciunt ventositatem, & tumultum in ventre hominis, vnde sunt quandoq; qui ex assumptis hisce quis inter proceres etiam in media mensa à crepitibus sese continere non possent. Porro alia ac frequentior earum noxa est, & damnum, quod agris, hortis, horreis, areis, arboribus, pennarijs, similibusque locis, in quibus, frugibus, fructibusq; ac alijs cibis mirum in modum insidiantur, inferunt. *d* Virgilius sane Formicas etiam inter areæ pestes recenset, inquiens:

a *Lib. 26.*
b *Lib. de cohib. ira.*
c *Tract. 4. lib. 8. cap. 1.*
d *Lib. 1. Georgic.*

——Populatq; ingentem farris aceruum
Curculio, atq; inopi metuens Formica senecta.

Diuersis sane remedijs pestis ista fugatur. Iubet *e* Varro, vt area sit pauita, maxime argilla, ne æstu perminosa, in rimis eius grana oblitescant, & recipiant aquam & hostia aperiant muribus & Formicis. Itaque inquit, amurca solent perfundere, ea enim herbarum est inimica, & Formicarum, & Talparum venenum. Aream, inquit *f* Cato, vbi frumentum teratur sic facito: Confodiatur minute terra, amurca bene conspergatur, vt combibat quamplurimum. Comminuito terram, & cylindro aut pauicula coæquato, vbi coæquata erit, neque Formicæ molestæ erunt, & cum pluerit, lutum, non erit Idem fere legimus apud Columellam:

e *Lib. 1. de re rust. cap. 52.*
f *Cap. 129.*

Ozima comprimite & grauibus densate cylindris
Exurat sata ne resoluti pulueris æstus;
Paruulus aut Pulex irrepens dente lacessat
Neu Formica rapax populari semina possit.

Est quoque Formicarum infestissima omnium arborum lues; quas vt non infestent, rubrica abigunt, ac pice liquida caudices

perungunt, nec non & piſce coracino ſuſpenſo iuxta in vnum locum congregant: aut lupino trito cum oleo radices linunt. Author eſt Palladius, Sed Cælius Rhodiginus multæ vir lectionis, atque eruditionis Palladij locum ita corrigebat. Legebatur prius in veteri exemplari non coracinum piſcem, ſed coracinam picem, vt differret à reſina, quæ alba pix eſt, ſic ex Græco Diophane coracinum piſcem ſubſtituit. Sed ego cum Rondoletio, male commutatum locum exiſtimarem, quippe ſe expertum dixit, coracinum piſcem Formicas non arcere, quemadmodum etiam *g* Ioann. Baptiſta Porta falſum id eſſe experientia ſe comperiſſe ait. Ne Formica vitem aſcendat, *h* Columella lupinum teri iubet, & cum fracibus miſceri, eoque imam linea vitem circumlini; vel bitumen cum oleo coqui, eo quoque imas vites tangi, atque ita Formicas non exedere. Sabinus Tyro teſte *i* Plinio contra Formicas non minimum hortorum exitium, ſi non ſint, rigui, remedium monſtrauit, limum marinum, aut cinerem obturandis earum foraminibus, ſed efficaciſſime heliotropio herba necari. Quidam & aquam diluto latere crudo inimicam eis putant. Sunt qui caudices arborum ſucco cyrenaico, ex aceto ſoluto inungunt. Multi fel taurinum cum pice, & amurca diluunt, & madefaciunt. Oportet autem per circuitum truncum omnibus ſuprà dictis madefacere, ne locus tanquam ianua, & ſcala quædam ad aſcenſum & deſcenſum Formicis pateſiat. Multi caudicem hedera amiciunt: poſt ſub huius vmbra Formicæ torpidæ inuehiuntur, vt facile comminui poſſint. *k* Petrus Belonius tithymali cuiuſcunque generis plantæ ex aqua decoctum vtiliter ipſarum latibulis inſpergi ait. Contra eaſdem Diophanes his vtitur. Si Formicas capras vſteris, reliquas fugabis, quæ res experimento conſtat. E cauernis ſuis expelles, ſi cochleatum tegmina cum ſtyrace vſſeris, & contuſas in agmen ipſarum conſperſeris. Cauernas ſuas relinquent teſte *l* Ariſtotele origani ſulphurisq; puluiſculo inſperſo, alioq; migrat. Idem repetit *m* Albertus. Equidem quantopere origano fugentur, vel inde clarum eſt, quod apud antiquiſſimos, ac ſapientiſſimos Aegyptios Formicarum internecio origani pictura denotaretur. Penitus intereunt, radice ſylueſtris cucumeris ſuffumigata, aut ſiluro maxime Alexandrino ſuffito ad lentum rogum. Si in horto habent foramen, & flores depaſcant, & folia rodant, fructusque edant, quos ſi dulces ſint, ſummopere proſequuntur, cor Noctuæ authore Palladio, probe id poſitum eas arcebit. Præſens ætas, vt ſcribit *n* Benedictus Curtius ad hanc labem, vas terreum in medio perforatum, & per ambitum obice ad continendam aquam occluſum excogitauit. Quod, cum ſerunt, arboris caudicem in foramine ſtatuunt, & vas omnino aqua replent: ſic enim Formicarum nociuus exercitus, tanquam vallo via ad arbores prohibetur. Si ceraſus ſpeciatim Formicis infeſtetur, portulacæ ſucco, cum aceti media parte miſto, vel vini fæce florentis arboris truncum adlinunt. Alij ne exeant è foraminibus ſuis, & caligine operiunt, aut raſuram quercus abunde ad arboris radices ſpergunt: nam ſuborta poſtmodum pluuia, ac cum ijs permixta, vel exitum Formicarum prohibet, vel necem quoque affert.* In India præterea pernitioſa vbiq; earum multitudo, omnia edulia, etiam linteamina confeſtim magno numero inuadit. Ideo omnes ciſtæ, ac promptuaria quatuor columnis in India imponuntur, ac à parietibus remouentur, ne hiſce animalibus aſcenſus ſit, ac ſub columnis pelluis cum aqua ponitur, & ſi ſiccata tempore, neq; renouata fuerit, continuo omnia Formicis plena ſunt. Etiam ſub lecticis eadem vaſa habent, vt ſomnus ſecurior ab infeſto harum Formicarum curſu, & morſu ſit. Auiculæ ex Canaria, aliæq; Fringillæ, quæ ex Luſitania à quibuſdam cauſa deliciarum in has partes deferuntur, vt tutæ ſint à Formicis, baculo impoſitæ ſtant, cui vas cum aqua ſubſit, alioquin morſu aculeato petitæ à Formicis, mox intereunt, etiamſi funiculo ſuſpenderentur, cum & per funiculum beſtiolæ conſcendant. Milites, atque pauperiores, quibus non ita facultates ſuppetunt, ad ciſtarum cum pelui emptionem, cibum, ſi quid (quod raro contingit) ſuperſit, inuolutum, ſtrophiolo ex clauo ad murum demittunt, circulo carbonibus facto, qui curſum Formicarum ſcandentium impediat. Aliud genus digiti longitudine ac colore rubro agros, herbas fructusque maximo agricolarum damno, inuadit.

g In Pomar.
h Lib. de arborib. c. 13.
i Lib. 19. 10.
k Lib. de neglect. Sturp. cult. cap. 19.
l 4. Hist. c. 8
m Lib. 26.
n Lib. 14. cap. 5. de Hort.
Ex navigatione H. Linschoten.

PRÆSAGIA. AVGVRIA. prodigia.

QVam præſaga prouidentiaq; animalia ſint Formicæ, ex ſub ante loco dictis manifeſtum eſt, vbi inter alia hoc quoq; dictum eſt, quod ſenſum quendam diuinationis habere videantur, quod cum futura eſt annonæ caritas, & fames, tum maxime ad recondenda frumenta, & reliqua ſemina ſuo vſui apta operoſiores exiſtant. Supra humanæ intelligentiæ captum eſſe etiam nemo negauerit, quod nunquam imber effluxiſſe è nubibus viſus ſit, cum à Formicis expoſitum eſt ad ſiccandum frumentum, Pauciſſimos equidem homines ea præſagitura inſignes obſeruaui. Talem Democritum fuiſſe memorant, quem tradunt iuſſiſſe fratri cælo admodum ſereno, vt quam rapidiſſime poſſet, meſſem omnem ſub tecta referret, atque effuſiſſimum paulo poſt diluuium ſubſecutum. Aratus tamen teſte *a* Plutarcho, quando mutuas res ſuas foras efferunt, & frigori exponunt, pluuiam præmonſtrari aſſerit:

a Lib. de Sollert. Anim.

Καὶ κῴλης μύρμηκες ὀχῆς ἐξ ἄκρα πάντα
Θῶρον κὀπνίνηκαντο.

Id eſt.

Etiam cauo Formica foramine oua omnia
Ocyus efferunt. *b* Virgilius ſic vertit, & ipſe inter varia venturæ pluuiæ argumenta.

b Georg. 1.

Sæpius & tectis penetralibus extulit oua
Angustum Formica terens iter.

Politianus ſic vnico verſu:

Progeni oua cauis pattens Formica laborum.

Et ante vtrumque Varro Seruio referente:

Nec tenuis Formica cauis non euehit oua.

Meminit etiam Plinius, at paulo aliter: ſegnitiemque & contraquit, induſtriam abſconditæ Formicæ, vel concurſantes, aut oua progerentes. Quidam, inquit Plutarchus, non oua interpretantur ſed verſum ita legunt, vt intelligant eos fructus, quos reconditos habent, metu rubiginis, ac putredinis quam præſentiant imminentem, exitioque futuram, foras efferre. *c* Theophraſtus vero Formicas ſcribit in depreſſioribus, & cauo loco commorantes, ſi oua ex cubili ad eminentiorem exportauerint, imbrem ſpondere: ſed ſi importauerint ad proprias ſedes, tranquillitatem. Si denſioribus agminibus prædam tepide adeo conuectent, vt per ſemitæ anguſtias in ſe inuicem incurrant, & allidantur, pluuias quoque imminere putant. Prognoſticantur auras, inquit *d* Albertus, quia imminente tempeſtate, ad caſas ſuas accelerant. Quod ad augu- B ria, & prodigia ſpectat, Formicæ infeſtæ multitudinis ſignum apud aruſpices fuiſſe docemur ex veteri hiſtoria, vt quæ Neroni mortis appropinquantis præſagium attulerunt: qui ſibi viſus eſt per ſomnum pennatarum Formicarum multitudine oppleri: nam & paulo poſt concitata in eum multitudo, mortem accelerare compulit. Meminit eius ſomnij prodigioſi *e* Tranquillus, inquiens. Terrebatur Nero euidentibus portentis ſomniorum & auſpiciorum, & omnium tum veteribus, tum nouis: nunquam antea ſomniare ſolitus. Occiſa demum matre vidit per quietem nauem ſibi regenti extortum gubernaculum, trahique ſe ab Octauia vxore in arctiſſimas tenebras; & modo pennatarum Formicarum multitudine oppleri; modo è ſimulacris gentium ad Pompeij theatrum dedicatarum circuiri, arcerique progreſſu &c Cimoni teſte Plutarcho (in Cimone) contra Perſas, expeditionem ſuſcipienti, agmen Formicarum inter ſacrificandum ſanguinem concretum rapiens, paulatimque ad Cimonem deferens, & pollicipedis circumijciens, mortem portendit. Tradit Æneas Syluius certamen inter Formicas maiores, & minores, ſpectante exercitu Eugenii quarti commiſſum in agri Bononienſis pyro arbore à minoribusque multitudine maiores ad internecionem deletas: ſed quid portenderint, non addit. Formicæ anno 1511. in regijs hortis Vpſaliæ, & Holmiæ infeſtis eoeuntes animis Chriſtierno II. regi apud Suecos exilium denotauit, vt teſtis eſt Olaus Magnus. lib. 22. 20. Feralesque quoque fuere Formicæ Tiberio, quæ ſerpentem ab eo in delicijs habitum adhuc viuentem corroſere: nam aruſpices cauendum ſibi eſſe à multitudine reſponderunt. Sunt qui inauſpicatas eſſe putent ob colorem, qui omnino feralis eſt. In vniuerſum coniectores ideo Formicas indicium eſſe mortis aſſerunt, quod teriæ filiæ ſint, & in ſubterraneis cauis habitent, quo identidem mortuorum cadauera inferuntur.

c Lib. de ſig pluuia.
d Lib. 26. C tract. 4. lib. 8. cap. 1
e In Neron.

DENOMINATA COgnominata.

FOrmicula quidem Latinis paruam Formicam ſignificat, cæterum Neapolitani Iyngem auem, quæ & Torquilla latine dicitur, Formiculam nuncupant; quare vbi apud Kiranidem ad ſuperſtitioſum phylacterium, Formicarius, & Itygos legitur, ab interprete Formicarium pro Iynge redditum, & vtrumque in textum aſcitum iudicandum eſt. Auis autem ita fuerit dicta, quod Formicas lingua in cauis indita captet, vt in noſtra Ornithologia docuimus. Formicinus exponitur, quod ad Formicam pertinet: Vtitur hac dictione *a* Plautus dum ait: Nunc cogito, vtrum me dicam ducere medicum, au fabrum. Atque eccum incedit, mouet Formicinum gradum. Formicoſus vero, qui Formicis pleuus eſt, apud *b* Plinium; Diſſident, inquit, Thoes, & Leones, & minima æque ac maxima: Formicoſam arborem ſorices cauant. Μυρμηδὼν Heſychio eſt ξυνοικία τῶν μυρμήκων, Formicarum contubernium, hoc eſt multitudo Formicarum vna domicilium, & ſedes habentium, quæ & μυρμηκία. A Formica medici etiam pulſum deſignãt formicantem, ob mobilitatem exilem, exhauſtis ſcilicet, deiectisque viribus adeo vt homini quam minimum vitæ ſupereſſe poſſit, eo ſe pulſu proferente: cui affinis vermiculans à Vermiculi motu, atque ingreſſu, qui non magnam etiam recuperandæ ſanitatis ſpem decumbenti pollicetur. Philaretus quærit, quo diſtet à formicante vermiculans pulſus; & hunc quidem putat, quandoq; conuerti, demutatiq; in melius, eius item amplius patere inæqualitatem: Formicantem vero virtute prorſus interimi mortua fieri, & interitum prænunciare. *c* Plinius quoque inter ſigna ingruentis mortis inæqualem, formicantemq; venarum percuſſum enumerat. *d* Galenus alibi pulſum hunc formicantem intelligit minutum, denſum ac ſummae debilem, qui velocitatis opinionem exhibeat, cum ſit minime velox: quemadmodum abunde alibi etiam idem *e* Galenus diſputat doctiſſime, apud quem præterea varijs in locis de hoc pulſu leges. *f* Raſis pulſui nuper editi infantis ſimilem tradit. Equidem μυρμηκιζὼν iſte σφυγμὸς, ſiue pulſus Formicans omnium pulſuum minimus eſt, & cum motus amiſerit multos, in vnum eumque prorſus paruum deſinit, vnde

a In Menaec
b Lib. 10. cap. 74.
Pulſus Formicans.
c Lib. 7.
d Lib. de tra pulſ. cap. 3.
e Lib. 2. de dign. pul. c. 1
f Lib. 10. ad Almanſor.

& nomen

Equidem μυρμηκίζειν iste σφυγμὸς, siue pulsus Formicans omnium pulsuum minimus est, & cum motus amiserit multos, in vnũ eumq; prorsus paruum desinit, vnde & nomen quidam inditum volunt, quod perinde paruus sit ac Formica; alij vero ex eo nominatum volunt, quod eodem Formica modo agatur. Est enim inæqualis in vna pulsatione, & diuersis partibus arteriæ, Formicarũ motui similis. In libro de compagine membrorum, qui Galeno ascribitur, saporum nouem species enumerantur, dulce, amarum, acre, salsum conditum, acidum, comprimens linguam, Formicans, & sine sapore. A μύρμηξ deriuatur μυρμήκιον, Phalangij genus de quo sic g Plinius: Myrmecion Formicæ similis capite, aluo nigra, guttis albis distinguentibus, Vesparum dolore torquet. Id à h Nicandro dicitur μυρμήκειον: Μυρμήκειον, ὁ δὴ μύρμηξιν ἔικτον. Sosistratus, vt annotat Scholiastes vocat & μυρμήκειον, & μύρμηκα Ἡρακλεωτικὸν: ab alijs appellatur μυρμηκοειδὲς, à Formicæ similitudine, vtpote quod μύρμηξιν ἔικτον, Formicis simile sit. Alioqui μυρμήκια dicuntur etiam verrucæ quædam lupini magnitudine, fere in plantis pedum, & manum palmis nascẽtes, ita dictæ, quod Formicæ in more pungant. A Græcis medicis vocantur μυρμηκίαι, vt cum ab Aetio & Polluce, tum Paulo i Aegineta, vbi de myrmecia, & acrochordone simul tractans. Vtrumq; vitium, inquit, cutis excrescentia est exigua, callosa, & plerunq; figura teres; sed Formica, quæ Græce μυρμήκιον dicitur latiore basi, similem si quis non tractet, mordentis Formicæ sensum inducit. Verruca autem, quæ Græcis vocatur Acrochordon, angustiore, vt chordæ summo assimilata, pendere videatur. Cornelius k Celsus quoq. de acrochordone, & thymio loquens. Myrmecia vocari ait humiliora thymio durioraq; quæ radices altius exigunt, maioremq; dolorem mouent, infra lata, supra autem tenuia: minus sanguinis mittunt, magnitudine vix vnquam Lupini modum excedunt. Nascuntur ea quoq; aut in palmis, aut in inferiorib. partibus pedũ. Et mox Myrmecia latissimis radicibus inhærent, ideoq; ne excidi quidem sine exulceratione magna possunt. Sic illle Latini etiam Formiculã vocant; videturq; esse Formicatio l Plinij dicentis: Capilli mulierum, si crementur, cinis Formicationes corporum sistit. Et m alibi dilucidius: Verendorum Formicationibus verrucisq; medetur arietini pulmonis inaffati sanies. Est & alius morbus Arabibus medicis Formica dictus, qui nullas non corporis partes interreptat, atq; erratica, vagaq; incursione inuadit, Belgæ à doloris inquietudine hunc affectum vocant, de Mieren, a Formica deducto nomine, animalculo agili atq; inquieto, quod nouas subinde sedes persequitur. Latinis etiam Formicatio dicitur, & Græcis μυρμηκία. Corpus foris fœdis tuberculis, ac pustulis deformat, intus vero mordentis Formicæ sensum affert, ac cruciatum, ita vt subinde scalpurire cogantur, atq; attritu aliquod leuamen conquirere, vt assolet morbo Venereo infectis, qui nusquam quiete consistunt, sed continenter frictionibus insistere coguntur. Hinc Plautus, quoniam multi eo sæculo fœdissimis morbis erant contaminati, nempe mentagra. impetigine, lepra, tum plerisq; alijs, qui se inhonestissima fere parte corporis proferunt, illis vitijs deformatos, Formicinos, mucidos, vietos, putridos, vlcerosos vocat. Hũc eundem, vel simillimum saltem morbum (Est enim inter nonnullos hac de re quædam, at nullius momenti, controuersia) Sancti Antonij ignem vocant. Dicitur & pruna, iguis Persicus, carbo siue anthrax, quibusdam Græcis herpes, Dioscoridi erysipelas, apud Plinium Zoster, & circinus, apud Scribonium Zona. Dicitur autem ignis sacer, ac Formica, quoniam erodendo, & per artus quos occupat, exurendo serpat vt optime declarat n Lucretius:

Exurit sacer ignis & vrit corpora serpens
Quamcunq; arripuit partem, repsiq; per artus,

Meminit etiam Virgilius, inquiens:

——Contractos artus sacer ignis edebat:

quo loco male Seruius putauit sacrum ignem esse, quem Graeci ἱερὰν νόσον vocant, id est, morbum sacrum. nam ἱερὰ νόσος, vt eleganter scribit Hieronymus Mercurialis in variis suis lectionibus, nihil est aliud, quam epilepsia, o Plinius hunc sacrum ignem à Formicatione distinguit, his verbis: Panos, podagras cum adipe suillo sacrum ignem sanguinemq; sisti ilico, & formicationes corporum. Apud p Aetium μυρμηκιζειν dicitur de ita affecto, vt si Formicas repentes per artus sentiat; quomodo μυρμηκιᾶν quoque & μυρμηκίασις significare possint, sentire reptationes, vel morsus quasi Formicarum. At μυρμηκιάω est infestor myrmecijs, infestor verrucis, quæ μυρμηκίαι dicuntur. ex quo etiam verbale μυρμηκίασις, πάθος illud dicitur, cum nimirum aliquis istas verrucas paritur. Παρὰ τὸν μύρμηκα hoc est à Formici, præterea μυρμηκιὰ dicitur, idem significans, quod ἡ μυρμηδὼν, contubernium siue agmẽ formicarum, vnde prouerbium μυρμηκιὰ ἀγαθὴ pro ingenti bonorum multitudine ceu Formicarum. Alioqui μυρμηκιὰ dicitur quoque sedes, & domicilium Formicarum: & alibi apud Hesychium ponitur ἐπὶ διδασκαλείου καὶ συμφοιτήσεως, quoniam in schola puerorum agmen velut Formicarum confluit. Μυρμηκολέων, vel Formicoleo, q Alberto Magno vocatur Insectum quasi inter Formicas leo, simulq; Formica & leo, animal quidem paruum, sed Formicis adeo infestum, vt se in puluere abscondens, semisphæricum sibi velut vallum è puluere, munitionemq; ædificans, Formicas frumenta gestantes aggressus interficiat ex insidijs. Alii aiunt esse quidem ex Formicarum genere, sed multo maiorem, & dum adhuc paruus est, & inualidus robore, pacem ac modestiam simulare; at vbi vires acceperit, pristina consortia despicere, & cõtra maiores turbas concitare: inualescentem enim audacia, Formicas ad labores conuenientes fallere, laborantibusq; delitescentem insidiari, & aggredi annonam rapiendo in via, & qui nihil sibi in æstate parauerat, in hyeme labores earum diripere. r Cardanus sic meminit: Insidiatur Formicis animal. Erucæ paruæ simile, sic interpretor Alberti, qui hoc vidit, verba: in sabulo foueam sibi fingens, hæmisphærij forma, in cuius apice quasi polus, foramen existit angustum ex quo improuisus insultat Formicis, easq; deuorat. hoc Formicaleon ab Alberto appellatur. Meminit etiam D. Hieronymus his verbis: Myrmicoleon ab ante leo, retro Formica de duabus feris nascitur. Esca vero ipsius in primis est lac matris, idest, Formicæ. Nutritur enim mater legumine, tanquam Formica. Meminit deniq; bibliorum interpres in libro Iob: Myrmicoleo perijt, eo quod non habeat prædam. Nonnulli leonem formicarium dicunt. Cæterum in promontorio quodam extremæ Arabiæ, quod situm est inter Diram, & Austri cornu, leones Formicæ dicti reperiuntur teste t Strabone, qui nunquid ijdem sunt cum leonibus Formicarijs nondum didici. Est & Vrsus quidam Formicarius dictus, animal formæ absurdę ob oris & linguæ longitudinem, animal inquam, alias inerme & iniuriæ obnoxium. Maior est nostrate vrso, sine cauda, facie seu rinctu longiore, visu non adeo acuto, lingua Formicas ex foueis venatur more Pici Martij. Capitur canibus in India Occidentali. Huic Vrso myrmiciphago longe maior industria est, quam Formicis; cum etenim pluuijs earum domus aliquando alluatur, superueniente calore rimulæ quædam in ea fiunt, adeo tamen exiguæ, vt vix videantur, neque in eas gladioli cuiusuis cuspide penetrari possit. Attamẽ vrso est prætenuis atq; oblonga lingua: ille tanto studio inuisibilis linguam admouet, atq; humore perpetuo defluente adeo rimulas madefacit. vt ibi lutum emoliatur, paulatimq; ingerit linguam, vt etiam ipsam domum ea transmittat, quam ibi pendulam aliquo momento demittens, Formicæ fraudis nesciæ & in tuto se esse putantes, ab hoste illectæ humore, & frigiditate linguæ sicuti ferme omnes quotquot lingua caperc potest, adhærent, quasi ad pastum. Ille vero vbi senserit onustam esse liuguam, ad se retrahens, stultam plebem depascitur ignauissimus vrsus. Cumanenses Indiæ etiam populi animali cuidam Formicis victitanti retia tendunt, quod forte idem fuerit cum Vrso formicario, nam aiunt esse ore vasto, magnitudine spithamæ, & foramen in ore habere. Accedit ad formicarum cauernas, & arbores canas, linguamq; egerit, & quæcunq; Formicæ ad linguam accesserint, eas deuorat. Formicarium siue myrmeciphagon etiam dici potest animal illud, cuius meminit Ioseph Iesuita scribens ex Brasilia anno 1560. allatum esse, vbi Tamandrua ei nomen est, magnitudine maximi canis, sed ob breuitatem crurum nullius esse pernicitatis; nam cursu ab homine anteuerti potest. Setosum est animal, vnde se tuetur: est autem illi adeo durum tergus, vt vix sagittis sit penetrabile, collo est oblongo, capite exiguo pro corporis portione, ore sine hiatu rotundo, annulo, quo in digiris vtimur, non latiore: linguam inde exerit trium fere pedum mensura, exerit autẽ præcipue iuxta Formicarum latibula, ad quam imprudens Formicarum grex occurrit, totumq; ipsam linguam obrepit, quam vbi prorsus, contectam Formicis sentit, ad se eam retrahit, atque ita Formicarum exercitus illi cedit in cibum: anteriora crura adeo ingentia sunt, vt superent hominis femora: vexatus sedet, atque fortissimis anterioribus pedibus pugnat. Id se vidisse Iosephus ipse testatus est. Noster item Vrsus forte eodem modo formicarius dici possit: nam & ipse Formicis insidiatur, vt meminit u Sciliger, his verbis: Historiam Hispanicam de Vrso narras, tanquam nouam, ac peregrinam. At apud nos vulgo prædicatur; Formicis Vrsos vesci. Id quod equidem ad medicinam eos facere suspicor. Nam quot Formicarum modiis Vrso Germanico, aut Numidico (si in Numidia Vrsi sunt) opus fuerit ad explendam famem; Μυρμηκίτης λίθος, siue myrmicites lapis seu gemma est authore x Plinio repentis Formicæ effigiem habens, vt καυθαρείας Scarabæorum. Memoraturq; ab eodem præcedente capite μυρμηκίας λίθος, Myrmecias lapis, nigras habens eminentias similes verrucis, quas verrucas μυρμηκίας, siue μυρμήκια nominari diximus. Nonnulli bellidem maiorem Formicariam nominant. Μυρμηδόνες Aeginetæ dicti fuerunt populi, quoniam Formicarum modo terram eruentes locis petrosis inspergebant, vt colere ea possent, nec non in foueis habitabant lareribus parcentes, vt ait Strabo, vbi reiicit y fabulam, quæ μυρμηδόνας ex eo nominatos vult, quoniam olim peste sublato populo Aeaci precibus Formicæ in homines mutati sint; de qua suo post loco fusius dicemus. Myrmecides quidam dictus eburneum currum cum quatuor equis fecisse dicitur tam exiguum, vt vnica Musca alis suis totos cooperiret. Myrmex vero Epimethei vxor erat, & filium habuit Ephyrum, à quo Corinthus olim Ephyra dicta fuit teste Stephano. οἱ μυρμηκάνθρωποι. Fabulę nomen à Pherecrate conscriptæ, apud Athenæum, & Suidam Μύρμηκας γυιοτόρους quidam dixisse fertur τοὺς πυκνοὺς ἱμάντας. cæstus pugilum, quod artus perforent, ac mordicent Formicarum modo. Elegantet quoque z Apulæus vndas populorum sepedum vocat Formicarum herbam, quæ sex pedibus ambulant. Formicarum insulæ sunt in Corcyro, in quibus nihil peculiare reperiri aiunt. Berosus scribit Cort Enebram, quam adhuc munitiunculam fuisse apparet, & à Formicis deleram, castrum Formicarium vulgo dici. Sæpe enim magnæ vrbes à minutis animantibus deletæ sunt, vt author est a Plinius.

g Lib. 29. cap. 4.
h in Theriaca.
i Lib. 4. cap. 15.
k Lib. 5. cap vltimo.
l Lib. 28. cap. 7.
m Lib. 30. cap. 8
n Lib. 6.
o Lib. 18. cap. 7.
p Lib. 12. cap. 41.
q Lib. 26.
Formicaleo.
r Lib. 7 de varies. rer. c. 28.
s Lib. de vera circuncis. ad Praesidiũ.
t Lib. 16. Vrsus Formicarius.
u Exercit. 216 2 Myrmicites lapis.
x Li. 37. c. 11
y Lib. 8.
z Lib. 8. Asin. aur.
a Lib. 8. c. 27.

ANTIPATHIA.

De plurimis remediis, quæ occulta quadam ratione Formicas fugant, ſupra egimus. Apibus inimicam eſſe Formicam reſtatur Philes: alij Elephanti metui eſſe eaſdem volunt, ne promuſcidem ſubeant.

HISTORICA.

Midas Gordii bubulci filius, Phrygiæ rex, quod Bacchum hoſpitio ſuſcepiſſet, iuſſuſque eſſet petere quicquid vellet, fingitur in fabulis veteribus optaſſe, vt quicquid attigiſſet, protinus in aurum verteretur. Huic cum puer etiam num eſſet, dormienti, Formicæ in os tritici grana congeſſere teſtante veteri hiſtoria, ex quo ditiſſimum hunc fore ita prædictum eſt, vt euenit. Hiſtoriam de Formicis ex diuerſis cauernis, quarum alteræ cum alteris cadauer pro Lumbrico commutarunt, narrat talem Ælianus: Cleanthem *a* hæc de Formica hiſtoria coegit, & inuitum, & fortiſſime contradicentem beſtias concedere rationis non expertes eſſe. Nam eum aliquando ocioſa ſeſſione fruentem, ferunt Formicas, quæ complures ad eius pedes eſſent, animo cœpiſſe vacuo, & ſoluto contemplari: alteras nimirum vidiſſe alicunde mortuam in alienarum domicilium, & ſuarum minime contubernalium portantes, in Formicatiæ cauernæ faucibus conſiſtere; atque inde cõtinuo alteras perſpexiſſe prodire, & cum externis velut quoddam contrahens, iterum & ſæpius vltro citroque commeare: denique Lumbricum tanquam redemptionis pretium attuliſſe, eumque alteras accepiſſe, & ſimul quam ferent mortuam dimiſiſſe: alteras cum gaudio, & libenter ſimiliter atque vel fratrem, vel filium recepiſſe. Quid ad hæc dicet Heſiodus? qui ſcripſit Iouem naturas diſtinxiſſe, beſtiiſque terrenis, aquatilibus volucribus dediſſe, vt & inter ſe conficerent, & minime quidem mutua inter ſe iuſtitia vterentur: hominibus autem iuſtitiæ munus largitum fuiſſe. Atqui non hæc diceret Priamus, ſi quidem is ipſe homo ab homine, & heroe, & ex Iouis ſtirpe oriundo, ipſe quoque Iouis progenies, multa Hectorem pecunia redemit. Idem Aelianus *b* aliam narrat hiſtoriam de Formicis ſacri draconis cubile expurgantibus. Eſt & peculiaris, inquit, Draconum diuinatio. Nam & in Lauinio oppido Latinorum, quod à Lauinia Latini, (regis) filia nomen tulit: quo tempore Latinus Aeneæ aduerſus Rutulis auxiliatus eos deuicit, & Aeneas Troianus Anchiſæ filius ciuitate prædicta potitus eſt; quæ quidem non temere Romæ veluti auia nominari poſſet. Ex hac enim profectus Aſcanius Æneæ, & Creuſæ Troianæ filius Albam condidit, cuius Colonia eſt Roma. Cæterum in Lauinio ſacer eſt lucus magnus, & opacus, iuxtaque ipſum ædes Iunonis Argolidis. In eodem luco latibulum eſt amplum, & profundum, Draconis cubile. In lucum quotannis virgines, certis diebus ingrediuntur, quæ mazam geſtant manibus, oculos faſciis deuinctæ. Eas recta ad latibulum diuinus quidam ſpiritus deducit. Progrediuntur illæ ſenſim, ac pedetentim ſine offenſione, ac ſi detectis oculis viderent. Quod ſi virgines fuerint, cibos tanquam puros, & Deo gratæ animanti conuenientes admittit Draco: ſin minus non attingit, corruptas eſſe intelligens, & diuinans: Formicæ vero hanc relictam ab illo mazam minutatim confractam, vt leuius ferant, è luco exportant, expurgandi gratia loci. Hoc cum fit, ab indigenis animaduertitur, & quæ ingreſſæ fuerant, indicantur, examinanturque & cuius pudicitiam eſſe violatam conſtiterit, pœna legibus conſtituta plectitur. Dracones igitur non expertes eſſe vaticinationis hoc modo demonſtrarim.

a L. 8. c. 50.

b L. 10. c. 16

MYSTICA.

Formica etſi minutiſſimum, ac abiectum deteſtabileq; animalculum, apud nonnullos veteres habuit etiam ſuos cultores. Nã in Iſthmo occulta ac myſtica quadam ratione Soli immolabatur, quoniam quemadmodum Sol omnia quotidie terrarum opera viſitatione colluſtrat, ita pari diligentia Formica omnia deprehendit, quæ quiſquam accuratiſſime occultauerit. Quinimo Gryphes atque Formicas Indicas Æthiopicaſque aurum in montem coaceruare, nec uon cuſtodire diligenter, fabulati ſunt antiqui: inſinuantes labore, ac diligentia, & item animi magnitudine ſapientiam adipiſcendam eſſe. Nam Formica indefeſſi nobis laboris exemplum præbet, Gryphes ex Aquila, & Leone conflatum animal, vt fabulantur, ſimulacrum eſt generoſi, & magni animi, adeo vt non inepte Gryphes, & Formicas Apollini, id eſt Soli, ſapientiæ præſidi dedicarunt.

Soli eur immolata Formica.

MORALIA.

De Formicæ naturali induſtria, & ſolicitudine, in quibus eam imitari debemus, audi obſecro, quod ſcribit D. Ambroſius dulciſſimis hiſce verbis: Eſt etiam, inquit, in natura quadrupedum, quod imitari nos ſermo Propheticus adhortatur. Quo exẽplo caueamus deſidiam, & exiguitate, vel infirmitate corporis à virtutis ſtudio non reflectamur, neque reuocemur ab vllius propoſiti magnitudine. Exigua eſt enim Formica, quæ maiora ſuis aiudet viribus: neque ſeruitio ad operandum cogitur, ſed ſponteneæ propoſito proſpicientię futura alimentorum ſubſidia ſibi preſtruit. Cuius vt imiteris induſtriam, Scriptura te cõmonet, dicẽs:

A Confer te ad Formicam ô piger, & æmulare viàs eius, & eſto illa ſapientior. Illa enim nullam culturam poſſidet, neque eam, quæ ſe cogat, habens, neque ſub Domino agens quemadmodum præparat eſcam, atque de ruis laboribus ſibi meſſem recondit, & cum ru plerumque egeas, illa non indiget. Nulla ſunt enim clauſa horrea. nullæ impenetrabiles cuſtodiæ, nulli inuiolabiles acerui. Spectat cuſtos, furtaque prohibere non audet. Aſpicit ſua damna poſſeſſor, nec vindicat. Nigro conuectatur agmine prẽda, per campos feruent ſemitæ comitatu viantium, & quæ comprehendi anguſto ore non poſſunt, humeris grandia frumenta truduntur. Spectat hoc Dominus meſſis, & erubeſcit tam parca piæ induſtriæ negare compendia. D. Hieronymus in declaratione cõmunium horũ Salomonis verborum: vade ad Formicam ô piger, exemplũ Formicarum hominibus deſidioſis proponit, inquiens. Hinc vacantem hortatur quemq;: vt ſi ad alios erudiẽdos, non ſufficit, ſaltem ſuimet curam agere non negligat. Et ſi ſapientiã docendi nequit ab homine diſcere, vel operandi ſapientiam, diſcat à Formica. Formica dicitur ſtrenuus quiſq;, & prouidus operarius, qui in præſenti vita, velut in æſtate, fructus iuſtitię, quos in æternũ recipiat, ſibi recondit. Et ſubinde ad hęc verba: Quę cum non habeat ducẽ, B nec præceptorem, nec principem, parat æſtate cibum, & congregat in meſſe, quod comedat: Si tantillum, inquit, animal principe carens, & rationis expers natura duce ſibi prouidet in poſterũ, multo magis tu ad imaginem Dei conditus, ad videndã eius gloriam vocatus, Doctorum magiſterio adiutus, ipſum conditorem habens ducem: debes in præſenti bonorum operum fructus congregare, quibus in æternum viuas in futuro. Hæc etenim vita in comeſli comparatur, & æſtati, quod tunc inter ardores tentationũ tempus eſt colligendi futurorum merita prœmiorum. At dies iudicii hyemis ſimiletur rigoribus: quia tunc nimirum nulla relinquitur facultas pro vita laborandi, ſed tantum cogitur quiſque de horreo priſcæ actionis, quod recondidit, proferre. Vnde dominus præcipit dicens: Orate autẽ, vt non fiat fuga veſtra in hyeme, vel Sabbato. Hyeme enim facultas; Sabbatho licentia iuxta legem, deeſt fructus vitæ colligendi, ac penuriam fugiendi perpetuam. Hactenus D. Hieron. Eodem plane modo D. Baſilius Magnus idem exemplum proponit nobis, inquiens: *a* Non laborabis pro te ipſo ô homo, non in præſenti ſæculo prædepones, ac recondes re- C quiem futuri? Ad Formicæ exemplum reſpectum habeto, quæ in æſtate alimentum hyemale ſibi recondit, & non propterea, quod nondum adſunt hyemis moleſtiæ, per ocium tempus tranſmittit, ſed diligentia quadã indeſinente ſeipſam ad laborem intendit, donec ſufficiens alimentum in penu reſpoſuerit, & neque hoc ſegniter, ac negligenter, ſed ſapienti quadam verſutia excogitans, quo ipſum alimentum, quam diutiſſime perſeueret. Suis enim vngulis medios fructus diſſecat, vt ne enaſcentes inutiles ipſi ad alimentũ reddantur; eoſdem etiam ſiccat, vbi ſenſerit ipſos madefactos; & non in omni tempore aduentum exponit, ſed vbi perſenſerit aerẽ in ſerena conſtitutione conſeruari. Profecto non videas imbrem ex nubib defluere, quo tempore frumentum à Formicis expoſitũ eſt. Hucuſq; ille. Huius itaque animalculi prudentia ſpeculũ eſt, & exemplar ad laborandum monens dandam nobis eſſe operam, ne in poſterũ egeamus. Nota fabula eſt Formicæ, & Cicadæ, quarum altera induſtriæ, & prouidentiæ mortalibus, altera ignauiæ documentum eſſe debet. Diſcat igitur hinc quiſq;, quanta ſit homini, ratione prædito ignauia, quando ab hoc animalculo virtutẽ oporteat edoceri. Affirmabat Pythagoras laborem omnem ſi paulatim à primodio vitæ ei nos dedamus, quemadmodum Formica facit, dulcem & facilem fieri toleratũ, neque aliud nobis perſuadere ſtudebat ſapientiſſimus ille philoſophus, quam vt ocia fugiamus, à quibus omnia malorũ genera oriuntur, arq; in primis corporis animæq; interitus. Ab homine enim ocioſo nihil expectari poteſt aliud, quam vt in deterius ruat. Coruoq; ſimilis dici poteſt, Aquilæ reliquias ſectanti: quare nihil quicquam ac ſalutarius diſcipulos ſuos docere queat præceptor, quam vt fugientes ociũ labori ſeſe dent ac honeſto litterarum ſtudio, ſępiuſq; in memoriam eorum inculcet. Cicadæ, & Formicæ exemplum Monet iuuenem Alanus poeta moralis, vt exemplo Formicæ in iuuentute pro viribus ſtudeat, quiſque ne in dura ſenectute, quando quieſcendum eſt, & ex iis, quæ in florida ætate acquiſita ſunt, quiete viuendum, egere cogatur, & non habeat, vnde tunc viuat: Canit autem;

Dum calor eſt, & pulchra dies, Formica laborat
Ne pereat, dum nix venerit alta fame.
Si iuuenis, dum tempus habet ſudoribus aptum
Quærat quo poſſit laſſa ſenecta frui.

Atque ita pro vita æterna coaceruare merita, & cuſtodire, edocet Formica. Pro his enim cuſtodiendis ne euaneſcant, nullum certe aptius exemplum haber homo, nullum ducem prouidentiorem, quam ipſa Formica. In hac ſi quidem triplex perpendi poteſt prouidentiæ munus: Primum quod pabulum æſtate ſibi ſedulo cõdat, quodin hyemali tempore neceſſarium præuiderit. Æſtatis tẽpus nobis certe vita noſtra eſt, qua coruſcat radius gratiæ. Hortamur vos, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis; ait enim: Tempore opportuno exaudiui te. Tempus hyemis, iudicij, ſeu mortis tempus eſt, quo abſcedente Sole gratiæ, & miſericordiæ, iuſtitiæ tempus exurgit, tuncque quaſi in hyeme caligines oppreſſionis mentis, nubes timoris, venti iudicij animam iactant, atque obruunt, atriſque tenebris confuſionis ipſa obuoluitur, & obſcurarur. Eo igitur tempore, ne deficiamus inopia meritorum, huius vitæ ęſtate exẽplo Formicæ cõgerendæ ſunt ſegetes, ne id contingat nobis, quod imprudentibus virginibus, quibus dictum eſt: Neſcio vos. Deinde Formica, quod mirificum eſt, morſu, & vnguiculis fructus ſecat,

a In Hexa. hom. 9.

D

E

secat, arrososque recondit, ne rursum ex tertæ humiditate marcescentes pullulent, in herbasq; exeant. Consimili euentu opera nostra, quæ facile ex tumore superbię, vel inanis gloriæ carie putrescere, atq; inde in mundi faciem pullulare, in vanitatemq; quasi nouas herbas erumpere possent, aculeo conscientiæ sunt corrodenda, idq; nobis semper meminisse iuuabit; Quid habes, quod non accepisti? quod si accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Mirificum quoq; est illud in Formicis, quod vbi fructus madefactos senserint, non omni tempore, sed cum acrem in sua temperie vigescere intellexerint, ex horreo ad Solem deferunt, vt exiccent. Humectantur certe, & opera nostra cum lethifero scelere occupata mortificantur, ideoq; nouo pœnitentiæ auxilio exiccãda sunt, vt ad pristinam meriti rationem restaurentur. Seligendũ est igitur tempus serenitatis tempus conualescẽtis vitæ, dum Sol Christus gratiæ radio hæmisphærium nostrum, Ecclesiam illustret. Neque expectanda est atra procella, & superuenientes imbres mortis, & senectutis, quod in senectute, & in morte difficillima sit pœnitentia, post mortem autem impossibilis. Nam & Esau exauditus non est, vt benedictionem impetraret quamquam cum lachrymis quæsiuisset eam. Antequam igitur imbres se occupent, satage, vt fugax Formica, fruges operum tuorum pœnitentia exiccare. Insuper exemplo Formicæ secernendi sensus scripturarum habetur, nam Epiphanius, Formica, inquit, cum sit animal solets, & æstum solis nimium, & hybernum tempus præsentit. Itaq; cum eam videris triticum in cauernam condentem, hyemem aduentare intellige. Si v. illud extra educẽtem ipsam videris, tranquillum instare scito. Tu v. ô homo, sermones veteres à spiritualibus separa: littera enim interficit; & Paulus ait: Lex spiritualis est. Iudæi autem legi minime adhærentes, fame perierunt. Non inscienter, & eleganter, inquit, Ascanius Martinengus, Epiphanius grauum à Formicis reconditum, ac in duas partes secatum, sensibus è sacra scriptura haustis depromptisq; comparat. Quemadmodum si quidem granum alimonia est corporis, ita Dei verbum esca est animæ suauis: quinimo manna desuper scatens, quod omnes sapores præfert. Cæterum si sensus sacrarum scripturarum non seiunguntur, sed litteralis tantum accipitur, periculosum est vt hyeme ingruente, algore scilicet spiritus superueniente, sensus ille putrescat, & pullulet, nimirum ad carnalia, & terrena trahatur, & documenta exhibeat prudentiam potius humanam, quam pietatem Christianam redolentia. Verum si dissecetur, & farina a furfure disiungatur, litteralisq; sensus quasi furfur proijciatur, & spiritualis farina desumatur, nec putrescere, nec pullulare certe poterit, sed aqua pietatis conglutinata, sine fermento veteris hominis, vel melius fermento ipso Christo contemplationis, panis euadet nitidus, & suauis, mentem opipare, & iucunde refecturus. Verum à Formicis alia adhuc possumus depromere documenta. Cum triticum in cauerna condit Formica in hyeme, edocet nos merita nostra in secreto obliuionis concludere, in hyeme tentationis, ne eorum memoratio blanda in inanem gloriam mentem pertrahat. Et cum educit ipsa tranquillo tempore, vt à Sole exiccetur, edocet pariter merita nostra tempore gratiæ Christo offerre, vt magis inualescant. Cum per solum carbone limitum, & nigrescens, onera sua ferre negligat, potiusq; prolixiores petit circuitus, erudit nos pariter, culpa & peccato merita nostra non sordidare, nec contaminare. Sic ille. Iustitia insuper, quam seruant Formicæ altera alteri non surripiens nobis, exhibent nobis documentum, nisi quod laudem, gloriam, dignitates, præmia cæteris debita, falso nomine, vel simulata probitate minime suffurentur, sed vigilijs, lucubrationibusq; nostris ea comparare studeamus. Et si Formica vitato hordeo ad triticum se confert multo magis nos abhorrentem à veritate doctrinam cauere debemus, & ad triticum doctrinam videlicet rectissimam, accedere. Formicæ licet hominibus noceant, flores & germina erodendo, fructusq;, & semina consumendo, vrsos tamen iuuant, quoniam oua hisce medicina sunt. Sic iudices, principesq; inique crudelitate sua flores, & fructus arborũ, hoc est, res alienas pauperibus eripiunt, ac spoliant, visis hoc est potentioribus parcentes. Formicarum quoq; nimia in cibo acquirendo sedulitas, eos etiam exprimit qui nihil aliud cogitant, nihilque student aliud, quam vt ventrem expleant. Vetat enim Christus nos nimis anxia, & præpostera earum rerum cura affici, quæ ad huius vitæ vsum spectant.

HIEROGLYPHICA.

SApientissimi illi Sacerdotes Ægyptiaci tria potissimum Formicæ pictura denotabant, diligentissimam in primis inuestigationem, quæ ad vsum vitæ facerent; mox & prouidentiam, tertio laboris perseuerantiam. Formica siquidem ea quoq; deprehendit, quæ quisquam accuratissime occultauerit, quod summum in inuestigando ingenium indicat, sicut summam prouidentiã, quod hyemis memor cibaria comparat sibi in æstate, & recondit: Indefessi vero laboris indicium est, quod non interdiu solum, verum etiam noctibus eum continuet. Recte autẽ etiam pietatem, quęque mutuo mortales mortalibus officia debent, inquit Pierius Valerianus, per Formicam expressis, si commeare eas in Formicarium spectes Formicæ alterius cadauer inferentes, prodire ex cauo aliquas, factasq; obuiam quasi consternatas retrocedere, bis idem terq; factitare: alias demum Vermiculos ab inferiori loco, vt pote redemptionis præmia quibus cadauer redimant, conuectare: alias vero tentare, si quę dissectæ fuerint, vt partes committant, & cohærere faciant, impellere etiam, vt quæ nihil intermittant, quo explorent, an per se demum redire queant. Sunt qui eodem Pierio tradente collegas impares, aut inæqualitatẽ in moribus, in dignitaribus, in censu, & in omni deniq; vitæ colore significantes, Camelum & Formicam pingant, laboriosum vtrumq; animal; sed facie, magnitudine, reliquoq; ingenio magnopere inter se dissidẽt vt nullis comparationis terminis circumscribi valeant. Apud Ægyptios fateor Hieroglyphicum hoc non haberi, sed vsitatissimi prouerbij citatio, μύρμηξ ἢ κώμηλος, ne prætereatur monet. Illud quoq; exploratum satis, opulentiam per Formicas significari non tam apud Ægyptios, quam etiam apud Aruspices, siue de nostratibus, siue de Indicis intelligamus: quarum hæ quidem victui necessaria oppido congerunt, Indicæ autem & pretiosam suppellectilem accumulant: vt non immerito Formicaria bona de affluenti diuitiarum copia dicantur, quam augures ijs portendi assueuerant, apud quos illæ rem congerunt: alioqui Formicæ apud aruspices infestæ multitudinis inditium fuerunt, vt ante monuimus, & mortis signum. Tradit preterea Pierius probatissimos sapientissimosq; morum scriptores quosdam κενοδοξίαν per Formicæ hieroglyphicum expressisse. Inanem, inquit, nostri gloriam dicunt, qua nos ipsos supra modum, & meritum æstimamus, tacitiq; nobis applaudimus. Latet enim plurimũ hoc vitium in abditis animi recessibus, cogitationisq; delicijs pascitur, & educatur. Formica vero in cauernis sese libenter continet, nec nisi necessitatis causa prodit in propatulum, cum scilicet aut speculatum, aut prædatum properat, vel congestas opes curat: de quarum solicitudine superius satis dictum. Habet vero hoc Formica cum cenodoxia simillimum, quod laboribus, & fructibus insidiatur perinde ac insidiosa pestis: hęc quicquid præclare egerimus, & quascunq; adoreas acquisiuerimus, labefactare furtim aggreditur: illa in opes iam paratas, hęc in virtutes, & partam iam existimationem populabunda. Fecimus quid in bello fortiter, forsan & corona donati sumus, sutripit hæc clanculum, & folia decerpit singula, dum nostra nos facinora narramus, & gloriosum militem, vt in comœdiarum fabulis est, imitamur. Prudenter aliquid cauimus, id quicquid est, cenodoxia vitiat, & gloriando mutat in imprudentiam. Beneficio aliquem affecimus, destruit illud gloriatio, efficitq; vt de quo bene meriti fuerimus, maleficio se à nobis affectum putet, operamq; ita & oleum perdamus. Plurimum temporis in ieiunijs, in vigilijs, in orationibus, in continentia, in animi corporisq; moderatione sine vlla mentis auersione consumpsimus; aduenit cenodoxia, quæ fructum omnem, quem per labores tot collegeramus, rapidissime depopulatur. Ingeniose, docte & accurate aliquid cõscripsimus, sed dum nos ipsi illud efferimus, & aut nostros non apparere labores ingemiscimus, aut eorum vẽdicatione molesta gloriam affectamus, cenodoxia illa, illa inquam statim obscurat, quæ alioquin futura erant illustria, proq; ingenio stoliditatem, pro doctrina imperitiam, pro studio negligentiam obiectat. Danda itaq; est opera, vt laudabilia quidem faciamus, ex quibus gloria sponte nascatur: sed cum eam visi fuerimus acquisiuisse, negligamus potius quam efflagitamus: ita enim cumulatior, & corollarijs etiam aucta vltro percita subsequitur. Si quidem virtus ipsa sibi pretium est, nihil indiga laudis, diceret Claudianus: eam tamen vel inuitam honor, & commendatio comitatur. Sed vt ad Ægyptios reuertamur, inquit idem Pierius, agrorum vastationem, & infrequentia facta loca, quæ populosa prius fuerant, per Formicam, & origani fasciculum sacerdotes illi significabant: per Formicam, vti superius declaratum est, Hieroglyphicum populi, quod passim iam habetur: per origanum, solitudinem eius intelligentes. Ea si quidem herba loco apposita, qua Formicæ meant, modico, vel salis, vel sulphuris puluisculo simul inspersо, efficit vt iter deserant, suisq; relictis cauernis alio migrent, &c. Fæliciter etiam mihi quidam videntur excogitasse, vt si hominem grauiore aliquo morbo confectum minimæ tamen rei cuiuspiam ope incolumitati redditum significare vellent, vrsam lingua in Formicas exporrecta hieroglyphicę pingerent. Vrsam enim ferunt Formicarum esu, quas lingua illexerit, ac mox potu adhibito deglutierit, morbi opem sibi comparare. quod eo præcipue tempore facit, cum primum è specu prodit: vbi ieiuna hyemarit. Nam Aron in primis agreste pascitur (cam dracontij speciem medici ponunt) cuius acerbitas intestinum inedia concretum laxat: quod si nullam attulerit opem Formicis eo modo deuoratis, incolumitati pristinæ restituitur. De latebris vero in quibus aliquis se contineat, per vesperilionis alam, & Formicam indicaris, inter reliqua Vespertilionis significata diximus nimirũ eam esse dici inter vespertilionem, & Formicas naturæ discordiam, vt si ala tantum vespertilionis Formicarum cauo admota fuerit, nulla earum foris progrediatur: quin etiam sunt qui tradant credi solitum, Formicam eo nunquam exire quo vespertilio, vel semel accesserit. atque ideo Formicam sub vespertilionis ala positam, & moræ, & tarditatis, aut impedimenti significatũ haberę.

Diligentia & prouidentia.

Opulentia.

Gloria inanis.

Agrorum vastatio.

EPIGRAMMATA.

IN Græcis epigrammatis hoc quoque inter alia Lucillij veteris poetæ legitur, quo irridet Adrestum rhetorem, conferens eum insidentem Formicæ Bellerophonti, sed tamen à semimortua vmbra nihil discrepantem, est autem tale.

Μύρμηκος πτερόεντος ὕπερθ' νώτοιο καθεῖσ'
Ἄδρηστος ῥήτωρ, τοῖος ἴλεξεν ἵππος.

Ἵππου, τὸν σὸν ἔχεις εἰ πήγασι βελλεροφόντου,
Φίρπατον ἡρῶον, ἡμιθανῆ σκελετόν.

Quod ita quidam tranſtulit.

Formica alata conſcenſo tergore hetor
Adreſtus, cœpit talia verba loqui.
Nunc volita, portas ò Pegaſe Bellerophontem
Heroa eximium vix retinentem animam.

Legitur quoque aliud Lucillii inter eadem epigrammata.

Ἱππόδων μύρμηκι Μενέφρατος ὡς ἐλέφαντι
Δύσμορος ἐξαπίνης ὕπνος ἐξεπάγη.
Λακτισθεὶς δ' ὡς εἶχε τὸ κέντρον, ὡφθόνι φησὶν,
Οὕτως ἱππόδων ὤλετο καὶ φαέθων.

Hos verſus Auſonius tranſtulit, ſed paulo aliter: nam quæ in Fauſtulum hic ſcribit, de Meneſtrato dicit Lucillius.

Fauſtulus inſidens Formicæ, vt magno elephanto
Decidit; & terra terga ſupina dedit.
Moxq; idem eſt ad mortem multatus calcibus eius
Perditus, vt poſſet vix retinere animam.
Vix tamen eſt fatus: Quid rides improbe liuor?
Quod cecidit? cecidit non aliter Phaeton.

Notandumque hic τὸ κέντρον exponi lethaliter, & mortifere.

EMBLEMA.

a Symb.38.

ACchilles Bocchius *a* Bononienſis emblema habet, inſcriptum Formicæ aratra non ſibi ferunt boues, in eos qui alienis laboribus perfruuntur:

Arantis olim forte per cornu bouis
Formica viſa errare, arare ſe dixit.
Sic vos aratra fertis haud vobis, boues.

Aliter:

Per cornu Formica bouis dum forte vagatur
Quidnam ageret quidam quærit, aramus ait.

PROBLEMATA.

a In quæſt. natur.16.

FOrmicæ cur oleo pereant, in Muſcæ tractatu dictum eſt, Plutarchus *a* quærit, cur dicunt, Triticum in cœno ſerito, hordeumque in puluere? An quia, vt diximus, triticum conficere plus alimenti poteſt: hordeum non fert eius copiam, ſed ea obruitur? Aut triticum cum ſit denſum, & lignoſum melius prouenit in humido emollitum, & laxatum ſolo, hordeo autem ob raritatem ab initio commodum eſt ſiccius? Aut quia ob calorem congruit temperies, & innoxia eſt: frigidius autem eſt hordeum. Aut verentur in ſicco triticum ſerere, Formicarum cauſa, quæ ſtatim ei inſidiantur: hordeum autem non ita facile eæ portare, ac differre poſſunt, cum ſit grandiuſculum. Sic ille.

APOLOGI.

Formica & Columba.

FOrmica ſitiens deſcendit in fontem, ac tracta à fluctu ſuffocabatur. Columbæ vero hoc viſo ramum arboris acceptum in fontem proiecit ſuper quo ſedendo Formica euaſit. Auceps autem quidam poſt hoc calamis compoſitis ad Columbam comprehendendam ibat. Hoc autem videns Formica aucupis pedem momordit; qui dolens, & calamos abiecit, & vt Columba fugeret, author fuit Fabula indicat, oportere benefactorib gratiam referre. Alius apologus legitur inter Aphthonii Sophiſtæ exercitamenta, qui talis eſt: Cicadæ olim æſtate aſſiduis cantibus indulgebant, Formicæ vero hyemis memores, laboribus fructibuſque colligendis operam dabant. Verum cum hyems aduenifſet, Formicæ iis, quæ collegerant, paſcebantur Cicadas autem delectatio illa, & canendi voluptas eo indigentiæ miſeriæq; perduxit, vt eſurirent, & fame conficerentur. Sic iuuentus laborum fugitans, male habet in ſenectute. Legitur hic idem apologus inter fabulas Gabriæ Græci;

Cicada, & Formica.

Ἤτει τροφὴν μύρμηκα τέττιξ σὺν κρύει.
Μύρμηξ δ' ἔφησε, τὶ θέρους ὄντος ἔδρας;
Ὡς σὺ θέρει εἴρηκεν ἦδον ἐξέως
Χειμῶνος ὄρχου φησὶ μὴ τροφῆς ἐρῶ.

Sic Latine redditur

Petebat à Formica Cicada cibum.
Sed Formica ait, quid æſtate faciebat?
Quod acute æſtate caneret dixit?
Hyeme ſalta, inquit, ne ama cibum.

Formica homo fuit

Æſopus aliam rurſus recenſet de Formica Fabellam. Quæ nunc Formica, homo olim fuit. Huic agriculturæ aſſidue incumbens, non erat propriis laboribus contentus, ſed & vicinorum fructus ſurripiebat. Iuppiter autem indignatus huius auaritia, tranſmutauit eum in hoc animal, quæ Formica appellatur. Verum cum mutaſſet formam, non & effectum mutauit. Nam vſque nunc arua circumeundo, aliorum labores ſurripit, & ſibi recondit. Fabula ſignificat natura prauos, etſi maxime ſpeciem tranſmutarint, mores non mutare.

VSVS IN MEDICINA.

FOrmicæ, alatæ potiſſimum in medicinæ vſum quoq; cedunt, adeo vt nullum ſit animalculum etiam minimum, ex quo non aliquid ſaltem vtilitatis homo capiat. Inuenio, inquit, Plinius, *a* & Formicas Herculaneas appellatas, quib. tritis adiecto ſale exiguo talia vitia (ſoræ, lepræ, & lentigines) ſanentur. Formicas quinque epotas contra omnium Phalangiorum morſus auxiliari alii volunt. Formicæ volantes oleo Sambacino exceptæ, & membro virili illitæ, impotentes in venerea paleſtra curant: quare vbi apud Galenum, vel in libro Secretorum Galeno attributo medicamen legitur, cui non eſt ſimile ſuper terram ad ſatyriaſim, interpretare non ſedandam, ſed excitandam: quippe ingredientia omnia Venerem ſtimulant. Recipit aũt rorem olei ſambacini, vel de zambac, i. e. de ieſmino, libram vnam: Formicas habentes alas, mille; nẽ merefin vnam; & eſt fœmina parua vulpes, quæ in Sabano moratur: cum Formicis miſcerentur, & inungitur cum hoc vnguento mirach, & duo teſticuli, & virga, poſtquam ſuſpenditur in ſole duabus hebdomatibus. Viſum dum ægre habet, Formicas deuorare ſupra dictum eſt, ſed ad quem morbum non expreſſimus. Plinius *b* Vrſos cum mandragoræ mala guſtauere, Formicas lambere aſſerit, Plutarchus *c* hoc eos facere vult, cum tentatur nauſea. Vrſa, inquit, cum primum ex antro ſuo prodit, aro veſcitur agreſti, cuius acrimonia aperit inteſtinum ipſius concretum. Alioqui nauſea cum tentatur, ad Formicarum cauernam ſe confert, linguamque ſuam pinguem, & dulci ſucco mollitam exerens eis proponit, dum hæc Formicarum fiat plena, quibus deglutitis iuuatur. Ælianus *d* vero rurſus aliam rationem cauſamque adducit, cum videlicet cibis ſeſe rurſus impleuerit, quo pacto facile exinaniri, neque quemadmodum hominibus ad plenitudinem, & deiectionem illi, vel medicos, vel libros opus eſſe. Plinius *e* ouorum vſum etiam agnoſcit. Nam eſſe ait qui iis per ſe vtuntur ad aurium grauitatem. Alibi *f* iiſdem ſupercilia denigrari cum Muſcis tritis ait. Nonnulli ne malæ ſint hirſutæ, Formicarum oua pueris infricata præſtant. Arnoldus de Villanoua Formicarum ouorum vncias duas conficit cum ſucco hyoſcyami, & ſanguine Veſpertilionis, & cum hoc fricat locum, in quo pili eradicati fuerint bis, vel ter in die, & nunquam renaſci pollicetur. Eadem oua luſciniæ, cum ægrotant, ſibi medentur, vt in luſcinia monuimus. Mirum, quod ſcribit Plinius *g* terram à Formicis egeſtam aliquos illinire ſtrumis, & conſimilibus vitiis, & podagris. Cæterum longe *h* admirabilius, quod idem tradit inter vanitates magorum, nempe ex his omnium digitorum reſegmina vnguium ad cauernas Formicarum abiici iubent, eamque quæ prima cœperit trahere, correptam ſubnecti collo; ita diſcuti morbum, nimirum febrem, vel tertianam, vel quartanam, vel quotidianam.

a L.30.c.3.

b L.8.c.2

c Li. de Solert. anim.

d L.6.c.3.

e Lib.29.c. vlt.

f L.30.c.15.

g L.30.c.5.

h L.28.c.7.

VSVS IN CIBIS.

IN Indiæ quibuſdam partibus Formicas eſſe ſupra ſcripſimus, quæ pipere conditæ in cibi vſum cedunt. Cenuſuciæ quoque inſulæ incolæ, apud quos Smaragdorum mineræ ſunt, Formicis veſcuntur nobis, vel viſæ tantum abominabiles exiſtunt, tantum abeſt, vt quis edere eas ſomniet.

PROVERBIA.

Μύρμηξ ἥκαμηλος, id eſt, Formica Camelus de vehementer inæqualibus, & modo minimis, modo maximis, quod perinde ſit, quaſi repente Camelus in Formicam vertatur. Conuenit in eos qui ſibi non conſtant, in vtramque partem immodici. Meminit Lucianus: ὡς δὲ ἐγὼ ἔχομαι, μύρμηξ ἡ κάμηλος, ὡς ἡ παροιμία φησὶ, id eſt Nam vt tunc viuitur à nobis, Formica Camelus, quem admodum prouerbio dicitur Loquitur de opibus inæqualiter inter mortales diſtributis, vt huic plurimum ſuperſit, huic multum deſit. Satis celebris eſt Formicarum paruitas, adeo vt quid paruum eſſe, aut videri, oſtendere cum volumus, id velut prouerbialiter Formicæ conferimus, ſicut contra, cum aliquid magnum, monti, quod facit Galenus *a* inquiens: Atqui montem etiam ſi magnitudine ſit ſtadii, paruum dicimus, & Formicam magnam, longe quidem cubito minorem. Hieronymus quoque apud Lucianum homines è ſublimi contemplatur tam exiguos apparentes vt Formicæ videantur. Quicunque inquit, omnibus ſuperatis incommodis, & diſcriminibus in finem vſque animoſe perduraueri, illi tandem ad faſtigium vſque conſcendunt, & ex illo felices facti, vitam quandam admirandam per reliquam ætatem exigunt, alios quidem mortalium non ſecus atque Formicas è ſublimi contemplantes. De Formicarum quoque indefeſſo labore, ac ſtudio prouerbialiter profertur hoc ab Ouidio: *b*

Epiſt. Saturnal. prima.

a L.2.de dignoſc. pulſ. c.1. Dial. de ſectis.

b Lib.2.de Triſt.8.

Horrea Formica tendunt ad mania nunquam,
Nullus ad amiſſas ibit amicus opes.

Illud inſuper Theocriti.

Τέττιξ μὲν τέττιγι φίλος, μύρμαξι δὲ μύρμαξ
Ἴρηκες δ' ἴρηξιν.

Idyl.9.

Id eſt.

Formica Formicæ placere, Cicada Cicadæ,
Accipitri ſolet accipiter.

Nihil indicat aliud, quam quod ſimilis ſimili gaudeat, ſcilicet doctos docto, probus probo & contra. Ἀγαθῶν μυρμηκία, bonorum myrmecia dicitur de immenſis opibus: nam myrmecia Græce ſignificat cauernam, aut agmen Formicarum: quamquam à Formicis Indicis ſumptum adagium videri poſſit, quas dictum eſt in Septentrionali Indorum regione autum à cauernis egerere: nihil tamen prohibet quo minus ad noſtras Formicas referatur, non ſolum propter innumerabilem agminum multitudinem, verum etiam propter genuinam quandam animantis in accumulando fœnore induſtriam. Videtur autem Theocritus ad hoc prouerbium alluſiſſe cum ait:

In encomio Ptolomæi.

Μυρμή-

Μυρμήκων ἅπι πολῦτ᾽ ἀεὶ κίχυτα μοχθούντων
Non secus, ac Formicarum semper properantium
Diuitiæ sunt extructæ.

In Syracusanis. Idem alibi.

Ὦ θεοὶ, ὅσον ὄχλος. πῶς καὶ πόθεν τοῦτο πεφᾶσι
Χρὴ τὸ κακόν; μύρμηκες αὐήεθμοι καὶ ἄμετροι.
Dii boni, quanta turba, quomodo & quando tandem pertransire
Oportet hoc malum? Sunt vt Formicæ innumeræ, & infinitæ.

Satyr.5. Vsus videtur eadem parœmia Petrus Nellus Satyricus Italus, inquiens

Gli era vn volerui dir, quante formiche
Habbia l'Estate, ò Stelle il Ciel sereno
O Aprile, ò Maggio fior, ò Luglio spiche.

Eodem sensu quoq; dicimus bona terræ, τὰ τῆς γῆς ἀγαθὰ, de bonis & immẽsis, & omnigenis: quasi dicas, quicquid terra progignit omnium rerum parens. Pro turba numeroq; immẽso Plato, *a* (quod hnc etiam spectare videtur,) dicebat τὸ τῶν ἡδονῶν σμῆνος, id est, voluptatum examen, & Socrates apud Plutarchum ἐρεπῶν σμῆνος id est examen virtutum Formicarum nidos inspirare, quod elegãter vnica voce μυρμηκιᾶν efferunt Græci; quasi Formicari dicas, prouerbio dicuntur, qui malum sibi imprudenter accersunt. Natum inde quod qui inspirant, aut aperto ore loquuntur, in Formicarum antra seu cauernulas, his lingua vlcere intumescit atque inflatur, cuius rei causam assignant venenatum aerem, quo illarum antra imbuuntur è pastu serpentium: Formicas namq; mortuis anguibus vesci, inter confessa habetur. Ἔνεστι καὶ μύρμηκι καὶ σέρφῳ χολή id est, Formicæ inest sua bilis, & Serpho sua. Admonet adagiũ, non esse contemnendum inimicum quempiam, nec vllum temere lacessendum: quandoquidem nullum animal tam minutum, aut imbecillum, quod irritatum non excandescat ira. Quadrabit & in homunculos nullis præditos viribus; tamen vindictam molientes, ira vt solet, animos suppeditante. Serphus minutum animal non dissimile Formicæ. Brasidos auctore Plutarcho cum manum in caricas temere misisset, & à mure inibi forte fortuna latente morderetur. Papæ inquit, vt nullum est animal tam pusillum, neque tam inualidum, quod lacessitum, non cupiat vlcisci sese. Formicæ semitam canit, de eo dicitur, qui subtilitates omnes prosequitur, & minutissima quæque dictioni immiscet, vt elabatur: aut qui vltro citroq; narrationem rei implicat, prima mediis, vltima primis inuoluens temere. Extat apud Aristophanem de Agath. Comico dictum, quem sugillat, vt subtilia ac flexiloqua carmina scribentem, Formicæ viam suam obliquant discursu implicito.

a Lib 9. de Republ.

In Thesmophor.

ICONES.

a Li.7.c.21. CAllicrates referente Plinio, *a* ex ebore Formicas, & alia tam parua fecit animalia, vt partes earum à cæteris cerni non possent. Alibi etiam habet sic: *b* Sunt & in paruis marmoreis famam consecuti Myrmecides, cuius quadrigam cum agitatore cooperuit alis Musca, & Callicrates, cuius Formicarum pedes atque alia membra peruidere non est.

b L.35.c.5.

FABVLOSA.

In symb. Ruffin. DE ouo, inquit, D. Hieronymus, natum Castorem Pollucemque confirmant (pagani) & ex Formica Myrmidones, & alia mille, quæ quamuis contra naturam rerum venientia, ipsis tamen sunt visa credibilia. Fuere autem Myrmidones Thessali, ab Ægineticis profecti, qui cum Peleo ea loca tenuerunt, infestissimi etiam Troiani nominis hostes, & ad Troiam Achillis socij, quorum quinquaginta naues plenas duxit Homerus, cuius locum quoque Plinius *a* citat, tribus eos nominibus nominauit, Myrmidones, Hellenas, & Achæos Eustachius ab Heroë quodam Myrmidone, sic eos appellatos existimat. Alii huiusmodi fabulam de eorum origine referunt. In faucibus sinus Sauronici inter Atticam, & Peloponnesum sita fuit Ægina Insula, contra Atthidem. Hic regnasse fertur Æacus Iouis ex Ægina filia filius: quam cum Iupiter comprimere vellet, & Iunonem vereretur, detulit eam in insulam Delon. Quam rem cum rescisset, indigne ferens Iuno, serpentem in aquam misit, atq; ita totam Insulam peste immissa infecit, vt breui omnibus mortalibus fuerit exhausta: Hesychius eam venenasse ait, quod qui ex ea aqua biberent, debitum naturæ soluerent. Æacus solitudine perturbatus Iouem precatus est, vt aliqua via damnum resarciret. Itaq; Iupiter Formicarum numerum, hærentem in quercu proxima, in homines conuertit, & filio in hos imperium fecit. Cæterum fabula verbis aliquando diuersioribus, ab aliis in hunc ferme modum narratur, Iupiter Ægina Asopi fluminis filia abducta, descendit Phliuntem: quo loco stupro vitium obtulit puellæ, ac grauidam fecit. Ex hac paulò post prognatus fuit Æacus. Porro Asopus vbi diutile quæsisset filiam, tandem à Sisypho didicit, à quo rapta & quo abducta esset. Itaque pater nihil segniter agendum raptus, quo potuit, eo maturauit. Iupiter aduertens fore, vt in adulterio deprehenderetur, Æginam transformauit in sui nominis Insulam, se vero in lapidem. Venit Asopus; sed cum neminem ibi offenderet, rediit in suos alueos. Iupiter iratus, cum vellet indicem pessime multari, eum apud inferos tanti ponderis saxum sursum deorsum versare coegit, in quantum ipse paulo ante mutaret. Æaci item misertus, quod solus Insulam incoleret, Formicas eius regionis omnes mutauit in homines. Hinc ἀπὸ τῶν μυρμήκων, μυρμιδόνες ὠνομάθησαν. Alii locum non Phliuntem sed Philiuntem nuncupant. Sunt qui aliam fabulam adducunt de Formicis. Peleus interfecto à se fratre suo, fugit, atq; in Thessaliam delato, cum exercito opus esset, Iouem precatur: ac Formicæ regionis mutatæ extemplo sunt in viros. Sunt qui Iouem in ignem conuersum Æginam compressisse dicant, quod & Ouidius *b* innuit, cum ait:

a Lib.4.c.7. Iliad.B.

b Metamorph.6.

Aureus vt Danaen, Asopida luserit ignis.

c Lib. 7.

Idem Ouidius *c* prolixe, ac elegantissime hanc eandem fabulam prosequitur, quam lector consulere, adireq; poterit. Addit autem Formicas eas, quas Iupiter in viros conuertit, in sacra Ioui quercu habitacula sua habuisse.

Forte, (inquit,) fuit iuxta patulis rarissima ramis
Sacra Ioui quercus, de semine Dodonæo.
Hic nos frugilegas aspeximus agmine longo
Grande onus exiguo Formicas ore gerentes;
Rugosoq; suum seruantes cortice callem.

Cæterum quid per hanc fabulam significarent antiqui, explicauit Theagenes in rebus quas scripsit *d* Æginetarum, quod Æginetæ perrari erant aliquando in Insula, quia frequentibus piratarum, aliarumq; nationum incursionibus infestarentur: qui cum minime scirent resistere, in speluncis tanquam Formicæ delitescebant. Æacus autem naues ædificare illos docuit, populosq; ad rei militaris exercitationem euocauit, quare timore deiecto, externisque viribus paulatim resistere docti, è speluncis in apertum prodierũt: inde è Formicis in homines dicuntur conuersi, vt eleganter admodum scribit *e* Tzetzes. Hesiodus Myrmidones primos mare nauigasse ait, & è Formicis in homines mutatos.

d Lib.3.

e Hist.133. Chil.7.

In Theogonia.

Μοῦνος ἐὼν ἤχαλκε, πατὴρ αὐδῶντε θεῶντε
Ὅσσοι ἔσαν μύρμηκες ἐπηρόατε ἔνδοθε νήσου.
Τοὺς ἄνδρας πόιησε, βαθυζώνους τε γυναῖκας
Οἷδ᾽ ἤτοι πρῶτοι ζῶσαν νῆας ἀμφιελίσσας.
Solus tristis erat, hominum satur atq; Deorum
Insula quas habuit Formicas, protinus omnes
Hæc homines facit, vt mas est, aut fœmina in illis.
Hi salsas primum sulcarunt puppibus vndas.

f Lib.2.

At Strabo fabulæ locum datum fuisse inquit, *f* quia Formicarum more terram fodientes, vt agriculturæ locum haberent, ad petras transferrent: fossasq; incolerent, ne in ædificia sumptus facerent. Alii dicunt eos prius Formicarum more ex illis fructibus, qui spõte nascerentur, in speluncas congestis victitasse ignaros prorsus agriculturæ, aut nauigationis, aut omnis politioris victus, quæ omnia per Æacum edocti dicuntur è Formicis homines fuisse conuersi. Alij rursus Myrmidones volunt homines aliquando fuisse agrestes, eodem ferme ingenio, quo reliqui fere omnes rustici male audiunt, ac damnantur, furaces scilicet, & raptores, qui licet in id genus animalia fuerint transmutati, pristinum tamen conuectandi prædas, & rapto viuendi morem obtinuerunt. Contra Ouidius ab Æaco Myrmidonibus ait impositum nomen, quod Formicarum instar seduli essent, & indefessi in tolerando labore:

Myrmidonasq; voco, nec origine nomina fraudo.
Corpora vidisti; mores quos ante gerebant,
Nunc quoq; habent: parcum genus est, patiensq; laborum,
Quæsitiq; tenax, & quod quæsita reseruet.

CAPVT II.

DE CIMICE.

DIligentiæ atq; sedulitatis typus nobis hactenus fuit Formica, & calcar ad laborem: iam vero Cimex, quem fœdissimum animal, & dictu quoq; fastidiendum Plinius *a* nominauit, item Pediculus & Pulex, de quibus post, paupertatis fuerint symbolum, quin & sordities, & continui fastidij. Equidem inter hosce, & diurnos, & nocturnos hostes, qui placidam nobis noctu, & dulcem somni quietem; interdiu curas, solitudines, amores, metus, gaudia, dolores, partim inuidẽt, partim intercipiunt, partim præbent, & quæ sordibus nascuntur humanis, humanoq; sanguine vescuntur Insecta, Cimices grauiores, nocentiores, infestioresque sunt, quippe qui non solum morsu dilacerent, quo & somnum interturbant, & sanguinem nobis adimunt, vt & Pediculi, & Pulices faciunt, verum etiam teterrimo odore torquent, &, vt Matthiolus ait, fœtorem adeo detestabilem abominandumq; nobis ex se relinquunt, vt eo longe magis sensus, spiritusq; lædantur quam vniuersæ corporis partes, quæ ab iis fuerint tactæ. Dixi autem paupertatis etiam esse symbolum, nã hoc me docuit facetissimus Comicus in Pluto, vbi Peniæ siue paupertati conanti persuadere ne ditescere optaret, Chremulus respondet. Tu quidem quid mihi præbere poteris boni, præter vesicas ex balneo, & puerulos famescentes, & vetularum tumultum, Pediculorumque numerum, & Culicum & Pulicum infinitum, adhæc lectum iuncorum Cimicibus plenum, qui dormientes excitat, proq; pallio vestem laceram, & stoream pro tabeto marcidam, pro puluinari non mediocris magnitudinis lapidem, &c. Idem innuit lepidissimus *b* Epigrammatarius, cum Cheræmone ludens, qui mortem laudabat, volens in eo videri sectari sapientiam Stoicorum, qui mortem contemnunt, & contemnenda morte præcipiunt, cum id ageret desperatione, & rei domesticæ difficultate, nulla inquit, Cheræmon, laus est, si in ista miseria mortem optas, maior laus fortitudinis erit ei, qui inopiam magno animo ferre potest.

a L.29 c.3. Paupertatis, & molestiarum symbolum

Cimicum noxæ.

b Lib.11. Epigr.57.

Quod nimium laudas Cheræmon Stoice, mortem,
Vis animum mirer, suspiciamq; tuum.
Hanc tibi virtutem, fracta facit vrceus ansa,
Et tristis nullo quit epet igne focus.

Et teges,

Et reges, & Cimex, & nudi ſponda grabati,
Et brevis, atq; eadem nocte dieq; toga.

Cimicem vtilem eſſe hominib.

Cæterum etſi Cimex tam abominandum ſit animal, vt omnes vbique terrarum nullum non lapidem moueant, vt eum domo ſua expellant, ac occidant, non defuere tamen, qui eum laudarint, non quod medicos nobis vſus præbear, (præbet autem plurimos) ſed quod noctu nos mordeat, vt Chryſippus, qui, teſtante *c* Plutarcho, in quinto de natura dixit, vtiliter nos à Cimicibus è ſomno excitari, & à muribus admoneri, vt in rebus locaudis curam adhibeamus:

c Li. de Stoi. repugnant.

ÆQVIVOCA.

Coris herba.

Κόρις (ita Cimex Græcis appellatur) etiam herbæ ſeu fruticis eſt genus, quod *a* Dioſcorides alio nomine hypericon, ait dici, Ita quoque *b* Plinius: Semen hyperici, quod coris appellatur. Et ante dixerat: Eſt & aliud hypericon, quod alii corin appellant, folio tamaricis. Apud Heſychium oxytonus ſcriptum κορίς, ab eoq; eſſe dicitur piſcis quidam: item herba quædam alio nomine dicta χαμαιπίτυς Plinius ſane paulo ante Locum citatum ſcripſerat hypericum ab aliis χαμαιπίτυν, ab aliis corion appellari Sed Dioſcorides tamen ſeorſum de cori tractat, ſeorſim de chamepyti, diuerſa eſſe indicans.

a L.3. c.174
b L.16. c.11. & c.8.

Chamepytis non eſt coris.

SYNONYMA.

Cimex κόρις, vt dixi, Græcis nominatur, nonnunquam etiam κόρυς. Sed à Dioſcoride κόρεις οἱ ἀπὸ κλίνης, hoc eſt Cimices lectularii dicuntur: In gloſſario in plurali κορίδες etiam inuenio, & in Epigrammare Antiphanis κόρεις. Recentiores Græci κορίξα nominant: reperio denique in vetteri Lexico Ἄφις pro Cimice. Apud Latinos nullum hactenus vidi Synonymum: apud Arabes v. non pauca, nempe Alcard, Alcarid, Alfeſim, Alfeſeſim, Deboliar, Dgarſames, Corab, Cotoda, Alhalem, Alcaradol, Faſafos, Flaſis, Feſeſiſi, Ieſafes, Igil. Germanis vocatur Wanrzen, Hiſpanis Chiſmes, Chimeſas, & Parauellhos, Gallis Puneſes, Italis Cemice, Belgis Waechluiis, & Wandtluiis, Polonis Pl'usRuua, Vngaris Palazkferog, Tſimaz. *a* Iſidorus Cimicem vocari putat de ſimilitudine cuiuſdam herbæ, cuius fœtorem habeat.

a Lib.12. Orig.c.5.

Etymum.

GENVS. FORMA.

a L.29. c.4.

Cimicum duo genera *a* Plinius recenſet, quorum primum ſimpliciter Cimicem vocat, quod illud eſt, quod lectis noſtris tantopere infeſtum eſt, alterum agreſte, quod in malua naſci ſcribit. De quo poſt ſeparatim agam. Domeſtici Cimicis differentiam nullam obſeruaui. De eius forma autem agere ſuperuacuum eſt, cum omnibus fœtore ſuo horrendo, ac odioſis morſibus notiſſimus ſit. Icon poſt dabitur.

LOCVS. GENERATIO.

Cimex pro lecto ſumitur.

Naſcuntur communiter Cimices in lectorum grabatis, & præſertim in eorum rimulis ſiue confractibus, arque item in parietibus lecto proximis, qui tam communis eorum locus eſt, atq; habitatio, vt doctiſſimus poeta Catullus Cimicem pro lecto in ſuis carminibus accepetit,

Furicui neq; ſeruus eſt, neq; arca,
Nec Cimex, neq; Araneus, neq; ignis.

Pauperes cur multũ Cimicibus infeſtẽtur.

Cæterum licet omnium & diuitum, & pauperum thalamos infeſtent Cimices, pauperes tamen iis magis moleſtantur: cuius duplex dari poteſt ratio, ex materia ſcilicet, qua naſcuntur, & cura, quam locus requirit, in quo Cimices generari prohibentur. Non enim naſcuntur hæ moleſtię in lectis, quorum linteamina, & ſtramina ſæpe renouantur, vt in diuitum ædibus fieri ſolet Oriuntur autem ex ſordibus humanis, vel vt *a* Ariſtoteles ait, ex humore, qui per ſumma corporis animalium conſiſtit. Is v. etiam in pauperum lectis, panniſq; ac ſtramine magis colligitur, quoniam rarius linteamina, & camiſias renouant. Quantopere pauperes Cimicibus affligantur, oſtendimus ante ex Ariſtophane, & Martiale: apud quos ſimile, quid aliud lego. Hic enim in *b* Neſtorem inuectus, quod ſe pauperem ſimulabat, inquit:

a Li.5. de anim.c.31.
b Lib.11. Epigr.33.

Nec toga, nec focus eſt, nec tritus Cimice lectus.

Apud illum vero *c* Bacchus deſcenſurus ad inferos iter illud oſtendi ſibi precatur, & eas dari cauponas, in quibus pauciſſimi Cimices eſſent. *d* Scaliger quoque agens de vita hoſpitia, faſtidiis hiſce plena eſſe innuit, dum canit:

c In Nebulis.
d In Tereſiſmat.

Hæc ſumma eſt; euo vt dulci lætoq; fruamur.
Hoc quodnam eſt, aliud, quam hic vita ponere metam
Nullam aliam ſperare? vtrum maliſne? Vtator
Semper in hoſpitio, dat quod prouincia, plenum
Pucilibuſq; & Cimicibus: quæ incommoda latro
Et peſtis facies leuiora viderier, aut te
In patria nitidum, terſum, florente, beatam
Inter amicitias & noti pignora cœli?

Vnde naſcantur.

Ariſtoteles loco citato Cimices, Pediculos & Pulices per coitum eaſcribit generare, quæ Lendes vocantur: ex hiſq; nihil præterea naſci poſſe Ipſos autem Cimices naſci, vt dixi ex humore, qui per ſumma corporis animalium conſiſtit. In quem philoſophi locum incidens *e* Cardanus: In Cimicibus, inquit, putat eſſe ſordes humanas (& ſane ſunt ſanguineæ corpulentæq;) ſed videmus quotidie, inquit Cardanus, ex libris naſci, ſeu tum incerta ratione hac chartæ; vel quoniam linteorum fragmentis charta noſtra fiat, tam diu ſeruato viru. Sic Cardanus. Sed ſi virus illud tam diu conſeruati velimus, vt ille coniicit, certe ſtatuendum eſt, ex ea tantum charta Cimices oriri, quæ ex linteis factæ fuerit, in quibus dormierit homo, vel veſtem habuerit, ſed cum in omni charta reperiatur, etiam in ea forte cuius materiam homo nunquam contigit, non poſſum Cardani opinionem omnino recipere, neque etiam prorſus auerſari Idem Cardanus hoc quoq; non videtur recipere, quod neget ex coitu generari, ſed Lendes generare ſteriles dicat: cur ergo eſt, inquit, quod ibi multi ex his, multi etiam generantur vbi pauci, pauci? Nunquid etrauit, an recte potius intelligendus eſt. Ex eorum igitur coitu duplex fit generatio, atque vna quidem ex ſeipſis; atque ſic ob imperfectionem non ſimile, ſed aliud generatur. Ex materia autem propria ex qua illi geniti ſunt, id eſt ex ſudore, aut recremento animalium eiuſdem generis, quoniam à Sole aut Luna præpararur, quam in ipſa animali: Hæc igitur cauſa eſt, quod excindere hoc animalium genus eorum prohibet generationem, non vt materiam, ſed vt agens, ac generans. Hoc igitur eſt, quod à Sole ab igneq; melius conſumitur, ab aqua autem eluitur, à frictione perturbatur, atq; corrumpitur. Ita cubicula principum ſic mundari ſolent. Hæc itaq; Cardanus Addo ego, qui fiat, quod minus infeſtentur lecti, quamdiu ab homine occupantur, cum contra fieri deberet, ſi ex recremento eius ortum habeant, vt philoſophus dixit. Vidi ſæpe peregrinantium, vel rus euntium lectos ſubito infeſtos eſſe Cimicibus, cum præſentibus ipſis nullus appateret: pręterea vnde ipſis cibus abſente homine: iis enim viuimus, quibus conſtamus. Sed hic lubens incido in locum quendam *f* Cardani de Carthuſianis Monachis, à quibus cum audiuiſſet illos Cimicibus non infeſtari, idq; multorum teſtimonio corroborari videret, vt pudereripſum negare, quod leuitatis eſſe putabat etedere, eos cauſam afferre addit, quod carnes non edant: ſeu id ſit, inquit, ob munditiem, aut artem aliam quampiam, nondum aſſequi potui. Ego tamen minus laboro quærere cauſam cur ſit, vbi mihi abunde nondum exploratum eſt, ſi ſit. Aduerſus quam opinionem ſic agit *g* Scaliger. De Carthuſianis Cimicibus arriſere tibi fabulæ Quarum nugas audes inſerere ſubtilitatibus. Sed ad iungis his mendaciis cauſas non minus vanas non tentari abillis, quia carnibus abſtineant. Vtinam Pythagoræ id ſcire conrigiſſet An non meminiſti: canes à Cimicibus non appeti: ab equis fugere Pulices Mures tantum alere, atq; inferre Pulicum, vt paulo minus accurrate proſpectanti Pulicis interdum corio tecte eſſe videantur. Eſto Cimicum incurſionibus nemo Catthuſianus vellicetur. Reſtat illud tamen: in eorum cubiculis an oriantur. Nam Toloſani lectuli non eſtant carnes, & tamen ea peſte infames ſunt. Magnam v. ſane rem. Si Carthuſianorum aſarcophagia exterminet ex illorum toto cœlo tam fœtidam beſtiam. Nam in Marſis Viperæ ſunt: ſed illis, quanquam infenſis, non infeſtæ. Naſcuntur abiegnis potiſſimum cubilibus maximeq; vbi palea inueterauit Si intra telam coacta fuerit, conſutaq; non naſcuntur Inter charraceos quoq; libros generantur. Sed mirum quantum in caueis gallinarum. Hactenus Scaliger. Sed illud ſummopere miror, quamobrem Cimices non generet palea intra telam coacta, ac conſuta cum æque tela, ac palea, quin imo prius recremẽto hominis inquinetur. Bononiæ & fortaſſis in tota Italia, paleam intra telam conſuunt, ſed nunquid ad hunc finem, neſcio, hocinterim ſcio, cum Cimices vel fugant, vel interimunt, paleam non renouare, ac ſi ea infecta non eſſet. Vt itaque fabuloſum eſt Carthuſianos Cimicib. carere, ita contra verum eſt, in Inſula S. Thomæ non reperiri Cimices: ſed Pulices tantum Vulgo item iactum eſt, è Cimicibus contritis nouos exoriri Cimices, quod, vt *h* Scaligeri verbis vrar, mihi quidem non ſit veriſimile. Sed quibus primordiis, illis in locis concreabantur olim ij, qui fuerint ibi contriti, ſubnaſci alios. Ligna enim quædam, inquit ille, vt abiegna, & paleas habere illiuſce ſpeciei ſecum rudimenta naturalia manifeſtum eſt. Qua natura ſuperſtite, atq; incolumi permanente, non tam redintegretur, & contrariorum rabo, quam noua ex veteribus principiis ſubſtituatur generatio. Mirum ſane eſt, quod refert *i* Cornelius Gemma, nempe quandam fuiſſe matronam in ciuitate prope Moſam, cui poſt capitis vehementiſſimos, & diuturnos cruciatus diſſecta caluaria magnam putredinis vim oſtendit circa ſubſtantiam cerebri, & inter meninges tum Vermiculorum, tum Cimicum copiam incredibilem. Quod ad victum attinet, is talis eſt, qualem diximus, nimirum humor ille, ſiue excrementum animalis, quo orſi ſunt, quamquam *k* Ariſtoteles viuæ carnis humore ali velit. Vnde itaque eis cibus in eo lecto, quem nemo frequentat?

e L.3. de ſanit. tuen. c.87.

Cut in charta naſcantur.

Duplex generatio

f Lib.10. de Subtil. Carthuſiani monachi an Cimicibus infeſtentur.

g Exer. 246 5.

Palea intra telam coacta Cimices non generat.

Cimices vbi non reperiantur.

h Lib.2. de plant.

i Lib.2. Comoſcrit.c.4. Cimices inter meninges.

k Li.5. Hiſt c.31.

DENOMINATA.

Cimicum arborem vocant Arabes vlmum, quod veſiculas proferat, in quibus Culices generantur, de quibus inter Culices diximus, vt Culicum arborem rectius nominaſſent: non enim ibi Cimices naſcuntur. Cimicia dicit *a* Iſidoro propter ſimilitudinem Cimicis Vnde, inquit, & eam Græci Corionem vocauerunt. Naſcitur in locis aſperis & cultis Ἀκρόζυα properdere Cimices affertur ex quodam Epigrammate.

Arbor Cimicum. Cimicia.

a L.17. Ori. c.9.

VT FVGENTVR.

MArcus *a* Vatro cucumerem anguinum condi iubet in aquam, eamque infundi quo voles, ita nullos accedere Cimices, & felle bubulo aceto mixto lectũ vngi. Didymus Cimicibus abolendis, picem liquidam & sylueſtris cucumeris ſuccum cubilibus inſpergit, item ſcylla particulatim diſſecta ttitaque in aceto, & ſpongia hoc liquore imbuta detergit. Itidem medicæ mali frondes cum oleo decoctæ, vt hanc peſtem arceant, lecticarum coagmentis illinit: traditque præterea tauſino, aut hircino felle, addito aeri aceto. cubiculorum parieres illini vtiliter: atque idem etiam præſtare, ſi viuum ſulfur, & oleum vetus adieceris. Cimices Lectularij nou adderunt, vbi locum glutini piſcium (quod ichthyocollon vocaut) decocti reſperſeris iure. Incubantes enecabis, ſi coctis olei fracibus & bubulo felli miſtis ex oleo rorauerís: aut hederæ, aut capparis frondibus ex oleo litis nec ſecus parietibus delitesſcentes perimes. Præſens eis moliuutur exitium, eum herbæ pedicularis acetabulum, ſcyllæ in taleolos diſſectæ tantundem, acris aceti ligula, teruutur vna, & cum incaluerint igni, linuntur. Aliqui cedrini liquoris portionem adijciunt, & quadrantalem paſſi modum: vitulini vel caprini feilis, quantum volæ ſinu capi poteſt, & tantundem paſſi cum aceto. Florentinus memoriæ prodidit Hirudines, & Cimices mutuo halituum eiaculatu confici. Illas, cum conceptum Cimicis nidorem ad eas fiſtula detulerit: hos, cum graui fumi virus hirudinibus emiſſum inſederit, ambitu velaminibus ſtipato, ne vapor euaneſcat in auras. *b* Plinius quoque vrentium ſanguiſugas necare Cimices ſcribit. Scolopendra ſiccata ſuo odore eundem præbet effectum. Ad idem pollent hederæ folia cum hirudinibus decem trita. Democritus aſſerit Cimices nec ſitu cubilium, nec aſpergine creari, leporis aut ceruis pedes à tergo circum lecti fulcra pendeant Si quis inter peregrinandum vas aquæ frigidę plenam lecticæ ſubijciat, dormientem non attingent. Lupini madentis imber, quo plerique omnes vtuntur, exanimat quos attigerit. is tamen non prohibet conſperſus, quin paulo poſt rediuiui conualeſcant. Ad Cimices necandos probatum Alexij, Accipe abſynthij, rutæ, olei communis aquæ, ſingulorum, quod ſufficit, coquantur omnia bene vſque ad conſumptionem aquæ, deinde coletur oleum, cui miſceatur axungiæ, quantum ſatis eſt, & fiat vnguentum, quo lecticarum iuncturæ inungantur. Aliud ad Cimices interficiendos expertum, eiuſdem. Accipe axungiæ porcinæ, argeuti viui, ſingulorum quautum ſatis eſt, miſceantur optime, & fiat vnguentum, quo lecticarum iuncturæ, & rimæ inungantur. Idem facit tinctura ſulphuris Aliud Accipe abſynthij m.r. ellebori albi vnciam: coquantur in Lixiuio, vſque ad tertiæ partis conſumptionem, quo iuncturæ lectorum inungantur. Aliud. Abſynthium, ruta, abrotonum, mentaſtrum, ſaturcia, iuglandis folia, filix, pſeudonardus, quæ nobis lauendula dicitur, nigella, coriandrum viride, pſyllium; anagyris; omnia, vel aliqua culcitris ſupponantur: aut coquantur in aceto, ac inde toralia conſpergantur. *c* Plinius folia vtriuſque filicis Cimices necare ſcribit. Geniſtæ cõmunis ſiliquæ ſemine prægnantes, quod Cimices refere figura quodammodo & colore videtur, ſi ſub puluinari, & lecto ponantur, Cimices fugant, quod nuper fortuito quidam didicit, & mihi retulit. Democritus tradit, ſi crines equi ſuſpendautur in oſtio cubiculi, non intraturos Cimices; ſimiliter præſtat nigillæ, & cicutæ fumus Raſis teſtatur, ſi inungatur cotpus ex oleo, in quo decoctum ſit abſynthium non appropinquare Cimices. Si caunabis ponatur per lectum, fugient, & non iterum venient, vt voluit Hippocrates. Stercus rauri ſi credendum Auicennæ, propriam fugat Vermes venenoſos, & Cimices, ſi eo ſuffitus fiat. Cimices quoque referunt pelli, ſi ebulis viridis in ſpondarum capitibus ponatur, forſan ob odorem tetrum: hoc certe, inquit *d* Cardanus, eſt malum malo pellere. Occidit eos fumus chalcanthi & æruginis, ſed non ita quin denuo redeant: itaque nil melius eſſe iudicat Cardanus, calce cum lixiuio feruente mixta, & vt hic diu torreantur rabulæ & vndique inde miſceantur ſtaphiſagria & hydrargyrium, & ſulphur, & oleum laurinum chalcantho & ærugini, ſi illinantur. Fumus ex ſtercore bouino expellit eoſdem. irem ligni aloes, myrtuum ſiccarum, & cymini, & bdellij Cimices grauis odor rubrarum pellium, quæ à Germanis Reuſch leder appellantur, mirifice tollit: hæ autem à Moſcouia per Bulgariam in Italiam, & Romam venales aduehuntur Iuuat in primis ſtorea eos ſub ceruicali poſita excipere, & mane excutere collectos, & veſperi etiam, antequam ſe ad dormiendum conferant: ſic enim quoſcunque occidenr, à moleſtia auferent alios Storea vt eſt veruſtior, ita fit melior: nam ſocietate odoris alliciuntur. Sic plerumque fit Bononiæ.

a Lib. 1. de reruſt. c. 3.

Hirudinũ & Cimicũ antipathia

b Lib. 32.

Vt dormiẽtem non attingant.

c Lib. 27. cap. 9.

d lib. 7. de Var. rer. cap. 30.

VSVS IN MEDICINA.

PLautus *a* Leones animalculis, quæ homines infeſtant continuo, comparans, minus recte Cimices putat nullius vſus eſſe, dum ait.

Item genus eſt Leonum inter homines meo quidem iudicio.
Vt Muſca, Culices, Pedeſq;, Pulliceſq;, Cimices
Odio & malo & moleſtia, bono vſuiq; eſtis nulli.

Tametſi n. infeſtiſſima fędiſſimaq; ſint animalia, noluit tamen eos genuiſſe natura omniũ rerum parens, quin ſuum haberent in medicina vſum. Quædam pudenda dictu, inquit *b* Plinius, tanta authorum aſſeuerarione commendãtur, vt præterire fas non ſit. Siquidẽ illa concordia rerum, aut repugnantia, medicinæ gignuntur, veluti Cimicum animalis fœdiſſimi, & dictu quoque faſtidiendi natura, contra ſerpentium morſus, & præcipue aſpidum valere dicitur. Item contra venena omnia: argumento, quod dicunt galli-
nas. quo die id ederint, non interfici ab aſpide: carnes quoq; eo
rum percuſſis plurimum prodeſſe. *c* Dioſcorides quoq; Cimices
ad multa mala celebrans: Cimices, inquit, qui in cubilibus ena-
ſcuntur, cauis fabarum incluſi, ſi ante febrium ſignificationes ſe-
pteni deuorentur, quartanis ſunt auxilio: & citra fabas ſumpti,
percuſſis ab aſpide proſunt. Vuluarũ exanimationes olfactu reuo-
cant. Poti cum vino, & aceto, adhærentes ſanguiſugas abigunt:
triti & vrinariæ fictulæ impoſiti, vrinæ auguſtias leuant. Hæc il
le, quæ præcitato loco Plinius partim confirmat, partim refellit,
his verbis. Ex his quæ traduut humaniſſimum eſt illinere morſi-
bus cum ſanguine teſtudinis. Item ſuffitu eorum abigere ſangui
ſugas adhærentes, hauſtuſque animalibus reſtinguere in potu da-
tos, quanquam & oculos quidam ijs inungunt tritis cum ſale, &
lacte mulierum, aureſque cum melle, & roſaceo admixtis. Eos
qui agreſtes ſint & in malua naſcantur, crematos cinere permixto
roſaceo iufundunt auribus Cætera quæ de his tradunt, vomicæ
& quartanarum remedia, aliorumque morborum, quanquam o-
uo; aut cera, aut ſala incluſos cenſeant deuorandos, falſa, nec refe-
renda arbitror Lethargi tamen medicinæ cum argumento adhi-
bent, quoniam vincatur aſpidum ſomnifica vis, ſeptenos in cya-
tho aquæ dantes, puerilibus annis quaternos. Et in ſtranguria fi-
ſtulæ impoſuere. A deo nihil illa rerum omnium parens ſine ingentibus cauſis genuit. At vero de potu ipſorum ad hirudines eijciendas Galenus ita cenſet: Quidam de Cimicibus ſcripſerunt, quod ſi cum aceto bibantur, deuoratas hirudines eijciant. Nos autem per allij eſum ipſas eijcientes, Cimicibus nihil opus habuimus. Equidem & ego à tam fœdo medicamento plurimum abhorreo *d* D. Hieronymus tamen Cimices ad ſanguiſugas celebrans, hoc remedium in tam inutili neſcientibus animale proponit, ceu quid admirandum Quid ita inutile inquit eſſe videtur, neſcientibus vt Cimices? Si ſanguiſuga faucibus hæſerit fumo eius excepto, ſtatim euomitur. & difficultas vrinæ huius appoſitione laxatur. Hierocles, ſi tardius reſpondeat vrina in equo, viuũ Cimicem in aurẽ indi iubet, aliumque in parte genitalis ſuperiore in foramen quo meat vrina pertritum imponi, itaque ſtatim lotium erumpere. Itidem recentiores quidam ad ciendam vrinam, viuis Cimicibus in penis organum immiſſis, non autem mortuis, vt Dioſcorides voluit, vtuntur, quod Mathiolo magis conſentaneum eſſe videtur, quod in meatum vrinarium inditi viui, ingreſſu titillationem excitent, & vrinæ vim expultricem proritent. Michael Sauonarola tamen *e* Dioſcoridi ſubſcribit, laudatque præterea ad lapidem oleum, in quo ebulliti ſunt Cimices multi contriti, ſi in eo plus quam tepido in vaſe aliquo exiſtente virga teneatur; immo, inquit, creditur, quod etiam hoc modo iam egredietur è veſica. Et quamuis Plinius Cimicum remedium a Dioſcoride memoratum ad quaternas improbet, Serenus tamen Cimices inter quaternæ remedia recenſens cauit:

Allia non pudeat terno cum Cimice trita
Et dilluta mero, mediis haurire diebus.

Et Marcellus Virgilius Cimices in vrbe & agro dari vidit triros in puluere in cunctis febribus. Idem Serenus Cimices celebrat ad hæmorrhagiam.

Si modicus pleno manat de corpore ſanguis
Subuenit, at nimius cum vita ſundit turipſa.
Quapropter multo naris completa cruore
Cum fluit, attritus Cimex conducit odore.

c Lib. 2. cap. 33.

Cimicum agreſtium vſus.

d Lib 2. contra Iouinianum.

Contra vrinam retentam in equo.

e Tract. 6. cap. 18.

PROVERBIVM.

TAmetſi Cimex tam immundus ſit, tamque humilis, atque tam peſſime olens, ſit nihilominus interdum eiuſdem mentio, vt nihilo plus ſit is, quem illi comparamus, Immo Italicum prouerbium eſt, aliquem Cimice ſordidiorem fore. Sapirque adagium hoc antiquitatem, nam & Horatius Pantilium poetam quendam, ſordidum Cimicem vocat.

Men' moueat Cimex Pantilius? aut crucier, quod
Vellicet abſentem Demetrius.

Quem locum Horatij notans *a* Turnebus, Cimicem, inquit, dixit Horatius Pantilium ad contemptum, ex Inſecti nomine, & fœtore omnibus inuiſi, & quod ab eo morderetur, rodoreturque. Elegantiſſime etiam Strephiades apud *b* Ariſtophanem, Corynthios ſerpentes, Cimices vocat, & quantopere homines infeſtent, oſtendit. Is enim cum prius dixiſſet ſeſe pœnas Cimicibus daturum, poſt ſubinde morſus à Cimicibus exclamat:

Πόλλυμαι δέλαιος ὑπὸ τῶν κοίμησοδῶν.
Δάκνουσι μ' ἐξέρποντες οἱ κορίνθιοι,
Καὶ τὰς τῶν θυρᾶς δαιδάπτουσι,
Καὶ τὼ ψυχὼ ἐκπίνουσι,
Καὶ τοὺς ὄρχεις ἐξέλκουσι
Καὶ τὸν πρωκτὸν διορύττουσι
Καί μ' ἀπολοῦσι.

Id eſt.

Perditus ſum miſer è ſcabello,
Mordent me extra ſerpentes Corynthy,
Et latera deuorant,
Et animam ebibunt,
Et teſticulos extrahunt,
Et culum defodiunt.
Et me perdunt.

Pantilius poeta Cimex cur dictus.

a Lib. 15. cap. 19.

b In Nebulis. Corynthy ſerpentes

In Ata. e Scaliger quoq; quendam Sabaudianum Cimicem ſordidiſſimum vocat: & alias quoque de Picato & Ipnio, canebat:

Curtus Picatus, Pertica Ipnius longa eſt
Cimex Picatus repit, Ipnius nutat.

A

EPIGRAMMA.

ANtiphanis epigramma in Grammaticos, quos Cimices vocat,

Γραμματικῶν πολύεργα γένη, ῥιζώματα μούσης
Ἀλλοτρίης, ἀτυχεῖς σῆτες ἀκανθοβάται.
Τῶν μεγάλων κηλῖδες, ἐπ' ἐρίνυν δὲ κομῶντες
Πικροὶ, καὶ ξηροὶ, καὶ μιμόχαρι πολύκυπες
Ποιητῶν λώβαι, παισὶ σκότ' ἀρχομένοισι,
Ἔρροιτ' ἀφώνων λαθροδάκναι κόρεες.

Grammaticorum curioſa genera, eradicatores muſæ
Aliena, infelices Tineæ ſpiniferæ.
Magnorum maculæ, propter Erinnam enutrientes comam
Auari & ſicci Callimachi ante latratores
Poetarum contumeliæ, pueris incipientibus tenebræ
Valeatis in malam rem, clanculum mordentes Cimices,

CAPVT III.

DE CIMICIBVS SYLVESTRIBVS. Plinii.

TAmetſi eiuſmodi Inſecta, quorum aliquot diuerſas ſpecies ſubinde depingam, alata cum ſint, ad præcedentem librum de Coleoptetis pertinere videantur; nihilominus ob communem, quem habent cum lectulariis Cimicibus fœtorem peſſimum, vnde metito Syluestres Cimices appellauit *a* Plinius natutæ ſcientiſſimus, & vulgo in agro noſtro Cemici Botari nominantur, non incongrue hic ponenda arbitramur. *b* Catdanus etiam hotum videtur meminiſſe; Referunt, inquit, in Darianæ prouincia Occidentalis Indiæ Cimices eſſe volantes: ſed nil prohibet, quippiam tale oriti: nam & apud nos intet herbas duo progignuntur animalia Cimicibus ſimilia; vnum odore, non forma: alterum forma non odore: neutrum ex ea ſpecie eſt; ita de illis dicendum. And. Matthiolus eſſe quoq; meminit ſylueſttes Cimices, qui in hetbis & victum, & locum habeant, lectulariis maiores, colore viridi, æque ac illi fœtidi: ſed hos, nullum in medicina vſum obtinere exiſtimans, non parum fallitur: nam Plinium ſi adiiſſet, quem alias conſulere ſempet ſolet, vſum percipiſſet. Is enim præcitato loco: „ Eos, inquit, qui agreſtes ſint, & in malua naſcantut, ctematos cinere petmiſto toſaceo infundunt aurib. Et *c* alibi poſt idem remedium tepetit. Ptæterea Matthiolo vnicum tantummodo horũ ſylueſtrium Cimicum genus cognitum fuiſſe appatet, cum vitide eſſe dicat. Ego multorum aliotum colotum eſſe obſetuaui, vt mox patebit. Et quamuis Plinius maluæ Cimices vocet, ac ſi in ea generentur peculiariter, paſſim tameu in aliis etiam ſtirpibus eos eſt repetire, ac potiſſimum in oletibus, vt Marcellus Virgilius quoque ait. Inuenio apud principem Auicennam in ſecundo canone ex fraxino capira inflata ſicut granata (vtor interim eiſdem verbis) egredi, in quibus ſit humiditas, de qua Cimices otiantur; cumque capita huiuſmodi aperiuntur, Cimices ex illis egredi Sed locus iſte mihi valde ſuſpectus eſt: arbittorque pto fraxino vlmum, pro Cimicibus Culices ſctibi debere. Vlmum enim arborem Cimicum Arabes appellare diximus, & ex eius veſicis Culices, non Cimices oriri, neque fraxinus veſicas, quod ſciam, procreat. *d* Iulius Scaliger hoſce volantes Cimices ſenectam exuere negat, eoſdemque igneos eſſe ſeſe expertum eſſe ſcribit. Ii, quos ego diuerſis temporibus obſeruaui, differunt inuicem colore, magnitudineq; & latitudine: ſed pictor deceptus nominis vicinitate exiguum quendam ſilicem, in quo humana facies expreſſa eſt, pro Cimice primo & ſecundo loco depinxit. Num. 3 Cantharidis potius, quam Cimicis ſpecies. Pedibus enim eſt longioribus, quam Cimices habere ſolent. Vndiquaq; colore eſt miniaceo, ſed maculis nonnullis attis reſpergitur. Num. 4. Cimex lectularius, nulli nõ notus. Num. 5. Cimex ſylueſtris non fœtens, vndiq, ſubflauus, lineis fuſcis. Nu. 6 colore flauo: alter verſus caudam albeſcens Numer. 7. 8 9 etiam flaueſcunt, ſed veluti humanam fere faciem per alas expreſſam gerunt Num 10. colore ferme eſt caſtaneo, & alterius ſotte generis, vel Cantharidis, vel Scarabæorum. Num 11 Cimex ſylueſtris minor vndique cinereus. Num 12. Ex Scarabæis videtur, aut Ricino congener, ſi alati dentur, quod nondum obſeruaui, ex cinereo ad caſtaneum vergit. Num. 13. Totus eſt coloris caſtanei, lineis nigris in longum ſectis. Numer. 14. Cimex atrocœruleus prope caudam tribus notis albis reſperſus. Num. 15. Colore eſt caſtaneo, macula in extremis alis ciuerea. Num. 16. Luteus, nigro & albo conſpetſus. Num. 17. Cinereus macula argentea. Num. 18. Cimex olerace[9] attorubens, macula circa anum cinerea. Mordella vulgo. Num. 19. Mordella ſiue Orſodacne alia oblonga. Num. 20. Cimici & Pamphreno ſimile inſectum Num. 22. Cimex cinnabatinus cruciger. Num. 21. Cimex viridis. Num. 23. Cimex non ſœteus, atrouiridis, guttis albis plurimis ornatus. 24 Cimici ſimile Inſectum cineteum fere anelytrum. Num. 25. Cimici ſimile anelytrum aliud pedibus longis Locuſtæ. Num. 26. Cimex ruber lineis nigris in longum inſignitus.

a L. 29. c. 4.
b Lib. 7. de Var. rer. ca. 28.
Matthioli error.
c L. 30. c. 3.
d Exer. 189.

B

CAPVT IV.

DE PEDICVLO.

CImices metito Pediculi ſequuntur, Pediculoſque Pulices: ſiquidem omnes humano potiſſimum generi infeſti ſunt ſuis moriſibus, & ex eiuſdem exctementis, licet diuerſimode, oriuntur: odioſius tamen nomen Pediculorum, quam Pulicum: quanquam Lodouicus Imperator, cum familiarium ſuorum quidam Pediculum forte in veſte eius offendiſſet, hominem ſeſe eſſe dixiſſe fetatur, ac ſi humanum eſſet, hac lue infeſtari.

ÆQVIVOCA.

Φθεῖρες (ita Græci fere omnes Pediculos vocant) vocantur etiam τὰ τῶν πτύων ἐξαιθήματα; id eſt tubercula picearum, vnde inquit Euſtathius φθειρῶν ὄρος, id eſt, Pediculorum mons Cariæ onomaſticus nomen habet, qui etiam φθιρῶν per iota à quibuſdam ſcribitur, ampla ſignificatione: qua de re qui plura volet, ipſum Euſtathium adeat. Meminit eiuſdem montis *a* Strabo loquens de Lamico ſinu, & Heraclia oppidulo ſub Latmo. Id prius, inquit, Lamius dicebatur eodẽ nomine, quo & imminens mons " quem Hecatæus putat eum eſſe qui à poeta Pediculorum mons " appellatur. Dicit enim vltra Lamium vrbem, Pediculorum montem eſſe. Pediculos vocatos populos *b* Plinius enumerat inter populos Italiæ: Eodemque teſtante Pediculotum oppidum Iapyx erat, à Dedali filio denominatum, à quo Iapygia. Aget autem Pediculorum Brunduſio conterminus eſt. Et Pediculorum fluuius Pactius nominatur, de quo vide Abrahamum Ortelium. Pediculos tertæ quoſdam Scatabæos appellari, ex Plinio, ſupra ſuo loco diximus Eſt & φθεὶρ piſcis nomen apud Ariſtotelem, vbi Pediculus itidem dicitur à Gaza: Plinius eiuſdem meminit; ita autem dictus eſt à ſimilitudine Pediculorum capitis De Pediculo marino, nos poſtea: Pediculus denique eſt Latinis, quo fructus, nonnullaque folia ſtirpibus adnectuntur.

Pediculorum mons. *a Lib. 14. Geog.*
Pediculi populi. *b L. 3. c. 5.*
Pediculus tertæ.
Piſcis Pediculus dictus.

C

SYNONYMA.

כנים Hebræis credunt eſſe Pediculos: quidam Cyniphes, nomine effecto ex Græco Σκνίπες, vel κνίπες: qui ſunt Vermiculi ligna etodentes, Culices iuxta deſcriptionem Origenis, qui hoc animalculum pennis quidem per aeta volitare tradit, ſed ita minutum eſſe, vt oculi viſum effugiat, niſi acutiſſime quis cernat; & corpus vbi inſederit, acerbiſſimo terebret ſtimulo, vt ſentire citius ſtimulantem, quam volitantem videre valeas: Alii Cyniphes, quib puuiti fuere Ægyptii, Pediculos intetpretantur, ea propter fottaſſis, quod Flauius Ioſephus illos ſcribat Pediculis infeſtatos fuiſſe. ſed nos quoque ante Cyniphes Culices interpretati fuimus, quia ad κνίπες magis ea vox accedit. Sunt qui dictionem illam Hebraicam ad כיף reducunt quod firmiter innitatur & incumbat corpori: quod Pediculis, ac maxime feris conuenit. Huius ſingulare non inuenitur in ſcriptura, ſed apud doctores Hebræos eſt in vſu in fœminino genere, כנה. Plurale vero eſt defectiuum. id eſt ſine Iod ſigno pluralis præter vnum. Exod. 8 17. *Omnis puluis terræ fuit* כנים, *Pediculi*, id eſt, vetſus eſt in Pediculos. Idem Pſalm. 105 31 Exod 8. 1, 8. cum iod, *vt educerẽt* את הכנים *Pediculos*, & verſu 16 *& erit* לכנם *in Pediculos*, id eſt couuerteretur in Pediculos. Hieron. *& ſint Cyniphes* Et nomen ſpeciei ſeu collectiuum, cum Mem, quod tamen non eſt ſignum pluralis, ſed ſpeciei ſecundum R. D. Exod 8. 17. & 18. & fuit הכנם Pediculus in homine. Φθεὶρ fere vbique Græcis Pediculus appellatur, nunc vulgari Græco ψίρα. Inuenio & alia ſynonyma, licet minus vſitata. Ἐγκαρ exponunt cerebrum, vel Pediculum, vt apud *a* Homerum, vbi Achilles de Agamemnone dicit, πω δὲ μὴν ἔγκαρ ὤσῃ, vt ſit, Non pluris eum facio, quam Pediculum vel cerebrum: non minus enim cerebrum olim faſtidiebatur in cibis, quam Pediculus; quod cerebrum à Lycophrone ἔγκαρ, quoque dicitur eadem compoſitionis forma qua ἐγκέφαλος, videlicet παρὰ τὸ ἐν τῇ κάρᾳ ἤτοι τῇ κεφαλῇ εἶναι: ſed rectius ii, qui ſcribũt diuiſum ἐν καρὸς, & interpretantur, habeo eũ pro carico, mancipio. Vtriuſque expoſitionis meminit Euſtathius. Alii legunt ἔγκαρις & κάρυ quoque Pediculum exponunt, aut κῆρα ἔγκαιω θάνατον, ſicut *b* Cælius annotat. Apud Heſychium ἔγκαρος legitur expoſitum αἴσιμος, id eſt, iuſtus: poſitumque forſan Dorice pro ἔγκηρος. Κάρυος eidem Heſychio eſt φθεὶρ, βόσκημα, πρόβατος, id eſt, Pediculus, pecus, ouis, Et καρυοστάσιον ſtabulum ouium. Νίρυος ſiue Νίρμος Achæis eſt φθεὶρ, Pediculus eodem ſcribente, & Σάθραξ etiam φθεὶρ, item βραῦλα Λικνία vero μίκρα φθιρία, parui Pediculi, forte Ricini, ſiue Plactulæ. Ἀρπίδιον in veteri Lexico Græco ſunt Pediculi: Suidæ veto πρὸχοιρία, funiculi. Πολύποδες, εἶδος ἰχθύος καὶ εἶδος φθειρῶν apud Heſychium, id eſt, genus piſcis, & genus Pediculorum. Pediculi quoque Latinis, à pedibus ſi fidoro credimus, nomen meruerunt: dicuntur, & Pedunculi Plinio, aliiſque nonnullis, priſcis etiam Pedes, vnde apud Liuium Andronicum legimus: *Pulicesne, an Cimices, an Pedes, reſponde mihi*: vbi Feſtus, Pedes inquit, hic pro Pediculis: & apud Neuium: *Eſt Pedis vnus in naſo*: nec non apud Lucilium: *Vbi me videt, caput ſcabit, Pedes legit*: Quo loco Nonius Marcellus, Pedes, inquit, quem nos Pediculum dicimus. Vtitur eadem voce nonnunquam Plautus:

Cyniphes.
Pediculi.
Pedunculi.
Pedes.
a Iliad. I.
b L. 2. c. 2

D

E

Vt

Vt Musca, Culices, Pedesq;, Pulicesq; Cimices,
Odio & malo & molestia, bono vsuq; estu nulli.

c *In Menachmo.*

c Alibi quoq; Pedes nauales, meo iudicio Pediculos vocauit, quoniam captiui remiges ijs plurimum infestari contingit, vt in historia patebit: Lego tamen apud Nonium, remos esse nauales pedes. Alij apud Plautum eo loco exponũt seruos remiges, alij nautas, alij pueros, qui vsq; in naui herum secuti sunt. Malim tamen Pediculos exponere ob allatam rationem: Sed notandum Pedem, cum pro Pediculo Insecto accipiunt, eidem Plauto, vt Nonius annotat, fœminino genere proferri in Vidularia: *Vbi quamq; Pedem videbat, suffurabatur omnis.* Hinc pedicosum, pro pediculoso idem dixit: *Pedicosus, squallidus, vbi me vidit, caput scabit.* Et apud antiquos teste Festo aliquando inuenitur pedecosus in eodem significato: citatq; illud Titinnij:

Pedicosus. Pedecosus

Rus detrudetur pedecosus, squallidus:

Sexcupes. Vermes. Serpentes.

Dicuntur & Sexcupedes, item simpliciter Vermes, Plinioq; secundum nonnullos, etiam Serpentes, quanquam alij contra lentiant, quorum nouissimorum opinionem iure refellit *d* Mercurialis his verbis: Pherecydem Syrum pediculari morbo interijsse prodiderunt Aristoteles, Plutarchus, Serenus, Ælianus: cæterum *e* Plinius non Pediculis sed copia serpentium ex illius corpore eruptente Pherecidem expirasse tradit, quod similiter scripsit *f* Apuleus. In hac controuersia fuerunt, qui putarunt apud Plinium & Apuleum, alium esse morbum quo interijt Pherecydes, alium pedicularem: eo magis quod ipsemet alias *g* Alcmanem poetam & Syllam dictatorem, Pediculis obijsse dicit: vt etiam Aristoteles, Plutarchus, & alij testati sunt. Ego vero sum huius sententiæ, Plinium & Apuleum pro serpentibus, quibus perhibent esse extinctum Pherecydem, nil aliud intellexisse, quam Pediculos, & fortasse æmulati sunt hac in re *h* Diodorum Siculum, qui de Acridophagorum morbo sermonem habens, modo φθειρας appellat, modo ἑρπητα. Pediculus Italis Pedocchio nominatur, Gallis vn Pou, Germanis ein Lauß Hispanis Pioio, Belgis een Luys, Polonis Vvese, Vngaris Tetvve, Anglis à Louse.

d *Lib.5 Var lect. cap.6.*
e *Li.7. c. 51.*
f *Li.2. Flor.*
g *Lib.11. cap.33.*
h *Lib. 3. c.3*

GENVS. DIFFERENTIÆ.

a *Li.5. Hist. cap. 31.* Pediculeferi qui sint Aristoteli.

Aristoteli *a* duo tantum Pediculorum genera nota fuere, primum grandius hominibus valde familiare, in infantia potissimum, & ad pubertatem vsq; à capite ortu, & toto corpore errans. Alterum ferum vocauit, aitq; esse durius eo, quod magna ex parte prouenit, & corpori detrahi difficilius. Hoc communi omnium probatissimorum medicorum iudicio illud est, quod Plactulas nonnulli & Plattas, Itali Piattolas, & Piattones, à latitudine corporis dicunt, Galli Morpiones, Gordonius Pessulatas, Arabes Gardan: Itali nonnunquam etiam Ceccam: quam *b* Iulius Scaliger Ricinum esse recte iudicat, sed minus recte Ricinum hominis, si ita cum eo Plactulas vocare velimus, cum Ricino canis, qui fœcibus destinatum exitum non habet, implicare videtur, vt mox cũ verba eius citauero, cuique patebit. Duo tantum etiam genera agnouit *c* Cælius Aurelianus; Plurimi, inquit, Pediculi creantur, nunc formæ, nunc ignoti, nunc per eas partes, quæ capillatura conceptæ sunt, & nunc consuetia c simplicis formæ, nunc ignoti, hoc est latiores, & duri magis, ac sæuientes morsibus vehementer, quos quidam ferales appellant: nam sæpe etiam sub capillis inueniuntur, corpora penetrasse. Sic ille. Hoc postremum genus pubem plerunq; occupat, vnde Pediculus inguinalis etiam dicitur, axillas item, barbam, & palpebras. *d* Mercurialis pedibus carere scribit, & non ambulare, sed remanere infixos, & corrodere. Recentiores tertium genus addunt, quod sine pedibus esse rectius Mercurialis dixisset, Scirrones eos vocant, vulgus Pellicellos, quod inter pelliculam & cutem serpant, sinuantes sibi velut cuniculos, seu vesiculas non suppurantes, quasi quis perforet, exeunt albi, adeo tamen parui, vt vix deprehendi oculis possint, non tamen fugiunt acriorem visum in loco maximo lucido. Aristoteles scribit in cera generari animalculum omnium minimum quod Acari vocetur, sed nunquid Pedicello (sic nos in Italia vocamus) vel minus, vel maius sit, cum Acari nunquam viderim, iudicare non possum, diuersa tamen animalcula esse non dubito, quanquam sunt, qui secus arbitrentur. Cyrones multi vocant: latent, vt dixi, sub epidermide, sub qua serpunt clam erodendo, & molestissimum excitando pruritum, quod si inter vngues comprimantur, vbi extracti sunt, paruulum quendam sonum edunt. De paruitate istius animalculi, & de Plactula hæc *e* Scaliger prodidit aduersus Cardanum: De Acari scribens Aristotelico, recte eum cum Garapate comparasti: At quare longe minoris animalis oblitus es? Pedicellum Piceni, Scirum Taurini, Brigantem Vascones vocant. Nempe admirabile est. Et forma nulla expressa, præterquam globi. Vix oculis capitur magnitudo. Tam pusillum est, vt non atomis constare, sed ipsum esse vna ex Epicuri atomis videatur, Ita sub cute habitat, vt actis cuniculis vrat. Extractus acu, super vngue positus, ita demum sese mouet, si Solis calore adiuuetur. Altero vngue pressus haud sine sono crepat, aqueumq; virus reddit. Homini Ricinus innascitur è sordibus in barba, alis, inguine. Estq; id quod canibus Cynorai- stes. Crotonem Græci communi cum Arabicæ keruæ seminis nomine, Galli Platam vocant: cum tamen turgidus, & globosus sit. Admiranda natura: à qua vos materiales (omnia enim cum Alexandro vestro ducitis à qualitatibus elementorum) admoneri æquum est. Vt videamus, ad quem materiæ vel defectum, vel confusionem confugiatis. Hoc animal cum cibi habeat aditum, excrementi exitum non habet: Scio vobis, quid sit comminiscendum. Defuisse naturæ sabulam, qua illi eam partem terebraret. Iccirco Italia cum id animal Cæcam vocet: maiore fide fuisse excogitandum illis nomen arbitror: quo alterius, quam oculorum, loci cæcitas declaretur. Cæterum Cicam primum dictam reor: quia Cicy, Croton sit. Hæc itaq, Scaliger, Ricinum hominis, cum Ricino canis meo iudicio implicans. Atq; hisce trib., quę enumerauimus, Pediculorum generibus homines torquentur, differũtq; inter se & loco & corporis figura. Primum enim genus, quod communius est & familiarius, pletumq; capitis capillos occupat, quanquam in vestibus laneis, maximeq; leucophæis etiam gignatur, hoc cæteris est oblongius, in postica parte crassius, versus caput in acutum desinens. *f* Aristoteles pueris scribit magis, viris minus in capillis oriri. Idem tradit referente *g* Mercuriale, quod omnes illi quibus in capite sunt Pediculi, in reliquis optime valeant capite: ratio est, inquit, quia illa animalcula & generatione, & nutritione sua absumunt plurimam excrementorum copiam, quibus excrementis cum postmodum vacent capita, facile in reliquis sana degũt. Adyrmachidæ populi sunt interioris Libyę ab ea parte, qua Ægyptum spectat. De his memoriæ proditum est vtrumq; sexum æque comatum esse, quo fit vt plurimos alant tales Pediculos, quos vbi ceperint, præmorsos abjiciunt. Qui pubẽ infestant, barbamq;, axillas & supercilia, lati sunt & plani Minimi, quos Cyrones & Pedicellos nominari diximus, manuum, ac pedum digitos potissimum inficiunt, inter cutim, & cuticulam, oua Papilionum quodammoda sua figura æmulantur: sunt enim rotundi, exigui, subcandidi. *h* Scaliger Pediculos capitis nigriores esse scribit, quia succus ibi pinguior: ad cæteras corporis partes albidiores, quia siccius excrementum Sed de colore Pediculorum mox, vbi de eorum generatione & victu agemus, nonnulla iterũ dicemus. Sunt præterea alij Pediculi ab hisce quos enumerauimus plurimum differentes, qui nimirum alia animalia infestant: quin quot fere animalia, totidem quoq; Pediculorum genera. Auium Pediculi vulgo notissimi sunt, exigui admodum, quos homines non mordere expertus sum. Vulgo Pulini dicuntur à pullis, vt videtur, Gallinarum. Columbis tamen nihil minus infesti sunt, hyeme minus, æstate plurimum, vt vnico in nido incredibilis sit numerus, non omnes æq; magni, fragiles adeo, vt vel leuiter contacti rumpãtur. Phasianas hisce quoq; interire author est Aristoteles, nisi sese puluerent: omnibusq; auibus quibus penna caule cõstat, Pediculos gigni. Luscinias quoq; plurimum molestari Pediculis sunt qui velint. *i* Albertus Magnus maxime in auibus rapacibus generari scribit. Vulturis Pediculus, (quidam Pediculum Aquilæ nominant) teste Galeno exiguus est Auicenna ab eo non caueri ait, nec videri morsum eius: promouere vero eruptionem sanguinis per vrinam, per nares, ac per aluum nec non in ventriculo per vomitum, item ex pectore, pulmone & radicibus dentium, & quandoq; ita vehementer sanguinem educere, vt remedijs nequaquam cedat. Laudat autem Auicenna aduersus huiusce Pediculi morsum, lac dulce, nimirum caprinum, & butyrum crudum, terram præterea sigillatã, & portulacam & similia. Eiusmodi Auium Pediculi in capite atq; alis potissimum oriri, colligere licet ex consultissimo rei rusticæ *k* Columella: Etenim vbi docet quomodo Gallinæ farciantur, præcipit vt pluma omnis è capite, & sub alis, atq; clunibus detergatur: illic ne Pediculum creet: hic ne stercore loca naturalia exulceret. Sunt q; tales Pediculi quoque sexcupedes. Quadrupeda omnia excepto asino hisce Insectis obnoxia sunt, vt subinde ex Aristotele dicemus, sed hęc inuicem dissimiles sunt, vt dixi, alium enim canes, sues alium, alium equi, boues alium generant, curioseq; hæc omnia aliquando perscrutatus sum atq; obseruaui, sed obseruationem in tam magno studiorum meorum oceano reperire nequeo: quamobrem id solummodo, quod super hac re philosophus scriptum reliquit, adferam: Quin & ex cæteris, inquit, animalibus complura Pediculo infestantur, vt Aues Et Phasianæ quidem intereunt, nisi se puluerent Omnino quibus penna caule constat, ijs Pediculus gignitur. Nec ea quibus pilus est, carent eodem, excepto asino, qui non Pediculos tantum, verum etiam Rediuos (κρόπωνας) non habet Boues vtrumq; id habent Oues & capræ Rediuos habent, Pediculis vacant. Suibus quoddam Pediculi genus grande ac durum, familiare est. Canibus proprium Ricinus, qui ab eodem animali nomen Cynoraistæ accepit, (Græce legitur, οἱ δὲ τοῖς κύσιν οἱ καλούμενοι γίνονται κυνοραίσται hoc est, in canibus generantur, qui Cynoraistæ vocantur.) Hæc Aristoteles: quæ, vt apparet transferẽs in suam historiam *l* Plinius, nulla ratione horum animalculorum cum dixisset de ijs animalibus, quæ in ligno generantur: Iam in carne, inquit, exauimi, & viuentium quoq; hominum capillo, qua fœditate &c. hoc quidem & aues infestat, Phasianas vero interimit, nisi puluerantes sese. Pilos habentium Asinum tantũ immunem hoc malo credunt & oues (in margine recte legitur boues, nam de ouibus id falsum est; quin & Plinius subiungit, gignuntur autem, & vestis gentre, præcipue lanicio interemptarum à Lupis ouium, qua de re nos postea agemus) Aquas quoq; quasdam, quibus lauamur fertiliores eius generis inuenio apud authores. Atq, hæc de varijs Pediculorum generibus, quæ in hoc nostro orbe cum homines, tum aues, tum terrestria quadrupedia infestant, qui omnes alis carent: dantur tamen etiam alati Pediculi, quos ex Locustarum continuo esu in Acridophagis siue Locustiuoris populis quibusdam Æthiopiæ nasci *m* Diodorus Siculus attestatur, finem eorum vitæ non solum mirabilem esse scribens, sed etiam incredibilem: nam appropinquante senecta, Pediculi, inquit, alati, non solum visu varii, sed etiam specie horridi, ac tur-

b *Exer. 195 7.* Scaligeri error.
c *Lib.3. cap 2.*
Pediculus inguinalis.
d *Lib.1. de morb. cut. cap. 7.*
Pediculorum tertiũ genus.
Acari animalculum minimum.
Cyrones.
e *Exer.194. 7.*

Differẽtiæ.
f *Li.5. Hist. cap.31.*
g *Lib. 1. c. 7. de mor. cut.*
h *Exer. 59.*
Pediculi aliorum animalium.
i *Lib.26. tractat. 2.*
Pediculus Vulturis.
k *Lib. 8. cap.7.*
Asinus Pediculis caret.
l *Lib. 11. cap. 33.*
Pediculi alati.
m *Li.4. rer. antiq. cap.3*

,, ac turpes in corporibus nati, ventrem primo, tũ pectus, deinde
,, totum corpus paruo tempore exedunt. Qui morbũ patitur pri-
,, mum veluti ſcabiei cuiuſdã pruritu allectus, corpus ſcalpit, vo-
,, luptate ſimul & dolore perceptis: deinde exorientibus Pediculis
,, ſimul effluente ſanie, morbi acerbitate, ac dolore percitus, vn-
,, guibus corpus magno cũm gemitu lacerat. Tanta vero Vermiũ
,, copia effluit, alijs ſuper alios tanquam ex perforato vaſe ſcatu-
,, rientibus, vt deleri nequeãt. Hoc pacto ſiue cibi, ſiue aeris cau-
,, ſa miſerum ſortiuntur vitæ finem. Hæc Diodorus. ſupra quoq; capite de Locuſtis de ijſdem Pediculis egimus. In mari quoq; piſces Pediculi infeſtant teſte *n* Ariſt verum cum non in piſcib. ipſis, ſed è limo ſimile gigni id animal dicat multipedib. Aſellis, itaq; de eo poſt priuatim agemus. Habent deniq; & plantę ſuos Pediculos, vulgo Pedocchietti dicũtur. Corpore ſunt viridi, admodũ exiguo, flores & fructus interimunt, pedes ſex habent, in capite binas antennas. Ruſtici inquiũt oriri ex rubigine, q̃ vulgo melumo dicitur.

n Li. 5. Hiſt. cap. 31.

Pediculi in plantis.

GENERATIO. VICTVS.

De cauſa materiali, & loco generationis Pediculorum (loquimur autem hic potiſſimum qui homines infeſtant) controuerſæ ſunt veterum authorum ſententiæ. Philoſophorum enim princeps *a* Ariſtoteles ex carne Pediculos oriri putauit, quemadmodum diſertiſſimis hiſce verbis ſcriptum reliquit: Quæ ex numero Iuſectorum non carne viuunt, ſed carnis viuæ humore alũ-
,, tur, vt Pediculi, Pulices, Cimices, hæc per coitum generant ea
,, quæ Lentes (κόνιδας) vocant, ex quibus nihil præterea naſci po-
,, teſt. Illorum autem generatio talis eſt. Pulices minima quadam
,, putredine gignuntur, ſedemq; ſui ortus ſordes obtinent aridas.
,, Cimices ex humore, qui per ſumma corporis animalium conſi-
,, ſtit. Pediculi ex carne: quibus futuris emergũt eeu puſtulæ quę-
,, dam exiguæ, quas ſi pungas, Pediculi exeunt. Accidit morb. hic
,, nonnullis hominibus præ nimio corporis humore. Quibuſdam
,, item morborum generibus copia naſciturPediculorum: Et poſt
,, eodem capite, Genus autem vnumquodq; Pediculi ex corpore
,, ſui animalis enaſcitur. Atq; hæc eſt opinio *b* Ariſt. Theophraſtus vero eius diſcipulus voluit ex corrupto ſanguine Pediculos
,, naſci. nam apud illum ſic legimus: Omnib. cognati nutrimenti
,, deſiderium eſt: quemadmodum Pediculis ſanguinis, ex cuius
,, corruptione generatio eorum exiſtit Theophraſto calculũ adi-
,, jcit *c* Plinius, qui ſcribens Syllam dictatorem conſumptum eſſe phthiriaſi ſiue morbo Pediculari, Pediculorum generationem ponit in ſanguine hominis. Vnde fortaſſis Ægyptij morbum hunc in corde, quod fontem ſanguinis conſtituunt, poſuere. Sed eiuſmodi ortum nihili facit doctiſſimus *d* Mercurialis, Pedicularem mor-
,, bum, inquit, in corde fieri, vt Ægyptios, qui mortuorũ corpo-
,, ra, valetudinum cauſas cognoſcendi gratia, diligenter perſcru-
,, tabantur, inueniſſe teſtatur *e* Plinius Medicus: omnino fabulo-
,, ſum puto cum neq; humores paruos, nedũ animalia noxia cordi appropinquare natura patiatur. Idem Mercurialis Theophraſt. cum Ariſtotele ceu concilians, neutrum fefelliſſe putat, cum vtroq; modo animalcula illa producantur, & caro ſit ipſiſſimus ſanguis. Idem Mercurialis meo iudicio recte, & Ariſtotelis, & Theophraſti opinionem impugnauit: illius, duabus rationibus, prima eſt; quia in cute capitis naſcuntur Pediculi, vbi minima eſt carnis portio: quod ſi fierent ex carne corrupta, ſane in pueris, quorũ capita abundant his animalibus, prorſus deſtiruerentur carne, quia tota conſumeretur: altera ratio eſt, quia Pediculi maxime abundant in ſecunda, & tertia hecticæ ſpecie: veruntamen in hoc morbo, ita carnes ſunt conſumptæ, vt nullus remaneat locus Pediculorum generationi. Itaq; remanet nullo modo fieri poſſe, vt Pediculi gignantur ex carne, quemadmodum dicit Ariſtot Theophraſti quoq; ſententiam duabus itidem rationibus refellit: prima eſt, quia in febribus ijs, in quibus ſanguis putreſcit, nullus apparet Pediculorum prouentus, quod ſignum eſt, non eſſe materiam Pediculorum ſanguinem corruptum. Altera ratio eſt: quia cum orta principijs ſuis atteſtentur, ſi fierent ex ſanguine, aliqui ſaltem apparerent coloris rubri, & ſanguinei, ſed nulli videntur, imo color ipſorum eſt prorſus alienus à colore ſanguinis, vnde patere poteſt non generari à ſanguine corrupto. Cæterum quamuis neq; Ariſtotelis neq; Theophraſti opinionem aſtruere velim ad Mercurialis argumenta tacite tamen reſpondere poſſim. nam quod dicit capitis carnem cito abſumendam iri, ſi ex ea Pediculi orirentur, id leue argumentum eſt. non enim carnem edunt Pediculi, vt ex Ariſtotele diximus, ſed carnis viuæ ſucco aluntur: neq; in vtraq; illa hecticæ ſpecie caro ita abſumpta eſt, quin ſua putredine Pediculos generare poſſint niſi multos, paucos ſaltem, qui alios generabunt copioſe (non enim in ea ſententia ſum qua Ariſtot., qui ex eorum coitu Lendes ait naſci, ex Lendibus deinceps nihil) propter nutrimenti abundantiam. Quod autem ipſa caro in quandam humiditatem ſoluatur, ex Vermibus, & Pediculis, qui in his hoc tempore apparent, licet cognoſcere Neq; hæc *f* Ariſtotelem latuere, qui in quibuſdam morborum generibus copiam naſci Pediculorum ſcribit. Auenzoar etiam lib. 1. tract. 1. cap. 11. ſcribit fuiſſe ſententiam Galeni, quod gignantur intra cutem & carnem, hoc eſt, in loco medio inter cutem, & carnem. Atq; hac ratione quis etiam Ariſtotelem interpretari queat, quamquam Galenus locum, vbi generantur Pediculi, imum cutis, hoc eſt prope carnem eſſe velit. Iam vero ad primam rationem, quam adfert Mercurialis aduerſus Ariſtotelis diſcipulum Theophraſt quod videlicet Pediculi non dentur in febribus, quę fiunt ex putreſcente ſanguine, in promptu ſua eſt reſponſio, quod ſanguis ille non putreſcit in loco vbi Pediculos generare aptus ſit: ſed hoc ſaltem verum non eſt, quod rubei non dentur Pediculi: quin contra, hi colorem humoris quo con-

a Li. 5. Hiſt. cap. 31.

b Lib. 2. de cauſ. plant. cap. 22.

c Lib. 26. cap. 13.

d Li. 5. Var. lect. cap. 6.

e Lib. 4 c. 1.

Ex carne non naſci.

Non naſci ex ſanguine.

f Li. 5. Hiſt. cap 31.

A ſtant, ſequuntur, vt mox patebit Ego arbitror Pediculos, vel intra, vel extra corpus gigni; cum extra gignuntur, id puto fieri dupliciter, vel enim ex excrementis tertiæ concoctionis ſudore; ſordibuſq; & immunditia, vt fit in longis itineribus, vel per contagium, & conuerſationem cum pediculoſis, qua de re poſt *g* Galenus vero eumq; ſecutus Princeps *h* Auicenna, ex huiuſmodi excremẽtis putrefactis, non acrib, non prauis, Pediculos in profunda cute oriri dicentes, non aduerſantur: nam ij de phthyriaſi loquuntur, non de vulgaris Pediculis, qui extra fiunt. Sed eorum ſententia vt recte intelligatur, ſciendum eſt, inquit Mercurialis, quod vbi ſanguis in ſubſtantiam membrorum conuertitur, multa excrementorum genera producuntur quorum alia diſſolnuntur per inſenſibilem tranſpirationem, alia per ſudorem, alia conuertuntur in ſordem; alia vero retinentur in ipſa cute: quæ retinentur in cute, ſi in ſummo eius retineantur, faciũt furfurationẽ, ſi in profundo aut ſunt praua, & acria, & faciunt ophiaſim; aut non ſunt acria, neque praua, & faciũt Pediculos. Proxima ſane, & continens cauſa Pediculorum eſt materia putris calida, & humida, quæ in cute redundat. Hæc autem eſt ſordes quædã, quę ſuperat, cum aluntur partes ſolidæ, retinetq; al. quo pacto naturã humoris ſuperantis. Potest autem quiuis humor putreſcere, non tamen ęqualiter, qui calidus eſt, & humidus, putreſcit facile, facile etiam putreſcit pituita, quæ humida eſt, vbi ob circumfuſam fuligineṃ incaleſcat: eiuſmodi ſuccus cum in cute putreſcit Pedunculos profert quales voluit Ariſtot, ſed ſi extra pro pulſus capillorum fundo hæreat, eõmunes illos generat, quales pueros, & mulieres magis inſeſtãt, illos quod communiter tales ſuccos producere apta ſit eorum humida ætas, has tum ob eandem cauſam, tum quod longos alãt capillos, quos non inepte ſyluam, aut nidum Pediculorum vocare liceat, biliouſus vero & melancholic[9] ſuccus ægrius putreſcit, magis interimit, quam gignit Pediculos: nam hos conſtat felle illito interimi. Sordes autem illa, quæ communes Pedunculos gignit, à ſanguine pituitoſo maxime, vt dixi proficiſcitur, quæ Plattas à pituita glutinoſa, quæ Scirrones à ſanguine vel pituita, cui admixtũ ſit aliquid flauę, vel atræ bilis tenuioris vim habens leniter erodẽdi. Qui capillorum ſyluam frequentant, minus pręter naturam eſſe videntur. Plattæ ſiue Morpiones aridiorem ſortiuntur materiam, qualis eſt ſemiaſſata: vnde minus turgidi, ſed preſſiores videntur. Cyrones ſiue Pedicelli ex ſicciore adhuc ſunt materia, quę lẽtoris inopia velut in atomos diſcinditur. Rurſus Pediculi illi communes cum putrefactum ſui ortus cauſam habent ſanguinem, rubei ſunt, qui pituitam, vt plerumq; fit, albi, cui admixta bilis portio eſt, veloces ſunt, longi & citrini, cui melancholia cinerei, macilenti, & tardi. Iam vero extra corpus ex contagio, & conſortio cum pedicoſis, itemq; ex neglecta corporis munditia naſci Pediculos communes ucminem latere puto Accidit, inquit, Hali peregrinanti copia Pediculorum in corpore propter ſudorem ac pluuerem, balneiq; paucitatem. Milites vulgares non ipſi etiam tantum ſcatent Pediculis in caſtris propter rarius mutatas veſtes, maxime camiſias, & linteamina, ſed ipſos etiam præfectos ac nobiles inficiunt. Ad cuius corroborationem narrabo quoddam auguriũ ex Pauſania, de Phalanto Spartano Pediculis ex longo itinere infecto. Phalanthus Spartanus, inquit itaq; Pauſanias, claſſe in Italiam vectus cum Tarentinis congreſſus, & repulſus caput in ſinu Æthræ vxoris repoſuit, illa marito Pediculos legens profuſis lachrymis ſortem eius aduerſam defleuit. Itaq; oraculum Delphicũ de ſede ibi figenda, vbi ἀπὸ αἴθρας imbrem decidere animaduertiſſet, Phalanthus intelligens, non multo poſt Tarento potitus eſt. Pauperes item non tam ob prauitatem eſculentorũ & porulentorum, quam quod nullam adhibeant munditiam, neq; murent lintea ſæpius, ſed pannis ijſdem veſtiantur, Pediculorũ multitudine vexantur: quod & remigibus vſu venit in triremibus, & his, qui religionis cauſa, non linteis, ſed ex lana contextis tunicis vtuntur. Scorta & hi qui frequenter concumbunt, ſi non lauentur ſæpe, ſi non detergant ſordem, ſi eadem veſte vtãtur, quę vt inquit Lucretius, veneris ſudorem excitat, Plattis vexantur. In publicis noſocomijs quantum vigeat Pediculorum, nemo neſcit Sed vt ad locum generationis reuertatur oratio: poſſunt quidem in toto corpore gigni, vbiq; enim poroſa eſt cutis. vbiq; ſordes oriuntur Eſt tamen locus omnium maxime excepto capite opportunus, qui eſt ad emunctoria cum axillarũ, & inguinũ, vbi ſcilicet copia excrementorum colligitur, & ſordes tecta preſſaq; ac pilis obſita minus patent diſſlationi. Collum etiam licet detectũ, & fere glabrũ plurimos edere ſolet Pediculos, quod illic emunctoriũ quoq; ſit, cum ampliſſimis vaſis calidiorem humorem ad caput deferentib., quorum ſane cauſa frequentior, & copioſior illic eſt ſudor. Ariſtot. in ea etiam fuit ſententia, quod in capite magis, quã cæteris corporis partibus abundent, cuius verba modo inter cauſas citabimus. Videamus itaq; nunc cauſam effectricem: circa quod inquit Mercurialis videntur conuenire omnes authores, efficientem cauſam Pediculorum eſſe calorem: ſed non eſt certum quis calor faciat Pediculos. Auicenna videtur voluiſſe duos calores cõcurrere ad eorum productionem, alterum vniuerſalem, quem appellat creatorem, ſeu chalcodeum, alterum vero particularẽ, quẽ tertia tertij. tract. 3. c. 1. appellat naturalem: illum mediatam cauſam vocat, hunc vero immediatam: ſed circa hanc ſententiã duæ, inquit, Mercurialis, oriuntur quæſtiones. vna eſt quo pacto calor naturalis in re putrefacta poſſit generationem vllam moliti: quia ſi materia eſt putrefacta, videtur omnino priuata eſſe calore naturali, & putredinalẽ duntaxat poſſidere: Altera dubitatio eſt quomodo ſi vera eſt hæc generatio Pediculorum dixerit Ariſtoteles etiam piſces Pediculis tentati. Ad primam dubitationem fuerunt

g Lib. 1. de comp. med. cap. 7.

h Lib 4 fen. 7. tract 3. c. 26.

Præfectis militũ etiã Pediculis in bello inſici.

In Phocicis.

Phalanthi Spartani augurium.

Loca Pediculis gignẽdis apta.

Sect 1. Probl. 16.

Calor putredinalis duplex.

runt aliqui, qui dixerunt litteram Auicennæ negatiue legendam esse: quasi dicat, quod non naturalis calor faciat Pediculos. Sed hæc responsio est mera fuga. Ea propter fuerunt alij, qui dixerunt duplicem esse calorem putredinalem, alium qui perfecte & integre putrefacit materiam atq; eam deducit ad incinerationem. Pri calorem dicunt nullo pacto generare posse, secundum v. generare hoc pacto; quia cum non perfecte putrefaciat materiã, eam aliqua ex parte disponit ad suscipiendã formam animæ. Sed hæc sententia Mercuriali non videtur constare posse; quia tametsi calor iste putredinalis non prorsus putrefaciat materiam, tamen cum sit extraneus, & putredinalis, nullo modo potest materiam disponere ad vitã suscipiendam: quia hoc opus proprium est ipsius caloris natiui: præterea non potest hæc responsio accommodari verbis Auicennæ; quia ipse dicit effectorem Pediculorum esse calorem naturalem Iam vero calor non est naturalis. Itaque dicendum est id quod dicit Aristoteles, *k* vbi sermonem faciens de ijs, quæ gignuntur ex putri materia, scribit quod putrefactio nihil producere potest; sed omne quod generatur, ex concocto generatur. Ex quibus verbis colligitur secundum placita Aristotelis, quod vbi ex putrefactis generatur aliquid; generatur, quia ibi est semper aliquid concoctum: quod si adest aliquid concoctum, necessum est etiam vt in omni tali generatione adsit semper natiuus calor; quia solius caloris natiui est concoquere Vnde dicit idem Mercurialis, *q* in omni putrefactione, ex qua generatur aliquid, nõ prorsus interit natiuus calor, sed semper aliquid eius remanet, quod concoquens partem aptam & dispositam, eam etiam induit dispositione ad suscipiẽdam vitam, & formam. Atq; hoc idem dicendum de Pediculis, *q* fiant à calore natiuo concoquente partem illorum humorum, qui putrefiunt. Ad 2. modo dubitationem respondeo, quod Pediculi, qui exercent pisces, primo non gignuntur in ipsis, secundo non sunt eiusdẽ generis; nam, inquit, Arist. quod generantur Pediculi quidam in limo, qui tentant & excruciant pisces. Cum itaque eo, quo diximus calore proueniant, eodem etiam foueri volũt, & sine eo viuere nequeunt: quamobrem vbi hominis iam corpus tabescere sentiunt, membraq; seu sim sanguine & spiritu vitali destitui vel ipsum deserunt, vel ipsas partes occupant, quib. sanguis, calorq; natiuus diutius inhæret. Expertumq; est à lipotimarijs, ac vespillonibus in ea se lacuna recondere circa stomachi orificium, in quam desinit cartilago ensiformis. vel in ea, quæ mento subest, ac vocali arteriæ incumbit Siquidem illæ partes, vtpote cordi vicinæ ad extremum vsq; halitum calescunt: quod à nonnullis incunctanter pronunciatur certissimum id esse imminentis mortis argumentũ, iam iamq; emigrantis animæ indubitatum signum. Relatum est quoque ab Apollonio in libris mirabilium historiarum, sententiam fuisse Arist. quod in illis, qui iã iam morituri sunt, Pediculi deserunt capita, atq; in puluinaribus reperiuntur, cuius rei reddens rationem Alexander Aphrodisæus *l* dicebat, idcirco à Pediculis deseri morituros: quoniam opus habent tepore quodam atq; etiam succo sanguineo, & dulci, quibus cum destituantur in morituris corporib. facile fit, inquit, vt ipsa deserentes, quærant meliora loca. Tetigit hoc quoq; Scaliger: *m* Pij ciues, inquit, maxime sciunt hoc quod scribam: vbi è miseris illis moritur aliquis, confestim ex veteri hospitio, scilicet cadauere demigrant Pediculi Estq; super hoc etiam problema Ambrosij *n* Leonis Nolani, qui quærens, cur à defuncto Pediculi diffugiunt? An quia, respondet, defuncti sanguis extincto eius calore refrigeratur, quamobrẽ etiam vaporem halitumq; omnem amisit, quo Pediculi viuunt & gignuntur, vt ait Plut. An quia defunctus frigidus est, vt marmor, quare cuncta, & pili, & vestes, quæ in eo sunt, vehementer frigent: frigus autem fugiunt Pediculi, quod & pedibus, & ventre, & dorso atq; vndique sentiunt.

Quo calore foueãtur

Pediculi mortua corpora deserunt.

k L. 3. de genera. Anim. cap. 11.

l L. 2. Probl. 30.

m Exercit. 246. 5.

n Probl. 225.

Causa finalis.

Quod pertinet ad causam finalem Pediculorum, Q. Serenus secutus est hanc sententiam, quod natura faciat Pediculos, ad hoc, vt abrumpantur somni, atque vt homines vigilent, & curis incumbant: sunt enim carmina ipsius hæc:

Noxia corporibus quadam de corpore nostro
Progenuit natura, volens abrumpere somnos
Sensibus admonitis, vigilesq; inducere curas

Sed hæc sententia Mercuriali videtur explodenda; propterea quod cum Pediculi fiant, inquit, maxime in pueris, sane illis opus est multo somno. Vnde natura si hoc tentaret, potius tentaret destructionem, & damnum illorum, quam secus. Fatetur interim, illis qui in triremibus viuunt, opus esse hoc excitatorio, sed pueris minime. Quocirca dicendum iudicat cum Auicenna, quod si vlla causa finalis tradi potest Pediculorum, hæc vera est, vt consumantur putridi humores existentes in corpore: vel dicendum est quemadmodum dicit Auerroes, *o* finem esse Pediculorum, vt non ocietur natura, quippe quę nunquam debet feriari, sed semper aliquid producere: ea propter etiam in generatione Pediculorum, & aliorum animalium nullum finem alium habere videtur, quam vt non ocietur. Cæterum Serenus Aristophanem secutus videtur, apud quẽ Chremulus ditescere cupiens Peniæ siue paupertati exprobrat, quod Pediculos generet, qui dormientes excitant. Ait autem:

o Lib. 12. Metaph. 18.

Ἓν γὰρ αὖ πορίσαι τι δύναι ἀγαθὸν, πολλῶ φάδων ἔκβαλε
Καὶ παιδαρίων ἀποπνιόντων, καὶ γραιδίων κολοσύρων
Φθειρῶν τ' ἀριθμὸν, καὶ κοριῶν, καὶ ψυλλῶν; ἢ δὲ λέγουσι
Ὑπὸ τῶ πλήθους οὐ βομβῶσι, θεὶ τοῦ κεφαλῶ αὐιῶσιν
Ἐπιγείρουσι καὶ φράζουσι, πεινῆς, ἀλλ' ἐπανίσω.
Τί enim prabere aliquid poteris bonum prater vesicas ex balneo?
Et puerulos subfamescentes, & vetularum tumulum,
Pediculorumq; numerum, & Culicum, & Pulicum (neq; dico tibi
Sub qua multitudine) quæ resonantes circa caput, dolorem inferunt,
Exuscitantes, & dicentes, esuries, sed surge.

A Inter causas primatiuas, quas apud authores inuenio, potissimum sunt ætas, sexus, victus, & habitus corporis; ætas aũt puerilis; & sexus muliebris maxime pediculos procreare apti sunt, quemadmodum paullo ante ex Aristotele diximus, nimirum propter humiditatem: quanquam viri etiam interdum ijs affligantur non solum in capite, pube, axillisq; & palpebris, quin insuper in toto corpore; ita vt sæpius mortem inferant; sicuti fusius de pluribus recensebimus postea. Ocium esse de præcipuis Pediculorum occasionib. ego semper existimaui, quod eo semper natiuus calor torpescat, & excrementa facilius putrescant; nam

Causæ primitiuæ:

Et vitium captant, ni mouentur aqua

Diodorus in empiricis teste Plin. *p* ocimi cibum Pediculos etiam facere authior est. item castaneæ, vti Galenus *q* memoriæ prodidit, maxime idoneæ sunt, Pediculos proferre, potissimum in pueris, & mulieribus, in quibus ob cruditatem redundat humorum multitudo. Qui ficis frequenter vescuntur, etiam Pediculis frequenter tentari solere putantur. Sané ficus scribit Galenus libro præcitato, item libro de cibis boni & mali succi, si frequenter edãtur, Pediculos proferre; idem Oribasius, & Paulus aiunt. Cuius rationem assignaturus Ambrosius *r* Leo Nolanus: An quia Pediculus, inquit, gignitur de sanguine humido leni subcutaneo atq; calidiusculo: ficus autem hunc ipsum sanguinem comedentibus auget, vel si ipsa in illum vertatur: vel si eius succus in venis adauctus concalfaciat sanguinem atq; humidum spumescentemq; efficiat, qui natura ipsa ad cutem tendit, ac sub cute aliquanto retentus putrescit, inque Pediculos vertitur, signum, quod ficus comessantes etiã tuberculas, & verrucas malas in cute oriri sentiunt. Laurentius Iouberius v. ficus prima mensa sumptos, non posse nocere tradit: nulla n. inquit, peculiari qualitate Pediculos gignunt (vt quidam existimant) sed tm̃ sua corruptela, dum in ventre diutius commorantes ipsæ corrũpuntur. Author est Galen. de bono & malo succo, caricas, & ad morbos faciẽdos, & ad bonam valetudinem esse comparatas. Si n ipsæ ventrem pertranseant, & hepar, & renes (sic n. legẽdum iudicat Iouberius, nõ cum alijs cutim vice hepatis, aut venas vice renũ) libere permeant, quia abstergere valent, & vias ductum expurgare; sin diutius morantur, deteriorem succum gignunt, & qui Pediculor vim magnam progeneret, ait Galen. hæc est, calidũ humidumq; & facile putrens excrementũ. Reliquę agalochi species (præter Indicum) suffitu Pediculos ob dulcedinem creant: solum Indicũ hos sua acrimonia nasci prohibet, vt scribit Ruellius Dioscorides *s* scribit quosdã putare viperarum esu Pediculos procreari, sed id ipse refellit, & Plin. *t* Pediculos è toro corpore expellere ius viperę ait Qui gustant de oleo, in quo est extinctus Stellio, Æliano *u* testante, scatebit Pediculis. Prouenium etiam largius Pediculi mutatione aquarum, quibus lauare se solent ea quorum natura Pediculos patitur. Quod scriptũ est ab Arist *x* vbi quærit cur mutationes aquarum faciunt, vt Pediculi, in quib habeti possint, multi habeantur? An quod, inquit, humoris cruditas, quam perturbatio illa committit, quæ ex aquæ vario vsu in crebra cõmutatione redundat, humoris creare copiam potest, præsertim in loco humori opportuniore. Cerebrum aũt natura humidum est: quare caput maxime perpetuo humet: huius autem loci vis, ad procreandos Pediculos apta est: pater hoc in puerili ætate. Caput n. puerorum madet abunde, & sæpe aut grauedine conflictatur aut sanguinis profusione. Quin etiam Pediculos plures illa ætas habere solet. De immunditia vestium ante diximus, item de conuersatione cũ pedicosis: sunt tamen etiam vestes, quæ miraculose Pediculos generant, quales sunt quę fiunt ex lanis ouiũ à Lupo morsarum, adeo vt sint qui hominem Pediculositate confectum significare si velleat, ouillam illi pellem inducant, quam Lupi caput impactis dentibus dilaceret: siquidem ouium, quas Lupus occidetit pelles, ac vellera, & facta ex his vestis, longe quam cætera aptiora sunt ad Pediculos procreandos. Quod eum sit tum ab Arist. *y* tũ ab alijs receptum, quæsiuere multi causam, illudque cupedinaliorum experimento deprehenderunt, carnes huiusmodi quæ lupinis dentibus laceratæ fuerint, dulciores esse, quod tactum ab Horatio volunt, vbi inter ea, quæ iucundiora delicijs regijs enumerat, hœdum etiam eieprum lupo recenset: quod tamen Pierius *z* Valerianus ad frugalitatem potius redigendũ arbitratur, vtpote quia Horatius parsimoniam eo loco in primis laudet; hisq; tantum carnibus fruatur, quæ aut inemptæ sunt, aut nisi absumantur perituræ. Vel ex eo magis iucundũ, quia qui semel amissus erat, sit receptus. Sed vtcunq; illi, sane dulcedinis huius causam esse dicunt caliditatem, & igneã prope vim quæ sit in anima lupi, vtpote quæ ossa; vel durissima in vtero liquefaciat, ariditate permollita, euenireq, inde vt carnes facilius atq; celerius putrescant, si morsu fuerint huiusmodi vitiatę: lanasq; identidem contaminatas, contagionem illam etiam in vestibus pertinaciter perseuerare. Cæterum sunt qui iudicent hoc nõ à calore, vel putredine prouenire, sed ab asperitate potius, & medicorum vtar vocabulo, vellicatiua quadam vi, quæ carnem scabritie interterat, pruritumq; suscitet, vnde postmodũ humanæ cutis humore corrupto Pediculi suboriantur: absurdumque esse dicunt asserere vim illã à lupi spiritu morsuue vsq; adeo in vellera diffundi, quæ totiens abluantur, solentur, depurgentur, inunguntur, defæcentur, ac prope modum excoquantur. Referunt v venatores, & caupones animalia, q̃ ictu vno procubuerint, vno vt ita dicam spiritu suffocata, solidiora, minusq; putrefactioni obnoxia reddi Quare Homerus rerũ omnium doctrina insignis, siue coria, siue oria, commendet, bouis ea dicit esse ἰφικτιμόνοιο, ictu quippe validio mactati. Itaque eorum, quæ neq; morbo, neq; senecta pereant, sed iugulatione, coria validiora sunt, nerũosioraque. At quę pluribus conficiantur plagis, difficulterque aut eunctanter exagitata,

p L. 20. c. 12.

q Lib. 2. de aliment. facult.

Ficus cur Pediculos generent.

r Probl. 179

s Lib. 1. de stirp. nat. c. 36.

t L. 29. c. 6.

u L. 9. c. 19.

x L. 1. Probl. 16.

Pelles ouiũ à Lupo cõmotę cur Pediculos generent.

y Plutarch. lib. 2. symp. q. 9.

Carnes à lupo laceratæ cur dulcescẽ

z Lib. 10. Hierogl.

Animalia vnico ictu occisa saliciora.

tata, delaſſataque perimantur, præſertimque ſi ferro ſaucientur, facile putreſcere, neque in alterum diem aſſeruari poſſe. Eorum autem quæ tam lenta perimantur morte, contaminatam vim & in pelles, & in vellera, quin & in vngues penetrare, præcipue autem ſi mordentur à feris: vngues etiam ipſos obnigreſcere, ſanguine, humore, & medullis etiam ipſis præ timore, & etuciatu contaminatis, inditiumque id tabis eſſe. Quare minime mirum ſi contagio huiuſmodi etiam in vellera diffluat, coriaque tentet, & omnia denique computreſcere compellat. Atque hinc pediculoſitatis ſignificatum. Agitat hanc quæſtionem *a* etiam Mercurialis ex Plutarcho. Scitum eſt illud etiam, veſtes ex lana morticinorum Pediculos facere: ita vero morbidorum alias infectiones. Auicenna inter cauſas effectrices Pediculorum, leuem capitis fricationem etiam recenſet; quam ſententiam ſano modo intelligi vult Mercurialis: quandoquidem ſi corpus ſit mundum, fricatio leuis, inquit, nullo modo producit hunc morbum; ſed ſi ſit vitioſum, & immundum, procul dubio fricatio illa leuis excitat materiam, calefacit ipſam, & cum non inducat, diſponit ipſam ad generationem Pediculorum. Hac eadem ratione dicitur ab Auicenna coitum in immundis corporibus hunc morbum parere. Ariſtoteles quoſdam morbos ceu cauſas Pediculorum effectrices ponere viderur, ſed qui ij ſint, non explicat: nos in ſecunda, & tertia hecticæ ſpecie plurimos Pediculos generari diximus, ſed rationem non reddidimus: eam reddidit Alexander Aphrodiſæus, *b* quærens cur tabidis, & purulentis copia interdũ Pediculorum oriatur? Quoniam, ait, pus humores corrumpit: humores deniq; vitiati calore naturali concalfacti animalia creant, ſicut etiam in cœno, aut quibuslibet fæcibus enaſci Vermes conſueuerunt. Sic ille: ex qua etiam ſententia dicere licebit, humores illos prauos, (Pediculorum materiales cauſas,) quos calidos eſſe voluimus, non adeo calidos dici poſſe, vt acres videantur, tantum abeſt, vt aduſti & erodentes dici queant, qualis eſt materia faciens elephantiaſim, quam perperam Gordonius per morbum Pediculatem indicati ſomuiauit. Eam enim gignendis Pediculis ineptam eſſe, vel inde patet, quod naturæ animantium, tam ſit inimica, vt nec mures, nec Muſcæ eam guſtare audeant, quin inſtar aceti terram fermentat, teſte medicorum Coryphæo Galeno. Quin etiam experimento conſtat elephantiacos non eſſe Pediculis obnoxios, adeo vt carere Pediculis, à nonnullis inter lepræ æquiuoca ſigna reponatur, niſi tunc Pediculi ab externa cauſa in ijs proueniant. Videntur denique quædam loca hoc habere velut proprium, vt Pediculoſos reddant homines. Hoc enim memoratu dignum refert Gonzaluus Ouiedus, dum in Indiam Occidentalem ex Hiſpania ſoluetet, lineamque æquinoctialem traijceret, omnes Pediculos quos in veſtimentis, ac capite habebant, quibuſcum proficiſcebatur, extinctos fuiſſe, iam vero cum rurſus domum verſus nauigarent, & ad eandem lineam peruenirent, capita, corpus, ſtragula, tegumenta veſteſque Pediculis infeſta ac referta fuiſſe; quod ſe aliquoties expertum eſſe ſcribit Ouiedus. Multi ex recentioribus Pediculos ex Lendibus generari quoque exiſtimant, ſed contrarium ſcripſit Ariſtoteles. Sed neſcio quid reſponderit Ariſtoteles ijs, qui ex vnico, vel duobus tantum Pediculis, quos ex contactu pauperum pediculoſorum accepere, adeo plenas habuere veſtes, vt vix medicaminibus adhibitis ceſſerint. Vnde autem illi, niſi ex eorum Lendibus, quæ merito oua Pediculorum vulgus appellat, non minus de hiſce, quam ipſis Pediculis occidendis ſolicitum.

a *L. 1. Var. lect. c. vlt.*

Morbi Pediculorum cauſa.

b *L. 2. Probl. 31*

Gordonij error.

MORTVI A PEDICVLIS.

PHthyriaſis Græcis, Latinis Pedicularis appellatur, vbi ex ſanguine, & humoribus malis, & corrupt s intra cutim Pediculi generantur. Hoc qui laborant, à Vermibus deducto nomine πεδικλιόβροτοι etiam appellantur, qua dictione vtitur etiam D Lucas de Herode loquens quem ita obijſſe modo dicemus. Eſt autem iſte morbus malus & prauus, & præſertim ſi increſcat: quoniam non modo turpe eſt Pediculis ſcatere atque hoc tædio affligi, verum etiam interdum ad mortem producit Phtyriaſis, inquit Marcellus, plerunque in perniciem conuertitur, niſi occurratur. quid mirum, ſi corpus exedant, quemadmodum *a* Plinius quoq; atteſtatus eſt his verbis: naſcuntur in ſanguine ipſo hominis animalia exeſura corpus quemadmodum aliquot exemplis corroborare libuit, ex quibus conſtabit plurimos diuinitus punitos propter commiſſa in diuinum numen, ac proximos ſuos peccata: nõnullosque ea fœditate correptos eſſe ob collectos, quales diximus, in corpore humores, cum ex depraua o victu quemadmodum de Acridophagis diximus, tum varias alias ob cauſas, vt poſt patebit. Antiochus Epiphanes Aſiæ rex, qui fanum Hieroſolymitanũ Iouis Olympij ſtatua profanauit, & Iudæos ad internecionem delere ſtatuit, ex Perſide re male geſta fugiens, inteſtinorum dolore, vt legitur in libro ſecundo Machabæorum cap. 1. grauiſſimo correptus, minas maiores ſpirans, Hieroſol propetabat: Verum in itinere ex curru delapſus tanta putredine affici cœpit, vt Vermib. è corpore ſcatutientib. fœtorem aſſautes vix poſſent ferre: cœpit tũ erratum ſuum confiteri, & ſeſe Iudæorum Deum colitutum, templum ꝗ diripuiſſet, longe magnificentius reſtauraturũ vouit, verum ſimulata pænitentia Deum permouere non potuit, ſed deſperabundus in medijs montibus vitam infelicem finiuit. Herodes Aſcalonita, referente *b* Flauio Ioſepho, rex Iudeæ Antipatri filius, poſt interfectos Alexandrum, Ariſtobolum, & Antipatrum filios, trucidatos item innocentes, ad intercipiendum ſacrum Virginis patrum Vermibus ad extremum toto corpore ſcaturientib. perijt. Lento calore torrebatur, qui non tam externo tactu deprehende-

Morbus Pedicularis.

a *Lib. 26. cap. 13.*

Antiochus Epiphanes

Herodes Aſcalonita

b *Lib. 18. ant Iud. c. 8.*

A retur, quam intus popularetur viſcera, aderat & vehemens voracitas, cui neceſſe eſſet continuo cibos ſuggerere, ſimulq; vexabatur inteſtinorum exulceratione, & colicis paſſionibus. Pedes tumebant phlegmate humido & pellucido, ſimiliterq; inguiua. Ipſa quoq; verenda putrefacta ſcatebant Vermicnlis, accedente fœda, nec minus moleſta tentigine, nõ ſine fœtore grauiſſimo: ſuper hęc omnia neruorum contractione laborabat, & difficultare anhelitus. Herodes Antipas ſedens pro tribunali, & veſtitus veſte regali, cõcionabatur ad populum: populus acclamabat Dei vox, non hominis. Confeſtim autem percuſſit eum angelus domini, eo quod non dediſſet honorem Deo, & conſumptus à Vermibus expirauit, vt legimus in actis Apoſt. Alcman vnus ex clariſſimis Græciæ poetis hac etiam fœditate perijt. Phererina Batti filia Citeneorum regina, cum ob interfectum filium ſuum Arceſilaum tyrannum Barcæos ope Perſarum victos crudeliſſime vlta eſſet, viua Vermibus, teſte *c* Herodoto, abſumpta computruit. Pherecides Syrus Pythagoræ præceptor Pediculari morbo correptus primum emiſit ſudorem calidum, viſcoſum & mucori ſimilem, poſtea v. prorſus beluinum, tandem Pediculi creuerunt, cumque carnes in Pediculos B diſſoluerentur, ac fœda iam turpiſque facies euaſiſſet, abſtinuit, à conſortio familiarium, & eos fugiebat. Ad eum grauiter affectum cum viſendi gratia Pythagoras diſcipulus aduenijſſet, ac πῶς ἔχοιτο, quonam pacto haberet, eſſet ſciſcitatus? protendens is digitum per ianuam χοιδήλα ex corpore, inquit palam eſt: quod & paræmioides apud philoſophos mox eſt factum, ſed ita vt deteriora fere indicentur. Q. Setenus de eodem cecinit:

Sed quis non paueat Pherecidis facta Tragœdi
Qui nimio ſudore fluens animalia tetra
Eduxit, turpi miſerum qua morte tulerunt.

Herodes Antipas.

Alcman in Pheretinia

c *Lib. 4.*

Pherecides

De Platonis Pediculis, quoniam in prouerbium abiere, in prouerbijs dicemus. Caſſander Antipatri filius Rex ſceleſtiſſimus qui Olympiadem Alexandri matrem, & Alexandri filios interfecit, ex hydrope in phthyriaſim incidens perijt, vt *d* Pauſanias prodidit. Caliſthenes Olynthius dum carcetis cuſtodia teneretur, præterea & Mutius Iuriſconſultus eadem tabe interiere narrante Plut. in Sylla, qui Sylla Metrobium Lyſiodum licet exoletum, non diſſimulabat perpetuo amare: vnde etiam morbum aluit ex leui ortum occaſione, & perdiu vlcerata viſcera ſua ignorauit. Hinc putrefactum corpus, & in Pediculos totum verſum, vt cum multi interdiu noctuque tollerent eos, nulla parte potuerit tamen, quod C reijciebatur æquare illud, quod ſuccedebat: verum omnes veſtes, palliũ, paſſubrum, illo repleretur fluxu & tabe, adeo ſuppullulabat. Ideo bis die ingrediebatur balneum, abluens, & abſtergens corpus. Cæterum nihil proficiebat, ſuperabatq; copia omnem purgationem. Meminit illius Plut. in eius vita, item *e* Plinius ſcribit Sylam perijſſe erodente ſeipſo corpore, & ſupplicia ſibi gignente. Meminit item *f* Pauſanias his verbis: Sylla quidem multa in Athenienſes crudelia admiſit facinora, & à Rom. more aliena. Diſſimiliaq; non fuerunt q̃ in Thebanos, & Orchomenios fecit. Quibus, & addidit, quod illud ipſum, quod Alalcomenis fuit, Mineruæ ſignum eripuit. Hunc hominem qui Græcorum ciuitates, & patrios deos tam furentur vexarat, morbus omnium tetertimus oppreſſit, Pediculis è toto corpore erumpentibus: huc priſtina hominis felicitas recidit; vt recte etiam dixerit Serenus:

Sylla quoq; infœlix tali languore pereſus
Corruit, & fœdo ſe vidit ab agmine vinci.

d *In Bœotis.*

Sylla.

e *Lib. 7. & lib. 11. 33.*

f *In Bœotis.*

Fama eſt eum qui bellum ſeruile mouit in Sicilia fugitiuũ Eunum nomine, poſtquã attractus Rom. captiuus eſt, morbo pediculari, interiiſſe, de quo conſule Plut & Diodorum. Galerio Maximino Cæſari in Chriſti nomen arma mouenti putrefactis introrſum vi- D talibus (Egnatius genitalia habet) ex auribus, ore, naribuſq; non aliter q̃ ex putredinis cloaca Vermes continue ſcaturiebant, intolerabili quodam cum fœtore quocunq; deferretur: cum nulla medicorum ope leuaretur, ſibi ipſi manus intulit. Speuſippum Eutymedontis filium Athenienſem philoſ. Platonis ex ſorore nepotem, quem nonnulli mortem ſibi inuliſſe tradunt Plut. efferueſcentibus toto corpore Pediculis interijſſe ſcripſit. Pleminius legatus à Scipione Locris cum præſidio pop Rom præfectus, cum templũ Proſerpinæ opulentiſſimum diripuiſſet, vinctus Romam Senatu iubente ductus eſt, carcetiq; incluſus Pediculari morbo, ſi Liuio *g* credimus, & Valerio Maximo, *h* ante cauſæ dictionem miſere perijt. Iulianus Iuliani apoſtatæ auunculus (qui Antiochiæ ſacram menſam in templo, lorio emiſſo profanauerat, Euzoio epiſcopo ob id eum obiurgauti alapam impegerat) non multo poſt graui morbo correptus inteſtinorum putreſcentiũ, miſere interijt, excrementis non amplius, per meatus ſuos, ſed per os ſceleratum egredientibus. Sozomen. *i* addit etiam carnem eius putrefactam in Vermes conuerſam eſſe, qui in profundo abditi viuam catuẽ tantiſper depaſti fuerunt, donec eum interemerint. Honorius Vandalorum Rex Arrianus in Africa phthyriaſi perijt, vt Sigebertus ſcribit, cum 444. Catholicos epiſ. in exilium egiſſet. Eodem Sigeberto referente Atnulphus Septimus à Carolo magno Imperator Normanis perdomitis nimio ſucceſſu elatus, ita contumax in omnes, tum vel maxime Eccleſiaſticos factus eſt, vt Dei nutu pediculari morbo breui conſumptus ſit. Medropius ob ſocietatem Vngatorum contra Motauos introductorum hoc illi accidiſſe ſcribit. Alij tradunt proſligatis Formoſi pontificis hoſtibus à proditore quodam veneno potiouatum euicto per triduanum ſomnum pharmaco in phthyriaſim poſtea incidiſſe. Author eſt Vincentius *k* in Auernenſi ciuitate, Proiecti epiſ. occiſorem Radbertum viuum eſſe à Vermibus corroſum. Fulcherus Nouiomagenſis epiſcopus in Gallia morbo Pediculati interijt, cuius cadauer cum

Eunus fugitiuus

Speuſippus.

Pleminius

g *Lib. 9. 2. bell. Pun.*

h *Lib. 1. c. 2.*

Iulianus

i *Lib. 5. c. 8.*

Honorius

Arnulphus Imp.

k *Lib. 22 c. 119.*

Pedi-

Pediculis scaturire nõ cessaret, ceruino corio insutum terræ mandatum est: magnum punitæ ambitionis, & simoniæ exemplum inquit Iacobus *l* Meyer. Leostanus adolescens famam de crinibus, & vnguibus Edmundi regis Anglorum sensim crescentibus in dubium reuocans sibi corpus ostendi minis impetrauit. Eo viso in amentiam incidit, & phthyriasi haud multo post perijt. Platina narrat ex Sigeberto Alpindim Dodonem, quod Lambertum virum sanctissimum Episcopum Vltraiectensem apud Leodium interimisset, quia Pipinum eius fratrem reprehenderat, quod vxori pellicem superinduxisset, pediculari morbo postea consumptum fuisse. Lambertus Constantiensis episcopus phthyriasi, vt Bruschius annotat, perijt anno 1017. & nostro sæculo Clemens Septimus Pont. Maximus, vt scribit Folengius Psal. 105 Napus Turrianus Mediolanensium tyrannus ab Othone Vicecomite captus, clatratæq; cauea inclusus narrante Iouio, *m* post annum vnum, menses septem dies vigintitres; in eo squalore, fæda illuuie, & enatis subinde Pediculis consumptus est. Antonius Picens monachus eremita, vt testatur Anton. Panormitanus de rebus gestis Alphonsi, & Aeneas Syluius in commentis, phthyriasi perijt, Tertia Aegypti plaga à Domino per Mosem immissa, puluere ab Aarone percusso in Pediculos conuerso, qui homines, & bestias miserè afflixit per vniuersam Aegyptum, excepta Gosene, quam incolebant Israelitæ, quod prodigium cum magi imitari non possent, confessi sunt digitum esse Dei. Meminit huiusce plagæ etiam Flauius Iosephus his verbis: *n* Rursum igitur Deus alia clade in hominem fraudulentum vindicat. Pediculorum enim magna vis è corporibus Aegyptiorum scatebat, à quibus mali male perdebantur, neq; lauacris, neq; medicamentorum inunctionibus eos extinguere valentes. Qua noua peste turbatus rex, & non magis ipso periculo, quam eius fœditate, ac turpitudine territus, nequam cum esset ægre dimidiata ex parte resipuit. Hebræis enim exire permissis, ac mox malo cessante liberos, & vxores reditus obsides ab eis exigebat, &c. Antiochus Syriæ rex Iudeæ infestus tanta laborauit putredine, vt enatis è corpore Pediculis non ipse tantum sit extinctus, sed integrum fere exercitum infecerit. In Insula S. Thomæ duplex hominum genus, albi & nigri, hi Pediculis infestantur, albi minime.

In Chron. Fland.

m In vita Othonis.

Aegypti plaga ex Pediculis.

n li 2. Antiq. Indaic. cap 5.

Antiochus

VT FVGENTVR, ET OCcidantur.

DVo hic consideranda nobis veniunt, nimirum ne homo, vel aliud quoduis animal Pediculos generet, item si iam generati sunt, vel continue generentur, vt eos occidere fugareq; queamus. A Pediculis sese quilibet facile præseruabit bona victus ratione si vtatur, vt cibis, & potu boni succi, & corporis, vestiumq; & lectorum munditia, porissimum vero quæ ex lana conficiuntur hæc enim aptior est gignendis Pediculis, quam quæ ex lino, quod Aegyptijs aduersus horum serpentium ortum maxime commendatum fuisse author est Plutarchus, qui scribit *a* eorum Sacerdotes, seu sapientes lineis vestibus vsos fuisse, quia plurimum ab excrementorum natura abhorrebant. Si verò iam nati fuerint Pediculi, hic duo rursus obseruanda, nunquid in corpore, vel extra corpus ortum habeant: nam qui extra vel ex neglecto corporis vestiumq; cultu, sudoreq; nascuntur, facili modo, & breui fugantur eeduntq; remedijs paruo negotio; contra ac illi qui intus generãtur prauitatem humorum, non tamen malignitatem denotantes. Hoc malum phthyriasim, siue morbum Pedicularem medicis vocari diximus. Huius curatio duobus continetur capitibus: vnum est vt demus operam, ne Pediculi amplius nascantur: alterum, vt eos qui iam nati sunt. interimamus: non nascentur amplius, si non adsit materia putris: hæc non aderit, si & non contrahatur in corpore, & contracta non feratur ad cutem, aut in ea retineatur, & putrescat, non contrahetur si dentur esculenta, & poculenta boni succi, & ad moderationem redigatur visceruni temperatio: qua iam contracta, non feretur ad cutem neq; in ea superabit, si educatur, vel sanguinis missione, vel purgatione, prout res postulat, non retinebitur, nec putrescet in cute, si parua foramina relaxentur, ac detergantur nam sic etiam calida expiratio exhalabit, neq; habebit vim putrefaciendi, quam habet calor externus *b* Mercurialis tantopere in fœdissimo hocce affectu purgationem commẽdat, vt si quid sit, quod possit hunc morbum tollere, id sit exacta, & repetita purgatio. Cuius opinioni, cum malum sit contumax, & vix medicamentis cedat, lubens subscribo, qua de re lector ipsum adire poterit. Purgato corpore, deueniendum est ad remedia quæ & humores prauos cuti impactos, tollere, & malam corporis temperiem corrigere possunt, quorum alia intus sumuntur; alia exterius adhibentur: quæ intus sumuntur secundum Auicennæ sententiam sunt allia cocta, calamenthum montanum: sinapi laudatur à Paulo & Sereno. Theriacæ etiam vsus est ex illis medicamentis, quæ magno præsidio in hoc morbo esse solent: puluis cornu ceruini quoq; optimus est. Inter externa medicamenta primo fomenta occurrunt, & balnea ad relaxandum, deinde tergentia, ad aperiendum: apertis enim foraminibus cutis, & detersa sordes non nascentur, & illi qui iam nati sunt, facile decident, neque vltra hærebunt si interimantur: interimuntur aũt ab illis teste Galeno, *c* quæ validã siccandi facultatẽ habent, cuiusmodi sunt salsa, acida, austera, acerba; de quib. nũc omnib. agemus. Rasis scribit vsum balneorum, & lauacrorum, Pediculorum generationem prohibere, sed qualium non explicat: sunt qui balnea aquæ dulcis laudent, mihi marinæ aquæ magis laudantur, quoniam salsa est, & facultatis abstergentis, qua Lendes, & tetra hæc corporis animalia curantur authoribus Plinio, & Dioscoride: quod si vero ea in mediterraneis, vt fit, haberi non possit, arte paretur, quæ ei æquiualeat; quę quomodo fiat, docet Plinius Laudat etiam Q. Serenus.

a Li. de Isi. & Osiri de.

Aegypti Sacerdotes cur lineis vestibus vterentur.

b Lib. 1. de morb. cut. c. 7.

c Lib. 1. de ined. comp. sec. loc.

Vnda maris Lendes capiti deducit iniquos
Et quicquid crebri defendit sylua capilli.

Priscianus *d* alijq; inuumeri laudant lupinos amaros in aqua infusos per plenum diem, & sequenti die decoctos, si ex ea decoctione loca frequentius delauantur. Hoc quoq;, vt ille testatur, pyrethri & gallarum puluis ex æquo commixtus, in balneis adhibitus, facit: post hunc vero puluerem succo betarum loca lauari iubet. Similiter acetum cum aqua marina, si credimus Isaac Arabi, occidit Pediculos *e* & si desit marina aqua, sal & aqua cum modico aceto idem præstabit Serum, id est, aquam lactis, quæ remanet facto caseo, si quis adiecto aceto in potione aliquotiens, inquit Marcellus acceperit; ita liberatur à Pediculis, *f* vt penitus extirpentur, nec postea in eo renascantur. Sic ille, mihi etiam probatur si eo pro fomento detersorio vtamur. Sextus philosophus ad Pediculos, *g* aquam celebrat, quæ è capræ palato effunditur, & quicquid comedit, misceatur cum melle, & sale, & ex eo caput, & corpus sero fricetur. Pollicetur ex recentioribus Gabriel Fallopius, *h* si facto ex cinere stechadis lixiuio manus lauentur, nunquam infestaras iri Pedicellis, si caput, Pediculis, nunquamq; nascituros si facto ex stechadis puluere vnguento, inungamur. Fomentã autẽ, & perunctiones, & catãplãsmata membratim adhiberi iubet Cælius Aurelianus. *i* sed ea loca quæ capillatura vestita sunt, præterea radi, & iugiã adhiberi smegmata, quæ nos lacessentes, inquit, atq; purgatiuos pulueres appellamus: item inunctiones magis, cum inox fuerit capillatura derasa præfortis partibus aqua marina, vel aceto salso. Esse hæc plurima speciatim posita, vt bulbi cum nitro atq; oleo contriti quo mellis faciat crassitudinem, ex quibus corpus iubet illini. Eodem authore staphisagria cum aceto, & oleo, tunc contrita cum salis fluore, quem Græci halos anthos vocant, donec liquidi mellis similitudinem faciat. Nunc etiam cũ sulphure atq; aceto: vel ita ponderibus composita medicamenta, staphisagriæ drachmas duas, sandaracæ drachmas duas, nitri obulos duos, admixto oleo, & aceto, donec in mellis crassitudinẽ veniat: Vel sandaraca cum oleo, & nunc staphisagria, & abrotonum æquis ponderibus admixta calce, quam Græci conin vocant & ijs similibus. Staphisagriam autem, quæ Plinio etiam vua taminia dicitur, cuncti ceu peculiare aduersus Pediculos omnes celebrant. Eam laudat Galenus loqueus de morbo pediculari. Et Plinius *k* ad eundem, resistitur, inquit vuæ taminiæ succo cum oleo peruncti corporibus: item in aceto decoctam etiam vestes eo tœdio liberare tradit; idem scribit Dioscorides. *l* Prisciamus staphisagriam tundi vult, & oui album admisceri, & commixtione loca fricari. Filum madefactum aut intinctum oleo, in quo semina staphisagriæ attrita fuerunt, Pediculos necat, si capiti circundetur; hoc me docuere Albertus, & Dioscorides, alijq;. Auicenna laudat staphisagriam cum arsenico. Vnguentum ad Pediculos. Accipe seminis staphisagriæ vncias duas, elleborii albi vnciam vnam, salis drachmas duas, argenti viui vncias duas, aceti vini drachmas duas, axungiæ porcinæ libram vnam, olei laurini vncias nouem, saponis Veneti libram semis, fiat vnguentum secundum artem. Ex Autidotario Augustano. Puluis ad Pediculos Io. Guintetij Andernaci. *m* Seminis herbæ pedicularis quæ & staphisagria dicitur, vnciæ duæ, salis communis vncia, aloes vncia semis, cinnabrij drachmæ duæ. detrita capiti inspergantur. At si hoc remedio non intereaut, adhiberi potetit paulum sublimati, aut argenti viui in sulphure. Priscianus loco citato staphisagriæ vncias duas, sandaracæ vnciam vnam cum oleo, & aceto postquam contriueris, corpus omne perungendum præcipit: item postquam capillos abstuleris, melle aut cedria loca contingi. Plinio *n* autem quoq; mel, Lendes, & fœda capitis animalia necat: Cedri succus defuncta corpora conseruat, viuentia corrumpit, mira differentia, cum vitam auferat spirantibus, defunctisq; pro vita sit, inquit idem Plinius, addens phthyriases perũgere eo necdum dubitauerim, itemque prurigines. Marcellus nitri Alexandrini, & staphidos agriæ æquale pondus sumit, aphronitri quoq; aliquam portionem, & sulphuris viui particulam simul omnia terens, & decimo die in balneo corpus fricat, omnes ita Pediculos necari inquiens. Ad Pediculos necandos hoc medicamine etiam vti iubet: oleum cum puluere cineris cuiuslibet de foco, sed bene cineti pariter miscebis, & ita teres, vt sit ad spissitudinem mellis, atq; inde cum opus fuerit, caput vnge. Ad Pedunculos in omni parte corporis necandos, ellebori albi vncia, staphidos agriæ tantundem, simul trita, adiectoq; oleo totum corpus peruncti etiam in tunicis necabuntur, si eidem credimus; item œsypum ex oleo tritum, & instillatum capiti, phthyriasi medetur. Lendes, & alia capillorum animalia alumen perministum aqua interimit. Plinius *o* Gummi hederæ inunctũ Pediculos necat. Dioscorides. Lachryma hederæ psylothrum est, phthyriasimq; tollit. Plinius. *p* Galenus item, vt Serapio refert, gummi hederæ ac proprie nigræ facultatem tribuit quæ adurit adustione occulta, ideoq; occidere Pediculos, & abradere pilos. Succus genistæ cum raphanino, vel siuapino exceptus, tutissimum est remedium aduersus Pediculos, vt Ant. Mizaldus *q* notauit ex cuiusdam experimentis Sinapi cum rubrica vtũtur ad psoras, lepras, & phthyriases; scribente Plinio. *r* Serenus ad phthyriasim, inquit,

d Lib. 1. c. 4.

e Li. 4. pract. cap. 9.

f Cap. 3.

g Cap. 5.

h Cap. 130. secret.

i Li. 3. Chron cap. 2.

m Comẽt. 2. dial. 8.

n Li. 22. c. 2.

o Li. 35. c. 1.

p Li. 24. c. 1.

q Cent. 3. mirabil. ph. 4.

r Li. 20. c.

Sæpius ergo decet mordax haurire sinapi
Nitro, vel sale permixtis, acidoq; liquore

Laxatis,

Laxatis, vt ſin ſimul allia, tangere corpus
Aut lachrymis hederæ, aut ſucco perducere cedri.

Cęterum allium non modo cum nitro, ſale, acetoq; vt Serenus hic docet, inunctum, ſed & per ſe tum potum, vt ante dixi, tum inunctum phthyriaſi medetur. Bibitur, inquit, Auicenna, decoctio allij & interficit Lendes & Pediculos, & inungitur ſuper eos. Phthyriaſes, & prurigines potum curat allium, tuſum item cum aceto, & nitro. Plinius. *s* Dioſcorides idem allium contra Pediculos, & Lendes, ſed cum origani decocto vtiliter bibi tradit. Folia tamaricis in aqua bulliantur, ex ea decoctione fricari Pediculoſos vult Priſcianus Marcellus ſtercus ſcrofinum immixtum cum roſa liquida, idelt roſę ſucco, Lendes Pediculoſq; diſcruciare voluit. Pediculi ſi ſint in corpore calido, Iſaac *t* hoc vnguento vngit: Argentum viuum, cineres filicis cum aceto & oleo tempera. In frigido corpore, hoc vtitur vngũento. Staphiſagriam, nitrum, auripigmẽtum cum oleo, & aceto tempera, & caput vnge. Itẽ auripigmentũ rubrum capiti cum oleo inungi iubet, atq; ſi poſt infirmitatẽ Pediculi naſcantur, fieri vult vnguentum de ſemine croci hoitẽſis, vngiq; quotidie & lauari cum aqua, in qua decoctæ ſint roſæ, vel folia pini contuſa; & iſto ſucco ſimiliter illini. Argentũ viuum nulli non tradunt Pediculis internecionem afferre. Raſes oleo id extinctum ſi permiſcearur, natos Pediculos interficere profitetur; Author de natura rerum, & Albertus argentum viuum in oleo oliuæ diutius bullitum commendant, & Zonam pedicoſi eo intingi præcipiunt. Puluis etiam argenti viui cum puluere plumbi ſi ſuper carbones ſpargatur, & ſuffumigentur veſtes, vel homo fumũ accipiat, occidnntur Pediculi, vt inquit, idem Albertus. Argentũ viuum, quod ſit calidum, inquit *u* Fallopius, oſtenſo exemplo familiariſſimo, & eſt quod enecat, & quaſi comburit Pediculos illos latos, quos vulgus vocat Piattole, & nihil ad hoc reperitur præſtantius argento viuo, quo ego, inquit, vtor hoc modo in tali caſu. Accipio pomum dulce, & coquo ſub prumis, deinde cũ carne illa cocti pomi miſceo paucùm argentum viuum, & mando illi qui cruciatur ab huiuſmodi animalculis, vt quando it veſperi dormitum, inungat ſibi alas, pecten & alias partes, in quibus animalcula reſident, & ſi obſeruaueritis, videbitis mane animalcula illa rubra, & ferme combuſta. Hæc illæ. Vnguento enulato, quod argenti viui plurimum recipiat, multi etiam vtuntur. Ego tamen argentum viuum non probo, maxime in pueris. nam hinc ſæuiſſima ſæpe ſuboriri ſymptomata multi obſeruarunt: quod inconſultis matribus, & nutricibus, quæ plerunq; eo vtuntur, dictum eſto. Albertus *x* à ſaxifragia Pediculos efficaciter occidi tradit, ſi contrita apponatur. Scoti teſte Iulio Scaligero *y* aduerſus Pediculos induſia croco tingunt, Bacchum & Crocota, & alio viuendi genere imitati.. Marcellus felle vitnli caput peruinctum Lendes ait exterminare. Aduerſus Lendes, Pediculos, Cimices, Pulices ſummopere commendatur hoc vnguentum Accipe cineris hirudinũ ſiue ſanguiſugarum vnciam vnam, coſti & ſtyracis liquidæ ana vnciã ſemis, ſanguinis ſuilli, quod ſatis eſt, miſce Olibani, & lardi ſuilli partes æquales vitriato fictili coquuntur & ad linimenti conſiſtentiam per ſetaceum excernuntur. Hoc ſi pediculoſum caput inungatur, proculdubio immunc euadet à Pediculis: eritq; prę-ſidium eam in rem, & propugnaculum multo tutius, quam ex vnguento enulato, vel alio quod argentum viuum accipit, Palpebris autem Cælins Aurelianus *z* adhiberi vult pulueres ſiccos, atque collyria, quæ Græci blepharica vocant, nos palpebraria dicere, inquit, poterimus, ex ære vſto atq; anſo aſſo, ſed & lapide ſciſſo, & pipere, & ſtaphiſagria confecta. Hæc etiã in ijs, qui præter phthyriaſim pruritu vexantur, ſunt adhibenda, adiectis magis feruentioribus aquis in vſu lauacri, & aſperginibus pulueris, ex thure & nitro, & ſulphure confectis. Item ſolicationes, quas Græci helioſes vocant, adhibendæ ſunt: dropaces quoq; & vomitus radicum, & ea quæ iam ſæpe de alijs memorauimus ſcribentes paſſionibus, quæ corpus recorporatiua virtute fortificare, atq; in meliorẽ habitudinem commutare valeant: ſic enim detracta corporis cachexia, eius quoq; comitantia depellentur. Hæc itaq; Aurelianus. *a* Trotula antiquus etiam medicus contra Pediculos generales circa oculos vnguentum fieri ſcribit ſatis valens ad expulſionem eorum & ruborem oculorum, & ad mitigatiouem doloris eorũ Accipe aloes vnciam vnam, ceruſæ, olibani ana vnciam ſemis, laridi quantum ſufficit: larido minutim cõtrito, cætera puluerizata imponuntur, & fit vnguentum. Idem ad Pediculos, qui in pectine, & ſub aſellis (ſic habet) naſcuntur diſtemperari ait cineres cum oleo, quo inunguntur illa loca. Ad Pediculos Plactulas quidam ex recentioribus accipiunt olei communis vncias tres, idq; bulliunt in vaſe vitreato cum drachmis tribus cinetis quercini, & inungunt locum inſeſtatũ, poſt per aliquot horas abluuut cũ lixiuio & ſapone nigro. Si autẽ Pediculi fuerint in palpebris oculorũ, laudãt ſuccum foliorum Perſici, vel Recipe myrrhæ, aloes, thuris ſingulorũ partes æquales, trita larido miſceantur, & palpebræ inungantur. Nonnulli elixant ouum ad duritiem, & adiecto vitello macerant ipſum in aceto per ſpatium ſex horarum: inde ſuper palpebras cubitum iturisimponunt: mane autem Pediculi mortui ouo remoto adhærent. Pediculi iſti feri in pube, & genitalib. ſi non cedant præcitatis remediis, ſecundum multos ad argentum viuum deueniẽdum erit. Componitur à Fallopio *b* ceratum, quod accipit olei vncias tres; argenti liquidi ſiue viui vnciam vnam, ceræ albæ vncias quinq;, quo illinitur cutis. Teſtantur nonnulli etiam ſi ciugulum ex lana hoc cerato illitum nudo ventri alligetur, ſtatim Pediculos omnes interimi. Idem Fallopius ad Pediculos pudendorum, accipit axungiæ porcinæ, argenti viui, ſaluiæ ana quod ſatis eſt, miſcet omnia ſimul, faciens vnguentum, quo partes Pediculis obſeſ-

s lib. 20. c. 6.
t li. 4. pract. cap 9.
u lib. de Metall.
x Lib. 26.
y Exercit. 246. 5.
z L. 3. Chro. cap. 2.
a lib. de paſſionib. mul.
b Lib. de vlcerib. c. 24.

A ſas inungit. Cyrones, ſiue Pedicellos vulgus peculiariter acicula extrahit: ſed cum non ſimul tollatur cauſa eorumq; fomes, perſeuerat affectio. Itaq; pręſtat vnguẽto, vel fotu eos extinguere, quo ſimul tollatur pruritus ille infeſtiſſimus. Maxime ὑποθειπνῷ Cyrones enecans eſt acetum ſalſum. Practici quidam hyoſcyamum in primis ita commendant tanquam à proprietate, vel antipathia vnice conferens, ſed non alio nomine iuuat, quam ſtupefaciendo qui fit vt pruritus, & eroſio mox ſiſtatur Idem poſſunt alia quæuis narcotica: omnia ſane vitanda, niſi cum grauiſſimus vrger dolor, quod per hunc affectum minime accidit Frequẽtior enim hyoſcyami, & ſimilium contactus tremulas reddit manus: quamobrem erit præſtantius vti eorundem oleis, vt mandragoræ hyoſcyami, & papaueris, quæ minus noxia eſſe poſſunt, neque verendum eſt vngere pauco hydrargyro, vel pauciore ſublimato cum axungia rancida, quibus Cyrones interficiuntur, & pruritus extinguitur. Eſto vero hydragyri ad axungiam proportio ſexcupla, ſublimati vero decupla. Multi, quod magis probo, vbi Cyrones ſunt, perforant veſiculas illas. deinde abluunt muria, in qua caueri bullierint, aut aqua in qua decocti ſint piſces ſaliti, vel ſucco foliorũ perſicæ, vel hederæ terreſtris Alij accipiunt ſcabioſæ vnciam ſemis, ellebori albi drachmam vnam & ſemis, terebinthinæ optime lotæ, axungiæ porci recentis ana vnciam vnam, miſce, & vtitor. Aliud adhibendum infantium pedibus prutritu ob talem luẽ multum infeſtatis Accipe oua recẽtia eliſa, quouſq; indurentur, quorum albumina fruſtim inciſa inter duas renuiſſimas vittas pedib. alligabis, & ſic per multas horas permittes, poſtea ſolue, & inuenies omnes Pediculos in ſuperficie vittæ inferioris; quod cognoſces excutiendo ſuper prunas, nam crepitabant dum adurentur. Vnum notandum, quod in quocunq; vnguento ad huiuſmodi affectum, acetum admiſceri poteſt, & vt fortius operari poſſit, acetum ſcilliticum erit præſtantius: nam per ſe ſolum Pediculos interficit. Sed de animalibus alijs etiam aliquid dicamus, quæ ſi hoc morbo infeſtentur, ſi Pediculis ſcateant, pelles, & carnes nobis ſubminiſtrant, non ſolum illaudabiles, ſed etiam abominandas. Si itaq; Pedunculis, aut Ricinis infeſtentur oues, aceris radices, inquit Didymus, contundantur, & aqua addita coquantur, & poſtquam à capite vſque ad ſpinam, lanam ac vellus diuulſeris, hæc aqua tepida infundatur, donec per totũ corpus progrediatur. Quidam & hic cedria ſola vtuntur. Alij mandragoræ radice conſimiliter vtuntur. Cauendum autem ne guſtent inde, periculum enim inducit. Alij experti radicem decoquunt, & decocto lauant. Si ſylueſtres Pediculos, inquit, Hierocles, necare voles, primum ſi interna his ſcateant, Sandaracæ liquorem, inſtar heminarum duarũ infudiſſe ſatis eſt. Si exteriora ijs pedib obſita ſunt, eiuſdem Sandaracæ, quod ſatis eſſe videbitur, ex oleo linas aurfracibus calidi olei in ſole perungas hoc vnguine contacti Pediculi decident Si Gallinæ, Anſeres, & alites aliæ Pediculis infeſtentur, illitu ex oleo lini facile curantur: quin imo ſæpenumero ſibi ipſis magiſtræ, eo malo ſeſe aliæ puluerando, aliæ lauando liberant. Palladius Paxamuſq; laudant ſtaphiſagriam, & torrefactum cuminum pari pondere cum vino contuſa, ſi malum leue eſt, ſin peunarum penetrarit ſecreta, decoctum lupinorum. Sunt qui proprio experimento edocti Gallinas arena littorali, aut quod pręſtantius eſſe aiuut, cineribus ſaponariorũ à lixiuio relictis, cura mulierum ſeſe puluerautes iſtoe malo ocyus liberari referunt Varro ab eadem Pediculorum lue præſeruandas iri tradit, ſi in cubilibus cum pepererunt, auferatur ſubſtrameu, & recens aliud ſubijciatur. Atq; hæc de occidendis Pediculis dicta ſufficiant. Cæterum quemadmodum nos de occidendis ijs tantopere ſumus ſoliciti, ita è contrario Bancanorum, gens eſt in Guzzarat regno Indiæ mercaturæ dedita, mira ſuperſtitio eſt nolle tangere, quod mortuum eſt, nolleq; quod quam animal occidere; ideoq; quando Pediculis infeſtantur, accerſunt ex deſerto homines ſolitarios ſiue heremitas, qui eos captant, & captos capiti ſuo imponunt, & nutriunt. Alij etiam captos in parietum foraminibus occultant, uihil ita ægre laturi, quã mortem beſtiarum, quam coram vident inferri, quin rotis virib., adhibitis etiam precibus inſtant, ne vita auferatur, quam ſcilicet nemo concedere poteſt, pecuniaſque offerunt tanquam in redẽptionem. Iam vero Americani referente Andrea Theueto, *c* ſi mordeantur à Pediculis, vel à Pulicibus, eos captos dentibus interimunt. Et Herodotus antiquiſſimus ſcriptor tradit Libyum *d* Adirmachidarum vxores, ſuos Pediculos, vbi ceperint, non ante abiicere, quam eos viciſſim momorderint. De Tartaris etiam referũt quod quaudo capitis, & aliorum locorum Pediculos deuorant, dicaut eodem modo ſeſe aduerſus inimicos ſuos vindicaturos.

Ad animaliũ aliorũ Pediculos.

Ad Auium Pediculos.

Bãcani Pediculos nõ occidunt.

c Lib. 11. de America.
d In Melpom.

E

DENOMINATA. COGNOMINATA.

PHanoſtrates nobile fuit, at impudicum ſcortum. Hoc apud *a* Athenæum Apollodorus in libro de ijs amicis, quæ ſunt Athenis vocatum fuiſſe Phtehropylen ſcribit propterea, quod Pediculos, cum ſtaret in limine ianuæ, quæritaret, φθειρίζω in veteri Lexico eſt venor Pediculos, φθειροφάγω, Pediculis veſcor, φθειροφάγος qui ijs veſcitur, de φθειροφάγοις dicam poſtea. φθειροποιὸς faciens & procreans Pediculos. Σταφὶς ἀγρία & ἀστραφὶς ἀγρία, Latinis herba Pedicularis & pituitaria dicitur, Officinis Staphiſagria. Pedicularis autem dicitur à viribus. Quantopere enim Pediculos interimat, ex ſuperioribus facile cuiq; liquere exiſtimo. *b* Hieron. Tragus aliã quandam herbam, Pediculatẽ campeſtrem, ſed ab contrario effectu, vocauit. Eſt aũt ea q̃ alij herbarij criſtam

Phanoſtrates.

a Lib. 13. cap. 19.

b Li. 1. Hiſt. ſtirpium. cap. 83.

cristam galli altetam, siue alectorolophon nominant. Dodonæus fistulariam, quod ad fistulas, & sinuosa vlcera sit vtilis. Dicitur autem Phthirion seu Pedicularis, seu Pedicularia, quod pecori, ac iumentis, quæ in pratis, vbi hæc prouenit, pascuntur, Pediculorum copiam gignat: quemadmodum idem Tragus hisce verbis testatum reliquit: Radicem habet tenuem, ac perbreuem, ita vt quã facillime euelli possit. Quare in noxia hac stirpe naturæ consilium ac prudentiam admirari certe debemus, qua pecorum saluti consuluit, eo quod pestilentissimam herbam radices alte agere non permisit, admonens interea pecuarios, vt è pratis, ac pascuis, eijci illam curent sedulo. Cum enim à pecoribus inter cætera pabula deuorata fuerit, Pediculorum in illis ingentem procreat copiam, quo morbo vix tandem citra magnum periculum liberãtur. Hinc apud Germanos Leuss kraut, hoc est, Pedicularia vocari cœpta est. In c historia omnium plantarum alia stirps, Pedicularis maior alpina vocatur, sed cur ita dicatur, non explicatur, suspicor autem Pediculos generare eius esum. nam præcedenti non est absimilis multum. Veretrum nigrum tertium quibusdam nuncupatum, quod nonnulli etiam Plinij consiliginem appellãt, Germani Lauss kraut, teste d Carolo Clusio dicunt, quod Pediculos interimere credatur, perinde ac staphisagria, quam eodem nomine indigitari diximus. Anacardum vocant quidam Arabes Pediculum elephantis.

c Lib. 10. cap. 22.

d Lib. 2. rar stirp. c. 63.

ÆNIGMA. LVDICRVM.
Apophthegma.

Nautarum de Pediculis ænigma.

IN vita Homeri tale legitur ænigma de Pediculis: Nautis cęterisque aliquot qui è ciuitate conueneraut, in Io insula apud Homerum considentibus, forte pueri piscatores eo appulerunt, qui è nauicula egressi hæc illis verba fecerunt: Agite peregrini, audite nos, num quid eorum quæ proponemus explicabitis? Ibi è præsentibus quidam iubebat eos proloqui. Illi, nos, inquiunt, quæcunq; cepimus, reliquimus: quæ vero non cepimus, nobiscum portamus. Et cum nemo id ænigmatis interpretari posset; piscatores explicabãt: significantes nimirum se, cum piscium nihil capere possent, desidentes in sicco, Pediculos venatos, & horum quotquot cepissent, abiecisse, quos autem non inuenissent, domum retulisse. Quæ audiens Homerus, hæc dixit carmina.

Τόσσων ὧν πατέρων ἐξ αἵματος ἠὲ καὶ αὐτῶν
Οὔτε βαθυχλήρων, οὔτ' ἄσπετα μῆλα νεμόντων.
Hi vos, ô pueri, tales genuere parentes
Nec latis fundis, gregibus neq; mille potentes.

Aristippi dictum.

Sunt qui Homerum mortuum esse volunt, quod hoc ænigma explicare nesciuisset, quod falsum est: æger enim iacebat in litore. Aristippus causante quodam, quod filium quasi non ex se natum proijceret: An vero, inquit, ignoramus & pituitam, & Pediculos ex nobis gigni, quæ tamen velut inutilia, quam longissime proijcimus. de quo vide Laertium in illius vita.

Agesilai apophtegma.

Agesilaus magnus ille astans aliquando aræ Mineruæ, quæ ab æde æra Chalciœcus dicitur, bouemq; immolans, morsus a Pediculo, nihil reueritus a Plutarcho referente, in conspectu omnium arripuit eum, & occidit, his additis verbis: Per deos, iucundum est, vleisci insidiatorem, etiam pone aram. Lodouicum Imperatorem ferunt, quod quidam è familiaribus forte coram eo vnaq; obequitans viso in eius veste Pediculo, suffundi rubore ceu pudibundum cerneret, ab eo quæsiuisse, quid ita euenisset, quod tam inopinato rubore per vultum subito ipsum puderet, cumq; pudoris causam percepisset, oblato prius munere respondisse, sese quoq; hominem esse: rursus cum alius Pulicem lese in veste eius vidisse simulato pudore diceret, vehementer obiurgasse, addito & hoc. tune canem esse me arbitraris? Quod si vero quispiam in stratu hominis, ludicri causa velit, vt appareant Pediculi scaturientes, vt non possit dormire, proiice, inquit Albertus Magnus, in lecto eius pondus vnciæ vnius, vel mediæ alkakengi, & si acceperis pilos asteris, fiet inde Licinium, (sic habet) quod quando accenditur, vident se inuicem omnes infirmos ex vehementia infirmitatis, extenuationis. Accipe Locustam citrinam, & exicca ipsam & tere & pone in panno exequiarum, & incende ipsum oleo Sambucino, in quocunque loco fueris, erit quod tibi dixi, & mirabile.

a In Apoph. Iacon.

Vt Pediculi in stratu appareant.

PROVERBIA.

Platonis Pediculi.

Οἱ Πλάτωνος φθεῖρες, id est, *Platonis Pediculi* in prouerbium abierunt, vti referente Laertio in vita huius philosophi, testatur Myronianus in opere, cui titulum fecit de similibus: hinc coniectans hoc morbo periisse Platonem, quod vulgo Pediculi Platonis appellarentur. Myronianus nullum indicat vsum prouerbij: Suspicari tamen licet, dictum in sordidos, quod philosophi minimum indulgeant nitoribus externis, dum circa mentis cultum toti sint occupati. In sordidos ac auaros homines bina habent Itali prouerbia eiusdem sensus: Egli è piu miseto d' vn Pedocchio, hoc est, Pediculo multo auarior est, & egli scorticarebbe vn Pedochio per hauer la pelle, hoc est, etiam Pediculum excoriaret, vt pelle potiatur. Belgæ quoque, vt audio, hinc habent adagium, Cael als een luijs, hoc est, æque glaber ac Pediculus, in eos quibus nihil est, reliquum, qui vel omnia consumpsere, vel qui nihil vnquam habuere diuitiarum.

VSVS.

APud Belgas audio Pediculos potos commendari à nonnullis aduersus morbum regium. Cæterum cum ciuiles hominum mores à tam fœdo abhorreant remedio, nescijs dandum erit, si modo verum est, eum affectum curare. Fœdius vero multo est, quin dictu turpe ac abominabile ijsdem vesci, quod a Herodotus de Budinis Scythiæ populis prodidit, quos b Plinius Salas vocare videtur: nam hos antiquis Pthirophagos, & Suauos dictos fuisse scribit: Eorum etiam Arrianus in periplo Ponti Euxini, Ptholomæus in Sarmatica Asia, nec non Mela & c Strabo mentionem faciunt. Sabellicus sic dictos esse vult, à sordibus & fame, quemadmodum nos vernacula lingua hominem sordidum Pedocchioso, & tignoso vocamus, id est, Pediculosum & tinea affectum. In Cumana insula, sicut in libris de nauigationibus in Indias legimus, Pediculis coctis & crudis vescuntur.

a In Melpomene.
b Plin. 6 cap. 4.
c Lib. 6.

CAPVT V.
DE RICIO.

PLinius a cum esset locutus de Pediculis, subinde de Ricino, quanquam animal non nominet, agit, eiusdem turpedinis animal esse inquiens, vt postea patebit, cum eius verba fideliter recitabo: Quin etiam ipsemet b Aristoteles Pediculi eum speciem facere videtur, cum eodem de eo agat capite, adeo vt doctissimus c Iulius Cæsar Scaliger Ricinum vocet tam in homine, quam arimantibus alijs, cuius opinionem supra refelli, ac mox iterum refellam. Quidiui itaque & nos de eo post Pediculos agere debemus?

a Lib. 11. cap. 34.
b Lib 5. Hi. cap. 31.
c Exer. 296 5

ÆQVIVOCA.

Κρότων Dioscotidi, ac a Theophrasto plantæ frutescentis nomen est: interpretes eorum recte Ricinum latine vocãt. Quod enim Latinis Ricinus, id Græcis κρότων & κίκι est. quin herbam eam ab Crotone siue Ricino animante dictam disertissimis hisce verbis scriptum reliquit idem Dioscorides: Cici aut croton, quod seseli Cyprium, & sesamum syluestre vocant, à Ricini animalis similitudine dicitur &c. Herba est vulgo nota officinis cataputia maior appellata ob purgandi facultatem quam obtinet, quibusdam pentadactylon & palma Christi à foliorum digitata effigie, Mesuæ granum regium, Italis girasole, ab Herodoto συνηλιόπορον. Iam vero Polluce authore κρότων in aure dicitur τὸ οὔσταφος ἔδαφος. Eodem teste κρότων vocatur μελιτηρὰ ὑγρασία ἐλαιώδης, ὅταν ἕλκος ἢ τοῦ τὼ νεύρου. Et b Galenus ab Hippocrate κρότωνας nominari scribit τὰ ἐν τοῖ πνεύμονι χονδρώδη βρόγχια, id est carthilaginea pulmonis bronchia. Nec non Hesychius κρότωνα scribit à quibusdam exponi πύρσον. Alioqui & vrbis nomen est, cuius incolæ dicuntur κροτωνιάται. Κρότων denique dicitur oleæ morbus, qui solis quædã inustio est. c Isidoro Ricinus etiam piscis est, à Ricino terrestri nomen trahens, quem vulgus inquit, eritium vocat, huius testula duplex spinis aculeata in modum castanearum, quando adhuc opertæ de arboribus cadunt: caro eius mollis & minio similis. Hæc ille. Ricinus præterea & Ricinum, vel (vt quidam maluut) Recinum, vestis antiquissima, quadrata, a reijciendo, vt inquit Varro, cuius partem mediam retrorsum iaciebat, vnde Riciniati momi. Meminit eius vestis Seruius d Virgilij inter res, dictam ita esse inquiens, quod post tergum reijcitur. Festus Ricinum vocat omne vestimentum quadratum. Apud e Ciceronem legitur Ricinium per quatuor syllabas. Extenuato (inquit) sumpto tribus Ricinijs, & vinculis purpuræ, & decem tibicinibus, tollit etiam lamentationem. Ex quibus Ciceronis verbis vestem lugubrem fuisse constat, quod ex Varrone etiam confirmatur, qui colorem eius insuper expressit. Is enim de vita patrum apud Nonium inquit: Vt dum supra terram esset, Ricinis lugerent, funere ipso pullis pallis amictæ. Quo loco Nonius: Erat autem, inquit, Ricinum, quod sua ætate masurium dicebatur, palliolum fœmineum breue.

a Lib. 4. cap. 164.
b Lib. 2. de morb.
c Lib. 12. Orig. cap. 6.
d Lib. 1. Aeneid.
e Lib. 2 de legib.

SYNONYMA ETYMVM.
forma.

ARistoteles a cum Asinum neque Pediculis, neque Crotonibus infestari dixisset; boues è contra vt risque oues & capras Crotonibus, subiungit, in canibus fieri, qui Cynoraistæ vocentur. Theodorus Gaza nescio an distinctionis causa κρότωνας interpretatur Rediuos, & canibus proprium esse ait Ricinum, qui ab eodem animali nomen Cynoraistæ accepit cum tamen Græce legatur tantum, Ἐν δὲ τοῖς κύσιν οἱ κρεμούμενοι γίνονται κυνοραίσται, hoc est in canibus nascuntur Cynoraistæ dicti. Quare si distinguere voluerit Ricinum à Rediuo, lapsus est. idem enim est animal Rediuus, qui Ricinus, quin vt mox patebit, multi apud Columellam: ex quo hanc vocem sumptam esse volunt, Ricinus legendum esse doctiores iudicant, atque ita habet meum exemplar Parisijs impressum. Taxat hanc quoque versionem Gazæ doctissimus Hermolaus Barbarus: Ricinus à nostris (inquit) dicitur (planta nimirum, de qua supra diximus) vt ipsum quoque animal canibus præcipue

a Lib. 5. hist. cap. 31.

cipue infestum, quod & Cynoraista Græce dicitur & Croton, quã- A
quam Theodorus Crotonas Rediuos conuertit, non Ricinos Fer-
tini etiamnum hodie, vt ex Didymo Zenotele accepimus, verna-
culo vocabulo Rhaistas canum vocant. Dicuntur & Cynomyæ
(hoc falsum esse infra dicemus) à quibusdam. Sed & ouibus mole-
stos esse Ricinos testis est Cato. Vulgus ipsum eos Græco nomine
appellat Cica. Galenus Cica dici vult etiam bestiolas, quæ frumẽ-
tum corrodunt quarum cœtus Cion dicatur. Hic Vermis etiam
Cis vocatur &c. Hæc Hermolaus. Hesychio etiam κυνοραίστης sunt
κρόπωνες οἱ τοὺς κύνας πιπίζοντες, id est, Crotones qui canes mor-
dent: & κυνοραιστῶν, τῶν κρόπωνων ὑπὸ τοῦ ῥαίειν ὁ ἐστὶ φθείρειν. Attici
geminato ρ dicunt κυνορραίστης teste Eustathio. Sunt & nonnulli
τὰ τῶν κύνων φθαρτικὰ ζωύφια, nonnullis, sed perperam κυνόμυιας id
est, Muscæ caninæ, vt suo loco in Muscis demonstrauimus. Iam
vero Crotonem eundem esse cum Ricino; in primis habemus ex
b Vatrone, apud quem hoc lego: Quidam nucibus Græcis, in aqua
b L. 2. de Re rust. c. 9. tritis perungunt catulorum aures, quod Ricini soleant (si hoc vn-
guine non sis vsus eas exulcerare; nec non ex Plinio, qui inscriptio
capiti trigesimoquarto libri vndecimi titulo, de animali, cui ci-
bus exitus non est. Est, inquit; animal eiusdem turpitudinis, (sub-
,audi cum Pediculis) infixo semper sanguini capite viuens: atque
,ita intumescens, vnum animalium, cui cibi non sit exitus: de-
,hiscitque nimia satietate, alimento ipso moriens. Nunquam hoc
,in iumentis (Aristoteles, id priuatim de asino dicit) gignitur: in
c Lib. 30. cap. 10. ,canibus aliquando (quin plerunque, vt idem c alibi, vt subinde
,patebit, tradidit.) in quibus omnia. In ouibus, & in captis hoc
,solum. Æque est mira sanguinis, vt Hirudinum generi in palu-
,stri aqua sitis. Quanquam autem Ricinum non nominet hic Pli-
,nius; alias tamen seipsum velut explicans, eum nominauit his
verbis: Minus miremur hoc; qui sciunt fœdissimum animalium in
,quantum magnificent Ricinum, quoniam nulli sit exitus sagi-
,næ, nec finis alia (alius in manuscripto codice) quam morte, diu-
,tius infame viuenti. Septenis ita diebus durasse tradunt: at in so-
cietate paucioribus dehiscere. (deficere in manuscripto.) Hunc ex
,aure sinistra canis omnes dolores sedare adalligatum. Suidæ
quoque κρόπωνες sunt οἱ τῶν κύνων τὸ αἷμα ἐκπιπίζοντες, qui canum
sanguinem exugunt. Eiusdem sententiæ est Scaliger. Κρόπωνοι Hes-
ychio sunt eidem, qui κρόπωνες, & κυνοπρῆστις ζῶον τι, quoddam ani-
mal, tale proculdubio, quale βυπρῆστις, canibus nimirum ea mala
d In Ody. π. c Lib 20. cap. 130. inferens, quæ illa bobus. Inuenio item apud d Homeri Scholiastẽ
τειβίκια pro κρόπωνες, citatúrque in veteri Lexico e Vincentius ex
authore de natura rerum Engulam est vocari scribit. Engula Ver-
Engula. mis à re nomen habens. Haber enim semper in sanguine caput,
continuequesugens ita intumescit, vt medius crepet. Non enim
exitum superfluitatis habet. Hoc à quibusdam Pediculus agrestis
dicitur. In iumentis nunquam, sed in lupis & canibus frequens Sic
ille. Hispanis dicitur Rezno, & Gatapata, Germanis Hundslaus, Zack, Holtzbock, Belgis, Hundtsluijs, quasi Pediculus canis; Gallis teste Ruellio Gallo Thiques. Cum vero duo Insecta prorsus inuicem & colore, & magnitudine, nec non figura differentia Ricini dicantur, vtrumque rusticis nostris notissimum, vnum paruũ, nigricans, figura Plactulæ siue Pediculi inguinalis, alterum magnum, rotundum ac quasi orbiculare, illud Cecca vulgo, hoc Cosso vocatum, meo iudicio illud postremum Ricinus est veterum; etenim Dioscorides Crotonis herbæ semina Crotonis siue Ricini animalis figuram exacte repræsentare scripsit; vnde vel quiuis videat doctissimum virum Scaligerum Ceccam nostram cum veterum Ricino implicasse. Homini, inquit, Ricinus inuascitur è sordibus in barba, alis, inguine. Estque id quod canibus Cynoraistes. Crotonem Græci communi cum Arabiæ Keruæ seminis nomine, ,, Galli Platam vocant: cum tamen turgidus & globosus sit. Ad-
,miranda natura: à qua vos materiales (omnia enim cum Alexan-
,dro vestro ducitis à qualitatibus elementorum) admoneri æquũ
,est. Vt videamus ad quem materiæ, vel defectum, vel confusio-
,nem confugiatis. Hoc animal cum cibi habeat adirum, excre-
,menti exitum non habeat: scio vobis quid sit comminiscendum.
,Defuisse naturæ subulam, qua illi eam partem terebraret. Iccirco
,Italia cum id animal Cæcam vocet: maiore fide fuisse excogi-
,tandum illis nomen arbitror: quo alterius, quam oculorum; lo-
,ci cæcitas declararetur. Cæterum Ciccam primum dictam reor,
,quia Cicy Croton sit. Sic Scaliger. sed Plata plurimum, vt dixi à Crotone differt. Deceptus autem fuit Scaliger cæco animalis exitu excrementorum. Hoc enim cum vidisset forte in canum Plata, ex eo Crotonem esse iudicauit, cum id vtrique conueniat animanti canibus infesto. Postremo Plata canis plurimum differt à Plata hominum. Ricinum multi talpæ inimicum esse scribunt: sed de animali ne an de herba intelligendum id sit, necdũ didici. Alibi f Scaliger Ricinum scribit neq; gignere, neque gigni: item g alibi etiam viuere non posse, nisi in alijs animantibus quod postremum verissimum est, de priori sententia dubitari potest. Etenim h Aristoteli E
f Lib 1. de plant. g Lib. 2. de caus. plant. cap. 23. h L. 5. Hist. cap. 31. Ricinus Pediculorum genus esse videtur. Pediculus autem quomodo generetur, fusius supra explicauimus. Sed verum tamen est, quod dicit Scaliger, non gigni scilicet è suo genere, quoniam Ricinus, vbi sanguine satur est, quod exitum non habeat, rumpendo moritur, & nihil procreat. Ortus enim eius est ex animantis excremento, iuxta philosophi mentem. An vero etiam in herbis nascuntur? Obseruaui enim sæpe in canibus, quod cum domo egrederentur, prorsus Ricinis carerent, redeuntes vero ex agris vbi frequentior, spissiorque altiorque herba erat, ijs infecti essent vtroque genere & magno & paruo. Nigidius teste Plinio fugere tota die canes conspectum eius qui è sue id animal euulserit, scriptum reliquit.

VT FVGENTVR. ET occidantur.

CVm vero eiusmodi fœdissimæ, ac tetræ bestiolæ boues, o-
uesque (vt de canibus taceam,) infestantes, non tantum no-
cent illis diuexentque quo minus impinguescant, vel nobis inser-
uiant, verum etiam carnes eorum abominandas, ac nauseabundas
reddant, itaque haud ab re fuerit aliquot recensere remedia, quib.
vel fugentur, vel interimantur. Si ergò quadrupedes, & detonsæ
oues totæ amurca, sic vt biduum vel triduum confudent, illinan-
tur cum aqua, vbi lupinus deferbuerit, deinde mari vel aqua salsa
lauentur, neque scabræ fient, neque (quod nos requirimus) Ricini
erunt molesti. Si veterinum, inquit Didymus, Pediculis obsitum
est, aut Ricini hærent, aceris radices tusæ in aqua coqui debent, &
decocti iute tepito perfundi, sic in imber totum corpus proluat:
sed villi prius à capite ad dorsi spinam detondendi. Sunt qui solo
cedriæ liquore vtantur. Alij mandragoræ radicis decocto consimi-
B liter irrorant. Sed cauendum ne eam degustent, quippe cum peri-
culum adferant. Alij ciperi radicem decoquunt, & iuris imbre la-
uant. Ricini quoque pice liquida cum suilla adipe cocta contacti
decidunt: qui manu non sunt vellendi, ne faciant vlcera. Chamæ-
leon niger quoque teste a Plinio Ricinos canum necat. a Lib 22. cap. 18.

MORALE. PROVERBIVM.

PLutarchus a Ricino & Asilo egregie adulatores assimilat: quã
doquidem vt Asili tauris, Ricini canibus sub aures subeunt, eo-
dem plane modo adulatores, ambitiosorum aures laudibus occu-
pantes, ijsque adhærentes, non facile depelluntur Κρόπωνος ὑγιέ-
στερος, Ricino sanior, prouerbium à Suida citatum, nescio in quem
sensum. Is enim, inquit, ille; Vermiculus vndique est æqualis &
planus, nec vllam habet scissuram. De ano videtur intelligere, qui
in eo desideratur: sed ano carere, inditium sanitatis esse non po-
test. a L. de adu. & amic. discipl.

VSVS IN MEDICINA.

C
RIcini sanguis, inquit a Plinius. euulsi è cane psilothrum est
Et ante, hunc ait ex aure sinistra canes omnes dolores sanare
adalligatum. Eundemque in augurio vitalium haberi. Nam si æ-
ger respondeat ei qui intulerit, à pedibus stanti interrogantique de
morbo, spem vitæ certam esse i moritũrum nihil respondere. Adi-
cere etiam, vt euellatur ex aure læua canis, cui non sit alius, quam
niger color. Aliũs denique idem b Plinius Ricini sanguinem igni
sacro mederi tradidit. Q. Serenus eundemque sanguinem ad inue-
terata vlcera; quæ iam in fistulas abiere, celebrauit suis hisce ver-
sibus: a Lib. 30. cap. 14. cap. 10. b Cap. 12. c Cap. 25.

At si iam veteri succedit fistula morbo
Mustela cinere immisso sanabitur vlcus
Sanguine vel Ricini quem bos gestauerit ante.

CAPVT VI.

DE PVLICE.

D
EX notissimis Insectis Pulex est, eoque magis infestus, quo ad
fugiendum promptior ac dexterior. Captantem enim celerti-
mo, quem exercet, saltu eludit, & rursus mordet, nec facile se capi
sinit. Et quia facile per quoslibet artus saliendo diuagatur, Oui-
dius, vel quisquis ille fuit, qui elegiam eam de Pulice scripsit, in
Pulicem conuerti exoptat. Elegans vero etiam Pulicis encomium
scripsit Cælius Calcagninus: in quo mire Pulicem celebrat: adeo
vt nihil sit tam noxium tamque infestum humano generi, quod
non à felici aliquo ingenio laudari possit. Apud Mexicanos Indiæ
populos Pulex pro Deo adoratur. Pulex pro Deo.

ÆQVIVOCA.

EST & Pulex marinus, de quo alias. Item Pulex ex Phalangiorũ
genere, quod Pirhece Æliano vocatur, de quo agam inter Pha
angia. Pithece quid
ψύλλοι (sic Pulices Græcis dicuntur) Psylli Lybiæ po
puli, qui & ipsi à serpentibus non læduntur odore suo eos fugen-
tes, & alijs qui læsi ab illis bestijs fuerint, venenum suctu extra-
hunt. a Plinius, Psyllorum corporibus ingenitum fuit virus exitia-
le serpentibus, vt cuius odore sopirent eas. Ibidem dicit esse gen-
tem Africæ è Psyllo rege dictam. Psyllorum vis contra serpentes. a Lib. 7 c. 2.

SYNONYMA.

פרעש Paras Hebræis Pulex est. Quidam audacius, inquit Pagni-
nus à radice פרש deducentes, Haijm putant insertum, quod insi-
liat & excurrat ad depopulandum, & sese expandat ac explicet.
Extenuandi se causa Dauid secani & Pulici comparat I Sem. 24.
15. post פרעש Pulicem vnum. In Syrochaldaico dictionario
מאכולת Macholeth, Pediculus niger id est, Pulex. Græcis ψύλλος est, Atticis ψύλλα, vt scribit Scholiastes in Aristophanem. a In Encomio Pulicis
ψύλλα vero frequentius in vsu est, & raro ψύλλος legitur. a Cælius
Calca-

Venæ sectionis inuentio.

Caleagninus redditurus huius vocis etymologiam, cum dixisset non recte ascribi inuentionem secandi venam hippopotamo, quia Pulex id primum ostenderit mortalibus; atque hinc, inquit, Græci hominum prudentissimi eum ψύλλαν appellauere, non à breuitate corporis, vt crassiores antiquitatum existimant: sed quod Psyllorum imitatione exundans sanguinis virus, solo suctu, nullo dispendio, minima cum molestia, leuissimo tantum pruritu euocet. ψύλλακας dici πὰς ψύλλας refert Hesychius. Apud Latinos quoque nullum repetio synonymum. Isidorus à puluere dictum autumat, quod eo potissimum nutriatur, generetur potius dixisset. Italis dicitur Pulce, Gallis Poulce, Hispanis Pulga, Germanis Flöch, Belgis Vlo, aut Vloije, Anglis à Flee. A volatu hoc est celerrimo saltu, & fuga tribus hisce nationibus nomen habere videtur.

Pulex vnde dictus.

FORMA. GENVS. sexus.

PVlex notissimum animalculum corporis, in quo est, sequitur. In catellis, in eandido dilutiores, in ruffo fului, in nigro nigriores, vt annotauit doctissimus *a* Iulius Scaliger. Mare est fæmina duplo maior. Pulicem vero, etsi tam exiguum animal sit, artifex quidam Africanus aurea catenula reuinxit. Quin tradit idem ille *b* Scaliger ita reuinctum salijsse. Cætetum Pulicem in collo aureola catella, eaque prælonga (inquit) vinctum atque in delicijs habitum haud minori debet esse miraculo: cum ille saliret aliquando: nonnunquam heræ suggeretet delicatulum sanguinem: deinde in lectulo satur sese collocaret Idem ego à duobus artificibus factum vidi, Belga vno, altero Veneto. Nigua animalculum est minus Pulice, quod homines tantum infestat. Pulicellus est, inquit *c* Scaliger, rostro acutissimo. Pedes potissimum inuadit, raro partes alias, non ingredientium tantum, sed cubantium quoque. Ideo in sublime cubant Indi Frequentissime partem eam quæ subest vnguibus, lancinant. Quarta die crescere tumor incipit: tum ad eam turgent magnitudinem, vt Pisum superet. Tumor fœtus est Lendinibus candidis, quibus extractis calidos imponunt cineres. Sunt & herbatum pulices, qui raphanis potissimum innascuntur, vt infra dicemus.

a Exer. 59.

b Exer. 326.

Nigua.

c Exe. 94. 8.

LOCVS.

NOn in animantibus tantummodo locum habent Pulices, sed per terram in puluere numerosè etiam habitant, in locis cubiculisque immundis, & desertis. In Africa, ac potissimum monte Dedes tanta est huius pestis copia, vt quiescere homines nunquã patiantur, maxime qui eo veniunt, insueti ita molestari. In Insula S. Thomæ etiam abundant, item in Europa circa Segelmesse Africæ vrbem nulli reperiuntur Pulices.

GENERATIO.

DE Pulicum generatione isthæc legimus apud *a* Aristotelem. Quæ per se vel in animali, vel in terra, vel in stirpe, vel etiam in eorum ipsorum partibus creantur, eademque maris & fæminæ ,, sexu distincta sunt, ijs coeuntibus gignitur quidem aliquid, sed ,, ex quo nihil amplius gigni possit: verbi gratia coitu Pediculo- ,, lorum Lendes dictæ procreantur, Muscarum Vermiculi, Puli- ,, cum, genus Vetmiculorum oui speciem referens: ex quibus, nec ,, ea quæ generarint, proueniunt, nec aliud vllum auimal, sed id ,, quod sunt, sordes tantum persistunt. Sic ille, quod sane diuer- ,, sum esse apparet ab eo, quod scriptum reliquit eiusdem libri ca. ,, 31 vbi nimirum non tantum Pediculos tradit, & Cimices pro- ,, creare Lendes, sed & Pulices idem facere. Quæ (inquit) ex nu- ,, mero Insectorum non carne viuunt, sed carnis viuæ humore ,, aluntur, vt Pediculi, Cimices, Pulices, hæc per coitum gene- ,, rant ea, quæ Lendes vocantur; ex quibus nihil præterea nasci ,, potest. Pulices minima quadam putredine nascuntur, sedemq; ,, sui ortus sordes obtinent aridas Nunquid itaque vel Lendes, vel ,, Vermiculos ouorum specie gignant Pulices, necdum obseruaui. *b* Bartholomæus Anglicus ad priorem sententiam accedere videtur, dum ait: Quamuis autem non sit de animantibus, quæ procedunt per manifestam sexus commixtionem: multiplicat tamen suam speciem per ouationem; quæ oua quædam in se gignit, quorum commixtione, vel emissione vnicus Pulex multos producit: vnde Pulex albus, quidem nascitur, sed quasi subito in nigrum commutatur. Ego quoque Lendes nihil gignere, non puto, vt ante etiam significaui. ex puluere veto nasci minime dubito Pulices, atque id quoque scribit Author de natura rerum: Pulices, inquit, atro colore de puluere calefacto, & postmodum humore corrupto procreari dicuntur. Aristoteles quoque putrescens humidum, aut siccum Pulicum generationis causam iudicauit, quemadmodum hisce verbis disertissime significauit: Inse- ,, ctorum aliqua coeunt, atque ex animalibus eiusdem generis oriuntur modo eorum quibus est sanguis, vt Locustæ, Cicadæ, Phalangia, Vespæ, Formicæ: aliqua coeunt quidem, & generant, sed non sui generis animal, sed Vermiculos tantum, neque ex animalibus procreantur, sed ex putrescente humido & sicco, vt Pulices, Muscæ, Scarabæi. Loquitur & *c* Cardanus de hac generatione: Sunt & animalia exanguia, quæ quia sanguine viuant, sanguinea videntur, cuiusmodi sunt Hirudines, Pediculi,

a L. 5. Hist. cap. 1.

b Lib. 18. cap. 87.

c L. 7. Var. rer. cap. 28.

Cimices & Pulices: hi maxime sanguinem pro corporis magnitudine hauriunt: qui patui sunt, masculi, fæminas maiores frequenter incubare cernuntur: nati vere, maio pereunt, qui post nascuntur, sub hyeme, Augusto mense infesti. Ob id Maius mensis sine Pulicibus, quod priores iam intereant, postremi nondum adoleuerint.

NATVRA. MORES. VICTVS.

SAnguinem appetit Pulex & carnem, cui & insidet, terebrat, perfodit & exsugit, suctu quin morsu, ac pruritu rubicundum relinquit vestigium; dormire cupientes aeri morsu impetit, neque etiam regibus parcit: Salit potius quam volat, noctu quam interdiu magis homini molestus est, & nisi vehemens torpor aut grauis somnus mentem obrepat sese tecti ab eo non potest. Cum quis manum adhibet, celerius fuga dilabuntur, nec nueniri possunt; vbi vero quies esse creditur, celerius ad infestandum reuertuntur. Vnde canebat Ouidius vel author ille de Pulice.

Tu lateras corpus tenerum durissime morsu
Cuius cum fuerit plena cruore cutis.
Emittis maculas nigro de corpore fuscas
Leuia membra quibus commaculata rigent:
Cumq; tuum lateri rostrum defigis acutum
Cogitur è somno surger virgo graui.

Quia itaque morsu suo tam molestus esset Pulex, veteres habebant sua scalptoria, instrumenta in speciem manus confecta, quo pruritus scapularum terebatur, cum manus eo protendi non possent, vnde carmen est *a* Martialis inscriptum, Scalptorium.

Defendet manus hæc scapulas mordent molesto
Pulice, vel si quid Pulice sordidius.

Scalptoria.

a Lib. 14. Epig.

Id est Pediculum. Ostendit enim Philes quantopere morsibus suis molestus sit Pulex.

Τίδ' αὖ ὀνομάζων ψύλλαν ἤδη τις λέγοι,
Σκωλήκιον ἄρ', ἢ ζωύφιον, ἢ θηρίον;
Ὅπ οὖν δὲ φαίνηται, τοῦ' ἐκ ἑς' ἄλλοπλοῦ
Δέρμ' ἄιματος πλῆρες, ὑπὸ πόων, ὀξύστομον
Ἐν τρώμασιν λυπηρὸν ἀγείρω δάκει.

Id est.

Quid nominando quis vocauerit Pulicem,
Num Vermiculum, animalculumne, vel feram?
Quodcunq; dicamus. nihil quam pellis est
Cruore suffusa, atq; suffulta pedibus
Orisq; acuti infesta morsiunculis.

Temporibus frigidioribus pigrescunt, vel omnino deficiunt, æstiuis calidisque vigent maxime, & infestant Author de natur. rer, scribit. Si frigus circa Iunium mensem fuerit, cito perire Pulices, nec eatum prouentum reliqua æstate fore copiosum. Calidis temporibus cum imminent pluuiæ, maxime mordent. Idem author Pulicem scribit in duas partes diuisum reuiuiscere. Cum progrediuntur, saliunt more Locustarum, vt tradidit *b* Aristoteles, inquiens; Posteriora crura quibusdam Insectis longiora sunt, vt ambulent melius, & attollantur facilius de terra, cum auolare libet. Quod planius ea ostendunt, quæ saliunt, vt Locustæ & " Pulices. Cum enim inflexa rursus connixa extendunt, attolli " de terra necesse est. Locustæ (sic de Pulicibus dicendum) non " parte priore, sed posteriore habent crura ea ad gubernaculorum " effigiem condita. Suffraginem enim intus flecti necesse est, " quod nulli crurum priorum datum est Omnibus his seni pe- " des, ijs etiam, quorum enixu saliunt, connumeratis. Meminit " etiam *c* Plinius, licet Pulicem non nominet. Alia rursus, inquit, " generantur sordibus aridi soli, posteriorum crurum lasciuia petauristarum hoc est, vt Hermolaus Barbarus exponit, qualis petauro ludentium aspicitur. Petauristæ autem sunt, inquit Marcellus, quicunque saltibus vel scenis leuioribus mouentur. *d* Aristophanes Pediculos, Pulices & Culices ait βομβεῖν: quo loco Scholiastes Pulices proprie animalia esse ait aphona, id est, sine voce.

Incessus.

b Lib. 4. de part. cap. 6.

c Lib. 11. cap. 35.

Petauristæ qui.

d In Pluto.

DENOMINATA.

QVæ γλήχων Dioscoridi herba vulgatis notitiæ appellatur, Latini pulegium nominarunt, quod Pulices interimat. ψύλλιον Dioscorides, & ex eo Plinius (Latine enim psyllium quoque vocatur) nomen inuenisse scribunt, quia semen ferat ψύλλης siue Pulici simile. Conyza vero Pulicaria & pulicaris herba nominatur, quoniam Pulices interimat. Sunt etiam qui hydropiper eo indigitent nomine. ψυλλοπηγόται *a* Luciano dicuntur magnorum Pulicum sessores. Aduenerunt, inquit & à Septentrione auxilia Psyllotoxotæ quidem numero triginta millia. Horum sane Psyllotoxotæ magnorum Pulicum sessores sunt, vnde & appellationem trahunt: Pulicum vero magnitudo, vt duodecim elephantes. Terra de Pulici dicitur Leandro, quæ Ptolomæo Pinria dicta est, Siciliæ vrbs, Pollucis templo olim clara

Pulegium. Psyllium.

a L. 1. Var. hist.

NOCVMENTA.

QVantopere morsibus suis in homines grassentur Pulices, nemo nescit, prutitum tamen leuem potius, quam dolorem inferunt, contra ac in canibus qui ex morsibus non parum dolent, quod innuit *a* Dantes facta scilicet inde similitudine,

a In Inferno

Per gli occhi fuori ſcoppiaua lor duolo
Di quà, di là ſoccorrean con le mani
Quando a' vapori, & quand' al caldo ſuolo
Non altrimenti fan di ſtate i cani
Hor co' piedi, hor col ceſſo, quande morſi
Da Pulci ſon, da Mi ſche, o da Tafani.

Nec vero animalia ſolum infeſtant αἰψόνωα, ſed & olera etiam. b Theophraſtus fruges ſcribit infeſtari à Pulicum eroſione: & antea dixerat Pulices naſci in raphanis, in braſſica Erucas. Quem locum transferens d Plinius, napis Pulices (perperam hic Culices legitur in vulgatis exemplaribus) raphano Erucas & Vermiculos innaſci ſcripſit. Et apud e Auatolium inuenio à Pulicibus braſſicas magis infeſtari.

b *L.8.hiſt. plant.c.10.* c *Li.7.ca.5.* d *L.19.c.10.* e *Lib.12. Geopon.*

VT FVGENTVR.

VAria, quibus Pulices fuganrur, inuenio remedia, Pulices, vt Pamphilus refert, necat aquæ reſperſus, in qua gith, quod melanthium Græcis dicitur maduerit. Ebuli quoque radices, & cauliculi in aqua macerantur, vt ipſa ſparſa Pulices enecentur. Acetum acre ſucco miſtum hyoſcyami fertur olerum Pulices necare ſi ſpargas. Aqua decoctionis cucumeris aſinini rorata per domũ interficit eos. Domus irrorata ex decoctione ſeminis rapæ, necat Pulices, item aqua tribuli marini eos arcet. Decoctionem rutæ depellere pulices vno ore oẽs medici atteſtantur, nec non decoctionẽ rubi. Nil ęque vt deiicit Pulices, atq; res fortis odoris, velu truta menta, mentaſtrum, alliũ, lupulus, præcipue tamen fœces vel vrina equi. Eiſdem abſynthium eſt venenũ ſimiliter, & folia Perſicorũ, vt ait Conſtant. Colocynthidis puluis cũ aqua ſparſus per loca vbi Pulices abundant, idem præſtat. Pulices etiam muria acris reſperſa & aqua marina fugat & occidit. Pſyllium Pulices, ac Cimices fugat, modo culcitris, ac puluinari imponatur. Author de natura rerum optimũ remedium eſſe putat aduerſus Pulices, ſi quotidie cum dormituri ſumus, corpus abſynthio fricemus, vel eadem herba cum oleo decocta corpus perungamus. Fugantur & amurca per pauimenta freqnenter aſperſa, vel cumino agreſti cum aqua ttito Odor crematæ calcis eoſdem expellit. Si vngatur virgula ex adipe heritii & ponatur in medio domus, omnes eo conuenire Pulices author eſt a Raſis. Idem tradunt alii de axungia ſimię: idem facit paropſis ſanguine refertus. Aduerſus Pulices in Coa caſas ſuas fimo vaccino inungunt. Necare eos etiam putatur radix anchuſæ. Saluia contuſa & oleo permixta & aceto, illinitur aduerſus eoſdem. Fel pecoris ex oleo idem præſtat illitum. Pulegium recens incenſum Pulices arcet, inde nomen pulegio. Cunilæ contritæ cum aqua ſparſæ eos occidunt. Sanguis hirci ſi ponatur in fouea quadam in domo, Pulices accurrunt & moriuntur. Si quis pallio vel alia veſte facta ex pelle lupi induatur, nunquam eum attingent Pulices. Lupinorum cremor infuſus abigit eos: item ius decoctæ conyzæ perfuſum. Hoc Cuculo miraculum, inquit Plinius, quod quo loco primum auditur, ſi dexter pes audientis ibidem circumſcribatur, & veſtigium id effodiatur, non gigni Pulices, vbicunq; puluis eo veſtigio compreſſus, ſparſus fuerit. Hæc obſeruaruut magi. Quamobrem nonuulli, quoniam Ægyptios animaduerterant de Pulicum defectu deſcribendo ſolicitos fuiſſe, quippe origanum in eo ſignificato propoſuerant, addidere ipſi cuculum, & humanum veſtigium, qua ſpecie Pulicum extermationem indicarent. Meminit huius remedii quoque Philes Magorum nugas id nominans, cum alias nugas plerumq; pro veris obtrudere nobis ſoleat.

a *Lib.de anim.*

Λῆρον κατείποιμ' ἂν μάγων, εἰ δὴ θέμις
Τεῦρῶν τις δύναιτο κωλύσαι τὸ μὴ
Ἀρχῶ χρυσοῦ· ἐν ὥρᾳ δὲ ἐν ψύλλας τόπῳ.
Κοκκυσμὸν εἰ πρῶτον γ' ἀκούων κόκκυγος
Ὅδε τότ' ἐπιστὰς, δεξιοῦ τ' ἴχνος ποδὸς
Κεῖθι κατεγράψας, εἶτα τ' χωῦ ἐξέλῃ.
Ὅπου πεφῆναι φασ' ὅδε κατορυγμένον
Ἐκεῖ φυεῖσαι ψύλλαν οὐδεμίαν ποτέ.
Quod ſi lubet, nugas Magorum proferam,
Qua poſſit, edocens, quis artis machina,
Arcere pubem hanc quolibet diram loco,
Quod ſi Cuculi quis audiens primum ſonos
Veſtigium dextro quod occupat pede
Deſcribat, ac deinde puluerem eximat,
Quocunq; ſubrutum loco diſperſerit,
Illo creari Pulices nullo ferunt.

Pro captione Pulicum nihil melius eſt, quã impoſitio pauci bombicii in lecto: quoniam in eo congregantur. Contra Pulices, radicibus ne noceant, Theophraſtus docet remedium interſerere eruum. Sed ne naſcantur Pulices, nullum remedium eſt hactenus inuentum. Anatolius olera à Pulicibus non corrodi aſſerit, ſi ſeminibus eorum parum eruí inter ſeminandum admiſcueris. Semen ſinapis, & rhododaphne feruefcunt vna vt Pulicoſis oleribus infundantur. b Columella ne Pulex, & Formica maturas ſegetes erodant & rapiant, allia, cœpas, papauerq; cereale & anetum miſceri iubet, & ocimum contundi, ſed ipſum audiamus.

b *Lib.10.*

Sed cum matura flauebit meſſis ariſtis,
Atq; diem gemino Titan extenderit aſtro,
Hauſerit & flammis Lernai brachia cancri,
Allia cum cœpis, cereale papauer aneto
Iungite, dumq; virent nexos deſerte maniplos,
Et celebret fortis fortuna ducite laudes
Mercibus exactis, hilareiſq; recurrite in hortos
Tum quoq; proſciſſo, riguoq; inſperſa nouali
Ocima comprimite, & grauibus denſate cylindris,
Exurat ſata ne reſoluti pulueris æſtus,
Paruulus aut Pulex irrepens dente laceſſat,
Nec Formica rapax populari ſemina poſſit.

Vulpes Pulicibus vexata eſt homine prudentior in illis excutiendis. Fœnum enim & leuiſſimam ſtipulam ore tenet, aquam ingreditur, ac paulatim genua, mox ventrem, humeros & collum ſubmergit. Pulices interim omes iam ad caput cum venere, tum illa ſenſim quoque caput ipſum mergit, donec Pulices omnes ſeſe in ſtipulam, aut fœnum recipiant: quod vbi illa factum animaduertit, totam ſe aquis propere demergit illis prorſus libera. Tradit illud Iorath, & ex eo c Albertus, & d Olaus Magnus.

Vulpes vt à Pulicib. ſe liberet.

c *Lib.26.* d *L.18.c.31.*

PRAESAGIVM.

SI ſummam corporis cuticulam Pulices, & Muſcæ ſolito infenſius ſua proboſcide vellicabunt, hominumque aciumentorum faciem & oculos ſæpius abacti cæſim (quod dicunt) & punctim recurrentes appetunt, breui venturas pluuias nunciabnnt Exhauſtas enim in circumfluum aerem vna cum vapore humidi ſubſtantifici. (quod perpaucum habent) portiunculas qua patet via reſarcire, & reſiccata corpuſcula humectare moliuntur. a Anton. Mizaldus.

Pluuiæ præſagiũ.

a *Sect.1. Ephem. ſig plu.*

PROBLEMA.

FRanciſcus a Georgius Venetus Minoritanus quærens, cur Pulices acrius infeſtant nos in lino, quam in lana? An forte, inquit, decipitur ſenſus? Sed quomodo poteſt decipi ſenſus in his quæ experimur? An igitur, quia Pulex haurit maiorem fauorem à lino, quam à lana: cum ex eodem Aquilonari fonte linum, & Pulex prodeant? Vtrumque enim Arietinum & Martium eſt. Vnde ſicut planetæ robuſtiores ſunt in domibus propriis, & ſibi conuenientibus, quam alienis: ſic & animalia in locis propriis, & ſibi magis conuenientibus robuſtiora ſunt. Hinc b Mercurius ſapientiſſimus docuit concordiam lapidum, herbarum & ſiderum, ſymbolum ad inuicem habentium, vt per congeneum ſuum vniuſcuiuſque vis augeatur. Sic ille. Ego vero (ſi modo verum eſt Pulices acrius in lino, quam in lana infeſtare, ſecus enim credidere Ægyptii ſacerdotes, qui, vt ex Plutarcho diximus Lino induebantur, quod ſordes, ex quibus Pulicum ortus eſt, arceat.) id fieri putarem, quoniam linum, quam lana corpori vicinius eſt, vnde in plicis reperiuntur camiſiarum cum eſuriunt, ſaturi vero in plicis femoralium, maxime laneorum, in quibus & coeunt, & oua ſua deponunt.

a *To.6.ſect. 6.de anim.*

b *In tract. de concordia.*

EPIGRAMMA.

EPigramma præſtantiſſimi poetarum noſtri æui Iacobi Sanazarii, quo Pulitianum Pulicem vocat, & ducem turmarum, exercituſque Muſcarum.

Vanas gignantum iras & impetus graues
Miratur aliquis audiens mortalium
Auſumq; cœlo vincula inſerre irrita
Sæuum Typhoeea, cum tugoſum Pelion
Adderet Olympo matre nec terra ſatum
Agnoſceret ſeſe, impium donec pater
Iratus ardenti igne ſubſtulit caput
Vt par erat: nam quu petat ſanus Deos?
At nunc quis hoc, quis hoc ferat mortalium?
Iners, puſillus: vnus, heu Pulex ciet
Turmas, cohortes, copias, manipulos
Muſcarum. & altos ſcandere adparat toros,
Heroum, opacu qui ſub vmbris arborum
Strati, ac perenni flore ſubfulti caput,
Ducunt quietem perpetem, æternam optimam,
Nec noſtra curant dicta, vel facta amplius,
Vt qui beatos incolant tuti locos,
Et nomen alta in arce ſacrarint ſuum,
Functi periclis, & malis laboribus
Cunctaſq; fortuna improba calcent minas
Nedum Puſilli Pulicis morſus leueis.
At tu moleſte, amare, veſane, impie
Pulex, inepti concitator agminis
Quo prorepis te? quo vocas Muſcarias
Iſtas phalanges? quo volatiles globos
Impellis audax? proculmiſer, miſer,
Icriminoſe maximam in malam crucem.
Haud fas quietas manium ſedet Deum
Muſcas ſubire, Pulicumq; copias.
Nil hic negoci vel tibi vel peſſimis
Tuis maniplis: quid moraris impie?
Abi profundam in noctem & vltimum chaos.

PROVERBIA.

In Pulicis morſu Deum inuocat.

Ἐν ψύλλας δήξεις θεὸν ἐπικαλεῖ, i. e. in Pulicis motſu Deum inuocat; in eos dictum, qui quantumlibet leui de re grauiter perturbantur,

bantur, perinde vt in maxima. Tractum ab apologo qui fertur inter Æsopicos. Quidam offensus dolore Pulicis pedem mordentis subsedit & Herculem ἀλεξίκακον implorauit. Mox desilientc Pulice, male precatus est Herculi, qui cum in rantillo periculo vocatus non tulisser opem, uon videri verisimile, eum in grauioribus adfuturum. Simile est quod refert *a* Aristoteles de vehementer timidis, οἱ δεδιότες πάντα καὶ ψοφοῦσι μῦς veluti qui metuit omnia, si vel mus obstrepat. Hanc timiditatem appellat θηριώδη, hoc est, ferinam. Pulicum morsus in omni fere idiomate populorum Europæ, de leuissimo dolore prouerbialiter dicitur, Ἴδεν τὸ ψυλλοῦ ἴχνη nosce Pulicum vestigia adagij vice ab *b* Aristophane effertur, rideute mores philosophorum, qui quaslibet etiam minutias, & res nullius momenti inuestigant, & perscrutantur. Supra diximus Italorum vulgarem paræmiam esse de Pediculo, Egli scorticarebbe vn Pedocchio per hauer la pelle, id de Pulice nonnulli etiam dicunt, vnde *c* Petrus Nellus illustris Satyricus:

Che la caualleria glie spesso à noia
Egli à lei biasmo, ch' altiero è mendico
Scortica i Pulci per hauer la cuoia.

Sunt autem eiusdem ferme sordiriei animantia Pulex & Pediculus. Vnde etiam Pulicum nuncupatione, humiles recte sordidæq; curæ sunt intelligendæ, quibus impliciri vitam agimus anxiam & inquietam. *d* Dauid etiam propheta & rex Pulicem sese vocat ad humiliandum se, hoc est, abiectissimum, & in quo nulla resistendi vis inesset.

a 7 Moral.
b In Nebulis
c Saty. 6.
d 1. Reg. 24. & 26.

CAPVT VII.

DE LENDIBVS.

Aristoteles ex Pediculis, Cimicibus & Pulicibus Lendes (κόνιδας) nasci recte quidem scripsit. sed quod ex ijs nihil prorsus procreari dicat, id nos refellimus ea ratione, quod ex paucis sæpe Pediculis multi subinde pronasci cernamus, & vulgus non tam de Pediculis, quam Lendibus interficiendis solicitum est. *b* Hieronymus Mercurialis Lendines dici ait paruos Pediculos, qui permanent in capillis. Et Eustathio κόνις est ζωύφιόν τι μικροφυὲς καὶ ἄπτερον κόνιν, ἀφ' ἧς οἱ φθεῖρες γενῶνται. Occiduntur ijsdem remedijs fere quibus Pediculi eorum soboles & patentes, priuatimque aqua marina, mellis intinctu, aqua lithargyrij, nitrum illitum cum terra Samia ex oleo; sulphur viuum cum aceto sandaracato eos tollit in palpebris. In morbis pedum Nicolaus Ceonidas vstas: sed quæ sint nemo explicare quidem potest quispiam: sed fortassis comminisci. *c* Tutneb. onidas, id est stercus asininum legendum esse iudicat: sunt qui κόνιδας, id est Lendes. Κόνις multa alia etiam significat, vt quilibet in Lexico Græco videre poterit.

a L. 2. Hist. cap. 31.
b Lib. de morb. cut. cap. 7.
c Lib. 18. Aduers. cap.

CAPVT VIII.

DE FORBICINIS.

Eiuscemodi Insecta vulgo Forbicinæ dicuntur, quod caudam habeant bifurcatam ad instar forficis: apud Belgas (vt audio) Oor Vuormen, id est Vermes auriculares, seu potius aures petentes, siquidem Belgæ existimant in aures irrepere, vt cerebrum offendant Habitant multum inter vuas, in cauis arborum, foraminibus parietum, sub lapidibus, sub terra. Color. eis ferme castaneus, pedes sex, corpus oblongum. Quæ prima pingitur, omnium est vulgatissima, sed necdum magnitudinem suã adepta. Secunda rara & insolens, capite etiam bifurcato, corpore crasso, tota subfusca & flauescens Tertia eiusdem cum proxima speciei, minima, candida. Prima v. in secunda tabula, nescio an è Forbicinarum genere, (alata enim est) leucomelana, siue nigra & alba, alis expansis. numer. 2. eadem clausis alis. Tertia castanei coloris caudam habet, & bifurcatam & serratam. Num. 4. omnium est vulgatissima. Quinta omnium minima caudam habet trifurcatam: sicut etiam sexta corpore admodum crasso, magnis & crassis pedibus, tota nigra. Postremo loco pictum Insectum, è Gryllorum forte potius, quam Forbicinarum genere, coloris leucophæi, cauda trifida.

CAPVT IX.

DE TALPA FERRANTIS
Imperati.

Ferantes Impetatus Neapolitanus diligentissimus, ac eruditissimus aromatarius *a* in naturali sua historia Insectum, quale hic depingimus, Talpam nominauit, quod talpæ more pedibus anterioribus ceu manibus terram effodiat: sunt enim pedes vtriusque animantis simillimi. Rusticis Neapolitanis, inquit, Guffolo, dicitur: sed cur, non explicat. Nostri rustici vocant Zuccaram, quos ego secutus Vermem cucurbitarium nominaui. Siquidem cucurbitas quas zuccas vocant, summopere infestant Imperatus hortulanis hoc Insectum apprime odiosum esse ait propter plurima, quæ stirpibus damna infert, earum radices deuorando. Insectum est quatuor digitos longum, vnum vero latum, habitu, corpulentia fere Locustæ. In tria segmenta præcipue diuiditur. Caput enim prima sectione ab ea parte, quam pectus liber appellare ventri superstantem, separatur. Hoc Locustæ ora & faciem fere anterius repræsentat, sed oculorum medio quidpiam eminens nonnihil conspicitur, quod nasi vices, & locum tenet. Ocelli vtrinque aterrimi splendentes gagatis in modum: sub his duo velut cornicula oblonga tenuia, forsan ad prætẽtandum iter extant. Extremo rictu seu fræno alia velut emissitia cornicula seu appendices in articulos, seu internodia quaterna, aut quina ad commodiorem flexum, minora tamen superioribus, intra vero rictum ipsum; ac oris lateribus aliæ binæ vtriuque appendices, denique sub mento vtrinque vna protenduntur, quibus, vt opinor, tanquam digitis quibusdam alimentum in ore retinet, ac complectitur, & forsan comminuit, ita vt partim dentium munus obeant. Terni vtroque latere pedes. Primi antici lati tribus articulationibus compacti, quarum extrema velut in digitulos secta est plures acutos serræ dentes referentes, cristam galli diceres, aut equitis calcar. Media & postica crura similiter tribus constant articulis, sed hæc maiora & in femore crassiora in altum supra tergum elcuato medio, seu poplite, anticis longiora, sed minus lata, maiora medijs, hirsutie molli inserne. Venter lanosus octo compactus est annulis Dorsum vestiunt quaternæ alæ, superiores breues, & latæ, alis angustis longioribus, & ad caudam fere extensis incumbentes. E cauda geminum exit spiculum longiusculum ac subtile. Cum Gryllo Locustæ specie affinitatem quandam habere videtur, estque colore fere per totum subcastaneo.

a L. 28. nat. hist.

CAPVT X.

DE SPONDYLI.

Eiusdem cum præcedenti Insecto generis esse videtur, quod Spondylis Georgio Agricolæ in doctissimo suo de animalibus subterraneis libro dicitur, quanquam eam vocem in hoc quo ille vtitur, significato nullibi inueniam. Spondylis (Σπονδύλη. Gaza verticillam vertit) Aristoteli serpentis genus. Plinius *a* tamen. serpentem licet etiam faciat, radicum pestem esse innuit, dum ait: Ex animalium quidem cæterorum nullum aliud radices a nobis " dictas attingit, excepta Spondyli, quæ omnes persequitur genus " id serpentis est. Sed audiamus quid de Spondylis scribit Agricola: Spondylis autem Vermis, inquit, intra terram reperiri solet, ita circa radices conuolutus, vt verticelli, quod Græci σπονδύλον vocant, speciem præseferat, vnde nomen inuenit. Ei longitudo, & crassitudo minimi digiti: caput rubrum, reliquum corpus album, nisi quod superne sit aliquantum nigrum, vbi cibo, quem sumit, turget: quæ hortorum pestis, cum nec carear pedibus, nam sex habet, nec serpat, tamen Plinius scribit, genus id serpentis est, radices herbarum totas consumit fruticum corticem, quo radices eorum obducuntur, tantum abrodit: quinetiam edit radices cucumeris asinini, chamæleontis nigri, centaurij, peucedani, aristolochiæ, vitis sylueſtris, cum aliud animal eas non attingat.

a L. 27. 37.
Descriptio

CAPVT XI.

DE SCORPIONE
Æquiuoca.

Σκορπίος Græcis, & Latinis Scorpius siue Scorpio varia significat, quemadmodum in primis apud Aristotelem præter Insectum, de quo furuius est sermo, etiam piscem, qui bis anno parit, cuius fœmina vocatur σκόρπις, & σκορπαίνα, vt nonnulli volunt: sed Athenæus dubitat, nunquid Scorpius, & Scorpis ijdem sint Aristoteli, aut diuersi. Massilienſibus Scorpeno nominatur. Bellonius vbique suum nomen retinere ait; Græcum tamen vulgus Scorpidi pronunciare, ad Scorpænæ differentiam, quam, inquit, Scorpinam nominare solet. Genuenses, eodem teste, Scorpionem Scorpium dicunt, Scorpænam vero Striasinam, quam ait esse cineream, cum Scorpius sit ruffus, & multo maior: præterea hic pelagius, & saxatilis est, illa palustris, & cænosa Dicitur autem Scorpius piscis non à Scorpij terreni formæ similitudine, sed quod sit πληκτικὸς vt ex Aristotele citat Athenæus, *a* vbi perperam πλευκτικὸς legitur pro πληκτικὸς: id est, quod pungat & feriat, venenumque effundat Scorpij terreni ritu: quod indicat etiam Plinius *b* his verbis: Sic & Scorpio lædit, dum manu tollitur: tot " enim aculeos habet in capite, vt sine noxa tractari non possit, " nisi cauda arripiatur, vel duobus tantum digitis medium corpo " ris apprehendatur, Plura de huius piscis natura dicam in histo " ria aquatilium Scorpionis item, siue scorpij nomine inuenio diuersas quasdam plantas, de quibus omnibus dicemus inter denominata. Est & signum cæleste, quod cum Græci, tum Latini Scorpium vocant. Antiquis Latinis nomine nepæ etiam dicitur quanquam & cancrum & gammarum sub hoc nomine lingua nostra intelligat. Gammarus autem proprie est cancer caudatus, cancer vero rorundiore forma, & sine cauda est, & quia cauda nonnullis putatur ceruix, prouerbium natum, vt retrocedentes more gammari ambulare dicantur, & hinc Plautus à Nonio " Marcello allegatus, retrouersum cedam, imitabor nepam: " Sed Cicero ab eodem citatus Scorpionem sub nepæ nomine dici ostendit, cum ait, natare Anaticulas, volare merulas, cornibus vti videmus boues, nepas aculeis. Item in Arato.

Scorpio piscis
a Lib. 7.
b Lib. 32. c. 11.
Plantæ Scorpij dictæ.
Scorpius signum cæleste.
Gammari more ambulare.

Atque oculos vrget pedibus pectuſq; nepai.

Columella quoq; de Nepa haud infrequens eſt mentio. Feſtus autem ait: Nepa Afrorum lingua Sydus, quod cancer appellatur, vel vt quidam voluut, Scorpius. Plautus:

Dabo ad parietem, imitabor Nepam,

Nepa quid. Ex horum itaque authoritate, Nepa tam Scorpius, quam Gammarus caudatus eſt, cancer vero ſine cauda, & recte. vterq; enim chelas caudamque gerit. Similitudo autem chelarum in geſtu diſſimilitudinem habet, & hinc Ouidius ficta de Scorpio mentione ait:

Sauaq; circuitu curuantem brachia longo
Scorpion atq; aliter curuantem brachia cancrum.

Virgilius quoq; Scorpium brachiis vti dixit, de eodem ſidere loquens:

Tibi brachia contrahit ardens
Scorpius.

Chelæ quale ſignum. Aſclepiadeus poeta ſcholaſticus ipſum Scorpium vocat chelas, cum tamen confundi non debeant chelæ, & Scorpius: nam chelæ, etſi quaſi pars quædam videantur Nepæ ſiue Scorpionis, tamen duo diuerſa ſunt ſigna: chelæ etenim ipſum Libræ ſunt ſignum teſte Arato:

Παρθένος αὐδ' ἐπὶ οἱ χηλαὶ καὶ σκορπίος αὐτός.
Virgo & prope eam chela, & Scorpius ipſe.

Scorpii fabula. Scorpius autem idcirco in cœlum translatus eſſe fingitur, quod Orion cum venaretur, iactare auſus eſſet ſe omnia quæcunque ex terra orirentur, interficere valere: quare terram indignatam, Scorpium maximum emiſiſſe, qui illum interficere conaretur. Iouem autem vtriuſque animum admiratum, Scorpium inter aſtra collocaſſe, vt ſpecies eius hominibus documento eſſet, ne quis eorum aliquare ſibi confideret: Dianam autem propter ſtudium Orionis, petiſſe à Ioue, vt idem ſibi beneficium daret petenti, quod terræ vltro tribuiſſet, Orionemq; in cęlum acciperet. Ita igitur fuit conſtitutum vt cum Scorpius oritur; Orion occidat. Quam fabulam ſic breuiter complexus eſt Nicander.[a]

a *In Alexipharmacis.*

At vero algificum Titania virgo creauit
Scorpion, armatum ſtimulo, caudaq; timendum.
Bœotopœnus ex Oarione repoſcens,
Sacram auſo manibus veſtem temerare Dianæ
Qui latitans parui cœco ſub formice ſaxi,
Duram improuiſo violauit vulnere calcem:
Cuius ob id tanquam venantis in aſtra relatum
Sidus, & immotum magno fulgore coruſcat.

b *Ennead. 2. c. 2.* Sidus iſtud Plotinus *b* dici Scorpium ait, quoniam tunc aer primo frigore pungit. Quare aliam cauſam reſpexit Virgilius, dum ardentem vocaret, quia nimirum Scorpius iſte Martis domicilium eſt, & ſignum libidinoſum, adeo vt quidam Grammatici luxurioſos pro libidinoſis ponentes, dici à Nepa nepotes putarunt, vt

Pentalobum ſcurram, nomentanumq; nepotem,

Nepotes vnde dicti. cum acutiores alia via hoc tractum referant teſtimonio Feſti. Infeſtum fertur eſſe hocce ſidus geneſi iuxta matheſin, idcirco dicunt phyſici, qui ſub Scorpio naſcitur, cito mori. In quo fere ſenſu Horatius:[c]

c *Li. 2. Car. Od. 17.*

Seu Libra, ſeu me Scorpius aſpicit
Formidoloſus, pars violentior
Natalis hora, ſeu tyrannus
Heſperia Capricornus vnda.

Alii nepotes Nepas, ſiue Scorpios vocari putat, quoniam vt Scorpii liberos ſuos deuorant teſte Plinio, *d* vno ſolo relicto, ſic illi bona dilapidant, & decoquunt ſua. Ioannes Meurſius ſcribit in ſuis criticis exercitationibus Scorpiones à Latinis appellari homines feroces, & aſperos. Σκορπίος quoque ſecundum quoſdam dicitur coma plexilis puerorum cincinnus crinium in acumen deſinens, idque in pueris, vt in fœminis κόρυμβος, in viris κρώβυλος. Eſt item Scorpio tormenti bellici genus, quod Cæſar quoq; Scorpionem vocat. Scorpiones *e* vt inquit Vegerius, dicebantur, quos nunc manubaliſtas vocant, ideo ſic nuncupati, quod de paruis ſubtilibuſq; ſpiculis inferant mortem; Græci frequentius vtuntur diminutiua voce σκορπίδια. Scorpionibus, & catapultis ſagittas mitti ſolitas, baliſtis iaci lapides docet Vitruuius, *f* Ammianus Marcellinus *g* contra Scorpionibus lapides, baliſtis ſagittas mitti tradit. Ego ſagittas Scorpionibus miſſas putem: nam apud Vegetium *h* ſic lego: Per Scorpiones, ſpiculis, ſaxis item grauioribus per onagrum deſtinatis, non ſolum equi eliduntur, ſed etiam hoſtium ,, machinamenta franguntur. Et Nonius Marcellus Scorpionem ,, genus teli eſſe dicit: alii à Nonio minus diſſidentes Scorpionem ,, ſagittam, ſed veneno oblitam eſſe aiunt, quæ virus quo figitur, infundit, vnde & Scorpio nomen accepit. Ex quo item Iſidorus, *i* Scorpio, inquit, eſt ſagitta venenata arcu, vel tormentis emiſſa, quæ dum ad homines venerit, virus quo figit infundit, vnde & Scorpio nomen accepit. Scorpiones huiuſmodi à Scythis originem traxiſſe arbitror; illi enim viperea ſanie, & humano ſanguine tinctis ſagittis, quolibet vulnere, leui licet tactu, ſed irremediabili illico mortem afferunt, de quibus Lucanus;

d *L. 11. c. 25.*
Homines feroces.
Coma plexilis.
Tormentum bellicum.
e *Lib. 4.*
Scorpidia.
f *L. 10. c. 15. 16.*
g *Lib. 25. & 24.*
h *Lib. 4.*
i *L. 18. c. 8.*

Spicula nec ſolo ſpargunt fidentia ferro
Stridula, ſed multo ſaturantur tela veneno.
Vulnera parua nocent, fatumq; in ſanguine ſummo eſt.

k *L. 7. c. 56.* Verum ſiue Scytha ſiue Cretenſis, vt voluit Plinius, *k* ſiue alio cœlo genitus fuerit, qui Scorpionem primus ad mittendas ſagittas inuenit, aut proditor ſane fuit, aut nocendi auidus, aut metuens hoſtis cogitauit enim, quod idem Lucanus inquit:

Longe tendere neruos
Et quo ferre velit committere vulnera ventis.

A Inter flagella veterum erant etiam hamata; quare Scorpiones dicebantur, quia veluti Scorpiones caudis lædunt, ſic & flagellorum extremitatibus, & apicibus ſæuæ addebantur appendices, quibus cutis mirifice laniebatur. Hæc intelligit Iſidorus, dum ait, Scorpio eſt nodoſa, & aculeata virga, quia acuato vulnere in corpus infligitur. Poſtremo mouricelli ex lapidibus congeſtis, qui mouricelli pro terminis erigebantur, ab authoribus de agris limitandis, vocantur Scorpiones, quia in meram deſinebant. Σκορπίος enim etiam Græcis appellatur, quicquid in metam ac couum faſtigiatum eſt, vnde & tutulus in pueris ita vocabatur, vt dictum eſt. Scorpio flagellum quale.

SYNONYMA.

עקרב Acrab eſt Hebræis Scorpio. Quidam ע inſertum putant, inquit Pagninus, ab עקב calcaneo, quod calcatus pungat, & feriat. Apud Arabes Hacharab. Harrab, Scorpio eſt, in continenti Raſis Conches, in Pandectis etiam Sarocakon, Hatarab, Acrab, & Akrol. Græcis Σκορπίος dicitur, Dioſcoridi σκορπίος χερσαῖος ad differentiam marini. Alii autem volunt σκορπίον παρὰ τὸ σκαιῶς ἕρπειν, id eſt, quod flexuoſe ſerpat, vel vt alii, παρὰ τὸ σκορπίζειν τὸν ἰόν, hoc eſt, quod venenum eiaculetur. Ad quod nouiſſimum etymum B reſpexit Iſidorus, Scorpium dictum eſſe ſcribens Græce ex eo, quod caudam figat, & arcuato vulnere venenum diffundat. Apud Latinos etiam, vt apud Græcos ſynonymia caret: inuenio tantummodo pro Scorpio Ὀκτωπους, quod octo pedes habeat, & apud Heſychium, Βλῆσυς, Scorpio terreſtris. Latinis, vt Plinio Scorpius, & Scorpio indifferenter appellatur. Italis Scorpione, Hiſpanis Eſcorpion, aut Alacran, Germanis, & Gallis Scorpion, Belgis Scorpioen, Polonis Skorpion, niedzuviadek, Vngaris Scorpio, Anglis à Scorpion. Ex quibus patet idem fere vbique nomen obtinere terrarum in Europa. Acrab. Etymum.

GENVS. DIFFERENTIAE.

Scorpiones Cornelius Celſus inter ſerpentes recenſens à nonnullis temere reprehenditur, nam hoc ideo ab eo factum, quod ſolus inter inſecta Scorpio venefico ictu caudæ, quam per terram trahit ſerpentinum more, hominem interimat, quanquam Scorpiones, vt poſtea patebit, vbique terrarum non ſint virulenti. Ælianus *a* nouem eſſe Scorpionum genera ſeſe accepiſſe ſcribit, album, ruffum, fumoſum, nigrum, viride, ventricoſum, aliud cancro ſimile, infeſtiſſimum omnium flammeum vocari, aliud etiam dici alatum eſſe, & duplici aculeo armatum, aliud denique quod ſeptem haberet internodia. Cæterum Ælianus nouem iſtæc Scorpionum genera videtur confundere perperam intellecto Nicandro, nam è viridi & ventricoſo duas facit diſtinctas ſpecies, cum vnam tantum faciat Nicander, præterea diſtinguit alatos ab iis quos flammeos appellat, qui flaui ſeu ruffi ſunt, hos Nicander igneo colore eſſe ait, cui octo ſunt genera Scorpionum, quæ etſi diuerſa accidentia inducant, in nullo tamen diſcrepare videntur, niſi quod aliqui diuerſis coloribus ſunt præditi, aliqui vero ſimilitudinem quandam cum cancris habent. Primum itaque albicat, & vt Nicander aſſerit, minime lethale eſt. Secundum eſt ore ruffeſcente; tertium nigreſcit; quartum colore eſt ad viride inclinante, quintum liuido pallidoue colore eſt, amplo ventre diſtentoq: nam eſt inexplebili, ſextum marino cancro littorali ſimile eſt, non propterea abſque cauda putandum, ſed quod cæteris rotundis magis ſit, & eodem cum cancro colore, quemadmodum etiam cum de ſeptimo genere loquitur, quod paguro comparat, qui ſpecies eſt cancri, qui teſta tegitur dura, valida & horrida ob appendices quaſdam acutas, in quo ſimile illi eſſe ait. Octauum genus melichloron eſt à colore melleo dictum, ſummæ caudæ nodus in hoc genere niger eſt, alas habet Locuſtæ ſimiles. Sed ipſum Nicandrum Latinum redditum audiamus: Scorpio cur ſerpentis genus dixit Celſus. c *Lib. 4. de anim. c. 10.* Ælianiſ error. Scorpionũ genera ſecundum Nicandrũ. Scorpio melichloros.

1 *Inde doloriſica cantandus Scorpio cauda,*
Et tetrica illius ſpecies, qui primus eorum
Albicat, haud mala, nec mortalia vulnera figit.
2 *Sed rutilis quem forte genis ſplendere videbis,*
Hic calidas flammas flagrantemq; incutit actum,
Quo detenti homines, horrore & frigore quodam
Concuciuntur, vti qui febre ſitiq; laborant.
3 *Luridus apparens, trepidantes vulnere motus*
Fert percuſſo homini, hiantes qui oris hiatu
Vt ſolet attonitus, vel vanus morio, ridet.
4 *Eſt viridans alius, qui quem percuſierit, illi*
Mox tremulum horrorem ciet, & penetrabile frigus,
Atq; acri corpus ſe aſpergi grandine ſentit.
Supremus rapida quamuis Sol lampade flagret.
Tam grauis & tanta eſt facta hoc afflictio noxa,
Cuius nexa nouem iuncturis horrida ſpina
Extremo nocuum iaculatur acumine virus.
5 *Luridus eſt alius grandi qui cernitur alvo,*
Nam roſea veſcens manet inſaturabilis herba.
Quæ ſerit, infuſo depaſcit membra veneno,
Et licet exiguo tamen inguina ſubleuat ictu.
Tam malus, & vehemens infixus aculeus illi eſt.
6 *Deprendes aliud genus aſſimilante figura*
Octipedum cancrum, qui albentes incolit algas
Extremoſq; maris carpendo pabula fluctus.

7 *Incuruis*

7 *Incuruis quidam similes etiam esse paguris*
Cernuntur, maiore alios qui corpore vincunt.
Chelis, forcipibusq; atque solidis atque paguri,
Qui saxosa tenent timidis caua, quin et iam illi
Hisce suum ducunt, sed non genitoribus ortum.
Nam camurae quando sua nempe cubilia, rupes
Destituere, nec algosum probe littus oberrant,
Insidiosus eos timidus piscator in vndis
Extrahit: hac vbi se senserunt fraude teneri,
Confestim subfossa petunt à muribus antra,
Noxia vbi illorum soboles nutritur, vbiq;
Euectis è corporibus damnata propago
Ista per erumpit formam foraminis limit.
8 *Inde melichlori species venit vltima, cuius*
Summum ventriculum multa fuscedine nigret.
Fundit in extinctum, quos percutit ille, venenum,
Excretisq; viris longe infensissimus hostis,
At paruos natu pueros celeri nece perdit,
Altibus similis, qua rodunt farra, Locustis
Qua super extremas solita, se tollere spicas
Extritam illarum plane populantur aristam
Pedasios per agros vagae inhorrentesq; corymbos.

b li.11.c.25. Hæc itaq; Nicander, Apollodorus quoq; teste Plinio *b* nouem geneta descripsit per colores quos Plinius superuacuos iudicat, quoniam non est scire, ait, quos minime exitiales prædixerit. Virides Scorpiones apud Valentinos aiunt nasci in siliquarum arboribus. In India occidentali vero, qui prona parte lutei sunt, supina nigri. Est in magnitudine quoque differentia. In Tonerifa Insula ex Canarijs vna nascuntur Scorpiones, qui viribus, & magnitudine superant eos, qui sunt in Turcia, ex quibus fit oleum præstantissimum ad eorum ictus. In solitudinibus Brachmanum referente Cedreno reperiuntur Scorpij bicubitales, & Formicæ palmi magnitudine. Nicolaus à Nicolais in suis in Indiam nauigationibus scribit eo in loco, vbi Christiani a Turcis venduntur, (locus Bezar dicitur) sese vidisse Scorpionem flaui coloris, digiti longitudinis. Circa Hierosolymam, & per totam Syriam aiunt magnos esse Scorpiones, sicut sunt apud nos cancri fluuiatiles, quos gammaros vulgo nominant. Albucasis *c* quosdam Alhatrakay, alias Altraham vocat, inquiens multos, & paruos habere pedes, & assimilari radici polypodij, atque esse longos palmum circiter, eorumque alios esse rubeos, aliquos citriuos, aliquos virides, videri que habere biua capita, cum alioqui vnum tantummodo habeant. Pluribus testante Plinio *d* sena sunt caudæ internodia, quibusdam tamen septena, quos sæuiores esse contare dicit. Sunt & Scorpij duplici aculeo in cauda præditi, quasi non vnus, inquit Cardanus, *e* sufficeret ad nocendum: item geminos quibusdam esse aculeos apud Plinium author est Apollodorus. Sed vt de alatis etiam aliquid dicamus, tales enim ex Nicandro memorauimus, Pammenes, vt refert Aelianus, *f* in eo opere quod de feris venenatis scripsit, alatos tradit Scorpiones in Aegypto nasci duplici aculeo armatos, & id quidem ipsum ait se non auditione accepisse, sed ex sese hanc historiam profiteri. Et apud Prasios tradit Megasthenes apud Straboneni, *g* Scorpios pennatos esse magnitudine admirabili. Alati & magni item reperiuntur in Palimbotra India regione. Addit Aelianus *h* Megasthenem in India dicere Scorpiones alatos, eosdemque maximos procreari, & similiter aculeis atque Europæos pungere: imo Strabo etiam ipse eos a aium opera, nunc hanc nunc aliam regionem petere affirmat, & Diodorus Siculus scribit Scorpios *i* traduci à mari in continentem in Aegypto. *k* Pausanias volucres sese serpentes nusquam spectasse profitetur, sed vt reperiri tamen credat, eo maxime se adduci ait, quod homo Phryx Scorpium in Locustarum modum pinnarum in Ioniam attulit. Et Cardanus *l* asserit se quandoque magno timore à Scorpio alato tactum fuisse, non tamen pupugisse, nec mali quicquam passum fuisse idque in agro Patauino iuxta oppidum Saccense; vnde Italiam eo malo carere dicere non possumus, nisi aliunde inuolasse dicamus. Alatorum Scorpionum Plinius *m* quoq; meminit his verbis. Hoc malum Africæ volucre etiam Austri fa„ ciunt pandentibus brachia, & remigia subleuantes. Apollodorus plane quibusdam pennas inesse tradit, Sic ille, addens sæpe „ Psyllos, qui reliquarum venena terrarum inuehentes quæsitus sui causa peregrinis malis impleuere Italiam, hos quoque importare conatos esse, sed viuere intra Siculi cœli regionem non potuisse: videri tamen aliquando in Italia, sed innocuos, multisque alijs in locis, vt circa Pharum in Aegypto. In Scythia interimere etiam sues, alioquin viuaciores contra venena talia, nigras quidem celerius, si in aquam se immiserint. Cæterum dubiosa hæc sunt, an de alatis, aut non alatis ea tradat Plinius: si enim de alatis intelligi velit, aduersatur Aristoteli, ex quo posteriora verbo ad verbum mutuatus est sin de non alatis, superiora falsissima sunt. Italia enim Scorpiones alit plurimos, de quibus nunquid exitiales sint, disputationem apud authores reperio. Etenim Hieronymus *n* Mercurialis videns Theophrastum *o* scribere, hominem a Scorpione ictum, non interire, contra Galenum scribere, interire, existimat Theophrastum loqui de Italicis Scorpionibus, & alijs quibusdam, quos innocuos esse, inquit, Plinius affirmat. Baldus Angelus vero Abbatius, qui eandem quæstionem agitat, potius dicendum arbitratur, vniuersales propositiones contrarias omnino falsas; videlicet omnes homines à Scorpione ictos interire: nullos homines à Scorpione ictos interire: quoniam non omnes intereunt, quare particularis omnis propositio vera. Non omnis ictus interit. Aliquis ictus interit. Vel ambo hi vniuersaliter falsa scripserunt, vel particulariter vera ambos enunciasse est credibile sicet iam videntur contraria quandoque dicere scriptores. Hæc ille: cæterum quibusdam locis mortem afferre Scorpiones, sicut contra innoxios alibi esse vetissimum est, idque testaturi reliquit non obscure coinmunis præceptor Aristoteles *p* morum diuersitatem à locis etiam effici demonstrans, morsus itidem belluarum ex locorum diuersitate plurimum differre, argumento quod in Pharo, locisque alijs Scorpiones non lædant, at alijs, & præcipue in Scythia multi, & magni, & nocui sunt: & si vel hominem, vel quamuis bestiam percullerint, interimunt. Nec sues euadere possunt, quanquam cæteros virulentos ictus minime sentiunt, & nigri eorum potissimum interimuntur. Quisque tamen celerrime interit, si ictus adierit aquam. Plinius *q* quoque cum locutus fuisset alibi de animalibus, quæ in genis innoxia, aduenas interimunt, contra, inquit, in Latmo Cariæ monte Aristoteles tradit à Scorpionibus hospites non lædi, indigenas interimi. Alexander ab Alexandro *r* legit in Altenio Cariæ monte, vbi Tiraquellus legendum ait Latino ex Plinio, sed apud hunc habetur in Latmo. Scorpiones in Melitensi insula, aiunt non nocere. Athenagoras Argiuus nullum ex Scorpionum, & Araneorum ictu dolorem sentiebat, vt scribit Sextus Empiricus, sed & Aethiopes *s* illi, qui ex aduerso Meroes habitant, Hydaspis fluuij accolæ Scorpios, & serpentes, & huius genera alia citra periculum comedunt. Sed vt ad innocuos Scorpios, & nocuos reuertatur oratio, quibusdam locis, inquit *t* Scaliger, mortem afferunt Scorpiones, alibi sunt innoxij, vt in auitis nostris sed bus, qua sub Noricarum alpium tractu iacent. Totam eam regionem, sine maleficio colunt. Quorum multitudine si tibi nota sit, non sine admiratione obstupescas. Nullum enim pene mouebis saxum, sub quo non offendas plurimos. Fœcundissimum enim id animal est. Contra in Aegypto exitiosissimos, quales Dioscorides prodidit, haberi scribit Prosper Alpinus, *u* nostratibusque longe maiores esse, colore viridi, claro, nullosque nigros illic inueniri. Apud Albanos lætiferos morsus inferunt, quosdam flendo, quosdam ridendo interimentes, quod scribit Alexander ab Alexandro. Cardanus quoque raro putat in talia exitiales esse, deteriores regione, & tempore calido ac squalido, vt reliqua omnia venenata. Sed & Scorpionum alij alijs sunt nocentiores, vt ex Nicandro supra scripsimus, cum genera eorum traderemus. Licet autem in Italia minus venenosi, minusque nocui, quam alijs in regionibus sint (Scorpiones,) quæ sub meridie sitæ sunt, tamen And. Marthiolus complures se vidisse scribit in Hetruria à Scorpionibus ictos, qui sæuissimas perpessi sunt exacerbationes, & quasi ad mortem redacti. Contra in regionibus frigidis idem etiam existimat minus nocuos esse, & in agro Tridentino à Scorpionibus ictos nihil, inquit, noxæ percipiunt, quod tamen euenire aiunt gratia peculiari sibi à Deo impetrata precibus diui Vigilij episcopi quem & patronum præcipuum habent, & aduocatum apud Deum. Tradit Aelianus *x* in Aethiopia Scorpios Sibritas, quos ita indiginæ solent nominare, sese lacertis explere & aspidibus, & Vetticillis, Blattisque omnique serpentium genere, & eorum excrementa calcantes exulcerari. Adeo vt ex victu etiam venenosiores euadere iude arguere liceat. Porro præter commemorata Scorpionum genera reperitur passim aliud genus exiguum admodum, quod in libris & charta oritur, cuius binis in locis ipse Aristoteles *y* meminit, nam in quarto de historia animalium, cum dixisset Scorpium habere brachia quinque bifurcata forcipibus, addit, atque etiam bestiola quæ in libris similis Scorpioni creatur, Et in quinto eiusdem historiæ. Nec non & alia, inquit, animalcula generantur in chartis, aut ijs proxima, quæ in vestibus, aut Scorpioni, sed sine cauda generantur perquam exigua. Monachus quidam eiusmodi Scorpij genus, credit esse speciem Tarantulæ. Et eodem scribente quibusdam Vinula vocatur. Sed rectius Scaliger *a* Volucellam, quæ obuolat in cellis vinarijs, atque vinum, vnde orta est, appetit, Vinulam vocauit. Meminit ibidem Scaliger istius Chartarum Scorpionis, & alia eius genera agnoscit, inquiens: in libris nostris duos inuenimus (in Vasconia) quales describit Aristoteles sine cauda. Et profecto eorum alter maior, colore sub puniceo, carneo, in ipso Aristotelis codice inuentus est à nobis. In orbem adeo celeriter gyrantij, vt quasi circino perinde circumagi videantur, quod eo magis mirum est, quod in Vasconia ne cognitus quidem est Scorpio eodem scribente. Monachi, qui in Meluem scripsere, apud suos aiunt minimos esse Scorpiones, fabæ magnitudinem non excedentes. In Heluetiæ quibusdam, sed raris locis, vt Rapersuylæ ad Tigurinum lacum minimi visuntur, sed pauci itque innoxij, quos eius generis esse putant, quos Vinulas vocari dicunt, admodum exiguos, & rubros, vini rosei diluti colore, vnde fortassis etiam nomen traxere.

Scorpiones

Virides.

Scorpiones maximi.

c Parte 2. tractat 2. c. de Scorp.

d li.11.c.25.

e lib.7. de variet. rer. cap 28.

f lib.16.c.42

g lib.15. Geogr.

h li.16.c.41.

i Lib 4. c 3.

k In Bœotiis.

l Lib 9. de subtil.

m L.11.c.25

Plinij lapsus.

n Lib.3. de var. lect. c.6

o Lib.4. de causis plant. c.10.

Scorpiones non vbiq; nocui.

p li 8. hist. cap.29.

q lib. 8. cap. vlt.

r li.2. ca. 17.

s li. 1. Pyrrhon Hypo.

t Exercit. 189 5

u lib.4. med Aeg.c.12.

x li.8. c.18.

Scorpio librarius.

y li.4 Hist. c.7. & lib.5. c.32.

z Lib de serpentib.

a Exercit. 196.

FORMA. DESCRIPTIO.

SCorpius animalculum est corpore in oui formam obrotundo, pedibus octo, vnde Octopes vocatur, & cauda oblonga, vertebris multis, tanquam articulis coagmentata: vertebrarum huiusmodi vltima reliquis crassior, & paulo longior est: ad cuius apicem præfixus est aculeus, quibusdam, vt Auicenna quoque scripsit, duplex, cauus, vt mox examinabimus. Caput habet notabiliter excretum, & prominens nullum, fere ad cancrorum similitudinem formatum. Præter pedes octo, duo alia habet crura, chelis & forcipibus solidis furcata, cæteris pedibus grandiora, fluuiatilibus astacis, & cancris haud absimilia. Color fere subater, & veluti fu-

Chelæ.


Scorpiones.
Scorpionen.
Araneæ.
Spinnen.
Scolopendra terrestris.
Langer Ohren Wittel.

luti fuligineus est. Aristoteles *a* Scorpium scribit habere brachia quinque bisulcis dentata forcipibus, cum bina tantum forcipibus armentur, vt dixi, quanquam multi id quoque ex Aristotele repetant. Pliuius omnium Insectorum solum Scorpium, & brachia habere ait, & in cauda spiculum: brachia autem vocat quos diximus forcipes, quæ Apuleius in cancro furcas, in quorum extremitate forcipes sunt manuum loco: ijs enim, quod apprehendunt retinent, dum punxerunt aculeo caudæ. Linguam habent, qua corpora lambunt, & cum diligant pannos mundos, sese camisijs, & fœmoralibus insinuant, ac iuxta corporum carnes positi, lingua eorum cutem lambere dicuntur, vt refert Gordonius. Tota cauda longa est ad formam fere rotularum præcartarum, quarum vltima reliquis grandior est, & longiuscula. Ouidius *b* sub sideris nomine sic depinxit.

Est locus in geminos vbi brachia concauat arcus
Scorpius, & cauda flexisq; hincinde lacertis
Porrigit in spacium signorum membra duorum

Apollodorus mares gracilitate, & longitudine intelligi author est referente Plinio. *c* Et Auicenna quoque masculum ait esse extenuatum, & minutum, fœminam vero pinguem, & magnam. Arist. *d* agens de Insectorum varietate Scorpioni tribuit aculeum extra prominentem, addens eum inter omnia Insecta *e* vnum longo spiculo armari. Alibi aculeum ad pugnam inutilem esse scribit, rationem reddens, quoniam extra pendet. At vero quæ, inquit, aculeo in aluo armata sunt, hæc vt animosa aculeũ pro armis obtinuere, qui intra aluum conditus est, vt in Apibus, & Vespis; quoniam volucres sunt. nam, si prærenuis fragilisque aculeus extra pateret, ,, facile corrumperetur: sed si vt in Scorpione distaret, onus ita af- ,, ferret. Scorpio profecto quod non volatu, sed gressu se moueat, ,, caudamque sortitus sit, aculeum caudæ adiunctum gerat, vel in- ,, utilem ad pugnam habeat, necesse est. Plinius *f* hunc Scorpionis ,, aculeum tenui fistula perforatum esse tradit, vnde venenum in- ,, fundant, ideoq; aspidis, ac serpentium dentes similiter tenui fistula perforatos esse iudicat, & similiter venenum infundere. Et mox pauculis interpositis, cum dixisset esse quosdam, qui serpentium vnum esse dentem, eumque aduncum, & resupinari cum momorderit; rursus aliquos esse qui arbitrentur, tunc decidere eum, rursusq; recrescere, facilẽ decussu, & sine eo esse quos tractari cernamus, addit etiam Scorpionis caudæ inesse eum, & plerisq; ternos. Ælianus *g* pariter Scorpij aculeo meatum quendam sinuosum replicari dici tradit, adeo vero angustum, vt visu non percipiatur: in eo venenum gigni continerique, quod cum illo ferit, mox per foramen, id quoq; minus quam cerni possit, emanet. Eiusdem opinionis Nicander fuisse videtur, sic enim ex eius mente Tertullianus scribit in exordio sui Scorpiaci contra Gnosticos: Magnũ de modico malũ Scorpio, terra suppurat, tot venena, quot genera, tot pernicies, quot & species, tot dolores, quot & colores Nicander scribit, & pingit, & tamen vnus omniũ violentiæ gestus de cauda nocere, quę cauda erit, quodcunque de posthumo corporis propagatur, & verberat proinde Scorpii series illa nodorum venenata intrinsecus venulas subtilis arcuato impetu insurgens, hamatile spi- ,, culum in summo tormenti ratione restringens. Vnde & bellicam ,, machinam, & retractu tela vegetantem de Scorpio nominant Id ,, spiculũ & fistula est patula tenuitate, in vulnus, & virus qua figit, ,, effundit. Sic ille, Contra medicorum Coryphæus Galen. sentit, ,, nullum in Scorpionis aculeo foramen esse scribens. Quis n. cre- ,, deret, inquit, vel à Scorpionibus infixo aculeo, vel à Phalangio- ,, rum paruorum ictibus totum corpus ingenti, & inusitata muta- ,, tione affici, nisi sæpenumero id accidere videret, præsertim mini- ,, mam quandam substantiam feris in ipsum demittientibus. Cum ,, itaque Phalangium aliquem momordit, quamuis paruum sit a- ,, nimal, existimare tamen debemus venenum ex ipsius ore in mor ,, sum corpus descendisse. Porro marinæ Turturis, quemadmo- ,, dum & terreni Scorpionis, aculeus, in partem extremam acutis- ,, simam illam quidem finitur, vbi nullum foramen est, per quod ,, venenum deijci possit: necesse tamen est, vt excogitemus sub- ,, stantiam quandam esse aut spiritalem, aut humidam, quæ, vt ,, mole minima, ita facultate quam maxima est. Etenim cum nu- ,, pertictus quidam esset à Scorpione, videor mihi videre, inquit, ,, quod grandine percussus sum: eratque omnino frigidus, sudore ,, etiam frigido accedente: sed tandem debitis adhibitis remediis, ,, non sine negotio seruatus est Itaque Pelops, impossibile est ait, ,, in corpore similem aliquam essentiam generari, non accedentę causa extranea: quæ, vbi neruosam aliquam partem occupa- ,, uerit, per continuas partes vsque ad neruorum principium vim ,, suam transmittit, siue id per alterationem (vt ipse dicebat) fiat, ,, siue spiritali essentia veluti aurà ad ipsum elata: sæpenumero e- ,, nim infigente aculeum Scorpione, aut in neruum, aut venam, ,, aut arteriam, manifeste videmus percussos vehementissimis in- ,, festari accidentibus. Atqui Scorpionis aculeus totam cutim pe- ,, netrando ad profundum vsque potest peruenire: Phalangiorum ,, vero paruorum morsus solam afficit superficiem: vnde constat ,, interdum à sola cute veneni vim ad totum corpus deferri, quip- ,, pe tota cutis, & continua est, & neruosa. Proinde haud quaquã ,, impossibile est, cum ex icta parte per totam ipsam celeriter distri- ,, buta fuerit veneni vis, eam inde eodem rursus contactu in sin- ,, gulas subiectarum partium recipi, mox ex illis in alias cõtinuas, ,, atque iterum ex iis, quæ afficiuntur, in alias; cumque ad domi- ,, nantium partium aliquam peruenerit, tum mortis periculum ho- ,, mini instare, &c. Et post rursus. *h* Quibus, inquit, nequaquam persuaderi potest exiguum succum in parte contentum tantorum accidẽtiũ, quæ vniuerso corpori euenint, esse causam, ij omnino immemores esse videntur eorum, quæ quotidie contingunt. Et- ,, enim à Phalangij ictu totũ corpus affici videtur, exiguo veneno ,, per minimum foramen iniecto Sed longe maiori admiratione di- ,, gnus est Scorpionis ictus, qui breui admodum tempore grauissi- ,, ma infert accidentia: & id quod inijcitur, dum ipse pungit, aut ,, perquam exiguum est, aut nihil omnino, nullo apparente fora- ,, mine in ipsius aculeo. Atqui necessariũ est, non simpliciter quia ,, quis perinde quasi acu punctus est, vt vniuersum statim corpus ,, veluti grandine percuti videatur, animi simul defectione: sed ra- ,, tioni magis consentaneum est, vt vel à spiritu quodam, vel tenui ,, humiditate iniecta, hæc eueniant accidentia, &c. Ego sane acu- ,, leum carere foramine non putem, argumento quod & in viperæ ,, sectione sub dentibus vesiculam offendi, è qua, cum mordet, venenum effundit, Animaduertendum porro etiam est ne quis Nicandri versu decipiatur, vbi dicit à cuspide nouem compagibus Spondylos contineri.

Τόιῳ δ' ἐπὶ πέντῳ
Σπόνδυλοι ἐννέάδεσμοι ὑπερτείρει σκερίης

Ἐννέάδεσμοι enim non est ibi simpliciter pro nouem nodis positũ, vt Antigonus, & Demetrius arbitrati sunt, sed pro multis, vt ait interpres. Plures enim quam septem visi sunt nunquam, plerunque autem sex habent. Septem compages habere Scorpij caudam manifestum est: sæpe vero nouem pro multitudinis numero ponitur. Quin etiam Nicander idem *ἐννέάκεντρον* dixit de eo, qui duos tantũ aculeos haberet, quæ quidem opinio est Apollodori, & de nodis numero septem, vnicuique cernere volenti facile constabit. Habes hic primo loco depictum Scorpionem fœminã, secundo marem, tertio marem alium, sed longe minorem, & subalbidum, quarto alatum, qualem tamen nunquam obseruaui, sed iconem ex Mathiolo mutuatus sum.

Cauda.
b lib. 2. Metamor.
c L. 11 c. 25.
d L. 4. Hist. cap. 7.
e L. 4. de partib. c. 6.
f L. 11. c. 37.
Aculeus Scorpij an perforatus
g L. 9. c. 4.
h L. 6. de locis affect. c. 5.
Sexus distinctio.
Nicander explicatus.

LOCVS

Scorpiones sub lapidibus plerunque degere vel ex communi adagio notum est, *ὑπὸ παντὶ λίθῳ Σκορπίος δύδει*, *sub omni lapide Scorpius dormit*. Habitant item in vetustis parietibus, vt sæpe obseruaui, priuatim in pariete ędium nobilissimorum Pepulorum. In Africa in primis ingens, ac pernitiosa Scorpion. multitudo est, adeo vt Plin. *a* Scorpionem dirum animal Africæ vocet. Mauritania, alatos alit, & non alatos teste *b* Strabone. Numidia ijsdem abũdat. In Æthiopia, inquit Strabo *c* vltra Acridophagos regio est deserta quę pascua larga habet, ob Scorpion. multitudinem derelicta. Eundem innuere locum videtur Plinius, dum inquit: Citra Cynamolgos Athiopas late deserta regio est, à Scorpionibus, & Solpugis gente sublata. Meminit item Diodorus *e* Siculus, Æthiopibus, inquiens, Acridophagis regio adiacet perampla varietate pascuorũ fertilis, sed deserta, & quæ penitus adiri nequeat. Non tamẽ hominibus à principio caruit, sed postmodum intempestiua ex pluuia deserta est, multitudinem Aranear. Scorpionumq; ferẽte. Tantam enim harum bestiarum excreuisse copiam ferunt, vt morsibus pestiferis incolæ vexati patriam deserere, & ad alia loca confugere compellerentur Sicille. Ptolomæus quoque regionem quandam Scorpioferam vocari scribit, quod scilicet Scorpios copiosissime alat. Tinos vna Cycladũ, Ophyusa dicta, quod multos alat Scorpiones mortiferos, & serpentes varios. In Pescara Africæ antiquissimo oppido maxima Scorpionum copia est, à quibus icti continuo moriuntur: quamobrem ciues fere omnes æstatis tempore, relicta vrbe, teste Leone Africano, rus commigrant vbi in mensem vsque Nouembrem manent. Circa lacum Arratham in India locus desertus, & est, & appellatur, testante Aeliano. *f* Eum accolæ & finitimi circunquaq; negant ab initio, & perpetuo habitatoribus caruisse, sed Scorpionum copias infestas superueuisse, & nimium Phalangiorum extitisse proueutum illorum, quæ tetraguata nominant. Hanc bestiolarum diritatem ex corrupta aqua pluuia generatam aiunt, & incolas primum huius mali impetum aliquaudiu magna patientia tolerasse, sed malo iam aucto, cũ passim omnis ætatis homines interirent, tandem consilij inopia, cũ nulla ratione aduersus totam luem tueri se possent deserta regione, gratum prius, & optimum paternum maternumque solum reliquerunt solitarium. Apud eundem Aelian. *g* legere est in Ægypto Ibin auem coli, quod Scorpios, & serpentes occidat: Et ante alibi: apud Ægyptios *h* scribit maximos Scorpios versari, qui vt percusserunt, statim interficiunt, ad quorum vitationem omne cautionis genus Ægyptij adhibent, sexcentaque machinamenta moliuntur. Ea Lybiæ pars, quæ ad Austrum vergit, arenis repleta, duplex genus Scorpionum habet, inquit Lucianus, *i* vnum terrestre & pedibus ingrediens permagnum, multis corporum vertebris insigne: alterũ aereum, & volatile alis tenuibus, cuiusmodi fere sunt Cicadis (*πίττιξι*, interpres perperam reddidit Locustæ) & vespertiliones. Hic quoq; Ibin auem eos venari scribit Philes, vt in Ægypto etiã Accipiter teste Diodoro: *k* Ascensus Scorpionis, Hebraice Acrabbim, mons à Scorpionibus dictus, qui abundant eo in loco, vrbe desuper ædificata, à quo Acrabatenam ciuitatem dictam putat Hieronymus, *l* atque eam esse quam Arabatenam vocat liber Machabæorum, quam inuasit Iudas Machabæus. In itinere secundi diei eorum, qui à Persicis Susis in Mediam proficiscuntur, quod per magna Scorpionum multitudo, dicit Ælianus *m* nasci dicitur, idcirco Persarum rex, cum eo suscepit iter, triduo ante omnibus imperat, vt eos venentur, & ei qui plurimos confecerit, donat munera, nisi hoc fit, locus transiri non potest: nam subter omnem lapidem & cespitem abditus Scorpius manet. Albani mortiferos teste

a lib. 5. c. 7.
b lib. 17.
c lib. 16.
d lib. 8. c. 29.
e lib. 3. c. 3.
f lib. 17. c. 40.
g li. 10. c. 29.
h li. 10. c. 23.
i lib. de dipsadib.
k lib. 2. c. 4.
l In Cõment. Abdia c. 1.
m li. 15. c. 26.

a L.1. dec.1. Bonfinio alunt Scorpiones, & Caſpij ad flumen Alazonium n In Argo copia quoq; Scorpionum eſt, ibiq; Locuſta naſcitur aduerſus Scorpium inſurgens. Alabanda vrbs duobus montibus ſubiecta eſt, ita diſpoſita, vt ciſtæ inuerſæ aſpectum exhibeat. Vnde Apollonius Malacus, ob hoc & multitudinem Scorpionum ciuitatem carpens dixit eam eſſe ciſtam inuerſam Scorpionibus plenam; nam ea & Mylaſia, ac tota intermedia montana regio, huiuſmodi o Lib.14. beſtijs abundant Narrat iſthoc Strabo. o Italia quoq; Scorpios habet, de quibus venenati ne ſint, an non, ſupra dictum eſt. Circa Neapolim Campaniæ raro inueniuntur. Romæ plurimi ſunt, & peculiariter intra vrbis mœnia, in monte nimirum qui teſtaceus dicitur. Multæ alię Europæ regiones Scorpionibus carent. In Scotia p Exer.196. portenti loco habentur. In Vaſconia, teſte Scaligero, p vniuerſa Scorpius quid ſit ignoratur. Pharmacarij tamen impudentes ante eiuſdem Scaligeri aduentum ex cordulo oleum pro Scorpionum oleo parabant.

MORES. INGENIVM.

a L.29.c.4. PPinius a proprium eſſe Scorpionum ſcribit, quod manus palmam non feriant, nec niſi pilos (neeſi pilos, legitur in veteri b Exercit. 245.3. codice) attigere. Cum incedunt, inquit Scaliger, b tranſuerſos ſeſe inferunt, propter longitudinem pedum poſteriorum, quos, vt in vacuum ponant, neceſſe eſt ingreſſionis corrumpi quadratutam. c L. de cogn. & curand. animi morb. c.1. Galenus c viperam, & Scorpionem nunquam manſueſcere eſt author. Mirum eſt, quod ſcribit Albertus, nimirum Scorpionem in oleo viginti duobus diebus vixiſſe, cum cætera Inſecta omnia oleo, quam primum intereant. Illud tamen is ſeſe expertum fuiſſe ſcribit: Ambulabat, inquit, in imo vaſis, & in olei ſuperficie am-
,, pullas emittebat, quaſi rationis particeps. A Scorpionibus qui-
d L.11. c.25. ,, dam tradente Plinio d fœtum deuorari arbitrantur, vnum mo-
,, do relinqui ſolertiſſimum; & qui ſe ipſius matris clunibus im-
,, ponendo, tutus, & à cauda & à morſu loco fiat. Hunc eſſe reli-
,, quorum vltorem, qui poſtremo genitores ſupernè conficiat Sic
e Lib.5.hiſt. c.26. ,, ille: Sed Ariſtoteles e è contrario parentes pelli interficique à
,, prole ſua atteſtatur his verbis: Mox vt prolem perfecerunt, pel-
,, luntur ab ea ipſa, ſicut & Araneis accidit, & interimuntur à ſuis
,, liberis magno numero. Et ipſemet Plinius in exordio eiuſdem
,, citati capitis innuit, nam Phalangius inquit, vt emerſerit, ma-
,, trem conſumit, ſæpe & patrem: adiuuat enim incubare. Simili-
,, ter his, & Scorpiones terreſtres, Vermiculos ouorum ſpecie pa-
,, riunt, ſimiliterque pereunt. Æſtum ſolis declinantes, vmbram petunt: niſi calcentur, innocui iacent, irritati prodeunt, & aculeos
f L.6.c.23. exerunt: quanquam Ælianus f contrarium ſenſiſſe videatur, de-
monſtrans quam argute ac ingenioſe facta ex ſe catena homines
Lybici vt ſe contra Scorpios defendant ,, ſponte in Lybia inuadentes in lecto feriant. Fraudulenti etiam
,, natura Scorpij, & doloſi exiſtunt: etenim Lybici ab eorum mul-
,, titudine metuentes, ad vitandos ipſos omnia machinamenta
,, moliuntur: ſoccos ferunt in lectis cum longe à pariete remotis,
,, tum in excelſum collocatis, tum fulcrorum pedibus in hydrias
,, aqua plenas impoſitis, ſublimes ſomnum capiunt: qua machina-
,, tionis molitione facta, ſeſe quieto, & tuto ſomno vſuros arbi-
,, trantur. Atqui Scorpius ſi quid, vnde ſemetipſum in tecto ſu-
,, ſpendat naneiſcantur, ibi fortiſſime forcipibus inhæreſcit, ſimul
,, & demittit aculeum: ſecundus igitur ex tecto deſcendens per
,, primum ſerpit, atque ſuis itidem forcipibus ad illius aculeum
,, adhæreſcit, & ſublimen finit ſuum aculeum: item à ſecundo te-
,, netur tertius, à tertio quartus: quintus ſimilem ordinem conſer-
,, uat, itemque cæteri omnes deinceps per primos decurrunt. Po-
,, ſtremus dormientem ferit, & per ſuperiores recurrit: ſimiliter
,, ab illo ſecundus, tum vero ab vltimo tertius, reliquique ſeſe ſub-
,, ducunt, quo ad velut ſane catenam ſoluentes, inter ſe omnes
g Li.1.Stromat. ſubtraxerunt. Hucuſque Ælianus Clemens Alexandrinus g vero etiam dici ait Scorpium in Lybia, ſi ei non ſuccedat, vt hominem feriat, abeuntem reuerti cum pluribus, alterum autem ab altero inſtar catenæ dependentem, ita moliri inſidias, non obſcuro nutu beſtijs vtentibus, ſed nec figura ſibi ſignificantibus, ſed propria, vt putat, dialecto Fallax itaque ac inſidioſum animal eſſe perhibetur
h In Captiuis. Scorpio, eſtque apud Sophoclem h prouerbium in hanc ſententiam: οὐ παντὶ γὰρ τὸ σκορπίου φρουρεῖ λίθος; quippe ſub omni lapide
i In Theriacis. Scorpium inſidiari: Sic & Nicander canit: i

Σκορπίος ἀφρᾳδὲς ὀλίγῳ ὑπὸ λάϊ λοχήσας,
Scorpius inſidias parua ſub caute tetendit.

k Lib.15. Eleganter Athenæus k ex Carcino inquit:

Subit quoduis ſaxum, amice, Scorpius,
Ne te feriat, caue: in iis, quæ abdita ſunt fratis quæuis latet.

Morum acerbitas notata per Scorpium. Dicuntur item capite velut abblandiri prius, vt cauda poſtmodum citius, & commodius lædant. Certe Apuleius morum acerbitatem per Scorpium notat, dum ait: noſti quendam barbarum noſtræ ciuitatis decurionem, quem Scorpionem præ morum amaritudine vulgus appellat. De inſidijs vero, quæ poſt aliquam felicitatem ſubſecutæ fuerint, Sidonius de fortuna loquens ait: Quæ virum, vt Scorpius, vltima ſui parte percuſſit. Quin & mathematici vel D Ambroſio teſte percuſſorem, & adinuadendum ex inſidijs promptum eum futurnm dicunt, quem Scorpius naſcentem exceperit.

VICTVS.

SOlem, vt dixi fugiunt, vel ſub lapidibus, vel in foraminibus latitantes. Inter teſtas libenter generantur, & viuunt, vt aiunt monachi Meſues commentatores: quo vero cibo vtantur, necdum obſeruaui. Lego tamen apud Plinium, a Scorpiones terra viuere. Et Nicander Scorpio, inquit, qui marino litterali cancro ſimilis eſt, albentes algas fluctumq; maris paſcendo decerpit. Ælianus in Æthiopia ſerpentibus, & aſpidibus, verticillis, omnique ſerpentium genere expleri ait Muſcis quoque veſcuntur, quibus menſtruo ſpatio phiala vitrea incluſum cum aluiſſet quidam, vidit inde incrementum euidenter accepiſſe. Famem incluſi diu ferunt, vt ſerpentium genus, & omnia venenata. Plinius b nullum venenatum fame ac ſiti interire ait, quoniam neqne calor his, neq; ſanguis, neque ſudor, quæ auiditatem naturali ſale augent.

a L.10 c.71.

b Li. eodem c.73.

DE VENENO.

VEneni qualitatem Dioſcorides, & ipſum deinde ſecuti generatim narrant, ſed Nicander ſpeciatim de ſingulis agit: Albicans, inquit, omnino innocuus eſt, & minime exitioſus. Ruffus contra cum virus ſuum effudit, ita humores corporis commouet, vt irritati continuum motum inficiantur, & maligna quadam putredine corripiantur, & accidentia ſimilia febri ardenti inducant, quæ hoc pernitioſiora, & vehementiora ſunt, quo cauſa horrenda magis eſt, & læthalis. Nã hic facultas illa ſpecifica, & occulta malignitas plus virium profecto habet, quam qualitas manifeſta, quę cum frigida ſit, frigida ſymptomata inducit: quæ ab ictu nigri, & viridis potiſſimum euenire conſueuerunt, quorum poſterior reliquis omnibus exitioſior eſt ob caudam quam longiorem habet. Pallidus aliquid peculiare præ cæteris habet: nam ictum inferendo mordet etiam, quod natura ſit inexplebilis. Qui vero cancros, & paguros referunt, & ſplendeſcente ſunt colore, eadem quæ alij accidentia inducunt, aut ſaltem Nicander non diſtinxit, niſi quod flauos maiorem in loco vitiato dolorem relinquere, & infantibus potius, quam ætate prouectis inſidiari magis ſcribit. Hæc itaque Nicauder de ſingulis ſpeciebus literis mandauit. Galenus de Scorpionum veneno, ant ſpiritus id eſſe cuiuſdam, aut tenuis humiditatis immiſſæ dixit. Apud Plinium a de eodem hæc legere eſt. Peſtis importuna veneni niſi quod grauiore ſupplicio leuta per triduum morte conficiunt, virginibus læthali ſemper ictu, & fœminis fere in totum, viris autem maturino, exeuntes cauernis, priuſq; aliquo fortuito ictu iciunum egerant venenum. Semper cauda in ictu eſt, nulloque momento meditari ceſſat, ne quando deſit occaſioni. Ferit & obliquo ictu & inflexo. Venenum ab ijs candidum fundi Apollodorus author eſt; item mares eſſe ſeuiſſimos. Quod poſtremum etiam ſcribit Ælianus b his verbis: Mares Scorpij infeſtiſſimi habentur, fœminæ multo remiſſiores: non enim tantum virus acerbitatis habent. Plinius venenum omnibus medio die eſſe tradit, cum incanduere ſolis ardoribus; itemque cum ſitiunt inexplebiles potu: conſtare & ſeptena caudæ internodia ſæuiora eſſe: quod & Auicenna, & Ælianus tradunt. Idem Plinius c agens de venenatis animalibus, ac inter ea recens Scorpiones, ait in eo genere omnia magis exitialia eſſe, ſi ſuum genus edant, antequam noceant. In totum etiam tradit non nocere Scorpiones quibus non ſit ſanguis. Leo quidem rex ferarum exiguo Scorpionis aculeo exagitatur, & veneno ſerpentis occiditur. Eximia Leonis pulchritudo, inquit Ambroſius comantes ceruice toros excutit, vel ſublato pectore attollit ora. Sed quis non miretur tam breui Scorpionis aculeo, vt incorporeum putes ingentium corporum exire mortem? Nec hoc quiſquam reprehẽdat, quod creator ſcipentis creaturis ſuis, aliaq; vel animantium vel herbarum generа venenata miſcuerit. Nata ſunt enim hęc ad corruptionem noſtram, non ad deformationem. Sic ille Scorpiones cum præcipitantur in aquam, innoxij redduntur. D. Hieronymus regulos & Scorpiones arentia quæq; ſectari ait, & poſtquam ad aquas venerint, ὑδροφόβους & lymphaticos facere. Cum pungit Scorpio, caudam ſuſtollere aiunt, in quo ſenſu Lucilius apud Nonium, inquit:

Muſcipula vt tenta, atq; vt Scorpius cauda ſublata.

Quod v. inflexo ictu ferire Scorpionem dicat Plinius, id præſertim faciunt, cum retrocedunt, ac vt ait d Plautus:

Receſſim cedam ad parietem, imitabor Nepam.

Veneni qualitas.

Venenum Scorpionis quid.

a L.11. c.25.

b L.6.c.20.

c L.10.c.73.

Leo Scorpionis ictu moritur.

Vt innoxij reddantur.

d In Caſina

Cæterum cum venena quadrupliciter nocere ſoleant, vel à primis qualitatibus, vt aqua epota frigida homini labore & ſole æſtuanti: vel à ſecundis, vt crocum: aperit enim, & laxat viam ſpiritibus ita, vt abeant: vel à tertijs, quales ſunt Cantharides veſicæ: lepus marinus pulmoni: vel ab alia vi, quam quidam à tota ſubſtantia nominant: alij vocant virtutem ſpecificam. Talis eſt Scorpio: minimo enim ictu, atq; inſenſibili materiæ quantitate mortem affert. Etiam quoſdam ſerpentes necat, vt ait Plinius. e Cardanus eius venenum in homine icto ſerpere tradit, & vſq; ad cor, & vſque ad cerebrum: quare ſæuiſſima etiam ſymptomata infert, vt mox patebit, multo grauiora iciunus, quam qui iam ſaturatus fuit, & in æſtate & ſub cane, quam in hyeme, ac in homine degente in regionibus ſiccioribus, quam in paluſtribus f Vidus Vidius plures ſic Piſis à Scorpionibus ictos obſeruaſſe teſtatur, qui nullam ferme percepere in corpore agitationem, quod regionis humiditas Scorpionum venenum maxime hebetaret, & ad homines contaminandos ineptum redderet. Quemadmodum, inquit, ſiccitas regionum

Venena quot modis noceãt.

e Lib.1. de Venen. c.23

f Lib. 2. de cur. gen. c.8.

gionum virus acuit, & ad interficiendos reddit aptius, ac magis efficax, ex quo tam immania, vt mox recensebimus, symptomata, oriuntur, vt non incongrue facetissimus *g* Epigrammatarius Ligurinum, quod nimis tædiose versus suos omnibus occineret, magis timeri ait, quam vel de ipsas serpens, vel Scorpio:

g *Lib. 3. Epig. 44.*

Occurrit tibi nemo quod libenter,
Quod quacunq;, venis, fuga est, & ingens
Circa te Ligurine, solitudo:
Quid sit scire cupis? nimis poeta es.
Hoc valde vitium periculosum est.
Non tigris catulis citata raptis,
Non dipsas medio perusta Sole,
Non sic Scorpius improbus timetur. &c.

PERCVSSI SYMPTOMATA EORVMQVE curatio.

ICtu Scorpij authore *a* Dioscoride inflammari statim incipit locus, & indurescit, ac intensis rubet, vicissimq; dolore premitur. Modo siquidem exæstuat, modo frigore occupatur. Labor repente fatigat, & aliquando meliuscule habet, aliquando vero recrudescit, Cõsequitur sudor, horroris sensus & tremor. Externæ corporis partes refrigescunt, inguina extolluntur, per sedem flatus exeunt, capilli eriguntur, pallor membra decolorat, tanquam ex pungente acu, per vniuersam cutem sentitur. *b* Aetius quoq; hæc signa ponit. A Scorpio pecussos vehementissimus plagæ dolor cõsequitur, frigiditasq; ac tensio, ac stupor, circaq; plagam & totum corpus frigidus sudor: & his qui iuxta infernas partes percussi sunt inguina incitantur ac intumescunt, qui vero circa supernas, sub alis. Et hæc quidem leuiter percussis adsunt. Validius autem ictis ardor circa plagam adest, quemadmodum in ambustis, & verrucarum instar Formicarum eruptio circa labra & totum corpus, vt grandine se impeti putent. Facies distorquetur, sordes circa oculos adsunt glutinosæ, & lachrymæ viscosæ, durities articulorum, anusq; procidit cum egerendi cupiditate: spuma circa os est. & vomitus largus, singultus, conuulsiones, opisthotonicis similes. Eadem passim symptomata apud alios medicos legere est *c* Rembertus Dodonæus famulum sese habuisse testatur, qui à Scorpione ictus, tanto subito, ac tam frigido sudore toto corpore erat perfusus, vt algentissima niue atq; glacie sese opprimi quereretur. vt non immerito cum *d* Galeno venenum Scorpionis frigidum statuere queamus: apud quem etiam legimus idem illud, quod ex *e* Dodonæo diximus Etenim scribit, cum ictus quidã esset à Scorpione, videri sibi quod grandine percussus esset, eratq; inquit, omnino frigidus, sudore etiam frigido accendẽte. Ictos equos à Scorpione sequitur, vt Hierocles & Absyrtus volunt, crurum contractio, claudicatus, fastidia cibi, saniei viridis è naribus profusio, spirandi difficultas & ægra suscitatio. Quod modo ad curationem attinet, ea equidem varijs, ac infinitis remedijs peragitur, alijs intus sumptis, aliis foris applicatis Oportet primo dilatare plagam, deinde superimponere medicamenta extrahentia, & tota substantia contra id virus pugnantia, postremo sumere alexipharmaca & communia & propria. Via expedita dilatandi plagam, sectio est. Eiusmodi autem remedia, vel agunt occulta vi vel manifesta, hæcq; vel sunt simplicia vel composita. Simplicia accipiuntur, vel à plantis, de quibus dicemus primo, vel ab animalibus, ijsq; vel sanguineis, vel exanguibus, vel à fossilibus. Plantarum aliæ sunt herbæ, aliæ frutices, aliæ arbores Inter herbas primum occurrit absynthium, quod ex vino muris Aranei morsibus, draconi marino, & Scorpionibus aduersari *f* Plinius testatur. Abrotonum in vino potum iuuat, vt Dioscorides author est, lib. 3. cap. 29. Aizoum habentem maius à Scorpionibus feriri negant Plinius li. 25 cap. 17. Macer quoque semperuiuum aduersus Scorpios celebrat his versibus:

a *Lib. 7. c. 7.*
b *Lib. 13. cap. 19.*
c *Cap. 56. Obseruat.*
d *Lib. 4. Meth. c. 3.*
e *Lib 3. de loc. affect. cap. 7.*
Absynthiũ
f *Lib. 27. cap. 7.*
Abrotonũ
Aizoum.

Taliter & cunctis obstat potata venenis,
Affirmant istam, qui secum gesserit herbam
Hunc non affectat lethali Scorpius ictu.

Amomum ex ocimo illitum laudat Dioscorides lib. 1. cap. 14. Plinius lib. 20 cap. 15. ammi cum lini semine Scorpionum ictus in vino potum drachmis duabus mitigare ait: Et l. b. 20 cap. 17. anisum aduersus eosdem bibi. Cornelius Celsus lib. 5 ad Scorpionis & Aranei ictum allium cum ruta recte miscetur tradit, ex oleoque contritum superimpon: Et Macer de allio canebat:

Amomum
Ammi.
Anisum.
Allium.

Curat quos serpens, vel Scorpius intulit ictus.

Et Strabo asserit ab Afticauis, aduersus Scorpios remedia excogitata, dum dormitum eunt, pedes allio atq; etiam lectos ipsos illinere. Aristolochiæ præsertim corticis binas drachmas cum vino præberi iubet Dioscorides lib. 8. cap. 5. Idem asphodeli semen & flores in vino potos commendat: Andræas Matthiolus radice decocta, & plagæ admota vtitur. Plinius Nicandrum, non Dioscoridem citat lib. 22. cap. 22. Nicander, inquiens, & contra serpentes, ac Scorpiones vel asphodeli caulem, quem anthriscum vocauimus, vel semen, vel bulbos dedit in vino tribus drachmis substrauitq; somno contra hos metus. Achaasos medicus, vt legitur in libro de medicinis expertis Galeno ascripto dabat drachmam vnam assę fœtidæ contra morsus Scorpionis. Atractilidem, quam perperam cum cnico confundit, Plinius lib. 22. c. 32., magnum cõtra venenata animalia præbere auxilium credit, item aduersus fũgos, constareq; à Scorpionibus percussos, quamdiu teneant eam herbam, non sentire cruciatum. Et Dioscorides. lib. 4. cap. 107. atractilidis comam, semen & folia cum pipere & vino teri scribit vtilissime contra Scorpionum ictus, percussosq; tradi, quandiu ea teneatur herba; nullum experiri dolorem ipsumq; deposita statim recrudescere. Atriplicis succus authore Matthiolo potus & ipsa herba illita prodest: item blitum ex vino potum quod postremũ ex Plinio transcripsit, qui lib. 20. cap. 22. blitum dicitur, inquit, aduersus Scorpiones potum è vino prodesse. Cardamomum ex vino potum laudatur à Dioscoride lib. 1 cap 5. Caltha semen affert, cuius vaginulæ Scorpionum caudas imitantur, neoterici eius veneno resistere dicunt. Calamiutha cum posca, in qua magnopere discoqui debet, datur. Dioscorides lib 8. cap. 5. & trita illinitur. Succum cæparum instillant plagis bestiarum omnium, priuatim Scorpionum. Plinius lib. 20. cap. 5. Confert & centaurea, vt legitur in libello de virtutibus centaureæ, qui Galeno ascribitur Chamæpityostria genera teste Plinio lib 24. c. 6. prosunt aduersus Scorpionum ictus Dioscorides chamæsyces succum illitum laudat Colus rustica cum vino pipereq; bibita & manibus gestata dolorem punctura omnino fugat, si eidem Dioscoridi credimus. Auicenna radicem colocynthidis super omnia valere ait: & Plinius cunilaginem priuatim aduersus Scorpiones ex posca valere. Cucumis quoq; syluestris efficacissimus ipsi lib 20. cap. 1. putatur contra Scorpionum ictus & semine & elaterio, & cap. 15. eiusdem libri cuminum syluestre cum oleo ad serpentes, ad Scorpiones, ad Scolopendras commendat. Matthiolus vero cuminum cum melanthij, & viticis semine drachmæ pondere potum ex vino valere tradit. Est autem quoddam cumini syluestris genus, quod corniculata producit semina, Scorpionis caudæ æmula, quod illud forte fuerit, quo de Plinius & Matthiolus loquuntur; hoc saltem potum serpentum morsib. remedio est, quare ad Scorpionum ictus valere etiam conijcio. Radix croci hortensis, vel etiam stoudes illius cum vino offeruntur. Quidam medici, referente *g* Constantino Africano dixerunt, dum radicem hanc infirmus in manibus tenuerit, nullum dolorem sentire. Cyperum ictibus etiam imponit Dioscorides lib. 1. cap. 4 Aliter Plinius, Indicæ herbæ, inquit lib. 21. cap. 18. quæ cyperis appellatur, radix aduersus serpentium ictus, Scorpionum præsertim remedio est Cyani vtriusq; folia siue semen ex vino decocta & pota laudat Matthiolus ex Plinio, ni fallor Dioscorides delphinium etiam appositum. Præter opinionem autem facit teste *h* Aetio elaphoboscus, tum viridis comesta, tum sicca pota. Erucæ semen Scorpionum venenis, & muris aranei medetur. Plinius lib 20. c. 13 Medicinæ in satiuo fœniculo ad Scorpionum ictus & serpentium semine in vino poto Idem lib. 20. c. 23. Dioscorides lib. 8. c. 5. galbanum ad splenij formam ductum auxiliari, item gentianam tusam in potu dari author est, & Auicenna gentianam huic punctura vltimam medicinam appellat. Heliotropium potum cum vino, & illitum prodest. Dioscorides lib. 4 cap. 193. id vero duplex est, maius scilicet & minus de magno sic ait Plinius lib. 22 c. 21. Heliotropium maius, quam nostri verrucariam appellant, serpentibus & Scorpionibus resistit, vt Apollophanes & Apollodorus tradunt Et mox de minori: heliotropio tricocco siue Scorpiuro vis ad omnia venenata, & Phalangia & contra Scorpiones præcipue illita. Farina hordei in vino parata, in decocto rutæ. Laudatur à Dioscoride l b 8. c a. 5. item hieracium maius & minus lib 3. cap 72. more cataplasmatis appositum. Iris contra Scorpiones duarum drachmarum pondere in pane vel aqua sumitur, vt Plinius testatur lib 21. c. 20. Intybus instar cataplasmatis adhibitus confert Dioscorides lib 2 c. 1 0 Lapatha syluestria Scorpionum ictibus medentur, & ferire prohibent habentes. Plinius. lib. 20 21. Folia lactucarum vulneri illinuntur, maxime contra Scorpionum ictus Idem lib. 19. c. 7 & post semen satiuarum contra Scorpiones dari ait. & Zoroastres quoque semen lactucæ cum vino potum percussos à Scorpio sanare prodidit Dioscorides vero lib 2 c 166. lactucam syluestrem bibitam commendat Et lib 8. c 5. Laserpitium dari dixit Sed Plinius, Laser, inquit lib. 21. c. 23. Scorpionum plagis ex oleo medetur. Laureolæ drachmę quatuor quoq; exhibentur cum aceto, vt legitur in libro de medicinis expertis. Lychnis syluestris Scorpionib. adeo contraria, vt omnino visa eo torpescant. Plinius lib. 21. c 26. Dioscorides etiam Lychnidis semen cum vino potandum proponit lib 3. c. 14. Plinio lib. 20. c. 21. maluæ contra omnes aculeatos ictus dicitur esse efficacior vis, præcipue Scorpionum, similiumq; & muris aranei; quin & trita cum oleo qualibet earum perunctis ante, vel habentes eas, non feriuntur Idem melanthium medetur serpentium plagis dicit lib 20 c 17. & Scorpionum illini ex aceto, ac melle reperisse: item folia mentastri aduersus Scorpionum ictus cum sale, oleo & aceto vtilia prædicat lib. 20 c. 14 Dioscorides lib. 3. c 99. folia melissophylli adhibita Plinius lib. 24. cap 19. nodiam herbam efficacissimam aduersus Scorpiones esse potam in vino, aut posca reperit. Nasturtij quoque vires describens lib 20. c. 13. Sextium ait adijcere, vstum serpentes fugare, Scorpionibusque resistere. Et præcedente capite ocimum conferre putat ex vino, addito acero exiguo Dioscorides quoq, ocimum cum polẽta imponi iubet, & lib. 8. c. 5 ocimi semen potum efficax esse scripsit, item oxylapathi & oxalidis semen vino, aut aqua potum. Olusatrum, quod hipposelinum vocant, aduersatur Scorpionibus. Plinius lib. 20. cap 11. Opium ex vino meraculo, si protinus detur, Scorpionum ictibus resistit. Aliqui hoc tantum nigro tribuunt, si capita eius vel folia terantur. Idem lib. 20. cap 19 Origani omnis priuatim vsus contra Araneas Scorpionesq; in vino albo probatur eidem lib. 20. cap. 17. Matthiolus semen pastinacæ haustum auxiliari asserit, forsitan ex Plinio, qui lib 29 cap. 1 postquam dixisset pastinacam efficaciorem esse syluestrem, semen satiuæ quoque contra Scorpionum ictus ex vino, aut posca salutare esse inquit.

g *Li. 7 c. 11.*
h *li. 13. c. 19.*
Atriplex.
Blitum.
Caltha.
Calamintha.
Cæpa.
Centaurea
Chamæpytis.
Chamęsice
Colus rustica.
Colocynthis.
Cucumis syluestris.
Cuminum syluestre.
Crocus.
Cyperus.
Cyanus.
Elaphoboscus.
Galbanum
Heliotropium.
Hordeum.
Iris.
Intybus.
Lapathum
Lactuca.
Laserpitiũ
Lychnis syluestris.
Malua.
Melanthiũ
Nodia herba.
Nasturtiũ.
Ocimum.
Olusatrum
Opium.
Origanum
Pastinaca.

Ee 2

Aristolochia.
Asphodelus.
Assa fœtida.
Atractilis.

inquit. Apud Macrum quoque de paſtinaca lego:

Ex vino paſtinaca ſi ſperma bibatur
Compeſcet diros quos Scorpius intulit ictus.

Peucedani ſucco vtendum voluit Dioſcorides lib. 8. c. 5. ſi non ſit Laſerpitium. Idem lib. 3. cap. 122. Phalangium herbam potum celebrat Recentiores polemoniam Scorpionibus inimicam eſſe tradunt. Dioſcorides eiuſdem herbæ radicem alligatam prædicat lib. 4. cap. 8 & lib. 8. c 5. pulegium decoctum dari iubet. Hoc repetijt Plinius lib. 20. c. 14. Ad Scorpionum ictum, pulegium in vino tritum bibitur, maxime quod in ſiccis naſcitur: item pulegium ſylueſtre. Porri folia melle ſubacta & illita confetunt, Matthiolus. Plinius vero lib. 20. c. 6. ſuccum porri ad ſerpentium Scorpionumque ictus bibi cum mero ſcribit. Valent ruta ſylueſtris & ſatiua contra Scorpionum ictus & Araneorum, Apum, Crabronum, Veſparum aculeos & Cantharides & Salamandras, caniſque rabioſi morſus. Plinius lib. 20. c. 13. Scorpionibus aduerſatur raphanus; vel ipſo vel ſemine infectis manibus impune tractabis: impoſitoque raphano Scorpiones moriuntur Idem lib. 26. c 4. Tarentinus ait, eum qui teneat ſideritin herbam, viuos Scorpios tenere poſſe, ita vt ab ipſis nulla iniuria afficiatur Sinapi ad ſerpentium ictus & Scorpionum tritum cum aceto illinitur, Plinius lib. 20. 22. Succus ſonchi bibitur contra ſerpentes Scorpionesq; , radix vero illinitur. Idem lib. 22. 22. Dioſcorides nulla radicis facta mentione, inquit lib. 2. c. 159. Sonchi ſuccus comeſtus & cataplaſmatis more impoſitus iuuat. Sampſuchum ex aceto & ſale impoſitum ab eodem laudatur lib. 3. c. 47. Serpillum voluntarium & candidiorib. folijs ramiſq; aduerſus ſerpentes efficax, maxime cẽchrim, & Scolopendras terreſtres & marinas, & Scorpiones decoctis in vino ramis, folijſque, Plin. libr. 20. 22. Spinæ albæ ſemen contra Scorpiones auxiliatur. Idem lib. 24. c. 12. Spongiæ contra Scorpiones ex aceto imponuntur, vt idem quoque tradidit lib. 31. c. 11. Scorpius herba valet aduerſus animal ſui nominis. Idem lib. 22. c 15. Idem Scorpioides illita reſte Dioſcoride lib. 4. c. 195. Florentinus ait, ſi quis percuſſus ſcyllam ederit, illæſum manſurum, inſuperque ſcyllam ſaporem dulcem eſſe confeſſurum Farina triticea ex aceto, & vino impoſita prodeſſe dicitur à Dioſcoride lib. 2. c. 107. Thelyphonum radicem habere videmus, quæ Scorpionis caudam æmulatur, & ad eius morſus valere traditum eſt. Thelyphonum herba, inquit Plinius, ab alijs Scorpius vocatur, propter ſimilitudinẽ radicis, cuius tactu moriuntur Scorpiones. Meminit quoque Ælianus lib. 9. c. 27. his verbis. Thelyphonum herbam Theophraſtus narrat, ſi eam ad Scorpij dorſum admoueas, hũc ſtatim perire. Idemq; affert euudem ad integritatem valetudinis reſtituis, ſi cum candido elleboro conſpergas. Atq; equidem thelyphonum probo, non item elleborum, quod ſane ita homines egregie diligam, vt acerbe & penitus Scorpios oderim. Sic ille. Semen trifolij tritum & vulneri Scorpionis impoſitum opitulatur. Dioſcorides lib. 8. c. 5. vbi quoque poſitum laudat trifolij Et Plin. lib. 21. c. 21. trifolium ſcio, inquit, credi præualere contra Scorpionum ictus & ſerpentium, ex vino aut poſca, ſeminis granis viginti potis, vel folijs vel tota herba decocta: ſerpentesq; in trifolio nunquam aſpici. præterea celebratis authoribus, contra omnia venena pro antidoto ſufficere vigintiquinque grana eius, quod mynianthes ex eo appellauimus, tradi Semen violæ Scorpionibus aduerſatur. Idem lib. 21 c 19. Verbenaca recta tum pota, tum illita iuuat. Dioſcorides. Aetius lib. 13 c. 19. idem fere tradit, dum ait: Confert verbenaca recta, aut viridis cataplaſmatis more impoſita, aut ſicca in puluerem pota. Dioſcoridi verbaſci aureum florem ferentis folia impoſita laudantur lib. 4 c. 104. Sed Plinius lib 25. c. 10. contra Scorpiones bibi radicem verbaſci cum ruta ex aqua ait, Et lib. 26. Verbaſci, inquit, ſpecies, quæ à quibuſdam ſaluia appellatur, ſimilis verbaſco, contra Scorpiones & dracones marinos efficax. Scorpionibus aduerſatur & Vettonicæ ſuccus, & plantaginis. Plinius lib 25. c. 10. Apollodorus referente eodem lib. 22 c. 13. affirmat vrticam aduerſari hyoſcyamo, & ſerpentibus, & Scorpionibus. Zeæ farina ex vino rubro ad Scorpionum ictus tepida illinitur. Atq; hæ fuere herbæ, quas potiſſimum Dioſcorides & Plin. contra Scorpiones celebrarunt, quas, ne de eadem bis, terue, vt fieri potuiſſet, diceremus, ordine alphabetico recenſuimus.. Sequuntur eodem ordine frutices, ac arbores. Inter frutices primum occurrit balſamum, cuius oleum cum lacte bibitum commendatur a principe Auicenna, Myrti ſuccus ex mero hauſtus à Dioſcoride lib 1. cap. 156. quod remedium repetens Plinius, quod de ſucco Dioſcorides, ille de ſemine dixit lib 23 c. 9. Paliuri ſemen Afrizuram (zuiram legitur in manuſcripto codice, alij aprizuram legunt) vocant, contra Scorpiones efficaciſſimum. Idem li. 24. c. 13. Sed Strabo lib. 17. Lybes ſcribit lectorum ſuorũ pedes paliuris circumligare aduerſus Scorpiones. Democritus tradit roſæ radicem adalligatam percuſſos à Scorpionibus ſanare. Rubi flos & mora proſuut. Dioſcorides lib. 4. c. 37. Et Plinius lib. 24. c. 13. flore aut moris rubi Scorpionum vulnera ſine collectionum periculo inungi teſtatur. Vt Scorpius non accedat ad iacentes, auellanam lectulorum pedibus alligare iubet Plutarchus: hanc enim nucem negat à Scorpio adiri. Aetius quoq; lib. 13. c. 19. nuces ponticas non modo in cibum ſumptas, ſed & in cingulo quoque geſtantem ab omni Scorpionum ictu tutum reddere prodidit. Cytinus aduerſatur Scorpionibus, teſtante Plinio lib. 23. c 6 Et balauſtij quoque flores (hos cum cytino turpiter confundit) experti inuenerunt Scorpionibus aduerſari. Radix cerri aduerſatur Scorpionibus. Idem lib. 24. cap. 4. Citrij ſemen potum & appoſitum opitulatur. Matthiolus. Cupreſſus cum vino & ruta datur. Dioſcorides lib. 8. c. 5. Cauliculi aut groſſi caprifici, quam minutiſſime ad Scorpionum ictus è vino bibuntur. Plinius lib. 23. c. 7. Ficus Scorpionum ictibus cum ſale tritę illinuntur. Idem lib. 23. 7. Lactis quoque ficulnei natura, vt ibidem dicit, aduerſatur Crabronum, Veſparumque & ſimilium venenis, priuatim Scorpionum. Dioſcorides quoque binis in locis, nimirum lib. 1. c. 183. & lib. 8. c. 5. percuſſis à Scorpione præſenti eſſe auxilio ficulneum lac in vulnus inſtillatum affirmauit: & poſtremo loco ficulneum lac dari quoq; dixit. Florentius prodit, ſi quis in plagam recens pecuſſi fici ſuccum inſtillet, venenum non vltra progreſſum eſſe. Lauri baccæ pauco numero tritæ dantur. Dioſcorides lib. 8. cap. 5. Et Plinius lib. 23. cap 8. aduerſus Scorpiones quaternas lauri baccas ex vino bibi ſcripſit: maxime vero id præſtare baccas eius lauri, quæ tenuiora habet folia, vt poſt addit: & rurſus ibidem dicit quoſdam aduerſus Scorpionum ictus decem baccas dari iubere potui. Scorpionibus aduerſatur è radice corticis mori ſuccus, ex vino aut poſca potus. Idem lib. 23 c. 7. Platani cortex ex vino Scorpionum ictus reſtinguit Idem lib. 24. 8. Et rurſus ibidem pilulas platani in vino potas ſerpentium, & Scorpionũ venenis mederi ait Scorpionum ictibus cum ſale trita illinuntur pyra cocta. Idem lib. 37. cap. 7. Refert Alexandrinus, Iouiano Pontano autore, ſe vidiſſe hominem grauiter à Scorpione percuſſum, qui ſtatim liberatus fuit ebibito thure contrito, in quo cælatum fuerat Scorpij ſignum. Debet autem ſculpi in lapide annulati, aſcendente Scorpio, dum luna ibidem agit cardinaliter conſtituta: eodemque ſigillo aromatica imprimis, hora qua luna in Scorpio cardinalis inuenietur; & quo dictum eſt modo exhiberi, ex aqua, vino albo aut alio idoneo liquore. Ex Mizaldi centuria ſexta num. 87. Cinis vitium Scorpionum & canum plagas cum oleo proficit. Plinius in proœmio libri vigeſimi tertij Acetum quoque referente eodem, lib. eodem cap 1. plurimum fotu medetur canis morſibus, Scorpionum ictibus, Scolopendrarum, muris Aranei contraq; omnia aculeatorum venena & pruritus. Atq; hæc de remedijs, quæ petuntur à plantis, ſequuntur, quæ ab animalibus, inter quæ primum homo, cuius vrinam potam celebrat Dioſcorides lib. 5. c 3. Pliuius Scorpionum ictibus ſingularis remedij eſſe exiſtimat lib. 28. c. 4 ſordes vtilitatis, & in 27. c. 4. dicit ſordes ex auribus mederi Scorpionum ictibus ſerpentiumq; ſi ſtatim imponantur. Aiunt, inquit Ælian. lib. 9. c. 4. vim aculei Scorpionis retundi hominis ſputo ita vt obtorpeſcat, & ad infligendum ictum reddatur impotens Saliuam admodum laudat Galenus, dum ait lib. 10. de ſimplicium medicamentorum facultatibus Porro tota ſubſtantia, inquit, vel maxime aduerſa eſt ſaliua beſtijs hominem interficientibus, ceu alicubi Nicander poera etiam refert. Pollicitus aurem mihi quidam incantationem ſeſe oſtenſurum quæ Scorpios interficeret, vbi illam ſemel dixiſſet, in Scorpionem expuit, inde rurſum eum obmurmurans, iterum Scorpium conſpuit, & vbi tertio dixiſſet, atq; expuiſſet, mortuus eſt Scorpius. At poſtea ego abſq; incantatione à ſola ſaliua occiſum vidi Scorpium idq; celeriter à ſaliua eſurientium, aut ſitientium: tarde autem ab illis, qui cibo potuq; fuerunt impleti, in alijs autem proportione. Hactenus Galen. Mumiam ex mero hauſtam, quin & illitam cum recenti butyro Matthiolus ad ictum Scorpii laudat Sunt qui cerebrum Gallinæ cum vino potum conferre plurimum volunt. Dioſcorides probat fimum aſini, & equi, ſi herbas depaſti fuerint, vino dilutum ac hauſtum. Vtuntur, inquit Plinius lib. 28. c. 10. & pelle hircorum recente ad plagas, carne & fimo equi in agro paſti, coagulo leporis non mordeti à Scorpionibus velint. Dioſcorides lib. 2. c. 74. & Galenus lib. 11. de ſimpl. med. facultatibus mures domeſticos diſſectos, & impoſitos prodeſſe affirmant. Fibri ſiue caſtoris teſtes aduerſus Scorpiones ex vino bibuntur. Plin. lib. 32. 3. Ranæ fluuiatiles contra Scorpiones ex vino proſunt. Idem lib 32. c. 5. Teſtudinum felle cum Attico melle Scorpionum plagæ inſtillari prodeſt. Idem lib. 32. c. 4. Lacera diſſecta & appoſita plagæ Scorpionis, dolorem ſedat. Dioſcorides. Stellionem quoque teſte Plin. lib. 29. c. 4. in oleo putrefaciunt, & ita ea vulnera (Scorpionum) perungũt; quidam oleo illo ſpumam argenteam decoquunt ad emplaſtri genus, atq; ita illinunt. Et Conſtant. Cæſar ex Democrito lib. 13. c. 9. naturalem contrarietatem (de qua poſtea quoque mentio fiet) habet ſtellio aduerſus Scorpios. Si igitur quis ſtellione in oleo liquefacto ex ipſo oleo percuſſum inungat, à dolore ipſum liberabit. Mullus piſcis diſſectus & impoſitus iuuat authore Dioſcoride lib. 2. c. 24. Sed Plin. lib. 32. c. 5. mullum illitum, ſumptumq; in cibo auxiliari ait contra paſtinacam, & Scorpiones terreſtres marinosq; & dracones & Phalangia, Smaridis piſcis ſalita caro appoſita ſanat. Dioſcorides lib 2. cap. 30 Coracini piſces Nilo peculiares ſunt Carnes eorum aduerſus Scorpiones valent impoſitæ. Pliniuslib. 32. c. 5. Cochlea hortulana contuſa & illita pro eodem remedio recenſetur à Matthiolo. Ex Aetio, qui lib. 13. cap. 19. ait: Cochleam item hortulanam maxime accipito, eamque vna cum operimento tritam plagæ imponito, & confeſtim ſedabis dolorem Vrinæ veteri miſcetur cinis oſtreorum, & Scorpionum ictibus illinitur. Plinius lib. 18. c. 6. Cancri fluuiatiles mirum in modum laudantur in hoc caſu Cancri fluuiatiles crudi, tritiq; cum âſinino lacte proſunt. Dioſcorides libro 2. cap. 12. Cancer fluuiatilis tritus & potus ex vino iuuat. Matthiolus. Cancros cum ocimo, cineremque eorum à Scorpione percuſſis imponunt magi. Plinius lib. 32. c. 5. Et rurſus ibidem: Cancri fluuiatiles triti, potique ex aqua recentes, ſeu cinere adſeruato contra venena omnia proſunt, priuatim contra Scorpionum ictus cũ lacte aſinino vel ſi non ſit, caprino, vel quocunq;. Prodeſt præterea fluuiatilis cãcer tritus addito laſere, in vino potus. Aetius lib. 13. c. 19. Draconis marini Scorpionumq; ictus carnibus Stellarum marinarum impoſitis,

Phalangiũ. Polemonia Pulegium. Porrum. Ruta: Raphanus. Sideritis Sinapi. Sonchus. Sampſuchum. Serpillum. Spina alba. Spongiæ. Scorpius herba. Scylla. Triticum. Telyphon. Trifoliũ. Viola. Verbenaca Verbaſcũ. Vrtica. Zea. Balſamum Myrtus. Paliurus Roſa. Rubus. Auellana nux. Cytinus. Certus. Caprificus Ficus. Laurus. Morus. Pyta. Thus. Vitis. Acetum. Vrina humana. Sputum Mumia Cerebrum gallinæ. Hircus. Capra. Mures. Fiber. Rana. Lacerta. Stellio. Mullus. Smaris. Coracinus Cochlea. Cancer fluuiatilis

Stella marina.

tis, item Araneorum morsus sanantur. Plinius lib. 32. cap. 5. Vermes terrestres plagę impositas commendat Aetius citato loco Locustæ quæ alis carent, assæ comeduntur à percussis. Auicenna. Referuntq; in Ægypti regionibus arefactum Asiracum, quem vocant (Locustam sine pedibus Dioscoridi esse suo loco docuimus) exhiberi ijs, qui à Scorpio percussi sunt. Galenus citato loco. Ipse quoque Scorpio qui ictum vibrauit, trito & percusso loco impositus, suæ plagæ remedium est ob cæcam quandam naturarum (vt constat) discordiam, quæ antipathia appellatur. Præterea tritus, & impositus cum sale, lini semine, & althæa Scorpius conuenit. Dioscorides lib 8. cap 5. Idem antea lib. 2. cap. 13. dixerat, Terrestris Scorpius tritus & impositus, suæ plagæ remedium est: quin estur assatus, ad eadem. Galenus quoque Scorpium suo ictui impositum laudat in vndecimo de simplicib. Plinius lib. 11. cap. 25. Scorpionum cinerem homini icto potum in vino, remedio esse tradit. Atque hæc de diuersis animalium remedijs: Quæmodo à fossilibus petuntur, pauca etiam non sunt. Galatæ insulæ terra Scorpionem dirum animal Africæ, necat Plinius lib. 5. cap. 7. & lib 35. cap 19 Et Galata, inquit, insula & circa Clupeam Africæ, terra Scorpiones necat. Sulpur ignem non expertum, resina terebinthina exceptum & emplastri modo adiectum auxiliatur Dioscorides lib. 8 c. 5 Sulphur linctum contra Scorpionum ictum prodest. Plinius lib. 35. cap. 15. Sal Scorpionum ictus cum quarta parte lini seminis ex oleo vel aceto illitus sanat. Plinius lib. 31. cap 9. Dioscorides lib 5. c. 157. saphirum lapidem illitum laudat. Galenus vero lib 9. de simplicium medicament. facultatibus saphirum bibitum credi scribit conferre à Scorpione morsis. Achates lapis gestatus, vt carnem tangat, prodest. Matthiolus: plura de hac gemma Plinius lib. 37. cap. 10. Achatem, inquit, putant contra A-
„ raneorum, & Scorpionum ictus prodesse: quod in Siculis vti-
„ que crediderim, quoniam primum eius prouinciæ afflata Scor-
„ pionum pestis extinguitur. Et in India inuentæ contra eadem
„ pollent & alijs magnis miraculis. Thebis Ægyptijs repertæ ca-
„ rent rubentious venis & albis Et hæ quoque contra Scorpiones
„ validæ Eadem authoritas & Cyprijs est. Leonicæ pelli similes
„ potentiam habere contra Scorpiones dicuntur. Hæc ille. Si Scorpionis aculeus tetigerit lapidem Bezaar, virus amittit. Gaudentius Merula de venenis cap. 4. Si Scorpionem incluseris in Lapide Bezaar luna Scorpionem tenente affectu trino aut sextili, contra Scorpios vim obtinebit Idem lib. 4. de memorabilibus cap. 1. Mirum quod tradit Galenus libro de medicinis facile parandis, nempe si ictus humum respiciens, quem lapidem premebat, eum imponens sanet Exhalationes in Galata & Culpea noxias esse Scorpionibus Andreas Cesalpiuus scribit lib. 1. de metallis cap. 4. Sed hoc de terra nos supra ex Plinio diximus. Scorpij plagam sanabis argentei annuli sigillo ad locum appensi. Constantinus Cæsar ex Diophane. Aqua maris fotu imposita morsui Scorpionis confert Dioscorides lib. 5. c. 19. Balneum aquarum temperatarum ad Scorpionum ictus, ad hæmorrhoi serpentis morsum, & ad ranæ rubetæ virus excutiendum facta in cunctis exudatione eiu ipso balneo plurima. Andreas Baccius lib. 7. de balneis cap. 22. Atq; hæc de simplicibus medicamentis, quæ manifesta quodammodo qualitate Serpentium virus oppugnant. Occulta vi id præstant paucula hæc quæ sequuntur. i Pliuius Quin & à serpente & Scorpione percussos, coitu leuari produnt: verum fæminas ea Venere lædi. Idem lib eodem c 4 Si percussus à Scorpione super asinum sedeat ad caudam conuersus, sanabitur, & asinus torquebitur. Apuleus lib. de re rustica Addit & Democritus fabellam suam, qui ait percussum à Scorpio, si statim ad asinum quempiam accedens in aurem eius dixerit, Scorpius me percussit, non doliturum amplius, dolore scilicet in asinum transeunte, qui mox pedeudo moritur, vt Zoroastres addidit. Inter composita modo medicamenta, velut simplicissimum salsamenta piscium sunt, de quibus sic Plinius lib. 32. c. 5 Contra Scorpiones largius sumi, sed nou euomi salsamenta (piscium) prodest, ita vt sitis toleretur, & imponere eadem plagis conuenit. Matthiolus oleum suum de Scorpio mirum in modum commendat. Eius postmodum descriptio dabitur. Vsus theriacæ apud Ægyptios frequentissimus est, præsertim, vt scribit Prosper Alpinus lib. 4. de medicina Ægyptiaca ca. 12 in venenatis atq; ab omnibus serpentibus demorsis, ictisque à Scorpionibus, qui ibi, inquit, exitiosissimi sunt. Tradit quoq; Dodonæus cum algeuti ex ictu famulo suo solam theriacam ex vino potentiore exhibuisset, ilico curatum fuisse. Celebrant eandem Andromachus senior, & Democrates. Andromachus hoc versu:

Incassum cauda consurget Scorpius vnca.

Democrates alia adiungit Insectorum venena:

Obstat marinis omnibus belluis quoque,
Et quas minutas bestias vocant, Apes,
Crabrones, Vespas, & rigentes Scorpios
Mures araneos, rapax Phalangium.

Sunt & alia antidota ad ictum Scorpionum conferentia, qualis est Aelij Galli theriaca, qua Galenus lib. 2. de antidotis capit. 10. optima vsum scribit ad Scorpionum ictus, & aliæ quæ venenum morsu relinquunt. Cuius theriacæ descriptionem ex allegato loco lector, si luber, poterit petere. Hac antidoto vtebatur Diophantus in Scorpionum ictibus, & in commorsis à Phalangijs, vt refert idem Galenus cap. 12. Habet autem, Aristolochiæ drachmas quatuor, piperis drachmas tres. Contusa hæc & melle excepta in rotulas ad fabæ Ægyptiæ magnitudinem rediges, quarum duas degludiendas trades ex vini puri cyathis duobus. Alia ad Scorpionũ ictus, noxiosq; aliorum animalium morsus. Accipit autem Aristolochiæ, zinziberis, singulorum drachmas octo, nepetæ, seminis rutæ syluestris, singulorum obolos tres, piperis obolos duos Hæc primum testudinis sanguine subigito, tum rotulas iuge trium obulorum pondere confingito, atq; ex vino puro dato Alia, quæ constat ex cymini Aethiopici, sulphuris viui, piperis albi, singulorum drachmis duabus, castorij, sisphii, trifolij, singulorum drachma vna Hæc inter se vino commisce, & ex vino puro sorbenda præbe. Antidotus ad eos, qui in periculum deuenere ob ictum Scorpionis Phalangijue, aut alterius cuiusdam reptilis Assumit autem, Seminis rutæ syluestris, seminis Erucæ, pyrethri, styracis, sulphuris viui, singulorum drachmas sex, castorij drachmas duas: Omnia hæc testudineo sanguine subacta ex meri, vel aceti dimidia cotyla propinabis quatuor obulorum pondere. Antidotus quæ dolorem sedat ijs, qui à Scorpionibus, Phalangijs cæterisque reptilibus percussi fuerint: quęq; cum difficultate parientibus auxiliatur. Huius nomen est Callista, hoc est, optima. Continet autem myrrhæ, castorij, styracis, singulorum drachmam vnam, opij drachmas duas, seminis apij acetabulum vnum, anisi tantundem, piperis grana triginta. Hæc inter se vino coniuncta ex vna vini cotyla dabis pondere vnius drachmæ Antidotus autem hæc eximie boua est. Antidotus, quæ à Scorpionibus Scorpiaca dicitur, quæq; medicantem minime fallit, magna cum difficultate nobis, inquit Galenus accepta, qui in Africa degens hac vtebatur, & percussos à Scorpionibus tutos ab omni periculo reddebat Optime quoque preseruat bibita à nondum percussis iu securitatem euentus. Habet autem: Sulphuris viui, sulphuris fossilis, singulorum libras duas, piperis albi drachmas tres, opopanacis, sabinæ herbæ, thuris masculi, singulorum tres drachmas: aristolochiæ rotundæ, peucędani, myrrhæ, centaurij, serpilli, chamædryos, chamæpyrios, herbæ scorpiacæ, anagallidis, bituminis, singulorum drachmas duas: betonicæ, medullæ ceruinæ, scinci singulorum drachmam vnam. Singula, quæ enumerauimus contusa, ac per minutissimum cribrum primo traiecta, deinde simul omnia commixta ita seruanda sunt, vt respirare non possint. Cum vero percussis opitulari volueris, cochlear vnum huiusce pulueris, ex vini puri cyathis duobus exhibebis. Oportet tamen eos, qui primum hoc medicamentum præseruationis gratia bibent, die illo nec lauari, nec venere vti. Antidotus à Zoilo sumpta, qua Epaphroditus Carthaginensis vtebatur Statim autem hæc & ægros à dolore liberat, & per annum quam pulcherrime quoque præseruat semel ebibita. Continet autem: Sulphuris viui libras quatuor, thuris libram vnam, sabiuæ, stœchadis, aristolochiæ, singulorum drachmas sex, myrrhæ drachmas quinq;, medullæ ceruinæ, opoponacis, singulorum drachmas quatuor, dictamni Cretici drachmas tres, bitumiuis, serpilli, scordij, rhei, trifolij, centaurei, chamædryos, piperis albi, abrotoni, betonicæ, polii, coaguli hœdini, anagallidis, singulorum drachmas duas, crocodili terrestris drachmas decem. Confice, vt dictum est, & percussis à Scorpio cochlear vnum bibendum præbe ex vini puri cyatho. Præseruat eadem singulo quoque anno semel exhibita. Antidotus, quæ aduersus viperæ morsus theriaca est. Facit tamen, & ad aliorum Serpentium ictus. Hanc Gallus ex Arabia reuersus Cæsari obtulit, qua multos ex commilitonibus suis à rabido cane demorsis, & à Scorpionibus, Phalangijs, cæterisq; serpentibus percussis, seruauerat. Accipit autem erui in farinam redacti drachmas viginti quinque, radicum viris albæ drachmas sedecim, seminis rutæ syluestris drachmas duodecim, iridis, opopanacis, aristolochiæ longæ, succi papaueris, zinziberis, singulorum drachmas octo; cumini Aethiopici, myrrhæ, eryngij, succi Cyrenaici, croci, serpilli, costi, sagapeni, singulorum drachmas sex Vinum amihæum insperge, subige, rotulas confice: confectas pro conditione virium ægrotantis da. Sunt autem tres oboli, pondus antidoti integrum, ad percuss s quidam ex vini diluti, ad reliquas vero affectiones ex mulsi hemina vna. Catapotium reficcatorium ad fluxiones thoracis, ad molæ dolorem, affectioues per circuitum repetentes, & percussos à Scorpio. Succi papaueris, seminis hyoscyami, vtriusque par pondus, cum passo aut melle ad fabæ Græcæ magnitudinem formato. Dato ad noctem: somnum inducendo prodest Hæc omnia ex Galeno. In libro de medicinis expertis, qui eidem ascribitur, de medicinis Betarnem Siciliæ agens, Secundum, inquit, valet ad morsum Scorpionis, & calfacit corpus, & aufert tremorem in febribus, Recipit castorij drachmam vnam, scordij drachmas duas, costi amari drachmam vnam & mediam, zinziberis drachmam vnam, conficiantur cum melle & detur drachma vna & semis cum vino. Aliud electuarium, quod valet ad morsum Scorpionis ex eodem libro Recipe rutæ. sulphuris viui, non positi ad ignem, ana aureos sex, castorei, aureum vnum, assæ fœtidæ aureum semis, pyrethri, styracis liquidæ, ana aureum vnum; confice cum melle, & ad drachmam vnam & semis cum vino puro. Aliud habitum à Zenone quod dicitur electuarium assæ fœtidæ; valet contra morsum Scorpionis, & contra febres chronicas, & liquefacit phlegma viscosum, & dissoluit ventositates. Recipe assæ fœtidæ, costi amari, & dulcis, ana aureos quinq;, aristolochiæ rotundæ, zinziberis, asari, ana aureos duos, castorei, cinnamomi, aloes, ana drachmas tres, radicis lilij cælestis, sarcocollæ ana drachmam vnam & semis, aristolochiæ gentianæ ana drachmas sex, puluerizą & confice cum bono vino, & melle rubro, & dentur drachmæ tres. Confectio alia ad puncturam Scorpionum ex k Iano Damasceno, Recipe castorei, corticum radicum capparis, pyrethri, aristolochiæ longæ ana partem vnam. Teratur & cribelletur, & conficiatur cum melle despumato, & detur drachmæ duæ cum vino antiquo. Alia confectio ex eodẽ loco Recipe pyrethi, aristolochiæ partẽ vnã: conficiatur &

Locusta.

Scorpio vt suo ictui prosit.

Galata terra.

Sulphur.

Sal.

Saphirus.

Achates.

Bezaar.

Aqua maris.

Remedia occulta.

i *Lib. 27. cap. 2.*

Medicamenta cõposita.

Oleum de Scorpionibus.

Theriaca.

Thetiaca Aelij Galli.

Antidotus Diophanti

Antidotus dolorem sedans.

Scorpiaca antidotus.

Electuariũ ad morsus Scorpionis

Electuariũ assæ fętidæ

k *Lib. 7. cap. 20.*

tur & detur, vt præcedens. Alia bona & experta: Recipe pyretri, aristolochiæ longæ ana drachmas quatuor, piperis albi drachmas duas, aniuden, altith ana drachmam vnam: Conficiatur cũ melle, detur ex ea pondus quantum est Lupinus, cum aqua rutæ. Hęc itaq; omnia antidota iutus sumuntur. Quę modo extrinsecus imponenda sint percussis à Scorpionibus, hęc recitat *l* Galenus: Lauri folia in vino cocta, & cõtusa impoue, vel liliorum radices attritas ex aceto Aliud. Aristolochiæ in vino decoctæ, rutæ lumitatũ, & nitri, partes æquales atteres & ex vino impones Aliud. Cancrorum fluuiatilium, cachryos, herbæ pedicularis, rutæ, partes æquales ex vino superimpones. Alind. Chamæmeli, nigellæ, nitri rubri, partes æquas contunde & ex aceto admoue. Arabæ Thebani medicamen ad ictus Scorpionum excogitatum. Habet autem galbani, terebinthinæ singulorum drachmas duas herbæ pediculatis, pyretri, sulphuris viui singulorum drachmam vnam; myrrhæ, piperis, singulorum drachmam vnam & semis, picis liquidæ, quod satis est. Atq; hæc de remedijs tum intus sumendis tum fois applicandis contra Scorpionum venenosos ictus dicta sufficerint, qui plura velit, is Ardoinum adeat, qui ex Arabibus quoque plurima alia hausit.

l *Lib. 2. de Antid. c. 12*

COITVS. PARTVS. *generatio.*

APollodorus Scorpionibus, vt scribit *a* Plinius, coitum tribuit. Credibile autem id mihi fit omniuo. Nam *b* Arist. Scorpiones terrestres Vermiculos ouorum specie parere scripsit complures, & incubare. Sæpius autem vndenos parere. Et *c* Plinius, cum locutus esset de Araucis (hos quoque simul cum Scorpionibus nominat philosophus) & eorum generatione; similiter inquit, his & Scorpiones terrestres Vermiculos ouorum specie pariunt, similiterque pereunt. Et paucis interpositis loquens de Scorpionum fœtibus, vndenos parere tradit. *d* Ælianus item non oua à Scorpijs, sed fœtus animantes edi tradens, ab illis minime dissentit. Fallitur vero, quin plane se ridiculum præbet *e* Galenus, existimans à natura Scorpiones, Phalangia, Muscas, Culices, Viperas, Vermes, Lumbricos, non formari, ac fingi. Addit præcitato loco Ælianus esse, qui Scorpios non coitu sed nimio cęli calori tantum procreari asserant. Cæterum vt à cæli calore generationem Scorpionum promoueri facile credo, ita contra propterea nullo modo coire, iuerim inficias: quin imo plurimos ex coitu, paucos alia ratione modoque generati existimo. Nam & *f* Scaliger agens contra Cardanum, rationemque reddens, cur sub Noricarum alpium tractu tanta Scorpionum ad miraculum vsque multitudo sit, Scorpium ait fœcundissimum animal esse. Varijs tamen modis Scorpiones pronasci inuenio. Cancri in primis corpus mirabiliter in Scorpionem mutatur. Ait Plinius sole cancri signum transeunte, cancrorum cum exanimati sunt, corpus transfigurari in Scorpiones. Quale quoque meminit, & cecinit Ouidius:

Concaua littoreo si demas brachia cancro,
Cætera suppones terra, de parte sepulta
Scorpius exibit, caudaq; minabitur vnca

Nicander vero id priuatim de septimo Scorpionum genere dixit, quod Paguro simile est, nimirum si in marino littore pagurus moriatur hoc genus Scorpionis ex eo gigni. Crocodilus quoq; Scorpium gignere dicitur. Vt primum inquit *g* Aelianus, crocodili fuerint exclusi, Scorpium ex ijs nasci audio, cujus caudæ aculeo venenato ille ictus intereat. Archelaus quidam Ægyptius (vnum eorum, qui epigrammatis miraculosa Ptolomæo enarrarunt) de Scorpijs è crocodilo genitis, eosque occidentibus ita cecinit:

In vos dissoluit morte & red git crocodilum
Natura extinctum Scorpion, omnipotens.

Meminit huiusce ortus etiam Philes, sed Scorpium ex ouis crocodili oriri tradit.

Ὠῶν δὲ σωρὸν ὁ κροκόδειλος μὴ κύει,
Μετὰ δὲ γε τὼ ἐκλεψὰν δύο τῶν τόκων
Ἔγκεντρος ἐξέρπει τις ἀὐ τῶν σκορπίος,
Υφ᾽ ἑπτὰ δὶς πρὸς φθορὰν πεπληγμένος.
Crocodilus ouorum parit aceruum, sed his
post fœtum perfecta quam est exclusio
Prorepit armatus sagitta Scorpius:
A quo ictus ille concidit lethaliter

Aristoteles referente Antigono in sua congerie mirabilium narrationum, etiam è sisymbrijs putrefactis Scorpios enasci ait. *h* Plinius insuper agens de ocimo, scribit esse, qui id tritum, si operiatur lapide, Scorpium gignere velint. Afros vero si ea die feriatur quispiam, à Scorpione, quo ederit ocimum, setuari non posse, arbitrati; quinimo tradere aliquos manipulo ocimi cum cancris decem marinis, vel fluuiatilibus trito, conuenire ad id Scorpiones à proximo omnes. Sed *i* Dioscorides Afros scribit adijcere, si feriantur à Scorpione, qui ocimum ederint, uullo conflictari dolore. Et subinde ipsemet Plinius secutam ætatem Scorpionum terrestrium ictibus, inatinorumque venenis mederi ex vino addito aceto exiguo inuenisse testatur. Et *k* alibi agens de cancris: decem v. cancris, ait, cum ocimi manipulo alligatis, omnes qui ibi sunt Scorpiones ad eum locum coituros magi dicunt, & cum ocimo ipsos, cineremq; eorum percussis imponunt: Quod tamen etiam ipsum Dioscoridi aduersari videtur, nam de cancris ita scriptum reliquit: Cancri Scorpiones necant, si triticum ocimo admoueatur. Adeo vt non videatur dissentio, dicere ex ocimo & generari, & fugari Scorpios: nam *l* Iacobus Hollerius Stempanus cuidam Italo ex frequenti odoratu basilicæ herbæ, siue ocimi natum fuisse testatur Scorpionem in cerebro, & vehementes dolores, & longos & mortem attulisse. Hunc ipsum Scorpium, quem Hollerius hic nominauit, Ambrosius Pareus depinxit. Denique refert *m* Albertus Magnus *n* Auiceuam scribere, quod amicum habuerit, qui cum vellet, Scorpiones ex puttefactis quibusdam lignis geueraret: Addens item ex eiusmodi Scorpiouibus alios procreari.

a *Lib. 11. cap. 25.*
b *L. 5. c. 26. de hist. anim.*
c *Lib. 11. cap. 25.*
d *Lib. 6. de Ani. c. 20.*
e *L. de fatus formatione.*
f *Exer. 189. 5.*
g *Lib. 2. cap. 33.*
h *Lib. 20. cap. 12*
i *Lib. 2. cap. 135.*
k *Lib. 32. cap 5.*
l *L. 1 c. 1. de morb intern.*
m *Lib. 19. anim. c. 18.*
n *lib. 15.*

VT FVGENTVR.

GEuiculatis herba teste Isidoro substernitur ob vim Scorpionum repellendam Rasis Scorpiones ait fugari, si domus cum asini vngula & sulphure, galbanoque suffumigetur. Si Scorpium vnum captum exusseris, etiam reliqui fugabantur. Sandaracha cũ galbano & butyro siue adipe caprino suffita, Scorpios & omnia reptilia fugat. Plutarchus, vt dixi, nucem auellanam lectulorum pedibus alligat, vt Scorpius ipsos non accedat: nucem enim auellanam negat à Scorpio adiri Apollonius Tyanæus, referente Cedreno, Roma Byzantium profectus, rogatu ciuium ea vrbe multitudinem anguium ac Scorpionum expulit, ne cui porro homini nocerent. Idem ab eo Antiocheæ, cum eo venisset, efflagitatum est. Cum enim Antiochenses à Scorpijs & Culicib. diuexarentur, æreum ipse Scorpium conflauit, supraque eum in tetra depositum parua erecta columna, populo iussit, vt calamos gestarent, perq; vrbem circuirent, & calamos concutientes, inclamarent: Vacet Vrbs Culicibus. Eo modo & Scorpijs & Culices ea ex vrbe profligati suut.

DENOMINATA.

GOrræus tradit ἄκονιτον, παιδαλιαγχὲς à quibusdam σκορπίος vocati, quod radix eius Scorpij caudę similis sit. *a* Theophrastus Theliphonum vocat plantam, quam alijs Scorpionem vocari scribit, quia radicem similem habeat. admotamq; Scorpionem c cidere, & *b* Plinius Telyphouum herba, inquit, ab alijs Scorpion vocatur, propter similitudinem radicis, cuius ictu moriuntur Scorpiones. Est autem hæc herba aconitum illud pardalianches, atque ita quoque alibi nominatur à *c* Plinio. hoc enim tales habet radices, & eo ipso testante torpescunt Scorpioues acouiti tactu, stupentq; pallentes & vinci se confitentur Et rursus in subsequenti capite de eodem aconito sic scribit. Fas ergo erit nobis, qui nulla diximus venena, monstrare quale sit aconitum, vel deprehendedi gratia. Folia habet cyclamini, aut cucumeris nõ plura quatuor, ab radice leuiter hirsuta: radicem modicam cãmaro simílem matino; quare quidam cammaron appellauere, alij thelyphonum, ex qua diximus causa Radix incuruatur paulum Scorpionum modo; quate & Scorpion aliqui appellauere &c. Heliotropium magnum flore est effigie Scorpionis caudæ, vnde Scorpiuro ei nomen esse tradidit *d* Dioscorides, & quouiam folia cum Sole circumagat, heliotropiou vocari. Sed *e* Plinius de vtroq; heliotropio agens, id nominis tricoco siue minori hiliotropio tribuit, dum ait: Heliotropij alterum genus, quod tricoccum appellauimus, & alio nomine Scorpiuron vocatur, folijs non multum minoribus, sed etiam in terram vergeutib. Semen ei est effigie Scorpionis caudæ quare ei uomen. Vis ad omnia venenata & Phalangia & contra Scorpiones præcipue illita. Idem præterea *f* Plinius binas alias herbas appellat Scorpios, deque ijs in eodem capite sic scribit. Ex argumento nomen accepit Scorpius (alij legunt, Sorpio) herba. Semen enim habet ad similitudinem Scorpionis, folia pauca. Est & alia eiusdem nominis effectusque sine folijs, asparagi caule, in cacumine aculeum habens, & inde nomen. Prior autem *g* Plinij Scorpius Dioscoridi Scorpioides nominatur; herbula inquit, est folijs paucis, semine Scorpionis effigie, Illita Scorpionum ictibus præsentaneo est remedio Alter *h* Dioscoridi tragos appellatur, quem ait alijs Scorpion, aut tragonum appellari, quanquam alias eidem *i* Dioscoridi tragos etiam est, quæ quandam halicæ figuram nuttit. Tragos apud Theophrastum in aculeatarum ceusu est, de quo quoque alibi *k* Plinius. Est & alia herba tragos, quam aliqui Scorpion vocant, semipedem alta, fruticosa siue folijs &c. Et *l* alibi dixerat in totum spinosa est, asparagus, & Scorpio: nullum enim folium habet: Quo loco inepte putauit Hermolaus asparagum, & Scorpionem vnicam esse plantam: quod liquet ex *m* Theophrasto, a quo id Plinius transcripsit, τῶν ἀκανθίνων δὴ, τὰ μὲν ἀτελῶς εἰσι ἀκανθώδη, καθάπερ ἀσπάραγος καὶ σκορπίος. Gaza pro asparago corrudam reddidit, pro Scorpio nepam. Sed hæc rursus longe alia quam tragos planta est, estque duorum generum, posterius, quibusdam genista spinosa vocatur. Quod vero Scorpionem seu nepam vocati tradat alibi idem *n* Theophrastus, quoniam eius radius, Scorpionis speciem repręsentat, & vtilis sit ad eius ictum, id ad thelyphonum siue aconitum pertinet. Cæterum quæ planta hæc sit, aliquando explicabimus. De Scorpioide quoque inter herbarios non conuenit, aliam enim Dodonæus, aliam Matthiolus depingit. Dodonęi Scorpioides semiue, vt voluit Dioscorides, & eum secutus Plinius Scorpionis caudam refert: Matthioli Scorpioides siliquis, eam herbam thelephij genus esse alij docti herbarij suspicãtur. Dodonæi Scorpioidẽ Lobelius vocat Scorpioidẽ bupleuri folio. Est & Alsines genus floribus caudam Scorpionis æmulans, vnde alsine Scorpioides vocatur. Est & Scorpioides montanum herbarijs quibusdam dictum, teste eodem Dalechampio, in altis & asperis

Aconitum Scorpion vocatum
a *L. 9. hist. cap. 19.*
b *lib. 25. cap. 10.*
c *lib 27. cap. 2.*
Camaron
d *lib. 4. cap. 193.*
e *lib. 22. cap. 21.*
f *lib. 25. cap. 25.*
Scorpij dictę herbæ
g *lib. 4. cap 195.*
Scorpioides.
h *lib. 4. cap. 50.*
i *lib. 2. cap 115.*
k *lib. 28: cap. 13.*
l *lib. 21. cap. 15.*
m *lib. 6. c. 1. hist. plant.*
n *lib. 9. hist. cap. 14.*
Alsino Scorpioides, Scorpioides montanũ

Scorpioides leguminosa.

aspetis montibus nascens, sed cur Scorpioides vocetur, non explicat. Est postremo & Scorpioides leguminosa vocata à Petro Pena, aduncis corniculis, fœnugræco rotundioribus, gracilioribusque, quæ introrsum flexas Scorpiouum caudas transuersis articulis, ac pulchris aspectu, lineis virgata, imitantur. Ocimastrum quoque, teste *o* Porta, σκορπιόφορον, id est Scorpij cauda à figura vocatur inter nothas Dioscoridis nomenclaturas, quod nomen, inquit, aptius echio conuenit, quippe florum series in cauliculo digesta & inflexa, rectius Scorpionum caudam imitatur; quod etiam in anchusis visitur. Vis earum contra Serpentum virus, nec incredibile est ēt ad virulentos Scorpionum ictus valere. Semen cucumeris sylvestris scribit *p* Plinius esse ad speciem Scorpionis cauda reflexa, sed candida. Aliquos etiam ab eo Scorpionium cucumin vocare, efficacissimum contra Scorpionum ictus semine & elaterio. De Locusta Scorpiomacho, id est pugnante cum Scorpio diximus in capite de Locusta. Scorpitis gemma *q* Plinio vocatur, vel à Scorpionis colore, aut effigie. Ex quo *r* Isidorus, lapis Scorpitis Scorpionem & effigie, & colore refert. Orpheo in libro suo περὶ τῶν λίθων Scorpion vocatur. Liber quidam Q. Septimij Florentis Tertulliani aduersus Gnosticos hæreticos Scorpiacus inscribitur, eo quod in eo agat, abigat, vel potius eximat spiculum leuitatis & inconstantiæ, quod Gnostici conabantur latenter immittere. Meminit huius libri D. Hieronymus aduersus Vigilantium his verbis: Scribit aduersum hæresim tuam, quæ olim erupit contra Ecclesiam (ne & in hoc quasi repertor noui sceleris glorieris) Tertullianus, vir eruditissimus, insigne volumen, quod Scorpiacum vocar, rectissimo nomine, quia arcuato vulnere in Ecclesiæ corpus diffudit, quæ olim appellabatur Caina hæresis, & multo tempore dormiens, vel sepulta, nunc à Dormitjano suscitata est. De Scorpiaca antidoto aduersus Scorpiones, supra meminimus.

o *L. 4. Phytogn. c. 21.*

p *Lib. 20. cap. 1.*

q *Lib. 37. cap. 11.*

r *Lib 16. cap. 14.*

Scorpiacus liber.

ANTIPATHIA.

Cum crocodilo.

SCorpius & Crocodilus genuino inter se odio, quodam flagrantes, simul atque alter alterum conspexerit, in mutua funera sponte rapiuntur, amboque eadem dimicatione perimuntur, vt referunt Ægyptij. Scorpionibus contrarius maxime, inquit *a* Plinius, inuicem Stellio traditur; vt visu quoque pauorem ijs afferat, & torporem frigidi sudoris. Itaque in oleo putrefaciunt eum, & ita ea vulnera perungunt. Et prius *b* alibi dixerat: magnam aduersitatem oleo mersis, & Stellionibus putant esse, innocuis duntaxat ijs, qui & ipsi carent sanguine, Lacertarum figura. Meminit pariter *c* Galenus his verbis: Atque vt plus etiam virtutem in corporibus animalium mireris, illud insuper tibi cōmemorabo. Multa sunt, quæ solum inspecta vim suam ostendunt, vt Stellio, quem si Scorpiones intueantur immobiles, & demum mortui reddantur. Meminit & Philes hoc versu:

Καὶ ἀσκαλαβώτου φθορεὺς καὶ σκορπίου,
Et Stellionem perditor, fur Scorpius.

Subaudi, timet, vel odit. Hoc quoque mirum, quod cum sol in cancro est, serpentes torqueantur ictibus Scorpionum, vt Plinius duodecimo prodidit. Sed & Scorpium vice versa à vipera deuorari certum esse tradidit *d* Aristoteles, ostendens omnium venenatorum morsus grauiores esse, si alterum ederit alterum. Theophrastus ait Scorpionum ictu serpentes interire, homines non item: qua de re supra. Scorpionem cum quidam cum vipera in eadem phiala conclusissent, inuenerunt mutuo sese ictu interimisse. Qui à Scorpione aliquando percussi sunt, *e* Plinius negat vnquam postea à Crabronibus, Vespis, Apibusue ferlri. Eodem *f* testante Scorpionem mortuum si quis elleboro candido linat, reuiuiscere aiunt. Hoc quoque *g* Theophrastus scripsit, de thelyphono loquens, de quo ibidem Plinius egerat, vt hinc hausisse sit putandum. Occultum vero sane inter aconitum & Scorpionem odium intercedere videtur, si verum est, quod de vtroque prodidit idem *h* Plinius, tradens aconitum, cum alias hominem interimere soleat, sanare si à Scorpio ictus fuerit. Hoc quoque, inquit, in vsus humanæ salutis vertere, Scorpionum ictibus aduersari experiendo datum in vino calido. Ea est natura, vt hominem occidat, nisi inuenerit, quod in homine perimat. Cum eo solo colluctatur, velut pari intus inuento. Sola hæc pugna est, cum venenum in visceribus reperit, mirumq; exitialia per se ambo cum sint, duo venena in homine commoriuntur, vt humo superest. Imo vero etiam ferarum antiqui prodiderunt, demonstrando quomodo venenata quoque ipsa sanarentur. Torpescunt Scorpiones aconiti tactu, stupentque pallentes, & vinci se confitentur. Auxiliatur eis ellebotum album, tactu resoluente, ceditque aconitum duobus malis; suo & omnium.

a *lib. 29. cap. 4.*

Cum stellione.

b *lib. 11. cap. 25.*

c *lib. de theriaca ad Pison. c. 9.*

d *lib 8. hist. cap. 29.*

e *lib. 28. cap. 3.*

f *lib. 25. cap. 10.*

g *lib. 9. hist. cap. 19.*

h *lib. 27. cap. 2.*

Aconitum hominem sanat à Scorpio ictum

AVGVRIVM.

a *Eneid. 7. lib 3.*

DE Mario, qui septies consulatum gessit, à duobus Scorpionibus visis in Africa augurium captante ita *a* Sabellicus scripsit. Marius suis in Africa præter spem receptis, cum in ipso littore deliberare cœpisset, quo potissimum ad afflictas opes subleuandas cursum intenderet, oblatum est ei insuetum spectaculum. Duo Scorpiones chelis & cauda inuicem acriter incessantes, pugnam ciebant. Est malum hoc Africæ peculiare, nec vllibi terrarum magis noxium. Marius tale omen auersatus, in Cercinam proximam continenti insulam subito transmisit.

Scorpiones duo pugnantes

MORALIA.

DIuus Ambrosius explicans ea Apocalypsos verba: *Et data est illis potestas: sicut habent potestatem Scorpiones terræ.* Per Scorpiones, inquit, possumus dæmones intelligere. quia sicut Scorpiones dum non præuidentur, corpora hominum suo veneno inficiunt, & extinguunt: ita & dæmones incautis hominibus venena malarum persuasionum ingerunt, & dum ad perpetranda scelera pertrahunt, eorum animas veneno suæ malitiæ infectas occidunt. Potestas ergo Locustarum, id est hæreticorum, similis est potestati Scorpionum, id est dæmonum: quia sicut dæmones in hoc semper insistunt, vt quoscunque possunt, decipiant, ita & hæretici tota virtute laborant, vt quoscunque possunt; in foueam suæ perditionis demergant. Et nonnullis interiectis Scorpiones eidem D. Ambrosio quoque sunt ipsi hæretici, in explicatione nimirum subsequentis sententiæ: *Et cruciatus eorum, vt cruciatus Scorpij, cum percutit hominem.* Diximus superius, in quit, per Scorpios dæmones esse designatos. Nam sicut Scorpio corpus aculeo vulnerat, vt per vulnus venenum intromittat, per quod hominem interficiat: ita & diabolus aut ira, aut superbia, aut libidine, aut aliqua delectatione carnali mentem vulnerat, vt per hoc venenum suæ malitiæ infundat, animamque interficiat: Cruciatus ergo Locustarum similis esse cruciatui Scorpij dicitur, quia hæretici imitantes patrem suum diabolum per leuia verba atque composita, mentes hominum imperitorum vulnerabant, venenumque sui erroris infundentes, eorum animas necabant. Possumus quippe per cruciatum, animarum interfectionem intelligere. Explicat eodem sensu eadem Apocal verba *a* Cœlius Pannonius in diuinis litteris vir eruditissimus. Quo per incrementa temporum incommodi hi proficiant homines, pulchris, inquit, admodum, conuenientibusque indicat tropis: Vt primum simpliciter Locustæ sint, postea vero actis virtutibus, quasi parum sit eos Locustas appellasse, titulo dignatur & Scorpionum. *Et data est*, inquit, *illis potestas, sicut habent potestatem Scorpiones terræ.* Nouimus Scorpiones Vermes potius, quam animalia esse, cauda spiculato acumine, noxioque recurua, qui ex eo à Græcis hoc vocabulo dicuntur, quod cauda figant, & arcuato vulnere venena diffundant. In facie quidem blandi Scorpiones sunt, & in cauda lethales: innocuos se ore simulant, vt incautos cauda occidant. Ita hæretici quoque blandi sunt in facie, sed in posterioribus veneua seruant: metuunt namque suos auditores in exordio suæ locutionis offendere, ne si vigilanter attendantur, deceptionis laqueos deprehendant. A spectu ergo velut innocui sunt, mortiferi caudæ punctione: vt bene Scorpiones sint immo absque compositio vniuersis terræ Scorpoinibus nocentiores. Quo nomine dignatur Deus & filius Israel *b* Ezechieli veluti amico loquens, *Et cum Scorpionibus*, inquit, *habitas.* Maligni enim erant, increduli, & subuersores. Quibus nominibus ibidem notantur contumeliosi, ideo & domus exasperans dicuntur. Sed qui magis versores, exasperantesque quam hæretici: ij adulantur, in rempus, vt incautam, nihilque mali suspicantem subuertant plebeculam. Nimis crudelis est eorum punctio; nam sempiterna perditio, morbus insanabilis, nunquam reuocanda mors. Talis potestas eis est concessa, & lædent animas sine fine, & modo, caudarum aculeis ferientes, id est, per dulcia blandimenta venenum erroris sui diffundentes, acintra sinus miseræ conscientiæ occultantes. Hæc Cœlius. Et glossa quoque in eodem fere sensu. *Ecce*, inquit *dominus, dedi vobis potestatem calcandi super Serpentes & Scorpiones.* Sunt enim Scorpiones, qui cauda insidiantur occulte: serpentes qui dente lædunt aperte. Ipsorum venenatus aculeus est retro timendus. Et rursus Scorpio blandus facie pungit occulte, non sentitur, quando pungit, sed postea venenum diffundit. Quamobrem, & hypocritarum typus statui potest: quemadmodum fecisse videtur Magnus Basilius. Quid? inquit, Hypocrisin *c* neges esse belluam? quisquis ad concinnandam calumniam composito est, & peracri ingenio, is ne tibi merito videri debet Scorpius? Et reuera vti Scorpiones blandiuntur capite, cauda vero sauciant, & funestum vulnus infligunt. Sic illi homines nefarij ex fraudibus cōpositi vsuntur blanditijs, & videntur innoxij, at post dorsum ferunt, vnde venenum fundant: qualis erant illi de quibus Deus dixit: *Cum Scorpionibus habitas.* Quemadmodum Scorpio *d* non calcatus quietus iacet, aculeos non exerit, sed tactus statim exerit pugionem, & pungit: ita etiam homo vacuus virtute, punctus vrenti verbo, vel iniuria ei illata, statim sicut serpens ira, & odio, ac verbo contumelioso, & impudentia armatus crepat, & insilit in illum, qui eum læsit, in quo probatur, & vas vacuum esse cognoscitur.

Dæmones Scorpii notant.

Hæretici.

a *In Collect. in Apoc. c. 9 punct 5.*

Contumeliosi.

b *Ezec. 2.*

Hypocrita

c *In Hexam. homil. 11.*

d *Ezech 2.*

Homo virtute vacuus.

HIEROGLYPHICA.

HOstes duos, inquit Pierius Valerianus, pari conditione inter se dimicantes, vicissimque in damna mutua concurrentes, ostendere si vellent Ægyptii Sacerdotes, Scorpium, & crocodilū pingebant: nam ij genuino quodam odio inter se flagrantes, simul atque alter alterum inspexerit, in mutua funera sponte rapiūtur, amboq; eadem dimicatione perimuntur. Quia v terrestris, & marinus Scorpius inuenitur; de marino hic proculdubio intelligendum putat Pierius, falsus vt apparet, nā vterum nemo q̄ noui, de ma-

Hostium mutā cædes.

de marino illud tradidit, neque forte etiam de terreſtri, ſed hic ex crocodili ouo natus, crocodilum inuadit, & occidit, vt ſupra oſtendimus. Quod ſi vero ijdem Sacerdotes Ægyptij rem è veſtigio peractam indicare voluiſſent, crocodilum Scorpio ſubiectum pingere mos erat: ictus enim Scorpij, quam primum interimit crocodilum: ſin diſtractam diutius pugnam, difficulterque in necem diuentum oſtenderent, ſuperatum à crocodilo Scorpium faciebant. Is enim motu ſegnis longe diutius laborat, antequam hoſtem aſſequatur, & interficere poſſit. Idem Scorpius in aquam demerſus ſi figuretur, innocuam Pierio ſignificat prauitatem: quandoquidem & ipſe & ſerpentes alij, qui præualent in ſicco, ſi præcipitentur in aquam, vt Cyprianus ait, præualere non poſſunt, innocuique efficiuntur. Ad hæc libidinem, & nequitiam Scorpius pictus oſtendit, eiq; ex humani corporis partib. pudenda ſunt dedicata. Vtrum vero doli fallaciæue Pænorum, quæ tot bellis vniuerſo terrarum orbi per tot annos innotuere, an corporum color fuſcus, an quid aliud argumentum dederit, vt Scorpius Africæ terræ ſymbolum haberetur, diu multi quæſiuere. Id ſane conſtat in Adriani quibuſdam nummis Scorpium non aliter Africam ſignificare, quam cuniculus Hiſpaniam, equus Italiam oſtentet. In quam ſententiam, vt adducar facit ingens atque adeo pernitioſa Scorpionum multitudo, quam ea regio gignit.

Res ſtatim peracta. Pugna diſtracta. Innocua prauitas. Libido, & nequitia. Africę ſymbolum.

EMBLEMA.

ALciati emblema, inſcriptum IVSTA VLTIO.

Raptabat volucres captum pedes coruus in auras
Scorpion audacia præmia digna gulæ.
Aſt ille infuſo ſenſim per membra veneno,
Raptorem in ſtygias compulit vltor aquas.
O riſures digna; aliis qui fata parabat
Ipſe perit propriis ſuccubuitq; dolis.

EPIGRAMMATA.

EMblema, quod recitauimus, ex hoc Græco Archiæ epigrammate deſumptum eſt:

Ἐν πότε παμφαίνοντι μελαύτερον αὐθέρι νωμῶν,
Σκορπίον οὐκ γάιης εἶδε θορόντα κόραξ.
Ὃν μάρψας ὄρνυσιν. Ὁδ' ἀΐξαντ' ἐπ' οὖδας,
Ὃν βραδὺς, οὐκέντρῳ πίζαν ἔτυψε βέλει,
Καὶ ζωῆς μὶν ἄμερσεν. Ἀλλ' ὅσον ἔτυχεν ἐπ' ἄλλῳ
Εκ κείνου τλήμων αὐτὸς ἔδεκτο μόρον.

Aliud Agathiæ.

Τὸν κρατερὸν πανοπῆα, τὸν ἀρχοῦπῆα λεοντῶν,
Τὸν δασποστέρνων κέντορα παρδαλίων,
Τύμβος ἔχει γ λαφυρῆς ἠδ' ἀπόχθονος ἔκτανε δεινὸς
Σκορπίος, οὐτήσας πάρσον ὀρεσιβάσιν.
Ἀιγανέη δὲ πάλαινα, σίγυνά τε πὰρ χθονὶ κεῖται,
Αἴ, ἀθαρσαλέων παίγνια δορκαλίδων.

Validum Panopea venatorem Leonum
Hirſutis pectoribus punctorem pantherarum
Buſtum habet. Concaua à terra interfecit terribilis
Scorpius, cum vulneraſſet talum montiuagum.
Iaculum autem miſerum venabulaq; in terra iacent
Heu, heu, audaciam ludrica caprearum, ſcilicet cupida.

Aliud Ammiani in improbos.

Θᾶσσον ποιήσῃ μέλι καὐθαρος, ἢ γάλα κώνωψ,
Ἢ σὺ ἢ ποιήσῃς σκορπίος ὢν ἀγαθόν
Ἥυτο γὰρ αὐτὸς ἑκὼν ποιεῖς, οὔτ' ἄλλον ἀφίης
Ὡς ἀστὴρ κρονικὸς πᾶσιν ἀπιχθόμενος.

Opſopius ſic tranſtulit:

Lac dabit ante Culex, aut mel Scarabæus habebit,
Scorpio quam dignum laude patrabu opus.
Nil facis ipſe boni, reliquis obſtacula præbes,
Deteſtabilior ſidere falcigeri.

LVSVS SIVE APOPHTHEGMA.

INuenuſte paraſitus Lyſimachi, qui cum ei rex ligneum Scorpium veſti iniecíſſet, perterritus proſiluit; cum ludum ſenſiſſet: te quoq; inquit, rex volo perterrefacere, da mihi talentum. Plutarchus lib 2. Sympoſ. q 1.

NVMISMATA.

IN primo Furiæ gentis numo argenteo, quem Vrſinus depingit, ab vna parte biga eſt, cum duobus equis, ac ſupra eos Scorpio. Vrſinus picturæ rationem non reddit. Alius quoque numus circumfertur, in quo quadrigæ ſunt cum Victoria, & his literis: Q. EL. IVLI BVRSIO, à cuius altera facie caput eſt cum laurea & alis, ab occipitio cuius fuſcina eſt, & Scorpius, quod victoriam terra marique partam videtur ſignificare. Eſt item Adriani numus Scorpione inſignis, cuius modo ex Pierio meminimus, qui eum Africæ ſymbolum eſſe putat: ſuper quo numi ſignificato hanc velut exercitationem conſcripſit Baldus Angelus Abbatius. *a* Exo,, mnibus ſane, inquit, qui de Imperatorum numiſmatibus libros edidere, neminem magis excelluiſſe ingenio perſpexi, quam Sebaſtianum Eritium; vix dici poſſet quam elegauter, quid velint illa, quidue ſignificent, exprimat. Verum in Adriani numo videtur paullum à ſua natura receſſiſſe, qui quidem Senatus conſulto cuſus fuit his literis, AERICA, atque his inſignibus, copiæ cornu ſpicis, quas quidem deſpiceret Scorpio, quod quidem hac de cauſa factum affirmat Spartianus, quoniam cum per quinquennium nunquam in Africa pluiſſet, ideoque in maxima rei frumentariæ penuria verſaretur, factum erat, vt aduentante Adriano magno ſubſecuta pluuia eſſet, atque poſtero anno maxima omnium rerum copia circumflueret: at Eritius multa ſane recte: verum mihi nullo pacto id placet, quod ab eo dicitur, hac de cauſa Scorpionem eſſe incuſſum, vt demonſtrarent Africam ſerpentibus venenatis eſſe ferociſſimam: non hoc inficias eo, tritum eſt illud ſermone prouerbium, aliquid noui affert Africa, nam mihi videretur ſuperuacaneum, & fortaſſe iuſtas afferret cauſas, ni Africæ nomen in eo excultum appareret: At ſi aliquid fortaſſe exemplum afferret, ex quo cognoſci poſſet Africam hoc ſigno demouſtrari: illud potius crediderim, hac de cauſa eſſe factum, vt ipſam pluuiam in aduentu Adriani ſubſecutam exprimerent. Nam Scorpionis ſigno, vt plurimum pluuias fieri, nil eſt quod probem, cum omnibus ſit exploratum. Accedit præterea, quod è mea ſententia non diſcedo, quando cum huius Imperatoris vitam perlego, diuinis honoribus dum viueret, decorari paſſum eſſe videam; idque vt inſeruirent fortaſſis principi, quoque factum eſſe reor, vt eo magis in familiaritatem ſe inſinuaret, ac eius gratiam aucuparetur. Non præteribo illud etiam aſcribere, quod ſane nõ erit ab re, Scorpionem ita eſſe exſculptum, vt illas frumenti ſpicas videatur inſpicere. Illud certe negandum non eſt, dirum Aphricæ ac noxium animal Scorpionem, vt Plinius lib. 11. c. 25. terra Africæ mirifice necari, vt idem lib. 5. ca. 7. ſcriptum reliquit. Hactenus ille. Sed ſi ideo Scorpium in numo expreſſit Adrianus, quatenus pluuias illud ſydus indicat, quid inde ſibi gloriæ, ac honoris conciliauit? quare vel Eritij, vel Pierij opinionem magis probo.

De numo Adriani. Pluuiæ ſignum Scorpio.

a *Lib. 2. diſcuſſ. concertat. c. 11.*

APOLOGVS.

DE puero & Scorpio apud Cabriam talis legitur Apologus.

Ὡς ἀκρίδας θηρεύε παῖς τις, σκορπίῳ
Πρόντεινε χεῖρας. Ὃς δὲ μὴ ψαύσῃς, ἔφη.
Ὡς εἰ γί μοι ψαύσειας, οὐκ ὀλοῦμαι σέναι,
Καὶ τὰς ἀληθεῖς οὐκτενώσεις δρεκίδας,

Id eſt:

Cum Locuſtas cepiſſet puer quidam, Scorpio
Porrigebat manus: is autem, ne attigeru, ait,
Nam ſi tetigeris, ſuſpirando ex ſinu,
Veras quoque Locuſtas abijcies.

Puer & Scorpio.

Affabulatio ſignificat, cum malis hominibus conuerſari non oportere.

PROVERBIA.

Ὑπὸ παντὶ λίθῳ σκορπίος εὕδει, i.e. *Sub omni lapide Scorpius dormit*, aut vt metri quoque ratio ſeruetur; eſt enim anapæſticus dimeter:

Eſt ſub lapide Scorpius omni.

Sub omni lapide Scorpius dormit.

Admonet adagium cauendum eſſe, ne quis apud captioſos, & calumnioſos temere loquatur: quicquid enim attigerit, periculum eſſe, vt mordeatur. Conſtat autem Scorpios ſolere ſub ſaxis cubitare, quæ ſi quis tollat incautius, fit vt ictus vulnus accipiat. Conueniet & in moroſos, qui quiduis cauſari ſolent: vel in pigros, qui ſtiuola quædam prætexentes ſuffugiunt laborem. Vel ſignificat potius etiam, nihil tutum eſſe, at omnia cauenda Ὀκτώπουν αὐξεγείρεις, id eſt, *Octipedem excitas*, nimirum Scorpium, cui pedes ſunt octo, ac plerunq; ſub ſaxis abditus cubat, vt dictum eſt, quem niſi tuo periculo ſuſcitas propter venenum quod in cauda geſtat. Eiuſdem ſignificationis eſſe videtur cum eo Crabrones irritas; quod poeta dixit in mulierum ingenium, quibus iratis ſi repugnas, magis prouoces, neque ſine tuo malo diſcedas. *Cornix Scorpium*, ſubaudi, rapuit. Quadrat in eos, qui vnde tantundem mali accepruri ſunt lædunt, vt cornix arrepto Scorpio, ab eodem icta periit, vt in Archiæ epigrammate ſupra recitauimus, in quo coruus nominatur. Atqui in rebus humanis frequenter vſu venire ſolet, vt qui cepiſſe videatur, ipſe captus ſit: Quemadmodum & apud Horatium: *Græcia capta ferum victorem cepit.* Ita Cælius ex Suida, & Heſychio, Cornix Scorpium: paroemia, inquit, eſt, in eos, qui tum grauia, tum nocumenti inferentia plurimum toto petunt conatu. Illud quoque prouerbiali figura Lycophron dixit.

Octipedẽ excites. Cornix Scorpium.

Οὐ' αὐτὶ πιπῆς σκορπίον λαιμῷ κατάσας
At Scorpium ille glutiens pipus vice.

Eſt autem pipo auis genus. Simile videtur ei Ἀντὶ πέρκης σκορπίον, *pro perca Scorpium*, vbi quis optima captans peſſima capit. Nam perca piſcis eſt, vel maxime laudatus, cuius identidem meminit Athenæus gulonum delicias recenſens: Scorpius læthalis eſt: quanquam eſt & piſcis huius nominis contempti ſaporiſ, de quo magis ſentire videtur adagium.

Pipo auis. Pro perca Scorpium.

VSVS IN MEDICINA.

SCorpius ſi aſſatus cum pane comedatur, Galenus *a* calculos in veſica rumpere ſcribit. Et ante Galenum Plinius, *b* cinerem, inquit, Scorpionum in pane ſumi ad calculos pellendos traditur. Modus comburendi Scorpios ad frangendum lapidem ex Seruitore.

a *L. de ther. ad Piſ. c. 9.*
b *L. 30. c. 8.*

tore. Accipe decem Scorpiones viuos, & pone in olla noua, & lura eam cum pasta, aut cum terra, & pone in furno accende ignem in eo cum lignis vitis, quousque calefiat, & demitte ibi ollam die ac nocte, & extrahe: & da cinerem horum in potu in hora doloris renum, quando fuerit ex lapide grana sex in pondere, cum syrupo de radicibus, quia frangit lapidem. quidam ponunt ollam in furno panis, & dimittunt decem horis, postea rerunt Scorpiones, & seruant. Constat & aquam fieri posse, vt inquit Cardanus, quæ lapidem vesicæ per catherem immissa, illico confringet. Nã cum duo, inquit, sint necessaria, & quod lapidem atterat, & quod vesicæ sit innoxium: primum præstabit modus, ac materia: nam extremos vapores è Scorpionum cinere, vel Macedonici petroselini semine, vel tecolito, aut lapidibus cancrorum excipiemus. Sic enim aqua fiet, quæ etiam porphyritem comminuat. Sic Cardanus. Ob tam celebrem Scorpionum cineris facultatem ad vrinam ciendam, ijs præcipue qui renum, & vesicæ calculo obstruuntur: Quo fit vt in hunc vsum commeudauerit Mesues oleum ex ijs paratum, quod officinæ habent renibus, & pubi illitum. Oleum ex Scorpiouibus, inquit Mesues, lapidem renum, & vesicæ frangit, & expellit, lumbis, pubi & perinæo illitum, aut per meatum vrinariũ iniectum. Fit ex Scorpionibus viginti, vel paulo pluribus, aut paucioribus in olei amygdalarum amararum libris duabus insolatis mense vno in vase vitreo probe obstructo. Vel aristolochiæ rotundæ, gentianæ, cyperi, corticum radicum capparis, singulorum vncia. in oleo amygdalarum amararum sexrario diebus viginti iusolentur in vase vitreo operculato, deinde Scorpiones à decem ad quindecim oleo inijce: obtura, insola iterum mense vno. Egressus è balneo, aut insessu calculosus, illo vngatur in illis tribus partibus dictis, & in meatum vrinarium inijciatur portio eius exigua horis singulis. Est mirabile. Quidam priore: alij posteriore ceu efficaciore vti malunt. Hæc Mesues. Syluius vero in Scholijs, Paratur etiam nunc, inquit, oleo antiquo additis simplicibus medicamentis contra venena laudatis: fitque oleum mirandarum virium contra venena omnia, & pestilentiam. Scio hominem hoc solo munitum quantumuis sæuam pestilentiam nihil facere, sed etiam seruos suos vna secum visentes pestilentia affectos, incolumes seruari: & sola vnctione quosdam à sæuissimis venenis potis liberatos Prius ob Scorpiones frigidum est: posterius ob aromata calidum, & efficacius, non ob horum colorem, & essentiæ tenuitatem (quibus aperit, incidit, renuat, tergit, perrumpit,) sed etiam totius substantiæ Scorpionum proprietate. & (vt loquuntur) forma specifica, qua vtrumque calculum renum, & vesicæ frangit illitum tantum lumbis, si in renibus est: si vero in vesica, pubi, perinæo, & iniecta etiam tum pauca in meatum vrinariũ Hucusque Syluius. In secretis Varignanæ legimus oleo de Scorpionibus inunctos quosdam à quotidiana febri mox liberatos. Oleum de Scorpionibus, cuius mirabilis effectus est contra venena præcipue serpentium & aliorum animalium, & peculiariter contra napellum scriptum à Matthiolo, sic fit. Initio Maij accipe oleum commune centum annorum, aut certe antiquissimi omnium, quod reperiri potest, libras tres: hyperici recentis (cum herba, & floribus) manipulos tres. Oleum pone in cucurbitam vitream duplo capaciorem, quam pro eius mensura, & hypericum modice contusum superijce. Deinde vas obstructum, in subtilissimam arenam parte dimidia immirtes, vbi toto die calefiat à Sole per dies decem, aut duodecim. postea pones in balneo Mariæ horis viginti quatuor. Tum exprimes oleum ab herba, & addes hyperici, chamædryos, calamithæ cardui sancti, singulorum manipulum, modice contusorum ac rursus pones in balneum per tres dies Deinde excolabis, & exprimes, & adiectis tribus manipulis florum hyperici, qui à cauliculis bene purgati sunt, & bene contusi. iterum per tres dies in balneo Mariæ pone, & exprime vt prius Idem hoc repetes ter aut quater, donec oleum colorem sanguinis instar rubentem traxerit Postea accipe cymarum hyberici semina, siue vasculagenerishordei similia, in quibus semina latent, ea copia, quæ res manipulos abunde æquet: hæc contunde, aspergendo aliquantulum vini albi, & infunde in oleum prædictum. Deinde in oleo sepelies in arena per octo dies, & mox in balneum per tres dies. Cola & exprime, vt prius. Et hoc ter aut quater nouas hyperici cymas infundendo repete, donec omnino sanguinis obscuri color in eo relinquatur. Post hæc accipe scordium recens, calamintham, centaurium minus, carduum sanctum, verbenam, dictamnum Creticum, singulorum manipulum semis. Contusa immitte in oleum, & pone in balneum per biduum. Cola & exprime, vt prius. Deinde accipe zedoariæ, radicis dictamni albi, gentianæ, tormentillæ, aristolochiæ rotundæ, singulorum drachmas tres, scordij recentis manipulum. Contusa infunde, & tribus diebus in balneo relinque, cola, exprime. Ac iterum iniice oleo, styracis calamitæ, belzoi, vel laserpitij, vtriusque drachmas sex, baccarum iuniperi drachmas quatuor, nigellæ drachmas tres; casiæ odoratæ drachmas nouem, santalorum albotum drachmas quatuor, schœnanthi, cyperi, vtriusque sesquidrachmam. Contusa infunde, & poue in balneum per tres dies, cola, exprime. Postea trecentos Scorpiones viuos, in diebus canicularibus collectos, in cucurbita vitrea super cinere calido pone, & cum videris eos præ calore sudare, & humorem emittere, infunde super eos totum oleum supradictum calidum (non tamen ita feruidum vt vas ab eo rumpi possit,) & subito obstrue os vasis, & pone in balneo per triduum: deinde cola, exprime, & abijce Scorpiones iam coctos. Et in oleum inijce rhabarbari electissimi, myrrhæ communis, aloes hepaticæ, singulorum drachmas tres, spicæ nardi drachmas duas,

Aqua ad calculum.

Oleũ Scorpionum.

Oleũ contra venena

Oleum de Scorpionibus mirabile Matthioli.

A croci drachmam, rheriacæ electæ, mithridatij perfecti, vtriusque semunciam. Trita infunde, & pone in balneo per triduum, nec amplius deinde colabis, sed repones, & balsami instar seruabis. Hoc oleum inunctum pulsatilibus venis, vbi maxime apparent, vt temporum, manuum & pedum, & in loco cordis, ita vt tertia quaq; hora vnctio repetatur, secure liberat ab omnibus venenis intra corpus sumptis, quibus corrodendi vis non inest: & similiter à morsibus viperarum, aspidum & cuiusuis alterius animalis venenosi Qua de re ij (absit tamen verbis iactantia) testimonium perhibere possunt, qui prius oleo sancto à Sacerdotibus illiti, nostro postinodum, inquit Matthiolus peruncti euasere incolumes. Præstat item maxime hoc oleum, cum in homines pestilentia sæuit, quippe, quod non modo peste infectos iuuet, sed & sanos preseruet. Præstat deniq, ad omnes interaneorum Vermes, omnesq; dolores mulcet ex flatu, vel ex frigore genitos, præsertim ventriculi. Confectio alia Iani Damasceni ex Scorpionibus *c* frangens lapidem qui fit in vesica. Accipe Scorpionum combustorũ drachmas tres, & semis, gentianæ drachmas quatuor & semis. zinziberis drachmam, piperis nigri, piperis longi, ana drachmas duas, & semis, radicum vesicariæ drachmas quinq, & semis, castorei drachmas quatuor. Terantur, & cribellentur, & conficiantur cum melle, & reseruetur sex mensib., deiude administretur viris drachma vna, pueris drachma semis, cum aqua radicum apij. Testatur Galenus *d* Scorpium conuenire quoq; putari ijs, qui à vipera demorsi sunt Tritus deniq; Scorpio stellionum veneno aduersatur reste Plinio. Fit enim a stellionibus malum medicamentũ. Quod si quis Scorpiones attritos ex vino mulso capiat, qui regio morbo est affectus, quam primum teste Galeuo liberabitur. Sæpenumero & cum aceto rosaceo podagricis impositos, eorum inflammationes leuare idem tradit. Scorpionis quatuor caudæ articulos cum aculeo panno nigro, ita vt nec Scorpionem dimissum, nec eum qui alligauit, videat æger triduo, post tertium paroxismum id condat, valere contra quartanam Plinius prodidit. Karanides iubet Scorpionem communem in cotylam olei missum in Lunæ diminutione seruari; hocque oleo si vngatur alicuius dorsum à partibus superioribus ad inferiora, præterea extremitates pedum & manuum, fronsq; & caput, ante horam accessionis tertianæ, & quotidianæ sanare.

Oleide scorpionib. vires

c Lib. 6. Confectio frangens lapidem.

d Lib. 11. de simpl.

CAPVT XII.

DE ARANEIS.

OCto etiam pedibus incedunt Aranei, vt Scorpio, venenosiq; sunt vt hic, cæterum non ictu, sed morsu virus suum eiaculantur, adeo vt ideo Scorpioni saltem subnecti iure merito debeant. De his Cœlius secundus Curio vir humanarum diuinarumq; rerum scientia instructissimus libellum vere aureum conscripsit, quem tamen nedum videre mihi contigit. Quantopere vero Araneos laudare quispiam queat, cum ob miram texendi telas artem, venandiq; studium, tum ob vsus, quos medico præbent, ex historia erit manifestum. Heliogabalus eo vesanię interdum prouectus est, vt decem millia pondo Aranearum (Telas ita Araneorum vocant) collegerit, qua ex re dicebat magnitudinem vrbis Romæ comprehendi posse, quemadmodum refert Platina in vita S. Vrbani primi.

De Araneis libellus.

Heliogabali luxus.

ÆQVIVOCA.

PRæter Insectum Araneus etiam piscem denotat, eumq; marinum: quem cum Plinius nominet, subticeatque Aristoteles, dracouem vero memorauerit, itaq; doctissimus Rondoletius draconem Aristotelis cum Araneo Plinij eundem esse autumat Rursus cum alibi idem Aristoteles cancellum Araneis similem esse alibi scribat, id de simili crustatorum genere intelligendum consulit idem Rondoletius, sed cum nec Aristoteles, nec alius quisquam, inquit corollarij in Rondoletium author, Arachnæ aquaticæ, (quod sciam) meminerit, & cancellum non aquatili marinæue, sed simpliciter Arachnæ Aristoteles compararit, non est necesse genus illud malacostraci, quod Rondeletius exhibuit, Arachnem Aristotelis esse. nam si terrestri etiam Araneæ conferre cancellum volueris, bene quadrabit: quoniam tamen à vulgo Gallorum, ita appellatur genus hoc malacostraci, quin ita Latine etiam & Græce nominetur, non prohibeo. Pedes octo longissimos habet pro corporis exigua magnitudine, à quibus Araneæ nomẽ datum putat Rondoletius. Araneus vero piscis, omni mari testante Bellonio familiaris, Romæ ac Genuæ Tragina, Græcis nostri temporis Dracena, Gallis Viue, quod præter aliorum piscium naturam captus diu extra aquam viuat, ab Auglis similiter Viuer, à Massilienſibus Aregne, ac in plerisque alijs locis Pesce Ragno vocatur: Latine vero non solum draco marinus, & dracunculus (etsi quidam aliud velint esse dracunculum,) sed marinus etiam Araneus appellatur: licet Plinius *a* ac Isidorus *b* Araneum & Draconem tanquam diuersos pisces eodem capite recensentes, secus sentire videantur. Sed fusius hac de re agam in historia aquatilium, vbi duo huius piscis genera ponemus Araneus, siue etiam Araneum vitium est oliuis, & vitibus peculiare, quemadmodum post in denominatis ostendemus. Aranea præter ipsum animal, etiam eius est tela, & vestis Aranei Lucretio. Vescas dici Araneatum telas, annotat Seruius, ab ariditate, & tenuitudine, ἀράχνη λεπ-

Araneus piscis.

a Li. 32. c. 11.
b Li. 12. ca. 6

Araneus vitium & oliuarum.

Aranea pro tela eius.

λεπτὸς ἀράχνης πίνθος Hipponacti: quin etiam Erucarum lanugo, ſiue potius tela Aranea vocatur, ſi Hermolao Barbaro credimus, qui vbi apud Plinium *c* de Erucis loquentem ſcribitur. Ad tactum mouetur Aranei, legendum arbitratur, Araneæ, hoc eſt, inquit, paniculi Araneoſi, quo tecta Chryſalis obducitur. Reſtituit autem eum locum Plinij Hermolaus ex quinto Ariſtot. vbi Theodorus habet ad tactum mobiles (Chryſalides) meatibus Araneoſis obductæ. Aranea eidem Plinio *d* eſt pappus, ſeu potius lanugo, quæ reperitur in ſalicibus Inquit enim: Salicis fructus ante maturitatem in Araneam abit. Eſt præterea Aranea pars aſtrolabij cuius etiam meminit Cœlius, agens de gnomone, & aſtrolabij partibus Tertia pars, inquit, *e* dioptrice nominatur, Solis & Lunæ cæterorumque aſtrorum interualla huiuſmodi internoſcens inſtrumenris: inrer quæ eſt aſtrolabij inuentio, quam Ptolomæo Syneſius attribuit; quod eſt Politiano item obſeruatum; cuius partes vagina ipſa continens tympana, in quibus æquinoctialis tropicique deſcribuntur circi, quique alternis orizonri ſunt anaphorici: tum ſupra tympana, quæ vocatur Aranea deſignatur, in qua Zodiacus, & clara quædam ſydera cernuntur, vt per noctem quota ſit hora, quotumque temporis momentum, reperiamus. De Aragne puella (quam lini, & rerium inuentricem eſſe teſtarur Plinius) *f* in Araueum conuerſa dicemus in fabuloſis. φαλάγγια Araneos vocari, & φάλαγγες etiam infra oſtendemus: ſunt quoque fulcimenta, quæ nauibus ſubſternuntur, de quo qui plura volet, adeat Euſtathium φάλαγξ, Latine etiam Phalanx (quo nomine poetæ præſertim vtuntur,) acies quodammodo ordinata, cuius vſus erat apud Macedones, eratque eenrum & viginti hominum, vt quidam ſcribunt: vt autem quidam tradunt ex Curtio, octo millia armatorum continebat: nullumque genus aciei apud Macedones validius erat, vnde & peditum ſtabile agmen appellabant; ſed genetaliter etiam pro quouis agmine, ſeu quauis acie vſurpatur. Eſt & φάλαγξ regula lances libræ ſuſpendens Ariſt. in mechanicis teſte Budæo, quod etiam ζύγὸν, id eſt, iugum appellare videtur. Eſt enim linea perpendiculo incumbens φάλαγγες item ſunt internodia digitorum: ſic dicuntur digitorum oſſa terna, mutuo colligata, & ordine ſibi ſuccedentia, & velut in acie diſpoſita Ac quãuis Phalanx agmen ſiue aciem militium ſignificet, & non ſingulos milites, digitorum tamen ſingula oſſa à medicis φάλαγγες appellantur, vt cum Galenus primam pollicis phalangem nominat, ſcribitque priorem ſemper phalangem ſubire in cauitatem ſitam in principio ſequentis phalangis. Ratione eadem etiam σκυταλίδες vocantur. Sunt etiam qui Phalangis nomine metacarpũ oſſa cõprehendant, ordine etiam eodem, velut in acie, conſtituta quo oſſa digitorum. In veteri lexico annotatur φαλάγγια eſſe internodium in digitis, id eſt, digiti partem rigidam, & quæ non flectitur, quæ inter duos eſt articulorum nodos φάλαγγες ibidem dicuntur itidem eſſe ligna rotunda, fuſteſque teretes, quibus ſuppoſitis naues in mare deducuntur, aut ad littus ſubducuntur. Vli ſunt autem & Latini hac voce in iſta quoque ſignificatione Budæus annotat φάλαγγες etiam ligna eſſe quibus naues in nauali fulciuntur, & in quibus reſident: quæ per φαλάγγια nos aute ſignificari notauimus.

c L. 11. c. 31. Plinius correctus

d L. 24. c. 9. Aranea pars aſtrolabij.

e L. 12. c. 9.

Arachnes inuenta

f L. 7. c. 59.

Phalanx pro acie

Phalanx pro lancis parte.

Internodia digitorum

Scytalides.

SYNONYMA.

Acobishi

עכביש Hebræis eſt Araneus ſiue Aranea, Iob 8 14. Et domus (id eſt, tela) עכביש Aranei, fiducia eius. Ieſah 595. & telas עכביש Aranei texent. עכביתא Acobita in Syrochaldaico dictionario, exponitur quoque Aranea ſiue Aſpis, Pſal. 65. & 119. & Pſal 59. סממית Simmith ibidem idem eſt, quod עכביש Araneus, vel ſecũdum alios, lacerta, Hieronymo Stellio, alijs Simia, alijs Hirundo. Quidam erymum afferunt, quod in locis deſertis verſetur, vel quod flatu ab eo abhorreant homines, quod vtrumq; etymum Araneo conuenit Græcis Ἀράχνης, & ἀράχνη, vt Latinis Araneus, & Aranea. Suidas tamen diſtinguit, ita vt ἀράχνης ſit animalculum ipſum, ἀράχνη autem tela: quæ tamen differentia non ſemper obſeruatur, ſicut videre eſt apud Plutarchum: τὰ δὲ ἀράχνης ἔργα, inquit, κρεμὸν ἐν τῶν γωνιῶν καὶ θήρας στεγνωτικῶς ἀνύφαντα, item apud Dioſcoridem; ἀράχνη τὸ ζῶον, &c. Ἀράχνιον quoque non ſolum eſt, vt Budæus notat, tela Arancorum, ſed & ipſum animal, quod liquet ex hoc loco Ariſt. τῶν δὲ ἀραχνίων τῶν γλαφυρῶν, καὶ ὑφαινόντων ἀράχνιον πυκνὸν, δύο ἐστὶ γένη. Dictam autem volunt ἀράχνη παρὰ τὸ ἀραιὰ ἴχνη ἔχειν, aut παρὰ τὸ εἰς τὸ ἀέρα αἴρειν τὰ ἴχνη, quod tenuia habeat veſtigia, vel quod in aerem veſtigia tollar. Ὁλκὸς nõnullis exponitur Araneus, ſiue Aranea, ſed potius ſpecies quædã eſt Aranei, vti dicemus ex Dioſcoride. φάλαγξ, & φαλάγγιον non ſolum pro ſpecie vſurpari video, ſed ſimpliciter etiam pro Araneo quouis. Plaro, ἐοίκασιν ἡμῖν οἱ νόμοι τὰ τοῖς τοῖς λεπτοῖς ἀραχνίοις ἃ τοῖσι τοίχοισιν ἡ φάλαγξ ὑφαίνει. id eſt, Comparabant nobis leges hiſce teuuibus Aranearum telis, quas in muris net Phalanx, id eſt Araneus. Ælianus quoque modo φάλαγγες, modo ἀράχνας nominat. Synonyma eſſe autem, etymum etiam indicat: φαλάγγια enim à crurum longioribus internodijs, quæ Græci φάλαγγας vocant, appellara ſunt. Eiuſdem ſententiæ eſt Iacobus Greuinus, *a* dum ſcribit: Phalangium genus quoddam eſt Aranei, cuius morſus periculoſos eſt: nam inrer Araneos ijs tantum, qui morſu noxam inferunt, Phalangij nomen retinuerunt, quemadmodum Plinius ſcripſit, Ariſtoteles aliter diſtinxiſſe videatur. Nam ſub appellatione Aranei, & Phalangij tanquam de ſpeciebus vnius generis diſſerit. Imo Nicander ipſe Agroſtem, qui Muſcas, & Culices venatur inter Phalangia poſuit, cum tamen morſum ipſius innoxium eſſe dicat. Aetius, & Paulus Aegineta de Araneo quodam venenãto ſcribunt, quem alium à Phalangio eſſe dicunt. Quo fit, vt exiſtimem ſalua tamen Plinij aurhoritate. (Ego hic Plinij authoritatem parui facio, cum non vno in loco remedia contra venenaros Araneorum morſus præſcribat, Araneoſque & Phalangia nonnunquam vna nominet) veteres quandoq; indifferenter vtraq; appellatione vſos fuiſſe. Nam, ſi ſignificationem vocabuli Phalangij conſiderare voluerimus inueniemus illud Araneo tam venenoſo, quam non venenoſo poſſe attribui. Nomen aurem ſortita ſunt à vocabulo quodam Græco, quod digirorum internodia denotar. Et quia Phalangium rerna habet internodia in cruribus, quemadmodum uos in ſingulis digitis, nomen huiuſmodi illi eſt inditum. Non iniuria itaque Aranei innoxij tam Phalangia dici poſſunt, q̃ venenoſi hæc. Greuinus, Phalangiũ hodie in Creta dicitur Sphalangi. Inuenitur pro Aranea, & Araneo Araneola, & Araneolus, *b* qua voce vtirur Cicero Vt in Araneolis, inquir, aliæ quaſi reteexunt aliæ ex improuiſo obſeruant. Iſidorus Araneam vermem aeris vocat, & ab aeris nutrimenro nomen habere tradit. Sed Aranea etiam pro tela eius, vt diximus accipitur: vnde Titinnius antiquus poeta:

Euerrite ædes, abſtergite Araneas.

Afranius in eodem ſignificato

Tamne arcula tua plena eſt Aranearum?

Catullus ad Fabullam:

——— Nam tui Catulli
Plenus ſacculus eſt Aranearum.

Plautus citante Nonio:

Ita inanijs ſunr oppleta atq; Araneis.

Germani duabus appellationibus omnia Araneorum genera includunt Rancker & Spinne vocantes. Italis dicuntur Ragni, Hiſpanis Arana, Phalangium vero Arannamuij ponzonoſa, Gallis Aragine, Belgis Spinnecop. Polonis Paiak, Paieczina. Vngaris Pok. Anglis à Spider, aut Cob Vuebbe.

Ἀξάχνιον

Etymum

Ὁλκὸς.

a L. 1. *de venenis. cap.* 23.

Sphalangi.

b L. *de nat. Deor.*

GENVS. DIFFERENTIAE.

Longa eſt Plinio, Nicandro, AriſtoteliqueAraneorumPhalangiorumvehiſtoria, fecitq; id multiplex eorum genus, diuerſique in tam exiguo corpore ad vitam, & morrem hominũ euentus, & quę artificioſe modo exercẽt modo inſidioſe vbiq; animalia ita agunt. Prima, & maxima omnium in noxios, & innoxios diuiſio eſt: Hos Græci ἀράχνας, nos Araneos, illos Phalangia dicunt, quãquam ſæpe, vt diximus, confundant. Innoxiorum duplex arbitror eſſe genus, vtrumq; autem Dioſcoridi *a* notum, quorum primnm etiam ὁλκὸν & λυκεῖον vocari ſcribit (Ruellius vertit Holcon & Lycou, id eſt, inquit, Lupum) facta vt Marcellus iudicat, à venatione & inſidijs eius appellatione, & quoniam Muſcas, & capiat, & trahat, & euecet, ideo Lupum & holcum à trahendo dictum fuit. Ariſtoteles hoc quoque genus Lupum appellauit. Alterum genus Dioſcoridi eſt, quod candidam, tenuem, denſamq; telã orditur Sãtes Ardouinus *b* differre ſcribit, venatione, opere, quãritate, & colore. Venarione quidem, quia quædam, inquit, venantur Muſcas, quædam reptilia, ſicut paruulas lacertas, & Erucas, quędam piſces & quædam ſaltando venantur Vermes. Opere autem, quia quędã texit relam, & quædam non, & illa quæ texit, adhuc differt, quia quædam texit telam albam, quædam nigram, quædam ſubtilem, quædam craſſam, & quædam medio modo, eamq; alia ſuſpendir inter duos parietes, alia in angulis parietum, alia in aere. Quantitate vero quia quædam eſt magna quędam parua, quædam mediocris. Colore autem etiam differunt Araneæ, quia quædam ſunt cinereæ, quædam virides, quædam variæ per torum corpus, quædam nigræ, & aliæ alterius coloris. Araneorum autem & Phalangiorum ſecundum Ariſtor plura ſunt genera. Mordax q̃ in duo diſtinguitur: alterum ſimile iis, quæ Lupos appellant, paruũ varium, procax, ſalax, Pulex nuncupatum: alterum, maioris, coloris nigri, crurib prioribus nigris, tardum & lente ambulans, nec viribus valens, nec ſaliens Cætera, quæ medicamentarii propo nuut, aut nullum aut certe exilẽ inferunt morſum. Genus ſecũdum, quod Lupi nomen accepit, partim exiguum eſt, quod non texit, partim maius quod aſperam, paruamq; telam apud ſepes, aut terram orditur: bucculis intexere ſolitum primordiis intus poſitis obſeruatur: Dũ aliquid in tela offendẽs cõmouerit, mox accurrit, vt capiat: partim varium eſt, quod paucam vilemq; telam ſub arborib. facit Tertium genus, quod ſapientiſſimũ, lautiſſimumq; omnium eſt: texit n. primum filis quoquo verſus diſtẽdens in orbem, tum ſtamina ducens, initio in medio accepto: nec inſcite mediũ ipſum accipit, deiude ſubtegmina inferens atq; ſtipans, cubile & repoſitorium ſibi cõſtituit, ſed venationem in medio ſui operis obſeruando exercet; hæc & plura de hoc genere Ariſtoteles, quæ cũ ſimpliciter alii de Araneo tradant, reſeruamus ad rubricam de morib & ingenio Plin *c* hinc quædam tranſcripſiſſe videri poteſt, quorum nonnulla quoque poſtmodum trademus. Plura, inquit, ſunt genera, nec dictu neceſſaria in tanta notitia. Phalangia ex his appellantur, quorum noxii morſus, corpus exiguum, varium, acuminatum, aſſultim ingredientium Altera eorum ſpecies, nigri, prioribus cruribus longiſſimis. Luporum nomine minimi non texunt: maiores in terra cauernis exigua veſtibula prætendunt. Tertium eorundem genus erudita operatione conſpicuũ. Orditur relas, &c. Alias vero idẽ Plin. *d* Phalangiorum genera exactius diſtinguit, neque tamen ab Araneis ſeparat. Phalangium eſt Italiæ ignotum, & plurium generum. Vnũ ſimile Formicæ, ſed multo maius, rufo capite, reliqua parte corporis nigra, albis incurſantibus, reſperſum guttis Acerbior huius quam Veſpę ictus

Diuiſio pti maria.

a *li.* 2. *ca.* 68

b *Li.* 8. *c.* 6.

Genera ex Ariſtotele.

Pulex.

Lupus.

c *Li.* 11. 31.

p *li.* 29. *c.* 4.

Phalangio rũ genera.

,, ictus. Viuit maxime circa futnos, & molas. In remedio est, si
,, quis eiusdem genetis alterum percusso ostendat Et ad hoc ter-
,, uantur, cum mortui inueniuntur Et cortices eorum contriti, &
,, poti medentur, & mustelæ catuli, vt supra diximus. Æque Pha-
,, langion Græci vocant inter genera Araneorum, sed distinguunt
Lupus. ,, Lupi nomine. Tertium genus est eodem Phalangij nomine Ara-
,, neus lanuginosus, grandissimo capite. Quo dissecto inueniri di-
,, cuntur intus Vermiculi duo, adalligatique mulieribus ceruina
,, pelle ante solis ortum, præstare ne concipiant, vt Cæcilius in cō-
,, mentarijs reliquit. Vis ea annua est: quam solam ex omni arocio
Rhagion. ,, dixisse fas sit, quoniam aliquarum fæcunditas plena liberis tali
,, venia indiget. Vocatur & Rhagion acino nigro similis, ore mi-
,, nimo sub aluo (alij legunt, sub albo) pedibus breuissimis, tau-
Asterion. ,, quam impcfectis. Dolor à morsu eius qualis a scorpione. Vrina
,, similis Araneis rextis. Idē erat Asterion, nisi distingueretur vir-
,, gulis albis. Huius morsu genua labefactantur. Peior vtroq; est
,, cæruleus lanugine nigra, caliginem concitans, & vomitus Ara-
,, neosos. Etiamnum deterior, a Crabrone penna tantum differens.
,, Hic & ad maciem conducit. Myrmecion Formicæ similis capite,
,, aluo nigra, guttis albis distinguentibus: Vesparum dolore tor-
Tetragnathij genera ,, quet. (Hæc bis repetere videtur ex duobus diuersis authoribus,
,, vel oblitus se hæc antea scripsisse) Tetragnathij duo genera ha-
,, bent: peior, medium caput distinguente linea alba, & transuersa
,, altera Hic oris tumorem facit. At cinereus posteriori parte can-
In Theriac. ,, dicans, lentior Minime autem noxius eodem colore, qui telas
,, Muscis in parietibus latissime pandit. Hucusque Plinius ex Ni-
candro, vt apparet, qui non eadem solum Phalangiorum genera
suis comprehensus est versibus, sed singulorum etiam priuarim
inditia describit, qui ita periphrastice in Latinum à Matthiolo Se-
Rhox. nensi conuersa sunt Primus splendidus Rhox appellatur, niger
plane, accumulatis pedibus prorepens, medium venttem ore, &
dentibus septum habens. Cui ab hoc inflictum fuerit vulnus, per-
inde corpore apparet, atque si nihil quicquam sauciatus foret: o-
culi vero inferiori parte rubescunt, frigus iuxta in corpore adhæ-
ret, infigitur, statimque color & membra hominis à supernis ad
ima vergere videntur: neque penis semine vuidus dimittitur, sed
Asterion. lumbos occupans ita frigus genuum nexus dissoluit. Asterion iam
secundum obserua, in cuius dorso pinguia quædam relucent, ac
lucidæ in corpore virgulæ Percussum ab hoc inexpectatus horror
cum flamine quodam adotitur, caput vero somnus grauat, genuū
Cyaneus. & membrorum uexus, & imbecilitas fit. Cyaneum aliud sublime,
crinitum & asperum æqualiter est Difficilem corpori infert illud
puncturam, quōdcunq; labefactauerit, corq; graui languore suc-
cumbit. Nox & caligo tempora circumstant, vomitumque edit è
collo lubricum, ab Araneis telis non multum distantem, adeoque
tandem interitū subministrat. Ab hoc aliud est Agrostes, qui spe-
Agrostes. cie sua Lupo similis est, Muscarum interemptori, qui Apum ob-
seruator est, Culicum qui Psenes dicuntur, & Oestrorum, & o-
Dysderi siue Spheciū mnium, quæ ad telam ipsius peruenerint. Hic imbellem plagam &
vanum vulnus homini infligit. Quod autem Dysderi siue Specion
appellatur, rutilum satis, Vespæ crudis vescenti simile. Hic si quē-
piam vulnerauerit ingens è vulnere tumor erigitur: morbi etiam
quidam ad genua, alias etiam neruorum, cordis ac venarum lan-
guentium trepidatio, alias virium destitutio, vt percussum sæpius
domet, atq; interimat: Extremi maleficij animal, somnum afferēs,
Formicarium. qui hominem quiescere ab huius sæculi laborib. faciat Est præter-
ea Formicarium dictum, ꝗ Formicis plane simile sit, collo quidem
rutilum, reliquū corpus nigredini ex putredine factæ, par est, vn-
diq; latum, stellatum dorsum, pūctisq; distinctum gerens, cui sub-
cineritium tempus ad modicam ceruicem attollitur, Atq ex hoc
Phalangio dolores priorum similes venenatorum veniunt. Sunt &
Phalangia parua similia Scarabæis. alia parua Phalangia Scarabæis similia, quæ in agris inter legumi-
na sua carpunt pascua. Horum circa cruciantem morsum tuber-
cula, & pustulæ exurgunt, cor obcurans furit, lingua incondite ob-
murmurat, oculi etiam subuertuntur. Educatur in Ægypto in Per-
Cranocolaptes. seę folijs, quem Cranocolapten dicunt, Phalenæ similis, quę cir-
cum lucernas cum impetu volitat nocte. Eius horribile semper
caput incessanter nutat, vertus autem grauatur Hic vbi cuipiam
stimulum infixerit, quem ceruice tenus gerit, facile sane citra o-
c *L. 13. c. 18* omnem laborem ad interitum ducit Hæc Nicander. Ab Ætio *c* sex
tantum etiam Phalangiorum genera enumerantur, his verbis: In
Phalangiorum genere primum quidem Rhagium, alterum Lupū,
Rhagium tertium Formicarium, quartum Cranocolaptes, quintum Sclero-
cephalum, sextum Scolecium appellant. Ac primum quidem Rha-
,, gium id est, acineum, figura rotundum est, colore vero nigrum,
,, acini vuæ nigræ similitudine, vnde etiam appellationem acce-
,, pit, & os quidem iuxta medium ventrem habet, pades v ex vtra-
Lupus Myrmecium. que parte, quam breuissimos. Alterum vero Lupus appellatum,
Muscas perdit, eisq; pascitur: ac corpus quidem habet latum, &
volubile: partes vero circa collum ipsis incisæ sunt: amplius autē
& os eius eminentias tres habet Tertium autem Myrmeciū, hoc
est, Formicarium dictum, Formicæ maximæ assimilatur, colore
Cranocolaptes. fuliginoso: corpus vero eius velut astris quibusdam insignitum
est, maxime circa dorsum Quartum deinde Cranocolaptes, sub-
longum est & viride, stimulumq; iuxta collum habet, atque si in
Scleroce-phalum Scolecium quem irruat, locos circa caput petit. Quintum Sclerocephalum di-
ctum, caput habet saxeum, & obduratum lineamenta v. per omne
corpus similia animalibus illis, quæ circumuolitant noctu Lucer-
nas. Sextum autem Scolecium siue Vermicarium appellatum, sub-
longum est, & submaculosum, maxime circa caput. Hactenus Æ-
tius, qui à Nicandro in hoc dissentit, quod Sclerocephalum ijs si-
mile fecerit bestiolis, quæ noctu lucernas circumuolitant. Nican-

A det vero huic Cranocolapten compatauerunt: præterea primum
genus ipse Rhagium vocer, cum Nicandro Rhox dicatur. Ælia-
no *f* etiam hoc idem genus Rhax nominatur his verbis: Phalan- f *L. 3. c. 30.*
gij genus esse dicunt, quod Rhax appellatur, siue quod Rhagi (id- Rhax.
est, acino vuæ) nigro plane similis sit tum calore, tum figura etiam
rotunda, siue aliam ob causam mihi ignotam. Nascitur in Lybia,
pedibus breuissimis, ore in medio ventre: morsu autem cellerri-
me perimit. Eidem Ælianog Pithece appellatur Insecti genus, ꝗ Pithece
à quibusdam (inquit.) Oribates appellatur, ab alijs Hypodromus, g *L 6. c. 26*
aut Psylla, id est, Pulex. Animal autem esse ait pilosum, & in ar Oribates.
boribus nasci: ventrem ei leuiter incisum esse, vt sectio notata filo Hypodro-
videri possit. Morsum ab eo periculosissimum tremor & cordis do- mus.
lor sequuntur. Obstruitur etiam vrina & aluus. Remedium ex Psylla.
cancro fluuiatili demonstrant, quem in cibo sumi iubent. Sic ille:
quo loco Tigurinus interpres hoc addidir scholiolum: Genus est, Pulex.
inquit, Phalangij, quod & Arist. Pulicem appellat, vtpote paruum,
procax & salax. Pithece forsan à figura dictum Oribates à loco,
quod in arboribus præsertim montanis reperiatur. Hypodromus,
quod sub folijs: Nicander octauum genus Phalangij sub folijs Pes- Phalangia
seæ degere scribit. Idem genus quartum Agrostem nominat Lupo tetragna-
simile Arist. Lupo Pulicem comparat. Phalangia quædam Tetra- tha.
gnatha dici alibi idem Ælianus *h* scriptum reliquit, quorum etiam h *L. 17. c. 40*
B meminit Strabo *i* his verbis: Vltra Lybes, & Zephyros est regio i *L. 16. Geo-*
deserta, quæ pascua larga habet, ob Scorpionum multitudinem *gr.*
derelicta, & Aranearum quæ πτερωτάτοι, id est, quadrimalæ ap- Rhagion.
pellantur. Hęcitaque de verbo ad verbum fere è bouis authoribus
sunt desumpta. Reliquum est, vt iam certi aliquid ex hac opinio-
num diuersitate colligamus Primum igitur geuus, de quo Nican-
der loquitur, est Rhagion, nigræ vuæ acino simili, multos habēs
pedes, & os sub medio ventre In cuius descriptione, & appella-
tione Aetius, & Plinius cum Nicandro sentiunt, nisi quod Rha-
gium à Nicandro, vt dixi, Rhox, & ab Æliano Rhax dicitur,
Quem crediderim facile eum esse, quem Arist mordacem, nigri
coloris vocat. Secuundum genus est Asterion quasi Stellatum dicas. Asterion
Maculis enim albis ad Stellæ modum respersum habet corpus:
quemadmodum iam diximus, quibus solis cognoscitur & à Rha-
C gio distinguitur Plinio teste, qui hoc in loco cum Nicandro con-
sentit. Aetius nullam plane huius facit mentionem, quemadmo-
dum etiam difficillimum est hæc ad Arist. descripriones accom-
modare. Tertium est cæruleum lanugiue horrida, & nigra, Pli-
nio authore, crutibus longissimis, Nicander dixit, id vtrinq: sub-
lime esse. Plinius duobus prioribus noxium esse magis asserit Sed
de hoe nec Aetius, nec Aristoteles quicquam memoriæ predide-
runt. Quartum venator est, propterea quod Muscas, Culices &
id genus parua animalcula venatur, Lupo similis est, qui species
est iuxta Nicandri interpretem Muscæ. Hunc ego cum, quem
Arist. Pulicem appellauit, esse existimauerim. Similem etiam Lu-
po esse ait. Aetius simpliciter Lupum vocat; in quo certe decipere
seipsum potuit Arist etenim distinxit. Plin. etiam eodem nomine
vocauit. Quintum Dysderi à Nicand. dicitur, quo vocabulo nul-
lus reliquorum authorum vsus est. Proprie enim Specion, quasi
Vesparium appellatur Nam Vespę simile est Cuius descriptionem
seu nomenclaturam, nec apud Aristot nec apud Plin nec Aetium
inuenio Sextum est Myrmecion, hoc est Formicarium, sic dictum
D quod Formicam referat, collum eius rubet, reliquum vero corpus
fuliginosum est. Aetius addit esse astris veluti quibusdam insigni-
tum, præsertim circa dorsum. Plinius idem senrir, nisi quod & La-
tina, & Græca appellatione videtur abusus fuisse. Primum siqui-
dem Phalangij genus Formicarium appellat, & ita describit: pau-
lo deinde inferius, quatuor aut quinq; lincis intetpositis, aliud
Myrmecion introducit, quod capite tantum Formicam repræsen-
tet, non aliter distinguens à priore, nisi quod vnius ictus exitiosior
sit quam Vespæ, & quod alterum eundem dolorem exciteet Voca-
bulum autem Mytmecion nil aliud, quam Formicarium significat
Septimum à Nicandro nullo proprio nomine vocatur. Scara-
bæos tantum repræsentare ait, & colore esse pulchro, & flamma-
rum æmulo. In campis inter segetes est, & à messoribus, & vena-
toribus magua illorum copia reperitur de quo Plinius loquens;
nascitur, inquit, & Phalangion in Etuo, bestiola Araneigeneris,
si hyems aquosa sit Quam tamen non video an ad vnam è specie-
bus, vel Arist vel Aetij referri possit. Albertus Magnus esse etiam
ait Araneam quandam aquaticam, non quod in aquis (neq; enim Aranea
id, inquit, fieri potest) telas texat, sed quod aquas sicco pede per aquatica.
E meet, & percurrat. crurib. semper emergentibus atq; erectis, per-
inde ac si terram ipsam obambularet. Cardano etiam Hydrolcos
k est riuulorum Araneus *l* quidam in superficie aquæ stans, atque
venati Muscas; nec vnquam eandem viam tenere sed per vias di- k *In cōment*
uersas gradi, vt faciunt qui laborant, inquit Cardanus, morbo « *Aphor.*
eiusdem nominis, qui melancholiæ species est: nā ægri quoties « l *Hipp. 23.*
alicui occurrunt, declinant ab eorum occursu, atq; ita per aliam « *sect. 6.*
viā incedunt, & allidunt pedes, lapidibus, & ambulant tota nocte, Hydrolcos.
amantes solitudinem. Sed & Plut. spongias ab animali simili Ara-
neo, regi scribit Spongotherem js vocat, quod monere ac indicat Spontogher.
cibum, aut insidias venantium adesse. Arabes Phalangia Rutelas m *L. 8. Al-*
nominant; Rasis de morsibus Rutelæ, *m* & Siptu (Tarantulæ,) & *mans.*
Aranei agens, Rutelam primo genere describit, aitq; paruum ani- Rutela.
mal esse paruo Araneo simile, qui vocatur Piphir, Muscas venari Piphir.
solitum: sexq; eius faciens species, quandam tradit esse rubcam,
quandam viridem, quandam pictam, siue versicolorem, quandam
albam, & aliam quæ per dorsum lucentes habeat lineas, vocarique
Stellatam, postremo aliam cirrinam, villosam. Auicenna vero au-
ctoritate quorundam antiquorum medicotum afferens similiter

Albaribõs ſex eſſe Rutelarum genera; ait primam eſſe, quæ Albaribon, alias Albarhaſion dicatur, figura corporis rotunda, colore vero vueo, id eſt, ad nigredinem declinante. Altera ſpecies, inquit, Aucos, ſiue Auricos, corpore latiore figura pariter orbiculata, in collo velut ſquammis obdũcta, in ore vero tres ſunt eminentiæ raræ leneſque ad externa vergentes. Tertia Murchion vocatur, Api maiori quam Agaruf dicunt, magnitudine compar, colore ſubcitrino, cui corpus eminentijs tegitur paruis rubeis, maxime vero dorſum. Quartam ſpeciem vocant Sagluuſcolon alias Sagluciſcolon à totius corporis & capitis duritie. Alas habet, Formicæ maioris alis æquales. Quinta nominatur Suclion, alias Suclion, longo corpore, ſubtili, punctiſque conſperſo, præcipue prope caput, & collum. Sexta Surbultutis, alias ſuburclitis cui notabilis corporis eſt longitudo, color vero viridis, & velut aculeus quiſpiam ſub collo. Ex auctoritate vero Galeni, duodecim Rutelarum genera recenſet, vnam rubeam rotundam, alteram albam, ventre rotundo, ore paruo, Stellatam, dorſo lucidis inſigni, & acuto; tertiam citrinam, hirſutam, quarram vueam, id eſt, nigricantem: quintam breuibus pedibus, quæ punctura aliquem, proijciat ſe in pedes, & bibituriens euomat nonnihil humiditatis: Sextam Formicariam, ſimilitudine Formicæ, rubro collo, capite nigro, albo dorſo, varijs notatam coloribus. Septimam Veſpalem, rubeam, Veſpæ perſimilem. Octauam eſſe, quæ Alturſimati, alias Alheremati, alias Alker ſenati dicatur, ſimilitudine grani orobi, rotundã, ſubalbido ventre, pedib. hirſutis, candidis. Strabo atque Ælianus Albanorum terram ſcribunt læthifera quædam ſerpentia gignere, & Scorpios, & Araneas quarum quædam ridendo mori cogunt, quędam flendo deſiderio ſuorum, quod cum de Tarantulis in Apulia, quæ & ipſæ ex Araneorum, ſiue Phalangiorum genere ſunt, vulgo notum ſit, nonnulli de his apud Strabonem intelligendum eſſe exiſtimant. Phalangium, inquit Cardanus, *n* Aranei genus exitiale, quod Arabes Rutelam, noſtri Tarantulam vocant. Plin. *o* breuiter eum deſcribit, paruum, acutum, varium, aſſultim ingrediẽs hoc ſomnum profundum excitat, & vocatur Rutela Veſpalis, id eſt, Veſpæ ſimilis, vt habetur in Principe ſexta quarti. Sed Raſis diſtinxit Rutelam Veſpalem à Tarantula, cuius morſus interficit breui. Hæc Cardanus. Raſis Siptu (ſic Tarantulam vocat) magno Araneo longos pedes habenti aſſimilari ſcripſit; ex quibus verbis facile liquet Tarantulam aliam eſſe à Veſpali Phalangio, ſicut Cardanus credebat. Rutelæ vero ſiue Phalangij ſpeciem eſſe Tarantulam clariſſimum eſt. Phalangium, & Araneorum deceuria, inquit Cœlius Rhodoginus *p* ſolens recentiorum perpenſio dici ab Arabibus Rutelam animaduertit, collatis, quæ cum Galeno prodit Auicenna; vulgo autem Tarantulam, cuius exitiale virus ſtuporem laſſis inducat, genuum labefactationem, demumq; vniuerſi corporis palmum, id eſt, tremorem, qui in prouerbium vſque profecerit. Sed de ſymptomatibus, quæ morſu ſuo inducit, poſtea. Ardoinus *q* quoque Tarantulam Rutelæ, vel Araneæ ſpeciem eſſe ait, eſſeque autem animal paruum, Araneo magno (Hoc habet ex Raſi) ſimile, ſenis pedibus (quod eſſet obſeruandum: nã cæteri Aranei octo habent) tribus è quouis latere, cauda extenſa, in cuius extremo exiguus ſit aculeus, quo pungit. Ait item bina eſſe Tarantulæ genera, nigram vnam, alteram ſubcroceam, quam poſtremam inuenio cenſeri deteriorem, maxime quæ in Ægypto reperitur, Tarantulam Raſis, vt dixi, vocat Siptu, item Tarantulam, Albucaſis Alſari, Rab. Moſes Ayon Sarpa, Auicenna Sebegi, Tarantam Gilbertus. Ex hoc genere videtur etiam eſſe Solifuga, ſiue Solipuga, Solpuga, Solipunga, Solpunga, Salpunga, Salpynga, (tot enim nominibus apud authores venit) quanquam Plin. *r* naturalium ſcientiſſimus è Formicarum genere eſſe diſertiſſimis ,, hiſce verbis profiteatur. Eſt & Formicarum, inquit, genus venenatũ, non ſere in Italia. Solipugas Cicero appellat, Salpugas Bœtica. Cur vero Phalangijs potius quam Formicis congener hoc animal faciam, facit in primis idemmet Plin. *s* qui circa Cynamolgos Æthiopas late deſertam eſſe ſcripſit regionem, à Scorpiouib. & Solipugis gente ſublata: ſimile quid enim ſupra dixi ex Strabone, itemq; prodidũm memoriæ de Araneis reliquit Diodorus Siculus his verbis: Æthiopibus Acridophagis regio adiacet perampla, varietate paſcuorum fertilis, ſed deſerta, & quæ penitus adiri nequeat. Non tamen hominibus à principio caruit, ſed poſtmodum ,, intempeſtiua ex pluuia deſerta eſt, multitudinem Aranearum & ,, Scorpionum ferente. Tantam enim harum beſtiarũ excreuiſſe ,, copiam ferunt, vt morſibus peſtiferis incolæ vexati patriam de- ,, ſerere, & ad alia loca confugere compelleremur. Idem Plin. *t* leguminibus innaſci ſcribit beſtiolas venenatas, quæ manus pungunt, & periculum vitæ afferunt, Solifugarum generis: aduerſus quas omnia eadem teſtatur mederi, quæ contra Araneos, & Phalangia demonſtrantur. Et alibi: Naſcitur, inquit, & Phalangion in Eruo, beſtiola Aranei generis, ſi hyems aquoſa ſit. Equidem Solinus, *u* qui alias omnia ſua fere ex Plinio tranſcribere ſolet, adeo vt Simia Plinij vulgo dicatur; Solfugas deſertiſſime Araneas eſſe tradidit, dum inquit: Sardinia ſerpentibus caret, ſed quod alijs locis ſerpens, hoc Solfuga Sardis agris, animal perexiguum, ſimileque Araneis fotma; Solfuga dicta quod diem fugiat: in metallis ,, argentarijs plurima eſt; occultim reptat, & per imprudentiã ſu- ,, perſedentibus peſtem facit. Ibi fontes contra huiuſmodi venenũ ſunt. Hæc Solinus: quæ eadem habet Iſidotus Solinum potius quam Plinium *x* ſequens. Solino in agris naſcitur Solifuga, Plin. in leguminibus, nimirum cum adhuc per agros naſcuntur, quod de ſeptimo Phalangiorum genere ex Nicandro quoq; diximus, & hic repetimus: Sunt & alia: inquit, parua Phalangia Scarabæis ſimilia, quæ inter legumina, ſua carpunt paſcua. Lucanus *y* Salpyngam vocat, atque admodum acute Parcas infernales, quæ vitæ noſtræ tempus ſuis metiebantur ſtaminibus, ius ei in ſua fila dediſſe canit, innuens, & Parcas, & Salpyngam nere, quod proprium eſt Aranearum. Canit autem:

Quu calcare tuas metuat Salpyga latebras?
Et tibi dant Stygia ius in ſua fila ſorores.

Vbi Mycillus, qui diligenter quo ad nomen hunc Lucani locum expendit: Varia, inquit, huius loci lectio eſt. Volaterranus Salpynga legit, breuemque ſerpentem interpretatur: alij Salpyga malunt, idque genus Formicæ venenatæ tradunt, Plinij videlicet authoritate adducti. Vtra igitur lectio melior ſit, difficile eſt dijudicare, quando idem Plinius in octauo Salpugam vocat, vbi de Æthiopibus loquitur: & Feſtus Pompeius, Solipunga, inquit, genus beſtiolæ veneficæ, quod ſit ãcrius contractiuiq; feruore Solis, vnde & nomen traxit. Quod ſi autem vt in re obſcura, diuinare licet, credãm ego apud Plinium quidem poſteriore loco pro Solifuga, Solipungam, vt Feſtus, aut certe Solpungam, vt ipſe alibi habet, legendum eſſe, Lucanum autem Salpugam, aut etiam Salpygam, quando facilis tranſitus eſt u & y, gentis ſuæ more poſuiſſe. Sicille. Perottus Solpugam à Lucano hoc loco appellari docet, nõ Salpygam. Vt ut eſt, vel ipſo nomine animalculum vitioſum eſſe cognoſcere quiſque teſt. Solfuga enim dicitur, quod lucem velut qui male agunt, fugiat: vt enim ait dominus: Qui male agit, odit lucem. Et ne liceret ei libere male agere, addidit natura fontes in veneni huiuſmodi medicinã, ne naturam pœniteret huiuſmodi animal edidiſſe. Sed vt ad Araneas earumq; diuerſitates ſermo vnde digreſſus eſt, reuertatur. In orbe nouo, vt Ouietus *z* tradit, Aranei præter aureum colorem, quem humor ipſe ex ſolis radijs in tela ſua oſtendit, viridem colorem habet æquandum viridi ſerico. In Cumana noui etiam mundi parte Arancarum telæ adeo firmæ ſunt, & validæ, vt nec facile diſrumpantur, perinde ac ſericum. In inſula quam Hiſpaniolam dicunt, itemq; teſtatur Ouietus præcitato loco, adeo ingentes eſſe corpore, vt pilæ luſoriæ comparari queant, nuces vero plerumq; adæquent ſoliditate ſola corporis. In Breſilia quoq; genus eſt Araneorum prægrande, quales ſunt cancri, cum nihilominus Crabro exiguus illi ſit iuſenſus hoſtis inſidiatur enim huic Araneo, tametſi longe maiori, captumq; in ſua latibula trahit, & depaſcitur. Ita fit vt apud Indos Araneas Muſca venetur, in Europa Aranea Muſcas. India Occidentalis Araneos alit, qui ad Paſſeris magnitudinem excreſcunt, quod natura (inquit Cardanus) *a* hoc animal ſit frigidum, quod etiam ex veneni auxilio docuimus. Sed ibi vt maior eſt, eo minus venenoſa. Aduerſus quem *b* Scaliger. Alius, inquit, animaduerter, vt ſæpe, vitioſam dicendi licentiam. Quid enim eſt auxilium veneni? At nos ad potiora. Miram vero propoſitionem. Araneus creſcit ad paſſeris ‘ magnitudinem, quia totum genus frigidum eſt. Quod ipſe Paſ- ‘‘ ſet, qui non ſit frigidus, quomodo creſcat ad paſſeris magnitudi- ‘‘ nem? Tum in India & Africa Serpentes creſcunt, quia frigidi; An ‘‘ frigida plus creſcunt in calidis: quiã fiat temperatio? Frigida igi- ‘‘ tur omnia creſcent apud Indos. Saltem omne genus Araneorum ‘‘ ad illam progreſſus faceret magnitudinẽ. At illa ſola ſpecies eſt. ‘‘ Non igitur ob illam generis temperatiouem. Quid? Si in calidis ‘‘ creſcunt frigida, in frigidis maiora fieri calidorum incrementa, ‘‘ par eſt. At ſerpentes in frigidis minores facis. Hæc videtur Em- ‘‘ pedoclis ſententia: qui vt recitat Ariſt. aiebat, piſcium naturam ‘‘ igneam, atq; iccirco aquis inditam, vt ei modus ſtatueretur. Longe noſter excellentius Animantium naturæ cum locis, aut regionibus conuenire, vel propter ſimilitudinem, vt piſci cum aquis ‘‘ Quę cauſa eſt, vt male habeatur aſinus à frigore, in Scythia: equus ‘‘ à calore, in Æthiopia, vt alibi dicebamus. Vel propter tempera- ‘‘ turam. Frigida enim quædam melius ſe habent, in æſtibus, vt ‘‘ Bombyces, Araneæ Muſcæ. Tertia conſideratio illorũ eſt. quæ ‘‘ ob victu loca ſibi habitant ũidonea, vt Delphin. Cui namq; ſpira- ‘‘ tio ſit neceſſaria, huic ob victum ſolum, manſio in aquis con- ‘‘ gruit. Adderes tu, vir ſubtilis, quartum. Quippe munimenti quo- ‘‘ que, non ſolius eſcæ gratia ſtabulatur in aqua Hippopotamus: ‘‘ vt eſt ad perſequendas piſcium lubricitates, celeritates, euaſio- ‘‘ nes impenſe tardus, atq; ineptus, &c. Sed tempeſtiuum eſt, vt mo- re noſtro Araneos quos longo tempore diuerſos obſeruauimus, breuiter deſcribamus atq; depingamus. Qui in priori tabula prior depingitur, è paruorum genere eſt, corpore craſſiuſculo, ac oblongiuſculo, pedibus octo inſtructus, totus cinereus, paruam texit telam, Araneum lautum vocant. Secundum pictus minimorũ generis, totus eſt viridis, Araneus pratenſis nuncupatus. Numero 3. Araneus eſt pedibus breuibus, totus ſubcaſtaneus, aſſultim ingreditur, arbitrorq; eum eſſe, quem Pulicem Ariſt. nuncupauit. Eiuſdẽ generis eſt, eiuſdemq; coloris, qui quarto numero datur. Ex minimis eſt ſextus, campeſtris, rotunda aluo; albaq;, pectore vero caſtaneo, tribus albis notato punctis, cum totidẽ nigris notetur aluus: pedibus tenerrimis, longiuſculis, telam texit oblongam, in medio, quo reſidet, rotundam. Septimus totus viridis & ipſe pratenſis, protenſo corpore, & acuta aluo lineis candidiſſimis quinq; inſignita. Octauus ex minoribus eſt, breuiſſimo corpore, aluo admodũ orũbiculata, craſſiſſima proportione corporis, pedib. mediocris longitudinis, totus nigricat. Nonus corpore maximo, at breui & compacto, adeo vt vix pectus eius ſit conſpicuum, figura marſupium æmulatur, totus rũberrimi coloris. Decimũ lautum quoq; dicunt, aluum habet bifidam, qualem in alijs non inuenias, pedes vero, qui hirſuti ſunt, illius, qua pictor expreſſit proceritatis, ac craſſitiei. Color ei cinereus, maxime in pedib. corpus n. nonnihil ad caſtaneum inclinat, & punctulis candidiſſimis vndique maculoſum eſt. Vndecimus quaſi triangulari aluo, totus flaue-

Aucos, ſiue Auricos.
Murchion
Sagluuſcolon.
Suclion
Surbultutis.
Tarantula
Siptu.
Tarantulę genera.
Delphinis lotus.
Aranei Indici.
Aranei ab authore obſeruati.

n L. 2. de venen. c. 5.
o L. 11. c. 31
p L. 7. A. L. cap. 16.
q lib. 5. c. 8. de venen.
r L. 19. c. 4
s Lib. 8. c. 19
t l. 22. c. vlt.
u Cap. 9. Polyhiſt.
x L. 1 8. c. 2
y l. 9 de bel. ciuil.
z L. 15. c. 3.
a L. 9. de ſubtil.
b Exe. 187.

flauescit, quemadmodum duodecimus huic postremo congener, totus candicat. Decimustertius albo, & cinereo fusco varius telam texit patuam, rotundam, & subtilem, ex mediocrium genere. Decimusquartus admodum exiguus, rotundus, coloris flaui, longissimos habet & subtilissimos pedes, agros colit. Decimusquintus corpus habet rotundum, videturq; pectore carere. colore est subluteo & subuitidi, maculis tortuosis, serpentium gyros æmulantibus varius. Decimussextus idem forte est, licet paulo minor. Decimus septimus prateusis est, corpore procero, pectore candido, aluo flaua, pedibus crassis, quorum penultimi cæteris paulo sunt breuiores. nulla in omnibus apparent internodia; antennis caret. Decimusoctauus sex tantummodo pedibus instructus, folliculum texit candidum, sicuti in expresso hic mori folio videre licet, vnde Araneigeneris esse vix credo. corpore Araneis simile animalculum est, cinerei coloris. Numero 20. expressus. ex miuimorum genere, colore ex castaneo, liueis duabus flauis per aluum notatus. Postremus in hac serie, capite, pedibus & pectore arerrimis, aluo ex albo cinerea ad maiorum genus redigitur. E Phalangiorum genere videtur. In secunda tabula primus Araneus terrestris quoque dici potest, quia terram habitat. è Pulicum genere, salit enim. Corpus habet breue, & breues etiam pedes, ex cinereo fuscus totus. Secundus huius ordinis corpore est atro, albo variante, grandi capite, candicante, breuibus antennis, pedibus cinereis. Tertius exiguus, subalbidus ad luteum vergens, maculis variegatus nigris. Quartus Araneus fæmina prolem tergore ferens, sed ea orbata: corpore procero, pedibus crassis, crassissimo item pectore. Quinto loco exprimitur eius fœtus. Sextus idem forte qui quintus, prole tam numerosa ouustus, vt quadam hirsutie villosus esse videatur. Proliger dici potest. color ex leucophæo ad atrum vergit. Septimo & octauo loco pictus Araneus prono & supino corpore, ὀχεομέλας dici potest, atro enim & luteo variat. Nonus est ex miuimorum genere totus flauus aluo triangulari.

A

B

FORMA.

a Lib. 5. cap. 30. b Li. 4. hist. cap. 11. c Li. 11. 47. & 24. d Lib. 6. Metam.

ARistoteles *a* Araneum Asilo magnitudine similem esse scribens, de vulgariori Araneo, qui in parietibus texit, intelligendus esse videtur. Quod *b* vero Phalangiorum fæminas maribus dicat esse maiores, id vniuersaliter de omni genere Araneorum verum esse puto. Omnibus quoq; teste *c* Plinio terna sunt in cruribus internodia, quibusdam prælongi accedunt pedes bini. Caput omnibus minimum, excepto vno, quod ideo grandissimo capite *d* Plinius esse dicebat. Ouidius sic breuissime Araneam descripsit, Arachnen puellam in sui nominis Insectum couersam esse canens:

Postea discedens succis hecateidos herba
Sparsis & extemplo tristi medicamine tacta
Defluxere coma, cum queis & naris & aures
Fitq; caput minimum, totoq; est corpore parua
In latere exiles digiti pro cruribus hærent,
Cætera venter habet, de quo tamen illa remittit,
Stamen & antiquas exercet Aranea telas.

Pedes.

Pedes habent non omnes eiusdem longitudinis, propter diuersas quas exercent, operationes: Quibusdam enim fila quæ neuerunt attenuant, & in longum protrahunt, alijs eadem in telam deducunt, ac inuicem coniungunt, alijs deniq; per eadem prorepunt, & cum volunt, ex ijs ceu immobiles sese suspendunt. Nicander in Theriacis Phalangium ait esse εἶδος μικρῶν ὀφέων, hoc est, genus paruorum serpentium, quod non probo. Phalangij, quod Cretæ familiare est Insectum, descriptionem exactam hanc nobis reliquit *e* Petrus Bellonius in singularibus suis obseruationibus, quas Carolus Clusius nobis Latinas fecit, his verbis. Cretenses Phalangia appellare norunt Sphalangi: Insecta sunt parua, admodum pernitiosa, paulo maiora, octo pedibus prædita, vtrinq; quatuor: singuli pedes seu crura quaruor articulis constant, binosq; vngues habent iucuruos, bina vtrimq; crura anteriora illis data sunt ad progrediendum, bina posteriora ad retrocedendum, obliqua in terra foramina inhabitant, stramine muniunt, ne obturentur, sed apetta maneant. Corpore sunt superiore parte cinereo, binis rubenribus maculis anteriore dorsi parte insignito: inuersa autem nigris maculis notata, conspiciuntur ea parte qua singuli pedes corpori inhærent: venter flauet. Si quis autem scire cupiat, qua parte nocere queunt, eorum os intueatur, & binos paruos nigros aculeos deprehendet, ijs similes, quos Scolopendra obtinet, quibus mordent, atq; cibum retinent: telas Araueorum more texunt Muscisq; & Papilionibus vescuntur. Circiter sexaginta oua ponunt, & pectori adhæreutia fouere solent, pullosq; exclusos ventri inhærentes gestant, donec adolescant. Piloso sunt corpore: quoniam autem magnitudine differunt, foramina pro corporum magnitudine excauant: variare aurem inter se, pro Insularum diuersitate obseruauimus. Immortale est dissidium inter exiguum hoc animal, & Vespæ cuiusdam genus à Latinis Ichneumon vocitatum: quod libro secundo, vbi de Ichneumone Ægypti agemus, ex nostra obseruatione describemus. Hæc itaq; Bellonius.

Phalangij Cretici descriptio.

e Lib. 1. cap. 11.

Victus.

Generatio.

Antipathia

LOCVS

Araneæ vbi non sint.

a Lib. 4. memorab. c. 50

NVlla non regio Araneas alit. Tamen prope vrbem Gratianopolim in ea Galliæ parte, quæ Italiam proxime iacet, *a* Gaudentius Merula vetustam scribit esse turrim, quæ Araneas nesciat, neq; aliud venenosum reptile: quin potius si quid huiusmodi in eam immissum fuerit, è vestigio emori. Contra in Creta teste *b* Plinio, cum non sint lupi, non vulpes, visue atq; omnino nullum maleficum animal, Phalangium, Aranei genus reperitur, cuius videlicet modo descriptionem dabamus ex Pet. Bellonio. In Æthiopia Phalangia, & multitudine & magnitudine excelleuria reperiri author est Strabo. Hoc supra de Araneis ex *c* Diodoro, de Solifugis ex Plinio diximus, vel quid simile, atq; hoc etiam est, quod de Phalangijs his verbis scribit *d* Ælianus, cui (vt dixi) Phalangium & Aranea nihil differunt. Circa lacum Arrhatam, inquit, vbi locus desertus est & appellatur Eum accolæ, & finitimi circum- " quaq; negant ab initio & perpetuo habitatoribus caruisse, sed " Scorpionum copias infestas superuenisse, & uimium Phalangi- " orum extitisse prouentum, illorum quæ terragnatha nominant " *e* Plin. Phalangium Italiæ ignorum esse scripsit: tamen And. Matthiolus, enumeratis primum omnibus Phalangiorum generibus ex Actio & Nicandro: Ego, inquit, affere: e non dubitauerim, omnia hæc Phalangiorum genera haberi in Italia, quippe quæ à me sæpius sint visa, quanquam scribat Plin., Phalangia in Italia non oriri. Quin potius præter prædicta genera inibi & alterum reperitur, omnium pernitiosissimum, quod à Tarento Apuliæ ciuitate, vbi innumera æstate rota vagantur in campis, Tarantulam appellant. Sic Matthiolus, quem temeritatis arguit *f* Iacobus Greuinus; nil dicam, inquit hic, quam temere Matthiolus locutus fuerit, cum affirmat singulas se Phalangiorum species in Italia vidisse, nec tamen primos authores, quos allegat, inter se conciliat. *g* Plin. secundus Phalangium testatur præcipue in leguminibus & hortis obseruari, qui locus Tarantulæ conuenit, & Plinius in aruis quoq; Phalangij genus habitare scriptum reliquit, vt supra de Solifuga loquentes demonstrauimus. Aranei loca habitant deserta & ab omnibus inculta, vel saltem neglecta, in quibus cassides suos contexunt, quod licet per se notissimum sit, exemplis quibusdam corroborare luber, ac in primis ex *h* Homero, apud quē Telemachus patris sui thalamum, quod diu peregre fuisset, quod, in quā locus ille desertus esset & incultus, Araneaū telis infectum esse ait:

b Lib. 8. cap. 18.

c Lib. 17.

d Lib. 17. cap. 40.

e Lib. 26 cap. 4.

f Lib. 1. de venen. c. 23.

g Lib. 3. de re med. c. 56

Araneus quæ loca colat.

h Odiss. ϰ.

——Οὖδος δέ τε δόμῳ
Κεῖται εὐδαίδαλον κεκ' ἀράχνια κεστοῖς ἐχοῦσα.
——*Vlyssis certe quidem cubile*
Penuria incubantium malis Araneis obsitum.

In eodem sensu *i* Propertius.

Putris & in vacuo texetur Aranea lecto.

i Lib. 3.

Hinc quod situ obsitum est, & quo non amplius vtimur. Araneis infestari dicimus Lucianus in his accusato Ecce, inquit, præ continuis occupationib., quam multas controuersias intus reposi- " tas iam olim seruamus situ adeo & Araneis prope corruptas, " præcipueq; eas quas scientia atq; artes aduersus homines quof- " dam habent admodum antiquas illarum nonnullas &c. Item " in Pseudologista: Vbi huiusmodi scripta reperis? In angulo for- " tassis alicubi alicuius ex pocris istis defossa, situ & Araneis oppleta. Sed quanquā diuitum quoq; domos Araueis suis conspurcent Aranei, copiosiores tamen eę in casis pauperculorum reperiuntur quod pereleganter, ac luculenter facetus *k* Comicus ostendit " apud quem Euclio senex & Staphila anus sic colloquuntur.

k In Aulul.

Eu. Redi nunc tam intro, atq; mitis serua Sta. Quippini
Ego intus seruem: anne quis ædes auferat?
Nam hic apud nos nihil est aliud quæsti furibus.
Ita inanijs sunt oppletæ atq; Araneis.
Eu. Mirum qui n tua me causa faciat Iuppiter,
Philippum regem, aut Darium, triuenefica:
Araneas mihi ego illas seruari volo.
Pauper sum, fateor, patior, quod Dij dant, fero.

Idem *l* Plautus alibi:

l In Stichō.

Effer huc scopas simulq; arundinem
Vt operam omnem Aranearum perdam & texturam impedi.

NATVRA. MORES. INGENIVM.

Vt dormiant.

a Li. 5 Hist. cap 26. b Lib. 11. cap. 31. c Lib. 9. cap. 39.

Textutæ artificium.

ARaneorum genus omne infirmum est, leui admodum tactu deficiens, vnde scriptum est, *tabescere fecisti, sicut Aranea.* Phisiologus tradit dormientes dorsum suum ad terram, facies versus cælum conuertere, & cum dormiunt, à filis quæ texuere in aere dependere. Laborant impietatis infamia, parentes enim post incubatus officium à suis fœtibus interimuntur magno numero teste *a* Aristotele, quod repetens *b* Plinius: Phalangius, inquit, tantum in ipso specu incubat, qui vt emersit, matrem consumit, sæpe & patrem: adiuuat enim incubare. Statim vbi editi sunt in lucem, mittunt, inquit, idem *c* Aristoteles, non intrinsecus tanquam excrementum, vt Democritus ait, sed extrinsecus de suo corpore, veluti corticem, aut more eorum, qui suos villos eiaculantur, vt Hystrices. Merito autem Democriti opinionem pessundedit Aristoteles. Etenim Atancæ & alia istiusmodi annulosa parum sumunt alimenti, paruimq; nutriuntur propter sanguinis, & caloris defectum: quare cum illæ non tantum capiant cibi, quin plus contiuue in telarum textura consumant, diceudum esset, maiorem superfluitatem, excrementorumq, forc emissionem, quam alimenti assumptionem, quod absurdum est statuere. Quam industrie autem texant, idem Aristoteles præ cæteris scriptum reliquit, de tertio Araneorū genere agens. Terriū genus, quod sapientissimum,

,, tissimum, lautissimumq; omnium est, texit enim, primum filis
,, quoquo versus distendens in orbem, tum stamina ducens, initio
,, à medio accepto: nec inscite medium ipsum accipit: deinde sub-
,, tegmina inserens, atq; stipans, cubile & repositorium alibi sibi
,, constituit: sed venationem in medio sui operis obseruando ex-
,, ercet. Cum n bestiola eo inciderit, motu medij excit° occurrit,
,, deuincitq; primum obuoluens Araneis, dum defatiget, infirmã
,, que faciat; tum tollit ac deserit, & si forte fame tenetur, exugit:
,, hæc enim fruitio eius est: sin minus, recondito quod ceperit, in
,, repositorio, repetit venandi negotium, sed prius consarcinato,
,, quod per venatum lacessitum est. Si quid inter media & extrema
,, inciderit, primum ipse in medium currit, inde ad id, quod inci-
,, derit, velut à stato iuitio p: operat. Si quis telam lacerarit, texere
,, iterum incipit Venatur oriente Sole, aut occidente quoniam
,, bestiolæ tempotibus his potissimum offendaut: Fœmina & te-
,, xit & venatur Mas comes fruendi, non laborandi est. Elegan-
d. Lib. c. 24. ter quoque *d* Plinius hanc artem texendi venandiq; descripsit. &
ipse tertio generi Araneorum eum ascribens. Tertium eorundem
,, genus, inquit, erudita operatione conspicuum. Orditur telas,
,, tantiq; operis materiæ vterus ipsis sufficit, siue ita cortupta alui
,, natura stato tempore, vt Democrito placet, siue est quædam in-
,, tus lanigera fertilitas, tam moderato vngue, tam rereti filo, &
,, tam æquali ducit stamina, ipso se pondere vsus. Texere à me-
,, dio incipit, circinato orbe subtegmina adnectens: maculasq; pa-
,, ribus semper iuteruallis, sed subinde crescentibus, ex angusto
,, dilatans indissolubili modo implicat. Quanta arte celat pedicas
,, scutulato rete grassantes? quam non ad hoc videtur pertinere
,, cribratæ pexitas telæ, & quadam polituræ arte, ipsa per se tenax
,, ratio tramæ? quam laxus ad flatus, non ad respuenda, quæ ve-
,, niant, sinus: derelicta lasso prætenti summa parte, vbi arbitrari
,, licet illa Quæ difficile cernuntur, atque in plagis lineæ offensæ
,, præcipitant in sinũ? Specus ipse, qua concameratur architectura?
,, & contra frigora quanto villosior? quã remotus à medio, aliudq;
,, agenti similis? inclusus v. sic, vt sit, nec ne intus aliquis, cetni non
,, possit? Age, firmitas quãra irrumpentib. ventis? qua puluerũ mole
,, degrauante? Latitudo telæ sæpe inter duas arbores, cum exercet
,, artem, & discit texere: longitudo fili à culmine, ac rursus à terra
,, per illud ipsum velox reciprocatio: subitq; pariter, & fila dedu-
,, cit. Cum v captura incidit, quam vigilans & paratus ad cursum?
,, licet extrema hæreat plaga, semper in medium cutrit: quia sic
,, maxime totum concutiendo implicat. Scissa protinus reficit, ad
polituram sarciens. Hactenus Plinius. Miratur itaq; Gregor. Na-
Apum industria in fauis conficiendis. zianzenus, vnde Apibus Araneisque cum industrię, tum artis tan-
tum suppetat, vt illæ quidem in cellis fauos suos connectant, di-
stendantq; per sexangulas fistulas, quas æqualibus in medio spa-
cijs relictis sic ædificant, & in eorum medio, quasi muro quodam
interiecto, angulorum rectorum commissura ipsæ sibi sedes insti-
tuant; eaque in alucis adeo caliginosis inuisibili fingendi artificio
efficiunt. Hi autem, cum inrerim vnde texturam suam exordian-
tur, conspicuum sit, nihil tamen per stamina subtilia adeo, & pro-
pemodum aeria multiplici specie deducta, sinuosas inexplicabi-
lesq; telas contexant; quæ simul habitaculum, neutiquam vile, si-
mul in alimenti prædam infirmorum animantium mirabile præ-
beant aucupium. Et quis inquit, Euclides alioqui lineis, quæ nus-
quam sunt, effingendis occupatus, ac in demonstrationibus anxiè
laborans. ingenium hoc imitatione consecutus est. Hoc vnum in
hoc iraq; animalculo laudes, geometricam quandam artem, in il-
lo illucere: filum enim textrinæ suæ corpore velut integro, vt tra-
e Epist. 101. dit *e* S August. ideoq; animi partus imitatur, perinde enim ac in-
genij partus omnes ingenium animumne non minuunt, sed inte
grum eriam manet, ne dicam augetur, ita quod parat fila, integrũ
corpus eius esse non desinit Textrinam & lanificia, inquit facun-
f Lib. 1. de anim. c. 21. dissimus *f* Ælianus, deam nomine Erganem inuenisse fama homi-
num celebrarum est Araneus v. ad textrinum o, us sua sponte na-
turaq; natus est. Non n. textili artificio studet, neq; alunde filum
assumit, sed ex suo ventre stamina deducit & in retiendis leuissimis
volucribus venabula contexit, atq; in retis specie diffundit Porro
eodem, quem ad texendum de ventre suo detrahit, succo ventrem
suum studiosissime alit Mulieres sane quæ maxime ad nendi arti-
ficium digitorum argutijs valent, filumq; elaboratissimum confi-
cere præclare sciunt, non cum ea subtilitate operis sunt conferen-
g Lib. 4. de rer. nat. dæ: huius nimirum filum tenuitate pilum vincit. Recte ergo g Lu-
cretius, docens animum tenuissimus, & celerrimis imaginibus
moueri, tenuissima illa Aureorum filis, & auri bracteis assimilat,
dum canit:

Principio hoc dico, rerum simulacra vagari
Multa modis multis in cunctas vnatq; partes
Tenuia, quæ facile inter se iunguntur in aura
Obuia cum veniunt, vt Aranea, bracteaq; auri
Quippe etenim multo magis hæc sunt tenuia textu
Quam quæ percipiunt oculos, visumq; lacessunt.

h Lib. 3. Et *h* autea tenuia fila vocauerat:

Nam neq; puluerus interdum sentimus adhæsum
Corpore, nec membris incussam insidere cretam
Nec nebulam noctu, neq; Aranei tenuia fila
Obuia sentimus, quando obretimur euntes.

i Lib. de solert. anim. *i* Plutarchus quoq; Araneæ textum celebrans, cõmune exemplum
relæ mulierum, & retibus, non vna de causa admirationem sui præ-
bere prodidit: nam & filis, inquit, subtilitas & textura non deiun-
cta aut staminis in morem diuulsa, sed continens tenuis in morem
membranæ, & quodam glutinoso humore obscure admixto con-
serta, tum color aeream, & caliginosam reddens superficiem fal-

A lendi causa, atq; ipsa adeo maxime totius machinæ gubernatio,
quod callidi instar venatoris, si quod reti suo implicuit, ilico sen-
tiens casses suos contrahit, prædamq; constringit. Sic ille: quibus
adde, cum venatur Araneus, sedem suam collocat in medio retis,
φ operosissime contexuit, velut in centro superficiei circularis,
vt inde Muscas vndiq, incidentes percipiat, cum ad centrum illud
omne opus perducatur: quate sæpenumero tenuissima, ac vix sub
aspectum cadentia fila, longe à cassibus suis, quę tamen annectun-
tur hisce orditur, quibus imprudentes Muscas inhærentes adori-
rut & captat: vt non tantum teticulis fallat Muscas Culicesue, sed
astu etiam: vnde Lucianus in encomio Muscę non paruam Muscę
intelligentiam inesse dicere audet, cum insidiatorem & hostem
suum Araneum effugiat: Insidiantem enim obseruat, inquit, &
contra intuetur, declinans illius impetum, ne capiatur irretita, &
in bestiolæ incidens casses. Sunt ex Arancis teste *k* Cardano, qui k Li. 7. var.
fructibus assistant, qui in pratis tela texant, qui in tettæ foramini lect. c. 28.
bus latitent, diuersis animalculis insidiantes, quæ repente adoriũ
tur; alij Culicibus & Muscis aquaticis. Equidem qui locum Ara-
neorum in cassibus, qui ipsos etiam casses contempletur, sicut qui-
libet omni tempore videre eos potest, etenim semper venantur A-
ranei, retia inde suam originem agnoscere fãtebitur, & ab Araneis
B venandi artem nos esse edoctos; quemadmodum etiam B *l* Theo- l Lib. 5. de
doretus in nostros superbos mores inuectus, admonet his verbis: Prouident.
Quin Araueam tenuia & inuisibilia fere fila ducere docuit idem "
rerum opifex, vt te quo pacto volucres capi possent, edoceret. "
Hæc enim non verbis aut ratione arrem edocta, sed natura ma- "
gistra vtens retia contexit. Tu vero rationem tibi familiarem "
habens, cum exemplar ob oculos positum cernis, infinitas rerum "
species parauisti: atqui fastum tuum & insolentiam minimum "
hoc animalculum (quod cum ratione destitutum sit, paradigma- "
tis tamen vsum tibi exhibuit) prohibet Adhæc *m* Plutarchus, cum m Li. de so-
multa animalia docilia esse dixisset: sed ridiculi forrasse, inquit, su- lert. anim.
mus qui eo nomine laudamus animalia, quod discant, cum De-
mocritus affirmet nos eorum in maximis rebus fuisse discipulos:
Ataneæ in rexendi arte atq; reficiendi, Hirundinis in ædificandi
oloris, & luscinia in suauiter canendi & imitanti Idem etiam fere
n Seneca testatur, inquiens: Non vides, quam nulli mortalium " n Lib. 22.
imirabilis sit illa Araneæ textura? quanti operis sit, fila dispone- " Epist. 122.
re? alia in rectum immissa sirmamenti loco, alia in orbem curren- "
tia ex dorsorata, quæ minora animalia, in quorum petnitiem il- "
C la teuduntur, velut retibus implicata teneant. Nascitur ars ista, "
non discitur. Itaq; hullum est animal altero doctius. Idem legere
est apud *o* Galenum Quis Aranei, inquit, structutas, ad capturam o L. de ther.
insidias cernens, & telam ab eo fallentibus adeo tenuibusque filis ad Pison.
confectam, vt aliqui dixerint homines ab Araneis artem texendi
primum accepisse, de natura dubitet? D. *p* Ambrosius Araneam p Li 5. Hex.
quæ tam subtiliter (vtor interim eius verbis) ac docte laxos casses c. 9.
suspendit in foribus, sapientiæ non immuuem factam à Deo tra-
dit Et *q* Aristoteles agens de Insectorum ingenio, cum dixisset of- q Li 9. Hist.
ficiosissimum præ cæteris fere omnibus animalibus genus Formi- c. 38.
catum & Apum esse, Araneos ingeuiosiores in viræ munerib. esse
testatur; nimirum cum propter telæ suæ artificium, tum propter
assiduitatem laborandi venandique, sed quanquis nullo non die,
nullaq; non hora, quin omnibus momenris in opere sunt Atanei,
Hesiodus tamen duodecima lunæ die magis operari ait, hortatur-
que mulieres, vt tunc filis nendis magis animum appliceut Ara-
neorum exemplo:

Η' δὲ δυωδεκάτη τῆς ἑνδεκάτης μεγ' ἀμείνων
Τῇ γὰρ τοι νέα νήματ' ἐρέσσιπόντο Φ' Ἀρήχνης,
Η' μετ' Φ' ὀκτωκαίδεκ, ὁτε τ' ἴδοις σωρὸν ἀμᾶσθαι.
Τῇ δ' ἐσθ' ὑφαίνειν γυνή, ἐφ' ἔργοιτο τε ἔργον.
D *Duodecima tamen vndecima multo melior*
Hac enim nec fila in aere suspensus Araneus
Die expletis cum & prudens Formica aceruum colligit
Hac telam orditur mulier, proponatq; opus.

Cætetum vt ad telarum artificium ac subtilitatem reuertamur,
quatum nimirum gratia Araneorum historiam natutamq; Bom-
bycibus subnectit Plinius, dignam vel præcipua admiratione:
quarum inquam gratia idem author maius esse inquit naturæ mi-
raculum, quam in elephanto, si quis propius contempletur. *r* Oui- r Li. 4. Meta-
dius laudaturus quid operosissimum ac ingeniosissimum, caue- tam.
bat:

——Non illud opus tenuissima vincant
Stamina, nec summo quæ pendet Aranea tigno.

s Alibi etiam capillos mulierum laudans, eos holoserico vel telis s Lib 1 Amor.
hisce Araneorum assimulat:

Quid? quod erant tenues & quos ornare timeres?
Vela colorati qualia Seres habent.
Velpede quod gracili diduxit Aranea filum,
Cum leue deserta sub trabe nectit opus.

E Et Martialis Paüli auaritiam taxans qui phialam miserat ipsi tam t Lib. 8.
subtilis & exilis laminæ vt uullius ferme pretij esset; Canit autem. Epig. 33.

Nec vagus tam tenuis discursat Aranea tyra
Tam leue nec Bombyx pendulus vrget opus.

Antequam huic artificioso filorum operi finem imponam, iterum
quantopere Ataneos laudet *u* Ælianus, velim audiamus: Non " u Li. 6. c. 57.
modo, inquit, texendi solertiam Aranei plaeclare teneut, ac simi- "
liter vt Minerua lanificij illa præses & solertissima dea tereti ma- "
nuum ministerio & tenui valẽt; sed & natura etiam sunt ad geo- "
metriam eruditi: nam & centrum seruant & quasi circino cir- "
cumducunt, & circumscriptionem exacte sciunt: neq; interim "
Euclide egent, geometricis rationibus eruditio. Ad medium au- "
tem

,, tem centri sedentes, insidias prædæ suæ tendunt. Neque modo
,, texendi rationem norunt, verum etiam sarciendi artificio excel-
,, lunt. Nam si eorum quippiam solerti opere ruperis, statim a ru-
,, ptura resarciunt, in regrumq; præstant. De venandi quoq; arte
,, hæc prodidit idem x Ælianus: Textoriam artem, atq; texere, &
,, Erganæ deæ munera neq; norunt Phalanges, neq; nosse voluut.
,, Quomodo enim vteretur eiusmodi vestimentis talis bestia?
,, Sed tela hæc rete, & quasi nassa ponitur ijs quæ incidũt: ipsa ma-
,, gno silentio, & taciturnitate excubias agit, & immotæ simillima est. Quod si quid incidit, quicquid illud sit, ex eo cænam parat. Incidit autem tantum, quantum & tela capere potest, & illi ad explendam famem satis est. Hæc ille. Aranea itaq, telam suam miro texit artificio, ad vicina omnia adminicula sursum deorsum que & vndiq; filo ducto, & decursu facto eam substentans & fulciens: ac quamuis inceptum id pendensq; opus ancillarum famulorumq; diligentia excutiat percutiatq;, uihil omnius sedes & incunabula sua non deserit, uec ab incepto desistit, aut deterretur opere: plura longe pauco tempore interrupto operi adtexens, quã multo labore retextum fuerit, vt non aliunde textores, linteones & acupictores artes suas didicisse seu contextus perfectionem & fili subtilitatem spectes, seu telæ continuæ modos uexusq; indissolubiles attendas. Hæc enim nullis abrupta, aut intersecta filamenta membranæ tenuissimæ instar habet quodam velut perunda glutine, quo Aranei irretita, vt diximus sæpe, animalcula, rapido incursu, contractisq; tanquam cassibus, & retibus implicant & captant venatorum ritu. Fabulosa profecto hæc viderentur nisi eiusmodi essent, vt quotidie oculis cernerentur Quæ omnia breuiter, vt solet Græcis suis versibus complexus est Philes, qui Latine redditi sic sonant:

x Lib. 1. var. cap. 2.

Araneis natura perquam industria est,
Vincens puellarum manus arguttas.
Nam ventris humores superuacaneos
Ceu fila nent, textoris absq; pectine
Et implicantes orbium volumina,
Aduersa sublegunt ijs subtegmina:
Sed licijs hinc dexterioribus plagas
In aere appendunt, nec vnde conspicor
Seiuncta cum sit omnis à medio basis
Que fulciat mirabilem operis fabricam,
Et staminum fallit ligamen lumina
Subtilitatis ub dio discrimine
Firmatur autem densitas subtegminis,
Raras in ambientis oras aeris.
Muscis, Culicibus, & id genus volantibus.
Intensa nectens fraudulenter retia,
Quod incidit, teiuna pascit hoc famem,
Vitamq; degit haud quietis indigam
Suspensa centro, cassibusq; prouidens,
Ne fila rumpat, orbiumq; dissuat
Nexus retortos flaminis vis irruens.

COITVS. PARTVS.
generatio.

PLurima de Araneorum, Phalangiorumq; ortu siue generatione scripta nobis reliquit varijs in locis diuinus Aristoteles. Aranei & Phalangij, inquit a alibi, procreantur ex animalibus sui generis: ex Phalangijs & Araneis Attelabi, Locustæ, Cicadæ: quã sententiam repetens in primo de generatione animalium cap 16. coire quidem Phalangia dicit atq; ex animalibus sui generis oriri modo eorum quibus est sanguis, sed quod Locustæ, Cicadæ, & Attelabi ex ijs generentur, non addit In tertio vero de generatione cap. 8. docens & Insecta Vermem generare, quæ vim obtinent generandi, & quę non per coitum, sed sponte naturæ oriuntur, ex tali origine consistere. Araneos ex hoc genere esse velle videtur, Nã & Erucas, inquit, genus esse Vermis credendum est, & fœtus Araueorum, quanquam propter figuræ orbiculatam speciem similia ouo, tum eorum nonnulla, tum alia complura primordia esse videantur. Coitus autem ijs agitur hoc modo, si eidem b Philosopho credimus, Cum fæmina deductam Araneam traxerit, mas eandem mutuo trahit, quod vbi sæpius fecerint, coeunt, & auersis clunib. copulantur: nam propter aluum orbiculatam modus hic coeundi ijs conuenit. Capite 17. eiusdem libri de generibus Arancorum & eorum partu loquens, hæc quæ sequuntur, nobis prodita reliquit Aranei vero coeunt modo quo dictum est. Pariunt Vermiculos, qui non ex parte, sed toti Aranei formam immutantur nam & rotundi iam inde ab ortu proueniunt. Cum peperierint, incubant & triduo peragunt. Pariunt omnes in tela, sed alij in subtili & breui, alij in crassiore, & alij omnino in sinu orbiculato: alij ita vt aliquatenus tela obducta proles muniatur. Proles autẽ ipsa non vniuersa producitur, vt tamen quisq; exiuit, protinus salir, filumq; mittit. Humor similis in Vermiculis infrictu percipitur, atq; in Araueis ipsis recens natis, hoc est, crassus & candidus. Pratenses Aranei in tela pariunt, cuius dimidium applicatum ipsis matribus est reliquum foris recipit partum, & incubant eadem in tela, atq; incubant. Cæteris lautioribus illis partus minoris numeri estiat vero Phalangijs admodum numerosus. Cumq; ipsa proles increuerit, matrem amplexa consumit, & eicit. Sæpe etiam patrem si peperint: adiuuat enim fæminam incubitu. Pariuntur interdum & trecenti vno vtero. Consummantur Aranei & iusta sibi recipiunt incrementa diebus quater septenis, à paruo sui ortus initio ad finem. Capite 26. eiusdemmet libri sæpius vnde nos parere scripsit: Alias quoq; agens de tempore definito incubationi, ac generationi Insectorum. ouiparis author est quater septenos magna ex parte attributos esse: septem ex iis ab iuitu concretionem, & consummationem sibi vindicare, reliquis vero tribus diebus incubare, atque excludere, ea scilicet, quæ suo procreant fœtu, quibus Araneum quoq; annumerat c Ait deniq; Araneum causam generationis Tinearum esse, quæ lanis puluerulentis præcipuo oriuntur, si is vna includatur, si quid enim humoris inest, hic absorbens ampliat siccitatem. Ex quibus nonnulla Plinius repetiit bene, nonnullaq; etiam peruertit: Aranei, inquit, conueniunt clunibus, Pariunt Vermiculos ouis similes: nam nec horum differri potest genitura, quoniam Insectorum vix vlla alia narratio est. Pariunt autem oua ea in telas, sed sparsa quia saliunt, atq; ita emittunt. Phalangius tantũ in ipso specu incubat magno numero, qui vt emersérit, matrem consumit, sæpe & patrem: adiuuat enim incubare. Pariunt autem & tricenos, cæteræ pauciores. & incubant triduo. Consummantur Aranei quater septenis diebus. d Scaliger Araneos è situ nasci ait. Oua Araneorum, cum aliquaudo obseruarem, inueni esse multa, modica, liuida, exiguis maculis aspersa, diuisa, inuicemq; separata, mollia, & viscida; quæ si casu aliquo fuerint perdita, Aranea diligenter inquirit, & sui additamentis interioribus & rostro etiam ea reportat Vidi item ex vnico ouo multos ac innumerabiles fœtus procreari, ita exiguos, vt vix oculis percipi queant, attamen quam primum o[illegible] e[illegible]ant exclusi, fila deducebãt adeo tenuia, vt nihil posset esse admirabilius. Obseruaui item sub captæ Arancę aluo magnam ouorum cumulum adeo exiguorum, vt atomis comparare licuisset. Erant autem candida, & digito cõpressa, crepitum edebant. Inuenio & apud Absyrtum, Phalangiorum genus latitãs in fœno subinde nõ aliter, quam Araneum parere.

a Lib. 5. Hist cap. 19.

b Li. 5. Hist. cap. 8

Vt coeant.

Pratensum partus.

c Li. 5. ca. 32.

d Lib. 1. de caus. plant: cap 5.

VICTVS.

ARanea, inquit author de natura rerum, succo viuit, ideoq; nulla fame interit a Aristoteles Araneos & Apes sui generis cibo alit scribit, Apes enim melle & quibusdam alijs dulcibus alit: Araneos Muscarum venatu viuere. Quas quam industrie venetur abunde diximus: Meminit istius etiam b Cicero, dũ ait: At quibus bestijs erat is cibus, vt alius generis bestiis vescerentur: iis aut vites natura dedit, aut celeritatẽ data est quibusdam etiam machinatio quædam, atq; solertia, vt in Araneolis, aliæ quasi rete texunt, vt si quid inhæserit, conficiant, alię autem vt ex inopinato obseruant, & quid accipiunt, id consumunt. Apibus quoq; maxime sunt hostiles, & cum præualuerint, vt intexant, alueos enecant: vnde omniscius poeta cauendum monet, ne

a Li. 1. Hist. cap. 1.

b Lib. 2. de nat. deor.

Aut durum Tineæ genus aut inuisa Minerua
In foribus laxos suspendat Aranea cassés.

Maiora etiam animalia inuadit, vt refert c Aristoteles, iiretirq; suis filis, nam & lacertos paruos aggressus circundatos & filis obducit donec cohibeat, mox adhærens morsum defigit. Quicquid ceperit, foris fugendo euaporare cimos est, si eidem credimus, diuq; sine cibo viuere potest. d Alibi deniq; Araneos nihil conficere e author est, neque recondere, sed cibum solum venaru sibi acquirere.

c Li. 5. c. 39.

d Li. 8. ca. 4.

e Li. 9. c. 40.

ÆTAS. SENSVS.

CArdanus a Araneos scribit parum viuere, vti etiam Scorpiones, & b Georgius Agricola nigros qui habitant in terræ imis ante hyemem interire. Tactu plurimum vigent: residentes enim in medio suæ telæ subinde sentiunt Muscam in aliquam etsi remotissimam illius partem impegisse. Cum verb sensus externi sint quinq,, ita quoq, quinque sunt animalia, quæ nos ijs superant sicut ex communibus hisce versibus quoque liquet.

a Lib. 7. de variet. c. 28

b Lib. de Animal. subterran.

Nos Aper auditu praecellit, Aranea tactu,
Vultur odoratu, Lynx visu, simia gustu.

NOCVMENTA. DAMNA.

THeophrastus Araneum nominat inimicum oleis, & vitibus quoq; communem hostem facit. Quantopere vero domos nostras operibus suis conspurcent, præterquam quod nulli non notum sit, nos supra quoq; nonnihil ex a Plauto ostendimus, apud quem hoc quoq; lego:

a In Asinar.

Iussin scelestè hac tantum hoc stercus hinc auferri,
Iussin columnis deijci operas Araneorum?

Sic apud b Iuuenalem legimus.

b Satyr. 14.

Vere pauimentum, nitidas ostende columnas
Arida cum tota descendat Aranea tela.

Aliud est, idq; pessimum precipue homini Araneorum Phalangiorumue damnum, mirum venenum eorum, quod tantæ quandoque est malitiæ, vt pestiferis suis morsibus alia ad loca confugere integram gentem compulerint, quemadmodum apud c Diodorum Siculum aliosque legere est. Pestiferum autem cum sit venenum, ingentia, malaq; symptomata generat. d Ferdinandus Pon-

c Lib. 4. c. 3.

d Li. 3. c. 14.

zettus

zettus Cardinalis, qui de venenis monumentum reliquit poſteris, reddens rationem cur in demorſo ab Aranea domeſtica penis erigetur, exiſtimat venenum Aranei, licet facile penetret, terreum eſſe tamen, ideoque flatulentos mouere humores, qui depulſi ad inferiores corporis partes, penem diſtendunt. *e* Plinius quoq; Phalangiorum morſu genitale excitari ſcripſit. Phalangia autem non ſolum ictu pernitioſa ſunt, ſed etiam in cibo aut potioue ſumpta: inæqualiter vniuerſum corpus, calore, frigore, horrore, prurigine afficiunt, inflammant, tumefaciunt, torquent, ſed cerebrum maxime tentant, vnde ſequitur neruorum diſtentio, tremor, vrinæ reddendæ aſſidua libido, ex quibus ſymptomatibus deprehenduntur, præterquam quod vomitu eiecta ſub aſpectum cadant. Demorſis à Phalangijs, inquit *f* Dioſcorides, locus quidem ipſe quaſi ab impacto aculeo rubet, non intumeſcens, nec per ambitum calidus eſt, ſed mediocriter humeſcit. Vbi vero contrariorum occurſu refrixit, conſequitur corpore toto tremor, diſtentiones poplitum & inguinum, conuulſionibus non diſſimiles. In lumbis collectio exoritur, & perpetua vrinæ libido laceſſit, multaq; reddendis excrementis colluctatio. Vniuerſa cute frigidus ſudor emanat, collachrymant oculi offuſis nebulis caligant. Multo plura ſigna commorſorum à Phalangijs recenſet *g* Paulus, itemq; *h* Aetius. Et Paulus quidem omnia habet, quæ etiam Dioſcorides, ſed quæ plura habet, elapſa ex Dioſcoride ſuſpicandum eſt. Vnum tamen ſignum in Dioſcoride corrupte legitur, quod Paulus non habet, nimirum ἀδὶ πλὴ ὀσφὺ σύλληψις: quid igitur ſit σύλληψις, ego non intelligo, neque quid alij legerint, conijcere poſſum, σύννυγμα tamen legendum eſſe puto, vt compunctio circa lumbos accipiatur: & hæc vox interim tolerari poteſt, donec recta lectio ſe nobis offerat. Porro quod Dioſcorides habet aſſidua ad mictionem irritatio, & ſubijcit, difficultas multa circa excrementi egeſtionem, ambiguum eſt an ad excrementi, id eſt, ἀδιπώματος, alui egeſtionem referendum ſit, aut ad vrinæ difficilem excretionem, cum de aſſidua ad mictionem irritatione antea dixerit. Paulus certe poſt aſſiduam vrinarum irritationem ad excretionem, mox ſubijcit, quibuſdam vrinæ difficultas. De alui vero excremento nihil dicit, vt etiam excrementi vox, vrinæ ſignificatione Dioſcoridi dicta videri poſſit. Sed iam proſequamur, quæ de Phalangiorum ictibus prodidit Aetius, qui loco ſuperius citato ſic habet. Quæ percuſſos à Phalangijs concomitantur, communia ſunt iuxta magnitudinem & paruitatem diſcreta. Morſus vero tenuis eſt, vt vix conſpici poſſit: tumor autem liuidus, quibuſdam etiam rubicundus: frigiditas adeſt circa genua lumbos & ſcapulas, nonnunquam vero totum corpus aggrauatur: amplius & dolor aſſiduus adeſt, tremor, pallor, vigiliæ. Quibuſdam vero pudendi tentigo, & circa caput prurituſ aliquando etiam circa ſuras: oculi humecti, & lachrymantes ac caui, & venter inæqualiter eleuatur. Intumeſcit autē vniuerſum corpus, faciesque ac maxime circa linguam partes, adeo vt impedito ſermone balburiant demorſi. Quibuſdam vero vrinæ emittendæ difficultas adeſt, cum putendi tentigine & dolore. Si vero mixerint, aquoſæ ipſorum ſunt vrinæ, quædam Aranearum telis ſimilia in ſe habentes, & vomitus quoque ſimilis. Aliquando vero & per vomitum, & per ventrem talia excernuntur. Cæterum in calidam aquam demiſſi, dolore leuati ſibi videntur: poſt vero è balneo egredientibus intentum dolet pudendum. Senioribus vero pudendum plurimum laxatur, ac minime intenditur. Atque hæc quidem communiter ad omnium ictus ſequuntur. Si vero Cranocolaptes aliquem percuſſerit, caput magis dolet, & vertigines conſequuntur, frigus continens, delirium, corporis iactatio & ventriculi compunctiones. Hæc de ſignis ſcripſit demorſorum à Phalangijs Aetius. Arabes quoq; credūt in vrina, vomitu ac alui deiectione apparere quędam Araneis ſimilia. Idē de vomitu Conſtantinus Africanus tradit. Nonnulli id fabuloſum exiſtimant & neutiquam credendum. *i* Ælianus Phalangiū vel ſolo contactu, & ſine magno dolore ſcribit interimere. In Zacyntho eodem *k* authore Phalangiorum morſu percuſſis, bene periti harum rerum homines dicunt non eamodo accidere, quæ alibi ictis vſu euenire ſolent, ſed eadem ipſa etiā omnia acerbiora fieri. Primū enim, vt quis morſus ſit, totum eius corpus obtorpeſcere, & debilitatum tremore affici & frigidiſſimum eſſe, & vomitum cum conuulſione ſubſequi, & membrum genitale ijs intendi. Dolent & auribus vehementer, & ex vtriuſque pedis vola. His autem partibus, quas dixi, ſe dolere oſtendunt, admotis ad eas manibus. Iam porro, quod audientibus terrorē inijcit, & videntibus admirationem mouet, exponam. Cum ab eorū morſu quidam integri atq; intacti balneas, quarū lauatione Phalangio vulnerati fuiſſent vſi, ſubijſſent, aut pedes abluiſſent (vt fit vel fortuito vel ex inſidijs) omnibus doloribus, quibus torquentur, morſu preſſi, exarſerunt. In Creta etiam Phalangij ſumma vis eſt, adeo vt ictum hominem, ſi *l* Solino credimus, veneno ſuo interficiat. Cæterum accidentia, quæ morſum Phalangiorum concomitari diximus, facilius explicari poſſunt, ſi primum cognouerimus naturam huius veneni non peculiari tantum vi aduerſari nobis, ſed qualitate etiam frigida & ſicca, ſicut tota medicorū Arabum ſchola ſcripſit. Rurſus cū diuerſa ſymptomata diuerſa Phalangiorum genera inferant, priuatim de cuiuſq; veneno etiam aliquid dicere lubuit. Si itaq; Rhagiou læſit, plaga vix viſu deprehenditur: nam & ictus non ita magnus eſſe poteſt, quod Phalangia omnia exilia ſint. Oculi & genæ rubeſcunt, quod ſignum eſt malignitatis veneni coniunctę cum qualitatibus frigidis & ſiccis, quēmodum dixi, ob quas horror vniuerſum corpus inuadit, cum frigore & conuulſione ſingularum ipſius partium, quod contingit non tantum quia nerui frigiditatem veneni iam ſentiunt, ſed malitiam etiam, quo fit vt partes generationi deſtinatæ læſæ & debilitatæ, ſemen effluere ſinant. Ob hanc ipſam frigiditatem qui ab Aſterio læſi ſunt, ſtatim fremuit & caput ſomno aggrauatum habent, & omnium neruorum, & ligamentorum relaxationem patiuntur & debilitatem. Cæruleum etiam vtpote omnium pernitioſiſſimum horrenda ſymptomata comites habet. Dolorem enim cordis inducit (quod commune eſt omnibus venenis, quæ qualitate occulta ſunt exitioſa) & præter grauem ſoporem, vomitus Araneorum textis ſimilis erumpit, idq; fit ob venenum, quod humores corporis iam in ſuam naturam conuertit. Dyſderi autē præter accidentia ſupra poſita ingentem in vulnere rumorem excitat, quia partem læſam grauis dolor moleſtat, qui ſanguinē eo attrahendo eam in tumorem attollit. Myrmecion porro eadem prorſus habet accidentia. Sed quod Scaiabæos refert, linguæ impedimentum affert, ita vt exacte ſermonem non explicet. Venenum enim non linguæ tantum, ſed pulmonibus etiam & gutturi, quæ ſunt vocis & pronunciationis inſtrumenta, iam communicatum eſt: de Cranocolaptæ veneno ex Aerio dixmus; eius autem cum poſterioribus ſympromata eadem fere eſſe ſolent: nam quemadmodum idem refert Aetius, non differunt Phalangia niſi ſecundum maius & minus. Iam vero à Tarantula, (quæ & ipſa Phalangij ſpecies eſt, vnde Phalangium Italicum Scaliger doctiſſimus appellauit,) icti varie & diuerſe torquentur: ſiquidem alij perpetuo canunt, alij rident, alij plorant, alij clamitant, alij dormiunt, alij vigilijs afficiuntur, pleriq; vomitionibus laborant, nonnulli ſaltant, ſunt qui ſudant, alij tremebundi fiunt, quidam pauoribus infeſtantur, & alij alia patiuntur incommoda, fiuntq; phrenticis, lymphaticis & maniacis ſimiles. Quæ quidem ſymptomata ta varia, ac diuerſa nō aliunde prouenire dicendum eſt, quam ex vario horum animaliū veneno, aut ex demorſorum hominum temperamentis. Nam atra bile tentatis pro eorum temperaturis omnia hæc accidiſſe conſpeximus: tametſi non deſint, qui putent Tarantulæ venenum dictim vel horatim immutari, fieriq; ob hoc, vt tam varijs ſymptomatibus vexentur, qui ab ea iaciuntur. Tarantulam à Taranto oppido dictam Apuliæ diximus, quod eo loci plurima degat. Matthiolus haberi etiam Tarantulas teſtatur in maritimis Senenſibus Tyrrheno littori adiacentibus, & Romano agro frequentes, veruntamen non perinde ac in Apulia numeroſas. Degunt inter ſegetes in quibuſdam terræ cauernulis, è quibus interdum exeuntes, ſæpe eos meſſores iciunt, qui huius inſidiæ ignari crura ocreis non munierunt. Idem Matthiolus ictos ſe vidiſſe ait nonnunquam in plateis iacentes, & in xenodochijs, qui prædictis affectibus torquebantur: de cura eius, Phalangiorum & Araneorum poſt dicam. Cæterum quanquam tanta venenoſitate famoſa ſint hęc animantia: ſunt tamen Indiæ populi Cumanæ inſulæ incolæ, qui ex Araneorum eſu nullam percipiunt noxam, & Albertus Magnus tradit in Colonia Agrippina puellam te vidiſſe, quæ in trimatu parietib. arreperet Araneas venatura, quas voratet, eoq; ſibi genere oblectata, inſigniter aleretur. Simias etiam vidit *m* Scaliger nulli Aneo parcere. Sunt & auiculæ quæ Araneorum vſu pulchre purgantur, quos ſane nemo ſanus homini offerat vel alimenti vel etiam purgationis cauſa. Anno 878. in Gallijs multi fame, morſibus Aranearum, luporumque rabie interierunt.

e Lib. 24. cap. 9.
f L. 7. c. 5.
g L. 5. c. 6.
h Lib. 13. 18.
i L. 9. c. 11
k Lib. 17. cap. 11.
l Cap. 16. Polyhiſt.
m Lib. 4. plant. cap.

Mala à cæruleo.
Dyſdeti.
Myrmeciō
Tarantulę ictus mala

CVRA DEMORSORVM AB *araneis: phalangiis & tarantula*

ALbucaſis cutationem omnium Phalangiorum licet diuerſa ſint, eandem eſſe atteſtatur, & Aetius omnes à Phalangijs percuſſos iuuari ait aſſiduis balneis: ictum etiam locum ex trifolij bituminoſi decocto, cum oleo proluitur, totum vero corpus ex cerato liquidiſſimo pinguefieri. Iuuat item fomento ſpongiarum in calido aceto tinctarum, & plagæ continuo adhibitarum: cataplaſmata etiam conuenire: bulbos, ſanguinariam, porrum, furfures aceto incoctos, hordeaceam farinam incoctis cum ea in vino, aut melle lauri folijs, ruta, groſſos, caprinum ſtercus cū vino amaracum cum aceto, ſylueſtrem rutam cum aceto, & cyperum. *a* Dioſcorides vero Phalangiorum, inquit, ictibus ficulneum cinerem adiecto ſole trito & vino impouere oportet, aut radicem ſylueſtris puuicę, quam teuuiſſime tritam, aut ariſtolochiam cū hordei farina & acero ſubactam. Vlcera aqua maris proluenda aut apiaſtri decocto, foliaque eiuſdem illinenda. Lauacris perpetim vtendum & propinandum abrotoni ſemen, aniſum, Ariſtolochiam, cicer ſylueſtre, cuminum Aethiopicum, cedridas tritas, platani corticem, & trifoliæ herbæ ſemen, priuatim autem ſingulorum ex ijs binas drachmas dare cum viui hemina conuenit. Item myricæ fructus & chamæpiteos, & viridium cupreſſi pilularum decoctum admiſto vino. Sunt qui fluuiatilis cancri expreſſi ſuccum cum lacte aſſumpto apij ſemine, confeſtim moleſtijs liberare prodant. Totam quoque Phalangiorum morſus curationem ad verbum hinc tranſcriptam, etiam Paulus habet: & eſt Dioſcoridis lectio paulo integrior, quam Pauli, in quo leues quædam mendæ habentur. Vnum ſaltem chamæpiteos ſemen vſum, & per ſe & cum ruta ac pipere ex vino præſcribit bibenda. Cæterū Dioſcorides varijs in locis plura alia medicamenta intus in corpus ſumenda aduerſus Phalangiorum morſus commemorauit præter ea, quæ hoc capite ſpeciatim retulit. Ea autem ſunt ſi ſummatim colligantur, myrti baccarum ſuccus ex vino potus, ſuccus itē foliorū mori cyathi mēſura, lixiuiū è fici vel caprifici cinere paratū, aſparagi radicū decoctū, agreſtis lactuca, coris ſemē, hederę ſuccus

a Lib. 8. cap. 3.

ex aceto

ex aceto potus, ruta ex vino hausta, hieracium, dauci semen, melanthium drachmę pondere ex aqua potum, aparine, melyssophyllum, hyacinthi radix, & sedum minus. Quæ vero ad idem exterius illinenda commendauit, hæc sunt, mullus piscis dissectus, maluæ decoctum, aqua marina, & marinorum iuncorum tenella folia. Eadem pene omnia ac prætetea alia remedia aduersus hæc eadem Phalangia legere est apud Plinium varijs quoque in locis, nimirum semen tamaricis drachmæ pondere, mora rubi bibiti cũ melle, origanum ex vino albo tritum, & in potione sumptum, eliosclino vis priuata contra Araneos, baccæ lauri cum vino sumptæ, vitex illita, ruta satiua & syluestris, crocum ex posca, iris ex eadem, polemoniæ radix, verbenaca cum vino aut posca, aizoum, folia auagyri in vino drachmæ pondere, phalangij folium vel flos, radix Smyrnij, castoreum ex mulso, ita vt vomitatione reddatur, aut vt retineatur cum ruta, mullus piscis illitus, sumptusq; in cibo; bulborum satiuorum semen potum in vino; vini fęx sicca vel madida illita; cupressi radix cum folijs trita potaque, hederæ radicis succus in aceto potus. melyssophyllum præsentissimum est contra ictus Apũ, Vesparum, & Araneorum, & Scorpionum, de eadem herba Macer cecinit:

Auxilium præsens Apum fert ictibus illa
Ictus detrita tegitur si protinus herba
Hocq; modo quos Vespa nocet, vel Aranea, curat.

Lullius ttadit, si quis casu ederit Araneam, & statim vinum melissæ superbiberit veneno lædi non posse. *b* Plinius vero Secundus aduersus omnia Phalangia vinum merum bibi iubet, acetum calidũ in spongia quam amplissima imponi, ita vt tres sextarios habeat aceti, sextantem sulphuris. Radicis hederæ succum bibi, item succum mororum rubi, Gallinacei cerebrum cum piperis exiguo imponi, denique addi in poscæ potione fimi pecudum cineres ex aceto. *c* Cornelius Celsus ad Scorpionis & Aranei ictum allium cum ruta recte misceri voluit, exque oleo contritum superimponi. Et eodem libro si Phalangium, inquit, nocuit, præter eam curationẽ, quæ manu redditur, sæpe homo demittendus in solium est, dandusque ei myrrhæ, & vinæ taminiæ par modus ex passi hemina, vel radiculæ semen, aut lolij radix ex vino, & super vulnus furfures ex aceto coctæ, imperandumque, vt is conquiescat. *d* Apuleius antiquus etiam medicus ad morsum Araneorum, quos eo teste Græci Phalangios vocant, herbæ verbenacæ ramulos ex vino decoctos & contritos, deinde quod acetauerit, plagæ, inquit, impones, & aperiet: postea crudam cum melle contritam in vlcus audaciter insertam mature ad sanitatem perducere, certus auctor affirmat Sic ille. Oribasius ad Phalangij morsum laudat cataplasma ex pultibus hordei, & ius in quo coxerit lupinus ad locum ponit, donec eschara leuetur: cum se eleuauerit, medicamen superponit, uimirum adipem anserinum, & coagulum caprinum, rutam agrestem & oleum, terendo commiscet in ampulla vitrea ad solem vel ad focum calfacit & vugit; item vetonicæ drachmas tres tetit cum vini heminæ tertia: item aristologiæ longæ drachmam vnam in vini hemina sæpe bibendam dat. Cum nuper muliercula incauta deuorasset Araneam, & circa os ventriculi affligeretur, resina abietis sumpta, mox dolore, & malo omni liberatam seretulit, vti refert *e* Ioan: Moibanus. Hierobotane vires habet acres, facit teste Dioscoride ad serpentis morsum, & Aranearum vulnus recens superposita curat. Ttagoriganum maiorem, quam origanum, virtutem & efficaciam habet in ratione medicinæ. Hoc ex vino albo tritum, & in potione sumptum, Scorpionum & Aranearum venenis resistit & serpentes fugat. Centaurea quoque Araneæ morsibus prodesse legitur in libro qui Galeno ascribitur, de vitibus centaureæ. Formicæ quinq; potæ contra omnium Phalangiorum morsus auxiliantur. Tumorem ex Araneorum ictu prouenientem sedat emplastrum de muscis factum, ac dolenti loco applicatum. Laudatur & adeps humanus loco affecto illitus. Testudinum sanguis teste *f* Plinio contra serpentium omnium, & Araneorum, & similium, & ranarum venena auxiliatur. Coagulum quoque agni in vino bibitum, Aranearum morsum sanat. Idem facit cinis vngulæ arietinæ cum melle impositus loco puncto, vel commorso. Stercus capræ dissolutum, & superpositum perfecte sanare voluit Kitanides: proprie vero contra morsum Aranearum cerebrum Gallinæ potum teste Rasi prodest. Idem facit cerebrum capi cum pipere in vino dulci sumptum: cerebrum item arietis cũ melle. Bufonius lapis (crapaudina dictus) suo contactu, & blando attritu inflationes à venenatis bestijs illatas discutit, ac virus omne elicit: vnde si Sorex, Aranea, Vespa, Scarabæi, Glires, aut aliud animal venenosum parti alicui damnum intulerit, admoto lapide eo dolor mitescit ac tumor omnis subsidit. Possunt modo ex huiusmodi simplicibus composita parari medicamenta, quale est in primis theriaca diatessaron isthæc Auicennæ. Accipe gentianæ Romanæ, baccarũ lauri, aristolochiæ longæ, myrrhæ, singulorum per pondus, terantur & conficiantur cũ melle, dosis est drachma vna: confert puncturæ Scorpionum, Aranearumque & morbis frigidis. Theriaca alia Rasis ad morsus Rutelæ. Accipe nigellæ drachmas decem, cumini, dauci, singulorum drachmas quinque, seminis harmel, id est, rutæ pratensis, gallarum, cupressi, singulorum drachmas tres, spicæ Indicæ, baccarum lauri, aristolochiæ rotundæ carpobalsami, cinnamomi, gentianæ, seminis andacochæ, id est, trifolij, seminis apij singulorum drachmas duas, conficiantur cum melle, sumitur ad nucis magnitudinem ex vino. Alia, Recipe fæcis vini drachmas sex, sulfuris cittini drachmas octo, seminis rutæ drachmas tres, castorei, seminis erucæ singulorũ drachmas duas, informentur cum sanguine testudinis marinæ: dosis est duarum drachmarum cum vncijs quinque vini. Antidotum quæ

b L. 3. de re. med. cap 56

c Lib. 5. de remed.

d L. de virtutib. herb.

e L. 2. Parab. ca. 151.

f lib. 31. c. 4.

A dolorem sedat ijs, qui à Phalangij, Scorpionibus cæterisque reptilibus percussi sunt, recitaui ex Galeno in Scorpio. Nec desunt alia composita medicamenta ab alijs authoribus tradita, quæ si quis videre & habere cupit, Galenum consulat libro secundo de antidotis, vbi valentissima describuntur antidota ad Phalangiorum ictus, è pluribus veterum classicorum medicorum monumentis excerpta. In summa tamen legitima Andromachi theriaca, & Mithridatium contra Phalangiorum morsus præstantissima censentur. Sed hoc minime prætereundum, remedium esse aliam Araneam, aut Phalangium percusso ostendere, vel contritam vulneri imponere: quemadmodum de Scorpioue etiam diximus. *g* Ælianus scribit Psyllos serpentium, & Phalangiorum hostes haberi. Si Buprestim aut Phalangium esitarit equus (vt de veterinis etiam aliquid dicamus; quæ sæpius ab hisce Insectis nocentur) cum fœno venter incenditur, cibi fastidium vrget, ac totus hoc pabulo distenditur, item crebrius alui excrementa feruntur, paulatimq; spiritum elidit. Cui sic succurritur, illigatum caput reflectitur, venæ quæ supra nares tendunt, rescinduntur, quo sanguis extra per os profluat, brassica cocta cum garo & oleo datur votanda. Si serpens aut Araneus mus, inquit Pelagonius, morsum intulit, aut Phalangium ictu sæuijt, terra è Formicarum latibulis petita prodest, si cũ vino infundatur, eaq; vulnera defricentur. Si in itinere contingat, equum virulentum vulnus accipere vbi accommodata remedia non licet offendere, pipetis albi grana triginta cũ vini veteris sextario per cotuiculam faucibus inseres, vel thymum herbam trita ex vino præbebis. Fertur contra ictus omne genus animalium, quæ noxium vius eiaculantur, auxilio esse radix hastulæ regiæ cum vino vetere trita, & indita vulneri: idem præstant dissecti Hirundinum pulli, & plagæ admoti. Hirundinis nidum cum vino vetere tritum locis, quæ dentium iniuriam senserunt, imponi prodest. Morsibus Phalangiorum, aut muris Aranei tusa malua tritaq; imponitur. Absyrtus & Hierocles etiam scribunt pecus si Phalangiorum progeniem improuide deuorarit, in discrimen adferri, sæpeq; sibi vorax mortem hoc esu conscisceré. Remedio veto esse vinum iusum cum pipere, vel thymum, aut cerui coagulum ex eodem. Si Phalangium nocuit, his notis aiunt deprehendi: Intabescit corpus, papulæ quædam prosiliunt futunculis non dissimiles: vrina fertur Araneas quasdam ostendens cibum fastidit, aut exiguũ admodum capit. Præsens v. volunt esse remedium læsum locum, qua punctionis sensus tepræsentatur, inurere. Idem Hierocles, cũ Phalangium morsus impressit, piperis, herbæ pediculatis, singulorum vnciam, pyrethri sescunciam leuissime teri iuber, & faucibus inseri. Idem si iumentum Phalangium deuorarit, aut morsu vulnus intulit, genitalia, inquit, tument, vrinaque araneosum quiddam videtur referre; quinetiam totum sudore digeritur. Curandi ratio hæc est: si vulnus fecit, id circuncidendum, quo virus ex eo destillet; dein adurendum. Sin deuorarit, ijs remedijs pugnandum, quę etiam valebunt si Phalaugium mordicus inuasit. Aristolochia cum vino trita infunditur, itidem syluestris apij semen: si non extet, in eius locum satiui semen substituatur. Baccæ lauri tritæ in duabus heminis vini affuso rosaceo per os demittuntur. Calido diuersetur equili, deinde in balneum descendat, & calida perfundatur aqua. Cremor ptisanæ pro cibo cedat, aut teneræ lauri frondes pabulo sint. Fœnum optimum ministretur, calida detur potanda, quo addolor seremiserit; qui postquam conquieuit, tum ambulationibus committatur: vulnus, vti dictum est, adutendũ, medicamen infundendum, donec ad sanitatem peruenerit. Atque hæc de Araneorũ Phalangiotumve ictus cura. Esse præterea ex eorum genere diximus, quæ in Apulia, & Hetruria Tatantulæ vocãtur, de quibus, cum & symptomata, quæ suo morsu inferunt, retulerimus, vt curentur quædam dicenda restant. Earum historiam nobis descripsit Alexander *h* ab Alexandro his verbis: Theophrastus philosophus præstabili vir sapientia, academiæ post Aristotelem successor, in rebus Physicis, & mathematicis magna doctrina, & æstimatioue fuit. Eum literis mandasse accepimus, quibusdam viperarum morsibus cantus fidicinum, aut tibiarum, atq; alia organa artis musicæ modulate adhibita, aptissime mederi; quod & Asclepiades medicus literis prodidit, qui phreneticos mente imminuta, & valetudine animi affectos nulla re magis, quã symphonia, & vocum concentu, ac modulis resipiscere, & sanitati restitui censuit. Fertur quoque Ismenias Thebanus plures Bœotiorũ ischiadicos, & coxendicum dolore labotantes intentione tibiæ bonæ valetudini restituisse. Tanta hominis naturę cum harmonia consensio est, quod cũ credi vix posset nuper id nobis cum casu ad id incideremus, pro explorato, & comperto fuit: siquidem à Tarantula, id est, Phalangio percussos, quos vulgo Tarãtatos dicũt, haud aliter ex ancipiti morbo conualescere vidimus, quam si tibicen vel citharista iuxta eos, diuersos modulos incinat, vt pro veneni qualitate, ita harmonia & audiendi illecebra capti, venenum illud ex intimo corpore dilapsum effundant, aut sensim per venas diffusum dilabatur. Tarantula enim Aranei genus est, dirum animal tactu pestilens, eam si casu spectes, futilem & sine noxa putabis, & saue aliquo anni tẽpore minime pernitiosa, aut exitialis, vix aliquid neruorum, aut vitium ad nocendum habet. Cum v. æstu anni flagrantissimo, assiduo sole Apulię campos, vbi peculiare hoc malum existit, torreti cœptum est, tum maxime seu afflatu noxio, seu æstu accensa, morsu virulento pestiferam perniciem affert eui tanta malo vis est vt quemcũq; morsu petcusserit, nisi celeri remedio succurratur, aut stupor exitialis primo, deinde certa nex subsequatur necesse est; aut si qui forte vitæ damnum euaserit, veluti abalienati mente & semiuiui, continuo stupore & hebeti sensu oculorum auriumque affecti, vitam miserabilem ægerrime ducant,

g L. 1. c. 57.

Equi morsi cura.

h L. 2. diet. genial. c. 17.

Tarantulæ morsus mira cura.

cant. Huic peſti & tam præſenti malo quantum prouideti huma-
na diligentia valuit, vnum hoc ſalubri remedio eſſe compertum
eſt, ſi protinus tibicen aut citharista varios concinat modos: tunc
enim morbo eiuſmodi percuſſus, qui moribundus, & ſermonis,
& oculorum ſenſus amiſerat, quique nec ingredi, nec fari, neque
aliquo ſenſu frui valuerat, mox vbi tibiam, aut citharam admo-
tam propius audit, illo miti ſono & concentu captus, & demul-
ſus, velut è graui ſomno excitus oculos attollit parumper, mox ſe
in pedes erigit, ac ſeſe recipiens, paulatim pro modulo & pulſu
ſonorum, ſeruata pſallẽdi lege ingreditur. tunc enim inaugeſcen-
te ſono & quaſi permulſis animis, & confirmatis, exultabundus
maximo niſu atque impetu in ſaltus geſtuſque, nec indecoros, ne-
que à pulſu citharæ diſſonos erumpit: ita vt etiam rudes, & igna-
ui, pſallendi modos docti in luto videantur. Memoria repeto, dum
per loca illa diutino ſitu ſqualida, & ardore ſolis feruentia, cum
aliquot comitibus iter intenderem, vndiq; oppida & vicos, alia
tympanis, nonnulla fiſtulis, pleraq; tibicinæ circunſonantia au-
diſſe: cuius rei cauſam quærentibus nobis relatum eſt, Tarantu-
læ morbo affectos vndiq; per oppida curari. Cumque eius rei gra-
tia in pagum quendam diuerteremus, inuenimus adoleſcentem
morbo eiuſmodi affectũ qui velut repentino furore ictus, & men-
te abalienatus corporis motu non indecoro, & manuum pedum-
que geſtibus ad tympanum pſallebat non inconuenienter, neque
vehementius modos acciperet, quaſi illo pulſu demulceri animus
& leniri dolor videretur, ſenſim & placide autem tympano admo-
uere, mox caput, manus & pedes crebro motu concutere, & de-
mum in ſaltum ſe attollere videbamus. Quæ res cum ludo, & ri-
ſu digna viſa foret, interim is qui tympanum pulſabat, ſonitu pa-
rumper intermiſſo, pauſam fecit. Atq; illum morbo affectum vb-
i præcentio illa quieuit, veluti attonitum ſtupentiq; ſimilem
repente animo linqui & omni ſenſu deſtitui cernimus. Rurſus re-
ſumpto tympano, vbi primum modulos audiuit, priſtinas illum
vires reſumere, & acrius in choreas inſurgere ſpectabamus Cre-
ditum eſt, quod à vero non abhorret, vim illam veneni virulen-
to morſui & ſanie conceptam, harmonia & vocum concentu per
totum corpus diffundi, atque inde fato neſcio quo dilabi, & exi-
naniri Ideo illos qui morbo huiuſmodi laborarunt, ſi quid reli-
quiatum reſiduum fuit, quod penitus curatum non ſit, ſi quando
ſono extrinſecus, vel concentu illorum aures affici contigerit,
veluti mente conſternatos, toto corpore & animo concuti ac
manibus pedibuſq; geſtire compertum eſt, donec vis illa tabifi-
ca penitus extincta fuerit Hæc itaque Alexander ab Alexandro.
And. Matthiolus quoque oculatus teſtis ſcribit auditis lyricis in-
ſtrumentis, vel tibiarum ſono, primo ſtatim occurſu ictos à Ta-
rantula à languoribus ceſſare, & in medium tripudiare & ſaltare
incipere, tamque diu rem proſequi, ac ſi ſani eſſent, & nullo vn-
quam tenerentur dolore: præterea quod ſi euenisat, vt tibicines
tantillum conquieſcant, ac interponant, non multo poſt tempo-
re in tertam concidere, & ad priſtinos redire languores; niſi tam
diu indeficiente ſonitu ſaliant atque tripudient, donec veneni vi-
rus partim inſenſibiliter per cutis meatus, partim per ſudorem ex-
eat & diſcutiatur. Ob id igitur tibicines teſtatur ſtipendio condu-
ci, alternatimque mutari, vt abſque vlla ſonitus intermiſſione,
tamdiu tripudient demorſi, quouſque penitus curati quieſcant:
cum tamen, dum hæc aguntur, ſint, qui antidotis eos corroboro-
rent, nimirum theriaca, mithridatio, & alijs, quæ venenoſorum
morſibus aduerſantur. Cardanus *i* rationem inueſtigaturus cur
tam peſtilens morſus ſaltatione ſanetur, nihil mirabilius, inquit,
eo Araneï generis, quod vocant Tarantulam qui demorſos mor-
te per lethargum occupat. Remedium palam eſt ex muſica, ſeu
quod illa dormire prohibeantur, vt tubarum ſtrepitu, ſeu quod
optimum eſt, ad ſaltandum incitentur: nam ſaltando vehemenus di-
ſcutitur, & cum eo ſimul venenum, quod natura frigidiſſimum
eſt. Nam & apud Platonem in Phædone inducitur quies Socra-
ti à carnifice imperata, vt cicuta illum occidere valeat. Non igi-
tur muſica, ſed labore venenum diſcutitur: at ad laborem incitan-
tur vario muſicæ genere, velut & pueri, & amentes Sic Cardanus,
aduerſus quem ſic Scaliger: *k* Phalangij ſpeciem eſſe Italiæ pecu-
liarem tibi ſcribendum fuerat. Quod veritate ſua prætexet ſubti-
litatem. Plinius enim Phalangium Italiæ ignotum eſſe dicit Ea
in oriente tractu meridionalis pene toto inuenitur, ſed innoxia. In ter-
ra Apulia, cum frequens, tum venefica. Quare à Tarento vrbe,
Tarantula nominata eſt. In ſulcorum ſqualore latitans imprudentes, vel meſſores, vel venatores pungit. Eam ob cauſam interfuit indigenarum, munimenta pedum excogitare. Itaque octeo-
lis calceati metunt. Cæterum quem lethargum afferat eorũ mor-
ſus, non intelligo Nam qui lethargum patiuntur, inertes, langui-
di, ſoluti, denique νωθροὶ ſunt. Eorum modus vnus omnium. At
qui læſi ſunt à Tarantula, non vnum eſſe eorum modum ex Apu-
lorum opinione palam eſt. Arbitrantur enim quot in hebdoma-
de ſunt dies, tot eſſe noxarum ſpecies à beſtiola illatarum. Præ-
terea non omnes obliuione, vel putri ſomno premi, noſtrati quo-
que proverbio manifeſtum eſt. Quippe alacriorem quempiam
animoue inſolentiore ac diſſolutiore cum videmus, eum Taran-
tulæ morſu appetitum dicere conſueuimus. Aliqui ſopore occu-
pantur, ſed non pauciores perpetuis vigilijs diſtrahuntur. Alij
flent: alij riſu diffunduntur. Quidam currunt, nonnulli inertes ſe-
dent Sunt qui ſudent, qui vomant, qui inſaniant. Quare non de-
fuere philoſophi, qui putarent, Tarantulatum tot eſſe ſpecies,
quot hæc agnoſcerentur accidentia Mihi aliter videtur. Quem-
admodum ebrietas non vnius eſt modi, ſed ſua cuique pro natu-
ra, & inſtituto, fleant, rideant, ſilent, blaterant, dormiant, diſcur-

i Lib. 9. de ſubtilit.

k Exercit. 185.

runt, verberant: ita ex hoc morſu euenire. Recte tu muſica curã-
ti, negas. Labore namque & ſudore, tum vincitur, tum expelli-
tur venenum. Cæterum tibi illud procurandum fuit. Quamob-
rem ſomnolenti illi muſica excitantur. Viſi ſunt à nobis languidi,
ſolutique in tantum accendi calorem ex Aſcauli ſono, vt ſaltan-
do laſſarent oculos ſpectatorum. Sedatur interea dolor & vene-
no à corde reuulſo, & aliorſum diffuſo, & amota mente a ſenſu
mali. Sublata muſica non continuo, ſed pedetentim morbo redin-
tegraſcit. Repetita aboletur. Interea curantur antidotis. Quo-
rum vnum præter cætera tibi narrare conſtitui. Ariſtolochiæ ro-
tundæ, mithridati, ſingulorum vncias duas: tertæ ſigillatæ vn-
ciam ſemiſſem, Muſcas, quæ de napelli frondibus victum capi-
unt, duodeuiginti: ſucci citri quantum ſatis. Namque veladuer-
ſus hoc maleficium, vel contra quemuis alium morſum nulla
cum hoc eſt comparanda theriaca. Alia eſt ab hac diuerſa, quip-
pe lacerti facie, quam quod ſub terra lateat, à Romanis putant
Tarentulam nominari Eam non vidi. Si eſt, vt aiunt, nigra, lu-
teis maculoſa notis, Stellionem puto. Vnde Latina vox Græci
Aſcalaboten, Vaſcones Blandam, fortaſſe quaſi βλάπτων. Horre-
orum enim peſtem autumant. Græcis etiam γαλεώτης eſſe, ſcri-
pſit Plinius, & Coloton. Hucuſque Scaliger.

Antidotus ad morſum Tarantulæ.

Tarantula alia.

EPITHETA.

PAuca admodum Araneæ, ſiue Phalangis inuenio epitheta. φάλαγγες αἰλεγόμφυκα καμαρωταί, (id eſt Phalanges dictæ laborioſæ) Scholiaſtes Ariſtophanis. Araneam vero Lydiam vocauit Iuuenalis propter Arachnem puellam, quæ in hoc Inſectum à Pallade immutata eſt iuxta poetarum fabulas. Ea enim erat Lydia. Propterque eandem audax nominatur à Claudiano, quod auſa eſſet certare cum Pallade, & Virgilio inuiſa Mineruæ: Martiali vaga, forte quod vbique vagetur, Propertio putris, ſublimis Tibullo: atida propter telam atidam quam texit, Iuuenali.

DENOMINATA.

Αραχνοειδὴς, Aranei formam habens, vel telæ Araneæ ſimilis, vnde ἀραχνοειδὴς χιτὼν, oculi tunica quædam à medicis dicta propter tenuitatem, quæ tunica & ὑαλοειδὴς, & ἀμφιβληστροειδὴς vocatur teſte Ruffo Epheſio. Eſt autem tunica humoris cryſtallini, ſemicircularis tantum, ipſum dimidium ab anteriori duntaxat parte ambiens. Nulla enim parte poſteriorem cryſtallini humoris ſedem contigit, ſed ab anteriore humori ipſi cryſtallino proxima eſt tenuis, & admodum pellucida, & venulis intertexta, Araneatum telæ non diſſimilis, vnde nomen accepit. Ἀραχνώφης ab Aranea contextus. Ἀραχναῖος ad Araneam pertinens, aut ab Aranea factus: vt ἀραχναῖος μίτος in Epigrammatibus, & ἀράχναια νήματα, & ἀράχνειος pro eodem, vt teſtatur Suidas. Ἀραχνικὸς quoque idem Suidas ex Callia citat, quod quidem non exponit, eandem tamen cum præcedentibus ſignificationem habere videtur. Ἀραχνώδης Araneoſus: citatur in Lexico veteri ex Ariſtotele, *a* exponiturque Araneæ ſpeciem imitans. Latina voce vtitur Plinius: *b* Huic ſimilis eſt ſpina illa quam Græci acanthron vocant, minoribus multo foliis, aculeatis per extremitates, & araneoſa lanugine obductis Araneoſæ vrinæ dicuntur in libro de ſignificatione vrinæ ex Hippocrate, cum pinguedines ſupernæ innatantes Araneorum telis ſimiles ſunt, eæ colliquefactionis ſignum ſunt Tales vrinas in demorſis ab Araneis Phalangijsque appetere Arabes volunt. Ἀραχνίοω, & paſſiuum ἀραχνιῶμαι Araneis ſqualleo, Araneis vitior, vt annotat Budæus citans hoc ex Ariſtotele exemplum de Apibus: Ὅταν γὰρ μὴ ἔχωσιν ὁδὸν ἢ τρόπον πορεύωνται, ἀραχνιάζουσιν, εἶτ' ἀραχνιοῦται τὰ κηρία Araneari Gaza interpretatus eſt. Sed ἀραχνιόω in veteri lexico eſt Araneï ſpeciem refero. Ἀράχνιον & tela ea eſt, quam texit Aranea, & ipſamet etiam Aranea, quemadmodum in ſynonymis diximus. Eſt ἀράχνιον etiam, vt apud Latinos Araneum, vitium oliuis, & vitibus peculiare. Theophraſtus: *c* Oritur, inquit, & alius morbus oleis qui ἀράχνιον (Gaza Arachinium vertit, vt non ἀράχνιον, ſed ἀραχίνιον legiſſe videatur) appellatur. Naſcitur enim hoc & fructum abſumit. Plinius: *d* Araneum vocat, cum veluti telæ inuoluunt fructuum & abſumunt. Hinc Ambroſius Calapinus Araneum eſſe ait, quod textum eſt ab Araneis, telam ſiue rete Araneorum: neque enim in hac ſignificatione Aranea dicendum eſſe vult, quod inquit, vſque adhuc falſo hic notatum fuit. Repudiat enim hoc primum Latine loquentium vſus, deinde etiam authoritas Corn. Frontonis qui aperte ſcrit, Araneam eſſe quæ texit, Araneum quod textum eſt. Cæterum nos alitet ſentimus vt nonnullis exemplis in ſynonymis oſtendimus. Muris genus quoddam eſt, quod μυγάλιω Græci Araneum Latini appellant. Hunc è muſtelarum genere eſſe multi inquiunt, quod non probo Etenim mus Araneus, vt Aetius, inquit, colore quidem muſtelæ ſimilis eſt, magnitudine autem muri Os vero oblongum habet & exiguam caudam: dentes ei tenues, duplici ordine nati in vtraque maxilla, quo fit, vt quatuor dentium ordines habeat. Aiunt ſi orbitam tranſierit, ſtatim mori. Sipontinus velut etymum nominis explicatutus, mus Araneus, inquit, exiguum animal eſt atque leuiſſimum, Aranei modo per tenuiſſimum filum, gladiue aciem impune ambulans Ego potius Araneum à vi veneni dictum coniecetim, vt vulgo etiam Araneum piſcem, cuius venenoſæ ſunt ſpinæ, ſi pungant, Venetijs nominant: & tale quid innuere videtur Syluaticus, cum ſcribit: Mugali, id eſt, draco marinus, eſt animal venenoſum, puſillum,

Atachnoidis tunica.

a li. 5. c. 23.

b li. 21. c. 15.

Vtinæ Araneoſæ.

c li. 4. H. ſt. plant. c. 17.

d li. 17. c. 24

Mus Araneus.

muri

muri simile. Plura de hoc animali dicemus in historia quadrupedum. Orchis Ἀραχνίτης (perperam andrachnitis in excussis exemplaribus legitur) Lobelio nominatur, quod flores ferat figura Aranearum, vnde Belgæ Spinnecoppen, hoc est Araneas vocari ait. φαλάγγωσις Hesychius exponit πτηνεμωμένα ἠρεθισμένα, irritata, efferata: secundum quam significationem à nomine φαλάγγιον significante Araneum, deductum videri possit, nisi tamen φαλαγγώσις potius scribendum esset, hanc deriuationem sequendo. φαλάγγιον herbæ genus est, quæ & φαλαγγίτιον à Dioscoride dicitur; item φαλαγγίτης à Paulo Ægineta. Galenus *e* Phalangitim sic dictam scribit quod morsis à Phalangijs auxilietur: esse autem facultatis tenuium partium desiccantis, quamobrem, inquit, & tormina patientibus succurrit.

Orchis Arachnites.

e Lib. 8. de simplic.

ANTIPATHIA.

ARaneas non nisi singulares vbique agnoscimus, nulli animãtium concordes, nec inter se quidem; quin & aliquod Araneorum genus est, quod adeo vel ipsos pareutes oderit, vt etiam ipsos edat. Inter Araneum, & Stellionem Aristoteles bellum esse scribit, deuorari enim Araneos *a* à Stellione. Idem etiam reperio apud Plinium, *b* qui chamæleonum Stelliones quoddammodo naturam habere asserit, rore tantum viuentes præterquam Araneis. Quomodo Aranei lacertorum catulis insidientur, ante ex Aristotele diximus, idque sic idem Plinius *c* repetit: Lacertorum ,, catulos venantur, hos primum tela inuoluentes, & tunc demum labra vtraque morsu apprehendentes, amphiteatrali spectaculo, cum contigit. Eodem authore, librat Araneus *d* se filo in caput serpentis porrectæ sub vmbra arboris suæ: tantaque vi morsus cerebrum apprehendit, vt stridens subinde ac vertigine rotata, ne filum quidem desuper pendentis rumpere, adeo non fugere queat: nec finis ante mortem est. Phalangium ceruos, vt Ælianus *e* narrat; tanto malo afficit, quanto etiam homines, ita vt sæpe in repentinæ mortis periculum veniant. At si gustant hederam, morsus nihil adfert detrimenti: hederam vero sylueſtrem esse oportet. Sicille, cæterum Aristoteles ceruos morsos, vel à Phalangio, *f* vel à quouis generis eiusdem, cancros tradidit edere, idemque hominibus prodesse putari, sed non carere fastidio: atque hoc affirmat ,, astruitque Plnius *g* dum ait: cerui percussi à Phalangio, quod est Aranei genus, aut aliquo simili, cancros edendo sibi medentur. Dissidet item cum Ichneumone *h* si Aristoteli credimus. Venatur enim, inquit, Phalangia Ichneumo. Quod Plinius ita transtulit: Vespæ, quæ Ichneumones *i* appellantur (sunt aut minores, quam aliæ) vnum genus ex Araneis perimunt, Phalaugium appellatum, ,, & in nidos suos ferunt, deinde illinunt, & ex ijs incubando suum genus procreant. Bellonius *k* bellum hoc his verbis descripsit: Sed aliud animalculũ est, è Vesparum genere, quod Ichneumon Vespa appellatur, & bellum internecinum habet cum Phalangio: quoniam vero eorum pugnam vidimus, ipsam hoc loco commemorare libuit. Insecti genus est sanguinis expers, forma Api siue Vespæ, vel magnæ Formicæ alatæ perquam simili, Vespa tamen minus in terra etiam suum latibulum quemadmodum Phalangium faciens Superat Phalangium, quandocunque id extra suum latibulum inuenire potest: at si in latibulo id adoriatur, sæpenumero re infecta redit. Accidit, vt Ichneumon Vespa Phalangium è suo latibulo egressum corriperet, atque post se traheret, quemadmodum Formica tritici granum, idque quo volebat impelleret, tametsi non sine magna difficultate: nam Phalangium pedum vncis obuia quæque apprehendens, quantum poterat, tenitebatur Ichneumon vero suo aculeo, quod instar Apis exerit, varijs in locis ipsum pungebat. Defessus autem ista pertractione, auolauit hoc illac aberrans, ad balistæ fere iactum; deinde suũ Phalangiũ requirens, nec quo reliquerat loco inueniens, eius vestigia sequebatur, quasi illa odoraretur, non minus quam canes leporum vestigia. Deinde inuentum plus quam quinquagies aculeo pupugit, rursumque perttahens, quo voluit, produxit, isticque plane confecit. Hæc ille. Apibus quoque maxime hostiles sunt Aranei, vt ante quoque diximus, quia cum præualuere, vt inquit Plinius, frequenti textura telarum enecant alueos, Meminit & Philes, canens:

a L. 9. c. 1.
b lib. 11. c. 26
c lib. 11. c. 24
d L. 10. c. 74
e L. 1. var. hist. c. 8.
f lib. 9. hist. c. 5.
g lib. 8 c. 27
h lib. 9. hist. c. 1.
i lib. 11. c. 21
k lib 2. observat. c 22

Ichneumonis Vespæ cum Phalangio pugna.

Ὀφις δὲ καὶ σφὴξ, καὶ χαλιδὼν, καὶ φρυγῶν
Μύρμηξ τε καὶ σής, αἰγιθαλὴς, καὶ φάλαγξ
Καὶ σαῦρος ὠχρὸς καὶ φαγεῖν δεινὸς μέροψ,
Ἐμλωεῖ μελισσῶν δυσμενεῖς ὀδυσσύτῳ.
Serpensq; cum Vespaq; hirundo, rubetaq;
Formicaq;, Tinea, parus, & Phalangium,
Viridusq; stellio, & apiaster prodigus,
Infesti Apum sunt per vias examini.

AVGVRIA. PRÆSAGIA.

ARanearum veluti pensa, aut his simile quidpiam, inquit, Ant. Mizaldus, *a* per Australem aerem volitare, exspatiatique si animaduertes prætetea fuligiuem sine manifesto impellentis sensu decidere, & tenuia lanæ vellera per cœlum ferri, ad futuram tempestatem, aut hyemales dies pluuios hinc prænunciate nihil dubitabis: Et rursus Araneatum, *b* filamenta per aerem motu vago multipliciter delata, ventorum, & pluuiarum certissima præsagia veteribus dederunt. Theophrastum, & *c* Aristotelem intelligit: quorum ille: si per aerem, inquit; multæ ferantur Araneæ futuri flatus inditium datur, vel temporis hyemalis. Hic vero non eadem tantum habet, sed rationem quoque addidit his verbis: Cur flatus futuri inditium datur, cum per aerem multæ feruntur Araneæ? Vtrum quod Aranea suo fungitur opere, cum cælum serenum est: feruntur autem fila, quoniam refrigeratus aer in terram corruit: refrigeratio vero hyemis primordium est: itaque indicũ fit illa Aranearum perlatio. An quod post imbres atque Araneæ viuæ vniuersim feruntur: opus enim suum Araneus tunc exequitur cum cœlum serenum est, & occulit se impatiens frigoris, cum hyems vrget, tractusque à flatu nimium eruit filum: post imbrem autem flatus magna parte oriri solitum est. Hæc Arist. Sed & ipsi Aranei si sponte decidant, & a nemine molestati, imminentem pluuiam præsagiunt. Telarum eorum multitudo pestis signum, veluti colligere licet ex hocce Plutarchi: *e* Præterea quis medicos pestilentem æstatem prædicere ex telarum Aranearum multitudine, aut vernis ficis conicis pedem referentibus patietur, qui cõtendat parua magnorum non posse esse inditia. Si quid ruinam casumue minetur, ipsi primum Aranei cum suis decidunt relis, quod Plinius *f* tetigit, inquiens: Ruinis imminentibus, Aranei cũ telis primi cadunt. Eodem Pliniog authore; incremento omniũ futuro telas suas altius tollunt, & quia sereno cœlo non texunt, nubilo texunt multæ Araneæ imbrium signa sunt. Thebanis teste Pausania, *h* cũ post Philippi mortẽ, regnante iã Alexandro coacti essent præsidiũ intra vrbis mœnia reciperc, futura eis pernities est diuinitus significata. Nam cum legiferæ Cereris, sub Leuctricæ pugnæ tempus Araneæ albas circa templi valuas texuissent telas adorientibus iam fines Macedonibus longe diuersa protendentes; nigro omnia opere compleuerunt.

a Sect. 1. Ephem.
b Sect. 2.
c Lib. de sig. ventor. Probl. sect. 26. 63.

Pestis inditium.

e Lib. de oracul. defect.
f lib 8 c. 28
g lib. 11. c. 24
h In Bœotiacis.

PROBLEMATA.

ANtonius Ludouicus *a* medicus Olyssiponensis quærens cur Aranea in medijs cassibus excubare consueuit? An quia, inquit, cum æquales sint quæ à centro feruntur, in medio consistẽs, pedibus vincta tenens filorum, quæ neuit exordia, facile vndique persentire potest, si quę in plagas temere bestiola conuolarit. Quo argumento nonnihil philosophiam colentes principium sentiendi in corde haberi volunt, atq; illuc omnes sensus tanquam ad caput fontis, corriuari & tendere contendunt, quod eam sedem aptã esse affirmat ad nuncia, & legationes sensuum omni ex parte venientes capiendas. Hæc ille, quare animum nostrum eiusque potentiam, seu potius sedem Philaltæus *b* Araneę in medio cassidum suorum sedenti assimilat, dum ait: Aranea se in medio constituẽs circundatis relis in orbem fere vndique vim spargit, & studiose omne filum obseruat, ne externo incidente rumpatur, & vbi rupta sit, illico reficit, vt venari Muscas, & pastum queat Vt igitur Araneus in medio staminis circumtensa vndique tela quocuuq; adit, singulis prouidet, consulit: ita animus vniuersi in medio cæli singula perficit, singulisque suam vim animalem impartit, & alijs illustrius, alijs vero obscurius. idem Antonius *c* Ludouicus quærit cur Araneæ fila, & telas subtilissimas mittunt, intexuntque quibus Culices, & imbecilla irretiuntur? ait; An propter suum id quod foris habent ceu corticeum vellus, quo paulatim depexo, deductoque in staminis morem & minuiillas, & filamenta cdi contingit. Nam ita in Vermiculis illis passim euenire conspicimus, qui mori arboris folijs depastis fila serica ambitiosa ex proprijs excrementis producunt, qui & vitam pro Bombyce, propria substantia, paulatim in sericum illud vellus nimirum adsumpta, permutant: An vero quia inest illis naturæ sponte lanigera quædam fœcunditas, vt est apud poetam:

a li. 1. Probl. sect. 5. probl. 13.
b Lib. 2 de cœlo in Aristot.
c L. 1. sect. 5. probl. 12.

Cætera sunt venter, de quo tamen illa remittit
Stamen, & antiquas exercet Aranea telas.

An vero quoniam statuto quodam tempore alui intus natura corrumpitur, vnde excrementi cuiusdam modo tanquam subtegmen quoddam ad intra intelligatur, ex quo tenuissimi illi complexus fiant, quibus Apiculas, & Muscas inuolantes conuenantur;

MORALIA.

SCita admodum allegoria est, quam Spiritus sanctus in Araneę tela (opere nimirum laborioso parumq; frugifero) spectandam in multis scripturæ locis proponit. Atq; adeo si quis impiorũ sudores quos in congerendis opibus & infinita vanitate alia profundunt, recte secum contempletur; inueniet impium veluti Araneum labore luam diffluere, & in ipso suo conatu totum perire. Sic legis in Esaia, c. 59. Psal. 38. 89. Iob. 8 Aranearum tela fiducia eius. Per Araneas item Ariston Chius dialecticorum sermones intelligebat, quæ nimirum artificiose admodũ elaboratæ sunt, nulli vero inseruiunt vsui. Astrologorũ uugæ, & ambages (aiunt grauissimi, & celeberrimi doctores Basilius, & Augustinus) videntur omnino persimiles Aranearum telis, in quas si Culex, si Musca, si quid aliud inciderit, inualidis istis bestiolis simile, irretitum retinetur, nec euadere potest, sin validũ irruperit animal, facile elabitur & exiguas illas discindit telas atq; demolitur. Bestiolæ certæ Musceq; sunt hebetis exiguiq; ingenij, vel exilis, flaccidiq spiritus homines, puero illi centum annorum à scripturis memorato non iniuria comparandi, cum puerilibus istis oblectentur: hos quidem astrologicis mendacijs, ac vanitatibus irretiri conspicimus. Et Plutarchus fabularũ scriptores Araneis *a* cõparat, quoniã quæ aiunt, ex se produnt nullo fundamento nitentia; nõ tamen, inquit, ignoras ista non omnino germana esse fabularũ, & inaniũ figmentorum,

Vanitates per Araneę telam indicantur.

a L. de Isid. & Osir.

torum, qualia comminiſcuntur poetæ, & fabularum ſcriptores, Aranearum inſtar ex ſeipſis gignentes initia nullo fundamento innixa, eaque pertexentes, ſed habere diſputationes quaſdam in ſe, & certorum narrationes euentorum. Quam ſubtiliter etiam Anacharſis leges Aranearum telas, inquit, Valerius *b* Maximus, comparabat. Nam vt illis inferiora animalia reuinci, valentiora tranſmitti, ita his humiles, & pauperes conſtringi, diuites, & prepotentes non alligari: Prout modo leges omnes fere fieri, ac eſſe videmus: Sed vt aues aucupis retia perrumpere non poſſunt, ſic quoq; neq; potentes peccatores, qui vt aues Aranearum telas, leges perrumpunt, iudicium Dei teſte Paulo effugere nequeunt. Comparationem vero eam telatum Araneæ cum legib. Soloni tribuit Diogenes Laertius *c* in eius vita. Rurſus Tzetzes Taletis dictum fuit ad Solonem

b *Lib 7. de dict. & fact. ſap.*

c *Lib. 1. de vit. Philoſ.*

———ῥᾴφοιπ δὲ τὰς νόμους,
Ἀκμάροις, εἶπε, πρᾶγμασι μάτην πονεῖς, ὦ Σόλον.
Τοῖς ἀραχνίοις νήμασιν ὅμοιοι γὰρ οἱ νόμοι.
Τὰ μὲν μικρὰ κἀσθενῆ δυνάμενοι κατέχειν
Ἐκ κῶν δυνατωτέρων δὲ ῥηγνύμενοι ῥᾳδίως.

———*Scribenti autem leges*
Importunis, inquit, rebus, fruſtra laboras, Solon,
Aranearum namq; filis ſimiles ſunt leges
Parua quidem & debilia valentes cohibere
A potentioribus autem rumpuntur facile.

Improbi typus.

Improbus hac eadem ſimilitudine depingitur. Ei enim vitus cutę non eſt, neq; iuſtiriæ domum exædificat, neq; in ea commotatur. Tela vero ipſa Araneæ varietatem oſtendit, quæ cum ſit à natura contexta, facillime quoq; vt dictum eſt, diſrumpitur, eã quopiam contingente. Improborum itaq; actio ac vita, Aranearum telam, quæ nihil firmitudinis, nihilq; conſtantiæ retinet, imitatur Nam nequam hominum cogitatio, velut tabernaculũ eſt ita caducum ac lubricum, vt nunquam fuiſſe videatur. Vnde Iob. Spes n. impii peribit: domus enim eius erit inhabitabilis; Araneæ autem tela euadet tabernaculum eius. Quandoq; & Hypocritarum fallacia Araneis comparatur; vt à D. Greg. explicante illud Iob. Sicut Aranearum tela fiducia eius. Bene hypocritarum, inquit, fiducia Aranearum telis ſimilis dicitur: quia omne, quod ad obtinendam gloriam exſudant, ventus diſſipat vitæ mortalis. Nam, quoniam æterna non quærunt, bona temporalia cum tempore amittunt. Penſandum quoq; eſt, quod Araneę fila per ordinem ducunt, quia ſua hypocritæ quaſi ſub diſcretione opera diſponunt. Aranearum tela ſtudioſe texitur; ſed ſubito flatu diſſipatur: quia quicquid hypocrita cum labore peragit, aura humani fauoris tollit. Et, dum in appetitu laudis opus deficit quaſi inuenrum labor euaneſcit. Sæpe namque & vſque ad præſentis vitæ terminum hypocritarum facta petdurant; ſed quia per hæc authores laudem non quærunt; bona ante Dei oculos nunquam ferunt. Plerumque n. ſacræ legis eruditione fulciuntur, doctrinæ verba proferuut, omne quod ſentiunt, teſtimoniis accingunt: nec tamen per hæc vitam audientium, ſed proprios fauores, quærunt. Quia nec proferre alia nouerunt, niſi quæ auditorum corda ad impendeudas laudes excutiant, non vt ad lachrymas accendant Mens quippe exterioribus concupiſcentiis occupata, igne diuini amoris non calet, &c & infra. Bene etgo dicitur, ſicut tela Aranearum fiducia eius; quia apparente cordis teſte, præterit omne, quod exterius de humano fauore confidit. Quare vero iuſtus Araneæ ſit ſimilis incognitus in Pſalmos explicat, ad hæc diuini Pſalmographi verba commentans: Et tabeſcere feciſti animam eius. Aranea igitur, dicitur, inquit, tabeſcere, quia habet corpus tenue, videlicet ad tactum alterius Sic & iuſtus ad tactum Dei, quando per flagella tangitur, cito deficit à peccaris, & liquefit æternorum amore. Et notat hic Gloſſa conditiones Araneæ propter quas eidem iuſtus comparatur: Aranea enim cotpus tenue habet, nec in terra, ſed in alto ſtat, telas egeſtione viſcerum texit. Conſimiliter anima conuerſi ad Deum & afflicti, terrena deſerit, ſtaus in alto cœleſtis conuerſationis, & ſubtiles operatioues perficit timore Dei rabefacta, id eſt, humiliata. Vel comparatur homo iuſtus Araneæ, quia ſicut Aranea quoddam tabidum eſt & infirmum, ſic anima hominis infirmitate & humilitate eruditur, vt non de ſe præſumat, qui diſplicuit fortitudine. & ſuperbia Eſt ergo ſententia. Ita hominem erudiſti, quia tabeſcere feciſti, ſicut Aranean animam eius: id eſt, feciſti, vt anima tabeſceret, id eſt, infirma fieret per humilitatem, depoſita ſuperbia quaſi Aranea, qua nihil eſt tabidius, quæ leniter tacta digito, deficit. Hæc enim infirmitas bona eſt, ſicut ante fortitudo ſuperba erat mala Sic n. dicitur: Anima eorum tabeſcebat in malis; ſcilicet pœnæ. Ex quibus apparebar, quod de flagellis, & increpationibus Dei nullus debet conturbari, quia ſunt ad cotrectionem, non ad perditionem.

Hypocritarum fallacia.

HISTORICA.

EO tempore atque hora qua Gregorius Patriarcha Conſtantipolitanus, & Macarius, & Pyrthus ſocii qui vnam in Dn. noſtro Ieſu Chriſto naturam & voluntatem aſſerebant, centum & quinquaginta præſulum ſentrẽtia damnati ſunt, plurimæ Araneorum telæ maxima omnium admiratione in medium populum cecidere, ex quo ſignificatum eſt eas hæreticorum ſordes, Aranearum inſtar inanes fuiſſe, eoq; conuentu, ſolennique iudicio diſiectas eſſe. Fœlix Nolanus cum à tyranno quærererur ad necem, fugiens in anguſto duorum parietum interuallo ſe occultauit, qui aditus cum repeute Aranearum telis prætextus viſus eſſet, nemini recentis latebræ ſuſpitionem reliquit, atq; ita ereptus è periculo eſt, vt tradit Paulinus Nolanus & Ado Treuirenſis, & Beda in vita dicti S. Felicis. Felices, inquit, fœliciſſimæque Aranearum tela Felicitus fuere, ſerarumq; fetrearum vim habuere; & cuſtodium, & ſolertiam tenuere. At vbi diuiuum abſit auxilium, nec ferreæ ſerræ nec muri fetrei hominem includunt, ſed produnt, vti contigit Cn. Plotio ciui Romano latenti in regione Salernitana, cum nec ſeruis tortis aperiri poſſet, vbi lateret, ſolo tamen odore ipſe deprehenſus eſt.

Aranea cęlitus cadentia.

Fœlix Nolanus, vt ſeruatus.

EPIGRAMMATA.

ELegantiſſimum Ἀδήλου epigramma de Cicada, tela Araneæ capta eſt & liberata.

Λεπτὸν ὑφηναμένα ῥᾳδινοῖς ὑπὸ ποσὶν ἀράχνης,
Τέττιγα σκολιαῖς εἶδον ἐχέσκε πάγαις
Ἀλλ' ἁ μὲν λεπτοῖσιν ὑπαιάζοντα ποδάγραις,
Τὸν φιλαόιδον ἰδὼν παῖδα, παρεῖχε χάσα.
Αὐσας δ' οὐ βροχίδων, ἀπεκόψατο, κὠ τὸ δ' ἔλεξα,
Σώζε μεσεύων φθεγγόμενον κελάδων.

ὑπαιάζοντα, lamentantem ποδάγραις, pedicis ſeu laqueis, quibus pedes implicantur. φιλαόιδον, amicum cantilenæ. Aliud Lucillii de Cheremone in aerem ſublato, ſed Aranearum telis affixe adhærente.

Ἀρθεὶς οὐ αὔρης λεπτῆς, ἐποτᾶτο δὶ αὔρης,
Χαιρέμων ἀχύρῳ πολὺν ἔλαφρότερος,
Καὶ τέχ' ἀὐ ἐρροίζοιτο δὶ αὔθερος, εἰ μὴ ἀράχνη
Τὰς πόδας ἐμπλεχθεὶς, ὕψος ὀρέμωτο.
Ἀυτὰρ δὴ νύκτας τὸ, κὠ ἥματα πένθη κρεμασθείς
Ἐκταῖος κατέδη νήματι τῆς ἀράχνης.

Hoc Latinum fecit ille, qui in Græca epigrammata annotationes conſcripſit, in hunc modum:

Cheremon tenui ſublatus in aera vento,
Vincebat paleas tunc leuitate volans.
Et penetrauiſſet nubes, ſed ſtamine Arachnes
Captus, de ſummo triſte pependit onus.
Quinq; miſer, durans ſic penſilis ille diebus
Cum tela ſexto decidit ille die.

Sequitur ibidem ſubinde aliud Nicarchi, quod idem ille propter venuſtatem tranſtulit, ſed adiectis nonnullis, quæ in Græco non ſunt: quod etiam ſummos poetas ſæpenumero factitare video.

Tres graciles ineunt tenui de corpore pugnam,
Quis magis ipſorum ſit leuiore leuis.
Hermon ergo artem cupiens oſtendere magnam,
Traxit per plenum membra foramen acus.
At Demas modica progreſſus, & ipſa cauerna
Aſtitit ad telum nentis Araneoli.
Quem propere implicitum ſuſpendit Aranea, tanquam
Demas non homo, ſed parvula Muſca foret
Mox hic Sopater, ſertis me cingite, clamat:
Si videor, vincor, ſum niſi ventus ego.

Aliud Lucillii:

Βουλόμβρος ποθ' ὁ λεπτὸς ἀπαγξαθεὶς ὀλόφωνος,
Νῆμα λαβὼν ἀράχνης, αὐτὸν ἀπηγχόνισεν.

Inuiſam Diophon quærens abrumpere vitam
Implicuit collo ſtamen Araneoli.

VSVS IN MEDICINA.

ARaneus quem Holcum, & Lycon vocant, inquit Dioſcorides, *a* ſubactus cum ſplenio & linteo illitus, prolatuſq; vtriſq; temporibus, aut fronti, tertianos circuitus perſanat. Quo loco Marcellus poſteriores id probaſſe negat: ſiquidem Paulus Ægineta de Araneis his agẽs, omnem huius remedii veritatem & fidem in hunc ſcriptorem reiecit, dicens Araneũ in emplaſtrum emollitum frontique & temporibus impoſitum tertianarum febrium circuitus finire teſtatum eſſe Dioſcoridem. Sequitur deinde Dioſcorides inquiens: Araneum qui candidam, tenuem, denſamque telam ordirur, in aluta ligatum & lacerto appenſum, quartanis circuitibus mederi narrant: decoctus ex roſaceo & infuſus, aurium doloribus auxiliatur Quæ remedia etiam habet Plinius: *b* Et in terrianis, inquit, fiat poteſtas experiendi, quoniam miſeria ſpei delectat anne Atanei, quem Lycon vocant, tela cum ipſo ſpecu toto reſina certaq; impoſita vtriſq, temporibus, & ftonri profit: aut ipſe calamo adalligatus qualiter & aliis febribus prodeſſe rraditur. Alius locus eſt: Eſt item quædam Aranea longa & candida, tenues habens pedes, quæ ſi contrita fuerit, in veteri oliuarum oleo, albuginem ſoluit oculorum. Item. Aranei ſanies cum roſaceo, aur per ſe in lana, vel cum croco, aurib. prodeſt Qui Lycos appellatur, laudatur ab eodem Plinio *c* ad reiicientes ſanguinem. Scribit item ex Araneis qui Phalangia dicuntur tricenos vermiculos parere. vnde exiſtimatur, geſtare Araneam incluſam pyxide quaſi fœcunditatis exemplo prodeſſe ſterilibus, & fieri fœcundas: vnde ſunt qui illud Iuuenalis: *d*

Natura indulget, ſteriles moriuntur, & illis
Turgida non prodeſt in pyxide condita Lydę,

intelligi velint de Aranea. Arachne n. puella in Araneam conuerſa, Lydia fuit, vt poſt dicemus. Sed cum contra videatur ſentire idem Plin. *e* ex authoritate Cœcilii, vbi ſic ſcribit: Tertium genus eſt, eodem Phalangii nomine Araneus, lanugiuoſus, grandiſſimo capite quo diſſecto inuenire dicũtur intus Vermiculi duo, alligatiq; mulierib. ceruina pelle ante ſolis ortũ præſtare ne concipiant, Ioh. Britannicus quærendum adhuc cenſet, num de Araneis is locus ſit intelligendus Archigenes *f* apud Galen. valde probat Vermiculos illos quos pariunt ouo ſimiles, vnguento nardino dilutos, ad dentium

a *L. 2. c. 68.*

b *Lib. 30. 11. & l. 29. 6.*

c *L. 30. c. 6.*

d *Saty. 2.*

e *Lib. 29.*

f *L. 5. ſecundum locos.*

g L. 29 c. 6. tium dolorem. De Araneis Muscarijs hoc lego apud Plin. g Aranei Muscarij telæ, & præcipue spelunca ipsa imposita per frontem ad duo tempora, ita vtà puero impube, & capiatur, & imponatur, nec is triduo se ostendat ei cui medeatur, neue alteruter pedibus terram attingat his diebus, mirabiliter epiphoris medeti dicuntur. Albugines quoque dicitur tollere inunctione Araueus candidus, longissimis ac tenuissimis pedibus, contritus in oleo vetere. Sed is etiam cui crassissimum textum est, in contignationibus fere, adalligatus panno epiphoras sanare tradirur, vt ibidem tradit Plinius. Galenus veto medicinas ex Araneis omisit, velut friuolas, ac quasi superstitiosas: telæ earum tamen meminit ad summæ cutis vulnera siue vlcera imponendæ: quod remedium etiam vulgo notissimi vsus est, vbi quis se cultro vel leuissime sauciauerit. Tela autem Aranei præsertim candida, & pura constipandi vim habet, item refrigerandi. Recentibus vulneribus imposita, à sanie ea præseruat: maculas adhuc recentes abstergit: Plagam recentem sanat, ibique inflammationem, vt scribunt Dioscorides, & Plinius, fieri prohibet, quæ vulnus ad sanitatem peruenire non permittit. Admixta quibusdam veguentis, & temporibus imposita febres curat. Cum oleo instillata iu aurem, dolorem eius sedat, teste Auicenna. Telæ inuoluta, & è cordis ac stomachi regione applicata, tertianas, & tremorem cordis sanat. Fracto capite ex oleo, & aceto imposita non nisi sanato vulnere abscedit: quod remedium laudauit quoque Serenus:

Sin vero caput infestus collisserit ictus
Ex oleo necti vestu debebit Arachnes
Nesciet hac illinc, nisi cum sanarit, abire.

h Lib. 4. de medic. Aegypt. Ægyptij medicamentum parant referente Prospero Alpino h ex multis Araneis vna cum suis telis contusis ad modum linimenti cũ oleo rosaceo mistis, vel Araneas ipsas in oleo prædicto incoquunt, quo calido carpum ambarum manuum inungunt. Cantharides telæ Araneatum inuolutæ, & quartanario suspensæ eum perfecte liberare traduntur. Aetius i ceratum habet ex Araneis, quem qui volet, adire poterit. Nonnulli Indiæ populi Araneas vorant: maxime Chiribichenses, qui alias valde sunt nauseabundi, vt si quid videant, quod eis non multum arridet, ad nauseam & vomitum moueantur.

i L. 16. c. 68

PROVERBIA.

HAbet illud Hesiodi prouerbij speciem.

Ἐκ δ' ἀγγείων ἐλάσῃς ἀράχνια:

Id est.

Vasis eijcias quas nectit Aranea telas.

Sic euim significant inanitatem, & inopiam etiam hodie. Ad eundem modum Catullus.

——— *Nam tui Catulli*
Plenus sacculus est Aranearum

Quo dicto nũc nihil est vulgo vulgatius *Et se fingit, velut Araneus.* Prouerbialis videtur & illa collatio, Aranei ex sese texentis, telas, & hominis ex seipso comminiscentis mendacia. Qui sequuntur prouerbiales Senarij in eos sunt, qui malum sibi ipsis cudunt, molientes quod in suum postea veratur incommodum aut exitium:

Αγνοεῖ δ' ἀράχνη παῖδας ὡς παιδεύσεται,
Θρέψασα δ' τέθηκε πρὸς τῶν φιλτάτων,
Aranea prolem nescit, vt quam educet,
Quas namq; edoxit, mortis illi causa sunt.

Aranea euim fœtus suos in suam ipsius pernitiem parit, & educat

a Lib. 6. de Prouid. Ἰσὸς ἀράχνης id est, Araneæ tela, pro re friuola, & parui momenti, prouerbialiter accipitur apud Theodoretum Cyri episcopum a τὴν ὑπ' αὐτῶν πλεκομένην κατηγορίαν, ἰσὸν ἀράχνης ἀποδείξομεν id est: accusationem ab illis contextam, Araneæ telam esse ostendamus, hoc est, nihilo fortiorem quam sit cassis Araneæ, inualidam nimirum, & inanibus argumentis consutam. Futiles ergo rationes, & infirmas ἰσὸς ἀράχνης, id est, Araneæ cassis vocabimus apposite, quod eos quidquid illabitur, facile discindat Proclus Constantinopolitanus episcopus πλέκοντες συλλογισμοὺς ἀράχνης ἀσθενέστερους: id est, Texentes syllogismos Araneorum telis fragiliores: & iterum: οὕτως ἰσὸν ἀράχνης ὑφαίνουσιν οἱ παῦπαλίγοντες, id est, Qui ista dictitant, reuera telam Araneæ texunt. Nazianzenus iu carminibus:

Ἰσὸν ἀραχνάιοις νήμασιν αἰὲν ἔχειν:

Id est,

Ducere Arachnais staminibus similem.

Thales quoque Soloni legum latori dixisse memoratur, vt retulimus antea, vanam operam ab illo insumi, ὅτι τοῖς ἀραχνίοις νήμασιν εἰσὶν ὅμοιοι οἱ νόμοι, &c. quoniam Araneæ cassibus similes essent leges, quod à potentioribus soluantur. Huc respexisse quoque videtur Ouidius dum canit:

Omnia sunt hominum tenui pendentia filo,
Et subito casu quæ valuere, ruunt.

b In Charonte. ,, Disertius Mercurius apud Lucianum b ad Charontem: Quod si ,, aciem, inquit, intendetis, conspicies in alto, & Parcas ipsas ex- ,, pensos singulis adnere tenuia quædam fila, quib. vniuersum mortalium genus subnixum dependet Videre quasi quosdam Araneo- ,, rum nexus ab ipsis fusis in singulis demissis? Respondet Charon. ,, Equidem filum vt plurimum admodum tenue ac fragile cuique è sublimi innexum video, hoc quidem illi, illud vero alij. In Psalmo 89. quoque habemus: Anni nostri sicut Aranea meditabuntur. Equidem adeo subito dies nostri consummuntur, vt anni nostri quibus hic viuimus, reputari possint quasi quædam tela Aranei, res maxime fragilis, quæ leui tactu mox disrumpitur. Hinc præterea Aranearum filis, quid ligare dicimus, quod omni subitaneę ruinæ obnoxium est: Vtitur eo tanquam adagio D. Basil. in epist. ad Amphilochum: Antistitem autem ad aliquantum temporis ab officii ac ministerii suspensione puniuit, dicens quod antistibus quidem licet pœnas canonicas augere & diminuere: Aranearum autem filis ligare, quæ debent tibus rudentibus alligari, non concessum est Τὰ ἀράχνια ὑφαίνειν Aranearum telas texere. Est in re friuola nulliusq; frugis infinitum atque anxium capere laborem, Refertur prouerbij vice à Diuo Basilio in initio enarrationis Hexameron, & in commento in quinium Esaiæ, vbi eos qui per immodicam mollitiem totos se dederunt delicijs præter ientaculũ, prandium & cœnam siue continue, aut certe in eos qui diebus hilaritatis, & lætitiæ, puta nuptiarum aut conuiuiorum accuratius conquirunt, & adhibent tibias, cithatas, & tripudia saltationesq; dixit telam ordiri Arachnæam, quasi ad stamen quoddam, inquit sedeant, si manus suas fidibus citharæ in ordinem redactis admouẽt: & centum citharæ quasi radium textoris huc illuc crebrius transferendo, nelineam quidem demum ostendunt rectæ actionis. Vtitur eodem prouerbio Diuus Ambrosius c his verbis: Vana & inania non sequamur, ne telam Araneæ texere iudicemur, eo quod peccata nullam perpetuitatis possunt habere substantiam. Vnde cũ videris studere faculiatib. amplificandis cumulandis potestatibus, affectando decori, dices illud Esaiæ 59 Telam Araneæ texunt isti quæ diuturna esse non põt, sed cito scinditur atq; opus eius omne dissoluitur. Non enim supra solidum aliquod firmamentum locatur, sed in vacuo suspenditur. Nihil laxum, nihil molle verũ Christi militem decet. Ecce enim qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt Arguti sibi & industrij omnes auari videntur. Quid argutius, quid solicitius Aranea? quæ operi suo diebus atque noctibus intendit, nec vllo sumptu, vllaque impensa conficit vestimentum, sed vanum est omne, quod fecerit. Sic homo omnis est qui opus suum supra Christi non constituit fundamentum. Vane diebus, & noctibus, & ipse turbatur: cum eum plerumque Araneæ modo etiam in ipso suæ improbitatis molimine operis sui ruina conuoluat. Hæc D. Ambrosius Telas itaque Aranearum texere dicitur, qui sine modo laborat, & parum proficit, vt rei minimi momenti vacans ritu Araneolæ, quæ vt Muscas capiat, telas anxia texit, ita ramen tenues, vti etiam leuissimo venti flatu frangantur. Vsurpatur loco prouerbij ab Esaia, vt dixi, dicente: Concepetunt laborem, & pepererunt iniquitatem & oua aspidum ruperunt, & telas Aranearum texuerunt. Notum itaque fuit hoc adagium etiam Hebræis, cum scilicet magnifici isti sibi blandiuntur, quasi rem arduam inuenerint ac perfectuti sint; deinde in spongiam exeunt omnia; siue dum friuola strenue sectantur, in quo fere sensu hoc quoque legimus apud d Ludouicum Ariostum:

Temporis nostri fragilitas.

Aranearũ telas texere,

c In tract. super Ps. 38.

d Cant. 18. 43.

Inimici faranno opra ai ragni
Se non manchiamo noi del douer nostra.

APOLOGVS.

POdagræ, & Araneæ apologum à Cæl. Secundo Curione in suo Araneo confictum hic libuit ascribere. Araneæ olim peregre proficiscenti se podagra comes adiunxit, tametsi passibus ambiguis admodum ægre illam sequeretur, iam diei vnius itinere confecto, constitutum inter eos est, vt diuersum hospitem vtraque experiretur: ac Aranea oppidum ingressa, veteris adhuc memor hospitii, in opulenti cuiusdam spatiosas ædes diuertit, vbi statim incipit sua tapeta, aulæaque præpandere: adfuere protinus furiæ quædam conuertentes, & quicquid erudita operatione texebat, dissipantes, adeo vt vix oculatas ttygodæmouum scopas posset euadere: misera plane quæ in tanta rerum omnium affluentia sola egebat, atque in tam amplis attiis ne angulum quidem tutum inueniebat, Podagra vero pedibus capta, cum vltra progredi nequiret, in primas se eius oppidi casas dedit, vbi nil non miseriarum experiti, apponi cœnaturienti panis ater cum olusculo vix sale condito: in potum vappa propinari, nisi è proximo riuo petere mallet, vnde sitim restingueret, Sic igitur accepta, lectum sibi poscit exhiberi, Torus ille pro plumea culcitra, stramine plenus ostenditur. In eo suspirans & gemebunda, se vtcumque componit. Sed ô quam male membris mollibus, & delicatis, cum tam horridis stragulis, tam duris & barbaris villis conuenit. Orto igitur augusto illo fidere, quod omnia patefacit, Aranea & podagra, rursus conuenerunt: & prior Aranea magnopere de diuitis illius barbarie conquesta est: Podagra contra de hospitis sui egestate, duroque victu multa commemorat, Irum eum appellans. Aranea commonstrat liuidas vibices, quas senticosa fulcra tenellæ cuticulæ impresserant. Qua de re posteaquam mature deliberatum inter ipsas fuit, in hanc pedibus sententiam iuerunt, vt Aranea deinceps paperum tabernas & tuguria; Podagra vero diuitum aulas regumque turres incoleret. Itaque Podagra instituti nequaquam immemor, pedetentim numosi cuiuspiam domum ingressa, ad obesili pedes procubuit, quam vbi conspexit hospes humanissimus, Dij boni, qua lenitate, quibus nominibus excepit? Substernuntur olorinæ, culcitræ; pluuinis, toralibusq; Milesijs cubilium fulcra replentur, feruet culina, omnes sunt in officio ministri, qui dapibus mensas onerent (vt poetæ verbis vtar) & pocula ponant. Huc capi pingues, atque altiles phasiani, pauoues, coturnices, turtures, ficedulæ, & aues illæ quæ binis superbiunt cordibus, conuolant; rhõbos, scaros, silurosque prætereo. Lucrina item conchilia, Abidena ostrea, & quicquid mare lautum & delicatum mittit. Huc

Podagræ, & Araneæ

vina candida, nigra, purpurea, rubella, dulcia, tenera, austera, Cecuba, Faletna, Chia, Cretica plenis crateris iufunduntur Taceo mensas secundas à Tarentinis allatas In summa nihil deliciarum, nihil cupediarum ac voluptatum non exhauritur, vt tam potens dea (est enim Podagra Bacchi Venerisq; filia) cum sororibus suis Chiragra atq; Gonagra, molliter quiescat. At Aranea pauperis domum læta petit, telas orditur, textrinæ manibus & pedibus incumbit, venatur, nullas insidias, uullius iam formidat insultus, (vt dicam breuiter) vacua in aula dominatur: ac ne ergo hospitem ingrata videatur, eum à Podagræ insidijs (est enim bellua illa admodum insidiosa, vt quæ nomen non raro mentiatur, humiq; serpat) securum tutumq; reddit. Si quando ramen Aranea nihil agẽte, seu calida seu frigida in ædes irrepserit, haud diu potest cum Aranea consistere: non igitur miirentur diuites ociosi, si varijs ac hoc vno morbo affecti sæpe decumbunt, cum nec medicum, nec vera medicamenta admittere velint, laborem, industriam, frugalitatẽ. Euudẽ apologum est legere apud Petracham in epistolis epist. 39.

FABVLA.

a Lib. 7. Lini inuentio.

ARachne puella Lydia, Idmonis filia, lanificij peritissima, adeo vt *a* Plinius linum & retia primam omnium inuenisse tradat, quanquam eius vsum apud Hebræorum antiquissimos multo ante fuisse comperimus. Alij à Minerua nendi omne, suendi, texendiq; artificium edoctam eam fingunt, ijsq, dotibus cum superbiret, negasse se aliquid à Minerua didicisse, & quod intolerabile erat, eo processisse arrogantiæ, vt deæ illi se nou vereretur æquare, eamq, in certamen vocare, quare indignata Minerua, virgine acriter obiurgata opus miris imaginibus intertextum ac varium radio discidit; quod cum virgo ægerrime ferret, laqueo vitam finire capientem, miserata Pallas non quidem statim eam moriri voluit, sed ita tenuissimo funiculo pendentem in Araneam transformati,

Atq; ita viue quidem, pende tamen improba, dixit
Lexq; eadem pœna, ne sis secura futuri
Dicta tuo generi serisq; nepotibus esto.

b Lib. 6. Metam. c Lib. 7. hist Ant. ca. 16.

Quam fabulam qui exactius volet, adibit *b* Ouidium, qui diligentissime eã conscripsit, licet paulo aliter. Scribunt præterea Græci *c* Cælio Rhodogino referente fuisse in Attica Phalanga quendam cui forer Arachne soror. Cum vero ab Minerua hoplomachiam perdidicisset Phalanx, & telæ artificium Arachne, matrimonia se inuicem obstrinxere, indignata dea in reptile genus vtrumq; deformauit, quo ab suo fœtu deuoratur. Cæterum Zenodotus de ortu serpentum agens fabulam aliter tradidit. Inquit enim fuisse hominem in Attica regione nomine Phalangem, qui sororem habuit nuncupatam Arachnen: sed Phalanx, vbi adoleuisset, artem militarem à Pallade doctus fuisse dicitur, cum Arachue sotor omuia illa diligenter didicisset. quæ spectant ad telæ conficiendæ, & ad suendi artificium. At enim cum Phalanx cum sorore rem habuisset, fama est ita facti turpitudine commotam esse deam, tamque grauiter facinus tulisse, vt ambos iu serpentes verterit. Arachne cum esset grauida ex fratre, iussa est ex Pallade non siue maximo vitæ discrimine parere, quare à filijs corrosa fuit, quod etiam cæteris eiusdem generis dicitur postmodum accidisse.

CAPVT XIII.

DE MVLTIPEDIS. ET PRIMVM DE onisco siue Asello.

NEmo hactenus, quantum videre mihi licuit, tria diuersissima terrestria Insecta multipeda, Onisicum scilicet, Iulum & Scolopendram, recte distinxit: sed è conttario omnes fere recentiores, quin ipse quoq; Plinius inuicem turpiter confuderunt. Millepedæ (ὄνοι: sed inscribitur capnt περὶ κεντοπήδων) inquit *a* Dioscorides interprete Ruellio, quæ sub aquario vase stabulantur, animalia sunt multis pedibus nitentia, quæ contacta manu contrahuntur in orbem. Sed Plinius videns hæc omnia Iulo etiam couuenire, (hunc enim intelligit, quamuis nou nominet) Millepeda, inquit, ab alijs Ceutipeda, aut Multipeda dicta, animal est è vermibus terræ pilosum, multis pedibus arcuatim repens, tactuque contrahens se. Onisicon Græci vocant, alij Tylon &c. Quod vero Iulum intelligat, constat ex subsequentibus: Illam quæ nõ arcuatur, sepa (hoc quoq; falsum est) alij Scolopendram minorem pernitiosamq; &c. Item clarius *b* ante dixerat folia pepo num sanate morsus Millepedæ Spea (lego Sepa) Græci vocant, oblongam, pilosis pedibus, pecori præcipue nociuam. Marcellus Virgilius in suo ad Dioscoridis locum, commento, Millepedas in aquosis & humidis potius, quam sub situlis vertit, Paulum Ægineta & rem ipsam secutus: Frequentiores enim in humidis, quã sub aquarijs vasculis inueniuntur, & Dioscorides nou ὑπὸ τοῖς ὑδρίαις, quod est sub hydrijs, sed ὑπὸ τοῖς ὑδρείοις, quod est, vbi hauritur & tractatur aqua, inuenirí & agere Multipedas has dixit. Quod & *c* Theophrastus scripsit his verbis: Serpentes, Lacertæ & similia, quod siue potu viuere possunt, nulli dubium est. Afros hæc Onum (sic Latine vertit Gaza) mandere affirmare aiuut, qui apud nos Vermis quidam multipes (aterq; de suo addidit Gaza, sed Onus ater non est) gignitur, sese in orbes conuoluens: hunc autem locis illis multum admodum nasci, naturaq; esse humidum narrant, rore vero partem carentem pluuia, semper abundare. Meminit istius præterea, animalis *d* Aristoteles, quo loco de Pediculis animalium agit, quos in piscibus similes Multipedis his esse dixit præterquam in cauda, quã illi latiorem habent, vocauitq; ὄνους πολύποδας, id est, multipedes Asellos, quoniam ὄνος, id est, Aselli nomen hoc communi vagumq; permulta animalium in Græcis sit; nam & in quadrupedum genere, piscium & Locustarum Aselli nomine aliquid indicatur, quam ob causam multipedes ille adiecit, idq; animaduertentes Latini veteres à pedum numero Multipedas eos vocauerunt Galenus ὀνίσκους vocat, & apud suos κυάμους vocari tradit, & ipsos omnino euidenter depingit his verbis: Aselli animalia sunt, quæ in globum se ipsa contrahunt. Eos appellaut quidam apud nos fabas, quoniam esculentis fabis similes plurimos videre datur nascentes sub hydriis, quib. rurales aquam de fontibus portant, ipsasq; prope locum collocant: Idem Galenus pluries Asellorum horum meminit, ac semper sub hydriis nasci addit, vt Dioscoridem secutus videatur, sed notandum Galeni interpretem, quotiescunq; Galenus Oniscos nominat, Latiuis Millepedas dici, de suo adiungere, hoc enim nullibi in Græco contextu est. A quo interprete deceptus And. Matthiolus miratur, cur Plinius Millepedam animal è Vermibus pilosum multis pedibus arcuatim repens vocet, nimirum Iulum cum quo Onisicum, vt dixi, turpitur confudit. Marcellus Virgilius ait ὄνος Græcis à liuido corporis colore quasi asinos vocari: sed quid si addamus incessum, nam cum pluribus instructi sint pedibus, tardo tamen procedunt gradu. Dioscoridi, vt dixi etiam Κεντοπήδης vocantur, Scribonio Largo κατακιδοι ὄνοι, Marcello Empyrico Cutioues, Italis Porcelletti quasi Porcelli à totius corporis specie (vnde recentiores Latini etiam Porcelliones vocaruut:) Germanis Kellerefel, quasi Aselli cellariorum, (quod vbique in locis humectis, maxime cellariorum parietibus & fenestris pluuia tempestate madefactis proueniant.) item Holtzuuentle: Belgis Pissebedde, Gallis Cloporte, Closeporte, Porcelet, Anglice Cheselippe.

a Li. 2. c. 37.
b Lib. 20. cap. 3.
c Lib. 4. de hist. plãt. c. 4
d Li. 5. Hist. cap. 31.
Etymum.

VSVS IN MEDICINA.

ONoi, inquit *a* Dioscorides, ex vino poti difficili vrinæ & regio morbo auxiliantur. Eosdem illini anginis vtilissimum est cum melle. Triti & in cortice mali Punici calfacti, doloribus aurium, addito rosaceo conuenienter instillatur. Sic Dioscorides. *b* Plinius quoq; Onisicum bibisse prodesse scribit vrinæ, & post: in vini hemina morbo regio resistere. Galeno etiam Onisci non vno in loco, & non vnum ad morbum celebrantur: tertio de cõpositione medicamentorum ad cephalalgiam, siue diututnos capitis dolores, ibidemq; à Seuero scribit trito cum vnguentis vlceratis auribus infundi. Et in sexto: quidam, inquit, agens de iis remedijs quæ Archigenes ad gurguliones inflammatos scripsit, eos in potu exhibent, aut delingendos dant, aut dolentibus aut affectis partibus illinunt, & valde se iuuari testantur. In octauo vero ait Asclepiadem eorum meminisse inter ea, quæ ad dyspnoicos consetipsit, vt qui attenuatoriam vim habeant, verum quo consilio ad vsum ipsorum peruenerit, haberi se negat. Postremo libro de medicinis facile parabilibus Onisicos inquit tritos, ex mulso potos regio morbo liberare *c* Plinius Multipedam ad inflammatos gurguliones etiam commendat, quod pertinet ad Onisicum, vt ex Galeno patuit, & quamuis paulo infra Millepedam anginis illini efficacissimum putari dicat, tamen vetus codex legit Multipeda, vel saltem ad Onum id quoq; referendum, nam Millepeda exitialis ac pernitiosa est.

a Lib. 2. cap. 37.
b Lib. 24.
c Lib. 30. cap. 4.

CAPVT XIV.

DE IVLO AEQVIVOCA. SYNONYMA.

IVLOS Græcis, & Latinis Iulus multa significat. Ἴυλος in primis est manipulorum collectorum fascis: Scholiastes *a* Apollonii οὖλος καὶ ἴυλος, ἡ ἐκ τῶν δραγμάτων συναγομένη δέσμη. καὶ ὄυλα ἡ Δημήτηρ. Itidem *b* Athenæus ex Semo Delio Περὶ παμάνων, τὰ δραγματα τῶν κριθῶν αὐτὰ καθ' αὐτὰ τρεφόμενα; ὅλον ἀμάλας. συναθροιζόντα δὲ, καὶ ἐκ πολλῶν μίαν χθόνιον δέσμιον, ὄυλας καὶ ἴυλας καὶ τὴν Δήμητρα ὀπεμφ χλόιν, ὁπε δὲ ἴυλω. Et ibidem ὑπὸ τῶν ὄυν τῆς δήμητρος τὰς τε καρπὰς καὶ τὰς ὕμνους τὰς εἰς τὸν θεὸν, ὄυλας καλοῦσι καὶ ἴουλας. Δημήτειοι καὶ καλλιειοι. πολεῖτον ὄυλον, ὄυλονίει, ἴυλονίει. Quibus postremis verbis Cereri acclamabatur in hymnis in eam compositis, vt testatur Eustathius, dum ait: Δήμητρος ἴειοι καὶ συνθέτοις Δημητρίειοι, ὕμνοι εἰς Δήμητραι, οἱ καὶ καλλίειοι. καὶ ἐπιφώνημα ἐμμελὲς τὸ πολεῖτον οὖλον, οὖλονίει, ἴυλονίει. id est, plurimos manipulorum collectorum fasces. Ibi tamen Eustathius. οὖλον exponit σωειλημμένον, siue συνεσραμμένον. Significat igitur ὄυλος siue ἴυλος non solum fasciculorum hordei congestorum fasciculum, sed etiam hymnum, qui in Cererem concinebatur, (teste etiam *c* Polluce) qui alio nomine composito dicebatur Δημητρουλος siue Δημητρίουλος & καλλίυλος. Ipsa autem Ceres vocabatur Ὄυλω, siue ἰυλω, quod huiusmodi fasciculos rusticis largiretur. Sed notat ibidem Athenæus ἴυλον dici τὴν τῶν παλαπόργων ᾠδὴν, cantilenam earum quæ lanam tractabant: qua significatione citatur ex hymno Eratosth. in Mercur. Rursum idẽ Athen. idẽ paulo post

Iuli varia significata.
a Lib. 1.
c Lib. 1.

post verba citata, οἱ δὲ ἴουλοι καὶ λόμβοι ᾠδῇ Δήμητρι καὶ καρποφόρῳ πρέπουσι. Ἴουλος alias item est prima illa lanugo quæ est puberum genis efflorescit. *d* Homerus.

d Odyss. A.

——πρὶν σφῶϊν τὰ κροτάφοισι. ἴουλος
Ἀνθοῦσα, πυκάσῃ τὰ γένυς ἐξαυθεῖ λάχνῃ.

Habent & Auellanæ, multæq; aliæ arbores suos Iulos, ἴουλους, id est, villos callo compactili, vt *e* Guza interpretatur apud Theophrastum, imitatus *f* Plinium, qui ita scribit. Ferunt & Auellanæ iulos compactili callo, ad nihil vtiles, Suidæ ἴουλος est τὸ ἐπὶ τοῖς καρύοις ἄνθος. Numenius apud Athenæum ἴουλους vocat Intestina terræ, testante eodem Athenæo:

e L. 3. Hist. plant c. 7.
f L. 16. c. 27.

——Τοιμὲν ἴουλοι
Κίκληνται μέλανες γαιηφάγοι ἔντερα γαίης.

Qui Lumbrici Iuli dicantur.

Quem tamen locum annotans Eustathius non omnia terræ intestina authore est dici ἴουλους: sed eos tantum, qui numero pedum sunt insignes. Adhæc intestina terræ nigra non sunt. Et Theon antiquissimus Intestina terræ sic nominari scribit, quoniam longitudinis ratione intestinorum imaginem præferant, & quia in terræ visuntur profunditate, nimirum cum Lumbricis. Hiuc de eis ait in prognosticis:

B

——καὶ πλαζόμενοι σκώληκες
Κεῖνοι, τοὺς καλέουσι μελαίνης ἔντερα γαίης.

Est autem eidem Theoni ὁ Ἴουλος σκώληξ πολύπους. μυρίοις γὰρ ποσὶ κρώμενος, ὅμοιος τοῖς σκολοπένδραις, hoc est, Iulus Vermis est multipes: millepedibus vtens; similis Scolopendris: nimirum numero & hirsutie pedum: alioqui dissimilis: nam Iulus niger est, & rotundus, cum Scolopendra corpore sit plano, & flaui coloris.

Iuli & Scolopendræ differentiæ.

Nonnulli testante eodem Theone Scolopendras Iulos vocant. At non solummodo cum Scolopendra perperam & terræ Intestinis confunditur Iulus, sed cum Oniscо etiam, quemadmodum præcedenti capite Plinium fecisse diximus Oniscum Phocion quoq; Iulum dici credidit Ἴουλος inquit Hesychius, ἐπὶ ζῶον πολύπουν, ὅπερ ἡμεῖς λέγομεν ὀνόν. Τινὲς δὲ καὶ τὸν ἐπὶ τοῖς ὑδρίαις γινόμενον πολύποδα καὶ συστρεφόμενον, ἴουλον καλοῦσι: quasi vero Multipeda quæ sub hydriis stabulatur, diuersa esset ab Ono siue Asello Eadem tamen apud Suidam leguntur: cui inter rectius: cui inter rectius Ἴουλος ὁ ἐν τοῖς ἀμπέλοις σκώληξ πολύπους, id est, Vermis in vitibus multipes: vnde forte Iacobus Dalechampius in suis in Plinium annotatis Iulum putat Columellæ Erucam hirsutam dici, quæ olera, & vites rodit, sed meo iudicio fallitur, glaber enim Iulus est, cum multæ dentur Erucæ hirsutæ, quæ longe maiorem, quam Iuli vitibus afferunt detrimentum *g* Nicander, qui morsum eius venenosum esse testatur, Iulum cum Vespa eodem carmine nominat: vbi Scholiastes Iulum ait esse Vespæ speciem, aut Vermem, qui Μυρίοπους, hoc est Millepeda vocatur, atque ita vocasse videtur Plinius: Millepeda, inquit, ab aliis Centipeda (Rustici quoque hodie Centopie quasi Centipedam dicunt) aut multipeda dicta, animal est è Vermibus terræ pilosum, multis pedibus arcuatim repens tactuq; contrahēs se, Oniscum Græci, &c. Quod vero Iulum Multipedam vocet, ego facile colligo, quod *h* alibi acetum contra venenosum Millepedæ morsum celebret: Oniscus enim veneuosus neutiquam est, vti ex superioribus quilibet optime iudicare potest: nec recte Iacobus Dalechampius eum Plinii locum de Scolopendra intelligendum esse contendit: nam Plinius præcedeuti regula idem acetum contra ictus Scolopendrarum, nimirum terrestrium & marinarum, prædicauerat. Cardanus Iulidem vocat, sed id piscis nomen est, de quo suo loco. A Iulo ἰουλόπους à Lycophroue dicitur nauis, quæ multis remis agitur, vt Iulus multis pedibus graditur. Eustathius vero exponit μακραὶ τὸ ἴουλοι ἰσίχναι, id est, σκώληξι ποδώποις & Ἰουλώδης, Iulos polypodas referens, qui est ex genere Iulorum polypodum dicitur esse Insecti genus apud Aristotelem. Est vero Iulus Insectum, terræ intestino, nisi polypes esset simillimum, totum vnicolor, atrum, aureis vndiq; zonis siue annulis refertum, innumerabiles pene obtinens pedes. *i* Cardanus quadraginta quatuor pedes habere scribit, cum nulla, (inquit) animalia terrestria aliū magnum numerum pedum sortita sint, neq; viginti aut triginta; sed Araneo aut Scorpioni maximus pedum numerus ascribitur à Iulide, qui tamen decem pedes non excedunt Causa huius est, quod pedes ad perfectionem animalis attinent: ideo quanto pauciores, eo absolutiores & firmiores: ob id homini duo tantum, quadrupedibus quatuor ob notas totidem Sed vt pedestria perfectissima, vt animalia quæ sunt bipeda, vltra hunc numerū, quo plures sunt pedes, eo imperfectiora vt Aranei & Scorpiones inter terrestria, polypi & cancri inter aquatica, & huiusmodi generis. Ob id neque molle neq; crustatum vllum sonum edit; quoniam à perfectione multum absunt. Iulis autem tot pedes habet, quia proxima est naturæ Vermium, atq; media inter pedestria & Vermes. Proxima enim sunt pedibus carere, & numerosos habere; quod sint imperfectissimi. Vnde videmus nonnullis Vermium generibus quasi toto ventre vestigia pedum subesse. Hęc itaq; Cardanus: qui antea quoq; cur diuisum hoc animal, viuat, scripserat: vbi ostenderat, principium & terminum, in quo partes quæ mouentur, copulantur, indiuiduum esse, & solum in his quæ quatuor signis mouentur: Quæ ergo, inquit, motus suos in vnum principium non referunt, diuisa viuunt, velut Iulis, qui quadraginta quatuor pedes habet, nam ex terrestribus nullum plures habet. Hoc ergo si diuidatur, ambæ partes ad anteriora tendunt: quia hoc animal quasi ex pluribus est compositum. Dion. Chrysost. Iulis negotia comparauit, etenim & illi, inquit, quam plurimos pedes habentes, tardissimi sunt inter reptilia.

d Odyss. A.
e L. 3. Hist. plant c. 7.
f L. 16. c. 27.
g In theriac.
h L 23. c. 1.
i Lib. 7. de var re. c. 28

Dalecham pii error.

Iulis.

Iuli forma.

Iulus cur tot pedes habeat.

Iuliicon post dabitur inter Scolopendras.

A

D

E

CAPVT XV.

DE SCOLOPENDRA *terrestri.*

SYNONYMA.

SColopendram terrestrem, quod non aliter ac Iulus millepeda sit, à nonnullis cum Iulo, quem Millepedam Plinii esse diximus confunditur, ab aliis cum hirsutis Erucis, quæ & ipsæ plurimis pedibus præditæ sunt; à Plinio etiam cum Sepe, quæ è genere est Lacertarum quatuor pedibus adeo exiguis, vt iis prope carere videatur. Illam autem, inquit *a* Plinius (cum de Millepeda dixisset) quæ non arcuatur, Sepa Græci vocant, alii Scolopendram minorem, pernitiosamque. *b* Alibi quoq; loquens de foliis peponum, ait ea morsibus mederi Millepedæ, quam addit Græcis vocari Spea (lego Sepa: videntur enim transpositæ litteræ, imprimentis vel scribentis culpa) oblongam, pilosis pedibus, pecori præcipue nociuā. Quæ sane descriptio cum Iulo æque ac Scolopendræ conueniat, Plinius dupliciter culpandus: vel enim Sepam modo cum Millepeda vel Centipeda, modo cum Scolopendra confudit, vel postremo allato loco Scolopendram cum Millepeda, quas tamen priori loco inuicem distinxerat. Scolopendram *c* Theophrastus σκολοπέα vocat. & σκολόπενδραν dictam volunt Grāmatici, quasi ἔχουσιν σκόλοπα ἐν τῇ ἕδρᾳ. Hetrusci teste Matthiolo Centipedas dicunt, Germani **langer Ohrenmittel**/ & Belgæ langen Oorvvormē, quasi lōgos Vermes auriū, cū Forbicinas vulgō dictas simpliciter, vt suo loco dictum fuit, Oorvvormen, Vermes aurium vocent: Sed Scolopendra ex Forbicinarum tamen genere nequaquam dici potest.

Seps quale animal.

a L. 29. c. 6.
b L. 20. c. 3. Plinii error.
c L. 9 c 11.

Etymum.

GENVS. DIFFERENTIAE. *forma.*

DVplex Scolopendrarum genus est, terrestre vnum, de quo sermo est, marinum alterum, vtrumque longum Vermem repræsentat, & pedes multos habet & pilosos, vnde cum Millepedis confunduntur, quin & Millepedæ dici queunt. Terrestris modo Scolopendra, diuerso quoque genere constare videtur. Etenim *a* Dioscorides Scolopendram nominat simpliciter, item aliam Ophioctonem, nimirum quod serpentes occidat. Sed quæ ea sit, apud neminem inuenio Ego præter bina illa genera, nonnulla alia obseruaui; quæ subinde, vbi prius de communi omnibus figura aliquid dixero, depingam. *b* Georgius Agricola, Scolopendra terrestris, inquit, in truncis arborum, aut in lignis supra terram locatis, aut in palis terræ infixis, vnde nomen inuenit, & gignitur & viuit; quibus amotis aut commotis egreditur, alias plerumq; solet latere Pennis caret, sed plurimos habet pedes, quocirca eam ex Latinis alii Multipedam, alii Centipedam, alii Millepedam vocarunt: si quando repit, partem corporis mediam tanquam arcum intendit: si bacillo, aliaue re tangitur, se contrahit. Color ei æneus, corpus tenue, & latū, longum vero tres digitos, aut summū quatuor. Sicille. Santes *c* Ardouinus vero haud recte Scolopendram terrestrem, ait esse serpentem diuersorum colorum, videlicet viridis, crocei, rubei, & aliorum: additq; quod ferendum minime est, de genere esse viperarum, cum alioqui dicat folio Scolopendriæ, vnde, inquit, nomen accepit. Est certe folio asplenii siue Scolopendrię non absimilis Scolopendra, vt non possit eum latere qui plantam nouerit, vnde hinc alii herbam nomen accepisse voluerunt. Matthiolus in Hetruria Centipedas vocari asserit; esseque in Hetruria omnibus vulgaris notitiæ, Vermes innumeris pedibus, referti, subrufo colore. Antiquissimus poeta *d* Nicander Scolopendram vocauit bicipitem, & pedum multitudine, velocique motu triremem repræsentare: Canit itaque.

a L. 7. c. 6. Ophioctone.
b Lib. de animal. subter.
c Lib. 6 de Venen. c. 22.

C

D

d In ther.

Οἶδα γὰ μὲν καὶ ἴουλον ἀ μὴ δέται, ἠδ' ὀλοὸς σφὴξ,
Πεμφρηδὼν ὀλιγηπε, καὶ ἀμφικάρης σκολοπένδρη,
Ἥτε καὶ ἀμφοτέρωθεν ὀπαίζεται ἀνδράσι κῆρα.
Νῆα θ' ὡς ἀπέρχονται ὑπὸ πτερὰ θηρὶ κιόσῃ.

Id est:

Nouimus haud aliter quā patrat Iulus; & atrox
Vespa & Pemphredon tenuis, Scolopendraq; bifrons,
Quæ vomit exitium miseranda mortis vtriq;
Cuiq; ala, vt remi festinant nauis euntis.

Bicipitem vero esse Scolopendram verum non est, sed bicipitem poeta dixit, quod talis videatur: nam vt Aristoteles testatur & experimento quotidie deprehendi potest, Scolopendra ex vtraque parte graditur, tanquam vtrimque caput habeat vnum, etiam si in duas partes dissecta sit, tunc enim altera pars in caudam, altera mouetur in caput. Sed dum graditur, remorum instar, latos mouet pedes, quos alarum in modum gestat, sicuti poeta dixit. *e* Theophr Scolopendras scribit reperiri circa radices gladioli, quia, inquit, congregantur facillime in eam. Quibusdam in regionib. tanta copia increuere, vt fugati ab eis populi proprios descruerint lares, quod Trerienſibus contigisse scribit Theophrastus teste *f* Plinio: idem de Rhytiensibus prodidit Ælianus. Quæ in hac tabula nu. 1. depingitur Scolopendra est marina, lato corpore, subcastaneo, velut pedibus innumeris, longiusculis, aurei coloris. Num 2. colore est amethestino, albis, ruberrimisq; punctis maculosa, terrestris. Terrestris alia numer. 3. lutea, maculis obscuris insignita.

E

e L 7. hist. plant. c. 11.
f L 8. c. 29.

Num 4.

Num. 4. Scolopendra terreſtris minor, colore rubicundo, per tergus atro. Ex Scolopendrarum quoque geuere eſt Inſectum quinto loco depictum, ſed breue admodum, longiſſimis antennis, proceriſque pedibus, totum cinerei coloris. Num. 6. inſolentis admodum figuræ, colore fere cinnabarino, cauda bifurcata, pedibus Scolopendræ more plurimis, exilibuſque? Num. 7. Iulus eſt ſiue Millepeda, nigerrimo corpore & aureis zonis diſtincto, pedibus exilibus, innumeris, hirſutis. Num. 8. Scolopendra vulgaris ac vera, aurei coloris ad caſtaneum tamen nonnihil vergentis, vulgus ſepam perperam vocat. Poſtremo ſeparatim poſita Scolopendra, viginti inſtructa pedibus, proceriuſculis, & longiſſimis antennis, colore eſt ſubferrugineo.

VENENVM. ET CONTRA id remedium.

SColopendra, potiſſimum vero ea quæ Ophioctone dicitur, tanta veneni pernitie poller, vt à morſu partes vicinæ etiam putredine inficiantur. Ictum teſte *a* Dioſcoride hæc ſequuntur ſymptomata; locus per ambitum liuore ſugillatur, & computreſcit: interdumque, licet raro fœculentus atque ruber cernitur. A morſu ipſo exulcerari locus incipit, vlcuſque id negotium exhibet, fere remediis inuictum, præterea toto corpore prurigo ſentitur. Eodem *b* authore ſi Scolopendra morſum infixit, ſal quam leuiſſime tritus ex aceto vulneri inſpargendus, aut ruta ſylueſtris ſuperponenda. Locus acida muria fouendus, & danda in potu ariſtolochia cum vino, aut ſerpillum, aut calamintha, aut ruta ſylueſtris. *c* Alibi quoque ſemen & flores aſphodeli in vino potos Scolopendræ & Scorpionum venenis mirum in modum reſiſtere ſcribit Ærius ea omnia Scolopendræ ictibus mederi credit, quæ priuatim muris Aranei morſibus conueniunt. Plinius plura habet variis in locis remedia: vt folia mentaſtri illita, & bibita drachmis duabus in vini cyathis duobus, mentam, ſerpillum, decoctum polytrici & trichomanes frequenter illitum, pulegium ſylueſtre cum ſale, cyminum ſylueſtre, acetum vini potum, vrina pueri, ſanguis reſtudinis illitus, ſal ex aceto potus, cancri marini cinis, farina hordei. Præferunt antiquorum nonnulli cinerem aceto ſubactum, & vulneri illitum, præterea pulegium, rutam & mentam ex vino potam.

a L.7.c.6.

b L.8.c.2.

c L.43.c.15.

Finis Libri Quinti.

VLYSSIS

VLYSSIS ALDROVANDI PHILOSOPHI ET MEDICI BONONIENSIS,

HISTORIÆ DE INSECTIS LIBER SEXTVS,

Qui est

DE VERMIBVS.

ET PRIMVM

DE IIS IN GENERE.

Cap. I.

ORDINIS RATIO.

Vermes quid hoc libro significent.

NOMINE Vermium duo complector Insectorum genera. primum ea, quæ parcè admodum ab antiquis & recentioribus celebrata sunt, ac nomine tenus potius cognita; aut non tam exacte descripta per partes, vt eorum nobilitas ac præstantia, à partium varietate desumi queat: deinde etiam ea quę pedibus carent, vt sunt Vermes terreni dicti Lumbrici atque id generis plurima. de hisce omnibus hoc libro agere institui. Porro quæ pedata non sunt, cæteris, de quibus tractauimus. Insectis, postponenda esse, nulli fore dubium existimo, vtpote quæ plantis proximam quandam naturam habeant. vbi enim in hisce tot sensus quot in Ape, Formica. Scorpioneue? His enim visus, auditus, & quotundam sententia odoratus. Iam si Vermibus gustum, motum tactumque adimas, quid erit reliquum? Natura quoque minus nobilem horum conditionem nobis ostendit in volatilium Insectorum generatione. Eorum enim si quippiam nasci oportet, id primum ex Verme oriatur necesse est, tanquam ex imperfectiori sua ducens primordia. Semper enim natura à rudiori generationem animalium inchoari cupit, vt etiam in alijs quibusdam Vermibus, qui postmodum alati euadunt, conspicere licet. primum enim ex semine quodam nascuntur foris duto obducto cortice, intus fluido, forma fere, ac magnitudine Carthani semini simili, ex quo postmodum prodeunt. Accedit & hisce alia ratio quæ hæc animalcula pedibus distituta prædictis ignobiliora declaret, ortus inquam, ac generis obscuritas. Quid enim; nonne ignobilius ex putredine limi, aut ligni, aut carnis nasci, quam propagari per coitum, vt ea Insectorum genera de quibus tractauimus antea? At ne in huius libri vestibulo lectorem deterream, nimium Vermes nostros extenuando, laudes eorum non supprimam, quibus haud cæteris Insectis iudicandi erunt inferiores. Illorum enim si quis vsum desideret, habebit eum in cibis, ad augendas corporis vires: in medicina, ad sanitatem recuperandam, qua nihil vnquam præstantius humano generi datum fuit. Si vero naturam contempletur, non minus Deum horum conditorem intelliget fatebiturque, quam Apis aut Vespæ quamuis ne sic quidem Galenus senserit. Enimuero quod se tam flexibiliter moueat vermis, varijsque gyris se torqueat ac vertat, id totum diuinæ præstantiorique naturæ debet acceptum referre, à quo ea proficiscitur. Quamobrem merito accusandi autorum

Laudes vermium.

A plurimi, qui negligenter admodum horum Vermium naturam perlustrarunt, ac memoriæ mandarunt posteris indignum putantes ea pluribus laudibus celebrare, ac intueri, quorum putidus ortus, lubricum & æquale corpus, oculos aspicientium ac mentem scribentium auertant ac deterreant.

ÆQVIVOCA.

Vermis nomen latè patet.

VErmis nomen vsque adeo late patet apud scriptores, vt non solum ad omnia Insectorum genera se extendat, paucis admodum exceptis; sed etiam ad animalia quædam oblongiora sanguine prædita, vt sunt Lacertæ. *a* Agricola Vermem commemorat quadrupedem qui in Maio mense natus in agris excurrit crassum, longum digitum minimum, supra terram viuentem, corpore molli, nigro, splendido, gracili isthmo posteriori corporis parte pectori adhærente. in manu sumptum pingui eas liquore inficere, pellere vrinã, sed vna sanguinem. *b* Albertus Magnus Vermis nomen omnibus animalculis commune esse ait; specialiter Lumbricos terræ id nominis sibi vindicare, quia de sola terræ exhalatione nascantur. Apud quosdam animalia parua anonyma Vermium appellatione continentur. Est via quædam quæ à medio ventriculo cerebri humani ad puppim tendens non aperta sed B quæ portam habet, in qua quoddam obstaculum: eius forma sicut pinea est, quam anatomici Vermem vocant, vt docet *c* Galenus In equorum cute Vermem quidam veterinarij appellant morbum, quem in humano existentem corpore herpetem nuncupamus. alij hunc tumorem exulceratum exponunt, cuius causa creditur esse putredo contagiosa omnium humorum. Itali nunc temporis appellant il mal del Verme. Putat *d* Catolus Ruinus ita dici ob similitudinem quam habet cum illis Vermibus, qui in arbotib. nascuntur; vt enim hi intra corticem, & lignum existentes, arboris substantiam corrodunt eauernasque in ea conficiunt; ita materies huius mali intra pellem, & carnem consistens, eto densque carnem, diuersa orificia efficit huius variæ sumuntur differentiæ à materia peccante, & parte quam affligit. nam qui nullum certam partem afficit, sed modo in hanc, modo in illam incurrit, volatilis dicitur: qui pectus in parte antica occupauit pectoralis, anticore Italis qui in coxis nascitur, sed ad crura dilabitur Caniuo Verme; quemadmodum Verme mentagra appellãt nostri veterinatij, quum malum eum sibi locum elegit, qui intra caput, collum, & maxillas situs glandulas continet.

a Lib. de sub. ter. animal. vermis quadrupes agricolæ.

b Lib. de Animal. 16. Lumbrici tet. æ proprie Vermes Alberto.

Vermis in cerebro quid sit anatomicis,

c Lib. de Oculis.

d L. 1. c. 26. de morb. equor. Volatilis. Vermis.

A

SYNONYMA.

תלע inde תלעה Vermis quidam putant eſſe Vermiculum minorem quam רמח. Nam Elias aliud exiſtimat. Pagninus confundi ait. Quidam reducunt ad radicem לוע, quod deglutire ſignificat, quod facile teratur & conculcetur animalculum longe viliſſimum vel actiue, quod arrodendo deglutiat. Plurale maſculi tantum per cametes ſub ſecunda inuenitur. Figurate pro abiecto Pſalm.22. & Ieſah 41. vbi Midras inquit Limchi Iſraelitas Vermi comparari ait, quod vt illius robur non niſi in ore ſitum eſt, ſic omne Iſraelitarum robur in oratione ſit poſitum Charda in lingua Arabica Vermis eſt, item ydrocomi in Pandectario. ὑάλη in Lexico vulgari exponitur, vitrum, Bombyx, Vermiculus item: εἰλύιγξ Vermiculus quidam. Δερμηστὴς vero Vermis, Serpens. Nam apud Lyſiam Vermis ſic vocatur: apud Ariſtarchum ſerpens Eſt potius animalculum à conſumendis pellibus ita dictum, vt denotat Etymologicon. ψῶρι communiter quoque Vermis dicitur, quamuis peculiariter is qui ligna erodit. Ἀψῶρι Vermiculus, vt Coſſus, Tinea, Teredo (ita vulgare Lexicon, ſed perperam) habet pro ψῶρι, vt annotauit author Theſauri linguæ Græcæ. Κνώδαλον beſtia eſt & animans. Heſychius & Scholiaſtes Ariſtophanis volunt proprie dici ἐπὶ τοῦ θαλαττίου θηρίου, de beſtia marina, veluti κνώδαλον, hoc eſt εὐάλίκινόυμενον: Homerum vero ac cæteros poetas κνώδαλον vſurpaſſe ἐπὶ τοῦ χερσαίου θηρίου, pro beſtia terreſtri. Verum & reptilium genus hoc nomine intelligitur, καὶ τὰ μικρὰ ζῶα. Quomodo *a* Nicander in deſcriptione antipharmaci cuiuſdam iubet.

a In Theriac.

——ἀκ τεὶόδοιο μεμικμῆα κνώδαλα χύτρῃ.

Ζωὰ νέον δορκωύπι καὶ ἔνθορε

iniicere: paulo poſt ὄφεις appellans vocabulo ſpecialiori, quæ hic generaliori appellarat κνώδαλα, quod & Scholiaſtes annotauit. Rurſum Nicander appellat Inſecta quoque noxia, in eodem Theriacῶν opere:

Φράζεο δ' Αἰγήπτοιο πάτ τε τρέφει ὀυλοὸς ἄῖα
Κνώδαλα φαλαίνη ἐναλίγκια:

Vbi & Scholiaſtes annotat Inſectum volucre intelligi ſimile Cranocolaptæ. Sed à Platone ſic vocantur Vermes in Axiocho. Ἀνδὴς δὲ, inquit, καὶ ἄπυρος ὅπου πότε κείσομαι, σηπόμενος εἰς ὀὐλὰς καὶ κνώδαλα μεταβαλὼν. Non vſq; quaq; igitur verę ſunt etymologiæ quæ adferuntur, vt vult author Theſauri linguæ Græcæ, nec ſane ea quæ κνώδαλον vult ἐπὶ τοῦ χερσαίου θηρίου dici παρὰ τὸ κυσὶν ἁλίσκεσθαι. Nec enim Inſecta volucria, nec reptilia, vt angues & Vermes, canibus venaticis capi queunt. Dicuntur quoque ὀὐλαὶ Vermes, vt in citatis Platonis verbis videre licet; ſed peculiariter qui in corpore vulnereue, aut vlcere naſcuntur, qui etiam σκωληδόνες dicuntur & σκώληκες. Sed σκώληξ commune Græcis eſt vocabulum, quod exprimunt, quod Latini nomine Vermis. Dicitur autem Vermis à vertendo aut vertendo teſte Iſidoro, quaſi vertens & verrens. Quia in multas partes ſe vertit, ac torquet dum repit. Vel quia verrit, id eſt vt idem exponit, ad partes oppoſitas ſe trahit. Non enim ſicut ſerpentes ſquamarum niſibus Vermis repit, ſed in diuerſas partes corpuſculum ſuum trahit. Et quoniam vere Vetmes è latebris prodeunt, ideo à verno exitu nomen quoque ſumere poſſunt. Italice Verme dicitur: Gallice vn Ver. Hiſpanice el Guſano. Polonice roback. Germanice ein Wurm. Belgice een Worm. Hungarice fereg, nijuue. Anglice à Worme.

Vermis Etymon.

GENVS. DIFFERENTIAE.

D

Differentię à magnitudine.

MAgnitudine plurimum inter ſe Vermes differunt, ſunt enim alij parui, quos diminutiua voce Latini Vetmiculos, Græci σκωλήκια appellãt; alij magnitudine medij ſunt, & maximi aliquot cubitos longi. Partibus quoque plurimum variant, ſunt enim caudati, alij ſine cauda, de quibuſdam caudatis meminit Hippocrates, & Ariſtoteles ſeu author eius libri qui de rerum natura inſcribitur. Quoſdam enim eſſe ait aurei coloris, qui ſtatim vt nati, ſunt, à parentibus aluntur, deinde abſq; cibo vitam tranſigunt, atque ita iacent immobiles veluti mortui: at quodam à natura cõſtituto tempore reuiuiſcunt, ſibiq; prouiſuri ad paſtum ſurgunt Peruſſiam nouo Vermium genere per æſtatem infeſtam fuiſſe anno milleſimo ducenteſimo octuageſimo quinto *a* narrant, qui caudis canerorum prædiri, quoſcunque aculeo pupugiſſent, intra tertium diem extinguebant. fuere hi forte Scorpionum ſpecies. Refertur à Mondauilla Vermis quidam capite apri, ſex pedibus, vnguibus latis, cauda Leonis. ἀγκάλη Heſychius tradit ſecundum quoſdam eſſe Vermem caudatum, alioquin ſignificare πολύπεων ἐν μυχτῆρι polypum narium Sunt & denſis veſtiti pilis, item raris, aut etiam nullis. ruffos piloſos celebrat Palladius nam & coloribus multum inter ſe variant, aut in toto corpore exiſtentibus, aut in aliqua eius parte, vt qui rubicundo circulo prope caput inſigniuntur nigros quoque toto corpore teperne eſt, & albos plurimos, rubros aliquot. quidam igneo quoque ſplendore micant. à virtute quam habent, aut ſanandi, aut lædendi interficiendique, aut noceudi, alij dicuntur canibus moleſti, eosq; latenter mordẽtes λαθαργοὶ dicti. In Peru exiſtunt Vermes ex quibus lethifera parant venena Indi Occidentales. & olim apud Indæos Thamur Vetmis qui vitrum confringebat. Iſidorus vero atque alij quidam, Vermes differentes ſecundum materiæ diuetſitatem ſcribunt. naſcuntur enim alii in animalibus, tum viuis, tum etiam mortuis, alii in ſtirpibus, foſſilibus. & meteoris, de quibus omnibus particulatim in ſuis capitibus agemus.

A partibus Caudati

a Lib.10.

Pilosi Vermes.

A Colore

Venenosi quidam Vermes in Peru.

VICTVS, SENSVS.

viuacitas.

VErmiculi non niſi ijs aluntur, è quibus nati ſunt, vt animalium animalibus, ſtirpium ſtirpibus, meteorum meteoris corporibus & ſimilibus. Piſces & Vermes dicuntur κόπτειν: piſces autem cum aſſilientes quaſi tundunt ſuo roſtro rem aliquam. at Vermes cum rodentes aliquid, & ipſi veluti tundunt. Nullum Vermibus ingenium, nulla memoria. nam Apibus Veſpis Crabronibusque hæ dotes ſunt. Quamobrem apud *a* Lucianum mercatori, dum philoſophum Scepticum Pyrrhiam interrogat an ſurdus ſimul, & cœcus eſſet, reſpondet Pyrrhias, ſenſu ſe etiam & iudicio carere, breuiterque nihil à Verme differre Vnde eſt quod quidam Vermes obliuioſos eſſe dixerint. Nulli Vermium generi oculos eſſe *b* Plinius aſſeruit. Quamuis *c* Galenus tradiderit quibuſdam ipſorum obſcurum veſtigium ineſſe. Senſus tactus, guſtuſque omnibus eſt, vt idem dicit *d* Plinius. Nam percepto ſonitu lateſcunt: & ſapores optime diſcernunt: amara enim ac ſalſa refugiunt, dulcia vero appetunt & ſugunt Repunt quoque non veluti ſerpentes ſquamarum niſibus, non enim & colubri his ſpinæ rigor eſt, ſed in arctum corpuſculi ſui partes colligentes, & poſteriora attrahentes progrediuntur, quod εἰλοσπᾶσθαι proprie Græci dicũt. Atq; hic motus a *e* Galeno videtur animaduerſus, in eo loco quo inquit, Vermes motu vndarum moueri. Vermium quoq; imbecillitati optime prouidit natura: quum illis vitam longe fortiorem indidetit, quam cæterls animantibus & Inſectis, ſunt enim animantium quædam quæ abſciſſo capite ne tantillum quidem viuere poſſunt. Quædẽ Inſectorum diutius; at hi Vermes per medium diſſecto corpore vtraq; parte viuere queunt. Tam altis ita que fixa radicibus vita inhæret.

Quibus alantur.

Nullum Vermibus iudicium.

a In vitarũ auctione.

Vermes obliuioſi.

b L.11.c.37.

c L.2.c.5.de ſem.

d L.11.c.71.

Motus vndarum Vermibus.

e L.1.de differ.pul.

GENERATIO.

MAter omnium Vermium putredo eſt plurimorum ſententia, atq; ea oritur ob humoris nimiam vbertatem intemperiemque quæ calorem cuiuſq; materiæ puta animalium, plantarum, aquæ, aut terræ opprimit In Guinæa quæ regio eſt Africæ proxima æquinoctiali lineæ, putredines magnæ exiſtunt ob continuas aeris intemperies. Calida autem & humida intemperies maxime generandis Vermibus idonea eſt; quo fit vt æſtiuis menſibus auraque ſubtepida horti plerunq; Limacibus, carnes Vermibus abundent. Commuue enim, teſte Ariſtotele, Vermium omnium, & eorum quæ ex Vermibus oriuntur, vt primordium generationis, aut à ſole, aut à ſpiritu præſtetur. Idem etiam in rebus imputreſcibilibus naſci Vermes ſcribit: qui quales ſunt item quomodo in quaq; materia generentur poſterioribus capitibus dicetur planius. Illud autem nunc imprimis ſcire licet nullos aut paucos admodum per coitum generari, eos excipio qui Inſecta volatilia euadunt, veluti Veſpaium, Crabronumque & ſimilium, de quibus hactenus ſermo fuit. Non equidem exiſtimo à quoquam inſiciatum iri animalcula exiſtere, quæ cum ex putrida materia tanquam mattice prodeant, nullam ex ſe generandi virtutem habeant, qui legerit apud *a* Ariſtotelem nec Empides, quæ volatilium ſunt generum, ex animalibus naſci neq; coire, eſſeque alia plurima ſimilia, vt Vermiculos. Ad hoc accedit, quod ſi vera ſunt quæ prodidit *b* Ariſtoteles, quod omnia, quæ ex putri materia ortum trahunt, non generent, & ſi quando generent, non ſibi ſimile animal genetent, & id quod prodit, nec mas nec fœmina exiſtat, ea omnia in Vermibus erunt veriſſima. Quapropter nulla ratione per coitum propagari dicimus. Nati autem Vermes per ſe augentur: principio enim parui, mox grandiores euadunt. quemadmodum etiam ii qui ex animali procreantur per coitum, primo quidem exigui ſunt, deinde augentur ſine vllo annexu cauſa ſimilis vt in farina (quemadmodum ſcripſit *c* Ariſtoteles) quæ eſt humore ſubacta. Fit enim ex maſſa parua magna, parte ſolidiore humeſcente, humida ſpiraſcente, quod in animalibus natura caloris animalis facit, id in maſſa calor permiſti humoris. Sed qui ex putredine ortum trahunt, ſenſim per omnes partes æqualiter augentur; qui vero animalium coitu exiſtunt, vt alati euadant inferiore parte magis quam ſuperiore creſcunt. Idque hiſce verbis declarauit *d* Ariſtoteles de teſtatis loquens; Incrementum etiam, inquit, ſimiliter vt Vermes capeſſunt. Vermes enim augentur in partem ſuperiorem, & qua principium continetur. Alimentum enim ſuperius ab inferioribus miniſtratur. Atque id quidem commune cum iis, quæ ex ouo proueniunt, habetur: ſed illa rotam materiam abſũmunt. In iis vero, " quæ ex Verme gignuntur, cum ex cõſtitutione in parte inferio- " re contenta pars ſuperior creuerit, mox ex reliquo alimento in- " ferior articulatur. Cui rei cauſa eſt quod cibis poſtea quoque in " parte ſepto ſubiecta conficitur omnibus. Incrementum autem " hoc modo fieri Vermium apertum eſt in Apibus cæteriſq; ſimi- " libus. Principio enim partem inferiorem magnam, ſuperiorem " habent minorem Idem augeſcendi modus in teſtatis etiam eſt. " Hactenus Ariſtoteles, qui ibidem antea dixerat, Vermes aut intra ſe cibum habere ad incrementum neceſſarium, aut aliunde accipere idque vel ex parente vel ex parte conceptus. Cæterum ii omnes, qui è putredine proueniunt, ſi non in aliud animal tranſmutentur, è parente hoc eſt putredine incrementum capiunt, qui vero è coitu è parte conceptus.

Putredo Vermium mater.

Non coire

a Lib.1.de gen.anim.

b Lib.1.de gen.c.1.2.4.

Vt augeantur.

c Lib.3.de gen.c.4.

d Li.de gen. anim.3.c.9.

DENO-

DENOMINATA.

Ἄσηρος dicitur Suidæ qui immunis est à Vermibus ὁ μὴ ἔχων σκώληκας. quæ expositio si vera est, scribendum vt existimat author Thesauri linguæ Græcæ ἄσητος à σής quod Vermem significat, sed is proprie qui in vestibus reperitur. eandem tamen scripturam habet vetus Suidæ eodex, & manuscriptus. à Σκώληξ quod vocabulum frequentissimum est apud Græcos authores, deducitur diminutiuum Σκωληκίον. Σκωληκιάω Vermibus scateo, seu Vermes genero. apud *a* Dioscoridem reddunt Vermiculantes aures Σκωληκιῶντα ὦτα, Plinius Verminosas aures vocat. Σκωληκίζω est Vermem refeto. apud medicos Σκωληκίζων Σφυγμὸς Vermiculans pulsus, id est pulsus inæqualis in vna pullatione & diuersis arteriæ pattibus, in quo non tota simul arteria distenditur, sed primum quidem pars eius superior eordiq; vicinior, deinde vero alia atq; alia, in modum Vermis progredientis Namq; ab huiusmodi gressus similitudine, huic pulsui inditum nomen est Eiusdem generis est cum vndoso atq; etiam Formicante, differtq; ab his sola quantitate seu magnitudine: estq; amborum medius, tanto maior Formicante, quanto vndoso minor. Hæc inter alia Gorrhæus Affertur & Σκωληκίζεσθαι pro instar Vermium moueri. Σκώληκησις vitium in rebus, quæ corruptione Vermes producunt, Theophrastus ait semina asseruata diutius, ἀῶθ ὑστέρας ἀναγκαῖον εἶναι ἀφ' τοῦ ἀπνεῦν καὶ τοῦ Σκωλήκησιν, sic enim reponunt quidam pro κώλυσιν, præsertim cum subijciat φθορὰ δὲ μάλιστα μὲν ὑπὸ τῶν θηρίων. sed videndum ne pro Σκωλήκησις dicendum potius sit Σκωλήκωσις. Σκωληκιόω Vermibus infestor & passiuum Σκωληκιόομαι Vermib. infestor, Vermiculationem sentio. Theophrastus ἧκιστα σκωληκιῶνται τὰ δριμέα καὶ ὀσμώδη, Vermiculationem minime omnium sentiunt. idem ὅσα δὲ κάρπου σκωληκιῶντα πικῶν, οἷον ἀπίου, μηλέας, μεσπίλης. Pro quibus Plinius. Vermiculationem & poma ipsa per se quibusdam annis seuiunt, mala, pyra, mespila, punica. σκωληκώδης Vermem imitans, idem cum Σκωληκοειδής, quod tamen contrahens se Vermiculorum specie etiam exponitur. Aristoteles de Scorpionibus πίκτουσι σκωληκώδη πολλὰ καὶ ἐπωάζουσι: Vermiculos ouorum specie pariunt Plinio interpicte. Exponitur & Verminosus. Σκωληκόβρωτος à Vermibus exesus seu corrosus, vt in *b* Actis Apostolorum de Herode ἐνθύμβρος σκωληκόβρωτος ἐξέψυξε arrosus à Vermibus animam exhalauit. & apud Theophrastum γίνεται Σκωληκόβρωτον de arbore, Plinius vertit Vermiculis infestatur. σκωληκοποιέω Vermem gigno, vel in Vermem conuerto. Σκωληκοτόκος Vermes procreans seu generans. vtitur hoc Aristoteles & Theophrastus, vnde Σκωληκοτοκέω Vermes pario. *c* Aristoteles loquens de Insectis εἶδον δ' ἔνιοι πάντα τρόπον πινὰ σκωληκοτοκεῖν τρῶτον. & alibi rursus ὅσα σκωληκοτοεῖ ἢ ὠοτοκεῖ. Affertur & passiue σκωληκοτοκάμενοι. & à Gaza exponitur Vermicularia proles. σκωληκοτοκία Vermium generatio seu procreatio apud Aristotelem. A Verme Vermiculus diminutiuũ dimanauit, quod præter paruum Vermem multa quoque alia significat Nam Vermiculum vinum pro acerbo dici tradit Alciatus, quod nondum maturuit, Gallis vin Vermeil. Vinum inter album & nigrum, inquit, *e* Cælius Rhodiginus, quod medium est Cirrum vocant Græci: ex nostris rubrum nonnulli: quidam etiam giluum vulgus Vermiculum: quando & far rutilum Columella Vermiculum dicit. In Sacra scriptura Vermiculum coccum bis tinctum exponunt quidam: qui color non est ita lucidus, sed subniger. in *f* Exodo enim ita habetur: si fuerint, peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabuntur: & si fuerint rubra quasi Vermiculus, veluti lana alba erunt, & paulo post vbi de exstruendo tabernaculo agitur, Fecit, inquit, & tentorium tabernaculi, ex hyacintho, purpura, Vermiculo byssoque retorta. Quidam rursus Vermiculum colorem carmesinum appellari aiunt apud vulgus, qui Gallice cramoysi dicitur. Sunt qui notent esse Vermiculum, vt annotauit Santes Pagninus, singularem Vermiculi speciem nascentis ex grano fruticis, figura lentis aut pisi κόκκῳ Græcis, vnde nostris coccinus, & coccineus color. Scarlacum vulgo dictum (etsi Galli escarlatte proferant) putant ad vocem Græcam Σκωλήκιον alludere, quæ Vermiculum sonat. Tradunt, & apud Galatas frequentem esse. Item in Polonia vbi grana collecta postea in areis collocantur, & aliquandiu rigantur cereuisia, post quam rigationem verruntur in Vermiculos. Cuius apparatus tam longi hodie cœpit tædere Polonos. Audio etiam animal esse exiguum in Germania quod D Iohannis Vermiculum appellant, alis nigris, albicante in media parte puncto; eius partem inferiorem ventris siccatam sub cineribus ad tingenda serica loco chermis, aut cocci infectorij vsurpari. Hunc aut eum qui chermes tingit *g* Scaliger in Tarreram agazonem Vermicillum appellat his versiculis:

Quid coccinatus, sericatus ambulat
Tarrera agazo, turget & buccu crepat,
Audi Tarrera quid mihi in mentem venit.
Hac est satu erodentis Eruca, pater
Coccus pusilli Vermicilli tinxit hanc

h Prac. trac 2. c. 3. Vermicelli quid Sauonarolæ. *i lib. 7. de pomaseiētia.* Vermiculi Platinæ quomodo fiant. Vermiculatum.

a Lib. 3. Pulsus Vermiculans. Vermicu-lus color. *f Cap. 36.* Carmesin⁹ color. Scarlacum vnde dictũ D. Iohānis Vermiculus quis. *g In Archilocho.* *b Cap. 12.* *c Lib. 3. de gener.* *d 2. Politic.* Vermiculũ vinum. *e Lib. 28. cap. 30. lect. antiq.* Far rutilũ.

sub intellige vestem *h* Sauonarola medicus egregius sui temporis à quibusdam in Italia Vermicellos appellari scribit corrigias rotundas factas ex azymo, quæ coquuntur ex carnibus, vocantur in Marchia tria & tri. Simile quid in culinam suam ex farina subacta factum inuexit *i* Platina Cremonensis, quod Vermiculos vocat. Farinam autem albam, & bene excretam, cum oui albo, aqua rosacea aut communi bene subigit, subactam in frusta digitis rescindit, Vermiculos tunc dicit, hos ad solem deinde ponit, vt bene sint sicci, tuncq; biennio aut eo amplius durant. coctos per horam in pingui iute, patinæque additos, caseo trito, & aromatibus condit. ac si dies ieiuuij fuerit, cum succo amigdalino, & lacte caprino coquit: verum quia non tantum coctura requirit, prius aliquantulum in aqua ebullit, deinde lac ipsum addit: coctos saccharo inspergit. Vermicutum est minutis segmentis elaboratum, veluti Vermiculis exiguus concinnum. Emblema Vermiculatum, inquit *k* Budæus, significat opus ex tessellis insititijs aptum atque consertum. Iude illud Ciceronis in Bruto de Marci Callidij oratione: Nullum nisi incopositum, & tanquam in Vermiculato emblemate (vt ait Lulius) structum verbum videres. & in *l* Oratore perfecto de concatione verborum loquens ex Lucilio,

Quam lepide lexeiompostа, vt tesserula omnes
Arte pauimento atque emblemate Vermiculato.

k In Pandectis. Emblema Vermiculatum quid Lucilio, & Ciceroni. *l Lib. 3.* Vestis Vermiculata. Scolecidata vestis.

Vestem Vermiculam sunt qui apud D. Hierohymum interpretentur dici ex aquisiæ grano, quod locis quibusdam Plinio tradente Vermiculi spae visitur. nam & coccineam vestem scolecidatam vocari tradit, velut Vermiculatam: etiamsi quisquilium est cocci granum vde corriuari quisquiliata videri potest, quod ipsum Hermolaus Barbarus antiquarum lectionum peritissimus in suis ad Dioscoridē crollarijs animaduertit. Doctissimus Christianæ veritatis cultor Fida citante ipsum Cœlio *m* Rhodigino, digiti vero virginis, inuit, recurlantes incomprehensa mobilitatis scaturigine Vermiculati. Nam Rhodiginus probans digitorum gestu veteres supplasse, ait decentes arithmetices numeros commotos Vermiculate dici a Martiano Vermiculari dicuntur arbores in quibus Verms in cortice generantur, est igitur Vermiculari Vermiculis infestari. *n* Plinius: Vermiculantur magis minutæ quædam arbores, mues tameu fere, idq; aues caui corticis sono experiuntur. Vermiculati etiam interpretantur minuta opera facere, indeque vermculata opera, quæ paruis segmentis coaptata sunt, veluti dictum est Vermiculatio verbale est cum enatis bestiolis, aut Vermiculis segetes infestantur, aut etiam arbores ζωογονίαν exponit Budæus ex Theopresto. *o* Leuinus Lemnius tradit Vermiculationē morbũ esse, qua homines infestari torqueriq; solēt ac veluti Vermiculis dilaniari; quemadmodũ Formicationem Græcis μυρμηκίαν dictam, quæ foris corpus fœdis tubetculis, ac pustulis deformat, intus vero mordentis Formicæ sensum affert, & cruciatum, ita vt subinde scalpturire cogantur ægri, atque attritione leuamen concuirere, Vermicularis herbæ quoque nomen est in officinis à similitudine foliorum Vermiculos referentium, semperuiui species, quod ἀίζωον Græci vocant, eius plura sunt genera quoddam enim in locis asperis nascitur, quoddam in maritimis, quapropter Vermicularis marina dicitur: hanc scriptit *p* Leuinus Lemnius in toto Zelandiæ tractu copiosissimam esse, caule palmari, erecto, firmo, tereti, geniculato, atque internodijs distincto, vtrinq; multis agnatis cauliculis rotundis, læuore perpolitis, atq; in se compactis, qui exemptiles videntur, vt equisteto seu caudæ equinæ, folijs qui ex caule singulari emergunt, eoq; illipati sunt, carnosis, crassis, succo turgidis, crassitudine arundinis, quæ obambulantium pedibus moram inijciunt, ac gressum remorantur, sonitumque ac fragorem in promouendis pedibus excitant, radice exigua, gracili, & tenuiter capillata, tota herba ab ima sui parte ad cacumen viique eleganti, & pellucido virore perpolita est quæ nec hybernis mensibus motitur, & exolescit. Est & processus Vermicularis, seu Vermiformis Græcis dictus Σκωληκοειδὴς ἀπόφυσις corpus ex particulis quamplurimis, vt notat Gorrhæus, in cerebro humano per membranas tenues connexis varie densequecompositum, & secundum meatus longitudinem extensum, qui à medio cerebri ventriculo ad postremum fertur speciem gerit Vermium vetulas quercus depascentium. Inuehitur autem dorso πὸ γλουτίων, ab illis vndique adstringitur, & affirmatur per ligamenta, quæ τένοντας appellat, id est tendines: Supernacet inea tui, qui est à medio ventriculo ad postremum, & spiritus animalis per eundem transitui præest. hunc processum alibi Galenus Vermiem appellauit, vt supra admonui in æquiuocis Vermina dolores corporis, qui quodam minuto motu intestina quasi Vermes scindere videntur. Hic dolor Græce σρόφος dicitur. Hæc Festus. Plinius, magi eo Vermina, & dysenteriam curari tradunt & *q* Lucretius.

Donicum eos vita priuarant Vermina sæua.

id est sæui dolores, vt exponit autor Thesauri linguæ Latinæ: tamen Dionysius Lambinus hunc locum Lucretij commentans, Vermina dolores ex Vermibus membra corrodentibus, ac depascentibus exponit. Vermino significat Vermes habeo, aut gigno. Cornelius Celsus: Nihil est pernitiosius pueris dum verminant. & *r* Seneca: Malorum serpentum, & aliorum animalium, quibus mortifera vis inest, quum fulmine icta sunt, venenum omne consumitur. Vnde, inquit, scis? in venenatis corporibus Vermis non nascitur. Fulmine icta intra paucos dies verminant. Verminare quoque exponitur cum quodam pruritu scabendi molestare, Martialis de Auriscalpio.

Si tibi morosa prurigine verminat aures,
Arma damus tortis apta libidinibus.

Processus Vermicularis cerebri. Vermina. *m Lib. 23. c. 11. & 12. lection. antiquarum.* Vermiculati digiti quæ sint. Vermiculor. *n li. 17. c. 24* Vermiculatio. *o lib. 2. de occul. natura mirac.* Formicatio morbus Vermicularis herbæ genera. Vermicularis marinæ descriptio. *p lib. 3. de occul. nat. c. 4.* *q Lib. 5.* Vermino. *r Lib. 2. Epist. 30.*

Posset hic quoque aliquis exponere id verbum pro Vermibus molestari, his enim & autes humanæ maxime obnoxiæ, vt postea videbimus planius. Sumitur quoque Verminari pro torqueri, à Vermibus deductum verbum quod facile se torqueant, inquit Nonius Marcellus. Varro, septimo, inquit, mense verminari cœpit, partum putauit propinquum. Verminatio verbale, morbⁿ est præsertim iumentorum, in qua significatione vsus est *s* Plin.: ijsdē inquit, lanari dimissis in fauces iumētorũ verminationes notũ est Significat Verminatio. *s*

gnificat item capitis dolorem vbi iu videtur arrodi cerebrum. t Seneca: Quod oculorum auriumqu ormenta, & cerebri æſtuautis Vermiculationes? Sumitur & p acriori punctione doloris, in qualiber corporis parte apud u eiſdem: Omnium, inquit, iſtorum prima Verminatio vexat, impus mora extinguitur, loquitur de podagra, chiragra, morbiſqu articularibus. Autor Nomenclaturæ Verminationem Plinio dicit morbum, qui Celſo tormina alui nuncupatur Græcis σφόφον ieſtinorum circa vmblicum tortionem. confundit itaque Verminationem, & Vermina. Verminatio auriculatis Calepino putatur morbus, cum putridæ aures Vermibus ſcatent.

t *Epiſt.96.*

u *Epiſt.79.*

MYSTICA. MORALIA.

Christus cur Vermis

APud Pſalmographũ Chriſtus de ſe ſic loquitur: ego ſum vermis, & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis: quo in loco fuere nonnulli qui pro Vermis ſum Scarabæus traduxere: quaſi diceret contemptiſſima res ego ſum. Euthymius, ita ex Chriſti perſona humiliare ſe Dauidem ait, ui alioqui & propheta erat & rex, alibiq; ſe canem mortuum appellate, vt libro Regum legitur. Exiſtimant tamen plurimi id dictu eſſe propter humanam Chriſti generationem Vnde Origene Adamantius videbat ,, (inquit Saluator) in matris vtero immunditiam corporum, vi,, ſceribus eius hinc inde vallatus, terrenæ ſordis patiebatur angu,, ſtias: vnde aſſimilat ſe Vermi, & dicit: *Ego ſum vermis, & non ho,, mo.* Ex mare quippe ac fœmina homo naſi ſolet: ego vero non ,, ex maſculo, & fœmina ſecundum ritum humanum atq; natu,, ram, ſed in exemplum Vermis natus ſum, cuius non eſt aliunde ,, ſemen, ſed in ipſis, & ex ipſis, in quibus coleſcit corporibus, o,, rigo eſt. Propter quod, quia omne maſculinũ quod aperit vul,, uam ſanctum Domino vocabitur. Et Diuus Auguſtinus eiuſdem Pſalmographi verba prædicta commẽtans, Vermis inquit, & non homo Nam eſt, & homo vermis, ſed ille vermis, & non homo. ,, Vnde non homo? Quia Deus Quare ergo ſic ſe abiecit, vt dice,, ret vermis? An quia vermis de carne ſine concubitu naſcitur, ſi,, cut Chriſtus de Maria Virgine? Et vermis & tamen non homo? ,, Quare vermis? Quia mortalis, quia de carne natus, quia ſine ,, concubitu natus. Quare non homo? quia in principio erat ver,, bum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Huc ,, vſq; D Auguſtinus. Sed b Santes Pagninus Chriſtum vermem trib. modis dici ſcribit. Pro vera humanitate Vnde in figura Chriſti de Dauid dicitur. Tenerrimus ligni vermiculus, & illud Eſaiæ: Noli timere Vermis Iacob. Item pro mordaci ſeueritate, ſicut dicitur Tinea: Hinc apud Oſeam: ego quaſi Tinea Ephraim, & quaſi putredo domui Iacob. Tertio pro vili abiectione, ſicut apud Pſalmographum, loco citato. Scriptum autem in c ſacra ſcriptura eſt, quod infideles ſeruarunt manua, quod Dominus Iſraelitis dederat, dum eſſent in ſolitudine intet Elemum & Sinau, & ex ea computrefacta, (quandoquidẽ in craſtinum diem ſeruarant, quod haud erat licitum, niſi pro die Sabbati) vermes prodieraut. Nam illud quod pro die Sabbati reponebatur, non erat corruptum, neq; vermes ebullierant ex eo. Quem locum commentans D. d Auguſtinus per Vermes peccatum intelligit, per manna verbum Dei i,, ta enim inquit. Et tu ergo ſi propter præſentem vitam tantum,, modo, & propter amorem ſęculi theſaurizes, continuo vermes ,, ebulliunt. Deniq; audi de peccatoribus, & his qui præſens ſęcu,, lum diligunt, quid propheta dicat, vermes, inquit, eorum non ,, morientur. Iſti ſunt Vermes quos generat auaritia: iſti ſunt Ver,, mes quos generat diuitiarum cæca cupiditas, his qui habent pe,, cunias; & videntes in neceſſitate fratres ſuos, claudunt ab eis vi,, ſcera ſua. Propterea & Apoſtolus dicit, Diuitibus autem ſæculi ,, huius præcipe non ſuperbe ſapere, neq; ſperare in incerto diui,, tiarum, ſed diuites ſint in operibus bonis, facile tribuant, com,, municent & theſaurizent ſibi veram vitam. Sed dicit aliquis: ,, Si manna verbum Dei eſſe dicis. quomodo Vermes facit? Verũ ,, eſt fratres: Non aliunde fiunt Vermes in nobis, niſi ex verbo Dei ,, Sic enim ait, niſi veniſſem, & locutus eis fuiſſem, peccatum nõ ,, haberent. Poſt ſuſceptum autem verbum Dei qui peccat, efficiitur ei ipſum verbum Vermis, qui eius ſempet conſcientiam fo,, diat, & arcana pectoris rodat. Nunc ergo feſtinemus cœleſte ,, manna ſuſcipere. Iſtud enim manna pro vt vult quiſq, talem ſa,, potem ſapit. Audi enim Dominum dicentem his, qui accedunt ,, ad ſe: Fiat tibi ſecundum fidem tuam. Et tu ergo ſi verbum Dei ,, quod in Eccleſia prædicatur tota fide, & tota deuotione ſuſcipi,, as, fiet tibi ipſum verbum quodcunq; deſideras. Verbi gratia, ſi ,, tribularis, conſolatur te, dicens, Cor contritum, & humiliatum ,, Deus non deſpiciet. Si lætaris, proſpere cumulat tibi gaudia di,, cens, Lætamini in Domino & exultate iuſti Si iracundus es mi,, tigat te dicẽs, Dominus ſanat omnes languores tuos. Si pauper,, tate conſumeris, conſolatur te dicens, Dominus erigit de terra ,, inopem, & de ſtercore pauperem. Si ergo manna verbi Dei red,, dit in ore tuo ſaporem quemcunq; volueris. Hoc tamen ſiquis ,, infideliter ſuſcipiat, & non commedat, ſed abſcondat, putaſne ,, eo vſq; deducendum eſt verbum Dei, vt etiam Vermis fieri pute,, tur: Non te turbet auditus, audi prophetam ex perſona Domini ,, dicentem, Ego autem ſum Vermis, & non homo Sicut enim i,, pſe eſt, qui fit aliis in ruinam, alijs in reſurrectionem: ita & ipſe ,, eſt, qui nunc in manna fidelibus quidem dulcedo mellis, infide,, libus autem Vermis efficitur. Et ideo fratres cariſſimi quantum ,, poſſimus cum Dei adiutorio lectioni diuinæ ſtudeamus inſiſtere, vt legem Dei ſpiritaliter mereamur agnoſcere, vt nobis verbum Dei non efficiatur Vermis, qui noſtras conſcientias iugiter arguat, & affligat: ſed impleatur in nobis illud, quod ſcriptum eſt: "Quam dulcia faucibus meis eloquia tua Domine, ſuper mel & "fauum ori meo. De reliquis autem moralibus, cum peculiaribus ſuis ſubſequentibus capitibus rectius accommodari poſſunt, quam huic, agemus poſtea.

a Pſal.21.

b *In Iſagoge lib.10.c.31* Christus Vermis tribus modis dicitur.

c *Exod. 16*

Vermis peccatum.

d *Feria. poſt 3. dom.*

Verbũ Dei quin efficiatur Vermis.

A

B

C

D

E

PRODIGIA.

HEnricus Imperator Henrici tertij filius, (vt narrat a Cranzius) cum Italiam peteret à Matilulda exercitum illi obijciente remoratur, ne ex Longobardia in reliquam Italiam proficiſceretur: Mutinam tamen cepit Henricus. prodigium tum viſum in aere interpretantur, Vermes Muſcis deductiores tanta multitudine volabant in aere, eaque craſſitudine ſpatium occupabant, vt manu & virga tangerentur, vt etiam nulli paſſus in latitudine, vel duo, vel tria in longitudine implerent. Portendi putabant expeditionem in terram ſanctam Ignei etiam Vermiculi incerta ſpecie per aerem vecti, ſeu denſæ nubis obiectu, ſolis etiam lumen humanis oculis auferebant anno Chriſti milleſimo centeſimo quarto; & tunc alia nefanda prodigia terris ſpectata: quantus bellorum turbo mortalibus imminet, demonſtrauit poſtea euentus.

a *Saxonia lib.5.ca.13.*

Vermes Muſcis deductiores quid portẽ derint.

Ignei Vermiculi quid portẽ derint.

VSVS IN VARIIS.

VEſcuntur & Vermibus homines atque etiam animalium cæterorum, plura genera Omnigenos enim ab Indis eſitari ſcribitur. Quin & crudos vorare eos, qui Indiæ partem occidentalẽ inhabitant, Franciſcus Lopez teſtatur. Iam & aues plurimæ ſunt, quæ Vermiculis victitant quas omnes his verbis recitat a Ariſtoteles: Aliqua, inquit auium, Vermiculos petunt, vt fringilla, paſſer, tubetra, luteola, parus, cuius genera tria ſunt: Fringillago, "quæ maior eſt, quippe quæ Fringillam æquet. alter mouticolla "cognomine eſt, quoniam in montibus degit, cui cauda longi"or. Tertius magnitudine ſui exigui corporis diſcrepat, quanquã "cætera ſimilis eſt. Item ficedula, atticapella, rubicilla, rubecu "la, ſiluia, curuca, aſilus, tyrannus, cui corpus non multo am"plius, quam Locuſtæ, criſta rutila ex pluma elatiuſcula, & cæte "ra elegans, cantuq; ſuauius hæc auicula eſt. Ad hæc florus cui "magnitudo quanta fringillæ: & monti fringilla, quæ fringillæ ſi"milis, & magnitudine proxima, ſed collo cœruleo, & in mouti"bus degit, vnde nomen accepit: tum etiam regulus, & frugilega. "Hæc & reliqua id genus, Vermiculis partim ex toto, partim magna ex parte aluntur. Hæc itaq; Ariſtoteles. Verme Thamur dicto ſi vera ſunt, quæ narrantur admirabilius haud quidquam in rerum natura exiſtere poteſt: nam cum molliſſima conſtet veluti carne, nihilominus dura quæque abſumit, veluti autor de natura rerum his verbis de eo memoria prodidit. Thamur dicitur Vermis Salomonis: Salomon enim cum marmor parium ad ædificationem templi è remotis partibus conuehi præcepiſſet, conſcius prohibitionis legis, quæ vetuit altaris ædificandi lapides ferro incidi, quæſiuit experimentum in Vermibus, quod ars humana neſciuit: nam pullum ſtruthionis in vitreo vaſe recluſit, quem cum videret ſtruthio, & habere nequiret, naturaliter agnitam artem attentans in deſertum cucurrit, redienſq; Vermiculum tulit, cuius ſanguine vitrum liniuit, & confractum eſt, ſicque fœtum eripuit: quod videns Salomon hoc experimento eodem genere Vermis in inciſione duriſſimi marmoris vſus eſt.

a *Hiſt.8.c.3.*

Aues Vermiuori.

Thamur Vermis miranda vis.

VT FVGENTVR, ET occidantur.

QVæcunque putredinem prohibent Vermium cuiuſque fere generis generationi obſiſtunt Plurimum præſtat amaritudo Meliſſæ, quæ citrago, citria, & meliſſophyllum appellatur, odore omnes Vermes necare Lullus apud Euonymum Philiatrum in ſuo remediorum ſecretorum Theſauro ſcriptum reliquit Olea repetita diſtillatione cum tanuiora, & minus humida reddantur, ſimilia faciunt antiquis oleis, hæc autem Vermes cuiuſq; generis occidunt nõ ſolum ratione lentoris, & viſciditatis, qua etiam cuiuis Inſecto mortifera ſunt, ſed etiam ratione caloris, ſiccitatis, & amaritudinis, quæ putredini mitum in modum aduerſatur. Sed ſi fiant ex odoratis præſtantiora erunt olea, vt ſi fiant ex lachrymis arborum, thure, maſtiche, laricis, tetebinthi, piceæ, ſarcocollæ, ligno aloes, nuce myriſtica, ambra, elemi lachryma quam quidam gummi vocant. Quod ſi galbanum, & hederæ gummi addantur, efficacius id efficient. Oleum quoq; laterum idem præſtat.

Oleum de ſtillatũ, vt Vermes occidat.

CAPVT II.

DE VERMIBVS IN HOMINE naſcentibus.

ORDINIS RATIO.

TAm confuſa eſt Vermium cognitio, tam multiplices, & variæ circa eorũ naturas, & generationes, ſentẽtię, tantaq; corporis atque

atque structuræ simplicitas, vt me à materiæ varietate, in qua nascuntur, huius subsequentis tractatus particularis ordinem auspicari coegerint. Nec tamen sic prætermittimus ordinem à præstantia desumptum (cuius laudes atque præconia vbique in naturaliũ rerum historijs præfigere solemus) cum cuiusque rei naturalis dignitas atque præstantia, non tantum à partium varietate & numero, ac multiplici earum facultate functioneue, sed etiam à generationis modo atque materia, rite desumantur. Neque enim homo cæteris animantibus nobilior solummodo, quod rationem habeat præter cæteras animi facultates, & actiones, quæ cum reliquis communes sunt ipsi, verum etiam quod origine sit cæteris quodammodo diuinior. Aliunde plura ne quæramus exempla, quam à nobismet ipsis, qui eos arbitramur nobiles, qui clarioribus orti parentibus, & illustri familia, non eos solum, qui gestis ac factis egregijs clari nobilesque euasere. Quamobrem cũ simili modo sit origo Vermium contemplanda, quoad materiam, è qua producuntur (aliorum enim generatio aut ortus ex animalibus est, aliorum ex plantis, & rursus aliorum ex inanimatis, quæ aut fossilia sunt; aut terra, aut aqua, aut meteora dicta vt nix) nullus dubitare debet quin eos esse præstantiores cæteris dicat, qui ex animatis ortum ducunt, deinceps qui è plantis, omnium maxime ignobiles, qui in fossilibus, terra, aqua, niue nascuntur. At quoniam animalia præstantiora sunt; quæ ratiocinandi facultate pollent, veluti dictum est superius; ipsis brutis, de ijs in primis hoc capite sermo fiet, qui ex humano corpore, eius cadauere produci solent.

SYNONYMA.

NOn omnes, qui in homine nascuntur, vno eodemque appellantur nomine, nec quisque proprio, sed qui in varijs nascuntur partibus, varia sibi synonyma acquisiuerunt. in ventre nascuntur Lumbrici dicti à *a* Coruelio Celso, quamuis hoc nomine Vermes terreni vocari à multis soleant. Plinius interaneorum animalia quandoque nuncupauit, Græci ἕλμινθας, atque hoc nomen cõmune quoque est omnibus speciebus: quandoque etiam, vt annotauit doctissimus *b* Hieronymus Mercurialis, aliquas species particulares complectitur. Apud Hippocratem quoque inuenio ἕλμιγγες, cum duplici γ, quasi à nominatiuo singulari ἕλμιγξ, vt in *c* Epidem. ἀπὸδὲ, inquit, κοιλίης ἐρεθισμῶ ὑγρὰ παραχώδεα διῆλθε μετ' ἐλμίγγων, vbi nota etiam attenuari: & alio rursus in libro, ἐλθούσης ἐλμίγγων ὑποπαχέης. Qui hisce vermibus infestantur, γαστρίδες ab Hesychio nominantur; apud Suidam tamen legitur nomen singulare γάστρις, in hac significatione alioqui gulosum, & lurconem significat. Θηρία apud Hippocratem multa significat, vt vlcera maligna, & ferina, quæ terra vlcera dicit Lucretius, καρκήματα quæque in feritatem transeuut, vt in Coacis prænotionibus οἰ λειοντιεικῶσι μὴ θηρίων, id est, intestinorum leuitate labentibus cum sæuissimis vlceribus, & οἱ οὐ λειοντιεικώδεσι μακροῖσι ἅμα θηρίοισι. Id est, intestinorum læuitate laborantes cum malignis vlceribus, sed & crebro idem nomen pro iuteraneorum Vermibus, & animalibus, seu Lumbricis aluum infestantibus sumitur, vt eius non pauci interpretes annotarunt, vt vbi *d* scribit καρδιαλγικὰ καὶ μετὰ τρόφου κοιλίης θηρία καταπίγνυται. Oris ventriculi dolores, etiam cum intestinorum cruciatu interaneorum animalia deijciunt, & in *e* Epidemijs τὰ θηρία δια ἐμπόιει. Quin etiam videnda sunt quænam interaneorum animalia inducant. Quem locum etiam commentatij qui sub Galeni nomine non ita pridem prodierunt, de Lumbricis aluum infestantibus exponunt, & θηρία morbos ferinos, & sæuos significare scribunt. Qui autem Vermes in corpore vulnereue, aut vlcere nascuntur ex putredine οὐλαῖ peculiariter appellantur παρὰ τὸ εἱλεῖσθαι, quod voluere significat. Herodotus de Pheretima Cyrenes regina ζῶντο καὶ ἐξέζεον οὐλέων. Plutarchus οὐλαὶ καὶ σκώληκες ὑπὸ φθορᾶς καὶ σηπεδόνος ἐκ τοῦ περιττώματος ἀναζέουσι. Huiusmodi siue Σκώληκας, siue οὐλὰς Lucretius appellat sæua Vermina, de primo sæculo rudi adhuc & medicinæ ignaro,

Donec eos vita priuarant Vermina sæua
Expertes opis, ignaros, quod vulnera vellant.

Quapropter animaduertendum est eam differentiam, quam quidam ponunt inter Vermes, Vermina & Verminationem, non esse perpetuam, nimirum quod Vermes sint animalia, quæ inter ipsa viscera viuentium generantur, & etiam intra terræ viscera, Vermina autem esse tormina intestinorum, non Vermes ipsos. Admonet autem *f* Hieronymus Mercurialis, quod si quando apud scriptores rei Latinæ, & apud medicos iumentorum legere contigerit Vermina, & Verminationem, secundum rem distinctam esse à Lumbricis. Suidas quoque κακὰ θηρία nominat, quæ Latini sæua animantia; ventris animalia. De cæterorum autem humani corpons Vermium synonymis agetur, cum de ijs sermo inciderit.

a Lib. 4. Lũbricus quid. ἕλμινς
b Lib. 3. de mor. puer. c. 1.
c Lib. 1.
Θηρία quid apud Hippoc.
d Lib. de coact. prænot. e li 6 sect. 7 aph. 6.
Οὐλαὶ.
Sæua Vermina.
f Lib. 3. de morb. puer. cap. 1.

GENVS. DIFFERENTIA. descriptio.

DIfferunt magnitudine, quod alii magni, & longissimi sint, alij minores, alii parui: loco in quo generantur, seu partibus de quo post agemus. Distinguentur eorum differentiæ melius hoc pacto, vt alii dicantur consueti, alij insolentes. Consuetos appello, qui in plurimorum corporum partibus diuersis generati communem formam habent, nec multum differunt, si discrimen aliquod sortiantur, nisi ratione magnitudinis. inter hos frequentissimi sunt, qui in ventre nascuntur, quorum quidam duas, quidam tres, alij quatuor species faciunt. Duas autem Hippocrates Celsusque memoriæ prodiderunt, vt scripsit Iohannes Manardus, ille vero latos, hic Ascarides silentio transiuit. In hac quoque sententia fuit Hieron. Gubucinus, qui subindè ex Galeno ostendit; cur Hippocrates nullam mentionem latorum fecerit hic enim exponens aphorismum, quo inquit *a* Hippocrates: ipsis vero grandiusculis tonsillarum inflammationes, vertebræ in occipitio introrsum luxationes, asthmata, calculi, lumbrici rotundi, Ascarides, &c. inquit Hippocratem latos subticuisse, quod non eius erat, propositum de omnibus agere passionibus, quæ mortalibus obueniunt, sed de illis tantum, quæ singulis ætatibus obueniunt. Quo in loco addubitare licet ac quærere, cur cum constet latum Lumbricum hominibus nonnunquam infestum esse, ipsum aliqua ætate offendere non scripserit; cum id sequi necesse sit, vt vel in infantia pueritiaue, aut adolescentia, aut aliqua sequentium ætatum latus Lumbricus nascatur: sed in qua fieret, Hippocrates omisit. Vel ergo hominis breuitas velut obscura, & diminuta damnanda; vel Galeni in eum defensio velnti nullius momenti reijcienda. At hanc propositam quæstionem respondet *b* Hieronymus Gabucinus, quod latus Lumbricus ad nullam ætatem determinari queat. Quum enim in omnibus ætatibus fiat, nullius proprius affectus esse potest. Quandoque enim infantium, pueritiam quandoque, nonnunquam adolescentiam, primam interdum senectutem, aliasque ætates occupare liquido constat. Non mirum itaq; si in Aphorismorum libris horum Lumbricorum non meminerit Hippocrates. Hæc est Gabucini ad hoc quæsitum responsio, potest & addi nostra, venerandum hunc nostrum senem in Aphorismis tantum eorum morborum meminisse, qui accidunt in variis hominum ætatibus, cum iam egressus ex vtero est infans, non tamen voluisse duo tantum Vermium in ventre nascẽtium genera reperiri, cum in *c* libris de affectibus scripserit, latos in puerulo adhuc in matris vtero existente fieri. Etsi autem certum sit hosce libros non esse genuinos Hippocratis, tamen varia eius doctrina refertos; & ex eius placitis schetisque, quas posteris reliquerat, ab aliquo discipulorum consarcinatos fuisse atque compositos, nulli dubium esse existimo. Tres autem esse species. Aristoteles ac reliqui post eũ Græci Medicinæ autores memoriæ prodiderunt. Quin & Alexander Trallianus in epistola (quam de Lũbricis iampridem doctissimus Hieronymus Mercurialis publicauit) scribit, in hoc conuenisse omnes scriptores medicinæ, tria esse Lũbricorum genera. Vnum quod appellatur rotundum, alterum latum, tertium Ascaris, atque vt à postremo incipiam, nullibi apud antiquos autores inuenio, vnde hoc nomen etymologiam habeat. Iohannes Manardes deduci eam vocem putat à verbo ἀσκέω, quod Latine sonat exerceo, vel potius à verbo ἀσκαρίζω, quod idem est, quod moueo: sedi enim circa quam consistunt, vehementem pruritum inferentes, vt Paulus, & Aetius testantur, assiduæque commoti animal continuò extimulant, nec perpetuis suis punctionibus quiescere permittunt. Galenus in exegesi Hippocraticarum vocum Ἀσκαρίδες, exponit, ἕλμινθες ἰχνοὶ, & μικροὶ ἐν τῷ ἀποδιοσμῷ ἐνπίπτοντες γινόμενοι. tenues; & minuti Lumbrici in recto intestino orti. Erotiano quoque dicuntur Ἀσκαρίδες λεπτὰ ἑλμίνθια, hoc est, tenues Lumbrici. Ab Hesychio exponuntur Σκωληκίων εἶδος Vermiculorum genus. Et Erotianus quoque scribit in Onomastico probatissimos quosque scriptores dicere, eos esse ex eorum Vermium genere, qui in putridis aquis inueniuntur. quo in loco inter clarissimos scriptores intellexisse visus est Erotianus Aristotelem, qui alibi Culicum quoddam genus ex Ascaridibus nasci scribit. Tipulas eo loco Gaza vertit, quemadmodum libro tertio à nobis est animaduersum. Verum vt ad eos Vermes, de quibus nunc nobis sermo est, reuertamur, per Ascarides apud antiquos *d* Manardes paruos Vermes intelligit, quidquid cæteri recentiores sentiant. A. *e* Galeno enim, dum ait Ascarides esse paruos Vermes in recto intestino genitos, non dissentit Auicennas, si modo recte & legatur, & intelligatur. Sic enim principium secundi capitis legendum putat Manardes; Longi & lati, & rotundi. & Ascarides, & parui, & verbum lati secundo loco in quibusdam codicib. etiam Hebræis scriptum, omninò suppositiium putat. Ita autem intelligendum, vt per Ascarides paruos, vnam tantum speciem intelligamus, eos videlicet quos Galenus Ascarides, ipsemet Auicenna in primo libro minutos: in tertio modo simul Ascarides, & paruos, modo Ascarides tantum, modo paruos tantum vocat. Nam quæ de loco generationis paruorum ab eo dicuntur, de Ascaridibus à Galeno, sed ab Aetio, & Paulo aptius dicta sunt: Quæ vero de ætate Ascarides gignente ex Hippocrate, & Galeno in Commentarijs supra Aphorismorum libros sunt accepta, nullo pacto de latis iutelligenda; quando nec eos quidem nominasse eo in loco Hippocratem Galenus testatur: tum capite quoque tertio. in quo de signis agitur; quæ de sedis pruritu, & assiduo paruorum motu dicuntur, similia sunt his, quæ de Ascaridibus Paulus Aetiusque conscripserunt. Liquere itaque ex dictis putat Manardes non aliud esse Ascarides Auicennæ, quam Galeni: nec paruos Ascaridesque præterquam nomine apud Auicennam distare. Nec nos commoueant sexti septimique capitis inscriptiones, quæ solent in aliis, tum & in hoc libro plerunque mentiri, vtpote non semper ab autoribus ipsis, sed ab alio quouis potius autore conscriptæ pro arbitrio. Mendam vero idem capiti subesse idem author monet, nimirum eius titulo, quia statim post primum remedium, latorum auxilia subscribuntur, deinde toto fere capite ea, quæ sunt omnibus speciebus communia. Sed & Kitran, id est cedria, quæ hic confetre scribitur ad Ascarides, sequenti capite in paruis bis repetitur, quam peculiariter Ascaridibus proprio capite Galenus

a Lib. 3. aphor. 26.
Lũbricus latus cur ab Hippocrate omissus.
b Lib. de Lumb. c. 2.
c De affec.
Tres Lũbricorum species qui dixerint.
Ἀσκαρὶς vnde dicta, quid sit.
d li. 4. epi. 1 Ascarides esse paruos Vermes secundum Gal. & Auicennam.
e lib. 3. aph. 20. in com. Locus Auicennæ restitutus à Manardo

Magnitudine differunt.
Loco.
Consueti Vermes.
Ventris Lũbricorũ differentiæ

lenus commendauit. Et hæc quidem de Aſcaridibus ſatis ample dicta ſint, ſequitur vt reliquorum generum ſynonyma, & etymologias examinemus. Lati autem Lumbri appellantur à Græcis ſcriptoribus ἕλμινθες πλατεῖαι, κηρίαι, vt docet Erotianus in Onomaſtico Hippocratis. Sic enim in aliquibus exemplaribus legitur, κηρίαι κυρίως λέγοντες αἱ πλατεῖαι ἕλμινθες Nam vulgata atque edita exemplaria habent κηρίων. An vero κηρίαι legerit apud Hippocratem Erotianus, valde eſt arbitrarium, inquit Anutius Feſius in ſua Oeconomia Hippocratica. Verbum enim κηρία, & in ſingulari κηρίον valde vſitatum eſt apud Hippocratem pro fauo, cuius decoctum in aqua macerati ſæpe proponat Hippocrates in febre. Et à fauorum ſimilitudine vlceris genus corporis cutem mulris foraminibus perrodens, ex quibus humor melli ſimilis effuuditur nomen ſumpſit, & κηρίον eidem dicitur, Latinis fauus, Plinio Cerium. Tinearum etiam nomine ijdem lati vocantur. Dioſcorides de malicorio loquens ἕλμινθας πλατείας ὀκπιάσει, Plinius tranſtulit Tineas pellit: latius tamen ſumpto vocabulo omnes Lumbricorum differentias ſignificat, veluti apud Plinium legitur, qui ſæpiſſime Lumbricos ventris Tineas vocat. Vbi illud notandum, quod Marcellus Virgilius animaduertit, qui ſi quando Tineæ pro Lumbricis, aut Lumbricorum genere lato leguntur apud Plinium, Tæneę legi poſſe teſtatur: idque ex errore fortaſſe ſcriptorum, aut caſtigatorum Græcorum; medicinæ parum peritorum euenire contendit. Ταινία vero id Græce ſonat, quod faſcia vel corona à nobis ſignificatur, ab extentione nuncupata, quod inſtar faſciarum ſit lata & longa. Siquidem per tota extenduntur quandoque inteſtina, vrait Celſus, ac veluti corolla in ſeiplam ducitur. Ex qua re eiuſdem *f* Marcelli incuriam deprehendit Gabucinus, qui Tæneatum appellationem Aſcaridum generi competere ob ſimilitudinem, quod hæreant motuque careant, Græcos ſic appellaſſe teſtetur. Quod quam verum ſit, quiuis nouit: non enim hi extenduntur, nec longi ſunt, ſed parui ac breues, nec motu carent, ſed inceſſanter recto inteſtino cohærentes mouentur, veluti notatum quoq; ſuperius eſt ex nominis etymo. Tam enim vehemens eſt eorum motus, vt hominem, aut animal maxime ſtimulent, nec ſinant quieſcere. Grandiores alui Vermes contra Marcelli Vitgilij ſententiam Hippocratem multis in locis nuncupaſſe θηρία, id eſt, feras (quippe qui corpori noſtro multo ſunt nocumento ob eorum ſæuitiam) *g* Baldangelus autoritate *h* Æliani contendit. Is enim ſic de Abrotani vitibus loquitur. ζῶά δεινὰ πονηρὰ πολέμιον ἐστι καὶ αὐαιρεῖ τὴν ἕλμινθα, ἢν ξυκῶ ἐπὶ πολὺ ἰοῦσα, καὶ αὐξανομένη, θηρίον γίνεται πλάγγνοις μὴ συπκτόμενον, ἀνθρωπείοις δὲ νούσοις ὀναριθμούμενον, καὶ ταῦτα τῆς ἄγαν ἀδιάτοις καὶ ὑπὸ χειρὸς θνητῆς εἰς ἄκεσιν ἥκειν ἀδυνάτου. Quæ ſic vertit Gellius; idem infeſtum eſt Lumbricis eoſque interimit, quæ animalia amplius aucta etiam fetæ nominantur, naſcuntur illi in interaneis, & inter hominis morbos numerantur, eoſque grauiſſimos, & incurabiles, &c. Erotianus in Onomaſtico Hippocratico in voce θηριώδης nonnullos hanc ad vlcera mali moris accommodaſſe ſcribit, quæ etiam θηριώματα appellantur, quæ quidem vt plurimum in autumno augentur propter aeris inequalitatem: nonnullos vero ad patuos Lumbricos Aſcarides dictos referendum exiſtimaſſe, qui tunc generantur. Nonnullos vero ad ,, φθίσιν, *i* Galenus exponens illa Hippocratis τὸ θηριῶδες φθινοπώρου ferinum autumno, & otis ventriculi dolores, & horrores, & ,, atra bilis, hæc annotat Vtrum Vermes, qui Aſcarides dicuntur ,, an Lumbricos, an elephantem, & cancrum, an tabem, vt quibuſ ,, dam placet, an quidquid malignum eſt θηριῶδες appellarit. Hæc ,, omnia autumno gignuntur, & propter praui ſucci redundan- ,, tiam, quæ eo tempore vrget, & propter inæqualem cœli temperaturam Et rurſus alibi vbi loquitur Hippocrates, tuſſis ſicca non θηριῶδης; Galenus in commento, inquit Quum obſcuram quandam conditionem tuſſientibus adiunxerit, aliam quæſtionem attulit, quæ cum ferinæ tuſſes ſint. Quidam Lumbricos ad os ventriculi perlaros, oſque mordentes cauſam tuſſium aridatum eſſe volunt. Nonnulli pro ferino tabidos intellexerunt, quod eis vngues non ſecus, quam feris incurueſcant, nonnulli ad malignum morbum traducunt. Atque hæc eadem in alijs quoque commentis repetit. Quare ex his, quæ dicta ſunt ab Erotiano & Galeno quorundam ſententiam falſam eſſe concludit Baldangelus, quod θηριῶδες ad Vermes Aſcarides, ſiue longos, & teretes reducebant, cum ad craſſiores ſit referendum, & grandiores, vt ex Ælianiſupra ſcripto loco patuit. Rotundum Lumbricorum genus στρόγγυλον appellauit Hippocrates, Celſus teres. Vtrumq; nomen à forma, quam habet, traxit. Ex Auicennæ hiſce verbis: rotundos Vermes ſufficit ,, interficere abſinthium: latus fortioribus æger pharmacis, qualis ,, eſt filix; adhuc autem & vocata Aſcaris: Manardus neminem ambigere putat, hic ab Auicenna dici longos, quos Galenus vocauit rotundos; & quos Galenus latos, Auicennam vocaſſe rotundos. His quidam quartum genus annumerat Cucurbirinum dictum, cum ad nullam trium dictarum ſpecierum referri videatur. Ex receutioribus nonnulli latos in duas ſpecies diſtinxerunt, longos videlicet, & breues: illos Aſcarides hos Cucurbitinos nominarunt. Nec deſunt qui Cucurbitinos pro genere capiant, quod indiſunctos, ac coniunctos veluti in ſpeciem diuidunt. Dodonæus Vermes Cucurbitinos latos eſſe apud veteres aſſerit, dictoſque ſic eſſe quod quædam ab hoc abrupta, cum excrementis alui quandoque excernantur, Cucurbitæ ſeminum ſimilitudinem referentia. Hi quidem quandoque (dum ſe alter alteri mordicus inhæret iunguntur tam longa ſerie, vt quatuor cubitorum longitudinem aliquando exceſſerint, vt vnum corpus vnum Vermem putares, talemque ſe vidiſſe clariſſimus ſua ætate medicus Antonius Beniuenius Florentinus in medicinalibus obſeruationib. ſcriptum

Lati Lumbrici ſynonyma.

Κηρίον quid.

Cerium Plin. quid. Fauus genus vlcetis Tinea.

f Ca. de Coſto. in Dioſ. Marcelli Virgilij error.

θηρία.

g Diſcuſſ. li. 2. c. 15.

h *L. 9. Hiſt. anim. c. 33.*

i Com. 1. li. 6. Epid. tex. 14.

Rotundi generis ſynonyma.

Cucurbitini Vermes.

A reliquit At certe negari non poteſt, quod diligentiſſime obſeruauit *k* Manardes, in quibuſdam libris ex Arabica lingua translatis, Cucurbitinos abſolute pro latis poni, ſicut in commento Arabico aphoriſmi Hippocratis ſuperius allati, vbi etiam peruerſo ordine, Aſcarides pro rotundis, atque è contrario rotundi pro Aſcaridibus leguntur. In libro quoque Serapiouis, capite de filice; vbi Dioſcorides, & Galenus habent latos, leguntur Cucurbitini ex horum verbis Sic apud Moyſem nona ſuorum aphoriſmorum particula, ex Galeni authoritate pro latis leguntur Cucurbitini. Verum hæc diſputatio ad nomen ſpectat; illud vero potius ad rem: an præter Beniuenium plures eiuſmodi Vermes conſpexerit quiſpiam Manardes nunquam viuum ſeſe, quod meminerit, conſpexiſſe ait, qui Cucurbitæ ſemina referret. Paulus, & Aetius, & ante hoſce Ariſtoteles, corpuſcula illa Cucurbitæ ſeminibus ſimilia, non in numero Vermium, ſed inter Vermis lati indicia connumerant Arnoldus quoſdam refert dicentes, Cucurbitinos hoſce in ventre cuiuſdam alterius magni Vermis generari, quem Cingulum vocant, quæ ſententia à Paulo, vt inquit Manardus, & Aetio non abhorret. Ex ſenioribus medicis, qui tempore Manardi fuerunt, non nulli vidiſſe eos multoties viuos referunt, alij non viuos, ſed mortuos. Quin proba & fide digna matrona nupet in magno quopiam Verme, quem eius auia ægrotans deiecerat, ſe vidiſſe multos Vermiculos Cucurbitæ ſeminibus ſimiles adſeuerauit. Quidquid autem ſit, dicendum eſſe ſuadet Manardes, antiquos hoſce in numero Vermium non habuiſſe: quoniam decidi à lato veluti ſegmentum quoddam, & eius portio viderentur Quapropter cum tam diuerſæ ſint de Cucurbitinis Vermibus ſententiæ, non etiam mirum eſt plurimos inter recentiores medicos Tęniam antiquorum cum Cucurbitino confudiſſe: multum tamen inter ſe differunt, vt noſtra fert opinio; quamuis certum ſit Cucurbitinum ab antiquis nulla ratione cognitum fuiſſe, latum ſeu Tęniam fere ab vnoquoque. Differunt autem, quia ille ex multis, ſi longus fuerit, Vermibus ſemini cucurbitæ ſimilibus, ſibiq; inuicem arcte coadunatis, conſtitui, ac in tam longam quandoq; ſeriem, qualis viſa eſt, protendi videtur Latus æquali corpore, & vnico conſtat, quod in mirum quandoq; latitudinem extēditur. Cucurbitini effigiem quam Gemma Friſius obſeruauit, in hac tabula, quam exhibeo, primo loco depingendam curaui, duodecim aut tredecim pedum longitudine erat. Refert *k* Amatus Luſitanus Mulierem Illyricam cum recte valeret, Vermem latum longitudinis quatuor cubitorum, per os procedente tuſſicula viuum eieciſſe, quem Vermem ad ſe videndum chirurgi attulerant, ſed mortuum iam; erat autem Vermis is admirandus, nunquam antea ſimilis à ſe viſus, longitudinis, vt dixi quatuor cubitorum, latitudinis paruę, & forte ſemiungis exigui, coloris albiſſimi, ſubſtantiæ inteſtinorum neſcio quid ſpolij colubrini præ ſeferentis. Nam huius caput verrucoſum erat, & album, ex quo corpus latum procedebat, & quo magis ad caudam accedebat, eo ſtrictius euadebat: erat autem Vermis hic vnum tantum corpus diuiſiones plures habens. Huius namq; lati Lumbrici portiunculæ ſemina cucurbitæ præ ſe ferebant, qui intra ſe nihil continebant ob corporis ſui lati compreſſionem. Eſt quoque Faſciarum, quarum antiqui meminerunt, longitudo incredibilis. Interdum ad tantam peruenisſe refert *l* Alexander Trallianus, vt vniuerſo inteſtino coextenderentur. Conſtare quandoq; excretas fuiſſe inquit, quæ ſedecim pedum longitudinem prope æquarent. Et quod fidem humanam excedit, relatum eſt teſte Plinio, tricenum quandoq; pedum, aut etiam plurium, viſas fuiſſe. Sed rariſſime hæc Lumbricorum longorum ſpecies apparet. Quæ v. στρογγύλαι appellantur, frequentiores omnibus alijs: ita nuncupatæ à figuræ corporis, quæ teres eſt atque rotunda: harum longitudo palmaris, & aliquando longior. Vt in tabula ſecundo tertioque loco videte licet, non abſimilis ijs Vermibus qui in fœtunticetis naſcūtur, quos Græci γῆς ἔντερα, Latini Inteſtina terræ appellant. Rotundos hoſce Lumbricos, ait Cardanus plerumq; eſſe colore rubto: latos vero candidos, nec facile moueri, vt rotundos, quod forma eorum reluctetur. *m* Mercurialis larum Lumbricum non animal eſſe dicit, ſed quippiam animal referēs, & quemadmodum ſcripſit *n* Hippocrates, ſubſtantiam quandam adnatam ipſis inteſtinis, quæ animalis formam reptæſenrat quodammodo Nihilominus alij hoſce quandoq; viuos à ſe viſos fuiſſe teſtantur. Aſcarides albo colore, exigua magnitudine, acutis vtriſq; extremitatib. ſunt; quamuis *o* Gemma Friſius Aſcaridem eſſe putat, quam nos ſecūdo loco in tabula depingendam curauimus, capite craſſo, oculis conſpicuis, ſerpentis fere figura, cauda tenuiſſima in fine. Quas autem idem Gemma Friſius Vermes polymorphos vocat, nos Aſcarides eſſe putamus: maxime natura ſua mobiles, haſce vltimo loco in tabula conſpicere licet. Generantur & in humano corpore Vermes formæ inſolitę, ac monſtroſæ, taleſq; ſcriptores ſe vidiſſe non pauci teſtantur Vermes longitudinis digitorum quatuor ſatis plenus, capite rubro, leui rotundoq;, quod piſi magnitudinem non excederet; cætero corpore lanugine quadam obtecto, cauda furcata ad ſimilitudinem nouæ lunæ, pedib. nixus quatuor, duobus in dexteriorem, totidem in ſiniſteriorem partem coarctatis. obſeruatus eſt ab Anton. Beniuenio medico Florentino, qui admiratus Vermis formam medicis eruditiorib. oſtendit Nullum inuenit. qui monſtrum ſimile ſe vidiſſe fateretur. Aderat tamen lenior quidam, ſed medicæ artis imperitus, qui teſtatus eſt ſimilem ſe vidiſſe Vermem vomitu quoq; propulſum ab Alexand. quodam cœnobita, qui ſtatim vt ille aiebat, proiecto eo mortuus eſt Vocitabat hoc monſtrū cordis Vermem At contra æger ille faber lignarius, qui ſupra ſcriptum monſtrum vomitu reiecerat, non niſi poſt bienuium priſtinam ſanitatem recuperauit. *p* Gabucinus ſcribit perſimilem Vermem

k *Lib 4. Epiſt. med. 1.*

Cingulū.

Tænia antiquorum cum Cucurbitino quid differat.

Cucurbitini longitudo.

k *Curat. medicin. cent. 6. curat. 74.*

Longitudo Faſciarum incredibilis.

l *Epiſt. de Lumbricis.*

m *Lib. 3. de mor. puer.*

n *4. de mor.*

o *Coſmocr. lib 1. c. 6.*

Aſcaridum forma.

Vermium monſtroſorum deſcriptio.

Cordis Vermis monſtrum quale.

p *Lib. de Lumb. 13.*

Vermem anno quadragesimo tertio quendam ætate iam ingraue-
scente, cum multis diebus maximis torminibus discrutiaretur, al-
uo deposuisse, nigrum, pilisque refertum, longitudine pedũ quin-
que, magnitudine qualis est harundo. Subiungitq; se vidisse Lum-
bricum, qui palmi magnitudinem non excederet rotundum, o-
mnibus persimilem, præterquam quod dorsum habetet lanugino-
sum, ita vt pilos rubros imitaretur. is iuuenem quendam ad mortẽ
vsque perduxerat, tandem pharmaco febrem tertianam notham
exhibito, qua laborabat, vnà cum medicamento hunc ipsum euo-
muit, & sic incolumis euasit. Testatus est pluries Antonius Ca-
priana Laurentium Zaphardum Pattitium Mantuanum febre bi-
liosa valde molesta nausea, & ex oris ventriculi consensu cardiaca
clamosa laborantem, euomuisse Vermem, qui per septem horas
superuixit, longitudine vnius palmi, bina cornua flexibilia haben-
tem & ceurum pedes vtrinque, quibus miro ordine progrediieba-
tur; erat autem coloris subrubri, non corporis teretis, sed inferius
depressi. Scribit *o* Rondeletius, cũ esset in castris Perpenianis, vxo-
rem cuiusdam militis post vsum alliorum, reiecisse Vermem duo-
rum cubitorum, Scolopendram in corporis scissuris referentem, sin-
ne oculis, nec aliquibus in partibus distinctam, quem propter ra-
ritatem exiccatũ asseruauit. Meminit *p* Beniuenius Iuliani medici,
qui cum dolore miserabili circa ventriculum vexaretur, locumq;
medico dolentem ostenderet, atque illum medicus, vt moris est
manibus pertractaret, patiens in vomitum erupit, quo frustũ car-
nis ad paruæ pilæ magnitudinẽ, in quo Vermis, non secus, ac Bru-
chus in siliqua, includebatur eiectans, ad pristinam statim reuer-
sus est valetudinem. Consimilem fere historiam tradit Gabucinus,
cuiusdam mulieris Fauensis, quæ cum stomacho grauissime labo-
raret, plurimumque pituitæ vitreæ euomisset, ac veluti animo lin-
quetetur paulatim quasi grauiori somno excitata, in molestissimũ
vomitum incidit, quo tandem durioris pituitæ globũ eiecit, quam
cum assidentes mulieres veneficio affectam dicerent, adueniente
medico frustum illud velut carneum aperiri illoq; Vermiculũ
Brucho quam simillimum, adinuentum, quo eiecto mulier con-
ualuit. Iohannes Conradus Schenxij filius, tertium annum ingres-
sus Maio Mense languere cœpit; cumque ex febricula, ventris tu-
more, & oris graueoleutia, uocturnis item dentium stridoribus, a-
lijsque similibus signis Verminationi obnoxium pater conijceret,
dato medicamento ex corallina confecto, fœdissimam eluuiem,
paucis horis subsequentibus, expurgauit. Circa meridiẽ cũ à ma-
tre grauida in vlnis gestaretur, ex improuiso difficillimo spasmo
corrumpitur, conuulsis primum labellis, mox etiam oculis conu-
ersis, cum dentium fragore & manuum distortione. Territus ita-
que parens paulatim Theriacam, cum pauxillo aceti dissolutam,
natium regioni adhibuit, vnde breui graui patoxismo leuatus est.
Hunc placidus somnus in lecto reclinatum statim excepit, quo so-
luto Lumbricum vnum viuum, à vulgaribus rotundis nonnihil va-
riantem, rostello acuto, & sanguineo notatum, cætera subspicea
lanugine vestitum, in lectulo obrepentem, parentes deprehende-
runt. Anno Millesimo quingentesimo quadragesimo nono cõme-
moranturin Hungaria circa Thaysæ flumen inuenti homines, in
quorum corporibus absolutę lutræ, & Lacertæ essent inuentæ. Nũ
verisimile videatur, inquit *q* Vuietus aliorum esto iudicium. Idẽ
Vuieus visum sibi rusticum scribit, qui Vermes excluserit octo pe-
des, & digitum vnum longum, rinctu oris capiteq; anati simillimũ.
Cornelius Gẽma Louaniensis medicus, ab aluo puellæ Louaniẽsis
quindecim annos natæ, multa sursum deorsumq; planemonstrosa
prodijsse scribit. Inter cætera per anum cum fœcibus excretũ ani-
mal viuum sesquipedem longum, pollice crassiorẽ, Anguillę plaue
similem, nisi quod cauda esset valde pilosa. Meminit puellæ, Do-
douæus, nouẽ annorum quæ ab assumpto Vermes pellente medi-
camentõ, non Lumbricis, sed Erucis similes Vermes reiecit, ali-
quanto tamen breuiores, multipedes, & quidẽ adhuc viuẽtes. Atq;
hæc quidem omnia monstra, ex intestinis orta esse dicuntur. Alijs
quoq; corporis humani partibus non sua defuere monstra, eaque
horrendissima, & vt à capite incipiam, narrat Hollerius cuidã illa-
to ex frequenti odoratu basilicæ herbæ, natũ Scorpium in cerebro,
vehementes dolores & longos, mortẽ deniq; attulisse. Scripsit *r* Fer-
nelius in quodam milite qui resimis erat naribus, ex fœdiore qua-
dam eluuie diutius cohibita, Vermes duos villosos instar digiti il-
lic genitos, inuentosq; esse, qui tandem in furorẽ illum adigerũt,
febreq; non adimodũ manifesta, de medio sustulerunt die circiter
vigesimo. Vidit Venetijs nobilissimum Venetũ *s* Trincauellius, qui
dum febre laboraret, & quotidiano præsertim noctu dolore tenta-
retur, tandem per nasum Vermem eiecit obscurioris coloris, lon-
gitudinis fere quatuor digitorũ, qui vtrinq; secundũ longitudinẽ
quosdam tenues, & breues pedes habebat, & exceptus vitreo cyato
velociter ferebatur, eiectus autẽ fuit inuolutus mucis, crasso & ni-
gro sanguine ex qua etiã putrescẽte materia ortũ habuerat. Quãdã
quoq; matronam fuisse narrat *t* Cornelius Gemma in ciuitate pro-
pe Motam habitantẽ, in cuius capite, post eius diuturnos, & gra-
uissimos cruciatus, dissecta apertaq; caluaria, magna putredinis vis
fuit, circa cerebri substantiam & inter meningnes, tum Vermiculo-
rum tum Cimicũ copia incredibilis. Sed etiam cũ lotio monstrosa
exernũtur: Narrauit *u* Paræo, vt ipse inquit, Ludouicus Duretus,
vir doctrinæ, & fidei plenissimus, excretum sibi per vrethram cum
vrina, post longum, & difficilem morbum, animal viuum, colore
rubrum, cætera Millepedi simile. Testatur idem autor Carolũ Co-
mitem de Mansueldt, graui & continua febre vexatum in basilica
Guisiana illuuiẽ excreuisse per vriuarium ductum, animalis effigie
adumbratam. Argenterius teste *x* Rondelerio asseruit se vidisse cũ
vrina reiectum Dracunculum. Credi haud facile potest, quod in

o De dignos. morb. c. 7.

Scolopendræ similis Vermis,

p In exẽpl. med. obser. cap. 88.

In carnis frustulo contentus Vermis.

Brucho similis Vermiculus.

q L. 3. c. 15. de præst. dæmo.

Anguillæ similis Vermis.

Erucis similes Vermes eiecti.

r Lib. 5. de part. morb. cap. 7.

s L. 9. c. 11. de ratione curandi hũ. corp aff.

t L. 2. Cos. mocr. cap.

Cimices in cerebro cum vrina monstrosi Vermes excreti.

u lib. 19, c. 3.

x De dignos. mor. c. 17.

Dracunculus vrina eiectus.

A scholijs ad *y* Hollerium à viro clarissimo Desiderio Iacotio traditũ
est, nimirum quod quidam ad Hispanum scriptas litteras ostendit
quibus consilium petebatur pro calculoso, cui eiectis calculis ali-
quot, & arenulis prodierant duo Vermiculi acuto capite, cornicu-
lato, ventre & dorso testula inducti instar testudinis nigri, nisi
quod rubebant in ventre. In mulierũ quoq; vtero variæ monstro-
sorum animantium inueniuntur formæ, alias solæ, alias cum mo-
la, alias cum fœtu naturaliter, & bene conformato, vt ranarum,
bufonum, serpentum, lacertorum & harpyarum, quas ob id (teste
z Paræo) Longobardorum fratres dictas veterib. esse constat, quia
his mulieribus frequens id esset, vt vna cũ naturali, & perfecto fœ-
tu serpentes, & monstrosa id genus animalia, in vtero suo genita
excluderent. Narrat *a* Ioubertus duas mulieres Italas eodem mense
singulas monstrosum partum exclusisse: quæ vestium interpolo-
toti nupserat, adeo exiguum edidit, vt murem crassiorẽ cauda ca-
rentem referret. At quæ nobilis erat, maiorẽ, felis crassitie: ambo
insuper colore atros, vt primum ab vtero prodierunt, in altum se
cundum parietem vnguium nixu erupisse, & tenacius adhæsisse;
Scripsit Lycostenes anno millesimo quadringentesimo nonagesi-
mo quarto mulierẽ Cracouiæ, in platea cui sancto spiritu nomen
est mortuum fœtum enixam, qui affixum dorso serpentem vnum
gestabat, mortuumq; istum fœtum arrodebat. Mira sane & ea est
historia, quam in hanc rem narrat *b* Leuinus Leminus. Superiori-
bus, inquit, annis me vsa est medico mulier quædam insularis, que
ex congressu cum nauta, cum concepisset, celeriter illi adeo aluus
intumuit, vt ad præscriptũ à natura vlq; terminum, gestando oneri
non videretur suffectura: nono mense exacto obstetricem accer-
sit, moxq; post validos conatus, & enixus, exclusit primo informem
carnis concretionem, duabus vtrinque ansis in brachiorum
longitudinem, & modum exporrectis præditam, & à vitali quodã
principio se spongiarum, & vrticarum modo motilantẽ ac palpi-
tantem, postmodum delapsum ab vtero monstrum est rostro ad-
unco longo teretique collo, oculis vibrantibus cauda acuminata,
eximiaq; pedum agilitate. Vt primum id prodijt in lucem fremitu
sibilisque totum cubiculum impleuit, in omnem se partem proji-
piens, vt latebram nauciscereturr: sed ipsum mox vnanimi imperũ
facto, quæ aderant mulieres puluinis coniectis suffocarunt. Tan-
dem misella multo labore fracta, fœtum masculum peperit, adeo
male mulctatum, & excarnificatum ab isto monstro, vt statim à
baptismo mortuus sit. Sed hoc monstrum, & alia quædam superius
commemorata quamuis Vermem figura corporis minime referãt,
tamen cũ monstrosorum Vermium generationem in humano cor-
pore quodammodo confirment, similique fere modo generentur,
placuit eorum historiam hisce paginis inserere. Testatur Philoxe-
nus apud *c* Ætium aliquando se reperisse animalia in tumore. Cu-
licibus & paruis Muscis similia, Vermes & animalcula in vlceribus,
& abscessibus fieri, testis est *d* Galenus. Inter neotericos Leuinus
Lemnius scriptum reliquit, ex sordidis vlceribus, & vomicis, vn-
guium, testarum, ossiculorum, lapidũ fragmenta exempta, & Ver-
miculos caudatos. *e* Marcellus Donatus hoc nobis à se visum reli-
quit, exemplum. Recordor, inquit, me dũ medicinã facerẽ inue-
nisse Francisci Busarti seruum cui nomen erat Fredericus, hic cum
laboraret apostemare in capite medij manus digiti associante do-
lore intenti. tandem pure confecto, aperto apostemate exiuit Ver-
miculus albus, & pilosus dempto capite, quod nigerrimũ erat, ma-
gnitudine persimilis illis, qui in caseo reperiri solent, quo excreto
omnis dolor penitus ademptus.

y L. de mor. scho. 47

Vermes instar testudinis calculosus eiecit.

In vtero monstra reperta.

z lib. 19 c. 3.

Longobardorum fratres.

a lib. errorum popul.

b Lib. de occul. natura cap. 8.

c lib. 15. c. 7

d lib. de tumor. præt. nat.

e Cap. 26. de med. hist. mirab.

LOCVS.

D Vo hic erunt tradenda an in omnibus humani corporis parti-
bus existere possint: deinde num omnibus hominibus, & quinã
Vermes cuiq; sint peculiares. Ex supra adductis patet histo-
riis in multis corporis humani locis existere, siue aliunde in ea ir-
ruant, siue inibi generentur. Falso enim quidam asserunt in omni
bus partibus generari posse. Specierum quoque delectus habendus
est, vt cognoscamus quasdam peculiaribus destiuatas esse parti-
bus. Lumbricus latus dictus intestinis tantum dicatus esse potest,
ibique solummodo generari, vtpore cum hic locus capacissimus
sit. Lumbricos in intestinis solummodo fieri scripsit *a* Galenus:
tradens enim indicia, quibus cognoscuntur affecti loci, inquit esse
morbos aliquos ita proprios vni parti, vt statim ex ipsis cogno-
scantur affectæ partes, & eiusmodi asserit esse lapidem in renibus,
in vesica, nec non Lumbricos in intestinis Aduersus hanc Galeni
sententiam Petrus Aponensis Canciliator differentia tertia longa
disputatione contendit demonstrare, vbique in nostro corpore
generari Lumbricos. exceptis vitalibus partibus Ego vero Gale-
num hoc modo intelligendũ iudico, vt si de latis Lumbricis suam
sententiam protulerit, verissimum sit, quod dixerit. hi enim so-
lũ in intestinis generari possunt, cum hic locus omnium sit capa-
cissimus. sin vero de rotundis, aut tenuibus Ascarides dictis falsis-
simũ, nisi rursus addatur, aut subintelligatur per Lũbricos per alu-
ũ, aut vomitũ eiectos Doctius me certe *b* Hieron. Mercurialis,
vt tam graue autorem cum ceteris conciliet statuit Lumbricos aut
vere tales esse, aut veris similes: Lumbricos veros in intestinis
duntaxat generari: non veros generati in variis corporis nostri
locis; quandoquidem inquit, potius Vermes quam veri Lumbrici
sunt appellandi. Itaque quotiescunque aut Hippocrates, aut
Aristoteles, aut alius quispiam author tradiderunt Vermes fieri in
aliis corporis partibus (Hippocrates enim in historia Dini de-
monstrat alibi quoque quam in intestinis generari Lumbri-
cos)

In omnib. partibus non nasci.

a De locis aff. c. 5.

b Lib. 3. de morb. puer. cap. 6.

Vermes hominum. Menschen würm. Fig: 12.



eos) ipsorum sententia intelligenda est non de Lumbricis vetis, sed de genere vermium. quod Lumbricos æmularur. Quod si ex inguinibus, vel ex vmbilico, vel ex naribus Lumbricos exijsse scriptum est, æstimãdum est non eos in illis partibus esse genitos, sed ex intestinis in eas parres fuisse expulsos. Nam *c* Hippocrates scribit interdum hæc animalia præ fame in iecur adscendere, arque ibi incredibiles cruciatus excitare. Scribit etiam *d* Alexander interdum hæc animalia præ inedia perforasse intestina, & per vmbilicum exijsse. Cur autem in intestinis generentur longi dicti siue Tæneæ, præter loci capacitatem, duas alias causas refert Mercurialis. Prima est, quia materia, ex qua fiunt ita copiosa solum in hoc loco reperitur, vt possit sufficere generationi, & nutritioni horum animalium. Altera ratio est, quia natura sollicita vitæ animalium voluit hæc, quæ sæpe vitam tollunt, in ijs potissimum procreare locis, vbi & minime omnium lædere possint, & facile à corpore reijci. Ascatides quidem in recto intestino; rotundis autem in tenuibus fieri intestinis constat inter omnes; num autem in ventriculo plenum controuersijs. Quare de hac re, vbi de generatione agemus, disceptabitur. Cæterum cum certum sit, non in alijs partibus ram sicquentes gigni quam intestinis: ideo in quanam generari possint ex hisce exemplis obseruatis à fide dignissimis auctoribus partim veteribus, partim recentioribus, fiet manifestum, quæ propterea huic loco subiungemus. *e* Auicenna ex relatu medicorum Indorum Vermes in capite genitos suo motu lædentes recenser, quod ratum quidem esse fatetur, non tamen impossibile, cum multoties nascantur in anteriore capite super locum stricturæ narium; vbi oues & capræ dicuntur perpetuo Vermes habere, vt cerui in gutture. Itaque possibile est, inquit, vt nascantur apud velamina, id est, cerebri tunicas. *f* Hollerius quoque se Vermem in cerebro natum vidisse asserit. Amicum habuit *g* Beniuenius Philippum nomine, qui cum dolore capitis acuto, mentis abalienatione, caligine oculorum & alijs prauis symptomatibus affligeretur, & aduentante die septimo mors ipsa, nullis conferentibus auxilijs, iam iam adesse videretur, vi tandem robustioris naturæ Vermem è dextra nare palmo longiorem eiecit: quo propulso omnis statim cum eo amotus est languor. Ex corporibus eorum, qui febre Hungarica ther ode, mortui sunt, Vermes nonnunquam animaduersi sunt. Id quod experimento didicit *h* Balthasar Conrardin. cum nemo subesse, suspicaretur. Nonnulli crassi quidem, sed non ita longi per aurem prodiisse visi sunt, quales etiam num in peste obseruauit. Vnde euincitur eosdem facile in sæuissimis capitis doloribus, ex praua venenataque eluuie, quæ in cerebri ventriculis aliquibus coaceruatur, nasci posse. Fidem etiam faciunt anatomici nonnulli, qui inibi conspectos deprehensosque testantur. Quæ causa etiam fuit, cur vulgus circa initia huius luis febrem hanc, cerebri Vermem multis in locis nominarit. Medici tum præclarissimi tum fide digni Volchero Coitero significarunt, non vnum Vermem, sed aliquot in hominis lenticulis extincti, vel oppressi cerebro inuentos, qui num in cerebri substantia, num in duræ matris simbus latuerint, ignorat. In scholijs, quæ Lodouicus Duretus in Hollerij libros de morbis internis composuit, scriptum reperitur, quod puella quædam ad portam D. Iacobi album Vermem larum, palmo maiorem, satis crassum reiecit per nares, nulla tussi, nullo vomitu antecedente, præcesserat acerbissimus capitis dolor per duos dies. Hũc autem Vermem non est dicendum ab alijs corporis inferioribus partibus sursum prorupisse, alioqui sæua præcessissent symptomata, quæ id indicassent, sed in capite generatos fuisse. Vermiculosas & Verminosas aures vocat Dioscorides ὦτα σκωληκιῶντα, quando exeunt ex auribus Vermiculi; nam & inibi frequenter fiunt: Vidit *i* Velischus Tarantanus medicus sua ætate celeberrimus iuuenem acute febricitantem, ex cuius aure erupere Vermes duo vel tres ad formam granorum pini, crassiores tamen, sanatumque fuisse. Sub lingua quoque nasci ex Valesco allegat *k* Hieronymus Montuus. Nec dentes ab hoc malo liberi sunt, vt ij, qui huius curationem nobis tradunt, testantur. Bartæus Monachus Syriæ, vt ad perfectissimam continentiam se peruenisse monstraret, tanta vsus est inedia, vt tradit *l* Sozomenes, vt Vermes ex eius dentibus serperent. Hi Vermes in dentibus nati in Pandectario Sectiones vocantur. Ab *m* Amaro Lusitano hæc tempta est historia. Puella trima, inquit, quæ in circulo almossinorum agebat, cum omnium consensu recte vaceret, & nihil mali sentiret, ecce illi per oculi interiorem partem, quam angulum magnum appellamus, Lumbrici cuiusdam caput apparere cœpit, oculum ipsum non raro occupans turbantue, ex qua re anxiæ mulieres forte assistentes oculum aduertentes Vermem viderunt, quem ilico manu admiratione ingenti, longitudinis semipalmaris, coloris albi, crassitudinis lineæ, præuiuum nulla noxia à puella percepta, aut foramine vlio euidente relicto, extraxerunt. Enaros & è mammis Vermes nostra memoria visum est. In aspera arteria genitos suo motu tussim excitare *n* Abinzoar est autor, itemque *o* Alsaharauius. *p* Musa quendam tussi expuisse Vermem, scriptum reliquit. Ita & Vermes in pulmone genitos tussis causam esse testis quoque est Aloysius Mondella non contemnendæ autoritatis medicus. Obseruauit *q* Beniuenius Antonium Siculum, qui molesta quadam tussi laborabat, multosque medicos consuluerat, tandem marrubij succo cum melle deuorato, intertectisque temporibus scyllam lambendo, Vermem ex eius pectore vna cum tussi propulsum, ac sanitari restitutum fuisse. Vermium quoque ex pulmonibus exeretorum meminit Fernelius: quod fieri posse non negat *r* Galenus. Euenit tamen id ratissime, propterea que inter admiranda connumerandum, atque eo magis, quod pulmo assidue moueatur, locum quo hærere atque quiescere posset nullum Vermi relinquens. Nec tamen in vesica nasci Vermem minus mirandum, cum id quam plures sit obseruatum, cuidam viro in vesica Vermem existentem, multis modis molestum fuisse, quandoque etiam sanguinis mictu prouocato, rãdem per penis meatum sponte egressum finem doloribus imposuisse, narrat *s* Dodonæus. Gentilis in Guidarello de Baglion bus ciue Perusino, qui passus fuit febrem quotidianam cum dolore renum per octo menses, obseruauit eo tempore, quo conualescere inciperet, Vermes paruos latosque eminxisse, cessasseque dolorem, ex quo in renibus genitos fuisse contendit. *t* Rondeletius commemorat D. Grifeum sibi monstrasse Vermes per vrinam excretos, & in illa natantes. Meminit ægrotantis cuiusdam Aloysius Mondella, quæ interdum maximam vrinæ difficultatem patiebatur, & dolorem, pluriesque Vermes cum vrina ad digiti longitudinem protensos Elydinij crassitudine viuos & rubentes minxisse, & illis, qui persæpe in excrementis cernuntur persimiles, concluditque huiusmodi Vermes in vesica genitos fuisse. *u* Fernelius exiguos Vermes in vesica genitos testatur se vidisse profusos Iacotius in scholijs ad *x* Hollerium commemorat duos Hollerium vidisse, quibus pituita in Vermes vertebatur, quos emingebat. Beauder aduocatus post dolores renum magnum Vermem eminxit. Lumbricos excretos se vidisse testatus est Antonius Beniuenius. Sed quia experientiæ credendum est, dubitatum est, an Lumbrici, qui in ipso vtero inueniuntur, in ipso fiant, an aliunde mittantur. Priscianus & Cleopatra videntur voluisse, quod eiusmodi Lumbrici ab intestinis inittantur in vterum: sed non possum videre, inquit *y* Mercurialis, qua via & ratione ab intestinis egredientes, ingrediantur in vterum, quia etsi hoc fieret, perforatis intestinis & vtero, sane sub dolore & sub his vulnerib. interiret mulieres. Quapropter videtur magis Mercuriali consentaneum gigni in vtero, & eo magis, quod meminerit se alias docuisse, vt dicit Aristot. Albertus & alij, Vermes fieri in cerebro & vasis spermaticis, vt non sit adeo durum, quod etiam fiant in vtero. In vtero quoque Lumbricos generari apertissime scripsit *z* Hippocrates: atque in fœminarum pudendis Ascarides nasci idem est *a* author. *b* Garzias Lopius Medicus Lusitanus, nos, inquit, qui plurimum fidei in nostra arte, experimentis, rationi accommodis, tribuere solemus, per vteri collum quandam multitudinem horum Vermium magnam expulsisse, quæ postea dolore, quo vehementer cruciebatur, liberata est. Vermes qui in man bus & pedibus generantur, easque partes infestant, celebrantur ab auctoribus: forte hi eunt dicti Pedicelli. Sunt & Vermiculi inter cutem nascentes teste Albucasi, & propterea intercutanei dicti, pruritum impetiginemq; excitantes. Possunt & in alia quauis corporis parte generari, dummodo adsit rumor aut vlcus. Nam in insula Iucatan multos Vermibus perijsse, quos tumores produxerant Franciscus Lopez commemorat. Nascuntur & ex apostemate renum. Renum etiam (inquit auctor libri Galeno adscripti de spermate) siccatio inde (nimirum ex cholera) prouenit, vnde si cum muliere iacuerit, post partur solutionem similem debili spermati super renes, & generatur apostema: ex quo aliquando procreantur Vermes & similia. Vexantur & nares Vermibus, si adsit polypus. *c* Nicolaus Monardus quendam nouerratum vlcere laborantem, è quo sanies manabat, non sine contagij suspicione, illius consilio instillatum est foliorum tabaci succus, à secunda instillatione multi Vermes excideruntur, deinde pauciores, & post aliquot dies sanatum est vlcus; sed quæ erosa erant, non restituta. Non omnibus hominibus Lumbrici innascuntur. confert enim quoque locus externus seu regio. Sunt & gentium differentiæ, inquit *d* Plinius: sicuti accepimus de Tæneis Lumbricisque inesse Ægypti, Arabiæ, Syriæ, Ciliciæ populis: è diuerso Græciæ, Phrygiæ omnino innasci. Minus id mirum, quam quod in confinio Atticæ Bœotiæq; Thebanis innascuntur, cum absint Atheniensibus. Sed Theophrastus, ex quo hæc Plinius transtulit, addit Armenios ab eisdem infestari, causamque tradit, cur Thebanis non innascantur, nimirum quod se exerceant sæpius in Gymnasiis, vnde excrementum & pituita, quæ generant hæc animalcula, à frequenti exercitato calore exsiccantur, concoquuntur & expelluntur: verba *e* Theophrasti sunt hæc. Lumbricum, inquit, gentium nonnullis natura inesse perspicitur. Habent enim omni quasi ex parte Ægypti, Arabes, Armenii, Syri, Cilices, è diuerso Thracibus & Phrygibus nullo pacto innasci narrant, inter Græcos Thebanis, scilicet versari in Gymnasiis solitis. Et ad summam Bœotiis innasci Lumbricum nouimus Athenienibus nullo pacto. Nõnulla quoque Vermium genera regionibus peculiariã: Nam in India & superioribus Ægypto locis Dracunculi generantur, ceu animalia quædam Lumbricos imitantia, vt *f* Paulus Ægineta prodidit, in partibus mesculosis, pura brachio, femore, tibia: in pueris etiam latera sub cute perreptant, & palam mouentur: deinde cum diu extremem aliquod Dracunculi remanserit, locus suppurat. Non hæc præteribo morbum similem in Americæ Indiæ occidentalis parte quibusdam popu lis subuenientem. Ægrotantum enim Vermes ex gui, vt *g* Theuerus narrat, pedes affligunt, qui Tom ab illis populis appellantur, haud maiores Cimicibus. Purat Theuerus eosdem innasci hisce partibus, quas molestant, quippe tanta quandoque horum existit ubertas, vt tumores efficiant faba maiores, dolorosos in illis partibus. Idem & Hispanis dum ibi essent, accidebant tam frequentes, vt pedes plenis tumoribus viderentur. Hos vt apparuerunt Vermem solummodo viuum conspexerunt, album, parua macula ornatum. Itaque quod nõ omnia omnibus in locis innascantur, in hisce hominum Vermibus cernere licet. Ex homine mortuo frequentes suscitantur Vermes, qui cadauer consumunt vnde Andromache vxor Hectoris mariti deflens mortem, sic mortuum alloquitur apud Poetam.

Νῦν δ' ἐστὶ μὲν παρὰ νῆυσι κορωνίσι νόσφι τοκήων
Αἰόλαι οὖλαὶ ἔδονται, ἐπεὶ κυσὶν κορέσαντο,

Id est,

Nunc te quidem apud naues rostratas procul à parentibus.
Mobiles Vermes edent, postquam canes saturati fuerint.

GENERATIO.

DE eorum generatione primum tractabimus, qui in interiorib. partibus seu intestinis nascuntur, cum cæteris frequẽtiores multo sint. deinceps de ijs, qui in alijs partibus & cadauere. Sed ante omnia quædã dicenda

c 4. *de morbis.*
d *In Epist. de Lumbricis.*
In capite Vermes nasci.
e *Fen.* 1. *lib.* 3. *tr.* 2. *c.* 3.
f *Lib.* 1. *cap. de mor. inser.*
g *Cap.* 100. *Excp. med.*
h *Cap.* 10. *feb. miscel. Hung. ther.*
Cetebri Vermes.
In auribus
i *Lib.* 4. *c.* 28
Sub lingua.
k *tõ.* 4 *c.* 19. *anas. morb.*
Dẽtes Vermib. quãdoq; obnoxios.
l *Hist. eccl. lib. cap.* 34.
m *Cent.* 7. *curat.* 63.
E mammis oriri.
In Pulmone & aspera arteria.
n *Tract.* 11. *cap.* 3.
o *c. de tussi.*
p *aff.* 19. *l.* 4.
q *Cap.* 77. *Exem. med.*
r *Lib.* 4. *de locis aff.*
In vesica & renibus.
s *In schol. ad Benin. c.* 78.
t *De dignos. mor. c.* 17.
u *Lib.* 6. *de part. mor. cap.* 10.
x *Cap.* 47. *de mor. inte.*
In vtero generari.
y *De morb. mulieb.* 4. *cap.* 12.
z 2. *de mor.*
a *De morb. mulieb.*
b *Com. de var. reime. lect. c.* 13.
Manuum & pedum Vermes.
c *De simpl. medic.*
Homines omnes non laborare Lumbricis.
d *Lib.* 27. *c. vlt.*
e *Hist. plan. lib* 9. *c. vlt.*
Dracunculi vbi generẽtur.
f *Lib* 4. *c.* 58
Tom Vermis in India qualis.
g *Li.* 2. *Hist. Amer.*
Cadauerũ Vermes.

dicenda ſunt in vniuerſum, de cauſa finali, formali, efficienti, & materiali. Cauſam finalem habere Lumbricos aut Vermes non defuerc, qui opinati ſint, ſed potior ſemper clariſſimo medico Hieronymo *a* Mercuriali viſa eſt *b* Auicennæ ſententia, qui duos fines conſtituiſſe videtur. Vnum vt materia huius mundi, & præſertim animalium, per generationem Lumbricorum deputaretur: ſiquidem ſi materia putrida ita remaneret, & ipſa nullum animal fieret, adeo creſceret putredo, vt maxima detrimenta inferret. Alterum finem poſuit horum animalium, vt ſcilicet tum ipſorum generatione, tum etiã nutritione excrementa eorporum copioſa conſumantur. Et quanquam ſententia Auicennæ de Lumbricis videatur intelligenda, qui vbicunque naſcuntur, peculiariter tamen, inquit Mercurialis, intelligẽda eſt de animalibus gen tis in corpore humano, quæ etſi interdum bonam corporis materiam conſumant, id tamen eſt per accidens, ſcilicet propter multitudinem, & copiam immoderatam; eo quod vbi immodice excreſcunt, & excremẽta conſumunt, & etiam vtilia alimenta, ſed ſi non admodum creſcant, aut magnitudine aut multitudine ſuperflua tantum conſumere videntur. Formalis cauſa eſt ea animæ vis, qua mouentur & viuunt: quanquam *c* Albertus Magnus videatur aſſeruiſſe Lumbricos nullũ alium ſenſum habere præter guſtum & tactum, medio quorum radices plãtarum rodunt, atque nutriuntur per quandam fiſſuram, quæ in ipſorum ventribus reperitur. Quæ Alberti ſententia, ſi vera eſt de animalibus extra hominem naſcentibus, erit quoque vera de animalibus extra hominem ortis, niſi, vt ait Hieronymus Mercurialis, quod hæc ore licet obſcuro nutriantur. Nunc de cauſa efficiente agamus: ea eſt duplex, externa & interna. Externa autem nihil eſt aliud, quam vis quædam cælitus proceedens, quæ mediantibus cauſis immediatis animalia fingit & format: quamuis Galenus libello de fœtus formatione, caſu potius in corporibus humanis fieri Lumbricos exiſtimet, quam à virtute formatrice, à qua produeuntur reliqua animalia. vtut ſit ſiue formatrix facultas Galeni, ſiue potens ille factor Caleodea Auicennæ, ſiue anima mũdi Platonicorum, nihil interest, cum certum ſit *d* Ariſtotelem hanc cauſam intellexiſſe, quando mentionem facit calotis cuiuſdam in vniuerſo exiſtentis, qui prout à corporibus plus minuſve recipitur, ſic nobiliora aut ignobiliora animantia producit. Eſt ergo externa Lumbricorum cauſa cœleſtis ille calor, proxima vero & per ſe, vt ait Hieronymus Mercurialis, calor corporis internus. Dicit autem per ſe: quia tametſi ad generationem concurrat etiam frigus attemperans calorem, cõcurrit tamen per accidens. Sed quia calor noſter duplex eſt, alter viuificus, alter vero igneus & putreſcens, ſciendum eſt ad generationem animalium fere concurrere hunc vtrumque calorem, ſed diuerſo plane modo. Nam calor putredinalis & igneus diſponit materiam, non quidem immediate ad recipiendam formam, verum etiam informat & efficit animalia ipſa: nam clarum eſt eundem factorem & efficere & præparare ſibi materiam; adeo vt calor putredinalis nihil aliud habeat, niſi quod putrefaciens materiam ipſam faeit, vt facilius diſponatur & tractetur à calore ipſo viuifico. Quod enim calor igneus, & putredinalis neque generare animal, neque diſponere ad formam ſuſcipiendam poſſit, luculentiſſimum teſtimonium præbet *e* Ariſtoteles, qui ſcribit, ignem nullum animal generare poſſe. Itaque calor hic viuificus debet eſſe mitis & blandus, non vehemens mordax aut vorax. Quapropter Montanum vehemẽter accuſat *f* Mercurialis, qui dixit in pueris lactantibus non fieri Lumbricos, quia in ipſis non eſt adeo calor viuificus vehemens, quemadmodum requiritur in generatione horum animalium: nam calorem blandum eſſe debere inquit Mercurialis, nõ vehementem. Haud diſpar à prædicta controuerſia & ea eſt, quam mouet *g* Piccolominæus, nimirum an in vlcere coctio puris, & putredo carnis fiant ab eodem calore. Auerroes id videtur affirmaſſe, inquit enim: & cum hoc ita ſit forma permutans materiam pro ea recipiẽda, & ſeparari faciens primam, calor eſt qui relatus ad corpus corruptum, eſt externus & putrefaciens, relatus ad Vermem genitum, eſt naturalis. At Auerroes, inquit, dum hæc profert, ſolum conſiderat duas alterationes, putredinem carnis & ortum Vermis, non coctionem puris per impetum caloris. Inſuper, inquit, eius ſententia eſt dubia, quia Ariſtoteles loquens de ortu Vermium dixit, quod calor ſecretus conſtare facit, & generat Vermes adeo, vt id tribuat calori interno per coctionem ſecreto non externo. Medici nonnulli hos calores ponunt diſtinctos, tum eorum opera diſtincta ſint. At nec ab Auerroe, nec à Medicis recedentes, dicamus calorem eſſe qualitatem, quæ in ſpiritu & ſubiecto aliquo reperitur, qui aliquando omnino eſt præter naturam, aliquando omnino ſecundum naturam, & aliquando medius, qui à Galeno ſecundo Aphoriſmorum quadrageſimo ſeptimo dicitur mixtus, omnino ſecundum naturam eſt in membro, & ſpiritu ſano, omnino præter naturam in ſpiritu, & vapore externo efficiente putredinem, calor medius reperitur in vlcere & membro laborante, partim ſecundum naturam, partim præter, & eſt vnus numero calor exiſtens in ſpiritibus alteratis, recedens à diſpoſitione eorum ſecundum naturam, qui receſſus poteſt eſſe talis, vt aliquando præualeat conſtitutio ſecundum naturam, & tunc pus coquitur, aliquando conſtitutio præter naturam, & fit oppoſitum; calor omnino præter naturam, & omnino ſecundum naturam ſubiecto diſtinguuntur, medij vero nequaquam; ſed ſolum diſtinguuntur origines cauſæ, & prima fundamenta eorum, ac ita diſpoſitiones ſemper dicuntur ſua natura & conditione variæ. Inſuper accidere poteſt vt idem calor relatus ad varia, ſit ſecundum naturã vnius, & præter naturam alterius, vt dixit Auerroes. In vlcere carnis fit à calore omnino præter naturam: coctio ſanguinis pro nutritione recte affectæ carnis, à calore omnino ſecundum naturam, coctio puris fit à calore medio: nam fit à calore exiſtente in ſpiritibus alteratis, quorum diſpoſitio ſecundum naturam præualet: at ſi præualeat diſpoſitio præter naturam pus non coquitur, & dum maxime præualet, & conſtitutio ſecundum naturam omnino ſuccumbit, tunc calor ille præter naturam animalis poteſt coquere pro ortu Vermis. Nam calor ille, vt recte

Cauſa finalis Lumbricorum.
a Lib. 3. de morb. puer. cap 3.
b 16. tertij, tract. 5. c. 1.
Cauſa formalis.
c Lib. 12. de Animal.
d 3. de gene. animal. c. 11
e 5. Hi. c. 19. Ignis nullũ creat animal.
f Lib. 3 de mor. pue. c. 2
g Lib. de concoct. An pus & Vermes in vlcere ab eodẽ calore fiant.

A dixit Auerroes, erit ſecundum naturam Vermium, & præter naturam carnis, & eſt ſignum lethale. At inſtabatur, quia Ariſtoteles inquit Vermes non fieri à calore efficiente putredinem, ſed ab eo, qui ſecernitur. Reſpondeo calorem in ſecretionem necti cum externo, & reddi vnum cum illo, non autem ſeruari diſtinctos, & Ariſtoteles ita locutus eſt; quia in putredine ſemper generatio alterius, præſupponit ſecretionem caloris re præcedentis. Ita verum eſt, quod coctio facit, vt putredo deſinat; quatenus ineſt imperium diſpoſitionum caloris ſecundum naturam, remouentium putredinem & cauſam eius. Similiter dum pus conficitur dolores & febres fiunt magis quam iam confecto, vt legitur ſecundo Aphoriſmorum quadrageſimo ſeptimo. Nam in puris coctione reperitur alteratio humorum ab aucto calore, incenſio, extenſio, & pugna diſpoſitionum ſecundum naturam, cum diſpoſitionibus aduerſis: at facto pure partes inuicem per imperium caloris naturalis ſunt ſecretæ, contemperata eſt diſpoſitio præter naturam, & diminuta pugna, propterea ignea caliditas extingu tur, & dolor lenitur. Hactenus Piccolominæus. Nunc de materia agendum: ea autem quænam ſit, non inter auctores conuenit. *h* Auicennas in primis hac in re diſſentit. Quippe capite primo pituitam inquit eſſe materiam generationis

B Lumbricorum, quando ea ſcilicet inualeſcit in inteſtinis, ac putreſcit & conſiſtit ibidem. Secundo vero capite eoſdem inquit fieri ex humiditate excrementitia à ieeinotis tractiee faeultate imbecilli in excremẽtis relicta: ex cuius corruptione Lumbrici oriuntur. Genetari ex ſtercore Hippocrates ſiue alius quiſpiam *i* auctor librorum de morbis ſcipſit. Hanc eiuſdem ſententiam habuiſſe quoque videtur *k* Ariſtoteles: cum enim enumeraſſet varia animalia, quæ gignuntur ex putri materia, dixit aliqua gigni ex excrementis animalium, atque hæc ipſa ἑλμινθας eſſe ſiue Lumbricos, verba eius hic adſcribam. Procreantur " porro Inſecta, inquit, aut ex animalibus generis eiuſdem, vt Phalan- " gia & Aranei, & paulo poſt. Item alia ea cœno, aut fimo putreſcente " oriuntur: alia in lignis aut ſtirpium, aut cæſis, alia in animalium pilis: " alia in excrementis, aut iam excretis, aut adhuc iam intra animantem " contentis, vt quæ Tæneæ ſiue Lumbrici appellantur, quorum gene " ra tria ſunt, latum, teres & quod Aſcarida appellatum eſt. Sed quod " ad Hippocratis opinionem ſpectat, ſane vera nequaquam videtur, vt *l* Hieronymus Mercurialis. Quandoquidem ſi Vermes gignuntur in varijs noſtri corporis partibus, ſequeretur ibi etiam reperiri ſtercora, quod abſurdiſſimum & à ratione alienum eſt Præterea ſtercora in cor-

C pore noſtro paruo tempore manent, vt dixit Hippocrates: interdum altera die abſumpto cibo exire, quo fit, vt non ſit tempus idoneum ad huiuſcemodi generationem, ſed quod magis refert, ſtercora ſunt partes ſiccæ, & omni vitali humiditate exhauſtæ, propter quod idonea materia huius generationis nequaquam eſſe poſſunt. Sic etiam Ariſtoteles ſententia nequaquam firma eſſe videtur. Quia cum nulla ſint in corpore noſtro excrementa, planum eſt ex determinato aliquo genere gigni, quod genus cum non determinauerit ipſe, nequaquam eius ſententiam ſequi poſſimus. His itaque rationibus Ariſtotelis & Hippocratis opinio ab Hieronymo Mercuriali impugnatur. *m* Oribaſius omnes ex omnibus naſci putat humoribus Aſcarides ex nigro & bilioſo teretes, latos ex pituitoſo fieri ſucco eõtendit: ratus id fortaſſe, quod Aſcarides, quum in recto craſſoque inteſtino oriantur ex melancholico, qui illic maxime redundat, ſucco progignuntur: venæ ſiquidem hæmorrhoides nunculpatæ illic terminantur, ibique craſſus maxime ac fœculentus ſanguis continetur. teretes vero ex flaua bile ideo dixiſſe poſſimus ſuſpicari, quia in gracilibus potiſſimum inteſtinis ſedem habent, ac ortum, ad quæ præcipuæque ad ieiunum vocarum multa bilis copia à poro felleo nuncupato transfertur. Latos vero, quos ipſe lõgos nuncupat, à pituita fieri contendit. Sed & aliam rationem Montanus addit, tur ex omnibus humoribus Lumbrici fiant, nimirum colo-

D rum varietatem horum animalium; quia cum conſpiciantur Lumbrici colore modo fuluo, modo albo, modo ſubnigricante infecti, modo rubei, ſtatim arbitratus eſt horum colorum varietatem nõ aliunde proficiſci, quam ex varietate humorum, ex quibus fiunt. Hac itaque ratione acriter Oribaſij opinionem defendit Montanus, qui quod peius eſt, exiſtimauit hanc eſſe Ariſtotelis atque Galeni, vna cum Oribaſio. Verum vtrumque fuiſſe mirum in modum hallucinatum hiſce rationibus probat Mercurialis. Primum quidem, quia adſcribunt eam ſententiam & Ariſtoteli & Galeno, quam nunquam ſomniarunt. Si enim verba Ariſtotelis videamus proxime citata, nihil aliud ſonant, niſi fieri Lumbrici ex excrementis, tam intra animalia, quam extra repertis. Similiter ſi videatur *n* Galenus, vbi tractat de his animalibus nullum abeſt, vt eo loco aſſerat fieri ex omni humore. At quod peius eſt præter rationem, & abſurdum omnino eſt exiſtimare, ex omnibus humoribus fieri hæc animalia. Quod enim non fiant ex ſanguine ſatis compertum eſſe poteſt, quia ſanguis nunquam ad tantam putrefactionem peruenit, vt ex eo gignantur animalia. imo *o* Alexander Trallianus, cum referat quorundam ſententiam, qui putarunt nullam fieri putredinem in venis, ex eo illud comprobabat, quia in venis, vbi eſt ſanguis, nulla animalia oriuntur. Non etiam poſſunt fieri hæc animalia ex hu-

E more melancholico, eo quia humor frigidus & ſiccus eſt: vita autem animalium viuentium, vt vbique teſtatur Ariſtoteles & Hippocrates, in calido & humido poſita eſt, vt ſaris manifeſtum eſſe queat, idoneam non eſſe materiam melancholicam, quia frigidus & ſiccus ſuccus eſt, qualitatis nimirum contrariæ. Neque etiam fieri poſſunt ex flaua bile, quia eſt ſententia Ariſtotelis animalia ab eiſdem conſeruari & nutriri, ex quibus fiunt: ſed hæc animalia interimuntur amaris rebus, igitur non poſſunt ex amaris gigni, quia ſic conſeruarentur potius ab illis. Accedit his, quod *p* Galenus ſcribit in mari mortuo, nullum animal generari, neq; conſeruari, eo quia aqua illa propter bitumen eſt amarior. igitur fieri nequaquã poteſt hoc exemplo Galeni, vt ex ſimili humore amaro viuant, aut producantur illa animalia. Quam rationem cum Paulus Ægineta examinaſſet, addidit non poſſe hæc animalia gigni ex humo-

Materia Lumbricorum.
h 16. tertij tract. 5.
Ex ſtercore generari.
i Lib. 4.
k Hiſt. animal. c. 19.
l Lib. 3. de morb. puer. cap. 4.
m Lib. 3. Aphor. 30. Ex omnib. humoribus non gigni.
Aſcarides ex qua materia gignãtur.
Lati ex pituita.
n Libro 3. Aph. 26.
Ex ſanguine non fieri Vermes.
o Lib. 12. Ex melancholico ſuco nõ fieri.
Ex bile flaua nõ fieri.
p Lib. 4. de ſimp. med. facul.

humoribus calidis: propterea quod cum non possint ipsi hæc animalia alere, non possunt etiam generare. remanet igitur, vt duntaxat generari possint ex pituita. Ad argumenta autem ex coloribus facta à Montano respondet Mercurialis, animalia hæc non fieri simpliciter ex ipsa putrefactione, sed vt colligitur ex *q* Aristotele, ex coctione, quæ coniungitur ipsi putrefactioni, putrefactio enim ex sui natura destruit, non generat. Sunt diuersissimæ & contrariæ actiones generatio & putrefactio: verum materia ipsa putrefacta coquitur à calore solari, vel à calore natiuo, ex quâ deinde coctione fiunt animalia. Et quia potest huiusmodi coctio modo maior, modo minor esse, sic possunt ex varietate coctionis varij fieri colores in animalibus. Experiētia etiam comprobatum est, vel tantillo maiorem coctionem variare insigniter colores rerum coctarum. Respondet & alio modo: tametsi hæc animalia generantur ex crudis humoribus, nihilominus ratione alimenti variari possunt colores ipsorum; ita vt si alimento nigro vel flauo vtantur, ita & ipsi etiam ioficiantur, si alimento rubro tuborem contrahunt, & sic de alijs. Neque hoc mirum videatur, quandoquidem Aristoteles exemplis & rationibus docuit, & propter alios cibos colores pilorum animalium vehementer mutari. Sed cum superius dictum à nobis sit materiam Lumbricorum esse pituitam; hæcque sit duplex, vna naturalis, quæ cum alijs humoribus conficitur, aut perficitur in iecore, & sanguini miscetur, altera vero humor crudus, ex illa quæ in venis est, nequaquam fieri hæc animalia facile cuiuis patet, sequitur ergo, vt ex crudo vocato humore ortum ducant. Hac exacta distinctione sibi aditum parauit doctissimus Hieronymus Mercurialis ad conciliandum Galenum & Auicennam cæterosq; postetiores: quandoquidem eum *r* Galenus dicat ex humoribus crudis fieri Lumbricos; *s* Auicenna vero ex pituita stercoribus inuoluta, idem omnino vterq; intelligit. quia ea pituita, quæ stercori immiscetur, nihil aliud est quam humor crudus, in ventriculo genitus. Hanc sententiam tenuerunt Alexand. Trallianus in ea epistola, quam de Lumbricis conscripsit, quæque iam pridem in lucem prodijt, Paulusque Ægineta. *t* Columella quoque inter Latinos Lumbricos generari ex materia cruda scribit. Sed dubitet quispiam, quomodo igitur Ægineta & Trallianus interdum dixerunt, generari ex cibis crudis? huic sic respondet Mercurialis, nimirum verum id etiam esse, cum duplex sit materia, alia mediata, alia immediata. Immediatam materiam, ex qua fiunt hæc animalia, esse crudum humorem seu pituitam. mediatam vero cibos corruptos. Quia vbi cibi bene decenterque concoquuntur, non ἀπεψία, & ideo neque materia Vermium. Quapropter non in omnibus hominibus procreantur Lumbrici, vt falso quidam crediderunt, nec semper in homine reperiuntur, vt *u* Auicenna existimauit, (quandoquidem ex corporum quotidianis dissectionibus animaduertimus raro in intestinis reperiri.) sed in ijs tantum, qui crudi humoris vbertatem in corporibus coaceruarũt. Tales autem sunt, qui temperamentum habent frigidum & humidum; minime omnium qui sunt sanguineo, vtpote qui nullos aut paucos admodum crudos humores producunt. Biliosa & melancholica constitutio ratione suæ naturæ haud aptæ sunt hisce producēdis animalibus; ratione vero externorum errorum apta esse potest. Experientia enim quotidiana commonstrauit biliosos, & melancholicos tunc Lumbricorum copiam gignere, & coaceruare, cum ingluuies & crapula præcesserunt, quę materiam copiosam hisce animalculis producendis suppediratunt. Mulieres quoque quod frigidæ sint ac humidæ respectu virorum, magis huic malo quam viri obnoxij. Possunt omnis ætatis viri & mulieres Lumbricis infestari, si vitiata præcesserit concoctio, crudique humores generati sint: ea tamē omnium ætatum maxime, quæ ab lactatione vsque ad decimum annum protenditur. Senes etiā post pueres hisce animalculis infestari docet Mercurialis. Meminit enim dum anatome in gymnasio Patauino administraretur, visum esse senis cadauer, cuius intestina Lumbricis erant referta. Sed cum *x* Hippocrates scribat, in pueris, dum adhuc in vtero matris existunt, Lumbricos generari, & propterea in vsu esse, vt mulieres aliqua offerant iam in lucem editis medicamenta, vt per ipsa educantur excrementa, & eiusmodi animalcula, itemque frequenter videamus in lactantibus pueris fieri Lumbricos, quoniam do verum id esse potest, quod scripsit *y* Galenus pueros lactantes minime Lumbricis infestari, eo quod tametsi in hac ætate materia sit copiosa, tamen ita calor ab humiditate superatur, vt nequeat hæc animalcula producere. Pro huius quæstionis solutione statuendum, inquit *z* Hieronymus Mercurialis, veram esse Galeni sententiam, vt in pluribus, & in illis solum, qui lacte solo victitant. nam si qui pueri reperiuntur, qui inter lactandum etiam Lumbricis infestantur, est id eo quod præter lac etiam alia edulia assumunt, quo fit, vt motem nostrarum fœminarum damnare soleam, inquit, quæ lactantibus pueris statim etiam panem coctum offerre conātur. docuit enim nos natura tam diu esse procreatos lacte solo nutriendos, quousque in vberibus pabulum sufficit. Sed quid dicemus ad Hippocratem, fateamur, inquit, etiam quod ipse dixit, verum esse, non propter hoc tamen eius sententia contraria est Galeno. Quandoquidem aliud est, nō fieri Lumbricos in pueris lactēntibus, aliud est eos fieri intra vterum maternum: quia vbi pueri lactāt, vt ait Galen. eorum calor nequaquam vincere & informare potest humorem excrementitium. In vtero autem materno præter calorem fœtus, cum adsit etiam maternus, ille quidem efficax est, & potens ad superandum, & informandum excrementum: quo fit vt sit statuendum pueros solo lacte victitātes minime omnium infestari Lumbricis. Cibi autē qui crudos humores, seu pituitosos producunt, sunt vel enim copiosi existunt, (vnde pueri voraces, & gulæ vēntriq; dediti hisce humoribus abundant, & per consequens etiam Vermium copia) vel cum sua qualitate facile corrumpantur, vt sunt crassi, & qui malos gignant succos. Vermibus obnoxios scribit Acosta in India, qui palmæ Indicæ fructu vescuntur. Baptista Porta Neapolitan. in Phytognomicis, arbores & fructus, qui vermiculantur in corporibus nostris, vermes generare satis probabiliter disserit. Paulus Ægineta generari Lumbricos ait, ex multis ciborum differentijs, præcipue, a, circa autumnum, & in autumno, idque non ratione temporis, quod atram bilem & melancholicam corporibus nostris ingenerat, sed ratione fructuum, quos Plinius fugaces, Græci ὀπωρίνα vocant. Hi enim tunc temporis vix maturi facti, à nobis summopere appetuntur, præsertim pueris. Verum, quæ ante exactam maturitatem est antur, flatulenta sunt, & praui succi, qui augetur à debili concoctrice facultate, calor autem tunc temporis innatus, aut imbecillus factus, aut fere extinctus ob æstatem, quæ præcessit. Alioqui ratione temporis plurimi hyeme nascentur: tūc enim (quamuis calor innatus plurimus insit) frigida & humida aeris constitutio ob noctes diuturnas, & dierum breuitatem pituitæ copia in nostris corporibus plurima generatur. Æstas autem reliquarum oīum anni partium minime his animalculis producēdis apta, quot tum bilis in corpore abundat. Nunc dulcia num eadem generent, in quęstionem veniat. Fuerunt inter recētiores, qui id negare ausi fuerint; quod dulcis sapor sit temperatus, cui non potest, vt arbitrantur, adesse putrefactio. Infantes autem ac pueri maxime laborant hoc malo, non quod dulcib. vescantur, & apprime delectentur, vt lacte & saccharatis, sed quia præ ingluuie, & præpostero assumendorum ordine, intempestiuisq; exercitijs, in ventriculo ex intestinis non conficiuntur dulcia, sed corrumpūtur: in probum autem sanguinem degenerare aiunt, quibus tepidior est calor, vt pueris: & sic ex temperato dulcium vsu Vermium generationē præoccupari posse, cum detergendi vi, qua sunt prædita, hærentem intestinis pituitam proximā vermium materiam, abradere & deijcere valeant. Quod autem ob frequentem dulcium vsum magnopere infestētur ab his animalibus pueri: id aiunt fieri, non quatenus dulcia hæc animalia producāt, sed quia dulcedine tracta huc illuc per corpus percurrunt, intestina vellicant, & pertundunt, & quandoq; ascendētia ventriculum ipsum mire cruciant, & lacessunt. Accedit & huic rationi alia, qua eandem opinionem confirmant. dulcia inquiunt in bilem mutantur, sed bilis procreandis Vermibus inimica. Vnde Paulus *a* Ægineta recte monet, biliosa excrementa non posse eadem cum Lumbricis in parte consistere. Ad priorem rationem respondet Mercurialis: sententiam aliqua ex parte veram, aliqua ex parte falsam. Veram esse, quod Lumbrici dulcedinem persequentes infestant pueros, & homines: sed esse falsam, quod dulcia nō sint apta ad generationem Vermium. Quia inquit, & si sint optime temperata, dulcia tamen tempetata, quādo corrumpuntur eo maiorem contrahunt putrefactionem, quo sunt temperatoria. Habemus exemplum in homine. Nam quod est inter animalia, quod temperatoribus rebus vtatur ipso homine? nullum plane; erat enim æquum, & conueniens eius temperaturæ, attamen non inueniemus animal vllum, cuius stercora magis fœteant stercoribus humanis, eo quod temperata quando corrumpuntur, insigni putrefactione afficiuntur. Dulcia autem facile corrumpi propter duo asserit. Primū, quia eum sint temperata, sunt posita in medio extremorū; quæ vero in medio facile inclinant, & facile deflectuntur ad alterum extremorū. quod quidem non contingit in temporibus intempetaris. Accedit etiā aliud, quod dulcia omnia supernatant facile omnibus alijs cibis, & cum propter suauitatem copiose sumi cōsueuerint, hac ratione etiam facile corrumpuntur. Est & altera ratio, quia dulcia priusquam bene coquantur in ventriculo, attrahuntur à vicinis membris: & propterea permanētia cruda, fiunt materia idonea generationi Vermium. Neq; est, quod existimemus per accidens id esse, scil. ratione mali vsus, quia experientia quotidiana comprobatur, etiam illos, qui moderate comedunt res dulces, & in alijs non delinquunt, abundare Lumbricis. Imo vero *b* Hippocrates manifeste dicit ex vsu lactis propter dulcedinem hæc animalia fieri. Hoc itaque modo Hieronymus Mercurialis ad primam eorū rationem respōdet. Ad secundam vero, nimirum quod dulcia in bilem vertantur, respondeo, habendam esse naturæ ac corporis totius temperamenti rationem. Non enim dulcia in quouis corpore in bilem mutantur, sed tantum in ijs, quæ calida sunt, & sicca, bileque abundant, quemadmodum eleganter testatus est Galenus, in cuiusdam aphorismi partis primæ commento, qua inquit Hippocrates: lac date caput dolentibus malum, malum vero & febricitantibus. Nunc vero particularem Vermium cuiusque generis generationem aggrediar, ac primum quidem eorum, qui in ventre oriuntur, quorū diximus esse tria genera, longum dictum Tænea, rotundum & Ascarida. *c* Paulus Ægineta & Aetius latum Lumbricum aiunt esse quandam quasi mutationem ad natæ in intestino interiori membranæ in materiā animalis modo mobilem. Quibus verbis si intelligant membranam interiorem seu pelliculam, qua intestina obducūtur, à veritate procul absunt. Arida enim materia, qualis est membranarum, inepta prorsus generationi animalium. deinde si pellicula ita abraderetur, intolerabili dolore ægrotātes conciderent, ob abrasionem tam sensilis pellicularæ. Sin autem his verbis non pelliculam, sed pituitosam intelligant materiam, qua obducuntur intestina interius, verum mihi dicere videbūtur: sed tamen hæc nequaquam membrana appellanda erit, sed crudus & pituitosus succus, quo intestina oblinuntur, ne ab asperitate stercoris damnum patiantur. Puta tamen vna cum Mercuriali deceptos fuisse Paulum & Aetium duab. de causis: tum quia fieri potest, vt dum excernūtur lati Lumbrici, simul etiam aliquid corrodatur ipsius tunicæ intestinorum; tum quia *d* Hippocrates de lato Lumbrico verba faciens, esse ἰχῶρ τοῦ ἐντέρου ξύσμα λευκὸν, id est, velut abrasionem albam intestinorum, tradit. In quibus verbis nequaquam voluit Hippocrates significare esse ipsam tunicam, sed assimilari abrasioni albæ intestinorum. Quare latus Lumbricus fit ex eadem materia, ex qua fiunt cæteri, vt vult Mercurialis. Sed *e* Dominicus Leonus hūc fieri tradit ex pituita dulci: quoniam ex parte calliditatis fiat attractus, ex parte humiditatis dilatatio. ex naturali autem Cucurbitinos dictos, quod cucurbitę seminum formam habent. Frigiditas enim, inquit, ad centrum mouet, sicq; decuttantur, & ob humiditatem facile dilatantur. Sed cum medici dicant Lūbricos ex succo dulci & pituita produci, non de Tænea tantum, quæ Lumbricorum est species,

Ex pituita generari Lumbricos

Autumno cur Vermes generātur.

Dulcia an Vermes generent.

Dulcia facile corrūpi.

Tænæ generatio.

Cibi Vermes producētes quales sint.

q 3. *de gene. anim. c.* 11.

r Lib. 3. *aph.* 26.

s 16. *tertij tract.*

t Li. 6 *c.* 28.

u 16. *tertij tract.* 1. *c.* 1.

x 4. *de mor.*

y 3. *Aph.* 26.

z Lib. 3. *de morb. puer. cap.* 3.

a Li. 4. *c.* 56.

b De morb.

c Li. 4. *c.* 57.

d 4. *de mor.*

e Lib. 4. *c.* 9. *Sect.* 3.

cies, ſed de omnibus Lumbricorũ ſpecibus, id intellexerunt. ex pituita naturali Vermes non generari dixi ſupetius. Cæterum, quod tam lõgi quandoq; euadant, vt vniuerſa inteſtina impleant, id fit ob materiæ ingentem copiã, & loci capacitatem eximiã, quæ duo cum raro adſint, fit vt rariſſime hæ Tæneæ generentur. Sunt autem æque omni ætati fere familiares, vt arbitror. Quod ſi vero in puerili ætate generentur ob pituitæ copiam, quæ in hac generari ſolet, mirum eſt tam diu quandoq; in corpore deliteſcere, vt in ætate grandiorib. per ſua ſign. primum ſe prodant, & tum tempotis demum excludantur. Nam mulier quædam olim, vt inquit Gabucinus, lõgam ſane egeſſit atq; integram ætatis ſuæ annum 3. agens ſupra vicesimum, quam adoleſcentiæ ætatẽ eſſe cõſtat. talem & ſenex quidam anno 8. ſupra 50. Gabucino oſtendit. *f* Hippoc. autem in vtero matris Lumbricos hoſce naſci contendit hiſce verbis. Nunc autem, inquit, de Lumbricis latis dicam. Aſſeto. a ipſos in puero, dum adhuc in vtero eſt, naſci. Poſtquam n. ſemel ex vtero egreſſus eſt, non tanto tempore ſtercus in alun manet, vt ex eius diuturnitate & putrefaction. tantę magnitudinis animal generari poſſit. Excernit enim ſemper heſternum ſtercus per oẽs dies, ſi ſanus homo eſſe debet. Tale vero animal naſci non poſſit, etiãſi multis diebus homo ſtercus non egereret. Multa enim naſcũtur, dum puer in vtero eſt hoc modo. Vbi ex lacte & ſanguine computreſcente, ac redundãte, vtpote quod dulce eſt, pus factum fuerit feruidũ, animal iſtic generatur. Illud porro nunc inquiſitione dignum videtur num Faſciæ pariant, nam quædam Lumbricorum genera parere poſtea probabitur. ſane inter veteres medicos plurimi exiſtimarunt Faſciam parere alia animalia, quod eos, qui laborant hoc mali genere viderent emittere quædam cucurbitæ ſeminibus ſimilia, quæ animalia videntur. Atq; huius opinionis volunt aliqui fuiſſe *g* Ariſtot. quando inquit, ἢ δὲ πλατεῖα ὥσπερ σπέρμα μόνῳ τῷ ἐντέρῳ, καὶ λεπτῇ τὸ σῖον σικύας σπέρμα, ὃ γινώσκουσι σημείῳ οἱ ἰατροὶ τοὺς ἔχοντας αὐτό. Id eſt, vt Gaza vertit: Latum autẽ illud ſolum inteſtino adhærens, parit ſimile cucumeris ſemini, quo indicio medici id genus Lumbrici inеſſe intelligunt. Sed cum ſcribat Ariſt nullum genus Lumbricorũ aliud animal aliquod efficere, conſideratis diligenter hiſce verbis, cõtrarium cenſuiſſe viſus eſt Ariſt. quod ſi ſcribat latos Lumbricos aliquid parere, nõ intelligit quod animal pariat, ſed aliquod aliud. Manardus clariſſimus ſane medicus referr ſe audiuiſſe à quadam muliere fide digna, quæ dicebat ſe Lumbricũ latum eijciſſe, in quo alij Vermes inerant: quaſi hoc exemplo demonſtraret illud Lumbricorum genus patere. Verum hæc mulier decepit Manardum, quæ rotundũ Lumbricum pro lato accepit. Ille enim plurimis alijs abundat Vermib. vt poſtea probabimus. Porro ad prædictam veterum rationem, qua probabãt Faſcias intra inteſtina contentas parere, diuinitus reſpondet *h* Hippoc. parua illa animalcula cucurbitæ ſemen præ ſe ferentia, nõ lati lumbrici ſemen eſſe, aut fœtum, ſed potius pottiunculas eius abruptas, quæ figuram ſeminis cucurbitæ præ ſe ferunt, vt patet in hiſce eius verbis. Rotundi quidem, inquit, pariunt, lati vero non amplius, etiamſi quidam ipſos parere dicant. Nam homo, qui latum lumbricum habet, velut cucumeris ſemen excernit alias atque alias, vna cum ſtercore ipſo, & ſunt homines, qui hoc lumbrici partus eſſe dicunt. Mihi vero non ſecte dicere videntur, qui talia dicunt. Neque enim ab vno animali tot pulli generari poſſunt: neq; ea eſt loci in inteſtino capacitas, vt partus educare queant. Augeſcente autem puero augeſcit etiam lumbricus in inteſtino, quibuſdam in pubertate, quibuſdam poſterius, quibuſdã paulo prius. Et poſtquam inteſtino adæquatus eſt, ſimiliter augeſcit, & quanto maior factus fuerit, vna cum ſtercore excernitur de inteſtino recto, & excidit velut cucumeris ſemen, ſæpe vero etiam maior. Quibuſdam vero iter facientibus, aut laborantibus, & ventriculo caleſcente deorſum deſcendit, ipſiſq; prominet ex podice inflatus, hoc que facit, & de podice reſecatur, aut retrocedit. Signa vero quod non pariat, ſed ita habeat velut ego dico, hæc ſunt. Si quis curet hominẽ latum lumbricum habentem, & medicamentum dederit aut potionẽ, ſiquidem fuerit homo bene præparatus, totus rotundus factus ad pilę figuram exit, & homo ſanus euadit. Si vero ad medicinam hæreat, tecta pars de Lumbrico abrumpitur longitudine duorum aut trium cubitorum, aut etiam longe amplior, & vbi abruptus fuerit, per multum tempus ſigna cum ſtercore nnn prodeunt. Poſtea vero augeſcũt. Atque hæc argumenta ſunt, quod Lumbricus latus non patit, ſed abtumpitur. Hactenus Hippocrates, cuius illa verba, quibus probat, impoſſibile eſſe, vt pariant, propterea quod non ſit loci in inteſtino capacitas, vt partus educare queant, ſic *h* quidam exponit. Vermes lati ij cum compreſſi & ſtricti admodum ſint, nec habeant intra ſe locum capacem, in quo fœtare poſſent, aut genituram continere, aut partus educate, conſequens eſt quod impoſſibile ſit, vt intra fœtificent, aut genituram habeant. Sed quod ita, inquit, Hippocrat. intelligendus ſit, Vermis huius corpuſculum latis compreſſum, & capacitatis priuum ſatis clamat. item quia abſurdum eſſet aſſerere in hominis inteſtino nõ eſſe locum capacem, in quo lati j Lumbrici, etiamſi tricenum pedũ eſſent, vt aliquando viſi ſunt, & *i* Plinius refert, ſuos educare queant partus; ſed Hippocrates, vt qui veriſſimis & indubitatis vtitur rationibus, de ventre & loco Vermis generationi inepto loquitur, vt qui codicẽ Græcum percurrit, nobiſcum alacrius ſentiet. Lumbrici rotundi dicti primum ex putri oriuntur. deinde alios pariũt more plurium aliorum Inſectorum. Hos male exiſtimauit *k* Dominicus Leonus ex pituita ſalſa fieri, cum ex dulci oriri omnes dixerimus. Cætetum an hi alios pariãt, age videamus. Qui id affirmarunt auctoritate Hippocratis, & rationibus egregijs ſane nituntur. Aiunt enim quandoque obſetuatum eoſdem alios parere. Nam per medicamenta expulſi, reperti aliquando nõnulli ſunt alios in ventre habẽtes, vt in præmagno illo Verme, quem puella quædam excluſerat. huius enim caput, cum eius pater calcaſſet, ex eo alios prodire Vermes viſum eſt. Atq; hinc fit, vt poſt exputgatos, alij ſubinde iterum in inteſtinis naſcãtur: veluti mulieri contigit, de qua ſcripſit *l* Dodonæus, quæ ſingulis menſibus præcruationis cauſa hie-

Tenea cur generetur.

f 4. de morb.

Lumbricus latus num pariat.

g Li. 5. Hiſt c. 19.

h 4. de mor.

Hippocrat. locus explicatus.

h Cur. med. cent. 6. cur. 74.

i Lib. 11.

Lumbr. rotũdi origo.

k Sect. 3. lib. 4. cap. 9.

An pariant.

l In Schol. ad Beniuẽ. exem. med. c. 85.

A tam picram aſſumens, tamen aliquot ſemper Vermes, aut Vermiculos excreuit. Hiſce argumentis inter recentiores Gabucin reclamauit hiſce verbis. Neminem, inquit, latere debet teretum Lumbricorum plures tenui filo perſimiles aluo quandoque fuiſſe depoſitos: nonnunquam & cum eis aliquos, puta quinque vel ſex, decemve, ac plures pleniores, atque velut vtero gerentes: quos eorum tenuium matres vulgus appellat. Difficile tamen dictu videtur eos tenues illorum pleniorum partus exiſtere; cum præſertim nullus vnquam vderit hos peperiſſe: deinde quia quinque ſexue pleniores, aut decem tot non generent, quod excerni à pueris quotidie videmus, nullo igitur pacto teretes mea quidem ſententia pariunt. Quod vero quidam nonnunquam pleniores, multique tenui filo perſimiles egerantur, non ob id dici poſſe contendo, vt pleniores tenuiorum matres exiſtant: verum quod multo ante tempore, quam tenues illi in inteſtinis producti adauctiq; fuerint, qui tenuib. commixti medicamento aliquo ijs educẽdis idoneo aſſumpto vna deijciuntur. Sexus præterea diſtinctio in hiſce percipi non poteſt, quo minus pleniores illi vtero geſtare dicantur. qui enim mares, quęue fœminæ dicentur. Auctorem igitur de morbis libri hac in re omittentes vna cum Ariſtot. dicimus Lumbricorum genus nullum prætermiſſum, idque nullo alio quam eo, quod dictum eſt modo, patere. Hactenus Gabucin. cuius profecto refutatio nullius prope momenti exiſtit. quis enim dicat nullum vnquam vidiſſe, quod peperint, abſurdum eſt. Quis enim videre poteſt in corporibus noſtris horum partum ſi pariant. Ex ſignis, id eſt, Vermiculis, qui vna eũ hiſce rotundis ſtercori immiſcentur, ſolus eorum partus innoteſcit. Atque hi Vermiculi plurimi quandoque in matribus viui continentur, cum vicinæ ſunt partui, qui non Aſcaridibus aſſimilantur, cum hiſce longiores ſint, ſed Lumbricis potius rotundis. Quapropter neceſſe eſt, aut diuerſam lumbricorũ hoſce longos & tenues ſpeciem conſtituere, quod omnibus & antiquis & recentioribus nouum erit atq; inauditum, aut eoſdem rotundorum Vermium fœtus cõfiteri. Sextum autem, quod in hiſce requirat miramur: quaſi vero nullum animal ſine ſexu produci poſſit. Vt enim hæc animalcula ex pituita putrida, in qua ſemen horum exiſtit, gignuntur; ita & in ipſo viſcida materia quam rotundi lumbrici continent in ſe ſemina eadem continerentur, ex quibus producuntur. Ariſtotelis auctoritatem, quæ apud me in plurima eſt æſtimationе, age videamus, & num idem ſentit, quod dicit Gabucinus. Philoſophus, quando *m* ſic ſcribit. Εἴσι δὲ ἀνιπῶν (ἑλμίνθων) γένη τρία αὐτὰ ὀνομαζόμενα πλατεῖα καὶ στρογγύλα, καὶ τρίτα καλουῦται ἀσκαρίδες. οὐκ μὴν ὅ ὠν τούτων ἕτερον οὐδὲν γίνεται. Certe hic Philoſophus tantum negat parere Aſcarides, rotundos veto Vermes nec ait, nec affirmat parere: vnde Gaza caute admodum, & prudenter hæc ſic tranſtulit. Quorum (ſupple Lumbricorum) tria genera, latum, teres, & quod Aſcarida appellatum eſt, ex quo nil procreari aliud poteſt. Porro, vt latum in inteſtinis craſſioribus nimirum cœco, & colo aiunt genetari, ita in tenuioribus teres. Quæſtio tamen elegans, & perdifficilis oritur, num in ventriculo quoq; oriantur. & num aliqui Vermes ibidem generari poſſint. Inter clariſſimos auctores inficiatur *n* Ariſt. quando inquit: & animal non fit in ipſa concoctione, vt quidam inquiunt, ſed in ſecretione putrida in ventre inferiore mox aſcendit ſurſum. digeſtum eſt enim in ſuperiori ventre, putreſcit autem in inferiori ſecretum: ob quam autem cauſam dictum eſt in alijs. *o* Galenus quoq; idipſum æſtimaſſe viſus eſt. nam aut aliud genus Lumbricorum eſſe rotundum, quod in ſuperioribus magis inteſtinis generatur adeo, quod ad ipſum ventriculum quandoque aſcendit. Vnde Q. Serenus exclamat:

Quid non aduerſum miſeris mortalibus addit
Natura? interno cum viſcere Tænea ſerpens
Et Lumbricus edax viuant inimica creentq;
Quod genus aſſiduo laniat præcordia morſu:
Sæpe etiam ſcandens oppletis faucibus hæret:
Obſeſſasq; vias vitæ præcludit anhela.

Præterea idem Galenus, in quodam loco refetens Lumbricorum ſpecies, nullam in ventriculo naſci tradit: ſed Aſcarides tantum in inteſtino recto, teretes in tenuibus. Latos autem quomodo dixerit quis in ventriculo naſci? quando omnes, præſertim Hippocrates, per tota extendi inteſtina teſtentur. *p* Alibi quoq; expreſſis verbis, vna cum Ariſt. aſſeruit, omnes in inteſtinis gigni. Auicennas cum dicat Lumbricos ex humiditate fieri ſtercori commixta male attractrice iecinoris facultate attracta, hoc idem confirmat, quod Ariſtoteles. Si enim ex humiditate ſtercori commixta naſcuntur; cum ſtercus in tenuib. potiſſimum creetur inteſtinis, non in ventriculo, verum in ventre inferiore ſedem generationis habebunt. Quod vero Ariſtoteles per excrementa intra animantem contenta, eadem in inteſtinis, non in ventriculo contenta intelligat, facile ex ijs colligitur, quæ ſtatim ab ipſo ſubnectuntur: quædã ex excrementis extra animantem contentis fiunt. Hæ itaque ſunt auctoritates & argumenta, quibus confirmatur Vermes, non naſci in vẽtriculo. Ex aduerſo alij hiſce rationibus contra ſentiunt. Inquit enim *q* Ariſt. in his quoque gigni Vermes quæ putredinis videntur expertia. vt in fornacibus ex niue. quare longe magis gigni poterunt in vẽtriculo, in quo excrementa & putredines variæ inueniuntur, vt ait *r* Galenus. Confirmatur, quia Vermes præſertim gignuntur ex pituita, cuius præcipua ſedes eſt vẽtriculus. Præterea animalia eo loci gigni poſſunt, quo & nutriri & ſeruari poſſunt, at Vermes in ventriculo ſeruantur, & nutriuntur. Inſuper gignuntur quandoque in hepate ouium, capite, cerebro, renibus, auribus, intra cutem, quare etiam in ventriculo, qui videtur locus longe aptior. *s* Quidam quoque in ſuis medicinalibus curationibus inſeruit Ingum Lupum Coronelium, cum optima fungeretur ſanitate, per os Lumbricos eieciſſe, à quibus nullam noxam aut doloẽ, præter Vermium tantum tædium, percipiebat; quare eos in ventriculo natos fuiſſe cenſet. Poſtremo vbicunq; abſceſſus, & vlcera putrida fiũt, ibi quoque generantur Vermes: ſed vlcera fiunt in ventriculo. Hæc argumenta cum quidam diligẽter perpendiſſent, mediam quandam opinionem

m Hiſt. 5. c. 19.

Gazæ verſio in Ariſt. laudata.

An in ventriculo generentur Vermes.

n 4. Meteor.

o Aph. 26.

lib. 3.

p De locis aff. 1. c. 4.

q Hi. 5. c. 19.

r Lib. 3 aph. 26.

s Centur. 1. cur. 6.

nionem tenuete, qua Aristotelem eum eius aduersarijs conciliarent In ventriculo enim recte affecto Vermes non gigni dicunt, idq; indicasse supra relatis verbis Atistotelem: in ventriculo autem perperam affecto posse gigni, idque alios existimasse. In ventriculo enim sano gigni non valent, primo ob caloris proprij imperium & vires, secundo quia vis excremẽtorum expultrix est efficax; tertio quia ille est locus primæ coctionis alimenti, locus coctionis pugnat cum loco generationis Vermium. Quarto quia est præditus sensu tactus exacto, ob quem cito repellit, & reijcit aduersa. Sic itaque res est dubia, & pro omni parte probabilis. Illi tamen parti adhærendum existimo, quæ nullos Vermes in stomacho fieri censuit: atque vt aduersariorum relictis infirmioribus argumentis potiora diluam, non sequitur, si in ventriculo copia pituitæ adsit in eo generari Vermes, adsit enim calor eorũ vtrificus necesse est, qui eos procreat, talis autem ventriculo denegatus. Abscessus quoque & vlcera in ventriculo, antequam ad tantam putredinem perueniant, vt Vermium semina fouere incipiant, hominem è medio tollũt. Quod declarant vlcera verminosa in alijs externis genita partibus. hæc enim putridum odorem, ac graue virus, si procul de se fundant, vt appropinquantes è longinquo nauseabundos efficiant, multo magis eadem vlcera si in stomacho facta sint, cor, quod huic vicinum est, & totius vitæ sustentaculum fatigabunt & prosternent. Ascarides à pituita acida non fiunt, vt existimauit *t* Dominicus Leonus, sed quod minores sint cæteris, id fit ob paucitatem materiæ, quæ est in intestino recto. Atqui hæc de generatione eorum Vermium dicta sunto, qui in ventre nascuntur: qui vero in alijs partibus eandem eausam efficientem formalemq; habent, materia tamẽ differunt. vt enim in illis pituita erat, eaque dulcis, ita in hisce humor crassus, lẽtusque, qui in variis corporis humani partibus consedit; &, vt opinor, pro huius humoris diuersitate, quæ infinita esse potest, tum ratione qualitatis, tum ratione quantitatis, & situs & figuræ varia animalia producuntur, quandoque monstrosa & insolita. Quod autem ranæ, bufones, Lacerti & reliqua id generis animalia Lõgobardis fœminis in vtero concrescant, ad victus rationem referre oportet, quæ tam prauos succos generat, vnde hæc animalcula ortum trahunt. Carior enim Lõgobardis fœminis corporis ornatus in vestitu, quam cultus in victu. Diuturna quoque saniei ac puris suppressio Vermes gignit, item impurum sordidumq; vlcus, si in carnosa parte consistat, quæ ob insignem humiditatem maiorem reliquis partibus putredinem concipere nata est. Quæ autem animalia in nostro exanimato corpore nascuntur, partim ex spontanea putredine proueniunt, quę semen horum animalium defert, partim ab externis Insectis, vt Muscis, quod & Homerus indicauit illis versibus, quibus Achilles, accepris à Thetide matre armis Vulcanijs, antequam eis accinctus, ac instructus in certamen prodeat, orat Thetidem, det operam, ne corpus Patroclí mortui à Vermibus deformetur, atq; inquinetur, quos Muscæ vulnera subeuntes generarint. Sic enim Homerus:

Ascaridum generatio.
t Sect. 3. lib. 4 c. 9.

Monstrosorũ Vermiũ generatio.

In cadauere vt nascãtur animalia.

Μήτηρ ἐμὴ, τὰ μὲν ὅπλα θεὸς πόρεν ὀτρυνέοντι
Ἔργ' ἔμεν ἀθανάτων, μηδὲ βροτὸν ἄνδρα πελέσσαι
Νῦν δ' ἤτοι μὲν ἐγὼ θωρήξομαι. ἀλλὰ μάλ' αὖτις
Δείδω μὴ μοὶ τύφῃ Μενοιτίου ἄλκιμον υἱὸν
Μύῃ κοδδύσῃ κατὰ χαλκοτύπους ὀτειλάς
Εὐλὰς ἐγγείνωνται, ἀεικίσωσι δὲ νεκρὸν
Ἐκ δ' ἀὴν πίφαται, κατὰ δὲ χρόα πάντα σαπείη.

Id est.

Mater mea hæc quidem arma Deus dedit, qualia par est.
Opera esse mortalium, neq; mortalem virum perfecisse.
Nunc certe quidem ego armabor: sed valde grauiter
Timeo ne mihi interea Menœtij forte filium
Musca ingressa in impressa ære vulnera
Vermes generent, deturpentq; cadauer
(Vita autem interfecta est) inq; corpore toto putrescat.

u Iliad. ω.

u Alibi quoq; idem poeta nullam Muscarum mentionem faciens Priamum introducit interrogantem Mercurium, vbi sit filius, num apud naues Achillis, an à canibus dilaniatus, & Vermibus assumptus, cui sic respondet Mercurius:

——— δυωδεκάτῃ δὲ οἱ ἠὼς
Κειμήλιόν οἱ χρὼς σήπεται, οὐδέ μιν οὖλαι
Ἔθεσι αἱ ῥάπτ φῶτας δρηστιφάτους κατέδουσιν.

Id est,

——— Duodecimus autem ei dies
Iacenti, neq; in aliquo ei corpus putrescit, neq; ipsum Vermes
Edunt, qui viros in bello interfectos consumunt.

DENOMINATA.

A B ἕλμις dimanat illud diminutiuum ἑλμίνθιον Lumbriculus, Tineola. *a* Hippoc. βραχὺ καὶ αὐξεῖται καὶ ἡ ἑλμίνθιον. Ἑλμινθιάω Lumbricis infestor, Verminor, Lumbricos parior. Ἑλμινθώδης, Lumbrico similis. Ἀσκαριδώδης, siue vt aliqui legunt, Ἀσκαρώδης dicuntur, qui Lumbricos Ascarides colligunt: quo vocabulo vtitur Hippocr. in Coacis prænotionibus.

a Lib. 4. de morb. Epid.

HISTORICA.

Pheretima à Vermibus viua corrosa.

PHeretima nè ipsa quidem mitem vitæ exitum habuit. Quamprimum enim è Lybia Barcæos vlta, in Ægyptum redijt, miserabilem mortem obijt. Viua enim Vermibus scatere cœpit, à quib. corrosa fuit. Talis ac tanta Pheretimæ Batti filiæ vindicta fuit, vt tradit *a* Herodotus. Vermibus vbique erumpentibus fœdissimo, sed digno sane exitu perijt C. Galerius Maximus: eo enim eõsumpris genitalibus defecit homo sanguinarius, & crudelissimus simulachrorũ cultor, delicijs & luxu ad insaniam diffluens, nullam vrbem sine adulterijs & virginum stupris incontaminatam relinquẽs. Antiochus rex, vt *b* Sacra testatur pagina, tam graui plaga percussus fuit, vt de corpore impij Vermes scaturirẽt, odore etiam illius ac fœtore exercitus graueretur. In Actis Apostolorũ dicitur Herodes à Vermib. corrosus; vbi nonnulli putant intelligi Vermes, qui in humano corpore nascuntur, non autem Pediculos. Dodo frater Alpiadis pellicis Pipini, quod Sanctum Lambertum addixisset, vt narrat *c* Franciscus Roferius, martyrio, Vermibus toto corpore scaturientibus consumitur: ob quam fœtoris intolerantiam Mosa demergitur. Culpæ vero conscij omnes infra annum dispereunt. Quinimo S. Martyris percussor cum proprio fratre congrediens perimitur, alterque ab altero iugulatur.

a In Melpomine.

C. Galerius Maximian. à Vermib. perijt.

Antiochus rex.

b Mach. 2. cap. 9.

c Stemmat. tom. 3.

MORALIA.

VErmis appellatione Christiani Theologi putant conscientiæ remorsum & vellicationem quandam perpetim nos infestantem, ac perpertati facinoris commonentem, quam ideo sic nuncupandam cẽsuerunt, quod ex peccati putrilagine consurgat: Vtitur hoc nomine frequenter Sacra Scriptura in hac significatione, vt in *a* Isaia. Prophetatur Nabuchodonosor, quod concidet cadauer suum detracta ad inferos superbia, & sabter illum seruetur Tinea, & operimẽtum eius erunt vermes *b* Iudith aduersarij detectione, & fidelis populi liberatione excitata, ad laudandum dominum exclamar. væ genti insurgenti super gens meum. Dominus enim omnipotens vindicabit eis, in die iudicij vindicabit illos. Dabit enim ignẽ & Vermes in carne eorum, vt vrantur & sriant vsque in sempiternum: quo in loco per carnes intelligunt carnalem delectationem. In carnes, inquit Lyranus, quas amauerunt, de quibus nascitur fœtor Vermium. Caro & sanguis Vermes creat: quia delectatio carnalis, cui sal continẽtiæ non resistit, pœnam æternam generat luxuriosis: vnde Vermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur. Et rursus *c* Ecclesiastes, vbi inquit, Humilia valde spiritum tuũ, quoniam vindicta carnis impij ignis & vermis, Lyranus ait; quia caro peccatorum, quæ luxuria diffluit, igne inferni & Vermib. cruciabitur, vbi Vermis non moritur, & ignis non extinguitur. In Verme putredo gehennæ, in igne ardor designatur. Vel Vermis est sera scelerum pœnitentia, quæ in tormentis conscientiam peccatorum mordere nõ cessat; vt ignis sit pœna extrinsecus sæuiens, Vermis autem dolor intrinsecus accusans: nam sic *d* D. Chrysost. Quod si intenta mentis acie animum (peccatoris) inspexeris, non modo illum ligatum, verumetiam squallentem, atque sordentem, & Vermibus plenum videbis. Neq; enim illi meliores deliciarum iudicandæ sunt voluptates, imo etiam horribiliores: ac magis corpus animamq; corrumpunt: & vtriq; infinitas inducũt morborum plagas. Vermis quoq; appellatur cõscientia, non ea ratione quatenus mordear aut rodat, sed etiam quatenus cogitationũ inquietudinem inducit: *e* scriptum enim est: dulcedo eius Vermes. Natura.n. Vermium est momẽtis singulis moueri, persæpe itaq; mentis dulcedo Vermis est: quia inde delectatur, vnde per inquietudinem secularis curæ incessanter agitatur. Potest etiam Vermis nomine caro signari, quæ laxuriosio & cuilibet carni dediro, dulcedo est. Ecce quã cæcus qui vermem amar. Per vermes corruptio carnis exprimitur. Nihil adeo valet ad domanda carnis desideria, quam pensare qualis sit ipsa mortua: ibi n. videtur, quod si ipsa amatur, rabes & fœtor putredinis amatur. Leues animi superstitionibus flectuntur & abundãt, vt duri ac refractarij impierate. Sed opiniones plurimæ, quales *f* Plutarchus commemorat, vbi in animo superstitiosorum insunt, multos ibi morbos, multasque perturbationes, Vermium instar ac Lumbricorum ingenerant. Eleganter quoq; idem *g* Plutar. exercitum Alexandri post eius mortem vacillantem, ac principes effœminatos & imbecilles producentẽ, cadaueri simile esse dicit, ex quo cum vitus, & calor vitalis excessit fœtores, & vermes erumpunt. Sicut, inquit, anima deserente cadauera non consistunt, non cohærent, sed dissipantur, & dissoluuntur: ita exercitus Alexandro amoto palpitabat, concutiebatur atque æstuabat, Perdiccis, Meleagris, Seleucis, & Antigonis tanquam spiritibus eriamnum calidis & pulsib. in corpore discurrentibus: tandem plane flaccescens, & putrescẽs, Vermium instar ex sese pullulauit degeneres reges & principes semianimes.

Vermis q̃d apud Theologos.

a Cap. 14.

b Cap. 16.

c Cap. 7.

d Hom. 15.

e Iob 24.

Caro Vermem.

f Lib. de superst.

g De fort. Alexand.

INSOMNIA.

LVmbricos excernere per sedem, inquit *a* Artemidorus, aut per os à domestic s hominibus, & cohabitantibus, & vt plurimum eadem mensa v entibus in uria affectum, suos hostes & iniuriatores cognituram esse, & expulsurum significat, aut iuxta alium modum ipsis priuatum iri. Inhabitãt enim corpori Lumbrici, sed nihilominus ipsum corpus lædunt. Postquam autem excreti fuerint, excretionem & expulsionem huiusmodi hominibus significant.

a Lib. 3. c. 7. de Insom.

SIGNA LABORANTIVM LVMBRICIS.

MIRi quandoque affectus conspiciuntur, quos Lumbrici ædunt: Vomitiones crebræ, & cordis morsus, appetentiæ corruptio, singultus ingens, intestinorum rormina, ileus, colici affectus effatu digni, & animi sæpe deliquia. maximi adhæc capitis dolores, sopores, distẽtiones, comiriales, attoniti morbi, anginæ, vrentes febres, & tandem interitus: Motos modorum cruciatus patiuntur ægri; nõnunquam stare loco nesciunt: verum semper huc illuc temerario quodam impetu, ac inordinato motu ducuntur, vt stare etiam volentes, titubantes concidant. Hæc omnia Antonius Beniuenius, cuius apud me plurimum valet auctoritas, in puero quodam se obseruasse scribit. Puellam etiam curauit *a* Gabucinus, in qua cuncta spectabantur symptomata, quæ a pleuritide laborantibus solent euenire. dolor in primis aderat puncto rius in thoracis dex tra parte, tussicula quædam sicca, vel leui quaque occasione commota, pulsus arteriarum dutus, serræ haud omnino dissimilis

Miri affectus Vermium.

a lib. de lũb. c. 13.

Pleuritidis signa in Lũ-

brico laborante.

milis, ac recurrens, spiritus offendens, continens febris, huius cum interdum videret totum corpus frigidum, nonnunquam calidum cũ malarum alterius rubedine fieri, sumpto ad Lumbricos necandos medicamento, statim plures eduxit, & incolumis euasit. Nunc ad signa deueniam, & primum quidem cõmunia, deinde propriæ cuiusq; speciei, ac postea ad alia, quæ distinguunt hunc affectum ab alijs similibus.

Signa communia Lũbricorum.

Communes Vermium in ventre existentium notæ sunt vigiliæ, & eruditatum copia, quam plurimorum, atque crassorum eduliorum esus, nec non assidua eaque post cibum balnea. initio oculi translucent statim, genæ liuescunt, noctu frigido sudore profluunt, ora saliuant in somno: die sitis magis accenditur, lingua labiaq; arescunt: oris fœtor plurimum adest, facies pallet. nauseę crebriq; vomitus adsunt, cibos auersantur, dentibus stridentur, nocte præsertim linguam exerunt: nam commanducare videntur. Contingit quoq; interdum appetitus caninus, nõ ob aliud, nisi quia hæc animalia interdum vsque adeo voracia sunt, vt statim rapiant alimentum à ventriculo, quo tempore, vt dicebat *b* Galenus, corpora vehementissime emaciantur. Vitales quoq; functiones nõ parum offenduntur: ægri enim iracundi sunt, & inconstantes. Voce quandoq; destituuntur. Nam Alexander *c* Benedictus Veronensis medicus, & philosophus egregius de mutis & imperfecta loquentibus agens, inter alias causas, quas ibidem enumerat, ex intestinis, & ventris animalibus plurimos obmutuisse testatur, exemplo cuiusdam puellæ in Cornelia familia in Creta, quæ octo diebus muta fuit, rigentibus oculis emissis quadraginta Vermibus in sordibus vna conuolutis, libera euasit. Addunt Alexander & Auicenna pulsus paruos obscuros atque difficiles. *d* Themison inęquales esse pulsus, vt plurimũ tradit, eo quod cor ipsorum magnopere est occupatum. Functiones animales pene omnes læsæ conspiciuntur, vbi morbus ingrauescat: nam delirant quandoque, & male discurrunt, pessime imaginãtur, & interdum offensam vehementer memoriam habent. Motiuæ quoque offensę sunt facultates, quia videmus non raro motibus quibusdam conuulsorijs ęgros aliquando contorqueri: sensus exteriores valde turbati sunt, & in primis visus & auditus. Gemunt etiam quandoque & sine vlla occasione magnopere clamant. Excrementa porro si inspexeris, videbis dura & sicca, vt dicebat Auicenna: qui & rationẽ adfert, quia vermes, cum humores omnes exsugant, reddunt fæces aridas & duras. Sed hæc sententia Auicennæ ex toto vera non est, vt putat *e* Mercurialis, eo quod experientia compertum est, rarissime contingere, vt qui tentantur Lumbricis, non habeant aluum solutam: nisi dicamus nõ solui aluum ratione Vermiũ, sed potius ratione eruditatum, quæ eo tempore plurimæ gignuntur in ægris: Vrinæ spumosæ sunt, albæ, interdum obscuræ, fere semper perturbatæ. Sudores fœtidi & frigidi, vt dicebat Auicenna. Saliua etiam plurima fluit ex ore: labia nocte humescunt, & die siccantur: eo quod de die Vermes magis infestant ventriculum, quam de nocte. Tempus quoque anni nobis significare poterit Vermes. Iam enim dictum est sententiam esse Hippocratis, cõfirmatam ab Auicenna, autumno maxime illos procreari. Regio quoq; vtilitet considerabitur. Dictum. n. est ex Theophrasto, & Plinio, Arabiam, Armeniam, Syriam, Siliciam, Bœotiam, Thebanam regionem maxime huic malo esse obnoxias. Addes his si velis Italiam nostram, Germaniam, Galliam, Hispaniam, & plures alias Europæ contermines regiones. Nunc propria cuiusque speciei signa prosequamur. Latorum Lumbricorum notas hasce Paulus Ægineta tradidit. Comitãtur corporis gracilitas. & pulsus inæqualitas cum inæqualitate (*παρέπεται δὲ αὐτοῖς καὶ ἰσχνότης τοῦ σώματος, καὶ ἀδυναμία μετ' ἀνωμαλίας*: & habet *f* Aetius eadẽ verba: nisi quod pro *μετ' ἀνωμαλίας* legit *μετὰ βραδύτητος*, id est, cum tarditate, quæ de pulsu dicta non accipias quasi legendum esset, *καὶ σφυγμῶν ἀδυναμία μετ' ἀνωμαλίας*: non enim de pulsu, sed de totius corporis imbecillitate loquuntur.) At quod certissimum est indicium, cum recrementis non nulla semina Cucurbitæ similia redduntur. Nunc in ijs, qui febricitant abundant: nunc febricitantibus accidunt, ex longo morbo continuas stomachi rosiones inferentes, ac impotentem ciborum appetentiam. Eadem habet *g* Aetius, nisi quod addat cibos assumptos celeriter in excremẽta commutari. assidui quoque famis sensus, & morsus stomachi causam tradit. quod enim, inquit, viuificatum est in intestinis, vbi recens exhibitum cibum cõsumpsit, postea ipsa solida corpora arrodit. Quæ vero signa *h* Hippocrates tradit, hæc sunt. Species autem, inquit, alia huius est, quæ veluti ramenta alba intestinorum exit: quæ has notas habet. Nam veluti cucumeris semen deijcit quumq; ieiunus est iecur petit, vexatque spuitq; multum: quandoque non, quandoq; cum vehementer iecur vexat, vocem in capite multumq; spuit, postea sistitur: & intestinorum maximus interdum dolorem sentit. quãdoque scapulæ dolitant, illicque sistitur. Quandoque hæc latæ Tæniæ signa dantur. Quis hanc bestiolam habet, semper ferme validus est: cum vero debilitatur, vix sustinet reficiturque. Tænia enim earum rerum, quæ ventriculum intrant, partem aliquam sumit, qui si curatur, sanescit: sin minus Tænia quidem sponte non exit, nec perimit, sed consenescit, &c. Pueris etiam dormientibus silatos Lumbricos habeant, os figurat ad similitudinem lactãtis, vt tradit *i* Hieronymus Mercurialis, aliena loquuntur, ac etiam stare loco nequeunt. Sequitur autẽ eos, qui Lumbricos rotundos continent, vt docet *k* Paulus Ægineta, tosio intestinorum & ventris, tusses exiguæ cum siccitate irritantes: nonnullos comitatur singultus quoque, & somnus cum palpitatione, ijq; sine ratione expergiscuntur. nonnulli & cum clamore expergefiunt, & iterum sopiuntur, pulsus inæquales & febres augescunt inordinatæ, quæ cum extremorum perfrictione tertiam, interim quartam, die vel nocte accessionem sine ratione habent. Infantes autem etiam madent lingua inaniter exerta, & dentibus stridentur, oculis conniuent, voluntq; quiescere, excitantibus ipsos indignantur, oculi apparent (*ὀφθαλμοὶ κοῖλοι φαίνονται*, id est, oculi caui apparent legit quidã. alius *ὀφθαλμοὶ ὑφαιμοὶ φαίνονται*, id est, oculi apparent tuberuenti) genæque rubescunt, & rursus liuent: atque hęc paulatim, & ex interuallo. Quibusdam nauseæ, & rosionis causæ stomacho peculiares creantur, atque ægri cibum respuunt: compulsi autem ad cibum nauseabũdi, vix, quod assumitur, deglutiunt, vel etiam assumptum reuomunt: plerisque vero aluus descendit corruptos humores egerens, & tympani modo inflatur. Reliquum corpus sine tatione contabescit, neque esurie neq; euacuatione modica suborta. Atque non in omnibus omnia, quæ iam commemorauimus signa, inquirere oportet, sed nonnulla ex eo, quod præpollet interim, & plurima. Hæc autem euenunt dum animalia per intestina serpunt roduntque. febris autẽ calor vapores sursum cerebro trãsmittit prauos, ex putrida in vẽtriculo collecta humiditate exhalantes, Hæc *l* Paulus. Aetius vero hunc in modum ex Herodoto. Cæterum, inquit, hoc modo affectos incredibilis morsus stomachi ac ventris comitatur: tussiculæque tenuissimæ, ac frequenter irritantes: quum tamẽ nihil reijciatur, in somno tremunt, & præter naturam exurgunt. Quidam vero, & linguam foras exerunt, oculosque claudunt, & taciturni sunt, excitantesque molestè ferunt, ob imbecillitatem vigilare nequeuntes. Quidam autem oculos sanguine suffusos habent, & pulsum inæqualem obscurum, deficientem, ac recurrentem: quibusdam etiam appetitus deiectio accidit. Pueris etiam dum dormiunt, manducatio linguæ, cui accidit confirmatio oris in modum lactentium, aut cibum accipientium. Verum hæc pauco tempore, & per interualla fiunt. aliqui vero infantes præter rationem, & cum clamore exurgunt, citoque rursus collabuntur. aliqui etiam dẽtibus stridentur: quod contingere verisimile est animantibus cibum attrahentibus, mordentibusque venterem, & intestina. Iam vero & ad stomachum quosdam processisse cõstat, nausearumque ac morsuum causas fuisse, sæpe etiam per sese sursum reiectãtur, aliquando vero cum pituitoso quopiam humore. Quidam etiam infantes neglecti motu destituuntur, ac refrigerantur: atque instar eorum, quæ animo linquuntur, tenuem quendam & frigidum humorem exudant, & vt plurimum liuescunt. Contingit autem aliquando, faciem fieri rubicundam, maxime circa malas, verum color hic rursus in pallorem solito maiorem transit. alij autem, instar delirantium, peregrina verba loquuntur in somnis. alij decubitum transmutant continue dormientes, angoreque vexantur, atque ex loco ad locum sese vicissim proiectant. Verum paucos omnino ex his plorare constat: pleriique enim in mentis inopia & taciturnitate degant. Porro qui à Lumbricis rotundis infestantur, etiam cibum auersantur, & si quid acceperint, reuomunt: aut nauseabundi vix deglutire possunt: febres enim eos cum vehementi externarum partium refrigeratione irruunt, quibusdam autem venter ad tympani modum inflatur. Hæc Aetius. Ex Hippocrate *m* Gabucinus hæc signa recenset. Lumbrici, inquit, circa aluum his signis deprehenduntur: si somnolenti sint non permittente morbo, & extremæ partes frigidæ, & cordis morsus, vrinæ conturbatæ, & lingua humectatur. Item qui animantibus in ventriculo abundant, sputo replentur, & si tenuis quispiam prodierit Lumbriculus, amplius non spuunt. Quicunque igitur in ore ventriculi Lumbricos habent, fere in totum ipsos vomitu reiectant: quibus vero in intestinis existunt, ipsos inferne excernunt. omnes autem nauseabundi sunt vomuntque quæcunque acceperunt. his qui punguntur similes sunt, totoque corpore contrahuntur, ac repente atcuatimque mouentur: & tormina accidunt interaneorumque dolores. Euaporationes quoq; ad caput delatæ vertigines inducunt. Quin & victus ratio, quæ præcessit, ostendet tibi Lumbricorum generationem. Hæc itaque sunt teretum indicia, quæ si cum ijs compares, quæ scribit Auicenna de longis, non erit dubium, quin ijdem sint, qui à Paulo & Aetio cæterisque medicis vetustioribus rotundi, & teretes appellantur. Porro hæc signa non oia, sed potiora quædam animaduertenda etunt, vt in suprascriptis verbis nos Paulus Ægineta admonuit. Ascaridum autem (quorum sedes est in recto intestino, & extremo sphinctere) propria signa sunt, vehemẽs infernarum partium, seu sedis pruritus, qui quandoq; ęgrum in animæ deliquium inducit: pruritus autem potius excitatur, quam cruciatus, quoniam vt vult Mercurialis, intestina crassa sunt, & minime omnium sensus participantia. Sed mea quidem sententia hæc non est ratio. fallsum enim est crassa intestina exquisitissimi sensus non esse, cum colicus cruciatus, & quandoque in ano à flatibus ingens obortus dolor, id ostendat: imo vero pruritus non fit, nisi in parte maxime sensili, vt sub planta pedum, in vola manus, & alijs partibus, sed quod fiat pruritus, fit ob assiduum motum, & leuem horum animalculorum affrictionem: in plantis enim pedum, & alijs partibus, in quibus pruritum excitare velimus, leuiter admouemus manum. Sunt porro & alij morbi complures, quorum symptomata similia sunt Lumbricorum, quæ *n* Cœlius Aurelianus quamuis methodicus, diligentissime persecutus est. Signum itaque quo laborantes epilepsia, & apoplexia discernuntur à laborantibus Lumbricis, est spuma quæ non apparet in pueris, dum vexãtur Lumbricis, sed solum dum laborant. vel apoplexia, vel epilepsia. In præfocatione matricis etiam accidentia cõtingunt similia Lumbricis; quod in illis vox ex toto amputatur, & necessario præcedunt querelæ vteri, hisce vero neq; vox ex toto petit, neque vteri præcedit mala dispositio, sed ventris. In laborantibus catalepsi febres sunt maiores, quos pulsus in laborãtibus Lumbricis paruos esse, & obscuros, dictum à nobis est superius. Qui laborant ileo, ventrem adstrictam habent: qui vero Lumbricis non vsque adeo adstrictam, sed fluidam potius. Ad hæc pallent Lumbricis tentati, dormitant, & inter dormiendum gemunt, atque clamant, quorum nihil sustinent, qui ileo tentantur. Stomachici humores habent in ventriculo, Lumbricis tentati etsi nauseant, vomunt; vix tamen vnquam conspiciuntur euomere humores pituitosos, aut billiosos, sed plerunque, aut cibos corruptos, aut quidquid potant, & edunt. Cæterum repetire est nonnullos, qui proprietate quadam naturæ id habent, vt in somno deducant labia, corrodant, clamẽt, non aliter ac illi, qui Lumbricis tentantur, signum autem quo distinguuntur illi, vnum adfertur à Cœlio Aureliano, & est, quod isti vtilitatem percipiunt ex cibi parcitate: contra faciunt, qui excruciantur Lumbricis:

b *l. de Ther. ad Pison.*

c *lib. 5. c. 15.*

Votis priua tio à vermibus.

d *lib. 9. epist.*

e *Lib. 3. de morb puer. cap. 8.*

f *lib. 9. c. 40.*

g *Loc. citato.*

h *De morb.*

i *l. 3. de mor. puer. c. 8.*

Lumbricorum totundotũ signa.

k *Loco citato.*

Regiones considerandæ.

Tænearum propria signa.

l *lib 9 c. 39.*

m *li. de Lũbric. c. 15.*

Ascaridum notæ.

Mercurialis reprehẽsus.

n *Lib 4. de morb dim. cap 8.*

Apoplexiæ signa.

Epilepsiæ signa.

Hystericæ, vt à laborãtibus Lumbricis distinguantur.

Ileus, vt distinguatur à Lumbricorum in ventre morbis.

Stomachici.

briciis: nempe qui esuriant, si ieiunent, multo vehementius & atrocius turbantur. Ex Cleopatra & Prisciano constare scimus in vtero mulierum vermes nasci, nec hosce est admodum difficile cognoscere; quippe dum adsunt, prurit vterus, ac venter, vti inquit Cleopatra, torumque corpus inquietudine molestatur, inundat vteri osculum, & pudendum, vt scribit *o* Ludouicus Mereatus, nimia pituita, non quod ibidem sua sponte sit, sed quod ex Lumbricorum pruritu & dolore, aliunde in vterum confluat. Sudant plerumque eiusmodi fœminæ forsitan ex molestia: gracilescunt, etiam impotentes, & imbecilles fiunt. A somno quoque frequenter excitantur, & tumultuose dormiunt, ac non raro contremiscunt. Item aliquando inter menstruas purgationes ipsos Lumbricos excerni cõspicimus, & aliquando pudendo adaperto videntur conspicui. Præterea sic affectæ febribus inordinatis maxima ex parte corripiuntur, & multa alia signa accidunt, quæ Lumbrici intestinorum accersere solent. Quare ea silebo.

Signa Vermium in vtero existentium.

o Lib. 42. de vir. & vid. affect.

PRÆSAGIA. PROGNOSTICA.

Latorum lumbricorum prognostica.

LAto Lumbrico laborantes nequaquam debiles fieri scripsit *a* Hippocrat & si forte debiles fiant, minime conualescere. addit etiam hoc genus animalium minime è corpore sponte exire, sed solum vi medicamentorum, atque minime lætiualem hanc ægritudinem esse, sed consenescere. Quo Hippocratis indicio intellecto non arduum est intelligere; inquit *b* Mercurialis, quid voluerit *c* C. Cornelius Celsus Hippocratis sectator, quando inquit, latos Lumbricos cæteris esse deteriores: siquidem non sunt deteriores lati Lumbrici eo, quod inferant mortem, sed potius, quod genus morbi sit in homine sempiternum. Lumbricorum teretum iudicia prognostica, sumuntur ex quantitate, qualitate, tempore & excernendi modo. A quantitate, nam si graciles, & parui, & extenuati exeant, argumẽtum est in corpore non bene fuisse nutritos ob materiæ paucitatem, multoq; sic est melius, quam si exeant, magni, pinguis, crassi, & præsertim sanguine repleti: indicant enim abundantiam materiæ in corpore, vnde ita hæc animalia creuerunt, & adoleuerunt. Similiter sanguine pleni si excernantur, significant corrosas venas, atque ex ipsis sanguinem illos exsuxisse. Pernitiosum quoque est plurimos exire, paucos vero melius. A qualitate hæc indicia sumuntur: si albi prodeant, minus periculosum est, q̃ si flaui, aut rubri, aut luuidi: deterrimi vero sunt, si sanguineo colore saturati fuerint. A tempore excernendi hæc sumuntur indicia, quæ scripsit *d* Paulus maximus Galeni æmulator ad hunc modum. Circa febrium initia geniti subsisteuiam habent, ex subiecta corruptione: circa consistendi vigorem ex morbi malignitate, circa declinationem ad melius proficiunt. Hippocratis enim sententia est. Bonum & Lumbricos teretes exire ad crisim tendente morbo. Huius quoq; sectator Apollonius dicebat bonum esse, si dum morbus iudicatur, Lumbrici reijciantur, malum vero si initio morbi, quod indigestionum frequentiam significent. Porro Herodotus medicus apud Aetium scriptum reliquit, si Lumbrici in declinationibus febrium exeãt, nihil mali indicari: ex aduerso malum esse si exeant in statu & augmento, eo quia signum est fieri in corpore turbationem. Quanquam Cœlius Aurelianus dixerit, raro in initijs morborum apparere Lumbricos. Idem etiam ait in augmento febrium cum apparent malum esse, in declinatione vero laxamentum adferre: His neoterici adduntur incipientibus morbis, si Lumbrici teretes atque viui deijciuntur, pestilentes morbos indicant: inclinantibus autem mortui, malum quoq; augurium faciunt, inter vtrumque tempus quoquo modo appareant, malum est. ob id fortasse, inquit Gabuciuus, quod febris insequens Lumbricos semper malum sit, quia Lumbricorum materiam absumat. accedit ẽt, quod Lumbrici ex febre inflammantur, & incalescunt contorquẽturque, ac mouentur: vt eo magis Lumbricis affectos molestent, & afficiant. A modo exitus hæc postremo sumuntur iudicia. Antiphanes, inquit, apud Cœlium Aurelianum, *e* itemque Auicenna, multo esse melius, si Lumbrici exeant soli, quam comisti cum stercoribus: & per vomitum excludi deterius esse, quam per secessum. Addam hisce, quæ à iunioribus traduntur, aiunt autem experimẽto constare Lumbricos esse in ventre, si mane ieiunis pueris supra ventriculi osculo frigida spargitur: nam in vnum congregabuntur locum. Frequens puellorum anhelitus, & frigidus tumescente adhuc corpore læthale: sequenti enim die mortem prænunciat. Si ægrotantium oculi aliquauti per compressi assidentium digitis, non claudũtur, mors proxima est. Finem hisce Lumbricorum teretum prognosticis imponerem, nisi ingens occurreret disputatio diluẽda. Dubitatum enim iuuenio apud veteres, vtrum melius sit Lumbricos viuos excernere, quam mortuos. Cœlius Aurelian. in hacce veterum quæstione recensenda diligentissimus fuit. Nam Hippoc. ait, libro prognostico significare inquit Lumbricos interfectionem ægrotantis, quoties mortui fuerint exclusi omnibus in morbis. Itẽ quidam communiter mortuos Lumbricos aiunt grauia denunciare: siquidem ostendant, inesse corpori ruptionem. Diocles lib. prognostico, euomitos inquit Lumbricos, nihil alienum significare, nec esse absurdum: per inferiora vero excludi quoq; Lumbricos, non admirandum: sed mortuos, & inaues esse melius, ac salutare, viuos vero atque plenos, & sanguinolentos, pernitiosum. Idem libro de egestionibus scripto, viuos vel plenos, ac sanguinolentos febriles dixit. Herophilus vero in libro, quem ad Hippocratis Prognosticum scripsit, siue viuos, siue mortuos, excludi negat incongruum. Apollonius Glaucus libris, quos de interiorib scripsit: reiectos rotundos Lumbricos initio significare ait, indigestionum frequentiam, vltimo vero ægritudinis pro-

a Lib 4. de morb.

b Lib. 3. de morb. puer.

e lib. 4. c 17.

Lũbricorũ teretũ prognostica sumpta à quãtitate.

A qualitate.

A tempore excernẽdi.

d Li. 4. c 58.

A modo excernendi.

e Li. 4 tard. passi. c. 8.

An viui Lũbrici, an mortui sint meliores, excernuntur.

A perare iudicium, quod crisim appellant: item viuos ac plenos, & sanguinolentos, non recta protendere. Apollonius Memphitis percunctatiuo, siue vniuersali modo, quem Græci catholicon vocant, omnia inquit in intestinis animalia nata in morbis grauia significare, & magis mortua, quam si viua excludantur. & paulo post Chrysippus Asclepiadis sectator lib. 3. de Lumbricis; solis in celeribus causis, siue periculosis, mortuos inquit Lumbricos egestos interfectionem ægro portendere. Ostendunt nimirum mortui aciẽ (alij legunt maciem, alij perniciem) vehementem inesse, quando magis ægri periclitantur. Sic inquit denique Hippocratem ferri alij legunt fari) dicentem suo lib. eos, qui in ægritudinis declinatione cum stercoribus egeruuntur, nihil graue significare. Sed neque inquit Dioclem Hippocrati contrariam protulisse sententiam, dicendo mortuos, vel inanes esse meliores: siquidem hic in in febribus solutionum hoc dixisse videtur, Hippocrates autem mortem significare in febribus stricturæ. Huc vsque Cœlius Aurelianus, veterum opiuiones contrarias recensuit, Chrysippũ quoque conciliasse Hippocratem cæteris ostendit. Sed quia Chrysippus Methodicæ sectæ addictus fuit, quæ nimirum secta omnes morbos ad duo tantum genera reducebat, scil. ad strictum & laxum; ideo dogmatici aliud ad hanc difficultatem commenti sunt. Quidam ad præcitatum Cœlij Aureliani locũ annotauit, pernitiosum quidẽ esse mortuos Lumbricos reijci, cum putrium vaporum materia afflatu, non alentis materiæ penuria intereunt: salutare cum materiæ defectu, quæ illos gignit & nutrit, mortui sunt. Eodem quoque modo Lumbricos plenos excludi alias faustum esse, cum non multa coaceruata materia, qua procreantur, pauci geniti, nõ à tetris & venenatis vaporibus interfecti extruduntur, sed cum expultrice robusta: alias infaustum esse, cum collectum materiẽ plurimum indicant, qua sic crascescunt, & distenduntur. Doctissimus Hieron. Mercurialis idem sentit, quod visus est dicere Auicennas, Lumbricos nimirum exeuntes, aut sine febribus exire, aut cum febribus. Rursum si cum febribus exeant, aut cum febribus malignis & pestiferis, aut cum benignioribus, atque tunc vel in augmento, vel in statu, vel in declinatione. Si exeant sine febre, nullum fere malum portendi: Veruntamen multo optatius est, vt exeant mortui, quam viui, & ratio est, quia si mortui exeant, signum est non alia ratione fuisse interemptos, nisi propter alimenti inopiam. Si eũ febre exeant pestifera, & maligna, exitiale est eos mortuos exire: quemadmodũ magis salutare est, si exeant viui, atq; hæc potissimũ vetificantur in augmento, & in statu, quia signum est tantam esse materiæ prauitatem, tautumq; venenum, vt ipsi Lumbrici interimantur priusquam fugiant. Ex aduerso si viui egredianrur, signum est quidẽ prauitatem materiæ eos expellere: sed initium est etiam expultricem vim fortem esse, & materiam non vsq; adeo prauam, vt ipsos interimat. Dicit autem Mercurialis potissimum vera esse in augmento & statu: quandoquidem in declinatione non ita est. Nã etsi mortui exeant declinante morbo, argumentum est eos potius fuisse mortuos propter inopiam nutrimenti, quam vlla vi morbi, quæ iam transijt. Si cum febre benigna exeant Lumbrici, etiam in hac multo melius est, vt exeant mortui, quam viui: quia inde quoque iudicari potest eos Lumbricos esse potius interemptos inopia materiẽ, quam vllo veneno. Ex hac itaque resolutione Mercurialis facile putat conciliari antiquos, qui hac in re diuersi fuisse videtur. Quod autem *f* Hippoc. salutare statuat, cum desinente violentia morbi, inferne cum reliquis excrementis Lumbricos pollui: spõte vero nulloque naturalis facultatis impulsu egredi, quod in moribundis perspicimus decumbenti noxium, hanc causam *g* Leuinus Lemnius excogitauit. Subodorantur enim, inquit, naturẽ quadam sagacitate corpus defecturum, seseq; destitutum in alimento, eoq; stationem suam deserunt. Sic obseruatum est sorices, ac glires ædes ruinosas, deserere trimestri etiam spacio, &c. Ascarides omnium prædictorum minime praui existunt, propter tres causas, vt censet *h* Mercurialis. Vna est, quia sunt animalia exigua, & tenuia, quatũ conditionum merito fit, vt vel nullum, vel perexiguum detrimentum adferre possint. Altera causa est, quia oriuntur in intestinis crassis, quæ cum sint ignobilia, atque etiam à locis nobilibus maxime remota, vix fieri potest, vt vllum insigne periculum secum ferant. Tertia causa est, quia cum sint in extrema intestinorum sede, per quã excurrunt dura, & grauia stercora, facile sit, vt à stercorib. rapiantur, atque proinde facile exeant, sicut & medicamentorum operationib. facile cedunt. Qui Ascarides gignũt, inquit *i* Hippoc. in capitis dolore surdis soporeq; pressis, tumores ad aures excitantur. Ad quæ verba Iacobus Hollerius rarum, inquit, quod scribit in Ascaridibus surditatem factam, & κῶμα, profundum intelligere par est. Nihil enim huiusmodi videre licuit, nec rationi consentaneum est. Qui fiat enim, vt collecta pituita putri in postremo intestino tanta vis sit vaporis, vt & surditatem & κῶμα inuehat? Ac verisimile quidem est in eodem ægro affectum caput hæc intulisse, qui & Ascarides ex intestino excluserit. At parotidas ægro contigisse par est, non ab Ascaridib. sed pleno, & laborante capite. Hæc fere Hollerius. Sed in Porrhetico legitur eadem fere sententia hoc modo: in capitis dolore coma, & surditas abscessum aliquem post aures eructant. Vbi meriro nulla fit mentio Ascaridum.

f Li. 2. aph. 18.

g Lib. 1. de occult. nat. mirac. c. 2.

h Lib. 3. de morb. puer. c. 9.

Ascaridum prognostica.

i Coac. prænot.

FABVLÆ.

INter hominis morbos eosq; prauissimos grauiorem nullum, ac magis incurabilem existere, persuasit apud *a* Ælianum Hippias Rheginus scriptor sane egregius hac fabula Mulier quædam, inquit, ille, ex Lumbrico laborans (intelligit autem larum) cum de eius curatione peritissimi etiam medici desperassent, Epidaurum

a Li. de anim. mal. p. c. 75.

profecta, dijs ab hoc malo, vt liberaretur, ſupplicabat. Et cum Deus Æſculapius abeſſet, miniſtri eam eo in loco, vbi Deus mederi ſupplicibus ſolebat, quieſcere primum iuſſerunt, deinde capite eius reſecto, vnus eorum manu immiſſa in ventrem, Lumbricum, feram ſane ingentem eximit. Caput vero in ſuum locum, & priſtinam harmoniam conantur reſtituere, idque præſtare non poſſunt: interim Deus reuertitur, illisq; increpatis, quod rem ſupra artem, & vim humanam aggreſſi fuiſſent, ipſe diuino & ineffabili modo, & caput ſuo corpori, & mulierem reſtituit.

VT FVGENTVR, ET OCCIdantur.

a 14. Lumbrici toto genere præter naturam.

LVmbricus, an ſit morbus, an ſymptoma inueſtigarunt alij, qui diligentiſſime ſuper hoc quæſito ſcripſerunt, quum viderent pluriimos circa id dubitaſſe. *a* Galenus toto genere præter naturam eſſe dicit his verbis: Sunt porro ex genere eorum, quę tota ſubſtantia præter naturã ſunt, & Aſcarides, & helminthes ſiue teretes ſint, ſiue etiam latæ: quocirca & prorſus eas expelli è corpore cõueniet. „ Expelles autem, ſi prius enecaueris. Necabis autem amaris me„ dicamentis. Viuentes namq; obſiſtunt inteſtinis adhærentes, at „ mortuæ expelluntur vna cum ſtercore. Expelluntur cum hoc et„ iam viuæ; ſed ſtupefactæ, & vt ita quis dixetit, ſemimortuæ fa„ ctæ. Atreretes quidem abſinthium perimere poteſt, latæ vehe„ mentiora medicamenta deſiderant, cuiuſmodi eſt filix. pari mo„ do quæ ἀσκαρὶς Græce dicitur. Quapropter, vt ad plenam horum animalculorum curationem perueniam, ea primum tradam auxilia, quæ ad Lumbricos enecandos omnes, & educendos ex vatijs auctoribus collegimus, deinde quæ cuique eorum generi propria ſint, quoq; ordine ſeu methodo curanda ſint ſingula. Sunt ſtirpes, quæ radicibus & fibrillis Vermes ęmulare videtur: vnde eas ad Vermes valete iudicauit *b* Baptiſta Porta Neapolitan. Gentiana minor radicibus conſtat numeroſis, albicantibus, rotũdis, vti Vermibus: tuſæ & emplaſtri modo impoſitæ ventri, Vermes, ſi qui inteſtino fuerint procul dubio necant: ſic & vulgare dictamnum, quod alij album, alij pſeudo dictamnum vocant. Rapæ domeſticæ ſemen Vermes enecare audio. Marrubij foliorum puluere necari animalia teſtatur *c* Matthiolus. Valet ad Lumbricos lapathi, & oxylapathi ſuccus datus cum melle, vt *d* Petrus Creſcentienſis tradidit. Nihil efficacius ad exigenda ventris interanea, ac Lumbricos eijciendos exſiccatis in tegula ignita Vermibus, exhibitoq; eorum puluiſculo Verminantibus pueris. Nam confeſtim reliquos corpori inhærentes excludit, Mizaldus. Sed abominanda hæc medicina eſſe videtur, quæ eos, quos per aluum excluſimus, rurſus in puluerem redactos præcipit: quapropter eorum loco Vermes terreſtres accipiantur. his quidam circumforanous miracula ædidit coctis in aqua communi, & per linteum colatis. Idem ſe rutam capraria, quæ galega plurimis dicitur, aut eius ſuccum fœliciſſime vſurpaſſe mihi retulit. Menthæ aridæ farinam aſperſam in potionem, ventris animalia pellere teſtantur veteres, ac inter cæteros *e* Plinius. Macer de herba Coriandro

b *Phytog. li. 4. c. 2.* Gentianæ. Pſeudo dictamnum. Marrubiũ.

c *Cap. 102. li. 3. in Dioſcor.*

d *De agric. 6. c. 67.*

Vermes terreſtres. Ruta capraria. Mentha.

e *L. 20. c. 14.*

Coriandrũ

Frigida vis herbæ coriandri dicitur eſſe,
Auſteraq; ſimul quiddam virtutis habere,
Hancq; Galenus ait, per quam depellere ventre
Lumbricos Tineaq; ſolet, ſi trita bibatur
Cum vino, vel ſi mixta ſumatur aceto.

Alij id coriandri ſemẽ cum mali punici ſucco, aut oleo, aut paſſo in potu præbent. Idem origanum hauſtum Lumbricos pellere ait, & de oleo violarum,

Lumbricos, inquit, *necat infuſum bibitum, vel inunctum.*

Hyſſopus. Similiter & hyſſopi

Decoctio facta
Sic vt cocta ſimul ſint mel huius quoq; ſicca
Lumbricos ventris eadem potata repellit.

Zedoar. Zedoar quoque apud eundem

Lumbricos ventris depellere dicitur hauſtum.

Coſtus. Coſti vtraq; ſpecies, tum Indica, tum Arabica eodẽ Macto autore.

Lumbricos pellunt purgant lentigine vultum
Si tritus cum melle linãs.

Meliſſa. Coſtus autem id facit ob amaritudinem, quę illi ineſt. Meliſſa, quę citraria, aut citrago à quibuſdam appellatur, ab alijs Meliſſophyllũ & apiaſtrum commode Lumbricos pellit. Oleum lini infantib. ſaluberrimum eſſe iuniores quidam tradũt ad Lumbricos enecãdos. ſiue id fiat ob peculiarem lini naturam, qua Lumbricis aduerſatur, ſiue ob olcum, ꝓ omnibus Inſectis inimicum eſſe diximus. Scobes eboris, ſiue vt in officinis dicunt, raſuræ ſingulariter ad Vermes in febribus laudat Andernacus, quia non eas, vt reliqua calefacientia augent. Miltõ iuuare hepaticos & Lumbricos enecare *f* Manardus ait: Vnde putat milton non eſſe minium: quia tantum à veneni natura abeſt, vt intra corpus aſſumptum ad hæc & alia multa ſit vtile, ſed miuium vocare Plinium, quod Græci ammion vocant, vel cinnabarim: quod Plinius ſinopidem, vel rubricam, id illi miltõ. Ocimum ſylueſtre teſte *g* Plinio. ſi autem appellare videtur ocimoides Dioſcoridis, quanquã facultates à Plinio commemoratas Dioſc. multas taceat. Cedria cũ exſiccet, & ſimulà corruptione corpore tueatur in corporibus natos Vermes occidere valet. *h* Galenus. Naſturcij ſemen à veteribus celebratur cõtritum cx aceto, vel vino potum: efficacius eſſe addito mentaſtro, aluum tamen rurbate. Lupini farina cũ mellе delinctu, aut iu poſca potu eoſdẽ abigit. Abſinthium marinum per ſeſe, aut cum oriza coctum interaneotũ animalia addito melle pnecat, magiſq; abſinthium idem facit. Santonicum in Pãdectario

Ebur. Milton.

f *Epi. 1. medic. lib. 4.*

Ocymum ſylueſtre.

g *li. 20. c. 13.*

Cedria.

h *li 7 ſimp.*

Naſturtiũ. Lupini. Abſinthiũ marinum. Santonicũ.

A herba Lumbricorum dicitur, ꝓ eoſdem egregie deijciat. Abrotonũ id ipſum quoque pſtare affirmare auſim, cum ſit inſigni amaritudine. Item cardamomum eoſdem interficit. Thymi pręterea decoctũ veluti ruta feruefacta ex oleo, & pota eoſdem exigit. Omphacinũ oleum largius pſertim potum: nam & ꝓ infantibus, ita ad hos vſus immaturum exprimitur. Oenãthiuo idem effectus, qui omphacino: contra enim vẽtris animalia laudatiſſimum eſt. Melimelæ pręterquam, quod ventrẽ molliunt, animalia expellunt: ſed qua id facultate efficient, cum dulcia ſint melliſq; ſapore, à quo nomen ſuũ traxerunt? certe dulcedine ſua potius eadem animalcula nutrirent? Quapropter dicendum eſt eadem, quæ alioquin hæſiſſent, impetu excrementorũ, quaſi iu torrente piſces, qui largiore pæſtatem imbre abundauerit, rapi ac deorſum ferri. Ventrem n. ea mala mollire inquit Dioſcor. Aut ceuſendum eſt eadẽ mori, ob largioris alimẽti affluxum, quo ſuffocantur, tanq; uimia repletione. Certe nota mihi hiſtoria eſt cuiuſdam puellæ, vix vndecimum annum egreſſæ, quæ pluſculos Lumbricos teretes ex fruſtulo ſaccari aſſumpto per anũ „ eiecerat. Experimẽto probatum habemus inquit Lemnius, pue„ rorum Lumbricos vuarum paſſarũ eſu expurgari, ſi ieiunis abſq; „ vllo alio edulio illis exhibeas. Nam vt amarulenta illa, ita dulcia „ affluenter hauſta, Vermibus ſunt inimica: diſtẽdi enim ac rumpi illos contigit ſuauioris edulij copia. Verum vt ad alia redeã, braſſicæ ſemen, eius pſertim, quæ in Ægyptõ naſcitur, potũ Lumbricos pellit: tantoq; magis id præſtat, quanto temperatura eſt ſiccior. Idẽ facit cicinum oleum epotum. Myrrha etiam ſua amaritudine, tum necat, tum eijcit. Helenij, ſiue enulæ, campanę decoctum. Scylla ex aceto & melle ſumpta: prius tñ aſſata ſit, oportet: alioqn interaneis maxime noxia cẽſetur. Dant & ad omues in aceto muſo corticem radicis capparis. Erucæ ſemen ex vino potum, corpori innaſcentes beſtiolas omnes arcet. Amygdalę amarę oleumq; prodeſt Agaricũ cum melle, ſed moleſte purgat. Styrax cũ therebinthina reſina deuoratus. Aloe ex frigida aut lacte pota. eadẽ ſi decocto melli admiſta bibatur, ſine moleſtia educit. Tithymali ſemen eiuſque ſuccus circa guttulas quinq; cum caritis, aut palmulis pinguibus mixtus. Viticis folia, polypodiũ, chamæpytis, centaurium minus ex aceto tritum & potũ. Item eiuſdẽ radicis pondus denarij vnius, cum cyathis tribus vini potum iuuat. Cantharis in puluerẽ redacta, & cum bryoniæ radice pora, Lũbricos educit, teſte Galen. in lib. de Theria ca ad Piſon. Lucius Apuleus lib. de virtutib. herbarum cap de Lũbricis purgandis, herbã plantaginis contundes, inquit, & ſuccũ eius de cochleario, vel de ligula dabis bibere quantum potuerit, Lumbricos & Tineas purgat, & Macer de eadem herba loquens.

B

C

Thymus. Ruta. Omphacinum oleũ. Oenanthinũ oleum. Melimela cur Lũbricos pellãt. Dulcia Lũbricos interimere. Sacchariũ. Vua paſſa. Braſſicæ ſemen. Cicinum oleum. Myrrha. Helenium Scylla. Erucæ ſemen. Amigdalæ amaræ Agaricum. Styrax. Aloe. Tythymali ſemen. Vitex. Polypodiũ Chamępythis. Plantago.

Lumbricos ſuccus depellere dicitur eius,
Si porcina vetus axungia iungitur illi.

Idem quoque de nepeta:

Potus, & iniectus Lumbricos enecat eius
Succus, & membris Vermes, necat omnibus ipſe,
Si mel iungatur huic cum ſale plus operatur.

Nepeta.

Acidulam quoq; q̃ Græci Aizoum vocant, ſecus amnes naſcentẽ, acido ſapore pręditam, ex vino potatam ait Lumbricos pellere. Ad eoſdem facit ſuccus auriculæ muris, cum zytho ſingulorũ cyathus vnus. Calida itẽ beta cocta, atq; cum allio crudo ſumpta, nitroſa, qua pdita eſt, facultate eoſdem educit. Punicũ malum contuſum, ex tribus vini heminis decoctum ad heminã, Lumbricos pellit, ac tormina. cius ẽt radicis ſuccus victoriati põdere eoſdem necat. Idẽ rhus facit Syriacus, atque atriplicis ſemen. Addunt neoterici expimento conſtare, dormituris acetum acerrimũ epotum Lumbricos educere. Inter ea vero, q̃ plurimum aduerſus hęc animalia poſſunt, eſt corallina nuncupata, q̃ trita aut melli oxymelitiue commiſta, mulſave pota, mirandũ iu modum ea necat, vel ſemimortuos educit. Hæc vero à corallij ſimilitudine, dum vtrumq; in aqua eſt, nomen accipiens, & quæ à cẽtum fere annis hactenus ad eijciendos è ventre Lumbricos, magni vſus eſſe cæpit. A *i* Dioſcor. & *k* Galeno putat Gabucin. βρύον, θαλάττιον dici, quamuis huic peculiarem ad Lumbricos enecandos vim ipſi non attribuerint, quã in corallina conſpicimus. Eiuſdẽ ſententiæ l Leuinus Lemn. eſt. Sed corallinã circumforaneos vocare ait, quoniã corallio, qui in mari liguſtico, alijſq; littorib retibus ſubducitur, adhærescat & implicata ſit. Nec illud Βρύον vbicunq; natum æqualem habet in hoc facultatem: ſed certis quibuſdam Italiæ locis hoc expiſcãtur pharmacopolæ, quod ſub corallinæ nomine venditant. Eſt & apud Zelandos Belgarũ extremos, quos Mattiacos Tacitus vocat à ſociali concordia, corallina frutũculus teſte Lemnio *m* Andreas Cęſalpinus aquas acidulas, quæ tenuiſſimam bituminis ſubſtantiam participant, Vermes interficere, teſtatum reliquit. Omues demum, quos Lumbrici male habent, ichueumonis pili (murem Indicũ vocant) auctore *n* Paulo ſuffiti iuuant. Cerefolium ex aceto Lumbricos, & Tineas pellere, ſcripſit L. Apuleus lib. de herbarum virtutib. Ad Tineam ſerpentẽ, & Lumbricum rotundum Q. Serenus hæc poſuit remedia.

D

i *Lib. 4.*

k *Lib 6. de ſimp.*

l *Lib. 3. de occul. nat. mir. c. 9.*

m *de metal. lib. 1.*

Acidula. Beta. Punicum malum. Rhus Syriacus. Acetum. Corallina. Aquæ acidulæ. Contra Lũbricos & Tineas.

n *Lt. 4. c. 59.*

E

Ergo cinis cornu ceruini proderit hauſtus:
Vel nepeta tritum ex vino, vel lacte capella
Nec non & ſuccus medici potatus aceti
Prodeſt, præterea cum Baccho perſica frondis.
Democritus memorat mentha conducere potum.
Sumitur abrotanum, nec non, & vile melanthum.
Allia per ſeſe ſanant, aut vis coriandri.
Quin & marrubium decoctum, hauſtumq; iuuabit,
Pulegiumve potens, & agreſte vngatur acetum.
Synthesis hæc prodeſt vnda mollita calenti.

Cęterum cornu ceruini cinis eius pualer, quod vt ait Solinus, dextra ceruini capitis parte enatũ eſt. Portulaca pcocta, ſereos ſuccus, aut myxorũ decoctũ myxa ve ipſa decocta atq; eſitata idonea ſunt.

Bouis

o *Hist. 9. c. 20.* Bouis talus vstus cum lacte potus teretes eijcit. Filicem fœminam humilem scripsit *o* Theophrast. vtilem contra interaneorum animalia lata melle subactam, & cõtra tenuia in vino dulci cum farina hordeacea datam. & rursus eod. lib. filicis radicem colliquatam tãtum in vsũ venire ait, gustũ adstringere uon sine aliqua dulcedine; lumbricum latum expellere. Ruellius tamen Marcellusq; Dioscoridem interpretati vna cõtendunt, filicis fœminæ radicẽ cum vino drachmis tribus potam teretes larasque ventris Tænias expellere. *p* Galen. similem huic fœminæ vim tribuit, qualem mascula sortita est Illam vero latas tantummodo Tineas interficere, & nõ teretes scribit. Plinius vtramq; tam scil. marem quam fœminam intestinorum animalia pellere, ex ijs Tiueas (legunt alij Tæuias) cum melle; cætera in vino dulci triduo pota: nec teretes, nec Ascarides excludens. Plurimorum tamen est sententia, proprie latos eijcere Vermes. Gith, seu Melanthium non solum commestum, sed & cataplasmatis modo ventri impositum, vel perunctо ex eius aqua vmbilico; Lumbricos teretes pellere author est *p* Dioscor. Marcellus in suo commentro latos Lumbricos, uon teretes pellere ait, contra quam Ruellius est interpretatus Galenus tantum Lumbricos interimere scriptum reliquit: constat autem Lumbricos, vt plurimum teretes intelligi: quapropter Ruellio Galenus suffragabitur. Radicis mori cortex decoctus iu aqua & potus præterquam, quod aluum soluit, latas etiam Tineas excutit. Radicum præterea punicæ decoctum easdem pellit, & necat. Idem potest. & malicotij decoctum epotum Anchusę radix acetabuli mẽsura cum hyssopo & cardamomo epota easdem pellit. Chamæleonis albæ radices latas Tineas pellunt. Sunt & quædam oblonga pannicularum modo nucamenta, quæ squamatim compacta è ramis propendent, quibus grauidę arbores intumescunt, germina parere gestientes, veluti prælongus Vermis, vt indicet, inquit *q* Baptista Porta Neapolitan. Natura ad Vermes, Tineas, & serpentes valere. Exempla: corylum florere uegant, sed flotis vice quosdam iu eo peculiares iulos erumpere, siquidem fructu iam caduco, callus vuæ modo magnitudine grandiusculi Vermis pinguis emergit, singulari pediculo, quem vocãt iulum: dehiscit ineunte vere, ac defluit, cum folia prosiliũt Simplex obsetuauit rusticitas serpentes obtorpescere, quæ coryli caudice vel surculo fuerint icta, & tãdem emori. Nux iugulans Verni temporis initio, veluti quodam gestiente foliorum conceptu, panicula prælonga protuberat, dehiscitq; flauens, statim quam frondẽ facere cæperit, nutans caducaq; prolabitur: præsumptæ nuces venena hebetant, quas quo quis plures edetit, eo facilius latas ventris Tineas pellit. Seselis radicẽ tenuissime tritam, aqua affusa, ad dies quatuor macerato, eamq; aquam trium cyathorum mensura, melle ammisto æger bibat ieiunus. Hoc remedio apud *r* Hippoc. Ascarides curantur. Nam quicunq; relicti fuerint, non curati moriuntur Scribit *s* Manardes ex Galeno medicinas inrerficientes Ascarides, & rotundos, interficere etiam longos, in fine artis curatiuæ, ordinemq; ex Auicenna esse perturbatum, vt superius admonui: *t* Galen. autem Ascarides maioribus medicamentis egere ait, q̃ vllum aliud Lumbricorum genus, cuius sententiæ fuisse quoq; *u* Auicennam, ex his verbis fit conspicuum: Et medicinæ, quæ interficiunt Ascarides, validiores sunt eis, quæ interficiunt lõgos, & quæ Ascarides, & rotundos, longos etiam interficiunt. Atq huius rei quinque afferuntur rationes ab Auicenna: quarũ vna est, quod hæc animalia remotissima sint à veutriculo & ab ore: quapropter si eo medicamenta suis viribus penetrare debent, necesse est, vt sint valida. Altera est, quod Ascar. semper conuolutos humoribus lentis, & viscidis esse contingat: vnde sit, vt medicamenta etiamsi eo penetrent, tamen nisi valida sint, eorum vis penitus infirma sit. Tertia causa est, quod sæpe ad monoculum intestinũ vsque adscendant Ascarid. ibiq; firmati magno labore inde auellantur. Quarta est, quod Ascar qui ex materia crassa & viscida gignuntur, similiter medicamentis vehementiotibus indigeant, quæ conterere eiusmodi materiã valeant. Postrema est, q materia, ex qua fiunt Ascar. venenosa fere sit, atque simile à simili non admodum patiatur, ideo fit, vt à medicamentis, nisi sint vehementia, parum aut nihil fere offendantur. Cæterum antequã prescripta omuia remedia, tum intrinsecus, tum extrinsecus adhibeantur, instituenda erit bona victus ratio. Prohibenda ægro, vt in vniuersum dixerim, omnia edulia, quæ crudos pituitosos; humores generare queant; talia sunt varia prauiq; succi malo ordine ingesta. si adsit ventris profluuium, indicium est multos gigni cibo nou distributo, miscendaque in eo casu sorbitionibus, vel pyra, vel cotonea. Iuuat mirum in modum deutetius panis addito, aniso, fæniculo & sale subactus itẽ qui *συγκόμιστος* nuncupatur, siue *αὐτόπυρος*. Vinum aquosum sit leuiterq; adstringat. Auiculę Montanæ esui dantur, & sylucstris pullus columbaceus. senecio viridis, hirci barbula, vis ciceris atri, & brassicæ: capparis columbades cõmanducatæ: & cum sinapi modo febris nõ adsit, cætera sumant obsonia. acetosa item atq; oleosa laudantur. Panicum quoque, q mel frugum Diocles appellauit. halica insuper in myxorum decocto, & ptissana cum multo oleo omphacino. Lupini præterea, nasturtiũ, beta, mentha, apium; raphanus: muria quoq; commanducata iuuat. Plura. a. ad auertendum Lumbricorum pestẽ omittimus quæ lector ab illis petere poterit, q hac de re peculiares libros ediderũt. Obsetuandũ est ægros, qui afflictãtur hoc morbo, plerunque pueros esse atque omne genus medicamentorum auertere: ea propter sicuti auersantur medicamenta, ita etiam cogẽdi sunt omni ingenio, vt ea sumant, loquot de medicamentis, quæ per os assumũtur, quoniam extrinseca facile admittunt Modus autẽ cogendi puetos indicatus est à *x* Paulo Ægineta, qui quorundam instrumẽtorum mẽtionem facit, quibus coguntur pueri assumere, vt cochleare, q primum intra dẽtes ponitur vi, quo scil. dentes à se inuicem absce-

p *lib. 3. c. 93.*

Chamæleõ

q *Pythog 4. c. 2.*

Corylus.

Ad Ascar. *r* seseli.

r *Lib. de fist.*

s *Li. 1. epist. 4.*

t *14. Meth.*

u *16. tertij tract. 5. c. 4.*

Remedia, quæ Ascar. eadem & longos, & teretes interficere.

Vict' ratio.

x *lib. 4. c. 55.*

Instrumẽt. ad infundẽ dant, deinde fistula quidem angusta ex vna parte, latissima verò ex altera & longa: hæc qua parte angusta est, mittitur in os vsque ad fauces, & qua parte latissima est, infunduntur medicamenta: sic. fit, vt velint, nolint, sorbeant tamen pueri medicamenta. Huic addatur ægtos, interdum tentari Lumbricis, interdum verò esse sine febre. Vbi febricitant quantũ fieri potest, eligenda erunt ex ijs, quæ superius præscripsimus. Vbi vero sine febre sint, licebit etiam ealidioribus vti. Latorum a. & teretum Lumbricorum curatio eodem fere fit modo. Eclegmatibus, emplastris, clysteribus, ceratis, & alijs medicamentis, tum intrinsecus assumptis, tum forinsecus applicatis: Verum Ascar. glandibus & clysteribus magis tolluntur. Animaduertendum autẽ est medicamenta, quæ per os sumuntur, magis debere esse acria & amara, quã dulcia, ne hæc animalia facilius trahantur in stomachum dulcibus, vbi difficulter interimuntur. cõtra vero in ijs medicamẽtis, quę per aluum infunduntur, semp dulcia, aut sola esse debere, aut præualere amaris & acribus, ne hæc fugiẽtes stomachum petant. atque hæc in cutandis rotundis Lumbricis magis, quã in alijs curandis, obseruanda erunt. Ascarides autẽ per vomitum nunquã exclusos esse legi. Quapropter glandes & clysteres, q̃ pro Ascaridibus adhibentur aeres esse poterunt. Pueri itaque ex melle glandib. cum salis momento, vel nitri, vel acri muria erũt euacuandi; aut absynthij decocto oleo admixto. Validiorẽ quoq; solutionem esse conuenit, à qua vbi prodierint excremẽta, longa non siue affectus locus illinendus erit simplicibus, acacia, hypocysthidis rhoisq; succo cum alumine liquido, & nitro: vel compositis, vt Andronis pastillo & sphragide Polyidæ inscripta, & lanæ succidæ pastillo, &c. coacta enim ab astringentibus caro validior fit, & inepta ad hæc animalcula generanda. Cedrinum liquorẽ iniectum p clysterem, multis peruium foraminibus, quales ab vtero metenchytę appellantur, aut carnem salsam cõmode impositam & deligatam, quamdiu sustineri possit, eamque frequenter mutatam laudat Ægineta. Porro clysteres acriores & calidiores præscribẽdi prouectioribus ætate, quos ex ijs medicamentis cum fiant, quæ supius commemorauimus, lubens prætereo, vt alia plurima ex hisce composita auxilia. Vermes auriũ necat succus calamenthæ, vt scribit *y* Galen. ζ Idem ad Vermes aurium veratrũ album, cum melle auribus iñmittit, vel aridum insufflat, aut rubi succũ infundit. Cædrea quoq; tanta vi prædita est, vt dicat *a* Galen. in corporibus (alij legunt in aurib.) natos Vermes enecare. Idem in eodem lib capparis succum aurium Vermes amaritudine sua occidere ait. Ad auriũ Vermiculos, & ad ea, quæ in aurem subierũt, cæpas, & hyssopum in lotio vetere conterens instillato. Aliud Partis interioris cucurbitæ syluaticæ seminum, aluminis Ægyptij pares portiones in cedrino oleo macerans infundito Galen. de facile parabilibus. Idem rursus eodem lib. auribus verminosis infundit ex bubulis carnibus inter assandum defluentem liquorem, aut aristolochiam tritam, & emplastri modo apponit: aut auribus immittunt, tam succum nepetæ quam rubi, eodemq; modo & succum absinthij instillat. Plinius *b* prodidit mentastri succum verminosis auribus instillari. Macer de marathro loquens, seu fœuiculo præcipue eius succo inquit:

Auribus infusus Vermes succus necat eius.

Succus autem corticis radicis mori instillatus vniee iuuat, & Vermes interficit. Idem pręstabit aqua stillatitia, siue decoctum foliorũ persici; & helleborus albus aceto & vino leuigatus, & auribus infusus. Magnifice prodesse ait *c* Ianus Damascenus non postremæ auctoritatis inter Arabes medicus, scammoneam in aceto leuigaram, in aurem verminosam instillatam: item succum calamenthæ fluuiatilis: item aristolochiã tritam, & in aures inspiratam. Elegans remedium describit Fallop. quo extrahit ipsos Vermes viuos; recipit aũt succi chelidonię quantum velis, miscet cũ modico puluerli præcipitati, & parti affectæ imponit Cæterum quęcunq; medicamenta auribus inflata, aut alio quouis modo imposita prosunt, cætera quęcunque in alijs partibus existunt, animalcula perimunt, & eliciunt. Quod si vero auriculę os corrosum sit, vel pingui humore imbutum, fissura retro aurẽ impacta, ipsum scalpito, & citta molestiam cicatricem inducito. Si vero Vermes in auribus pruriant, & torqueantur ægri, voluptas dolori immiscenda, & auriscalpio scalpenda erit pars affecta, hinc *d* Martialis in Auriscalpium:

Si tibi morosa prurigine verminat auris
Arma damus tantis apta libidinibus.

Vermium terrenorum cineres, aut stercoris murium, aut dẽtis cerui, dentium exesorum cauernis immissi Vermes, non modo, sed & ipsos dentes, vt testatur Mizaldus, eradicant. Vermes in vlceribus capitis, vel quibuscunque partibus innati, ranarum felle tolluntur teste *e* Plinio. Ad fistulas tollendas, & Vermes occidendos potentillam propinat per dies triginta autor libri de Dynamidijs Galeno adscripti, succumq; plantaginis immittit sæpius loco affecto. Plãtaginem arefactam Vermes in vlceribus cõtractos interficere scribit Aetius. cerussam & polium æquali põdere cum pice liquida inungit *f* Galenus Vbi homo ipse ob acceptum vulnus, & aliter vermibus scatebit; si ex pilis eius quippiam ante solis ortum occultaueris sub cortice eius arboris, quam vulgo tremblam vocant, populi nigræ species est, & aliquot dies id facere perseueraueris, videbis miraculo quodam vermes decidere, vel emori, aut stationem deserere. Mammæ cum vlcetatæ Vermes patiuntur, symphoniacæ folia cum axungia tete & impone, aut quinq; folia. Harmonia Gynecæorum, cerotum ad idem. Recipe cerussæ obol. r adipis anseri ni obol. ij misce, & cum linteolo impone. Si in pudendo mulieris Ascarides nascantur, viticis semẽ aut folia, cum fellis bubuli obolo pmiscentur, & oleo cedrino subiguntur, & lana succida mollissima excipiuntur. Induntur autem tertio quoque die per diem & noctẽ. Postridie vero vbi amouit, calida lauetur, & allium coctum, & crudum

Febricitãtes & Lumbricis laborantes, vt cutandi.

Auriũ Vermes vt occidãtur, & educantur.

y *Simp. 6.*

z *3 secundũ loca.*

a *7. Simpl.*

b *L. 20. c. 14*

c *Lib. 4.*

d *li. 14 epig.*

Dentium Vermes, vt sanentur.

e *li. 34. c. 28.*

f *De comp. med. sec. gene. 4.*

Mammarũ Vermes.

In vtero & pudendo Ascarid. vt curentur.

crudum edat, & Aſcarides exeunt, & moriũtur. Muria vero etiam colluere oportet: Hæc g Hippocrates Clysteres etiam in vterum infundere conducet quę pituitam abstergeant pariter, & Lumbricos ibidem adhærescentes. Fiunt autem tales, ſecundum h Ludouicum Mercatum, ex aqua & alumine cum abſinthij ſucco, aut abrotani, vel eorum decocto, & menthæ, calaminthæ, dictamni, & pulegij cum melle: item ex aqua lupinorum cum hyſſopo & melle, vel ex decocto Mercurialis cum melle, abſinthio, & aliquo ex ſupra dictis: quibus ſi addideris aloes aliquid, vel aliud amarum, & abſtergẽs, proderis maxime. Exterius autem vteri regioni adhibebis cataplaſma confectum ex lupinorum farina in hydromelite decocto: item aliud facito ex melanthio, & lacte muliebri. Habet hoc vnum Lumbricorum in vtero curatio, quod ore ſumpta medicamenta, quæ Lumbricos interimunt, nequaquam admittunt, quod iecur prætergrediẽtia malum aliquod grauius moliri poſſint. Potus autem hiſce mulierib. ſit decoctum radicis chinæ, & ſimilacis aſperæ, aniſi, vel cinamomi American' ille Vermis ab incolis Americæ partis occidentalis Indiæ Tom dictus, ægrotantium pedes affligẽs hoc modo curatur, vti ſcripſit Theuetus Oleum Americani ex fructu quodam conficiunt eſui inutili, qui Hibou ab illis appellatur. hocque paruis vaſis conſeruant factis ex fructibus, qui ibidem appellantur caramento. Hoc itaque oleo vbi opus fuerit, inungunt locum affectum, tãquam præſtantiſſimo remedio. Dracunculi velut dictum eſt ſuperius, in partibus muſculoſis naſcuntur in India, & locis ſuperioribus Ægypto. Affectus autem locus cum ſuppurat, cutis aperitur, & Dracunculi initium egreditur, quod cum trahitur, dolores mouet, & præcipue cum abrumpitur. Quapropter nõ ,, nulli dicunt plumbeam molam, vt ſcribit i Paulus Ægineta, ex Dracunculo ſuſpendendam, ne vniuerſim, ſed particulatim molis ,, pondere decidat. Alij veto hos damnant, quod nihilo magis põ ,, dere molis plumbeę Dracunculus abrumpatur, & dolores varios ,, concitet. iubent partem in aquam dimitti calidam, quo Dracun ,, culus tepefactus foras prorepat, deinde digitis ipſum mẽbratim ,, extrahere. At Soranus neque animal prorſus, ſed neruoſi cuiuſdã ,, ſubſtantiam eſſe putat, quod opinionem motus ſolum præbeat, ,, ſiue autẽ hoc ſit, ſiue quod prius dictum eſt, Sorano & Leonidæ, ,, alijsq; viſum eſt, calida ſuperfuſione, & cataplaſmatis concoquẽ ,, tibus in his vti ex mulſa, farina triticea, aut hordeacea. Eſt cum ,, emplaſtri vſum eiuſdem potentiæ probant. Conuenit autem, & ,, quod ex baccis lauri, & quod ex melle conſtat: emortui ſiquidem ,, horum vſu Dracunculi, nimirum quod continetur corpuſculum ,, excidit. Suppuratione autem facta, niſi exciderit cutis, diuidẽda ,, eſt: vbi denudauerit, quod continetur auferes, & cutem linamẽto ,, penetrabis, ac deinceps eam curandi rationem adhibebis, quæ ,, puri ſit maturando. Hactenus Ægineta. Cadauera autem ne vermes emittant à putredine, & Muſcis tuenda. Quapropter Thetis dea apud k Homerum Patroclo, vt cadauer eius tutaretur à muſcis integrumq; duraret corpus per multum temporis, ambroſium nectar inſtillauit: alloquitur enim ſic Achillem:

Τέκνον, μὴ τοὶ ταῦτα μετ' φρεσὶ σῇσι μελόντων.
Τῶ μὲν ἐγὼ πειρήσω ἀλαλκεῖν ἄγρια φῦλα,
Μυῖας, αἵ τε φῶτας δεινιφάτας κατέδουσιν.
Ἠνπερ γὰρ κεῖται γε τελεφόρον εἰς ἐνιαυτόν,
Αἰεὶ τῷ δ' ἔσται χρὼς, ἴματεδ' ἢ καὶ δρείων.

Id eſt.

Fili, non tibi hæc mentibus tuis ſint curæ:
Ab hoc quidem ego conabor arcere improba examina
Muſcas, quæ viros bello necatos comedunt.
Etſi enim iaceret ſolidum per annum,
Semper huic erit corpus integrum, vel etiam melius.

Hæc itaque Achilli præfatus

Πατρόκλῳ δ' αὖτ' ἀμβροσίην, καὶ νέκταρ ἐρυθρὸν
Σπάξε κατ' ῥινῶν, ἵνα οἱ χρὼς ἔμπεδος εἴη.
Patroclo autem rurſus ambroſiam, & nectar rubrum
Inſtillauit in nares, vt ei corpus integrum eſſet.

Porro Scythæ teſte Herodoto regis ſui cadauer, antequã condunt, exenteraut & cupreſſo tuſo, thure, petroſelini, & aniſi ſeminibus infarctum cera oblinunt. Æthiopes quoq; amicorum ſuorũ cadauera, vbi interaneis & carne expediuerant, gypſo obducebant, vt narrat l Herodot. ipſisq. ſic incruſtatis, mox opere tãquam tectorio, colores appingebant, qui defunctos ad viuum exprimerẽt. hac arte ornatos columna vitrea, & caua includebant, vt pixidati per medium vitium apparerent, neq; interim odore tetro ſpectatores à ſe auerterent. ſic à putredine cadauera conſeruabant, & Muſcarũ, ac aliorum animalium agmine, quæ in mortuos impetere ſolent. Ægyptij quoque aromaticis vnguentis, & balſamis cadauera ſua cõdire ſoliti erant, vrnisq; pellucidis primum ſeu cellis vitreis collocare, in eminentiore honeſtioreq; ædium ſuarum parte: deinde cum alius ſepeliendi mos ipſis inuaſerat, in marmoreis ſepulchris magnifice cælatis, ipſa cadauera autequam ſepulchris mauderent, ſolenni apparatu ad ſalinarios, & aromatarios, qui in id munus ſtipendia publica accipiebant, deferebant. Illi ipſa aromaticis, & balſaminis vnguentis oblinebant, & quas feciſſent exciſiones cõſuebant, mox tale aſpergebant, & ſalino carnario ad ſeptuaginta dies operiebant: quibus exactis inde exempta abluebant, & ſorde omni elota, faſcijs bombicinis gummi quodam conglutinatis inuoluebant. Hic itaque modus fuit apud Scythas & Ægyptios condendi cadauera, vt à Vermibus omniq; putredine tuta eſſent. Horum exemplo, & reges noſtri Europæi, magnatesq; ſua cadauera condiri curant medicis & chirurgis; qui primum exenterant corpus, corde ſeorſum habito, vt per ſe conſanguineorum arbitrio cõdiri poſſit: Cerebrum deinde, ſerra diuiſo cranio auellũt: Hinc profundis plagis ſecundum brachiorum, femorum, crurum & dorſi, lumborũ ac narium lõgitudinem deducunt, præſertim qua parte venæ maiores & arteriæ excurrunt, primum quidem, vt ſic exprimatur ſanguis, q alioqui corrumperetur, & putredinis initium reliquo corpori præberet, deinde ad aromaticos pulueres inſpergendos lauant ſpongia madefacta in aqua vitæ, aut acri aceto, in quo incoxerint abſinthium, aloe, colocinthis, ſal commune, & alumen. Deinde ventres tres, plagas, ductuſq; corporis inſarciunt aromatibus ſequentibus craſſiuſcule tritis. Recipe pulueris roſarum, chamæmeli, meliloti, balſami, menthæ, anethi, ſaluiæ, laueudulæ, roſmarini, maiorauæ, thymi, abſinthij, cyperi, calami aromatici, gentianæ, ireos, florum aſtæ fœtidæ, catiophyllorum, nucis moſcatæ, cinnamomi, ſtyracis, calaminthæ, beuioini, myrrhæ, aloes, ſantalorum omnium, quantum ſufficit, cõſuunt plagas & hiatus, ne quid decidat. Mox totum corpus inungunt tetebinthina liquefacta cum oleo chamæmelino & roſaceo, additis oleis aromaticis per quintam eſſentiã extractis, iterumq; conſpergunt puluere commemorato, deinde tenuiſſimo inuoluunt linteo, mox tela cerata Deniq; in capſa plumbea fideliter ferruminata imponunt. Vbi autem hæc aromatum non adeſt copia, calce extincta, ac querno cinere vtuntur, fortiq; aceto, & liximio cadauer lauant, ac loco frigidiori reponunt, ſi æſtas feruerit.

Tõ Vermis American. vt curetur.

Draeũculi, vt curandi.

i *Lib.* 4. c. 58

k *Iliad.* T.

Cadauera, vt à Vermibus cõſeruanda.

Scythæ, & Ægyptij, vt cõdiant cadauera, vt tuta ſint à Vermib. & putredine.

l *Lib.* 4.

Cadauera condendi mod. apud Europæos.

CAPVT III.

DE VERMIBVS IN CÆTERIS *animalibus naſcentibus.*

LOCVS.

NON ſolum in homine, ſed etiam cæteris animalibus hæc animalcula producuntur. In quadrupedibus, vt equo, aſino, porco, ceruo, capra, oue, cane, lupo. in auibus, vt accipitre, & quibuſdam domeſticis, piſcibus, vt mullo, Inſectis, vt Araneis, Locuſtis. Quadrupedum a. Vermes, aut prodeunt ex ipſo corpore, ex ijs, quæ è corpore prodeunt, vt excrementis, canente Lucretio:

Quippe videre licet viuos exiſtere Vermes.
Stercore de tetro, putrorem cum ſibi nacta eſt
Intempeſtiuis ex imbribus humida tellus.

Ex excrementis oriri.

Docet idem Ariſtoteles, quo loco recitat origines Inſectorum, et è cœno, ſterquilinio, & fimo naſci Inſecta, & Vermes. Quin etiã nos aliquoties obſeruauimus in ſtercore columbino, quod alioquin ſummope putredini aduerſari credimus, natos Vermes mediocris magnitudinis, colore albos, quos ſolis tepor vernus produxerat. In caſeo quoq; oriuntur vermiculi, item in lacte, & Apum cera. Quadrupedũ autem, tum viuentium, tum mortuorum Vermes, itemq; piſcium, & Inſectorum nõ omni è corporis parte prodeunt. Equis autem viuentibus in auribus eſſe poſſunt, in ventrib gutture, intra coſtas, item in vlceribus, in quauis fere corporis parte obortis; quæ ſi in alijs quadrupedibus exiſtant Verminoſa quoque euadunt: ſed in nullo frequentius ac celerius, quam in lupi vulnere, & vlcere. Vnde Orus Apollo tradit Lupum magnopere lapides primeſcere: & idcirco dum per lapidoſa ire cogitur ſuſpenſo pede ſemper incedere. inſultantemq; cum lapidibus viatorem aufugere. Cerui oẽs in ſuo capite viuos continent, qui naſci ſolent ſub lingua in cõcauo circiter vertebram, qua ceruici connectitur caput. teſtatur a Ariſtoteles hos gigni vuiuerſos atque contiguos ſolere numero circiter viginti. Naſcuntur & in cerebro ceruino, itemque inteſtinis, quod mirum cuipiam videri poteſt. Quippe quamuis ceruus felle careat; tamen eius inteſtinum vſque adeo amarum eſt, teſte philoſopho, vt ne à canibus quidem attingatur, niſi ceruus præpinguis ſit: Refertur quoq; ab b Auicenna oues, & capras in parte anteriore capitis perpetuo Vermes habere, vt ceruos in gutture Caput gregariarum caprarum multis Vermibus iuxta cerebri baſim naturaliter plenum effici ſcripſit Trallianus. In ouium hepatis venis, & caprarum eadem animantia Gabucinus ſe vidiſſe aſſerit. c Cornelius Gemma ſcribit anno 1562. in Hollandia nefandam pecoris lucem fuiſſe, natis vermibus paſſim circa hepatis regionem. Si quis ineaute ouillos pedes, aut arietinos ederit non exempto Vermiculo, qui biſulcis eorum vngulis adhæret, confeſtim, vt ait Leuinus Lemn. nauſea, & ſtomachi dolore afficietur, omniq; momento ad ructus & vomitiones proritabitur. Nam coctioni officit, & ventriculo negotium exhibet, ſed qualis is ſit Vermis, nõdum obſeruaui. Vermes ſub lingua boum exiſtere quandoque, Conſtantinus Cæſar commemorat. clarum eſt intra cutem, & carnem hominibus generari, ſed bobus frequẽtiſſime, vnde ægritudo bouina dicta eſt. In lingua canum Vermiculus naſcitur: alij non Vermem animal, ſed neruorum quandam cõgeriem eſſe putant. In ventre piſcium Vermiculi fiunt, qui partum accelerant, de quibus ſic d Ariſtoteles. Exitus pariendi piſcium compluribus eſt, vbi Vermiculi nati in ventre fuerint; innaſcũtur enim minuta quædam animalia Vermiculi ſpecie, quæ partum expellunt. Mullus, inquit Athenæus ter in vita parit, reliquo tempore ſterilis eſt, quod in eius vtero Vermiculi naſcãtur, qui ſemen deuorant. Ait author de natura rerum, quod ſemini carperæ (carpis ſeu cyprinis paruulis) nonnunquam in anno primo natiuitatis niger Vermiculus, quidam poſt aurem (aures vulgus, & brãchijs dicit) ſuam tabificus innaſcitur, & hoc ſæpius poſt auguſtum, eaque tabe moritur. Meminit idem auctor audire affirmantẽ de mulierculą, quod cum de cyprino ingeſſiſſet partem circa branchias, & ſimul albũ quippiam piſi magnitudine (Vermem aut ouũ animalis veneuati fuiſſe ſuſpicantur quidam) mox animi deliquio correptũ, corpore toto iutumuiſſe, diuq; poſtea male affectã, tandẽ ſanitati reſtitutã fuiſſe. Non tamen niſi annis octo euolutis periſſe,

Lupus cur lapides per timeſcat.

Cerui in capite Vermes viui.

a *Hi.* 2. c. 14.

b *Li.* 3. *trac.* 2. c. 3.

c *li.* 2. *Coſm.*

d *Hiſt.* 6. c. 16.

Locuſtarũ Vermiculi Phalandij duo Verm.

periisse, cum prius fœcunda esset. Aristoteles ballero & tilloni ex fluuiatilibus, ac lacustribus Vermem (Helminta, Lumbricum) innasci ait sub cane: quo illi infirmitate ad summum aquæ efferantur, vbi æstu intereant. Duodecim veluti vniones, inquit Bellonius, erui magnitudine carnosos tamen, candidos, & calli duritiem habẽtes, in quibusdam cernuis (sic vocat, vt scribit Zoographus, parcas fluuiatiles minores illas, quas à rotũditate Saxones Klnparssen alij Cutten nominant) conspexi: quorum vnusquisq; Vermem inclusum, gracilem, oblongum ac reretem contineret: qui ex venis mezaraicis dependerent inter colon & ileon, ad eos anfractus, in quibus lactes esse solẽt. Nam etiam Lumbricos Ascarides in sesqui vlnam longos aliquando comperimus. Gobionem quoq; paruum fluuiatilem piscem dicunt teste Alberto Vermiculis vitiari; quos in vẽtre gestat. Lumbricos autem aiunt innasci omni piscium generi dulcium aquarum prope Basileam existentium (& in primis quidẽ Leucifcis illis, quos Schvvalen, & Laugelen ibidem vocant; & Balleris, quos Bincken, & Rutilis quos Vengerones Sabaudi nominãt) exceptis Lucijs, cyprinis latis, & albulis lacustribus. Sic affectos pisces tanquam noxios vendere lex verat. Deprehendi hoc etiam virium foris tradit Zoographus; cum venter maior; durior & albior apparet idq. æstate tantum accidere, putrescente nimirum aliqua materia. Vermes tales aliquoties reperit Zoographus modo viuentes, modo extinctos. albi, inquit sunt, longi & conuoluti. In Leuisci secunda specie Rondeletij, Lumbricos quatuor inuenit decimo Augusti, viuos, candidos, latos, exigua crassitudine, circumuoluẽtes se visceribus, & intestinis forinsecus. maior ex illia quatuor, digitos fere decem lõgus erat, latus dimidium. Alias in cyprino latò fœmina sub finem Maij, restaturi dem Zoographus se vidisse Lumbricos aliquot, ad digiti longitudinem, vnum albicantem. Insecta hos etiam in vita patiuntur. Gignitur Vermiculus circa fauces Locustarum posteaquam pepererint, qui eas strãgulat. Est & Araneus in Phalangij genera connumeratus, lanuginosus, capite grandissimo: quo dissecto inueniri scribit Vincentius vermiculos duos. Nascitur & ex pinguedine Blattæ Vermiculus teste *e* Plinio.

e Lib. 29. 6.

SYNONYMA. GENVS. DIFFERENTIÆ. Descriptio.

IVmentorum Vermina apud Hippiatros Latinos non Lumbricos, sed tormina intestinorum, vt vult Mercurialis, significant. Τέρηδόνες sunt Lumbrici equorum in Hippiatria Absyrto, ait enim, τὸ τῶν τερεδόνων γένος εἰσὶν οἱ σκώληκες οἱ τοῖς ἐντέροις ἐν τῇ κοιλίᾳ, οἱ πλατεῖς ἐν τοῖς κοπρίοις ἀφεδδυόμενοι ἐμπλήκοντες τῇ ὀκροφῇ τοῦ σφιγκτῆρος. Paschalius in libro de gloria equi, Vermium tres species recensens, eos qui in ventre nascuntur ait, esse crassos & albos, qui in gutture breues, rotundos & crassos, qui aliquando in intestinum rectum descendunt: tertiam vero speciem intra costas natam, longam esse, tenuem instar capillorum: & à Veterinarijs Italis quibusdam appellari Scorzeri, aut Filandre. Ruinus distincte sane quatuor Lumbricorum genera enumerat, quæ in equi intestinis nascuntur: quædam enim crassa sunt lata, & breuia in modum fructus pistachij sanguinei coloris, quæ quandoque offendunt, ac mordent intestina superiora, & ventriculum, quem quandoq; rodendo perfodiunt, vnde fit, vt in gutture hæcce nasci existimauerit Paschalius: alij Lumbrici sunt longi, rotundi & albi, qui teretibus in humano corpore nascentibus respondent. alij vero sunt parui, ac tenues Tarme Italis veterinarijs dicti, qui vt inquit, quandoque cum stercore per intestina transeunt, magnaque copia se insinuant foramini intestini recti. hos credo esse Ascarides, quia etiam & alia iumenta, mirum in modum lacessere solent, sed existimandum est hos Ascarides non in alijs intestinis generari, quam in intestino recto, quemadmodum in homine fieri solet. Quarta Lumbricorum species est breuis, crassa instar fabæ, pilosa, quæ se parti intestini recti interiori applicat, quandoque extra prope ani foramen foris conspicitur. His addantur, quæ Brassauola scripsit de Lumbrico cucurbitario. Narrat enim de pullis equiuis Herculis Illustrissimi Ferrariæ Ducis, cum decem ex illis aperti fuissent, in omnibus ingentem Vermium copiam inuentam fuisse, qui totum ventriculum integre occupabant, fuisse autem omnes colore rubro, & seminigro, forma seminis cucurbitæ: hos ego arbitror esse eius specici, quam primam inquit Ruinus, quamuis nonnihil ex descriptione differere videantur Scribit enim alibi *a* Ruiuus se aliquoties vidisse in equis mortuis, cum scapello aperirentur, prope orificium stomachi plusquam centum Vermes, colore sanguineos, magnitudine pistachij fructus, qui primam stomachi membranã erolerant, ita vt ad secundam peruenissent In ceruis prope vertebram ceruicis nati, magnitudine haud minores sunt ijs Vermibus, quos maximos carnes putres edunt teste *b* Aristotele. Qui in cerebro ceruino fiunt, instar seminum cucurbitæ latorum existunt, in qua mortui videntur, in vino reuiuiscunt. Tales affirmatunt medici præclarissimi se vidisse: & inprimis *c* Volcherus Coiterus similes se deprehẽdisse scribit, Monspessuli, in caua ouis vena, cum in diebus canicularibus, cum eruditissimo clarissimoq; Laurentio Ioubertо, ad prædium suburbanum D. Rondeletij spaciatum iret. Prodidit Isidorus Vsciam vermem porci sic appellatam, quod vrat. Vbi enim momorderit, adeo locus arder, & intumescit, vt statim vesicæ fiant. nec aliam huius animalculi descriptionem tradit. Vermiculus sub lingua cannm λύσσα & λύσσα Græcis vocatur, quod alioqui proprie caninam rabiem significat: Nam hoc Vermiculo exempto infantibus catulis docet Plinius canes nec rabidos fieri, nec fastidium sentire. Alij vero hunc Vermiculum animal esse negant apertissime; sed neruosam quandam congeriem sub lingua delitescentem, à Vermis specie atque affectu rabiem inferentem: inflammari autem, atque accendi huic animanti sanguinem melancholicum aliosque circumfusos humores, caniculæ potissimum ardoribus, ac concepto ex putredine contagio, rabiem furoremq; concitari adeo, vt extumescente lingua ac neruo, qui illi subest, os spuma exitiali, & contagiosa saliua redundet. Μυῖαι sunt Hesychio Vermes; qui in carnibus nascuntur, fortassis ita dicti sunt ἀπὸ τῆς μυίας, id est, Musca; quod hæc eiusmodi animalcula in carnibus pariat. Hippocrates autem non vnico in loco celebrat carnium Vermes caudatos: quales autem ij sint, nondum mihi videre contigit. *d* Isidorus Tarmum Vermem lardi appellat. Vermes stercorarios apud Hippocratem interpretantur σκώληκες κοπρίων. Ar ne quis putet Hippocratem Vermes quosuis in stercore animantium nascentes intelligere, vt fecisse videntur; qui Hippocratem tradiderunt; notandum est Hippocratem Vermes Scarabeæi; quẽ κοπρίωνα vocat, intelligere, qui in iumẽrorum stercore nascuntur. Qui in caseo putrefecto oriuntur; Melders à Germanis nominantur. Qui in faucis Apum quibusdam nascitur apud *e* Plinium Clerus vocatur. *f* Aristoteles nasci Vermiculum ait fauos Apum infestantem, quem alij Pyraustam vocant. Hesychius quoque id vocabulum agnoscit.

a De morbis Equi lib. 4. cap. 1.

b Hist. 2. c. 14.

c In append. obser. anat. & Chirur.

Vscia Vermis porci.

Lyssa Vermis sub canũ lingua.

Equorum Vermes in ventre & intestinis nascentes quot sint generum.

Filandre.

Catinium Vermes.

d Orig. 11. cap. 5.

e Li. 11. c. 18.

f Hi. 8. c. 27.

GENERATIO.

VErmes iumentorum; præcipue equorum; in intestinis nati, non aliunde prouenium, quam vnde hominum, nimirum ex cibis crudis, & non digestis, sed potius corruptis, qui à magna pabuli copia, & prauis herbis generari solent. Discimus ex *a* Galeno Ascarides plurimos in iumentis gigni, cibum male concoquentibus, quorum malam concoctionem fœtor indicat excrementorum. Montanus causam, cur in iumentis magis, quam in homine Ascarides generentur, adferre conatus est, vbi scribit id fieri, eo quod calidiora bruta sint homine; esse autem calidiora probat, quoniam conficiunt paleas & stramina, quæ minime homo potest conficere; Igitur, inquit Montanus Ascarides, cum gignantur à maiori calore, iure merito in brutis calidioribus potius fiunt, quã in homine. Huius Montani tres hic errores grauissimos demonstrat *b* Hieronymus Mercurialis. Falsissimum enim esse scribit primum Ascarides a maiori calore generari. Nam animalia, inquit, maiora necessario requirunt maiorem calorem, qui extendar in omnem dimẽsionem, iam vero Lumbrici teretes, & lati sunt multo maiores Ascaridibus; quare necessario requirunt maiorem calorem. Præterea, quæ pluri indigent calore animalia in sui generatione, ea iure debuerunt procreari in calidiori loco. Sed alij Lumbrici ab Ascaridibus gignuntur in locis calidioribus, nimirum in intestinis superioribus, quare iure in sui generatione requirũt maiorem calorem. Ad hęc fiunt alij Lumbrici in ætate calidiore. Ascarides vero in ætate minus calida; Itaque hac etiam ratione videtur Ascarides egere pauciori calore in sui generatione. His rationibus primum errorem Montani explicauit Mercurialis, quando inquit, Ascarides fieri à maiori calore. Secundum in eo commissum ostẽdit, vbi inquit Montanus, bruta esse calidiora homine: tertium vero, quod probet leuissimo argumento bruta esse homine calidiora, quia paleas conficiant, quas neutiquam homo conficere potest. horum autem posteriorum errorum refutationem pluribus argumentis ab Hieronymo Mercuriali conscriptam lubens prætereo, vtpote huc parum pertinentem. Cur autem Ascarides in iumentis potius, quam in homine fiant, aliam dat rationem Mercurialis, nimirum quia bruta magis vitioso vtantur alimento, quam homo: præterea quod frigidiora sint, & ratione frigiditatis fiant in ipsis ciborum corruptiones idoneæ ad generationem Ascaridum. Nam Aetius & Paulus dixerunt hosce generari propter vitiosum alimẽtum, propter frigiditatem, & propter corruptionem. Vermium in capite cerui nascẽtium causam assignat *c* Cardanus cornuum magnitudinem. Quod enim, inquit, superfluum est in radicibus, exeditur ab his, non ob cornua iam facta, sed cerebri temperiem: multum enim humidum terreum abundare in eo necesse est. Quod si vel cornua minora essent, vel caput maius; aut incrementum tardius, hęc necessaria non adeo fuerant. Caprarum & ouium Vermes in capite consistentes, in cribriformi osse non aliunde prouenire, quam ex narium muco existimat *d* Ioubertus. Quod caseus Vermes producat non vsque adeo mirum videtur. nil enim lacte facilius accẽlerius corrumpitur Cardan. diceret in caseo fieri Vermes, nõ quod pinguis solum sit, sed quod terreni, quid vna in se habeat. Siquidem animal mistum est ex terra, & aqua, & sicco, & humido, vt ait: vnde in pinguibus valde, vt oleo & adipe non generatur animal, quia terrea pars deest. Clerus siue Pyrausta fit in fauis amaræ duritia ceræ, vt loquitur *e* Plinius, cum fœtum eduxere Apes, morbo aut ignauia, aut infœcunditate naturali.

a Sect. 32. aph. 25.

Ascarides cur plurimi in iumẽtis generetur.

Montani errores

b Lib. 3. de mor. puer. c. 7.

In cerui capite cur Vermes.

c de variet. rer. 7. c. 33.

d Parad. 7. decad. 1.

Caseus cur vermiculetur.

Cleri generatio.

e Li. 11. c. 16

SIGNA, PROGNOSTICA.

QVi in equorum intestinis delitescunt hisce signis se produnt, vt tradit *a* Hippocrates, se in solum equus abijcit, crebroque volutatur, & admouet caput vtero; caudam sæpius iactat, atq; solito frequentius hinnit. His addidit. Ruinus iumentum mœstum esse veluti melancholicum, demisso capite, macrum esse, & pigrũ tardumque ad motum, sine ventris tumore, ac vbi se voluit, inspicere ventrem, lumbos, pectus, quandoque caudam. vbi autem malum maius euasit, & mors appropinquat (sæpe.n, vt ait Hippocrat.

a Veterin. med. lib. 2. c. 85.

vitium

Mortis ſigna in eqs Verminatibus.

vitium hoc inuictum remedijs non cedit) frequenter lamentantur, ac ſuſpiria edunt, lacerantque dentibus lumbos, ac pectus. Aſt ij Vermes, qui piſtachij fructum magnitudine æmulantur, ad ſtomachum ſæpe cum adſcendant, & partem eius maxime ſenſilem rodant, ac mordeant, ſepeq; mortem repentinam adferant, cognoſcendi etunt. cognoſcentur autem ex cibi faſtidio, triſtitia qua affliguntur, ſtomachiq; dolore cuius alia erunt indicia, præſertim ſi Vermes cum humoribus acribus miſti fuerint. Deinde patientes equi, vbi membranæ eroduntur; ſtomachi virium imbecillitatem patiuntur Stercus pinguedine quadam commiſtum exceruunt; vbi febris ſuperuenerit, nunc calor, nunc frigus accedit, ſudores diaphoreticos appellatos, frigidos mortalesque emittunt; qui aliquando in tanta etumpunt copia, vt guttatim in terram diſtillent: incipiunt autem, vt plurimum à partibus infra venrrem ſitis, deinceps à capite per totum corpus exceptis ijs partibus, quæ exterioreſ ſunt: oculi naresque abundant excrementis, os languidum; emortui quoque apparent oculi fixique in terra, verſus cerebrum retracti, cauique, & nube quadam circundati. Vbi mors in propinquo fuerit, ægre reſpirant, concutientes latera, valide aperiunt nares, ob compreſſionem diaphragmatis: venter inflatur, aures & teſtes frigidi, in inteſtino recto calor ingens, qui ſentitur facile, ſi manus aut digiti ano immittantur: difficulter quoque excrementa excernunt tum alui, tum veſicæ, torquentque caput & quatiunt. Difficulter admodum hoc mali genus in iumentis ſanatur, vt plurimum autem mortem adfert. Vermes autem piloſi in ano conſiſtentes præterquam, quod in foramine ani apparent, vbi inteſtinũ inuoluunt, etiam anum cauda quatiunt, ac fricant, quandoque ad murum ſtabuli anum atterunt.

Piloſorum Vermium ſigna.

VSVS IN MEDICINA.

Vermium canis vſus.

VErmes, qui ſub lingua rabidi canis inueniuntur exciſi, & circum arborem ſterilem ter lati & dati, qui ab eo morſus fuerit, ſanabũt, vt prodidit Sextus Philoſophus in medicina animalium; idem teſte *a* Plinio, ter igni circumlati dantur morſis à rabioſo, ne rabidi fiant. Aliqui Vermem, vt idem tradit, è cadauere canino exemptum alligant contra pauorem aquæ. Vermiculus canis mortui, vt ait Sextus Philoſophus, collo ſuſpenſus ſanat morſum canis rabidi. Ad conceptum mulierum hoc ceremedium celebrat *b* Hippocrates: Vermem, inquit, carnium, qui caudam habet accipito, & de ipſo tres, aut quatuor partes ſumito, & origanum tenue ſimul cum roſaceo vnguento terito: & hoc ad vteri os apponat. Alibi quoque vt mulier concipiat ſecundam mulieris, & Vermium carnium capita, & alumen Ægyptium cum adipe anſerino diluit, & in lana ad os vteri apponit. Lanuginoſi eius Phalangij duo Vermiculi, qui in eius diſſecto corpore inueniuntur alligati pelle ceruina mulieribus ante ſolis ortum præſtant eis, ne concipiant. *c* Vincentius.

Lyttæ vis.

a *Lib.29.c.5.*

b 1. *de mor. mulier.*

Caſei Vermes.

c *Lib.10. c.167.*

VT FVGENTVR, ET OCCIdantur.

Victus ratio.

CVrantur inteſtinorum animalia in equis, cætetisque iumentis, hoc modo. Victus rationis cura habenda; nilque dandum antequam, quod prius ingeſtum erat, concoctum ſit, nec tardius ſolito, nec doloribus & cruciatibus acerbis crucientur afflicta iumenta, ne ue ſtomachus corrodatur, partesque vitales afficiantur, quod in ieiunio fieri ſolet, cum deeſt alimentum, Vermibus ſemperalioqui nuttiri conſuetis. Dabitur pabuli loco ſtramen hordei; ſale nitri conſperſum: aut hordeum, furfure ſue cocta, & refrigerata: aut folia perſici, ſalicis, aruodinis, lupini viridis, ſummitates etiam lauri; vel panes ex furfure facti cum puluere agarici, dictamni, ſeminis naſturcij, aut cum radicibus cucumeris ſylueſtris, raphani, centaureæ, ireos, conciſis minutiſſime. Furfures cum ſulphure aſſerunt eſſe præſtantiſſimum remedium, ſi tribus, aut quatuor diebus, mane ieiuno ve ſtomacho dentur, vnciæ vnius pondere, & mediæ. Potus ſit aqua cum ſale nitri, aut aqua hordei, aut decoctum pœoniæ, ſeminiſve ſancti: aqua mellita potiones factæ cum farina lupini, aut frumenti ſeu tritici. Scire autem oportet, ſi ingentes cruciatus affligant iumenta: ij vbi adfuerit confeſtim occidendi, ne tractu temporis mitioribus medicamentis non cedentes, partes membranoſas inteſtinorum corrodant. Itaque quod ſi in ſuperioribus inteſtinis Vermes conſederint, aut in ſtomacho, occidendi & è corpore propellendi cum pilulis, & potionibus reliquiſque medicamentorum formis, quæ per os aſſumi ſolent, vbi vero in craſſioribus inteſtinis fuerint, clyſteres & ſuppoſitoria præſcribenda, ſi vero medio ſint loco, & clyſteres, & potus proderunt. Dandi erunt potus maxime ieiuno ſtomacho: quapropter nihil præbendum pabuli ea nocte, quæ potionem præcedit, ſit hæc tepida oportet. Infundendum itaque per os mane, ſi neceſſe ſit, per tres dies continuos, quatuor cyathos lactis ſingulis vicibus, ſequente quarto die aloe tribus lactis cyatis miſcenda, ac propinanda, aut aqua mellita. Aut dabitur potui puluis radicis dictamni cum vino albo, aut puluis ſeminis centaureæ cum lacte, aut ſemen Zedoariæ cum viuo tuſum, quod Vermes in quauis corporis parte conſiſtentes ſubito necat Succus perſiccariæ potus idem facit, aut puluis. efficax etiam eſt ſuccus abſynthij & menthæ, ſi partes ſumantur æquales, cum modico aceti: aut ſulphur tritum cum oleo omphacino mixtum: aut decoctum lupini cum ſcamoneæ modico: aut ſemen naſturtij cum vino: aut radix filicis ſiccata in ſole, ac trita tenuiſſime cum aqua mellita, aut vino: aut oleum omphacinum

Potus.

A ſolum in magna ſumptum copia. Succum braſſicæ cum oleo nitroque per oleum & nares infundit Hippocrates. Paratur & ab eodem hoc medicamentum, quod recipit ſquamæ æris, caricarum, & atramenti ſutorij ſingulos ttientes leuiſſime tritos, & in collyria formantur magnitudine, qua nares ſunt capaces, per quas inijciantur. Coſſos, Vermes, vel Tineas, inquit *a* Vegetius, & cætera animalia ventris extinguit, ſi heminam cineris ex oliuæ ligno arido collecti, cum hemina olei viridis per ttiduum dabis ad cornu Alia quoque apud eundem confectio, quæ eandem ſæpe mortiferam librat paſſionem: pulueris ſantonici itemque abſynthij pontici, nec non lupini crudi, & herbæ centaureæ, & eruipollinis, & ſeminis raphani vncias binas mittis, addiſque cornu ceruini vnciam (addunt alij apij ſeminis vnciam vnam) ſynopidis Pontici paſtillos tres, opopanacis ſemiunciam, vini tenetani, vel alterius auſteri ſextarios duos, olei viridis ſextarium, quæ tepefacta ita animali diffundis, vt per os cornu accipiat in decliui conſtitutum, quatenus ſuccus facilius ad interiora peruenat. Poſtero die idem animal conſtituatur in cliuo, & per clyſterem inteſtino illius tepidæ potionis ſextarius ingeratur, quatenus alternis diebus ex vttaque B parte mieſta potio coagulate, quod appellatur, poſſit infundere, in quo innoxiæ illa beſtiolæ coguntur, & pertuſo ventriculo excruciata doloribus animalia pereunt. Eſt & tertia apud eundem Vegetium confectio non minus valida: radices capparis Siculi, vel baccas cum folijs ad vnam libram deteris, pariterque commiſces, addiſque (ſextarium vini, capperis heminam, & ſeminis erucæ, tere ſimul & miſce addens aceti H S) aceti ſextarios duos. Quod medicamentum interdum per os (vt ſuperius dictum eſt) interdum per inreſtinum inijcis animali, vt internos hoſtes potionis auſteritate conſumas. Loco etiam potionum pilulæ in os intrudendæ magnitudine vuæ factæ ex melle communi, & vncia vna aloes hepaticæ, aut pinguedine porcina, & pulueris aloes vncia vna. huius loco, & ſumi poteſt puluerisentaureæ, aut farinæ lupini quantum ſatis eſt, ſi miſceantur in maſſam. Clyſteres ex prædictis decoctionibus fieri poterũt, aut ex oleo omphacino, in quo incoquantur ruta, aut matricaria, aut artemiſia, perſicaria, folia perſici, aut centaurea, cum aqua mellis, & hiera picra. Suppoſitoria ſeu glandes quoque parari poterunt ex melle communi, & ſale gemmæ; aut ex lardo porci, ſale conditi inuncti cum oleo laurino. Sed antequam ano immittantur excremẽta alui manu vncta, cum C oleo laurino, aut communi eximenda, itemque Vermes, qui inteſtinis adhæſerint deradendi digitis, & extrahendi. Dum præſcriptis remedijs vtimur, non erit incongruum inungere ſæpius nares, cum vino, & meliſſa ſimul mixtis; & cordis regionem cum aloe & oleo, aut theriaca, vmbilicum cum felle tauri ad necandos Vermes, & defendendum cor, ne ab ijs offendatur. Vitulorum quoque Lumbrici hoc fere modo extirpari poterunt, & aliorum iumentorum. Sed vitulis maxime omnium nocere Lumbrici ſolent, qui fere naſcuntur à cruditatibus. Itaque moderandum eſt, vti ſuadet *b* Columella, vt bene concoquant; aut ſi iam tali vitio laborant, lupini ſemicrudi contetuntur, & offæ ſaluiati more faucibus ingeruntur: poteſt etiam cum arida fico & eruo conteri herba ſantonica, & formata in offam, ſicuti ſaluiatum demitti: facit idem axungiæ pars vna tribus partibus hiſſopi permiſta. Marrubij quoque ſuccus, & porri valet einſmodi necare animalia. Hæc Columella. Canes cum Lumbricis infeſtantur, ſcribit *c* Ariſtotel. herbam tritici commedere. Tradunt ſeduli rerum naturalium inueſtigatores coaceruari Vermes in inuolucris inteſtinorum cerui, & ſerpẽtium eſu enecari, quos ſpiritu narium ex cauernis elicit, & ne illorum virus ci obſiſtat ad fontes aquarum properare. Mirum dictu, quod D narrat *d* Pliuius, ter circumlato verendis palumbo, vbi iumentum Vermina patitur, palumbum emiſſum mori, iumentum liberari confeſtim à Vermibus. Quicunque Vermiculi in auribus equorum, vel ab vlcere, vel ab alia quauis putredine, vel ab animalibus, vt Muſcis immiſſi fuerint, pelli aut extingui puluere centaureæ minoris, ſi aues impleantur, & obturentur linteo per aliquod temporis ſpacium frondium perſici mali ſuccus, aut cucumeris ſilueſtris ad eundem caſum valete poterit auribus inditus. Vbi animal quodpiam piloſum, aut lanigerum, vel etiam homo ipſe ob acceptum vulnus, vel aliter Vermibus ſcatebit, ſi ex pilis eius, vel lana quidpiam ante ſolis exortum occultaueris ſub cortice eius arboris, quam vulgo Tremblam vocant (populi nigræ ſpeciem eſſe cenſet *e* Mizaldus) & aliquot dies id facere perſeueraueris, videbis miraculo quodam Vermes decedere, vel emori, vel ſtationem deſerere. Sunt qui betulæ id etiam adſcribant, nec non radici ſylueſtris cichorei, in modum crucis, collo appenſæ. Quod Mizaldus in cane obſeruatum vidit, cui à Vermibus exeſa propemodum erat altera auriculatum. *f* Vegetius ad equi Verminoſa Vulnera, aut vlcera hæc ſcribit: Si, inquit, in dorſo aut quacunque corporis parte cœperit habere Vermes, & timetur, ne putredo vulneris tranſeat in E cancrum, nepitam, & cedrinam ſiue ciminum, vel cicutam conteres ex aceto, & impones. Calcem quoque viuam ex aceto acerrimo temperatam necare Vermes experimenta docuerunt. Si Vermiculus dorſo putredinem fecerit, vtiliſſimum eſt cauterizare ſubtiliter, poſtea viſcum cum melle & vino conterere, & imponere. Pannos quoque minutos cum oleo & aceto vulnera purgare manifeſtum eſt. Quo facto ſi neceſſitas fuerit, vſtio rurſus adhibetur. Ad vltimum cornu caprinum combuſtum & contritum valet, vlceribus ſuper inſpergitur, vt recuperetur, & ſanitas ei detur.

Hactenus Vegetius. Quidam etiam aqua frigida itrorant vlcera iumentorum, ſicque Vermes enecant.

a *Artis vet. lib.4.c.10.*

Pilulæ.

b *Li.6.c.25. de reruſt.*

c *Hiſtor. 9. c.16.*

d *Lib 31.ca. vlt.*

e *Memorab cent.8.*

f *Lib.3.art. veter. c.2.*

CAPVT IV.

DE PLANTARVM VERMIBVS.

PLantis omnibus, vt herbis, fruticibus, arboribus, sui sunt Vermes, quos generatunt: veluti ex ijs, quæ dicentur, fiet perspicuum. Nec certam destinatamq; partem habent plantæ, ex qua sua animalia producuntur, sed quandoq; ex varijs earum partibus ea oriuntur, quæ multum inter se differunt, veluti ex semine, fructu radice, folijs, fructibus, floribus alia oriuntur, quam ex caule truncoue. Atq; hæ omnes plantarum partes Vermes producunt. Vermiculus, qui nascitur in pimpinellæ radicis granulis rubris existit. In radicibus arborum uatus Vermis maxime ipsis exitiosus existit Arbor enim quantacunq; sit, & hæc floreat, fructusq; proferat vberes, non potest non exarescere, si Vermis in radice lateat, aut si non exarescat, amarorem quendam per omnes fructus, ac ramos diffuudit, perq; ipsa fructuum semina. Ruri in meo agello Vermem, dum in radice mali armeniacæ maioris existeret ipsam arborem penitus exsiccasse deprehendi. Sunt q; fidi testes, qui in radicibus quercuum Vermem adeo veneficum innasci credant, vt calcatus solum planras pedum excoriet. In frugum vt hordei, & auenæ radicibus Vermes quoq; generantur teste *a* Plinio: idem in cæpa accidit. Sentiunt & semina Vermiculos, vt fabæ, & milij. Inter frumenta Vermes maxime sentiunt triticum atq; cicer: sed non eadem in parte vtrumque vt scribit *b* Theophrastus: Verum alterum in fructu, vt cicer, alterum in radice scilicet triticum. *c* Alibi idem autor hordeum solum, & triticum Vermibus obnoxium esse scribit. At reclamat veritas, & repugnat superioribus, vbi sic scribit: Σκώληκες ἐγγίνονται τοῖς ἄγροις, καὶ τοῖς λαθύροις καὶ τοῖς πίσοις: id est Vermes ciceri, cicerculæ, pisoq; inuascuntur. Sed tollit, id dubium (vt ait Iulius Scaliger in suis ad hosce Theophrasti libros doctissimis commentarijs) aduerbium μόλις: quanquam putet fabam, & cicerculam plus pati à Vermiculis, quam triticum Idem Theophrastus, quod obseruauit Athenæus, Lupinum, eruum, cicer, sola ex leguminibus animal non parere, ob amarorem, & acrimoniam, cicerq; nigrescere (μέλας γίνεσθαι, legit Dalechãpius μίγας, vt in vuigato codice.) idem eiusdem operis de plantarum caulis quarto Erucas ciceri innasci tradit. Quapropter quomodo verum erit cicer non ζωοῦσθαι (quo verbo vtitur Theophrastus) cum statim sequatur geuerari in cicere κάμπας? ζωοῦσθαι enim granum dicitur, quod ζῶον ἐμφύει, in quo animal innascitur, id alibi θηριοῦσθαι dixit Theophrastus, sed vt hoc dubium tolleret Dalechampius ζωοῦσθαι exponit Curculiones parere Vermiculum triticum comedentem κιόνα appellauit Galenus in expositione vocum Hippocraticarum. Idem quoque Theophrastus autor est in omnibus seminibus acribus, & acerbis nasci bestiolas seu Vermes, vt nasturcii, porri, sinapi, & similibus, quæ infirmiora cum sint, diu non durant, ad cibum, aut seminandum idonea. Fructuum quoq; varia genera huiusmodi virio infestantur. poma vero ipsa per se quibusdam annis: mala etiam, pyra, mespila, punica. in oliua ancipiti euentu, quando Vermes uari subeunt fructum, eum adimunt: augent si in ipso nucleo fuere, erodentes eum id sane mirum, cum fructus oliuæ amarissimus existat. Vermis inquit *d* Theophrastus oleæ natus sub cute fructum adimit, at in ipso nucleo genitus prodest. Et in drupis quoq; oleis Vermes nascuntur, qui ad iacturam peiores certe deprehenduntur, & marcidi putresq; omnino videntur. Κάρπη vocantur apud Theophrastum Vermes, qui in oleis nascuntur, apud quem sic legimus πῖς νοσοῖς ἐπὶ τῶν ἐλαίων τὰς κάρπας γίνεσθαι, vt σὺν τῇ ἀμπέλῳ γίνονται οἱ ἴπες Sed putat auror Thesauri linguæ Græcæ reponendum κάμπας Erucas, sequendo ea, quæ idem philosophus tradit eodem opere, & Plinius. Sunt ex eadem causa (idest cum deflorescentem oleam percussit imber) nascentes, & Erucæ dirum animal, eroduntq; frondem, aliæ florem. Sed à Vermibus corroditur fructus sorbi super arborem crudus adhuc magis, quam mespila pyraque, quamuis maxime omnium sit acerbus. Fructus quoq;, vt vuarum, animal innascitur ęrugini simile, Crambus vocatur apud *e* Theophrastum. Auellanæ quoq; fructus Vermem patitur, qui ipsum fructus uucleum consumit, & corticem pertundit In conis cedri maioris nasci videmus Vermes teretes digiti crassitudine sine pedibus. Cardanus in eisdem Vermem oriri asserit fabæ longitudine capite Formicæ, sed depresso, corpore rotundo, duobus in anteriore parte circulis, loricis duodecim, tetnis vtriuq; sed iuxta caput pedibus, vt partim repat, partim gradiatur, sitq; medius inter Vermem, & Formicam. In spinosis quoq; herbarum fructibus cernuntur vt Vermes asperi lanuginosiq; in dipsaci fructu, qui admodum echinatus est. Repperi patuos, atq; candidos in spongiola cynosbati, quæ quidem foris pilosa, & mollis, in medio autem tam duræ, ac solidæ substantiæ, vt vix acuto instrumento pertuudi queat Tantum industriæ natura posuit his animalculis conseruandis, quæ nisi in tam dura materia atq; exterius pilosa constituerentur per rotam hyemem, cum sint frigoris impatientissima, perdurare non possent. Verum ex hisce animalculis fieri Cantharides, docet Aristoteles, & Plinius, id tamen à me nondum obseruatum fuit. In folijs quoq; atque caule plantarum quarundam Vermes inueniuntur, item trunco, & arborum lignis. In apio nigro Diouysij apud *f* Pliuium, & in caule apij fœminæ nascunrur Propterea eos sterilescere *g* Baptista Porta Neapolitanus scribit in vtroq; sexu, qui hanc ederit. Inueniuntur, & in rutæ folijs, vt perhibet *b* Cardanus. Cephalocrustes Vermis dicitur, qui se folijs persici inouoluit. Sed qui vitis, Inuoluulus Festo dicitur. in gramine item inueniuntur Vermiculi. In albuco gignuntur, qui in aliud animal volarile floridumq; transfiguranur. quod cum herba florere incipit, eroso statim operculo euolat. Intra arundinum nodos Vermes nascuntur albi, quorum alij abscissis arundinum internodijs, transformantur in Papiliones, alij in mures, vt ex Bresilia scripsit Iosephus Iesuita anno 1560. traditq; hunc vermem apud Peruacum nuncupari Rhau, esseq; humani digiti modo grandem. Saccharum, quod etiam ex arundinum cauitatibus eximitur rubicum dum vermem producit Herbicidæ olerum vermes vocantur apud Palladium. Τρωξαλλίδες Vermium genus videtur apud *i* Athenæum, vbi, inquit καὶ δὴ καὶ τὰ λάχανα τρωξαλλίδες, vt sunt Erucæ & aliæ bestiolæ, à quibus olera arrodũtur, & depascuntur Est inquit *k* Ælianus suus & brassicæ Vermis, quem ab eodem olere Græci κραμβίδα nominant Existimant immunes à Vermibus esse saluiam, buglossum, borraginem, & alias quasdam herbas Cucurbita vndiq; quamuis turgeat, nec rimis hiat, nec Vermibus obnoxia est, vnde prouerbium κολοκύνθης ὑγιέστερος cucurbita sanior, quod Suidas & Xenodotus retulerunt mirum est & in absinthio Muscas innasci, quæ Vermes sunt, quorundam sententia, cum id sit amarissimum opertunumq; remedium arceudæ putredini. Lactucæ quoq; Vermiculi innascuntur, vt Erucæ Vermiculantur magis minusue quædam arbores, teste *l* Plinio, omnes tamen fere, idq; aues caui corticis sono experiuntur. Cossos vocant Vermes prægrandes in iisdem genitos. Maxime autem hoc vitium sentiunt arbores Pyri, mali, fici, minus quæ amaræ sunt, & odoratæ. Eorum qui in ficis existunt, alii nascuntur ex ipsis, aliosq; pariunt, qui vocatur Cerastes Omnes tamen in Cerastem figurantur, sonumq; ædunt paruuli stridoris. Et sorbus arbor infestatur Vermiculis, ruffis, pilosis, atq; ita emoritur. Mespilus quoq; in senecta, obnoxia ei morbo est. *m* Theophrastus quoq; testatur Mespilorum omnium genera à Vermibus corrodi, vermesq; istos prægrandes esse, & alios esse, quam qui in reliquis cetnũtur arboribus. Idem etiam *n* Theophrastus autor est sub cortice roboris vermiculos nasci, caudicem per summa inscribentes, quibus signis pro sigillis antiquitus vsi sunt, antequam sigilla essent inuenta, Lycophron in Cassandra.

Τάδ' ἄλλα θερπόδρωτος ἄψαυστος δέμων
Σφραγὶς δικαιοῦσθαι θαῦμα δυσχόροις μέγα.
Reliqua porro Vermiculatum non tangens ædes
Sigillum seruabit, magnum incolis miraculum.

Atq; huius rei inuentorem Herculem statuunt. Ligna quoq; Teredinem senriunt, & alios Vermes, de quibus postea. E singulis plantarum fere generibus, dum sub fimo equino sepeliuntur, Vermium ac serpentium proprias species generari testatur *o* Cardanus. Prodidit *p* Plinius quosdam putare, quod ocimum commanducatum, & in sole positum vermes adferat. Si nucum iuglandium cortices vitides contuseris, & in aquam immiseris, deinde terra ea madefeceris, aut conspserseris vt scribir *q* Carolus Stephanus nascetur vermium copia vtilis admodum piscatoribus.

VICTVS.

QVemq; Vermem in sua natum arbore, in aliam translatum non viuere scribit *a* Theophrastus. Nec absre alimur enim iis ex quibus constamus. Ergo ex hac, aut illa si constar Vermis (ex eius enim substantia concreatus est) ex ea tantum victum ad vitam comparare potest Vermes peculiari quodam nomine dicitur Cerastes, is eam habet naturam propriam, vt quando magna Vermium pars specie formaq; inter se differant: discrimen tamen præcipuum in his est, quod in alia arbore fructuue nati, trãslati in aliud genus seruari nequeunt. Cerastem autem, & in olea nasci, & in fico parete asseuerant. Meminit *b* Albertus Magnus Vermis serpentini, qui iacet inter herbas, hunc comedere alios Vermes sui generis asserit. Narrat Ioachimus Fortius se vidisse, qui ex auellana, quæ Vermem continebat, affirmabant serpentem magnitudine & forma educasse: nam nuce vsque ad Vermem diuisa, eoque illæso, uucem in lacte condebant, & vas soli exponebant, sed ita vt Vermis à sole haud tangeretur Ob id ea parte qua sol radiabat, vas contegebant, ita multis diebus alebant. Post lacte addito rursus exponebant soli: lac autem ouillum esse oportet. referunt etiam Vermem, qui in rutæ foliis inuenitur, iisdem educatum viginti diebus superuiuere.

ORTVS. ET GENERATIO.

LActantius in plantis, ex rorida quadam materia animalcula nasci ait, sine aliqua permistione sexus. In frugibus nascuntur Vermiculi, vt auenæ radice, cum sementem, vt loquitur *b* Plinius, imbribus secutis incluserit repentinus calor humorem. Gignuntur & in grano, cum spicæ pluuius calor inferuescit. Vt autem in homine Lumbrici generantur ex dulci pituita, ita in frugibus Vermes ex dulci succo. Quapropter *c* Theophrastus causam assignat, cur in tritici radice, & ciceris fructu fiant Vermes, nimirum dulcedinem: sic euim scribit: Euenit vero vt triticum bestiolas ita gignat, quia dulcius quam hordeum est: qua de causa palea quoq; suauior. Omnibus autem quæ dulci abundant succo frequenter accidit Vermiculatio, tum ex propria natura (fere enim calida, & humida sunt) tum, quod gratum Vermibus alimen-

a Lib. 18. cap. 17.
b Lib. 4. de caus. plant. cap. 15.
c Lib. 3. cap. 27. de caus. plant.
d Hist 4 cap. 17.
Grambus.
e li. de caus. plant. 5 c. 13
f Lib 20. cap. 11.
g Phys. li. 6. cap. 3.
h Lib. 7. cap. 28.
i Lib. 3.
k De Anim. 9. cap. 39.
l Lib. 17. cap. 24.
m Hist. li. 3. cap. 12.
n Hist. c. 1.
o Lib. 8. de subter.
p Lib. 20. cap. 6.
q Agricul. li. 3. c. 34.
a 5. de caus. plant.
b Lib. 26. de Animal.
a De fallar. lig. cap. 8.
b Lib. 18. cap. 17.
c De caus. plant. c. 15.

alimentum præbent: quò fit, vt acida, acria & amara, vix vermes ferant. non hoc tamen perpetuum eſt, quum in oliuis alioqui amatis naſcantur, & alantur Vermes Licet enim amara Vermibus ſint inimica, ſunt tamen in oliua, vti cenſet *d* Coſtæus, ſucci partes aliquæ non amaræ, ex quibus & gigni, & nutriri poſſe Vermes conſentaneum eſt rationi. *e* Plinius Vermiculos ait generari, cum auſtrinæ fiunt pluuiæ. tempore quoq; humido in ijs fructibus generantur, qui producunt acinos Duæ itaque erunt Vermium in plantis cauſæ, procatharctica nimirum, & materialis Procatharctica erit aer humidus ſeu ventus Auſtrinus, vel etiam aer ſiccior, materialis vero cauſa humor dulcis aut inſipidus, ſic enim rurſus alibi planius ſcribit Theophraſtus de vitijs ſegetum agens. Morbi autem, (vt in ſumma dixerim) omnibus ſeminibus, ob alimenti ,, cœliq; temperiem euenunt, videlicet cum plus minuſue alimē- ,, tum præbetur, aut aer immodice humidus ſiccuſue eſt, vel et- ,, iam cum non tempeſtiue humeſcit. Sic enim & Vermes ciceri, ,, cicerculæ, piſoq;, innaſcuntur, & Erucæ Cicerculis cum priuſ- ,, quam fuerint reſiccatæ, dies interim feruidi acceſſerint: ciceri ,, vero cum ſalſugine ablata dulcedinem ceperit: quippe natura, ,, vbique animal gignit, modo calor cum humiditate ratione de- ,, bita coeat Humiditas enim ſeu materia ſubiacet calori ad exco- ,, ctionem conficiendam, quod vel in tritico euenire videmus. ,, Vermes enim eius radice creantur, cum poſt ſementem flatus ,, Auſtrini crebro inceſſerint. Tunc enim radice humeſcente, & a- ,, ere calido, radicem caliditas putrefaciens animalia procreat. ,, Vermis inde enatus continuo radicem erodit. Singulis enim ex ,, eiſdem rebus generationem, alimentumq; natura præſcripſerat. ,, Alterum genus Vermis ingignitur, cum humor effundi nequit ,, concluſus ſiccitate aeris circumfuſi. tunc enim calor confecta ,, putredine animal contrahit. Tunc pabulum idem ei quoq; ſub- ,, miniſtratur. Hoc idem & malis, & omnino arboribus euenire ,, videtur, quæ ex ſiti vermiculantur. Quod enim parum humoris ,, ſit, idque in arbore maneat, putredinem conficit, ex qua Vermis ,, contra enim alimenti copia ſuppetit, tunc enim ſuccus ad ſupe- ,, riora tranſmittitur, & quia largior vincit, nec poteſt putreſcere. Huic proximum, quod etiam vitibus euenit. In his enim auſtro ,, potiſſimum Vermes Ipes vocitati gignuntur, vtpote cum iſtæ ,, humeſcant, atque aer fœtificet, tum ij quoq; materiem ſibi con- ,, generem ſtatim erodunt. Item Carpæ in oleis pari ratione ere- ,, antur, & quæ in reliquis ſolent conſiſtere, & cum germinant, & ,, cum florent vel etiam poſt florem. Enim vero omnia ex ſimili ,, cauſa proueniunt. Sed vitibus hoc potiſſimum euenit, quia na- ,, turæ præhumidæ ſunt. & humor eatum inſipidus ſit, atq; aquo- ,, ſus. Humor enim, qui talis eſt facillime affici poteſt. Nonnun- ,, quam Ipes omnino nequeunt generari, ſcilicet loco placidi ſpi- ,, ritus, neq; humido neque ſuccoſo. Hucuſq; Theophraſtus In- ,, tra arundinum nodos naſci Vermem mirum eſt, quia nulla ibi putredo, nulla aeris admiſtio. Quod vero plantæ herbæue, item carnes; oua, lac in vitreo vaſe poſita, & ſimo equino ſepelita, Vermium ac ſerpentum varia genera producant, id fit, vt ait Cardanus, quia humidum excernitur pingue, quo ſeparato viuens animal generatur. Nec poteſt prohibeti hæc generatio, niſi ab excremento exuſto, dum relinquitur miſtum humido pingui.

d De Vniu. ſtirp. natura
e Lib. 17. cap. 24.

VSVS IN MEDICINA.
& alijs.

AD aures exulceratas & purulentas exſiccandas, laudat *a* Galenus animalcula ex arboribus, veluti rubros Vermes, trita, & ex oleo diluta & inſtillata Eadem ad aurium dolorem commendauit Q. Serenus his verſibus.

Annoſa rubros ſi legeris arbore Vermes
Ex oleo tere, ſic tepidos impone dolenti.

Qui in gramine inueniuntur Vermiculi, ſi alligentur collo, continent partum apud *b* Plinium: detrahuntur autem ſub partu: alias eniti non patiuntur, cauendum etiam ne in terra ponantur. Conceptus quoq; cauſa dantur in potu, quini aut ſepteni. Qui in ligno naſcuntur, vulnera ſanant omnia. *c* Cardanus deſumi etiam in potu venenum, & ad vulnera inficienda, ex Vermibus rutæ innatis, affirmat. Herperi equorum, quem Vermem appellant veterinarij, Vermiculum, qui in cardui ſullonum vertice naſcitur, pennæ anſeris incluſum abſq; offenſa, deſciſſa cute frontis inſerito conſuitoq; vulnus, ſoler viginti poſt dies emori, totidemq; diebus equus liberatur. Sed hæc *d* Cardanus. Hunc eundem Vermiculum laudauit *e* Plinius ad dentium dolorem. De eodem etiam hæc, quæ ſcribit *f* Plinius intelexiſſe videtur: Sunt, inquit, Vermiculi in ſpinoſis herbis aſperi lanuginoſi: hos alligatos protinus mederi aiunt infantibus, ſi quid ex cibo hæreat. legunt alij cxeat. Nam pueri dormientes, aut vigiles quandoq; lac euomunt, id vocant Gallicæ nutrices, teſte Dalechampio, Cailloter. Non falſum, ait Scaliger, de dipſaci Verme, ad quartanam tradit Dioſcorides remedium, debet autem collo alligati, aut brachio ſiniſtro quartana febre affectis Tetedini ſimilis naſcitur Vermiculus in farre, quo cauls dentium cera incluſo cadere vitiati dicuntur apud *g* Plinium, etiamſi fricentur. In malo Vermiculi nati ſæpius huius arboris fructum perdunt, vbi effeta eſt, vbi vero adhuc ad generationem valida eſt, ijdem Vermes ad fructificandum contulerint autore *h* Æliano Ex pimpinellæ radicibus rubentibus, oritur in Polonia maxime Vermiculus, qui curatus ſericis tingendis, præcipue purpuram facit incomparabilem, cæteros colores ſplendore quodam, & hilaritate ſuperantem. Sed audio in Hiſpania coccum eiuſmodi Vermiculum gignere: quod magis videtur rationi conſentaneum quemadmodum cenſet Cæſalpinus. Nam cocci folia non abſimilia ſunt pimpinellæ. Ad humanam eſcam ſuaues ſunt ij Vermes, qui humani digiti craſſitudine in arundinibus Indiæ occidentalis naſcuntur.

a 3. Secund. loc.
b Lib. 30. cap. 14.
c Lib. 2. de Ven. c. 11.
d de Variet. lib. 7. ca 32.
e Li. 30. c. 3.
f Lib. 3. c. 15.
g Lib. 2. cap. 25.
h De Ani. 9 cap 39.
i De Plant. li. 8. cap. 5.

VT FVGENTVR.

HOrtorum Vermiculos aiunt concidere, ſimulier menſibus laborans ſegetem ambiat Vermes generantur tempore humido in fructibus, qui produnt acinos, quapropter eo tempore terebra perforandæ erunt arbores, prope radicem, ſi fieri poteſt. aut locum huic proximum, vt humoris, quibus Vermes producere ſolent, per hoc foramen ſit exitus Occiduntur autem generati axungia porcina, aut hominis vrina foramini infuſa; cui inſunt Vermes, aut calce viua. Sed ſi cortex damnum aliquod patiatur, pluribus in locis findenda, vt humor effluat. In oliua ne naſcantur, prohibent pluuiæ, quæ fiunt poſt arcturum, vti docet *a* Theophraſtus. Leonicerus contra Vermiculos arborum hæc laudat: deorſum ad medullam, inquit, arborem perforabis, foraminique piper, baccas lauri & rutam cum aceto mixto infundes, atque cuneolo cynosbati foramen obturabis. Februario autem Menſe inſitas arbores, earumque fructus nulli Vermiculi rodunt. *b* Gaudentius Merula non fore Vermibus ficum obnoxiam ſcribit, ſiramum ante plantationem in ſcyllam miſeris. Qui vero iam adſunt, perdes calce in exeſas trunci partes, & radicibus infuſa. *c* Theophraſtus ait omnia, quæ lentiſco inſerta terræ mandantur, minus ſentire Vermiculationem. Suadet Carolus Stephanus ne Vermes plantas infeſtent, eas primum rigare oportere aqua, cui immixtus ſit cinis ſarmenti vitium, aut herbas, & arbores ſuffitu ſulphuris viui, defendere. Quidam ſemina macerant in lixiuio cineris ficulnei, aut inijciunt eundem cinerem Vermibus, herbaſque conſpergunt Alij magis laudant ſcyllam, aut fungos nucis comburunt, aut magnam copiam aliorum ſine capitibus, vt propter acrorem, qui inde emanat, emoriantur omnes Plantas Vermibus laborantes monet Cardanus æneo clauo purgandas: æsque amarorem firmum in planta relinquere, ſimiliter fel bubulum ſuper radices ſparſum Vermes enim dulci aluntur, fel autem amariſſimum eſt. Semina frugum, vt fabæ, & milij, cupreſſi folijs mixta, non eſſe Vermiculis obnoxia, affirmat, *d* Plinius, nec ſi interlunio ſerantur: Multi ad milij remedia rubetam noctu aruo circumferri iubent, priuſquam ſarriatur, defodique in medio incluſam vaſe ſictilitia nec paſſerem, nec Vermem nocere; ſed eruendam priuſquam meratur; alioqui amarum fieri. Pro vermibus frugum vt auenæ, & hordei radicibus iuhærentibus, vulgo remedium prodidit eſſe Plinius, amurca pura, & ſine ſale ſpargere deinde ſarrire. A quam niuis non modo ſitim extinguere, ſed & illam vehementius augere phyſici tradunt: Illud tamen peculiare habere commodi, vt Vermes in ſegetibus naſcentes petimar. Varro apud *e* Plinium cæpam, quæ ſale & aceto piſta eſt arefactaque Vermiculis non infeſtari autor eſt. Danda ſeplaſiarijs diligenter opera eſt ne emant coccum infectorium, aut granula radicis pimpinellæ, è quibus Vermes egreſſi ſunt, qui tantum corticem relinquunt. Vbi autem integra hæc ſibi comparauerint, pingui ſucco, aut butyro inungenda erunt. ita enim ne ex hiſce animalia naſcantur, prohibetur.

a Hiſt. 4. cap. 17.
b Memora. 4. cap. 3.
c Lib. 5. de cauſ. plant. cap. 11.
d Lib. 18. cap. 17.
e Lib. 20. cap. 5.

CAPVT V.

DE TEREDINE. ÆQVIVOCA, ſynonyma, etymon.

DE ijs, qui in lignis oriuntur Vermibus, conſequens eſt vt dicamus, hoc eſt de Teredine. Hæc vox pro vrbe Babyloniæ, in qua mures, qui ferrum diſſecare dentibus poſſunt, apud *a* Ælianum ſumitur, pro Verme autem apud *b* Plinium veſtes terente & erodente: ſic enim de prætextis Seruij Tullij loquitur: Minumque fuit nec defluxiſſe eas, nec Teredinum iniurias ſenſiſſe annis quingentis ſexaginta. Abſyrto vero in Hippiatria Τερηδόνες ſunt etiam Lumbrici equorum. Nec non oſſium περηδὼν eſt, de qua Gorrhæus, περηδὼν caries, eſt reſolutio continuitatis in oſſe, ab eroſione facta, cuius cauſa eſt humor acutus, & acris, in oſſe putreſcens ipſumque exulcerans. Sed initio quidem hoc malum reducitur. ad aliud ægritudinis genus, & oſſis aſperitas potius, quam caries nominatur. Maiore autem facto foramine, & quodam veluti ſinu vno, vel vario apparente, περηδὼν dicitur. Idem vitium σφάκελος dicitur: Latine autem caries appellari poteſt Sed peculiariter Tetedo de iis Vermibus dicitur, qui in mari ligna terunt, & terebrant, vt docet Theophraſtus; οὐ γίνεται περηδὼν ἀλλ' ἢ ἐν τῇ θαλάττῃ. ἔστι δὲ ἡ περηδὼν τῷ μὲν μεγέθει μικρὸν, κεφαλὴν δὲ ἔχει μεγαλὴν καὶ ὀδόντας. Alioquin Terediues generalius, quorumuis lignorum ſunt: ſic enim *c* Plutarchus: Σκώληκες οὐκ δένδρῳ καὶ περηδόνες ἐμφύονται ξύλῳ κατὰ σῆψιν ὑγρότητος ἢ πνεῦμα. Et Vitruuius Meridianæ regiones in nauali bus propter æſtus, cariem, Tineam, Teredines; reliquaque beſtiarum nocentium genera, procreant; alendoque conſeruant. Heſychio quoque περηδὼν Σκώληξ οἰκῶν εἰς ξύλα, Suidæ Σκώληξ ξυλοτρώκτης οἰκῶν εἰς ξύλα, Vermis qui in ligno habitat, & ipſum rodit. Ex quo etiam probare quis facile poſſet, vocem Latinam hanc, ipſos Latinos à Græcis mutuaſſe: quamuis Teredo apud

a De Anim. 17. cap. 17.
b Lib. 8. cap. 48.
Caries quid.
c Sympoſ. 2. prob. 2.

do apud Larinos dici à terendo putetur. ἄθερι in vulgari lexico exponitur Vermiculus, vt Cossus, Tinea, Teredo, sed perperam pro θρίψ, quod præterquam, quod apud Hesychium significat γλιχὸς φειδωλὸς, tenax, parcus, etiam Vermem significat, & peculiariter eum, qui ligna erodit, in terra præsertim. Ῥόμυξ in Lexico vulgari exponitur Vermis ligna erodens. Δὴξ Vermis lignum corrodens, εἶδος Σκώληκος ἐγγινομένου ὕδατι ξύλου, vt Hesiodi tradit Scholiastes. Hebræis Teredo dicitur ש״ע hasch. Italis Tigne Verme generato nel legno che lo rode, item Tarme. Gallis Teigne, Vere qui s' engendre dans le bois. Hispanis el Gusano cheroela madera. Germanis ein Holtzwurm. Belgis een houdtvvorm Polonis Roback drzevvo voierczaci Hungaris Zu. Anglis à vvorme that cateth vvoode.

GENVS. DIFFERENTIA. *descriptio.*

QVatuor sunt genera apud Plinium materiem cęsam infestantium Vermium. Teredines, capite ad potionem grauissimo, rodunt dentibus perforantq; robora vel souo teste. Hæ tantum in mari sentiuntur, nec aliam putant Teredinem proprie dici. Terrestres, Tineas vocant: Culicibus vero similes Thripas. Quartum est & è Vermiculorum genere. Tria tantum genera posuit Theophrastus, quando inquit. Quæ mari putrescere aptæ sunt, erodi è Teredine solent (Teredo enim non nisi in mari enasci potest) quæ autem Terra Vermiculis, quos Σκώληκας vocant, & ijs quos Thripas: est autem ipsa Teredo corpore parua, capite magno, & dentibus. Qui veto Thripes dicuntur, Vermiculis similes constant, quibus paulatim materies perforatur. Quos Theophrastus σκώληκας καὶ θρίπας dixit Theodorus Gaza Vermiculos & Tineas vertit. Plinius Tineas & Thripas vocauit, sed Culicibus similes θρίπας etiam Vermiculos significare videntur, qui radices siccas erodunt: vnde & radices θριπήδεσι dicuntur apud Theophrastum. Autor de natura rerum Teredinem describit Vermem ligni, caput habentem rubeum; & corpus album, successione lignum perforantem, & illud in puluerem redigendo domum sibi exædificantem, lignumque consumendo se putificantem, & in puluerem illud eijcieutem. *a* Bartholomæus Anglicus his verbis Teredinem describere videtur: Vilis, inquit, & mollis est Vermiculus, & rotundus: subtilia & gracilia sunt eius extrema, & media grossiora, occulte morder arborem, & consumit, plus ore, quam pedibus se trahit; vilis est & flexibilis, & exanguis. Serpere Teredinem scripsit *b* Agricola, carere enim non modo pennis, sed etiam pedibus: Verum eam cui color æneus sub lignis putridis, & nasci & latere, ac pleruque iuxta Scolopendram inueniti: crassitudinem ipsi esse minimæ pennæ anserinæ, qua vtimur, cum scribimus, longitudinem esse Scolopendræ, sed teretem. Sed hanc Teredinem, quamuis sub lignis putridis nascatur, arbitror diuersam esse ab ea, quam Theophrastus, & Plinius descripserunt, cum hi suam in mari, & lignis produci scribant, ille vero, in ligno prope terram putrefacto, latere- quę sub terra aliquo tempore. *c* Plinius quoqne binis in locis suæ Teredini dentes tribuit, ad perforanda robora, hic vero Agricola de dentibus nullam mentionem facit Itaque Teredinum quatuor genera constituo, vnum Plinio, & Theophrasto superius proprie dictum Teredo, alterum vero Vermiculus dictum, tertium Thips, quartum Cossus, quem quidam aiunt esse Vermem multipedem in lignis. Obseruaui Vermem palmi longitudine in ligno nascentem, colore album, figura fere Erucæ vitis syluestris similem, linea in dorso à capite ad caudam vsque conspicua, more Erucarum repentem fere, vndecim incisuris constantem, in singulis lateribus punctulis quibusdam colore castancis, ore nigro ex duobus veluti introrsum se curuantibus dentibus confecto, qui admodum constringebantur: plusculis prope os pedibus ex ore succus quidam viscidus lentusque emanabat. Hunc igitur Vermem Cossum album existimo, nam & alius mihi innotuit colore à prædicto differens, nimirum niger, cuius iconem superius inter Erucas inuiti dedimus.

Teredo proprie quid.

a *Lib.18. cap.114.*

b *Lib.de subter. anim.*

c *Lib.11. cap 2.*

Cossi descriptio.

VICTVS. LOCVS. *generatio.*

COssi è robore maxime nascuntur, farinaque saginantur, sicq; altiles fiunt. Natura Teredini potissimum è ligno cibatum fecit. In orientalibus partibus pauca ligna Vermes generare, autor de natura rerum restatur. In partibus autem Italiæ, Germanię, Galliæ, Hispaniæ fere omnes excepta quercu & tilia Vincentius ex eo autore pro miraculo ponit, buxum, & albam spinam, quæ fere arborum durissimæ sunt, Vermes generare, Tiliam vero arborum tenerrimam, quamuis eius ligna in sicco seruantur, à Vermibus esse innoxiam perpetuo. Et Plinius affirmat tiliarum vtriusque tam maris, quam fœminæ materiem Teredinem non sentire, quamuis foliorum corticisque succus dulcis existat. fugiunt autem tiliam Vermes ob odorem, odoratum enim eius est lignum magisque maris, quam fœminæ, quamuis vtriusque sit nodosum In buxo autem durities nasci Teredinem prohibet, in alijs amaritudo, vt in cupresso. Tradit Theophrastus, *a* Pliniusque etiam abierem, circa germinationes decorticatam aquis inoffensam durare. Patuit, inquit *b* Theophrastus id apud Phneum Arcadię cum obstrusis faucibus campus in lacum redundauit, tum enim ductis pontibus ex abiete, cum amplius extumescereet aqua, alijs super alijs fabricatis, postea extrusis obturamentis, vnda erupit, discessitque vniuersa materies incorrupta competta, sed forte, casuque innouit. In Tylo autem Arabiæ insula materiam esse affirmant, ex qua naues ædificant, quæ mari incorrupta pene perdurat: quippe cum annos plusquam ducenros demersa immunis ab omni offensa seruetur. Extra aquam diuturna quidem eadem est, sed non tantundem: ocyus enim putrere incipit. hæc Theophrastus Sunt arbores in insula Hispaniola dicta proceræ magnitudinis, præsertim citreæ, ex quarum tabulis Indi naues conficiunt, vt sua amaritudine Colubrularum pestem arceant. Hasce Colubrulas Petrus Martyr Bromas appellat, Vermes in lignis nauium nascentes eaque perforantes, vt vndequaque veluti spongiæ foraminibus naues scatere videantur. Infestissimum animal Indicis nauibus, præsertim vbi mare est cœnosum. *e* Plinius de adipe arborum loquens, mollis inquit, ac pessima pars ligni etiam in robore facile putrescens Teredini obnoxia. *d* Idem etiam mora celerrime Teredinem sentire scripsit. Concedo robur Teredini obnoxium, cum scribat Theophrastus in mari huius materiem putrescere, quamuis defossam in aquis, & fluuijs dulcibus immunem à putredine dicat, & ob id naues ex hac matetie fluuijs lacubusque condi. Nego tamen, quod de moro tradit Plinius: eam enim *e* Theophrastus scripsit, ex reliquis arboribus ætetnam potissimum validamque post cupressum, ac thuyiam existere. Nux quoque Euboica nequaquam putrescit. Dicunt. & pinum plusquam abietem corrodi à Teredine posse: hanc enim esse amaram, pinum vero dulcedinis nonnihil habere, eoque magis, quo fuerit tæda refertior. Tradunt item & laricem in maritimis nauibus obnoxiam Tetedini: & omnem materiam Teredinem sentire affirmant præterquam oleastrum atque oleam, quas amaritudinis caussa neque Teredo neque Tinea rodit. Vermium autem autore Theophrasto, qui nasci in materie solent, alii putrescente ipsa materia generantur, alij parientibus alijs Vermibus. Pariunt enim, vel in cæsa materie Vermes quemadmodum in arboribus, qui Cerastæ vocantur: cum scilicet tam eroserint, quam excauerint, vt se circum agere possint. Plutarchus in sympositis probans natura priorem esse vim generandi, in arboribus, & lignis Teredines nasci tradit humoris putrefactione, & concoctione Hic autem humor inutilis est atque redundans, qui generari solet cæsa materie, cum arboris innatus calor pingueque humidum absumptum est. Vnde non mirum est Vermium in arboribus nascentium duplicem caussam Theophrastum assignasse, vulnus, & sitim: vulnus scilicet, quod πληγὴν appellat, & sitim. nam ex vulnere fit apertio, & exemptio succi pinguis, & primigenij, siue naturalis, admisso vero peregrini, scilicet subeunte aeris humido, sed & sitim in caussa esse, cur arbores putrefiant, declarat exemplo lignorum siccorum qui omnem humorem naturalem amisere, peregrinumque admisere: quia rara sunt sicca ligna. Itaque sese aer facilius induit in laxa spacia. sub Luna magis, quia tunc aer humidior: sub Sole cirius, quia extraneus calor validior.

a *li.16.ca.41*

b *Hist.5.c.5.*

c *li.16.c.38.*

d *li 23.c.7.*

e *lib.5.Hist. cap.5.*

Generatio

Vulnus, & sitis arboribus. Vermes ingenerant.

MORALIA.

DAuid tenerrimo ligni Vermiculo comparatur: quod Vermiculus ligni tener quidem, & fragilis, ac modicus appareat, fortissimus tamen lignum terebrat, & consumit. Sollicitudines suasque curas atque remorsus animi Teredini comparat *a* Ouidius.

Estur vt occulta vitiata Teredine nauis
Æquores scopulos, vt cauat vnda salei
Sic (inquit paulo post) *mea perpetuos curarum pectora morsus*
Fine quibus nullo conficiantur habent.

a *Lib. 1. de Ponto.*

DENOMINATA.

Τερηδονίζομαι à Teredine infestor. Teredinis iniuriam sentio, vt loquitur Plinius. Dioscorides de Sycomoro, πολλὰ δὲ περηδονίζεται ὁ ἐπος, celeterime Teredinem sentit succus iste θεριπόβρωτος, & θεριπήδεστος corrosus. & exesus à Vermibus θρίπες nominaris; vtrumq; apud Hesychium exponitur ὑπὸ θριπῶν βεβρωμένος quos θέρπας, & ipse dicit esse τοὺς ἐν τοῖς ξύλοις σῆτας. sed vtroque Theophrastus vtitur, licet posteriore frequentius. Notandum vero & Synesium dicere θεριπηδέστατον, & θριπηδεστατὰ pro θεριπηδέστον, & θριπήδεστα: itemq, Lucianum θεριπηδεστάτοις pro θριπηδέστοις Si enim superlatiuus esset gradus. Synesius in priori loco dicere debuisset θεριπηδεστάτω; vel potius θριπηδεστάτω, vt annotat autor Thesauri linguæ Græcæ Affertur vero & θεριπόδης ex Theophrasto, pro putrescens Vermibus obnoxius locus eius libri, vbi de platyphyllo quercus genere agit, hoc se habet modo, φαύλον δὲ καὶ εἰς τὸ κάιειν καὶ αὐθρακεύειν, καὶ θριπεδεστάτον μὴ τῶν ἀλίφλοιον. Sed hic aliquis meriro suspicetur mendum subesse; legendumque θεριπηδεστατον θροπόφαγος, Vermibus lignorum vescens Cossutia familia olim Romæ, vt ditissima, ita etiam nobilissima, & ordinis equestris, vt quidam volunt, nomen à Cossis Vermibus ob rugositatem corporis desumpsit. Cossi enim ab auriquis dicebantur natura rugosi corporis homines, à similitudine Vermium ligno editorum, qui Cossi appellantur, sic Festus Pompeius.

Cossutia familia vnda dicta.

PROVERBIA.

Aquila Thripas aſpiciens.

Αετὸς θρίπας ὁρῶν Aquila Thripas aſpiciens. De magnis dicitur hoc prouerbium, qui puſilla negligunt Eſt θρίψ, vt inuenitur in commentarijs Græcorum, auiculæ ſpecies quæpiam minutiſſima, quam Aquila cum videat, vt eſt oculatiſſima, haud tamen dignatur perſequi, vtpote prædam vnguibus ſuis parum dignam. Verum dubitabat adagiorum autor hic legi mendoſe; cum Thripes Vermiculi ſint genus lignum erodentis. de quo, & hocce extat adagium apud Diogenianum, Κακὼ μὲν θρίπες, κακὰ δὲ ἶπες. id eſt, Mala quidem Thripes, mala rurſum Ipes, de duplici malo dici ſolitum, vt non magni referat vtrum elegeris.

VSVS IN MEDICINA & aliis.

COſſes (nam & ſic quoque nominantur prægrandes roborum Vermes, aliatumq; arborum) ſanant vlcera omnia nomas vero combuſti, cum pari pondere aniſi, & ex oleo illiti. Marcellus Empiricus vlcera, inquit, in capite ſanant Vermes, qui in arbore caua, vel putrida naſcuntur triti, & in panno impoſiti. Ijdem Vermes combuſti, & cum anezo pari pondere triti, & impoſiti ſanant etiam carcinomata. Vermes ex arboribus rubri, exulceratis, & ruptis auribus præclare medentur. Coſſes quoq; in menſis fuiſſe appoſitos antiquitus ex hiſce *a* Plinij verbis liquet: Iam quidem & in
,, hoc luxuria eſſe cœpit; prægrandeſq; roborum delicatiore ſunt
,, in cibo, Coſſos vocant: atque etiam farina ſaginati quoq; altiles
,, fiunt Cœlius Rhodiginus prodidit Phryges, ac Ponticos, Vermes albidos obeſoſq;, capite nigricante, qui è cariofis promuntur materijs, inter delitias habuiſſe, & luxuriam fuiſſe, qui xylophagia comederit Idem forte de Indorum rege prodidit Ælianus, quan-
,, do inquit: Indorum rex ſecundis menſis & bellarijs non ijſdem
,, delectatur, quibus Græci, qui palmarum pumillarum fructus
,, expetunt. At ille Vermem quendam in planta (quadam) naſcen-
,, tem, ſecundis menſis igne toſtum adhibet, ſuauiſſimum quidem
,, illum, vt Indi aiunt, & eorum qui guſtauerunt nonnulli aſſe-
,, runt. Hæc Ælianus. Natrat Ioannes de Mondauilla eſſe in quadam Inſula Talache dicta Vermes ſimiles ijs, qui in lignis putridis exiſtunt, hoſque principibus in menſis apponi.

a L.17.c.24.

CAPVT VI.

DE LVMBRICIS TERreſtribus.

SYNONYMA.

LVmbricos terreſtres voco, quos Græci γῆς ἔντερα. & hos imitati Latini Inteſtina terræ vocant. Manardes vulgo apud ſuos Oniſculos, & Niſculos dici ſcribit. Auicennæ Charatan. In Epigrammatibus Græcis Δεῖλος dicitur Lumbricus; alij βδέλλαν hoc eſt, Hirudinem ſignificari volunt Eleorum lingua; nonnulli cœcum. Αλάκτας quoque Heſychio ſunt γῆς ἔντερα Inteſtina terræ: ſed addit quoſdam interpretari Σφῆκας, id eſt Veſpas. Branfelſius in ſuo lexico medico Vermes terrenos Gaphagas appellari Siculorum lingua ſcribit, deducto nomine παρὰ τὸ γαῖαν φάγειν, nam terram comedit. Lumbricus quoque apud Latinos ſcriptores præſertim agriculturæ Inteſtina terræ nuncupantur: & apud medicos per oleum Lumbricorum id intelligitur, quod ex hiſce conſtat Vermibus confectum eſſe, Italicè dicũtur Lumbrici: Hiſpanice Lumbrizes. Gallice Vers de terra. Germanice Erd Wurm/ Melet, oder Regenvvurm, Belgice Piervuorm, aut, Regenvvorm. Polonice Gliſti. Hungarice Galiſza. Anglice Vuormes offceth or in mauts bodij.

GENVS. DIFFERENTIA. deſcriptio.

LVmbricorum terrenorum duo potiſſimum inuenio geneta, vnum dictum ſimpliciter Lumbricus, alterum Aſcaris; Lumbricus terreſtris in corpore humano naſcenti ſimilis, magnitudine, colore interdum ſubalbido, interdum ſanguineo: Hic pluuijs cadentib ſubito è terra prodire ſolet. Vnde concinnè Euclio apud *a* Plautum ſolicitus de aula auro referta Strobilum ſeruum, ſic alloquitur:

a In Aulularia.

Foras, foras Lumbrice qui ſub terra erepiſti modo
Qui modo nuſquam comparebas, nunc autem cum compares, peris.

Strobilum autem ſeruum Lumbricum appellat Euclio, quod ille non aurea in illo loco ab eo viſus, ex ara ſubito emerſerit, in qua aſſidebat, quemadmodum Lumbricus repente humido cœlo exiſtere ſolet Aſcarides prodidit Agricola Vermes paruos non vnius, & eiuſdem coloris: nam alios candidos eſſe dicit, alios luteos, alios nigros; ſæpiuſque aratro excitari: reperiri etiam plures, in vnum aliquem locum congregatos. Hi vaſtant ſata: etenim validas ſegetes radicibus ſubſectis enecant. Aiunt quidam Vermium omnium illos maxime ſegetibus nocere, quos in quibuſdam Italiæ locis Zaccarolas appellant, craſſos, longos paulominùs digitum, hos, quum maxime ſint natura frigidi, nunquam è terra prodire, ſed quanto aer eſt calidior, tanto magis ad terræ ſuperficiem aſcendere.

Aſcarides terreſtres.

LOCVS. VICTVS. generatio.

OLympio apud Plautum forte rudiori cuipiam perſuaſerit; Lumbricos terram edere, quod Chalino dixerit.

Poſt autem niſi ruri tu eruum comederis (ita legit Lambinus)
Aut quaſi Lumbricus terram.

Sed per terram non intelligit puram, ſed ſuccum, tettæ pinguem. Quæ ratio eſt, quod non omnem terram, hoc eſt, tenuem, ſterilem, arenoſam, & lapidoſam, ſed tantum glareoſam, pinguem, & argillofam, ac humidam amet. Vnde Anglia plurimos alit Lumbricos, quod ſit regio humidiſſima. Radices plantarum, quibus dulcis eſt ſuccus, depaſcuntur; quapropter intra graminis vulgaris radices frequentiſſimas offendi Tota hyeme ſub terra latent: temporeque verno è terræ viſceribus primum prodeunt Sed quomodo generantur? Naſci è ſucco terræ ſcripſit *a* Gaudentius Metula; ergo per putredinem terræ humidæ, quæ horum animalculorum in ſe principia continent: hic autem humor non ſalſus, aut acer, aut amarus eſſe debet, ſed dulcis, vnde per pluuias, & imbres generantur, quod binis in locis teſtatur *b* Lucretius, vno in loco diſputans, ex inſenſilibus gigni ſenſibus prædita, ſic canit:

a Lib.3.memor.c.19.

b Lib.2.

Illud in his igitur fœdus meminiſſe decebit,
Non ex omnibus omnino quacunq; creant res,
Senſilia extemplo, & ſenſus me dicere gigni:
Sed magni referre ea primum quantula conſtent,
Senſile qua faciunt, & qua ſint prædita forma:
Motibus, ordinibus, poſituris, denique qua ſint:
Quarum nil rerum in lignu, glebiſq; videmus.
Et tamen hæc cum ſint quaſi putrefacta per imbres
Vermiculos pariunt, quia corpora materia,
Antiquis ex ordinibus permota nouare,
Concilientur ita, vt debent animalia gigni.

Et rurſus alibi hos poſuit verſus.

Quatenus in pullos animaleus vertier oua
Cernimus alituum, Vermeſq; efferuere, terram
Intempeſtiuos cum putror cœpit ob imbres.

Nec ab hac ſententia abfuiſſe viſus eſt *c* Nicander, dum ait, Lumbricos hoſce terra ali imbre humectata: Nam ſcytalem ſerpentem ab Amphisbæna diſtinguens, ſic canit:

c In Theriaca.

Στειλείης πάχετος, τῆς ἕλμινθος πέλει ὄγκος,
Ἠὲ καὶ ἔντερα γῆς, οἷα τρέφει ὄμβρημος ἀλώα.

Id eſt.

Manubrij ligonis latitudo; longitudo vero ei qua Lumbrico,
Aut terra Inteſtinis, quæ imbribus irrigata terra alit.

Nos quandoq; ipſos è terra prodeuntes coire offendimus. Coeunt autem non veluti ſerpentes complexu mutuo, ſed tangunt ſe tantummodo, plus quam dimidia fere corporis parte, atque ita arcte ſibi inuicem adhærent, vt non niſi pedum duriuſculo calcatu, & frictione abſiſtant; videtur autem vterque, cum coeunt, vnus Lumbricus, in medio corporis paulo craſſior cæteris. Hoc itaque modo fit horum coitus. Franciſcus Maſſarius diſputans de anguillis an generent coeantue, an vero omnes è putredine limi ortum ducant, videtur accinere ex Lumbricis eas oriri: videntur inquit, (anguillę) nonnullę habere facultatem gignendi, quod in aliquibus Lumbriculi fiant: his generari anguillas creditur, quod error eſt: ſed certe ex his prodeunt, quæ terræ Inteſtina vocantur, quæ ſponte in luto humeſcenteque humo proueniunt. Iam aliæ ab ſolui ex his viſæ ſunt; aliæ ſcalpris diſcerptiſque intus apparuerunt, quod alibi etiam dixit (Plinius) Non igitur anguillæ ex ſordibus corporum earum, ſed Inteſtinis terræ generantur Huc vſque Maſſarius, qui eam opinionem ex Ariſtotele hauſiſſe videtur; quando inquit; Quæ autem Inteſtina terræ vocantur Vermis habent naturam, in quibus corpus anguillarum conſiſtit.

Coitus eorum.

MORALIA.

VErmes terreni in latebris terrę delitescunt, animantibus aliis, quæ cœlo, terra marique contiuentur, viribus longe inferiores. Præterea à prætereuntibus facile conculcantur, ſi prodeant in lucem omnino tam vile animal eſt Vermis: vt vix liceat ignobilius aliud excogitate. Quo magis gratos nos eſſe conuenit Christi morte ſeruatos, in qua ille tam miſere à Iudæis eſt deiectus, & omnium ludibtio expoſitus, vt non potuerit preſſius deprimi Itaque in hanc ſententiam recte per prophetam hunc ſtatum rerum, verbis huiuſcemodi explicat Dominus. Ego autem ſum Vermis, & non homo, opprobrium hominum, & reiectamentum plebis. Omnes videntes me, deriſerunt me. Homerus Harpalionem cadentem Vermi aſſimulat, cum aufugiens inter ſocios à Merione ætea ſagitta in coxa vulneratus eſſet: canit enim.

Μυρμήκης δ' ἀπίοντος ἴει χαλκηρὲ ὀϊστὸν
Καὶ ῥ' ἔβαλε γλουτὸν κὴ δεξιὸν. αὐτὰρ ὀϊστὸς
Αντικρὺ κραπὶ κύστιν ὑπ' ὀστέον ἐξεπέρησεν.

Ἐξόμβρος

Βλῶ μὲν Θ᾽ δὲ κατ᾽ αὖθι φίλων ἐν χερσὶν ἑταίρων
Θυμὸν ἀπαντήσας, ὥστε Σκώληξ ἐπὶ γαίῃ
Κεῖτο πᾶσις. ἐκ δ᾽ αἷμα μέλαν ῥέε, δεῦε δὲ γαῖαν.

Id est.

Meriones autem in abeuntem misit aream sagittam,
Et vulnerauit coxam ad dextram, ac sagitta
E regione per vesicam sub os penetrauit:
Residens autem illic charorum inter manus sociorum
Animam efflans, tanquam Vermis super terram
Iacebat extensus: sanguisque niger effluebat, tingebat autem terram.

Ecce comparationis humilitatem, qua videtur etiam cadentis ignobilitas significari. Alias enim de Heroibus magnanimis morientibus dicit σφαδάζειν, βρύχειν, &c. hoc est sydera ri fremere, seu stridere. Hic vero Vermi assimilatur Harpalion, homo fortassis non tanti, vt rei grandioti cadens conferretur. Eius sane imbecillitas in eo fuit manifesta, quod læso Atridæ scuto hasta cominus, transfigere tamen illud non potuerit.

PRÆSAGIA.

Pluuiæ signum.

LVmbricos terræ si humum quasi terebello pertundant, affatimque foras erumpant, pluuias præsagire antiqui deprehenderunt Nam terra ab austro, & aere vaporoso imperceptibili motu affecta, imbuta & madefacta, perfacilem Lumbricis, teretibus existentibus, viam facit, & vliginosum, achumidum alimentum illis larga manu sursum exhibet, quod vt capiant, è terræ penetralibus prodeunt. Anno 970. quo Romualdus Sergij filius ex Rauẽnati nobilitate iuuenis monachus est allectus ad archiepiscopatum Rauennæ maxima Vermium sub terra lateutium pestilentia, mox frugum omnium inopia laboratum est, vt refert Carolus Sigonius, in suo opere de Regno Italiæ.

Sterilis anni.

APOLOGVS.

DE Vulpe, & Verme eiusmodi fabellam textuit Æsopus, persuadens omne verbum inane esse, nisi præsto experientia adfuerit Qui sub cœno (inquit) cælabatur Vermis super terram egressus, dicebat omnibus animalibus, medicus sum medicaminum doctus, qualis est Pæon deorum medicus. Et quomodo, ait Vulpes, alios curans, re ipsum claudum non curas.

VSVS IN MEDICINA.

a *li. 30. c. 15.* SCribit *a* Plinius terrenorum Vermium cinere præstari, ne canescant capilli, si oleum admisceatur. Idem laudauit hisce versiculis Q. Serenus:

Lumbrici quoque terrestres miscentur oliuo.
Et iuuenem præstant reditiuo flore capillum.

Quos versus commentans Gabriel Humelbergius Rauensburgẽsis: Lumbrici inquit multis, ac varijs morbis commodi temperatę inter frigus, & calorem adurentem qualitatis, & qui humores vnde pili gignuntur, tum succrescendo augentur vitiatos, & locum iam occupantes citra vtilis circumfluentis absumptionem, digerendo discutiunt, & influentes inhibent atque pilorum originem corroborant. Vnde capillo tum giginendo tum anguendo, tum flauo & pulchro colore tingendo iunt idonei. Morbo quoq; regio resistunt Vermes terreni, in aceto mulso, cum myrtilia poti, testte *b* Plinio. Gitat ex Auicenna Rosa Anglica Lumbricos terrestres exsiccatos ad pondus drachmæ vnius sumptos cum sero clarificato, vel aqua endiuiæ statim clarificare icteritiã. Ad sanguinis fluxiones in vulnere stomachi quoq; propinantur. cum oleo triti clauos pedum tollunt: cum aceto sacro igni perbelle medentur, vt tradit Mizaldus Ex oleo coctos aurium dolores mitigate scripsit *c* Apollonius apud Galenum: Q. Serenus loco olei adipem anserinum admisceet, ad obtusum auditum:

b *li. 30. c. 11.* Ad icterũ.

c *Lib. 11. de simpl.*

Si vero obstrusa sensus morietur in aure
Lumbricos terra, seuumq; ex anserе rauco
Excoque: sic veterem poteris depellere morbum.

Pernniones, si adsint vlcera putrida, Vermium terrenorum cum oleo vetere fauilla ad cicatricem perducunt cera addita. Omnibus vulneribus, præsertim neruorum conducunt Vermes terreni triti, & impositi. Ex Vermibus neruosis partibus glutinandis eiusmodi compositionem scribit Hollerius, vtriusq; symphyti, cynoglossi, pilosellæ, vtriusq; plantaginis ana manipulum vnum, Vermium terrestrium libram dimidiam, trita omnia macerentur septem dies in olei sesquilibra. Deinde cocta leuiter excolentur: expresso succo misce seui arietini purgati libram vnam, picis naualis selib. picis Græcę quart. 1. ammoniaci, galbani, opopanacis, therebinth. aria vnciam vnam, Thuris, mastiches ana vnciam semis, macerata pinguia in aceto, & soluta cæteris vniantur, Vermium terrenorum cinis ossa fracta solidat, etiam ossa extrahit autore *d* Plinio. Q. Serenus canit:

d *li. 30. c. 13.*

Exesos autem dentes si forte quereris,
Prodest, & puluis Lumbrici corpore tosto.

Dioscorides cum ansetino adipe infundit affectis autibus, decoct os autem cum oleo, in contrariam cum melle aurem instillat ad dentium dolores. Valent & aduersus morsus serpentum, & Scorpionum. Terreni Vermes inquit *e* Plinius, bibuntur ex vino passo, ad comminuendos calculos. *f* cinis eorundem ita, vt tertio die

e *Lib. 30 c.*
f *li. 30. c. 9.*

A soluatur summas ad podagram vites habet; alij ex cerato & rosaceo oleo illinunt podagræ, alij ipsos aceto mellisq; cyathis tribus immiscent, & imponunt, pedibus ante rosaceo peruncti. Id remedij aliquoties à quibusdam expertum, & comptobatum, nec mirum cum inflammationes doloresq; mitigant, quæ duo accidentia præsertim posterius perpetuo podagræ articulorumq; doloribus adesse solent, *g* Plinius inquit Vermes terreni illiti in ceruices, & scapulas, ne netui doleant, præstant, Grauidis secundas pellunt in passo poti. Ijdem per se impositi mammarum suppurationes concoquunt, & aperiunt extrahuntq;, & ad cicatricem perducunt. Lac deuocant (sic vertit Plinius, quod Græci κρεπαστοῦσι) poti cum mulso. Quæ omnia Dalechampius Iulis adscribit Vermibus, quos sic vocat Numenius apud Athenæum. ait enim Iulos Vermes terrenos esse Numenij, annotatq, non modo grauidis, sed & fœtis, & puerperis secundas pellere in passo potas. Cæterum Lumbricos nostros, vbi post partum clausæ fuerint mammæ, doloreque acerbo torquentur, turgentibus mammarum corymbis inungit Q. Serenus. Mirabilis enim eorum vis prædicatur a Græcis, & Arabibus ad generandum lac in mammis, eo quod sit medicamentum experientia cognitum. Hieronymus Mercurialis, vbi lacte nutrices egent, post sublatam febrem vtitur hac confectione, quæ recipit, nucleorum pini, amigdalarum dulcium ana vnciam vnam, seminis petroseli..i, fœniculi, raparum ana drachmam vnam, pulueris Vermium terræ vino ablutis drachmas duas, sacchari quantum sufficit Exhibendum summo mane ad quantitatem vnius, aut alterius drachmæ, & post potetur vinum mediocre, vel brodium caponum coctum cum semine rapaium, & potri. Vermium capita trita præbet *h* Hippocrates ad mulierum veteum fœcundandum: quid autem apud eum per Vermes intelligendum sit, multum dubitatur apud interpretes. Vtitur autem Hippocrates eo in loco vocabulo Græco κόλαξ. Caluus indefinite nimis Vermes Eulæos reddidit, alij Vermes in corpore ex putredine nascentes Alij ex arboribus collectos. Alij Vermes terrenos Intestina terræ dictos, malunt exponere Postrema sententia mihi magis arridet nam Vermibus terrenis diureticam etiam vim tribuit Dioscorides. si triti in potu ex passo sumantur. Ad articulorum ueruorumque cruciatus, conficiunt ex eis oleum myropolæ, hac ratione. Imponunt Vermiculos in æneum cacabum, & affuso inde oleo igni feruefaciunt: quo fit vt paruo momento ij, non modo inassentur, sed penitus comburantur, nullo in oleo humore relicto. propterea Andernacus sic conficit, Lumbricorum terrestrium selibra in vino albo diligenter eluatur, incoquaturque in olei rosacei omphacini libris duabus, & vini vncijs duabus in vase duplici dum vinum consumatur, deinde omnia colantur, exprimiturque oleum leuiter, & in vsum reponitur. Mathiolus rectius fieri existimat, cum vase vitreo excipiuntur, & diutius calore balnei macerantur, oleo innatantes: nam hoc modo eorum succus elicitur, comburique uequeunt. Præstat hoc oleum ita paratum, præsertim si Vermes rosaceo macerentur, ad podagricorum dolores à calidis defluxionibus prouenientes, inunctis prius locis dolentibus oleo, mox super impositis Vermibus in eo elixis, tusis, admixtisque cum æquali cerati pondere, quod tetrapharmacum vocant. Ad hæc terrestres Vermes prius vino albo eloti, ac per se absq; oleo vitreo vase excepti, operculato vasis ore, ne quid expirare possit in balneum calentis aquæ immerguntur, tamque diu efferuescere permittuntur, donec in liquorem oleo similem vertantur Præferunt quidam hoc, quod maxime præstat neruorum, & intestinorum vulperibus glutinandis. Quod longe efficacius efficit si factitio balsamo aliquo, aut vero si reperiri potest fuerit admistum, aut oleo quod vitreis organis larissæa resina, siue abietina lachrima conficitur. Indi è terræ visceribus Vermes quos eliciunt, Maizi folijs nutriunt, maiores vbi euaserint, & crassiores excoquunt illos in sartagine, & despumant. deinde colant, postea rursus coquunt, donec in vnguenti redeant consistentiam. hoc remedio tanquam prastantissimo vtuntur ad ambusta,

g *lib 30. c 14*

h *li de mor-mul.* Hippocrates explicatns.

Olei Lumbricorum conficiendi ratio.

VSVS IN CIBO, ET ALIIS.

EX prædictis quoque Vermibus Iudi placentas conficiunt teste Manarde Lumbrici nostri terrestres apud nos, quod sciam, Europæos nullibi, in mensis ponuntur, seu medicinæ tantum gratia à quibusdam expetuntur. Vescuntur eis plurima animalium Vt aues nonnullæ, item quadrupedes bestiæ nonnullæ atque pisces Inter aues præcipue cornices, & turdi Gallinæque depascunt, vnde cum in Anglica magna sit Lumbricorum copia accidit, vt & cornicum ibidem vbertas reperiatur, vt tradit *a* Polydorus Virgilius. Apud Plautum prouerbij loco hocce habetur.

a *Angl. hist. lib, 1.*

Nunc ab transenna hic turdus Lumbricum petit.

In Bacchide.

Allegoria est tracta à tendicula, qua turdi capiuntur: per quam significat Chrysilus seruus adferens Nicobolo seni litteras senem litterarum lectione captum iri. Est autem transenna funiculus extentus, qui adhibetur turdis capiendis: Lumbricus vero esca turdorum, quam dum captant, ipsi capiuntur Idem quoque & porcis est quandoque cibus, velut prodidit *b* Columella de eorum victu loquens At vbi iuquit penuria arborum, & terrenum pabulum consectabimur, & sicco limosum proferemus, vt paludem rimentur effodiantq; Lumbricos atque in luto volutentur, quod est huic pecori gratissimum. Agricola de subterraneis agens talpas quoque eosdem depascere, ac sub terra quærere ait. Cæterum quod etiam pisces ijs, auide vescantur, exemplo nobis

b *lib. 7. c. 9.*

esse poſcunt piſcatores, qui eiſdem piſces venantur. Hinc Auſonius ad Theonem ſuum

Piſcandi traheris ſtudio? Domus omnis abundat
Domnotini, tales ſolita eſt oſtendere Gazas,
Nodoſas veſtes animantum Nerinorum,
Et iacula, & fundas, & nomina villica lini,
Colaq, & inſutos terrenis Vermibus hama.

VT FVGENTVR.

Vbi arbores plantare cupias, Vermeſque in terra ſint copioſi, lixiuio quo vtimur ad veſtes lineas purgandas, miſcenda terra eſt, vt occidantur. Salſa item & aromatica cauent, nec vnquam tangunt ſponte, ſed coacti contrahuntur, & moriuntur. Aqua in qua cannabis ſemina, & folia ſunt incocta, ſi ſuper terram effundatur, Vermes ad terræ ſuperficiem trahit, ſeu odore alliciat illos ſeu expellat; vnde piſcatores ea vti ſolent referente *a* Cardano. Ij qui habitant in regno Mogor, maxime timent Vermes, ne interficiantur ab eis quando eunt, ideo ſcopas ſemper ſecum portant, vt planiciem verriant, dum eunt. Sed forte hi non erunt Vermes terreni, ſed potius ſerpentes, quos quandoque ſcriptores Vermes nominare conſueuerunt, aut potius Inſecta venenata per terram repentia. Si Vermes ouis cum herba comederit, ſuadet *b* Wekerus, ſanguinis detractionem lancinatis, & apertis ſupra labra venis, & his, quæ ſub cauda ſunt, iuxta ſedem: ſed & hominis vrinam ſeſquiheminæ menſura infundere oportet.

a 8. *De ſubtil.*

b 6. *De ſecret.*

CAPVT VII.

DE TINEA.

Ordinis ratio.

EXacta hiſtoria de ijs Vermibus, qui in plantis, & animalibus oriuntur, conſequens eſt, vt de ijs verba faciam, qui compoſitis ex eis rebus artificio humano naſci ſolent, inter quos principem locum habet Tinea. Malum ſane, quod nec pauperum veſtibus parcat (nam diuitum plerunque ad horum iniurias armantur,) nec eruditorum laboribus. Nam libros erodit Sola hæc fuit cauſa, cur de Ariſtotelis atque Theophraſti libris, tam varie diſceptetur hoc tempore. Nam Ariſtoteles bibliothecam ſuam reliquit poſt obitum Theophraſto, hic eam tradidit Neleo, Néleus eam Scepſi detulit, ac poſteris dedit hominibus ſane imperitis, qui libros incluſos, negligenterque poſitos, in arcula continebant: ac tandem, cum Atralicorum regum ſtudium ſentirent conquirendorum librorum, eos ſub foſſa quadam occluerunt, poſt ſitu, ſquallore ac Tineis labefactatos, & eroſos Appelliconi Tieo vendiderunt, vt author eſt *a* Strabo.

a *Geogr.* 13.

ÆQVIVOCA.

DE Tineis ventris Lumbricis longiſſimis ſuperius diximus. Sunt etiam Vermes in Apum alueatibus Apibus noxij. Colu-
,, mella Præterea, vt Tineæ ſi apparuerint, euerrantur Papilioneſ-
,, que enecentur, qui plerunque inter alueos morantes Apibus
,, exitio ſunt. Nam & ceras erodunt, & ſtercore ſuo Vermes pro-
,, generant, quos alueorum Tineas appellamus. Tænea vero per diphthongum vittatum extremitates, vt quæ ab infulis pendet. Sumitur quandoque pro tota vitta Feſtus proprie dici faſciam ait. Græca enim dictio eſt Ταινία, quam ſic interpretatur Verrius Flaccus, vt dicat eſſe laneum ornamentum capitis honorati. Dicuntur etiam Tęneæ lapides apud Plinium, ſub aquis candicantes, in longum porrectos, à faſciarum ſimilitudine. Eſt & Tænea piſciculi genus apud Ariſtotelem, à corporis gracilitate ſic dictum.

SYNONYMA.

TInea Vermiculus veſtimenta, & cartas librofue erodens, à tenendo dicitur, vt vult Iſidorus, quod in veſtibus, & cartis firmiter hæreat eaque vaſtet. Σής Græcis Italis Tigna, Tignolo Gallis Teigne. Germanis **ein Schabe**/ Belgis een Motte Hiſpanis la Tinna de las colmenas polilla. Polonis Mol. Hungaris Molij. Anglis à Mothe, à Worme y at è atletæ clothes orboockes.

GENERATIO.

,, PLinius puluerem authorem Tinearum putat, & ſiccitatem,
,, inquiens. Idem puluis in lanis, & veſte Tineas creat, præci-
,, pue ſi Araneus vna includatur. Sitit enim & omnem humorem
,, abſorbens ariditatem ampliat. Hoc & in chartis naſcitur. Petijt hæc Plinius ab Ariſtotele, qui eadem paulo prolixius hunc in modum ſcribit. Quin etiam aliæ generantur beſtiolæ, vt dictum eſt,
,, tum in lanis, & quibuſuis lanificio confectis, vt Tineæ, quæ la-
,, nis puluerulentis præcipue oriuntur: atque etiam magis ſi Ara-
,, neus vna includatur. Si quid enim humoris ineſt, hic abſorbens ampliat ſiccitatem. Naſcitur & in tunicis hoc idem Vermiculi genus. Hactenus Ariſtoteles. Non tamen arbitror in quibuſuis veſtibus philoſophum dicere hoc innaſci, ſed tantum in laneis, & ijs præcipue, quæ ex lanis ouium conſtant quibus necem lupini dentes intuleruut. Citat enim Bartholomæus Anglicus ex Ariſtotele, & Plinio, lanam ouis deuoratæ à lupo, non modo Pediculis, ſed etiam Tineis obnoxiam eſſe. Cæterum in lineis (quamuis in charta, quæ ex lino conſtat) nullo modo generantur. Nam linum non corrodit Tinea. Etenim cum *a* Petrus Apoſtolus in cœnaculo per exceſſum mentis viſione vidiſſet linteum magnum de cœlo ſubmitti, vbi erant omnia quadrupedum, ac ſerpentum genera, deque cœlo vox inſonuiſſet, Petre macta, & manduca: apud patres myſterio id magno habitum eſt, vt linteo ea fuerint viſa Propterea *b* Diuus Auguſtinus fortaſſe, inquit, quæratur quare linteum erat, in quo erant illa animalia: non vtique ſine cauſa: nouimus enim quod linteum Tinea non conſumit, quæ veſtes alias corrumpit: & ideo qui vult ad myſterium Eccleſiæ Catholicæ pertinere, excludit de corde ſuo corruptionem malorum concupiſcentiarum, & ita incorruptibiliter firmetur in fide, vt prauis cogitationibus, tanquam Tineis non penetretur: ſi vult ad ſacramentum illius linteipertinere, quo ſignificatur, & figuratur Eccleſia. Hæc ille doctiſſime atque ſanctiſſime. Cæterum cum veſtis lanea diu in craſſo, & clauſo aere continetur, potiſſimum Tinea gignitur.

a *Act. apoſt.* 10.

b *Hom.* 40. *ex.* 50. *Tom.* 10.

DENOMINATA.

Σητόκοπος à Tineis pertuſus, ſeu deroſus, vt βυβλάριον Σητόκοπον à Tineis pertuſa At vulgare Lexicon in βυβλάριον tradit Laſcarin voluiſſe intelligi papyrum pertuſam inſtar trabeæ, quæ tundit glebas ſegetis, & frumentorum. Sed cum ſumma Laſcaris doctrina notiſſima ſit, non bona fide eius interpretationem referri credendum eſt Ἄσητος Vermibus immunis, vt exponunt quidam. Potius Tineis carens. Tineoſus dicitur Tineis plenus; vtitur hoc Columella.

MORALIA.

COmparatur inuidia Tineæ, quæ latenter veſtes rodit, quæ ſtudium & fructum bonum lacerat & compactionem vnitatis diſſipat. Tinea quoque dicitur peccatum originale, veſtis vero caro, qua anima eſt veſtita. Vnde *a* Eccleſiaſt. à veſtimento procedit Tinea, à muliere iniquitas. Vt enim Tinea ex corruptione veſtis gignitur, quæ inſenſibiliter panni ſuperficiem corrodit, ijſque ſpoliat: ita caro noſtra cum fugit ab Adam corruptibilis facta, & mortalis per eſum pomi vetiti, fuit Tinea peccati originalis generata, quæ veſtem carnis inſenſibiliter, & inuiſibiliter per carnalem concupiſcentiam corrodit pilis, id eſt moribus, & virtutibus eam priuat Et veluti veſtis in aere contenta craſſo, nec aeri ventoue expoſita Tineam generat, animal occultum rodens, nec ſe videri ſinens, cum ſit ſenſibile Ita quoque de anima ſtatuendum eſt, quæ quando diu in corrupto aere, id eſt mundi delicijs dimittitur, & per laborem, & pœnitentiam non explicatur, nec vento tribulationum exponitur, nec puro aere, id eſt diuina ſcientia exſufflatur, tunc vere in ipſa Tinea, id eſt peccatum, ſeu malum propoſitum generatur à quo ipſa anima per remorſum corroditur, & vexatur piliſque hoc eſt vitturibus ſpoliatur. Et tamen peccatum licet ſenſibiliter noceat, & affligat tamen haud ſe videre permittit, ab oculis peccatorum. Et ideo ſicut veſtis à Tineis corroſa nihil valet, nulloque amplius eſt vſui. Sic vere, nec anima perforata à Tineis peccatorum

Inuidia Tineæ ſimilata.

a *Cap.* 42.

PROVERBIA.

TOὺς Σῆτας τρέφειν, id eſt, Tineas alere ij dicuntur, qui neglecta ſitu perire ſinunt. Ductum à veſtibus, aut libris diu recondi-
tis, aut intactis. Vtitur hoc Iſidorus *a* Peluſiota ad Simplicium
ſcribens, qui plurimos libros coemerat, nec tamen legerat, aut legebat: eius verba Græca ſe habent hunc in modum. Βιβλους ἐκτήσω πολείσας, ὡς ἔμαθον. καὶ οἰκῆς πλουτεῖς, ἀγροῦν τὴν αὐλάγωσιν, πωτὸν ποιῶν πεῖς τὸν σῖτον κατέχεσι, καὶ τοὺς Σῆτας τρέφουσι, καὶ αὐτὰ μὴ γὰρ, Σῆτῶν μητέρες καὶ τροφοὶ, ὅταν δέδεντται, γίνονται ἢ κέχρηται πίνω τῷ χρήματι, ἢ μὴ βλάπτε τὴν πάθοσιν πολλὴν καὶ πῶτα κομοῦλαν σωλάγων, βιβλιοφόρος ἢ βιβλιοτάφος καὶ σητότροφος κλουμβρος, quę optime hunc in modum à Iacobo Billio translata ſunt. Plurimos libros, vt audio emiſti: atque opinione locuples es, eorum lectionem ignorans, atque idem faciens, quod ij qui frumentum comprimunt, ac Vineas alunt. Nam libri quoque Tinearum patres, & nutritij fiunt cum vinciuntur. Quare aut opibus tuis vtere, aut ingentem eruditionem ne læde, nimirum hic quoque comi.os ſales colligens: dum librorum corruptor, aut librorum ſepulchrum, aut Tinearum altor appellaris: Eodem prouerbio vſus Horatius

a *Epi.* 127.

Contrectatus vbi manibus ſordeſcere vulgi
Cœperit, aut Tineas paſces taciturnus inertes.
Aut fugies Vticam.

VT FVGENTVR.

VEſtimenta no Tineæ tangant, inquit *a* Marcus Cato, amurca olei decoquenda ad dimidium, ea inungendus fundus arcæ, & exterin-

a *De re ruſt.*

& extrinsecus, & pedes, & anguli. Vbi ea adaruerit, vestimenta condito. si ita feceris Tineæ non nocebunt, easdem etiam arcet absinthium vestibus impositum, vt *b* Plinius autor est. præstat idé iris solo odore, propterea ijs qui pannos vendunt frequentissimus eius est vsus. Ad idem efficiendum anisi quoque semen adfertur à *c* Plinio, præsertim si contundatur. itemque heliochryson, quod alij chrysanthemon vocant, odore non in eleganti. Addunt etiam his veteres malum citri, quod medicum vocant intra vestes repositum. est enim odoratissimum: item puluerem cupressi per laneas vestes respersum. Asari folia decocta expellunt Pulices, & Tineas è vestibus. Laudant recentiores rosmarini puluerem Et si aliquam partem vestium iam eroserint, suadet *d* Fallopius eam lauandam esse cum aqua, in qua purgata sunt vasa, quæ mensis apponi solent. Vestem à Tineis non attingi, quæ fuerit in funere, *e* Plinius tradit.

b *L. 27. c. 7.*
c *l. 20. c. 17.*
d *Secret. 311*
e *L. 28. c. 3.*

CAPVT VIII.

DE VERMIBVS IN LAPIDIBVS & metallis nascentibus.

SVnt qui affirment in medio lapidum quorundam, ex quib. calx vritur nasci animalia diuersarum specierum, itemque Vermes dorso piloso, multisque pedibus, qui plerunque fornacibus, in quibus calx coqui solet, multum damni adferre soliti sunt. Contra vero *a* Cæsalpinus in fodinis metallorum, siue marmorum aliorumque saxorum, nunquam viuum corpus reperiri testatur his verbis: Nunquam tamen repertum est, aut lapides, aut metalla, aut sulphur corrodi ab animalibus, vt solent ligna à Teredine. Reperiuntur autem Vermiculi in terra cœnosa: quia putredo aquæ materia est opportunissima ad eorum generationem: & in scopulis maris intra lapidum cauernulas reperiuntur animalia quædam, quæ dactilos vocant, ostrearum medullis similia, & gustui grata, ex aqua marina nitro labente genita. Hactenus Cæsalpinus. Ego vero quod ad hanc rem attinet nil habeo noui. censeo tamen animalia in saxis, & metallis reperiri posse, quamuis id rarissime accidat.

a *Lib. 1. de metal. c. 2.*

CAPVT IX.

DE ORIPE.

ORipas vocat Theophanes apud *a* Strabonem Vermes in niue nascentes. At quia mirum videatur, & vltra humanam fidem credere, animalia in niue, & generari, & viuere; Strabonis verba in medium lubet proferre, aliorumq; veterum, qui de his animalibus, quippiam memoriæ prodiderunt. Strabo itaque sic iuquit. In niue autem glebas congelascere aiunt concauas optimam continentes aquam tanquam in tunica: & animalia in ipsa niue generari (vocat autem Apollonides Vermes, Theophanes vero Olipas,) & his optimam contineri aquam, iuptis autem tunicis ebibi. Eiusmodi animalium generationem assimilare Culicũ ortui, qui ex metallorum flamma bracteaque nascuntur. Aristot. etiam cum ortus Insectorum varios diligentissime recensetet, traderetq; alia ex cognatis animalibus produci, alia sponte nasci,, & ex hilce alia ex rore supra plantarum folia cadente, alia ex luto, & stercore putrefacto, alia in lignis, alia in animalium superfluitatibus, alia in aliis, demum dicebat aliqua etiam nasci ex fæce aceti: quod quia mirum videri poterat, cum acetum putrefieri non videatur, obiectioni occurrit dicendo, in his etiam quæ minime sunt obnoxia putrefactioni animalia nasci, vt in niue, & igue. Etenim, inquit, ,, in his quæ videntur maxime posse non putrefieri, animalia nascuntur. quemadmodum niue in vetusta Vermes fit autẽ vetusta rubens, propterea, & Vermes huiuscemodi, atque hirsuti ,, Qui vero fiunt ex niue, quæ in tepore inuenitur, magni sunt & ,, albi. cuncti vero difficulter mouentur. Hæc quoq; *b* Plinius breuiter reperijt, Rursus, inquit, alia genera Culicum acescens natura gignit. quippe cum & in niue candidi reperiantur, & vetustiore Vermiculi, in media quidem altitudine rutili (nam & ipsa nix vetustate rubescit) hirti pilis, grandiores, torpentesque Huc accedit autoritas scriptoris eius libri, qui de Plantis inscribitur, Aristoteles falsò putatus. hic enim probans plantas in niue nõ reperiri, & qui iu ea sunt amaras esse omnes, animalculorum quoq; nascentium in niue meminit. Ita, inquit, fere non inuenitur planta in niue. licet in ea visa sit nonnunquam pronenisse, vt & animalia quædam præcipue Lumbrici i hi euim in niue gignuntur: & phlomus, & herbæ amaræ omnes. Has itaque autoritates, quidam parui facientes, varijs rationibus contendunt, animalia in niue fieri non posse. quorum ea potissima est, quod maxime à calore nix absit: sine quo animal generari non potest. cum etiam haud alia sit causa, cur nihil ex glacie producatur, quam quod frigidissima est, vt Aristoteles scribit, tantum abest, vt animalia in niue nasci credibile sit, vt eam illorum interius causam esse argumento sit, quod hyeme agricolæ niues optant, quibus pernitiosæ frugibus bestiolæ perdantur. Si qui vero Vermiculi in niue conspiciuntur, illos non ex niue natos, sed è terra emersos, ac niuib. se inuolutos fuisse credunt. Quibus rationibus acutissime respondet *c* Cagnatus his verbis: Quod, inquit, negauere in niue aliquid nasci, quoniã nix à calore maxime abest, falsa ratione inducti sunt. Si enim credamus Auerroi quarto libro Meteorum, nulla res, quæ ex elementis concreta sit, calore caret. & Aristoteles quinto libro de generatione animalium, docuit nullum esse absq; calore humidum ἐν νίφοῖ τοῦ θερμοῦ. nix autem concrera est, & est humidum quiddam, quanquam enim congelatione sit, quæ exsiccatio, quædam est, substantia tamen eius est vapor, cuius natura est humida, nimirumq; negotio in aquam vertitur congelatio verò est, quædam exsiccatio, sed non simpliciter; nam exsiccatio fit humido exentũ, at in niue humidum nõ exit, sed concluditur potius, ac veluti vincitur. Insuper Aristoteles primo lib. Meteorum, ait niuem esse nubem congelatam, & in niue multum calidum inesse. Et lib. de generatione animalium quinto, albedinem ab aere dicebat esse, aer vero est calidi & humidi, & nix est alba. Quibus omnibus concluditur, non maxime à calore niuem abesse. ex glacie quidem nihil fieri concedi Arist. potest, sed nix minus, quam glacies frigida est: hæc dicta esse ὑποβολὴ ψυχρότητος, at nix minime & licet dixeris congelationem, πῆξιν, esse ὑποβολῶν; niuemque congelatione constare, tamen haud dubie in maiori congelatione exsiccantia maior est, niuemq; minus esse congelatam, glacie negari non debet, quod si forte glaciata nix etiam fuerit, tunc nihil ex ea nasci rationi consentaneum est. neque dixerim glaciei densitatem obstitus, quam frigus ortum auimalium prohibere, quoniam in densiori, quam glacie, vt sunt multa ligna, Vermiculos nasci certissimum est. Impedimentum igitur est à frigore, quod nunquam in niue tam efficax, vt in glacie est, & multo minus, cum nix ipsa putrescit. Quod autem nix pernitiosa sit bestiolis, quæ frugibus sunt inimicæ, non est efficax argumentum contra Aristot. sententiam. quoniam sicuti quæ in aere degunt, magna ex parte in aqua suffocantur, & quæ in aquis viuunt, aerem non ferunt; nec tamen sequitur si illa suffocantur, in aqua, quod nulla nascantur in aqua: similiter de aere. Ita quæ ex terra, & in terra Vermes nascuntur, siue quæ alia Insectorum generis sunt frugibus noxia, perimi à niue minime mirum est; sed non sequitur ex niue, aut in niue nullum oriri animal posse. si autem potest, vt Aristoteles testatur, tantum abest, vt ab ea perimi debeat, vt ab ea seiunctum vitam ágere non possit non secus, ac piscibus extra aquam contingit: nam vt idem est autor libro de respiratione ἡ φύσις οἰκείοις μάλιστα σώζεται τόποις. Natura in locis cognatis ac familiarib. maxime seruatur. & Theophrastus primo lib. de causis plantarum, ἅπαντα δὲ φαίνεται τὰ ζῶα καὶ τὰ φυτὰ καὶ διαμένοντα καὶ γιγνόμενα ἐν τοῖς οἰκείοις τόποις! cuncta enim videntur animalia, & plantæ manere, ac generari in proprijs locis, subditque ἀπαθῆ μὲν ὑπὸ τούτων. à proprijs locis nihil pati, nõ corrumpi. & 5. de caus. plantarum tradit. Vermes ad alias translatos arbores, quam in quibus nati sunt, non viuere. quapropter consentaneum rationi magis est Vermes niue inuolutos, in ipsa niue natos, quám terra emersos. nec de alimento illorum est dubitandum. etenim ex qua nascuntur re, ex eadem sine dubio ali possunt & niuem non esse rem simplicem, sed ex pluribus concretam (cuiusmodi oportet esse alimentum præbitura) ante statuimus. & cuicunque viuenti, interea dum generatur, tantum materiæ sufficitur, vt etiam genito satis sit ad vitam certo spacio sustinendam, nullo extrinsecus alimento accedente: donec videlicet aut proprio ingenio, aut opealiena externum, & adscititium (nã illud ingenitum dici potest) nutrimentum, vt naturã decet, comparetur. quod si nunquam suppetat, paucissimos ea dies, vel horas vitam agere, necessum est Hisce doctissime Marsilius Cagnatus Aristotelis aduersarios compescit. Cæterum *d* Iulius Cæsar Scaliger putat in ipsa niue Vermes gigni, quod in ea multum sit aeris, & spiritus, qui postea concalefactus hos generet Est enim, inquit, ea niuis natura, vt solum impinguet etiam & lutum ex eã fiat.

a *11 Geogr.*
b *Lib. 11. cap. 35.*
c *Var. obs. Lib. 4. c. 23.*
d *De caus. plan. 28.*

CAPVT X.

DE LIMACE.

LImacem Albertus, eumque secuti vulgares, & obscuri authores turpissime cum testudine terrestri confuderunt, Limacem inquam, quæ cocheam suam tergore portet, domiportam Cicero appellauit, quę tamen & ipsa improprie Limax dicitur, quamquam Theodorus Gaza apud Aristotelem Cochleam (κοχλίαν) Limacem vertat; à quo postmodũ decepti alij Cochleas, Limaces quoque nominarunt: Sed Plinius distinxit, vt cum ait, Bestiolarum genera quædam herbis innascuntur, raphano Erucæ, & Vermiculi, item Lactucis, & oleri; vtrisque hoc amplius Limaces, & Cochleæ. Et rursus: Limaces nascuntur in vitis, & aliquando è terrã Cochleæ minutæ mirum in modum erodentes eam. Quotiescunque vero Limacem Cochleam vocat idem Plinius, semper nudam Cochleam nominat, vt è contrario Columella Cochleam vocat Limacem conchæ implicitum; dum canit:

Domiporta.

Implicitus conchæ Limax, hirsutaque Campe.

Adeo vt Limax non Cochlea sit simpliciter, sed Cochlea nuda, siue testa, seu domuncula carens: cum Cochlea simpliciter dicta sit, vt dixi, Domiporta Ciceronis. Limax, inquit Isidorus est Vermis Limi, dictus ec quod in Limo nascatur, vnde & sordidus semper & immundus habetur. Et antiquissimus Varro Limacem dici scripsit à Limo, quod ibi viuit. Albertus *a* magno Laha vocatur. Aiten: Laha, vt putatur, est testudo (tustudinem cum Cochlea cõfundit, vt dixi) uigra, sine domo vadens in syluis. Apud Græcos peculiare, quod sciam, nomen non habet: reperio tamen apud Aelianum *b* κοχλίαν τὸν γυμνὸν vocari, hoc est Cochleam nudam: quare cum & Plinius Cochleam nudam vocet, ita apud Græcos euenisse suspicari licet. Italis Lumagotto dicitur, nam Lumaca Cochlea est; Gallis Limace, aut Limacon; Germanis Schneck, Wegschneck, Belchis Huysslecke: Hispanis Caracol; Polonis Sklimax, Vngaris Sarba teleld tiga, Anglis à Snaile.

a *Lib. 2. de Anim. tract. 1. c. 3.* Laha.
b *Lib. 2. de Anim. c. 45.*

GENVS.

GENVS. DIFFERENTIAE. FORMA.

LImacum, ſiue nudarum Cochlearum, aliæ magnæ ſunt, aliæ paruæ: Magnæ Germanis à colore ruffæ dicuntur (quanquam in hoc genere etiam nigræ ſunt) de quibus ſentire ſcriptores quidam docti putant, cum ad medendum Cochleas nudas poſtulant: Paruæ gregatim folia ſectantur, & hortos infeſtant cinerei, aut fuſci coloris, & hæ quidem ſemper nudæ ſunt, quod ſciam. Plinius *a* Limaci magnæ ſimilem eſſe ſcribit echineim Sunt vero partium diſtinctiones, vti & Scaliger *b* annotauit, in hiſce animalculis admodum obſcuræ. Quæ hic exprimuntur primo loco, ex cinereo nigricant, albis per tergus maculis, cornicula exerunt, quatuor è capite, quibus iter prætendunt. Tertia tota nigra: poſtrema cinerea albis maculis per dorſum, iiſq; longis varia. Albertus in eorum extremo ſitos habere oculos aſſerit. Plinius Cochleas haſce nudas, ſiue Limaces, non tamen omnes in capite lapidem gerere memoriæ prodidit, idq; verum eſſe docuit quotidiana experientia: nonnunquam oſſiculum, vt poſt patebit, idem Plinius nominat. Cardanus Limacium lapidem vocat his verbis: Limacius lapis in capite Limacis, quæ cortice non integitur, ſoler generati. Hunc vt oſtendere poſſum, candido colore, & aſpera ſuperficie eſſe oportet, quod ex aquæ ſubſtantia coactus ſit, & ob id etiam paruus, quod in paruo animali inuentus. Lapillus quem ego proprijs manibus exemi è capite nudæ cochleæ, poſtquam in multis fruſtra quæſiuiſſem, albidus erat fabæ fere magnitudine, multo tamen humilior, compreſſuſq; magis, modice tranſparens, inæqualis, admodum glaber, parte altera planior, altera veluti in oculum protuberans, durus, ſed dentibus friabilis, ita vt in arenulas atteratur. Venduntur & alij lapilli multo maiores, magis protuberantes, minus candidi, obſcuri, intus foueam habentes, ſed ciuſmodi è nudis cochleis eximi non puto. Noctu potius, quam interdiu animalia iſthæc ad paſcua exeunt, degunt autem non modo in campis, & hortis, ſed in cellis vinarijs, latrinis, cloacis, & alijs ſubterraneis vligiuoſiſque ædium locis.

a *L.32.c.1.*
b *Lib.1.de plant.*

Limacius lapis.

VSVS.

ALimacum ſiue nudarum cochlearum eſu, omnes abſtinent. Braſauolus tamen in Africa, genus quoddam Cochlearum nudum eſſe ſcribit, quo veſcautur, idq; ab authoribus proditum eſſe tradit, item ſuos Ferrarienſes retuliſſe, qui anno ſalutis 1535. cum Imperatore Carolo V. in Africam commigrarunt, vt Tuneti regem in ſuam ditionem reciperent. Sed Africanus ſimpliciter in vſu cibi fuiſſe, ex Plinio, & Varrone conſtat: quod de teſtatis ego accipiendum puto. Nudas vero Africanas Plin. ſolus (quod ſciam) nominat, ad remedia quædam foris imponens, aut cinerem propinans. Quare ſi quæ nudæ hodie in Africa eſitantur, eſto: authores tamen hoc non prodiderunt. Expetuntur contra à mulieribus plurimum ad expoliendam faciem: namque ex ijs in ſtillatorium vas cõiectis, additis quibuſdã alijs, aquam eliciũt, qua inde earũ elota facies lęuorem mentitur. Medicamen pro mulieribus coſmeticum ex Bertapallia, & Gordonio. Limaces nouas ſine teſta in vaſe vitreo pones, & aſperges ſale gemmeo contrito: tum aquam Limonum ſuper infundes, vt emineat, & vas obſtructum inſolabis, donec fiat quaſi vnguentum: eo facies illita mirifice abſtergitur. Debet autem ablui aqua de flotibus fabarum, aut aqua furfuris frumenti. Cedunt pręterea nudæ iſtæ Cochleę in vſum medicum, Capitis doloribus inquit Plinius, remedio ſunt Cochlearum, quæ nudæ inueniuntur, nondum peractæ (perfectæ, legunt alij) ablata capita. Ita quoque Serenus agens de dolore capitis, canit:

Limaces qui edant.

Coſmeticum remedium.

A *Profuit & Cochleis frontem tractare reſectis.*
Eodem Plinio & Marcello Empyrico authoribus, earum cinis, ſi viuæ combuſtæ ſint, vlcera omnia pedum ſanat Marcellus eiſdem adijci ait aliquid triti thuris, & albi ouorum, atq; inde vlcera teſticulorum tumentia, & hydrocelas puerorum ſiue ramices ſuperlini, vt modo glutinis adhæreſcat: pueros vero contineri in lecto donec omnis turpitudo reprimatur. Sũt qui Limaces ruffas miſceãt emplaſtris quibus hernia curatur: Sunt item qui ad ſuppurandum vtantur. Vt verrucæ, ganglia & claui in hominibus, & iumentis aboleantur: Limacem ruffam bene ſalito, vel ſali imponito, inde liquato humore verrucas, & ganglia perungito, & partem Limacis ſuperilligato: Clauis vinum eodem liquore madidum imponito Experimentis hæc conſtant. Similiter ſici, & mariſcæ emendantur. Illitio ad anginam ex Limacibus, ex Nicolao Myrepſo. Limaces nudas ſine teſtis in hortis repertas in ollula vrito, & in cinerem redactas excipe melle Attico, quod ſatis eſt, & illinito Alii piperis grana decem inijciunt. Ad quartanam magi adalligant eas in pellicula, vel quatuor earum capita præciſa arundine, vt Plinius author eſt. Kiranides Limacem nudum cum manna (polline) thuris ſolutum, & nari immiſſum, ex ea ſanguinis eruptionem ſiſtere, B & matricis ſinum clauſum aperire affirmauit. Vt pili in iumentis proueniant: Limaces ruffas aperies, exenterabis, multo ſale aſperges, & facto inde vnguento inunges: pilos copioſe euocat. Si quæ partes macie, aut atrophia laborent, ſic curabis: Cochleas ruffas (numerus non exprimitur.) in vaſe bene operculato ſale conſperges & ſines per dies nouem, deinde menſuram, (vncias menſurales circiter quadraginta) olei laurini, vini ſtillatitij (quod aquam vitæ nominant) vncias quinque; diu permixtis vtere. Partem vel atrophia, vel arrhitide etiam ſola cochlearum aqua (mirum quæ ex eis ſalſis manarit) vtilis eſt Si boues ſanguinem è veſica, aut ano excreuerint, Limaces ruffas in ſero acido (quo lac funditur) imponunt, & tepidum præbent bibendũ. Iã v. Lapillus quẽ & oſſiculum Plin. vocitauit, in Limacis capite inuentus, cũ à Plinio cælebratur, tum etiam à recentioribus plurimum. Cochleæ nudæ, inquit ille, gerunt in capite lapidem, non tamen omnes, quem febribus tertianis adalligatum vulgus prodeſſe exiſtimat. Et *c* rurſuſ de eodẽ. Magi ad dentitionem Limacis lapillum ſiue oſſiculum, quod in doſſo inuenirur, adalligari iubent. Et *d* ante dixerat: Limacis inter duas orbitas inuentæ oſſiculum per aurem, cum ebore traiectum, vel in pellicula canina adalligatum, dolorib. capitis prodeſt, quod C remedium pluribus ſemperq; prodeſt Et alibi deniq; ſic habet: Capitis doloribus remedia ſunt cochlearum, quę nudæ inueniuntur, nondum peractæ ablata capita; ex his lapidea duritia exempta (eſt autem calculi latitudine) quæ alligantur. Anton. Mizaldus neſcio ex quo Lapillos è capite Limacum, & grandiorum cochlearum erutos, ſtrangutioſis vrinam tradit moliri, illius meatus lubricare, ſi comminuri ex vino exhibeantur. Auxiliari etiam parturientibus laxando, & dilarando muliebres locos. Si ad læuorem teratur, & oculo infletur, oẽs eius maculas credit detergere, obliterareq; ſiue vngues fuerint illæ, ſiue leucoma, nebula aut quid aliud. Inuenio, & hoc poſtremum apud authorem additionum in breuiarium Arnoldi Villanouani, ſed hic addit, ſi fel hircinum miſceatur, fortius fore. Et Kiranides. Nudæ cochleæ, inquit, poſtquam Sol aſcendit, medio inter cornua abſciſſo, calamo acutiſſimo, exime os quod habet, & inuolutum albiſſimo panno habe ad omnimodam ophthalmiam, pro cuſtodia omnis ophthalmiæ, & faucium, gulæ, ruſſis, & cephalalgiæ, & quotquot circa caput, cerui cemq; paſſiones contingunt, non ſinit fieri. Et ſi iam fuerint, circumligatum curat.

Lapidis Limacis vſus.

c *L.30.c.15.*
d *Lib.29.6.*

Finis Libri Sexti.

VLYSSIS

VLYSSIS ALDROVANDI PHILOSOPHI ET MEDICI BONONIENSIS, HISTORIÆ DE INSECTIS LIBER SEPTIMVS,

Qui est

DE AQVATICIS.

ET PRIMVM

DE IIS, QVÆ SEX HABENT PEDES.

Cap. I.

Musca aquatica.

DE Musca fluuiatili Rondoletius (apud quem solum de hoc Insecto, scriptum reliquit. Muscas volantes in aquæ extremitate sæpe vidimus æstate. Oculis sunt magnis pro corporis magnitudine. dorso rotundo, ventre plano, senos habent pedes, posteriores maiores, ad corpus in aqua impellendum Inter natandum geminas alas extendunt. Quare in aere volare, & in aqua natare possunt. Natant ventre in cœlum conuerso, contrario situ volant. Vtrumque per vices faciunt. Venter lineis nigris, & viridibus distinguitur. His piscibus insidiantur.

Cantharides aquaticæ.

Sunt & Cantharides aquaticæ in paludibus circa lacum apud nos, quæ superficiem aquæ motu irrequieto huc illuc circa eundem fere semper locum mira celeritate se traiiciunt: nec in summo tantum, sed etiam profundius feruntur. Magnitudine, & forma Cimices referunt. Cruscula sena habent subruffa. Vaginæ è nigro virides, præsertim ad solem, & splendentes, alas tegunt: sed non penitus: ad caudam enim alarum extremitas prominet, quæ cum in aqua celeriter feruntur vt solent, mirabili candore, splendoreque conspicua argentum viuum quodammodo refert: vnde & Pygolampides si quis appellet, nomen ipsorum naturæ conueniens posuerit. In aerem si prorepserint, volare etiam possunt. Icon earum hæc est.

Pygolampides aquaticæ.

Cum de Scarabæis ageremus, diximus etiam aquaticos dari. Eos audio esse maiusculos corpore lato compressoque & à Germanis **Wassergugen** appellari, & in quarumuis aquarum fundis reprare. Sed videre eos mihi necdum licuit Obseruaui vero Insectulum quodpiam, vel ex Scarabæorum, vel ex Cantharidum genere: Rustici Violam aquaticam dicunt. Cantharide minor est, forma oblongiori, angustioriq; vtrimq; in acutum desinens, aterrimo splendens colore, duas iuxta rinctum appendices breues habens, ceu cornicula, senos pedes colore ferrugineo. Obseruaui & aliud Scarabæi aquatici genus, Scarabæo stercorario minori per omnia simile, nigerrimum, coleopteron, gressu cursuue celerrimũ saliens etiam dorso impositum, maximo nisu in aere se vibrans, subsultim in ventrem se conuertit: pedes habet inæqualis magnitudinis: priores breuiculi ad gradiendum tantũ apti sunt, duo postremi, cum ad natandum seruire debeant remigum loco, multo sunt lõgiores: aliis vero illis communibus, æqualis pedum omniũ est magnitudo Huius icon postea dabitur vna cum Tipulis. Inueni & aliud in horti publici vasis aqueis, in quibus plantæ aquaticæ conseruantur, Insectum è Scarabæorum genere, superiori in eo plurimum differens, quod anteriores pedes haberet duplicis vsus, nimirum ad natandum, & gradiendum. Sagacissima enim natura latissimos eos fecit in medio, haud aliter, ac auium aquaticarum pedes sunt, & ne latitudo (rotunda ac caua) ad ingressum non esset inutilis, eosdem in extremo rursus fecit exiles, robustos tamen & hamatos, & eis vna cum duobus subsequẽtibus, qui contigui sunt ac æque longi, ea carentes latitudine, ad progrediendum vti posset. Postremi pedes duplo sunt longiores, in extremo velut in pinnam molliusculam desinunt; in medio ventris siti, longe à primis, qui sunt in pectore. Horum quoq; duplex vsus est, ad natandũ seu potius ad natatum regendum tanquam pinna aliqua, aut cauda, & cum cubat in dorsum (apricatur n. libenter, & apricantem ego cepi) ad insiliendum. Salit n. cum in dorsum cubat, iis sese ad saltum à terra eleuans. Cum cubat in ventrem, vel omnibus pedibus insistit, hosce posteriores tanquam ad incessum inutiles per terram trahit. Coleopteron est hoc Insectum vagina tectum durissima, ventre quoq; durissimo ac prope osseo, color eius ex atro ad castaneum nonnihil vergit. Antennas à lateribus capitis erigit adeo exiles, vt visum pene fugiant, castanei coloris. In summa elegans animal est.

Viola aquatica.

Scarabæus alius.

Alius.

Reperitur passim aliud animalculum nigrum, Pulice paulo maius, quod supra aquas, potissimum stantes, velocissimo motu cietur, raro quietum, rotundum est & sepes. Nomenclator Hollandos, cæterosq; forte Belgas secutus, quibus Watervlo dicitur, Pulicem aquaticum vocat, hoc n. Belgicum id nomen sonat. Degunt gregatim istiusmodi bestiolæ, inuicem continue colludentes, ac prosequentes De marino Pulice post dicam ex Rondoletio.

Tipulæ historia.

Tipula (vel vt alii scribunt Tipulla, vel vt alii Tipula) teste Festo bestiolæ genus est sex pedes habentis, sed tantæ velocitatis, vt super aquam cursens, non desidat. Meminit *a* Plautus istius animalculi, dum ait:

a In Pœnulo

Neq; Tipula leuius pondus est, quam fides Lenonia.

Quorum verborum sensus est, non tam leuiter per aquas Tipula discurrit, pondere corporis leuissimo, & prope nullo, vt leuis, & prope zephiriæ, subuentaneæq; fidei sunt ipsæ lenæ. Theodorus Gaza ἀσκαλάβους perperam, & intolerabili errore Tipulas vertit: siquidem Tipulæ non sunt Vermes, sed ea quæ diximus, & hic depingemus, aquæ supernatantia animalia. At quanquam leuitate


Fig: 13.
1
2
3
4
Pediculus marinus. Meerläus.
Oestrus. Wdeerfell.
Scolopendræ marinæ.
Hirudines marinæ. Meerfugel.
Lumbrici marini. Meerwürm.
Hippocampus. Meer Haan.
Vua marina.
Meer traub.

sua super aqua ingredientes non mergantur, aquatiles tamen animantes multi esse negant. Vulgus Aquitanum teste *b* Iosepho Scaligero, & accolæ Garumnæ Capras vocant. Dictæ sunt Tipulæ παρὰ τὰ τίφη. τίφεα enim τὰ ἕλη, vbi eæ versari solent. Varro.

b In Cõiect. ad Varr.

——— *Leuis.*

Tipulla Lymfãn frigidos transit lacus.

Ita enim legendum censet Iosephus. Bina ego Tipularum genera obseruaui, maius vnum, idque alatum & tantum quadrupes; minus alterum, apterum, sepes. Prius in aqua stagnante scrobis foueęque, cui cannabim macerãdam immerguntrustici Bononieuses qua ab eo vsu Maceratoio vocatur, inuentum, longum erat integrum palmum, colore fusco, Attelabo siue Locustæ apteræ non absimile, nisi quadrupes fuisset. Antennas binas sed articulatas, prope medium, extremo nonnihil deorsum reflexas, ac hamatas vnco auicularum vnguiculis simili, quibus obuia apprehendit, altera nempe articulo reliquæ antennarũ longitudini annexas. Capitulum exiguum ante exigua appendice, velut corniculo acuto armatum, figura fere ttigona, ocellis vtrimq; eminentibus atris, ac splendidis immobilibus instructum. Alarum est pennis quaternis longis, & angustis, subtilissimis Caudæ loco appendices binas longissimas filamentorum instar statim ab ano dispartitas gestabat. Pedes quaternos, singulos tribus articulationibus distinctos, nempe ob longitudinem, sed imbecillimos, quales fere Araneis sunt, anteriore corporis parte, pectore locatos. Vnde cum in aquis degant, Belgæ & Germani, vt audio, suo idiomate **Waterspinen** vocant, id est, Araneas aquaticas, Collum à capite subest oblongiusculum, quod à ventre paulum latiore excipitur, & ipso tandẽ in acumen paulatim extenuato. Dorsum erat planum, quod alis tegitur, ac ferruginei coloris. Venter supiue vtrimque in sulcum conspicitur exsculptus, prominente medio tereti seu cauliculo herbæ cuiusdã, vt polygoni fęminę internodijs, ac geniculis quinque, quos annulos vocant, secto Horum singulorum interstitijs macula seu punctum nigrum conspicitur. Cum itaq; quadrupes sit hæc Tipula, ab ea quam sepedem Festus esse dicebat, plurimum differt. Sed & hanc obseruaui. Mira corporis lenitate, & pedum agilitate aquis quoq; inambulat, oblongiusculum & angustum, sed priore multo minus, & multis ab illa partibus discrepans. Sepes est, nec alatum, nigrũ toto corpore, sine cauda, sed antennas exiguas, veluti filamenta subtilissima ante gerens, quib. etiam ingreditur nonnunquam. Est & aliud genus inter hanc, & maiorẽ medium Vere, vt Aprili aquis supernatans, ac repens, corporis figura maiori plane simili, sed multo minus, oblonga caudæ appendice carens, & maculis in ventre, quarum loco in medijs alis nigris albidam teretem gerit. Habes hac tabula expressam prius Tipulam minimam coloris totam cinerei, dein maiorem alis primum cooperti, deinde detectis, deinde Attelabum Arachnoidem aquaticũ, quem subinde describam, nouissime aliud, quod secundo loco è Scarabæis esse iudicauimus

Attelabus Arachnoides aquaticus.

Attelabum Arachnoidem aquaticum nomino Insectum quoddam Aranei speciem gerens sed sex tantum pedibus dotatum, colore cinereo, ac vluæ seu fundi lutosi (in quo sese occulit, aut summa eius superficie sedet, aliquando teptans, uonnunquam nataus) adeo simili, vt nisi lynceis oculis data opera diligentissime intuenti eum deprehendere, aut obseruare non liceat. Rinctu fere est Locustæ, ocellis vtrimq; alte satis extantibus, cætero corporis habitu non male Araneum referens, aluo tota annulis pluribus secta, parte prona compressa, supina nonnihil rotunda, ita vt mediam quandam formam inter Araneum, & Attelabum seu Locustam apteram breuem habeat.

Ligniperdam aquaticam Arist non videtur agnouisse, etenim festucas lignaue colligere eã scribit, quibus sese iuduat, atq; cum post ijs spoliatur, emori: eum eiusmodi animal, quod Ligniperdam aquaticam nominaui, spoliatum suis festucis, quæ varijs ex partib. herbarum constant, minime moriatur, sed subinde nouas festucas recolligat, in quarum vertice exiguam ligni, at non cuiuslibet, sed quod leuitate sua aquis supernatare cognoscit, portiunculam supta ceruicem suam ne mergatur, immiscere nouit: alioqui à terrestri nihil vel parum admodum differt. Bellonius Phtyganium vocare videtur, & sic de eo scribit: Phtyganium fluuiatile æque, ac matinum deiectamentũ, Galli Charee appellant quod cinerum excrementis sit persimile. Piscículus est, aut potius Vermiculus quo piscatores vtuntur pro esca: sic appellatus, q; phtygana, id est, fremia siue festucas siue thecæ aut tegumenti lateribus, filo tanquam Araneæ ab eius ore dependente (nouit n. nere, vt Aranea) agglutinans atq; alligans, circumponat, ex quibus augescens, casam amplíorem sibi construit. In quo pinnotorem imitaretur: nisi pinnoteres sibi ipsi domum facere nescirent. Senos vtrinq; pedes habet, quibus in aquę etiam rapidissimę riuulis incędit: nare enim nescit Estq; animal tenue, oblongum paruę Etueę simile, quem auidissime appetunt Truttæ. Est enim profluentibus aquis ac torrentibus frequens. Eo etiam piscículi, si sua theca seu inuolucro nudetur, affatim capiuntur. Chrysippus philos. inquit Plinius, tradit, Phryganium alligatum remedio esse quartanis: q autem esset id animal nec ipse descripsit, nec nos inuenimus, qui nouisset. Hæc Bellonius, ad quẽ hoc scribit corollarium G. Phryganij nomen vetus Plinio vsitatum, sed quod esset, ignoratum, an recte aquatico Vermiculo, quem, Galli Charree vocant, attribuerit Bellonius, ne de nominibus magis, quam rebus videar esse solicitus, non disceptabo. Hoc tantum dixero, à sola etymologia argumentũ minime firmum sumi: nec quoduis animal quod phryganis hæreat, Phryganium dici posse. Sed ita appellemus, licet potius, quam contendamus: quoniam nullum incommodum in-

Phtyganiũ

A de sequetur opinor. Gallicum nomen Cherre, ad Germanicũ Kerder, vel Karder accedit, quod Vermiculis aquaticis plerisque puto commune est: vsus omnium ad inescandos pisces, à quibus appetuntur. Ex omnibus estate Musearum quædam genera gignuntur, ex aliis alia. Neq; hæc animalcula tantum nostri, sed escam omnẽ ad pisces capiendos comparatam & infigendam hamis, Kerder appellant: à qua voce non aliena est delear Græca. Priuatim vero Stenbyssen appellant: quasi dacolithos Græce à morsu lapidũ dicas. Vermiculos thecis quibusdam Araneaceis inclusos, quia in aquis fluentibus, & lacu etiam adhærent lapidibus inferne, & à piscatoribus leguntur ad inescandos pisces. Mouentur vna cum thecis suis, quibus forma cylindri; caput & senos pedes exerunt. Audio & in quibusdã frigidis fontibus Vermiculos thecis duris inclusos inueniri. Nostrates (Heluetij) plerique hoc genus kerder, vt dixi, vel Kerderle nominant: Ruckle genus diuersum appellant in lacu nostro, in fundo aquæ, quod nec lapidibus hæret, nec thecis includitur, forte quasi Eruculas Videri enim possunt Erucæ quædam aquaticæ: alij Querclem & Wasserlaus, id est, Pediculos aquaticos. Eadem enim hæc nomina puto, id est eorundem animalium, vel omnino, vel saltem genere proximo. Vermium quędam B geneta, & multipedum ex aqua cum retibus piscatorum frequenter extrahuntur. Albertus. Ego hyeme aliquando, circa Ianuarij Cal. Insecta huiusmodi Erucis similia inspexi digiti aut pollicis transuersi longitudine, senis pedibus, ore forcipato, cauda bicuspide: anterius, vbi caput & pedes sunt, nigricant: posterius è viridi colore fusca sunt. Quædam ex eis maiuscula, alia parua erant. Repetiuntur maxime locis aquarum limosis, & vbi algæ nascuntur, præsertim illæ, quarum vna fœniculũ altera abietem, vel hippurim folijs refert. Hæc ille, & in paralippomenis rursus, exhibita etiam icone: Icones hic adiecimus alteram Phryganij nudi, alteram sua theca intecti, è lacu nostro: Karderle nostri nominant. Theca est quasi bõbycina, longitudine atticuli humani in digito, parte vna aperta. Et includitur Vermis pedibus senis, & capite eminens, reliqua pars, nempe alueus oblongus, intus conditur: supra infraq; cirris albicantibus hirsutus, quibus opinor thecæ suæ adhęret, adeo tenaciter, vt vi euelli vix queat pars extrema, vtrimque eminens paucis, & breuibus pilis insiguitur. Cum in sicco seruassem duos aut tres dies, & caput prominens emortuum videretur, euulsi & posteriora etiamnum vegeta viuaq; inueni: sed & caput rursus leuiter mouebatur. Thecæ illi foris adhæret, quicquid C leuius appropinquarit, cortices lignorũ, fremia seu Phrygana (vnde Phryganium Bellon nominauit) quibusdam & conchulę patellarũ instar, magnitudine & figura lentis, & alię quisquilię) Nos supra Ligniperdam aquaticam appellauimus & depinximus fol. 306.

Kerder.

Rukle.

De Squilla fluuiatili (Gryllum fluuiatilem forte cõmodius nominabimus,) pauca isthęc Rondeletius scripta reliquit In fluuijs Insecta quędam viuere deprehendi, quę varia sunt. Quędam enim Vermium, quędam Scarabęorũ forma sunt. De his cum nihil apud scriptores veteres legerim, non inepte facturus videor, si aliatum bestiolarum, quarum imaginem similitudinemq; habent, nomina eis imponam Ab his incipiam, quæ tenui crusta integuntur, qualis est Squilla fluuiatilis, quã hic exhibemus Ea pedes ternos vtrimq; habet. Cauda in duo longa, & tenuia veluti fila desinit: digitali est longitudine Capite est rotundo, compresso instat lentis leguminis Cornicula quatuor habet Cum Squillis marinis magna est figuræ affinitas. Quare non video quo aptiore nomine donetur, quam Squillæ fluuiatilis. Huius icon dabitur post.

Squilla fluuiatilis.

CAPVT II.

D *DE INSECTIS AQVATICIS MVLTIPEDIS ET primum de tineis vel scrophulis.*

LIMus aquarum vitium est, inquit Plinius, si tamẽ idem amnis anguillis scateat, salubritatis inditium habetur: sicuti frigoris, Tineas in fonte gigni. Has esse G. putat, quas Heluetij Gytzen appellant, alibi Gypsen, Stabysen, vel Maschen, & Vvasserschaben: ex quibus postremum Tineas aquaticas significat. Repetiuntur in fontibus, non quibusuis, sed bonis, & frigidis duntaxat, præsertim Martio mense. Sunt aut Vermiculi perparui; & quoniam conglobari conuoluiq; tanquam in arcum solent, minores etiam apparent, vt fallant aliquando bibentes. Colore albicant: pedibus nituntur plurimis, contiguis fere per totius corporis alueum, si bene memini: ab ore etiam veluti pedes promineut: vt multipedes, vel Asselli aquatici nominari mereantur. Pedes molliores sunt, quã vt extra aquam ingredi queant; nisi forte non mollities in causa est, sed pedum contiguorum multitudo, quos nisi in aqua non facile diducunt. In aqua mouentur & currunt, corpore non recto, aut æquali, sed in alterum latus inclinato Retrorsum quoq; incedunt, bene memini. Cauda oblonga in alueum desinit. Oculi sunt E perexilia puncta alba, cum centro nigro longe minutissimo. Cum potu hausti periculum creant, vt aliqui putant, etiam vitæ. Ventrẽ ijs qui biberint, inflari audio. Rusticum noui qui cum huius generis Vermem in potu hausisset, mox in stomacho dolorem percepit, qui sumpta theriaca descendit ad vmbilicum. Medicamento purgatus est frustra, quamuis copiose soluta aluo. Demum cũ vinum abunde bibisset, Vermem viuum aluo reddidit; cum iam tres dies retinuisset. Et verisimile est, nisi cum potu multo promoueatur, & proluatur hoc animal, expelli non posse: quoniam in sicco, vt diximus moueri nequit: humorem autem siue sponte sequatur, siue abulationis vi, exibit facilius. Prodesset forte, & terebenthina, aut larigna resina, aut oleum butyrumue copiosius sumpta: Hæc vt intestina lubrica fierent: illæ vt animal secum

Descriptio

inuoluerent deſcendendo. Quod ſi quis aut aquæ, aut vini potum copioſiorem vitare velit, minore periculo forſan lac, aut lactis ſerum, polypodio præſertim, aut alio molliente aluum incocto medicamento, affatim hauriet. Quod ſi non ceſſerit malum, idem remedium clyſtere infundi poterit. Ab initio autem ſtatim, antequã ad inteſtina deſcendat Vermis, à multo tepidæ oleiq; potu vomitum concitandum ſuaſerim. Idem ſunt Vermes Gallice dicti Scrophulæ aquaticæ, vulgo Agroueles, vel Eſcrocles. Aiunt enim multipedes eſſe, corpuſculo breui, cauda teſtacea: inueniri in fluuijs puteis, fontibus: & bibi aliquando ab imprudentibus: vnde vulgo Scrophulas illas (Strumas ſeu Chærades) vlcerataſ, & excedentes, ſine tumore, in guttute, procedente etiam autes verſus interdum malo, & facies aliquando penetrante, otiti putant. Hinc & Vermibus ipſis nomen impoſitum. Hoc Scrophularum genus à regibus Gallorum ſolo contactu curari aiunt. Tu princeps generoſiſſime (inquit Dionyſius Corronius in epiſtola, qua Actuarij librum de compoſitione medicamentorum à Ruellio translatum Franciſco Valleſio Gallorum regi uuncupat) plerisq; veteris memoriæ regibus, & inuentis tuendis ſolertior, & ſanando fortunacior diuiniorq; extitiſti: qui non carmine, non ſuperſtitione vlla, vt veteres feciſſe produntur, ſed ſincera in Chriſtum fide ductus, eiuſque vt videre eſt, ſpiritu afflatus duce, tuo cœleſtisq; Dei digito, tot millia ſtrumoſorum, hoc eſt, morbo perditorum, nulli mortalium, quam tibi curabili, etiam leuiter contacta ſanas & ſeruas, deorum (quos imitaris) inſtituto, qui ſoli quoſdam in nobis affectus amoliti creduntur. Hæc ille. Ferunt autem omnes Galliarum reges hac eadem ſanandi vi ceu miraculo pollere: eandemq; communicare poſſe filio cuiuſcunq; hominis ſeptimo nato, ita vt nulla filia interim nata ſit: id quod, aut verum non eſſe, aut ſuperſtitione non vacare puto. Audio & Anglorum reges hoc malum ſanare ſolitos, & qui id ſanent legitimos reges exiſtimare. Vocant autem morbum regis, vel malum regium. Per annum ſemel, aut bis aiunt admitti ad regem hoc morbo laborantes: inſpectos prius à Chirurgis, qui & morbum hunc eſſe, & remedijs incurabilem iudicarint. Genus eſſe Serpiginis, vel impetiginis audio in latetibus colli, profundioris, leuiter exulceratæ, & fluentis. Rege igitur admittente, æger accedit in genua procidens. Rex precibus quibuſdam dictis (forte & ceremonijs, peractis,) nummum aureum, cui ab angelo, quo inſignitur, nomen, manu flectit: eoq; malum (auulſo, ſi quod impoſitum eſt, medicamento, prohibens deinceps quicquam imponi) contingit, & nummum ægro donat. Tum malum paulatim atteſcit, & curatur. Interdicitur autem ſingulis ita contactis, vt per ſeptennium intra ſeptem miliaria non accedant ad locum, vbicunq; rex moratur: ſin minus, malum repetitutum. Sed hoc etiam ſuperſtitioſum eſſe quis non credat?

Scrophulæ aquaticæ.

CAPVT III.

DE PVLICE MARINO.

CVm maris purgamentis, inquit Rondeletius, aliquoties reperi beſtiolam tenui cruſta intectam, quã hic depinximus, quæ facie homunciones ridicule pictos, vel ſimiam repræſentat: alijs partibus Locuſtæ ſimilis eſt, in cauda appendiculas habet Locuſtæ, ac Squillæ modo. tam exigua eſt, vt particula corporis, niſi ab oculato, diſcerni (non) poſſit, ob patuitatem negligitur. Hanc puto eſſe ψύλλον θαλάττιον, id eſt Pulicem marinum, de quo à Ariſtotele, cum de piſcium ſomno agit. Piſces vel manu facile caperentur dum dormiunt, niſi à Pediculis & Pulicibus vexarentur. Nunc vero ſi ſomnum diutius capiant, noctu ab innumera multitudine illarum beſtiolarum occupati abſumuntur. Gignuntur ea in profundo mari tanta fœcunditate, vt eſcam ex piſce confectam, ſi diu in imo manſerit, totam corrodant, atq; piſcatores ſæpe eſcam demiſſam glomeratis vndiq; his beſtiolis perinde vt globum recipiunt. Gignuntur & in ſtagnis marinis ſimiles. Hæc ille. cæterum cum animalculum, quod depingit, cruſta tegatur, è ſquillarum potius minimarum genere fuerit, quam vere Pulex aquaticus Ariſtotelis. Veriſimile enim eſt Inſecti genus eſſe, quod ita vocat philoſophus: nam & Pediculus aquaticus, vt ipſe quoq; teſtatur Rondeletius, Inſectum eſt. Nos illud inter cruſtata dabimus. Non ferendus lapſus eſt Auguſtini Niphi, hi, ſcribentis Scolopendras marinas vulgo Pulices marinos vocari, quoniam infeſtant, vt putat, piſces eodem modo, quo nos Pulices terreni. Nos longe alias Scolopendras marinas poſt exhibebimus. Kiranides Pſyllum ſeu Pulicem marinum, minimum animal eſſe dicit, quo vtantur piſcatores. Salit, inquit, per littus. Hunc pſyllij herbæ ſeminibus octo in pelle vel panno ligatum, & ad collum ſuſpenſum, rigorem tertianum fugare tradit. Quod ſi pſyllos marinos multos cum aqua marina coxeris, & aſperſeris, vbi multi ſunt Pulices, euaneſcere. Additq; & alias facultates, dum ait: In lapide pſorite, qui & porus dicitur, ſculpe Pſyllos marinos tres ſub calamo viridi manentes, & reclude radicem herbæ Pſyllij. hoc amuletum da puero cadenti, & qui dentes teret. Si piſcator pſyllum geſtarit, vigilando in die per flumen aut lacum, magnam vim piſcium capiet. Et rurſus. Pſyllus qui in littoribus inuenitur, cum roſeo (oleo roſaceo) coctus vel albo vino, dolorem aurium ſanat. Pſyllos id eſt, Pulices, marinos multos in aqua marina coque cum Pſyllio herba. hac decoctione conſperſa domo Pulices pellentur. Si piſcator vtatur Pſyllo pro eſca multis piſcibus potietur: debet autẽ ligati in pelle delphini. Item circa finem quarti: Pſyllos marinos, inquit, cum aqua marina, & zolica (conyza forte, vel pſyllio, vt ſupra) herba coque hoc decocto domum aſperge, abigentur Pulices. Quod ſi Pſyllum marinum piſcator ferat, multam obtinebit piſcationem. Meminiſſe Pulicum marinorum videtur Plinius, dum ait: Adeo nihil non gignitur in mari, vt cauponarum etiam æſtiua animalia pernici moleſta ſaltu, aut quæ capillus maxime cælat, exiſtant: & circum globata eſcæ ſæpe extrahuntur: quæ cauſa ſomnum piſcium in mari noctibus infeſtare exiſtimatur.

a Lib. 4. Hiſt. ca. 10.

Niphi error.

b Lib. 1.

c Lib. 2.

CAPVT IV.

DE PEDICVLO MARINO.

EST inter Inſecta Pediculus marinus, inquit idem Rondeletius, qui cum Pulice conſpirat ad infeſtandos piſces, & tenui cruſta integitur. A Græcis vocatur φθειρθαλάσσιος, qui duplex eſt apud Ariſtotelem: vnus qui in mari, quod eſt à Cyrena ad Ægyptum circa Delphinum eſt: qui omnium pinguiſſimus ſit pabuli copia, quæ Delphini opera ſuppeditatur. Alter Pediculus eſt, quem hic depinximus, maioris fabæ magnitudine, & latitudine, (depingit autem hac magnitudine, ad quam ſane ne maxima faba accedat, quare quem ego obſeruaui & appinxi, rectius exprimitur.) Scarabæo terreſtri ſimilis. Corpus ex aliquot tabellis, veluti Locuſtæ vel ſquillæ cauda conſtat. Ante os, duo cornua breuia habet: vtrimque pedes multos, incuruos, in acutum deſinentes. Piſcibus ita hæret, vt eripi non poſſit. Sugit, vt Hirudo, nec prius abſcedit, quam tabidum, & exuccum piſcem reddiderit. Reperitur ceruici mugilum, luporum, & ſaxatilium piſcium affixus. Hunc Pediculum marinum eſſe a Ariſtotelica deſcriptio aperte indicat: ἐν δὲ τῇ θαλάττῃ γίνονται μὲν ἐν τοῖς ἰχθύσι φθεῖρες, ὅτοι δ' οὐκ ἐξ αὐτῶν τῶν ἰχθύων, ἀλλ' ἐκ τῆς ἰλύος εἰσὶ δὲ πολλοὶ ὄψεις ἔνιοις τοῖς πολύποσι, πολλὴν τὴν ὀρᾶν ἔχουσι παπατείαν. In mari ſunt (naſcuntur) piſcium Pediculi, non ex piſcibus ipſis, (vt in terreſtribus animalibus, quorum Pediculi ex ipſis enaſcuntur,) ſed ex limo generati, ſunt autem aſpectu Aſellis multipedibus ſimiles, niſi quod caudam latam habeant. Qui igitur ὄνοι, qui Latine Multipeda dicuntur, quæ ſub aquario vaſe ſtabulantur, cognouerit, facile ex earum ſpecie Pediculum marinum agnoſcet. Vnde perſpicuum fit turpiter hallucinatum fuiſſe authorem libri de aquatilibus, qui Pediculum marinum, Aſilum ſine Oeſtrum Ariſt. appellauerit: quem Aſilum Ariſt. ſtatim poſt Pediculum longe diuerſum deſcribit: Τισὶ δὲ πλὴν θύννων οἶστρος γίνεται ἀεὶ τὰ πλευμόνια: ἔστι δὲ ὅμοιος τοῖς σκορπίοις, καὶ τὸ μέγεθος ἡλίκον ἀράχνης. Aſilus ſub quorundam thynnorum pinna oritur, ſpecie Scorpionis Aranei magnitudine. Si Aſilus Scorpioni ſimilis eſt figura, vbinam quæſo in Aſilo tuo repræſentatur? vbi cauda longa & ſtricta? vbi in eodem Aranei magnitudo? Hæc aperte conuincunt, te neque Aſilum vnquam vidiſſe, neque traditam ab Ariſtotele eius deſcriptionem diligenter legiſſe. Sed de Aſilo alias: cuius veram effigiem in orcyno depinximus ſupra branchiarum pinnam, quia ſub pinna videri non potuiſſet. Vocant in mari Pediculos, inquit b Plinius, eosq; tritos inſtillari ex aceto auribus iubent. Et paulo poſt: Rigor ceruicis mollitur cum marinis qui Pediculi vocantur, drachma pota. Ego eorum cinerem ad vlcera capitis manantia valere ſum expertus. In ſtagnis etiam marinis naſcuntur Pediculi, ita conglomerati, vt piſces etiam hamo iam capros abſumant. A marinis neque figura, neque victus ratione, neque viribus differunt. De eodem Pediculo marino Bellonius, qui tamen Aſilum hanc beſtiolam nominauit perperam, ſic ſcribit. Aſilus marinus, Oppiano Oeſtrum terreſtri Millepeda longe maior, vtrimque octo pedes habet, in ambobus lateribus ſedecim. Octonis quoque in tergore tabellis loricatur: quæ totidem vtrimque pedibus reſpondent. Priorum pedum vngues ad caput, poſteriorum autem verſus caudam reflectuntur: (Hoc in Rondeletij pictura non ita apparet,) ex quo eum & antrorſum & retrorſum ingredi poſſe credibile eſt. Vnguibus piſces, quos apprehendit, ſtricte contiuet, ſubitque eorum ſquamas, necinde vnquam abſcedit, donec eos eroſerit. Erythrinos, Dentales ac Sargos edit, vt in Corcyra Mullum à duobus Aſilis vtrimque pene deſquamatum aliquando vidimus, tametſi Mulli plerunque Oeſtros abſumat. Oculos habet paruos, nigros, aliquantum eminentes: atque in orbem, vt terreſtris Millepeda ſe contrahit. Prægnans plerunque reperitur. Verſatur in limoſis portubus & ſpurcitia refertis.

a Lib. 5. de Hiſt. c. 31.

b Lib. 31. c. 7. & ca. 8.

Est & aliud animal marinum, cuius iconem ex corollario G. ad Rondeletium appoſui, quod ſi Pediculi marini ſpecies non eſt, quo referendum ſit dubito. Rondeletium quidem Pediculum marinum verum exhibuiſſe, dubium mihi non eſt, nam & ante multos annos idem animal Pediculi marini accepi, cum vulgati Italis nomine Pedocchio marino. Huius forte generis & Ἕρπηλαι ſunt à recto ſingulari ἑρπήλη, ſi recte legitur apud Athenæum Numenij verſus recitantem de piſcium eſcis:

Ἠὲ καὶ ἑρπήλας δολιχήποδας, ὁππότε πέτρῃ
Ἀμμώδεις κλύζοντιν ἐπ' ἄκρῃ κύματος ἀγῇ
Ἐνθεν ἐρυξήσαιμι, θέμεναι τ' εἰς ἄγγεα δόλεις.

Sunt & Herpelæ (Dalechampius vertit Cicadæ) pedibus longis, cum arenoſa

Saxa fluctuum aſpergine ſpumoſa, ad ſummum
Vſq; conſperguntur: inde petenda
Trahendaq; ſunt, & in vas confeſtim iaciendæ.

Pro-

Proxime autem dixerat Iulos in littore fodiendos. Ἐρπηλη dicitur, vel Ἐρπυλλα litoralis quidam & fossilis Vermis fuerit, multis longisque pedibus repens, inescandis piscibus idoneus. Non est autem Scolopendra. Eam enim alibi priuatim nominat Numenius. Aristot. genus Pediculi marinum, simplex vnumque esse author est: quod vbique prouenjat, sed maxime in foraminibus & cauernis. Adeo nihil non gignitur in mari, inquit Plinius, vt cauponarum æstiua etiam animalia, pernici molesta saltu, aut quæ capillus maxime cælat, existant, & circumglobata escæ sæpe extrahuntur: quæ causa somnium piscium in mari noctibus infestare existimarur. Hæc ille, ex Atistot. cuius hæc sunt verba: Pisces enim vel manu facile caperentur, dum dormiunt, nisi Pediculis & Pulicibus appellatis solicitarentur. Nunc vero si somno dati immorentur, noctu ab innumera multitudine illarum bestiolarum occupati absumuntur. Gignuntur hęc in profundo maris tanta fęcunditate, vt etiam escam de pisce emollitam, si diu in vno manserit, totam corrodant atque absumant: & quidem sæpenumero piscator escam demissam glomeratis vndiq; his bestiolis perinde, vt pilam recipit, (attollit.) Vbi Arist. diro vitio infestari scribit, vt Pediculi sub branchijs innati multi interimant; quod nulli ex cæteris accidere ait: Rondeletius bestiolas quasuis infestas Pediculorum nomine hoc loco intelligit. Sed infestantur, & alij quoque pisces Pediculis, sed non innatis. non igitur simpliciter Pediculi, sed Pediculi innati, peculiare chalcidi malum est; quod & Plinius dicere videtur his verbis: Piscium quibusdam ipsis innascuntur, quo in numero chalcis accipitur. Meminit Pediculi marini etiam Ælianus; Sunt & in piscium genere (inquit) parasiti, vt Pedunculus (φθεὴρ) appellatus; qui ex ijs quæ delphinus ceperit, (superfluis nimirum, & intercedentibus,) victitat. Itaque ex eis præda, tanquã ex locupleti mensa rapertus pinguescit. Eo nimirum delphinus tanropere delectatur, vt cum ipse libenter, quæ cõprehenderit, cõmunicet. Videtur autem huic pisci nomen è distenti corporis plenitudine factum: nam & in animalibus Pediculi nutrimento repleti distenduntur immodice. Sed eiusmodi Pediculus piscium, non Insectorum generis est, idem nimirum cum eo quem ex Arist. Rondeletius primo loco recensuit. Fallitur enim hic, Insectũ esse arbitratus. Exprimit enim Aristot. piscem esse vocari vero Pediculum.

Capvt V.

DE OESTRO SIVE ASILO *Aquatico*

De hoc quoque animalculo diligentissime scripsit Rondeletius. Oestrũ, inquit, siue Asilum marinum vocarunt veteres, neque à voce, neque è figura, sed à naturæ similitudine, quæ illi est cum terrestri. Oestrus enim terrestris est Insecti genus horrisono strepitu, vulgus Tahon, Latini Asilũ vocant teste Vergilio. Græcorum authores οἶστρος appellant, ab eo quod exagitent, nec patiantur examina conquiescere. Inde Oestro perciti dicuntur furore correpti. Et οἰστρεῖν & οἰστρηλατεῖν stimulari & concitari significat. Ab huiusmodi natura, bestiola in mari dicitur οἶστρος, id est, Asilus; qui Thynnos, & Xiphias ita diuexat & concitat, vt in naues aliquando exiliant, atq; etiam nonnunquam in littus. Adeo nihil est, quod hoste careat. Qualis vero sit Asilus marinus, pauci nouerũt; quia exiguus est admodum, & rato, vigente tantum canicula, nec in multis piscibus, sed in thynnis & xiphijs, nonnunquam in delphinis, nec tamen omnibus conspicitur. Eum sic descripsit *a* Arist. Asilus circa Thynnorum quorundam pinnas oritur, specie Scorpionis, Aranei magnitudine. Quæ breuis est, & non satis explicata Asili notio: ex qua Asilũ nũquam penitus nossem, nisi sub thynni pinna, quæ ad branchiarum est scissuram, affixum conspexissem æstuante canicula. Ergo ex ipsa αὐοψίᾳ sic fusius depingi potest. Pro ore tubulum siue fistulam habet, pro corporis ratione lõgam. Vtrimque sitæ sunt veluti manus duæ, quæ ad os flectuntur. Sequitur aluus cum incisuris, cui affixi sunt sex pedes: duo qui in extremo aluo fiunt, crassiores sunt & longiores, qui sequuntur vtrimque locati, paulo minores: reliqui duo qui magis in lateribus sunt, omnium minimi. Ore siue fistula, Scorpionis terrestris caudæ, pedibus, eiusdem branchijs similis est: aluo & magnitudine, Araneo: Vt polypi acetabulis, ita hic ore adhæret parti molliusculæ & pingui sub pinna ita tenaciter, vt auelli integer non possit. Sanguinem exugit Hirudinum ritu, vsque dum præ plenitudine decidat, & moriatur. Cur in summo tantum æstu, & caniculæ tẽpore pisces dictos infestet, id in causa esse puto, quod æstate tantum nascatur, autumno pereat. Cur sub pinna hæreat, in causa est partis mollitudo, pinguitudo, & sanguinis copia. Reliquo corpore thynni cute quidem læui integuntur, sed illi subsunt squamæ duriores. Ex his intelligendus est *b* Plinij locus: Animal est paruum, Scorpionis effigie, Aranei magnitudine. Hoc se & thynno, & ei qui Gladius vocatur, crebro delphini magnitudinem excedenti, sub pinna affigit aculeo: tantoque infestat dolore, vt in naues sæpenumero exiliant. Dubium non est hæc de Oestro siue Asilo marino dici. Sumpta sunt ex maiori parte ex Arist. Thinni & Gladij exagitantur Asilo, canis exortu. Habent enim vtrique per id tempus sub pinna ceu Vermiculum, quem Asilum vocant, effigie Scorpionis, magnitudine Aranei. Infestat hoc tanto dolore, vt non minus interdum Gladius, quam delphinus exiliat. Hic animaduertere licet, quam procul à veritate absit author libri de Aquatilibus; (Belloniũ intelligit) qui Pediculum marinum pro Oestro exhibuit, cum in eodem contextu Aristot. hunc ab illo ita distinxerit, vt imprudentis sit hominis sine ratione à vetere & probarissimo scriptore dissensisse, vel parum oculati, qui Aristotelis locum non viderit, qui est huiusmodi. In mari gignuntur in piscibus Pediculi, non ex ipsis piscibus, sed ex limo aspectu similes Asellis multipedibus, nisi quod caudam ampliusculam habeant. Et mox: Asilus, circa thynnorum pinnas oritur, specie Scorpionis; & cætera quæ ante citauimus. Vides perspicue ab Aristotele Pediculum Asello multipedi conferri, cui ille Asilum comparat. Deinde cum Aristoteles tam aperte Pediculum ab Asilo discernat: ille sine causa dubitat, an Aristoteles Asilum à Pediculo, & Pulice diuersum constituerit. Idem author, inquit de Aristotele, videtur Oestrum seu Asilum diuersum à Pediculo constituere. Nos verum Pediculum marinum libro de crustatis expressimus. in ijs enim numerari debet, quod crusta tenui contegatur. Hæc itaque omnia Rondeletius: Asilus, inquit Gyllius, vexator piscium Scorpij speciem similitudinemque gerit. Is quem vidi, albus erat, & ad piscem Pagrum adhærescebat. Piscatores affirmant maximos pisces conficere posse, Ligures vocant Prusam. Aristoteles alibi etiam sic habet: Asilus aquaticus thunnum æstate infestat, & vt eo tempore deterior sit, efficit. Et rursus: Asilus primades infestat iam adultiores, quo tempore larga est ipsarum captura. Item alibi: Thunnus post arcturum melior est. iam enim eo tempore ab infestantis Asili agitatione requiescit, quæ facit, vt sit in æstate deterior, & largius capiatur. Et apud Athenæum Thunnus dum fætus adhuc paruos habet, vix capitur: cum vero grandior fuerit, capitur propter Asilum.

a L. 5. Hist. cap. 13.

Descriptio

Delphinos vt infestẽt.

b L. 9. c. 15.

Prusa

Capvt VI.

DE SCOLOPENDRA *marina*

Scolopendræ marinæ duo sunt genera: vna ex Insectorum genere, altera cetacea est, de qua hic agendum non est. Nunc de illa dicemus, quæ ex insectis est, terrestri Scolopendræ similis, de qua hæc Aristoteles prodit. Scolopendræ marinæ aspectu terrenis similes sunt, magnitudine paulo inferiores, gignuntur in saxosis locis, colore magis rubræ sunt: pedum numero terrestres superant, sed cruribus sunt gracilioribus: Serpentum more non in altis gurgitibus (οὐ πυῖς βαθέσι σφόδρα.) nascuntur. Rondeletius duas Scolopendræ marinæ species proponere sese ait, sed tamen tres has depingit, quarum prior minor est, colore plane rubro (ea hic priori loco depingitur,) dodrantali magnitudine, in saxosis locis degit. A capite ad caudam vrrinque pedes habet plurimos in flexus & volumina sese contorquet, nunc longior, nunc breuior, nunc gracilior, nunc crassior efficitur. Altera est superiore multo longior, vtpote quæ ad cubiti longitudinem accedat, tenuior, colore ad candidum vergente. A capite ad caudam vtrinque pedes habet plurimos, veluti superior. Hanc quoque hic depinximus. Huius generis Scolopendras in venrriculo Lacertorum marinorum, & Acuum sæpe reperi, & sæpe ex ore extraxi: quod maximo est argumento huiusmodi pisces ijs vesci sine pernicie: Præterea eas non in littoribus, aut in littorum saxis, sed in alto mari, vt Lacertos, & Acus, viuere. Paucula hæc de Scolopendris habet Rondeletius; Addidi ego aliam iconem Scolopendræ alterius, quæ colore prædita erat miniaceo. plura vero G. in corollario, quæ omnia, ne quid in hoc opere desideretur, quod ad Insectorum historiam pertinet, nobis minime prætereunda sunt, licet diuerso ordine conscripta: Scolopendræ terrestribus similes, quas Centipedas vocant, Plinius: vnde apparet terrestres tantum Scolopendras Latine Centipedas appellatas, quod nomen etiam hodie vulgus Italorum seruat: de marinis quidem cum loquitur Plinius, semper Scolopendras appellare soleat: sed etiã terrestre insectum ꝓ aliter Asellus dicitur, Centipedam, Millepedam aliqui vocant. Apud Plinium alia lectio habet Centipedes, tanqua à recto Centipes: meliores v. codices, Centipedas, à recto, Centipeda. Cæterum cum Aristoteles scribat marinas similes esse terrestribus, τὸ δὲ μέγεθος μικρῷ ἐλάττους, hoc est, magnitudine autem paulo minores, quærendum est quænam sit terrestrium magnitudo. Brasauolus Scolopendræ olim picturam ad me misit, duos pollices longam: apud nos species duæ reperiuntur, quarum maior vix duos digitos æquat, altera vnũ. At Rondeletii minor Scolopendra ad palmum accedit, maior ad cubitum. (Addidi & ego Scolopendræ alterius magnæ, ac latæ ad cubitum pene accedentis iconem, q̃ colore est tota amethestino.) Scolopẽdrę marinę terrestribus magnitudine æquales sunt, aut paulo minores, Vvottonus, qui suspectum sibi hunc Arist. locum esse ait. Albertus tamen, Auicennæ interpretem secutus, similiter legit minores, cuius verba hæc sunt: *a* Serpentes, & pisces vere dicti, non habent pedes. In mari tamen est animal, quod quadraginta quatuor vocatur, propterea quod tot pedes habere videtur: & simile huic animali est aliud. quod moratur in terra, & eodem nomine vocatur: sed quod est in mari, est minus quam agreste (quam terrestre) & reliqua, vt Aristoteles. Scolopendra marina quam vidi, ad digiti longitudinem, & crassitudinem accedebat, Græci Scolipetras corrupte nominant, Gillius. qui cum marinum tantum faciat, paulo ante tamen scripserat eam terrestri minorem esse. Marcellus Virgilius Dioscoridis interpres, marinas terrestrib. longiores facit. Quales terrenæ, inquit, Scolopendræ sunt, tales & marinæ, longiores, tereti corpore, & infinitis pene pedibus

Descriptio

Scolopendræ quæ Centipedę dictæ.

a Lib. 1. de Anim. trac. 1. c. vlt.

Forma. ingredientes. Hæc de magnitudine. Eſt autem quod circa formam quoque addubitem. Marinæ Ariſtoteli ſpecie formaq; conſimiles ſunt terreſtribus, παραπλήσιαν τὴν εἶδει. Ego in terreſtribus capitis caudęq; formam longe aliam video: quam in marinis Rondelitij, quarum caput & cauda nihil ab ijſdem in Lumbricis partibus differunt Marinæ Rondeletij, Lumbricorum modo ſe contrahunt explicantque, quod etiam terreſtres facere audio, vt modo breuiores appareant: ſed ipſe nondum ſatis obſeruaui. Hæc equidem notanda cenſui, non ad conuellendam Rondeletij opinionem: ſed vt inquiratur, ſit ne alia Scolopendræ marinæ ſpecies, quę cum Ariſtotelis deſcriptione melius congruat. Hoc addendum, ſi marina minor ſit terreſtri, quomodo glutiet hamum vtcunque exiguum? quorum vtrunque de marinis Ariſtoteles ſcribit: quodque contactu vrant, quod an ſuæ etiam faciant, non omittere debuerat Rondeletius: qui præterea putat Scolopendras, non in littoribus, aut littorum ſaxis, ſed in alto mari degere: Ariſtoteles *b* vero, περὶ τοὺς πετρώδεις τόπους, καὶ σφόδρα βαθεῖς, hoc eſt locis petroſis, & non admodum profundis: in petris quidem commodius reperent, ac in ijſdem delitescerent. Idem Ariſtoteles *c* interprete Gaza: Piſces, inquit, qui vulpes nuncupantur, cum ſe deglutiſſe hamum ſenſerint, ſibi opitulantur, vt Centripeda. Longius namq; ſeſe offerrentes, lineam abrodunt. Capiuntur enim locis nonnullis hamo multiplici, gurgite præalto, & fluctuoſo. Græca ſic habent. Τῶν δ' ἰχθύων αἱ ὀνομαζομέναι ἀλώπεκες, ὅταν αἰσθωνται, ὅπ τὸ ἄγκιστρον καταπεπόηκασι, βοηθοῦσι πρὸς τοῦτο, ὥσπερ καὶ ἡ σκολόπενδρα. ἀναδραμοῦσαι γὰρ ἐπὶ πολὺ πρὸς τὴν ὁρμιὰν, ἀποτρώγουσιν αὐτῆς. ἁλίσκονται δὲ περὶ οἷς τόπους πολλοῖς ἀγκίστροις, ἐν ῥώδεσι καὶ βαθέσι τόποις. Vbi hæc verba; capiuntur enim locis nonnullis hamo multiplici, ad vulpeſne an Scolopendras referenda ſint, dubitari poteſt: Si ad Scolopendras referas, obſtare videtur, quod in Græco contextu, ἡ σκολόπενδρα, numero ſingulari ſcribitur: quanquam eiuſmodi enallagæ Ariſtoteli non raræ ſunt. Secundo quidem libro hiſtoriæ cap. 14. vt paulo ante recitaui, in talibus locis Scolopendras capi dixit. Neque pugnat, quod illic in non valde profundis, hic in profundis capi legimus, vt mediocrem profunditatem intelligamus. Hic etiam pro ῥώδεσι, legerim πετρώδεσι. nam ῥώδεσι vox nullam ſignificationem habet. Gazam, qui vertit fluctuoſis, apparet legiſſe ῥοώδεσι. Sed alibi nuſquam hoc ſenſu apud Ariſtotelem reperiri puto: & nimirum profundiora loca minus ſunt fluctuoſa. In Arriani tamen Periplo legimus θάλασσαν δίνας ἔχουσαν καὶ ῥώδεις ἰλίγγους. Quamobrem nihil definio. Video Niphum Sueſſanum de vulpibus hæc verba accipere, capiuntur enim locis nonnullis hamo multiplici: ego de Scolopendris potius, tum propter antedictam caufam: tum quia vulpes, ſeu vulpeculæ piſces, Oppiano teſte, non in talibus locis, ſed in cœno profundo degant, πολλοῖς ἐν βαθέσι; ſicuti & cæteri galei, præter canem carchariam pelagium. Plinius *d* partem loci à nobis recitati conuertit, partem vero illam de qua controuerſia eſt, non attigit. Cæterum hæc verba, Ἀναδραμοῦσαι γὰρ ἐπὶ πολὺ πρὸς τὴν ὁρμιάν, &c. ad vulpes retulerim, quæ lineam promordeant; nam Scolopendræ alio ingenio ſe liberant, ſeipſas inuertendo: licet Pierius Valerianus ea quoque ad Scolopendras referat. Quæ autem de vulpibus dicuntur, ceu per parentheſim accipienda fuerint. Oppiano Scolopendra & polypi ἄλῳ ναίουσιν ἐνάυλοι: hoc eſt, in cauernis maris habitant. Accipitur enim ἔναυλος pro latebra, & loco cauo: tales autem circa petras ſunt. Sophocli ἔναυλος, & θυραῖος opponuntur: hic foris eſt, ille in domo. Videtur & amphibijs eam adnumerare Oppianus, Locus integer ſic eſt:

Quibus in locis in mari degant.

b *L.2. Hiſt. c.14.*

c *L. 9. Hiſt. c.37.*

d *L.9.c.49*

Ἄλλοι δ' ἐρπυστῆρες ἁλὸς ναίουσιν ἐνάυλοι,
Πολύποδες σπολιοὶ, καὶ σκορδύλος, ἠδ' ἁλιδοῦσιν
Ἐκθομένη σκολόπενδρα, καὶ ὀστρύλος· οἱ δὲ καὶ αὐτοί,
Ἀμφίβιοι.

Marcion Smyrnæus, qui de ſimplicibus effectibus ſcripſit, tumpi Scolopendras marinas ſputo tradit teſte Plinio. Idem Ælianus prodidit 4.22. & 7.26. vtrobique id à Gillio etiam recte translatum eſt, at libri 7.c.35. hæc eius verba, Scolopendram terreſtrem ſaliua diſrumpi ferunt, in noſtris codicibus Græcis non extant. Appetunt marinæ etiam nidorulenta, vt terreſtres, quod ſcribit Ariſtoteles; item vbi hamum deuorarit, euomit foris ſua interiora, donec hamum eijciat, tum recipit intro, ac valet eadem, qua ante ſalubritate. Quod & Plinius repetit, & meminit Plutarchus in libello de his, qui ſero puniuntur à Deo. Ὥσπερ αἱ θαλάττιαι σκολόπενδραι, καταπιοῦσαι τὸ ἄγκιστρον, σπαρέντες ἑαυτάς, id eſt: quemadmodum marinæ Scolopendræ abſorpto hamo ſeipſas inuertunt: nihil autem intereſt, interanea eas vomere dicas, an ſeipſas inuertere. Quomodo vero Scolopendræ hamo captæ, ſeipſas liberent, proxime dictum eſt. Eſca ad anguillas à Tarentino deſcripta, recipit Scolopendræ marinæ drachmas octo, caridum fluuiatilium tantundem, ſeſami drachmam, ſimul autem exceptis vtendum. Piſcatoribus inſeſtiſſimam eſſe Gillius *e* ex Oppiano, vt videtur, ait, poſtea enim quam hamum contigerit, nullus piſcis ad hamatam eſcam accedit, quod huius tetro odore procul pellatur. Oppiani verſus ſic legimus Græce:

e *Lib.2. Halieut:*

Ἐχθὴς καὶ σκολόπενδρα πανέξοχον ἀσταλιδοῦσιν
Εμπελάειν. εἰ γάρ ποτ' ἐπιψάυσειεν ἐλύτρῳ,
Οὐκ αὖτις νεπόδων κείνῳ πέλας ἀγκρίσειο
Ἐλθοι. τοῖον γὰρ οἱ ἐπακθέα μίσγεται ἰόν.

pro ἐπακθέα, legerim ἀπεχθέα. Eſt & alibi Oppiano ἁλιδοῦσιν ἐχθομένη σκολόπενδρα. pro ἐλύτρῳ, ἐδέτρῳ nam tertio quoque libro ἔδετρον voeat eſcam hamo inſertam, de melanuris capiendis canens. Brodæus nihil mutans interpretatur: Si quando pellem Scolopendræ hamus attingat. Vter melius, iudicent eruditi. Nos interea de veneno eius dicemus. Oppianus, & partim Ælianus Scolopendram marinam ſimilem eſſe ſcribunt terreſtri, quo ad corporis ſpeciem, ſed tactu nocentiorem. Venenatum enim eius morſum vrere, & rubicundum in cute colorem excitare, ſicut papulam vrtica herba inurit. Et ante eos Ariſtoteles, mordet, inquit, non ore, ſed tactu totius corporis, ſimiliter vt quæ vrticæ vocantur. Symptomata, quæ inducit, eadem fere, qualia ab ictu terreſtris Scolopendræ inferri diximus, quod ex Paulo Ægineta liquet, qui repetitis ijſdem quæ nos in terreſtri Scolopendra recitauimus, addit: Priuatim vero à marina Scolopendra morſis, aquoſus, & pellucidus humor interdum accidit; vt à terreſtri, rubicundus. Curatio quoque morſus eadem, quare lectorem eo ablegamus. Ipſa vero ſuos in medicina vſus habet. Etenim in oleo decocta ſi illinatur, Dioſcoride ſcribente, auellit capillos; ſed contactu pruritus facit. Pharmaca quæ pilos diſperdant, componuntur cum ex alijs rebus, (inquit Galenus ex comptorijs libris Critonis) tum ex marinis Scolopendris, vrticaque marina, & Stellis marinis, nitro ac amurca ad hæc admixtis. Plinius quoque Scolopendræ marinæ cinerem cum oleo pſilotrum eſſe tradidit, item cum melle illitas ſtrumas curare Hieroglyphicum homiuis, qui animum ſuum à vitijs affectibuſue crucialibus depurget, quæque ſe lædant eximat & expellat, per Scolopendram (marinam) teſte Pierio effigiabant Ægyptij. Ea enim vbi hamo deprehenſa fuerit, interiora euomit, donec hamum eijciat.

Scolopendræ marinæ, & terreſtris venenum.

Ex carne media.

CAPVT VII.

DE VERMIBVS IN TVBVLIS deliteſcentibus.

NAſcuntur teſte Rondeletio, in ſaxis marinis, & ſuper conchARum vetuſtarum teſtas, tubuli vel ſi phunculi teſtacei, rotundi, aſperi, candidi intus lævissimi, quorum alij recti ſunt, alij contorti, & replicati. In his procreantur, & viuunt Vermes, qui foras ſe exerunt hauriendæ aquæ gratia. Hi colores, ſubſtantia, Scolopendræ rubræ ſimiles ſunt, figura & magnitudine nonnihil differunt: longiſſimi enim digiti magnitudinem non excedunt. Pars poſterior folij mirtei modo in acutum deſinit. Priore parte vtrinque pedes habent, veluti Scolopendræ, vnde fiſtula prominet in extremo obtuſa tubæ modo, & perforata qualem in Aſilo marino depinxit Rondeletius: ea aquam trahit. Horum Vermiculorum teſta pharmacopœi noſtri, inquit Rondeletius, vtuntur, in compoſitione vnguenti citrini, pro dentali. Huic ſimilem teſtam etiam dentale vocant, quo in eodem vnguento vtuntur. Icon poſt dabitur.

Vſus.

CAPVT VIII.

DE APODIBVS, ET PRIMVM de Verme Indico.

ETiam ſi certo mihi perſuadeam Vermem hunc Indicum, de quo ſubinde nobis ſermo eſt futurus, ex Inſectis non eſſe, attamen cum eum nunquam viderim, nec alios vidiſſe ſciam, qui vel piſcium, vel cæterorum, vel etiam monſtrorum genus referre potuiſſent, itaque quæ apud alios de eo ſcripta inueni, huc inferam. Scio interim ætatis noſtræ Latinos ſcriptores muſtelas, ſiue Lampetras vulgo dictas Lumbricos fluuiatiles nominare, (Lampetræ nomen à Lumbrico detortum ſuſpicantes.) Quod ſane mihi non placet, & eandem opinionem à Rondeletio reprehenſam inuenies in muſtela fluuiatili Auſonij, vbi Caſtellani etiam Epiſcopi Matiſcon ſententiam explicat, qui Vermem aquatilem, qualem in Gange Plinius deſcribit, Lampetram eſſe putauit. Plinij verba hęc ſunt: In Gange Statius Seboſus haud modico miraculo affert Vermes binis branchijs, 60 cubitorum, cæruleos, qui nomen a facie traxerunt: his tantas eſſe vires, vt elephantos ad potum venientes, mordicus comprehenſa manu eorum abſtrahant. Quo loco Franciſcus Maſſarius: Longitudo illa, inquit, ſexaginta cubitorum, non ad branchias, ſed ad Vermes referenda eſt. Nam branchias ſexaginta cubitorum longitudine conſtare præter veritatem, & dictu incredibile eſſe eſſet, cum neq; longas, neq; breues branchias ab aliquo dictas reperias. Verum & ſimplices, & binas quaternaſve branchias piſcibus Ariſtoteles contribuit: quod item Plinius meminit hoc libro. Solinus vero in Polyhiſtore, non branchijs, ſed brachijs, nec ſexaginta cubitorum, ſed ſenum cubitorum ſcribit, longitudinem illam cubitorum ad brachia, non ad Vermes referens, hoc modo: Aquæ etiam gignunt miracula non minora. Anguillas ad tricenos pedes longas educat Ganges, quem Statius Seboſus inter præcipua miracula ait Vermibus abundare cæruleis nomine, & colore. Si bina habent brachia longitudinis cubitorum non minus ſenum, adeo robuſtis viribus, vt elephantes ad potum ventitantes, mordicus comprehenſos ipſorum manu rapiant in profundum.

Lampetræ Lumbrici fluuiatiles dicti.

Vermis cęruleus in Gange.

Neſcio an à Stario Seboſo, an potius à Plinio hæc Solinus excerpſerit: Sed ſi à Plinio, illud ſane non omiſerim, quo minus dixerim eum ipſum verba Plin. perperam interpretatum fuiſſe, ac Vermes nomine melius & verius quam cæruleus nomine prodidiſſe: cum Plin. à facie, hoc eſt, forma corporis, non colore Vermes huiuſmodi

ſuſmodi nomen attraxiſſe ſcribat, licet ſint colore cærulei. Nam Vermibus corpore ſimiles ſunt: quos cum talem figuram habeant, veriſimilius eſt brachiis carere, quam eadem poſſidere: nam ſi brachia obtinerent, non Vermes, ſed monſtra appellaſſet, vt neq; credendum ſit, huiuſmodi animalia brachijs prædita eſſe. Ex eo quod inter præcipua miracula hæc prodiderit, cum & anguillas ad tricenos pedes longas, inter non minora miracula in Gange reperiri, Solinus ipſe tradiderit, quibus neque brachia, neque crura tribuerit. Non igitur ob hanc cauſam, ſed ob longitudinem eorum, ac fortitudinem admirandam, quod elephantes in profundum per proboſcidem abſtrahãt, hæc inter miracula cõmeminerint, vt Plinij lectionem magis quam Solini probandam exiſtimauerim. Qui error (ſi error eſt) hinc profiſciſci potuit, vt reor, quod Solinus lõgitudinem illam ad branchias, non ad Vermes referens, in Plinio branchijs ſexaginta cubitorum longitudinis, non modo mendoſe legi, verum & ridiculum eſſe putauerit: quippe cum brachia quoque hæc cubitorum ſexaginta longitudinis eſſe, incredibile adeo existimaret, longitudinis cubitorum non minus ſenum ſtatuit deſcribendum. Hucuſque Maſſarius. Idem forte eſt Indicus ille Vermis, de quo Ælianus ex Cteſiæ libris, ſic ſcribit. Indus fluuius beſtiarum feratum expers eſt, ſolum in eo uaſci Vermem aiunt, ſpeciemque eorum, qui ex ligno (qui in ficubus) gignuntur & aluntur, gerere ad ſeptem cubitorum longitudinem, & eo amplius procedere: eius craſſitudinem decem annos natus puer, manibus vix complecti queat. Ijs in ſuperiori oris ſede vnus dens ineſt, in inferiori alter, ambo quadranguli cubiti fere longitudinem habent: tam validi, vt quodcunq; animal, ſiue cicur, ſiue ferum, ijs comprehenderint, facillime cõterant, (συντρίβουσιν, Ælianus; κατεσθίουσι. Cteſias) Interdiu ima in ſede fluminis verſatur, cœno gaudens, & latitans: noctu v. ad terrã procedit, & in quodcunq; inciderit, vel equum, vel bouem, vel aſinum conficit, atque in ſuas ſedes trahit, & in flumen abſtruſus, membra omnia, excepto ventre, exedit. De die etiam ſi fame premitur, & ſiue camelus, ſiue bos in ripa bibit, violentiſſimo impetu ſumma labra mordicus comprehendit, & robuſto tractu in aquam abreptum edit. Eius pellis duorum digitorum craſſitudine eſt, eiuſmodi autem machinatione capitur: Hamum robuſtum ad ferream catenam alligant, adiuncto etiam funè ex albo latoq; lino. Lanis autem & hamum, & funem inuoluunt, ne à Verme præmordeatur. Tum agnum, aut hœdum ad illecebram in hamum implicant: deinde in fluuium demittunt. Triginta viri ſinguli cum iaculo loro inſerto, & enſe accincti, & è cornu ſudibus inſtructi bene robuſtis, ſi percutere ſit neceſſe, adſunt; deinde hamo captum trahunt, & abſtractum interficiunt. Triginta dies appenſum ad Solem ſinunt: atque ex eo in fictilia vaſa craſſum oleum ſtillat: ſinguli Vermes quinq; olei ſextarios (cotylas decem Atticas) reddunt, quod quidam ipſum Regi Indorum apportant vaſis obſignatis: neq; enim alij cuiquam vel guttam illius poſſidere licet. Corpus reliquum inutile: huius ea eſt vis olei, vt ſine vllo igne eius infuſa hemina, quemcunque ligorum aceruum comburat. Ac ſi vel hominem velis, vel aliud animal exuere, primum vt hoc infuderis, funditus ſtatim deflagrauerit. Eodem ipſo Perſarum regem aiunt capere hoſtium vrbes: neque arietes, teſtudines, aliaq; bellicatorum tela ad eas capiendas opus eſſe: nam cum fictilia vaſa vnius heminæ capacia, eo impleta & obſtrua in portas iaculatur, vaſa quidem ad portas alliſa rumpuntur: at oleum delapſum ignem circumfundit, vt reſtingui non poſſit: & flamma inſaturabilis comburit homines pugnantes pariter cum armis. Reſtinguitur autem multa inutili congerie, qualis per terram & vicos congeritur, (πολλῷ φορήματι καὶ πηχυθέντι, Ælianus. Οὐ σβέννυται εἰ μὴ πηλῷ πολλῷ καὶ παχεῖ: id eſt: non extinguitur niſi luto copioſo, & craſſo, Cteſias.) in eum iecta. Hæc a Ælianus, authorem citans Cteſiam. Et eadem leguntur in Eglogis Indicorum Cteſiæ nuper publicatis, ſed multo breuius. Videri autem poteſt, vt dixi, idem hic Indi fluminis Vermis, cum illo quem Plinius in Gange fluuio deſcribit. Primum enim vterq; Indicus eſt; & conuenit forma; à qua vterq; Vermis (σκώληξ) appellatur: deinde Gangeticus elephantos ad potum venientes apprehenſos promuſcide in fluuium abſtrahit: Indicus, camelum vel bouem in ripa bibentem, ſumma labra mordicus apprehendens, in aquam abripit. Sed magnitudo Indici, cubiti circiter ſeptem ſunt: Gangetici ſexaginta: huic branchiæ binæ, vel brachia bina: illi dentes bini tribuuntur, obijciat aliquis. Reſpondeo, locum Plinij mihi videri, primum circa numerum, nimia nam Vermem hęc magnitudo eſt: & Solinus, (qui ſua ex Plinio tranſcribit) non ſexaginta, ſed ſex (ſenum) cubitorum eſſe memorat; quod conuenit etiam Indico ſeptem cubitos plus minus longo: qui ſi ſexaginta cubitorum eſſet, olei v. ſextarios tantum quinos redderet, nimis hoc parum ad tantam molem eſſet: deinde neq; brachia neq; branchiæ conueniunt Vermi: & ea quoq; ratione, quod noctu in terrã exeat. Solus n. aquatilium cordylus, authore Ariſtot. cum branchias habeat, cibi tamen gratia in terram exit, & quadrupes idem eſt, vt ad ambulandum idoneus. Et ſi branchias ei demus, piſcis, non Vermis erit, & binæ ſolum tanto animali refrigerando (qui vſus branchiarum eſt) non ſufficient, cum pleriſq; piſcibus etiam minimis, plures inſint: qui tamen frigidioris ſint temperamenti, quam probabile ſit Vermem hunc eſſe, cuius adipi ignea non ſimpliciter ignis, ſed fulminea quædam vis eſt, incendio eius ſimiliter, fere inextinguibili. Brachia vero proprie dicta nullum animal habet, quod non oſſa, quæ omnia Vermibus negantur; poſſunt tamen per metaphoram, aut catachreſin brachia appellari binæ illæ veluti forcipes ab ore Vermium (præſertim Coſſorum, quibus Indicus Vermis comparatur, & Cantharorum,) vtrinque enaſcentes: nam & mutuo occurſu inflexa brachia referunt, & ijs tanquam brachijs, & forcipibus quælibet apprehendunt, & accedente magnitudine, ſicut in Indicis cubitali fere, (quæ proportio ad longitudinem totius Vermis moderata eſt) brachia non inepte vocari poſſunt, propter figuram, magnitudinem, vſum. Eadem dentes ſi quis appellet, quoniam ab ore prominent, & figura fere denticulata eſt, & ijs, ſicut reliqua animalia dentibus, aliquid corripiunt, reprehendi non poterit. Sed bina hæc brachia, ſeu dentes bini, in Vermibus Cantharisq; noſtris à lateribus oris procedunt, inde in circulum inflexa, mucronibus concurrunt: in Indicis autem Vermibus non idem ſitus eſt, cum dens alter ſuperior, alter inferior ſit, vt ſolo duntaxat ſitu differre videantur. Has equidem partes ego forcipes, aut chelas potius vocarim, ſicuti in brachijs cancrorum, à ſimili motu, & apprehenſione quam dẽtes, vel cornua nam Ceraſtes Vermis ab his partibus, ſeu cornibus appellatus mihi videtur à vulgo Græcorum olim: de quo Theophraſtus: Ceraſtam b Vermem, inquit, & in oleo creari, & in fico parere aſſeuerant. Habet ficus, & ſuos Vermiculos, & illos quoque enutrit, quos alienos teceperit: omnes tamen in Ceraſtem figurantur, & ſonum edunt patuuli ſtridoris. Videtur autem Cteſias magnum illum Indicum Vermem comparans Vermi in fico naſcenti, de hoc Ceraſte ſentire. Meminit eiuſdem Philoſtratus: c In Hyphaſide, inquit, Indiæ flumine bellua gignitur albo Vermi ſimilis (σκώληκι λευκῷ ὅμοιον θηρίον:) ex qua capta oleum fit ad vſum ignis accommodatum quod niſi vitro contineri poſſit. Capitur autem regi tantum modo eiuſcemodi bellua, qua ille diruendorum mœnium cauſa vtitur. nam vbi muros huiuſmodi piugue tetigerit, ignis accenditur inextinguibilis, omnium maxime quæ pro excitandis incendijs ab hominibus inuenta ſuut: Sic ille, Alemano Rhinuccino interprete. Sed vltima verba Græce ſic ſonant; πῦρ ἐκκαλεῖται κρεῖττον σβεστήρων ὅσοι αὐθρώποις πρὸς τὰ πυρφόρα εὕρηται hoc eſt; ignis excitatur, validior quam qui vllis hactenus ad reſtinguenda incendia inuentis inſtrumentis extingui poſſit: vt πυρφόρα ſint vaſa, vel inſtrumenta ad inferendum incendium comparata, σβεστήρια vero ad extinguendum: hæc extinctoria, illa incendiaria dixeris: Σβεστήρια κωλάματα, machinamenta ad reſtinguendum ignem, quidam interpretantur. Hoc animaduertendum, non idcireo diuerſum genere ſtatuendum hunc Vermem eſſe, quod à Philoſtrato Vermi albo comparetur: à Plinio color cæruleus ei tribuatur: ſed potius in ſolo colore diſcrimen ponendum, ſicuti & alia pletaque animalia coloribus diuerſis teperiuntur: vel generis eiuſdem proximi ſpecies diuerſas, vtpote in fluuijs etiam diuerſis genitas, exiſtimandum. Cæterum verum ne ſit iſtiuſmodi Vermes inueniri, ego fidem penes autores eos eſſe volo. Scaliger d ſpecioſum mendacium eſſe iudicauit. Inuenio tamen apud Olaum magnum, eſſe in littoribus Noruagicis e Vermem glauci coloris, longitudine quadraginta cubitorum, & amplius (adeo vt ſeptem cubitorum in Indico flumine dari non abhorreat à vero, ſed Scaliger olei eius naturam talem eſſe, qualem nos diximus, inficiatur) cum vix ſpiſſitudinem infantis brachij habeat, lineæ modo, ita vt eius progreſſus difficulter percipi queat: per mare, inquit, ſe tranſmittit, nemini noxius niſi humanis manibus preſſus: vnde contactu tenerrimę cutis eius taugentes digiti intumeſcunt. Vexatus, & detentus à cancris, tortuoſum curſum euadendi gratia attentat; ſed fruſtra. Cancer enim brachijs ſuis quaſi denticulatis forcipibus, tum etiam pedibus, ita eum ſtringit, vt non ſecus, ac uauis anchora demiſſa, firmetur. Hunc Vermem ſæpius vidi, ab eius tactu nautarũ informatione abſtinens.

a L.5 Hiſt. anim. c.3.

Vermis Indi fluuij.

Vermen Gangis Plinij eundem eſſe, cum Verme Indo Cteſiæ.

b Lib.5. de cauſ. plant. c.14.

c Lib. 3. de vita Apoll.

d Exerc. 13. 3.

e L.21.c.24. Vermis alius 40. cubitorum.

CAPVT IX.

DE VERME MARTII Menſis.

Apud nos in aquis variæ quoque Vermium ſpecies ſunt, tum marinis, tum dulcibus. Cardanus a quaſi inteſtinis ſimiles eſſe dicit, & ſola arena veſci, item eodem, quo illi modo, dolores ſedare, ac denique alijs animalibus in cibum cedere. Sed vt ab alijs in cibum ſumi facile credo, ita contra non omnes inteſtinis ſimiles ſunt, vt mox patebit. Dulcium aquarum aliæ fluunt, aliæ ſtant, ſtagnantes dictæ, in vtriſque eiuſmodi Vermes dantur; item in aqua pluuiatili, ciſternis, & vaſis, at non omnes æquæ magni, nec forte eiuſdem figuræ.

a Lib.7. de variet. rer. c.37.

Mira videtur Martij ratio menſis in Germania, quod fœtum tantum in fœtentibus putidiſque aquis gignat, & aliquando etiam ſatis limpidis: quem Germanorum vulgus ſuo quandoque damno cognouit: quia ſi nudis pedibus aquam illam ingrediantur, vbi genus hoc animalculi in ſummo aquæ detinetur, circulum ſibi fieri narrant in cruribus, ad eum vſque locum, quo aqua peruenerat; eumque circulum ita punctum, vt ſanguis confluat, & phlegmonem aliquam, aut ſcabiem cruta præ ſe ferant: verum hoc non ſine noxa. Hæc animalcula quoniam tantum Martio, non autem alio quolibet menſe generantur, appoſito nomine Germanis Mertz, id eſt, fœtus Martius dicitur.

Mertz.

CAPVT

CAPVT X.

DE SETA VEL VITVLO aquatico.

Seta vnde dicta Vitulus aquaticus.

RECentiores (antiquis enim incognitum fuiſſe videtur) Inſectum, quale hic depingimus, apte admodum Setam nominarunt, ſiue à ſimplici, & tenuiſſima cotporis figura, ſiue quod è Seta equina in aquis putrefacta naſci exiſtimetur Germanis neſcio qua ratione appellatur, **ein Wasserkalb**, id eſt Vitulus aquaticus, niſi quod à vitulis per ætatem incautioribus nonnunquam in aqua bibatur, magno etiam vitæ periculo. Seta eſt Vermis, inquit author de natura rerum, vt quidam dicunt, ſerpens à re nomen habens. Eſt enim tenuiſſimus iuſtar Setæ, (vt Seta vel pilus, de iuba caudaue equi putetur, Albertus) fere cubitalis longitudine durus & albus: nihil differens vtraque extremitate, quippe cui caput nõ eſt, ſed ſerpit in vtramq; partem, (inde Amphisbæuam aquaticam forte dixeris:) In aquis corruptis, (in aquis ſtaguantibus non multum corruptis, Albertus.) nec tamen fœtidis naſcitur. durus eſt adeo, vt vix pede conteri poſſit. Albertus quoque nullum ei caput videri ait, & ad vtramq; partem natare. forte autem de pilis B naſci equorum, quoniam hi in aqua ſtante poſiti, vitam & ſpiritum accipiunt, & mouentur, ſicut multoties ſeſe expertum eſſe ait: Huius Vermis è pilo equino in paludes, vel ſtagna coniecto naſcentis, (vt vulgo creditur) caput, & caudam prius creſcere aiunt. Inſectorumne generis ſit dubitari poteſt, quoniam pellis vna continua ei eſt, nec ita vt Lumbrici mouetur. Eadem per totum craſſitudine eſt, dodrante longior, albicans. Ego & nigricantem vidi & depinxi, & albicante paulo craſſiorem. Eſt qui in fonte bono, & frigido olim repererit, & alias, quod mirum eſt, in horto ſuper folio quodam. Hic longus erat quinq; aut ſex digitos, craſſitudine Setæ, dorſo fuſco, ventre albicante. Cauda vndiquaq; albebat. Intricare ſe ſolet inſtar Gordij nodi, vt duobus aut tribus in locis nodi huiuſmodi elegantiſſime ducti, in eius corpore appareant. Huius veneni tanta vis eſt, ſi authori de rerum natura credimus, vt ab homine potu hauſtus, elanguere & tabeſcere faciat; donec cum diro cruciatu vitam exuat. Idem affirmat Albertus, ſed aliter tactum, non nocere. Author hiſtoriæ aquatilium Heluetius etiam vitulis aquaticis potis quoſdã mortuos accepit. Vir quidam, inquit, hoc Verme epoto mox male habuit circa præcordia, tum mulier quædam centaurij minoris in vino decoctum ei propinauit. Vomuit ille, ac ſimul Vermen reiecit. Si cui vitulus aquaticus in ventre naſcitur, perungendus eſt ventre ac ventriculo, liquefactis pariter, butyro, cera & oleo. Vitulus aquaticus, inquit Bertrutius in methodo de dignoſcendis morbis, Vermis paruus eſt, veluti duos cubitos longus ſubalbo colore, habitans in paludibus, & aquis corruptis; quem qui vider, putat eſſe caudę equinę pilum: huic namq; ſimilis eſt: potus hic bufonis mala comparat. Quidam rationem curandi eandem profuturam putat, quæ aduerſus Tineas aquaticas à nobis præſcripta eſt. Vituli, præſertim per ætatem incautiores, hos Vermes aliquando deglutiunt, autũno maxime cum herbis: in potu vero rarius. Sunt qui ex Bruchis oriri eos exiſtiment, quod mihi verisimile non fit: alij ex herbis in D aquarum alueis, vnde pecus potat, dependentibus. Deglutiti illi circa guttur & arteriam hærent: vnde Vituli paulatim contabeſcunt: ſuccurri autem aiunt quidam vino per nares cotnu infuſo, in quo decocta ſint allia: Alii remedium contra hoc malum exploratum eſſe negant. Ololygon Theoni animal eſt paluſtre, ſimplex, gracile. Et paulo aute: Ololygon, inquit, auis eſt ſolitudine gaudens: vel ἠμερέιον (vox videtur corrupta,) ζῶον, paluſtre. frigiditate gaudens, oblongum, indiſtinctum, (ἀδιάφορον) terræ Inteſtino ſimile, ſed multo gracilius: (quærendum an idem qui Vitulus aquaticus dicitur.) ignoratum Ariſtoteli, qui Ololygoua vocat tantum maris ranæ vocem, allicientis ad coitum fœminam.

Ololygon quid.

CAPVT XI.

DE HIRVDINE.

HIrudiuem cum ſimpliciter nominant authores, eam intelligunt, quæ in aquis dulcibus reperitur: quę & Inſectorum generis eſt, & Vermis quidam, quia tamen in aquis viuit, aquatilium Inſectorum hiſtoriæ accedit.

SYNONYMA.

Aluka. עליקה, Aluka, Dauid Kimhi ex magiſtrorum ſententia multis verbis deſcribit Hirudinem, vel Sanguiſugam, quanquam R. Saadias priuationem intellexit tantum Prouerb. 30. R. Leui Ben Gerſon & interpres Cabuenaxi Sanguiſugam intelligunt: Septuaginta interpretes βδέλλα: Hieronymus Sanguiſuga. Chaldæus vocem Hebręam retinet. Quidam crocodilum etiam conuertuut ego Hirudinem potius dixerim: quoniam Arabicæ voces huic finitimæ ſunt, quas apud Syluaticum legimus pro Sanguiſuga, nẽpe Aleka, Alelika, & Aletha, item Alag apud veterem glossographum Auiceuna· אלקה, Anaka alij aliter interpretantur, eritium viuerram (vel fibrum potius,) mygalem, Hirudinem. Græce βδέλλα ſcribitur per alpha, dictione trochaica, vt & reliqua quæ λ duplex habent, σκέλλα, κόλλα, &c. vt docet Herodianus, & alii Grammatici. Deriuatur autem à verbo βδάλλειν, mutato α in ε, vt Etymologus vult, quod ἐκμυζᾶν, id eſt, exſugere ſignificat; quod & Nicander iuſinuat hoc verſu:

Anaka.

A

Ἀφρὸν ἐπεσφύοντες ἀμελγόμενοι χροὸς αἷμα.

At Scholiaſtes Theocriti à βδέλλω eſſe dicit, ſignificans ἀμέλγω, & ἐκπιέζω: vnde βδέλλα dicta ſit ἢ ἐκμυζῶσα καὶ πίνουσα τὸ αἷμα: Attice autem βδάλλω pro βδέλλω dici. Idem tamen Scholiaſtes alibi τοῦ βδάλλω duntaxat mentionem facit βδέλλα eſt etiam Bdellium Heſychio teſte: ſic & apud Arianum, Dioſcoridem, Galenum. Sed βδέλλιον diminutiuum apud Etymologum eſt Hirudo. Βάτυξ, (prima videtur circumflecteuda, vt in κῆρυξ,) Heſychio, & Varino βδέλλα eſt, id eſt Hirudo. Apud eoſdem βλέκυγες βλέτυες, θεμβλεῖς, & δείλακες, ſecundum Elienſes pro Hirudinibus exponuntur. Scoppa Italus Hirudinem interpretatur la Sanguiſuga, ſed quo Italiæ loco ita vocetur, ignoro, apud nos dicitur Sanguettola, Romæ & in Hetruria Mignatta Hiſpauice Sanguiſſuela, Gallice Sangue, Germanice Agle, nomine forſan facto ab aculeo, Os euim aculei inſtar, & quidem triſulci iuſligit Sic & perca fluuiatilis Egle a pinnis dorſi aculeatis: Belgice Eegei, Lake vel Lyckelake Brabantis, Hollandis, vel ſaltem Delphenſibus een ijl: Anglice Bludſucker, Horſeleche, vel Horſelich, quod medeatur equorum cruribus: uam Horſe eiſdem equus eſt: alij Louuch Leache. Elrota Anglus ſcribit Horſeleache, vel Bludſucker: Polonice Pyauuka. Hirudinem priſci ſemper dixerunt: Plaurus, Horatius, Cicero: poſteriores Sanguiſugam quoque: quod meminit Plinius *a* his verbis: Cruciatum in potu maximum ſentiunt (elephanti) hauſta Hirudine, quam Sanguiſugam vulgo cœpiſſe appellari aduerto. Sunt qui Hirudinem ſine aſpiratione ſcribant, quod non probarim. Hirudo, inquit Iouianus Pontanus, ſi dicatur ex eo, quod hærendo ſanguinem ſugat, aſpirationem habebit, ſed non conuenit in quantitate Syllabæ.

a li. 8 ca. 10

GENVS. DIFFERENTIAE. forma.

C

HIrudo duorum eſt generum, vna marina eſt, & in ſtagnis marinis viuit, de qua poſt agam ſeparatim: altera, nimirum de qua nunc eſt ſermo, in aquis dulcibus degit. Marina huic quidem ſimilis eſt, ſed grandior & duriore cute, quod in cauſa eſt, cur non ita facile ſicut altera in globum ſe contrahat, nec ita ſe colligat: Caudam enim tantum & caput retrahit. Hirudines vero a quarum dulcium exteuſæ Vermem, ſeu muris caudam mirifice repræſentant; perpetuo enim ſeſe contrahunt à cauda caput verſus, ſed non omnes ſunt ſimiles. Quædam enim ceruice cæteris ſunt latiore, ruffæ deiude magis, & paruis maculis inſignitæ: quæ certe longe pernitioſiores ſunt (teſte Plinio) *a* ijs, quæ nigræ tantum ſunt Singulæ tamen corpus habent, quod velut e circulis ordine inter ſe colligatis conſtat, quorum opera quandoque in globum contrahuntur. Inuenio & capite differre, eſſe enim vnum genus, magnum, coloris ruffi varijs diſtinctum filamẽtis, & quodammodo lanuginoſum, cui multum virus ineſſe volunt, quod alicui affixum alicui parti inuehit: alterum tenuiõs, & à cauda muris non multum diuerſum, cui quoque breue caput eſt, & venter rubet, atque in aquis puris habitat. Eſt & hoc genus venenoſum. Albertus Hirudines apud ſuos uigros eſſe ſcribit penitus, & planas: eſſeque item quæ virgulas rubeas in dorſo habeant, & aliquãtulum rugatas, item quaſdam inuiſibiles, & filares, hoc eſt, vt conijcio tantæ tenuitatis, ac exilitatis, vt viſum fugiant. Nigræ vel tuſcæ apud Heluetios minores ſunt, & frequentiores, eædem ignauiores: aliæ maiores, ſubuirides (ex nigro fere) Lineis ſeu ſtriis per longitudinem ſubflauis, aut ruffis, in quibus puncta aliquot nigricant, diſtinctæ hæ commodæ ſunt medicis. Venetijs virides videre memini ceu paruas Lacertas, maculis hinc inde nigris. Germani maximas Hirudines ab equis deuominant Roſſaglen, quarum uouem aiunt ſugentes equum occidere poſſe. Sanguinem illas aiunt quidam iuter ſugandum ſtatim ano reddere, & inſatiabiles hærere. Mihi hoc probabile non eſt. In aquis ſtagnantibus, & Paludibus, Hirudines, quales dixi, reperiuntur, nigræ ſcilicet, ſubuirides, variæ In purioribus, & fluentibus etiam albæ perexiguæ, quales vel piſcibus nonnunquam adhærent: ore vtrinque lato in circulum, ſed altero duplo latiore. In iecinoribus E etiam boum, & ouium aliquando genus quoddam Hirudinum adnatum reperitur, putrefacto corruptoque hoc viſcere. Vermes quidam ſunt albicantes, tertiam digiti partem longi, dimidium digitum tranſuerſum lati, folliculis quibuſdam incluſi, pertenues, neque in ventriculo illi, neque alibi quam in iecinore inueniuntur, viui quidem & mobiles: quod non vbique, non circa montanas, & recentes aquas, ſed putridas tantum contingit; Sic affectum iecur lanii abijcere iubentur. In Mauritaniæ quodam flumine aiunt refereute Strabone Hirudines gigni ſeptenum cubitorum, quæ gulam perforatam habeant, per quam reſpirent. Sanguiſugæ oſſibus carent, & pedibus, & pinnis, vt author de natura rerum & Albertus annotant, nec vllum membrum habent, ſed toto corpore ſimiles ſunt, vt columna; Os habent inſtar trianguli, quod ex inflicto ab eis vuluere apparet. Arnoldus de Villanoua Sanguiſugæ tribuit fiſtulam in ore qua cutim terebret more Culicis: & Adagiorum author linguam biſulcam, & fiſtulatam habere dicit, quam penitus infigat cuti. Obſeruaui in genere maiore, quod aptius medicis eſt, os non ita rotundum, vt in minoribus, ſed acutius, quod facillime cutim penetrat, & per lintea etiam tenuiora

Marinæ, & aquarum dulciũ Hirudinis differentia.

a Lib. 32. cap. 19.

Forma.

tenuiora euadit. In minore os planius & rotundius, instat Sphincteris, aut musculi rotundi. In omnibus foramen in medio exile est: ab ore ad aluum vnus continuus meatus. Corpus totum circulis quibusdam, vt in Lumbricis, ambitur: quibus extensis contractisve mouetur, & εἰλυαστᾶται, Lumbricorum instat. In mortuis pletisque longitudo circiter digiti: Lineis & punctis nigris notantur omnes, reliquo colore variant, vt dictum est.

LOCVS.

HIRudines pletunque in aquis, præcipue cœnosis & lutosis, & stagnis, viuarijs & riuulis per loca paludosa fluentibus reperiuntur, raro in saxosis, arenosis, & clatis fontibus, & fluuijs decurrentibus. Talis enim est earum natura, vt potius aqua subturbida, & stagnãte quam limpida, & continue labente delectentur: nam in illa motu proprio pabulum quæritant: in hac autem motu alieno violentoque mouentur: quare tãtum abest, vt in ea nutriti possint, quin potius impetu, & cursu fontis, vel fluuij agitatæ nullibi consistant, & modo ad vnum, modo ad alium lapidem illisæ moriuntur, nigræ nimirum: nam albæ paruæ, vt diximus, etiam in riuis & fluuijs.

NATVRA. MORES. VICTVS.

TEporem amant, nec prius in aqua comperiuntur, quam Sol tepefecerit: nam circa Calendas Maij, aut paulo ante apparere incipiunt, & circa meridiem potissimum, autumno rursus conduntur, & latent. Per hyemem nunquam inueniri puto: aliqui seruant eas ad vsum in aquæ pleno vase. Auctor de natura rerum scribit homines, & bestias impediri ab Hirudinibus, vt sanguinem eorum sugant, cuius satietate nimia mortem sibi sæpe accersant. Æque est mira, inquit Plinius, *a* vt Ricini, sanguinis & Hirudinum generi in palustri aqua sitis: namque & hæ toto capite condantur. Albertus asserit auiditate sugendi dulcem sanguinem hominis, succum emittere, & alium continue recentiorem sugere. Cum earni adhærescunt, quanto magis trahuntur, tanto fortius insident, donec rumpantur, itaque inquit auctor de natura rerum, sanguinem putridum extrahunt, & alios sanando seipsos occidunt. Sugendo tifidum vulnusculum imprimunt, ita vt radij ab vno cẽtro terni æque distantes procedant. Lutum capitis boni odoris & saporis est, quod in regionibus ad Orientem separatim vulgo vendunt. Id edi solet, & à mulieribus prægnantibus, & alijs, quorum corruptus est appetitus, expetitur. mulieres maxime vtuntur eo in balneis, illinendis capillis (vnde nomen ei à capite factum) vt in longitudinem excrescant. Dicunt etiam Arabes gratissimum id esse Sãguisugis: & si locus aliquis eo illinatur, Sanguisugas sponte illi adhæsuras. Vocatur & alijs nominibus Arabice, lutum Corascenum, lutum almisabuti, & aromaticum, & aleubrugi & cyprium, & alnahagi. Sed vt de sanguinis appetitu rursus quid dicamus, nemo nescit Hirudinem, vbi semel hæserit corpori, nulla ratione posse reuelli, donec suctu sanguinis expleta decidat. Quantopere vero sanguinem exugat, innuit luculenter Theocritus *b* amorem accusans, quod Hirudinis instar sanguinem exugeret: canit autem:

Αἴ αἴ ἔρος αὐτικὰ, τί ῥᾷ μέλαν ἐκ χροὸς αἷμα
Ἐ μφυς, ὡς λιμνᾶτις ἅπαν ἐκ βδέλλα πέπωκας
Heu mihi tristis amor quam mihi atrum è corpore sanguinem
Veluti palustris Hirudo inhærens, omnem exuxisti.

a Li. 11. c. 34.

b Eidyll. 2.

GENERATIO.

GEnerentur ne ex putredine tantum, an etiam ex ouis, nondum obseruaui. Ex putredine vero generari certissimum est. Plinius vere pectines, Limaces, Hirudines oriri scribit, & eodem etiam tempore euanescere. Scholiastes Nicandri Oestrum, siue Asilum ex Hirudine procreari voluit, quod mihi verisimile non fit.

MOTVS. INGRESSVS.

QVædam, inquit Aristoteles, gradiendo volutationibus vtuntur, vt quæ terræ Intestina voeantur, & Hirudines. Siquidem hæc præcedente parte progrediuntur, & reliquum corporis ad eandem ipsam conducunt, atque ita certis adiuncta sedibus vagantur. Mouetur sane Hirudo extensione, & contractione corporis sui ceu annulis constituti, sicut Lumbrici: non tamen cuiuis corporis parti, vt illi, innititur, sed caudæ tantum & ori: nam caudæ innitens corpus reliquum quantum potest, aut vult, extendit, siue recta ante se siue retro & reflexum: tum ore fixo caudam & reliquum corpus arcuatum attrahit, vel ad os vsque corrigue, vel quousq; libuerit os versus, vt ad medium spacium, non tamen vltra os Potest & retro moueri, quod vidi cum vnam inclusissem cannæ, retrorsum enim exibat. Eluctatur corpore suo etiam per angustissima loca, si vas non obturatum optime fuerit, vbi nemo putaret. adeo enim in tenuitatem se extendere, & os acuere potest, maior præsertim, vt per linteum etiam rarius contextum euadat.

VT FVGENTVR.

SAnguisugæ, quæ damna hominibus & bestijs inferant, infra dicemus. Quibus si quis obuiam ire velit, cancri fluuiatiles aquis commodi fuerint: nam & venas aperiunt, & Sanguisugas teste Paxamo, perdunt. Sanctus Gulielmus Lausannensis Episcopus nostro tempore (inquit Felix Malleolus in tractatu de Exorcismis, qui vixit circa annum Domini 1554.) contra Sanguisugas diebus nostris pisces maiores, præsertim salmones, mirabiliter inficientes, lætbaliter quoque pungentes, & ad ripas aquarum propellentes, exorcismi dictamina de sacris Scripturis collecta dictari fecit, & per certa dierum interstitia publicari: itaque ad effugandum & repellẽdum hiusmodi bestiolas multipliciter profecit.

MORALIA.

VEnerabilis *a* Beda in explicatione prouerbiorum Salomonis ad ea verba: Sanguisugæ duæ sunt filiæ, dicentes: Affer, affer: Sanguisuga, inquit, est diabolus, qui siti peccandi, ac peccata suadendi incessanter accenditur. Huic duæ sunt filiæ, quia duæ specialiter humani generis illecebræ: hunc antiqui hostis imitantur ardorem, luxuria videlicet & phylargyria. Nam & luxuriæ, & quo liberius fræna laxantur, eo noxius delectatur: Et sicut quidam ait poetarum:

Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit.

Sic ille. Diues certe & præpotens D. Ambrosio quoque Hirudo, quæ nunquam sanguine satiatur, dumque venas cunctas suctu exangues reddere conatur, suspensa ctepit atque distumpitur: ita diues pauperis substantiarum, quæ illi alterius sanguinis loco sunt, nunquam satiatur, dum nimis locuples & diues efficitur, vitæ luxu & delicijs mortem sibi assolet conscisceré, infœlixq; anima ipsius ad gehennam à rartareis furijs immaniter raptatur, vt idem D. Ambrosius ait. Crudelissimum siquidem hominem, & humani cruoris auidissimum per eandem Sanguisugam significari notius est, quam adnotari oporteat. Luculentissime vero Epidicus seruus apud Plautum emunctuus senem Periphanem argento se in Hirudinem conuersurum ait,

Tacete, habete animum bonum, liquidò ex eo foras.
Auspicio, aui sinistra, acutum cultrum habeo senis qui exemterem
Marsupium. Sed eccum ipsum ante ædes suspicor Apœcida
Qualeis volo veteres duos: iam ego me conuertam in Hirudinem
Æq; eorum exugebo sanguinem: Senati qui columen cluent.

a Li. 3. c. 29.

Diaboli rypus.

Diues hirudini cut similis.

VSVS IN MEDICINA.

DIcam primo quædam ex Galeno, vel potius, vt Augustinus Gadaldinus Mutinensis transtulit, ex sermonibus Antylli de euacuantibus remedijs. Gadaldinus in sua translatione vtiliter quædam adiecit, quæ in vulgatis Galeni codicibus Græcis non leguntur, perfectiorem forte aliquem codicem nactus. Quidam eaptas Hirudines diu includunt, eisque ad multa vtuntur. Ipsæ enim si mitescunt (ἐκμελίπλωσι. malim λιμώττουσι, id est, fameliceæ) carnem facile apprehendunt: cum aliæ nonnunquam petegre sese gerant. Oportet autem has quidem, cum primum eas experti fuerimus, applicare: quæ vero nuper captæ sunt, per dies (diem) servare, exiguum sanguinis pro nutrimento injicientes. Ita enim earum virulentia transpirabit (ἀλφαιοσθήσεται, quidam vertit, exprimetur. Gadaldinus videtur legisse ἀλφωδοσθήσεται) Sane cum eis vti volumus, locus cui Hirudines applicandæ sunt, (τὸ βδελλοσόμμον μέρος,) nitro prius fricandus, ac sanguine alicuius animalis, vel argilla humida inungendus, vel fouendus, vel vngubus scalpendus: (pars cui applicandæ sunt, nitro fricati debet. dulcissimaque lauari aqua, deinde sanguine illini, Aetius.) Promptius enim apprehendent. Oportet autem ipsas in aquam repidam, & putam, in vase lato, magnoque contentam, injcere, vt commotæ virus abijciant: mox, vbi eas spongia comprehenderimus, ac mucorem lentorem que purgauerimus, manu admouebimus; atque vbi inhæserint, oleum tepidum particulæ, ne refrigescat, infundemus. At si manibus pedibusve affigendæ sunt, pars ipsa in aquam, vbi Hirudines sunt, immittenda est. Quod si autem eis, vbi repletæ fuerint, vti oportuerit, vel quia paucæ Hirudines præsto adfuerint, vel quia paucæ apprehenderint, earum caudas forcipe incidere oportet. Nam effluente sanguine trahere nunquam desinunt, quousque nos salem, vel nitrum, vel cinerem, earum osculis inspergamus. Vbi vero exciderint, si locus Cucurbitulam capere potest, per eius appositionem, virus extrahere debemus: valide nimirum ipsam apponentes, celeriterque auellentes. Si vero Cucurbitulæ capax non fuerit, spongijs fouendus is est. Cæterum si corpora vel oscula sublachryment, mannam vel cuminum, vel farinam inspergito, ac postea lanam pauco madentem oleo conuoluito: sin sanguis etiam inde erumpat, linteola, vel Aranearum telas ex aceto inijcito, aut gallam vstam, aut spongiam nouam pice liquida intinctam, aut vstam imponito: deinde chartula aceto irrigata, imponẽda ac illiganda est. Hæc autem in partibus, quæ in medio corpore habentur, sunt peragenda. Nam in brachijs & cruribus, quæ Græce vno nomine κῶλα, id est, membra longa appellantur, solum etiam vinculum pro cohibendo sanguine satis est, quod postero die soluẽdum est. Sique sanguis constiterit, abijciendum: si vero non constiterit eisdem vtendum est. Scire autem oportet Hirudines non ex profundo sanguinem trahere, sed eum qui carnibus adiacet, exugere. Eas autem in illis vsurpamus hominibus, qui scarificationum incisiones pertimescunt: vel in illis partibus, in quibus Cucurbitula ob earum paruitatem, vel gibbositatẽ, & inæqualitatem aptari non potest. Hirudines auellimus, quãdo eius sanguinis, quem arbitramur, exhauriri oportere, dimidiam partem attractam fuisse coniecerimus. Et postea vsque adeo effluere permittimus, quoad qui satis sit, exeretus fuerit. Quoniam vero particula tum ab Hirudinibus, quæ natura frigidæ sunt, tum ab aere refrigeratur, fouenda ipsa est, ac recalfacienda: sanguinisque fluxus non per refrigerantia, sed per astringentia & emplastica, vt diximus, est cohibendus. Hutusq; Galenus Gadaldino vertente: addamus modo obiter quædam ex Menemacho, eodem interprete, quæ in multis codicibus Græcis, impressis non leguntur. Hirudines locis affectis applicantur, vel eis, qui proximi non pinguibus sunt. Nam oleum earum appetentiam subuertit. Porro in angustiam strictæ calami ab vtraq; parte haud

(negatio hæc abundat) perforati, vel per quidpiam ſimile, cum aptãdę ſunt, demitti debent. Earum numerus à duabus magnitudinibus, loci nimirum & affectionis ſumendus eſt. Auferantur, oleo calido earum labijs infuſo. Quod poſt earum ablutionem effluit, digitus impoſitus cohibet. Excretionis quantitas ab Hirudinis erectione conſpicitur: ſed euidentius ea etiam apparet, ſi congregata fuerit, quando Hirudines à corporibus diuulſæ, ſanguinem euomuerint. Sane loci, quibus aptari Hirudines debent, ſuperficietenus ſcarificandi ſunt: vbi enim illæ ſanguinem guſtauerint, auidius eum appetunt. Aetius *a* Galeni verba, vt in impreſſis noſtris codicibus habentur repetijt, ſicut etiam Otibaſius. *b* Inuenio alia etiam in genere dicta ab alijs auctoribus de Hirudinum applicatione. Hirudinum, inquit Plinius, ad extrahendum ſanguinem vſus eſt, quippe eadem ratio earum, quæ Cucurbitarum medicinalium ad corpora leuanda ſanguine, ſpiramenta laxanda iudicatur. Campegius ſcribit, & veriſſimum id eſt, ab Hirudine non eum, qui in profundo eſt, ſanguinem, ſed eum modo, qui adiacet carni, emulgeri. Non probe igitur forſan Auicennæ interpres, profundius Hirudines trahere conuertit, quam ventoſas. Huic etiam pugnare videtur, quod paulo poſt ſcribit: Hirudinum vſum aduerſus morbos ſubcutaneos prodeſſe, vt impetigineſm & ſimiles. Galeno aſſerente Hirudinum vſus pro Cucurbitulis eſſe poteſt, cum tamen Hirudines dicat eum, qui circa cutim eſt, ſanguinem tantum attrahere, Cucurbitulas veto etiam profundius, & exuberantem materiam in corpore minuere, in capite ſcilicet de ſcarificatione. Sed ſcarificatio alia in ſuperficie cutis tantum fit, pro qua nimirum Hirudines vſurpari licet: alia profundius adigitur: quod & ante nos doctiſſimus Mundella ſcripſit, qui dialogo Medicinalium ſuorum tertio, plura de Hirudinibus admouendis ſcribit, & quomodo earum vſus pro Cucurbitulis eſſe poſſit. Sed vitium, quod admiſſæ ſemel, deſiderium faciunt, vt Plinius voluit, circa eadem tempora anni ſemper eiuſdem medicinæ: quod tamen ita euenire neceſſarium mihi non videtur: ſi vel ſublata fuerit cauſa, propter quam adhibebantur: vel non ſublata quidem illa, conueniens tamen victus & auxilia alia adhibita. Hirudinum vſum noſtro ſeculo frequentiorem eſſe, quam Galeni tempore fuerit, Mundella teſtatur, doceteque idem non ante quam tempus inanitioni opportunum in morbo aduenerit, admoueri debere: ac ne in hæmorrhoidibus quidem cum dolor viget: ſed in remiſſione morbi, vel ſymptomatum, doloris, tumoris, calorisque, ne materia magis attrahatur. Applicatur aliquando illis partibus, quæ venæ ſectionem non ſuſtinent. Eiuſmodi ſanguinis miſſionem per Hirudines Ægyptij *c* teſtante Proſpero Alpino, prorſus negligunt, quod ibi hæ fortaſſis, inquit, non naſcantur, neque reperiantur. Cum quis ijs vti voluerit, eas diligenter circa ceruicem obſeruare, & iuxta artis præcepta præparare oportet: alioqui enim vlcera maligna in carne, & curatu difficilia relinquunt. Capitaque voluit Albucaſis in aquis dulcibus, non putridis. Ruffæ maximè formidandæ, vt inferius recitabo ex Plinio. *d* Indi quidam (inquit Auicenna) Hirudines aliquas, non ſine veneno eſſe tradunt. Cauendæ quarum magna ſunt capita, & quæ colore nigro, vel antimonium referente, vel virides ſunt, & excitantur ab eis apoſtemata, ſyncope, ſanguinis fluxus, febris, laxitas, & vlcera mala. Vitandæ etiam quæ degunt in aquis pravis: quarum limus aluei eſt niger & cœnoſus, & quæ commotione ſtatim turbantur, & fœtent. Eligendæ autem ſunt ex aquis, in quibus morantur ranæ: neque auſcultandum illis, qui Hirudines ex aquis, vbi verſantur ranæ, vituperant. Color earum ſit ſimilis almes, in quibus eſt viriditas, & tendantur ſuper eas fila duo colore arſenici. Probantur etiam Ruffæ, rotundæ, colore lecinoris, & ſimiles paruæ Locuſtæ, vel caudæ muris ſimiles: item minutæ patua habentes capita. Præſtantiſſimæ, in quibus venter rubet, dorſum viret, præſertim ſi ex aquis fluentibus fuerint. Auctor veto de natura rerum, & Albertus meliores, & minus noxias putari inquiũt, quæ virgulas rubeas in dorſo habent, aliquantulum rugatas. Trotula eligit varias. Præferuntur in Germania maiores, ſubuirides ex nigro, ſtrijs per longitudinem ruffis, in quibus maculæ nigræ ſunt. facilius enim & amplius ſugunt. minores & nigræ ne incipiunt quidem, aut minimum ſugunt. Quod modo ad præparationem Hirudinum ſpectat, idem Auicenna, Sanguiſugæ, inquit, priuſquam applicentur, per vnum fere diem colligendæ ſunt, & conſtrictione (conuerſione capitis earum ad inferiora, Bellunenſis, vide ne potius dicendum, compreſſione corporis earum, qua veluti emulgeatur contentus in eis ſuccus) faciẽdum eſt, vt euomant, donec quod in eorum ventribus ineſt, effluxerit, ſi fieri poteſt deinde patum ſanguinis agni, vel alterius rei (animalis alterius, aut lactis) ipſis objiciatur, vt inde nutriantur antequam adhibeantur. Tum comprehendantur ſpongia, aut aliquo ſimili, vt viſcoſitas & ſordes earum abſterganturur. Locus præterea cui apponentur, cum baurach lauetur, & frictione rubificetur. Demum cum admouere libuerit, in aquam dulcem proijciantur, mundentur & apponantur. Sunt qui captas dimitti volunt die & nocte in aqua dulci, donec famelicæ ſint, & nihil in ventribus earum relinquatur. Albucaſis euacuandum eſſe monet corpus in primis phlebotomia, & ventoſis; deinde fricandum membrum infirmi, donec iubeat, & Sanguiſugæ iterum apponendas. Adhibentur, inquit Albertus, corporibus, vt ſuperfluum ſanguinem exugãt. Sed quia etiam venenoſa aliquando ſugunt, & timendum eſt, ne veneno infectæ ſint, prius in olla noua pauco ſale aſperſæ ſunt maturandæ, vt venenum euomant, & poſtea calido ſanguine agni parum cibandæ, ita quod eo aſpergantur, & poſt duas horas, vel tres poſt hoc corpori apponendæ. Pungitur Sanguiſuga, & vtricis, & tribulis, vt venenum euomat, ſcilicet quod è beſtijs, vt bufonibus aut ſerpentibus aquaticis hauſerit. In canna tum hæmorrhoidibus, tum alijs venis locisq; commode apponuntur. Vt libentius adhæreant, Auicenna locum luto capitis (de quo ſupra diximus) lini iubet aut ſanguine: & Albucaſis ſi detrecent, inquit, mordere & ſugere, aſpergatur locus ſanguine recenti: aut fige acum in locis, donec emanet aliquid ſanguinis, quem vbi ſenſerint admotæ, ſtatim adhærebunt. Alij ſanguine vel lacte locum madefaciunt. Sunt & qui aſſerunt, in aqua tepida, & tempore calido, citius ad ſugendum ſe applicare. Dum mordent & ſugunt, dolor quidam, ſed exiguus ſentitur, tanquam pungant ſimul & attrahant. Cum eas cadere voluerit, inſperge eis parum ſalis aut cineris, aut lini, vel ſerici combuſti, vel ſpongiæ, vel lanæ combuſtæ, aut aloes tritæ, vt Albucaſis voluit, & cadent. Violenter autem reuellendæ non ſunt, ne capita, aut dẽtes in vulnere relinquant: ego ſale aſperſo, vel irrorato aceto decidere vidi, cum cinis fruſtra aſpergeretur. Audio poſſe etiam remoueri pilo equino, inter os ſanguiſugæ, & cutim diſtricto. Sed modus hic minus placet. Cum iam repleri ſugentes incipiunt, emittunt primo humorem quendam phlegmaticum, albicantem, quo ſcil. ipſæ nutriuntur: poſtea repletæ cadunt. Decidunt, inquit Plinius, ſacietate & pondere ipſo ſanguinis detractæ, aut ſale aſperſæ. Aliquando tamen affixa capita, quæ cauſa vulnera inſanabilia facit, & multos interimit, ſicut Meſſalinum à conſularibus patricijs, cum ad genua admiſiſſet. Inuehunt virus remedio verſo, maximeque ruffæ ita formidantur. Ergo ſugentia ora (ſic habent editiones Plinij vulgatæ: malim ſugentium caudas) forficibus præcidunt, ac veluti ſiphonibus defluit ſanguis, paulatimque morientium capita ſe contrahunt, nec relinquuntur. Hæc Plinius. Si velimus Hirudines appoſitas eaſdem ſubinde ſugere, vt non decidant, donec nobis iam ſatis ſuxiſſe videantur, caudas forcipe amputare oportet, vt Galenus & Antyllus monet. Debet autem abſcindi cauda, cum iam ſugere cœperunt, (quanquam memini caudas iam ſugentibus ſectas videre, ipſasque mox cecidiſſe, forte quod iam fere plenæ eſſent: quare diligentius hoc conſiderandum) non antea, ne apprehendere recuſent. Ea teſecta dum ſugere pergunt, ſæpiuſcule digitis pertractandæ ſunt, vt non repleantur, & ſanguis tranſeat. Si neceſſaria eſt iteratio Sanguiſugarum, mutare eas oportet iuxta Albucaſim, ſi plures ſunt. Aceto perfuſæ, aut ſale aſperſæ, poſtquam remouetis, aut ceciderint, ſanguinem reuomunt. Auicenna conſultum eſſe dicit, poſtquam cecidere, cucurbitulam loco applicari, & de ſanguine loci parum detrahi, vt morſus earum malignitas (ſi quæ eſt) removeatur. Albucaſis cum ita impletæ ceciderint, optimum quidem fore ait, cucurbitulam adhiberi, ſi fieri poteſt, ſi minus, vt ſi locus anguſtior eſt, abluatur aceto, deinde aqua multa & fricetur, & exprimatur. Iubebat & Galenus cucurbitulam Hirudinibus remotis apponere, & locum per ſpongiam fouere, vt ſi quid ab illis venenoſum relictum eſſet, tolleretur. At noſtræ Hirudines, modo quas diximus, elegantur, nihil venenoſi habere videntur, quamobrem iſta negliguntur. Cum ceciderunt iam plenæ, permittent eas aliqui in vaſe quopiam ſanguinem remouere, vt appareat, quantum ſuxerint: & niſi ſufficere videatur, admoueat denuo, locum imprimis aqua mediocriter calida fouentes, ne ſanguis denſetur, vt rurſus ſurgere poſſint. Sed quoniam vulnuſcula multo poſt etiam fluunt, plus minus pro diuerſis corporum conſtitutionibus, non ſatis certo ex ea, quam reuomuerint Hirudines copia, modus conijci poteſt. Sanguis etiam poſtea aliquandiu fluit, præſertim ſi parum ipſæ ſuxerint. Quod ſi autem ſanguis non conſtringatur, Auicenna gallas combuſtas, aut calcem, aut cinerem, aut regulam lævuiſſime tritam ſuperponit, aut alia ex eis, quæ ſanguinem conſtringunt. Albucaſis etiam laudat mediocrates fabarum excorticatum, ſi dimittantur, donec adhæreant fabæ in locorum ſanguis, inquit, ſiſtitur hoc modo. Poteſt & bolo Armenio ſiſti, vel aloe cum aqua roſacea applicata. Quidam cum vnam aliquãdo appoſuiſſet manibus experiundi gratia, & mox ſale inſperſo remouiſſem, per horam vnam poſtea ſanguis effluxit, ſed parum & guttatim. Idem cum ægroto ex crure tumido & vlceroſo Hirudines aliquot adhibuiſſet, craſſo & corpulento, & multi ſanguinis homini, fluxit per biduum fere poſtea ſanguis è vulnuſculis, & bene tulit. Item mulier quædam, cum nimis multas (circiter viginti) Hirudines admouiſſet cruri, donec iam plenæ cadetent (neſciebat enim modum aſperſo ſale eas pellendi) & ſanguis iam poſtea aliquandiu copioſus fluxiſſet, in maximam debilitatem & periculum incidit, crure tamen poſtea melius habuit. Quauis parte corporis adhibentur, venis etiam magnis pro venæ ſectione, in manibus, pedibus, malleolis, poſt aures fronti, capiti, dorſo &c. Sunt qui venis ipſis ſemper admouendas putent, alij nil refetre, vbi ſugant, tantundem prodeſſe: Sed hoc dignoſcere prudentis medici eſt: refert enim, qua parte ſit morbus, & in ſi peſſiriene an altius. Medicum, qui Hirudinem venæ nigræ brachij dextri adhibuerat puero octo annorum, in febri continua, ob ſuccos bilioſos vna cum pituita corruptos, reprehendit *e* Aloyſius Mundella. Et *f* Amatus Luſitanus, vbi de febris ſanguineæ curatione agit in puella ſeptem annorum: Alui beneficio præcedente, inquit, venam internam brachij ſecare iuſſi, & ſi non ſponte caderet. Quod ſi caſus, ait, maiorem poſtulat euacuationem, aliam ſubiungimus. Idem alio in loco ſcribit de Hirudine venæ ſectæ appoſita in puero quatuor annorum. Porro dicamus modo, per quæ corporis loca vtiliter apponantur Hirudines, particulatim à capite ad pedes. Si vulnus ab animali venenato inflictum anguſtum ſit Arnoldus de Villanoua phlebotomo, loco prius ligato arcte poſt vulnus: Ampliari iubet, deinde cucurbitulam imponi, aut ſanguiſugas circa vulnus. Nicander etiam ictibus vel morſibus venenatis Hirudines vtiliter admoueri monet. Ioan de Vigo in curatione gangrenæ: cum videris, inquit, locum ad nigredinem tendere, tum ſtatim nulla melior cutatio eſt, quam ipſam nigredinem diuerſis ſcarificationib. ſcarificare & profunde, cum applicatione etiam ſanguiſugarum in circuitu corruptionis gangrenoſæ, &c. Auicenna Hirudines ad impetiginem, & alia cutis vitia applicatas prodeſſe reſtatur. In Lethargo Hirudines occipitio vel ſincipiti adhibendas Gariopontus docet. Cum epilepſia ſit ex melancholia, Sanguiſugæ apponendæ ſunt ſplen, vt infra dicamus. In capitis fluxione, vel dolore, alijsque morbis, quidam eas admouent venis retro aures. item ad venas quaſdam in oſſe coronali, quæ loco raſo ad cutem & confricato apparent. Hippocrates cucurbitulas oſſi coronali apponi iubet. Aliqui, inquit, Alexander Benedictus, Sanguiſugas poſt aures ad exhauriendum ſanguinem collocati docuere, quæ omnẽ fere vetu-

Vſus pro Cucurbitulis.

Electio.

Præparatio.

Vt libentius hæreant.

Vt cadant.

Vt præcindat.

Modus detrahẽdi ſanguinis.

Vt ſanguis cohibeatur.

Vbi adhibeantur.

Ad quãuis partem.

Ad capitis partes.

a Li. 3. c. 22.
b Lib. 1. Synopſ. c. 15.
c Lib. 2. de med. Ægyp. c. 9.
d Li. 1. Fen. 4. c. 22.
e Li. 3. dialog. med. c. 1.
f Lib. 1. Curat. 10.

vertiginis causam leuant. Insano cuidam post aures feliciter admotas audio. Oculis fluentibus fronti appositæ conferunt. Alexander Benedictus in dolotibus, & rheumatismis dentium esse tradit, qui Sanguisugas gingiuis collocent. Idem sub mento eas apponi scribit, certas nimirum ob causas, vel dentium, vel alias. Ad tollendos rubores faciei, Sanguisugas quæ variæ sunt, apponit Trotula in calamo loco prius loto cum vino, cui debent adhærere, scilicet circa nares & aures, ex vtraque parte, aut ventosas ponit super scapulas. Et Ioan. Bauerius in consilio ad ruborem faciei pustulosum post alia remedia: post tres dies, inquit, ponantur Sanguisugæ duę, primo iuxta aures, vna in quolibet latere: demum ponantur aliæ duæ, vna ab vtroque latere nasi, vbi sanguinem exugant. Si synanche perseuerarit, & æger ad perferendam curationem fuerit mollis, vt ferri cuspide metuse contingi prohibeat, g Cœlius Aurelianus Sãguisugas apponi iubet collo, & gutturi, & post earum casum, si minime factam sanguinis detractionem viderimus, eucurbitas apponi, vt præfecta Sanguisugarum vulneratione, raptu cucurbitæ detractio compleatur, & olei fomento vtitur, & cataplasmatibus, &c. Archigenes apud Aetium in curatione iecoris indurati circa initium: si cataplasmatis (inquit) & malagmatis idoneis nihil proficias, Hirudines admouendæ. plurimum enim momenti habet ad curationem sanguis earum suctu extractus. Kiranides Sanguisugas admotas hydropicis conuenire scribit: cõiecerit autem aliquis, quoniam iecur fere primũ in hydrope adfectum est, iecori applicandas esse: quãquam & alijs partibus nimio humore turgidis eas adhiberi alienum nõ fuerit. Splenericis, qui ex liene male affecto laborant, Hirudines ad ipsum viscus vtiliter imponi tradunt Serenus, Gatioponius & Kiranides. Cum epilepsia fit ex atra bile, stercus columbinum tritum Arnoldus cum ouis coruorum misceri præcipit, & ceu cataplasma spleni imponi, appositis prius Sanguisugis. Hoc enim cataplasma materiam trahit à capite ad splenem, & generat febrem, & sic epilepticum liberat, & maxime si fiat in autumno. Ad depulsionem satyriaci mali defigantur in coxa cucurbitulæ secundum Arctæum, sed & Hirudines ad sanguinem deorsum trahendum optimas esse dicit; & super vulnera vultimponi cataplasma micæ panis cum althæa. Alexander Benedictus quoque de satyriaca intemperantia, & seminis incontinentia scribens: Si superabundans, inquit, materia fuerit, etiam Sanguisugæ impactę (nimirum circa renes, & lumbos, vel in coxis, vt Aratæus voluit) iuuant. Vt hæmorrhoides diuersas ob causas aperiantur, & sanguinem atribiliarium remittant, Hirudines vel manu, vel potius per cannulam applicandæ sunt: quod vtiliter fieri idem Alexander Benedictus, & Amatus Lusitanus monuerunt: & alij etiam obseruarunt in homine melancholico feliciter hoc genus auxilij successisse. In febribus putridis Hirudines maximum vsum habent, nam cum ani venis admouentur, detractis prius pilis, & admota cucurbitula, quæ totam anum comprehẽdat, vt venarum orificia, quæ intus latent, emineant, mirum est, quantum conferant ad capitis affectus mitigandos, ad concoctionem iuuãdam, ad naturam subleuandam, & transpirationem corporis, si post venæ sectionem, & alia præsidia videamus naturam vel opprimi, vel certe tardius vincere, & concoquere noxios humores. Ac tanto quidem maior agnoscitur esse huius remedij vsus, quod tutissimus sit, quod nõ solum in validis corporibus, sed etiam in debilioribus, & propemodum exsolutis febribus etiam tutissimus sit. In febri continua cum melancholia hipochondriaca Hirudines etiam ano apponi, & sanguinis vncias sex detrahi, Aloysius Mundella cõsuluit, vt ipse scribit in suis dialogis 4 3. Idem dialogo tertio refert, ad hæmorrhoides cuiusdam Hirudines suo iussu appositas: quem post illas admotas, cum iam satuiæ ceeidissent, ministri in balneo aquæ tepidæ posuerunt, vt amplius exirei: exiuit autem tantum, vt is fere examinatus sit, nesciente medico; pulsus omnino paruus, & visus fere amissus. Addit quod alij etiam in simili casu (multo sanguinis profluuio, aut visus, aut alterius sensus, aut membri alicuius, vt brachij, crurum) maximam debilitatem inciderint. Leniri dolores hæmorrhoidum, vapore aquæ calidæ: sed eo solo interdum vlcuscula à Sanguisugis inflicta ita aperiri, vt sanguis sisti vix possit: quodq; ipse aliquando non aliter sistere potuerit, quam medicamento Galeni, ex aloe, thuris mãna, & ouorum albumine, & pilis leporinis. Sunt qui mensium prouocandorum gratia mulieribus ad venas malleolorum applicant Mundella etiam inflammato apposuit. Multi podagræ quoque admittendas censuere, teste Plinio, & Serenus ad podagræ malum iam fixum, inquit:

Sunt quibus apposita siccatur Hirudine sanguis.

Equorum crutibus admotæ, salutares existimantur, vnde etiam ab equis Hirudines ab Angelis denominari putant, & Germani non quasuis, sed maiores tantum ab equis denominãt. Atque hæc de Hirudinis applicatione ad sugẽdum sanguinem. Habet & alios in medicina vsus Hirudo. Ex his enim cremaris psilotra in primis fiunt. Marcellus Empiricus, & Aetius, Sanguisugarum in olla combustarum tritum delicãtissime cinerem, si vullis pilis palpebrarum imponatur, vel inspergatur, non pati eos renasci scribunt; & Plinius duobus in locis, Sanguisugæ, inquit, tostæ in vase fictili (nouo) & ex aceto illitæ, psilothri contra pilos (palpebrarum euulsos) habent effectum. Idem Kiranides tradit, additque non amplius renasci. Et Samonicus his versibus sub lemmate, Si oculi infestentur pilis palpebrarum.

Nec non & stagnis cessantibus exul Hirudo
Sumitur, & viuens Samia torretur in aula,
Hac acidis vngit permista liquoribus artus.

Probabile autem est, non in palpebris solum, sed in alijs etiam corporis partibus eandem vim valere similiter. Capillum denigrant, teste Plinio, quæ in vino nigro diebus sexaginta (alias quadraginta, vt Marcellus quoque habet) computtuere. Alij in aceti sextarijs duobus Sanguisugarum sextarium in vase plumbeo iubẽt putrescere totidem diebus, mox illini in sole. Soranus tantam vim habere tradit, vt nisi oleum ore contineant, qui tingunt, dentes quoq; eorum denigrare dicat. Idem

g *Lib. 3. c. 3.*
Ad collum.
Ad iecur.
Ad splenẽ.
Ad satyriasin.
Ad hęmorrhoides.
In Febrib.
Ad malleolos, crura & pedes.
Phsilotra.
Ad denigrandos capillos.

A temedium Marcellus Empiricus his verbis trãscripsit: Sanguisugarum sextarius duobus sextarijs nigri vini misceatur, & quadraginta dieb. in vasculo plumbeo diligenter clauso maceratur, postmodum cum ipso vino conteruntur Hirudines, & in sole calido capiti detaso, ad permutandos capillos, earum succus imponitur oleo, ne dentes inficiantur, donec siccetur medicamen in ore detento. Sanguisugas quomodo naturalibus adhibeant sponsæ virginitatem mentientes, describit Arnoldus Villanouanus in suo Breuiario, 3. 6. Sanguisugas nonnulli vrunt super tegulas, & miscent cum alijs quibusdam aduersus Tineas accipitrum, vt locos affectos illinant. Albertus easdem in cibo datas per se, vel cum carnibus, vel pulueremex eis, mutationem pennarum accelerare testatur. Aduersus Tineas.

EPITHETA.

FLuuiatilem vocat Q. Serenus, sed palustrem potius cognominare debebat, vt Theocritus, à quo λιμνάτης nominatur. Limosa à Pierio Valeriano, à Phile βδέλλα αἱμοχαρής, à Nicandro φιλαίματος, Oppian. de medico Hirudines apponente.

B ——— δίερχε δὲ γυνὰς κυανόχροα λίμνης
Ἐρπὶ τὲ τειρομένοιο καὶ ἐν χροὸς ἐσήλυξε.

DENOMINATA.

HIrudinaria herba quædam palustris, vt putat Zoogtaphus, alicubi à Germanis quibusdam appellatur: qua deuorata oues Hirudinibus plenas emori aiunt. Galli herbam Duue nuncupant: & similiter ipsas Hirudines patuas, quæ in corrupto ouium iecore sæpius reperiuntur. Βδελλίζειν verbum pro eo, quod est Hirudines exugẽdi sanguinis causa apponere, Anthyllus vsurpat. Βδελλολαρύγγες, homines gulosi, tanquam Hirudines epularum lautiorum. Τῶν Βδελλολαρύγγων αὐτοπαγγέλτων (ἀκλήπτων intetpretatur Suidas) αὐτῷ φοιτήσας ἐπὶ δεῖπνον. Cratinus ad Dionys. Alexandrum. Hirudinaria herba.

PROVERBIA.

PRouerbij speciem habet illud Horatij in arte Poetica:

Non missura cutem nisi plena cruoris Hirudo.

C Quadrabit in homines nimium sedulos, & quibusuis in rebus immodicos. Cuiusmodi nonnullos videas, qui cum semel cœperint, nullum faciunt finem, donec defatigati desistant, nec rationem vllam habent alieni fastidij, sed suo tantum animo negotij modum metiuntur, haudquaquam memores vetustissimi sermonis, admonentis, vt iam à lusu desistamus, cum adhuc iucundus, ne voluptatem odij molestia consecuta contaminet. Nemo enim nescit Hirudinem, vbi semel hæsetit corpori, nulla ratione posse reuelli, donec suctu sanguinis expleta decidat. Refertur & ab auctore prouerbiorum *Hirudine bibacior*, Sanguisuga duas habet filias clamantes Afer Afer, prouerbiorum Salomonis 30. Hirudine bibacior.

DAMNA, ET ADVERSVS EA *remedia.*

ACcidit autem aliquoties, vt viatores rusticique itinere æstatis arboribus & laboribus defatigati, & quamlibet aquam, quæ obuiã fit, bibentes, & os tauri instar inclinantes, vt Nicander asserit, non obseruantes quid hauriant, Hirudinẽ vna, cum aqua ingredi sinant, quod & in bobus sæpenumero vsu venire Columella scripsit, & cęteris omnibus quadrupedibus, alij idem aliquoties accidere commemorant: & Crocodilo Philes. Elephanti cruciatum, inquit *a* Plinius, in potu maximum sentiunt hausta Hirudine, quam Sanguisugam vulgo cœpisse appellari aduerti. Sed sunt Hirudines magnæ, & visui expositæ, à quibus cauere se potest omne animalium genus, maxime autem homo; sunt etiam paruæ vix perceptibiles, quæ cum sensum suprefugiunt, simul cum aqua bibuntur: hæ plurimum fatigant ægrum, & difficulter cognosci queunt. Quaptopter quod si aliquis plurimis diebus cruorem & sereauerit, & emunxerit, idq; citra capitis, vel dolorem, vel grauitatem, siue præsentem, siue præteritam; neque is exitu procedat: huius totum per nates meatum, atque eam oris partem, quæ ad natis foramen tendit, accurate considerare suadet Galenus. Nam fieri potest, inquit, huiusmodi accidens Hirudine huic loco adhærente, quæ quidem in dies, vtpotę exigua, sensum effugiat; tertio tamen, quarto ve die haud obscure videri potest. Eadem ratione ex vẽtriculo quoque, cruor epota Sanguisuga euomitur: sed est, eiusmodi cruor tenuis, & serosus, siue is ex ventriculo, siue naribus, siue ex ore feratur. Igitur cum talem videris, ac hominis considetaro habitu, super præteritis ipsum interrogaueris, ex omnibus rei ipsius veritatem facile conijcies. Equidem, inquit Galenus, cum viderem hominem integra valetudine eiusmodi E cruorem euomentem, interrogaui qua victus ratione antea fuisset vsus: ille vero inter alia, quæ narrauit, hoc quoque addidit: quod cum nocte quadam sitiret, misso puero, qui aquam afferret, ex immundo fonte bibisset. Quibus auditis scissitatus sum, apparuissentne aliquando sanguisugæ in ipso fonte. Qui cum id quoque fateretur, & poto subinde idoneo phatmaco hirudinem vomitione reiecit. Potro cum alius quispiam eiusmodi cruorem emungeret, & expuetet ipso narrante audiui, eum ruri æstatis tempore, in stagno quodam cum cæteris iuuenibus, iuuenili ludo, qualem adolescentes in aqua ludere solent, exercitatum. tum ego sciens in eo stagno Sanguisugas esse, duxi laborantem ad splẽdorem, conuersoque directe ad solis radios narium foramine, in eo meatu, vbi nasus ad oris regionem perforatur, Hirudinis in meatu latentis caudam conspexi. Exquibus Galeni historijs discat medicus, Hirudines potæ. Signa potæ Hirudinis.

D a *Lib. 8. c. 10*

qui ſe gerere debeat, cum ad ſimilem caſum accerſitus fuerit, quidve primum interrogare, atque quæ ſigna perpendere. Dioſcorides deuoratas eum aqua Hirudines, ſi ori ventriculi adhærent, nonnullam ſuctionis imaginem præbere affirmant. eoque argumento hauſtam Hirudinem deprehendi. Sed cum Aerius cætetis plerisq; ſcriptoribus, de ſignis epotarum Sanguiſugarum, tradiderit melius, eius verba cõtollatij loco placuit ſubnectere, deinde ad curationem me conferre. Hirudines, inquit, cum aqua deuorata faucibus adhærent, & iuxta quempiã ſtomachi locum, aut ipſi ori ventris. Et primum quidem ſenſim exuguntſanguinem: expletæ autem his quæ deglutiuimus viam obſtruũt. ſuper expletæ vero etiam ſanguinem, quem exuxerunt foras profundunt, vt imaginationem inducant tanquam ſanguis ex internis locis reiectetur. Cæterum qui affectis contingit eructionis ſenſus, is ſignum tibi ſit Hirudinem deglutitam eſſe. Nunc ad remedia me conferro. Si ori ventriculi adhærent Sanguiſugæ, excutientur teſte Dioſcoride muriæ ſorbitione, ſucco Cyrenaico, Laſerpitij foliis, aut beta, cum aceto aut pota niuis glebula cum oxycrato. nitrum ex aqua gargarizatur, aut atramentum ſutorium aceto dilutum. Si faucibus hæreant, iniecta lupinorum farina, aqua frigida ore continentur: & ad eam Hirudines exilient, vti tradit *b* Dioſcorides Ruellio interprete. Verum hoc loco magni momenti eſt, quod circa finem tranſtulit Ruellius iniecta lupinorum farina, vbi Græca verba ſunt, ἐμβιβάσας εἰς ἔμβαθρον θερμῷ: Marcellus Virgilius meliori fide, facito (transfert) in calidam aquam deſcendant. Eadem ex Dioſcoride verba Paulus Ægineta reperijt, qui cauſam quoque huius conſilij addit. Si in embaſim (id eſt, ſolium vel labrum) aqua calida plenum deſcendetit, cui faucibus Hirudines adhærent, ſimulque frigidam ore continuerit, exibunt illæ frigidioris aquæ deſiderio. Vnde conijcit Zoographus ſic affectũm non ſimpliciter aquæ calidæ inſidere oportere, ſed profundius, vt collum eriã mergatur: ita vt locum calentem refugiant Hirudines, neque in gulam deſcendant, ſed frigidam quæ in ore eſt, ſequantur, quam ſententiam, præter alios veteres, Aerius quoque approbauit his verbis: Quæ postremo, inquit, guturi affixæ ſunt, hoc modo excutere oportet: Ægrũ in ſolium calida aqua expletum, vſque ad collum immittito, & frigidiſſimam aquam ore tenendam exhibero, eamque frequenter permutato; egredietur enim inde Hirudo, frigidæ appetentia prolecta. Aſclepiades autem lauare præcipiebat, ac ſpongiam teneram frigida imbutam faucibus demittere, vt Hirudo ſpongiæ infixa extraheretur, ac deinde lenticulæ ſuccum porrigebat. Externam colli regionem refrigerantibus obducere hortabatur. At Mys Apollonius acetum, quam acerrimum propinabat item cum muria, ille niuis gleba calefacta ſolutaque vtebatur: & eſculentis potulentiſque aluum tempeſtiue purgantibus Hirudinum excernendarum graria. Nam has vna cum ijs, quæ per aluum deijciuntur, deferri ſæpe affirmat. Remedium ex niue cum oxycrato pota in quibuſdam Dioſcoridis editionibus nõ legitur: Marcellus Vergilius quoque notat, tanquam in quibuſdam exemplaribus Græcis non reperiantur, apud Ægineta tamen, & Aerium legitur. Nicander quoque oxycratum per ſe dari iuber cum niue:

Καὶ σὺ πότ' ἐν δαπέδοισι κεραιόμενον ποτὸν ὄξους
Νείμεσας ποτὲ δαῖτα σιωπηρὰ χρονέοσαν,
Πολλάκι κρυσάλλοιο νέον βορέησι παγέντος.

Iacobus Greuinus hæc ſic tranſtulit:

Tum fuſum patera confeſtim potet acetum
Siue niualiu aqua gelido ſeſe irrigat hauſtu,
Sæpe & Hiperboreo concretam flamine cruſtam
Porrige.

Niuem itaq; ſi haberi queat, vt cum nuper boreas aquam gelauit, miſceri iubet: ſin minus oxycratum per ſe dari. Sed Hirudines eo tempore quo niues cadunt, vix reperiuntur, itaque vanum id videtur medicamentum, niſi propter æſtatem hyemis tempore reponatur nix, & ſeruetur, quod in plurimis Italiæ locis fieri nunc conſueuit ad vini teporem æſtatis tempore frangendum. Salſa omnia Sanguiſugis aduerſantur, præſertim ſi cum aqua calida ſumantur, vt ſal ipſe, & ſalis flos, & aqua marina. Hæc enim *c* Nicander commendat his verſibus:

Ἢ τε σὺ χερσαίοιο καθαλμία βώλακα γαίης
Ναρομίλῳ θαλερῷ δὲ πόσιν μιξοειδέα τεύξας
Αὐτῷ ἅλα βάπτε. τότ' ἠελίοισι δαμάζων
Εἴδαρ ὀπωρινοῖσι. τότ' ἠνεκὲς ἐν πυρὶ θάλψας
Πολλάκι θ' ἡ ἅλα πηκτὸν ὁ μιλαδὸν. ἢ ἁλὸς ἀχνῷ,
Εμπίσας. τῷ εἰμὶν ἀνὴρ ἁλοπηγὸς ἀγείρει
Νειοθ' ὑποσαμβρίῳ, ὁπόθ' ὕδασιν ὕθαλα μίξῃ

Quæ in hoſce Latinos exametros verſus tranſtulit Iacobus Greuinus:

——vel ſumptam ſalſuginu intere glebam:
Hincq; ſalutarem conturba, & confice potum:
Ipſum ſæpe ſalum feruenti ſole vel igni
Coge, vel effuſſum pariter ſal ſume, vel albam
Eiuſdem ſpumam: quam ſi ſal ſuffodit imo
Colligit in fundo, quando vnde infuderit vndam.

Ad quos Nicandri verſus à Zoographo annotatur, quod vbi ſcribit Nicander πολλάκι δ' ἡ ἅλαπ ηκτὸν, de vtroque ſale marino, tum ſolis, tum ignis vi condenſato intelligi poſſe, ſed potiſſimum de marino ſentit poeta, cum de altero iam ſatis antea dixerit, quem bibi ſimiliter iubet. Galenus allij eſum maxime commendat. quod ſi ad manum non ſit allium, cæpe aut porrum, aut nepeta viridis, aut lepidium proderũt. Idem *d* Galenus eos, qui Hirudines deuorarunt, aduerſus ſolem conſtituit, locum vbi inhæreant, animaduertit, & garum ipſis inſtillat; ſtatim enim locum relinquunt, & expuuntur, aut acerum cum butyro mixtum, in quo ferrum candens extinctum ſit, potui dat: quod à Plinio & Marcello ſummopere comprobatum video. Alibi quoque ad Hirudines ariſtolochiam terit, & ſale conſpergit. Laudat etiam ſuccum ſyrincum potum, & ſuffitos Cimices. Florentinus ait Cimices ſuffitu adhibitos Hirudines, pernecare: ab illiſq; & pari viciſſitudine, illas è medio tolli, ſi tentorijs vndique circumcludatur grabbatulus, vt graueolẽtia expirare non poſſit. Nec id fugit Plinium: ſuffitu, inquit, Cimicum abigere Sanguiſugas adhærentes (docent aliqui:) hauſtaſque ab animalibus reſtringere in potu datos. Nam Dioſcorides Cimices potos cum vino aut aceto adhærentes Sanguiſugas abigere ſcribit. Kiranides cauſam reddidiſſe videtur nimirũ. quod mutuum ſit naturæ diſſidium inter hæc vtraque animalcula. Alioque merito quis poſſet dubitare, an fũmus omnis per ſe, nihil conferente odoris fœditate, Sanguiſugis aduerſari poſſit, vtpote mordens, & penetrans, & calefaciens. Suffitus autem (inquit Albucaſis) commode fiet per ollam, in qua ſint prunæ ignitæ, & olla ſit clauſa operculo ſuo per medium perforato. foramini inſeratur extremitas inſtrumenti (cuius mentionem auctor fecit, cum ageret de vuæ ſuffitu) alteram extremitatem recipiat ore affectus, & os claudat ne fumus egrediatur, donec ad Sanguiſugam peruenerit. Impatiens enim illa fumi cadet. Quod ſi non cito cadat perſeuerandum in ſuffitu, quamdiu infirmus ferre poteſt. Conſtantinus Afer præter alia, quæ cum alijs ſcriptoribus communia habet: Hirudo, inquit, ſi in palato, aut vicinis partibus ore ad ſolem aperto videatur, forficibus extrahi debet. Si vero non apparet, gargariſmi & alia remedia idonea adhibeantur palato. Affectus aquã ne bibat Mirtanius vaſa vitrea in ſole aqua plena, quę moueamus ante os infirmi Tragacanthæ pollinem inflemus ori (item) carbonum (cineris) nigellæ vel abſynthij. Gargariſmus fiat è ſapa, vel aceto: vel lotio caprino cum ſale. Quod ſi reiectis illis ſanguis adhuc nimium fluat, aſtringatur remedijs in capite de ſanguinis ſcreatu traditis. Albucaſis quoque chirurgicis adminiſtrationibus curat Sanguiſugas, ſi in gutture ſint conſpicuæ hoc pacto. ore ad ſolem aperto linguam inſtrumento deprimit, extrahitq; eas vncino paruo, aut giffi (inſtrumentis) ſubtilibus, & idoneis. Hoc ſi fieri nequit, cannulam concauam in guttur immittit, idque facit multories, prohiberque ægro ne aquam guttet: ſed hos deinde iuber colluere aqua frigida, vt cum aqua ſentiunt, illico cadant. Recenſet etiam idem Albucaſis inſtrumentum aliud, quo commode Sanguiſuga educi poteſt, nimirum forcipem, cuius finis incuruatus eſt, vt in guttur facile immitti poſſit, ac ſimilis roſtro ciconiæ limæ inſtar exaſperatus intus, vt quod apprehẽderit, nullo modo remittat. Si vero in nares Sãguiſuga irrepſerit caput purgantibus & erhinis medicamentis ſubueniendum erit. Eadem quæ homini, qui Hirudines hauſerit remedia, & obſeruationes quadrupedibus etiam conueniunt, quæ tamen in quibuſdam præſertim iumentis, efficaciora maiorique copia dari poſſunt. Ruta quadrupedum quoque morbis in maximo vſu eſt, præſertim ſi Sanguiſugam hauſerint, ex aceto propinabitur, vt moner Plinius. Abſyrtus equo reſupinato, oleum calidum vino mixtum, per cornu inſundit, aut Cimices prope nares eius vrit, aut in ipſis naribus eius occidit. Sic enim, inquit, ſtarim vel excident, vel morientur: idemq; auxilium bobus quoque & alijs animalibus vtile eſt. *e* Anatolius Cimices contundit, eoſq; animali olfaciendos apponit. Crocodilus, vbi incaute Sãguiſugas hauſit, Trochilo vtitur, tanquam medico, qui eas è faucibus, aut ore roſtro ſuo extrahat, de quo elegans hocce carmen extat apud Philen.

Ὀδὲ κροκόδειλος νήχεται μὲν οὐ τόνως,
Ἀνεὶς δὲ χανδὸν εἰς τὸ κῦμα τὸ σόμα,
Βδεκτῶν φορητὸν ἐξ ἐκείνου συλλέγει.
Εἴ τι δ' ἀφβὰς εἰς τὸν ὄχθον ἐκ πόρου
Πίπτει καθ' ὑγὸς καὶ βλέπῃ τὸν ἥλιον,
Ηδὲ πεφαγμενοῖ πρὸς τὸ φῶς. καὶ τῷ ζέσιν
Τῶν τῶν γνάθων, κράπτε, κολπώδεις τόπους.
Ὄρνις δὲ τις τροχίλος ὠνομασμένος,
Τὸ ῥάμφος ἀυτῆς εὐφυῶς ἐπεισφέρων,
Τὰς αἱμοποτίδας κ' θλιβούσας ἐξάγει,
Τούτου πρᾶως ἔχοντος εἰς τὸ συμφέρον.
Καὶ τῷ γε κεφαλῷ αὐτὴ μίσθου λαμβάνει
Μυδὲν κακὸν παθοῦσα ἐκ θηρίου.

Eodem verſuum metro in Latinum ſic tranſtulit Gregorius Berſmannus Annæbergenſis:

Crocodilus vndas dum ſecat, ſcite natans,
Hiante vaſta gutturis voragine,
Turbam cruentam colligit Hirudinum.
Ad litus ergo prodiens è flumine,
Proiectis iſtic ſolis aſpicit iubar,
Hiansq; contra pandit ignes luminis
Sinus genarum, ô Imperator concaues:
Cum parua quadam auis, Trochilus nomine,
Roſtrum inſerens illius in fauces probe,
Hinc Sanguiſugas ſtrangulantes extrahit.
Feraq; gratum ſentiente hinc commodum,
Indemne premij caput loco refert,
A bellua nil regulus paſſus mali.

CAPVT XII.

DE HIRVDINE MARINA.

BDellam ſiue Hirudinem marinã, licet Lampetram vocemus, Strabonis exemplo, qui ſcripſit in quodam Lybiæ fluuio naſci βδέλλας ſeptenum cubitorum, quæ branchias habent perforatas, ita vt per eas reſpirare poſſent: tamen Hirudo marina proprie dicitur ea, cuius nos figuram ad viuum delineatam exhibemus ex Rondeletio, viuit autem ea in ſtagnis marinis, ei quæ in aquis dulcibus naſcitur, perſimilis. Digiti eſt magnitudine, ceruice eſt graciliore, cauda paulo craſſiore. Os & caudæ extremum polyporum acetabulis ſimilia ſunt, vt eorum adhæſione ſeſe trahant. Cõrpus Inſectorũ modo ex multis annulis circuliſve conſtat

Lampetra dicitur Hirudo marina apud Strabon.

Cimicũ & Sanguiſugarum mutuũ naturæ diſſidium.

Quadrupedibus vt medendum, ſi Sãguiſugas hauſerint.

Crocodilus à Trochilo vt ſanetur.

Curatio.

b *Li. 6. c. 32.* Dioſcorid. locus illuſtratus.

c *In Alexipharmacis.*

d *de fac. par*

e *In Geopo. 13. 17.*

constat, sed duriore cute, quam palustres: quod in causa est, cur non ita in globum se contrahere, nec ita se colligere possit, sed caudam tantum, & caput profert, ac retrahit. Intestina omnia continuo ductu producta, & indistincta. Sed cum Rondeletius dicat Hirudinem hanc similem ei, quæ in palustribus degit, arbitror eam colore esse nigro, nos autem & aliam colore rubicundam, prædictæ persimilem in cętoris deprehendimus, cuius iconem secundo loco damus. Hirudinem mariuam scribit Rondeletius cibo esse haud idoneam, virusque olere; pisces tamen littorales, ac lutosos ea vesci. Item in oleo antiquissimo decoctã aurium dolorem sedare: in oleo amigdalino, vel chamæmelino dolorem hæmorrhoidum. In viuo vulneribus neruorum, & conuulsionibus vtilem esse, vstam alopecias cum acero curare.

Vsus in medicina.

CAPVT XIII.

DE LVMBRICIS MARINIS.

VErmium eadem genera in stagnis prouenire, quæ in mari, à marinis non diuersa scribit Rondeletius. Sed instar stagni vermem frequentiorem esse Lumbricum longum, ijs qui in corpore humano procreantur similem, sed breuiorem, si modo verum sit, quosdam Lumbricos ad terium cubitorum longitudinem peruenire. Lumbricos autem stagni, quorum hic icon ponitur, binum cubitorum magnitudinem non superare ait: pollicis esse crassitudine, nullas partes discretas habere, veluti intestinum tenue arena plenum appatere. De eodem hæc Bellonius: Lumbricus marinus terrestri maior, stabulatur in littore inter arenam, atque in eo potissimum tactu, quem æstus alternatis contegit: vnde interdum discedens siccum relinquit. P. scatoribus ad escam plurimum confert: quem dum consectantur à recrementis, quæ more terrestris super arena reliquit, agnoscunt: quæ quo loco perceperint, eo pala ferrea impacta, Lumbricos è profundo extrahere solent, quos canistris in vsum diligenter asseruant. His natura ad excauandum humum mucorem (mucronem forte) in anteriore parte dedit, quem humi applicant: ex quo cum impetu spongiosum quippiam egerit, quo euomuisse videtur: paulatimque in arenam subingressus, iterum in corpus regerit, quod ad se totum arena contexerit, quod idem terrestri Lumbrico accidere solet. Vrrisque transuersi branchi per ambitum insuut, quibus totam corporis molem contrahunt, atque extendunt, vt ex pedali longitudine breuissimi, & fere orbiculares euadant. Verum marinus Lumbricus teres est, pedem longus, digitum crassus, viscosus admodum, croceum colorem fundens, quo naues inficiuntur, qui etiam triduum perdurat. Villos in articulationibus pro pinnis habet: arena & limo vescitur. Hæc Bellonius. In sedandis doloribus terrestribus non cedere, si prius arena expurgatus, oleoque amigdalino coctus, artuum doloribus adhibeatur, vel tepide in aurem dolẽtem immittatur, scripsit Rondeletius. A mensis omnino reijci debet.

Descriptio

Vsus in medicina.

CAPVT XIV.

DE CÆTERIS VERMIBVS marinis.

MArinorum Vermium plurà sunt genera, præter prædictos Lumbricos. alij enim teste Rondeletio sunt eiusmodi, vt nulla pictura, præterquam linea vnica continua, exprimere possint. Nam adeo indiscretas partes internas & externas habent, vt pili tantum crassiores siue caruosi esse videantur, quos animalia esse neges, nisi motu cieri agitarique conspexeris. Alij vero à forma corporis, & rostri μικροεγγχόπεροι & μακροεγγχόπεροι dicti. Microrinchoteius autem, quem primum depictum exhibet, cute molli contegitur, tota incisuris constante: os vel rostrum obtusum est, parumque prominet, vnde suum hocce nomen à Rondeletio accepit. Alijs huius generis rostrum deest, sed foramen tantum habent, capescendi cibi gratia. Totus Vermis digitali est magnitudine, minimi digiti crassitudine. Alter vero secundo depictus loco ab eodem Rondeletio in luto maris, & mariuorum stagnorum viuere comperitur superiore multo longior. Nam aliquando duorum cubitorum longitudinem æquat pollicisque crassitudinem. Farciminis longi figuram refert. Rostro est multo longiore, quam superior, simili Hippocampi rostro, vnde μακροεγγχόπερον nuncupat Rondeletius. Intus longum duntaxat ventriculi, vel intestini ductum habet, aqua & luto pleni, vnde perspicuum est his tantum vesci. Icones, quas hic exhibemus, semper credidi antedictis Vermibus Rondeletij respondere. Cæterum cum exactius postea conferrem hasce cum alijs, deprehendi prorsus differre. etenim priori loco positus Vermis, colore plurimum differt: ea autem toto vitidi lineis quatuor, aut quinque per totam corporis longitudinem ductis rufis, eiusdem coloris alijs transuersalibus plurimis. caput habet magnum, magnos item oculos, magnumque rostrum, extremitas corporis in caudam exit. Alter exiliori corpore, rostro longiori, & plane diuerso. sine cauda, vndique sibi concolor rubescens superne, inferne albicans. quamobrem Rondeletij icones, quas cum his confuderam, in appendice adiungam.

Microrynchoteri descriptio.

Macrotynchoteri descriptio.

(:)

CAPVT XV.

DE VERMIBVS IN AQVIS CALIDIS nascentibus.

CVm præter multorum atque etiam doctissimorum virorum opiniouem sit, Vermes in aquis adeo feruentibus, vt tactę manum vrant, & generari, & viuere, non à ratione alienum fore arbitror quorundam fide dignissimorum auctorum testimonia adducere, qui id asseuerarunt, & in primis D. Augustini, cuius super tam insigni miraculo hæc verba scripta reperiuntur, vt ostenderet „ in vstione ignis corpora posse esse perpetua. Quid igitur, inquit, „ ostendam, vnde conuincantur increduli, posse humana corpora „ animata, atque viuentia, non solum nuuquam morte dissolui, „ sed in æternorum quoque ignium durare tormentis? Nolunt „ enim hoc ad omnipotentis nos refetre pœnitentiam, sed aliquo „ exemplo persuaderi sibi flagitant. Quibus si respondebimus esse „ animalia profecto corruptibilia, quia mortalia, quæ tamẽ in mẽ- „ dijs ignibus viuant, nullum etiam genus Vermium in aquarum „ calidarum scaturigine repeiiri; quarum feruorem nemo impune „ contractat: illos autem non solum sine vlla sui læsione ibi esse, sed „ extra esse non posse, aut nolunt credere, si ostendere non vale- „ mus: aut si valuerimus sine oculis demonstrare res ipsas, siue per „ testes idoneos edocere, non satis hoc esse ad exemplum rei, de „ qua quæstio est, eadem infidelitate contendunt: quia hæc ani- „ malia, nec semper viuunt, & in illis feruoribus sine doloribus vi- „ uuut, suæ quippe naturæ conuenientibus vegetantur, illis non „ cruciantur elementis: quasi non incredibilius sit vegetati, quam „ non cruciari talibus rebus. Mirabile est enim dolere in ignibus, „ & tamen viuere, sed mirabilius viuere in ignibus, nec dolere. Si autem hoc creditur, cur nõ, & illud? Hactenus D. Augustinus, qui tamen non exprimit regionem, vbi Vermes in feruentibus scaturiginibus degant. Auctor de natura rerum Cælidouiam nominat. In ea euim, inquit, quibusdam aquis naturaliter feruentibus Vermes non aliter viuunt, quam in frigida pisces, at extra eas aquas in frigidam migrantes moriunrur. Idem habet *a* Albertus Magnus, & *b* Viuctetius. *c* Bernardinus Scardonius in Patauino territorio fontem Apponi tertium refert inter alios duos eminentem, in media planitie, humilique cliuo situm esse, ibidem craterem ex viuo saxo extare, in quo veluti in cacabo aqua, feruentissima ebullit, in eius crepidiue gramen circumquaq; virescere, & quod dictu mirabile, Vermiculos in medijs aquis viuos sine læsione vndique innatare. Huc accedit, quod in Pannonia in aquis calidis, quæ à mœnibus Budæ vrbis distant fere duodecim stadijs ranæ ingenitæ frequẽtes innatare conspiciantur, nulla noxa percepta, cum ramen scaturiẽtis aquæ tantus sit feruor, vt pede vix tentari possit, & in eum à lanijs proiecti porci depilentur facile. Hocque tradidit *d* Paulus Iouius, ex quo etiam Vermes in calidis aquis consistere posse, faciliùs probatur.

a de Ani. 15.
b Hist. li. 20 c. 168.
c Li. 1. class. r. de antiq. Vrb. Pat.
d Li. 32. hist. sui temp.

CAPVT XVI.

DE HIPPOCAMPO. ÆQVIVOCA.

HIppocampus autem & Latinum, & Græcum est vocabulum, triaque quantum ex auctoribus colligere possum, diuersa significat. Nam apud Pausaniam autigarum scutica est, scribentem apud Helicem vrbem Neptunum æneum stetisse, in cuius manu ἱππόκαμπος, id est, scutica flectendis equis accommoda. Significat etiam Hippopotamum, qui etiam Hippocampe dicebatur, item animalculum Insectum apud Dioscoridem, de quo nunc nobis est sermo. Doctissimus enim Iosephus Scaliger in suis ad Varronis lib. de lingua latina eruditissimis commentarijs; hæc ad Varronis vetbum Hippopotamus annotauit. Dicebatur, inquit, & Hippocam- „ pa aliud sane ab Hippocampo: quippe ἱππόκαμπος animalculum „ apud Dioscoridem: At Hippocampa, quod Campas equos ma- „ rinos dicerent, auctore Festo: vel potius, quod κάμπας omnia ce- „ tacea: vnde finxit vocem καμπίκητος Epicharmus Menander ta- „ men Hippocampum, non Hippocampam dixit pro Hippopota- „ mo, aut potius equo marino. Nonius, Hippocampi, equi mari- „ ni, à flexu caudarum, quæ piscosæ sunt: & est Græcum Menãder, „ vehutos Hippocampos in æternæ vsus, scire noscitur delphino- „ cinctis vehiculis, Hippocampisq; asperis. Quæ verba si pristinæ „ integritati suæ restituero, putabo me studiosorum gratiã eo no- „ mine non parum demereri posse. Videamus igitur, num ita scri- „ pserit ille Grammaticus Menander.

Campæ equi marini dicti.

Οὗτος ἱππόκαμπος οὐ αἰθέρι κάμπας;

Naim & cenrauri, & Hippocampi, & multa eiusmodi appatent in aere, vt est in Nebulis Aristophanis. Deinde Nævius,

Sirenes citis
Delphino iunctis vehiculis. Hippocampisq; asperis.

Videntur esse ex Ægisto Nævij: ex qua hes versus, quos mox adducturi sumus, citat idem Nonius: & cum superioribus coniungendi sunr ad hunc modum:

Tum autem lasciuum Nerei simum pecus
Ludens ad cantum classium lustratur: sirenes citis,
Delphino iunctis vehiculis, Hippocampisq; asperis.

Ridiculum est, iunctos dicere currus immanes Nereidum ijs pisciculis, qui dicũtur Hippocampi. Sed nimirum hic hippopotami, vel alia quædam immania monstra ex genere cetaceo. Nam κάμπας

Cete vocabant, vt ſupra admonuimus. Sane hippopotamis vehi Neptuuum indicat Statius in Thebaide.

Illic Ægeo Neptunus Gurgite foſſos
In portum deducit equos: prior haurit habenas
Vngula, poſtremi ſoluuntur in æquora piſces.

,, Ex quibus apparet non intelligi Hippocampum Dioſcoridis, ſed ,, longe maius animal ex cetaceis, quod tamẽ commentitium pu- ,, tem ſicut pleraque alia veterum. Plinius quoq; 32. cap 5. cum ait, ,, In maxima dignitate Cn. Domitij delubro in Circo Flaminio ,, Neptunus ipſe, Thetis atq; Achilles, Nereides, ſupra delphinos, ,, & cete & Hippocampos ſedentes: aperte recenſet eos inter cete, ,, aut monſtra potius marina: ne quis putet eſſe ἱππόκαμπον Dio- ,, ſcoridis & Galeni. Quod tamen quidam putarunt. At nos vidi- ,, mus apud patrem noſtrum ſcleron Hippocampi admodum ele- ,, gantem: neque is excedebat trientalem magnitudinem, cum ad ,, dodrantalem peruenire velint quidam. Hæc Ioſephus Scaliger.

SYNONYMA. ETYMON.

Marcelli Vergilij error.

Marcelli Vetg. error a *li. de Inſec. & Zooph.*

b *De Aqua til. li. 4. c. de Hippoc.*

c *4. cap. 12.* Hippus. Hippidiũ.

Ἱππόκαμπος à Græcis compoſitum eſt nomen ex dictione ἵππος & κάμπη, ἵππος autem hic equum ſignificare ſcripſit Rondeletius: κάμπη vero flexuram, quod Hippocampus cauda Erucam maxime referat, reliquo vero corpore equum. Marcellus Vergilius Dioſcoridis interpres voce ἵππο magnitudinem uominari ſcripſit, vt in hippoſelino, hippomarathro, eius verba ſunt. Credimus olerum & plantarum Erucas, quas Græci κάμπας vocant, matino piſci à ſi- ,, militudine nomen dediſſe. In Locuſtarum enim genere Hippo- ,, campus à veteribus numeratur. Breuem paruumq; piſcem ſcri- ,, ptor hic eſſe ait, & nihilominus magnitudinis nota ei coniuncta ,, eſt. Quod enim Græci multis in natura ἵππο adijciunt, grande ſi- ,, gnificat, vt in hippoſelino, hippomarathro, & hippolapatho in- ,, dicauimus. Sed id ſic intelligendum eſt, vt hoc animal compa- ,, ratum olerum, & plantarum Erucis grande ſit: marinis vero bel- ,, luis aut piſcibus, breue & patuum. Nec aliud hic intelligi voluit, ,, dicens paruum eſſe auimal. Hæc Marcellus: cõtra quæ ſic diſpu- ,, tat *a* Rondelet. Primum, inquit, à nullo veterum Hippocampus ,, in Locuſtarum genere receuſerur: nullus enim eſt apud veteres ,, recentioreſve Græcos, aut Latinos ſcriptores locus, in quo non ,, ſolum diſerte id ſcriptum ſit, ſed ex quo vel leuiſſima coniectura, ,, vel ſuſpitio huius rei colligi poſſit. Deinde voculæ vnius ſignifi- ,, catione, & rei ipſius ignoratione coactus eſt, à Dioſc. diſſentire, ,, friuola quadam excuſatione adhibita Cum enim ſcribat Dioſc. ,, Hippocampum θαλάσσιον εἶναι ζῶον μικρὸν, id eſt, marinum ani- ,, mal exiguum, tamẽ ob magnitudinis notam adiectam, ait breue ,, eſſe animal cum belluis marinis collatum, cum olerum aut plã- ,, tatum Erucis grande. Quid obſtat queſo, quominus ἵππος in cõ- ,, poſitionem nominum admittatur pro equo? an oporter verba re- ,, bus, & res verbis accommodari? cum igitur Hippocamp. corpo- ,, re maxime equum referat, cauda Erucam, cur non dicemus di- ,, ctionem ex vtraque compoſitam, eaq; ſignificari paruũ animal, cum id diſerte ſcribat Dioſcor & qui viderat & penitus nouerat? Bellonius Hippocampum nomẽ ab equo & eruca contraxiſſe ſcri- bit: equinum enim caput & collum gerere, cotpus. a. Erucæ. *b* Zoographus κάμπη oxytonum Græcis flexuram ſignificare ait. κάμπη vero paroxytonũ Erucã, genus Vermis παρὰ τὸ κάμπτεσθαι, i. flecti, & incuruari ſic dictum. Imitari autem Hippocampum Erucã, non modo corporis flexura in arcum ſe incuruante, ſed etiam circulis, quib. vt Inſecta, diſtinguitur, & inſuper villis. ſiue igitur ab Eruca, ſiue ab oxytono nomine flexionem ſignificante, Hippocampũ aliquis alteram ſui nominis partẽ habere dicat, nihil intereſſe modo orthographiæ, & accẽtuum ratio habeatur. Vartouem, vbi ſcribit, Campas marinos equos Græci à flexu poſteriorum partium appellant, corrigi vult Zoographus, legereque Hippocampos. iteique Marcellum Empiricum nominantem piſciculum, qui equum marinum ſimilet, Hippocampũ intelligere. Hic alioqui à *c* Vegetio in veteriuaria cabalio marinus vocatur. A Plin. & Oppiano Hippus, ab Athenæo Hippidium, vt teſtatur Bellon. qui leui quadam coniectura hæc ſcripſiſſe videtur, cum nullum auctorem citet. Quapter videtur Zoographo potius ſui generis eſſe piſcem Hippum, & Hippidium. Piſcatores Venetj, vt eſt apud Bellonium, Falloppa, vt vero apud Rondelet. Draconem nominant. Saue etiam Matthiol. eſſe quoſdam ait, qui certo velint Hippocampum eſſe illum piſciculum, qui quibuſdam Dracunculus, alijs equiculus marinus nominatur, cuius nullus eſt in cibis vſus. Robert Conſtantin. in Supplemento linguæ Latinæ Venetijs Cauallo marino, Cauallcto, & peſce Cauallo vocari ſcribit Romani, Illyrici, Genuenſes Chaual. Marſilienſes Cheual, Cheualot de mer Nonnulli Gallũ marinum. Germanice nominare licebit, inquit, Zoographus, **ein Meerroſſ/ ein Seeroſſle.** Nam & Hiſpanice, vt Amatus Luſitan. ſcribit, vocatur Caualinho marino Italice Caualin marino, Caualin rirorto, Dragonetto: Gallice Draconetto. Qui nunc Græciam incolunt ἀστῖδα, quidam Salamandram marinam vocant.

DESCRIPTIO.

a *Li. de Inſe. & Zooph.*

EVM *a* Rondeletius ſic deſcripſit. Hippocampus toto corpore inciſuras habet, dodrantalem magnitudinem non ſuperat, ſæpe minor reperitur. (nam Ioſephus Scaliger ſe apud patrem ſuum vidiſſe tradit ſcelerou huius, quod non excederet trieutalẽ magnitudinem.) Pollicis eſt craſſitudine: roſtro oblongo, tubuli modo cauo ſine ſciſſura, ab inferiori eius parte operculum foramini opponitur, ad claudendum, vel demittitur ad aperiendum. Oculos haber rotundos, ſatis prominẽtes. In capitis vertice pili erecti ſunt, qui adeo rcnues ſunt, vt non in moiruis & exſiccatis, ſed in viuentibus tantum Hippocampis, & natãtibus appareant, quemadmodum & qui in reliquo ſunt corpore. Toto capite, collo graciliore, ventre protuberãte, equo valde ſimilis eſt. Poſt oculos, quo in loco in cæteris piſcibus branchiæ eſſe ſolent, pinnulæ duæ auriculis ſimiles ſunt, maxime obſitum, vtrinque vnica. Branchiæ vero nullæ ſuut, neq; tectæ, neque detectæ, ſed ſupra dictas pinnulas duo ſunt foramina ſutſum ſpectantia. Sub vẽtre rimulas duas habet. Ex vna alui excremẽta, ex altera oua foras emittuntur. Cauda reliquo corpore tenuior eſt, quadrata, cum exochis aculeatis. toto eſt etiam corpore ſimiliter aculeato, veluti ex cartilagineis circulis compacto, ex quibus aculci extant, membranis intermedijs, vt nulla cato appareat. Colore eſt fuſco, punctis albis notato, ventre albicante. Ventriculum pro corporis ratione ſatis maguum habet, hepar iubrum, ſimiliter oua rubra, cor exiguum. Caudam quouis modo inflectas, & qualem viuo figuram tribueris, talem mortuus, & exſiccatus ſeruat. Eſt profecto, & cognitu, & aſpectu pulcherrimus iucundiſſimuſq; hic piſciculus, denique huiuſmodi, vt in eo naturæ ſolertiam, & Dei Opt Max. ſummum artificium admireris. Nõ ab his valde diſſimilia ſunt, quę ſcripſerunt alij Digito craſſior, inquit Bellonius, non euadit, eſtq; fere cornea cute cõtectus: nemini, imo neque ipſis quidem piſcibus, edulis: quibuſdam locis nigrior, alijs autem candidior. Brãchias ad lateta habet, eſtque collo, vt equus, contotto. Pinnam in tergore elatiuſculam, alteiam in latere vtrinque ad branchias exerit, aliam quoque modicam ſupra ceruicem: tubulum oblongum, in quo os ſitum eſt. Viuus, in mari non eſt ira contractus, vt nobis iam ſiccus extra aquam apparet Contrahit n. caudam in orbem cum moritur. Caudam habet quadrangularem. Eius lõgitudo n on excedit ſenos digitos. iubam habet obtuſis ſpiculis, vt equus crinibus, exornatam, atq; aurium loco elata etiam ſpicula oſtendit. Strias quoq; in tranſuerſum actas, quæ ab obtuſis eius ſpiculis procedunt. Natura enim ad equum terreſtrem alludens, caput, ceruicem, collum thoracem ita affabre in hoc piſce e- mentita eſt, vt hæc omnia ſibi inuicem reſpondeant Eundem hoc modo deſcribit Robertus Conſtantinus; Piſcis eſt, inquit, minime edulis, ac ſingularis formæ: cui caput equinũ cum proboſcide ſiue roſtro tubulato iubatum eſt: corpus reliquum eminentijs crenisq; cartilagineis exaſperatũ: in dorſo pinnula, cauda quadrata & plexilis. Totius longitudo dodrantalis. Caprus breui expirat: & dum recens noctu lucet: quæ ex oculari obſeruatione ſcribo, καὶ οὐκ τῆς αὐτοψίας, non ex hiſtoria. Gillius capite item, & collo equino, & roſtro oblongo eſſe ſcribit, & ſic ab eorum fronte tauquam equorum comam propendere, & co loco, quo equi iubam habent, pilis defluere, caudamq; eius draconis ſpeciem ſimilitudinemq; gerere. Hæc autem quæ de coma & pilis ſcribit Gillius, quidam viuos aliquot Venetijs apud piſcatores inſpiciẽs vidiſſe ſe negat. forte quod hæc in viuis tautum, & narantibus, Rondeletio teſte, appareant. Marcell. Empiricus fel ei etiam attribuit Quapropter cum ex tot autoribus optimam, & perfectam deſcriptionem facile colligere poſſimus, aliam non dabimus, ſed tantum imaginem eius, quã nos Venetijs conſpeximus; & in muſæo exſiccatum aliquot annos aſſeruamus. Ridicule Hippocampum depinxit Bellonius, vt obſeruit Rondeletius cum enim equinum caput & collum ei tribuiſſet, os ei equi modo reſciſſum, nariumq; foramiua addidit: col.ũ vero, caudam, & corpus reliquum tam abſurde pinxit, vt mõſtruum potius, aut commeutitium quoddam animal exhibuerit, quam Hippocampum.

Bellon. de ſcriptio.

Roberti Cõſtantini deſcriptio.

Fel Hippocãpo attribuitur.

Bellon. icõ reprobatur

DE VENENO EIVSQVE REMEDIIS.

a *Lib. 14. animi. c. 10.*

DE Hippocampi veutte venenato ſolus hæc ſcripſit *a* Ælian. ,, Rei piſcatoriæ benc periti homines dicunt Hippocampi vẽ- ,, trem iu vino decoctum, ſi quis dederit cuipiam bibere, cũ primo ,, ex ea potione acerrimo ſingultu affici, deinde tuſſire, & ſic ca qui- ,, dem tuſſi vehemẽter torqueri: eteuim nihil excreare, ſed & ſupe- ,, riorem ei ventrem intumeſcere, & calidas fluxiones in ſummum ,, caput efferri, & vero per nares rurſus tenues & aquoſas defluere, ,, ac piſculẽtum odorem reddere ſimul & oculos eius ſanguine ſuf- ,, fuſos igneo colore flagrantes videri, & eorundem oculorũ genas ,, inflari: & vomendi quidem cupiditate ardere ferunt. verum nihil emittere, quod ſi natura etiam euicerit (vomitum promouerit) id ,, tamen mortui eſſe ſignum, & hominem mox in obliuionẽ & de- ,, mentiam incurrere. Sin in ventrem inferiorem delapſum fuerit, ,, nihil horum iam fieri, omnino tamen hominem è vita excedere. ,, Ex morte porro, qui euadunt mente capti aquam ſummo ſtudio ,, perſequuntur. Hauc u.ipſam idcirco expetunt aſpicere, tum ſtil- ,, lantem audire, quod ſane eis ægritudinis leuatiouem afferat, & ,, ſomnũ conciliet. Itaq; ad perẽnes fluuios, aut ad littora, aut iuges ,, fortes, aut lacus cõmorationes eis gratæ ſunt, cum tamẽ non magnopere deſiderẽt bibere, ſed & ipſum natare, & pedes aqua abluere eis plurimum iucunditatis affert Sunt qui non hæc mala dicãt ,, huius beſtiæ ventrem procreare, ſed Hippocampum algam acerbiſſimã, ex qua ita afficiatur depaſci. Hæc Ælian. de Hippocampi veueno, quo etiamſi hodie nulli veſcantur, tamen ſolo ventre non alijs partib. venenatum credit Rondelet. quæ in alijs piſcibus idem eueniat. Draco u. ſiue Araneus ſpinis ſolis, paſtinaca ſolo radio, iulides ſolo morſu venenum infundunt, alię partes ſine pernicie ſunt edules. Quod hanc venenati ventris cauſam ad algam referunt, inquit Rondeletius, id vere non dicitur: neque enim alga veſcitur Hippocampus, vt oris ſtructura demonſtrat, ſed aqua tantum ac luto,

Ad algam non referri

Neque

Neque alij multi pisces alga victitantes pernitiosi sunt, sed quidam ex his optimi, vt scatus, atque saxatilium maiores pars, quorum intestina non reijciuntur. Huius veneni remedium scribit *b* Aetius, sepiam nimirum aceto suffocatam, idque acetum cum oleo mixtũ ebibitum. Ex quodam fide dignissimo viro percepi magnum esse Hippocampi huius vsum ad fascinationes, & amatoria apud veneficas, diguas sane, quæ à magistratu grauiter puniantur.

Venenum Hippocãpi

b *li.2.c.188.* Remediũ veneni.

VSVS IN MEDICINA.

VT ex Hippocampo venenum, ita ex eodem cõtra canis rabidi morsus, remedium docet Ælianus. Solertia, inquit, veterani piscatoris, & ad res maritimas bene prudentis, salutaris etiam repertus est Hippocampus. Is & Cretensis erat, & filios adolescentes admodum, piscatores habebat Accidit, vt hic piscator Hippocampos, cum alijs pisciculis caperet, & per adolescentes à rabida canicula morderentur. Cum eorum in Methymna Cretensi ad littus iaceutium vicem dolentes spectatores interficiendam caniculam censerent, & illius iecur medicamentum ad rabiem edendum iuuenibus dandum esse: alij consiluerent à Diana salutem petendam esse, semel piscator eos de consilijs, quę adferrent, laudatos dimisit, & Hippocamporum exenteratorum alios assos, eis comedendos dedit, alios in acetum & mel contriuit, ijsque morsus vlcera obligauit, atque hominum adolescentium tabiem vicit, eosq; ad incolumitatem tantam restituit Hæc Ælianus de remedio aduersus canis rabidi morsus ex Hippocãpo petito. Quod Rondeletio cum ratione cõiunctum esse videtur. Venenum enim, inquit, veueno alio expugnatur, & sæpe, vt ait Ausonius, *bina venena iuuant* Quare cũm ob canis rabidi morsum ὑδροφοβίαν, ægri labotent, recte malum hoc curatur Hippocamporũ cibo, qui ὑδροφιλίαν inducit. Veruntamen non solum Ælianus, sed etiam Philes eadem de veneno, & remedio ex Hippocampis scribit: sed in hoc aberrare hunc dicit Zoographus, quod non Hippocampos ipsos exenteratos, ac tostos vt Ælianus, sed ventriculum eorum tostum (qui tamen veneuũ est) in cibo aduersus cauis rabidi morsum sumi iubet Hippocampus marinus, inquit Aetius, tostus vtiliter comedi, pditur à cane rabido morsis. Illius enim sanguinem aquæ amorem inducere, & proprietate opponi terrori aquæ. propterea bis ac ter Hippocampum comedi cogunt: eundemq; ex acerrimo aceto tritum vulneri applicant, rabiemq; hoc medicamento frequenter peruicerunt Leporis marini veneficium restinguere potos Hippocampos testis est *a* Plinius Et *b* alio in loco intet ea, quæ lichenas, & lepras tollunt, ponit Hippocampi & delphini cinerem ex aqua illitum. Hippocampus, vt ait Kiranides, cum sylueſtris ficus nigęq; folijs, vel rustecinæ (rusticanæ) cum aceto solutus, albositatẽ (leucem vel alphos) & lepram curat. Alligatum Venerem concitare scripsit *c* Plinius, item frigidas febres pellere, & alligatum, & in oleo rosaceo necatum, quo perungendi sunt ægri. *d* Idem tostum ac sumptum lenire capitis dolorem auctor est: & cinerem alopecias replere nitro, & adipe suillo mixtum, aut syncerum ex aceto. Hippocampi cremati cinis exceptus cum liquida pice, aut axũgia, aut amaricino vnguento illitus, alopecias replet, ait Dioscorides. Ex quo hæc descripsit *e* Galenus his verbis: Hippocampum animal marinum, si totum vsseris, alopecijs prodesse à quibusdam prodi tum est, ipsumque videlicet desiccãtis esse facultatis, & tenuium partium, aut certe eius cinerem, quem quidam vnguento amaricino commiscent, quidam pici liquidæ, alij veteri adipi suillo. Amatus Lusitanus experimento se compertum habere scribit, ad ea, ad quæ Dioscorides commendat (scilicet ad alopeciam, & defluuium capillorum) potentem esse Hippocampum. Laudat & tosti vsum in cibo sæpius ad vrinæ incontinentiam *f* Plinius Circumligatus quoque teste Kiranide ischiadem quietat. Caballiones marini nominantur à *g* Vegetio in suffitu contra languorem morbi pestilentis, cum alijs quibusdam medicamentis. Pisciculi, qui equum marinum similat, fel, ouorum albumini mixtum, & cum lana succida oculis appositum, melius remedium suptascriptis oculorum causis (proxime autem nominauerat, caligines, albugines, cicatrices, &c.) quam vllum aliud medicamen præstare manifestũ est. Marcellus Empiricus. Ad pellendos Vermes plurimum valere Rondeletio indicauit Græcus quidam, si tosti sumeudi dẽtur, cum aqua absinthij, vel portulacæ, vel vino.

Ad canis rabidi mors.

Veneni veneno expugnatur.

Philis error.

a *Li.32. c.5.*

b *Cap.7.*

Ad lepram

c *32.c.10.*

Venerem concitat.

Ad frigidas febres.

d *Cap. 9.*

Ad alopecias.

e *li.11.simp. 41.*

f *lib.31. c.9.*

g *De veter 4.c.12.*

Vermes pellit.

CAPVT XVII.

DE VVA MARINA.

PIscatores nostri, inquit Rondeletius, oua sepiarum racematim compacta, à pediculo vno dependentia, earundem atramento aspersa Vuam marinam nominant. Est etiam Vua marina Zoophyton, diuersum sane ab eo, quod nobis depinxit Rondeletius, cuius imaginem, cum de Zoophytis agimus, tradituri sumus: de hoc loquitur *a* Plinius, cum scribit: Rerum quidem non solum animalium simulachra (mari) inesse, licet intelligere intuentibus Vuam, gladium, serras. Nos vero & hocce egregium aspectu animal insectum potius, quam alterius cuiuspiam generis Vuarum racemum vere refertẽs in Oceano deprehensum damus depictum, & ad viuum delineatum, ea magnitudine, qua depictum videtur in hac tabula: acinis sane vndequaque refertissimum, quorum alij cœrulei: alij amethistini: alij rubentes, capite duobus corniculis Limacis instar præmunito, mouetur motu progressiuo.

Vua marina Zoophyton.

a *Li. 9.c.20.*

CAPVT XVIII.

DE STELLIS MARINIS. ORDINIS ratio. Æquiuocatio.

NE vocum affinitate decipiamur, sciendum est piscem nomine Stellæ vulgo à Romanis vocatum, lapidi similem de genere anthiarum, nullo pacto ad hasce stellas exangues, de quibus nunc erit sermo, accedere. De hisce multum dubitatur, ad quod animalium genus pertineant. *a* Aristot. modo Ostracodermis, id est, testatis, annumerat; *b* modo mediam inter plantas, & animalia naturam eis attribuit, sicut & vrticis. *c* Plinius modo frutici similiora facit: multis, inquit, eadem quæ frutici, vt holothurijs, pulmonib. Stellis: modo carnem Stellis admodum paruam inesse scribit: extra vero callum duriorem. Ælianus Ostracodermis, id est, testatis annumerat Quum durum callum cum gladij mucrone pertundere Gillius conaretur, vix tandem multa vi molliorem medium superficiem potuit perfringere. Nam, inquit, radiorum anguli ad silicum duritiem accedunt, & non minus ab ictibus inuictos, quam ferrum ipsum præstat. Hac forte ratione ductus Aristot. Ostracodermis Stellas annumerauit. Rondeletius plurimique alij inter Insecta, & Zoophyta reposuerunt, quod incisuras multas in latijs habeant, vixque perfecta animalia dici possint: quorum nos rationem secuti hoc loco de ijs agemus.

a *Hi. 5.c.15.*

b *4.de part. anim.c.5.* Stellæ ad q animalium genus referantur.

c *Li.9.c.47.*

SYNONYMA. ETYMON.

A στὴρ Græcis, vt Hippocrati, & Aristoteli, Plinio Stella, dicitur à similitudine Stellarum depictarum marinum hoc animal. Nicolao vero Myrepso ἀστήριον voce diminutiua, vt vult *a* Adrian. Turnebus. Hodierni Græci Σαῦρον vocant, vt Gillius annotauit. Rondeletius putat, quod σαῦρον dicere velint. quod pali lignei fixi, & erecti modo (id enim vox Græca significat) radios habeat. A Sylualico sydus marinum nominatur, sicut & in Cremonensis interpretatioue à Kiranidis magia astrum matinum. Vtrumque Zoographus improbat. Massilienses etiam nunc Stellam nominant. Albertus Stutitum cum Astere marino ineptissime cõfundit. Germanice nominatur **ein Meerstern**/ Belgicè Vyfuoet à quinq; pedum numero. Eliota Anglus interpretatur à Sterrefyshe. Zoographus ab erudito quodam Anglo audiuit nominari à Seepadde: hoc est, rubetam marinam: nescit quam recte. Saxones eadem significatione dicerent **ein Seequapp**. Radios habet quinos secundum Cardanum: alij octonos: alij duodenos, aut paueiores, sed sunt qui negant has veras esse Stellas. Vtut sit (inquit Cardanus) constat naturam hoc numero contentam non fuisse, sed tamen quæ radijs quinq; præditæ sunt, hæ Stellarum nomine sunt digniores. Idem tradit in supina parte esse radiorum septenos spiculorum ordines, in longitudine vero viginti duos, quasi rationem periphetiæ, ad dimetientem obtineat. Cumque animal sit exiguum, supra tamen quinque millia promuscidum cum suis acetabulis non exercere. Rõdeletius hæc Stellis communia esse dicit, quod radijs quinque constent, qui ex multis particulis tanquam ex multis vertebtis componuntur, vt in aqua mobiles essent, in quorum medio oris situs est, & quinque dentium, vt in echino. Excrementorum nullus exitus apparet: ore igitur, quæ superuacua sunt excerni, vrticarum more, Rondeletius existimat.

a *Aduer.18. c.18.*

Descriptio vniuersalis

GENVS. DIFFERENTIA.

Descriptio.

SVnt earum multæ differentiæ: quædam enim magnæ sunt, quędam paruæ, quæ nunquã magis accrescunt, aliæ flauescunt, aliæ cinereæ sunt, aliæ nigricant, rursus aliæ aculeatæ sunt, aliæ læues, aliæ ab alijs breuitate, longitudineq; radiorum distant. Postremo aliæ quinque tantum radios habent, aliæ plures; earum autem quę quinque, aut radiorum appendices, & quasi multos ramos habent, aliæ ijs carent. quæ vero plures, aut habent septem, aut decem, aut duodecim: tot enim obseruatę à nobis sunt harum differẽtiæ, quas omnes iconibus, tam ad viuium, quam fieri potuit expressas, partim hic exhibemus, partim post in paralipomẽ. adiungemus. Quæ itaque primo loco ponitur à Rondeletio, eam postea depingemus. Est autem brachijs siue radijs pedis longitudinem æquantib; Duro quidem corio integitur, vt Holuthoria, sed aspero. radij enim vndique aculeis muniuntur mobilibus, qualis in echinometra videte licet. Iidem radij excauati sunt, ex quibus carnosæ appendiculę dependent, quales in vrticis quibusdam cernuntur. In radiorum medio os siue gula est Inde alimentum in quinque partes distribuitur, vt in echinis. Internæ partes omnes indiscretæ sunt, vt in vrticis. radiorum particulæ vinclis tenuibus connexæ facile disrũpuntur. Hæc Stella, vt etiam echinata aspectu pulcherrima est, potissimum corio suo spoliata; ob exquisitam & miram partium cõpagem. Virus olet. Pro hac Rõdeletij icone duas alias Zoographus exhibuit: sed parum differentes.

Differẽtia à magnitudine colore, & numero radiorum.

Prima species Rondeletij.

Tertia.

Non admodum ab hisce discrepat ea, quam hacce icone ostẽdimus prone & supine, tota cartilaginea: supine partis marginibus puniceis, reliqua par intima, & quæ hisce marginibus continetur, sanguineis maculis, & albis, veluti in quodam marmoris genere conspersa. Pronæ vero partis margines admodum sunt sanguineæ: quinq; in medio rimæ, in singulas partes abeuntes, maculis autem cæruleis, ea pars, quæ margines vndiq; contingit, insignitur: hasce aliæ sequuntur prope medium maculæ rubicundæ,

Sequens


Fig:14.
Meerstern.

Stellæ testaceæ descriptio.

Sequens figura continet Stellam testaceam dictam, non quod vere testacea sit (nam exsiccata, cum cortice teri manibus, quamuis ægre, potest) sed quod dutitie corticis, magis quã aliæ Stellæ, quas vnquam obseruaui, ad testaceam accedat. Hæc cortice candicat, spithamam longa quoquouersum dimensa, nempe ab vno radio ad alterum, qui è regione est. distant autem extremitates cuiusque radij à proximis mediam spithamam, aut paulo amplius. Posset etiam non immerito tuberosa, & verrucaria nuncupari, nam superiori parte in singulis radijs tubera, & verrucas habet.

Quinto loco ponenda erat ea, quam Rondeletius leuem appellauit: aculeis enim omni ex parte, atque asperitate caret. Radij longi sunt, rotundi, flexibiles, murium caudis persimiles: eorum integumentum cortici serpentum simile est: & ob nigratum albarumque maculatum varietatem, spectatu iucundum. In medio corporis trunco circulus cernitur, intra circumferentiam quinque maculis rotundis: & inter has stellulæ pictura distinctus, à cuius circumferentia quinque radij exoriuntur. Oris compositione à cæteris non differt nec victus ratione. Brachiorum longitudine, & vario flexu celerrime natat. Hanc quoq; in appẽdice dabimus.

Eiusdem fere generis, & eæ duæ sunt, quas duabus sequentibus tabulis exhibemus: nulla parte asperæ. prima est prona parte & supina colore lapidis lazuli: in medio punctulis nigris, & circulis aureis nouem. radiorum ac totius corporis ea magnitudo est, qua ceruitur. prona pars varijs coloribus delineata, cuius medium, & colorem, & figuram peutaphylli æmulatur. huius iconem habes fol 296.

Secunda multo præscripta minor, vndique coloris ferruginea, sed nigris aspersa maculis. medium spithamam, aut amplius longa. iconem vide fol 296.

Pectinatarum stellarum descriptio. prima.

Sequuntur has Stellæ pectinatæ quatuor aut quinque, quarum prior Rondeletij est post depingenda, inter Stellas maiores connumeranda, vrpote cuius radii ad pedis longitudinem attingant. primæ à Rondeletio depictæ similis est ijs demptis quæ sequuntur. Radii circa rotundum corpus dispositi, in exortu suo angulum acutum non constituunt, sed obtusum. Aculei quibus latera muniuntur rari, recti pectiuatim dispositi, vnde pectinatam Stellam appellauit Rondeletius. In totius corporis centro stellula, quædam expressa est, à cuius ambitu lineæ quinque per medium radiorum ad extremum vsque protensæ sunt, radijs initio satis fati sunt. Rara est hæc species, ore, dentibus, moribus, facultatibus alij similis est.

Secunda.

Secunda cuius figura exprimitur (fol. 296.) marginibus albis pectinatim non recte, sed oblique dispositis: interius sanguineis vudique conspersa maculis, in centro stellulam habet admodum rubram, sex radijs constantem. tota pedem longa est.

Tertia pectinata.

Tertia nulla elegantior, eiusdem cum prædicta magnitudinis, coloreac tuberculis spinosis admodum varia. Nam in medio est os, instar echini, quinque denticulis vix conspicuis constitutum. hoc continet stellula seprem radiorum, quæ interiori parte nigra fere est, exteriori vero cœrulea hanc circulus ambit albus seu area alba, quam alia ruffa, seu carnea. hunc deinceps circulus circundat ex vndecim tuberculis constans in suprema parte acutis. Singuli autem radij tres habent tuberculorum ordines singulos ex vigintiquinque, aut trigina tuberculis constantes. Figuram hębes. fol. 296.

Quarta est haud dispari cum præcedenti longitudine, radijs albo cæruleis, marginibus pecti natis ferrugines: in medio stellula est, ex sex punctatis radiis constituta depictam vides fol. 296.

His adiiciam eam, quæ quinque radiis inæqualibus constant, & hirsutis fol. 296.

Echinatam Stellam inter saxa viuentem nobis depinxit idem Rondeletius, corpore exquisite rotundo paruoque constat, & radiis quinque, sed breuioribus, vnde fit, vt minor sit cæteris. Illi è paruo circulo, in quo crucis figura delineata est veluti è centro, exoriuntur tenues, frequentissimis aculeis horrentes, qua de causa echinatam Rondeletius nominauit, in lateribus dispositis. Radiorum flexuoso motu, serpentum ritu, repit hæc Stella, & in sicco posita eos mouere nequaquam desinit, quousque iu partes disiecerit, quæ separatæ etiam mouentur per flexus: vt Vermium partes, & Lacertorum caudæ abscissæ. Os habet cæterarum modo. eius fig. vide fol. 296.

Reticulata Rondeletii

Stellam aliam quæ sequitur à cancellorum figura, aut retis reticulatam, & cancellatam vocauit Rondeletius: & quia inter distinctiones retibus, vel cancellis similes existant, tubercula rotunda, tuberosa etiam vocari potest. Inter maiores Stellas reponenda: brachia enim ad pedalem longitudinem perueniunt, crassiora sunt aliarum Stellarum radiis. Os habet cæterarum modo. depictam cernes fol. 296.

Reticulata nostra.

Eiusdem generis ea est, quam nos depictam prone & supine subdimus, (fol. 296.) minus tamen cancellatã: tuberculis rotundis cæruleis gemmæ Turcoiæ ęmulis, radiorum marginibus hirsutis, & pectinatis: quilibet radius, supina parte apparet conus pinus ideæ oblongior. Prona autem parte ferris, tum luteis tum cœruleis. Singuli radii habẽt cauliculum tenuem per medium transeuntem

Stella arborescẽs

Habes deinceps Stellam à Rondeletio dictam arborescentem admodum mirabilem, sicq; dictam à frondium, & ramorum multitudine Huiusmodi duas vidit Rondeletius. Vnam permagnam apud Guilhelmum Pelicerum Monspeliensem Episcopum, ad Lerinum insulam captam. alteram ex Italia ad ipsum delatam. Ab aliis omnibus Stellis plurimum differt. Radios quinque siue truncos habet, in medio os cum quinque appendicibus, quæ multis paruis dentibus horrent, pars ea depressa est, & summissa, ambitus tumet, in quolibet radiorum interuallo foramen seu rima cernispicitur. Quilibet radius statim in binos finditur, hi rursus in binos ramos diuiduntur, atq; ita deinceps, quousque ad tenuissimos, & capillorum tenuitatem referentes deuentum sit. A quolibet oris angulo linea albicans prodit, & per omnium ramorum medium producta est, alioqui tota Stella nigricat, & tenui, atque admodũ dura, sed aspera cute contegitur. ramuli omnes intro flectuntur; quod argumento est hos tanquam citros ad cibum captandũ conditos esse, quibus vndique dispositis in orbem præda elabi non potest. Id spectaculum aliquando Rondeletius in mari studiosè contemplatus est. Stellam paruo filo alligatam in mare demittebat, in quo expansis ramis natabat, sed prædam aliquam appropinquare sentiens, brachiis omnibus contractis amplexabatur vtricæ ritu. Rara est hæc Stellæ species, & proprerea inter anathemata suspenditur. iconem vide fol. 296.

Sol Rondeletii

A prædictis omnibus Stellis differt ea quæ à Rondeletio Sol marinus dicitur, quod Solis picturam quodammodo referat Nam in Stellis è medio corporis truncо, veluti è centro, radii quinq; euascebantur, in hoc vero ex corporis rotundi circumferentia breues minime asperi superiore in parte, sed veluti ex squamis compositi: in lateribus v. veluti prauis aculeis rigentes, alibi ad extremum vsq; gracilescentes. corpus illud rotundum in medio rosæ pictæ figuram expressam habet. ore victu, & facultate à Stellis non differt: vide fol. 296.

Subiungendæ nunc sunt, quæ plures, quam quinque radios habent. Bellonius autem se vidisse scribit, quæ tres & quatuor tantũ habereut: item quæ senos, octonos, duodenos, picturam tamen eorum non addit. nos septenos quandoque, denos & duodenos in Stellis radios obseruauimus, quarum figuras hoc loco subiungemus: Et primum quidem eius, quæ septenos habet parte gibba colore ferrugineo obscuriore, spinosis & paruis quibusdã tuberculis scabra, ac inæqualis, radiis in exttemo læui distortione inflexis: parte concaua ochrę fere dilutũ colorem exhibet ad ferrugineum minimum quid tendentem. Extremi laterum, quibus cum medio corpore, tum brachiis iuxta eorundem longitudinem sectis committitur, margines crenis seu denticulis quibusdam albicantibus sunt asperi. Longitudo totius, ac latitudo in peripheriam æqualis est, palmi vnius cum dimidio. Singuli vero radii tres propemodum digitos sunt longi, qui longissime à se mutuo palmi vnius interuallo dissiti sunt. Figuram vide fol. 296.

Stellæ septenis radiis.

Decem radiorum Stella

Sed qui secundo loco conspicitur depicta, decem brachia habet, vnde δεκαδασυακτινοειδὴς à Fabio Columna nominatur: de qua hæc apud eum extant scripta Noua, inquit, & perelegans huius Stellæ forma, ab aliis omnibus differens, nec adhuc descripta: nostro littori frequens, ita vt nec vlla rettahantur retia, quin ipsis implicata, & simul cum piscibus in foro etiamnum iuueharur. Hæc admodum fragilis est, vt viua ne ab rete excipiatur potius frangi patitur, ita illi se implexa cirris continet. Non vis vlla in extrahenda Stella est adhibenda, cum radii sint geniculati, atque genicula couiungens cartilago sit admodum tenuis, qua de re facillime genicula dissoluũtur; nec quamuis radii omnes sint disrupti, emoritur, nisi longo post interuallo. Huius color subrubens est, forma vero ab aliis Stellis dissidere videtur. Hæc enim paruum admodum corpus habet: radios quinque, sed singuli in binos diuiduntur, ita vt decem prima facie videantur: semipedem longos, nec maiores huc vsque vidi: Stellæ diameter pedem æquat. Radii vero omnes geniculis paruis constant, atque singula genicula formam trianguli habent, lineæ quidem secantes nunc in dextram, nunc in sinistram partem coniunguntur, spirarum modo, quæ alternatim angulos oppositos conficiunt. E singulorum vero triangulorum basi, cirri etiam, vt bases quoque vtrinque alternatim producuntur, simili modo geniculati, minimi digiti longitudine, & cannabini fili crassitie, quibus maxime implicatur, gtaditur & apprehendit: Horum superiores parum longitudine sicuti & crassitie alios inferiores ad extremum vsque superant. E centro vero ipsius alii tenues cirri fili etiam crassite, & eodem modo geniculati, maioris digiti longitudine exeunt, quorum superiores inferioribus minores sunt, atque contrario modo, quo radii maiores, curuantur, quibus escam apprehendere, atque in os adducere censeo, in quorum vmbilico visitur inesse, ex aduersa parte corpus conspicitur rotundum læue molle, cuius interiora propter tenuitatem cõsiderare nequiui: i. sum vero facillime disiungitur à Stella læuis est tota, sed aspera tactu videtur propter geniculorum, & cirrorum multitudiuem: crusta integitur duriuscula, ita vt osseis geniculis, sed non admodum duris, composita videatur. An splendeat, vt alia noctu, cum viuam domi habere non potuissem, experiri non potui Hæc Fabius Columna.

Postrema duodecim habet radios, qui quidem siuguli singulos habent caules cœruleos per mediũ transeuntes, à quorum vtroq; latere sunt striæ seu lineæ transuersæ sanguineæ frequentes: in medio quoq; circulus eiusdem coloris, vndiquaq; radiorum margines denticulati coloreque albicante. Tam variæ, & multiplices Stellarum formæ conspiciuntur, vt quærendi & contemplandi nullus sit futurus finis,

LOCVS.

CArdanus *a* in littore Aquitanico testatur se vidisse radiis quinis, octonis, duodenis aut pauciorib. sed vbiq; in littore tales conspiciuntur, etiã in Oceani Germanici oris; frequentiores tamen sunt quinq; radiis præditæ cæteris. Stella cartilaginea, & cancellata seu reticulata secundo depicta loco, ex Sicilia ad me delatę sunt. cæteræ ex varijs Italiæ, & Germaniæ Angliæque locis. Ecliinata Rondeletio dicta in scopulis Agatensis sinus reperitur.

a Lib. 37. cap. 37. de var. rer.

peritur. In Oceano Stellas reperiri non dubitat Zoographus, Meminit enim ab amico miſſam aliquando ad ſe Autuetpia, colore cinerio radijs quinis paulatim in mucrouem deſinentibus, & flexis modice, vt in arida apparebat multis, breuibus, aſperis & pectinatim compoſitis villis radij conſtabant, ſupina præſerrim parte conſpicuis. Cultro facile diſcindebatur, forte quod parua adhuc eſſet.

A

VICTVS. NATVRA.

STellas marinas Oſtreis tam crudeliter inimicæ ſunt, vt hæc ipſa exedant, & conſiciant. Stellæ inquit *a* Ariſtoteles concharum complures aggrediuntur, & exugunt. Ratio autem inſidiarum, quas eis moliuntur ciuſmodi traditur ab *b* Ælíano: Cum, inquit, teſtacea ſuas patefaciant conchas, vel cum refrigeratione egent, vel vt aliquid pertinens ad victum incidar: eæ vno de ſuis cruribus ſiue radijs intra teſtas oſtrei hiantes inſito, eas claudi prohibentes, carne explentur Hunc inſidiandi modum *c* Oppianus his verſibus Stellis adſcripſit.

a *Lib. 4. de par. cap. 5.*
b *9. de Animal. 22.*
Conchis inſidiantur
c *2. Halieu.*

Τῶδ' ἴσα πιχνάζουσι κὴ ἀστέρες ἐρπυστῆρες
Εἰνάλιοι, καὶ τοῖς ῥὲ ἐπ' ὄστρεα μήπις ἠπήδει.
Ἀλλ' οὐ λαῶ ἄηγυσι σωὲμπορον οὐδ' ἐπίκουρον
Κεῖνοι τεηχὺ δὲ κῶλον ὑπηρεῖσαντο μέσοισι
Πεπταμένοις τὸ μὲν ὧδε πιέζεται, ἰδὲ νέμονται.

Id eſt.

Sic ſtruit inſidias teſtis, ſic ſubdola fraudes
Stella marina parat, ſed nullo adiuta lapillo
Nititur & pedibus ſcabris diſiungit hiantes
Teſtas, & molles carnes, vt viſcera paſcit.

Bellonius os ſtellarum eſſe verſus caudam, vt Echinis, in medio radiorum ſitum ſcribit. & quauquam in gyrum quinque dentes oſtendant, tamen couchiliorum cum ſuis teſtis genera, tillenas, chamas, conchulas, mytulos integros deuorare. Stellam ſe diſſecuiſſe Rondeletius refert, apud Megalonam pede non maiorem, in cuius ventre quinque cochleas inuenerit, tres integras, duas cum teſtis ſuis confectas. Ariſtoteles de Stellis hæc *d* alibi ſcribit: *φασὶ δὲ καὶ σῖνον* (vulgatus codex habet, Rondeletius legit *σῖνον ἰοιοῦλον*) *τῷ Ευρίπῳ καὶ Πύῤῥαιον μέγιστον εἶναι*. Plin. præterit Gaza tranſtulit. Detrimento etiam ſummo Echinis Euripi Pyrrheni (melius Pirrhæi: eum in Lesbo eſſe Niphus ſcribit) eandem eſſe confirmant. atqui in Græcis verbis nulla Echinorum mentio. alio quidem loco Echinorum Euripi Pyrrhæi meminit, nulla illic Stellarum mentione facta. ex quo Gaza fortaſſis hunc locum emendare conatus eſt. Zoographus autem omnino ſic legit: *φασὶ δὲ ῥόον πετούτων (τὸν ἀστέρα) σὺν δυρίπῳ τῶν Πυῤῥαίων μέγιστον εἶναι*. Procline autem fuit pro *ῥόον* ſcribere *σίνον*, quod nomen alioqui detrimentum ſignificat & noxam: vt *σίνεσθαι* verbum nocere. Emendationi huic accedit Albertus: qui ſuper hoc loco ſic habet: Opinantur quidam, quod in mari, quod vocatur Orioz (corruptum hoc eſt ab Euripo) quod rubrum (è Pyrrhæo male conuerſum, ac ſi non eſſet gentile nomen, ſed idem quod pyrrhon, id eſt ruffum ſignificaret) mare, vel potius orientale vocamus: eſt modus huius animalis magnus Denique re ipſa, genera quædam Stellarum magna reperiri conſtat: Echini autem maiores ſunt, quam vt à Stellis deuorari poſſint. quorum natura admodum calida eſt & nigra. Vnde *e* Ariſtoteles: *ὀκαλούμενον ἀστὴρ οὕτω θερμὸν ἐστὶ τὴν φύσιν, ὥς θ' ὅπ αὐ λάβῃ, παραχρῆμα ἐξαιρόμενον, διέφθον εἶναι*: Plinius conuertit: Stellæ tam igneum feruorẽ tradunt, vt omnia in mari cõtacta adurat, omnem cibum ſtatim peragat. Gaza vero, adeo natura calida eſt, vt omnia contacta protinus decoquat. Zoographus ſic vertit: Adeo feruida eius, quæ (in mari) Stella vocatur natura eſt, vt quidquid ſumpſerit, id licet ilico ab ea extrahatur, diſcoctum appareat. Non enim ſimpliciter contactu ab ea hoc fieri ſcribit: ſed ea tantum, quæ ſumpſerit, hoc eſt, deuorarit, ita mox affici, ac ſi *διέφθα* forent. Sed *διέφθον* alibi legere non meminit Zoographus. Vetus interpres ex Alberti, & aliorum citatione, legit *διεφθὸν*, vt quia verterit biſcoctus. ſic enim habet Albertus: Et quando transglutit aliquod animalium paruorum, minorum ſe quantuncunque id cito extrahatur de ventre eius, inuenietur quaſi bis ſit coctum: hoc eſt quaſi duas bullitiones ſuſtinuerit. Et author de natura rerum Alberto antiquior: cum ſtella, inquit, aliquod animal comederit, mox inuenitur in eius ventre durum, quaſi biſcoctus panis Nihilominus Plutarchus ſimiliter, vt Pliuius ſolo tactu conſumere animalia ingenito ſuo feruore tradit, his verbis: *Ὁ μὲν δὴ Ἀστὴρ ὧν ἂν ἅψηται, τούτου ἀναλυόμενα καὶ ἀναπηδῶντα γινώσκων, ἐνδίδωσι τὸ σῶμα καὶ τοῖς ὀξέοις ψαυομένου ὑπὸ τῶν παιόντων καὶ πρὸς πλαζόντων*: hoc eſt: Stella enim quæcunque retigit, ſolui liquefieriq; omnia ſibi conſcia, accedentibus appropinquantibuſque vltro ſe contrectandam præbet. Hoc autem an verum ſit (quod Zoographus non putat) ex piſcatoribus maritimis facile erit cognoſcere. Referunt teſte Cardano Stellas torpeſcere extra aquam, & ſubæſtus tempore reuiuiſcere Quod etiam à Bellonio obſeruatum video. Quod ſi, inquit, à quoquam extra aquam obſeruentur, omnino immobiles apparebunt. Sed ſi eas quiſpiam in aquam immergat, & ſupinas inſtrauerit, tunc promuſcides (acetabula) in extrema pluſquam quinque millia exerere cernet, atque in pronam partem moueri Vagantur in mari, vt polypi, brachia deducendo, nunc ante gradiendo, nunc in orbem conuoluendo. & ſuctu acetabulorum, Echini modo, lapidibus adhærent. Senſu tactus eas non vacare comperiet, qui manum ferream conto infixam ad eas attollendas immerſerit. Ab hac enim contactas plenius moueri, & fugam tentare experietur.

Ariſtoteles emẽdatus
d *5 Hiſt. 15.*
e *Hiſt. 15.*

B

C

D

E

VSVS IN CIBO.

APud Bellonium duo Stellarum genera recenſentur. aliæ edules, aliæ non edules, inter quas recenſet, quæ tria tantum, quatuor, ſex, octo, duodecim brachia habent: vt pote, quod ſint deiectamenta marina. Sunt & non edules, quibus cirri teretes, & oblongi, & quæ formam ſolis magis, quam Stellæ imitantur. item quibus brachia quadrangula, aut plana quarum octo ſpecies obſeruauit. Edules autem ſunt teſte Bellonio, quarum caro brachijs incluſa rubra, vel lutea eſt Earum permultas in littore Epiri tantæ magnitudinis cepit Bellonius, vt ſeſquipedem latæ eſſent; & ad trium digitorum latitudinem earum brachia extenderentur, neque galero integi poſſent. Hiſce Stellis cum crudæ ſunt non omnibus idem color; aliæ enim cæſio colore præditæ ſunt, aliæ autem alterius ſunt coloris: quæ quidem ſupra modum leui contactu confringuntur. Sed ſi coquantur abeunt in calli duriciem, & rubræ euadunt. Cæterum quæ quinque habeut radios non omnes in cibo expetuntur: nam quæ primo loco à nobis ex Rondeletio poſita eſt, nulla ratione comeditur, vti nec ea quam Rondeletius læuem appellauit, itemque echinatam.

Non edules Stellæ.
Edules.

VSVS IN MEDICINA, & alijs

HYppocrates *a* binis in locis Stellas marinas nigras, & braſſicam vino odorato bibi, ac miſceri iubet, aduerſus vteri ſtrangulationem Rondeletius primi generis Stellas virus olere ſcribit: forte viroſo illo odore vterus repellitur. Sed quænam ſit Stella marina nigra noudum mihi innotuit. Kiranides Aſterem omnem malum ſuffitum auertere ſcribit, & Iſacius Tzetzes,

a *L. de mor. mul. & nat. muliebr.*
Ad vteri ſtrangulationem
Contra magicas artes

Ἀντιπαθοῦσι μαγικοῖς πᾶσι τρόποις
Μῶλυ, δάφνη, ἀστὴρ θαλάσσιος &c.

Id eſt.

Contraria magicis omnibus artibus
Moly, laurus, ſtella marina.

Et *b* Plinius inquit: Mala medicamenta inferri negant poſſe, aut certe nocere, Stella marina vulpiuo ſanguine illita, & affixa limini ſuperiori, aut clauo æreo ianuæ. Draconis marini Scorpionumque ictus, carnibus earum impoſitis: item Araneorum morſus ſanantur. In ſumma contra omnia venena, vel potu, vel ictu, vel morſu noxia, ſuccos earum ex iure decoctarum efficaciſſimus habetur. Quo in Plinij loco obiter animaduertenda, quæ dicit Zoographus, nimirum, quod Vvottonus hæc omnia poſtrema Plinij verba ad ſtellas referat: cum alioqui propter enallagen numeri, & bis poſitum pronomen earum, quo referret, non videret. Verum eo pronomine bis commiſſum errorem dicit. ac primum non earum, ſed eorum id eſt proprijs impoſitis, contra ictus ipſorum remedium fieri intelligamus. Nam & Dioſcorides Draconem marinum, contra ſpinæ ſuæ ictum, diſſectum impoſitumque vtilem facit: & Plinius ipſe alibi: vt alia quoque permulta venenata, ipſa venenum ſuum foris poſita extrahunt. Sic inter ſe conſentient autores, neque numeri enallage (Plinio fere inuſitata) committetur. Deinde pro altero pronomine earum, legit ranarum: quam lectionem omnino genuinam eſſe, ex libro Zoographi de quadrupedibus ouiparis inter ranarum remedia deprehendo Albertus Stellæ vim immodicam tribuit ijs fere verbis, quæ veteres de Scinco ſcripſerunt. vnde locum eſſe deprauatum apparet. Intra corpus autem ſtellam marinam medici ſumere nolunt, ſed externis partibus applicari tantum ac ſuffiri, vnde Hippocrates eius ſuffitu ad vterum ſtrangulatum vtitur. Et *b* Vegetius in medicina veterinaria, ſuffitui contra languorem morbi peſtilenris præter alia ſtellam admiſcet. Suffimentum ad epilepticos expertum apud Nicolaum Myrepſum, habet; hirci & vrſi & lupi teſtium, ſanguinis hirundinis, & lapidis in eius ventriculo reperti, aſterij in mari inuenti, anethi ana drachmas duas. alliorum purgatorum, cornu ceruini, & caprini &c. vbi alij diuinare nequeunt, quid ſit Aſterium. Adriano Turnebo ſtella marina eſt de qua hic agimus. Ad pilos diſperdendos medicamentum fit ex Scolopendris, vrticaque & Stellis omnibus marinis, nitro amurca, ad hæc ammixtis, vt legimus apud Galenum inter pharmaca ex Crironis Coſmetico tranſcripta. Zoographus ſcit in ſtellis quibuſdam edulam eſſe carunculam · reliquam vero ſubſtantiam, cum ex illorum ſit materia, quæ pilos diſperdunt, quam tuto intra corpus dari poſſet, conſiderandum putat. *c* Kiranides ſcribit ſi capiti omydis (id eſt teſtudinis) permiſcueris parum de Aſterio magſtachium, id eſt dæmonem fortunæ (videbis) factum & ſtantem ad pedes tuos, & loquerur tibi in omnibus quæſtionibus &c.

b *Lib. 32. cap. 5.*
Plinius correctus.
b *L. 4. c. 12.*
Ad epileptiam.
Pſilothrũ eſſe.
c *Lib. 4.*

Stellam læuem putat Rondeletius ad peritonæi rupturam cum ononide, felici cum ſucceſſu, applicari poſſe.

FINIS.

PARA-

PARALIPOMENA.

DE NIDO Βομβυκιῶν.

DIE Septembris quinto clibano testoue, sub quo candente, placentam coquere ancilla parabat, ad internũ merginem adhærere ab eadem reperta est luti quędam indurati massa, in qua nidi erant quini, instar tubulorum, excauati, oblongi, angusti ac tereres, & in ijs Vermes quidam, quos postea in volatilia Insecta transire aiebat meus agricola, nempe primo vere, ea autem sylueſtres Apes nigras esse, alias eadem massa, simul cum ipso animali à Fr. Gregorio Regiensi Capucino allata, docuit. Vermiculus ipse duos digitos longus, spolio seu folliculo inuolutus, castanei coloris nigrescentis præsertim extremis, lucido ac transparente, obtectusq; erat Chrysalidis instar. Inuolucro exutus Vermiculus, duos propemodum digitos longus erat, molliculus, croceo colore, aut subaureo, rotundo, & nonnihil compresso corpore, postica parte seu ventre latiore, quam antica. caput nota nigra erat aspersum, aluus vero auri instar refulgebat. corpus totum tanquam in multas spiras, & segmenta dispartitum: ad tactum mouebatur. Vermiculus iste, quantum coniectura assequi possum, ille est, de cuius parente Bombycio *a* Aristoteles loquens, nonnulla, inquit, ex Bombycum (βομβυκιῶν) genere nidos in acutum exeuntes è luto fingunt, salis specie applicatos lapidi, aut alicui tali tam crassos, durosq;, vt spiculis perforari vix queant. Pariunt in his, & Vermiculos producunt candidos, membrana obuolutos nigra, seorsumq; à membrana ceram in luto faciunt, quæ multo pallidior est quam cera Apum. his fere verbis *b* Plinius Aristot. vertit. verum in eo, quod dixit salis specie, minus exacte philosophi mẽtem expressisse videtur, cuius verba sunt ὥσπερ ὕαλος. quæ melius Gaza, quasi vitro illitos reddidit, quod αὐτοψία nobis etiam palam fecit. erant enim hi nidi, quibus contigua adhæserat membrana, intus tanquam si vitro incrustari fuissent aut obliti, nitentes eâ prorsus ratione, qua teste, aut figulina opera intus vitrari, ne liquorem imbibant, à figulis solent. falsus videtur Plin. similitudine vocis ἅλὸς quæ salem, & ὕαλος, quæ vitrum designat.

Apis sylueſtris nigræ nidus.

a 5. *Hist. cap.* 24.

b *Lib.* 11. *cap.* 22.

Papilio iste omnium pene maximus, quem à ventris crassitie ventricosum cognominaui, ijs accensendus est, qui fol. 98. nu. 2, vel 3. depinguntur. cum volat, auis potius, quam Papilio videtur ob magnitudinem: multa densaq; lanugine vestitur: caput ei nigrum: oculi, quam cancro, maiores: antennæ medium digitum transuersum longæ, quadrangulares, ab vno latere, in cuius extremo alba erat macula, nigræ, cæteris fuscæ. pectus crassum, prone supineq; pallidum, sed ad croceum nonnihil tendens, ad latera candicat: aluus circulis notatur nigris, reliqua superna parte existente cærulea, inferna flauescente, latera ad croceum vergunt, eæ inquam laterum partes, quæ lineis nigris interstinguuntur. pedes variegati sunt colore ex croceo pallido, & nigro, lanuginosi, in quorum extremo aspetitas est, & vncus bifurcatus, quo firmius rei inhæreat: alæ pro corporis magnitudine exiguæ, extra nigricant, intus ad croceum vergunt. cum volat vehementer obstrepit.

Exiguum hoc Papilionis genus, è Chrysalide natum triplo minori, cinerea, sublinspida, quę vna appingitur, rarius apparet, quippe quod semel tantum mihi videre contigit, allatum à Fr. Gregorio Regiensi Capucino, cui plurima Insecta debeo. Alarum eius forma valde insolens est, longæ quidem, sed admodum angustæ, & inæquales, colore aureo ferrugineo, argenteo hinc inde notatæ: pedes maiori sui parte candicant, sed internodia habent ferruginea: pectus eiusdem cum alis coloris, itemq; aluus sed crassa admodum, & sursum versus extrema sui parte incuruata velociter, & currit, & volat. Quæ huic adiungitur Musca ex stratiotidum genere, alis admodum proceris & angustis, tota aterrima est, excepto alui extremo, quod est croceum.

Hæc icon est Folliculi Indici, quem à Serenissimo Ferdinando Magno Hetruriæ Duce mihi missum dixi fol. 110. c. totus est candidus.

Ligniperdæ Papilio

Xylophthori Papilio siue Ligniperdæ ponendus fol. 306. tabula prima. Huic etiam adiungendus erat Xylophthorus minor, cętera similis, licet paulo candidior, vnde & eius Papilio, qui huic appingitur, & minor est & candidior. Habes hic etiam alterius, Xylopthori aquatici (quem ibidem diximus Malalbergi inuentũ) iconem, suis inuolucris & festucis spoliati, cauda bifurcata num. 2 & 3. item alterius minimi cum suis festucis, & sine festucis nimirum nu. 6. & 7. Num. 5. vero iconem Ligniperdæ, aut potius Phryganij illius, qui supradicto fol. 120. exprimitur nu. 4. cum suis festucis.

Chrysalis Teredinis illius Erucæ, quam Apibus noxiam esse scripsimus fol 103. b. prone & supine exhibita, colore est flauescente, ea, qua cernitur, magnitudine. num. 3. depictus est eius folliculus cinereus, quem in aluis texit. Verum num. 4 & 5 alia est Chrysalis aterrima, è qua Papilio mihi natus est coloris paulo remissioris, aluo procera, pedibus exiguis.

Ex Perlarum forte genere fuerit, quod hic depingitur Insectũ, licet antennis admodum proceris, & capite exiguo. corpus totum est ferrugineum, præter oculos, qui sunt nigri. De natura eius nedum exploratum quidquam habeo.

Aranea aluo rotunda, tota nigra, præterquam in principio alui, vbi macula est crocea. Oua, quæ appinguntur, erant alba.

Phalangij siue Tarantulæ vtriusq;, & maioris, & minoris à Ferrante Imperato Neapolitano depicti, hæc est icon, & historia Quę inquit, apud nos dicuntur Tarantulæ, à Taranto & circumuicinis locis nomen inuenerunt, quod videlicet, ibi & frequentiores, & notiores sint. Ex Araneorum sunt genere, sed cæteris maiora. sub terra degunt, & in exordio cauernularum telas texunt albas, densasq; quas tamen ita disponunt, vt ingressum transitumq; non impediant. Prima species quamuis mordeat, dolorem tamen, aut graue aliquod symptoma non infert. altera Solofizzi (hæc vox ad Solifugam, quam nos cum Tarantula eandem esse iudicauimus, proxime accedit) nostratibus dicta, quam prædicta venenosior est, grandiorq; & nigra, morsu suo partem in tumorem attollit: hæc telas non texit, sed tantum in cauernis sub terra habitat. Qui semel ab ijs morsi sunt, ijs quotannis æstiuo tempore symptomata redeunt. Sanantur lassitudine, sudoreq; per saltationes & tripudia, quæ fiunt ad cytharam, excitatis: percepta nimirum eius harmonia, quæ huic malo sanando conuenit.

Tarantulę historia.

Solifizzi.

Hæc figura ex Ambrosij Pataei monumentis excerpta illius Vermis est, à quo militem quendam ex Fernelio scripsimus fol. 259. b. in furorem adactum.

Vermem alium, ab aluo puellæ Louaniensis 15. annos natæ, excretum, ponendumq; eodem loco ex Cornelio Gemma, qui prius de eo scripsit, hic appinximus.

DE INTESTINO AQVATICO.

INsectum aquaticum hic prone & supine depictum, simile quodammodo Intestino terræ, anteriore parte duo veluti cornicula exerens, colore est leucophæo, ἄπους, antica parte latius, & corpulentius, in angustam paulatim gracilescit caudam: non prorsus rotundum est, sed vtrinq; nonnihil compressum, modico in medio corpore tubere tereti eleuatur. annulis multis sectum est, paucioribus tamen in cauda, cuius annuli seu segmenta adeo oblonga sunt, vt ægre se ea parte in orbem contrahere, aut curuare possit. corporis forma nonnihil exprimit illum Vermem Ragusæum, quẽ ad strumas mire prodesse diximus fol. 268. d. sed ille pedatus, hic ἄπους est. natat, & ad natandum non modico ipsi adminiculo est, ea corporis complanata latitudo. In prona parte annulo vltimo seu cauda, anum habet manifestum.

Ex eodem plane genere est, quod deinceps depictum damus, licet non parum differat nam tam tsi magnitudine illi adæquaret, non plures tamen, quam septem habebat incisuras, cum decem constat illud, & multo sit nigrius. magnitudine autem tres fere digitos transuersales explet supina & prona parte depressum, corpore oblongo, ante & retro in acutum desinens fere, vt in priori: sed cauda huic crassior & obtusior. Bina à capite erexit cornicula, quibus forsitan Limacum more iter prætendit cum pedibus careat, serpendo corpus per terram trahit, Erucarum modo incedens annulorum beneficio. cum manibus contractatur, non solum totum corpus contrahit, sed & caput & antennas, vt vix videri queant. degit in fundis aquarum, & præsertim, vbi cannabis maceratur.

FINIS.

Fig. 15.
2
3
1
2
7
6
3
4
5

INDEX
SIVE ENVMERATIO INSECTORVM,
QVORVM HISTORIA PERTRACTA-tur in hoc volumine

Eo ordine quo describuntur.

Capita Libri I. qui est de Fauisicis.

DE Ape.cap.1. fol.10
De Melle.c.2. 49
De Cera.c.3. 66
Apum ab Authore obseruatorum descriptio & icones.c.4. 80
De fucis.c.5. 82
De Vespis.c.6. 84
De Crabronibus.c.7. 93

Capita Libri II. qui est de Cæcis Anelytris quadripennibus.

DE Papilionibus.cap.1. 96
De Papilione ad lumina accensa aduolante.c.2. 102
De Bombylio siue Papilione Bombycum. c.3. 103
De Erucis vulgaribus c.4. 105
De Chrysalide siue Aurelia. c.5. 109
De Bombyce.c.6. ibid.
De Serico.c.7. 115
De Pytyocampe c.8. 116
De Curculione.c.9. ibid.& 117
De Perlis vulgo dictis c.10. 118
De Xylophthoro.c.11. ibid.
De Orsodacna.c.12. 120
De Cicada.c.13. ibid.

Capita Libri III. qui est de Anelytris bipennibus.

DE Musca.cap.1. 134
De Musca Vinaceorum c.2. 146
De Ephemero.c.3. ibid.
De Oestro, & Tabano.c.4. 147
De Culicibus.c.5. 150

Capita Libri IV. qui est de Coleopteris siue vaginipennibus.

DE Locustis.cap.1. 159
De Gryllo c.2. 174
De Scarabæis.c.3. 175
De Cantharide.c.4. 184
De Ipe.c.5. 191
De Bupreste.c.6. 192
De Coccoio c.7. 193
De Cicindela.c.8. 194
De Blattis.c.9. 196

Capita Libri V. qui est de Insectis apteris pedatis.

DE Formica.cap.1. 199
De Cimice.c.2. 211
De Cimicibus sylvestribus Plinii.c.3. 214
De Pediculo c.4. ibid.
De Ricino.c.5. 217
De Pulice.c.6. 221
De Lendibus.c.7. 222
De Forbicinis.c.8. 225
De Talpa Ferrantis Imperati c.9. ibid.
De Spondyli.c.10. ibid.
De Scorpione.c.11. ibid.
De Araneis.c.12. 237
De Multipedis, & primum de Onisco.c.13. 250
De Iulo.c.14. ibid.
De Scolopendra terrestri.c.15. 251

Capita Libri VI. qui est de Vermibus.

DE iis in genere.cap 1. 253
De Vermibus in homine nascentibus c.2. 256.& 257
De Vermibus in cæteris Animalibus nascentibus c 3. 270
De plantarum Vermibus.c.4. 273
De Teredine.c.5. 274
De Lumbricis terrestribus c.6. 276
De Tinea.c.7. 278
De Vermibus in lapidibus & metallis nascentibus c.8. 297
De Oripe.c.9. ibid.
De Limace.c.10. ibid.

Capita Libri VII. qui est de Insectis Aquaticis.

DE iis quæ sex habent pedes cap.1. 281
De Insectis aquaticis multipedis, & primum de Tineis, seu Scruphulis.c.2. 284
De Pulice marino.c.3. ibid.
De Pediculo marino.c 4. ibid.
De Oestro siue Asilo aquatico.c.5. 285
De Scolopendra marina c.6. ibid.
De Vermibus in tubulis delitescentibus. c.7. 286
De Apodibus, & primum de Verme Indico.c.8. ibid.
De Verme Martii mensis.c.9. 287
De Seta vel Vitulo aquatico.c.10. 288
De Hirudine c.11. ibid.
De Hirudine marina.c.12. 292
De Lumbricis marinis. c.13. 293
De cæteris Vermibus marinis c 14. ibid.
De Vermibus in aquis calidis nascentibus c.15. ibid.
De Hippocampo. c.16. ibid.
De Vua marina. c.17. 295
De Stellis marinis.c.18. ibid.

INDEX

INDEX

IN SVPERIORES LIBROS DE INSECTIS

LATINVS, GRÆCVS, HÆBRAICVS, Arabicus, Indicus, Italicus, Gallicus, Hiſpanicus, Germanicus, Belgicus, Polonicus, Anglicus, Hungaricus, Bohemicus.

Literæ indicales vtramque reſpiciunt partem, numerus ſi ab vna non inueniatur, alteram lector adire poterit.

A.

Abies vt Vermibus non infeſtetur fol.215 e
Abrotoni vis contra Scorpiones 231.c
Abſynthium quando amarius 59.e
eius vis contra Scorpiones ibid.b
Acanthia cicada prouerbium 131.a
Acanthidem lanem quid vocet Propertius 128.a
Acanthus 122 e
Acari animalculum minimum. 215.d
Acaron Deus 141.d
ad Accipetrum Tineas remedium 291.a
Acetum cur contra putredinem, 66.b. *melle temperatur*, 64. a *ex eo Vermes generari*, 279 d *putredini reſiſtit* 153.b
Acharis quid Athenæo 184.b
Acheras ſpecies pyri ſylueſtris 193.d
Acheta quid, 121.e & *ſeq. Cicadam marem non eſſe ibidem.*
Acia vnde naſcantur 108 b
Aconitum hominem ſanat à ſcorpio ictum, 235.d *eius vſus*, 60.c. *Scorpion vocatur* 234.a
Acor Deus qualis 141. d. *quid hieroglyphice ſignificet* 155 a
Achorus cur piper Apium vocetur 37.b
Acridophagi populi qui 174 a
Aculeo carent Scarabæi 175. d. *cur Inſectis datus* 4.d *quid denotet* 42.a. *eius differentia* 4.e
Adriani nummus Scorpione inſignis 236 e
Adriani IV. Pont. mors 145.c
Adulatores Aſilo comparati. 149.d. *Ricino & Aſilo ſimiles* 122.b
Adulatio per Locuſtas ſignificatur. 169.d. *eius typus* 40.c
Aduocati latrantes ſunt Muſca canina 143.e
Aegirina quid 36.a
Aegolethron herba qua 52 b
Aegyptus cur percuſſa à Deo. 143.a. *eius plaga ex Pediculis* 219 b
Aegyptiis quot Scarabæorum genera. 177. b. *eorum ſacerdotes cur lineis veſtibus vterentur.* 219 b. *apud eos quale nobilitatis ſignum* 128.c *per Muſcas puniti à Deo* 145. c. *Scarabæi cur eis ſacri.* 181 *vt ſe liberent.* 157.d. *eorum plaga tertia per Culices* 155.e. & a
Aeliani error 226 c
Aequinocia prius diſtinguenda 19.a
Aerea & lapidea imagines cur facta 76.d
Aeromeli quid 50.a
Aeſculapius cur Oſiris dictus 19.d
Aeſopus Cicada ſe comparat 132.d
Aeſtatem præſagiunt Cicadæ 125. c. & ſeq.
Aetnæi ſocii qui 183.e
Aethyopibus genitura atra. 203. b. *vt capiant Locuſtas* 168.d
Africa cur paucas alat Apes. 23. a. *eius ſymbolum* 236 a. *incolæ vt aduerſus Scorpios ſe defendant* 231 c
Agallochum quale Pediculos non generet 217.d
Ageſilaus cera conditus. 77. a. *eius apophtegma de Pediculo* 221.c
Agnus Dei vnde fiat & eius miraculum 70.e
Agricolas vt denotent Apes 44. e & ſeq.
Agroſtis Phalangium quale 239.c
Aiax cur Muſca aſſimilatus 140.c
Aizoi vis contra Scorpionum ictus 231.d
Albaribon Rutela qua Auicenna 240.a
in Albuco quales naſcantur Vermiculi 222.a
Alcman poeta pediculis perijt 218.a.b
Alcyonis ingenium 11.c
Alexandrini vt ſe à Culicibus defendant 157.d
Alexandri Magni cum Diogene colloquium 14. c. & ſeq.
ad Algam non referri venenum Hippocampi 295.e. & 295.a
Aloe qua planta. 60.a. *plus eius quam mellis habere quid* ibid.
ad Alopecias remedium. 146. c. 189. b. 293. a. 295.c
Alſine Scorpioides herba qualis 234 c.d.
Alueare ſiue Aluetus quid. 27.c. *de eo ænigma* 45. a. *quale eſſe debeat, & eius differentia.* 27.e. *quod melius ibid a fictile cur reijciatur ibid. ex lapide ſpeculari ibid. c. ex ſtramine ibid. c. cur vacuo opus ſit.* 31.a. *cur neceſſarium.* 27.c. *cur ex lateribus & fimo improbentur.* 27. b. *cur non eiuſdem debeant eſſe magnitudinis. ibid. e. duo aut tria quomodo in vnum conferantur.* 32. d. *Hollandorum & Hetruſcorum qualia* 27. c. *ne furto ſint obnoxia ibid. c. plenorum ſigna.* 34. d. *circa ea plantarum poſitio qualis eſſe debeat* 33. a. *vt collocanda* 27. d *quæ transferenda.* 30. c. *eorum ſecunda meſſis quando.* 34. c. *vt Germani ea caſtrent* 35 d
Aluus quid 31.d
Amalthea puella qua 19.b
Amantes cum Culicibus comparantur. 156. b. *cum Pyrauſta.* 104. b. *iis feliciores eſſe Cicadas* 129.c
Amaraco vt gaudeant Apes 33.b
Amaritudo non fit à cruditate 59.c
Ambaruale ſacrum 55.e
Ambitioſi Fucis ſimiles 44.a
Ambram cur cereo immiſcebat Sultanus, 77.e
Ambroſius ab Apibus enutritus. 38. d. *eius cum Platone comparatio* ibid.
ad Ambuſta remedium 277.d
Amethesti mira vis 168.b
Amica Locuſta comparata 161.d
Amici libertas melli ſimilis 57. e. *ollaris hieroglyphicum* 144.c
Ammij vis contra Scorpionis ictum 231.d
Amomi vis contra Scorpionum ictum ibid.d
ad Amorem conciliandum Apis valet. 45.d. *eius miſeria.* 198.a. *vt melli ſimilis* 252 a
Ampelitis terra vnde dicta 191.e
Amphubæna aquatica 288.a
Amphisbæna pellis quo tempore ſiccanda ruſticis & ad quid 123.e
Amurca vſus contra Curculiones 117.e
Anas Muſcaria 142.b
Angelorum ſedulitas Api comparata, 13. b. *mali per Crabrones ſignificantur* 95.c
ad Anginas remedium 250.c
Anguillarum generatio, 122.c. 276. a. *ſexus*, 25.c. *et ſimilis Vermis in homine natus*, 259. *tricenum pedum vbi* 286.e
Anguis in homine vt generetur, 26.e. *eo veſcuntur Formicæ*, 305.c
Angues volantes 4.c
Anima exaltationem ſignificat cera, 72.e. *vaga per Locuſtas deſignatur* 170.e
Animalia quæ calida ſint, 7.d. *duo ſunt indocilia*, 140. d. *parua cur induſtria magis quam magna*, 203. a.b. *pungentia cur creata*, 142 c. *quæ abſciſſo capite viuant*, 8.d. *quatuor genera eorum in plantis.* 191.d *quando perfecta dicenda* 2. d *vnico ictu occiſa ſapidiora eſſe*, 217. e. *ſanguineorum motus* 6.c
Animi remorſus Teredini comparatur 275.c
Aniſi vis contra Scorpij ictum 231.d
Anni dulcis votum, 56. b. *morbiferi ſignum*, 125. d. *ſterilis ſignum* 277.b
Annulus obſignatorius qualis 74.b
Annuloſa quæ Alberto, & vnde dicta, 2. d. *eorum nouem differentiæ*, 2. *ibidem*, *vide Inſecta.*
Anſerum aſtus contra aquilas 11.d
Antenna quid in Inſectis 4.b
Antidotus contra Scorpij ictum, 233. a. *dolorem ſedans* ibid.a
Antidota melle conſeruata diutius durant 65.e
Antiochi regis mors 265.a
Antiochi Epiphanis mors 118.d

S. Aphra-

Index.

S. Aphrates Locustas precibus fugat 169.b
Apum abortus qualu, 25.d. rege non operantur, 15.c. aculeo carentes qua, 21.b. aculeus earum qualis, 21.e. ab aculeo morale, 43.c. egris quid exhibendum, 30.b. earum aquiuocatio, 19.a. ætas, 23.d. ætas vt nascatur, 21.d. alatæ sunt, 2.e. alas detectas habent, 4.a. alas habent quatuor, ibid. alba vbi, & cur, & earum opera, 21 d. aluearia plena vt cognoscamus, 29 a. amisso aculeo qd denotēt, 44.c. amphibia descriptio & icon, 80.e. Agrest. in quos dicatur, 46.c. an sera dicenda, 20. e. animal munificū dicitur, apologus, 47.d. aqua moriuntur & cinere reuiuiscunt, 7.a. aqua earum qualis esse debeat, & quid in ea obseruandum, 33.b. in ara sedentes quid portenderent, 37. e. in arborum cauis habitant, 27.c. apici arboris insidere malum, 37.c. auditu carere, 23.a. ab eis auguria, 37. d. bonæ operariæ dicuntur, 13.a. bonitatis earum signum ab ætate 21.c. ex boue putrefacto nasci 26.a. bobus præferenda, 1 b. bouem occiderunt, 16.c. calidæ sunt, 6 d. carnem non tangunt, 17 a. Carthaginenses cur ita comparati, 12. c. castra propter eas mutata, 37.a. castra æmulantur, 16.b. cellularū earum triplex diuisio, 11. e cellæ earum cur sexangulæ, ibid. c. Cereri sacra sunt, 39.b. eas Cicadæ comparare quid, 46. b. 131. a. circa alueare volantes quid denotent, 44.c. coitus earum incubatus, & generatio, 24.a. sine coitu generare, ibid. d. crura earum cur scabra, 21.d. curator earum qualis esse debeat, 33. e. cur sapientes, 11.a. cur nigræ sint, 21. d. cur Fucus odere, 83.b. cur Musarum volucres dictæ, 16.e. cur non separatim, vescantur, 12.d. cur plures duces occidant, 15 a cur alas habeant detectas, 21 c. cur sedulæ dictæ, 12. a. cur salsa petant, 11.e. cur vnicolores sint, 21. c. cur homini vtilissimæ, 10. a & inde cur gentem vocet Homerus, 14. a. cur incorruptæ seruandæ, & quomodo ita seruentur, 13.a. cur simiæ dictæ, 20.c. cur alueo estia obturent, 11. d. cur angustos faciant fauos, ibid. a. ab ea cur historiam inchoet autor, 10.a. cur coeuntes insequantur, 16.a. cur pauca in Africa, 23.a. cur pinum ament, 22.e cur non recta via volent, 23.b. cur in vicinis locis emendæ, 19.b. cur accessus hominum prohibeatur, 32.c. cur vernent, & cur tunc maxime à mellario obseruandæ, 30.c. cur vnus ijs tantum rex relinquendus. 32.b. cur fumo coerceri debeant, 35.b. cur anteriores pedes habeāt lōgiores, 5.c. cur lapillu, se librent, 11. d. cur quatuor pennas gerant, 4.d. cur oua non gignant, opinio Cardani, 25.b. cur monstra non generent, ibid c. cur Fucis & regibus minores, 24. b. cur diutissime viuere dicantur, 23. e. cur longauiores cæteris Insectis, 24.a. cur murmurent, 52. d. degeneres cur non admittenda bonis, 29. c. ab ijs denominata, 38.a dentes habere, 4.e & 5 a & 21.d. ventriculum habere ibidem, differentia earum ab operatione, 22. b. à colore, 21. b. à moribus, ibid. b. ab aculeo ibidem, diligentia, ibid. a. & inde ex diuersis diuersa colligunt, 32 b. ad diuersos flores & hortes volantibus qui similes, 40.e. & seq. & inde 41. & inde domestica qua, 80 a earum faui icon, 89 b. & cur inter Vespas positi, 44. b dormientes excitans quid significet, 43.d. earum duces vt gignantur. 24.a. ducum forma, 22.c. empta quando aperiri debeant, 29. b emblemata, 44.e. epitheta, 45.b in ijs emendis quid obseruandum, 29.a. epitheta à ingenio, 11.c. epigrammata. 45.e etymum, 20. b. eucharistia sacellum significant, 47 a. examinum cura quando magis habenda, & vt exitura, cognoscantur, 30.a. examina vt colligantur, ibid. d. examina sylvestria vt inuestigentur, ibid. e. examina quando incipiunt augeri, 34 a. eademne fugiant, 30. b. cur fugiant, 31. c. quo tempore eximenda, ibid. b. examen in ore leonis mortui, 17. a. idem in sepulchro Hippocratis, ibid. b. in capite viri suspensi, ibid. exemplum eius quos homines sequi velit sapiens, 13. a. extracto aculeo moritur. 22. b. de ea fabula, 47. e. & seq. fastigio capitolij insidentes quid portēderint, 37. b fauos amāt, 51. e. semina earū cur scabra, 67. c. fera & cicures quæ meliores, 20. e. fera vbi, ibid figura Dei sunt, 19. e flores odoratos prosequuntur, 17. a. fœtus earum qualis, 25. a. quando sine pedibus prodeant, ibid forma interna, & externa, 21. c. d. Formicis inimica sunt, 208. a. Formicis præferuntur, 18 e. Fucos generant, 24. a. fugæ signum, 29. c. 30. c. 31. c. fumo coercentur, 35. e. generatio earum diuersa à cæteris Fauificis, 24. d. generationi leonis cur similis earum generatio, ibid. c de generatione quatuor opiniones, ibid. c & e. genera & differentiæ, 20. d. geometriā nouerunt, 11. c. gregales sunt, 2. e. gregales quæ, & quæ non, 20. a earum habitatio, 15. c Heliconia colūt, 38. e. herba eis nocentes q̄. 28. d. & e hieregl. 39. b. hominū & earū regibus quid cōmune, 14. e. hyems eis inimica est, 34. b. ictus earum vt lethalis dicendus, 47. c incubatus ipsarum vt necessarius, 25. c. industria in fauis conficiendis, 242. c. industria homini imitanda, 18. c. Insecta esse, 20. d. earum iustitia. 17. b labor earum quando maxime conspicuus 12. c. in lapidibus habitant, 27. d. latent, 3. d. laus earum vnde, 10. d. ex Plinio laus & Aristotele, 10. a. de ijs leges, 36. d. lingua earum qualis, 21. d. lupi dicta omnia vorant, 5. a. marina loca amant, 28. d. & e. ijs mariti comparati, 13. e ex melle generari 25. e. mella faientes quos denotent, 14 d. mel procul sentiunt, 9. d. earum memoria, 23. a. earum mira castitas, 6. e. mira concordia, 16. c. mira corporis mundities, 16. d. mira vindicta, 17. d moralia, 40 e morbi varij, 19. d. mortuos efferunt, & quid significet, ibid earum multitudo, & paucitas vnde æstimanda, 29 b de munditia earum morale, 43. c. musis sacræ sunt & cur, 38 e. de eis mystica, ib e. nascuntur sine pedibus, 25. e. naturam earum qui multis annis inuestigarit, 11. b in nauib sedentes quid notent, 37. d. e. ne frigus eis noceat, quia faciendum, 29. e. ne animalia noceant, ibid. d. ne fugiant, 31. a. ex nimio opere mori, 30 nobis vt ad imitandum proposita, 10. b. nocentia animalia eis vt occidantur, 34. a. & b. vt noceant eis Pyraustæ, 103. c non esse feminas, & Fucos mares. 24 c. non gigni per coitum, ibid d. non esse partim feminas partim mares, ibid. non canunt, 23. c. non esse in continuo opere, 25. e. non respirant, 6. e. non generari à regibus, 24. e. non degenerantur in Fucos, 13 b. non ortus ex allato semine, 24. c. nouem genera, 20 a. ijs noxij sunt Crabrones, 94 c. nullos fauos facientes vbi, 21. a. earum numijmata, 48. a. b. ab ijs nutriti qui, 46. d. occupantis fiunt, 36. d. odoratu valere, 23. e. omnibus quid commune, 20. c. ab opere nunquam cessant, 13. a operantium differentia, 21. b. & 20. a earum operationes, 11. c. d. & 12. c. & ibid. a. ab operationibus morale, 43 e. earum ortus, 5. e. 24. a. in ore leonis quid significarint. 38. d. in ore Platenu, ibid. a. & b. pauoni præferuntur, 18. b. perpetuo virgines sunt, 16. c. peste laborant, 17. c. pestis vt curetur, 30. e. earum pietas, 17 c & d. rindarum alunt, 38. b plantas distinguere norunt, 11. b. plures habent duces & cur, 20. e & 21. a. pluuiam præsagiunt, 11. d. earum cum poetis comparatio, 41. e & 12. e. earum politia, 13 b. præsagia, 37. a. b. earum promuscis qualis, 4. c. de ijs prouerbia, 46. b. earum prudentia, 11. a. pugna causa, 31. b. vt coerceatur pugna, ibid. de earum puncturis, symptomatibus, & curatione, 47. b putamen earum cur indurescat, 25. a b. putrida auersantur, 5. a. qua arte mellificent, 11 c. in qua regione habenda, 33. a. ad quæ aduolent, 7 d. quæ bona & quæ non, 2: b. ab ijs quæ vtilitas, 17. e. quæ loca ijs magis abundent, 22. d. prope eas quæ planta serenda 28. c quale artificium in fauis fingendis, 11. e. qual. magnam potent, 16 e. quales emendæ, 29 b. quales plures Fucos generent, 83. a quam auide ad flores volēt, 32. c. quam acriter inuicem pugnent, 32, e. quam diu stercus emittant, 25 a quando dormiant, 12. b. quando & cur supine quiescant, ibid a. quando magis custodienda, 34. a. quando magis ægrotent, 30. e quando ad opera exeant, 12. c. quando tranferenda & vbi, 33. a quando ostenta faciant, 37. d. quando minus fœtificent, 25. e. quando quiescant, 23. d. quando ōs felicem euentum portenderunt, 37. c. quanta eis cura natura, 26. c. d quatuor pennas habent, 4 c. de Apibus qui scripserint, 16. a qui reges dicti, 19. d. eas qui primo curarint, 26. c. d quibus munditia cura, 21. e. quibus stirpibus gaudeant, 32. b, ijs quid vitio dandū, 18. d. in ijs quid obseruarit Homerus, 1. a. ijs quid dandum cum auolare non possunt, 34. d. quo tempore generentur è bobus & quomodo, 34. a. b. quot diebus incubent, 25. c. regiones frigidæ ijs abundant, 22. c. vt relicto aculeo discedere dicantur, 46. e. earum respub. hominibus exemplo est, 13. c. d. ex rege eas non generari, 24. b. reges vt vnum vel plures esse cognoscantur, 31. c. regis fuga, vt cohibeatur, ibid. e. rex vt inueniatur, 31. c. rex aculeum habet, 24 a. regis generatio. 25. d. regū ortus ex cerebro, & medulla spinali bouis, 26. c. regis sedes. 32. a. clemētia, 14. b. pictura. 81. n. 1. duo genera, 20. d regi cur natura aculeū negauit, 14. c. an aculeū habeat, 21. e. varij esse melierē, ib. e. regū primordiū, 25 a. cur iub rege earū militare voluerit Xantippus, 13. e. rex qualis & qui melior, 14. e. 20. d. de eo opinio duplex, 14. b. c. an aculeatus, ib. in qua sit dignitate, 13. d. regum cella vbi, 11. e. officium quale, 15. b. fugitiuum in regnum reducunt, ibid. regis honor, & vt ametur, 14. e. ei vxor frugi similis, 15. e. nostris regibus non eius imperat, 14. e quando necandus, 32 c vbi generetur, ibid. e quando in aliam aluum transferendus, ibid a. eius descriptio, 80 a. rusticis Apis vtilissima & cur, 18. a. sanitatis signum, 29. c. sedes earum quæ eligenda, 34. a. segnes & fures oderunt, 34. c. d & inertes, 12 a de sensibus earum, 23. d in sepulchro virginum mellificant, 47. c. sexu carent, 16. b. 22. c si pluuia interierint quid faciendū, 30. d. sibi ipsis medentur, 11. e. silentiū earum pro miraculo, 32. c similes dici, 20. c. similitudine Vespæ sunt, 84. e. & quomodo inter se differant, ibidem, earum sonus, 23. c sonus vnde, 20. c earum symbola, 44 c. synonyma, 20. a. sub terra fauos ponunt, 31. e. in terra vel in alueis agentes, 21. a. tinnitu terrentur, 31 d. in translatione earum quid obseruandum, 33. b. tria earum opera quæ Varro vocarit, 11. b. vtiles homini sunt & cur, 18. b. vbi laborent, 21. e. vbi non sint, 22. c & 23. c. vbi robustiores, 52. c ijs ventus nocet, 28. e. Vermes earum quales, 5. e. earum cum Vespis antipathia, 90 b. c. videre eas in somnijs quid denotet, 44. c, d. visus earum, 33. a vnde mel colligant, 11. b. vnde fœturam portare dicantur. 24. d. vnguenta & oleosa cur fugiant, 17. a. volant membranis siccis, 4. c. volatus earū qualis, 23. b propter eas quæ vrbs lustrata, 37. d. vrbanarum duo genera, 20. e & a. vsus in cibis & medicina, 45. d in bello, 69. a. vt mortua reuiuiscant, 26. a. vt ex tauro generentur, ibid. vt in aluos condendæ ne fugiant, 72. b & c. vt cognoscantur longius euolare, 31. a. vt eximantur è specu & auo arboris, ibid. b. vt fluxu laborantes sanentur, 30 a. vt non reditura cognoscantur, 36. d. e. vt reuiuiscant, 30. a & 14. b. & 8. c. vt sonum edant, 7. e. vt non fugiāt, 29. a. vt à Blattis tuēdæ, 198 c. vt pluuiam fugiant, 29. a. vt hyeme cibandæ. 34 a. vt calore plumarum foueantur, ibid. d. e. vt fures oderint, 17. b. vt sanentur, 29. e vt regi pareant, 13. e. vt conueniant inter sese, 20. c. vt reges ament, 39 c. vt inuicem similes, 24. a. vt in. ubent, 25. e. & a. vt regi obediant, 15. c. Apibus vt Græci comparati, 14. a. eas vt a opere cessare poeta dixerit, 13. b. c. vt Fucos puniant, 17 b vt morbos curarint, 19. d. vt cōuersationes ament, 16 d vt & quando & quoties aluum deponant, ibid. d. e. vt mel exceptum doleant, 17 e. vt murmur edant, 7. e. vt regem constituant, 14 d. earum ab authore obseruatarum descriptio, 80. a. icones, 81. vulgaris icon, ibid. d. nu 2. descriptio eius, ibid a sylvestrium descriptio, ibid. & earum icones, ibid. nu. 4 & 5 ibid.
Apicula libri titulus 20.a
Apiana vua quæ 142. a.b
Apiarium quid, 34. c. quid Plutarcho, 10. b. vbi ponendum & quale esse debeat, 28. a. b. eius locus aptus 29. a. b
Apiarius qui dicatur, 27. a. optimi officiū, ib. & inde, et quid quouis anni tempore sit faciendū 33. e
Apiastrum & eius vsus 38. b
Apiata & Apiculata mensa ibid. d
Apis Ægyptiorum Deus & eius historia, 19. b. c. vt daret oracula, ibid. a. eius sepultura, ibid. b. quomodo coloretur idem Deus, ibid. a. in eū scomma Cambysis ibid. c
Apis vicus & oppidum, ibid. e. Argiuorum Rex ibid. d
Apollo Athenarum defensor, 128. b. Culicarius cur dictus, 154 d. e. Parnopius 169. b
Apollini cur sacri Cynipes, & Formica 208 d

Apomeli

Index.

Apomeli quid, 64.e. vt fiat & eius facultas, ib.a & b
Apophradis nomen quid 119.d
Apoplexia signa, & quantum à laboratium lũbricis differant 266.d.e
in Aqua cur non extinguatur lumen Cicindelarum, 195.c. eam nutrire, 124 b. ea principium generationis quibusdam, 182.d salsa cereus vasis hausta dulcescit, 78.b. vsus eius in nuptijs, 77.d. prope mellarium necessitas, 34. d. in qua virgulta saxificentur 148.d
Aquilas vt vitent anseres 11.d.e
Apibus plena, 37.b. eis cur Pindarus se compararit, 41.e. & seq. duæ pugnantes, 37 b. pediculus earum qualis, 219.d. de ea & Scarabæo fabula, 183.b. Tripas aspiciens prouerbium, 276.a
Arachnes puellæ fabula, 250. b. inuenta, 238.b
Arrachnoides tunica oculi 246 c
Aranea æquinoca, 237.d. ætas, sensus, 243 d. ex animalibus sui generis procreatur, 6. c. Apum hostis & cur, 28. d. Asilo comparata quæ Aristot. 241.c. eius auguria & præsagia, 247 e. casses futiles orationes significant, 149. d. cibo sui generis vtitur, 34 c. coitus, partus, generatio, 243. c. d. cur post Scorpiones de eo agat author, 237. c. cur in medijs cassibus excubare consueuit, 247. b. cur Lydia dicta Iuuenali, 246. b cur tenuissima fila neat, 247. c. ab ea denominata, 146 c. cum ea dissentiunt Muscæ. 141. a. de ea epigrammata, 248. a epitheta, 246. b. ex esu eius qui nullam noxam percipiant, 244.d. de ea fabula, 250 b. firmas telas texens vbi, 241. c. fœtus eius Vermis est, 241.c. generatio, 101. d. genera & differentia, 238. b. c. ab autore obseruatarum descriptio, 240.d. icones, 228. vna inter Cantharides depicta, 186 num 7. Historica, 148 b. de ea libellus, 237. c. impietas erga parentes, 241.d.e. maxima & durissima vbi, 238.d. & seq. de ea moralia, 247.d.e. morsus symptomata, 243.e. mulieres nendi artificio superat, 242.d natura mores, & eius ingenium, 241. d. nocumenta, damna, 243.d. e. viuit Culicibus & Muscis, 157.c. contra eam remedia, 244. d. & inde cum Phalangio idem esse. 238.e de ea & podagra dialogus, 249.c.d de ea problemata, 247. b.c. prouerbia, 249. c. & inde, qua mensis die magis operetur, 242.c. quæ loca colat, 241.e. & seq. quando cœlitus ceciderit, 248. e. quot diebus fœtum excludat, 6. a. eius more se fingere quid, 149. c. inter serpentes numeratur, 6. b. synonyma, 238.c.d. & inde. tela eius vnde constet, 241.e. de tela eius prouerbium, 249. c. pro tela eius sumitur, 237.e. telas eius texere quid, 249. a. & b. textura artificium, 47. a. ad Tinearum generationem conducit, 278. e. vbi non sit, 249. a. vbi edatur, ibid. a. de eius veneno, 243 e. victus qualis ibid. b. c. vitium & oliuarum morb est, 237.e. vsus in medicina 248. d. & inde. vt dormiant, 241.d. & e. vt pellantur, 9.a. vt coeant, 243.d. vt Dauidi vtilis fuerit 142.b
Aranea cancelli genus 237.d & seq.
Araneus ceruleus quæ excitet symptomata, 244.d
Aranei laudi pictura 228.n 1
Araneus mordax, 240.b
Aranei Indici quales 240.b
Araneus Muscarum quis 142.c
Aranea nigra rotunda aluo icon & descriptio, 300.
Aranei pratensis partus, 243. e. pictura, 228. num.2
Araneum quid 101 e. 246 e
Aranea pars astrolabij 238.a
Araneus piscis 237.e
Araneosus quid 206.d
Arbalon quid 37.d
Arbor Cimicum quæ 242.d
Arborum Vermes ex vulnere & seti generantur 275.c
Archilochi maledicentia 91.c
Archalabus quid Albeno 161.a. & seq.
Ardeolarum excrementa calida 116 a
Argentum viuum calidum esse 220.a
Argutari quid 130.a
Aristi fabula, 47. e. eius inuentum Apes ex bobus generari, 26.a. mellis inuentor est 27.a
Aristippi dictum 221.c
Aristocratia quæ gubernatio 200.d
Aristodemus Apum naturam quamdiu inuestigarit.
Aristomachus vt Apibus medetur 30.c
Aristophanis comœdia pax inscripta argumentum 183. d
Aristoteles correctus, 50.b. 104.b. 118.d. 122 a. & 139 d. 181.a. 151.c. eius doctrina similis Culicibus 155.d
Armenium lutum ad Cantharides 191.c
Armoratia 66 a
Armorum gestatio timiditatem arguit 14.d
Armorum siue insignium ortus 67 d
Arnulphi Imp. mors, 218. e. ad Arthritidem remedium 280.a
Artificij hieroglyphicum 40.d
intra Arundinum nodos nasci Vermes, 273. e. in India ad cibum expetuntur 274 a
Arundo bombycia, 114.e qualis 115.b
Arundinacea tabulata improbantur ad Bombyces nutriendas 144.b c
Ascalaboten quid vocent Græci 246.a
Ascarides cur in iumentis copiosiores quam in hominibus, & frequentiores, 271.b. c. differentia & noxa, 3. d. forma, 220.e. generatio, 269 a. icon, 260. num. 5. nota, 266. d. paruos esse vermes secundum Gal & Auicennam, 257.d. prognostica, 267. d. ex qua materia generentur, 153.c. & 262.d & e eas quæ pellunt, eadem & Lumbricos longos pellere, 269. c. in vtero & fœminarum pudendis nasci, 161. a. in vtero, & pudendo natæ vt curentur, 269.e
Ascarides iumentorum quales 271.c
Ascaris species Lumbrici terrestris 276.e
Aselli historia, 250.e. vnde dictus 161 a
Aselli aquatici qui 283.d.e
Asilus Aristotelis, 284. aculeum habet in ere, 4.e & seq cum eo comparati adulatores, 149. d 2. 2. b. apud Auicennam cum Aspide Græcorum confunditur, 147. a. b. cum Tabano quid commune habeat, 148. c. de eo fabula, 149. e. lingua eius qualis, 4. c. de eo moralia, 149. d. ortus & generatio, 148. b. eo percuti vaccam quid significet, 149. e. quid sit Isidoro. 147 b. ex Sanguisuga non generari, ibid. symbola eius & hieroglyphica, 149. e. Synonyma, 147. b. idem cum Tabano apud Plinium, ibid. c. victus eius, damna & remedia, 148. e vbi aculeum habeat & qualem, ibid. vbi abundent, ibid. c. vnde dictus, ibid. b
Asili Aquatici historia & icon, 285. c. & inde.
Asilus marinus quid 147.a
Asilus auis quæ Aristoteli ibid a
Asinus inter Apes prouerbium, 46. b. ex eo equum facere quid, 144. c. Pediculis caret, 215. c. vt pedendo moriatur 233.c
Asinus Busiritis inter abominanda habitus, 181 e
in Asphodelo vermes generantur 3.e
Aspis Græcorum & Asilus Auicennæ idem, 147. a. b
ad Aspidum morsus remedium 213.e
Assiduitatis exemplum à Formica 199.b
Assitacos quid 161.a
Assultus per Locustam significatur 172 a
Assyrij Apes dicti 43.a
Asterium Phalangij genus, 238. e. quale, 239. a. ibid. b. ictus eius symptomata 244.a
Astrorum ortus quid Aristoteli 50.c
Astrologia perita sunt Formicæ 201.a
Athenæus correctus, 225.d eius error 52.d
Athenarum defensor Apollo 128.b
Athenienses Apibus comparati, 41. c. cur Attelabis nihilominus inferiores sint, 171.c. eorum Cicada aurea, 128.a. quando maxime floruerint ibid.d
Attelaborum icones, 162. ortus, 165. b. eorum oua absumunt galerita, 168 d. ex sanguine putrefacto nascuntur, 165.c. vnde dicti 161.a
Attelabi arachnoidis aquatici historia 238.c
ad Atrophiam remedium 280.b
Atticus Tetrix Varronis quæ satyra 128.d
in Auaros prouerbia Italita, 221.e. Cantharidib. comparantur 187.b
Aucos Aranei genus quale 240.a
Auellanæ fructus Vermem pariunt 273.d
ex Auellana vt educatus sit serpens 273.d
in Auenæ radice Vermes nascuntur, ibid. b. quomodo & quando, 273.e. & seq.
Augustini Niphi error 284.d
Augusti Cæsaris symbolum 102.c.
Auicenna correctus 214.c. 257.d
Aues aluntur bombycibus agris, 115. d. pediculi earum quales, 215. b. ad eos remedium, 220.c. quæ Culicibus gaudeant 157.a
Auis stridula quæ 83.d
Aurelia historia, 109.a. etymon, ibid. b. quid, 5.e. & 25.b
ad Aurium dolores, 184. a. 198.a. 249.a. 277.d. 284.e. 293.a
ad Aures exulceratas & ruptas, 276. b. earum Vermes, vt occidantur & educantur, 268.d. ad vlceratas exsiccandas remedium, 274.d
Aurum vt furentur Indi, 203.e. vt id custodiant Formicæ ibid.c

B.

Babylonij vt corpora sepelirent, 56. b. eos & Chaldæos vt imitentur Formicæ 201.a
Bacchus cur Bryseus dictus, 55. c. ei mel sacrificatum, ibid poculum eius dictus Cantharus 176.c
Baldangeli opinio de Cicadarum ortu 122 b
Balero pisci Vermes & Lumbrici innascuntur, 271.a
Balsamum qui adulteretur 68.d 139.c
Bancani populi Pedidulos non occidunt 220.d
Baptizandi ritus antiquus 56 c
Barba vt cito nascatur, 45.d. eam procreat aqua mellita 64.a
Barbegia vbi generentur 30.a b
Bdellium 288 a
Beatitudo futuri secuti per Apes notatur 39.c
Beelzebub quid, 141. c. per Muscam notatur, 144.b
Bellator strenuus per Scarabæum notatur, 181. d
Bellerophontis fabula 150.a
Bellis maior Formicaria dicta 207.d
Bellonius in depingendo Hippocampo reprobatur 294.c
Belli præsagium, 156. a. ex eo pax denotata per apes 45 c
Beneficij sis memor 233.b
Bezaar lapidi si Scorpionem incluserit aliquis, venenum amittit 233.b
ex Bile non fieri Vermes 221.b
Blattæ æquinoca, 196.c. Buprestis loco sumendæ in medicina, 198.e. dicitur Bombyx, 196.c. eius Etymon, 197.c. Historia, 196.b & inde. icones 302. in libris generantur, 3. c. d. moralia, prouerbia & epitheta, 198.a. ortus & generatio, 197.e. ex eius pinguedine vermiculus, 271.b. inter pudenda generatur, 3 b. Scarabæorum est genere, 177. a. Synonyma, 197. a. cum ea, & Tineis rixari quid, 199.a.b. vsus in medicina, 116. a. ab eis vt libri custodiantur, 198. b. vt fugentur, ibid. b. vt simul conueniant, ibid. b. Bizantia quæ, 196. d. frumentaceæ quæ, 197 a Gazæ quæ, 105.d. lucernaria, 197. d lucifuga dicta, 3. b. qualis lucifuga dicta apud Virgilii, 197.d. pistrinaria quæ ibid & e
Blattarum tertium genus Plinij ibid.b
Blattaria vnde dicta 198.c
Blattaria balnea quæ ibid.a
Blatteum, 115.b. pro serico 196.c
Blatteus color qualis ibid.d
Blattosericum pallium quid 196.e
Boaria Musca quæ 135.d
Bombilare, & bombissare quid 23.e
Bombylius Apis inutilis, 21.d. Apis sylvestris, 103 e
Bombylius Papilio Bombycis, ibidem cum eius historia. icones varia, 106. nu. 1. & 2 oua vt reponenda 104.a
Bombylius homo prouerbium quid denotet, 85.c. vasis genus 104 a
de Bombyce historia, 109. & inde. eius admiranda 114.c. æquinoca, 109.d agra, vt cognoscantur, 114.c. agris vt alantur aues, 115. d earum ætas 104.a. in quibus tabulatis alenda, 112 c. earum alteri quæ cognoscenda, 112. e. & seq. Blattæ etiam dicuntur, 196.c. in cibo quid obseruandum, 112.c. cur dicantur Insecta, 109.e. cur penduli vocati, 111. b. c. cur disparis magnitudinis, 113. a. cur non edant, 104. c. cur breuis vita, ibidem, ab eis denominata, 114.e. diligentia in texendo, ibid. a. folliculi cur excrementis careant, 113. b. folliculi optimi qui, 114. c. folliculi vt cognoscantur esse perfecti, ibid. a generatio Bombycum, 104. b. 112. a. educatio, & quædam rursus de generatione. ibid. e.

Index.

ibid.a. & seq.genus, differentia, forma, 116.b. icon.earum folliculorum, 106. iuuenci cadauere reparantur, 114.d.laus earum, 96.a.locus aptus, 69.a.magnitudo, 111.a.moralia, 115. b. morbi causa, 114.d.natura frigida, 112.d oua earum qua optima, ib. b. cur oua vino infundantur, 112.a.vt ea incubentur & quibus & quando, & quomodo, ib.b.quamdiu incubentur, ib.e.oua vt seruanda, 114. d. in ouis quid obseruandum, 112.a.pabulum Bombycum peculiare morus, ibid.b c. in proprio solo maiores sunt, 111.a.quã diligenter texant, 113.d.quando senectam exuant, ibid. e. quando in Europam illati, 111. c resurrectionis mortuorum sunt typus, 115.c eorum somni descriptio, 113 d. synonyma, 110.a.in texturis eorum quid obseruandum, 113.d.vbi sponte nent in arboribus. 111. b.venti ipsis inimici, 112.a. veteribus Romanis & Græcis fuisse ignotas, 110. a. vigilantes à dormientibus separanda sunt, 113.a.earum vsus, 115. d vt à fecibus expurgentur, 114 a. quando, ib.c.vt cibanda cum magna sunt, 112 d.e

Bombycia quæ dicantur 8 b
Bombycinum 115.a
Bombycina vestis 104 c
Bombyx Arabius quid Persio 109 e
Bombyx Assyrius 111 c
Bombyces Indici, 110.b. eorum folliculus magnitudine capitis humani, ib.c.eius icon, 300.
Bombyx Plinio quoq; lana xyli aut gossipij dicitur 109 d.e
Bombyces Vespæ, 85.c. mel & ceram conficiunt, 89.d.vbi proueniant, 86. d. & vnde. 87.a.ex quo nidum faciant, ibid d. earum nidi descriptio & icon 300
Bonorum myrmecia prouerbium 210 e
Boraginem immunem esse à Vermibus 273.a
Bostrychus quid 195.b
Bouis caput in Fuco, 26 c.cur eius exemptum viuit, 8.c. pedes vt à dolorib. liberẽtur, 78. e. & seq.ex eo putrefacto Apes nasci, 26. a. quibus pediculis infestẽtur, 215.d.quo tempore maxime ab Oestro exagitantur, 149. b. ad sanguinem eius per vesicam & anum excretum remedium 280.b
Bouina agritudo quæ 270.e
Bos ligniuorus quid 183.a
Brasauolæ error 54.d
Brassicam quæ animalia infestent, 101.c.eius genera, 38.c.d.sylvestris quæ 66.e
Brigantem quem Pediculũ vocẽt Vascones 215.b
Britanici mors 159.b
Broma Petri Martyris quid 275.a
Brucha 161 e
Bruchus, 120. a. 121. a. b. quid & vt à Locusta differat, 161.c.d.icon, 162. et similis Vermis in homine natus, 159 c d.vnde oriantur Bruchi. 6.d pestem denotant & quando 168.b
Bruchi bibliorum qui, 161.b, eorum festa quando celebrentur 166.c
Bruchus vt à mixtitico differat 170.c.d
Bubulus fimus cur ad Apes laudetur 33.e
Bufonis lapidis vis 184.d.& 245.d
Bugonia quid 60.d
Buglossum immune à Vermibus 273.a
Buphonia festum 131.d
Buprestis aquiuoca & synonyma, 192. a eius historia ibid. & inde genus, differentia, descriptio. ib. c. icones, 186. loco Blattæ sumenda in medicina, 198 c natura calida 193. d. potæ signa, ib.a.rara est in Italia, 192.c venenum eiusq; cura, ib. d si equus esset erit quid remedij, 193.a vsus in medicina & alijs 192.a.b
Buprestis Bellonij descriptio, ib.d. Leoniceri ibid.
Buprestis olus quale 192.a
Butyrus quale animal 3.c
Buxum Vermibus obnoxium esse, 275.e.in eo cur teredo non nascatur ibid.
Byssus quid Hesychio 105.b

C.

CAbalio marinus 306.d
Cacodæmonem Musca signat 394.d
Cadauera vt condiant Persæ, & cur non cremẽt, 77.a item Eupopai Scythæ 270.d.e
ex Cadaueribus maxime nascuntur Muscæ, 139. e.ex putridis nasci Culices, 153.c.eorũ Vermes 261.b.in ijs vt nascantur animalia, 269. b.vt à Vermibus conseruentur 270.c
ad Calculum remedium, 174.c.277.e. & seq.
Calepinus correctus 85.b
Callicrates Formicam admodum exiguam finxit 250.a.
Calor putredinalis duplex, 177.a.quales pediculos signat ibid.
Cambysis in Apidem scomma, 19. b. cur gladius vocatus, ibid c.cur Ægyptios occidit ibid.
de Camelo quædam, 203.c d. per eum & Formicam quid indicetur apud veteres, 209. a gibbus, 49.c.de eo prouerbium, 156.d.ne ab œstris pungatur, 148. a. quid in euangelio significet, 156 e.& 157 a
Cammaron cur dictum Aconitum Pardalianches 234.c.d
Campa quid 105 b
Campas abigito prouerbium 109 e
Campe equi marini dicti 293.d
Campe 105.b
Campalio quid Ardoino 102.c
Campania amœnitas 89.c
Cancer quid 225.e
Canceri fluuiatiles sanguisugas edunt 289. e. & seq.
Canceri in Scorpionem mutantur 102 c
Canceri marini chelis prehensis Papilio quid denotet 102.c
Candelæ vnde fiant 18 a
Candela cerea quid significet 71.b
Canis animal impudens 120.a
Canes cimicibus non infestantur, frigoris impatientissimi sunt, 6. e. in eorum lingua Vermis qui nascatur, 3. b. hic Vermis Litta dicitur, 272.e.Lumbricis infestati vt liberentur, 272. c.mordentur vehementer à Pul.cib. 223. e. & seq.non intrant forum boarium, 138 a.non ingreditur in templum Iouis Romæ, 122.d.ijs proprius Ricinus, 215. d quibusdam grata Cicada est, 133. a. rabiosi remedium, 63. b, 272.b. 297.eius Vermium vsus in medicina, 272 b. non agnoscere parentes 143 c
Canina rabies propriè λύσσα dicitur Græcis 271.e
Canina Musca 135.d
Cantaria 176.d
Canterij equi 181.d 184.b
Cantarenæ quæ 176
Cantharides alas habent tectas, 4.a de ijs apophthegma, 188.c.calidæ sunt, 6. e. eas Cato vendidit, 188 a.b.eas coire, 187. b. icones, 186. electio & reponendi ratio, 189.c epotarum signa, 290. a. genera differentiæ descriptiones, 185.c. & inde.earum historia, 184 & seq locus natura, victus, temperamentum, 185 d.& seq. moralia, 187.b.c ab ijs qui mortui, ib.e nocumenta earum, ibid ortus & generatio, ibid.a peculiariter vesicam tadunt, 188. a. ab earum potu sanati, 187 d & e.ab ijs prouerbia, 188 a quibus dandæ, ibid.c cum quibus commiscendæ, ibid.b.ex quibus Vermibus nascantur, 273 c.ad quos morbos vtiles, 189. a.tres earũ species, 179.c.pro quouis veneno sumuntur. 185 a venenum earum in qua parte lateat, 188 c.d. ad venenum & totum remedia, 290 a.e vim earum assequi quid significet, 188 d vsus in variis, 189. e. ad acuendum visum ibid vsus earum in medicina tutus, ibid.d.e.& seq ex ijs vt fiant, phantasmi, 189. c. vt fugentur 191.b
Cantharidis aquatica historia, 281 a. icon, 282
Cantharidum rotundarum icones 186
Cantharides rosarum quæ 185 c
Cantharus rubea ibid
Cantharus herba quæ 185.a
Cantharidinus 188 b
Cantharus, 177.e eo astutior prouerbium 18.c
Cantharorum motus 6.c
Cantharus quid in Api 176 a
de Cantharo prouerbium 183.e & 184.d
Cantharus caupo dictus Athenis, 183.c Comicus 176.a.nauigij genus, ib.d.piscis nomen, ibid.d
Cantharum pilulam quid 184 a.b
Cantharus poculum Bacchi, 176.c.nomen portus Atheniensis ibid.d
Cantharolethrus locus in Thracia 180.c.d
Cantherius in fossa quid 182.c
ad Capillos denigrandos 291.e
Capilli mulierum Aranearum telis similes, 242. d.ne canescant, 277.c.pediculorum sylua sunt 216.b.ad eorum raritatem 146.d.e
Capra quid Aquitanis 283.a
Capra habent Vermes in anteriore capite, 261 b. & 270.c.& cur 271.d.Rediuos habent, & non Pediculos 215 d
in Caprifico vt fiat putredo 117.a
Captis dolores sedantia 280.c
Capyridia quæ 67.e
Cara radix quæ 86.b.c
Carabos per coitum propagari. 181. b.inuenitur in ligno arido, 180.d.181.a.icon, 178.nu.1.plures species descriptæ, 178 icon.ibid.
Carabi dubij descriptio, 197.b.c.icon, 178.n.7
Carabus Imperati 180 d
Carabi veri Arist.descriptio 179.d.e.icon, ib.n.3
Carinarij qui Plauto 69.c
Cardani lapsus ibid b
Cardui fullonum vermiculi vsus in medicina, 274 d
Caride, quid Athenæo 184.b
Carmesinus color 255 d
Caro cur à sole nigrescat, 69.b.sub fimo equino sepulta cur Vermes producat, 274 a.à lupo lacerata cur dulcior, 217.d.ei ne insideant Muscæ, 141.ex ea non nasci pediculos, 216 d. eius Vermes, 271.a ea vescuntur Vespæ, 89.d.per Vermem notatur, 265. c. Carpæ in oleo, vt generentur 273 a 3.b
Cartilago quid 4.b.c
Cartusiani monachi an Cimicibus infestentur 212.b.c. Caseus cur vermiculetur 271.d
Cassandri Antipatri mors 217.b
Castaneæ Pediculos generant 217 a
Castitas denotata 40.c. 72 d.ib.e
Catapultæ maior quæ 221.e
Cato vendidit Cantharides 184.a
Catulus leonem adlatrans 92.d
Causidici Apibus comparati 44.d
Ceca quid Italis 215.a
Cecropius mons qui 22.d
in Cedri conis Vermes nasci & quales 273.d.e
Cedria quid, 50.b eius odorem spirant qui Cantharides sumpsere 290 c.d
Centipedas quæ Plinius vocet, 286.a.ea quid antiquis, 250.d.earum vita tenacitas 8 b.c.vnde dicta 4 a
Cenirina quid veteribus 154.a
ad Cephalalgiam remedium 250.c
Cephalocrustas Cardano Vermis qualis, 273.e. & inde.
Cephalonia miraculum 122 c
Cera adipi similis, 67. e. eius adulteratio, 221.c. agnus Dei dicta & eius vis, 18.b.alba vt fiat, 67.b.c alba vt adulteretur, 68.a. cera amica quid Varroni, 67. e. an sit odorata, 68 b. an Vespæ eam conficiant, 89. b eam ex arborum lachrymis conficiunt Apes, 67. b.eam auribus oblinere quid, 79.c.d pro cerato ponitur, 78.e. eius coloratio, 68. d conficiendi eam ratio, 36. a.copia vbi 68.b.cur Apellea vocata 74 a & seq.cur facile oleo non aqua, aut vino fundatur 69.d.cur liquefacta pellucida, coacta vero opaca, 69.b.cur melli præferenda, 66.d. cur Venetijs candidissima fiat, 67. d cur solis vi albescat, 67.c.69.b.cur à sole liquefiat, ibid b. ab ea denominata, 68.d.differentia, electio, 69 e.diuersa diuersis adhibentur, 8 c.eius dosis, ibid b durissima quæ, 67.e.facile imprimitur in ea sigillum & cur, 71.d.e.historia 80 c.ea incremium extinctum, ibid. eam intus dari, 78.e infamis & legitima quid, 73.b 74.c.ad medicinam quæ eligenda, 78 d. mimo insecta quæ notaret Democritus, 74 d. mollis Hesychio quid ibid c.ab ea moralia 72.d.noua lusus 68 a.vsus, 78 d.quibus conueniat, 78 e obturatoria quæ, ibid.a oleum cera vt fiat, & eius fallacias, 70 d.ibid. b. optima nota, 67.a. eam pingere quis inuenerit, 74 d e. pinguem eã esse, 70.b. pondus eius vt augeatur, 68.d.problemata, 64.b prouerbia, 79.d.e ea quæ depingerentur, 74 a.b quale in ea animal generetur, 215.d.ex quib herbis colligitur, 33 b.quid sit, 102 e.quid in ea diuinum, 18.b quid sit & vnde fiat, 67 a quomodo fiat, ib c pro re fragili accipitur, 80 b.rubra & viridis pro sigillis, 68 d.e rubra notare quid, 79 b.sacra furata in lapidem cõuersa, 18 b ea sedatur aqua temperatas, 80.d. in ea scribere an fuerit facile, 73. b. in ea scribere qui inuenerint, 72 d.e significat carnem Christi, 71.a.ea sola an naues cerarentur, 78 b. eius synonyma, 66.c. d pro tabulis accipitur, 72 d. pro cerea imagine, 75. c.eius temperies, 78 d.tenax cur dicta 67.c.ea tractabilior qui dicatur, 79 e. tres virtutes denotat, 72.d.pro tributo data, 68.b inuetusta Tineæ nascuntur, 3.c. vnde Apes eam colligant, 67.a.virginea, quæ dicatur, 36.a eius vsus, 18.a.vsum qui ignorarint, ibid. vsus ad fucandum, 74.d e.vsus in saturnalibus, 72.a cõglutinationem, 77.b.in medicina, 18.c.78.d

Index.

ad pingendum, 54. d. vsum qui populi ignorarint, 68.c. vsus in statuis, 76. e. ad lucem prabendam, 77. b. ad conglutinationem, 77.b vsus cur in ecclesia, 16.c. d. in imaginibus, 74. d.e. in scribendo, 72.c. in ludicris, 77.a. ad condenda cadauera, ibid.a. in sacris eorumq; origo, 70.b.c. vsus ad sigillandum, 73.d. e. vtilitas, 66.d. vt nigrescat, 68. a. vt Apes portent, 67.b. vt sine Apum opera colligatur 68.a
Cera prima quid 72 e
Cera tracta qua 74.d
Cera virginea qua 68.a
Cera viridis purgat vulnera 79.a
Cera vltima quid 72.e
Cera Cypria odor 68.d
Cera Pontica quomodo fiat, 67.a. cur amara, ib.
Cera rauca quid Martiali 72.e
Cera Tyrrhenica qua 67.a. 78 b
Cera herba qua 66.a.b
Cerachates 69.a
Cerago quid 34.c. 36.b
Ceranthemos 36.b
Cerarium quid Ciceroni 74.a
Cerarij qui 69.c
Cerata medicamenta 78.c
in Ceratis tabulis quando scriberēt veteres, 72.c
Cerata tunica Popponis arsit ipso illuso 80.d
Ceratura quid 69.e
Cerei aquiuoca, 66.e. accensus ad statuas eorum quid praclare gesserant, 71. c. accensum ad sepulchrum ferre quam sit antiquum, ib. b. cur in ecclesiū accendatur, 70.c. cur accendantur, & vnde ic ritus ortus, ibid.d. eorum honor, 18. a. mittebantur tantū ditioribus, 72.a. eo more gentilium vti in Ecclesia non est calumniandum, 71. c. eius oblationis antiquitas, 70. a. quando in saturnalibus mitti cœpit, 72 a b. eius significata, 68. d. ad eum viuere quid significet, 79.c.d vsus eius in aqua baptismatis quid notet, 71.a.b in festo purgationis D. Virginis, ibid.b. in templis & eius antiquitas, 70. c. ligneo qui vtantur, 77. a. Paschalis quid significet, 70.e. viridium laus 77.b
Cereus color 69.a
Cereus homo quid apud Horatium 68.e
Cereus in vitia quid Horatio 76.e. & inde.
Cerei fructus in mensis positi 77.a
Cerea imagines humerorum tenus, 75. c. cur tegerentur 76.c
Cerea muliercula, qua dicantur 74.e
Cerea brachia qua 68.d
Cerea pruna qua 69.a
Cerea simulacra cur offeramus 70.b
Cerula miniatula quid 67.a
Ceremonia in die Purificat. circa Cereos, 71.d
Cerificare quid 36.b
Ceroferariorum munus 70.c
Ceroplasta qui 69.c
Cerophorarium quid ibid.
Cerambix qua auis 183 e & seq.
Cerastis Vermis natura, & vbi generetur, 273.d ortus 3.c
Cerasus vt arceatur à Formicis 51.b. 206.c
Cerbero cur mortui placentam offerrent 55.d
Cercope Cicada 163.c.d
Cerdones vnguentis abhorrent 184.c.d
Ceres cur dicta οὐλὼ ἰουλὼ, 250. d. porca ei sacrificabatur, 55. e potio eius ad tristitiam, 290.e
Cereuisia Hispanis cerea dicitur 69 c.d
Cerinthe Virgilio quid 36.b.c
Cerinthum qui Theophrasto ibid.c
Cerinthus quid, 36.c. Cerinum quid 69.b
Cerise vrbs vnde dicta 79.b
Cerite cera dignus qui ibid.a
Ceritum tabella ibid.b
Cerites gemma 69.a
Cereum quid Plinio 258.a
Ceroma quid 72.c.d
Ceromaticus 69 a
Cerostrata qua ibid.c
Cerus fluuius 66.e
Cerussa pro cera 74.e
in Ceruis capite Vermes viui existunt, 271. d & cur, ib. b. in eius capite Vespa nascuntur, 87.a. cornua eius, quid notent 48.a. eius icon in numismate, ib. quales Vermes nascantur in eius vertebris, 271. d. e. vt aduersus phalangia se tueatur 247.b
Ceruus volans quis, 4.c. Leonicero quid 179.a.b
Chamaleones viuunt Araneis 247.b
Chamaleon ἰξία appellatur nō tamē omnis 197.b
Chamaptis non est coris 212.a
Charitatem cera denotat, & cur ibid.
in Charta cur nascantur Cimices 212.a
Chela quale signum 203.d
Chelonites gemma 184.b
Chelydrus serpens circa Hellespontum à Tabano lacescitus 149.e. & seq.
Chermes Blatta 196.b
Chœnix Ennij 130.a
Christus Apisimilis, 42.a. & 43. a. cur dictus Vermis, 256.a.b. & seq. cur mel & piscem assatum commederit, 57. e. eius diuinitas in humanitate, ibid.e. eius doctrinam denotat cur, 72 a. eius humana generatio, 182. b. per luē significatur, 71.e. vt per Pasqualem cereum significetur, 75.a. rex Apum dicitur, 57. b. eius typus Scarabaus est 181.b
Chrysalidum icones 106
de Chrysalide siue Aurelia historia tota, 109. & inde. vnde dicta, ibid quantum à Tettigometra differat 122.d
Chriselis 105.c
ad Chymosim remedium 146 a
Cica quid, 215.a. quid hodiernis Græcis 215.a
Cicadas per aculeum canere falsum, 123.e. & seq. enigmata & apophthegmata, 182.b. in Ægypto è terra nasci, 122.a. aquiuoca, 87. e. ijs Æsopus se comparat, 132.d. eas ala corripere quid 130.a. alimentum earum proprium, 125. a. aluum habere, ibid. b. amantibus esse feliciores, 130. c. antipathia, 125. e eas Api comparare quid, 46.b. 130.c. de eiū Aranea tela captis epigrāma, 248.a.b. in arundinibus parere, 122.c. auguria, 126. a. aurea Atheniensium quid significent, 128 a. sub aurora non canere, 123.a sub austro volātes quid significent 125.d. canē di modus, 123.e. cantus eiusq; ratio, 123 a. cantus commendatus, 123. b. absq; capite canere, 124.a. per coitum generari, 122. a. vento in Poloniam translata, 125.e. certa sunt veris nūtia, 102.e. cur Athenienses ijs vescantur, 133.b cur non sunt Neapoli, 122. d. cur cum eis Homerus senes comparauerit, 127.a.b. cur breuis vita, 125.d. cur alibi muta, 124.d. cur sub alis canere dicantur, ibid c.d. cur æstate canere incipiant, 123.a. & 129.d. cur stantes, & volantes canant, ibid e. cur Rheginis sint mutæ fabulosa ratio, 132.a. ab eis denominata, 125 a b descriptio, 120.d. desunt Germanis, 133.a. de ijs dictum Demetrij philos. 127. d. earum duo genera minores & maiores, 121.a emblemata, 119.b. epigrammata, ibid b. epitheta, 131.b. esse nigras, 120.d. antennæ & oculi, ib. exuuiū, 122.a. fabulæ & apologi, 131.d. & 132.b. fœminæ silent, 124 a. de ijs & Formicis apologus, 129.a. in frigidis locis nō sunt, 122.b. earū genitale, 122.a. genus differentia, 121.b.c hieroglyphica, 127.c.d. historia, 120.c. hyeme pereunt, 125.c. icones, 119. immoderata cur dicta, 131.b. interiora earum qualia, 121.d. intestini natura, 4.d. lingua quid apud Pliniū, 120.e locus, 122. b. de earum & Locustæ commune sepulchrum epigramma, 172. e. & seq. membranis volant, 4.d monumenta earum, 126. d. moralia, ibid. e. mutæ quæ, 111.b, ijs nigrior qui, 131. d. è cuculorum spāto non nascuntur, 115. e & seq. de ijs numisma, 81. 128 a obturbarūt Herculis somnum, 132. a. oleas amant, 122.a. ore canunt, 110.e. ortus generatio, 121.d. e. præsagia, 125.b.c. problemata, 118. d. e. prouerbia, 130. e. quamdiu canant, 123. e. quando exuuium relinquant, 122. a. quando gustu suauissimæ, 133. a. per quas partes hauriant rorem, 122.b quo tempore canant, 123.d ijs comparati hæretici, 126.d raucisonæ cur dictæ, 131.c.d. rore vesci, 124.d semen eorū vt fecundetur, 122.c. sponte, & ex semine oriri, ib. b. in squilla parere, ibid.c. earum temperamētum ætas & capiendi ratio, 125.d. è terra oriri 121.d. in terra parere, 122. c. vbi mutæ, ibid.d. vbi non sint, & vbi sint, 122.c. victus, 124 d. vnde dicta, 120.d. vnde nascantur 6.e. vsus in cibis, 132.d.e. in medicina, 133.b. in varijs, ibid. vt canant, 7.e. 130. e. vt capiantur, 125.d vt coeant 5.b. vt ex tettigometra exeant 122.e
Cicada auenaria, frumentaria, furcularia, 121 b
Cicada marina qua 120.e
Cicadastra 121.e
Cicadiferi qui 125.b
Cicer animal non parit, 151. a. ab Insectis non infestatur 3.a eius fructus maxime inter frumenta Vermiculos sentiunt, 273. b. in eius fructu vnde fiant Vermes ibid. & seq.
Ciceculis quando innascantur Vermes 273.b. & 274 a
Cicero explicatus 68.c.d
Cici quid 221 c
Cicindela historia, 194.b. enigma, 196. b. coitus, & generatio subitanea, 25. d. diu in coitu immoratur, 6.c. per coitum propagatur, 195. c. de ea epigrammata, 196 c. genus, differentia, descriptio, 194.d. historia mira, ibid.e. locus, ortus, generatio, 195.b. luminis natura, ibid.b. natura mores, 195. a. præsagia, 196. a. pro lucerna accipitur qua noctu lucet, 194. c. quo tempore volent, 195.b. ex rore non nasci, ibid. sexus, ibid a. vsus in varijs 196.d
Cicindela meretrix 194.c
Cimicum aquiuoca 212 a. an infestentur ijs Carthusiani monachi, ibid. b.c. in cerebro nati, 139.c. ex contritis non fieri alios, 212. d. eas cur fecit Deus, 142. d. cur in chartis nascantur, 212.a. denominata, ibid.e. de ijs epigrammata 214.a etymon, 212.c. genus & forma, ibid.c. cum hirundine contrarietas, 213. b. historia, 211.d. in malua nascuntur, 3. a inter meningos nati, 212.d e pro lecto sumpti, ibid. c. locus generatio, ibid. & inde. noxa, 211.d. prouerbia 213.d. qui dicantur Italis ibid. eorum & sanguisugarum dissidium, 292.a. Synonyma, 294. b. vbi non reperiantur, 212. d. vnde oriantur, 3 a. eorum vsus in medicina, 213. e. & inde. vtiles esse hominibus, 212.a. 213. e. vt interimantur, 118 c vt dormientem non attingant, 213.b vt fugentur ibid.a
Cimicum sylueſtrium historia, 214. b sylueſtres cur dicti, ibid. vbi generentur, 214.b. icon. 202. descriptio generum. 214.c.d. vsus, 213. e. senectam exuunt 214.b.c
Cimicum arbor quid Arabibus 153.e
Cimicia qua 212.e
Cingulum Lumbricus dictus latus 238.a
Cinis vt albus fiat 67.d
Circinus quid Plinio 207.c
Cirrus Gazæ quid 194.e
Cis Vermis quis 222.a
Cis hordearius, 3.a. triticearius ibid.
ex Citreis arboribus in Hispaniola insula conficiuntur naues 275 a
Cittacus quid 27.c
ex Cityso plurimum mellis, 51. e. eo vt Apes gaudeant 33.d.e
ad Clauos remedium 280.a
Claui Muscarij qui 142.c
Clemens Alexandrinus emendatus 182.c
Clementia in clementiam vincentis typus.
de Cleomene quid mirandum 26.b
Clerus quid, 25.c. 103.a. 271.b. Apium hostis, 28. b. vbi nascatur, 3.c quomodo nascatur 271.e
Cnipes vbi generentur 154.a
Coccoium capiendi ratio, 193. b. historia, 193.b. vsus loco Lucernæ, 139.d. vsus in cibis ibid.
Coccygria Theophrasti 164.d
Cochleis cur nihilominus inferiores sint Athenienses 172.b
Cochlea & Limax quid differant 279.d.e
Cœlij error 219.d
Cogitationis praua insuetudo per vermem notatur 185 c
Coleoptera cur bene, & alte volent, 100. & seq. nullus nomen commune, 175.e. qua Insecta sint 3.a
ad Colicum dolorem remedium 174 c
Colubrula nauium 275.a
Columba candida extra qui dicatur, 43.e. de ea & Formica apologus, 210.c humanitas, 11. d. & seq. in eius stercore Vermes nascūtur 270.b.c
Comatus arbori in. lusus ab Apibus alitur 46.d
Commosis quid 36.c
ad Conceptum facilior im remedium, 273.b.c. ad impediendum ibid.
Conchis vt stellæ insideantur 298 a
Concordia hieroglyphicum 40.b.c
Conesis quid 36.d
Congrus Gryllus vocatur 175.a
Conopes non nascuntur ex igne 153.a
Comasis quid 36.d
Conopæa cur dicatur Ægyptus 152.e
Conopæum quid 154.d.e
Conscientiæ stimulus vt denotetur 44 c
Constantini funus 71.b
Contumelia ne fiat erga vicinos 128.c
Contumeliosi cum Scorpionibus comparati 235.c
Conuoluulus, 3.e. eius historia, 191, c. descriptio, 185.c. icon, 186.n.9. & 10

ad Con-

Index.

ad Conuoluulum remedium 63.b
Cordis & iecoris necessitas, 4.e. *doctrinam Christi denotat*, 72.a. *ad eius tremorem remedium* 249.b. *Vermis eius quale monstrum* 258.e
Coracinus piscis non fugat Formicas 206.a
Cordylus solus aquatilium quadrupedum Branchias habet 287 e
Coris herba qualis 212.a
Cornari duplex error 50.b
Cornelij verecundia 77.c
Cornicis ad Blattas arcendas astutia, 198. c. *cur magna copia in Anglia*, 277. d. *de ea & Scorpio prouerbium* 236.c.d
Cornopes Oetæi vocant Locustas 169.b
Cornopius Hercules cur dictus ibid.b c
Cornus Apibus noxia 28.d
Cornua boum vt flectantur 78 e
Cornicula ignauia quæ Plinio 58.c
Corona ex melilloto 54.a
Corsica quale mel ferat 23.b
Coruo aquila reliquias sectanti qui similis, 208. d. *et qui similis*, 41.d. *à Scorpione rapto occisus quid denotet* 236.b
Cosmeticum remedium ex Limace 280.c
Cossinij obitus 187.a
Cossus, 275.a. *descriptio*, 275.c.d. *icon* 108.n.5 *ex eo non generari Culicem* 153.b.c. *rugosus homo sic dictus*, 257.d.e. *vt generetur*, 3.c. *qualis Vermis*, 273.a. *per eum quid significarent Ægyptij* 155.b. *victus*, 275.d.e. *vsus in cibo* 276.b
Cossutia familia vnde dicta 275.e
Cotinus arbor vbi nascatur 164.c.d
Crabronum aculeus maxime venenosus 95.b. *an habeant reges*, 89. d. e. *an subterranea sint animalia*, 93.d. e. *angelos exitiales significant*, 95.c. *eorum aquæ vis & vsus*, ib.b. *antipathia* ib.b. *Apibus noxij sunt*, 94 b. c. *in eorum cellis mel est*, 94.a.b. *coeunt*, ib.e. *cur eos Deus Chananæis immiserit*, 95. a. *cur aspers dicti à Vergilio*, 59.a. *denominata*, ib.c. *Crabronis descriptio*, 93 b. *differentia*, ibid. *epitheta*, 95.a. *inter hos esse duces*, 94.e. *fauus eorum latior est quã Vesparum*, 87. d. *fœtus eorum qualis & quomodo fiat*, 94.a *fructus dulces appetunt*, 94.b *grandiores Muscas venantur* 89.e. *ictus & remedia*, 95.b c. *icon*, 81. *Indici quam magni*, 93. b. *eas irritare prouerbium* 92.c. & 95.d. *eorum insomnia, prouerbia*, 95.d. & *seq. locus & sedes*, 39.d. *mel*, 92. a. *moralia symbolica*, 95.b. *mores*, 94.e. *nidi descriptio*, 94.b.c. *icon*, 81. *noctua ijs contraria*, 90.b.c *omnes aculeati sunt*, 93.b. *ortus generatio*, 94.d. *Muscas venantur* 141. a. *sunt magis gregales quam Apes*, 95.a. *synonyma*, 93.d.e. *vbi nidificent*, 93.d. *in vlmo inueniri*, ib.e. *victus damna*, 94.a. *tuuẽcis infesti sunt*, ib.c. *vnicum eorum genus*, 93.b. *vnde dicti*, ib. *quando in sublimi, & quando sub terra nidificant*, 87.e. *eus vbi pecus non vexetur*, 130.b. c. *eorum & Vespæ differentia* 127.b
Crambe quid Plinio 66.b
Crambis 273.d
Crambides quid Æliano 3 e
Crambus Theophrasti 273.d.e
Cranocolaptes Phalangij genus, 293. e. & *seq. eius signa & symptomata* 244 c
Crapaudina lapidis vis 188. & *seq.*
Crocodili corpus corruptum per Vespam significatur, 91. e. *cum Scorpio antipathia*, 235. b.c *per eum & Scorpium, quid indicarent Ægyptij* 236.a
Crocodili parui victitant Culicibus 157.b
Crocodilus à trochilo vt sanetur cum sanguisugam hausit 292.c
Croco Apes mella sua tingunt 44.e
Croton quid, 215.e. *in gramine nasci* 3.e
Crustata carent palpebris, 4.b. *voce* 7.e
Cuculus cur non amplius cuculet sub ortum canicula, 125.a. *de eo miraculum*, 224.c, *quando cuculent* 123.e. *ex eius sputo non nasci Cicadas* 121.d.e. *vt sibi à Cicada timeat* 125.e
Cucumis sylueſtris Apibus noxius 28.d
Cucurbita non est Vermibus obnoxia 273.a
Cucurbitini Vermis longitudo 258.b.c
Cucuphus Auis Hippotamo super imposita quid denotet 14.e
Cuccuios 10.a
Culex aculeum habet in ore, 3. d. *adamante operosior*, 150. d. e. *prope adriam sonorus*, 152. c. *Ægyptiorum plaga tertia fuit*, ibid. *aquiuoca eius*, 150.e. & *seq. an vnquam ad dulcia volet* 152.e. *eo Aranea victitant*, 157. b. *de eo Apologi*, 156.d.e. *inter Cantharides vnus depingitur*, 186, n.12 *cubilib. vt eijciãtur*, 158. a. *Culex cuius generis*, 151 d. *cur à Deo factus*, 142.d *cur volet quiete*, 152.e. *cur non omnes mordeat* 156.a. *cur in solo volatu perstrepat* 128.d. *ab eo denominata, cognominata*, 154.d.e. *diligit lumen*, 152.e *elephantum conferre ei quid*, 156.a *de eo epitaphium*, ibid.d. *epigrammata*, ib.b.c *genera, differentiæ, descriptio*, 151 e. & *seq. genera quæ ament palustria loca*, 152. c *genera ab autore obseruata*, 151 c. *generatio quot diebus absoluatur*, 6.a. *generatione vt differat*, 151.b. *hieroglyphica*, 155. a. *historica, damna*, ib.e. & d. *hominem acidis illectum denotant*, 155.a. *icon*. 136. *eo infesta cur sint metallorum fodinæ*, 138. a, *ab eo Leones vbi expulsi*, 155 d. *ob eum locus desertus*, ib.b. *mel procul sentit*, 7 d. *in eo miranda naturæ opera*, 1.c. *ab eo moralia*, 154 b. *eius mors*, 155.c. d. *ab eius morsu cur fiant pustulæ* 153 a. *ab eius morsibus vt se defendant Ægyptij*, 157.d. *eũ non curat elephantus Indicus*, 156. c. *in numo depictus*, 48. *eius ortus*, 5.b. 146.c. d. 153. d *pati rotundos quid*, 157.a. *præsagia*, 156.a. *problemata*, ib.a.b. *prouerbia*, ibid.a. *putridis cadaueribus nasci*, 153. c. *ad quæ aduolet*, 7. d. *quæ aues ijs gaudeant*, 157.a *ijs quam Muscis, cur durior aculeus*, 151. a *in quibus planis generentur*, 153.b. *quomodo sonent*, 151.e *quos fructus non attingant*, 156.a. *res vtiles significant*, 155.e. & *seq Seditiosus homo per eos designatur*, 157. a. *sensus volatus, natura*, 152.d. *senectam exuunt*, 5. c. *sonus*, 152. e. *synonyma*, 150. b. *ab ijs vastata vrbs*, 155.b. *vbi magis abundent*, 152.c *vbi oriantur*, 3.d. *victus*, 152.e. *victo leone ab aranea deuoratur*, 156.d.e. *eos venatur Coccoius*, 193.d. *vnde dictus*, 151. d. *vsus eius in varijs*, 157.b. *vt pugnent*, 4 c. *vt reuiuiscant*, 154.e. *vt fugentur, & occidantur*, 157.c. *eos vt sugaret Apollonius Tyaneus*, 234.a.b. *eos vt arceant Septentrionales*, 157. e. *ijs vt capiatur tymallus piscis* 157.a.b
Culicis communis descriptio, 151.d. & *seq. icones* 136.n.1
Culicis alterius, & maximi descriptio & icon, ibid.
Culicis cauda bifurcata descriptio, icon, ib.nu.2.
Culices centrini qui 151.c
Culices ficarij, 150. d. *antennas habent*, 4.a. *vt maturent ficus*, 157.b. *vnde generentur* 153.a. *duo eorum genera* 151.c
Culicis maximi descriptio, ibid.d. *icon*, ibid.nu.3
Culices muliones, 150.d. *ad dulcia non aduolant*, 152.d
Culicum quadripennium descriptio, ib.a. *icones*, ibid.n.6.7.8.9. & n.5.6
Culex vinarius Gazæ quid 150.c
Culex poematium Virgilij quando conscriptum, ibid.e & *seq.*
Culix herba ibid.a
Culicilega quæ auis Gazæ 154 a
Cuniculus Hispaniæ symbolum 236.a.b
Cupido api similis, 45.a.b. *mellilegus dictus*, ib.
in Cupresso non nascitur Teredo 275. e. & *seq.*
Contra curculiones amurca vsus, 117. e. & *seq. etymum*, ibid.d *forma, generatio*, ib *historia, aquiuoca*, 116 e. *Synonyma*, ib. *eos interimunt napi semina*, 118 c. *ne fabam exedant, quid faciendũ*, 117 d *prouerbia*, 118.d *in sabis quoque generatur*, 117.b. *in tritico*, 3 a. *vt fugentur* 117.c
Curculiunculus, ibid d. *minutos fabulari quid* 118.d
Curculus 147.b
Currus minimus sub Muscæ alis 146.b
Cutiones Marcelli Empirici 250.b
Cyaneus Phalangium quale 239.c
Cydonomeli quid 63.b
Cynicorum secta cynomyæ comparata 143.d
Cyniphes 135.b
Cynomya quid, 3.b. 222.a. *cur illaudetur* 140.b
Cynorhaistes quid 215.e. ib.d
in Cynosbati spongiola vermes nascuntur 273. d.e
in Cyprino vermiculus niger, 3. b.c. *prope branchias eius qualis vermis* 270.e. & *seq.*
in Cyprino lato fœmina vermes nati 271.a
Cyrnij longaui cur dicti, 40.a. 52. d. ibid.
Cyrrones qui pediculi, 215 d. *vnde generentur*, 216.b
Cyri de Apibus dictum 13.e
Cytisus cur Apibus conueniat, & quando floreat 29.a

D.

Dæmon Musca figura apparet, 145.c. d. *eius nota Scorpius* 235.a
Dalechampij error 104.c. & 251.c
Dapes cereæ 77.b
Delphini celeritas, 102.c. *locus* 240.d. *eum vt infestet Asilus* 285.e
Dimensum quid Latinis 201.b
Demetrij philosophi de Cicadis dictum 127.e
Democritus mellis odore vixit, 61.c. *eius mos in sigillando* 74.d
ad Dentes exesos remedium, 277.e. & *seq. eorum dolorem*, 274.d. *vitiosi vt cadant*, ib.e. *eorum Vermes vt fugentur* 269.d
pro Dentali quid vtantur pharmacopœi Galli 31
ad Dentitionem remedium 280.b
Detractatores Culices dicti, 154. b. *in eos emblema*, 144.c. *eos significat Musca canina*, 143.e
Deus cur Vermis dictus, 182 b. *omnia in mensura fecit*, 142.d. *in humano corpore per Scarabæum notatus*, 143.a b. *eum in pulicis morsu inuocare quid* 223.b
Deorum cereæ imagines 76.b
Diaboli typus 289.a
Dialectica Cynomia comparata 143.c.d
Dianæ vt Elei sacrificarent 55.d
Dies luminaris vnde dictus 71.c
Diligentia hieroglyphicum, 39. a. *ea per Formicas notata* 128.a
Diogenis de Vespis dictum, 120. a. *impudentia*, 91.a
Dionysii ab Apibus augurium 37.d. & e
Dioscorides correctu, 244.a. *illustratus* 292.b
in Dipsaci fructu Vermis nascitur, 3.e. 273. c. d. *ex Erucarum genere*, 108.b. *quas habeat vires* 274.d
Disciplinæ exoticæ hieroglyphicum 40.e
Diues Hirudini cur similis 289.a
Docti qui Apibus comparentur, 40.e & *inde.*
Doctores Ecclesiæ per fauum notantur 58.c
Doctores vt vitta dicantur ibid.e
Doctrinam alienam fermentum cur denotet, 56. d. *allegorica fauus dicitur* ib.e
Dolia cerabantur apud veteres, 77. d. *eur humi defodiantur* 59.b
ad Dolores sedandos 184.e
ad Dolores capitis 280.e
Domitiani mos Muscas captare 145.b
Domo vt expellantur Blattæ 198.b
Domiporta Ciceronis, 179 d. *vide Cochlea.*
Doppiones solliculi, 110.d. *icon* 166
Draco cur heroibus consecratus, 26.b. *cur Formicas comedat* 205 c
Draco herba quæ 60.b
Draco piscis qualis 237.d
Dracunculi in cruribus nascuntur, 3 b. *vbi*, 261. d. *cur*, 174.a. *vt curentur* 270.b
Dracunculus cum vrina excretus 259.e. & *seq.*
Druinus serpens Locustas venatur 168.d
Drosomeli quid 50.a
Drusi ab Apibus augurium 37.b
Dulcia an Vermes generent, 263. a. *facile corrumpi*, ibid c. *quando, amara fiunt* 44.d.e
de Dulcedine vitæ amaritudo vt significetur, 40.d
Dysderi Phalangium, 239. c. *quæ mala excitet*, 244.a
Dysentericis vt cera exhibeatur 78.a
ad Dispnœam remedium 250.c

E.

Ebrietas vt reprimatur 62 e
Eburnei pugillares cur dabantur senib. 73.a
Ecclesiæ fundamenta quæ 44.d.e
Echionæ Muscæ 135.d
Echineis Limaci similis 289.a. & *seq.*
Electuarium assæ fœtidæ ad Scorpionum ictus.
Elephantem aliqui putant apud antiquos Lucãdici 173.a. *eius cauda pro muscario* 142.c. *eum è Culice facere prouerbium*, 156.a. *eum Culici conferre quid*, ib. *ei cur inimica Formica*, 208. a. *eum è Musca facere prouerbium*, 144.b. *Indus non curat Culicem*, 156.c. *vt suem oderit*, ibid.b. *vt Muscas occidat*, 140. d. *eum sexaginta cubitorum Vermes in Gange mordicus comprehendunt, & abstrahunt* 286.d
Eloquentes cum Cicadis comparati 126.b
Eloquentia hieroglyphicum, 39.d. *ea melli similis* 58. e. *vana hæreticorum Muscæ comparata*, 143.b
Emblema Vermiculatum quid Lucilio 255 a
Empides Gazæ Culices muliones vertit, 153.e *de iis quæstio*, 154.c. *vt generentur* 153.d

Index.

Empis Tricorusia prouerbium quid. 156.c
in Emplastru quantum olei & cera adhibendũ, 78.e. & seq.
Enses sine acumine cur tribuni militum ferrent, 14.a
Engula quid, 222.c
Entoma vnde dicta, 8.b
Ephemeri historia, 146. e. & inde descriptio ex Scaligero. 147. a. & b. ibid. c. vita de quo dicatur, ibid. de pedibus disputatio, 146. e. vnde dicatur. ibid.
ad Epilepsiam remedium 146.e
ad Epiforas remedium, 249.a.& b
Equi ab Araneis morsi cura, 245.a & seq.
Equino cadauere quid significent Ægyptij, 91.& seq.
Equorum ac ceterorum animalium in intestinis nati Lumbrici vt fugentur, 272. c. d. & inde herpes vt curetur, 274. d & e. Lumbricus cucurbitarius qualis, 271. d. Italiam denotant, 236. b. à Cimicibus ne appetantur, 212. b. Musca macilentos impetunt, 145. a. ex ijs nasci Crabrones, 94. d. ex ijs nasci Vespas credunt antiqui, 86 d. e. morituri à Vermibus qua habeant signa, 272. a. quibus in partibus Vermes generent, 271. a. à Scorpione icti symptomata, qua habeant, 235. e si Bupresté hauserint vt curentur, 193 a. ijs similes predicatores sancti, 170. b. c. eorum Vermium in intestinis nascentiũ quot sint genera, 271. c. Vermium pilosorum in ijs nascentium signa, 272. b. in eos ad vrinam retentam remediũ 213. b. c
Equi λοκοπάδες qui, 87.a
Equi muscati qui, 142.d
Equuli marini historia, 294 d. vide Hippocãpus
Erganes dea inuentum, 242 c.d
ex Erica quale mel, 33. e. & seq. ea quando abundet, 51. b.
Erithace quid, 36. c. & ibid. e. eam vnde colligant Apes, 32 b. vnde fiat, 51.c
Eruca alia alias plantas infestant, 101. d. in alueis reperta quales, 103. b. & seq animalia sunt perfecta, 2. d. Assyrios & Babylonios notant, 171. a. eas ciceri innasci, 273. b. cur dira animalia Plinio, 108. c. de ijs cur inter Anelytra agat autor, 96. a. earum differentia à magnitudine, moribus, corporis partibus, 105. b. diuersarum icones, & descriptiones, 106. eas spõte nasci, 101. b. vnde dicta 105. d. e. earum genus quotannis euonymum infestans, 3. d. eas non lucere nocte, 105. b. earum noxa, 109. a. b. ortus, 6. a. ex eis nasci Cantharides, 184. b. nõ omnes abeunt in Papiliones, 101. d. vt semul congregentur, 109 d. quot pedes habeant, 4. a sunt Vermu species. 1. e. Vermes vocat Aristoteles, 101. a. b. ijs similes Vermes in homine nati, 259. d & seq.
Eruca echinata Hippocratis icon, 106. nu. 1. descriptio, ibid.
Eruca vulgares qua noxiores hortis & agris, 108 b. historia, 105 a. aquiuoca, synonyma ibid. generatio, mores, victus, 108. b. c. genus, differentia forma, 105. a. b. vt fugentur, 108 e. prouerbium de ijs, 109 e. vsus earum in medicina, ibid. d
Erucaranei descriptio, 107. b
Eruum non parit animal. 273. b
Erythrinorum sexus, 25 c
Esculus qua animalia gignat, 3. c
Etymologus correctus, 62. e
Eucaustica pingendi ratio, 74. a
Eucharistia sacellum edificant Apes, 47. b
de Eunomo & Aristone fabula, 132. d
Eius statua cum Cicada cythara insidẽte, 128. a
Euni fugitiui mors, 218. c
Euonymus qua Insecta generet, 3. d
Exercitum significant Locusta, & cur, 168. e
Excrementorum vtilitates, 176. a

F.

Faba Midam generat, 3. a 117. b. eam ne edat Curculio 117. d. eius semina Vermiculos sentiunt, 273. b. & seq.
Femina sumptuosa damna, 83. d
Fax aluearis quid, 36. a
Falsarius Locustis comparatus, 170. a
Fames per Locustam notatur, 171. a
in Farre qualis Vermiculus 3. a. eius vsus in medicina, 274. e
Fasciarum Vermium sic dictorum incredibilis in homine nascentium longitudo, 250. d
Faucium asperitates lenit Gryllus, 175. c
Faui artificium, 11. e. etymum, 49. d. e. procera & molle sumitur, 66. e. eius figura, 11. a. à cella quid differat, 36. a quid & vnde dictus, ib. a. 49. d. e. eius duo genera, 11. a. synonyma ibid. b. c. castrorum species, 16. b sub terra triplicis ordinis, 21. a. b. vbi longissimus, 11. b. vt eximatur, 35. c
Fauus vlceru genus, 258. a
Fauago quid, 54. c
Fausticari quid, 36. b
Faces nuptiales, 77. c. cur nouis nupti preferri soliti, ibidem.
ad Faces viuere quid, 79. c
Fax prima quid, 77. c
ad Febres frigidas remedium, 150. c ad putridas,
Febris in cantharidum potu vnde. 291 b. c
Febricitantes & Lumbricis laborantes vt curandi, 268. b
Februalia Romanorum qua, 71. c. d
Februare quid, ibid c
Fel vita symbolum, 56. b
Felium oculi quando optime cernunt, 182. c
Felix Nolanus vt seruatus, 248. e
Felpa quid, 116. d
Festina lente, prouerbium, 94. b
Fiber quid, 85. b
Ficedula cur cerea dicta, 69. a
de Ficu quid prodigiosum, 168. a
Ficariorum Culicum duo genera, 151. c
ad Fistulas mellita aqua vis, 63. b
Fistulas cera conglutinare quis inuenerit, 77. c. d
Flammis Apulei, 194. b
Floces qua antiquis, 59. b
Flores quid denotent, 42. c
Floridum est suaue, 127. b
Fos apud Siculos œstrus dictus 147. a
Forbicinarum historia, descriptiones, iconesq, 127. e. 228. vnde dicta, ibid
Formica inter animalia rationalia recensentur. 203. a. alia venenata, alia non, ibid. d. alata quales, ibi. alata sunt & non, 3. a. alba vbi 203. a. earum antipathia 208. a. Apibus inimica sunt, ib. apologi, 210. c. & inde appellantur Issedones, 204. b. area pestis, 205. d. earum artificia in fabricandis latebris, 201. a. cur asinis preferenda, 1. b. aurum custodientes vbi, 203. c. & inde. ijs bilem inesse quid, 144. d. ipsa sua cadauera pro lambrico redimunt aut cõmutant, 101. b. cælestium notionem habent, 201. a. cauernarum ingressus, ibid. d. cibum in hyemem recondunt, 200 c. ab eis cognominata & denominata, 206. d. & inde. earum cortus, partus, generatio, 205. e. color. 3. e cur mortem adferant suo signo, 206. c. cur grana ad solem exsiccent, 200. b. cur ouagignant, 205. a. cur frugilega dicta, ib. d. b. de ijs cur inter Insecta ἄπτερα agat autor, 199. a. eas cur ciuiles appellet Arist. 280. d. cur Apollini sacra sint, 208. d. cur cauernas suas in tres partes distribuant, 201. a. dentes habent, 5. a. dicuntur strenui operarij. 208. a. de ijs emblema 206. d. earum encomium, 199 a. & 203. a. de ijs epigrammata, 206. a. de ijs exemplum predonũ, 13. e. fabulosa, 211. c. d. forfices in ore habent, 204. b. frondibus nidum cõficiunt in absete, ibid. frumenta sequuntur quid, 60. d earũ genus, differentia, 203. d habitaculorũ descriptio, 201. c. hieroglyphica, 209. e. & inde de ijs historica. 208. a. in homines mutata, 211. d homine sapientiores & cur 200. e. in India quantum noccant, 206. c. d. de earum ingenio altercatio, ibid. d. earum iustitia laudãda, ibid. c. latent, 3. d. earum locus, 205. d. inter maiores & minores certamen quid portenderit, 206. c. maxima vbi, 203. b. Mide, 38 a. minima domum sibi condentes magnã, 203. e. & seq. imminẽte annona caritate magis laborant, 206. e. moralia, 208 e. more Hirudinum nidũ faciũt & vbi, 205. a. mystica, 208. d nidi odor, 205. e. nidi icones. 202 nidi in putrida quercu inuenti, & minorum Formicarũ, econ, ibid. nidos inspirare quid, 205. c. & 21. a nono mensis die non exeunt, 201 a. oculi earum vbi, 205. a. œconomia, 240 b. ijs omnia communia, 200. d. ouorũ facultas, 205. d partes & visus, 205. e. pẽnatæ vbi non sunt, ibid. d sunt pestis Bombycũ, 113. c. earum pietas erga suos, 200. e prasagia, auguria, prodigia, 206. e & inde. de ijs problemata, 210. b. c. promuscis earum qualis, 4. c. de ijs prouerbia, 210. c d. earum prudentia 200. b. c. qua nam sint esui suaues, 504. c. d. qualia grana reponant, 199. a qui nos ad laborẽ exhortentur, 208. e. & seq. quibus sacra, ibid. d. à quibus corporibus abstineant, 205. b. per eas quid indicarint Ægyptij, 209. e. sub earum rege cur militare voluerit Xãtippus, 13. d. e. de ijs sacri draconis cubile expugnantibus historia, 208. c. earum semitam canere quid, 211. b c. in senectute alas acquirunt, 205. c. ijs sensus è sacra scriptura haufti comparantur, 209. b. pro solicitudinis exemplo perperam ponuntur, 13. e. somniũ earum quid Neroni significet, 206 b. suis laboribus fruuntur, 43. c sulphuris suffitu moriuntur, 7. d. earum synonyma, 203. a. temperies 205. d. vbi labores suos cõdant, 18 e. vbi conficiant laccam. 204 e. vbi alias mortua generent. 3. c. vbi rubra, 203. b. vbi catuli sint magnitudine. 49 b. venenosas esse, 205 d. venena ta vbi reperiantur, 204. e. Vermem gignunt, 205. e. earum cum vespertilione dissidiũ, 209 d earum victus, 205. b. v. res, 200. b. vnde dicta 203 c. ijs vrbes similes, 201. e. vsus, 207. b. vsus in cibis, 210. c. in medicina, ibid e. & seq. in iconib. 211. c. vsta reliquas fugant, 206 b. vt coeant, 5. b. vt in orbe nouo generentur, 205. a vt mortuos suos redimant, 201. d. & seq.
Formica Callicratis, 211. c
Formica Camelus prouerbium quid, 210. c. & inde.
Formica equites qua, 203 d
Formica Formica chara quid, 130. d
Formica Herculeana qua, 203. d
Formica vulgaru alata, & non alata icon, 205 b
Formicarum Indicarum historia. 65. d. an vera sit, 204. d
Formica luteas domos facientes vbi, 203 e
Formicarum matorum, & formici formium Insectorum icones, 205. b
Formica monstrosa, 204. b
Formica quid Arabibus medicis, 207 b
Formicans sapor qualis, ibid a
Formicaria herba, 207. d
Formicaria bona qua, 209 a
Formicarium castrum vbi, 207. e
Formicarium Phalangium quale, 239. d
Formicari arutela qua, 240. a
Formicatio morbus qualis, 255. b. c. quid Plinio, 207 b.
Formicula quiu morbus, ibidem.
Formicinus quid, 206. e
Formicoleo quale Insectum Alberto, 207. e
Francisci Massarij error, 153. e. & seq.
Fringillago quid, 256. b.
Fritinnire quid, 123 a
Frugalitatis typus, 42. d. & seq.
in Frugibus quando Vermes nascantur, 273. e
Frugilega cur dicta Formica, 285. b
Frumenta cur non debeant ventillari in granariis, 118. a & seq. ab ijs, vt Scarabai arceantur, 184. c
Frumentarij Scarabai qui, 180. d
Fuci aquiuoca, 82. a. an proprium ijs genus, ib c antipathia, 83. b. c. Apibus aquã portant, ib. b. Apum seminarium esse, 26. c. in eo bouis caput exprimitur, ibi. copia quando, 24 b. cur & quando eijciantur, ibid. c. cur annis prosperis gignantur 82. e. cur imperfecta Apes dicantur ibid. d. cur sine aculeo ibid. cur otiosi, 83. b. cur otiosos esse bonũ sit, 24 b cur sine aculeo, nascantur, 235. e. cur ab Apibus odio habeantur, 83. b. cur regibus & Apibus similes, 82. b. eorum damna, 41. b descriptio, genus differẽtia, 82. a. demptis alis quid faciant, 83. c. dissidia inter Apes excitant & cur, 32. c. epitheta eorum, 84 b. etymon, 82. d. e. f. suos suos fingunt, 83 b fœtus eorum qualis, 21. b. generatio diuersa, 21 c. 82. c. gregalis sunt, 83 b eorũ historia, 82. a & inde. hieroglyphica, 83. c. d icon 81 nu. 3. descriptio, 80 a. inermes sunt. 24. d natura, & mores, 83 b. nõ nascuntur ex equis, 82. c. non sunt mares Apũ, 22. c. nec etiam femina, 24. c. d. non generant, ib. nõ sunt Vespa, 83. b. eos odit Apis & cur, ibid quando in Apũ cellulis pariant, 15. c. quando eos abigant Apes, ibid. a. quando & quid Apes adiuuent, 26. a. ijs qui similes, 44. a. 15. c à quibus Apibus nascuntur plures, 83. a. quid sint & vnde dicti, 21 a. de ijs quid memorabile, 26. c. synonyma, 82. d. vnde nascantur, ibid. c. vt aluos plenas esse indicent, 34. e. vt eos Apes puniant, 17. b. vt ducibus similes. 24. a. vt mel furantur, 17. b. vt occidantur, 31. c.
Fucus pro fraude, 82. d pro herba, ibid. b. pro pigmento, ibid. a pro radicula, ibid. c

Fuci

Index.

Fuci marini tres species 82.c
Fumus vt Apes domet 35.e
aduersus Fungorum venena remed. 63.b. & seq.
Furiosus mitiori responso mitigatur 91.b

G.

Galactite vt differat melitites 54.b
Galba ortus 3.d
Galenus emendatus, 151.a. 159. a. *dilucidatus*, 250.c. *eius ridicula opinio de Culicei*, 50.d. & e
Galeritas cur honorent Lemnij, 161.a. & 168.c
Galeruca quid Gaza, 176. e. *crusta obtectas pennas gerit* 4.d
Galgulus viuit Culicibus 157.a
Gallina quãdo non interficiantur ab aspide 132.d
Gallus marinus quid 294.d
Gãmarus quid 225.e. *eiꝰ more ambulare quid ib.*
Gaphaga 276.c
Garrulitatis typus 127.d
Gaucus potu melle reuixit 60.a
Gaza error, 101.c.d. 104.a. *ibid.* c. 105 d. 153.a 176 e. 184.b. 221.e. 283 a. *in vertendo Arist. laudatus* 268.c
Gecala montis fertilitas 23 b
Gemma cur saxis praferantur 1.b
Generationi quod tempus magis idoneum, 51 d
Gentiles per Locustam Iohannis Bãptistæ notantur 170.c
Gentilitas Apis dicta, 43. b. *Muscæ comparata*, 143.a
Geometrarum icones, 106.n.7.8 9. *descriptiones & natura* 108.e
Geometriam nouerunt Aranea 242.c
Gladius melle litus in quem dicatur 59 e
Gladios pisces vt infestent Asili 285.e. & seq.
Gloria inanis mala, 209. a. b. *eius vanitas per Locustam designatur* 270.c
Gobius piscis Vermibus infestatur 3.c
Gordonij error 218.b
Gracculi cur apud Lemnios honorentur, 161. a. 168.d. *ab austro volãtes quid significent* 125.d
Graci Muscis comparati, 139.a. *ibidem*, b. *Vespis*, 90.d
in Gramine inueniuntur Vermiculi, 273. e. & seq *eius Vermis ad partum continendũ valet*, 274.d
Grammatici Cimices dicti 179.a
Granum regium quid Mesue 222.a
Granarium quale esse debeat 117.e
Graniferum agmen dicta Formica 205 b
Graphiarium quid 73 d
Greges qua diei hora per æstatem pascendæ 123.b
Grylli aquiuoca, 174.e. *candidiores qui*, 175.d. *eos capiendi ratio*, *ibid.* b. *cur cum Locustis confundantur*, 174.d. *diu absq; capite viuere*, 175 b. *excluso aere non viuere*, *ibidem genus*, *differentia*, *forma*, 175.c.d. *icones*, 178. *historia*, 174 d. *hyeme latent*, 3.d. *ex Locustarum genere sunt*, 175.c. *prouerbium*, *ib.* c. *à quib. comedantur*, *ib.* c. *sonus*, 21 d. *vnde dicti*, 175.c. *vsus*, *ib.*
Grylli fluuiatilis historia 283.c
Gryllus pictura genus 175.a
Gryphes cur Apollini sacri 208.d
Gulam multorum malorum causam esse, 145.e. *per Brucum designatur*, 170. b. & jeq. *per Culicem* 155 a
Gulosi cum Cicadis comparati 127.c
Gummi vt albescat 69.d
Gummitio quid 36.d
ad Gurgulionis remedium 250.c
Gurgulio vide Curculio.
Gynecium in Formicarum nidis quid 201.c
Gypsum lacte male miscetur 60.a

H

ad Hemorrhoides remedium 291.c
Hæreticorum consuetudo in docendo, 235.c. *fucis similes*, 44. a. *Cicadis & ranis similes*, 126.d. *Locustis similes*, 170. a. b. *per muscam designantur*, 143. b. & seq. *per Scorpios* 235.a
Haltera quid 78.e
Hastago quid Isidoro 163.d
Hebræi mellis inuentores 26.e
Heliogabali luxus 77.a. 237.c
Heliotropium cur dictum Scorpiurus 234 c
Hemerobium quid 147.a
Herodis Antipatris & Ascalonita mors, 259.b
Herba canina qua 134.c
Herba Locusta dicta 173 a.b
Herbicida quid Palladio 105.e. & 273.a
Hercules conopius cur dictus, 154. d. 169. b. *in Muscam formatus*, 145.d. *eius somnum Cicadæ turbarunt* 132.b
Hermolai Barbari error 151.b.c
Hermonax cur ab Apibus occisus 17.c
ad Herpetem equorum remedium 274.d
Hesychij error 104.a
Hieron. ab Apibus nutritus 38.c
Hieronymus explicatus 70.c
Hierosolyma quatuor vastationes 171.b. & seq.
Hippidium quid Athenæo 131.e
Hippocampa quid ab Hippopotamo differat, 293 d
Hippocentaurus melle seruatus 65.b. & seq.
Hippocratis locus explicatus 264.d. 277 b
Hippopotamo superimposita cucumis anus quid denotet 14.e. & seq.
Hipparchi Musca 135.e
Hippus Oppiano quid 297.e
Hirudine bibacior qui dicatur, 291.c. *eius & Cimicum antipathia*, 213.b. *cur in fluuijs degere non possit*, 289 a. *eius damna & remedia*, 291 c. *ab ea denominata*, *ibid.* b. *electio ad vsum in medicina*, 190.c. *vt eijciatur potu*, 213 a.b. *eius epithet.* 1, 291. a *genus*, *differentia*, *forma*, 288. c. d *vt libentius hæreant*, 299. c. *locus*, 289.a. *natura*, *mores*, *victus*, *generatio*, *ibid. moralia*, *ibid.* a. *motus*, & *ingressus*, *ibid.* d. *potu signa & remedia*, 291. d. & *inde. de ea prouerbia*, *ib. qua aqua delectetur*, 289 a. *à quadrupedibus hausta vt pellenda*, 288. d. *qua pernitiosior*, *ibid.* c. *quando in morbis adhibenda*, 290. a. b. *quem sanguinem exugat*, *ib. synonyma*, 288. e. *vbi adhibeatur & ad quos morbos* 290. b. & 291. a. & seq. *vsus in medicina*, 298 c. *vt applicanda corpori*, 289. c. d. *vt auellatur ibid.* d. 290. a. *vt fugentur*, 289. e. *vt sanguinẽ amet*, *ibid.* b. *vt pracidenda cum corporis partibus adhæret*, 290. b. *vt præparanda cum applicari debet* *ibid.* b. c
Hirudinis aquarum dulciũ & marinarum differentia 288.c
Hirudinis, *varia icon.* 300
Hirudinis marina historia, & *icon* 296
Hirudinaria herba qua 291.b
de Hirudine Cicadam in nidum suum deportante, 129 e. *cur Diana templum non inuolet*, 138 c. *incertus veris nuncius est*, 140.e. *eius indocilitas*, 140.d. *industria*, 11. d. *sine Muscis viuere non potest*, 141.a. *quomodo capi potest*, 133 b. *vt Blattas è nidis arceat* 298.b.c
Holosericum & metaxa idem esse, 115.a. *vsum eius cur negarit vxori sua Aurelianus Imper. ibid.*
Homini ex alieno labore commodum querentis typus, 116. a. *ei arduum esse imperare & obtemperare*, 14.c. *dulcibus tantum gaudens per Apes notatur*, 89.c. d. *febricitans & mortem per Scarabæum notatus*, 182 d. *ferox Scorpio appellatur*, 226. d. *eius ingenium cera simile*, 72.b. *an omnis laboret Lumbricis*, & *qui non* 261.c. *virtute vacuus cum Scorpione comparatus* 235.d
in Homines mutata Formica 211.d
Honorij mors 218.e
Hordearia loca qua Scaligero 103.c
Hordeum canterium quale 181.c.d
Hortos infestant Culices, 155. c. *ijs vt pellendæ Blattæ* 198.b.c
Hostis Locustæ similis, 167. e. *eius impetus cum Locustis comparatur* 170.e & seq.
Hostium mutua cædes per Scorpiones significatur 235.e
Humilitatem cera denotat 72.d
ex Humoribus omnibus non Vermes nasci 262.c
Hybla mons vbi 21.e
Hydroleos qualis Aranea 239.e
Hydromeli quid Plinio, & *Dioscoridi*, 63. b. *vt fiat* 64.b
ad Hydrocelen puerorum remedium, 280. a. & seq.
ad Hydropem remedium, 174.c. 185.a & 291.b. & seq.
Hyemis siue tempestatis signum 125.d
eam vt præsagiant Vespæ 91.b
Hylusicus Thasius Apum naturam perscrutatus 11.b.c
Hymettius Attica mons cur Apibus abundet, 22 d
Hippocrita Culicibus comparati, 156. b. *Fucis*, 44.a. *Aranearum telis*, 248. b. *melli & felli*, 58.d. *Scorpionibus* 235.d
Hypodromus Phalangij genus 239 a
Hysterica fœmina vt à laborantibus Lumbricis distinguantur 266.d.e

I.

Ibis auis Locustas serpentesque depascitur, 168.d
Ichneumones Vespæ quæ, 85.c. *earum ortus*, 87.a. *cum Phalangijs antipathia*, 90. b. c. 241.e. & 247.c
ad Icterum remedia 189.b. 277.d. 221.a
Idea Platonis 221.d. & e
Idolatria spurcities per Muscam designatur, 143.c
Iecoris & cordis necessitas 4.e
Iecur & lien melle intumescunt 65.a
in Igne non nascuntur Conopes 153.a
Ignis nullum creat animal, 262. c. *Vermes in eo generari* 279.d
Ignei Vermiculi quid portenderint 256.b
Ignis S. Antonij quid 207.c
Igni sacro qua conferant 175.c. 277 e & seq.
Ignuria 103.a
de Imaginibus cereis multa, 75.a. b. & *inde. eas quis primus inuenerit*, 67.b. *vbi collocarentur* 75.e & 76.a
Imagines cur aereæ & lapideæ factæ, *ib.* b *cur fiant ex cera*, 76. c. d. *cur in funeribus ducerentur*, 75.c. *colorentur*, *ib.* e. *subditæ quæ* *ib.* a
Imagines ex quo magistratu *ibid.* b
Imagines quorum frangerentur 67.b
Imaginum alius vsus *ibid.* d
Imbres vt præsagiant Vespæ 91.b
Impar numerus non diuiditur 77.e
Improbus cui similis 248.b
Impudentia, & *importunitatis hieroglyphicum* 144.b
Incendium cera immissa extinctum 80.d
Incerare deorum genera quid 60.d
Inconstantia hominum discordantium denotatur per Locustas in Ægyptia plaga 165 c.d
Increpare quid 132.b
Indocilitatis hieroglyphicum 03.d
Indi ceram idolo efferunt, 71. d. e. *cur à candelis noctu abstineant*, & *alijs luminibus*, 158 b. *vt se à Culicibus defendant* 157.a
Inimicus quamuis humilis metuendus 183.a b
Insectorum in aculeis differentia, 4.d. *aculeorum vsus*, *ib.* d. *aculeata quo tempore magis noceãt* 95.b. *eorum alarum diuersitas*, 4.b. *alatorum diuersitas*, *ib.* a. *an respirent*, 6.c. *animalia esse perfecta*, 2.a *apoda quæ*, 4 a. *aquatilium differentia*, 3 a.b. *aquatilia cur minus diu in aere viuant*, 9. d. e. *bipennia cur aculeum in ore habent*, 4.b. *cuncta breui à coitu pereunt*, 6.b. *eorum calor*, 8.d. *caro*, 4.a. *carent palpebris*, 4 b. *coitus diuersitas*, 5.b. *Coleoptera seu vaginipennia quæ*, 4.a. *eorum creatio tanti facienda quanti magnorum animalium* 1.b. *cur genita à Deo*, 2.b. *cur oleo pereant*, 8.c. & *aceto reuiuiscant*, 7.b. *cur spirandi vsu negatus ijs*, *ib* a *cutis eorum qualis*, 4.b *cur alijs exanguibus præferat autor*, 1.a. *cur multis pedibus prædita* 5.e. *cur encelada dicta*, 8.b. *cur plantis similia* *ib.* e. *cur auersa aluo coeant*, 6.b.c. *cur pulmone careant*, 7.d. *cur parũ comedant* 5.b. *cur pauco indigeant cibo*, 6.d. *cur non respirent*, *ib.* e. *cur voce careant*, 8.a. *cur aeris beneficio viuant*, *ib.* d. *cur alia binas*, *alia quaternas alas habẽt*, 4.d.e *eorum damna*, 9.a. *dentes*, 4.c. *differentia à loco*, 3 d. *differentia à partibus corporis*, *ibid. differentia à qualitate*, & *quantitate*, *ib. differentia à victu*, 5.a. *diuisio secundum autorem*, 3.a. *etymon*, 2.d. *eorum fœmina maribus maiores*, 5.c *fœmina in marem membrum genitale immittit*, *ib.* *in fossilibus raro generantur*, 3.c. *frigida esse*, 6. d. *generatio vt absoluatur*, *ib.* d. *genus*, *differentia*, *forma*, 2.e. *gustus*, 7.d. *hominum peccantium causa immissæ sunt* 9 a. *incessus varietas*, 6.a.b. *intestinum quale & vbi*, 4.d. *laus*, 1.a & seq. *lingua*, 4.c. *linguæ vsus*, 5.a. *membrum genitale*, 6.b. *membranæ sicca volant*, 20. d. *eorum mirabilis sexus*, 5.c. *multipeda quæ*, 4. a. *mutilata viuere possunt*, 6.c. *sine neruis & visceribus perfecta esse*, 2.b. *nõ possunt dici cartilaginea*, 4.b.c. *oculi quales* *ib.* *oculi vt moueantur*, *ib.* *odoratus qualis*, 6. e 7.d. *odorandi sensorium diuersum ab alijs*, 7. b. *oleo mortuo vt reuiuiscant*, 8.c. *omnia excepto Scorpione cauda carent*, 5 b.c. *oua quã cito perficiantur* 195.c. *eorum ouum vt definiendũ* 5.e. *præmictum quid*, 124. b. *ea à principio mundi extitisse*, 6. e. *eorum pulchritudo*, 2 b. *ex putri nascentium varietas*, 6.c.d. *quæ partes omnibus necessariæ*, & *communes*, 3.e. *quæ dentes habeant*, 4. c. *quæ ex rebus artificiatu*,

Index.

ras,3.c. quæ aculeo careant, 4. e. quæ binas & quatuor alas habent, ib. quæ senectam exuunt 5 c. quæ serpentia dici possint,6.b.quæ sex pedes habeant,5.c.quæ in animalib generentur,3.a. b.quæ aculeum habeant, & eius diuersitas,4. d.quæ nobiliora,10.a.quæ lateant,3.d.à quib. aperte occidãtur,9.a quæ viuaciora, 8.c.quæ quatuor alas habeant, 4. d. quæ omniuora & quæ non,5 a.quid sint,2.d.quid vice sanguinis habeant,7. c.eorũ semen,6.d.sensus, 7.d.eorũ sonus dupl fit secundum Albert.139. e. 219.c. spirare non posse sine viscerib.7.a.subtilitas & præstantia,7.d.sulphuris odore intereunt,ibid. synonyma,2.d tactus, 7. d.temperies,6.d.terrestria quæ,3.b.totipennia quæ,4.e.Vaginipennia vt volent,23.b.venter qualis, 4. e. visceribus carent,ib.vita tenacitas, 8 b.c.fragilitas,ib.c. vnde dicta, 7.a.b. vniuersaliter non omnia frigida esse,6.e. vocem non edere sed sonum,7.e.vt animalia imperfecta dicantur,2. a.vt fugentur,9.a.per tot. vt moriantur,6.a. vtilissima quæ,10 b. vulua eorũ qualis, 5.b.c

Interaneorum animalia quæ Plinio 257.b

Interlunij indices Scarabæi 186

Intestinorum aquaticorum descriptiones & icon. 228

Intestina terræ,276.c. vide Lumbrici terrestres.

Inuidi Cantharidibus comparantur,187. c. Scarabæo,181.c.tineæ 278.c

Inuoluulus Festi 273.a

Iniuoluulus quid Plauto 3.c.d

Io Oestro agitata 149.c

Ionatha ex solo melle restauratur, 61. d gustato melle vix absoluitur 40.b

Ipoctonus 191.d

Ips Vermis vestiarius ib.c. & seq.

de Ipe adagium,191.e.historia, ib c.non est serpẽs ibid.quando generatur 192.b

Ira paulatim apud animum collecta Vespæ comparatur,91.d.per rubiginem innuitur 170.d

Iridis cœlestis epitheta 51.e

Iris quid Ægyptijs 19.c

Isidori error 123.a

Ipsis per Scarabæis notata 182.a

Itrium placenta quæ 61 d

Iudæos Locusta significat, 170 e. non vtuntur cera & cur 71.d e

Iuglandes melle toto anno seruantur incorruptæ, 66.a

Iulis piscis 251 b

Iuli aquiuoca & synonyma, 250. d. præcisus cur viuat,8.b.cur plurimes habeat pedes, 251 d.e. eius forma,ibid c.icon.228.nu.7. Scolopendra quid differat,251.b.vsus 277.c

Iumentis ne neceant Culices, 158. a.eorum Vermium generatio 271.b

Iuppiter ab Apibus altus, 47. e. & seq. ἄκρι & cur dictus,159.b.eius facies quando mutaretur,74 e.& seq.eius præsepe 150.b. Apomuyus 141.d.e

in Iouis Catebatis tutela Scarabæi 181.e

Iuppiter Melissæus cur dictus 26.e

Iustus Apis dictus, 42. e. & seq. eius os distillat sapientiam 57.c

Iuuenalis emendatus 75.e

Iuuencis Crabrones infesti sunt 94.d

Ix quid 191.d.e

Ixia quid 64 c

Iynx quæ auis 206.d

L.

Labiorum rimas sanat oleum cera 79.b c

ad Laborem adhortamur exemplo Formicæ & Cicadæ, 208. c. eius magni exemplum est Formica,199.a.pater fruitionis dicitur, 45.d. quantum faciat ad virtutem parandam exẽplo Formicarum 200.d e

ad Lac generandum in mammis mulierum remedium 277.a.b

Lac in nutricibus coagulari non patitur Cera 78. e & seq.eo pluere quid,60. b. eius vsus quatenus vtilis, 193 d. rationabile & desiderabile est 57.a

Laccam congerentes Muscæ,135.a.vbi conficiant Formicæ 204. e.& seq.

Lacertæ absolutæ in corporibus humanis natæ, 259.c.rescissæ viuunt, 8.d.earum catulis Araneæ insidiantur,247.b.ne Apibus noceant, 28. a vt occidantur ibid.

Lacerta Chalcidica. 6.b

Lacheias Cicada quæ 121.c

Lactuca Vermiculos innascit 217.b

Laertæ quæ Formicæ 207.e

Laba quid Alberto 279 e

Lampetra Lumbrici fluuiatiles dicti, 186. d. Hirudines marinæ dictæ apud Strabonem, 292 e

Lampas dicitur quoq; Cicindela 194.c

ex Lampsana plurimum cera colligunt Apes, 66. b eius descriptio ibid.d

Lampyris, 177. a. vide Cicindela ab ea denominata,195.e eius humor lucidus qualis,194.d.e nobilitas, 10. a. eius lucens humor venenosus est 194.d.e

Lampyris alata, & non alata, earumq; icon.186

Laodemia cereã imaginem mariti habuit 76.d.e

ad Lapidem vesicæ efficax remediũ, 213.c.237.a

Lapyrpitiferus ager Cyrenis 237.a

Larix vbi Teredini obnoxia 275.a

Laudis humanæ fauus, mel 58.a

Lectus dictus Catullo Cimex, & cur 112.c

Legumina venerem cient 102 d

Lendes qui,3.a.eorum historia,225. b. c. ex ijs pediculos fieri,217.d.vnde generentur, 216.b.vt generentur 212 e

Leno Tipula comparatus 281.b

Lentisco inserta non esse Vermib.obnoxia 274 b

Leonis generationi cur Apum similis, 24.c. eum adlatrans Catulus quid, 92. d. infestatur à Culicibus,155.d.Muscis comparatur 141 a.nõ est molestus Papilionib. 102.c. Scorpionis ictu moritur,230.d comatus qui dicatur 14.c. Formica dictus 207.a

Leoformicarius & eius historia, ibid e.& seq.

Leontica sacra 94.b.& seq.

ad Lepras remedium 174 c.210.e & seq.295.c

Lepus in nummismate Messanensium & cur, 49 a

ad Lethargum remedium 213.b.c

Leucacantha Vermes generat 275.e

in Leucisco pisce quales Lumbrici 3.c

in Leuciscí secunda specie Rõdeletij Vermes nasci 271.b

Leges optimæ quæ 14.b

Lex quibus Locustis similis 170.a

in Libris & charta quæ Insecta nascantur,3.c.vt à Blattis custodiantur 198.b

Libido & nequitia per Scorpium notata 236.a

Liba Priapo oblata 55.d

ad Lichenem remedium 189.b

Lien & tecur melle intumescunt 65 a

Ligno arido fiunt Carabi 181.a

ex Lignis putrefactis Scorpiones 275.b.c

Ligniperda historia,118 e.& seq.genera & icon. vnde dicatur 119

Ligniperda aquatica historia 283 d Papilionis eius icon, 282. item alterius sine festucis icon, ibid.

Ligurire quid 139.d

Lilium floris genus,127.b. eius succus mel dictus, 49. e.& seq.

Limax & cochlea quid differant, 279.e an edatur & vbi,280.c.diuersa eius icon. ibid genus differentia,forma, 280 a historia, 279. e.& inde.ex eo cosmeticum remedium 280.c.rufsa quæ,ib a cum testudine confunditur.279.d eius Synonyma,ibid.vsus, 280. b. & inde vbi viuat ibid.a

Limacius lapis qualis, ibid. b. eius vsus, ibid. c. & seq.

Lini inuentio Arachne tributa 250.b. eo obligabant literas suas veteres 73 a

Lineis vestibus cur Ægyptij sacerdotes vterentur 219.c

ad Lippitudinem remedium 146.a

Liquores tres optimi & magis vtiles homini qui, 18.a

Litta quæ 3.b

Literarum studiosis parce epulandum 126.e

Liuorum simplicitas 68.c.

Locrenses cur in numismatis Cicadas habuerint, 128.a

Locusta aquiuoca 159.b

Locusta Ægyptia vbi nata,165.c.d. per eas plaga octaua Ægyptijs fuit 166.d

Locusta an oculos habet,163.c.antipathia & pugna,169.d.& inde.de ea apophthegmata,172 b.de bene canente carmen, ibid.c bouem prius pariet quid,173.ea & Bruchus non simul existunt, 167. a. eius & Cicadæ commune sepulchrum,172.e.& seq. de ea & Cicada fabula, 137.b coitus,partus,educatio,165.d.de ea cur inter Coleoptera primum agat autor,159.a.eis comparati Troiani,168.a.cur duros habeat oculos166.a.eam pro mundo animali habet sacra scriptura, 173.d. & seq.cur oua gignat, 205.a.cur [illegible]ens vocatur, 168. a. cur mastax dicatur,166.a.cur locis montanis non fiat 164 c.cur posteriora crura longiora habeat, 163. b. cur exercitum significet,168.e. cur diuinatrix dicta,172.a.cur in cibo cõcedatur,171.e.denominata, 169.a.& inde.emblemata,172. b.epigrammata,ibid.c.epitaphia,ib.c. exercitus descriptio, 165.c. forma, descriptio, 163.a.& inde.genus differentia,ib.d.e.Hebræis concessa in cibum,173.e.Hieroglyphica,171.e & inde. historica,169.c.eam ex humido generari,165. d.icon.162.Ioh.Baptista animal fuit, 173 d.e. quid moraliter hoc signet,170.e.locus,164.b.c. ea Locustam vt fugat,168.b mare transuolat 165.a.& seq.eius mentem habere quid, 173 a. eius militaris exercitus,166.d moralia.169.d & inde.mortua reuiuiscunt,167 e numisma, 173.b.& inde,oculi cur duri,166.a.omnes fœminæ,165 d.eas orationibus fugari,169.a oua qualia,165 b.pedes,5.c.pedum hieroglyphicũ, 171.e.& seq.pedalia,166.c. pollicis magnitudine,167.b.& seq per eam populus gentilis designatur, 170 d & seq. eius posteriores pedes prioribus sunt longiores,5.c.d.præsagia,& prodigia,168.b & inde.prouerbia, 173.a.eas quæ aues depascant,ibid ex qua putredine generẽtur,165.d.quando maximum stridorem edant 166.c.quando maiora damna inferant, 166.c. quibus sese medeantur,166. b quib. in cibum cedant,173.d.e.rege carent, 165. b senectam exuit, 163. c. d se mutuo deuorant,169.a.ex siccitate generantur,166.a ijs similes sunt hostes,167 e.ijs similis est Oestrus, 148. d.earum sonus visus,166 c.sonus non insuauis est, 166. e non semper signa belli,168. c. tres pedes longa vbi,163 b. vbi dentes habeant,166.d.vbi eas occidere cogantur 164. d. vbi scorpioni infestæ sunt 230.a.earũ Vermiculi quales 170.e vẽter 4.e.vescentes ijs populi cur breuiores vitæ,174 e.& ib.a.earum victus & damna, 166.a.vnde nascantur,6.d.in volatu earum quid diuinum est,165.b.inter volatilia & reptilia ambigunt,ibid.a. vsus in cibis, 173.e & inde.in medicina,174 b.c.eas vt capiant Acridophagi,174.a.ibid.b.vt coeat,5.b.vt fugentur,168 a.vt moriantur 165.e.166.a.vt sonent,8.a.vt volatum exerceant 165.a

Locustula 160 d e

Locusta piscis qualis,159.a. instrumentum quale ibid

Locusta Scorpiomachus 235.b

Locusta venefica 159.a

Locutio quid 7.e

Lodouici Imperatoris dictum de Pediculo,214.a. 221.c.d

Lotus melligenus herba 54.a

Lucani Nigidij descriptio, 177. a.179. a. icones, 178

Lucanus vnicornis 4.b

Lucani Papilioni similis descriptio,179.b. icones, 178.n.5

Lucanus poeta ab Apibus altus 58.c

Lucina Olympia 55.c

Lucula vnde dicta 149.b

Lumbrici alij veri, alij veris similes 261.a eorum causa efficiens, 261.d.e quid, 256 a 276.c

Lumbrici hominis toto genere præter naturam, 268.a.eorum causa finalis, 262. a. formalis, ibid.b.materialis,ibid. b. eorum differentia in ventre & intestinis nascentium, 257. e. tres species esse qui dixerint. ib. b. eorum insomnia quid sibi velint,261.d ex quo humore generẽtur,262.c.d. ib. omnes ætates infestant 267.c

Lumbrici qui Iuli dicantur 251 a

Lumbrici repunt,6 c.ortus & genera,6. d.pedib. carent, 4.a qualis in Leucisco, 3. c. in quibus generentur ibid.a

Lumbricorum signa communia in homine nascentium,259.d.& seq.ex stercore qui generari dicant 262 b in ventre nascentium synonyma, 258.d. e. mortuos aut viuos excernere an bonum,267.e.vt fugentur 268.a.b

Lumbricus latus cur ab Hippocrate omissus 257. a.generatio 264.a num pariat ib.b.ex pituita nasci,263.a.prognostica,267.b.synonyma 257. b vide Tænia.

Lumbrici rotundi, & teretes qui,258. d. origo & an pariant, 261.e.icon.260.n.3.4.prognostica sumpta à quantitate, & qualitate, 267. b.à tempore excernendi,ib. c. à modo excernendi, ibid.d.signa 266.a

Lumbrici terræ antennis carent, 4. b. coeunt & quomodo

quomodo,276. c. d. cur plurimos alat Anglia, 276.a. historia, ibid. prasagia,277. b. apologus ibid b. proprie dicuntur Vermes Alberto, 253. a. eorum synonyma, 254.a. genus, differentia, descriptio, ibid. locus, victus, generatio, ibid. d. moralia 276 d.e. & seq. quando è terra exeãt 3.e. ijs vescuntur pisces, 277. e. & seq. vsus in medicina, ib. c. & inde in cibis, & alijs, ibid. d
Lumbriculus 269.d. & seq.
Lumen diligunt Culices, 152. e. procreationis signum est, 150 b. eius natura in Lãpyride 195. b
Luna qui Scarabaus dedicatus fuerit 182.c
Lunati calcei apud Romanos quid significent, 129 b.c
Lupinus non parit animal 237.b
cum Lupo antipathia Musca, 141. a. eius cadauera sequi quid, 60.d ab eo carnes & pelles lacerata cur Pediculos gignant, 217 c. d. cur lapidis pertimescat, 270. c. ad Vesparum ortum confert, 86 e. eum vt Muscas fugiant 141 a
Lupus Araneus qualis 238.d. 239.a. ib.e
Lupus salictarius 118.c
Luscinarum musica, 11.c. Pediculis infestantur, 215.b. sibi Formicarum ouis medentur, 210.b. tardilingua dicta 126.c
Lutra absoluta in corporib. hominum nata 259.c
Luxuria per Erucam notatur, 170.b. per Muscam ibid.c
Lybici vt contra Scorpios defendant sese 230.e
Lychnis sylvestris vt Scorpionibus contraria, 231.d
Lysistratus Sicyonius quid inuenerit 76.b
Lyssa vermis sub lanum lingua, 271.e. eius vis & vsus in medic. 272.b

M.

MAdixa quid Hispanis 111.a
de Mago & Muscaridiculum 138.c
Mala ne fiant hirsuta 210.b
Maledicentia symbolum 91.b
Maledici Cantharidibus comparati, 187.d. Scarabaus 181.c
Malefici vt per Vespas notati 52 b. 66.e
Maltha quid Latinis, 66 e quid Polluci 74.b
Mala mustea 54.e
Mala infestantur Vermibus, 273.c. eorum vsus 274.c.d
Malua satiua & sylvestru quando floreat, 101.c
Cimices generat 3.e
ad Mammarum suppurationes remedium, 277.a
ad puerperarum, 198.c. & seq. earum Vermes vt sanentur 269.e
Manna quid Suida, 53.d. in quibus arborib. colligatur 50.b
Manna sicca ibid.
Mantis te vidit, prouerbium 173.a
Mantis agrestis quid significent ibid.
Manubalista instrumentum bellicum, 227.e & seq.
Marcellus iurisconsultus emendatus 116.b
Marcellis Virgilij error, 54.d. 258.b. 294.b
Mare mortuum cur sic dictum 167.d
Maria virgo per candelam ceream significata, 71 d
ad Mariscas remedium 280.c
Marij summus honor. 71.c
Martis matris festa, vt celebrentur apud Romanos 71.d
Martius mensis qualem Vermem gignat in Germania 287.d.e
in Mascula Veneris sectatores 181.a
Mathioli error 103.c. 214.c
Maza quid 183.d
contra Meconium haustum remedium, 63. a. & seq.
Medici vt recte vtantur Cantharidibus 188.b
Medicina primus inuentor 19.c
Medo Germanorum, 64.d. potus ex melle, 62.d.e eum qui plurimum bibant 64.c
Megarenses muscis infestati 145.a
Mel acre cur laudetur, 53. a. eius acrimonia vt auferatur, 62.a. eius aquiuoca, 49.e. amarum vbi, 52 a. an Vespa conficiant 89.b. eius in antidotis quantitas, 65 e. Apum cibus, 34. c. Apum labor vocatur, 10.a. in arundinum, foliis vbi, 11.c. Atticum cur laudandum 51.e. Atticum non gustant Scarabei 184.c. in aurum vt conuersum 55.b.c. Bacca sacrificatum, 55.b. bonitatis signa vnde petenda, 53.b in cellis Crabonis existit, 94. a. b. eius & cera substantia diuersa, 67.d. Acetosum quale, 53. d. citius faciet Scarabaus quid, 183 b. coctum aluum adstringit, & cur, 63.d.e. coctum cur amarescat, 59.b. color, 50.e. copia eius quando, 24.b. in eo corpora sepulta, 56.a. cur sit vtile, 61. e. id cur Deus sacrificari noluerit, 56.c.d. cur antidotis admisceatur 65.e & seq.
Mel cur aqua misceatur, 67.d. cur cœleste donum dictum, 60.c. cur cera pratulerit autor, 66. e. cur bonum & calidum in locis frigidis, 52.d. cur bonam colorem efficiat, 61. e. cur dictum Hymettium, 22.d. cur inflationes pariat, 65 a cur natura venenatum fecit, 53.a. cur natura meatus dicatur permeare 63 e. cur non diu coquendũ, 62.b. eo cur primo anni die vescerẽtur veteres, 56.b.c. cur in Ponto venenosum, 52.a. cur in sacrificis offerri prohibitum, 40. d. cur vlceribus acre, 59.a. cur vini fœces eleuet, ib. e. ab eo denominata, 54. c. diligentiam notat, 39.a. dijs & hominib. gratum cur dictum, 61. a.b. dulcissimum vbi, 51.e. inter dulcia caldissimum, 63 e. id edens nunquam ægrotat, 61 d. eius electio, 53.d & inde. de eo epigramma, 59. c. id extremis digitis gustare quid, 60 b. factitium, 53.d. ex floribus ab hominib. collectum, ibid e. floridum quid, 50.e. eo fluere quid, 60.b. flumine petere quid, 60. d. in frigidis morbis maxime idoneum, 63.c. genus, differentia, 50. c.d, historica, 65.c. homines longaeuos facit, 18.c insanitosum vbi, 40.b. eius inuentores qui, 22. b.c. 26.e. lacte mixtum in potu datum, 60. d. id è longinquo sentiunt Mulionis Culices, 151. d. eius mali nota 54.a. medulla de quo dicatur 59.d moralia 56.d. & inde. multorum est symbolum, 55. a. à Muscis intactum quale, 138.c. natiui differentia, 50.c. & inde. niueum & durum vbi, 52.d. nocumenta, 63.a 65.d. odor cur nutrire possit, 61. d. de eo & ouo Democriti dictum, 18 c.d. in ore Leonis mortui quid significet, 40.a. eius ortus in foliis plantarum, 50. e. ex eo oleum & eius facultas, 48 a. pane iniecto corrumpitur, 54. b. c. de petra sugere quid, 60.b. plantarum naturam refert ex quib. colligitur, 51. c. prastantius in locis calidioribus, 52.b. ex eo problemata, 59.a prouerbia, ibid.d e. qua die melius eximatur, 35 d. conseruare id quæ nequeãt, 66.c. quale ex buxo 52.c. quale bonum, & quale non, 20.d. quale commedit D. Ioh Baptista 53.c. eius quando maior copia 50.c quando in conuiuijs administretur, 61.a. quando id ederent Ægyptij, 35.c.d. quando cõficiendum & quomodo, 35. d. quando nihil eius detrahendum, 34 c. quantum nutriat, 61. b. quãtum eius in castratione exprimendum, 35. a.b. eo qui Dei placati, 55. c. d. & e. eõ qui vixerint, 61.c quibus prosit, 63. e. in quib. bilem generet, 65. e. quibus mortis symbolum, 56.a. ex quibus herbis prastantius, & ex quibus illaudatum, 33.b. quid Pindaro, 39. d quid sit, 50.a. quo tempore copiosius colligatur, 51 b.c.d quod in imo est curoptimum, 59.c. & inde. ib. c. pro re iucunda & delectabili, 60.c. recens an melius vetere, 59. e. roscidam esse materiam, 50.a sacietatem habet, quid, 39.d. in Sardinia pessimum, 52.d. ex eo seipsum obuoluere quid, 60.a. Siculum cur laudatum, 29.a simul eum Fucis in eadem cella esse potest, 82 e. solum per se nutrire, 61.c. ab eo similitudines, 58.c. summu digitis delibare quid 59.d synonyma, 49. b.c. eius temperies, 63. e. tempore an arescat, 54.b. Thymum plane olens reijcitur, 53. e. vbi laudatissimum, 51. c. & inde. venenosum, 52. a. venenati signa, 53. a. b. remedia, ibidem, venenatum ex plantis, ibidem, eius quot vindemiæ, 34.e. vnde dicatur, 49. c. vnde constet, 11.d. eius vsus, 18.b. vsus in cibis, 60 c. ad conseruãda cadauera, 65. b. vsus ad dulcorandum, 55.e. vsus in medicina, 63.a. in potu, 62.b.c. in sacris, 55. a. & inde. vt adulteretur, 54.c. vt aluum moueat, & vrinam, 63.e. vt ament id Musca, 139. c. ex eo vt aqua distilletur, & eius facultas, 64.e & 65.a vt Deo offerri possit, 56.b. vt despumetur, 62. b. vt optime coquatur, ibid. ex eo vt vina fiant apud Taulantinos, 63 c. ac apnon quid, 50.d. amarum 50.d
Mel acaton laudabile, 52. a. quid, ibid. acraton quid, ib. anthinum, 35.b. ericeum, 51. b. quale, & vnde dilutum, 52.d.e. galbanatum, ibid.c helconum, 38. e. mœnomenon quid, 92. b. c. symbolum, 20.c. sylvestre quid, 53. c. & inde. quid denotet, 58. b. thymosinum quale, 53.a. frugum quid 49.a
Melculum 60.d
Meliceria cur sanies dicta 54.b
Meliceridarum precium 61.b
Meliceris vox aquiuoca, 54.c. herba sic dicta, ib. morbis qui, ibid.
Melicratum cum Oenomeli confundit Pollux, 62 c. eius vsus ex Dioscoride 63.a. & seq.
Melilotus herba qua 54.d
Melimelum quid ibid.d
Melinus color qui ibid.d
Melis animal quale 62 e
Melissa herba, 38.a. puella qua 19.d
Mellis inuentrix, 26.d. ciuitas qua 19.b
Melissonius locus vnde dictus ibid. & c
Melyssophyllum vnde dictum 38.a.b
Melites lapis 54.d
Mellaria vrbs 55.a
Mellarium quid, 28.a. vide Apiarium.
Mellarius qui vocetur, 27.a. optimi officium, ib. & inde.
Mellationis terminus 35.d
Melleus color 54.d
Mellifera Musca 134.c
Melinum vestimentum 54.c.d
Mellita qua dicantur 61.d
Mellita aqua vu 64.a. & seq.
Mellitum laqueum quid vocitaret Diogenes 39 d
Mellona Dea 54.e
Melomeli quid 63.b
Melampyrum herba qua 142.a
Melancephali Cantharidis descriptio, e.n.7.
ex Melancholia non fieri Vermes 262 d e
Melolonthes Arist. descriptio, 177 icon, 178.nu.6. coleopteron est, 175.d. vt ea laudãt pueri, 184 b
Membrax quid 121.c. & seq.
Memoria locus, 140.e. ea qua animantia valeãt, 23 e
Menius vt Apes coluerit 11.b
Menna ab Apibus nutritus 46 d
Mensa apiata 38.d
ad Menses ciendos 189.e. 192.b
Mercatores vt Apibus denotentur 44.d
Mercurio qui Scarabaus dedicatus fuerit 182.c
Mercurij præcipitati vis 188.d
Meretricis hieroglyphicum 40 b
Merops vt capiatur 133.b
Merula alba vbi 203.b
Mespila infestantur Vermibus, 273.c. qualibus, & quando 273.b.c
de Messis prædictione epigramma 172.c
Metalla cur liquefacta, & coacta sint opaca, 69. c. eorum fodinæ Muscas interimunt 138 a
Metapontinorum agri fertilitas, 49 c.d quib. designetur, 173.c. eorũ numismata cum Locusta ib.
Metaxa qua 111.a 115.e
Metaxarij qui ibid.
Meteora qua 2.a
Metys quid 36 d
Militum agmen per Culices signatum apud Ægyptios, 155.b. qui Fucis comparati 156.b
Mica quid 203 c.d
Mida in faba 3.a
Midæ fabula, 208.a. Formicæ 38.d
Militia auara vt notetur 45.d
Militiæ typus Apes 16.b
Milium quando serendum, 196. a. eius semina Vermiculos sentiunt 273 b
Millepeda, vnde dicta 561.c. 250.b 251.c 4.a
Miltum minium significare, 74. d. de eo opinio Manardi 268.d
Minerua ἀκρία cur dicta 159.b
à Minimis timendum 183.a
Mixium Sinopicum 74.e
Miniata cerula ibid.d
Minotaurus in numis 48.a.b
Moabitæ Muscas adorabant 144 a
Modestia & temperantiæ typus 171.e
Molle voce caret, 8 a. caro, 4. a. caret ossibus & spina ibid.a
Molothurus herba qua 291.b
Monachi & Monachæ Apibus similes, 42. d. eorum vita communis ibid.
Monemerum 147.a
Monstra non fieri ex Vespis & Apib. & cur, 87.a
Montani errores 271.b.c
Morbi Pediculorum causa 218.a b
ad Morbos varios mulierum 189.e
Morbum Regis quem vocent Angli 284 a.b
ad Morbum regium 250.c
Mordellæ Gazæ 120.b
Mortis symbolum
Mortuos deserunt Pediculi & cur, 217.c. melle placantur,

Index.

placantur,18.e.mella ijs infusa,56.a.in melle sepulti 65.b
Mortui post rem bene gestam typus 104.c
Mortui à Pediculis qui 211..c
Mori arboris electio ad Bombices alendas, 113 a. quando colligenda eius folia,ib.b.vbi seruanda,ibid.c.per pluuiam collecta quando & qua copia offerenda,ibid.peculiare Bombycum pabulum est,112.b.vt cito germinet 112.e
Morum acerbitas per Scorpios notatur, 230.e. ciuilium imperfectorum significatio 91.a
Moscardinus Scarabaus 177.b.c
Moscouia vt Apibus abundet 21.c
Motus syderum per Scarabaum notatus 182.d
Mula in numismate 48.a
Mulier ex Apicula nata cur laudanda,16.a fallax qua in sacris dicatur 57.a.cerea qua dicatur 92.d.e
Muliones Culices,150.d.mel sentiunt è longinquo 152.d
Muliones Dalechampij 151.b
Mullus cur post tertium partum sit sterilis 270.e
Mulsa aqua austera Arabum, & eius vis, 64. a.b
Mulsum cur magni fecerunt, Romani, 62.e.& seq.id cum Oenomeli idem esse,ibid.a.eius inuentio, ibid.e.potus ex melle, 62.c.ex quibus antiquitus fiebat, & quod optimum, ib.quid ab eo distet meletites vinum, ibid.b.eius vis ad longeuitatem,61.c.d.vnde dicatur, 62.a. vt fiat ibid.lethale,quid 59.e
Mulsam offerre quid 60.d
Multipeda qua,4.a.250.d.eius historia ibid.quid Plinio 285.c
Mundi hieroglyphicum 182.c
Mulierum ingenium 95.a
Mures in Ægypto è terra nascuntur, 182.e.ne frumentum edant 117.e
Muris strepitum metuere quid, 225.a.eum vt infestent Pulices.
Mus Araneus quis 246.e
Mures napelli facultas 146.a
Mus Pornopios 169.b.c
Muscarum abactores qui dicerentur, 144.e.eas in absynthio nasci,273.a.aculeos habet in ore 5.a.aculei vsus,ib.Ægyptiaca qua,43.b.143.e. earum aquiuoca 134.c.atas 141.d alas habent apertas, & binas,3.e.sub earum alis currus minimus,146.b.an in exordio mundi creata, 142.d.an vtiliter creata,ibid.b.earum anima soli prafertur,134.a.animalia impudentia, 140.b.de ijs apologus,145.e.in Apulia aliquã mori quid significet 138.d.de ijs apophthegmata,145.b.qua necata,vt reuiuiscant,34.c.a. qua moriuntur & cinere reuiuiscunt,7.a.b.in earum aurora quid,107.a.ex cadauerib.maxime nascuntur,140.a.eas captare, apud medicos quid significet,142.a.earum cognomina ta,141.b.coitus,6 b.eis comparati leones,220. d.in eam conuersa mulieris fabula,145.d.eius & Culicis discrimen,151.a.cur anteriores pedes habeat longiores,5.c.cur solo volatu perstrepet,128.d.ea cur apud Pyramides Ægypti multa,138.d eas cur fecit Deus,142.d.cur obliuiosa,140.d.cur eis assimilatus Aiax,ibid.c. ab eis denominata,141.c.d.dentes habent,4.c à Deo creata sunt,1.c.pro dijs venerata,143.d eam pellere quid, 144.e.earum diuersarum icones,136.dona,39.b.de ea,emblema,144.c. epigramma,ibid.d fabula,145.d.earum forma,& descriptio,135.c.generatio, coitus partus,139.c.genus, differentia,135.c.eius cum Gracis comparatio,139.a.ib.b grandiores Vespa nen capiunt, 89.d.ex earum haustu dysenteria,145.b earum Hieroglyphica,144.a.b.historica sacrificia,143.d.historica,145.c.homini contubernales,139.d.ea hyperbolum trahit, 140.b.earum icones in scuto, 146.b.ea apud Indos venatur Araneas,240 b.eius indocilitas,140.d.inducias cum hominibus facit,143 d.eis infestus halitus metallorum,138 a.infestissima vbi 135.c.earum ingeniũ,mores,sensus 140.a.Insula vbi,142.b.lucem amant, 46.c. earum laudes,140 e.locus,victus,138.e.de ea & mago ridiculum,ibid.c magis cost tempore pluuioso,139.c.ea mel sequuntur quid, 60.d. mellifera, 62.b.mire audaces, 140.b.earum molestia,morsus,& aduersus hac remedia,ib. d.e.moralia, 142.e.ne carni insideant, 141.e. non respirant,6.e.non recta volant & cur,139 b non ingrediuntur in templum Iouis, 122.d. earum noxa precipua, 141.a.eas vt occidant elephanti,140.d,oleo moriuntur,139.d.omnes nascuntur è Vermibus,ib.d.earum ortus,5.b. eis percussa Ægyptus quid significet,143.a.inter prelia deorum cur censeantur, 140.c.prerogatiua earum,139.d.presagia, 142.e.promuscis qualis 4.c.de ea prouerbia,144.b c,ex qua putredine oriatur,139.e.earum qua viua ciores 141.e.qua animalia infestant 135.c.qua putrida prosequuntur, 5.a.quadam ex terra prodeunt, 87.b.quale mel non attingant,52 a. b.quando magis mordent,140.e ijs qui homines comparentur, 142.e.& inde per eas qui puniti sint, 145.c.& inde.eam qui in clypeo gestarit,144.b.in ijs quid obseruarit Homerus 1.a.pro quolibet paruo volucri 134.b.c.quos nõ attingant,92.c.quot pedes habeant, 135.c.in radice napelli existunt,146.a.in sacris literis quid significent, 143.e sanguine viuunt,5.a. earum sexus distinctio,153.e.ea significat Luxuriã,143.c.soli anteponitur, 1.c.solito acrius mordentes quid presagiant, 142.e sonus, & earum volatus,139.e.sphondilio delectantur, ib.c.ei splenem inesse quid,17.c.ea & stultitia & Aranea,vt Dauidi vtiles fuerint, 142.b subitaneus eius partus, 25.d.sympathia & antipathia,141.a temeritas,140.d.vbi non reperiatur,138 a.vbiq; apparet,ibid eis vescitur Scorpius,230.a vescũtur Phalangia Cretica,241.d.e.ne veterinaria infestent, 141.c. Viperis similes,135.d.earum visus, odoratus, gustus,140.d.eis vita terminus angustus,141. d.e.vol.tus earum cum sono,139.a.b.vsus in medicina,146.a.vt ament mel 139 c vt à cadaueribus arceantur,apud Scythas,Ægyptios & alios,270 d.vt colorẽ mutent,2.c.vt cruorem moueant,4.a.vt homines vexent, 140.b. vt lac ament,139.a.vt murmur edant 7.a.vt oleo moriantur,& reuiuiscant, 144.e vt sonũ edant, 8 a.vt in vnum locum congregentur, 141.c.vt pellantur,9.a.vt venentur & occidant Crabrones 94.a b
Musca aculeata 135.a
Musca ahenea qua 134.b
Musca aquatica historia, 281 a.boaria descriptiones,137.a.& icones,336.n.2.& 3
Musca caballina qua, 147.d.cœca qua, 134.a. canina,137 a.canina contraria quarto precepto,143.c.canina synonyma 135.a
Musca Hippuri 135.d
Musca laccam congerentes ibid.a
Musca latifrontes qua ibid.d
Musca lusus qualis 134.c
Musca megalocephale, & eius descriptio,137.a.b
Musca militares qua 135.c.ibid.e
ex Muscis napelli antidotus 146.b
Musca qui olim dicti 144.c
Musca cuiusdam stratiotidis icon, & descriptio, 300
Musca venenosa 135.d
Musca vinaceorum historia 146.c
Musca virides & picta 135 b
Musca vulgaris descriptio ibid.c
Musca dicta mulier 141.b
Musciformis Insecti descriptio,136 icon, num.11. & 12
Muscini non nascuntur ex putri aceto,nec sunt ephemera 146.d
Muscaria quid 142.a.b
Muscarium quid ibid.
Muscaria bubula ibid.
Muscarola quid Italis ibid c
Muscicapa qua ibid
Muscipeta ibid.
Muscipula quid ibid.
Muscula & musca 135.a
Musca,128.a.ex ea remedia contra multa mala, 245.d.e
Myagros Deus,141.d.statuarius 142.a
Myagrum herba ibid.
Myodes Deus 141.d.e
Mylabrides 202.e
Mylagrides Scarabei 177.a
Mylœcon siue pristinaria Blatta,197.b vbi oriatur ibid.e
Myocephalos quis morbus 142.d
Myons vrbs vastata à Culicibus 155.b
Myrmecedes artifex 207.d.e
Myrmecites lapis ibid.c
Myrmecium Phalangium,239.e.qua mala excitet 244.a
Myrmidonum fabula, 211. c.d.& inde.
Myrmidones populi quales 207.d
Myrsine pyrispecies 193.d

N.

NApellus cur muricida dictus 146.c
Napellus vbi abundet, ib.b.ad eius venenum remedium ibid.b.c
Napthanatura 67.d
Napi semina Curculiones interimunt 118.c
Napus sylueſtris 66.a
Narbonẽsis prouincia Cicadũ plena & cur 122.d
in Nasturcij seminibus nasci Vermes, 273.c.& seq.
Naues an sola cera cerarentur 78.b
Naues Cerata vnde dicta 66.d
Nectar deorum vnde,18.b.diuinum,60.e.quid apud antiquos 62.b.c
Necydalus quid 104.c
Negligentia per apologum damnata 132.b.c
Nepa quid 226.a
Nephalia dijs cur oblata 56.a
Nepotes vnde dicti 226.c
Neronis cœna,61.a.mortis presagium à Formicis 206 b
ad Neruorum contractiones remedium 184.a
ad Neruorum dolores,277.a.stuporem 184.e
Nestoris eloquentia 39.e
Nicander explicatus 205.d
Nidus de Vesparum cellis dicitur 87.b
Nigua quale animalculum 223.b
Nisculus 276.c
Nitedula 194.a
in Niue cur Vermes generentur 279.e.& seq.
Nix mulsa quid 64.e
Niuis natura,279.c.in ea Vermes generari,ibid. c.& inde.quales sint ij Vermes ibid.& seq.
Nobiles qui dicendi.10.a qui apud Romanos.ib.
Nobilitatis signum apud Ægyptios, & Athenienses 128 c.d
Nobilitas duplex 75.d
Nuctiluca, 194.b.cur noctu visibilis,195.b.c. vide Cicindela.
Noctua Apibus contraria 90.c
Noui apud Romanos qui 75.d
Nuptiarum ritus 56.e
Nux auellana non attingitur à Scorpio in fol.232
ex Nucum iuglandium cortice qui Vermes generari possunt,& eorum vsus 273.c
Nympha quid,6.a.Apum quid 25.a.b
Nympha Formica quales 203.e
Nympha vt à Sirene differat 25.d

O.

OBedientia populi ergo regem hieroglyphicũ, 39.b
Obliuioni qua obnoxia 23.a
Obtrectatores Cicadis similes,129.c.in eos emblema ibid.b
Ochus Persarum rex Gladius dictus 19.e
Ocymi cibus Pediculos gignit 217.a.& seq.commanducatum Vermes adsert, 273.c.ex eo Scorpius 231.e
Octipedem excites prouerbium 236.d
ad Oculorum albuginem remedium 248.d
Odorem qua in aqua non sentiãt,& quare,7.b.c
Odor quid sit,7.c.vnde fiat ibid.
Oenomeli ex musto,& eius incommoda, 62.c.cũ mulso idem esse ibid.a
Oestro agitata,177.d.eius aquiuoca, ibid.e.denominata,149 a.epitheta,150.b.pro fonte apud Siculos sumitur,146.e.pro furore accipitur 147.e.eius generatio similis regum,34.a.maxime æstate infestat boues, 149.b.eo percitus quid 150.b.ab eo prouerbia ibid.quid,24.b. quid Isidoro,147.c.ex sanguisuga non generatur,289.d.eius synonyma,147.b.c.eius & Tabani historia 147.a
Oestri aquatici historia,285.d & inde.
Oestrus auis Arist. 147.a
Offa saporata 55.a
Oleas amant Cicadæ,122.b.cur 124.d
Olea & Oleaster cur Teredinem non sentiant, 275 b
Oleum cur non cum aqua misceatur, 59.a.cur putredini resistat 66.b.cur à sole candefiat,69 b.cur offertur Deo, 71.d.distillatum Vermes occidit,256.d.de eo & melle dictum Democriti,18.c.eius imum cur deterrimum,59.d.eo occiduntur Insecta,14.d.qui gustat id in quo suffocatus est stellio pediculu scatebit, 217.c. quid significet, 40.a.quod in alto fluitat cur optimum,59.b.vbi optimum 23.a
Oleum cedrinum 50.b
Oleum cera vt fiat,79.a.eius vsus ibid b
Olei Lumbricorum conficiendi ratio 277.b.c

Oleum

Index.

Oleum de saxo sugere quid 133 b
Oleum è Scorpionibus vt fiat, & eius vis, 273.a. b. & inde. valet contra Scorpionũ ictus, 236.b
Oliua an Apibus prosit, 67.b florem eius non attingunt Apes 28 d
Olfactu plurimum valere Culices 152.d
Ololygon quid 288.d
Olera ne Pulicibus infestentur, 224.e . eorum Vermes Herbicida Palladio 273.a
Omphacomeli quid 50 d
Oniscus cum Iulo confunditur 250.d
Onisculus 276.c
Onus 250.d
Onyx quid Dioscoridi 196.d
Ophydron quid 175.a
ab Ophiomaco hioroglyphicum, 171.e. vt virtutem notet ibid.
Ophiocstone Dioscoridi quid 251.c
ad Ophthalmiam remedium 280.c
Oraculorum diuinorum symbolum 57.e
Oratio mellitus laqueus dictus 39.d
Oratio qua mellita prafocatio 60 a
Oratores qui nihil orando prosunt quales 126.a
Orchidum vis ad fœcunditatem 26.d
Orchis Arachnites qua 247.a
Orchis Myodes 142.a
Ordinem qualem in hoc opere seruat author, 10.a
Oribates Phalangij genus 239.a
per Origani fasciculum & Formicam quid significetur 209.b c
Oripis Vermis historia 279.c
Ormesinum quid 116 d
Orjodacna historia 120.b
ad Orthopnœam remedium 163.a. 198.a
Os quid Ægyptijs 19 c
Oschophoria 56.a
Osiris per Scarabaum notatus, 182.a. quid Ægyptijs 19.c
Ossa fracta solidat & extrahit Lumbricus terrestris 277.e
in Ouium capite cur Vermes generentur, 271 d. cur Apibus noxij, 28.a.24.a. habent Vermes super locum strictura narium, 261. d. ne Ricinis infestentur, 222.a. earum lana à lupis deuorata Taneis, & Pediculis obnoxia, 278.a. eas quæ Insecta infestant, 3. a in qua parte Vermes generent, 270.b.c. Rediuos habent & non Pediculos, 215. d. Vermem si comederint vt curentur 279.a
Oxymel quid 64.b. in eo cur aqua misceatur, ib. d

P.

PAdus siue Eridanus Apes alit 22.b
Paganorum doctrinam mel denotat 56.d e
ex Paguro Scorpius 234.c
Palea intra telam coacta Cimices non generat, 212.d
Palladius correctus 206.a
Palma in numismate, 48.a. eius fructus quid notet ibid.
de Palumbo miraculum 272 d
Palpebra qua animalia carent 4.b
Pamphila inuentum 110.b
Panci Musca dicti & cur 134.c. & seq.
Panicum mel frugum dictum 49.a
Panteum nigrum ibid.
Pantherina mensa 38.d
Papaueris succum vt & cur exhiberent veteres in cœna nuptiali 56.c
Papillarum rimas sanat oleum cera 79 b
Papilio animal perfectum est, 2.d. eius ala quales 96.c. & seq. ales habẽt apertas, 4.a eius in alueo noxa, & vt capiatur, 34 b. antennas habet, 4. b. cancri marini chelis prahensus quid significet, 102.c. coitus, partus, educatio, 100. c. cur Apib. noxius, 28.b. cur oua gignat, 105.a cur Cicada prælatus, 87.d. ab eo denominata, 98. & 99 differẽtia, descriptio, & icones 96.e. 97. de eius generatione non recte scripsit Arist. 101. a. incertus veris est nuncius, 102.e. locus, volatus, cibus, ætas, 101.a. eo non molestantur Leones, 102.d. eius oua qualia, 100. c. oua per hyemem conseruantur, ibid. d. e. prouerbia, 102.b. eius copia quando, 102.a. quando ex puri nascatur, 99.e. & seq. eius semen cur cnico simile, 104. e. synonyma, 96.a. eum venatur Phalangium, Creticum, 241.d. vnde fiat, 6.b. vt occidatur, 33.e. vt lateat, 100.e. pro maculis cutis in febre pestilenti sumitur 102.c
Papiliones aculeati scisicioni dicti 96.a
Papiliones in arborum cauis nati quales 99.d
Papilionis argentei descriptio, 100.b. icon, 97.n.2
Papilionis Bombycum historia 103.e. & seq.
Papilionis Crucigeri descriptio, 99. b. icon, 97. num.5
Papilionis ex Eruca non texente folliculum nata descriptio, 96.c. icon, 97.nu. 3. ex Eruca quam olim Bononia pluit descriptio, 98. b. icon, 97. num.1
Papiliones habentes promuscides 98 b
Papilio ignauus quid Plinio 103.b
Papilionis Leucomelani descriptio, 98.c. eius icon 97.n.3. λεύκοχλώρου descriptio, 99. a. b. icon, 97. num.3. Variegati descriptio, 99.b. icon, 97. num.4
Papilionis ad lucernam aduolantis descriptio, 100.a. icon, 97.n.13. historia, 102.b.c mores ingenium, 103. c. & inde nocumenta, 103.c. & inde. synonyma ibid.
Papilionis Luteì descriptio, 98.e. icon, 97. num.8. maximi descriptio, 96.a. icon, 97. num. 1. & num.4
Papilionis maximi icon, & descriptio 300
Papilionis mediocris magnitudinis descriptiones 98 icon, 97.nu.1.2
Papilionum minimorum descriptiones, 98. e. & seq. icones, 97
Papilionis minimi πολυχλώρου descriptio, 99. d. e. icon, 97.n.7. icon, 97.nu.3 πολυφθίμου descriptio, 98.d. icon, 97. num.4. πολυφθάλμου alterius descriptio, 99.c. icon, 97.nu.1.
Papilionis ex minimorum genere descriptio & icon, 300
Papilionum rarioris forma descriptiones & icones 97
Papilio saturoudes & eius descriptio, 98.d. icon, 97.nu.10
Papilionis viridis descriptio, 96. b. icon, 97. num. 2
Papilionis triticearij icon, ibid. num. 23. & num. vltimo.
Papiliones ex Vermibus 101.b
Papilionacei flores 102.e.d
Papilio siue tentorium 98
Papilio regis Sinarum memorabilis ibid.
in Papyro scribere quando inuentum 72.c
Parasiti Musca dicti 144 c
Parnopius Deus quis & vnde dictus 94.a
Parthi iaculis tactis fugiunt 46.a
ad Partum continendum remedium 274.d
Pari Apibus inimici 90 b.c
Passer Cicadam dilanians quid significet 126.a
Passer mellitus quid 39.d
Pastinaca sylueſtris 60 a
Pater aut vir per Scarabaum notatur 182.d
Patres S. Apes dicti 43.e
S. Paulus Cicada dictus 117.c
ex Pauonis pennis fiunt Muscaria 142.c
Pauperes cur multis Cimicibus infestentur, 212.d
Paupertatis & molestiarum Symbolum, 211.d
Pausania error 110.e
Pax ex bello denotata per Apes 45.c
Peccatum originale dicitur Tinea 278.c
Peccantes muti 120.d e
Pecus vbi Muscis Crabronibus, & Vespis non vexetur 138.a
Pedes quid 214 e
Pedes nauales quid Plauto 215 a
Pedicelli descriptio, 215.c & seq. ex eum remedia 220.d. vbi oriatur 3.b
Pedicosus quid 215 a
Pediculi, 214.e. decis Ænigma, ludicrum, apophthegma, 216.e. eis in capite laborantes cur caput habeant sanius, 215.a. aquinoca 214.a. eos cur fecit Deus, 142 d. cur mortua corpora deserant, 217.c. eos cur generent pelles à lupo cõmorsa, ibid. d. denominata, cognominata, 220 e. eorum differentia, 215 .c. & seq. generatio victus, 216. a. de generatione varia sententia ibid. b.c. & inde historia, 214.a. ijs infestantur etiam præfecti militum, 216. d. eos ex Lendib. fieri, 218.d. loca ijs infesta, 216. e. eos non occidunt Rancani, 220.d non fiunt ex humoribus adustis, 218.a.b. non fiunt ex sanguine, ibidem parui Lendine Hieronymo Mercuriali dicuntur, 217.d. ab ijs prouerbia, 224.e. & seq. ab ijs mortui, 218.d. eos qui populi edant, 221. a. in quibus generentur, 3 à quo calore foueantur, 217.b. rubros quos damdari, 216.e. vt in stratu appareant, 221. d. eorum sylua capilli, 216. b. vsus, 221. a. vt fugentur, & occidantur, 219. c. vt inter se differant 215.a. vt enecentur, 63.a vt intra, & extra corpus gignantur, 216. a. vulgares quandorubri, 216.c. vulgares vnde generentur, ibid. a b
ad Pediculos aliorum animalium remedium, 220.b c
Pediculi animalium diuersorum ibid.
Pediculi apum morbus 30.a
Pediculus canis 222 c
Pediculi feri qui Aristoteli 215.c
Pediculi alati qui, ibid. e. quibus populis innascantur 174.b
Pediculus elephantis quid Arabibus 221.b
Pediculus frumenti quis 117.c
Pediculi in plantis 216.a
Pediculus inguinalis 215.c
Pediculi marini historia, 281.a 282 e duplex apud Arist. 284.a. quid Bellonio 147.a
Pediculi piscium vnde nascantur 217 b
Pediculi populi 214.b
Pediculorum mons ibid.
Pediculus terræ ibid. & 184.e
Pedicularis herba qua 210.e
Pedunculi 214 e
Pelasgi vt Siciliam obtinuerunt 223 d
Pellicelli vnde dicti 215.c
Penicellus quid 73.d
Peniculus quid ibid.
pro Perca Scorpium prouerbium 236.e
Perca fluuiatilis quales Vermes generet 3 c
de Perdicibus & Vespis apologus 91.e
Perlarum vulgo dictarum historia. & nominis ratio, 118 d e earum descriptio & forma, ibid. icones, 119. coitus, 118.a. genera, ibid. de ijs prouerbium ibid.
Perla minima Culici similis icon 119.n 4
Perlarum congeneris Insecti icon 300
ad Perniones remedium 277.d
Persæ cur cadauera non crement, 77. a. eorum in condendo cadauera mos, ibid. eorum mores in alijs 15.d
Persici folijs se inuoluit Cephalocrustes, 273.e. & seq.
Perturbationes quatuor 171.b
Pessulata quid Gordonio 215.e
Pestilentiam præsagiunt Insecta 9.a
Pestis præsagia ex Papilionibus, 102 a eam Bruchi denotant, 168. b. præsagium eius aliud, 247.a
Petauristæ qui 223.d
Phalangium, 238. & seq. contra ea, 189 b. ex animalibus sui generis oriuntur, 6.d. cum Araneo eadem esse, 238.d. coitus, 6 b genera, 238.e. & inde inter Serpentes numerantur, 6. b. eorum morsus, 210. a. eorum duo Vermes, 270. e. & 272 vt venenum eiaculentur, 229.e vt coeãt 5 b
cum Phalangio quodam Vespa Ichneumonis pugna 247.e
Phalangium Crabroni simile 93.b.c
Phalangij Cretici descriptio, victus, generatio, 241.c.d. antipathia ibid.e
Phalangium Italicum quid Scaligero 244 b
Phalangium pulex dictum 101.d
Phalangia tetragnata 239.a.b
Phalanx pro acie, 238. b. pro lancis parte, ibidem.
Phalangis & Arachnes fabula 250 b
Phalaris herba genus 49.b
Phalanti Spartani augurium 216.d
Phanostrates nobile scortum 220 e
Phasianæ aues pediculis intereunt 215.a
Phereciduis mors 217 b
Pheretima à Vermibus viua corrosa 205.e
Phœnigmus vt fiat ex Cantharidibus 189.c
Phryganij historia 283.d
Phrygania qua animalia dici possent, ibid. e & seq.
Phryganium Bellonij ibid.
Phrygia opera qua 116 d
Phtherophyle cur dicatur Phanostrates, nobile scortum 220.e
Phthriasis quid Græcis 217.d
Picearum tubercula φθεῖρες dicuntur 214.b
Pici arborarij mira vis 47 d
Picus Martius vinit Culicibus, 157.a eius rostrum habentes à Crabronibus non feriuntur, 95. b. eius antipathia cum Vespis & Apibus. 90. b.c.
Pietas Formicarum erga suos, 208.e. per Formicam indicatur, 209.a. ad Pilos euellendis remedium, 286.a. 291.d

Index.

vt Pili in iumentis renascantur, 280. a. *vt albi fiant* 67.d
in Pimpinella radicibus Vermis sericis tingendis aptus, 274.e. *qualis sit Vermis* 273 a
Pindarum alunt Apes, 38 b. *aquila similis est*. 41 a. *cur melle, & lacte pasci voluit* 58.e
Pinguedine quæ animalia careant 4.e
Pinguia non putrescunt 66.a
Pium cur ament Apes 22.e
Pipo auis genus 236.e
Pisces carent palpebris, 4.b. *ijs capiendis aqua apta*, 196.a *cur in aqua degãt*, 8 d *fœminæ quæ marib. sint maiores*, 5.c. *diuersi coloris*, 135 d.e. *de eorum natura sententia Empedoclis*, 240.c *noctu non interdiu dormiunt, & cur*, 284. a. *quidam sine coitu generant*, 24 d. *squamæ eorum cur nocte luceant*, 195.b *voce carent*, 7.e. *vescuntur Lumbricis terrestribus*, 277. e. & *seq. in eorum ventre Vermiculi fiunt* 270 e
Piso innascuntur Vermes 273. a
Pissoceros quid, 36.c. *vnde fiat* 36.a
Pithece quid 222 d. *Phalangij species*, 239 a b
ex Pituita generari Lumbricos 263.a
Pityocampes historia, 116. b. *calida est*, 6. e. *eius assumptæ accidentia*, 116 b.c. *locus, vsus & septica eius vis. ibid. tela & eius vsus* ibid.e
Picis & cedriæ odor cur ijs qui Cantharides assumpserunt 290 c
Placentæ mellitæ quæ, 61.e. *earum laus*, 18. e. *ex Hispania allatæ* 66.a
Placentas ex Vermibus conficiunt Indi 277.d
in Plantis Pediculi. 216.a. *quæ animalia gignant & non*, 117. d. *omnes fere Insecta sua habent*, 3.c. *ex ijs fere singulis quomodo Vermes nascãtur, & serpentes*, 273. b. *de earum Vermib. historia*, 269. a. *earum Vermium ortus & generatio*, 273 e. & *inde. Vermes vt fugentur*, 274 a. *in ijs quatuor animalia* 191.d
Planta Scorpij dicta 225.e
Plato eloquens, 127 b. *eius idea, ibid d. eius & Ambrosii comparatio*, 38. d. *eius Pediculi quid* 221 d. *ei quid Apes portenderint*, 38 a. *quid ab Hieremia propheta didicerit* 38.d
Platta quid, 215 c. *vnde generetur*, 216. b. *ea quæ vexentur* 237.a.b
Plattula quid 216.b
Plata quid Gallis 215.e
Plautus correctus 188.b
Plemminij mors 218.d
Pleuritidis signa in Lumbrico laborante, 265. e. & *seq.*
Pleuritidi secunda præbetur fauus in aqua maceratus 63.b.c
Plinius animaduersus, 287. d. *correctus*, 4. e 68. b. 84 a. 104. b. *ibid. e. ibid.* 163. b. 166. d. 215. d. 237. e. 298. c. *eius lapsus*, 64. c. 101. b. 111. d. 121. a. 154. b. 192. a. 227. d. 251. a
Pluto melle placatur 55.d
Pluuia ac tempestatis præsagium, 37. d. 142 e 206. a b. 224 b 236. a. 247. e. 277. b
ad Podagram remedia, 79. c. 184. a. 210. b 237. b. 277. a. *ibid. b*
de Podagra & Aranea dialogus 249.c
Podolia vt Apibus abundet 22.d
Pœcillis auis quæ 121.e
Pœnitentes cur Apibus comparantur 43.b
Poemata corona cur dicta 41.b
Poetarum & Apum comparatio, ibid. e. & seq. eos cur Plato vetuerit sibi facere inimices, 131 b. *eorum epitheta vt obseruanda*, 187 d. *more Apum volant*, 41. d. e. *natura eorum*, 130, a. *qui œstro periti dicuntur* 150.b
Poetica amœnitas per Apem significata 39.a
ex Polio vt nascantur Culices 154.b
Pollio Romulus cur centesimum annum excessit 61. c. d
Poma infestantur à Vermibus 61.d
Polydos herba quæ 60.b
Polypus rescissus viuit 8.c
Polytechni fabula 145.e
Popponis tunica creata arsit ipso laso 80.d
Populus gentilis per Locustam designatur 170.c
Populi nigræ vesicula Psenis generant 3 d
Porca quibus & quæ vouereur 55 e
Porxopius mus 169.b
in Porriseminibus nasci Vermes 273 b
Porricida quid 3.e. 63.d
de Potione dodrantali carmen 63.d
Præcinctum quibus & eius vsus 8 d
Prædator vt Arisinciis 43 e. *eius perfectio per Locustam exprimitur* 171 c
Prisorum ita porro nascitur, 105. *quas plantas infestet, ibid Erucarum genus* 105 e
Prauitas innocua per Scorpios notata 236.a
Prædicatores sancti similes equis 170. b.c
Primades infestat Asilus 285.a
Primicerius quid 69.d
ad Principes admonitio, 167. d. *Apibus similes*, 41.e
Principis cuius sit stabilis magnitudo imago 15.c
Probi per Apes notati 44 d
Procreatio rerum & principium per quid notetur 182.d
Prophetæ Apes dicti, 40 b. 43. a. 57. a. *eorum oracula* 40.a
Propolis quid, 36. c. *vnde, ibid. a. eius facultates ibid.*
Prouidentia per Formicas notata, 209. e. *eius munus triplex in Formica, & quid significet hoc morale* 208.e
Proximo quid debeamus 72. & *seq.*
Prudentia vnde metiendæ 11.a
Pruna cerea quæ 69.a
Prusa quid Liguribus 285.b
Psenes in quibus herbis generentur 153.e
Pseudoœstri icon, & descriptio 148.e
Pseudosphece quid Vespa, 91. a. *eius vsus in medicina* 92. e. & *seq.*
ad Psoram remedium 210 a. 189.d
Psylla Phalangij genus 239 a
Psyllorum vis contra serpentes 222.d
ad Pueros lac euomentes remedium 274.d
ad Puerorum terriculamenta 184.a
Pugillar 73 d.e
Pugillaris quid, & eius genera, ibid. eburnei cur dabantur senibus. ibid. a. membranei 73.a
Pugna distracta per Scorpios notata 236.a
Pugnacitas per Vespam innuitur 91. e. & *seq.*
Pulegium vnde dictum 223.e
Pulicis aquiuoca, 212. d. *aurea catena ligatus*, 223 b. *ei cur se comparet Dauid*. 212 e. & *seq. cur acrius in Lino quam in lana infestet*, 224. b. c. *cur posteriores pedes habeat longiores*, 5. c. *ab eo denominata*, 223. d. *diu in coitu immoratur*, 6. b. *pro Deo acceptus*, 222. d. *eius epigrammata*, 224. c *forma, genus, sexus*, 223. b. *generatio, ibid c. historia*, 22. d & *inde, infestat mures*, 212. c. *locus*, 223. c. *eius morsu Deũ inuocare quid*, 224. e. & *seq. natura eius, victus, mores*, 223. a. *nocumenta, ibidem e. eius vestigia noscere quid*, 225. a. *ortus*, 5 b. *quid præsagierit*, 224. b. *de eo prouerbia*, 225. a *solito acerbius mordens quid præsagiat*, 142. e *eius synonyma*, 222. e. *vbi non inuenitur*, 223. d. *vnde viuat*, 3. a. *vt incedat* 223 c *vt interimatur*, 118 c *vt fugentur*, 224. a. *vt morsibus molestius*, 223 a b. *vt pellatur*, 284 d. *ab eo vt se liberet vulpes* 224.a
Pulex aquaticus 281.a
Pulex Araneus 238. d. 159.a
Pulex Phalangium dictum 101. d
Pulex horti 3 e
Pulex marinus, 222 d. *eius historia* 284 c
Pulicaris herba cur dicatur Coniza 223 d
Pulicellus 223 b
Pulmo marinus in partes rescissus superuiuit, 8.c
Pulsus Formicans qualis 206.e
Pulsus Vermiculans 255.a
Punica mala infestantur à Vermib. 273. c. d
Purpura melle conseruari solita apud priscos, 65. d. *sexus eius* 25.b
Purpura quid vice sanguinis 7.c
Purpurissus quid Plauto 74.c
ad Pustulas remedium 189.d
Pustulæ à Culicum morsibus relictæ vnde fiant, 151.c
Putredo Vermium mater 254 c
Pygolampidis aquaticæ historia, & icon, 281.b
Pyramus quæ placenta apud antiquos 61.b
Pyrausta, 3. a. 271. a *ei comparatus amans*, 104 b *eius gaudium quid*, 103 d. *in igne nascitur*, 3. a 1. b. *ignis fulgore delectatur*, 103 d. *eius interitus*, 104. b. *vt Apibus noceat*. 103. c *vt occidatur*, 103 d. *quod Insectum vocetur*, 103. a. & *seq.*
Pyrrhi Epirotarum regis mors 187.a
Pyra infestantur à Vermibus 273 c. d
Pythagoras solo melle contentus 60.a

Q.

Quadraginta quatuor quadrãpedia animal 285.e
Quæ ab pedibus vt medendum vbi Sanguisugas hauserint 292.c
ad Quartanam remedium, 92. a. 174 c. 184. d. e. 189. b, 213. a. 237. b. 248. d. 283. e. 274. d. e
Quercus rami propter siccitatem laudantur ad sericũ colligendum, 113. c. *non habere Vermem* 275. e. *eius partes putrefacta cur luceant*, 277. d. e. *in eius radicib. vermis veneficus nascitur* 273. b
Quietis perturbator quis 149.d

R.

Rabula & litigiatores cum Cicadis comparati 127.b
Raista canum quid 221 e
Ranæ in Ægypto è terra nascuntur, 122 a *cum eis comparati hæretici*, 126 d *vbi multæ* 123.b
de Ranis Cyrenaicis miraculum 124.b
Rana cum Gryllo prouerbium quid 175.d
Ranarum ruberarum altera fibra à Formicis nõ tangitur 201.c
Ranæ Vermes dicti vnde oriuntur 3.c
Rau Vermis qualis 273.a
Raphanus sylueſtris 66.a
Rauca Vermes qui & vbi generentur 3.c
Reduuis caret asinus 215.d
Reginorum umbrosa regio 144.b
Religiosi & religiosæ per Apes expressi, 42. & 43.
Resurrectio per Locustam designatur 171.c
Regis clementia hieroglyphicum 39.b
Retta vnde inuenta 242.b
Rex bonus non inuenitur, 15. d *eum quid deceat*, 14. e. *eius cum iucunditate imperantis typus, ibid.d*
Regium signum quid Diogeni 14. per tot.
ad Regium morbum 237.b
Ragion genus Phalangij, 238. e. & *seq quale ibid.* & 239 a
Rhax Phalangium ibid.
Regimenses Cicadæ mutæ 124.a.b
de Repub qui scripserunt 126.c
Rhinoceros Ferrantis Imperati Scarabæi species 179.b
Rhododaphnem amant Muscæ 141.a
Rhox Phalangium quale 239 b
Rhypon quid 74.b
Ricinum quid Ciceroni, 221. c. *Ricini aquiuoca, ibid. historia*, 221. b. *de eo moralia*, 142. e. *eo ne infestenter oues*, 222. a. *proprius canib.* 215. d. *in quibus nascatur*, 3. a. *eo sanior quid*, 222 d *synonyma, etymon, forma*, 121. d. e. *vbi homini innascatur*, 215. a. *vsus in medicina*, 222 c. *vt & occidatur* ibid.
Ricinus Scaligeri 215.c
Ricinus planta 221 c
Ricinus piscis, & vestis ibid.
Ricinus Gazæ 135 b
Rediuus quid Gazæ 221.e
Ricinati monti qui ibid.c
Rigoris causa 59 a
in Roboris cortice Vermes gigni, 273. b. *Teredini maxime obnoxium* 275.a
Romani per Muscas puniti 131 e
Ros vt mel fiat, 50. a *eo vesci Cicadas*, 124. d. *ex eo non nasci Lampyrides* 273. e. & *seq.*
Ros Achatcus quid 125.b
ex Rorida materia nascuntur animalia in plantis 274 a
Rosas fugiunt Scarabæi 184.c
Rubigo quid 160.c
Rutelæ stellatæ descriptio 240.a
Rubrica, 74. e. *eius pretium apud antiquos ibid.*
Rugosæ quæ 2.d
Rutelarum duodecim genera ex Galeno, ibidem.
Rutela Razu, 239 e *eius generatio* ibid.
ad Rutelæ morsus Theriaca 245.d
in Rutæ foliis Vermis inuentus quibus alitur, & quamdiu viuat, 273. d. *pernitiosum esse*, 3.e

S.

Sabbatum obseruare quid 143.b
Saccarum cur melle præstantius, 61 e. *qualem Vermem producat* 273.b
Sacer morbus quid 207.c
Sacor Deus quis 141.d
Sagittas suas vt conficiant Cumanenses, 205.d
Sagitella quid 147.c
Salamandra inter serpentes numerata, 6 b. *centra eam* 189 a
Salamandra marina quæ 294.e
Saliua hominis quantum venenũ resistat, 232.c
Salices Culices proferunt 3.d

Saliuam

Index.

Saliuam immunem esse à Vermibus 273.a
Salpuga vnde dicta, & vbi 204.e
Sampsonis anigma, 17. a. melin cranio leonis inuenit ibid.
Sancti Apib. similes, 43.b. per fauum mellis denotate, 58 a
Sandaraca quid, 36. c. aquiuocatio eius, ibid.
Sandaracha quid, ibid a. duplex ibid.
Sandyx quid ibid.c
ad Sanguinem reijcientes remedium, 248.d. ex eo non fierè Vermes, 262.d. ab Hirudine suctus, vt seruandus & inspiciendus, 290.c. quibus animalibus & quibus non, 7. c. ex eo non nasci Pediculos, 216.d. ad eum sistendum remedium 280.a
Sanguisugarum & Cimicum dissidium, 292. a. earum historia vide Hirudinis historia, 288.e & inde.
Sanitatis longa & vitæ prosperitatis symbolum 39.e
Sanua alba 66.a
Sapa vt coquatur 290.e
Sapientes mundi per quid notentur 170.c
Sapientiora quæ animalia 200.b
Sapientia in imperio requiritur. 14.d. eius doctrina mel, 57 d. exterior & interior denotata, 58. b. diuina symbolum, 57.e. huius mundi qualis, 56.a. aperta doctrina mel, 48. a. Gracanica symbolum 57.e
Sarmata cur Apibus abundent 22.e
Satinum Brugense quid 115.c
Sationis vltima indicium 196.a
Saturnus melle consopitus, 55.a.b. mellis inuentor, 26.d. vnde dictus, 72. a. eo quando oscilla offerri cœpta, 70. c. ei lucem facere quid 72.a
Saturnalia 70.c
Satyri vbi cibum recondant 200.c
ad Satyriasim remedium 291.b
ad Scabiem remedium 189 d
Scabies Locustis comparata 168.a
Scadones quid 25.e
Scaligeri error 215.c.225.d
Scalptoria instrumenta ad Pulices 223.b
Scapharum supplicium 60.d
Scarabæus abominandus, 183. d. eius æquiuoca, 176.c.d. alas habet tectas, 4 a. ibid. d. eius animositas contra aquilam, 176. b. inimicitia contra aquilam, ibid. aquilam quærit prouerbium, 183.b. aquila obstetricatur, ibid. per eum Christus notatus, & maledicus, 181. b. in eo coloris commendatio, 176.b cur annulis insculpi solitus, 182.a cur in cibo prohibitus Hebræis 184.d e. cur aculeo careat, 177. a. eius descriptio, 179 a. icon. 178. nu. 5. eius duo genera suprema, 176.a. eius emblemata, 182.e fabula apologi, 183.b fugit rosas, 182. e genus, differentia, descriptio, 176.e. genera ex Plinio, 177.a. icones, 178 ex eius genere Cicindela, 194 b. eius historia, 175.d Hieroglyphica, 181. d. laus, 176.a. locus, 180 c mystica, moralia, 181.a natura, 180 b. non gustat Atticum mel, 184 c. nulla eorum fœmina, 180.e. eius ortus, 5 b. 180 c. præsagia, 181.e. prouerbia, 183. b qui luna, quiue Mercurio dedicatus, 182. c. quæ mella non attingat, 54.c. qui lateat, 3.d. quis soli consecratus. 182. a. b. quo in Thracia loco moriatur, 180.c. quem vocet Plinius, 175. c. Scarabæum is cumulat quid, 182. b. eo similia sunt Phalangia parua, 239.d. senectam exuit, 5 c. 175.e. signum Romanorum militum, 182. a. ei similis inuidus, 181 c. d. ei dentes sunt, 175.d. stercus bene olet, 176.a.b. eius synonyma, ibid. b in tutela Iouis Catebatis. 181 a. victus, 180. d. eius vmbra prouerbium quid, 183. c. vnde dictus, 176.d. volat membranis siccis, 4.c. eius vsus in medicina, 184 d. vt fugetur ibid.c
Scarabæi aquatici historia, 281.a, ibid. b. descriptio, 175.a.b. icon, 178.n.2.
Scarabæi aquatici minoris descriptio, 180.a, icon, 178.n.6.
Scarabæus χρυσοκάνθαρος 109.b
Scarabæi fœtidi descriptio, 179.d. icon, 178.nu.1.
Scarabæi frumentarij vnde dicti 180.d
Scarabæus longipes, 177.d μονόκερος, 177.b.c eius descriptio. 179 a. icon, 178.n.3.
Scarabæus pilularius, 177.d. vnde oriatur, 181.a. eius nidi descriptio, ibid. b. icones, 178
Scarabæi rutili pragrandes, 177. d. vt generent 181.b
Scarabæi serpentarij descriptio, 179. d. icon. 178. num.3.
Scarabæi Tricornis descriptio, 179.b. icon, 178.n.4
Scarabæi Vermis faciei descriptio, 179.d. icon, 178 num.6,
Scarabæi viridis descriptio, 179.a. icon, 178.n.6. eius vis ad visum acuendum 184.b
Scarabæi viridis Plinij descriptio, 185.a. icon, 186 nu.4. & 5.
Scarabæus viridis quid Dalechampio 177.d
Scarabæus piscis 176.d
Scarabæolus 285.a
Scarabelaphus quid Cardano, 177.c. eius descriptio 179.a
Scarlacum vnde dictum 255.d
Scholiastis Hesiodi error 117.c
Scophulæ vt curentur à rege Gallorum 284.a
Sclerocephalum Phalangium 293.e
Scitamenta mellita quæ Apulæo 61.b
Scirrones Pediculorum genus 215.d
Scirus quid Taurinis ibid.
Scolacidata vestis quid 255.a
Scoletium Phalangium 239.e
Scolischia quæ 3.c
Scolix quid ibid.b
Scnipes vnde generentur 101.a
Scolopendram bicipitem cur vocauit Nicander, 251 e. inter serpẽtes numerata, 6.b. eius & Iuli differentia, 251. b. partes dissecta vt viuant, 7. b ab eis qui eiecti, 92. a. ei similis vermis in homine natus, 259.a b. vnde dicta 251.b.
Scolopendra marina historia, 285.c. icones diuersæ, 282. num.1. descriptio ibid quibus in locis in mari degat, 186. a. eius vsus in medicina, ibid eius venenum ibid.
Scolopendra terrestris historia, 251. a. genus, differentia forma, ibid. c. icon, 106. nu. 10. Venenum & contra id remedium, 252.a. vbi latet hyeme 3.d
Scolopendrarum variarum icones 228
Scolopendra marina magna ametestini coloris icon 300
Scolimus quo tempore floreat 123.a
Scopeno quid Massiliensibus 225.d
Scorpius, & Scorpio, 226.c. eius aculei vsus, 5.b. 229.b. æquiuoca, 225 d. alatus vbi, 227. c. antipathia, 235.b.c. de eo & puero apologus, 236.c eius chela quales, 227.e. cauda qualis, 229.a. aculeus an perforatus, ibid. b. coitus, partus, generatio, 234. b. & inde ex Crocodilo nascitur. 86.e. cur ardens dicatur, 226.c. cur serpentis genus dixerit Celsus, ibid. b. c. ab eo denominata, 234.c. & inde. dirum animal Africæ dictum, 229.c. duo pugnantes quid Mario ominati fuerint, 235. e. de eo emblema, 235.e. epigrammata, 236.c. & inde fabula, 225. d. eius flagellum quale, 226.a forma, descriptio, 227. e. ad eum fugandum remedia occulta, 233. c. genus, differentia 226.c. & inde. hieroglyphica, 235 e. historia, 225 icones variæ, 229. ictus 277.a. incessus 234.e. eius insidiæ. 230. e. inter serpentes numeratus, 6. b. Italus an venenatus, 227.e. locus, 229.c. & inde. de eo lusus seu apophthegmata, 236 d. maximus vbi, 227.b. minimus vbi, ibid. d. eius mores ingenium, 230.b. per eum morum acerbitas notata, ibidem d. moralia, 235 a. ad eius morsus remedia 174.c. 231. c. & inde. non vbiq; noxium esse, 227.a. de eo numismata 236.e. in sub omni lapide dormit, quid, 236 c. eũ pro perca, prouerbiũ quid, ibid. e. ab eo percussi non ladũtur à Tespis, Crabronibus & Apibus, 90.b.c ab eo percussi symptomata, & eius curatio, 231.b. de eo prouerbia, 230.d quãdo venenosior, 230.d. et quot sint internodia, 227.c. solus Insectorum caudam, & brachia habet, 5. a. item sexus, 229. a. vbi non est, ibid. c. venenum quid & quale 230.b. & inde. venenum frigidum esse, 231 b. victoriam in nummo denotat, 236. e. victus, 230.a. à vipera deuoratus, 235.c. d. voluntas eius ferendi, 230.d. vsus Scorpios fugat, 168. b. vsus in medicina, 236.e. & inde. vt congregetur, 234. e. vt manibus impune tractetur, 232. a. vt pellatur, aut fugetur, 9. a. 234. a. contra eum vt se defendant Lybici, 230. c. vt reuiuiscat, 235.d. vt innoxius reddatur, 230.d vt vratur 236.e
Scorpio librarius 3.d. 227.c
Scorpio Melichloros 226.d
Scorpij sybrita qui 229.b
Scorpiones virides 217.b
Scorpij dicta herba 234.d
Scorpij instrumentum bellicum 226.d
Scorpiones monticelli dictæ 226.a
Scorpio piscis qualis, 225.d. vnde dicatur, ibid.e
Scorpiaca antidotus 233.b
Scorpiacus liber 235.b
Scorpius signum cœleste 225 e
Scerpionius cuiumis 235.a
Scorpiodes herba quæ 234.d
Scorpioides leguminosa 235 a
Scorpiomachus Locusta quæ, & eius pugna cum Scorpionibus 169.e
Scorpitij gemma 235.a.b
Scorpiurus cur dictum heliotropium 234.c
Scosta quæ lethale multum dicta 59.e
Scriptio celer cur scribenti necessaria 73.d
Scriptura fauus est 57.a
Scrofularum aquaticarum historia, 283 d. icon. 296
Scythia Apes multas alit 22.d
ad Secundas pellendas remedium 277 a
Secundicerius quid 69.d
Seleucides aues Locustas deuorantes, 164. d. 168 d
Semen non defluere ab omnibus corporis partibus 6.d.e
Seneca correctus 74 e
Senibus mel conuenire 61.e
Senectam quæ Insecta exuant 175 e
Sensus exteriores 140.d
Sepelire cur debeamus Locustas mortuas 169.a
Sepia quid vice sanguinis obtineat 7.c
Seps quid, 6.b. 251. a. inter serpentes numeratus ibid.
Sepa quid Græci vocent 251.b
Septentrionalium modus arcendi Culices 157 e
Ser 110.b
Serapius quis, 19.d. vnde dictus ibid.
Seres 109.d
Seres populi lanificio nobiles, 110.d, vbi 111.a
Seriones Vermes dicti 261.d
Seriphus mutas Cicadas habet 122.e
Seris Vermis descriptio ex Pausania, 110. e. & seq.
Sericum & Stricobapta 196.d
Sericum quid, 111.c. ad id colligendum, qui ramè laudentur, 113.c. differre ab holoseria, 115.b eius etymum, ibid. a. eius historia, 115. e. synonyma ibidem, laus, 116.c. optimum vbi, 111.b. 116 b. non est diuersum à Bombycino, 110.a. in Persia colligi, 111.b. id texere vbi primùm inuentum, 110 b. eius temperamentum, 111. b. vnde deferatur, ibid. a. eius vsus, 116.c. vsus in medicina, ibid a. pro eo Blatteum 196.c
Sericum Plinij differre ab Holoserico 112 a
Serica tela 115.e
Serica cortina 116 a
Serica veste quis primus fuerit vsus, 111.e. 115.b. contra eam lex 115 d
Serpentes in Ægypto è terra nascuntur, 112.a. in eos Aranei antipathia, 287. b. ex auellana educati, 273 c. d. calidi sunt, 6. e. Ibis aues eos depascitur, 168.d. Cleomenis caput circumplicantes, 26. b. eum corrodentes Formicæ, quid significent, 206.c. eos cur alis carere dicat Cardanus, 167. e. ad eorum morsus, 213.a. 277.e rescissi viuunt, 8.c d vt ex plantis generentur 273.e. vt fugentur, 9.a. dicuntur Pediculi 215. a.b
Serpens quid Latinis, 6. b. dorso affixus infantis in vtero matris existentis, 259. a. eius genus cur dictum à Celso Scorpius 226.b.c
Serpentes Corinthij Cimices dicti 213.d
Serpens Druinus vocatus. Locustas venatur, 168.e
Serus primus sericum portauit in Italiam, 111.c.d
Serphus quale animal 211.b
Sertula Campana 54.a
Seruij error 207.c.d
Seta aquatica historia & descriptio, 288.a. cur sic dicta, 3.b. icon, 300
Seta cruda quid Italis 115.a
S. Seuerinus Locustas precibus fugat 169.c
Seuum cur non cum aqua misceatur, 59 a. cur liquefactum pellucidum, coactum vero opacum 69.b
Sexcupes 215.a
Siccitas putredini aduersa 117.a.b
Sigillare quid 73.d
Silari fluuij natura 148.c
Silenî mella quærentis fabula 93 e
Silices attriti à Formicis 199.e
Silicis icon in quo humana pictura 214.d
Silius Italicus correctus 37.b
Silpha senectam exuit 5.c
Simbla quid 20.e

Index.

Symblides Apes ibid.b
Symblum quid ibid.
Simia Araneas deuorant 244.c
Simoniaci Fuci similes 44.a
Simonidis anigma 128.b
in Sinapi seminibus nasci Vermes 273.c
Siren amicum nunciat, quid, 46.d. ab eo vt nympha differat 25.d
Sirenis maior & minor 20.a
Sirenes vnde dicta 25.d.83.a
Sisara quid 51.b
à Sisymbrijs putrefactis Scorpio 234 d
Situolla quid 147 c
Socrates per quas partes Culices sonare putet apud Aristoph. 152 e.& seq.
Solis hieroglyphicum, 181. a. b. prefertur Musca anima, 134.a. eius vi cera albescit & cur, 67. d. candidus est ibid.
Solis marini Rondeletij descriptio, 297.a. b. icon, 296
Solstitij æstiui hieroglyphicum 40 d
in Solano qualis Vermis 3.d
Solfuga vnde dicatur 240. a
Sospoli Deo mellita placenta oblata 55.c
Solipungam cur ex Aranearum genere statuat autor, 240.c.d. eius descriptio ibid.b
Solipuga, Salpunga, Solipunga, Solifuga, Solpunga, Salpunga ibid.d
Solipuga vnde dicta 204.e
Somnum conciliant Grylli suo sono 175.a.b
Sonus vt fiat 8 a
Sophistæ Crabronibus comparantur & cur, 95.b
ij ac rhetores quales 126.c
Sophocles μελισσόφυρτος dictus 39.e
Sorbi fructus Vermes patiuntur, 3.c. 273. d. quales sint hi Vermes 273.a
Spes quid 57.d
Soster quid ibid.
Spartum quid Plinio 67 b
Speusippi mors 67 d
Sphælangi Cretensibus quid, 238. a. 241 .d
Spheces dicti Cyprij 84.d
Sphecia Insula ibid.
Sphecifcus quid 91.a
Spheca um Phalangium quale 239.c
Spondilo delectantur Muscæ 139.c.d
ad Spleneticos remedium 291.b
Sphyngi vbi cibum recondant 200.b
Spondilis historia, 225. b. eius Vermis descriptio ibid.
Spongether quale Insectum Plutarcho ibid.
in Squilla parere Cicadas 122.c
Squilla fluuiatilis qualis, 283. eius icon, 300
Stagni Locustas arcent 168.c
Staphilinum Insectigenus 197.c
Staphisagria quæ planta, 220. e. quantopere ad pediculos valeat 219 b
Stellarum marinarum historia 295 c
Synonyma etymon, ibid. b. ad quod animalium genus referantur, ibid.a. earum descriptio, ib. d. genera differentiæ, ibid. icones, 296 & inde. pilos euellere, 298.d. quo loco degat, ibid.a. victus natura, ibid. vsus in cibo, ibid. vsus in medicina, ibid.b. vt conchis insidiantur, ibid. a. alia edulos, alia non edules ibid.
Stella arborescentis Rondeletij descriptio, 296. icō, ibid.
Stella cartilaginea descriptio, & icon, ibid.
Stellæ echinatæ intra saxa viuentis descriptio 297 d. icon 296
Stella lauis Rondeletij icon, 300. descriptio, 297.b
Stellarum lauium autoris descriptio, ibid.a. icon. 296
Stella pectinata Rondeletij icon, 300
Stellarum pectinatarum autoru descriptio, 297. b. icones 296
Stella primæ speciei Rondeletij icon 300
Stellæ radiorum septem descriptio, 297. b. icon, 296. radiorum decem descriptio, 297. c. icon. 296. duodecim radiorum icon, & descriptio, 297.e. quinq; radiorū colore lazuli descriptio, ibid. a. b
Stella reticulata Rondeletij descriptio, ibidem d. icon, 296. num. 2. autoris descriptio, ibid. icon, 296
Stella rubra maculis nigris prone & supine distincta icon, ibid.
Stella testacea descriptio, 297.a icon, 296
Stella tuberosa, & verrucaria 297
cum Stellione antipathia Scorpij, 235. c. inter eum, & Araneum bellum, 247.b quid sit Scaligero 246.a
Sterilis anni signum 277.b
ad Sterilitatem fœminarum remedium, 189.a. 248.e
Stesichorus poeta 128.c
Stibij bonitas 195 e
Stoicorum amores Culicibus similes 154.d
Stomachi doloribus confert oleum cera 79.b
Strabo correctus 138 d. & 169.a
ad Stranguriam remedium 280.c
Stromba quid 109 & seq.
Stultus vnus multa bona subuertit 143.b
Stultitia Musca & Aranea, vt Dauidi vtiles fuerint 142.b
ad Strumas remedium 210.b
Sturitus Alberti 295.b
Stylus quid, 73.c. eum infigere, & affigere quid, ibid. eum vertere quid ibid.
Suada medulla de quo dicatur 59.d
Subsericum quid 115.c
Sudor Anglicus quando 125.e
Suida error 103.e. 121.d
Sulphur cur liquefactum pellucidum coactum vero opacum 69.b
Sulpitiorum gens vnde Galba dicta 3 d
Supera vnde nascantur 108.a
Surculi in melle sepulti cur longinque portentur recentes 66.a
Sus elephanto similior, quam Culex, 156. b. quibus Pediculis infestentur, 215 d. à Scorpionib. icta, interit, 227. a. vbi muta 123.a
Sophistæ Crabronibus non comparantur, & cur 95.b
Sydus marinum quid sylvatico 295.b
Sylphe quid 3 a

T.

TAbani æquiuoca, 147 e. & seq. ei cum Asilo quid sit commune, 148.c. Asilo idem Plinio, 147.c. eius antipathia, & morbus, 149.e. cur aculeum habeat duriorem cæteris, 148.d. ab eo denominata, 149. a. eius duo genera descripta, & eorum icon, 148. e. 136. eius lingua qualis, 4.c locus, 148.c. ne vaccas infestet, 149 e ortus, & generatio, 148. b. de eo propria autoris sententia, ibid.b. quid Isidoro, 147.b c. sanguine viuit, 5.a. synonyma, 147. b. vbi aculeum habeat, 148. c. victus damna, remedia, ibid.e. vsus in medicina, 150.c. vt moriatur 6.a
Tænia quid, 278 .c. antiquorum à cucurbitino Verme quid differat, 258. b. cur in intestinis generetur, 259 e. eius generatio, 263. d. num pariat, 264 a. propria eius signa, 266.c.d. Vermis ventris 258.a
Tænia lapides 278 d
Tænia pisciculi genus ibid.
Taffetatum quid 116.d
Talpæ Ferrantis Imperati historia, 225.e. icones, 202. descriptio 225.c. & seq.
Tamandua quid in Bresilia animalis 207.c
Tamur Vermis qualis 254.e
Taranta Gilberto quid 240.c
Tarantula, ibid.b. eius genera, ibid. morsus, 189. b. morsus mala, 244 b. morsus mira cura, 245 d. ad eius morsum antidotus, 146.b. 246.a. ab ea morsus qui dicatur, ibidem. quæ Aranea, 240. a. quando venenosa & non venenosa 245 e
Tarantulæ vtriusque Imperati icon, 178. historia 299.b
Tarmus Isidoro qui Vermis 271 a
ex Tauro vt Apes fiant 26.a
Taurus Gaza 177.e. 181.a
Tectorium imum quid 11 e
Taxus Apibus noxia 28 d
Tela veneno inficere qui inuenerit, 226. d. e. ad ea, & aliena corpora extrahenda remedium 189.c
Temperantiæ, & modestiæ typus 171.e. & seq.
Terithedon quid 93.c
Theredinis æquiuoca, synonyma, etymum, 274.d & inde denominata, 275 d differentiæ descriptio, ibid.a. victus, locus, generatio, ibid. d. & inde. moralia, ibi. b. in ea natura miranda, 1.c quid Plinio, 233. b. quis Vermis sit proprie dictus, 275.b. vbi generetur, 3 b. in vestib. quoq; nasci, 3.c. eius vsus in medicina, 276.a. vt generetur 99.c
Termino Deo vt sacrificabatur 55.d
Terminalia festa ibid.
Terra bona prouerbium 211.a
Terra filij qui 75.c
Terra Samia ad Cantharidum venenum valet 191 c
ad Tertianam remedium, 210. b. 237. b. 248. d. 280. b
Tempestates vt auertantur, 184. b. eas vt præsagiant Vespæ 91.a.b
Testis falsi similes Locustis 169
Testamentum nouum & vetus per mel & fauū notantur 56.d
Testamenta Romanorum vt notarentur 72.d
Testudo Muscas non curat, quid 144.c
Tetralix quid 51.c
cum Testudine terrestri turpissime Limax confunditur 279.d
Tetragnathij Phalangij genera 239.a b
Tetragonia Theophrasti qua 3.d
Tettigometra descriptio, 122.d. quid à Chrysalide differat, ibid. ex ea vt exeant Cicadæ ibid.
Tettigonia qua 121.b
Tettigonias non esse fœminas ibid.
Thalassomeli & eius facultas 64 b
Thapsia Apibus noxia 28.d
Tholyphonum cur dictum Scorpion 232 b
Themyscirenses obsessi vt se defenderent, 46 a
Theodori philosophi dictum 188.c
Theodorus suorus precibus Locustas fugat, 169.c
Theophrastus emendatus, 66. c. 95. c. 273. d. explicatus 151.b
Therambus in Carabum mutatus 183.e
Theriaca cur admisceatur mel, 65. e. vsus ad ictus Crabronum 95 c
Theriaca Aelij Galli contra Scorpionum ictus, 233 e
Thripes mala, mala rursum Ipes 276.c
Thripes qui Vermes 275.b
Thunnos infestant Asili 285.b
Thymo vt Apes gaudeant 33.b.c
Tibiam tubæ comparare quid 46.b
Tilia Apibus improbatur, 33.a vtranq; non sentire Teredinem 275.e
Tilloni pisci Lumbrici innascuntur 271 a
Tinea, 274.e. Apes infestat, 3.c. cum ea & Blatta rixari quid, 198. a. b. ab ea denominata, 278.b eius historia, damna ibidem. æquiuoca, ibid. c. synonyma, d. generatio, e. & inde. eas alere qui dicantur, 278. c. ab eis moralia, prouerbia, ibid. ortus, 3 c.d.6.d. quid, 275.b. 197. c. vnde dicta, 278.d. vt occidatur, & fugetur, 33.e. & 279.a
ad Tineas accipitrum remedium 291.a
Tinea agrestis quid Ouidio 105.a
Tinea alueorum 34.b. 100.c
Tinea Apum quæ 278.c.d
Tinea spinifera dicti grammatici 214.a
Tinea tunicas trahens cochlearum modo quæ, 118.e
Tinea ventris quæ 258.a
Tineæ Apibus noxiæ Chrysalidis, & folliculi icon 300
Tinearum aquaticarum historia, 283. d. ad eas sumptas remedium ibid.
Tineola 269.d
Tipulas Gaza vertit Ascarides 153.e
Tipularum historia, 281.b. genera, 283. a. vnde dicta ibid.
Tithonis 120.b
Tithoni senecta, prouerbium quid, 132. a. in Cicadam conuersus, 131.d. eius fabula allegoria, ibid. & 132 c. ibid d.
Tythimalus Apibus noxius 28.d
Ton Vermis Americani vt curetur, 270.b qualis Vermis 261.d
Torquilla quæ Auis 206.d
Tracta cera quæ 67.e
Traianum cur ad Virgilium destinet Plutarchus 13.b
Tramosericum quid 115.c
Transenna quid 277.e
Trifolium odoratum 49.a
Trigina mensa 38.d
Triticum cur bestiolas gignat, 273. e. inter frumenta maxime in radice vermiculatur, 273. b. in eo Curculiones, 3.a in cœno cur serendum 210 c
à Trochilo vt curetur Crocodilus, vbi Sanguisugas hauserit 292.c
Troiani Apibus comparati, 17.a.b. cum Formica comparati, 200. d. cum muscis comparati vna cū Græcis, 139.b. cum locustis comparati 168.a

Trophonij

Index.

Trophonij oraculi inuentio 37.e
Trutta auidissime appetit Phryganium 283.d
Trygon vnde 120.c
Tryxallis 161.e.175.b
Turcarum aduentũ Locustã denotarunt 168.c.d
Turdi vt Lumbricis capiantur 277.d
Tussi confert oleum cera,79.b.item mel 63.d
Tutulus quid 128.b
Tymallus piscis qualis 157.a
Typhi signum 142.a
Typhos quid 74.d
Tyris quid 120.c

V.

VAccam Asilo percuti quid significet 149.d.e eam ne Tabani infestent,ibidem.in eam versa Io.œstro agitata ibid.e.& seq.
Vaginipennia quæ Insecta dicantur 159.a
Vanitates per Aranea telam indicantur 247.d
Varronis satyra dicta Modius, 130. a. alia dicta Atticus Tettix 128.d
Vasa cera obturata 77.d
Vas aconitum quid 189.d
Velutum quid 116.d
Vena sectionis inuentio 223.a
Venas aperiunt Cicadæ 214.b.& seq.
Venandi ars ab Araneis edocta 243,a
ad Venenatos morsus 174 c
ad Venena cuncta remedium 213 b
Venenum per mel sumere quid 60 e
Venena melle temperata 55 b
Venenum mellitum quid, 59. e. pessimum ex capitibus Formicarum,205.d.quando peius,95. c. ad id quod corrodendi vim non habet remedium,237 a.b.quot modis noceat,230.e.eo sagittas inficere vnde natum, 90. c. veneno vt expugnetur venenum 295.b
Venetorum Dux cur cornu gestet 48.a
Ventorum signa 247.e.& seq.
Venus dicta noctuuigila 194.b
ad Venerem concitandam remedium, 63.b.210. a.295.c
in Veneris mascula sectatores 181.a
Venerei cum Cicadis comparati 127.b.& seq.
Veris signum 102.e
Veratrum Apibus noxium 28 d
Verbum Dei qui efficiatur vermis 256.c
Vermina quid,255.d.saua quid Lucretio 257.d
de Vermibus in genere,253 a.inde.aquiuoca, ib. dicuntur etiam Pediculi, 215.a. in ventriculo generantur, 268 c & inde. in cerebro quid anatomacis, 253.b. in capite humano nasci, in auribus,sub lingua,sub dentibus,261.a.b.c.in mammis,in pulmone,& aspera arteria,ib.d.e cur ijs comparatus Christus,181.b.256.a.ab ijs denominata,255.a.ex excrementis oriri,270 b.eorum generatio,254. c. & inde.ijs in generando quid commune, 153. d. eorum genera, differentiæ,254. d. & inde. eos instar testudinis calculosus eminxit, 259. a. eorum laudes, 253.a.lethiferi in India,254.e eorum miri affectus,205 e.eorum moralia,mystica,256.b.ijs motus instar vndarum,254.b. Muscis productiores, quid portenderint, 256.a.eorum natura quantum differat à natura reliquorum Insectorum, 253. a eorum nomen late patet, ibid.eos non coire, 254 c. d. non nascuntur ex solani putrefactione, 25. b.obliuiosi,254.a.per eos notata cara,265.c.ex se perfecta animalia 2.d.per eos notantur peccata,256.c.ad eos pellendos remedia,195. d eorum prodigia, 256.d. quales in perca.3.c.ab ijs qui corrosi 265.b.qui pariant,275.b eos qui cibi generent,& cur autumno magis generentur, 263.e.an eos dulcia producant,ib.a.b.quos fruges infestant,273.e. & seq.ex quibus humoribus in homine generentur,262.a.b.263.a.salsa non tangunt,278. a.in solano quales nascantur, 3. e.ijs in ventre infestatur gobius piscis,ibid.c.in vesica & renibus hominis nasci,261.a.item in vtero manibus,& pedibus, ibid.b.eorum, victus,sensus,viuacitas,254 a & inde.ijs vita tenacissima,8. c. an fiant in vlcere ab eodem calore à quo pus,262.c.eorum vsus in varijs,256.b.vt augeantur,256.b.vt fugentur,254.d. & occidantur,256.d.ab ijs vt conseruintur cadauera 270 c.in vtero existentium signa 267.a
Vermium in omnibus animalibus, excepto homine,nascentium historia,270.b. & inde. eorum synonyma,genus, differentia, descriptio, 271.c. & inde. generatio, 76.e. & inde. signa prognostica,271.e. & inde. vsus in medicina, 272.b.vt fugentur,& occidãtur,ib.c.& inde.
Vermium in aquis calidis nascentium historia, 239.a.& inde.
Vermes aurium, vt occidantur, & educantur, 268.c.d
Vermis Brucho similis in homine natus, 259. b
Vermis quid, 5. e. quid autori, 253.a. quid apud Theologos 265.a.b
Vermis aeris quid Isidoro 238 a.b
Vermium cantus vsus 272.b
Vermes carnium 271.a
Vermes caudati, 254 d.e. in vlceribus reperti, 259. d
Vermis carulei Gangetici historia, 286.d. idem cum Verme Indico,Ctesiæ 287.d
Vermis cordis dictus quale monstrum, 258. e. & seq.
Vermis cornutus quid Aristoteli 104.e
Vermis Cucurbitarius autoris 225.e
Vermium cucurbitinorum icon,260.nu.1. longitudo,258.c.qui, ibid.e
Vermes dentium vt sanentur & fugentur 269.d
Vermium equorum in ventre & intestinis nascentium quot sint genera 271.c
Vermes Erucu similes in homine nati 259.c
Vermium in homine nascentium locus,259. d. & inde historia,268. b & inde genus, differentia,descriptio,257.e generatio,261. e. & inde. denominata,265.d.historica,ibid moralia,ib. a & inde.insomnia,ibid. d.prasagia, prognostica, 267.b.fabula, 267.e. vt fugentur, & occidantur 268.a.b
Vermes in homine nascentes consueti & non consueti,257 e.& seq.in intestinis hominis nascẽtium icones,260.eos enecantia remedia, 268. b.& inde
Vermis Indici historia,286.c.d.vt capiatur,287. b.quid D.Ambrosio 110 a
Vermis lanificus ibid.
Vermium in lapidibus, & metallis nascentium historia 279.b
Vermis Macrorynchoteri, & Microrynchoteri historia 293.d.icon,282
Vermium marinorum icones 282
Vermis in mari, 40. cubitorum apud Noruegos 287.c
Vermis Martij mensis historia ibid.d
Vermis Microrynchoteri histo.293. d. icon, 282. & alterus Rondeletij 300
Vermium monstrosorum generatio, 259. a. cum vrina excreti,ibid. e descriptio eorum, qui in corpore humano nascuntur 158.e
Vermis monstrosi in capite militis inuenti, icon, 300.item alterius anguillæ forma ibid.
Vermium pilosorum signa in equis 272.b
de Vermibus plantarum historia,273.a. ibid.eorum causa pro cathartica,& materialis, 274 a.victus,273.d vt fugenter, 274. & inde. vt signantur in plantis 26.a.b
Vermis polymorphi icon 282.nu.2
Vermis quadrupes Agricolæ, & eius descriptio 235.a
Vermis serpentinus Alberto dictus quid edat, 273.d
Vermium in tubulis delitescentium historia,286 b.icon,300
Vermis vestiarius,3 b.volatilis 253.b
Vermicelli quid Sauonarolæ 251.e
Vermiculorum ortus 5.b.& seq.
Vermiculus dipsaci ex Erucarum genere 108.b
Vermiculus qualis in farre,8.ingramine nascentium vis ibid d
Vermiculi Insectorum omnes quasi argentum fiunt 25.b
Vermiculi intercutanei dicti 261.b
Vermiculus D Ioh quid 255 d
Vermiculus niger in cyprino 3.c
Vermiculi oblongi in carnibus salsis inueteratis, 197 a pernitiosos generat tuta 3 a
Vermiculi Platinæ qui fiant 255.e
Vermiculum quæ Insecta pariant 5.d
Vermicularis cerebri processus quis 255.c
Vermicularis herba genera 255 b.c
Vermiculatum quid ibid.b.c
Vermiculatio quid,3.c.255.b. ea quæ arbores sentiant 3.c
Vermiculor quid, 255.b
Vermiculus color quid, 255.c
Vernigo quid, 36.b
Verona fertilitas, 22.b
ad Verrucas remedium, 174.c.280.a.189.c
Verticillus quid Gazæ, 198.a
Veruex abscisso capite viuit, 8.c
Vesicam peculiariter ledunt Cantharides, 188.a ad eius vitia valent Cicadæ, 133.a
Vespa aquiuoca, 84.c. ætas, 86.b. aculeata & non aculeata, 85.a.ijs amici Crabrones, 93.b eorum amor erga prolem,89.e.& seq. an ceram, & mel conficiant, ibid. b. ijs an sint reges 87. e. 89. d. an senectutem exuant, ibid.a animositas & vindicandi ratio, 90. b. c. d. per Apes ens intelligi, 91. d. an Apibus inimica, 90. b. earum & Apum idem ortus, 87.e apologi, 92. b. earum aqua vu, ibid a. audacia, 90.e. & cur, ibid. ab autore obseruatarum descriptiones, 85. e. & seq. icones, 81. eas capiendi ratio,89 a.ijs Chananæi puniti,91.d earum cibus, 89. d. e. ea Cicadæ obstrepens prouerbium, 92. d. 130. d. eam ciuilis esse generis dicit Aristoteles, & cur, 89.c.d. earum coitus, ibid. 86. c. per coitum propagari, 87.b eius, & Crabronis similitudo 93.d. & ibid. b ab ea vbi non vexetur pecus, 138. a. cur non recta volent, 89. c. cur inter Apes sylvestres numerata 91. d. de eis epigrammata ibid. d epitheta,92.a etymon, 89. d earum examen malum augurium facit, 91. d examen earum sibi irritare quid,92. c. examen metuit Phrynichus ibid. d. examen in arte moneta, ibid. faui vnde fiant,87.c.faui non constant ex cera. ibidem, faui vt ab Apum differant fauis, 88. c.d. genus differentia descriptio, 84.e & 85.a.gregalis est, 2. e. eius habitatio, 20.c hieroglyphica, 91. e. historica, ibid. d.ictus, symptomata, 92. d. e. & 93. a. ictus curatio ibid. in India cibaria liquida appetit, 94. b eius ingenium, 89. c. d. locus, 86. d. pro magno timore ponitur, 84. c. eius mel, 53. c. moralia, 91. d. mortifera vbi, 86. d. multa in autumno quid præsagiant 91. b.earum nidus, 87. b. nidi artificium 89. c. nidi cortex qualis, 88. d. non mellificant, 53. c. non respirant, 6. e. non relinquunt aculeum post morsum, vt Apes 92. c. non capiunt grandiores Muscas, 89 a. operaria, & mares quomodo vespera conficiant, 87. b. c. & seq. earum ortus, 5. c 86. d. & generatio ibidem. pietas erga suas, 17. d. placida, operaria, matrices 85. a. earum præsagia & auguria 91. a. promptitudo animi, 90. d. prouerbia, 92. c. quæ venenosiores, 92. c. quasdam esse ex terra, 87. b. quãdo sub terra, & quando in sublimi nidificent, 87. e. & cur, 88. b. ab eis qui eiecti, 92. b. in ijs quid obseruarit Homerus, 1. a. quos non attingant, 92. c. d. rariores quæ, 85. b. remedia contra ictus, 92. b. earum respiratio, 89. c Serpentibus vescuntur, ibid. e. earum sexus, 86. e. sonus, 89. b. c. synonyma, 84. e. trita suis morsibus prosunt, 93. b. c. vbi nidificent, 88. b. earum veneni temperamentum, 92. d Vermes quales, 6. a. vita tenacitas, 8. c. viuacitas, 89. c. vnde dicta, 84. c. vsus in medicina, 92. a. vt capiantur, 28. b. ibid. vt coeant, 5. b. feræ & cicures quæ Varroni, 85. b
Vespa Ichneumonis dicta cum Phalangio Cretico dissidium, 241. e. 92. c. & seq. ortus, 240. b
Vespa Indica, 85. c. earum Vespera. 88. b 89. b
Vespa Laerta dicta quæ, 204. e
Vespa λεχοποιὰς cur, 90. a
Vespa nigra vbi faciunt, 88. e
Vespa, emiformis descriptio, 86. b
Vespa spuria, 85. d
Vespa pro vespillone, 84 c
Vespalis Ruteta quæ, 240. a
Vesparia seu vespera, & eorum descriptio, 87. b 88. c. ibid. e. & seq. icones, 81.
Vesperi Phial. formis descriptio, 88. e. icon, 282, nigrarum Vesparum quale, 88. c. planum quæ forma fiet, ibid. b. subterranei descriptio, ibid. c. icon, 81.
Vespertilio cute volat, 4. c. cur nullus in septentrionalibus plagis, 158. eius vox, 120. c. per eius alam quid significetur, 209. d
Vespillones qui. 84. c
Vestes quæ à Tineis non corrodantur, 279. a. vt ab eisdem liberentur, ibid. ijs ne noceant Blattæ, 198. c. Coæ quæ, 111. b. Vermiculata quæ, 255. a.
Vestalis ignis, & eius origo, 71. e. & seq.
Vesuuius mons Cicadas nescit, 122. e
Vinum an sit purum quomodo cognoscatur, 63. d 133. b. 174. c. cur optimum homini esse iudicetur, 61. c. ei cur infundantur oua Bombycum, 112. a. mel miscere antiquissimũ est, 62. d

Index.

eius natura contraria omnibus venenis, 190. b. quæ animalia generet, 3. c. quod in medio est cur optimum, 59. a. b. ex melle fiat, 63. c. Græcũ 38. c. Massicum quale, 62. c meletites, & eius facultas, 63. b. Rifatticum dulce est, 62. d. rubrum ex albo, 63. c. Vermiculum quid 255. c
Vinula quid 227. d
B. Vincentius Locustas fugat 169 c
Violarum icones 186
Viola aquatica, & eius historia 281. b
Vipera Cantharidibus aluntur, 189 e. ab eis deuorantur Scorpiones, 235 c. earum esu an pediculi generentur, 217. c. in eas maligna sunt vespæ, 90. c. nutriuntur Bupreste, 192. c. eis similes Muscæ, 135. d. ad eas antidotus, 193. a. vbi non infestæ 212 c
Viperini fœtus 98 a
Virgilium Apes aluere, 38 c. emendatus 55. d e
Virgo beatissima cur se Apem vocarit 16. b
Virtus enervata delitijs Scarabæo notata 182 e
Vesicaria herba quæ 142. b
ad Visum acuendum remedium 184 a. b
Vita actiua per piscem assum expressa, 58. a eius symbolum, 56. b. terminus angustus Muscæ, 141 d. e
ad Vitam ciuilem qui duces requirantur 13. c
Vitis cur Vermes generat magis quam alia arbores, 274. b. c ijs inimica Aranea, 243. d. e. eã ne ascendat Formica, 205. e vt à Cantharidibus seruetur 191 b
Vitrum cur & liquefactum & coctum semper pellucidum, 69 c vt plicabile reddatur 76. e
Vituli aquatici historia, & descriptio 288. a. haustí eius curatio, 1b. b eius venenum 1b. icon 300
Vitulorum Lumbrici vt exstirpentur 272. c
ad Vlcera remediũ, 249. a 276 b. ad capitis manantia, 281. c. ad insanabilia curanda, 198. a. ad omnia pedum, 280 a. ad putrida, 175. c. ad testiculorum tumentia 280. a
Vlmus vt Apes purgat, 28 d. arbor Cimicum dictus, 212. e. 153. c. eius vesica Psenes generãt 3. d
Vlpiani error 62. a
Vltionis hieroglyphicum 40. d
Vnigenitus per Scarabæum notatus 182. e
Vnguenta quæ gratiora 68. b
Vngui odoratus 196 c
Volant per diem tantum Cantharides 185. d
Volucella quid Scaligero, 227. c. ortus 3 d
Volucra Columellæ ibid.
Voluox quid ibid.
Voluptatis inditium mel, 56. b. ci Comes est mœror, 60. b. ei dediti Cantharis assimilãtur 181. b
Vomitus in Cantharidũ potu vnde 290 e. & seq
Vouprestis quid Græcis hodie 192. d. 233
Vocem cur non habeant Cicadæ, 124. a. eius priuatio in homine à Vermibus oritur, 166. a. b. eam quæ animalia edãt, 8. a. à sono differt, ib.
Vpupa vt Blattas è nidis depellat 198. c
Vrina araneosa quæ 240. c. d
ad Vrinæ ardores à Cantharidum potu ortos antidota, 191. e & seq. ad eius difficultatem, 174 c. 250. c. 189 a. eam cur difficulter excernant agri qui Cantharides potarunt 290. c
ad Vrinam in equo retentam remedium, 213. b. c
Vrinantes cur sub aqua odorare nequeant 7. c
Vronoscopus piscis rescissus viuit 8. c
Vrsa linguam in Formicas exporrecta quid significet, 209. d. vt sese sanet ibid.
Vrsus Formicarius vbi, 203. a. quis, 205. a. noster Formicarius dici potest, 207 c. cur Formicas vescatur, ibid. c. quando Formicas edit 210. a
Vrsi ne mella diripiant 28. c
Vruca & eius etymum 105. e
Vscia vermis porci 271. e
ad Vterum fœcundandum, 277. b ad obduratum remedium, 192. c. ad eius strangulationes 189 a. 192. b. c. 215. c. & 298. b. in eo vermes monstrosi genti 259. a
Vua Apiana quæ 38 b. 142. a b
Vuis vescuntur Vespæ, 89. d. eis quodnam animal innascatur, 273. d. vt à vespis sint immunes, 89. b
Vua Apica 38. c
Vua marina animalis historia, 295. e. icon 296. & descriptio ibid.
Vua Stica 38. b
ad Vulnera remedium, 249. a. 277. d. 274. d. ad cruenta valet oleum cera, 79. c. ad intestinorum 77 d. e
de Vulpe & Verme Apologus, ibid. b. c. vt se à Pulicibus liberet 224 a
Vulpecula cute volat 4. e
Vulturis pediculus qualis 215. c
Vxor frugi Apum regi similis, 15. e. optimo officia, ibid & seq.

X.

Xantippi de Apibus dictum 13. d. e
Xenophon Attica Apis dictus 39. d
Xylophthori historia, 118. d. etymon ibid. icon, 119

Z.

Zeuxidis dictum 40 e
Zinziberis radices vt condantur 53. d
Zizyphum vocat Galenus sericum 115. e
Zoophytum animal perfectum 2. b
Zopyssa quid Plinio 78. b

Græca.

Ἀβραδὼν 163. b
Ἀβρότων ibid b
Ἀγρὶψ 254. a. b. 274. d
Αἰγαλιὼν 120 b
Αἰλουρόμυοφος Scarabæus 177 b
Ἀκάνθας quid 121 d
Ἀκάνθιον Cicada quæ ibid.
Ἀκάνιστον vas quid 189. d
Ἄκανθα medicamenta quæ 78. c
Ἀκρίζειν quid 212. e
Ἀελὶς quid, 159 b. vnde deriuatur 160 d. e
Ἀκρίδιον ibid
Ἀκριδοθήρα quid 169. a
Ἀλάζων 120. b
Ἄμμιον quid Theophrasto 74. a
Ἀπεύκαστος εἶ quid 156. c
Ἀνθηδὼν quid 20. b. 85 a
Ἀνθηρὸν 86. c
Ἀνθρώνη 84. b. 93. e
Ἀνθρώνιον, 49. d quid Suidæ 94. b
Ἀνθρωποειδὴς quid 95. c
Ἀνοιστρὶω & ἀνοιστροῦμαι quid 149. b
Ἀπεστῶν 163. b
Ἄπους quid 20. b. 23. d
Ἀραχνοῦς quid 246. c
Ἀράχνη & Ἀράχνιον 238. d. 246. d
Ἀραχνικὸς quid 246. c
Ἀραχνιόω & Ἀραχνιοῦμαι ibid.
Ἀραχνοκάμπη & eius descriptio 107. b
Ἀραχνόφης quid 246. c.
Ἀραχνώδης quid ibid
Ἀρπέδονες quid veteri Lexico 214 e
Ἄσηρ quid 215 a
Ἀσήτ quid ibid.
Ἀσάραχ quid Dioscoridi 161. a
Ἀσκαλὶς 257. c
Ἀσκαλίδες mele Tipulas vertit Gaza 281. b
Ἀσκαλιδώδεις & Ἀσκαρώδεις 269
Ἀσκαλίζω quid 257. c
Ἀσκίω quid ibid
Ἀσκὸς quid 278 b
Ἀσπίδα quid hodiernis Græcis 294. e
Ἀστέλη quid Hesychio 254. d
Ἀστὴρ & Ἀστήριον 295. b
Ἀπάκη 161. a
Ἀπέλαιος, ibid. 160 c. vnde dicatur 161. b
Ἄφις 212. b
Ἀχάτη πέτρα qualis 121. e
Ἀχάτη quid Adriano Iunio ibid seq.
Ἄχηρας 163. b
Ἄχηρον ibid.
Ἀχρίδες quid 173 b

B.

Βαδίζοντα quæ 6 b
Βαίτυξ 288 a
Βαμβάξ & βαμβάκιον quid 109. c
Βάτραχος 120 b
Βδέλλα, 276. c. 288. e. vnde dicta ibid.
Βδελλίζειν 291. b
Βδέλλιον 288. a
Βδελλολάρυγγες qui dicti 291. b
Βέμβιξ seu βίμβηξ 84. c
Βεμβὶς 85. a
Βιβακὸς 120 b
Βλάττιον βυζάντιον 196. c. d
Βλαψιγρία quid 29 d
Βλέκυες quid 288. a
Βλέτυες ibid.
Βλῆτες scorpio terrestris Hesychio 226. b
Βομβάκιον quid 109 e
Βομβεῖν quid 23. c
Βομβύκιον quid 115. a
Βομβύλιος Suidæ quæ Vespæ 85. c
Βομβύλιος quid alijs 151 c
Βόστρυξ 194
Βόστρυχος ibid.
Βουδάκη 192 c
Βουπρῆστις vnde dicatur ibid b
Βοῦς quid antiquis ibid.
Βότρυς 194 e
Βραδὺς quid 161. e
Βροῖκος ibid.
Βρύλλα quid 214. e
Βλέφαρα 163
Βοᾶν dicuntur Cicadæ 123. d

Γ.

Γαστρίδες 257. c
Γῆρας quid 122 a
Γλίχων 223. d
Γραφεῖον quid 273. e
Γούλλος 174 e

Δ.

Δέλτιδες 84. c
Δερμηστὴς 254. a
Δημητρίου λῶς quid 250. e
Δῆξ 117. c. 275. a
Διάζωμα quid 124. b
Δρόσος 115. a
Δρίλακες 288 a
Δρῦλος 276 c
Δρῦς quid Græcis 131. c
Δύσδερα quid 90. d

E.

Ἔγκρυο 214. d
Ἐγκρίδες quid 173. b
Ἐλαιοθηπία 69. a
Ἐλμινθες πλατεῖαι 258. a
Ἐλμινθες στρογγύλαι ibid. d
Ἐλμινθιάω quid 296
Ἐλμινθιον quid ibid.
Ἐλμινθωδὴς quid ibid.
Ἐλμὶς 257. c
Ἐλοασκάδι quid 174
Ἔλυθρον quid 4. c
Ἐμπὶς 150. b
Ἔντομα quæ 2 d
Ἔντερα γῆς 276 c
Ἐξοιστράω & ἐξοιστέω quid 149 b
Ἐρεθίζειν quid 157. a
Ἐρεθίκη quid 11. d
Ἐρπίλαι 284 e
Ἑρπητὰ quid 215. b
Ἑρπετὰ & ἑπετὰ quæ 6. b
Ἑρπετὰ quæ ibid.
Ἐρπύλλα 285. a
Ἐρπυλλὶς 120 b
Ἐρυσίβη quid 160. b
Ἐσθίνη 96. b
Ἔσθη 20. b
Εὐλαὶ 254 c. 257. c
Ἔφορος quid 48. a

Z.

Ζῶον μελιοστόπιον 85. e
Ζωοῦθαι quid apud Theophrast 273. c

H.

Ἡλίθιος quid 161 e
Ἡλιοκαύθαρος 177. e 181. c
Ἡλιομανὴς 120. b
Ἡπίαλος quid & eius historia 102 e
Ἡπίαλος quæ febris 111
Ἡχέτης 120. b

Θ.

Θεμελεῖς 288. b
Θηρία quid Hippocrati 240. d
Θηρία κακὰ quæ Hesychio 257. c
Θηριώδης 258. e
Θηριώκαπα ibid.
Θρίπες, qui Vermiculi 275. b
Θριπήδεις 275. d
Θριπόδωτος quid ibid.
Θριπόφαγος ibid. e
Θρὶψ 254 a. b

I.

Ἰδιόμορφος Scarabæus 177. b
Ἰδρὶς cur Formica ab Hesiodo dicta 200. b
Ἰθμία quid 21 d

Ἰξ

Index.

Ἴξ 217.c
Ἰξία quid 196
Ἰουλόπιζος quid 251.d
Ἰουλὼ cur dicta Ceres 250.e
Ἰουλώδης quid 251.d
Ἱππίδιον 294.d
Ἱππόκαμπος ibid.
Ἱππομύρμηκες 203.d
Ἱππουρὶς 96.a
Ἰψ 117.c

K.

Καλαμίς 161.c
Καλλίουλος quid 250 e
Καλοιέρρες 197.e
Κάμπαι cetacea omnia dicuntur 193. d. & seq.
Κάμπη 105.b.160.d
Καμπίκητος vnde deriuetur 293.d
Καυδήλα 194.e
Καυθάρος vitis quæ 181.d
Καυθίελας gemma ibid.c
Καυθίελον 181.c
Καυθαρὶς 185 a.ibid b
Καυθαρὶς piscis ibid.
Καυθαρίζειν 181.c
Καυθαρίτης ὀίνος ibid.
Καυθαρόλεθρος locus in Thracia ibid.
Καύθαρος, 176 c. vnde dictus ibid.
Καύθων, quid ibid.
Κάρα 214 d
Καραβοειδῆ 159 a
Κάραβος ibid.
Κάρυον 214.d e
Καρυοστέφανον quid ibid.e
Κάρος 66.d
Κάρπα Theophrasti 105.b.273.d
Κῆρις 49.d
Κίρκα quid 66.e
Κεράμβηλον 177.d
Κεράμβυξ ibid.& 179.a
Κερκώπη quid 125.d
Κερωμανὶς quid 69.a
Κεστρίας 185.a
Κέραμβλον 177.d
Κηρία & Κηρίαι quid 258.a
Κηλάζειν 36.b
Κήλινον πλάσμα 69.b
Κηρίον 36.a.ibid.b.49 d.e
Κηρίον morbus 54.c
Κηρίον κηφωῶδες 57.e
Κηροχραφία 74 d
Κηρὸν pro cera pici permista 78.c
Κηρὸς, 66.d & eius etymon ibid.
Κηρὸς τρακτὸς 67.e
Κηρόμαστα quid 69.e
Κήρωσις 36.a
Κηφὼ 82.d
Κηφῶαι Apes 21.d
Κηφώιον quid 83.a
Κίμβικα 84.c
Κνώπιον 150.c
Κίονα quem Vermiculum Galenus appellat, 273.c
Κιξάλης 120.b
Κίξιον ibid.
Κὶς Theophrasti 117.b
Κληρὸς quid 25 d
Κνίπες Formicæ dictæ 50
Κνιπόλοχος quid 154.a
Κνὶψ 150.c
Κνώδαλα 9.a.254 b
Κόμμωσις quid 36.d
Κόνις 225.b
Κόννυσις quid 36 d
Κοπεὼν quid Hippocrati 177.e
Κόπτειν quid 254.a
Κορδύλη quid 128.b
Κόρεξα recentioribus Græcis quid 212.b
Κορὶς quid Hesychio ibid.
Κόρις & κόρυς ibid.
Κόρωψ 161.e
Κόρυμβος & κορύμβη quid 128.b
Κουβαρίδες 250.b
Κοχλίας γύμνος 279.e
Κύαμος 250.a
Κυβῆτρα 36.a
Κὶξ 150.b
Κωμωδία herba quæ 135 b
Κωνοπῆσις 222.b
Κωνεάστω 215.d.221.e
Κωνεαίστης 135.b
Κυσολαμπὶς quid Hesychio 194.c
Κύτος quid Arist. 4.a
Κύπαρος 36.a
Κυψέλα 27.c
Κραμβὶς 273.a
Κρανοπολάπτης 103 b
Κρόκος 161
Κρόπιον herba 221.c
Κρότων Insectum ibid.
Κροτονιάται populi ibid.
Κρωβύλος quid 128.b
Κώδαξ 121.b
Κωνωπῖον quid 154.e
Κωνωπὼν quid ibid.
Κωνωπειδὴς ibid.a
Κωνωποθήρας quid ibid.
Κωνὼψ 150.c
Κώρυκος quid Græcis 154 b

Λ.

Λάμπας κορυχίτων
Λαμπτῆρες
Λαμπουρὰ 72.b
Λαμπουρὶς 194 c
Λαμπουρίζω 195.c
Λαμπιρὸς quid ibid.
Λάμπουρος canis nomen ibid.e
Ληδυρὶς quid ibid.
Λιβυρὶς 194.d
Λιβυρὶς 112.a

M.

Μαίων coccus quis 207.a
Μάλθη
Μαύης δρουραία
Μάστιξ
Μελολόνθη 109.b
Μελαύθη ibid.
Μίλι 49.c
Μελικέδριον 50.b
Μελίκηρα 54.c
Μελίδειον ibid d
Μελίας σίτος ibid e
Μελίβρομος ibid.
Μελιχαθὴς ibid.
Μελίγηρις ibid.
Μελίγλωσσος ibid.
Μελίδειον quid Suidæ 65.a
Μελιηδὴς 54.d
Μελίκηρις 49 d.e
Μελίλωτος 54 a
Μελιλώτινοι στέφανοι ibid.
Μελίμηλον ibid e
Μελίνη quid 49.a.b
Μέλινος 38.b.49.a
Μελίπηκτον 54
Μέλιστα quid, 12 b. 20. b & vnde
Μελιστοῦς 27.a
Μελίσσιον quid ibid.
Μελιστόκομος ibid.
Μελίσσεος παὶ ibid.
Μελιστότροφος ibid.
Μελιστόφυλλον 38.a
Μελίτεμνα ibid.b
Μελιτεῖοι quid 62.e
Μελιτίτης λίθος 54 a
Μηλίτεις ibid
Μελιτοπώλης ibid.c
Μελίτωσις ibid.
Μελίτρεπτος ibid.
Μελιτουργία & μελιτουργεῖον ibid.
Μελίτουργος 27.a
Μελιτουργὸς 54.c
Μελιτροφεῖον 28.a
Μελιτοφόρος 54
Μέλιττα quid 20.b
Μέλιττις 38.b
Μελιττῶδης 27 a
Μελίπυμος 54.d
Μελιτοῦνα 28.a
Μελίφυλλον 38.b
Μελίφυτος 54 e
Μελίφρων ibid.
Μελίχλωρος ibid.
Μελιχρυσος λίθος ibid.a
Μελολόνθη, 176.c vnde dicta.
Μελύγειον 62.e
Μελυγύιον ibid.
Μέπεξα 115 e
Μηλαύθη 177.a
Μηλιτομοῦς 163.c.117.b
Μίδα fabæ Vermiculus 117 b
Μιλτοπάρηοι naues quæ Homero 74.c
Μίτυς quid Aristot: 36
Μοῦαι 271.a
Μολουρὶς 163.c
Μόλουρος ibid.
Μυχάλη quid 246.e
Μυῖα & vnde dicatur 115.a
Μυῖα piscis aomen 134.b
Μυιόθηρα quid 142 a
Μυιοπηχέαι 149 c
Μυιόστοβαι Muscarum abactores 142 a
Μυιωπίζειν 149.c
Μύιψ vnde dictus, 148. b. fumitur pro calcari etiam ibid.d
Μύκης quid 103.b
Μυλακρὶς 197.b
Μυόκτονος napellus dictus & cur 146.c
Μυρμόπους Vermis 251.c
Μύρμαξ 203.c
Μυρμηδὼν 206 d.207.d
Μυρμηκαύθρωποι fabula ibid.d e
Μυρμήκες γυίτρες ibid.
Μυρμήκια quæ ibid.a
Μυρμηκία quis morbus ibid.
Μυρμηκιαῦ quid ibid.
Μυρμηκίασις quid ibid.
Μυρμηκίζειν quid ibid.
Μυρμήκιον Phalangij genus 206.c
Μυρμηκίτης lapis 207 c
Μυρμηκολέων quid ibid.
Μύρμηξ 203.c
Μῦρμος ibid.
Μύωπες qui 147.b
Μωρὸς quid 161.c

N.

Νεκύδαλος 109.b
Νίτρος 214.c
Νυκτιλαμπὶς 194.c

Ξ.

Ξυλοφάγος βοῦς 179.a

O.

Οἴστρησις 149.b
Οιστρᾶν ibid.a
Οιστρῶ, & οἴστρημα ibid.
Οιστροδίνητος quid ibid.
Οιστρολασία quid ibid.
Οιστρολατέω ibid.
Οιστρομανὴς ibid.
Οιστροπλὴξ ibid.
Οιστρὸς 149.a
Οἴστρος θαλάσσιος 285.c.147 a
Οιστρώδης quid 149.a
Οστρόπους cur Scorpio dictus 226.b
Ὄλκος Araneæ genus 238.d
Ὄνισκος 250.a
Ὄροι κοπακίδιοι quid Scribonio Largo, 250 b
Ὀξυγλυκὲς quid 64.b
Ὀπώρα κηρινὰ, 50.d γλυκεῖα quid 94.b
Ὀχοφορία 56.a
Οὖλος quid 250.d
Οὐλὼ cur dicta Ceres ibid.
Ὀφιοκτόνη Dioscor. 251
Ὀφιόμαχος 161.b
Ὀινόμελι quid 62.a
Ὀιστρήεις quid apud Nicandrum 149.a

Π.

Παπλίων quid 102.b
Παροιστρέω & παροιστράω 149.b
Πάρνοπες 85 d.161.e
Πεμφρεδὼν quid 85.d
Πενταδάκτυλον herba 221
Πεντάλιδες 120 b
Πηνία 108.e
Πλώη 49 d e
Πνοῦμα κηρώδητον quid Theocrito 77.c
Πολύποδες 214.e
Πόντιον ὄστρεον 50 d
Πόρνοπες 161.e
Πρασοκορὶς, 164. e. male Blatram interpretatur Gaza 197 a

Index.

Προσωπίπαξ quid 90.e
Πρωτόκηρον 104
Πτερὸν quid 4.b
Πτίλα ibid.
Πυγολαμπὶς & Πυρολαμπὶς 194.e
Πυρραλλὶς 103.a
Πυρραμεῖα quid 20.b
Πυρραύστης 103 a
Πυραυσούμορον ibid.
Πυρρᾶίη ibid.
Πυρρᾶλὶς ibid.

P.

Ραφωὶς & Ραφανὸς quid differant 101.c
Ριζοχόσκης 163.b
Ριξαχόσκης ibid.
Ρῦπον ξηρὸς quid 66.e

Σ.

Σάκτον 151.c
Σάθραξ 214.e
Σειρὼ quæ 21.d
Σίρφον 150.b
Σηπεδόνες 254.c
Σῆρες 115 a
Σηρικὸν ibid.
Σὴς 117 c
Σηποδόκιδες 96.b
Σητόκηπον quid 278.b
Σίλφα 176.c.197.a
Σίλφα ὀρπκηπεῖον ibid.c
Σίλφιον ibid.b
Σίχφων 150.b
Σκαῦρον 295.b
Σιμαὶ 20.b
Σίμβλον quid 27.c
Σὶς 197.c
Σκνίψ 150.d.214.c
Σκνίπες Formicæ dictæ 205 a
Σκολόπενδρα 251.b
Σκορπίδια quæ tormenta 226.d
Σκορπίον, ibidem, d. vnde dicatur, ibidem. 128.b.226.d
Σκορπίον quid in pueris 225.d
Σκόρπις & σκόρπαινα piscis 238.b c
Σκυπαλίδες quid 255 a
Σκωλήκωσις & σκωληκιάω 254.d
Σκωλήκια
Σκωλήκιον, σκωληκιάω, & σκωληκίζω quid, 255 a
Σκωληκόβρωτον 217.d
Σκωληκοποιέω quid 255.b.c
Σκωληκότοκος & σκωληκοτοκέω ibid.
Σκώληξ 254.c
Σκωληκώδης & σκωληκοειδὴς.
Σμήνιον quid 27 a
Σμῆνον quid ibid.
Σμηνεκόμον ibid.
Σμηνοδόχον ibid
Σπονδύλη 225.b
Στῆτες quæ 3.c
Στρουθὸν 120.c
Στρουθίζειν ibid.
Σρόφον quid 255 d
Σύριγξ quid 27 c
Σύρφον 150.b.151.c
Σύφαρ quid 122.a
Σφηκεῖον quid 90.c
Σφηκία quid ibid.
Σφήκωσις quid ibid.
Σφηκισμὸς quid 91.a
Σφηκοειδὴς quid 84.a
Σφηκονεῖς 87.b
Σφηκώδες homines qui 91.a.93.a
Σφηκὼν quid 90.c
Σφὴξ, 84. a. 93. e. crabro interpretatus, ibid. vnde dicatur ibid.d
Σφονδύλη Blattæ genus 197.b.c
Σχάδων 20.b

T.

Ταινία 258 b.278.d
Τεθηδὼν quid 85.c.274.d
Τερηδόνες 271.c
Τερηδονίζομαι quid 275.d
Τετραπτλυρὶς 120.b.ibid.163.a
Τεπιγεμήτρα quid 125.a
Τεπιγόνια 120.c.121.a.125.b
Τεπιγόφορος Athenienses ibid.b
Τιπίζω quid ibid.
Τίπιξ 120.d
Τίπιξ cocus quis ibid.
Τίπιξ ἐνάλιον quid Æliano, ibid. e. θαλάσσιον quid ibid.
Τῖλον 250.d
Τίλφα 176.c.197.b
Τιπίξειν quid 120.c
Τίφη 197.b
Τραχυτίζειν 68.a
Τρόπις quid Hesychio 122.a
Τρίζειν quid 120.c
Τρίσμος quid 108.d
Τρύζειν quid 120.c
Τρὼξ 117.c
Τρώξαλις 105.c.273.a
Τύλφυ 197.c

Υ.

Υάλη quid 254 a
Υλομήτρα, & ὑλομήτηρ 109
Υμνεοσπόρος Cicadæ cur dictæ 68
Ὑπερα 108.e
Ὑρλον 49.d.e

Φ.

Φαγίδαινα Apum morbus 30.c
Φακῆνες 134.b
Φάλαγγες 238.b,c
Φαλάγγια ibid.e
Φαλαγγίτης herba 247.a
Φαλάγγιον herba ibid.
Φαλαγγῶσι & φαλαγγιῶσι ibid.
Φάλαγ 197.d
Φάλαινα 102 a
Φθεῖρες 214.a
Φθεὶρ piscis ibid.
Φθεὶρ σίπου 117.c
Φθεὶρ θαλάσσιον 284.a
Φθειρίζω 220.e
Φθειροφάγον ibid.
Φιλοιστρομανὴς 149.c
Φοίνικος φῦκος 82.c
Φυκὶς piscis ibid.d
Φῦκος θαλάσσιον ibid.
Φὼρ quid ibid.b
Φώριος quid ibid.

X.

Χαμαιπίτυς herba 212.a.b
Χειροτόνητος quid 74.d
Χελώνιον quid 185.b
Χιονομέλι quid 64.e.& seq.
Χονιστήριον 69.a
χρυσοκάνθαρος 109.b.177.a
χρυσόλιθος 54.d
χρυσομηλολόνθιον 177.c
χρυσόπεζαστε 54 d

Ψ.

Ψευδοσφὴξ 85
Ψλὼ 117.c
Ψλωίζω quod 150.d
Ψύλλα quid 222 e
Ψύλλιον herba 223.a
Ψύλλον θαλάσσιον 284 c
Ψυλλοτοξότης 223 e
Ψύλλος 222.e
Ψύρα 214.d
Ψύχη eiusque etymon 96.a.b
Ψώρα 103.a

Ω.

Ὠραῖα quæ 50.a

Hebraica.

Ascobishi
Aluka
Areb
Arob quid
Arura
Belzebub
Chagab
Chargeba
Chargol
Chasil
Chepusith
Cnim
Debasch
Debiba
Deborah
Deboretha
Dibba
Dibraia
Gazam
Gezam
Gob
Goba
Hachenomol
Hasch
Ielak
Ielek non esse Bruchum
Kameza
Kampsa
Karzith
Maduph
Hemalah
Pirha
Raschon
Sæla
Salaam
Schumschemana
Schemota
Simmith
Sochala
Telatsal
Zachala
Zebub

Arabica.

Abofesas
Abogeatan
Acrab
Agaruf
Akrol
Albarasion
Albarabon
Alcaradol
Alcard
Alcarid
Alelika
Aleka
Aletha
Alfesim
Alfesesim
Algistros
Alhalem
Alhatrakay
Alheremati
Alkersenati
Alsari
Altraham
Altursimati
Arazasi
Asmaaksanti
Aucos Rutela
Auricos
Ayon
Bariol
Canesis
Canesibu
Carariba
Cerad
Charatan
Charda
Conches
Corab
Coreth
Coroda
Deboliar
Deibrane
Derethricht
Dgarsames
Dherarie
Fasafos
Fesesisi
Flasis
Gardan
Gicuale
Gierat
Hacharab
Hamaha
Harrab
Hatarab
Heagi
Iesafes

Igil

Index.

Igil ibid.
Kercules 160.d
Mum quid 36.a
Murchion 240.a
Pipher 239.e
Rab 240.c
Riapsa 105.a
Rutela 239.e
Sagluuscolon 240 a
Sarpa ibid.c
Sarsir 175.b
Satocakion 226.a
Sebegi 240.c
Semha 66 d
Siptu 239.e
Suburclitis 240
Suchon ibid.
Suclion ibid.
Xofostis 192.c
Zambor 84.c.& seq.93.e
Zisza 160.a
Ydrocomi 254.a

Indica.

IZa 204.c
Scisceni,151.d. Occidentalibus
Scisciori 96.a
Tom 261.d
Hippeqquti Orientalibus 110

Italica.

APe 20.c
Ape che non fa mele 81.e
Auoni 80.c
Bacho di seta Hetruscis 110.b
Barbegie 197.a
Bardelle 104.a
Bargelli 110.b
Bigatto di seta Bononiensibus ibid.
Bigatello da frumento 117.d
Bombici 110.b
Brecole 161.d
Brendole 104.a
Brescia di miele 49.e
Brocati d'oro 116.d
Bruc 161.d
Brucho 105.a.109
Bucaroni 197.e
Bupresti 192.b
Bordigone 177.d
Calandra 117.d
Calauron 93.a
Cantarella 185.b
Carpe 197.a
Caualetta 163.d
Caualetto 294 d
Cauagliere 110.b
Caualin marino 294.d
Cauallo mariano Venetis ibid.
Caualin ritorto ibid.
Cecca 256
Cemice 212.b
Cemici botare 214 b
Centipeda 251.b
Centopie 251.c
Ceruettin 179 d
Cérno volante ibid.a
Ceruettone 118.d
Chaual Genuensibus,& Romanis 294.d
Cigala 120.c
Crabrone 93.e
Cuculi 110.b
Dracone & Draconetto 294.d
Folloppa Venetis ibid.
Farfalla 96.a.103.c.104.a
Filandre 271.c
Formica 203.d
Fusano quid 3.d
Galauron 93.a
Gargatone 117.d
Gryllo 175.c
Guardasole 82.a
Guffulo 225.e
Insetti 2.e
Luciola 194.c
Lucio ibid.
Lumbrici 276.d
Mignatti 110.b
Mignani ibid.
Mignatta Romanis, & Hetruscis 108
Monietta 147.b
Mordella 114 e
Mosca 135.a
Mosca canina ibid.b
Mosca di perro ibid.
Moscini ibid c
Mosconi ibid.e
Muscilioni 146.a
Moscone 84.d
Paramosche quid 142.c
Parpaglia,& Parpaglione 96.b.104.a
Pauiglione 103.c
Pecchia 20.c
Pedicello 215.d
Pedocchio ibid b
Pedocchio marino 31
Pedocchieti 216.a
Pesce cauallo Venetis 294 d
Piatola 197.e.215.c
Piatone ibid.
Piglia mosche quid 142.b
Porcelletti 250.b
Portapeso 179.e
Porta tetra ibid.d
Poueia 103.c
Prusa 285 b
Pulce 223.a
Pulini 215.b
Ragni 238.b
Ruga 105 a
Saltello 163.d
Sanguettola Bononiens. 288 b
Sanguisuga ibid.
Scarafaggio 176.d
Scarafazzo ibid.
Scaraffon 93.a
Scafferoni 85.c
Schiani 197.e
Sciansciori 135.e
Scorpione 226.b
Scorzeri 271.c
Seta 115.a
Tafano 148.b
Tagliadizzo 185.b
Tarma 197.c.271 c.275.a
Tauanelli 137.a
Tauano 148.b
Tigna 278.d
Tignuolo 3.c.117.d 278 d
Verme 254.c
Verme che rode il frumento 217.d
Vespa 84.d
Vrespa Bononiens. ibid.
Viola 185 d
Vua mascatella 38.b.c
Zanzara 152.e
Zuccara 225.e

Gallica.

AGroueles 284.a
Araine 238.b
Bourdon 82 e.84 d
Bournal 49 e
Brana 161.d
Brigans 215.d.e
Bughiera 161 d
Calandes 117 c.d
Caphards 197.e
Carenson 217.c.d
Cerfs volans 179 a
Charbot 176.d
Charree 283.d
Chattepeleuse 117 c.d
Chenille 105.d
Cheual Marin Massilienfibus 294 d
Cheualot de mer 294 d
Ciere 50.
Cigale 120 c
Cloporte 250.b
Closeporte ibid.
Crignondes campis 175.c
Draconetto 294.d
Escarbol 176.d
Escroelles 284.a
Fodimerda 177.d
Frelons 93 a
Froisons ibid.
Froulons ibid.
Fullon 82 e
Fourmi aut Furmis 203.d
Grillon des camps 175.c
Guespe 84.d
Haneton 177.c
Lucramba 195.b
Morpions 215.b
Manne 147.a
Mouche 84.d.115.a
Mouche de chien ibid b
Mouche fort picant qui moleste fort les buefs & les vaches 148.b
Mouche Guespe 81.e
Mouche sans aguillon ibid.
Mouche claire 194.e
Mousche luisant de nuict ibid.
Papilon 96.b
Porcelet 250.b
Pou 215 b
Poulce 223 a
Puneses 212.b
Rayon,de miel 49 e
Sangue 288 a
Saurarelle 163.d
Scorpion 226.b
Soye 115.a
Tahon 148.b
Teighe 275.a 278.d
Thiques 221.c
Turo 179.a
Ver 274 c
Ver luisant 194 c
Vers de terra 276.d

Hispanick.

ABeia 20.c
Abispa 84.d
Achentabuei 192.c
Alacran 226.B
Alceda 36.a
Animales Genidos 2.e
Arana 238.b
Aranamuy ponzonosa ibid.
Brugo 161.d
Caualinho marino 294.d
Chimesa 212.b
Chismes ibid.
Ciera 67.a
Cigarra 120.c
Cigaro ibid.
Cabillo,abadeio 185.b
Escaranaio 176.d
Escorpion 226.b
Gafanrholes grandes 163.d
Garapata 222.c
Gorgoio 187 d
Gryllo 175 c
Gusano 254.c
Gusanos de seta 110.b
Gusano che roe la madera 275.a
Gusano con cuernos 179 a.b
Hiez de Colmena 26.a
Hormiga 203.d
Logosta di tiera 163 d
Luciernega 194.c
Lumbrizes 276.d
Madixa 111.a
Maripbsa 96.b
Mosca 135 b
Moscarda que ahuyenta las vacas orases, 148. b
Mosquito de higos 15.b,c
Mosquito de la nugas ibid.
Mosquito de los que pican 135 b
Mosquito de vini 151.c
Mosca muychica 135.b
Mosquilo 151.e
Nyuue 254 c
Oruga 105 a
Panal de la miel 49.e
Parauellhos 212.b
Pioio 215.b
Pulga 223.a
Pulgon 161.d
Rapacoua 3.b 197.a
Rezno 222.c
Sanguissuila 288.a
Seda 115 a
Tauano 148 b
Tauarro 93 a
Tinna de las Colmenas polilla 278.d
Vespa 84 d
Zangano de la Colmena 82.e

Germ.

Index.

Germanica.

AGle 288.a
Ameys 203.d
Braem 184.c.151.e
Braem hummel 82.e
Cantharides 185.b
Eerruuorm 276.d
Fligen 130
Floch 223.a
Gauchkefer 192.c.185.b
Golduuormlin ibid.
Grasuuorm 105.a
Gryllen 197.a
Gypsen 283.d
Gytsen ibid.
Hausheim 175.c
Heimenmug ibid.
Hermus 93.a
Heuschreck 410.c.120 c
Heymichen 197.a
Holtsbock 222.c
Holtzuuentle 250.b
Holtzuuorm 275.a
Horlifs 93 a
Hummel 148.c
Hundslaus 222.c
Hundsmuck 135.b
Hurnauss 93.a
S.Iohans Kefer 194.c
S.Iohans fliegen ibid.
Kaatkefer 176.d
Keller Esel 250.b
Kerder 283.a
Knoester 192.c
Kraut uuorm 105 a
Laus 215.b
Langer orenmittel 251.b
Maschen 283.d
Meerross 294.d
Meerstern 295.b.c
Meilandischer Kaefer 185.b
Melders 271.a.b
Melet 276.d
Mertz 287.e
Muck 151.e
Muggen 135.b
Muggfligen ibid.
Mucheim 175.c
Nachtmuck 194.c
Onser frauen Kule 185.b
Pfeiffholter 96.b
Pfertsuuubel 93.a
Qualster 192.c
Querclem 283.a
Rancker 238.b
Regenuurm 276.d
Rossaglen 288.d
Rossbraem 278.a
Rosskaefer 176.d
Rossmuck 148.b.c
Rukle 283.a
Raup 105.a
Schabbe 278.d
Schroeter 179 b
Scorpion 226.b
Seeroessle 294 d
Seyden 115.a
Sommeruoglin 96 b
Spinne 238.b
Stabysen 283.d
Stembyssen ibid.a
Teldheim 175 c
Tran 82.c
Vivualter 163.d
Vmb 20 c
Vngeziffer 2.e
Wantzen 212.b
Waschs 67.a
Wassergugen 281.b
Wasserkalb 288.a
Wasserlaus 283.a
Wasserschaben 283.d
Wasserspin 283.b
Wespe 84.d
Wurm 254.c
Zack 222.c
Zeiduuorm 110.b

Belgica.

BIe 20.c
Bommel 82.e
Boterscheire Flandris 96.b
Buteruliege 96 b
Brem 148.b
Calander 117.d
Coevlige 148.c
Cappeleken 96.b
Egeb 288.a
Groenevliegen 185.b
Holm 82.e
Hundsluijs 212.c
Honduliege 135.b
Honichraer 49.e
Horsele 93.a
Honig ibid.
Houdrvvorm 275.a
Iil Hollandis 288.b
Keisers 80.d
Krekel 110.c.175.c
Lake 288.d
Langenoorvvorm 251.b
Luys 215.b
Lyckelake 288.d
Miere 203.d
Motte 278 d
Mvesie 151.e
Mugge ibid.
Nachtkrekel 175.c
Nachtmugge 194.c
Onser Vvrouuen hakenen 185.b
Ooruuorm 225.d
Peerdevliege 148.c.176.d
Pellarin 96.b
Pieruuorm 276.d
Pissebedde 250.b
Platluysen 197.e
Puystbyter 120.b
Rispe 105.a
Rype ibid.
Rombout 118.d
Schalbotte 24.7a
Schalbyter 176.d
Scorpioen 226.b
Spaensche vliegen 176.d
Spinnekop 238.b
Sprinckhaen 163.d
Syde 115.a
Syvuor 110.b
Vliege 135.b
Vligende hert 179.b
Vlo, & Vloye 223.a
Waeschluys 212.b
Wandluys ibid.
Was 67.a
Vuaterspinne 283.b
Vvaterulo 281.b
Vuesp 84.d
Vyfuoet 295.b.c
Vuorm 254.c

Anglica.

BEe 20.c
Berell 176.d
Blutsucker 288.a
Botterflie 96.b
Cheselippe 250.b
Doggeflee 135.b
Cobuuebbe 238.b
Dorrebee 82.e
Dronne bee ibid.
Emole 203.d
Flee 223 a
Fineflexee 115.a
Flie 135.b
Globert 194.c
Gloeuuorme that sbynich' bynich 194.c
Grat oorflye 151.e
Graet flicbyting baestes 148.b.c
Grar Vuaspes 93 a
Grashopper 120.c
Greneuuorme venimouse and shynin glik golt 185.b
Hornettes 93.a
Horseflee 135.b
Horseleche, vel Horselich 288.b
Kind 175.c
Locust ibid.
Louse 215.b
Mothe 278.d
Nant 203.d
Pismire ibid.
Scorpion 226.b
Seepadde 306.a
Silke 114.a
Spinder 238.b
Sterrefysche 292.b
Vuaspe 84.d
Vuaxe 67.a
Vuorme 294.c
Vuormes offe.ethor in mantsbodij 276.d
Vuorme rhat eaiethuuode 275.a

Hungarica.

BAroni 148.c
Bergetoe ibid.
Daras 84.d
Ellegy 135.b
Eyel tuun doeck bogaratska vilantso 194.c
Fanrerme fonijeses merges pock 185.b
Fenegobar 148.c
Fereg 254.c
Galisza 276.d
Hangya 203 d
Here 82.e
Louoldeck 96.b
Meh 20.c
Mez 49.e
Molzlij 278.d
Oszifereg 175.c
Palozk ferog 212.b
Poc 238.b
Pruutsock 120.c
Saska 163.d
Scorpio 226.b
Seliem 115.a
Tetuue 215.b
Tzimak 212.b
Vargolegy 148.c
Viasz 67 a
Zarhattobogor 176.d
Zaruas ibid.
Zu 275.a

Bohemica.

CZeruuyckrouue 2.e
Mrauuency ibid.
Romari ibid.
Vviela ibid.
Zuzali ibid.

Illyrica.

Gusinnici 110.b

Vuandalica.

Vuaskis 67.a

Polonica.

CHrzasczik, Zelonyna, iesgente albo oldrzeuuie 185.b
Czeruu 82 c
Glisti 276.d
Guuogioim 185 b
Ieduuab 115.a
Kome szezipiaci 148 c
Konick 163.d
Kruuuk vuk obliliencach grz'ebaca 176.d
Miod 49.e
Motil 96.b
Mrouuka 303.d
Medzuuia dek 226.b
Ossa 84.d
Paieczina 238.b
Pack ibid.
Pl'usruua 212.b
Psciola 20.c
Psgia mucha 135.b
Puauuka 288.a
Roback 254 c
Roback drzeuuo uoierczaci 275.a
Skorpion 226.b
Suuierc 175.c
Szarancza 163.d
Szerszenie 93.a
Szuuierezeck 120.c
Wese 215.b
Vuosk 67.a

FINIS.



VLYSSIS ALDROVANDI PHILOSOPHI AC MEDICI BONONIENSIS

HISTORIAM NATVRALEM
in Gymnasio ibidem olim profitentis

DE RELIQVIS ANIMALIbus exanguibus,

vtpote

De { MOLLIBVS, CRVSTACEIS, TESTACEIS & ZOOPHYTIS

LIBRI QVATVOR POST mortem eius editi.

IN QVIBVS PRÆDICTA ANIMALIA omnia accuratissime describuntur, descripta legentibus viuis iconibus ob oculos ponuntur, eorumq; natura, mores ac proprietates ita declarantur, vt facile quicquid de iisdem dici queat, inde innotescat.

Adiectus est INDEX *geminus, capitum scil. & verborum copiosissimus.*

FRANCOFVRTI
Typis Pauli Jacobi, impensis Iohannis Treudelii,
M DC XVIII.

ILLVSTRISSIMIS, AC PRVDENTISSIMIS SENATORIBVS BONON.

VNiuersæ naturæ contemplatio, quam Romani homines Græco vocabulo Philosophiam nuncupare voluerunt, adeo vtilis, adeo necessaria, adeo iucunda semper habita fuit, vt nullæ nationes reperiantur, quæ ipsius studium mirum in modum non adamauerint, inque illud omnibus viribus non incubuerint. Notum est enim Chaldæos, Ægyptios, Græcos, Latinos, Arabes, quique inter Gallos Eubages, appellati fuerunt, huic scientiæ vehementer fuisse addictos: ac possem equidem non homines ex vulgo, sed inter suos magni vtique nominis, atque auctoritatis complures nominare, qui totam ætatem in pulcherrimarũ rerum cognitione traduxerunt, & sane vita humana vix consistere posse videtur sine ea præsertim parte, quæ propius medicinam respicit: Idque adeo apud omnes in confesso est, vt inanem omnino laborem sumptura sim, si pluribus verbis id vobis, AMPLISSIMI VIRI, persuadere coner: hoc vestrum toto orbe terrarum nobilissimum atque antiquissimum Gymnasium me vera loqui facile testabitur: in quo tot viri omni literarum genere præstantissimi, & in philosophiæ, ac medicinæ studiis versati reperiuntur, qui quoddam quasi seminarium omnis eruditionis, ac scientiarum appellari mereantur: quis vero tot præmiis, tot ingentibus, ac regiis sumptibus adeo magnum eruditorum virorum ex omnibus prouinciis, & nationibus ad se alliceret, atque inuitaret, nisi literarum studia magnifacienda esse existimaret? Sed reprimam me, ne illud videar extollere velle, quod non solum in hac vestra Vrbe, atq; vniuersa Italia cunctis perspectissimum est, & exploratissimum; sed apud exteras quoque nationes summis atque his quidem verissimis laudibus cum maxima vestri nominis commendatione assidue celebratur. Tantum dicam inter eos summos viros, qui philosophiæ, reliquarumque bonarum literarum studiis inclaruerunt, Lysem Aldrouandum, Ciuem vestrum, meum coniugem, haud infimum locum abhinc quinquaginta ferme annis tenuisse, de cuius probitate, atque eruditione plura fortasse dicerem, nisi is apprime esset cognitus, & cum aliorum tum multo magis etiam suis scriptionibus famam ingentem comparasset. Is adeo literarum studiis vsque ab ineunte ætate incensus fuit, vt nullis laboribus, nullis sumptibus vnquam pepercerit, vt ad eum eruditionis gradum perueniret, in quo omnes deinde eum conspexerunt: nec vos eius virtuti præmium denegastis, imo vero liberalitate vestra effecistis, vt multo alacrius ad ea studia incumberet, in qua natura valde propendebat. Itaque vestra ope, & auxilio potuit hinc atque inde corrogare tot stirpes, tot animalia, tot meteora, tot fossilia, quot vix ipsa natura cognita habet, tot ac tam arti-

ficiosas picturas, tot sculpturas, tot libros, tot lucubrationes, tot scripta, tot monumenta, quot in ipsius bibliotheca reperiuntur: Quæ omnia deinde vestra esse voluit, quod ita optime conseruanda iri certo cognosceret, præuideret, & à multis grauissimis ac magni iudicij viris ita fore didicisset. Omnia n. nisi rite conseruentur, pereũt, omnia temporis iniurijs, vt de tineis, blattis, carieque nihil dicam, obnoxia, omnia consumit inuidiosa vetustas. Periere Principis philosophorum Aristotelis, Socratis, Platonis, Theophrasti, plurimorumque aliorum doctissimorum virorum præstantissimæ, atque vtilissimæ lucubrationes, peribuntque deinceps aliæ, nisi Principum fauore, ac beneficentia æternitati commendentur: Vobis igitur VIRI AMPLISSIMI omnia contribuit meus maritus, non tantum quod in publicum vsum conseruari ea cuperet, sed etiam quia vestra viuente adhuc illo viderentur. Vos enim, cum vires eius tot impensis, ac sumptibus plane essent impares illum præ cæteris ciuibus omni semper fauore, honoribus atque suppetijs pro vestra singulari beneuolentia fouistis, adeo vt plura etiam quam quæ reliquit, debere vobis videretur: Cæterum cum totam ætatem suam sub vmbra Musarum, imo sub vmbra alarum vestrarum ab ipsis (vt sic dicam) incunabulis, summis cum laboribus transegerit, solos quoque literarum, & laborum suorum fœtus offerre tantummodo potuit. Et laudabitur fortasis ille, quod ea patriæ suæ defensoribus, protectoribusque commiserit: magis tamen laudabimini vos, qui honoris illius, ac publicæ vtilitatis gratia posteris communia estis facturi. Estque sane ingens, & generosus vtriusque, vester, inquam, atque illius animus, sed vester, vt rerum capax maximarum, sic & in humanitate amplissimus, & in amplitudine humanissimus: atque omnia ita in vobis heroica efflorescunt, triplicique funiculo, quod difficillime rumpitur, prudentia scilicet, probitate, ac vnanimitate vsque adeo perpolletis, vt natura tanquam cæterorum hominum immemor, vos solos hisce flosculis perornasse videatur. Quid enim in vobis non est decorum? quid non summa admiratione dignum? quid non ab alijs imitandum? Singula profecto sufficerent quemuis alium honestare, quæ in vobis omnia sunt conserta. Et reuera beata est Respublica vestra, felices Ciues vestri, quorum gratia in vobis tantum sagacissima rerum parens natura posuerit virtutum vbertatem, qua cuncti dirigantur. Ego autem satis feliciter mecum actum intelligam, si vestris auspiciis præsens opus, alijque mariti mei labores in manus hominum prodierint. Vester enim viuificus splendor, ea omnia, maxime potis est illustrare, quando & cæterorum ciuium languentes animos ita recreet, vt pœne de mortuos auris vitalibus reddat, vti non tantum meus maritus viuis exemplis didicit, verum etiam erga innumeros alios in longe grauioribus causis demonstrastis. Hoc ergo quicquid muneris est, VIRI AMPLISSIMI, religionis, atque obseruantiæ erga vos meæ haud dubium pignus benigne suscipite, atque ita suscipite, vt gratum id vobis esse cognoscam. Pulchre noui maximis maxima etiam deberi, meque vobis, & generis claritate, virtutibus, prudentia, & fortitudine procul dubio maximis, maximo etiam munere donare debuisse: donasse tamen minimo, quippe quæ minima præstare, imo vero nulla, nata sim. Nihilominus minimum illud dicendum non fuerit, si cum maxima illa deuotione, qua vos maxime prosequor, conferatur. Precor itaque vos, quos velut vnum ex pluribus particulis conflatum corpus appello, vt eodem fauore, quo pœne labentem Rempublic. literariam summa hæc sæculi calamitate sustinetis, omnes mariti mei lucubrationes, labores, & vigilias adiuuetis, & vt pulchritudine vestra videri pulchriores possint, vestræque vnitatis imagine contra maleuolorum (vt sunt hodie plu-

die plurimi) pestilens virus, & vires, & robur accipiant, & vestra denique prudentia, & virtutum circulis absolutis, sese ab interitu vindicent, æternitatisque speciem consequantur: quorum tantorum beneficiorum hocce quod vobis dico, ac nuncupo opus fuerit monumentum. Me vero vestro patrocinio pluribus commendarem, nisi mihi quotidie promissa vestræ beneuolentiæ fides inconcussa, vobis vicissim pro me res ipsa ærumnis pluribus iactata hactenus, loqueretur. Valete, ac me, meaque in vestram clientelam ascribere dignemini. Bonon. Calend. Maij. Anno Domini millesimo sexcentesimo sexto.

Amplitudinibus VV. omni officiorum genere addictissima.

Francisca Aldrouanda.

Frater Daniel Mallonius, pro Curia Archiepisc. Reuisor.

Ego Fr. Aloysius Festa Vrceanus M. Sacræ Theologiæ, Ord. Prædicat. Vicarius Sanctimæ Inquisitionis Bononiæ, perlegi hoc opus præclarum, cuius Titulus est Vlyssis Aldrouandi Philosophi, & Medici Bonon. de animalibus exanguibus reliquis quatuor, &c. nihilq; inueni repugnans regulis noui Indicis. Vt possit igitur typis mandari, facultatem concedo.

Ita est Frater Aloysius qui supra.

VLYSSIS ALDROVANDI PHILOSOPHI ET MEDICI BONONIENSIS, DE ANIMALIBVS EXANGVIBVS RELIQVIS QVATVOR,

Nempe

MOLLIBVS, CRVSTACEIS, Testaceis, Zoophytis,

ET PRIMVM

DE MOLLIBVS IN GENERE.

Cap. I.

PROOEMIVM.

ANIMALIVM exanguium quatuor genera cõstituit *a* Aristoteles: Molle, Crustatum, Testatum & Insectum. De hoc autem postremo, cõscripto à nobis volumine, nuperque in lucem edito, abunde, ni fallor, dictum est: de reliquis tribus, quæ pisces improprie à *b* Plinio nuncupantur, nunc agemus. Nec erit præter rationem hoc eodem in tractatu, quæ de Zoophytis (hoc est ijs, quæ inter plantam & animal natura ambigunt) auctores scripsere & obseruauimus nos ipsi, proprio etiam libro docere: Quamuis enim propriè animalia dici non mereantur; tamen cum multa habeant cum exanguibus communia, sane omnino hoc volumine complectẽda veniunt. Aristoteles in libris suis de Animalibus eorum naturam perscrutatus est, sicut multi quoque recentiores; Theophrastus vero fidelissimus Aristotelis imitator nullibi, quod sciam, in libris plantarum meminit. Vnde affirmem, Zoophyta tectius Animalibus, quam plãtis esse annumeranda. A Mollibus exordior, quod hæc primum inter omnia exanguia locum sibi vindicẽt, si ordini à nobilitate, quo in omnibus fere nostris historijs vsi sumus, inhærere velimus. Eam autem, non ab vsu atque vtilitate (ita enim conchylia & crustata præcederent) sed à corporis partibus dimetimur, quarum sane numero & robore longe præcellunt Mollia. Sed & philosophorum princeps & communis præceptor Aristoteles hunc ordinem secutus fuit, Mollia primo loco nominans, vti ex his *c* eius verbis videre est: Nunc, inquit, ordinem animalium, quæ sanguine carent, persequemur. Genera in hoc ordine pluta sunt, primum quæ mollia appellauimus, hoc est, quę sanguine carent, & foris carne molli obducta, solidum intus modo sanguinei generis continent, quale Sepia. Secundum quæ crustis tenuibus operiuntur, hoc est, partem solidam foris, mollem carnosamq; intus continent. Durum illud eorum regmen, non fragile, sed collisile est: quale Cancrorum genus & Locustarum. Tertium quæ silicea testa conclusa muniuntur, hoc est, quibus pars carnea intus, solida foris, fragilis atque ruptilis, non collisilis: quod genus Conchatum & Ostrearum est. Hæc ille. Neque ab hoc ordine deflexit, quin Aristotelem imitatus Plinius, Piscium, inquit, quidam sanguine carent, de quibus dicemus; sunt autem tria: in primis quæ Mollia appellantur; deinde contecta crustis tenuibus, postremo testis conclusa duris.

a Hist. 1. c. 4. & 8. & lib. 4. c. 1.

b Li. 9. c. 28.

c Hist. 4. c. 1

A

QVID MOLLE. SYNONYMA. Etymum.

MOlle dicitur omne, quod est tenerum tactu quoque cedens, cui contrarium, quod durum est, Cæterum quæ Græci μαλάκια, Latini Mollia appellant, sunt ὅσα ἄναιμα ὄντα, ὁποτὸς ἔχει τὸ σαρκώδες, ἔντος δὲ τὸ στερεὸν, καθάπερ καὶ τὰ ἔναιμα, οἷον τὸ τῶν σηπίων γένος, id est, sanguine carentia, & foris carne obducta, solidum intus veluti sanguinea continent, vt Sepia (quemadmodum superius quoque à Philosopho dictum est.) Dici etiã μαλακόδερμα, id est, Molli cute contecta, quidam volunt, præsertim Theodorus Gaza, & cum secutus Rondeletius, nominis affinitate decepti. Nam Hippolytus Saluianus, optimus sane Aristotelis interpres, & diligentissimus animalium aquatilium naturæ indagator, hosce non sine ratione reprehendit in sua de Aquatilibus historia. ait enim μαλακόδερμα, hoc est, mollem cutem habentia ab Aristotele vocari cartilagineorum piscium oua. Cum enim dixisset *a* Philosophus, Cartilaginea vero & Viperæ cum intra se oua generent, mox animal foras pariunt; perfectum autem generant ouum, ita enim ex ouo animal gignitur, ex imperfecto nullum, extra autem non pariunt oua, quia natura frigida sunt; & non quia calida, vt quidam volunt, statim sub ungit. μαλακόδερμα γεννῶσι, διὰ τὸ εἶναι ὀλιγόδερμα, ὃ ξηραίνει αὐτῶν ἡ φύσις τὸ ἔσχατον διὰ μὴ ὂν τὸ ψυχρὸν εἶναι, μαλακόδερμα γεννῶσι, διὰ δὲ τὸ εἶναι μαλακόδερμα, ὃ θύραζε, διεφθείρετο ἂν αὖ. Quæ quidem verba (inquit Saluianus) neque à superiorbus distinctione capitis vndecimi separate debebat Theodorus; cum eorum, quæ in illis dicuntur, causam reddant, neque sic vertere, cute molli intecta generant oua; quod enim caloris exigui sunt, vltimum siccate natura eorum non potest: quia igitur frigida sunt, molle generant: quia molle, non extra, periret enim propter suam mollitiem: sed sic potius, Molli igitur cute tecta generant oua: quia enim pauci sunt caloris, non exsiccat eorum natura admodum. Quoniam ergo frigida sunt, cute molli tecta generant: quoniam vero molli tecta sunt cute, non extra, perirent enim vtique. Athenæus etiam τεύθωδη, hoc est, Loligini similia vocat Mollia. Μαλάκια autem cur vocentur, nobis manifestauit *b* Galenus, dum inquit: Μαλάκια, id est, Mollia vocantur neque squamam, neque asperam, neque testaceam cutem habentia, sed mollem, perinde ac in hominibus est: Vt Polypodes, Sepiæ, Loligines, quæ tangenti quidem mollia videntur: quia neq; squamas, neque asperum, neque testaceum tegumentum habeant, duræ. a. sunt

B

Μαλακόδερμα Aristotelis non esse Zoophyta. Gaza & Rõdelet. error.

a 1. de Gen. c. 10.

Μαλάκια.

b Li. 3 de alimẽt facul.

Quor sint Mollia.

carnis.

e *Lib.7.* carnis. Apud Ariſtotelem citante *e* Athenæo Mollia ſunt Πολύποδες, ὀσμύλη, ἰλεδώνη, σηπία τεύθις, hoc eſt Polypi, Ozæna, Heledone, Sepia, Loligo *d* Alibi Mollia ſcribit eſſe Polypos, Sepias, Loligines. *e* Plinius Mollia, inquit, ſunt Loligo, Sepia, Polypus, & cætera eius genetis. His ab alijs annumerari video Leporem marinum & Vrticam, quam poſtremam nos inter Zoophyta & his ſimilia recenſebimus, quamuis perfectum Zoophytum non ſit. Mollia autem nõ eſſe clatum eſt: nam neque ſolidam intus habent ſubſtantiam, quæ oſſi proportionetur, vt pleraque Mollia (licet alioqui oſſa, teſte philoſopho, minime ſint, vt mox patebit) nec octo pedes, nec mutim, nec atramentum, nec caput intra alueum, nec quaſuis fere alias partes, quibus Mollia prædita eſſe deinceps probabimus. Quocirca qui Vrticam & Lepotẽ marinum inter Mollia retulerunt, nimis late vocem eam vſurpauere, & quæ animalia ad tactum cedentia, mollique carne prædita, Mollia nuncuparunt. Nos autem conciſius propriuſque, philoſophum imitati, ſumimus hanc vocem, & de omnibus, quæ Mollibus proprie dictis conueniunt, hæc in genere ſcribimus.

d *Hiſt.5.c.6*
e *Li. 9.c.28.*

Zoophyta quæ.

DESCRIPTIO, ET PARTIVM *anatome.*

Oſſibus de viſceribus carere.

MOllia oſſibus & viſceribus carere, qualemque habeant carnem, his verbis docet *a* Ariſtoteles: Videntur, inquit, nihil oſſis, nihil tetreni diſcretum habere, quod dignum effatu ſit; ſed mollia fere tota, carnoſa & tactui cedentia. Ne tamen corpus eorum facile pereat, modo illorum, quæ carne laſſiuiunt, natura inter carnem & neruum obtinent. Mollis enim vt caro eſt, ſed intendi poteſt, vt neruus. Fiſſilis autem caro eorum non indirectum, ſed in anfractum: ita enim ad vires commodior eſſe poteſt. Sed loco oſſium habent, quod piſcium ſpinis proportionetur omnia, excepto Polypo: Nam Sepiæ habent quod ſepium vocant, & Loligines quod gladiolum, vt poſtea probabimus, quamuis quidam partem hanc duram ac ſolidam os appellare voluerint. Exteriores partes omnibus ſunt tres præcipue, caput (κεφαλὴ) pedes (οἱ πόδες) ſiue brachia, quæ quandoque Ariſtoteles πολυκτένας vocauit, Gaza crura, barbas, cirros interpretatur, tum etiam τὸ κύρρος ἀδιόρατον, id eſt, alueus indiſcretus, ſeu ſinus eodem interprete. Non laudat Zographus, quibus cirrhus cum aſpiratione ſcribitur, quod huius vocabuli origo Græca non videatur, niſi quis forte à verbo κείρειν deducat, ſiue quod capillamentum huiuſmodi tonderi idoneum ſit, vtpote prominens vel pendulum: ſiue contrario ſenſu, quod minime tondeatur. Vnde cirrum vel cirrhidem auem aliqui notam volunt. Κίρρος quidem Græcis color eſt, quem Latine giluum dicimus. Idem Zographus recte putat κῦτος apud Ariſtotelem non bene penanflecti, quanquam & in alijs locis ſæpius, tum in Ariſtotelis, tum in aliorum libris, modo penanflexum, modo paroxytonum inueniat. Sed quoniam penultima breuis, omnino peracuendum cenſet. Caput vero omnibus contra quam cætetis animalibus inter crura continetur & ventrem, teſte Philoſopho: Vnde *b* Plinius de Mollibus loquens ſummatim: His, inquit, caput inter pedes & ventrem, in capite os eſt & in hoc bini dentes. Vt ex hiſce *c* Philoſophi verbis patet. Μετὰ δὲ τοὺς πόδας ἡ κεφαλή ἐστι, ἀπέντων εἰς μέσῳ τῶν ποδῶν τῶν κολεοπτένων. πρώτης δὲ τὸ μόριον ἐστι στόμα, εἰς ᾧ ἡσὶ δύο ὀδόντες. Caput omnibus inter brachia: eius pars oris habitus eſt, in quo dentes duo. Quæ Ariſtotelis verba Athenæus ſic tranſcripſit. Τῷ σηπίᾳ, inquit, Ἀριστοτέλης φησὶ πόδας ἔχειν ὀκτὼ ὧν τοὺς ὑποκάτω δύο μεγίστους, τραβοσκιδας δύο, καὶ μεταξὺ αὐτῶν τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ στόμα, ἔχει δὲ καὶ ὀδόντας δύο, τὸν μὲν ἄνω, τὸν δὲ κάτω. Sepiæ ſcripſit Ariſtoteles octo pedes eſſe, ſub his duos maximos, ſcilicet promuſcides duas, inter hos vero oculos & os, atque dentes duos, alterum ſuperiorem, alterum inferiorem. Cæterum roſtrum rectius, os denteſque appellanda ſunt, vti doctiſſime Rondeletius diſſeruit. Eſt enim hæc pars (os nimirum & dentes) adunco carnuorarum roſtro perquam ſimilis ex partibus duabus compoſito, ſuperiore & inferiore commiſſura pyxidata, vt loquitur Rondeletius, ita vt inferior intret in ſuperiorem. Partes itaque huius roſtri, ſuperiorem ſcilicet & inferiorem dentes videtur appellaſſe Philoſophus. Sed cum immobiles ſint, neque firme innitantur ad laniandam & terendam prædam, non ſatis proprie dentes dicentur, ſed potius ῥύγχος. Carent lingua Mollia, ſed vice eius carnoſum quiddam in ore gerunt, quo voluptatem diſcernant eſculentorum, vti apud *d* Philoſophum ſecundo de partibus. Inſuper habent in capite oculos binos grandiuſculos, quibus diſcrimen exigua quædam præſtar cartilago, continens cerebrum parvulum. Pedes quoque omnia obtinent in parte priore, cuius cauſam hiſce verbis tradidit Ariſtoteles: Pedes (habent) partibus priori vinctos circum caput, infra oculos circa os, & dentes. Sed cum cæteta animalia, quibus pedes, aut parte priore poſteriore ue eos habeant, aut latere, vt ea quæ multis pedibus innituntur, & ſanguine carent, hoc vnum genus (Molle nimirum) parte, quam priorem in eo capimus, omne continet. Cuius rei cauſa eſt, quod pars eius poſterior, ad priorem adducta eſt, extremaque coeunt & confunduntur, quomodo Tutbinatis inter teſtara accidit genus enim teſtatum omnino partim Cruſtatis, partim Mollibus ſimile eſt. Qua enim ſortis terrenam pottionem, intus carneam habent, Cruſtatis aſſimilantur: qua autem forma eiuſmodi corporis conſtat, cum Mollibus conuenit omne quodammodo, ſed præcipue, quæ ex Turbinatis cuniculo in anfractum contorquentur. Natura enim horum vtrorumque perinde ſe habet, quaſi quis directa linea (vt in quadrupedum & hominum genere eſt) primum extrema linea parte os ſitum intelligat: qua a: mox ſtomachum, qua b: tum ventrem, qua c: deinde inteſtinum vſque in oſtium excremẽti, qua d: hæc ita in ſanguineo genere diſpoſita ſunt, & caput, pectuſque locum obtinent primum, Reliqua eorum ipſorum gratia, aut motus cauſa à natura adiecta ſunt, vt priora poſterio-

a 2. *de part. cap.8.*

Sepiũ quid, & gladiolus

Exteriores partes.

Cirri vt ſcribendum, & vnde dicantur.

κύτος.

Caput.

b *Lib. 9. ca. 28.*
c 4. *de part. anim.c.1.*

Pedes.

Roſtrum.

Lingua carent.
d *De par. 4. c.5.*

Oculi.

Pedes cur in parte priore.

taque cruta. In cruſtatis etiam inſectiſque ordo interiorum eodem modo conſtare vult, ſed officijs exteriorum motionum differt à ſanguineo genere. At veto Mollia & Turbinata inter ſe quidem proximè conſtant, ſed ijs è conuerſo: finis enim ad principium flectitur, quaſi quis lineam efflectendo ducat ad a. Cum enim ita partes interiores ijs collocentur, ambit alueus, qui in Polypis tum caput vocatur, qualis in teſtato genere Turbo eſt. Nec aliud intereſt, niſi quod alterius molle, quod ambit eſt: alterius duro tegmine carnem naturata complexa eſt, vt ſeruentur cum difficultet moueantur. Hinc fit, vt excrementa tam Mollibus, quam Turbinatis meatu ori vicino emittatur: quanquam Mollibus infra, Turbinatis à latere. Hae de cauſa pedes Mollium ita poſiti ſunt & contra quam cæterorum Hactenus ille. Pedes quoque ſunt omnibus octoni, ſed ſingulis eorum genetibus diuerſi. Quibuſdam enim pedibus acetabula, cirramentaque ſunt, quæ vim contextumque talem habent, qualem implicamenta illa, quibus digitos antiqui medici indere ſolebant. Ita enim fibris implexa ſunt, quibus carunculas cæteraque cedentia trahant, quippe quę laxa præhendant, intenta premant, & retineant, cum pars interior tota contingat, atque amplectatur. Sunt etiam quibus pedes breues, & inutiles, binæque promuſcides prælongæ, quibus veluti anchoris innitantur, ſeque ſtabiliant modo nauigij, ne æſtu maris, aut tempeſtate vrgente de ſaxis deturbentur, venentur etiam procul, orique è longinquo admoueant. Itaque non aliud habent, quo capere admouereque poſſint, niſi aut pedes, aut promuſcides, aut acetabula, ſiue cirramenta, quæ (vt dixi) pro manibus obtinent ad vim cum inferendam, tum propulſandam, atque etiam ad cætera vitæ munera neceſſaria obeunda. Fiſtulam ante alueum ſupra caput & brachia gerunt cauam, quam modo in dextram partem, modo in ſiniſtram transferunt; hac mare tranſmittunt, & quantum ſuo admiſerint alueo, quoties ore aliquid capiũt, vt teſtatum reliquerunt *e* Ariſtoteles & *f* Plinius. Sed Theodorus Gaza in hoc Ariſtotelis loco, fiſtulam hanc Polypo tantum tribuere videtur. Wottonus ait perobſcure hæc pronunciaſſe Ariſtotelem, ſed longe apertius eadem in libro de reſpiratione explicaſſe, vbi aperte Mollibus omnibus fiſtulam ineſſe cerebro oſtendit. Et rurſus *g* alibi cauſam reddens, cur fiſtulam habeant, inquit: Quibus autem per cibum humor illabitur, ijs fiſtula in ſanguineo genere data eſt. Mollibus etiam & cruſtaceis hoc idem adhibitum eſt: Nam & ea quoque humorem propter cibum accipere coguntur. Fiſtula hæc modo ab *h* Ariſtotele dicitur αὐλὸς, modo μυκτὴρ, Gaza natem transfert. Dubitant quidam num pro hoc vocabulo legendum ſit apud eundem φυσητὴρ, quo vocabulo ſæpe vtitur, cum balænarum & cætacei generis animalium mentionem facit. Sane vbi apud Ariſtotelem de Loliginum coitu loquentem in Græcis legitur μυκτῆρα aut φυσῆρα, Zographus legendum putat φυσητῆρα. Plinius tamen hunc Ariſtotelis locum tranſcribens nares tranſtuliſſe videtur, & per conſequens μυκτῆρα in codice Græco Ariſtotelis legiſſe, cum inquit: Crine vno fœminæ naribus adnexo. Ælianus etiam de cetis Gedroſijs eandem partem μυκτῆρας, id eſt, nares appellare videtur. quapropter nihil videtur eo loco mutandum. Pinnulam habent omnia circundantem alueum, cauſam cur eam habeant, dat *i* Philoſophus: vt, inquit, natent, & ſe dirigant, vt volucres cauda pennis condita, & piſces ſua penna cartilaginata. Alueus à capite amplioris capacitatis propenſus: eius caro fiſſilis eſt, non per directum, ſed in orbem, eutque intecta eſt. Verum quamuis cutem Ariſtoteles & Plinius tribuant; tamen reipſa inquit Salmanus cute carere videntur. Quod *k* Plinius etiam (cuius in hac re admiranda diligentia) comprobat inquiens: Aquatilium tegmenta plura ſunt: alia corio & pilo teguntur, vt vituli & Hippopotami, alia corio tantum, vt delphini: cortice vt teſtudines: ſilicum duritia, vt Oſtreæ, & Conchæ: cruſtis vt locuſtæ: cruſtis & ſpinis, vt Echini: ſquamis, vt piſces: aſperata cute, vt ſquatinæ; qua lignum & robora poliuntur: molli, vt mutænæ: alia nulla, vt Polypi. In corpore quoque omnium, quædam capillamenta habentur; quæ quidem in toto eorum latere conſpici ſolent: ἐσλίγγας vocat Scholiaſtes Nicandri, Ariſtoteles τριχώδη. Eorum vſus iudicio Rondeletij eſt, qui branchiarum in reliquis piſcibus. Huiuſmodi branchiæ ſunt in Cancris & alijs Cruſtatis. Quantum vero ad interiora attinet, omnibus Mollibus cerebrum datum: Sic enim *l* Ariſtoteles. Cerebrum autem ijs omnibus eſt, quæ ſanguinem obtinent, & ob eam rem ſanguinea appellantur, atque etiam quæ Mollia nomine ſpeciali vocantur. Quod Plinius quoque confirmat, dicens: Cerebrum omnia habent animalia, quæ ſanguinem, etiam in mari quæ Mollia appellauimus, quamuis careant ſanguine, vt Polypi. Id tamen minime cerebrum cenſendum erit, ſed quid proportione reſpondens cerebro, à quo ſentiendi mouendique facultas dimanat in omnes corporis partes. Sed non tacebo quod *m* Ariſtoteles, cum ſentiendi vim à corde, non à cerebro proficiſci putet, partem in Mollibus μύπν dictam principatum ſentiendi obtinere dicat, ac ſi hæc eſſet ἀνάλογος cordi; ſic enim ſcribit: Sed habent illud quoque, inquit, oportet, quod ei parti proportionetur, cui ſentiendi principatus in ſanguineo genere mandatus eſt: hoc enim in omnibus animalibus ineſſe neceſſe eſt. Ergo Mollibus id membrana continetur humidum, per quod gula in ventrem pertendit, admota prius tergo (ſic Gaza, ego vero adnata magis tergo, πρεμανίφυκε πρὸς τὴν πράκτη μᾶλλον) mutis id à nonnullis dicitur. Hactenus ille, qui & humidam corpulentamque partem eam eſſe ſubdit, tendereque per eam mediam ſtomachum ſiue gulam. Nam, inquit, ſi inter eam & tergum poſitus eſtet, diſtendi æque non poſſet cibo ingrediente, propter dorſi duritiam. Inteſtinum à mute natura ſemouit, extraque poſuit, & atramentum inteſtino annexuit, vt quamplurimum diſtaret ab aditu, & pars ſordida à nobili & principe procul haberetur Partem hanc cordi proportionari, & ſitus ipſe oſtendit, cum idem ſit & dulcedo humoris, tanquam concocta & ſanguinea quædam. Et *n* alio rurſus in loco, Mollium nullis ineſſe viſcera ſcribit, ſed tantum partem eam, quam mutem appellant, & acrum quen-

A
B
C
D
E

e *Hiſt.4.c.1.*
f *Lib.9.c.11.*
g *Hiſt.8 c.2*
h *De gener. animal. 1.c. 15.*
i *De par. anim. 4.c.10.*
k *Li. 9.c.11.*
l *Hiſt.4 c.16*
m *4. de par. c.5.*
n *Hiſt.4 c.1*

Pedes quot omnibus.

Fiſtula.

Pinnulæ.

Alueus.

Cutis.

Capillamẽta & eorum vſus.

Cerebrum.

Mutis.

quendam humorem, quem atramentum nominant, τὸν θολὸν, alij vt Arhenæus & Dioscorides τὸ μέλαν. Hoc scribit *o* Plinius pro sanguine ijs inesse, de Sepia mare ac fœmina sic loquens: Ambo autem vbi sensere se apprehendi, effuso atramento, quod pro sanguine his est, infuscata aqua absconduntur. Rondeletius bili potius respondere putat. Natura enim, inquit, vel quod pro sanguine est nutrimenti causa, veluti thesaurum diligenter seruat, minime autem in quolibet metu effundit. Præterea meatus nullus est venæ proportione respōdens, quo alendi corporis causa in vniuersum corpus distribuatur. Quare satius esse duxerim excrementum appellare, quod ab alimento secretum in vesica reponitur, quoque natura imminente periculo, iuendi huiusmodi piscium generis causa abutitur. Nam quoties metu perterrentur, hoc atro humore aquam infuscant, sibique nigrorem septum proponunt & turbulentiam quasi, quo se abscondant. Quocirca excrementum esse censet quoque ante Rondeletium *p* Aristoteles, & non aliter, quam in auibus sedimentum album in terreo earum excremento innasci. Non enim secus quam aues vesica carent hæc Mollia, quantumq; terrenum maxime sit, in atramentum secernitur. Tunica autem id continetur membranea (quam μήκωνα appellauit Aristoteles, Gaza papauer vertit) exitum, finemque habens, qua alui excremēta emittunt, parte quæ fistula vocatur, quæ in supinis posita est. Sed & aliarum partium interiorum meminit Philosophus, de quibus sic scriptum reliquit: Os autem, inquit, gula eorum excipit angusta, quam sequitur guttur (πάχος, ingluuies) ampliusculum neque (non) absimile auibus: cui iungitur venter tanquam omasum (abomasum Wottonus ἤνυστρον) facie clauiculæ buccinorum. Intestinum ab eo tenue, partem repens superiorem ad os fertur, quod laxius (παχύτερον) quā gula est. & paulo post dat rationem, cur hæc partes habeant, nimirum ingluuiem & abomasum. Habent, inquit, hæc (Mollia) ita eas partes eadem de causa, qua aues. Neque enim eorum vllum potest commolere cibū: itaque ingluuies ventri præiacet. Sepiæ quoq; Loliginiq; tum maiori, tum minori partes duræ ac solidæ intus per corporis prona continentur, quas non eodem appellant nomine: Sed quod insertum Sepijs est, sepium vocant, quod loliginibus ξίφος, id est, gladiolum, vti postea planius explicabitur.

o Lib. 9. cap. 29.

p De par. 4. c. 5.

Partes duras, ac solidas intus contineri.

SENSVS.

Somnus.

Somniate quoque omnes hosce Molles pisces scribit *a* Aristoteles, vt cætera aquatilis, dormireque vt pisces proprie dictos. Vnde verisimile est. sensib. externis, vt visu, olfactu, ac gustu valere. Visum quoq; eis inesse manifestum faciunt oculi, quos magnos esse supra ex Philosopho dixi. quamuis nun acute cernant; nullibi scripserit. Olfactu admodum ac gustu valere ex his *b* eius verbis colligimus: Nam & Sepiæ, inquit, & Polypi odore escarum alliciuntur: & Polypi ita adhærescunt, vt auelli inde non possint, sed truncari potius patiantur. At vero pulicaria herba (κονύζα) admota protinus ab odore eius resilire dicuntur. Gustus etiam similis est ratio: interdum enim cibum persequuntur diuersum, nec eisdem saporibus omnia delectantur, &c. Tactu vero sentire omnibus datum est animantibus. De auditu nihil certi manifestiq; habetur.

a Hist. 4. ca. 14.

b Hist. 4. c. 8

SEXVS.

Aristoteles *a* agēs de animalium exanguium sexu, Mollibus quoque vtrumque inesse tradit: *b* Alibique vuluas bifidas, actestes geminos iuxta genitale in cunctis reperiri ait. Differunt autem fœminæ à maribus *c* eodem teste, quod mas prona sui corporis nigriora spinis potius, partesque omnes asperiores habeat, quam fœmina, & lineis interuenientibus varias: caudam etiam acutiorem. In mare quoq meatus quidam subditus gulæ à cerebro in ima aluei pertendit, idque ipsum ad quod fertur, speciem mammæ imitatur: in fœmina duplex illud idem suptaque positum habetur. Vtroque tamen in sexu corpuscula quædam subrubra parti eiusmodi subiuncta spectantur.

a 1. de gen. cap. 1.

b 1. de gen. c. 3.

c Hist. 4. c. 1

LOCVS. VICTVS.

Cum sanguine carentia natura sint frigida, in lacu aut dulcibus aquis nasci non possunt, vnde & Mollia in salsis aquis gignuntur: non tamen omnia eodem in loco, etenim quædam in alto mari, quædam prope litus degunt. Omnia autem respuunt aquam salsam potulentiorem. Quo circa in Ponto Mollia non sunt, vti prodidit *a* Aristoteles. Idem omnia carniuora esse scripsit, sola que carne vesci. Loliginem namque & Sepias pisces maiores euincere, Conchulis delectari Polypos.

Cur nō sint in Ponto.

a Lib. 9. Histor. c. 28.

NATVRA. MORES.

Mollium omne genus auctore *a* Plutarcho, frigus difficulter fert ob carnis nuditatem & tenuitatem. Nulla enim cute aut squama integuntur, intusque duras habent osseasq; partes. Pauida autem sunt; ob sanguinis inopiam & naturam frigidam, vnde etiam patum viuunt: biennium enim non superant, aut rato, vt docet Aristoteles. Quod autem meticulosa admodum sint Mollia; declarat atramenti effusio; quemadmodum placuit *b* Philosopho his verbis: Sed cum exanguia sunt (Mollia) ob eam rem refrigerata & pauida; hinc vt hominum nonnullis per metum funditur aluus, aut excrementum vesicæ profluit, sic ijs accidit necessario, vt metu percussa effundantur: sed natura hoc excremento ad præsidium & tutelam eorum abutitur. Nullam ijs esse vocem aut sonum, idem auctor est.

a Quæst. natur.

Pauida esse.

Atramenti effusio ob pauorem.

b 4. de par. c. 5.

(:)

COITVS. PARTVS. GENERATIO.

Partus quoque eorum similis Cartilagineorum partui, teste *a* Aristotele, qui ea coire diuque in venere morari his verbis testatur. pariunt enim, ea (Mollia) quoque per coitū: & quidem sæpe mas coniunctus cum fœmina visus est. Quamobrem hinc etiam historici necquaquam illi dicere videntur, qui pisces omnes fœminas esse autumant, nec per coitum parere. Hæc enim oriri per coitum arbitrari, illa vero non, mirum est. Aut si hæc ita parere illos latuit, indicium imperitiæ est. Diutius hæc quam cætera coeunt, more insectorum, ratione. Sunt enim exanguia, & ob eam rem frigida natura. At quomodo coeant, *b* alibi sic scribit: Mollia ore coeunt, renixu complexuque mutuo brachiorum. sic enim coniungi necesse est: quoniam natura exitum excrementi in os inflectendo adduxerit, vt antea dictum est, cum de partibus ageremus. Habere fœminas omnes in hoc genere membrum vuluale, apertum est. Continet enim primo ouum indiscretum, mox discretum in plura, & pariunt omnia imperfecta, modo ouipatorum piscium. Meatus ille interior excrementi & vuluæ est, tum in ijs, tum etiam in Crustatis. Est enim qua semen genitale per meatum emittant, id que parte corporis supina, qua putamen distat, & mare illabitur, faciunt. Quamobrem ea parte mas cum fœmina copulatur. Nam si mas siue semen, siue membrum, aut aliquam virtutem, siue vim aliam mittat, admoueri ad meatum vuluale necesse est. Et paulo post: Interdum, inquit, tergis quoque Mollia copulantur. Sed generationis ne gratia, an alia causa, nondum exploratum. Oua autem eorum cum imperfecta sint foras exclusa, augentur more Vetrium, vt idem *c* auctor tradit: Sed vim vitalem à maris aspersō semine habere est necesse more piscium, *d* eodem teste. Fœminis inquit, huius generis mates aspergunt, quomodo ouis mares genere piscium: redduntutque oua eorum glutino cohærentia, ad speciem vuæ. Cæterum quod dicat oua, cum eduntur, glutino esse coniuncta & oblita, id ad eorum tutelam à natura factum. Sed alibi clarius non nisi in Sepijs visum esse scribit, *e* quod mas oua, quæ fœmina ediderit, persequatur. Sed tamen in reliquis eiusdem generis (intelligit autem reliqua Mollia) fieri, rationem esse. Quæcunque autem oua vitale virus attigerunt, ex ijs animalcula nascuntur, vt in Piscium historia clarius explicabitur. Pariunt verno tempore, & Sepia in primis: ouaque habent candida, quæ tempore æstiuo (ψαθυρῷ) euadunt, veluti & illa, quæ Crustata edunt.

a 3. de gen. c. 8.

Quomodo coeant.

b 1. de gen. c. 15.

Oua vt augeantur.

c Histor. 5. c. 17.

d 3. de gen. c. 8.

e Hist. 6. c. 13.

VSVS IN CIBIS.

Mollia esui fuere omnia olim, & nunc etiam in culinam recepta sunt, exceptis paucis Polyporum generibus. Quæ autem cibis idonea sunt, præstant cum sunt grauida, vt prodit Athenæus. Et *a* Aristoteles disputans probansque semen non esse in muliere; quod habeant menstrua, subiungit: Generis etiam exanguis Mollia & crustata optima sunt, cum vtero gerunt. Quod enim sanguine carent, nec pinguedo in ijs consistit, hinc proportionale pinguedinis secernitur in seminale excrementum. Et iterum *b* alibi: Mollia etiam præstant, cum grauida sunt, vt Loligines, Sepiæ, Polypi. Duræ sunt carnis, vt scribunt Ægineta, Galenus, Athenæus, cuius rei rationem his verbis *c* Cardanus reddere conatur. Quæ igitur, inquit, Mollia sunt, quoniam cute sola teguntur, ideo durissimam carnem sortita sunt: fluctibus enim aliter obtunderentur, & cuiuscunque minimi piscis iniuriæ expositi essent, ob id durissima sunt carne & difficillimæ concoctionis. Et post. Ergo, inquit, quæ Mollia sunt, adeo concoctu difficilia sunt, vt oculos glauent, inquit Hippocrates. Vt testatur *d* Galenus, crasso glutinosoque succo constant, sicuti cetacei pisces. *e* Alibi exiguū etiam in se succum salsum continere scribit, crudumque succum copiose suppeditare, si tamen coquantur plurimum corpori alimentum exhibere. Diphilus apud Athenæum flatus insuper addit parere, quocirca Venerem proritare, elixataque probiora effici & vtiliora, quoniam humores, quos iniquiores obtinent, eluantur; Vnde caro ipsorum durior effi itur. Oua quoque Mollium in cibum olim videntur recepta, cum dicat Aristoteles partem quandam in ijs nullius esse saporis, ac si reliqua ouorum esui essent ac gustui grata. Nam ait. In mollium genere oua quiddam habere proportione respondens ei; quod nigricat in ouis Echinorum, & parti creditum est superiori; ex origine pendens, amarum nec esculentum: & quanquam, inquit, in his id colore differat, ingustabile tamen & esui ineptum est.

a 1. de gen. c. 19.

b Hist. 8. c. vlt.

c In Aphor. Hipp. lib. 2. 18.

d Lib. de bō. & vti. suc.

e 3. de alim. fac.

Oua nūm edantur:

CAPVT II.

DE POLYPO. ORDINIS Ratio:

Ex recentioribus, qui de Malachijs siue Mollibus vocatis animalibus scripserunt, alij à Sepia, alij à Polypo exordium sumpsere. Sed qui à Polypo inceperunt, ij meo iudicio rectius fecere; ob præstantiam & dignitatem, qua longe hic cæteris Mollibus præcellit. Tanto in primis corporis robore valet, vt ne fortissimo quadrupedum leoni (si daretur occasio) cederet. Hominem sane vehementi brachiorum amplexu è nauis medio in altum mare detrahere, quin conficere cernitur, & quod amplius est, ingentem hominum multitudinem solus sustinere, adeo vt ægre confici possit. Quod si Leoni faciendum foret, nil quidquam fortius præstare posset. Vt iam aquilam omnium reginam & fortissimam quis non miretur amplius ab eo pertinacibus circumplexam citris in alium protractam pelagus, & minimo negotio intersectam. Cæterum longe in eo admirabilior erit ingenij calliditas, quam robur illud quod prædicauimus; si quanta vetustia victum sibi venetur,

Polypi fortitudo.

Hominem interficit.

Aquilam vincit.

Ingenium vafrum.

tur, præfari velimus. Nec minus etiam in eo laudabile dicemus, quod terram petat, & aſpera perambulet loca, quod profecto nulli ex Mollium genere à natura datum eſt. Sic enim duplicis (vt ita dicam) naturæ videtur particeps, vt cum Piſcibus, & terreſtribus quadrupedibus conuenire poſſit. Haſce igitur nos ob rationes de Polypo primum dicemus, eo quem in omnibus noſtris hiſtorijs ſeruamus, ordine.

Polypi ambigua natura.

ÆQVIVOCA.

Apud Hippocratem & *a* Cornelium Celſum Polypus eſt caruncula modo alba, modo ſubrubra, quæ narium oſſi inhæret, & modo ad labra pendens narem implet, modo retro per id foramen, quo ſpiritus à naribus ad fauces deſcendit, tantum ſumit incrementum, vt poſtuam conſpici poſſit: ſtrangulatque hominem, maxime auſtro aut euro flante, fercque mollis eſt & raro dura, eaque vero magis ſpiritum impedit, & nares dilatat, qua ferè καρκινώδης eſt. Paulus Ægineta, Polypus, inquit, tumor eſt præter naturam in naribus conſiſtens à ſimilitudine marini Polypi nominatus, quod eius carni ſimilis ſit. At Galenus Polypum à multitudine pedum dici ait: vt enim, inquit, illi multas habent ineſuras ſeu ineiſiones, contumeſcuntque & increſcunt: ſic morbus iſte eodem modo. In hac ſignificatione, & Horatius quoque vtitur:

a Lib. 6. de med. c. 8.

Morbus nariũ dictus Polypus, & vnde dictus

Polypus an grauis hirſutis cubet hircus in vndis.

Polypus quid.

Vnde polypoſus apud Martialem:

Naſutum volo, nolo Polypoſum.

Πολύπους quoque apud Græcos dicitur, multos habens pedes, multipes: hinc πολύποδα Ζῶα apud Platonem dicuntur animalia multos habentia pedes, vt ἄποδα nullos. Item πολύποδες dicuntur beſtiolæ quædam multipedes: Cutiones nonnulli, alij porcelliones appellant: nos ὀνίσκους nominauimus in noſtro de Inſectis volumine. Πολύποδες εἶδος ἰχθύων, ἢ εἶδος φθειρῶν. Heſychius.

Cutiones.

SYNONYMA. ETYMON.

Polypi vocabulum Latini à Græcis mutuarunt teſte Varrone: ſoletque in maſculino genere efferri: Lucilius tamen apud Nonium in fœminino vſus fuit; vti ex eius hiſce verbis corruptis liquet:

Polyp. vnde dictus.

Pauliſper cui medentia medem hæc ſe vt Polypus ipſa.

Syllabam primam producit Horatius, Martialis, & Ouidius, qui inquit:

——— deprehenſum Polypus hoſtem
Continet.

Vnde nonnulli male adagiorum auctorem ex Theognide tranſtuliſſe cenſent hunc verſum.

Πολύπους ὀργὴν ἔχε πολυπλόκου.
Mentem habeas vafri Polypi.

Quod primam ſyllabam corripuerit. Ego vero apud Latinos & produci & corripi poſſe Græcorum imitatione exiſtimo. Nam prima ſyllaba apud eos natura breuis eſt. Πόλυπους enim Attice dicitur apud *a* Athenæum: Item πόλυπος proparoxytonum. Iones, Dores & Æoles per ω ipſum enunciant Πῶλυπον dicentes: πωλύπεω dixit Epicharmus Πωλύπεω διηξόμβρου Polypum inueſtigans. Huic quoque reſpondet Πῶλυψ ex Diphylo apud Athenæum: ὁ πῶλυψ, inquit, σπουδαργεῖ τοῖς ἀφροδισίοις. *b* Euſtathius alibi Doricum tantum & Æolicum eſſe dicit nomen πῶλυπος. Ionicum ſane non videtur. Quippe Iones o paruum, non in ω magnum mutare ſolent, ſed o paruo adijcere υ. Vnde apud Hippocratem Ionica dialecto vtentem πολύποδας legimus. Et quanquam Attici cum Ionibus quædam communia habent: Attice tamen πολύπους dicitur, vt & Ariſtoteles vſurpat. Quod ſi horum vtrumque Atticum eſſe aliquis malit cum Euſtathio; Ionicum faciemus πολύπους paroxytonum, à quo genitiuus πολύποδος fieri poteſt, à πολύπος proparaxytono non poteſt: non enim aliter flecti poteſt, quam vt λόγου. Πόλυπον dicere Aeoles ſcribit Athenæus, ſed ſcribendum pei ω ex Euſtathio. Ariſtophanes τὸν πολύπεω μοὶ ἔθηκεν. Et rurſus: Πηγαὶ λέγοντες πουλύπου πελεκῶδες. Et Plato Comicus: ὥσπερ τοὺς πολύποδας ἀπεφήσατε. Itaque pro diuerſis dialectis hæc omnia erunt vſitata: Πολύπους, Πουλύπους, Πόλυπος, Πῶλυπου, Πολύπους, Πῶλυψ. Antiphilus Byzantius in quodam epigrammate πουλυποδῶν dixit, à recto πουλυπόδης. Inuenio & apud Oppianum in caſu recto Πουλύποδ legi quorundam ſententia, ego potius genitiui caſus eſſe exiſtimo, & à πολεκτὴ regi, quod πολεκτάνας, hoc eſt, cirros ſignificat. Dicitur autem πολύπους à multitudine pedum teſte Galeno. Ποῦς enim apud Græcos pedem ſignificat quod in caſu accuſatiuo πόδα facit. Animaduertendum tamen eſt accuſandi caſum compoſita ab hoc diuerſa habere, ſcilicet πολύπεω, οἰδίπεω, τρίπεω, quod Euſtathius ex Athenæo obſeruauit. Ανόστος, id eſt, exos pro Polypo accipitur, epitheton ſcilicet loco ſubſtantiui apud Heſiodum. Lacedemonij tamen Polypum ſubſtantiue & ſimpliciter ἀνόστον vocant, auctoribus Elitarcho in gloſſis, & Proclo in Heſiodum. Onos, id eſt, aſinus marinus, quem quidam Pulpum (Polypum) dicunt, alij octapodem. *c* Kiranides. Pulpum enim aliqui recentiores indocti nominant, voce vulgari in Latinam terminationem deflexa, vt Syluaticus, & Gerardus Cremonenſis, qui Kiranidem tranſtulit. Albertus Magnus Multipedem nominat, Græco nomine ſimpliciter translato, eodemque ſenſu compoſito. Octapodia pro Polypis apud Pſellum leguntur, diminutiuo nomine Hodie enim in Græcia Octapodi dicuntur, & à quibuſdam ibi ineptius Catapodi. Polpo Italis: ſed Venetis Folpo, & Genuenſibus Porpo, Hetruſcis peſce Malattia. Hiſpanis Pulpo. Gallis vt Narbonenſibus Poulpe, alibi Poupe. & Purpe. Nortmanis Bougre. Maſilienſibus Seechepoupe. Quare Gillius recte ſcripſit Polypum, vbique fere gentium nomen retinere. Illyrijs Hobotnizaza. Angli qui Vectam

a Lib. 7.

b Odyſ. 1.

Etymum.

Ανόστος. Onos ſiue Aſinus marinus.

c Lib. 4. Pulpus. Multipes.

Octapodia

Catapodi.

A insulam incolſit vocant à Pourcuuel, vt à quodam Anglo accepit Zoographus: alij quidam à Preke, vt à Iohanne Faueonero Acante accepit: Videntur, inquit idem Zoographus Malacia omnia ſiue Mollia Germanice recte poſſe vocari Kuttelfiſch: vt ſi Polypum interpreteris **ein Kuttelfiſch Art**. Non inepte etiam vocaretur **ein Vielfuß**/ vel **Polfiſch**/ vel **Polkuttel**/ nomine compoſito à Polypo, & Cuttel, quod eſt Sepia. Vel circumſcriberetur, **ein Balctfiſch mit langen Füſſen/ vnnd einem kleinen Leib**/ id eſt, Malacium pedibus longis, aluco modico.

GENVS. DIFFERENTIA.

Deſcriptio.

Antequam Polyporum iſtà lamus genera, operæpretium eſt, quãtum à cæteris diſtent Mollibus, recenſere; partiumque vniuerſalem quandam à veteribus ſparſim memoratam deſcriptionem efformare, quam non dubitem primæ ſpeciei potius, quam cæteris conuenire. Differunt autem, teſte *a* Ariſtotele, Polypi à cæteris Mollibus, B quæ modo enumeraui, quod alueus ijs ſit paruus & crura prælonga: cæteris è diuerſo alueus amplus, crura breuia. Et *b* alibi Sepiæ, inquit, & Lolligines non ſimili, vt Polypi, modo, conſtant: quoniam vim nandi tantummodo habent, cum Polypi vel ingredi poſſint. Habent enim Sepiæ & Lolligines pedes ſupra dentes, ſenos, exiguos, eorumque nouiſſimos duos maiores, reliquos autem octonorum duos infra omnium maximos. Vt enim quadrupedibus crura poſteriora fortiora, validioraque ſunt, ita ijs quoque maximi, qui infra habentur. His enim onus ſuſtinetur, motuſque potiſſimum agitur. Duo etiam illi nouiſſimi maiores ſuis medijs ſunt, quia illis miniſtrent. Polypus medios quatuor habet maximos. Omnibus igitur his pedes octoni. Sed Sepijs & Lolliginibus breues, Polypis magni, Alueum enim corporis Sepiæ & Lolligines habent magnum, Polypi paruum. Itaque quod natura Polypis ex corpore dempſerat, id in pedum longitudinem addidit: quod Sepijs & Lolliginibus de pedibus abſtuleriat, eo corporis magnitudinem auxit. Quamobrem Polypis pedes non ſolum ad natandum vtiles ſunt, ſed etiam ad ambulandum: Sepijs autem & Lolliginibus inutiles ſunt. Et paulo poſt: Polypi, inquit, promuſcide carent, quoniam pedes ad vſum eundem commodos habeant. Quorum autem pedibus acetabula, cirramentaque adſunt, C hæc vim, contextumque talem habent, qualem implicamenta illa, quibus digitos antiqui medici indere ſolebant. Ita enim fibris implexa ſunt, quibus carunculas, cæteraque cedentia trahant: quippe quæ laxa præhendant, intenta premant, & retincant, cum pars interior tota contingat, atque amplectatur. Itaque cum aliud non habeant, quo capere admouereq; poſſint, niſi aut pedes, aut promuſcides, hæc pro manibus obtinent ad vim tum inferendam, tum propulſandam, atq; etiam ad cætera vitæ munia neceſſaria. Præterea vt eidem teſtatur, cum Sepiæ, Lolligini, & Lolliopartes duræ ac ſolidæ intus per dorſum & corporis prona contineantur, Polypus nihil ſolidum intus habet, ſed caput cartilagine prope conſtat, quæ ſeneſcentibus maiorem in modum indureſcit. Cur autem hac ſolida parte, quam in Sepijs ſepium vocamus, careat Polypus, *d* ipſe edocet his verbis. Habent etiam quod piſcium ſpinis proportionetur, vt Sepiæ quod ſepium vocant, Lolligines quod gladiolum: Polypi nihil eiuſmodi habent, quod eorum alueus, quem caput appellant, breuior eſt, illorum prior, ideoque vt directus inflexuſq; maneret, natura his adminiculis faciendum cenſuit. Rurſus idem *e* Ariſtoteles Polypis & Sepijs ventrem ſimilem eſſe tum figura, tum tactu teſtatur, ſtomachum minimum ſiue gulam ab ore prælongam, quam ingluuies excipit, quomodo in auibus, tum ventrem coniungi, ac inteſtinum ventri annecti D ſimplex, & vſque ad exitum tendere: At Lolligines bina ventris conceptacula habere, quę ventris ſpeciem gerunt. Idem citante Athenæo, nõ ſimpliciter viſcera, ſed quæ ſanguineorum viſceribus reſpondeant, Polypo negat: Σπλάγχνον δ' οὐκ ἔχει ἀναλογῶν, inquit. Vnde Plinius, venter, inquit, ſanguine carẽtibus nullus: inteſtinum enim quibuſdam ab ore incipiens quadam via eodem reflectitur, vt Sepiæ, Polypo. In Polypo diſſecto cerebrum duplex conſpici citat ex Ariſtotele *f* Athenæus: qui & attamentum eius non nigrum vt Sepiæ, ſed ſubruſſum eſſe ſcribit: contineriq; id in veſica, quam μήκωνα vocant. Quapropter falluntur maxime, qui excrementum, quod in veſica continetur, μήκωνα appellarunt, in Polypo, Sepia & teſtatis: cum id excrementum θόλος Græcis, Latinis atramentum vocetur. Gaza vbique μήκωνα apud Ariſtotelem pàpauer reddit: ab oblonga figura ſic dictam putat Dalechãpius in ſuis ad Athenæum annotamentis. Sita autem eſt hæc tunica ſupra ventrem auctoribus Æliano & Scholiaſte in Ariſtophanem, itemque Athenæo: qui id ex *g* Ariſtotele excerpſere. ſcribit enim; Habent attamentum Polypi, & Lolligines ſupra apud mutim potius poſitum, Sepiæ infra aluum. Subdit ibidem Sepiæ plus quam Polypo id inesſe, nec tacet cauſam, quia inquit, habet brachia, coloremque mutat. h Alibi id denuo accreſcere poſtquam amiſit, prodidit, vt nũquam deeſſet attramenti copia. Ad reliquas partes nunc me confero. Cur Κεφαλὸν, ſiue caput vocent in Polypo, quod in cæteris Mollibus alueum, rationem reddit Zoographus, quod breuior ſit, & rotundior; Hoc in Polypo quamdiu viuit, prædurum eſt, & quaſi inflatum teſte Philoſopho. Oculos ſupra duos pedes habere os, & dentes in pedum medio ex eodem citat *i* Athenæus: item Polypo octo pedes eſſe, duos quidem ſuperne, ac infernè totidem, minimos; medios autem maximos, cum acetabulorum ordine duplici, quibus ori cibum admouet. Sed *k* Ariſtotel. pediculi octoni, inquit, omnibus, binis acetabulorum ordinib. ductu perpetuo omnibus, excepto vno genere Polyporum, (ſcil. Eledone.) Vnde Gillij lapſus quoque manifeſtatur, qui Polypos octo pedes habere ſimplicibus ſingulos acetabulorum ordinibus plenos ſcripſit. Teſtatur

a Hiſt. 4. c. 1.

A Mollibus quid differãt Polypi.

b De par. 4. c. 9.

Pedum cõſtitutio & vſus.

c Hiſt. 4. c. 1. de Par. 4. c. 5

d De Part. lib. 2. c. 8.

Sepiũ quid. Gladiolus.

c De Par. 4. c. 5.

Cerebrum.

f Lib. 7.

Attramenti color.

Μήκων Polypi. Attramentũ

g De Par. 4. c. 5.

h Hiſt. 9. c. 37.

Caput.

Oculi.

i Lib. 7.

Pedes.

k Hiſt. 4. c. 1

Gill. lapſus.

ſtatur Ariſtoteles brachijs Polypi membranam interiectam eſſe, vt cum dixiſſet Sepias quaſdam in bina augeri cubita: Polyporum, inquit, brachia tantundem, atque etiam plus magnitudiuis capiunt. Theodorus Gaza pro pediculis brachia interpretatur; quæ & crura, & cirros vocat, itemque barbas, Plinium forte ſecutus, qui de Polypo maximo, Barbas, inquit, quas vix vtroq; brachio complecti eſſet, in quem locum hæc Maſſarius: ſic nos quoque, inquit, barbas in antiquis exemplaribus legimus. hoc diximus, quia in ,, cæteris omnibus impreſſis codicibus branchias pro barbas de- ,, prauate legitur, & intelligit p barbas brachia, nec dixit brachia, ,, quoniam ſtatim ſubſequitur; Quas vix vtroq; brachio comple- ,, cti eſſet. Πλεκτάνας, Theodorus brachia tranſtulit, κοτυληδόνας ,, acetabula. Plinium, vbi inquit, Auguinum ouum vidi, mali or- ,, biculati modici magnitudine, cruſta cartilaginis, velut acetabulis brachiorum Polypi crebris, putat Zographus acetabula (quæ ab accipiendo deriuant Grammatici) à brachijs diſtinguere. Hæc enim ſunt veluti vaſcula quædam exigua rotunda, quibus brachia exaſperantur. Synechdochice tamen pro ipſis brachijs ſumi poſſe, m Aceptabula, inquit m Cœlius Rhodiginus, apud Plinium Trebius Niger in Polyporum ratione accepiſſe videtur pro caliculis vrnalibus peluium modo: vnde apud Senecam ſunt præſtigiatorum aceptabula; hoc eſt vaſcula, ſeu caliculi, quibus aſtantium oculos fallendo præſtringunt, &c. Sunt qui apud Plinium pro caliculis legant calicibus, quippe cum vrnalis magnitudinis fuiſſe à Plinio referatur teſte Maſſario, qui etiam tradit acetabula eſſe caliculos illos in brachijs Polyporum, qui rei cuique admoti veluti cucurbitulæ ſuo hauſtu adeo tenent, vt auelli nequeant. Eruditiores, inquit Cœlius, κοτυληδόνας exponunt & πολύποδος πλεκτάνας, id eſt, Polypi acetabula, ſiue cirrhos, aut vt Ouidius flagella, à cotyles ſimilitudine, vt inquit Euſtathius. id genus vaſis eſt, & manus cauitas. Inuenio apud Antiphilum Bizautium ἕλικας appellari: & apud Antipatrum Thettalum in ſuo epigrammate, quod de Polypo aquilam occidente fecit πλοκμὰς hoc verſu:

Πλοκμοὶς δ' εἱλιχθεὶς, πέσεν εἰς ἁλὸς ἀμαδύσμορος.

Id eſt:

Cirris circumuoluta, cecidit in mare miſera.

Pedum autem ſeu brachiorum vſus eſt, ad capiendum & venãdum cibos, eoſdemque ori admouendum, cum careant promuſcide. Polypus, inquit Ariſtoteles, ſuis brachijs vt pedibus ac manibus vtitur: quippe quibus duobus ſupra os poſitis cibum admoueat. Quæ ſic tranſtulit Pliuius. Polyporum multa genera. omnes brachijs, vt pedibus ac manibus vtuntur. ijſdem quoque ad natandum vti, auctor eſt Philoſophus. n Paulus Iouius ijſdem obuia quæque comprehendere, ligare, inuoluere, ac flagellate tradit. Acetabulis autem vtuntur ad fugendum & firmiter teuẽdum rem quamlibet, cui adhæreſcunt, ſed grandibus minorem iuuſſe tenacitatem tradunt auctores. Πρῶθμα quibuſdam dicitur cirrus apud Heſychium & Varrinum, quibuſdam vero caput Polypi. Verbum autem πρήθειν inflare & diſtendere ſignificat: & caput quidem eius quamdiu viuit, duriuſculum eſt, & quaſi inflatum, & iũ cibo quoque inflat; nam ad caput vapores mouet, & venerem ſtimulat. Μελίνη apud Heſychium & Varrinum dicitur ſemen milio ſimile; quod panicum putat Zographus, item pars quædam in Polypo. Dorſum ſcribit Pliuius partem læuem appellari, à qua acetabulorum ordo inchoatur. Collum etiam ei attribuit Ariſtoteles, idque ,, imbecille cum premitur. Vnde o Athenæus: In Polypis, inquit, ,, aliæ partes corporis validæ ſunt, imbecilla ceruix. Pinnulam quoque anguſtam habet, deque medio orſam, cauſam reddit p Ariſtoteles: nimirum quoniam paruum habeant alueum, quem ſatis ſuis pedibus dirigere poſſunt. Vnde Pliuius; Non habent pinnas, quæ Mollia appellantur, vt Polypi: quouiam pedes vicem pinnarum illis præſtant. Fallitur tamen Plinius, quod omnibus Mollibus pinnam denegarit, cum omnia habeant, quamuis in Polypis tam ſit exigua, vt minime aut vix conſpici poſſit. Theodorus Gaza in quodam Ariſtotelis loco fiſtulam tantum Polypo tribue- ,, re videtur, vbi inquit Philoſophus: Fiſtulam ante alueum poſi- ,, tam ſupra caput & brachia gerit cauam, qua mare tranſmittit: ,, quantum ſuo admiſerit alueo, quoties aliquid ore capit, eamque ,, modo in dextram partem trãsfert modo in ſiniſtram, hac eadem fiſtula ſuum quoque atramentum effuudere ſolet. Et q Plinius; eſt Polypis, inquit, fiſtula in dorſo, qua tranſmittunt mare: eamque modo in dextram partem, modo in ſiniſtram transferũt. Roſtrum quoque ei tribuit r Iulius Scaliger: itemque s Bellonius Pſittaci roſtrum. Nulla tegi cute t Plinius auctor eſt: tamen Bellonius pedes ſeu cirros pelle contegi varia ſcripſit: carnem albam u Galenus & x Plutarchus cauernoſam eſſe meatuumque plenam ex aſpectu probat. Formam Polyporum ſcribit y Cardanus eſſe ſimilem arancorum, ſi maxima minimis comparare licet: corpus enim, inquit, marinæ cucurbitę non multum abſimile, octouis pedibus, vt mollibus pleriſque, quibus tamen nullus ſenſus deeſſe videtur: os corneum non abſimile pſittaci roſtro, in quo & magnum robur, & ex- ,, cremenuti locus prope os ipſum. Polyporum varia reperiri genera ,, teſtes ſunt veteres, & in primis z Ariſtoteles, qui de eis ſic ſcri- ,, pſit: Polyporum genera plura ſunt, eſt enim quod & conſpectius ,, & maximum eſt, cuius terreni maiores quam pelagij ſunt: & ,, quod corpore exiguo varioque eſt, cibo inſeptum: & quod Ele- ,, donam vocant, crurum prolixitate diuerſum: & quod vnum ex ,, mollium numero ſimplicem acetabulorum ordinem agat: cæte- ,, ra namque omnia duplici caliculantur. Ad hæc, quod alij Boli- ,, tænam, alij Oſſolem appellant. Duo item viſuntur genera con- ,, chis indita, quorum alterum Nautam aliqui vocant, alterum ,, Pompilum, ſiue ouum Polypi: Teſta ijs vt Pectunculis concaua, ,, ſimplex tamen, nec ita deſtinata, vt ei inhæreant. Sæpius iuxta ,, terram paſcuntur: vnde euenit, vt fluctibus iactati in aridam eli- ,, dantur, & teſta dilapſa nudi capiantur, aut in terra anima extin- ,, guantur. Conſtant exiguo corpore, facile ſimiles Bolitænis: Eſt ,, etiam, qui Cochlearum more ſiliceo tegmine ita muniatur, vt ,, nunquam egredi ſoleat, ſuaque interdum brachia exerat. Verum cum Theodorus in hac ſua huius loci verſione, obſcure certe & parum recte ipſius Ariſtotelis dicta interpretetur, ad Græcam lectionem confugere oportet: quam, cum in Græcis peruulgatis codicibus corrupta ſit, ex vetuſtiſſimo atque egregio, Vaticanæ Bibliothecæ exemplari caſtigatam apud Saluianum quis legere poterit, qui ſic eam latine reddit: Sunt autem plura Polyporum genera, vnum quidem valde notum, & ipſorum maximum; ſunt vero multo maiores littorales, quam pelagici. Ad huc autem alij parui, varij qui non comeduntur. Aliud etiam Eledone vocatum, pedum prolixitate diuerſum, & quia ſolum ex Mollibus ſimplicem acetabulorum ordinem habeat; alia namq; omnia duplicem acetabulorum habẽt ordinem, & hoc vocant alij quidem Bolitænam, alij vero ozolim. Iuſuper alij duo in Couchis, vnus vocatus à quibuſdam Nautilus & Nauticus, à quibuſdam vero ouum Polypi. Eſt autem teſta eius, velut Pectunculis concaua & non innata: paſcitur autem hic ſæpius iuxta terram, vnde à fluctibus in aridam traditur, & teſta exutus capitur, & in terra moritur. Sunt autem hi parui, & forma ſimiles Bolitænis. Et alius in teſta, velut Cochlea, qui non exit è teſta, ſed Cochleæ inſtar ſubeſt, & interdum foras brachia porrigit. Ita fere etiam corrigit Rondeletius, cuius lectionem ſuo loco ſectabimur. Sunt itaque apud Ariſtotelem quinque Polyporum genera, duo teſtis indita, tria nuda, quorum primum omnium maximum, valdeq; notum, ſecundum paruum, varium, non eſculentum, cuius generis nullus præter Ariſtotelem, quod ſciam, meminit, tertium Eledone vocatum, quod aliqui Bolitænam, aliqui ozolim vocant. Apud a Athenæum ex Ariſtotele & Speuſippo ſpecies Polyporum recenſentur, Heledone, Polypodine, Bolbotyne, Oſmylus. Et Ariſtoteles mollia eſſe ſcribit Polypos, Oſmylem, Heledonem, Sepiam, Lolliginem. Hic notadum eſt in Ariſtotele, dum ait, Littorales maiores eſſe pelagijs, non noua Polyporum explicaſſe genera vti Saluiano b Plinius opinari videtur, hunc Ariſtotelis locum ſic tranſcribens: Polyporum multa genera, terreni maiores quam pelagij. Sola namque loci atque magnitudinis varietas generum varietatem non facit. Sed ſolum eiuſdem primi generis differentias quaſdam edocet: eius namque littorales polypi maiores ſunt pelagijs. Atque huius ſententiæ Rondeletius fuiſſe videtur, cum ſcribit: Polypum hic depinximus, qui omnium maximus eſt & notiſſimus, cuius differentias duas eſſe ,, diximus: alter enim littoralis eſt, alter pelagicus, vita ſolum, ,, ſpecie nullo modo diſſidentes. Apud Athenæum inuenio Ari- ,, ſtoteleni in libro de Animalibus polypum diuidere in Nautilum & Tripſichrotem, quaſi colore mutabilem dixeris. Fortè tres illæ ſpecies, quas modo enumerauit primum, colorem omnes variant, & per Nautilum eas, quæ conchis præditæ ſunt, intelligit. Sunt qui in Ariſtotele legant τριψίχρως, quod attritu colorem inducat, malo tamen ex Athenæo τριψίχρους legere, quod colorem mutet. Diphilus apud c Athenæum polypo ſimilem χελιδῶνα ait, hoc eſt, Hirũdinem, ac volucri hirundini ſimilem perquam volutare ſcribit Plinius. Vnde Edouardus Wottonus Hirundinem ſiue Chelidonem cum polypis coniunxit, præſertim cum Ariſtoteles Hirundinem à piſcibus ſeparare videatur, maxime eam quę ſublimis volat, & volatu ſtridorem emittit. Sunt qui exiſtiment Chelidonem Ariſtoteli & Plinio piſcem ſignificare, Athenæi vero Chelidonem alterius eſſe generis, quod & Wottonus veteris tamen nullius ſcriptoris auctoritate fretus credidit, nos inter piſces ponemus. d Cardanus monſtroſum quendam piſcem inter Polypos ponit: Alij, ,, inquit, piſces ſunt informes, velut quod corio eſt quaſi ſuillo, ,, magnitudine ferme elephantis, ſuillo etiam capite, pedibus ,, loraceis, ſine dentibus, paruis oculis, ſub ventre duo foramina ,, habet iuxta caudam. Cauda prælonga; brachij menſuta latio- ,, re, quam menſutam longitudine & latitudine implent ſingulæ ,, auriculæ, corio craſſiore quam digitus ſit: forſan è Polyporum ,, genere eſt. Contra quæ verba ſic ſe e Iulius Scaliger exercuit. ,, Cete, inquit, vaſtiſſimum, quod elephantis deſcriptum magni- ,, tudine, ais, eſſe forſan de genere Polyporum, manifeſte leuita- ,, tem prodit ingenij tui. Cui ſuillum caput aſſignabas, ſuem ,, potius faceres. Nam Polypo ſi neſcis, non vt ſuibus roſtrum, ,, ſed vt Sepiæ cuidam generi, vt pſittaco beccum eſt. Vti libet o- ,, pulentia Gallica ad differentiarum intellectionem. Et in anti- ,, quis Romanorum monumentis eſt. Tum ſi non fuiſſet, noſtra ,, opera fuerit. Nam ſi palliatis Græculis licuit, coruos, ſerpentes, ,, vrſas, eaſque, ſi dijs eorum placet, caudatas in Cœlo collocare: ,, quare non liceat togato viro, atque etiam ſagato, vocilam v- ,, nam è nobiliſſima omnium prouincia citare ad comitia litte- ,, rariæ dictaturæ? Ridiculus vero cum Sepiaceo generi coriaceos ,, pedes, atque etiam caudam, etiamque longam deſignabas. Sed ,, & auriculas, cum appingis brachij longitudine, ac latitudine: ,, probe te nouiſſime Polypum intelligo: qui eum auriculatum congenerem, piſcem fingas. Nam quod ſub ventre duo ſint ei foramina, quid mirum tandem? Fœmina enim illa fuerit. Totidem habet & balæna. Item mas delphin alterum ad excrementa: alterum vnde veretrum euagiuet. Hæc Scaliger. Ego vero Polyporum ſummatim genera facio vnum conchis inditum, quod in duas ſpecies diuiditur, de quibus inter Teſtata dicemus: alterum ſine conchis, quod & alias tres ſub ſe ſpecies habet. Prima enim maxima & notiſſima, ore, oculis, partibus internis Sepiæ ac Lolligini

l Hiſt. 4. c. 1.
Barba.
Brachia.
Acetabula quæ.
m Lib. 13. c. 32.
Cotyledones.
ἕλιξ.
Πλοκμοὶ.
Πρῶθμα.
n De Piſc. Rom.
Μελίνη.
Dorſum.
Collum.
o Lib. 7.
p Hiſt. 4. c. 9
Plinij error
Fiſtula.
q Li. 9. c. 29.
Roſtrum.
r Exerc. 218.
s Obſer. 1. c. 74.
t Lib. 9. c. 12.
u Lib. 3. de ſymp. cauſis
x Quæſtio. nat. 19.
y De Var. rer. 7. 37.
Genera.
z Hiſt. 4. c. 1
Bolitæna.
Oſſole.
Nauta.
Pompilus.
Gaza notatus.
Ariſt. correctus.
Polyporũ quot genera apud Ariſtot.
a Lib. 7.
b Li. 9. c. 29.
τριψίχρως.
Polypus.
Ariſt. correctus.
c Lib. 7.
d De Subtil. lib. 10.
Mõſtroſus piſcis.
e Exercit. 218.

f De piſc. lib. 17. c. 7. ſimilis, vt ſcribit *f* Rondeletius, brachia vero longiora habet, pro- A
muſcidibus caret: aluo eſt rotundiore, Sepia latiore, Lolligo vero
longiore. Acetabulorum in brachijs continuus eſt, & duplex ordo:
quæ initio maiora, deinceps minora fiunt: Sunt etiam quatuor pe-
num acetabula omnium maxima. his omnibus mira viſ ineſt, vn-
g Li. 9. c. 30. de Trebius Niger apud *g* Plinium, uegat vllum eſſe atrocius ani-
mal ad conficiendum hominem in aqua. Luctatur euim amplexu,
& ſorbet acetabulis, ac numeroſo ſuctu detrahit, cum in naufra-
gos vrinanteſque impetum capit. Sed ſi iuuerrarur, clangueſcit vis,
,, exporrigunt enim ſe reſupinati. Huuc eundem Polypum ſic de-
,, ſcripſit Bellonius: Acerabula in cirris pluſquam octingenta ha-
,, bet, atque in quolibet cirro pluſquam centum, quæ in imo qui-
,, dem maiora, deinceps vero minora fiunt, & quadam pellicula
,, conteguntur, quæ horum dilatationis & contractionis eſt cau
,, ſa. In interna cirrorum ſetie ad radices roſtrum illi eſt nigrum, in
,, medio corneum ac durum, pſittaci roſtro ſimillimum, quo cun-
,, cta etiam duriſſima comminuit. Oculos haber (vt Teſtacea) ex-
,, rrorſum ſitos in ea colli parte, ad quam alligantur cirri, qui beue-
,, ficio naturæ palpebra integi poſſunt: quo fit, vt parui admodum
,, appareant, nec quidquam eorum, præter id quod in ijs eſt pul-
,, lum, conſpiciatur. Quod autem Vulgus in Polypo caput vocat,
,, id vero interna parte turgidum eſt, multiſque loculamentis con-
,, cauum, eius nimirum aluco ac fiſtula. Quodq; Polypus in varios
Vt in varios colores mutetur. colores ſe commutare dicitur: id quidem a molli eius pelle proue-
nit, quæ facile glubi poteſt: cuius colorem nunc album, mox ru-
ſum, poſtea liuidum, mox varijs coloribus diſtinctum videas. Pro-
nus Polypus oculos oſtendit: ſupinus vero ſua loculamenta: qua
parte commode diſſectus, magis cartilagineus ſentitur, atq; in eius
interaneis neſcio quid turbinarum videas, quod cordis vel hepatis
naturam habere dixeris. Verum id quidem protinus effluit, & diſ-
ſoluitur. Quod autem illi veluti cerebrum eſt, id quidem propor-
tione magis, quam natura tale eſſe crediderim. A bore gula ei patet
oblonga & anguſta, in quandam ingluuiem ampliſſimam produ-
cta, cui adhæret ventriculus: à quo inteſtinum renue (craſſius tamẽ
quam gula) partem repetit ſuperiorem, & iuxta os ſurſum tendit.
Corneum quiddam vtrinq; habet Polypus, in quo eius oua recluduntur: lucida quidem ea & tranſparentia. Flagella autem oſtendit
quina, atque interdum ſena. Hæc Bellonius. N s quidem huius
generis iconem damus. Captus is eſt prope Iluam maris mediterranei iuſulam. longus erat pedes duos: cirris duplici acetabulorum
ordine inferna parte inſignitis, albis: ſuperùa maculis ferrugineis
aſperſis capite vario, coloribus præſertim, rubro, cæruleo & nigro.
oculis magnis aurea iride, pupilla nigra Huius iconem ita expreſſimus, vt vnica tantum acetabulorum ſeries conſpici poſſit. In ea
quam ponit Rondeletius vtraq; conſpici poteſt: ſimilem deinceps
ſubiecimus, vti etiam eam quam ponit Zographus, partem pronam illius, quam Rondeletius ponit, repræſentans. Huius autem
generis cum littorales ſint & pelagij, littoralem tanrum depinximus: alterius enim pictura non eſt opus, cum ſatis ex præmiſſa cognoſci queat: pelagium enim minorem eſſe ait Ariſtoteles, & varium ac cibo ineptum. Notandum autem eſt, littorales hoſce Polypos certam non habere magnitudinem; nam pro ratione ætatis
h Li. 13. c. 6. a loci, magnitudine variant: vt ſcribit *h* Ælianus, inquiens; tem-
,, poris lõginquitate Polypi adeo magni euadũt, vt ad ceti magni-
,, tudinem accedant, cetaceique generis eſſe dicantur. Sane mon-
ſtrum videtur, nõ Polypus, de quo Carteiæ capto ſic apud Plinium
,, ſcripſit Trebius Niger. Oſtendere, inquit, Locullo capur eius
,, dolij magnitudine, amphorarum quindecim capax, arque (vt
,, ipſius Trebij verbis vtar) barbas, quas vix vtroque brachio com-
,, plecti eſſet, clauarum modo toroſas: longas pedum triginta: ace- D
,, tabulis ſiue caliculis vrnalibus peluium modo, dentes magnitudini reſpondentes Reliquiæ aſſeruatæ miraculo pependere pondo
i Lib. 11. D C C. Hæc Plinius, quem *i* Fulgoſius quoque ſecutus videtur, qui
narrans de ſimili bellua hiſtoriam, quam poſtea referemus, eius
,, caput immenſum fuiſſe tradit, horrendumque quod Lucius, in-
,, quit, Lucullus, qui illud inſpexit, purauit quindecim amphorarũ
,, quæ in nauticis rebus bottæ dicuntur, mẽſuram continere, Bra-
,, chia autem ingẽtia adeo, vt vix hominis complexu cingi poſſent,
,, intetnodiaque crurum magnæ ollæ amplitudinem complere.
,, Eius autem reliquiæ in miraculi teſtimonium ſepoſitæ fuere, ſe-
,, ptingentarumque librarum pondus exceſſerunt. Strabo quoque
circa Carteiam talenti pondo reperiri auctor eſt. N o i prætermit-
k Lib. 21. c. 21. in epitome. tendum cenſeo, quod de Polypo ſeptẽtrionali narrat *k* Olaus Magnus, tanquam à noſtris multum diſcrepãte corpore, quamuis natura ac moribns conueniat: In litroribus, inquit, Noruegiæ Poly-
,, pus ſiue multipes animal eſt, fiſtulam in dorſo habens, qua mare
,, tranſmittit, eamq; modo in dexttam partem, modo in ſiniſtram
,, transfert. Cæterum per brachia (veluti acetabulis diſperſis) ac
,, denticulatas forcipes, omne quod ſibi appropiuquat, inuoluit:
,, animal carens ſanguine. Quidquid comedit, aggregat in cauer-
,, nis, vbi manet: deinde putamina eroſa carne egerit, adnatanteſq;
,, piſciculos ad ea venatur: teſtas etiam & cruſtas cancrorum reſi-
,, duas eijcit. Mutatur color eius ex lapidis colore, cui adhæret,
,, maxime accedente timore ob aſpectum congri inimici ſui. Ha-
,, bet quator pedes medios magnos, & in totum octo. paruum cor-
,, pus, quod pedum magnitudine compenſatur: alioſq; adumbra-
,, tos pedes, ſtrictos, qui vix percipi queunt, his ſe ſuſtentat, moue-
,, tur, & tuetur, tum etiam apprehendit, quicquid à ſe fuerit remotum: ſupinuſque adhæret ſaxis, vt vix amoueri poſſit, niſi re aliqua fœtida admota. Hoc Olaus Magnus, ſeu mauis auctor, qui eum in epitomen redegit.

SENSVS.

Odoratus. ODorandi facultas ſumma in Polypis viget, cum odore eſcarum allectati capiantur, & maxime oleatum, quas in littore
proſequuntur, adeo vt cani ſagaci ab Oppiano comparentur. Ad-
hæreſcunt autem ira teſte *a* Ariſtotele rei quam appetunt, vt inde a Hiſt. 4. c. 8
auelli non poſſint, uiſi pulicaria herba admota, cuius odore proti-
,, nus reſilire dicuntur. Guſtus quoque membrum habeut molle, Guſtus.
,, carnoſumq;, vr idem ſcribit Philoſophus. Et ſane exquiſito præ-
,, ditos guſtu deprehendo ex aqua dulci, quam ſimulatq; piſcaror
,, prope petram effuderit, ſtatim fugiunt, petramque reliuquunt.

LOCVS.

PRimum Polypi genus omui fere in mari frequens eſt; reliqua
vero non item: *a* Ariſtotele auctore in Euripo Pyrrhæo, neque a Hiſt. 9. c. 37.
Polypi, neque Bolitænæ, neque alia quædam genera gignuntur.
Citat *b* Athenæus Theophraſtum in lib. de locorum differentijs, b Lib. 7.
circa Helleſpontum non generari Polypos, quia frigidius illud
B mare ſit, ac minus ſalſum: quod vtrumque Polypo noxium. Teſta-
tur *c* Oppianus magnos in ponto Euxino haud reperiri hiſce ver- c Halieut. 1.
ſibus.

Noxia non ponto monſtra educantur in iſto,
Et parui piſces non quidquam hoſtile timentes
Securi viuunt vndis, procul Aſtacus ingens,
Polypodes deſunt magni, deſuntq; Paguri.

Sunt, qui hoc mare à Polypo vitari putant, quia ſit animal ob imbecillitatem ſuam frigoris impatiens, & mare ad boream vergens
aſſiduis imbribus fere ſit obnoxium. Saxorum cauernas incolunt Cutnõ ſint
teſte Bellonio, nec vada apprehendunt, vt ſcribit *d* Plin. Littoralis in mari Eu
potius quam pelagius videtur Polypus, vt ex Ariſtotele conijcere xino.
licet, quando inquit: Lolligo ſola ex Mollibus gaudet alto, viram- d Li. 9. c. 29.
que pelagicam agit. In mari Adriatico frequẽtiſſimos eſſe, teſtis eſt
auctor de natura rerum, & reuera ego eos Venetijs ſæpe proſtare
in foro vidi In exterioribus Carteię locis Polypum ad ralenti pondus accedere *e* Strabo ſcribit. Et Archeſtratus apud *f* Athenæum e Lib. 3.
inquit: f Lib. 7.

Πόλυποι ἔνθα Θάσῳ, καὶ Καρία εἰσὶν ἄριστοι
Καὶ Κέρκυρα τρέφει πολλοὺς, μεγάλους τε τὸ πλῆθος,
C Id eſt:

In Thaſo, & Caria Polypi ſunt optimi,
Corcyra magnos etiam alit, numeroq; multos.

VICTVS.

VOraciſſimum animal eſt Polypus, & magnum in ventre habet robur, vt quiduis obuium ſine negotio, vt ſcribit *a* Ælia a Li. 1. var.
nus, deuoret & conficiat. Iulius Scaliger inter animalia omniuora lect. 1.
enumerat, nec immerito. Non ſolum euim carnes animalium fere
quorumuis, ſed & fructus arborum depaſcitur: Humauaſque imprimis appetit, vt vult auctor de natura rerum. Et Trebius Niger
apud Pliniuni rradit ad conficiendum hominem in aqua nullum
hoc atrocius eſſe animal, luctari complexu atque ſorbere, & numeroſo ſuctu derrahere, ac in naufragos vrinanteſque impetum
facere. Frequentiſſimum ei cibum eſſe refert *b* Ariſto teles Con- b Hiſt. 8. c. 2.
chularum carnem, horum autem Conchas complexu crinium
frangit Itaque præiacentibus teſtis cubile eius deprehenditur, vt
ſcribit *c* Plinius. Omnia in domum comportat: dein putamina c Li. 9. c. 29.
eroſa carne egerit, adnatanteſque piſciculos ad ea venatur. Iulides
D non edit, vti canit † Oppianus, ſed Carabos, quos quo aſtu capiat, † c. 2. Halieut.
vbi de ingenio, & induſtria eius diſceptabirur, agemus. Cancris
,, quoque, & Paguris victitare obſeruauit Bellonius. Viſus eſt, iu- Cancris vi-
,, quit, nobis Polypus in portu Cocyrę nigræ, integram horam cũ ctitant, &
,, Cancro decertaſſe. *d* Ælianus auctor eſt carnes quoque Locuſta- Paguris.
,, rum quaudoque exugere, & ſuccum earum exhaurire. *e* Idem d De anim.
,, ſcribit teſtimonio piſcatorum eum in terram progredi ad oliuæ r. c. 32.
,, germen in littore poſitum. Et *f* alibi Polypos, inquit, & Oſmylos e Lib. 1. c. 37.
,, in ſiccum egreſſos æſtiuo tempore, ex maritimis arboribus fru- de Animal.
,, giferis fructus ſubripientes, (ſcandunt enim per truncos, & ramis f Lib. 9. animal. c. 45.
,, ſe implicant) ſæpe agricolæ & deprehendunt, & pro diteptis fru Olea dele-
,, ctibus pœnas ex comprehenſis ſumunt: & pro commiſſo ab eisctantur.
,, furto, fructuum dominis ipſos ad epulas adferunt. Ex plantis,
,, inquit *g* Atheuæus, olea delectantur. Eius truncum flagellis am- g Lib. 7.
plexos ſæpe offendũt. Ficis quoque ad mare natis affixi, & fructum Ficis veſci.
,, mandentes nonnunquam deprehenduntur, vt Clearchus ſcribit,
de ijs quæ in humore degunt Idem qnoque ait eo argumento cognoſci Polypos, oleæ amantiſſimos eſſe, quod ſi oleæ ramum in
mare demiſerit, vbi Polypi ſint, ac aliquantulum detineat, quot
E volueiit, modico negotio extrahet circa ramos implicitos. *h* Op- h 4. Aleuet.
pianus quoque, quam ſint oleæ amantiſſimi hiſce verſibus declarat
Lippio interprete.

Palladijs gaudet ramis fœlicu oliua
Polypus, & glaucu folijs (mirabile dictu)
Corripitur, gliſcitq; comas, frondesq; virentes:
Eſt totus latus ramis, & fronte benigna,
Cum iuxta pontum nigris ſtat ſplendida baccis
Arbor, & expanſis conſurgit littore ramis,
Polypus ad frondes trahitur: ceu per iuga montis
Sæpe canes quarunt veſtigia tecta ferarum,
Atq; feras prendunt, dominos ad luſtra trahentes.
Sic virides ramos gliſcit frondentis oliua

Polypus,

Polypus in quovna tantum acetabulorum series experimitur.
Küttel fisch

polypi alia icon cum duplici acetabulorum ordine.
Küttel fisch.

Polypus idem prona parte depictus ex zoographo.
Küttel fisch

1.

2.

3.

TAB: I.

polypi tertia species Rondeletij Bolitaena sive ozolis Bellonij
Das 3 Geschlecht von Küttel fisch
4.

Sepia Salviani Supina.
Black fisches Meer Spinen Bauch.
5.

Sepia Salviani prona.
Black fises äussiwendiger theil
6.

Ova Sepiarum
Meer Spinnen Eyer.
7.

Loligo Salviani major
Gross 13. Black fisch.

Sepiola Rondeletij
Kleine Meerspin
8.

Loligo maior alia nostras rubris Undiqi maculis conspersa
Gross Black fisch mit rothe flecken
11.

Loliginis minoris Venete gladius
Kleine 9 Black fisch Schwert.

Loliginis majoris ex Illyrio gladius
10.
Der grosen Schwert

Loligo eadem Vel saltem simillima cum praecedenti
Black fisch.
12.

Loligo minor Rondeletij cum suo gladio.
Klein Black fisch
14.

Leporis marini tres species ex Rondeletio.
Meer haas
15.

Meer haas
16.

Meer haas
17.

Leporis marini alia species
Meer haas
19.

Meer haas
18.

Lepores marini duo alia postremo descripti
Meer haas
20

Meer haas
21.

Polypus, & ſubito ſalſis emergit ab vndis,
Per terram repit ramos vbi nactus oliua,
Applaudit trunco latus, radice ſub ima
Flectitur implicitus, veluti complectitur vlnis
Nutricem nuper venientem paruus alumnus,
Ingq; ſinus primum puerilia brachia iactat,
Atque cupit niueo connectere brachia collo.
Sic eſt Palladia vamis connexus oliua
Polypus, & totus latatur fronde virenti,
Nunc pedibus tentis ramum complectitur illum,
Nunc iſtum, veluti peregrina ex vrbe reuerſus,
Collectos vna dulces offendit amicos,
Extenſus manibus cupide complectitur omnes.
Celſa non aliter obrepunt abiete fontes
Nexu hedera, & ſurgunt primum radicibus imis,
Et multis nodis longe lateq; per omnes
Tolluntur ramos ad ſumma cacumina tenſa.
Sic latus glauca ſua brachia nectit oliua
Polypus, hunc ſimilem dulci quis dicet amanti.
Poſtquam Palladijs ramis exempta cupido,
Expleuitq; animum folijs, ſeu fronde virenti:
Protinus aquoreas obrepit latus ad vndas.
Talis amor frondis, vel tam furioſa cupido
Hunc capit, & tali piſcator fraude peritus
In medium iactat plumbum quod fronde reuincit
Palladia: & piſcis ramos non temnit oliua,
Sed ſociam prendit frondem, nec deſerit vnquam;
In nauem tractus rami non vincla relaxat,
Non odit viridem iam iam moriturus oliuam.

Salſamenta quoque eſſe ex hiſtorijs admirandis, quas infra inter hiſtorica recenſebimus, fiet manifeſtum. *i* Ælianus tanta auiditate ſcribit piſces, & obuia quæque deuorare, vt ne à proprio quidem genere abſtineãt, refertque qui minores retibus inclusi capiuntur, maiorum eſcam fieri. An vero brachia ſua edat tempore penuriæ, rurſumque renaſcantur, ſumopere apud ſcriptores antiquos controuerſum inuenio. Athenæus petuetuſtos citat Poetas, qui id affirmaſſe videntur, vt Alceum, qui canit,

i Hiſt. var. 1.6.1.

Ἐ'δω δ'' ἐμαυτὸν ὥς Πολύπους:

Id eſt:

Me ipſum, vt Polypus, comedi.

Et paulo poſt: In penuria inquit cibi aiunt ſeipſos comeſſe. Hoc ſcripſit Comicus Pherecrates in fabula, cui titulus eſt Agreſtes, his verbis:

Ἐνθρύσκοισι (male legitur in Athenæo θρύσκεσι) καὶ βεκκάνοις καὶ σεβήλοις ζῶ.
Ὁπόταν δ' ἤδη πέινωσι σφέδρα, ὥσπερ τοὺς Πολύποδας
Νύκτωρ δὲ τρώγειν ἀυτὸς (male etiam ibidem ἐκ τῶν) τοὺς δακτύλους.

Agreſtibus oluſculis & carduis viuere,
Quumq; vehementer eſurirent, Polyporum inſtar,
Noctu digites ſuos intus arrodere.

Diphilus in Mercatore.

Πολύπους ἔχων ἁπάσας ὁλομελεῖς τοὺς πλεκτάνας
Οὐ δεδιβρωκὼς ἑαυτόν ἐστι φίλπαλος.

Id eſt:

Polypus omnia hic habet integra brachia:
Seipſum is non circum arroſit ô amiciſſima.

k In Erg.

Sed & huius rei ante alios *k* Heſiodus non ignobilis poeta meminit.

Ἤματι χειμερίῳ ὅτ' αὐόστεος οὐν πέδα τείδει,
Εντ' ἀπύρῳ εἴκων καὶ ἐν ἤθεσι λόυγαλέοισι.

hoc eſt:

Tempore hyberno, quando exuſſis Polypus ſuum pedem arrodit,
Ingq; frigida domo & in habitaculis triſtibus

l 3. de Venal.

Oppianus *l* Viſos ſcribit in terra ſuos pedes lambere ac ſugere, vt Polypos in mari his verſibus.

Τοῖον ὑπὸ βεβδέοντιν ἐν εὐρυπόροιο θαλάσσης
Πολύποδες σκόλιοι παρὰ κύμασι μηήσωντο:
Χείματος οἱ μεσάτου κρυόεν πνέοντος ἐνιπαύ
Κοῦφοντοι πλαδαμῶσιν ἑᾶς πλοκαμῖδας ἐδοντες.
Αὐτὰρ ἐπὴν ἔαρ ὑγρὸν εὔπεφον αὐξήσειεν
Ἀκρίμονες σφισιν ὦκα νέοι πάλιν ἀλθήσκεσι
Καὶ πάλιν εὐπλόκαμοι δολιχὴν πλοῦσι θάλασσαν.

Gabriel Bouuerius ſic hoſce tranſtulit.

Sic in gurgitibus longe lateq; profuſis
Intorti faciunt Polypi graſſante rigore
Inque crepidinibus ſe condunt aquoru alti
Et ſatiant ſpiris rodentes dira palati.
At cum ver campis fragrantes reddit honores
Sponte repubeſcunt Polypi ſemeſa flagella
Ac freta peruadunt ijſdem fluctusq; ſonantes.

Et rurſus alibi, interprete Lippio:

Polypodes gelida non verrunt aquora bruma,
Formidant rapidas vento impellente procellas,
Et curuis degunt antris, torpentq; veterno,
Abſumuntq; pedes longos vel non ſeruis ac ſi
Carnes non paſcant proprias, qua ſaepe renata
Exaturant dominos, Neptunus munera donat,
Fœcundatq; pedes in pabula grata natantum.

His etiam ſcribit Ælianus: Polypus, inquit, cum alijs cibis paſcitur (eſt enim edaciſſimus, ad fraudemq; & inſidias callidiſſimus) tum vero ſua ipſe membra conficit. Nam ſi præda eum deficiat, brachia ſua deuorat: ac ventre ſic ſaturato, inopiam venationis leuat: deinde renaſcitur ei quod deeſt: hoc tanquam promptum prandium ad famem reſtinguendam comparante ipſi natura. Et *m* Plutarchus, Polypus, inquit, ſub brumam ſeipſum vorans corrodensq; deſider.

A

m Lib. Vtrũ animal, &c

Ἐν ἀπόρῳ εἴκων καὶ ἐν ἤθεσι λόυγαλέοισι:

Adeo vel piger vel ſtupidus, vel certe ventre tam rabido, aut his forſan obnoxius omnibus. Hinc aiunt Iohanni Grammatico Polypo dici κολοβόποδας. Et Proclus in Heſiodum Διὸ καὶ οὐρίσκοντται, οἱ πελαγοὶ πολύποδες, ἔχοντες κολοβοὺς τοὺς πόδας. Id eſt, propterea maiores Polypi pedibus mutilis deprehenduntur. Sed cur hoc, inquit Maſſarius, veriſimile eſſe non poteſt, vt Polypis interdum à ſeipſis, & interdum à Congris brachia prærodi contingat, quando & Cercopithecos deſiderio carnis comedendę correpros caudam ſibi rodere videamus? Nam *m* Ariſtoteles inquit: Quod autem non nulli aiunt Polypum ſeipſum comeſſe falſum eſt; ſed aliqui ſua brachia corroſa habent à Congris. *n* Plutarchus quoque falſum id eſſe ſcribit. Et *o* Athenæus, à Congris, inquit, perſequentibus, & infeſtis eius ſic pedes lacerantur. Quapropter male Proclus commẽtator in Heſiodum à Paguris eos exedi citat ex Ariſtotele. Præciſa brachia renaſci, vt lacertis caudam, auctor eſt Plinius. Non prætereundum Eledonem quibuſdam dici ἀπὸ τοῦ ἑαυτὸν ἔδειν, quod ipſa ſe rodat. Sed alij plerique de Polypo ſimpliciter, non de Eledona ſpecie eius priuatim hoc tradunt. Græci quoque Polypum αὐτοφαγον nominant teſte Dalechampio, in ſuis ad *p* Plinium annotationibus.

m Hiſt. 8 c. 2.
n Lib. de ſoler. animal.
o Lib. 7.
B
p Lib. 9. capite 29.

GRESSVS. NATATIO.

NON deſunt, qui Polypum in terram deſcendere tradant. Ariſtoteles in primis, Mollium, inquit, vnus Polypus (crura enim ei quam cæteris longiuſcula, & gradiendi facultate prædita ſunt) exit in ſiccum, graditurque per aſperiora, vitat leuia. Idem ex eo *a* Athenæus: In ſiccum, inquit, exire nonnunquam viſi ſunt, aſperis præcipue locis: læues enim odere. Et *b* Plinius: ſoli, inquit, Mollium in ſiccum exeunt duntaxat (Ariſtoteles μάλιστα) aſperum, læuitatem odere. Idem *c* alibi. Exeunt in terram, & qui marini mures vocantur, & Polypi, & Murenæ. Quæ proculdubio ex Theophraſto tranſcripſit Plinius, mirum ex eius libro, qui de ijs, q in ſicco verſantur, inſcribitur, hodieq; περὶ ἰχθύων, hoc eſt de piſcibus. Polypo, inquit *d* Iulius Scaliger, pedes ſunt vix hac appellatione digni. ita enim in ſolido ſub aquis ingreditur, vt humoris beneficio ſuſpenſus fluctuet. In ſicco ambulatio cum pulſu, & tractu fiat, alterum ſolum eſt in Polypi motu; qui neque greſſio, neq; reptio eſt, tractus ſcilicet, acetabulis enim iactis procul, vt cuique applicuit, id apprehenſum tenet: tum brachiorum contractione corpus admouet. ita ſubuehit ſeſe in eam partem, cui adhæſerit. Natat teſte Ariſtotele, & pinnis, & pedibus: βαδίζει, inquit, δὲ τοῦ τῶν ἑκατέρων, (ſcilicet πτερυγίων καὶ πόδων) ὥσπερ Πολύπους. ex eodem pinnulam alueum ambientem minimam, minimeq; conſpicuam eſſe probaui ſuperius: Plinius tamen pinuas ei prorſus negat, quod pedes vicem pinnarum ei præſtent. *e* Oppianus.

Exitus in ſiccum.

a Lib. 7.
b Li. 9 c. 29.
c Li. 9. c. 19.
C
d Exerc. 218
e Lib. Halient. 1.

Piſces aquoreas a ij voluuntur in vndis:
Polypodes mollis ſparſi per membra flagellis.

Natat obliquus, inquit Ariſtoteles, pedes in eam porrigens partem, quod capitis nomine appellatum eſt. Atque ita efficitur, vt cum natat, proſpiciat in aduerſum: (nam oculi ſupra ſunt cõſtituti,) & os habeat ex aduerſo. caput illud Polypis quamdiu viuunt, prædurum, & quaſi inflatum eſt. Quæ ſic ex eo repetijt Plinius: Natant obliqui in caput, quod prædurum eſt ſufflatione viuentibus.

D

RESPIRATIO.

POlypodes piſces ſcribit auctor libri de vtilitate reſpirationis Galeno adſcripti, nutriri aere externo influente per poros; non aliter quam cætera exanguia, in quibus modicus eſt calor. *a* Ariſteles aquam per cauum eos reſpuere ait, quod ſupra eam partem ſidit, quam nomine capitis proſequimur. Theophraſtum laudat *b* Athenæus ſcribentem in libello de ijs, quæ in ſicco degunt, reſpirationis gratia ſiue ad temperandum calorem internum omnibus viuentibus ἔμφυτον, aquam maris non admittere, οὐ δέχεσθαι τὸν θάλατταν. Sane liber hic Theophraſti, quamuis non exter integer, ſupereſt tamen integra adhuc illius ſententia hæc, quam paulo pluribus lubet verbis deſcribere: eſt enim locus eximius: eum ſic vertit Iſaacus Caſaubonus. Illud, inquit, mirum, an poſſit vllum animal partibus ijſdem inſtrumentalibus, modo aerem trahere; modo aquam recipere. magis tamen fortaſſe mirabile, ſi modo quidem aer ſit aptus, & congruens ad refrigerationem (aut quidquid eſt id, quod reſpirationem confert) modo vero aqua: ambo namque ſimul admitti non queunt. De Polypis minus mirum: quia illi maris aquam non recipiunt. Quocirca parum in Ariſtotelis & Theophraſti philoſophia verſatum prodit interpres Athenæi, qui locum Athenæi & Theophraſti tam abſurde accepit, vt vbi inquit Athenæus, ἐν δὲ τοῖς περὶ τῶν ἐν τῷ ξηρῷ διατριβόντων ζώων, ἐ δέχεσθαι φησὶ τοὺς Πολύποδας τὸν θάλατταν, verterit: Idem libro de ijs, quæ in ſicco verſantur, ſcriptũ reliquit, è mari Polypos egredi. Zoogr. putar Polypos mare non recipere refrigerationis gratia, vt ſuis branchijs piſces: ſed dum cibum capiunt, obiter admittere; idemque mox per fiſtulam, vt Cete reddere. Quæ ſane ſententia ab Ariſtotelis placitis non abhorret, in quibus ſic ſcriptum reperio.

a Li. de reſp.
b Lib. 7.
E

Dalecham pij error.

Fiſtulam

,, Fistu'am ante alueum positam supra brachia gerit cauam, qua mare ,, transmittit, quantum suo admiserit alueo, quoties aliquid ore capit; ,, quæ sic tradit Plinius. Est Polypis fistula in dorso, qua transmittunt mare.

CAPIENDI RATIO.

FAcilis est eorum captura. Nam vel strepitu audito, vel piscatore viso, minime cedunt, aut fuga sibi consulunt; vt reliqui faciunt pisces, sed aut saxis, quæ in promptu fuerint, se applicant, aut captantis manum apprehendunt, & cruribus se alligant. Est nihilominus capiendi quædam inuenta ratio, cum captu difficilem esse dicat *a* Antonius Liberalis, quod se ijs, quibus adhæserit locis, assimilet, atque colorem soli supra quod ferrur, æmuletur, vt ab eo discerni nequeat. Oliuæ germina, quæ ab ijs amari diximus superius, piscatores colligant, vt scribit Oppianus, in fascem, plumboque in medium indito, à nauicula trahunt, quem statim amplexus aliquis Polypus, hæret, neque remittit, ne in nauim quidem pertractus. Tarentinus ceu escam ad Polypos capiendos tenues Mormures circa robustum, quid vinculo deligari scribit, item Vocarim & Aradas. Polypus, inquit, auctor de Natura rerum, cornu cerui, vel storacis (styracis) sicci suffitu deluditur & deprehēditur: quia diligit eum, & ob hoc intrat vasa (nassas) venantium. Idem Tarentinus pro Polypis & Sepijs capiendis ex salis hammoniaci drachmis sex, butyri capilli drachmis octo, oprime leuigatis molle collyrium facit, quo aut funes ipsos, aut validas vittas inungit, pisces siquidem peredentes haud facile diuellentur: tu vero adstans extrahito, inijeitoque in scapham Carabos, Buccinas, Purputas, & alios quicunq; fuerint pisces. Bellonius esca captos facile in sublime efferri restatur: sed vbi extracti extra aquam, aerem senserint, mox elabi. Quāobrem veteratores Polypos antiqui vocarunt. *b* Teste eodem Peritses piscatores eos retibus capiunt in Propontide: vt alios pisces: captorum autem brachia diducunt & explicant, dentibusq; eorum rostrum confringunt: in si enim occiderent, è cymba effugerent. Sed quia quandoq; petris tam firmiter adhærescunt, vt vix auelli queant, cunila admouēda est: ita enim protinus resilient, inquit Plinius. Simocatus ait piscatores Polypum petris tenaciter adhærentem, dulci aqua perfundere, & facile auellere: *c* Athenæus vero, si quis ante cubilia salem asperserit eos statim egredi: à Caneri chelis retentos admoto ipsis gramine l bertari *d* Gaudentius Merula. Facile autem eorum fœminæ capiuntur à partu, teste *e* Athenæo, & mares à coitu, vti Oppiano placet. Languidi enim tunc sunt & imbecilles.

a *Li. mirab. nar.*

b *Obser. lib. 1. c. 74.*

c *Lib. 7.*

d *Lib. 3. memor.*

e *Lib. 7.*

NIDVS SEV CVBILE.

POlypi habitaculum θαλάμιον vocant Hometus, Athenæus & Ælianus: Latini quidam nidum, alij rectius cubile transferunt, hoc enim sibi struit Polypus, non solum pariturus, sed alias etiam, vt putat ,, Zoographus. Conchas tenuiores scabrasque efficere circum se, velut ,, loricam duram, eamque modo ampliorem, quo ipsi sunt amplio- ,, res, atque de ea quasi latibulo aut casula quadam prodire aiunt, in- ,, quit Philosophus. Et alibi: Conchulis maxime extriuentes carun- ,, culas vescuntur: vnde fit, vt eorum cubilia cognoscant, qui venantur congerie testarum. Idem ex Philosopho scripsit *a* Athenæus. Cum æstu maris Vlysses in littus abreptus esset, ait Hometus, eius cutem sic laceratam fuisse à scopulo.

E Conchis construunt nidum.

a *Lib. 7.*

Ὡς δ' ὅτε πουλύποδες θαλάμης ἐξεληλαμένοιο
Πρὸς κοτυληδόφιν πυκινὰς λάϊγγας ἔχοντες.

Id est:

Sicut Polypodes è suo domicilio extracti
Acetabulis multi lapilli adhærescunt.

Vbi Spondanus ait Homerum hæc de Polypo in siccum exeunte scribere, quod dicat Aristoteles, cubile suum ex Conchis tenuioribus scabrisque esse constructum. Verum pet λάϊγγας intelligi posse puto, non solum lapillos, sed & tenuia fragmēta testarum, ac similia aspera quæuis, ex quibus suum cubile construit Polypus. Albertus Magnus nescio qu'd super hac re somniet, inquiens nidum construere è lignis, iniqué eo parere.

λάϊγγας

SEXVS.

DOcet *a* Aristotel. discrepare Polypum marem à fœmina, eo quod capite est productiore; & quod genitale piscatores appellant, albidum brachio continet. Nam *b* antea hæc scripserat: Marem non- ,, nulli aiunt gerere, quod genitalis speciem referat suo brachio, in quo ,, duo amplissima acetabula habentur. Neruo id quasi constare porre- ,, ctum ad medium vsque brachium confirmant, totumque nati fœ- ,, minæ annecti. *c* Athenæus non aliis est hanc partem vocare genitale, sed genitali esse simile, hunc Philosophi locum secutus. Nam quamuis superius vocet αἰδοῖον, id est, genitale, loquitur tamen ex piscatorum sententia, ex quorum opinione & hæc tradit alibi. Brachio, inquit, vltimo (quod & acutius, & solum albicans est, & parte sui ,, extrema bifurcatum, dotsoque annexum) in coitu vtitur. Hunc Polypi pedem (ni fallor, inquit Wottonus) Plinius caudam vocat libro nono: Cauda, inquit, quæ est bisulca & acuta, in coitu vtitur. Alibi Aristoteles aliam ponit sexus vtriusque differentiam, quæ nunquid omnibus conueniat Mollibus, an vero Polypis tantum peculiariter, difficile est ex ipso cognoscere: Nam cum quomodo Mollia atramentum effundant, quidquid singula per dorsum in prona corporis parte solidi contineant, ostendisset, Polypumq; nihil eiusmodi duri ac solidi continere, hæc verba subnectit. Differūt fœminæ à maribus, quia in mare ,, meatus ille subditus gulæ à cerebello in ima aluei pertendit, idque ,, ipsum ad quod fertur, speciem mammæ imitatur. In fœmina duplex ,, idem illud, supraq; habetur. Vtroque tamen in sexu corpuscula quæ- ,, dam rubentia parti eiusmodi subiuncta spectantur.

a *Hist. 5. c. 12.*

b *Hist. 5. c. 6*

c *Lib. 7.*

COITVS. PARTVS. INcubatio.

CVm latent, latent autem circiter duos menses, vt testes sunt *a* Aristoteles & *b* Athenæus (quanquam Plinius Polypos, binis mensibus condi velit) idque hyeme, tunc coire scripsit ex Aristotele *c* Athenæus, numerosaque prole fœcundos esse. Locus autem *d* Aristotelis hic est. Polypus, hyberno tempore coit, verno parit. Eodemque *e* teste Mollia vt Polypi, Sepiæ, Lolligines modo eodem omnia coeunt. Oribus enim inuicem admotis, complexuque mutuo brachiorum libidinem explent. Ergo Polypis coitus cum alter capite vulgo appellato in terram verso, nitibundoque explicat, porrigitque sua brachia, alter superuenit, passisque brachijs singulis ad singula subiacentis acetabulorum conceptu mutuo adhærescit. Marem etiam nonnulli ,, aiunt gerere, quod genitalis speciem referat suo brachio, in quo duo ,, amplissima acetabula habentur, nerno id quasi constare porrectum, ,, ad medium vsque brachium confirmant, totumque nati fœminæ ,, annecti. Quod sic transcripsit *f* Plinius. Polypi (nempe superueni- ,, unt) crine vno fœminæ naribus annexo. ad quæ verba notat Dalechampius, Plinium apud Aristotelem legisse μυκτῆρε pro φυσητῆρε, hunc que Gazam esse secutum, quando, inquit, crine vno fistulæ adnexo. Et paulo infra idem Plinius: sed Polypi in terram verso capite coeunt. Quod enim vitiini brachij parte extrema bifurcata, quam putant Wottonus & Saluianus caudam bisulcam à Plinio appellari, in coitu vtatur, falsum esse scripsit *g* Aristoteles, inquiens: Meatus ille interior idem excrementi & Vuluæ est, tum in Mollibus, tum in Crustatis. Est enim qua semen genitale per meatum emittant, idque parte corporis supina, qua putamen distat, & mare illabitur, faciunt. Quamobrem ea parte mas cum fœmina copulatur. Nam si mas, sive semen, siue membrum, aut aliquam virtutem, siue vim aliam mittat, admoueri ad meatum Vulualem necesse est. Crinis vero in- ,, serto maris Polypi per fistulam, qua piscatores crine coire Polypos aiunt complexus gratia fit: non quasi instrumentum id sit vtile ad generationem: etenim extra meatum corpusque est. Hæc ille; cui quoq; subscribit Rondeletius. Cum enim ex Aristotele dixisset brachio vno, quod pudendi speciem referat, & in quo duo sunt acetabula coire quorundum sententia, hæc subdit verba. Sed hæc, inquit, somnia esse anatome certo demonstrat. Mihi sæpius Polypos dissecanti, nunquam ,, visa sunt acetabula ista maiora in vno brachio quam in alio, præter- ,, quam primo & maximo Polyporum genere, in quo non duo in vno ,, brachio, sed quatuor in quatuor brachijs acetabula præ cæteris omnibus maxima comperias, in alijs generibus minime. Quod si semen (per) hæc emitteretur, necesse foret, meatum aliquem ab interiores partibus huc deductum: fœminam quoque eodem meatu semē ,, excipere, ouaque edere: quæ fieri non posse fatebuntur omnes, qui ,, Polypos viderunt: & ouorum in inferiori alui loco situs necessario ,, conuincit alio quam brachij acetabulo oua edi. Quocirca mihi vera eorum videtur sententia, qui fistula parere affirmarunt. Hæc Rondeletius. Eos autem fistula parere, Aristotelis & Athenæi quoque fuit opinio. *h* is enim loquens de omnibus mollibus: Pariunt, inquit, ea corporis sui parte, quæ fistula dicitur. Et eum secutus *i* Athenæus: fistula, inquit, quæ corporis meatus est oua racematim pariunt. *k* Plinius tamen ore eos parere scrib t. Longo tempore coitum absoluunt, vt idem ex philosopho tradit, adfertque rationem: quia, inquit, sanguinis sunt ,, expertes. Pariūt autem oua, de quibus *l* multa philosophus. Ouum, ,, inquit, veluti cirrum edit fructui populi albæ simile. Perquam fœ- ,, cundum hoc animal est. Nam de eo, quod ediderit, copia innumera ,, prouenit. *m* Et rursus. Ouum Polypi vnum incomptum foris, & grā- ,, de, intus humorem candicantem concolorem torum, atque æquabilem continens. Tanta est eius oui vbertas, vt vas impleat amplius capire Polypi ipsius. Rationem quoque alibi reddit, cur eiusmodi ouum sit simplex. Ouum, inquit, maxime indiscretum est in Polypis, vt simplex esse videatur: cuius rei causa est forma corporis, quæ similis vndique est. *n* Et rursus: Polyporum ouum simplex est. causa est forma corporum vteri, quæ specie rotunda conglobataque est, fissio enim eius iam repleti incerta est. Quale autem ouum edat, quo loco, & quo tempore ex eo fœtus excludatur, quantaque sit eius oui fœcunditas, *o* alibi plu- ,, ribus sic docet. Mollia copulatione, & venereo coitu, ouum conci- ,, piunt candidum, quod indies arenidum (arenidum legunt alij quod ,, est cute, & testa duta obtectum) quale illud crustati generis euadit. ,, Edit Polypus suum ouum, vel in cubilibus, vel in figulino, vel in alio alio catio, simile labruscæ florentis racemulis (βοτρυδὸν, racematim cohærens) aut fructui populi albæ, vt iam dictum est. Pendent vtique per cubile oua tanta fœcundiare, vt collectis vas impleatur longe amplius, quam caput sit, quo continebantur. Polypo- ,, rum itaque ouis diebus quinquaginta maxime ruptis, Polypuli mo- ,, do Araneorum perquam multi exserpunt, quorum natura sigillatim ,, nondum conspicua est, quanquam forma satis tota apparet: sed ob ,, exiguitatem, imbecillitatemque copia interit. Iam nonnulli adeo ,, spectantur exigui, vt nulla partium constent distinctione, quamuis ,, ad tactum moueantur. Quæ fere cuncta sic interpretatus est *p* Plinius. Polypi vere pariunt oua tortili vibrata (melius similata in ca- ,, stigato codice legitur, vt notat Saluianus) pampino tanta fœcundi- ,, tate, vt multitudinem ouorum cuncti recipiant cauo capitis, quo ,, prægnantes tulere. Excludunt quinquagesimo die, è quibus multa propter numerum intercidunt. Auctor de Natura rerum, itemque Albertus Magnus in nido, ex surculis, & lignis constructo spargere oua

a *Hist. 5. c. 12.*

b *Lib. 7.*

c *Lib. 9. c. 57.*

d *Hist. 5. c. 12.*

e *Hist. 5. c. 6. de gen. c. 15.*

f *Lib. 5. c. 12.*

g *De gen. anim. 1. c. 15.*

h *Hist. 5. c. 6.*

i *Lib. 7.*

k *Lib. 9. c. 57.*

l *Hist. 5. c. 12.*

m *Histor. 4. c. 1.*

n *De gen. 3. c. 8.*

o *Histor. 5. c. 18.*

p *Lib. 9. c. 58.*

Incubatio. q *Hiſt. 5. c. 18.* r *Li. 9. c. 51.* s *Lib. 7.*

ſibi cohærentia ttadunt. Ait inſuper Aristoteles, oua iam abſoluta ab eis foueri, nec ad paſtum intetim prodire.*q* Et alio in loco, Polypus fœmina, inquit, modo incubat ouis, modo in ore ſui cubilis aſſidens brachium ſuper ouis exporrectum tenet. Quod ſic transcripſit *r* Plinius: Polypus fœmina modo in ouis ſedet, modo cauernam, cancellato brachiorum implexu claudit. Eadem quoque habet *s* Athenæus: Fœmina vero, iquit, nunc oua cotpore fouet, nunc oſtio cubilis aſſidens ſupet ea btachia pottigit.

ÆTAS.

Quamuis in centum pattes diſſectus Polypus viuat, vt plurima exanguia, præſerrim inſecta, ramen breue ipſi æuum natura conceſſit. biennium enim vix egreditur, vt reſtatum reliquit *a* Ariſtoteles, his verbis: Genus, inquit, Polyporum magna ex parte biennio viuere non poreſt: ſua enim natura tabi obnoxium eſt. Cuius rei inditium cum preſſus Polypus aliquid ſubinde humoris emittat, demumque abſumatur totus, quod fœminis à partu poſſimum incidit. Srupent enim fœminæ, vt neque vndis iactatæ ſentiant, & manu vrinantis de facili capiantur. Sordeſcunt etiam, nec præterea aſſidendo venari poſſunt. Mares vero aluco tument, & in mucorem lenteſcunt. Indicium, ne bimatum compleant, eſſe videtur, quod ab ottu eorum, qui æſtate fit, ad autumnum non facile grandem Polypum videris, cum paulo ante id tempus ptægrandes ſpectentur. A pattu ita ſeneſcere debilitarique tam matem, quam fœminam ferunt, vt vel à piſciculis deuorentur, & facile à ſuis detrahantur cubilibus, eum antea nil tale ijs vſu eueniat: tum vero paruos, nouelloſque quamuis recens natos, tamen nullo eiuſmodi malo affici narrant: quinimo validiores eſſe, quam grandes confirmant. Hactenus ille, quem ſecutus *b* Plinius, Polypi, inquit, binis menſibus conduntut. Vltra bimarum non viuunt. Pereunt autem tabe ſemper: fœminæ ecclerius, & fere à partu. Athenæus ὁ Πολύπους, inquit, σωπηκτικὸς ἐστι, ex Ariſtotele. σωπηκτικὸν autem dicitur in liquorem ſolubilis. habet enim patibilē qualitatem & σωπηκέσθαι. Plinius tamen Polyporum σώπηξιν tabem appellauit, quem Gaza etiam eſt ſecutus. *c* Ælianus autem tam breuis huius vitæ rationem profert, libidinem ſcilicet in maribus ac nimiam ſalacitatem, in fœminis vero partum frequentem. Inquit enim: Ex piſcibus libidinoſiſſimum Polypum, catenus flagranti veneris cupiditate incendi ferunt, dum & omnibus corporis viribus exhauſtis debilitatus, & ad natandum, & cibaria inquirenda tantopere inſirmus factus fuerit, vt poſteà alijs præda efficiatur. Tum enim parauuli piſciculi (rum cancelli) tum cancri ipſum exedunt: & conficiunt. Quamobrem eum non amplius anno viuere dicunt, fœminamque etiam propter crebtos partus ocyus conſumi. Hæc ſane ab Oppiano conſcripta videntur, qui ſic cecinit Laurentio Lippio interprete.

a *Lib. 9. Hiſtor. cap.*

b *Li. 9. c. 30.*

c *Li. 6 de anim. c. 38.*

Exitium & triſtes tedas commiſcet in vnum
Polypus, & miſeram vitam cum ſperuata fundit.
Non coitu ceſſat, donec deliquerit artus
Robur, & abſumptæ fuerint in corpore vires,
Atque ipſe in fulua iaceat proſtratus arena
Seminecem ſicca lacerant tellure iacentem
Carcenades miſera, & Cancri, multiq; natantes,
Quos omnes cupide primo ferus ille vorabat.
Tunc viuum imbellem minime ſua membra tuentem
Diſcerpunt, donec moriatur funere diro.
Sic perit in coitu piſcis, ſic lumina claudit.
At ratione pari torquetur fœmina partu,
Extremumq; diem claudit fœtumq; reſoluit,
Non oua vt piſces alij ſemota recluſo
Ventre edit, magno partus cruciata dolore
Iuncta racematim gignit, quæ vulſa meatus
Forte per anguſtos veniunt, perimuntq; parentem,
Non annum excedunt, tedæ moriuntur in ipſis
Cum triſti veniunt crudelia funera partu.

MORES. INGENIVM. SAGACITAS.

a *Lib. 7.* b *Li. 9. c. 29.* c *Ibid.* d *Lib. Hiſt. 9. c. 37.* e *Mirab. narrat.* f *Lib. 9. c. 30.*

Athenæus *a* Polypum ἀνόητον, *b* Plinius btutum vocat, quasi rationis expertem, quod ad manum hominis adnater, nec perſequentem venantemue refugiat. Eſt nihilominus in re familiari callidus, ac ſapiens. Omnia enim in domum comportat *c* teſte eodem, deinputamina eroſa catne egerit, adnatanteſque ad ea piſciculos venatur. Eadem fete *d* ſic Ariſtoteles: Polypus fatuus quidem eſt, cum ad manum demiſſum hominis accedat, ſed prudens rei familiaris, cum omnia colligat, & ſuo in domicilio recondat, cumque conſumpſerit quantū vtile ſit, abigit teſtas, & cancrorū cruſtas, & putamina Conchularum, & ſpinas piſculorum. & paulo poſt, Conchas, inquit, tenuiores, ſcabraſque efficere circum ſe, velut loricam duram, quamque eo ampliorem, quo ipſæ ſunt ampliores, atque de ea quaſi de latibulo, aut caſula prodire aiunt. Vnde *e* Antigonus, Polypum (inquit) alimenta reponere ait Ariſtoteles in ſuas cauernas; & conſumptis quæ vſui erant, inutilia reijcere, piſciculoſque ad eiecta conuenientes captare Conchas quomodo diſcuneet, & earum catnes depaſcatur, audi ex *f* Plinio: Non ſum, inquit, prætereunda & Lucio Lucullo ptoconſule Bæticæ comperta de Polypis, quæ Trebuis Niger è comitibus eius prodidit, auidiſſimos eſſe Concharum; illas ad tactum comprimi, præcidentes brachia eorum, vltroque eſcam ex ptædante capere. Carent Conchæ viſu, omnique ſenſu alio, quam cibi & periculi. Inſidiantur ergo Polypi apettis: impoſitoque lapillo extra corpus, ne palpiratu eijciatur, ira ſecuri graſſantur, extrahuntque carnes: illæ ſe contrahunt, ſed fruſtra diſcuneatæ. Tanta ſolertia animalium hebetiſſimis quoque eſt. *g* Hactenus Plinius. Ariſtoteles ait Conchulas ab eo complexu crinium frangi, tantum ipſi ineſſe roboris mirum, æque atque ea ſolertia, qua eum vti ſcribit Plinius, cum Conchas venatur. Facilius tamen, quod ſcribit Ariſtoteles, crediderim. quippe qui teſtetur alibi omnes Polypi partes omniaque membra robuſtiſſima eſſe excepta ceruice. tangere item ac tenere brachijs ſupinis, membranamque his interiectam totam extendere: in arenam tamen elapſo facultatem apprehendendi re inendique nullam eſſe, auctorque eſt Maſſarius comprehenſum hominem in terram deijcere. In hunc autem modum inſidias piſcibus molitur, vt ſcribit *h* Ælianus, ſub ſaxa ſubtectus deſidet, & in hotum colorem ſe murat, vt ſaxum eſſe videatur piſces ad eum tanquam ad ſaxum adnatantes, incautos ſic brachijs ſuis tanquam retibus capit. Id teſtatur Philoſophus hiſce verbis: Sui mutatione coloris venatut piſces, trahit enim ſibi colorem ſimilem, ijs quibus appropinquarit ſaxis: quod etiam cum metuerit, facit. Et *k* Plinius; colorem, inquit, mutat ad ſimilitudinem loci, & maxime in metu. Eadem cecinit *l* Oppianus his verſibus, interprete Lippio.

g *Li. 9 c. 30.*

h *Li. 1. var. hiſt.*

i *Hiſt. 9. c. 37.*

k *Li. 9. c. 29*

l *Hal. lib. 2.*

Polypodon fraudes populos vulgantur in omnes,
Qui ſimilem petræ magnum flectuntur in orbem:
Nexibus & ſpiris hominem piſcemq; rapacem
Sic ſubterfugunt æſtu, vitamq; tuentur.
Si paruos videant piſces prædamq; minorem,
Rurſus & in piſcis formam vertuntur, & arte
Perquirunt victum funeſtaq; fata repellunt.

Canit quoque hæc *m* Ouidius, docens vna quam cautc piſcatotes venantesque illudat, circumrodens hamum quo ipſum venari cupiunt, & expuens. air enim:

m *In frag. de piſc.* Quā cautc hamum circumrōdat.

At contra ſcopulis crinali corpore ſegnis
Polypus hæret, & hac eludit retia fraude.
Et ſub lege loci ſumit mutatq; colorem
Semper ei ſimilis quem contigit, atque vbi prædam
Pendentem retis hauidus rapit, hic quoque fallit
Elato calamo, cum demum emerſus in auras
Brachia diſſoluit, populatumque expuit hamum.

Quæ ex eodem poeta ſic notauit Plinius: Polypum, inquit, hamos appetere, brachijſque complecti, non morſu nec prius dimittere, quam eſcam circumroſerit, aut harundine leuatum extra aquam. Ouidius in Halieutico tradit. Hunc forte Plinij locum ſecutus *n* Iſidorus Polypus, inquit, id eſt, multipes, plurimos enim nexus habet. Iſte ingenioſus hamum appetens brachijs complectitur non morſu, nec prius dimittit, quam hamum circumroſerit. Cæterum vt ad coloris mutationem reuettamur: de hoc intet ſe non conueniunt auctores. Sunt enim, qui in omnem ſe colorem mutate affirment, excepto albo. Sunt qui petris quibuſuis ſe aſſimilare dicant, vti Theognis & Phocillides, nec non & *o* Ion. apud Athenæum, in Phœnicæ tragœdia ſic inquiens:

n *Li. 12. c. 9.*

Colotismu tatio.

o *Lib. 7.*

Καὶ τὸν πετρῶδον πολυπτάναις ἀναίμοσι
Στυγῶ μετὰ κακῆρος πολύπους χροός,

Quæ ſic vertit Dalechampius.

Saxatilemq; cum exanguibus cirris
Odi mutantem colorem Polypum.

Ibidem in vulgaris editionibus ſcriptum inuenio Polypum petroſis locis tantum ſe aſſimilare ex Theophraſti libro, qui inſcribitur de ijs, qui colorem mutant. Θεόφραστος δὲ, inquit, ἐν τῷ περὶ τῶν μεταβαλλόντων τὰς χροιάς, τὸν πολύποδα φησὶ τοῖς πετρώδεσι μάλιστα μόνοις συνεξομοιοῦσθαι. Vbi Dalechampius vocem πετρώδεσι auferr, ſic hunc locum exponens: Theophraſtus libro de ijs, quæ colotem mutant, ſcribit Polypum ijs locis fieri ſimilem, quibus ſe admouerit. Quam Dalechampij lectionem improbar Iſaacus Caſaubonus, verius eſſe inquiens aliquid deeſſe quam ſupereſſe; indeque in quibuſdam libris lacunæ noram poſitam, & ſic legendum cenſet, τοῖς πετρώδεσι μάλιστα ἢ μόνοις τόποις συνεξομοιοῦσθαι, hoc eſt, ſaxoſis maxime, aut ſolis locis aſſimilari, ſed hæc quoque lectio prętetquam quod falſa ſit, duriuſcula mihi viſa eſt. quare lego, τοῖς πετρώδεσι μάλιστα τόποις ἐξομοιοῦσθαι. Non enim Polypi ſaxoſis tantummodo locis ſe ſimiles faciunt, vti prædictæ lectiones docere videntur, itemque auctores, quos ſupra enumetaui, ſed alijs etiam rebus, quibus adhæſerint, maxime tamen ſaxoſis. Nam Antigonus inquit in mirabilibus nartationibus, colorem non ſolum imitari lapidum, ſed & aliarum retum, quibus appropinquauerit: & eodem in libro alibi colorem ſoli, ſupra quod fertur, æmulari tradit, & Iulius Scaliget *p* eum arenæ colore ſimilem facere canit hiſce vetſibus:

Athenæus correctus.

p *In Athe.*

Et concolores rupibus, ſaburruſq;
Cirris doloſi Polypi anchora ritu
Salacioſo, & turbido in freto freti.

Quapropter cum Plutarchus, Oppianus, & Ælianus dicunt eum ſe in talem mutare colorem, quali ſaxum eſt ad quod accedit, non inficiantur alijs præterea rebus aſſimulari poſſe. ſed cum plerunque circa ſaxa verſetur, indifferenter ſaxum, pro alia quauis re, in cuius colorem ſe murare ſoler, vſurparunt. Cur autem colorem mutet inter problemata à nobis quam exactiſſime dicetur. Interim quo aſtu venerur; occidatque cruſtacea, præſertim Carabos, qui alijs quam Conchæ, ſunt armis præditi, dicemus: qua in re ſubſequenres hi Oppiani verſus, nobis quam pleniſſime ſatisfacient. Canit igitur eodem interprete Lippio.

Cruſtacea quo aſtu venetur.

Et fortem, & celerem duris, & Carabon armis
Polypus occidit, quamuis ſit robore multo
Inferior: curua ſpectat ſub caute quietum,
In dorſum irrumpit, ſinuataq; vincula nectens

Com-

Comprimit, & longis ex omni parte flagellis
Obstruit, & pedibus passis spiracula summa,
Nec spirare potest, nec missos pectore rursus
Accipere aerios flatus (à piscibus vsque.
Alterno trahitur, flatuq; remittitur aer)
Carabus oppressus liquidis nunc fluctuat vndis.
Sæpe reluctatur, nunc petra illius opaca,
Immotusq; manet, nec tanto marte duellum
Detrectat, fulua moriens procumbit arena.
Et veluti paruus infans circum vbera cara
Nutricis, lac dulce trahit, sic Polypus vtre
De curuo sorbet carnes, & mergit in aluum.

Matrem conficit. Iam vero à Polypo matrem confici, vbi natus est, auctor est *q* Pierius Valetianus; nullum tamen citat auctorem. Fieri hoc ea ratione potest, quatenus post partum, qui numerosus esse solet, moritur mater: quo tempore fit esca suis Polypodijs.

q *Li 14. hieroglyph.*

ANTIPATHIA.

INnatum est Polypis odium cum Locusta, siue Carabo, Cammato, & Astaco, item Congro, & Muræna: quorum quædam, quin plerique superant, & à quibusdam superantur. Polypi, inquit, *a* Aristoteles Locustas vincunt: atque adeo, vt si ijsdem in retibus senserit Locusta Polypum, præ metu moriatur. Quæ sic notat *b* Plinius: Polypum, in tantum Locusta pauet, vt si iuxta viderit, omnino moriatur. Et *c* Ælianus: Tam vehementer, inquit, Polypum Locusta extimescit, vt si ,, quando vno, & eodem reti ambo comprehendantur, hæc continuo ,, moriatur. *d* Idem repetit fere alibi, simulque astum, quo Locustam ,, superat, exponit his verbis. Locusta ideo inimicitias cum Polypo ,, graues habet: quod hic cum illius brachia circumplexus fuerit, acu- ,, leis, quos in dorso sitos habet, præclare contemptis, & pro nihilo ,, habitis, illam ipsam circumplicans, suffocat. Cuius sane rei haud ,, inscia Locusta, à Polypo summe refugit. Eadem cum nullius rei ,, metu afficitur, tum ante versus progreditur non prætensis quidem, ,, sed obliquis, & demissis in latera cornibus, vt ne aqua contra nata- ,, tionem veniens reprimat cornua, & inde vltra progredi prohibea- ,, tur. sin fugit, & retrocedit: tum penitus dimittit, & laxat sua cornua: ,, & tanquam remis altius demissis scapham propellens, ita se com- ,, mouens, multum conficit itineris. Hæc Ælianus. Bellum quoque ,, ei esse cum Congro *e* Aristoteles asseuerat, ab eoque, quem vincunt ,, Locustæ, superari: non tamen edi ob lubricitatem corporis. Pauet ,, Locustam, inquit *f* Plinius, Conger: rursus Polypum Congri lace- ,, rant. Sed Muræna, non Congro hæc *g* Ælianus tribuit, sic scribens: ,, Malum ingens, & morbus agrestis, & inhumanus, inimicitia, atque ,, odium inhærens, penitusque insitum, quod etiam ratione carenti- ,, bus natura ingenuit inexpiabile, atque implacabile. Muræna cum ,, Polypo capitali odio dissidet. Polypus cum Locusta graues gerit ini- ,, micitias. Muræna etiam teterrima hostis est Locusta, atque infe- ,, stissima. Muræna Polypo brachia abscindit dentium firmitate: post ,, autem in eius ventrem subiens, ijsdem malis eum, vt verisimile est, ,, afficit. Hic enim è genere natantium est, ille vero serpentium more ,, graditur. Quod si Polypus in saxorum colorem se vertat, nihil ei ,, astutiæ hæ fallaces prosunt: Muræna enim eius veneratoriam plane ,, tenet. Cum vero Polypus Locustas à se comprehensas strangularit, ,, exugit carnes, atque earum succum exhaurit. Hæc quoque sic cecinit ,, Oppianus, interprete Lippio.

a *Hist. 8. c. 2.*
b *Lib. 9. ca. 62.*
c *10. de animal. c. 38.*
d *Lib. 9. de anim. c. 25.*
e *Hist. 8. c. 2.*
f *Lib. 9. cap. 62.*
g *Lib. 1. c. 32. de animal.*

Ex scopulis Murana ruit furibunda per vndas
Perquirens gratum victum per littora summa,
Polypoda inquirit latum prædamq; petentem,
Ille metu pauidus spectat, metuitq; natantem
Per tumidas vndas, atq; horrida bella parantem.
Nec vitare potest, nec cauta occurrere fraude.
Hostis purpureum rictum Murænæ reuincit,
Polypus extemplo contra pugnare coactus
Vertitur, & spiris & magnis nexibus illa
Arcet, sub vario flexu, firmisq; flagellis
Nititur, vt pedicas Murænæ, & vincula dura
Præpediat, sed nulla fuga est, nec lubrica membra
Elabi possunt, Murana fluit velut vnda:
Nunc hostis circa collum, tunc tergora circum,
Nunc circa caudam sinuosa volumina torquet.
Sic homines dura qui exercent membra palestra
Ostentantq; diu robur, de corpore sudor
Effluit assiduus, multa contenditur arte:
Atq; vnda in morem nixus luctator vtrq;
Fluctuat & contra magna vi brachia versat.
Polypus extensos iactat nullo ordine ramos
Et sudans vana contorquet membra palestræ,
At Murana ferox rapido dat vulnera dente,
Dilaniat, partes miserum confringit in omnes.
Nam membra in ventrem partim merguntur; at illæ
Ore volutantur crudo, subiguntur acutis
Dentibus, hi lacers viuunt sub dentibus artus:
Atq; reluctantur, mortemq; repellere tentant.
Et veluti annosus ceruus cui cornua fronte
Sunt ramosa, petit densa vestigia sylua
Serpentis, nactusq; locum, tum naribus illum
Attrahit è lustro, figitq; in corpore dentes,
Implicitus genibus serpens fera pectora nexu
Deuincit, collumque tenet, semesa vorantur
Partim membrorum, partim lacerantur acutis
Dentibus, & diri ceruí laniantur in ore.

A *Sic miseri piscis luctantia membra mouentur.*
Consilium misero, vel quid prudentia prodest?
Quid prodest lapidis proprium sumpsisse colorem?
Quid toties vitasse necem? vitasse voraces
Sub petra pisces; si non latuere dolosæ
Muranam fraudes? sola hæc deprehendere mentem,
Sola dolos potuit, vanasq; eludere fraudes:
Tum fœdam & miserata necem, & crudelia fata
Polypus in scopulis duris laceratus inhæret.
Assidet hæc iuxta subridens, verba mouere.
In piscem credas hæc scommata dira referre.
Te vafer occultas? non speras fallere demens?
Experiar num te scopuli tutentur, & antra:
Aut spelunca tegat quæ portis clausa repente
Arripiat, raptum subito te mergat hiatu.
Te retro pauidum ex antro conuellere possem.
Polypus heu dirum confossus vulnere multo
Non duros scopulos deprensaq; saxa relinquit
Implicitus ramis dura sub caute reuinctus;
Donec sola loco restant connexa flagella.

B Testatur Bellonius, cum apud Epidaurum Muræna secaret, earum ventriculos cirris Polyporum refertos comperisse. *h* Plutarchus Polypum sibi à Muræna & Congro metuere verum esse scribit, quod ab hisce male tractetur, neque lædere vicissim possit ob lubricitatem elabentes. Sicuti rursus Carabum illos suis cirris in complexum venientibus vincere: quod tenuitas eorum non sit aduersus asperitatem Carabi auxilio; hunc tamen perire Polypo sua acetabula intrudente. Horum omnium mutuum odium pulchre suis iambis complexus est Philes, vnam etiam Astacum ijs annumerans, qui Polypum extimescunt. Albertus Magnus ait se ab expertis audiuisse Denticem siue Dentatum cum Polypo pugnare: & quoniam extra cubile ipsum Dentex extrahere non potest, fluctuare ante ostium antri siue cubilis tanquam mortuum: hoc incautus vbi viderit Polypus, ad eum brachia sua extendere, vt attrahat & deuoret, brachium autem subito ore comprehēdi à Dentice. In Polypos, inquit *i* Ælianus, si quis rutam inijciat, immobiles manere in sermonem hominum venit.

h *Lib. de solert. animal.*
i *Lib. 1. de animal. c. 39.*

DENOMINATA.

C Πολυπόδια dicūtur apud Aristotelem & Athenæum Polypi parui, fœtusue recēs nuper ex ouis natus: à Cœlio Rhodigino non recte Polypia, calami aut memoriæ forte lapsu. *a* Hippocrates quoque Polypodia cum Bolbidijs, (quæ & Polyporum sunt species) aliquando nominat. Πολυπόδιον quoq; herbæ est nomen apud *b* Theophrastum & *c* Dioscoridem. *d* Plinius Polypodion, inquit, nostri filiculam vocant: similis enim est filici. radix acetabulis cauernosa, ceu Polyporum cirri, in petris nascens. Πολυποδώδης Polypis abundans, vel Polypo similis. Τὰ πολυποδώδη, quæ è Polyporum sunt genere. Πολυποδίνη species quædam Polypi, de quo capite sequenti.

a *Lib. 2. de morb mul.*
b *Hist. pl. 9. c. 14.*
c *Li. 4. c. 188*
d *Li. 26. c. 8.*

MYSTICA. MORALIA.

HAbuere etiam Polypi suos apud mortales cultores, nam olim circa Troecenem, vt Clearchus apud *a* Athenæum commemorat, Polypum, quem sacrum vocant, neque eum, quem Remigantem (κωπηλάτην, Nauiulum intelligit) fas erat venari; mirum ceu res sacras. *b* Plutarchus animæ vim ac facultatem Polypo comparat. Enim vero, inquit, animus res est, minime iners aut exilis, aut abiecta, neque ,, cupiditates suas quomodo Polypi flagella sua, tantum vsque ea, quæ ,, esui sunt, extendit. Sed has celerrime præcidit sacietas momento ,, temporis, & minima horæ portiuncula. Alibi rursus ait à principali animæ facultate, septem veluti partes enasci, inque corpus extendi, sicuti brachia à Polypo. Eidem quoque assimilatur adulator, vt in hieroglyphicis & prouerbijs dicetur. Academicos Polypis similes esse dicebat Carneades. Vt enim hi præ fame suosmet cirros depascuntur, ita illos aucta iam doctrina peritiores factos, in suismet opiniones mox grassari, easque destruere. Stobæus vero refert hoc Carneadem de Dialecticis dixisse. Polypi naturam describens *e* Diuus Ambrosius hominem instruit, vt proprijs contentus, nec alios circumueniat, nec aliena ,, inuadat, sic inquiens. Et quia de astutia cœpimus sermonem subte- ,, xere, qua vnusquisque fratrem suum circumuenire, & decipere niti- ,, tur, & in nouas se fraudes componere: vi quem vi obtinere non po- ,, test, circumscribat dolo, & fuco quodam artis obducat: fraudulen- ,, tum illud Polypi ingenium non præteribo, qui vadoso in littore pe- ,, tram nactus, affigitur ei, atque eius nebuloso ingenio colorem subit, ,, & simili specie terga obductus, plurimos piscium sine vlla suspicio- ,, ne fraudis allapsos, dum notam non præcauent, & saxum opinan- ,, tur, cassibus furtiuæ artis includit, & sinu quodam suæ carnis inter- ,, cipit. Sic spontanea venit præda, & talibus capitur argumentis; qua- ,, lia sunt eorum, qui ingenium suum sæpe commutant, & diuersas ,, nocendi artes mouent, vt singulorum mentes, sensusque pertentent, ,, cum continentibus continentiam prædicantes, in cœtu intempe- ,, rantium tanquam deuij ab studio castitatis, & demetsi intemperan- ,, tiæ volutabris: vt qui eos audiunt, aut vident, incauta facilitate se ,, credant, eoque citius labuntur, dum distinguere non norunt, nec ca- ,, uere, quod noceat: dum grauior sit, & magis noxia improbitas, be- ,, nignitatis obumbrata velamine. Et ideo cauendi sunt, qui cirres suæ ,, fraudis, & brachia longe lateque dispergunt, vel speciem induunt, ,, multiformem. Et isti enim Polypi sunt, nexus plurimos habentes, & ,, callidorum ingeniorum vestigia, quibus irretire possint, quicquid ,, in scopulos suæ fraudis incident. Et paulo post concludens, inquit:

a *Lib. 7.*
b *Non posse suauiter viuere secund. epicur.*
Animi vis.
Adulator.
Academici.
Dialectica.
c *Hexam. c. 8.*
Homo sit proprijs cōtentus.

Vtamur ergo ingenio ad quærendam gratiam, & ſalutem tuendam: non ad alienam circumſcribendam innocentiam. Licet nobis vti exemplis marinis ad profectum noſtræ ſalutis, non ad alienum periculum. Hactenus D. Ambroſius. Poſſunt etiam Polypis diuites aſſimilari, vt enim illi ſuis pedibus plenis acetabulis, ſcopulis, & lapidibus tam fortiter ſupini, & auetſi adhærent, vt vix auelli poſſint, niſi fœtida adhibeas, ita etiam ſuis voluntatibus, ac deſiderijs, quæ fluxa tantum, ac mundana reſpiciunt, auetſi inhærent, donec tandem Deus tanquam piſcator egregius mortem, tanquam fœtidum quendam odorem natibus admoueat, & ad ſanam mentem reuocet. Diabolum quoque exprimit Polypus. Is enim facile homines dum grata ſuggerit, & oblectamenta proponit, falſis blanditijs ſuis, niſi Dominus tueatur, in abyſſum, & gehennam, ceu in caſſes quoſpiam abripit, non aliter ac Polypus incaute hominem è naui brachiorum ſuorum complexu in altum pelagus deprahit, niſi ab aliquo ſociorum enſe reſcindatur, ne pars ſyncera trahatur, vt inquit ille. Scorta item Polypi ſunt: nam & hæ amatores ſuos, quos vel ſemel tantummodo, ſeu Polypus brachijs amplexæ ſunt, ita tenaciter detinet in illicito ſui amore, vt à diuina gratia abſtrahant, & non ſolum in profundum illud peccatum immergant, ſed & eo ſæpe pauperiores reddant, niſi principijs illi obſtent, nec ſe vinci patiantur. De iſtiuſmodi mulieribus loqui videtur *d* Eccleſiaſtes: *Inueni mulierem morte amariorem, quæ laqueus venatorum eſt, & lagena cor eius, vincula ſunt manus eius, & e* alibi, *à carnibus tuis abſcinde illam, ne te abutatur.* Quemadmodum Polypus obliquè incedit, & caudam habet bifurcatam, fiſtulamque in dorſo, quam quando natat, modo in dextram partem, modo in ſiniſtram promouet. Sic multos fallaces, & proditores, dum oblique incedunt in actionibus ſuis, quid facturi ſint non diuines, tantum abeſt, vt videas: cauda enim ſiue finis ſuæ intentionis bifurcata eſt; quia ſcilicet vnum proponunt apparentes, aliud intendunt latenter. Fiſtulam etiam habent dum dulcedine verborum ſuorum tanquam fiſtula aliqua alios ſeducunt, ac ſibi adiungunt, qui fallunt etiam, quando ea fiſtula, ijs inquam blanditijs, ceu Polypus modo in dextram, modo in ſiniſtram partem, hoc eſt vel apparenter, vel latenter abutuntur. Caput quoque habet Polypus duriſſimum, in quod oblique natat, carneſque, cum conſenuerit, duriſſimas, adeo vt contundere opus ſit, vt molles fiant, & in vſum ciborum cedant: ſic obſtinati, & duræ ceruicis homines, quos Græci σκληροτράχηλος vocant, mentis atque animi vitijs indurati, nequeunt, aut per ſpiritualem commanducationem, aut prædicationem reſipere, niſi à Deo tribulationis alicuius pœna vel presbytero, opposita graui pœnitentia fuerint puniti: ſcriptum enim eſt ab *e* Eſaia, *vexatio dat intellectum.* Sicut Polypus Canetos, & Conchas in domicilium comportat, carneſque depaſcitur, teſtis cruſtiſque abiectis, quibus niduum ſibi fabricet, & piſciculos capiat; ſic etiam auati, & fœneratores pauperes, & ſimplices, bonis ſuis, vt prædijs & agris tanquam canibus ſpoliant, indeq; domum ſuam locupletantes, frumenti, & cæterarum ſegetum rectementa ijſdem vendunt, quo maiorem ab ijs vtilitatem capiant.

Diuitiæ.

Diabolus.

Mulier mala.

d *Cap. 7.*

e *Cap. 25.*

Proditor, & fallax homo.

Obſtinati.

e *Cap. 28.*

Auari.

HIEROGLYPHICA.

Ægyptij ſacerdotes, vt ait *a* Pierius Valerianus, hominem qui rem familiarem ex quibuſcunque rebus, vtilibus ſimul ac inutilibus, nullo diſcrimine, nulliuſque rei ratione habita, congeretet, augeretque, ſignificare ſi vellent, Polypum pingebant. Ille enim cum prodige & admodum multa deuoret, prudens tamen rei familiaris omnia temere colligit, & conuenatut, & in cubili ſuo recondit, ſelectiſque vtilibus atque conſumptis, inutilia mox, quippe teſtas, & Cancrorum cruſtas & putamina Conchularum, & ſpinas piſciculorum abigit. Deſumptum id eſt ex Horo Apolline, cuius hæc ſunt verba: *b* Hominem qui vtilia & inutilia male conſumpſerit, indicantes Ægyptij Polypum pingunt; ille enim cum multa eaque intemperanter voret, cibum in cauernas reponens congerit: & cum vtilia conſumpſerit, tum & quæ ,, ſupersunt inutilia, abijcit: & paulo poſt, eum, inquit, qui & aliena ,, intemperanter decoquat, & demum ſua conſumpſerit, deſignantes, ,, Polypum pingunt: is enim ſi victu aliunde, q̃ſito indiguerit, propria ,, edit flagella. Idem Pier. ait, Ægyptios Polypum curiũ & deruncatũ ,, effinxiſſe, cum ſignificare vellent eum, qui cum aliena abligurijſſet, ,, ſua quoque abſumeret. Polypus infra Congrum depictus hominem ,, victoria potitum, vti tamen ea neſcientem, apud eoſdem ſacerdotes ſignificabat. Nam aiunt, quoties Polypi cum Congris certamen ineunt, à Congris facile ſuperari: cæterum nullam eſſe Congris facultatem vt Polypos depaſcere valeant: quod ij lævore atque lubricitate corporis, qua ſunt maxime præditi, morſus hoſtium effugiant, & mutilatis tantum aliquando flagellis elabantur. Cum Locuſta ſeu Cataboſ pictus, vt apud Horum legitur, ſuæ nationis & genetis hominibus impetantem denotat. Ille enim Polypis imperat, interque eos primas tenet. Οὕτος δὲ τοὺς πολύποδας κρατεῖ, καὶ τὰ πρωτεῖα φέρει. Sed Ariſtoteles Locuſtam à Polypo vinci auctor eſt, plurimique alij idem cõfirmant, ac ſæpe tanto eſſe terrori, vt ſi Locuſta ijſdem in tenebris capiatur, ilico præ metu exanimetur. Pierius Valerianus tyrannica in ciues dominatione vtentem, per Locuſtam & Polypum deſignari ſcribit. Itemque eum, qui ſubito aliquo pauore ita conſternatus, attonituſque euaſit, vt neque periculum, neque damnum quod vrgeat, ſentire videatur. Eſt enim ita meticuloſus Polypus, vt & ſtrepitu audito, & piſcatore viſo, ſaxis ſe potius applicet, quæ fuerint in promptu, & ad captantis manum accedat, quam de fuga ſibi conſulat. Inuenio etiam poeſim exoticam (nam de ſua ſanctius ſentiebant Ægyptij) per caput Polypi figuratum notari; quod quidem eſculentis appoſitum ſuauiſſimi ſaporis eſſe perhibetur, cæterum horrenda prodigioſaque ſomnia excitare. Quocirca ſi quis futura de inſomnijs conſulturus eſſet, ab eſu Polypi abſtinere ſuperſtitioſe præmonebatur, perinde etiam ne fabas rũ interpreederet. Perſimilis autem huic poeſis dicitur, quæ fabulas amatoriaſq; ti à quo abillecebras ſectatur, ipſo quidem dicendi lepore delectabiles, ſed bonis ſtinendum. moribus, & honeſtiori diſciplinæ maxime pernitiofas: cuiuſmodi genus meretriculas appellauit Plato, qui eiuſcemodi poeſim è ſua inculpabili republica ciuitateue reiecit. Meminit huius comparationis etiam *c* Plutarchus his verbis:

Polypodis capiti perhibent bonum inesse malumq;.

Nam ſuauiſſimum eſu eum ſit, difficilem ſomnum facere, ac tui bulenta & abſurda viſa excitare creditur. eodem ſane modo poeſis quoque ,, multa iucunda, & adoleſcentis animo pabuli inſtar conducentia in ſe ,, habet: non pauciora vero, quæ conturbent eum, & de ſanitate men- ,, tis dimoueant, vbi lectioni recta inſtitutio deſuetit. Neque enim de ,, Ægypto tantum, ſed de poetica etiam licet dicere;

Illam noxia multa, & multa ſalubria ferre
Cultori medicamenta, etenim
Hic amor, hic deſiderium latet, hic quoq; blandum
Alloquium, quamuis ſapientem fallere callens.

Quippe illecebræ illiq; eius ſatuos plane & ſtupidos non attingunt, &c. Diſceſſio Ægyptij ad hæc, vt ſcribit *d* Pierius, ſi quem ita pertinaci animo amãtem, vt ama a relinquere minime poſſe videatur, ſubito tamen euentu aliquo abalienatum ſignificare vellẽ, Polypum & pulicariam herbam adpingebant: Polypi enim ita eſcis adhærescunt, vt auelli inde non poſſint, & quamcunque rem apprehenderint, tam firmitet tenent, vt adglutinati videantur: quod ab Homero ſumptum *e* Ouidius luculenter expreſſit:

Vtque ſub aquoribus deprenſum Polypus hoſtem
Continet ex omni demiſſis parte flagellis.

Eos enim potius deruncos, quam poſſis vllo conatu pertis, aut quoquam quod apprehenderint, auellere: & vt Nazianzenus ait, ſi quis eũ de cubilibus trahere per vim velit, aut è petris aliquid euellet, aut certe è carne ipſius petræ affixum aliquid relinquet: Admixta tamen cunila herba ſeu conyza, teſtiue protinus dicuntur, quod odorem eius ferre non poſſint. Sunt qui amoris firmitatem ex Polypo delphini morſu detento intelligendum contendetent, id quod ex ipſa ſeſe applicandi pertinacia, qua famoſus eſt Polypus, conijciebant. Pierius vero tres argumenti huius rationes excogitauit. Vel enim, inquit, pauorem & ignauiam, quæ vitia Theophraſtus in Polypo præcipua deprehendit, deuorandæ eſſe amatori homini dicendum, delphini in eorum locum promptitudine atque agilitate aſſumpta: quandoquidem, vt ait Ouid. *Ingenij eſt experientia amor*: atq; vbi multa in hanc ſententiam diſputauit, concludit demum vt,

Qui non vult fieri deſidioſus, amet.

Vel quoniam diligentiſſimus eſt rerum cumulator Polypus, intelligi poſſe arbitror, facultates licet nulla non cuta & diligentia cumulatas, breui tempore, vbi amore capti fuerimus, diſſipati inutiliterque dilapidari. Quam extemplo enim ait Lyſiteles Plautinus, ſæuis ſagittis percuſſus eſt, ilico res fortas labitur, liquitur, & quæ ſequuntur. Vel qui delphinum amoris indicium eſſe oſtendi, Polypum verſutiæ indicium dicere poſſem admonerique nos eo ſigno verſutiam amanti cum primis apprehendendam, & quod fieri ſolere Plato dicit, in amatæ rei mores transmigrandum, vti quippe Polypus in colorum mutationibus, prout cuique rei adhæſerit, facit. Cætetum ea potius de cauſa Veneti Polypum dicati æſtimandum, quod inter piſces ſit omnium ſalaciſſimus, adeoq; libidine turgidus, vt nimio eius vſu non ſolum omnibus pene ſpolietur viribus, & iam ad cibum ſibi conquirendum inhabilis reddatur, ſed & minimo negotio ab alijs capiatur, & à paruulis quibuſque cancellis & cancris conficiatur, &c. Ait quoque ibidem idem Pierius Valerianus in manuſcriptis Hori codicibus legi, δυὸ πολύποδες συνεστραμμένοι καὶ βεβηκότες δρόμον ἡλίου τὸν ἐν ταῖς χειμερίαις τροπαῖς σημαίνουσι: quod eſt, duos Polypos vinculis coercitos, & progredientes tamen, curſum ſolis, quem in brumali conuerſione peragit, ſignificate. Quanquam impreſſorum codicum lectio, quę eſt δυὸ πόδες, nequaquam diſpliceat. Sed ſi, inquit Pierius, progreſſum exprimere volueris, videndum eſt, ſi pedes illigatos pinxeris, qua id ratione tuearis. At de hyemali conuerſione ſermo eſt, quæ vt in ſphæræ conſideratione manifeſte licet inſpicere, progreſſum ſolis omnino cunctationem oſtendere videtur. In vltimis enim ſagittarij, & in poſtremis capricorni gradibus ſol ad horizontem vix loco dimoueti, aut quam lentiſſime diuturnos parallelos conficere videtur. Ad cuius rei rarditatem accedit, & eorundem parallelorum ijſdem ferme diebus repetitio, dum conuerſio peragitur, vt ſtare loco potius ſol, quam quoquam motu ſuo progredi videatur. Quare ſiue pedes, ſiue Polypos colligatos accipere malueris, non ſum admodum laboraturus: mihi ſatis fuerit, & codicum ſuper hoc varietatem, & ipſam rei quæ ſignificatur, hiſtoriam declaraſſe. Hactenus Pierius Valerianus, qui non ſatis mihi declarare videtur, quomodo Polypi ſolſtitium hyemale denotare poſſunt. Exponendum itaque hoc nobis relinquitur. Primum igitur ſcito, quod Polypus duobus hybernis menſibus latet in cubili, aut vt aiebat Heſiodus,

Igne carente domo prauis contentus in antris.

Quatenus itaque hyemali ſolſtitio conditur, eatenus & eius typum exprimere poterit, non aliter quam ſcarabæus menſem, quo vnico fouet ſuum fœtum & perfectum excludit ex pilulis, quas ex iumentorum ſtercore conficit. Poſtremo per Polypum ſaxis adhærentem exprimi volunt hominem, qui ſe varijs hominum motibus accommodet, ſitque omnium horarum, vt Latini loquuntur. Vt enim Polypum maxime omnium colorem mutare conſtat, ijſque ſimilem reddere, quibus appropinquarit ſaxis. Sic huic hominem ſimilem eſſe dicimus, qui pro loco & tempore viuendi rationem aucupãtur, ſeque eorum, apud quos degunt, voluntati atque ſententijs in omne obſequium proni dedunt, omni poſthabita ingenuitate. Qua etiam de cauſa multi ex priſcis auctoribus

a *Hieroglyp. Lib. 27.*

b *Hieroglyp. 2. 16.*

Omnium abligurior.

Victoria vti neſcius.

Impetans ſuę nationi.

Tyrannus.

Mentis attonitæ conſternatio.

Poeſis.

Inſomnio-

c *Lib. de audiend. poet.*

d *Hieroglyp. lib. 27.*

e *Metamor. 4.*

Amoris firmitas.

Hyemale ſolſtitium.

Hori lectio animaduerſa.

Morib. alierum ſe accommodans.

ctoribus hoc ingenium laudarunt maxime, atque imitandum persuaserunt. Vt † Theognis.

† *In sententijs.*

Πολύπου νόον ἴσχε πολυπλόκου ὃς ποτ' ἐπέρχῃ
Τῇ σεσοφισμένῃ, πίστος ἰδεῖν ἰφάνη.

Hoc est, vt transtulit auctor prouerbiorum.

Polypodis fac morem imiteris versicoloris.
Cui subit is semper fit similis lapidi.

Idem monet Clearchus lib. 2. prouerbiorum, appositis hisce carminibus, sed cuius poetæ sunt non indicans.

Πολύποδος μοῖ τέκνον ἔχου νόον Ἀμφίλοχ' ἥρως
Τοῖσιν ἐφαρμόζων, ὧν αν ἀφ' δῆμον ἵκῃαι

Vertit sic Iacobus Dalechampius.

Polypi mi fili, Amphiloche heros, mentem habe
Et ad quorum gentem veneris, te ijs accommoda.

Ita quoque suadet suauiloquus Pindarus:

Ποικίλος θῆρος χρόαν
Μάλιστα νόον προφέρων,
Πάσσαις πολίεσσιν ὁμιλεῖ.

Hoc est:

Marinæ bestiæ colori
Mentem potissimum aduertens
In vrbibus omnibus versatur.

c *Lib. 7.*

Nec ab hoc diuersum est illud Eupoli c ἐν Δήμοις, quod citat Athenæus.

Ἀνὴρ πολίτης πολύπους ἐν τοῖς τρόποις

hoc est interprete Dalechampio:

Tu rempublicam tractas, esto Polypus moribus.

Hoc sane ingenio mire præditus Vlysses, indeque sapiens æstimatus est, & ab Homero πολύτροπος cognominatus. Sunt tamen, qui hoc ingenium summopere improbant, vt Phocillides his versibus:

Μηδ' ἕτερον κοίλης κραδίην νόον, ἀλλ' ἀγαθοῦν
Μηδ' ὦ πτοφύης πολύπους κατὰ χῶρον ἀμείβῃ,

Hoc est:

Pectore neue aliud celes, aliudue loquare:
Proque loco variare petris vti Polypus hæreas.

f *Lib. 1.*

Et Ion tragicus in Phœnisciis apud f Atheuæum.

Καὶ τὸν πετραῖον πολυκτάνεις αἰάμρωσι
Στυγῶ μεταλλακτῆρα πολύποδα χρόαν,

Id est,

Saxatilemq; cum exanguibus cirris
Odi mutantem colorem Polypum.

Adulator.

Hinc g Plutarchus adulatorem Polypum vocat; quod vt hic colorem ad subiecti soli speciem variat: ita parasitus ad audientium voluptatem sententiam studet variare. Cæterum, inquit, adulatoris veluti Polypi mutationes facile deprehendet, qui se ipsum simulabit varie mutari, ac vituperata, qua fuisset adhuc vsus vitæ ratione, tanquam sibi placentes eas amplectatur, quas prius improbaratres, & rationem victus, & genus orationis. Profecto hac comparatione tanquam aptissima, aliquoties vtitur D. Basilius; vt h vbi docet nos fugere oportere blanditias & assentationes; hæc verba ponit: sic & animo varius ostenditur adulator, nunc quod iustum est apud eos, qui iusti rationem habet, laudat, apud iniquos vituperat, more Polypodis, qui colorem terræ quam attigerit, reddit. Et alibi. Effugito, inquit, despiciendorum hominum imitationes. Tuis proprijs facultatibus esto contentus: paupertas cum feraci sufficientia, omni potiundæ voluptati profecto est comporti mentis auteponenda. Non silentio præterierim Polypi dolos ad furacitatem: is cuicunque saxo adhæserit, colorem subit illius, atq; adeo, vt piscium complures ad ipsum de improuiso natantes, tanquam ad saxum appellant, paratamq; sese offerant illi versuto malitiosoq; prædam. Talibus eos moribus præditos esse constat, qui perpetuos potentatus subeunt: & ad vsus necessitudinesq; singulas occurrentes sese accommodant: nec in eadem semper voluntate persistunt, sed alij diuersique facile fiũt. Sobrietatem cum sobrijs laudant: intemperantes sunt cum intemperantibus: atq; ad id quicuique placet suam omnino sententiam vertunt. Quos euitare facile nemo potest, nec ab eorum insidijs nocumentisq; cauere, &c. Clarius rursus eandem sententiam his verbis excoluit i alibi. Sed neq; Polypi dolus ac fraus silẽtio prætereuuda est. Is quodcunq; in saxum adhæserit, eius colorem imitatur, & obtinet, ac ita multi pisces natantes in Polypum tanquã in petram incidunt, eiusq; veteratoris præda fiunt. Moribus similes sunt ij, qui semper eos adeunt, qui potestate & impio valent; seq; pro rerum & temporum ratione ita accõmodant, vt in proposito & sententia nunquam permaneant, sed alias atque alias se gerant, & pro euiusque arbitratu ac libidine mutant sententiam.

g *Lib. de adul. & ami. disc.*

h *Li. de leg. lib. gentil.*

Adulatorũ mores.

i *Orat. 11. de patient. & tolerant.*

HISTORICA:

Admirandas certe historias de magnitudine, virib. ac robore Polyporum recensent scriptores antiqui, & in primis apud a Plinium Trebius Niger. Cætera, inquit, quæ idem Trebius retulit, monstro propiora possunt videri. Carteiæ in cetarijs affluentus exire è mari in lacus eorum apertos, atque ibi salsamenta populari, conuertit in se custodum indignationem assiduitate furti immo dici. Sepes erant obiectæ, sed has transcendebat per arborem, nec deprehendi potuit, nisi canum sagacitate. Hi redeuntem circumuasere noctu: concitiqüe custodes expauere nouitatem. Primum omnium magnitudo inaudita erat, deinde color muria obliti odore diri. Quis ibi Polypum expectasset, aut ita cognosceret? cum monstro dimicare sibi videbantur. Namq; & afflatu terribili canes agebat, nunc extremis crinibus flagellatos, nunc robustioribus brachijs clauarum modo incussos, ægreque multis tridentibus confici potuit. Ostendere Lucullo caput eius dolij magnitudine, amphorarum quindecim capax; atque (vt ipsius Trebij verbis vtar) barbas, quas vix vtroq; brachio amplecti esset, clauarum modo torosas, lõgas pedum triginta acetabulis siue caliculis perluium modo: dentes magnitudini respõdentes. Reliquiæ asseruatæ miraculo pependere pondo DCC. Eãdem historiam etiam b Fulgosus retulit, à Plinio forte mutuatus: Cum in Hispania, inquit, piscatores, qui Thynnos cõdiunt, singulis noctibus aliquid ijs, quæ iam parauerant, auferri animaduerterent, & propterea diligentius rem obseruarent, non sine ingenti formidine, cum latratu suo canes ad rem inspiciendam inuitarent, prospexerunt vastam terribilemque belluam ingenti spiritu, brachijsque canes à se abigentem: ad quos defendendos accurrentes, qui aderant, varijs instructi armis, magno labore tandem feram confecerunt, cognouerunt que Polypum esse, qui eiusmodi cibi auidissimus superioribus noctibus quod piscatores deesse sibi querebantur, rapuerat. Huius belluæ caput immensum horrendumque fuit, quod Lucius Lucullus, qui illud inspexit, putauit quindecim amphorarum, quæ in nauticis rebus bottæ dicuntur, mensuram continere; brachia autem ingentia adeo, vt vix hominis complexu cingi possent, internodiaq; crurum magnæ ollæ magnitudinem complere. Eius autem reliquiæ in miraculi testimonium sepositæ fuere, septingentarumq; librarum pondus excesserunt. Hæc Fulgosus quę credi posse fidem facit c Ælianus qui scribit temporis diuturnitate Polypos ad tãtam peruenire molem, vt ad ceti magnitudinem accedant, cetaceique generis esse dicantur: idque ipsum declarat exemplo Polypi Puteolis capti his verbis: Puteolis, inquit, oppido Italiæ auditum est, Polypum, cum inusitata ad corporis molem facta progressione ad maximam magnitudinem puenisset, egregio spreto & neglecto maritimo victu, in cõtinentem processisse, & tetrena pleraque vastasse, & per subterraneum specum Puteolanas sordes in mare transmittentem in maritimam domum ascendisse, vbi mercatorum res, salsamentaque in magnis vasis essent: brachiorum circumplexione primum vasa stricte cõprimentem corrupisse, ac deinde salsamenta depopulatum fuisse. Mercatores verò ingressos, vbi dolia disrupta inspexissent, & permagnũ earum rerum, quas naui aduexissent, numerumq; exhaustum deprehendissent, stupuisse: Ac nimirum cum ab insidijs fores integras tecta ab omni irruptione intacta, parietes non perfossos intuerentur, quisnam populator fuisset, nulla cõiectura assequi potuisse. At enim cum reliquias conditorum piscium animaduerterẽt, eos cõstituisse, ex domesticis audacissimum armatũ intus in insidijs ponendum esse: Polypum vero noctu ad assuetas tanquam epulas adrepentem reuertisse: & tanquam athletam aduersarium strictissime correptum suffocasse, sic flagellis vasa circumplicãtem perfregisse. Eum porro, qui insidias moliretur, etiamsi lunæ fulgore domus illustraretur, omniaque conspicua essent, tamen, quoniã solus esset, bestiæ tantæ metu perterritum, hãc non aggressum fuisse, sed sane mercatoribus totam rem explicasse: quod quidem ipsum ij audiẽtes, ei fidem enarratarum rerum non habuisse. Deinde tum negotiatores ob tantum acceptum detrimentum, periculi memoria deposita, statuisse simul ingredi, & congredi cum hoste: aliosque inusitati, & incredibilis huius spectaculi studio sua sponte sese auxiliatores vna in domo illa conclusisse. Postea vero, quam sub vesperam iu solita dolia fur inuasisset, ex eis partim cloacam obstruxisse partim armis tectis in hostem irruentes, dolabris & cultris acutissimis eius brachia abscidisse non aliter ac frondatores & putatores arborum, robustissimos ramos secant; sic enim sæpius mẽbra Polypi circumcidentes, tandem nisi non pauco labore confecisse, atq; oppressisse, & quod quidem admirationem habet, in terra piscem expiscatos, huiusque belluæ propriam veteratoriam nobis ostẽdisse. Non minus admiratione digna sunt, quæ se audiuisse testatur d Petrus Berchorius his verbis. Ego etiam semel, inquit, audiui nauiari; & piscatores in mari Prouinciæ in littore super carbones Locustas decoqui posuerant, & cum circa ignem dormirẽt, ecce vnus Polypus odore Locustæ tractus de mari exit; & ad ignẽ veniens, qui cum pede Locustam accipere volens, sed calorem ignis timens ad mare redijt, & quandam tunicam, quam loco capitij habet super caput, aqua implens, toties eundo & redeundo super ignem prolecit; qui ipsum extinxit, & sic Locustam accipiens secum ad mare detulisset, nisi vnus de piscatoribus, qui hoc videbat, ipsum accepisset, & loco Locustæ super carbones comedendum posuisset. Idem quoque Berchorius narrat; sed ex aliorum relatu; Polypum se quandoque mortuum fingere, vt tempus expectet oportunum quo effugere possit. Audiui, inquit, quod semel in quadam Prouinciæ villa, Polypus qui videbatur mortuus, fuit emptus à quodam, cuius vxor ipsum in pelui cum aqua ponens decoquendum, cum aliquantulum diuertisset, non inuenit in pelui; quæ vndique eum quærens, nec inueniens, tandem sursum respexit; & super trabem domus Polypum vidit, qui sentiens calorem aquæ, per catenam, qua pelvis pendebat, sursum ascenderat, vnde ipsum decoquendum retraxit. Postremo aquilam, à qua raptus erat, Polypum in mare detraxisse, suisque implicasse cirris narrat e Ælianus his verbis: cum in saxum non admodum è mari eminens Polypus aliquando correpens ascendisset, ibique explicatis brachijs summa cum voluptate, quod frigida tempestas esset, à tepore solis calesceret: neque sane se in saxi colorem vertisset, quod quidem ipsum cum ad declinandas, tum magis ad moliendas piscibus insidias facere solet: aquila acris & acuta in videdo, prædam, non quidem sibi futuram bonã, paratã & promptam sibi & suis pullis perspicue cernens, quanto potuit maxi-

a *Li. 9. c. 30.*

b *Lib. x.*

c *Lib. 13. c. 6 de anim.*

d *Lib. 9. cap. 94. reduct. moral.*

Aquila à Polypo detracta in mare.

e *Lib. 7. de anim. c. 12.*

„ maximo alatum impetu in Polypum inſiluit: ſed & piſcis hic cit-
„ cumplicantibus aquilam, & pertinacirer adhærescentibus cirris,
„ in profundum detraxit, hoſtem capitaliſſimum, ſimul & inter fe-
„ cit: quæ quidem lupus hians (vt eſt in prouerbio) inaui ſpe illuſa,
„ deinde in mari mortua fluitabat. Hactenus Ælianus.

PRÆSAGIA.

a *Quæſt. natur.* 18.

CVM in terram excurrit Polypus, & ſaxa amplectitur, indicium eſt venti iam iam prorupturi, vt tradit *a* Plutarchus, cauſamq; putat eſſe carnis mollitiem, nuditatem, ac tenuitatem, qua frigus difficulter ferre poteſt.

PROVERBIA.

PRouerbij ſpecie dicebantur olim homines ſtolidi ſtupidique, vel rapaces & vncis vnguibus Polypi. Siquidem, inquit prouerbiorum auctor ob eam cauſam Polypo ſtultitiam tribuunt, quod ad manum caprantis vltro mouetur: nec alitet capitur, niſi quod non cedat. Adſcribitur autem rapacitas, renacitaſque, quod quidquid brachiorum flagellis nactus fuerit, ſuctu trahat ac teneat.

a *In Aulularia.*

a Plautus:

Ego iſtos noui Polypos, qui vbi quid tetigerint, tenent.

Nihil autem verabit, quominus Polypos appellemus eos, qui ſemet in omnem habitum vertunt omnibus aſſentantes. Quapropter idem auctor adagiorum, poſtquam explicaſſet hæc prouerbia, *ſeruire ſcenæ: vti foro:* Extat, inquit, apud Græcos adagium, in hunc ordinem referendum, *Polypi mentem obtine.* quo iubemur pro tempore alios atque alios mores, alium atque alium vultum ſumere. Adagium natum à piſcis huius ingenio, de quo meminit Plinius: item Lucianus alicubi, ſcribuntque colorem mutare maxime in metu, &c. Prouerbium ſumptum eſt ex Theognide cuius diſtichō paulo ſuperius inter alios eiuſdem ſenrentiæ verſus recitauimus, ad quos & hi *b* Sophoclis quoque referendi.

Polypi mētē obtine.

b *In Iphigenia.*

Νόει πρὸς ἀνδρὶ σῶμα, πουλύπου ὅπως
Πέτρᾳ τραπεῖσ' γνῶσιν φρονήματος, vertunt
Apud hominem cum eris, tibi in mentem veniat Polypi corporis
Ad ſaxa variari natiuum colorem.

Hanc doctrinam nobis plurimis grauiſſimis ſententijs inculcauit Pindarus: vt vbi laudat hominem omnibus moribus & ætatibus ſe attemperantem: *c* Μαλθακὸς μὲν φρονέων ἐσθλοῖς, τραχὺς παλυγκότοις ἔφεδρος, id eſt, mollis erga bonos, aſper vero inſidiator erga moleſtos aduerſarios & *d* alibi rurſus: Ἐν παισὶ νέοισι παῖς, σὺ δ' ἀνδράσιν ἀνὴρ Τρίτος ἐν παλαιτέροισι μέρος, ἕκαστον οἷον ἔχομεν βροτέον ἦθος, id eſt, inter pueros reneros puer, inter viros vir. Tertia inter ſeniores pars, quodque vt habemus mortale genus. Eodem quoque titulo quempiam in *e* Pythijs laudat: Τὺ μὲν τὸ μαλθακὸν ἔρξαι τε καὶ παθεῖν ὁμῶς ἐπίστασαι, κραιπνῶς σὺ ἀτρεκές, id eſt; Tu enim & humaniter agere noſti, & affectum ſumere tempori congruentem. & rurſum *f* eodem opere. Κέρνος μὲν ἐν παῖς νέος, ἐν δὲ βουλαῖς ὀρσοβύς. id eſt. Nam ille inter pueros iuuenis, in conſilijs vero ſenex Et iterum *g* eodem opere: φίλον εἶη φιλεῖν, ποτὶ δὲ ἐχθρὸν ἅπτ' ἐχθρὸς ἐὼν λύκοιο δίκαν ὑποθήσομαι: hoc eſt, Amicum contingat amare; Cæterum aduerſus inimicum tanquam inimicus, lupi more incurram, ſiue inſidiabor. In hanc quoque ſententiam multa diximus ſupra inter Hieroglyphica. Nihil itaque vetat in notandis vitijs vſum adagij latius trahetc, nempe in homines verſatili ingenio præditos: qui talem vbique perſonam induunt, quales ſunt ij, cum quibus cōtingit agere. Genus hoc hominum eleganter quoque deſcripſit *h* Plaurus.

c *In Nemeis hym.* 4.
d *Hym.* 3.
e *Hym.* 8.
f *Hym.* 4.
g *Hym.* 2.
h *In Bacchidibus.*

Nullus frugi eſſe poteſt homo, niſi qui bene & male facere tenet,
Improbus cum improbis ſit, harpaget, furibus furet quod queat,
Verſipellem frugi conuenit eſſe hominem:
Pectus cui ſapit, bonus ſit bono, malus ſit malu.
Vtcunq; res ſit, ita animum habeat.

Huc eſt referendum Πολύποδος ὁμοιότης Polypi ſimilitudo. Suidas enim & Varrinus ad eos ſpectare aiunt, an hoc prouerbium, qui ſe cuiuis accommodant. Sed illud Alcæi

Ἠλίθιον εἶναι νοῦν τε πολύποδος ἔχειν,
Stolidum eſſe, ac mentem Polypi habere,

Non in verſipellem & aſtutum hominem, ſed in ſtolidum cōuenit teſte Euſtathio. *i* Heſiodus ænigmaticōs explicauit paupertatem, quando inquit,

i *Oper. & dies.*

——— Λεπτῇ δὲ παχὺ πόδα χειρὶ πιέζοις
Ne ſe deprendant inopem mala tempora brumæ,
Atq; pedem premere incipiat manus arida crouſſum.

Sic etiam ſignificauit egeſtatem, quum canit:

——— ὅτ' ἀνόστεος ὃν πόδα τείδει,
Id eſt:
Quando pedes edit ipſe ſuos is qui carret oſſe.

Exoſſem vocat Polypum, quod pedibus carear. Hic autem creditur, vt dictum eſt, ſua brachia rodere in cibi penuria. Huc refer illud Alcæi apud *k* Athenæum.

k *Lib.* 7.

Ἔδω ἐμαυτὸν ὡς πολύπους
Eao me ipſum, vt Polypus.

Item aliud quod Heſychius, Suidas, & Varrinus prouerbij loco referunt in pauperem:

Δίκλω πολύποδος αὐτὸς ἑαυτὸν, καὶ φαγών.
Inſtar Polypodis ipſe ſeipſum corrodens.

Polypi caput.

Πολύποδος κεφαλή, *Polypi caput:* in hominem varium dicitur, & in quo pariter, & vitia quædam & virtures inuenias, cuiuſmodi Catilinam deſcribit Saluſtius. Competit & in rem, ex qua non parum commoditatis capere queas: ſed quæ eadem nonnullis incommodis noceat Allegoria deducta ex eius piſcis capite. quod, vt ſupra diximus, ex *l* Plutarcho, ſuauiſſimum eſu eſt & eſculentum, cæterū turbulentia ſomnia, occurſantibus miris rerum imaginibus excitat: vnde eius eſum interdicebant ijs, qui ſuperſtitioſe cuperent ex inſomnijs præſcire futura, quemadmodum & fabarum, vt idem *m* auctor tradit. Proinde poeticen Polypi caput vocat, in qua permulta ſcitu iucunda ſunt, tum frugifera, ſed etiam nonnulla, quæ caueas. Reſertur hoc prouerbium integre ab eodem *n* auctore hoc verſu.

A
l *Lib. de audi. poe.*
m *In Symposiacis.* Poetica Polypi caput.

Πολύποδος κεφαλῇ ἔνι μὲν κακὸν, ἐν δὲ καὶ ἐσθλὸν
In Polypi capite inest & malum, inest & bonum.

Cæterum quod eius caput triſtia inſomnia excitet ac moueat, ſuperſtitioſum putat *o* Cardanus, cum tamen *p* alibi huius rei rationem tradat: nimirum quod durum concoctu ſit, atroſque vapores mittat non ſecus ac cepa, ſed longe validius.

n *Lib. de audi. poet.*
o *Lib.* 8. *de var. c.* 44.
p *Lib.* 10. *de ſubtilit.*

Δὶς ἑπτὰ κληγαῖς πολύπους πλυμμένος,
Id eſt,
Bis ſeptem plagis Polypus percuſſus:

dici ſolitum, vbi quis multo tandem malo factus eſt emendatior, quemadmodum accidit indomitis adoleſcentibus, qui plurimorum experientia malorum tandem cicurantur. Conueniet & in eos, qui duriore ingenio præditi, non niſi grauibus ſupplicijs cotrigunrur. Aiunt Polypum piſcem captum diu multumque tundi cædique ſolere, quo mitior fiat, & ad vſum accommodatior, autor Zenodorus. meminit & huius prouerbij Suidas, & interpretatur ἐπὶ τῶν κολάσεως ἀξίων, in eos qui caſtigatione digni ſunt; quoniam Polypus captus multis ictibus emolliri ſoler Πολυπόδων ἑκατόμβη, *Polyporum hecatombe*, apud Ariſtophanem in Acharnenſibus nominatur, ad ſplendorem conuiuij, aut inſignem edacitatem iudicandum, vt meminit auctor adagiorum in prouerbio, è *Clibano boues.* Anaxandrides quoque apud Athenæum in Cotys Thracum regis conuiuij deſcriptione πολυπόδων ἑκατόμβῃ nominat.

B
Polyporum hecatōbe.

NVMISMATA.

NVmos inuenio antiquiſſimos cum à Syracuſanis, tum à Tarentinis excuſos cum Polypi icone, apud Hubertum Goltziū antiquarum rerum ſcientia præclarum. Syracuſanorum duo ſunt, æreum vnum, alterum aureum. Vtrumque ab vno latere Polypi imaginem elegantiſſime repræſentat ſolam, æreum ab altera parte faciem muliebrem velatam cum inſcriptione ΣΥΡΑ. Aureum vero eandem quidem faciem habet, ſed alio modo velatam, & à ceruice ſiue poſteriori collo præterea piſcem, ab anteriori legitur ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ. Goltzius arbitratut faciem eſſe Arethuſæ Cui vt nō reclamem, ita quoque eius verba aſcribam. Arethuſa aquas habuit craſſas ſalſioreſque, & proinde porui inſuaues, pleniſſimas tamen piſcium, quos quod Dianæ ſacri eſſent, religio erat violare, atque hinc varia numiſmata cum Arethuſæ capite piſcibus circundato in Sytacuſana ſpectari veriſimile eſt. Totidem nummos excudere Tarentini, ſed vtrumque æreum. Primum aduerſo latere Neptunum habet delphino inſidentem. Dexrra tridentem ſuum geſtat, ſiniſtra Polypum amplectitur. Supra delphini ceruicem pectinis marini eriam icō eſt, à ceruice vero Neptuni ſcriptum eſt ΤΑΡΑΣ. Ab alio numi latere icon eſt Tritonis dextra buccinam marinam continentis. Scamno inſidet, & vnum pedem alio ſcamno applicat, ſcipionique ſub axillis detento incumbit. A tergore eædem litteræ leguntur. Alter nummus plane eodem modo Neptunum habet piſci inſidentem, & Polypum amplexantem, ſed Pecten deeſt. Huius vero inſignis icon ab alio latere nummi expreſſa eſt tantummodo.

C
D

EPIGRAMMATA.

IN epigrammatum Græcorum libris, quos lector adire poterit, tria extant epigrammata; vnum quidem Antipatri Thettali, ſuper Polypo, qui complexu ſuo aquilam, à qua raptus erat, occidit: alterum Antiphili Bizantij de Phædone piſcatore, qui cum cepiſſer Polypum, eundem proiecit in terram, & per eundem cepit leporem admirabili caſu: tertium Iſidori Geodoti, quod ſuperiori ſimile eſt, niſi quod in hoc epigrammate, Gynichus Polypum capto ſua opera lepore, itetum in aquam dimiſerit. Gratior igitur fuit Gynichus Phædone, qui ſublato lepore piſcem dimiſit liberum, ille alter vtrumque abſtulit.

EPITHETA.

ΠΕτροφυὴς dict° Phocillidi, quod ppe petras verſetur, aut quod eas, vbi cōtigerit, firmiter teneat, vnde & πετραῖος ab Icone apud Athenæum vocatur. A murando colorem τριψίχρως Ariſtoteli, quanquam alij quidem τριψίχρως legant; item πολύχρος (alias πολύπλοκος) Theognidi. Ἀνόστεος ſiue exoſſis epitheton eſt, quāquam apud Heſiodum pro Polypo ſumatur. Σκολιὸν, quod ego non tortuoſum aut inflexum, ſed verſurum exponerem, ſicut ob timorem innatum δειλὸν, & à rependo ἑρπυστὴν καὶ ἑρπυστῆρα, & νωθρὸν ἐρωτὶ amoris impetu languidum, vocat Oppianus. Crinali corpore ſegnem Ouidius, doloſum Iulius Cæſar Scaliger, Stroza pater ob venandi, ac piſciculos capiendi verſutiam, cautum.

E

PRO-

PROBLEMATA.

A

INter quæstiones naturales eiusmodi problema proposuit Plutarchus, Cur colorem mutet Polypus? idque sic dissoluit; An, inquit, vt Theophrastus scribit, quia natura timidum est animal, ideo perturbatus vna cum spiritu etiam colorem mutat? ideo quoque dictum est:

Semper degeneris mutatur enim color.

Quod si hoc ad mutationem sufficit, non ad id etiam, quod omnes colores refert. Sic enim colorem mutat Polypus, vt eum similem faciat cuiusuis saxi colori, ad quod accedit. Hinc illud Pindari.

Marinæ bestiæ colori
Aduerte mentem & sic vafer omnibus
Versare in vrbibus.

Et Theognidis.

Polypodis fac morem imiteris versicoloris:
Cui subit is semper fit similis lapidi.

Atque hoc versutia, & calliditate præstantes aiunt studio habere, vt fallendi eos gratia quibuscum agunt, semper Polypum æmulentur. Aut censent eum cute tãquam veste vti, ita facile eam vbi vult exuendo atq; induendo Quid si Polypus huic affectioni principium metu suo suppeditat, causæ propriæ in alijs sunt. Cogita enim quod Empedocles dixit:

Hoc moris rebus defluxus omnibus esse.

Non enim animalia modo & stirpes, & terra, & mare, sed etiam lapides à se continenter dimittunt multos defluxus, & æs atque etiam ferrum. Nam corrumpuntur omnia, & olent: quia semper aliquid defluit, & tractiones aut insultationes faciunt defluxib. alij complexus, eorum alij ictus, alij impulsiones quasdam, & circuitiones supponentes: maxime autem saxorum marinorum, quando mari ea asperguntur, ac refrigerantur, aiunt assiduo quẽdam abradi multa ac tenuia rameuta: quæ non accidant ad alia corpora, sed dilabantur ob meatuum densitatem, vel excidant per rariores. Polypi autem caro, quod aspectus ipse posset iudicare, est cauernosa & meatuum plena, defluxuumq; capax Is ergo quãdo sibi timet, mutato spiritu sese mutans, tanquam constringit corpus, contrahitque, & aliquandiu intra se contrahit exceptos vicinos defluxus. Quippe asperitas vna cum mollitie flagella exhibens particulis, quæ offeruntur, & non dissipantur, sed congrẽgantur, cum: *desunt hic quædam.* Argumentum causæ permagnũ est, quod neque Polypus quarumuis imitatur rerum colorem, quibus appropinquat, neque chãmæleon albarum, sed vterque ijs tantum adsimilatur, quarum defluxibus meatus proportione habeat respõdentes. Hæc *a* Plutarchus, qui & alibi eandem quæstionem recolens, mutationis in Polypo causam diuersam esse tradit ab ea, quam quæ est in Chamæleonte. Sane etiam Chamæleon, inquit, mutatur: non vt moliatur aliquid, aut sese occultet: sed ob metum ita vertitur, natura meticulosus: & id mutationis cõsequitur, vt ait Theophrastus, ob spiritus multitudinem. parum enim abest quin totum eius corpus pulmone impleatur, quo indicatur ipsum spirituũ plenum, & mutatu facilem esse. At Polypi mutatio non est animæ affectio, sed actio quædam. Mutat n. se dedita opera, hac arte fugiens quæ timet, & apprehendens quibꝰ alitur: decipiendo capiens non fugientia, & euitans præteruehentia. Pselli egregij doctissimique Philosophi Physicarum quæstionum solutiones compendiosæ apud me manuscriptæ extant iampridem ab vtriusque linguæ doctissimo viro Iohanne Corterio Gallo in Latinum sermonem versæ, in quibus eadem soluitur quæstio his verbis. Cur colorem mutat Polypus ad quoscunque lapides accesserit? timidum valde est illud animalis genus, statimque vbi strepidum aliquem præsensit, aut se à piscatoribus peti suspicatur, petrarum colorem quibus insidet, mutuatur. Videntur enim à corporibus omnibus, ab aere, à ferro, à lapidibus emanare quidam radij: quibus admitteudis cum sit idoneum Polypi corpus, eorum etiam colorem retinet. Itaq; cum timore illo afficitur, horret corpore, atque ita constringitur; vt quos de vicinis corporibus erumpentes radios superficie admisit, pertinaciter etiam retineat. Sed intelligẽdum est neque Polypum, neq; Chameleonem colorem album vnquam assumere, quia poros ad coloris istius, sicut ad cæterorum susceptionem commodos non habeaut. Hactenus Psellus Tres itaque causas mihi scriptores antiqui tradere videtur huius immutationis, voluntariam, naturalem, necessariam. Voluntariam, vt cum astu id facit, vt Plutarchus. Naturalem, quod corpus Polypi sit porosum ac transpareus, vt Plutarchus & Psellus. Necessariam, quod præ metu id faciat, vt cum hominis etiam pro varia cordis concitatione hoc vel illo colore genæ perfunduntur. Ex recentioribus Bellonius Polypum varijs se coloribus induere scribit, ob mollem eius pellem, quæ facile glubi potest: cuius colorem nunc album, mox ruffum, postea liuidum, mox varijs coloribus distinctum videas. Putat *b* Cardanus pellem variam, qua cirri conteguntur, contrahi atque remitti in coloris mutatione. Sed vti nulla opinio vetustior, sic nulla melior mihi visa est quam ea, quam scribit Theophrastus *c* præceptoris sui mẽtem secutus, qui scribit Polypos habere atramentum supra apud mutim positum, hoc effundere, coloremque mutare per metum. Vnde Plinius colorem, inquit, mutat ad similitudinem loci, maxime in metu. Sed hæc sola causa mutationis esse non potest. mutat enim quandoque colorem, cum in nullo est metu piscium capiendorum gratia, vt docet *d* Ælianus.

a *L. de solert. animal.*

b *De var. rer. 7. c. 37.*

c *Hist. 4. c. 5.*

d *Li. 1. var.*

B C D E

VSVS IN CIBIS.

ANtiquorum mensis appositos fuisse Polypos, testis est Mnesimachus iu Hippotropho apud *a* Athenæum, vbi ad cœnam inter alia hæc etiam apparat, Squillam nimirum, Loliginem, Passerem, Dracænam, Polypum. Et sane eius caput suauissimi saporis fuisse perhibetur. Apud veteres quinto à nato infante die, antequã nomina imponerentur, quod fiebat decimo die, amphidromia agebatur, teste Cœlio Rhodigino, qua manus expurgabant, quæ obstetricis munere erant perfunctæ, cursuque ad forum ferebatur puer, mittebanturque à propinquis Polypodes & Sepiæ. Polypos centum in nuptiali conuiuio Sphicratis, qui Cotys regis Thracum filiam ducebat, fuisse scribit apud *b* Athenæum Alexandrides in Protesilao. Ab *c* Aristotele præstantissimi esse perhibentur qui prægnantes sunt, deterrimi qui ouis incubãt. Archestratus apud Athenæum in Thuso & Caria Polypos optimos esse, Corciræ vero magnos & multos. hi laudantur ab Ennio in fragmento Phagesiorum hoc versu:

Polypus Corcyræ, caluaria pinguia Aternæ.

Auctore Galeno duræ carnis sunt, & ad concoquendum difficilis. Si tamen concoquatu alimentum non paucum corpori exhibere, cæterum succi crudi plurimum gignere, Quæ quidem omnia etsi Galeno ibidem teste, Mollibus omnibus communia sint, in Polypis tamen efficaciora existunt, vt vsus quotidianus demonstrat, & veterum exempla, atque etiam *d* Paulus Ægineta edocet. Mollia, inquit, vtpote Polypi, Sepiæ, Loligiues, dura & concoctu contumacia sunt, præcipue Polypi. Diphilus ait apud *e* Athenæum, Polypum durum esse & concoctu difficilem; maiorem autem magis nutrire, humefacere veutrem si abunde elixetur, & stomachum roborare. Athenæus refert Machonem comitem scribere Philoxenũ Cythereum Dithramborum poetam, atque helluonem Polypum bicubitalem Syracusis emisse, totumq; excepto capite comedisse, ob idque in ægritudinem mortemque incidisse. Machonis autem versus cum à quopiam translatos repererim, hic subijciam;

Egregium vero aiunt Philoxenum,
Dithamborum poetam fuisse
Gulonem. nam duorum cubitorum Polypum
Syracusis aliquando ipsum emisse,
Et præparatum comedisse totum,
Præter caput affirmant. Captus autem cruditate
Vehementer ægrotare cœpit. Tum medicus quidam
Ingressus ad eum, vt magno malo
Eum pressum vidit. Si tibi quid, ait,
Nondum est dispositum, celeriter dispone.
Philoxene. Hora enim septima morieris,
Tum ille respondens, omnia mea ad finem perducta sunt,
Medice, inquit & iam dudum disposita
Dythrambos dijs relinquo
Viriles, & omnes corona dignos,
Quos & meis collectaneis appono
Musis. Venerem & Bachum tutores esse,
Testamentum hoc meum declarat. Verum quoniam
Timothei Charon me ociari non sinit,
Neq; Niobes, sed fretum capiendum inclamat
Obscuraq; me Parca vocat, quam audire necesse est,
Vt omnia mea abiens hinc auferam
Date mihi quicquid est relictum, Polypi.

Diogenem Cynicum ait *f* Plutarchus minime igne vsum fuisse, sed Polypum crudum deglutientem dixisse tantum, pro vobis ô ciues adeo periculum. Idem rursus testatur *g* alibi, improbans condimenta, & cocturam carniuin. Diogenes vero crudum Polypum vorare sustinuit, vt amoliretur confectionem, qua ignis obsonia conficit: & sacerdotibus multisque alijs circumstantibus, caput pallio velans, Polypum ori admouens, Pro vobis, inquit, ego me periculo obijcio. Præclarum mehercule periculum scilicet, vt Polypidas pro Thebanorum, Aristogiton pro Athenienſium libertate, ita Philosophus aduersus crudum Polypum decertauit. Sed cum eum mortuũ esse scribat apud Athenæum Sotades hoc versu.

——— Πολόποδα φαγὼν ὁ Διογένης
Ωμὸν, τέθνηκεν

Id est,

——— *Polypum cum vorasset Diogenes*
Crudum, obijt mortem,

Amẽtes erimus, si ipsum imitari velimus omni præparatione posthabita. Quare si edẽdus est, assatione aut elixatione opus habet, vt tuto corpus nutriat, idque more veterum, quibus hos duos præparationis modos in vsu fuisse, posteaquam multis plagis esset contusus hic piscis, & emollitus, scriptum reperio. Apud Archestratum in Syrenensibus hosce legere est versus.

Ipso statim diluculo, omnino sub auroram
Aphyas teretes in pruna torrebamus, assasq;
Porcellorum carnes, ac Polypos: dulce
Vinum deinde bibebamus.

Ἐν βοπάνῳ coqui scripsit Antiphanes apud Athenæum in Euthidico.

Ἔπειθ' πολύπους τῆμερίδος
Ἐν βοπάνοισιν ἐφθὸς. Vertit Dalechampius.

Deinde Polypus frustatim descissus
In battanijs coctus.

Βαπάνια a. Hesychio sunt τὰ λοπάδια, patellæ: qui Siculis peculiare esse

a *Lib. 9.*

b *Li. 4. c. 17.*

c *Li. 8. c. 30.*

d *Li. 1. c. 38.*

e *Lib. 7.*

f *Lib. an aqua igne sit vtilior.*

g *De esu carnium libel.*

Vt præparentur.

Βαπάνια.

esse hoc vocabulum addit. quapropter in hoc versu pro βοπάνοισι legendum βαπάνοισι, vti quoque legisse videtur Dalechampius. Vtrum autem elixi meliores sint assis, docet *h* Athenæus his verbis: Polypi meliores fiunt, si elixentur. Succos enim malos habent (vt manifestum sit dum lauantur, nam in lotione malos succos dimittunt) quos elixatio ex carne euocat. Nam ex molli igne, atque humido abluuntur quodammodo: in assatis vero succus exiccatur. Præterea cum dura sit eorum caro, iure sic coqui expostulat. Plato comicus cœnæ Philoxeni Leucadij mentionem faciens, eandem difficultatem hisce lepidis versibus dissoluit.

h *Lib. 8.*

Elxi an assi meliores.

Πολύποδος πλέκτη δ' αὖ ἐπεὶ λήψῃ κατὰ κρίρον
Εφθὴ τῆς ὀπτῆς λῷ ἢ μείζων, πολὺ κρείττων.
Η ν ὀπτὴ δὺ ὦσ' ἐφθὴ κλαίειν ἀγρόσσω

Male vertunt eius interpretes:

At Polypus sinuosa, suo si tempore capta
Atque ingens membris, elixa est suauior assa
Si parua hæc fuerit tu longum elixa valeto.

Nam pro sinuosa cirrus transferre debebant, ita vt sit sensus, Polypi cirrum si suo sit captus tempore, meliorem esse assum quam elixũ, si sit magnus: sin vero duo elixi; hos assis esse meliores Nam πλέκτη pro πλέκτεινα quandoque sumitur. Et quamuis Archestratus in fœmININO genere Polypum efferat, tamen non video quis sit sensus, Polypus sinuosa repugnat etiam in Græco versu vocula πολύποδος, quæ est genitiui casus, qui à nullo alio, quam πλέκτη regi potest. Elixi autem hodie comeduntur à nautis frequentius, & piscatoribus, qui antequam elixent, fere per horam eos ligno contundunt, aut ad lapidem atterunt. Sic enim fibrosæ carnis duritie fracta multo facilius concoquitur. Idem veteres quoque facitare solent, vt dictum est: idemque Plautus his verbis innuere videtur.

Tange, affligam te ad terram itidem,
Vt piscem soleo Polypum.

i *Li. 32. c. 10.*

Vt elixentur.

De eo hæc traduntur, teste *i* Plinio, muriam ex sese emittere, & ideo non debere addi in coquendo, secari arundine: ferro enim infici, vitiumque trahere natura desinente. Si elixetur aqua cum atramẽto suo, melior erit: elixatur alioquin oleo, oleutibus herbis atque pipere addito. Platiua coctum cum pipere, & lasere condit. Apicius vero pipere, ligustico, liquamine, lasere, & Zinzibere. Adferuntur Venetias ex Illyrico, & Dalmatia sale inuetterati.

VSVS IN MEDICINA.

a *Li. 32. c. 10*

Ad tormina.

Ad nephiticos.

Ad tertianas.

Ad cardiacam.

Ad hydropem.

b *L. de inter. aff.*

c *Li. de nat. mulieb.*

Ad muliebres affect.

d *Lib. 2. de mulier.*

e *De super fœtatione, & de mulier. t.*

f *Li. de nat. mulier.*

Ad Venerẽ.

SAnguinem fieri (cieri legunt alij) piscium cibo putant, inquit *a* Plinius, sisti polypo tuso illitoque. Marcellus Empyricus assatum torminosis in cibo prodesse tradit Kiranides nephriticis, & lapillos mingentibus dat è vino veteri in balneo mucorem & succum glutinosum, vel, vt ipsius verbis vtar, marcedinem quæ exit à polypo in nouam ollam viuo immisso, mox ebullito, aut elixato. Polypi marini cinis satis copiose adijcitur in medicamenti ex hircino sanguine plurimo confecti compositione quadam apud Marcellum Empyricum aduersus calculos renum. Tertianis commendatur etiam, vt quidam ex Plinio medico citant. Idem & cardiacis conferre eundem arbitratus est. Apud Polypos narium hoc remedium certum scribit Nicolaus Myrepsus: Polypum, inquit, marinum in clibano cum lignis oleæ, donec in cinerem vertantur vrito, & sumpta de eo vncia vna, admise il i chalcanthi vnciam semis: & per arundinem insufflato naribus A pituita maxime in aquam intercutem fit transitus: in hac qui curabilis est, obsonium edat *b* Polypos coctos in vino nigro austero, vt monet *b* Hippocrates, qui sane plurima & saluberrima remedia fœminarum morbis ex Polypis præscribit, vt *c* ad aquam intercutem vteri; ad vteri coxam decurrentem, in purgatione, inquit, Mercurialem & Polypos edat. Et rursus alibi, si vterus ad coxam auersus fuerit, Bolbidia (sunt hæc genera paruorum Polyporum) & Polypodia in vino & oleo cocta edat. Et iterum *d* alibi: Si, inquit, in lumbos vteri incubuerint, suffocatio vero caput non contigerit, mulier Polypos coctos edat. & vinum nigrum odoratum meracum quamplurimum bibat. Et alibi eodem opere. Polypi ac Sepiolæ super prunis tostæ, puerperij purgamenta à partu purgant. Et *e* libro alio, puerpera edat Polypos & Locustas, & pisciculos, vt melius purgetur. Ad menses cieudos pluries eis vtitur. Mulier, inquit, cui stomachus vteri non rectus fuerit, sed vel retro, vel in latus auersus, vel in se contractus, vnde menses non recte profluunt, nec concipit, edat catulos pingues percoctos, & Polypum in vino dulcissimo coctum: & alio rursus in loco, mulier inquit, cui vterus molliri & purgari debet, Polypum plagis mollitum edat *f* Item, si menses constituto tempore non fiant, post cætera remedia Polypum vino albo suffocatum edendum dato, & vinum bibendum Mulier quæ aliquando prægnans fuit, & postea sterilescit, interim dum curatur, edat catulos coctos, & Polypum in vino dulci coctum. Polypos paruos atque assatos super prunas ad concipiendum merito dedisse Hippocratem scribit Cardanus: quoniam Polypus facile concipiat & ferat neruceaque sit substantia, & duræ digestionis. Qui in Venerea palestra debiles sunt, Polypos edant monente Aetio. Diphilus & Paulus Ægineta eos plurimum alere affirmant, & libidinem maxime irritare. Diocles apud Athenæum ait Polypodes maxime inter Mollia ad venerem conferre. Eandem vtilitatem eis adscribit Alexis in Pamphila.

Ερῶν τὶ κτήσου, τὶ μᾶλλον συμφέρει
Ω ν ν ῶ φέρων πάρειμι; κηρυκίς, κτένας
Βόλβους, μέγαντι πολύπους, ἰχθύας θ' ἁδρούς,

Id est:

A. *Cum ames quid cibi comparasti.* B. *ecquid magis*
Conferat quam quod nunc præsens adfero: Buccina, Pectines.
Bulbos, magnum Polypum, grandiores pisces,

Et Xenarchus apud *g* Athenæum Polypi ad stimulandum Venerem facultatem declarat his versibus, quos cum plusculi sunt à Iacobo Dalechampio Latinos factos cirabo.

g *Lib. 2.*

Ruit domus infœcunda dominorum infortunio,
Labefactata: eam subuertit Alastor quidam: Pelopidarum
Sterilis domus est: nec è profundo ceruicem exerens,
Ac Cereris contubernalis, terra procreatus bulbus, amicorum
Cum elixus est adiutor, huic malo succurrerit,
Quin nec maris cœruleus educatus vorticibus
Venarum mutator Polypus: captus hominum
In torto vinculo cum rotam virgo circumduceret,
Implet repositorij capacem pectoris sinum.

Adferuntur, inquit *h* Iouius, Venetias ex Illyrici Dalmatiæque ora sale inueterari: quorum aceptabula & extremitates cirrorum senibus ad parandam sobolem expetuntur. Cur vero Venerem stimulent, iam dicendum, Causam putat Muesirheus, quod duræ sint carnis ac flatuosi, Iouius quia salsum succum contineant, cæterum ego non tam propter allatas rationes, quam propter seminis copiam, quam generant, si probe elixentur, & concoquantur, libidinem excitare affirmem. Nam bulbi, cicer, fabæ, Polypodes, conus, inter edulia multi seminis recensentur à *i* Galeno.

h *Li. de pisc. Rom.*

Cur Venerem stimulet.

i *5. Simpl. med. facul.*

VSVS IN ALIIS.

PIscatores, teste *a* Aristotele, Polypos assatos, non nisi nidoris causa nassis inditos dimittiasseuerant. Hinc *b* Plinius: Exporrigunt enim (Polypi) se resupinati, mire omnibus marinis expetentibus odorem quoque eorum, qua de causa nassis illinuntur. Et rursus: Conueniunt pisces ex alto etiam ad quosdam odores, vt Sepiam vstam & Polypum, quæ ideo conijciuntur in nassas. Auctor quoque de natura rerum Polypum assum in hamum inseri scribit, ad decipiendos pisces, quod tamen Aristoteles tantum de Sepijs tradit. *c* Oppianus docens Cantharum capiendi modum, ait eum uassa capi circumtexta vndique ligustri virgis & sparti vimine, ita vt se capaci ore venter in latum porrigat, tunc inquit nassæ

a *Histor. 4. c. 8.*

b *Li. 9. c. 30.*

c *Li. 3. Halieut.*

——— ὦδον ὁμείνης
Πόλυπον ἐρπηστῶν, καὶ κάρφεβον, ὁκ πύρος ἄμφω
Οπλαλεῦς. κνίσσῃ καὶ ἐφέλκεται ἰχθύας εἴσω,

Id est,

Carabum immittas intro, vel Polypum ambos
In flamma testes, tali nidore trahuntur.
Pisces.

Et *d* alio in opere docens, quomodo capiantur Pantheræ; catulum vinctis genitalibus ante foueam suspendi ad arborem iubet, atq; eius clamore audito in prædam sic rapi Pantheram,

d *L. de Ven.*

Ως δ' ὅπο' ἰχθυβόλοι κύρτα δόλον ἱστήσαντο,
Ηλεξάμμοι παράρῳ σκαλαμίνιδι, καὶ λαγόνεσσι
Πόλυπον καὶ κεστῆα πυελφλεγέθοντι ἔθεντο
Οδμὴ δ' ἐς πολαγμώνας ἀφίκετο, καὶ ποὶ κύρτος
Ἔλκοπας αὐτομόλους εἰς ἤγαγεν, οὐδὲ δυώαντα
Αὖθις ὑπεκδῦναι, δεινῶ δ' ἤτησαν ὀλίβρε.

Vertit Audegauensis.

Ceu parat in nassa fraudes piscator acutus
Viminaq; obtendit torto salaminia filo,
Addit & illecebras, artus capitonis adusti,
Aut Polypi, subito vada nidor perflat odorus,
In frauaem alliciens pisces latumq; foramen,
Vt nunquam possent nassa remeare latenti.

NOCVMENTA.

TEstatur Ælianus Polypum mordere violentius quam Sepiam: minus tamen suo morsu venenum infligere. Hinc *a* Oppianus Lippio interprete.

a *2. Halieut.*

Obuia non tenus ladit nos Sepia morsu.
Nec nos pestifero confouit Polypus ore.

CAPVT III.

DE CÆTERIS POLYPI GENERIBUS.

ORDINIS RATIO.

ALiquot Polyporum generis reperio nomina. Quæ quantum apud alios videre mihi licuit, etiam hic nominabo, veniam à beneuolo lectore postulans, si non satis ea explicauero, nam Oedipo potius quam doctore egent, cum obscurissime de his Grammatici scripserint. Ozænam cum Osmylo eandem esse, Pollux, & Hesychius auctores sunt: quibus eruditi hodie astipulantur. Athenæus modo distinguit, modo easdem facit. Distinxit tamen Zoographus aliqua ex parte, quoniam non rerum tantum rationem habere solet, sed etiam nominum, vt Grammaticis, qui quandoque dubitare solent, num nomina diuersa, eadem significi-

ſignificare poſſent, ſatisfaciat. Quare, & Eledonam ſeparauit: quamuis eam Rondeletius, contra Ariſtotelis ſententiam, obobſeruationibus ſuis fretus, ab Ozæna, & Oſmylo non diſtinxerit. Nos quoq; quamuis diſtinguamus, tamen de omnibus ſimul, reliquis teſta non incluſis hoc capite agemus, exiguam admodum eorum putantes eſſe differentiam. Athæneus ex Ariſtot. & Speuſippo Polyporum genera enumerat, ἐλεδώνη, πολυποδίνη, βολβοτίνη, ὄσμολος. Sed vt ab Eledona incipiam, annotandum eſt hic apud Athæneum, cum aſpiratione, alibi ſine ea ſcribi, vt vbi habet ἑλεδώνας, inter piſces alios, & apud Heſychium, ἐλεδώνη, eſt ὁ πολύπους. Gyllius, Maſſarius, Wottouus aſpirationem ſernant: quanquam Grammatici ε ante λ attenuari docent, neq; excipiunt Eledonam, etiamſi hoc nomen ἀπὸ τοῦ ἑλεῖν id eſt à comprehẽdendo compoſitum videri poſſit: vnde ἐλεδανὸς forte deriuatum, inquit Zoographus, quod vinculum ſignificat; ſpiritu tamen tenui in Græcorum lexicis ſcribitur, vnde Suidas Eledonẽ vocari putat, ἀπὸ τοῦ ἑαυτὸν ἔδειν, quod ipſa ſe ipſam rodat. Hunc quoq; ſequitur Cœlius Rhodiginus. Sed cum auctores non Eledonam priuatim, ſed Polypum ſimplicitet id facere teſtentur, mihi non videtur eam nominis rationem conuenire, ſed primam potius quam dedit Zoographus. Ἐλιδώνη apud Heſychium & Varriuum, ὁ μυλαῖος ἰχθύς, ſed pro μυλαῖος legendum fotte ait Zoographus ὁ ὀσμύλος, vel ὀσμυλίας. Gyllius Helidonam, hodiernis Græcis Halidonam corrupto vocabulo efferri ſcribit. Oſmylum cum Eledone male confundit Rondeletius. Οσμύλος paroxytonum ſemper ſcribendum putat Zoographus, ſicq; ſcribi in Oppiani, Aeliani, & Io. Tzetzis libris, quamuis apud Athæneum, & in alijs quibuſdam libris inſcitia liberariorum proparoxytonum ſcribatur. Οσμύλλω fœminino genere dixit Athenæus quando inquit. Ariſtoteles in opere de animalibus Mollia eſſe dicit πολύποδας ὀσμύλλω, ἐλεδώνην Heſychius ὀσμύλας forte deprauatum habet pro ὀσμύλας. Apud Pollucem inuenio ὀσμυλίδια citantem hæc verba Ariſtophanis. Τραπεζῶμον ἐς τοὔψος λαβὼν ὀσμυλιδια, μαινίδια καὶ σηπιδια. Recitat Athenæus eadem è fabula Danaidum. Non tamen Oſmylidia ſed Oſmylia quatuor ſyllabis legit quod magis Zoographo placet Wottonumq; male tranſtuliſſe ex hoc loco putat. Oſmyliam, Mænulas, Sepiolaſq; venari Heſychius, & Varrinus Οσμύλια è Polyporum genere eſſe ſcribunt. Athenæus inquit, Ὄζαινα, ὀσμύλιον, Θύεμοι: hoc eſt Thyrij Ozænam piſcem vocant, quem Græci Oſmylium. Quapropter apud Pollucem vbi ſcribitur Οσμύλια mauult legere Zoographus Οσμυλίας, vt Αἰνείας. Ὄζαινα idem cum prædicto, quã Ariſt. ὄζολιν, & Βολίταιναν videtur appellaſſe, Gaza, ὄζολιν Oſſolem conuertit Dicitur autem ὄζαινα, ὄζολις ὀσμύλος, à graui capitis odore. ὄζειν enim olere, & fætere ſignificat Hinc etiam Græci reſte Gyllio hodierni Moſchiten vocant, Maſſilienſes Muſcum. Nam ait Gyllius Polyporum alium tetram odoris fœditatem habere; alium Oſmylum nomine bene olere, & nihil moſcoſius ſe ſenſiſſe tum, cum eſſet mortuus, tum etiam cum viuus. Zoographo, Rondeletio, & Bollonio ſubſcribo, qui Polyporum vnam tantum ſpeciem ab odore ſumptam faciunt, eumq; alijs ſuauem eſſe, alijs tetrum ac grauem. *b* Pſellus Polypum Moſchytam nominat, Itali hodie Muſcarolo præſertim Venetijs, Moſcarolo, & Moſcardino alibi, item Mugettino, vt ſcribit Robertus Conſtantinus, Muzaro Genuenſibus, Græci hodie Gopos inquit Zoographus ſi bene memini. Idem Germanicum eius nomen facit, Bilemkuttel. Nam bi ſem Germanis Moſchum odoramentum ſignificat, Kuttel vero Mollia omnia. Βολβοτίνην, quæ & βολίταιναν dicitur, nomine tantum ab Oſmylo differre putat, quamuis Athenæus diuerſam ſpeciem conſtituat ex Ariſtotele, ſimiliter & πολυποδίνῃ; Nam nullibi apud Ariſtotelem hodie illæ leguntur ſpecies, quæ ſupra ex Athenæo citauimus. Οσμωάς (Οσμύλας), βολβοτίναι, θαλάσσιοι, inquit Heſychius. Nec alia ſunt Bolbidia Hippocrati dicta forma diminutiua. Galenus in exegeſi vocum Hippocraticarum βολβίτα, inquit, τὰ τῶν πολλῶν βομβύλια προσαγορεύομεν. γένος δὲ ἐστι τοῦ μικρῶν πολυπόδων, id eſt, Bolbitia à multis vocantur Bombylia. genus eſt paruorum Polypotum, ita vt ætate, non ſpecie differre videantur. Etenim Epichatmus in Hebes nuptijs inquit.

Polypi, ſepiæ venerandæq; Loligines
Et quæ mare olet Bolbitis

Hic enim Epicharmus Bolbitin mare olere ait, vnde diminutium βολβίτα, ſiue βολβίδια vt legitur apud Hippocratem. Dicitur & βολβοτίνη apud Athenæum.

Eledone.

a Lib. 2.

ὀσμύλος.

ὄζολις.

Βολίταιναι.

b Lib. 1 de diæta.

FORMA. DESCRIPTIO.

NIhil vel parum ſaltem differunt quæ diximus, Polypi genera quo ad formam corporis, ab eo, quem primum deſcriptimus. Nam Eledone vnica tantum acetabulorum ordine prædita eſt, & pedibus ſeptenis, ſi fides ſit Suidæ, & Varrino, qui hæc ex Aeliano citaut, cum tamen in ijs, quæ extant, huius operibus nullibi quod ſciam reperiatur. Pedum etiam prolixitate à cæteris diuerſam eſſe ſcribir *a* Ariſtot. Ozæna autem ſiue Oſmylus, ſiue Ozolis odore insignis duplici acetabulorum ordine prædita eſt: à vulgati Polypo diſſidet, quod vr teſtatur Bellonius, ad eius magnitudinem non exuberet; renuibuſque, & oblongis prædituſ ſit cirris: vel vt Rondeletius voluit, quod corpore ſit rotundiore, longioribus brachijs, odore moſchi tum viuus, tum mortuus, & vnico acetabulorum ordine; quod poſtremum ad Eledonam refetendum exiſtimo. Vtriuſque autem pictura, eadem eſt, hancque ſubijcere placuit. Pollux Oſmyliam Polypi ſpeciem eſſe ſcribit, quæ inter caput, & cirros fiſtulam gerit, è qua tetrum emittit odorem.

a Hiſt. 4. c. 1

LOCVS. ANTIPATHIA.

BOlitænas non alit Euripus teſte *a* Philoſopho. Ozænam Ariſtoteles Ozolin, & Bolitænam videtur appellaſſe, ea frequens eſt in Laconia, quæ regio nunc Zaconia dicitur: dicta ea vox odorem illum, & virus graue ſignificat. hæc Maſſarius. Hanc maxime ſectantur Murænæ præ cæteris Polyporum generibus, quemadmodum hiſce verbis teſtatur *b* Plinius. Polyporum generis " Ozæna, dicta à graui capitis odore, ob hoc maxime Murenis " eam conſectantibus. Apud Pollucem legitur hanc Menulas, Se- " piolaſque venari.

a 9. Hiſt. c. 37.

b L. 9. c 30.

VSVS IN VARIIS.

PRæparatur ad cibum vtraque ſpecies eo quo ſuperior modo *a* Hippocrates ad vterorum cancros futuros præſcribit Bolbidia, & piſces cartilagineos. Et ſi vterus ad coxam auerſus fuerit, Bolbidia in vino, & oleo cocta laudat. Et rurſum eandem ſimiliter præparatam, aut Sepiolas ad menſes ciendos. Alias etiam in eiuſdem mali curatione. Ad veſperam, iubet, mazam cænare, ſi vero panem voluerit, & Bolbidia parua Polyporum generis, & Sepiolas patuas, in vino ac oleo coqui, & edenda dari. Ad venerem excitandam plus cæteris valere creditur, propter odorem. Nam vnguentati qui incedunt cæteris ſalaciores eſſe dicuntur. Non deſunt, inquit Bellonius, qui hanc exſiccent, vt fragrantiam veſtibus in arcis concilient. Nam moſchi odorem tum viuum, tum mortuum referre teſtantur plurimi.

a Lib. 1. de morbis mul.

CAPVT IV.

DE SEPIA.

Ordinis ratio.

SEpiam inter Mollia connumerari, plurimis veterum teſtimonijs comprobatum eſt, cum in vniuerſum de Mollibus loqueremur. Cur autem Loligini eam præfetamus, non alia nos mouet ratio, quam cum ſumma eius in varijs rebus vtilitas, qua longe Loliginem vincit, tum & corporis ſtructura, qua magis Polypum quam Loliginem refert. Nam quamuis, & Sepiæ, & Loligini ſint promuſcides, quibus Polypi deſtituuntur; tamen Loligo pinnas vſque adeo ingentes habet, vt ſe quandoque è mari eleuet, atque auium more per aera tranet, cum Sepiæ & Polypo eæ tam exiguæ ſint vt pedum potius, quam earum opera narare videantur. Recte itaque de Sepia primum dicemus. Nam, & eo modo primum de ijs agemus Mollibus, quæ non volant, vt ſunt Sepia & Polypus, deinde ijs quæ volatum exercent, vt Loligo eſt

ÆQVIVOCA.

ANtiphanes in piſcatrice, piſcium cupedijs mirifice deditos fuiſſe quoſdam recenſens apud Athenæum hos verſus habet.

Τῆς σηπιάδος πρῶτον Ἡράκλεις ἄναξ
Ἅπαντα τεθολώκασιν ἢν βαλεῖς πάλιν
Εἰς τὴν θάλατταν, κὢ πολιοῖς μὴ φῶσιν
Δωρεάς, ἀλλ' οὐδὲ σηπίας εἰλεφέναι.

Quæ ſic erunt vertenda.

O Sepiadis Hercules Rex
Omnia infuſcarunt non rurſum abiicies
In mare ac elues, ne dicant
Munera accipiſſe te, non ſepias

Hic Dalechampius comico ſale ſepias à poeta dici putat munera, quæ accipientium manus inficiunt, vt pecuniam & nummos Sed haud bene voculam σηπιάδος Sepiolæ tranſtulit, & non ſepiadis, vti optime ante eum verterat Natalis Comes. Eſt enim σηπιὰς promontorium à Sepijs ſic dictum apud Athenæum Etymologus promontorium Magneſiæ eſſe tradit, vel Theſſaliæ apud Iolcum: Euſtathius circa Athon, vbi Xerxæ claſſis cladem acceperit: ſic autem dictum volunt à Thetide, quæ Pelei nuptias fugiens, illic in Sepiam mutata ſit. Meminit huius Euſtathius in *a* Odyſſea. dicitur autem σηπιὰς ἄκρα, vel σηπιὰς ἀκτὴ, vt apud *b* Orpheum. Herodoto autem, & Ptolomeo σηπιὰς eſt Macedoniæ promontorium Cabo monaſtier Sophiano nominatur. Item ζωγρεῖ Sepiarum littus eſt apud Dyctim *c* Cretenſem, qui ſic vocatum addit propter ſaxorum difficultatem Eſt & Sepia mons Arcadiæ teſte Pauſania, non procul à Tricrenis, in quo ſepulchrum fuit Ægypti Elari filij, qui morſu ſepis ſerpentis intetijt. Herodotus Sepiæ loci quoque meminit circa Tyrinthum Peleponneſi, item ſcopuli diuerſis in locis iuxta littora Athenienſium. Sepiuſſa *d* Plinio iuſula eſt in Cetamico ſinu. Creditur Sypuntem ædificium eſſe Diomedis, quam Græci Sepiuntem nuncupant ab eiectis fluctu Sepijs reſte *e* Strabone Sipus, vel Sepius Ciuitas quæ nunc Sipuntum in Italia dicitur, à Sepiatum multitudine fluctibus eiectarum, vt recentior quidam tradit. Paulo Diacono Sepia locus Italiæ dicitur. Abrahamus Ortelius, dubitat num ſit Sæpinum. A Sepiarum multitudine, inquit Ambroſius Calepinus, quæ fluctus eijciuntur Sepias Apulori oppidum, quod hodie Mauſtedonia deuominatum eſt.

Dalecham pij error.

Sepias promontorium.

a Odyſſ. σ.

b In Argon.

c Lib. 6.

Sepia mõs Arcadiæ.

d L. 5. c. 31. Sepiuſſa.

e Lib. 6.

Sepia pro atramento ſcriptorio.

eſt. Sed Sæpinum Ptolomeo vrbs eſt Samnitum, hodie Sepinum autore Zoographo. Archippus Comicus in Piſcibus nominat Ἀρχέλιν τὸν αὐλητρίδα καὶ σηπίαν τὸν Θύρσον, quaſi mulieres quaſdã. Sepiam pro atramento ſcriptorio poſuerunt Latini vereres, & in primis poetæ, reſpicientes nimirum; vti ait Calepinus, ad piſcis eius ſanguinem, atramenti nigrorem referentem. Hinc *f* Perſius.

f Saty. 3.

Iam liber, & bicolor poſitis membrana capillis,
Inque manus charta, nodoſaq; venit arundo.
Tum querimur craſſus calamo quod pendeat humor.
Nigra quod infuſa vaneſcat Sepia lympha:
Dilutas querimur, geminat quod fiſtula guttas.

g Epiſt.

In eadem ſignificatione binis in locis accipitur apud *g* Auſonium primum vbi inquit.

Aut adſit ſi interpres tuus — *Cadmi nigellas filias*
Ænigmatum qui cognitor — *Melonis album paginam,*
Fuit meorum cum tibi — *Notaſq; furua Sepia,*
Cnidioſq; nodos prodidit.

h L. 7. c. 56.

Nam Cadmi filias poeta literas vocat. is enim è Phœnice in Græciam ſedecim literas attulit, vt refert *h* Plinius. Melonis paginam papyrum Niloticam (nam Nilus olim Melo dicebatur) notas Sepiæ, atramentum. Gnidios nodos, calamum, vt eleganter exposuit Angelus *i* Politianus. Idem rurſus poeta ſic alibi:

i In miſcel. cap. 39.

Aut cunctis pariter verſibus oblinat
Fuluam lacticolor ſpongia Sepiam.

Auſonius correctus. Fuluum quid. Furuũ quid.

Quo in loco pro fulua ſuſpicor legendum furua. Nam fuluum adiectiuum non conuenit atramento. Sumitur enim plerunque pro viridi colore, aut pro eo qui ex viridi, & ruſſo mixtus eſt. Furuum autem nigrum, & atrum denotat.

SYNONYMA.

a Lib. 7.

Σηπίαν ſcribit *a* Athenæus eſſe proxytonum, vt αἰπὰ εἰκία. Inuenio & σηπίας pro Σηπία apud Nicandrum. Latinis Græcorum nomine ſeruato, Sepia per è ſimplex appellatur. inepte enim apud quoſdam Sæpia per diphthongum ſcribitur, cum Σαιπία Græcis non dicatur, ſed Σηπία. Ridicule igitur Iſidorus Sepiam dici ait, quod ſepibus interclusa facilius capitur: & alius quiſpiam, obſcurus quod profuſo atramento piſcatoribus ſe veluti ſepit, & occludit. Non enim, vti dixi, vox prorſus Latina eſt, ſed à Græcis accepta. Melius itaque coniecit Adamus Loniceerus Sepiam dici, quod atramento, veluti putrida quadam ſanie, quam Græci σηπεδὼν vocant, abundet. Apud Thebanos Opiſtholia dicitur, vt teſtis eſt *b* Athenæus. Arabes Sarathan, & Sarthan vocant. Aggregator Rubien interpretatur Sepiam, ſicut auror libri Secretorum Galeno adſcripti. vtitur ea voce Auicenna Bellunenſis ſimpliciter ſpeciem piſcis eſſe ſcribit. in tabulis Elluchaſem Vrbien nominantur piſces, qui Venerem promoueant, calidi, & ſicci, difficulter concoquantur, ventrem laxent, Sepias eſſe quidam arbitrantur. Teſte Alberto Magno Sepias, & ſimiles piſces Auicenna vocat Fanage. Sipia pro Sepia ſuperioris ſeculi homines imperiti ſcribebant. Audiuit Zoographus Græcos hodie Calamariam vocare: quod nomen Loligini magis conuenit, tribuiturq; apud nonnullos, vt apud Italos, qui Loliginem peſce Calamaio nuncupant. Scoppa Grammaticus Italus Sepiam interpretatur, la Seccia, calamarro. Alioqui vbique in Italia teſte Matthiolo verus nomen retinet, exceptis Venerijs vbi Seppa dicitur, arque alibi Sceppa: circa Liguſticum mare Cepia, ſine mutato Rondeletius ab Italis Sopi, à ſuis Sepio, à Gallis Seche: Bellonius Maſſilienſibus & Genuenſibus Sopi nominari ſcribit, à Venetis Romaniſque priſco nomine Sepias, à Gallis autem vulgo Ciches; quod vt Græci Polypos, ſic Galli Sepias exſiccent. Nomenclatori Siba. Autor Gallicolatini lexici Sepiam nominat Seiche vel Boufron Sepiolam Caſſeron. Sed Rondeletius, & Bellonius Lolliginem patuam Gallice Caſſeron vocari docet. Xibia Hiſpanicum eſt, inquit Zoographus, fortaſſe Calepinum ſecutus qui Sepiam Hiſpauice exponit la Xibia peſcado. Anglis Sepia eſt à Cuttel, Cuttle. Eſt autem Germauicum nomen inquit Zoographus, proprieque inteſtinum ſignificat. Germani marium accolæ, vt idem tradit, Mollia omnia videntur Balckfiſch appellare. Superiores Germani aliqui Sepiam Araneum marinum vocant, ein Meerſpin: quod nomen ad Pagurum potius refert Zoographus. Belgis Spaenſche Seekatte vocatur, quaſi felem marinam Hiſpanicam dixeris.

b Lib. 14.

Etymon.

Fanage.

DESCRIPTIO.

a Lib. 7.

Sepia ſimilis Polypo, & Loligini

Sepeuſippus apud *a* Athenæum Sepiam, & Loliginem ſimiles eſſe ſcribit; cum tameu Epicharmus in Hebes nuptijs dicat.

Polypi, Sepia, volucresq; Loligines.

b L. 2. com. Dioſc. c. 20.

Matthiolus quoque Sepiam Polypo aſſimilari ait, præterquam quod hic innumeris pedibus excellat, illa vero maiore corporis mole. Mutianus teſte *b* Pliuio Nauplium animal quod in conchã conditur, Sepiæ ſimile tradit. Omnes autem vera dicunt, Nam partibus diuerſis conſideratis Sepia huic vel illi magis aſſimilatur.

c Depar. 4. cap. 8.

d Hiſt. 4. c. 1

Promuſcides.

Polypo quidem, quatenus exiguas, vt hic, pinnas habet: teſtatur enim *c* Ariſtoteles pinnulam Sepiæ eſſe anguſtam, per totum alueum circundatam. Plures tamen habere partes quibus cum Loligine conuenit, confiteri oportet, vt promuſcides teſte *d* Ariſtotele: Sepiæ, inquit, Loligines, & Lolij peculiares binas ſortiuntur promuſcides (προβοσκίδας) longas, acetabulo parte extima bino aſperiuſculas, quibus capiunt, & ad ora admouent cibos. Pedes has appellat *e* Plinius inquiens: Sepiæ & Loligini pedes duo ex his longiſſimi, & aſperi, quibus ad ora admouent cibos, & in fluctibus ſe velut anchoris ſtabiliunt: cęteri citri, quibus venantur. Cur autem binas habeant promuſcides tum Sepiæ, tum Loligines, Polypis vero eæ deſint, declarat Philoſophus his verbis. Cum itaque Sepiæ, & Loligines pedes habeant breues arque inutiles, ne æſtu maris tempeſtateque exturbentur ſaxis, vt quę de longinquo admoueant, ideo promuſcides binas prælongas habent, quibus veluti anchoris innitantur, ſeque ſtabiliant modo nauigij, tempeſtate vrgente, venenturetiam procul, orique è longinquo admoueant. Polypi promuſcide carent; quia pedes ad eundem vſum commodos habeant. Quod autem Polypis crura ſint prælonga, Sepijs vero, & Loliginibus breuia, idem *f* author tradidit pluribus in locis *g* alibique cauſſam declarat his verbis: Sepijs & Loliginibus breues ſunt pedes, Polypis vero magni. Alueum enim corporis Sepiæ, & Loligines habent magnum, Polypi paruum. Itaque quod natura Polypis ex corpore dempſerat, id in pedum longitudinem addidit: quod Sepijs, & Loliginibus de pedibus abſtulerat, eo corporis magnitudinem auxit. Præterea vt idem teſtatur, habent Sepiæ, & Loligines pedes ſupra dentes ſenos exiguos, eorumque nouiſſimos duos maiores: reliquos autem octonorum duos infrà omnium maximos. vt enim quadrupedibus crura poſteriora firmiora validioraque ſunt, ita ijs quoque maximi qui infra habentur: his enim onus ſuſtinetur, motuſque potiſſimum agitur duo etiam illi nouiſſimi maiores ſuis medijs ſunt, quia illis miniſtrent. Polypus medios quatuor habet maximos. Vides igitur Sepiam magis cum Loligine quam cum Polypo conuenire, quoad corporis ſtructuram, & formam. Quin etiam eodem *h* authore alueum corporis Sepia & Loligines habent magnum, Polypi paruum. Et alibi ſic inquit. Differunt Polypi à cæteris, quæ modo enumeraui, Mollibus; eo quod alueus Polypis paruus, cæteris vero amplus eſt: ipſa autem inter ſe diſcrepant, quatenus Loligo longior, Sepia latior eſt. Fiſtulam autem inter caput, & alueum prominere ex reſupinatæ Sepiæ icone, quam à Saluiano mutuati ſumus, cognoſcere licet. Apud Athenæum Antiphanes lepide Sepiam κυφόνωτον vocat id eſt dorſo gibbam. Præ cæteris Mollibus atramentum habet; copioſiſſimum, vti ex pluribus locis Ariſtotelis colligitur. Viſcera, *i* inquit, Mollium nullis: ſed habent quod mutem appellant: atrumque illum humorem, cui nomen atramentum, quod plurimum in Sepia eſt. & *k* alibi. Sed cum atramentum hoc Mollia habeant omnia, tum præcipue plurimumque Sepia continet. Habent autem copioſius atramentum Sepię, quoniam magis vtãtur, eodem teſte, idque *l* euenit, quia viram littoralem traducunt, & nihil quo ſibi auxilientur, aliud habent, quomodo Polypi & brachijs ſibi ſufficiunt, & coloris mutatione, quæ & ipſa accidit eis per merum, vt effuſio atramenti: Sepia igitur plus continet atramenti, & infra, quoniam copioſius: facilius enim & longius profundere maiori ex copia poterit. Continetur enim hoc atramentum in Sepijs infra ad alueum; Polypis vero & Loliginibus ſupra mutim potius. Rondeletius atramentum in Sepia non ea parte, quam μύπν vocant, contineri, non ſine firmis rationibus diſſerit contra Athenæum & Plutarchum grauiſſimos ſane autores. Hic enim *m* de Sepiæ atramento diſſerens, cum inquit, ſint id genus cautionum, circumſpectionum, euaſionumque exempla permulta, hoc vnum Sepiæ præterire nullo modo poſſum. Veſiculam hæc (ſic nominatur) collo dependentem (παρὰ τὸ τράχηλον ἔχει) habet, atro liquore (atramentum vocant) plenam. Et Athenæus citans Ariſtotelem ſic ſcribit. Ἐν δὲ τῇ μυτίδι ὁ θολός ἐστι: αὕτη δὲ κεῖται παρ' αὐτῷ τὸ στόμα. κύστεσι τρόπον ἐπέχουσα, id eſt, vt vertit Rondeletius: Eſt in mytide atramentum, quæ ad os ſita eſt, folliculi ſiue veſicæ modo. Sed qui *n* Ariſtotelis verba diligentius conſiderat, eum aliter ſenſiſſe comperiet. Σπάγχνον δ' ὀδὲν ἔχει τῶν μαλακίων, ἀλλ' ὃν καλοῦσι μύπα, καὶ ἐπὶ ταύτῃ θολον. Viſcera Mollium nullis: ſed habent quam murim appellant, atrumque illum humorem, cui nomen atramentum. Neque eſt quod quis ἐπὶ ταύτῃ, in ea, muti ſcilicet, interpretetur: ſequentia enim reclamant, & ἐπὶ ταύτῃ, poſt hanc interpretari oportete docent. Ἡμῦν ὖν μύπα κεῖται ὑπὸ τὸ στόμα, καὶ διὰ ταύτης τείνει ὁ σύμαχος: ὃ δὲ τὸ ἕτερον ἀνατείνει, κάτωθεν ὁ θολός, καὶ τῷ αὐτῷ ὑμένι ἔχει περιεχόμενον τὸν πόρον τῷ ἐντέρῳ, id eſt: Muris ſub ore eſt, & per eam gula tendit: at vero atramentum infra continetur, qua inteſtinum petere incipit ſuperiora, foramenque ſuum eadem obuolutum habet membrana, qua inteſtinum, ſed quid, inquit Rondeletius, tamdiu immoramur? controuerſiam iſtam ſtatim diremerit interiorum Sepiæ partium anatome, qua inſpecta nullus eſt niſi plane cæcus, qui non ſenrentiæ noſtræ facile ſit aſſenſurus. Idem videbit mutim colore eſſe flauo, laxa fungoſaque ſubſtantia, parenchyma potiusquam folliculum, aut veſicam. Galenus in Exegeſi vocum Hippociaticarum, Μύπς inquit, τὸ ἐν τῇ σηπίας στόματι μέλαν, ἀλλὰ καὶ ἰχῶρ ὑπὸ τοῦ Ἱπποκράτους δηλοῦται, hoc eſt, atramentum quod in ore Sepiæ continetur: ſed & piſcem quendam apud Hippocratem ſignificat. Μύπς apud Heſychium ſcribitur, & exponitur τὸ μέλαν τῆς σηπίας ὅταν ἐν τῷ στόματι ἔχουσι ἐκκρίνει; Sepiæ atramentum quod ore continens excernit. Annotatur & piſcis quidam dici feminini generis non ſine mare paſtum quærens, forte erit Sepia. Ὄλον vt notat Galenus in Lexico Hippocratico atramentum Sepiæ dicitur, item ὄπρον. Nicander hunc atrum humorem χόλῳ id eſt bilẽ appellauit

e L. 9. c. 28.

Pedes,

Sepijs cutbreuia crura.

f Hiſt. 4. c. 1.

g De par. 4. cap. 9.

Pedes quot & quales.

Alueus.

h De par. 4. cap. 9.

Fiſtula.

Atramentum.

i Hiſt. 4. c. 1.

k Hiſ. 4. c. 5.

l De par. 4. cap 5.

m L. de ſolert anim.

n Hiſ. 4. c. 1.

Μύπς quid.

Μύπς quid.

Philes

Ἀπόσφαγμα. Philes recens author ἀπόσφαγμα, quo etiam vocabulo vtitur Ælianus, dum Sepia, vt oculos piscatorum persequentium fallat, tradit his verbis σωτεῖται ἐκεῖνη παρῆκε τὸ ἐξ αὐτῆς ἀπόσφαγμα, καὶ κατάχεται αὐτῆς Galenus in Exegesi ὑπόσφαγμα interpretatur, quod atramenti Sepię seu sedimentum est, οἷον ὑποτρυγῶν Hipponas quoque σηπίης ὑπόσφαγμα dixit in Iambis. Interpres (inquit o Athenæus) eis piscis atramentum (τὸ μέλαν) exponunt. At Erasistratus in Opsartytico, intritu esse vult, his verbis: Hyposphagma fit è carnibus assis, vel elixis, ac sanguine cum sale, caseo, lacte, & olerum folijs bene olentibus, concisis. Scripsit p Aristoteles Sepiæ atramentum noctu præfulgere, vt quorundam piscium capita: cuius fulgoris caussam ibidem addit, Tradit q alibi Sepiæ, Loligini, & Lolio partes duras ac solidas intus per dorsum & corporis prona contineri, quas non eodem appellent nomine: sed quod insertum Sepijs est, σήπιον, quod in Loliginibus, gladiolum. Differre enim, quod Sepium robustum latumque sit, inter spinam & os mediam præ se ferens naturam, fungosam intra se complectens, & friabilem corpulentiam: gladiolus vero arctior & cartilaginosior sit. Forma item discrepare, videlicet pro alueorum modo, quibus ipse insertus continetur. r Alibi quoque in Sepia magnum Sepium, in Loligine paruum gladiolum esse tradit, addens rationem his verbis. Nam id quoque (inquit, Mollium genus) arcet vesica: quantumque terrenum maxime sit, in atramentum secernitur, & plurimum Sepiæ consistit, quoniam plurimum terrenæ materiæ habeat: argumento est Sepium quod tale tantumque sit. Meminit quoque huius Sepij Athenæus ὄστρακον ipsum vocans: inquit enim ἔχει σηπία τὸ λεγόμενον ὄστρακον ὀπίσω νώτου, id est habet Sepia in dorso, quod ostracum vocatur. Et sic quoque appellat s Dioscorides. Columella testum appellauit, nisi testam legere mauis, vt Ruellius legisse videtur, qui ὄστρακον in Dioscoride, vbi loquitur de Sepia testam transtulit. quidam etiam corticem & os vocant. Germani **Fischbein**, Belgæ Seeschuym. Vsum autem huius ossis nobis declarat Aristoteles sic inquiens. Habent Mollia quod piscium spinis proportionetur, vt Sepiaq; Sepium vocant Loligines quod gladiolum: Polypi nihil huiusmodi habent: quod eorum alueus breuior est, illorum procerior. Ideoque vt directus inflexusque maneret, natura his adminiculis faciendum censuit. Os hoc exemptum è Sepiæ dorso, candidum est superiori parte, durum ac læue: inferiori autem fungosa quadam medulla repletum, quæ & læuiter aspera, & ligni modo frequentibus venis distincta visitur. fungosum hoc supina parte natura esse voluit, ne facile immergatur, vt optime censet Bellonius. Volaterranus atramentum Sepiæ, inepte sepium vocauit. Sepijs quoque & Polypis teste t Philosopho venter similis est, tum figura, tum tactu. At ijs quas Loligines appellamus, bina quidem conceptacula ventris speciem gerunt. u Alibi etiam tradit vuluam ita Loligini & Sepiæ articulatā esse, vt bifida cernatur: cum Polypi vterus specie rotunda conglabataque sit. Sepias quoque aliquas in bina augeri cubita notum est ex eodem x autore. Et y Plinius cum de ingenti illo Polypo Carteiæ in Hispania capto dixisset ex Trebio Nigro, hæc subdit ex eodem scriptore: Sepias quoque & Loligines eiusdem magnitudinis expulsas in litus illud, idem autor est. In nostro mari Loligines quinum cubitorum capiuntur, Sepiæ binum. Damus hic Sepiæ iconem prouam & supinam partem exptimentum, ex Saluiano, qui eam omnium optime expressit.

Υπόσφαγμα. o Lib. 7.

p L. de sens. & sensato

q Hist. 4 c. 1.

Sepium

r De partib. 4. cap. 5.

Ὄστρακον s L. 2. c. 23.

Vsus Sepij

t De gener. cap. 8.

u De gener. cap. 8.

Magnitudo.

x Hist. 4. c. 1.

y L. 9. c. 30.

LOCVS

SEpię Litoralem potius quam pelagicam vitam esse scribit a Cardanus, sed tantum litoralem prodidit Aristoteles, ac maris cauernas incolere b Oppianus. In summa marinum animal est Sepia, nec vsquam in dulci aqua nascitur, aut ad flumina è mari adnatat. Abundant in septentrionali Oceano quod cuipiam mirum fortasse erit, quod cum frigida & exanguis sit Sepia, tam frigida degat aqua. Strabo duorum cubitorum Sepias circa Carteiam repertas tradit, vt Latina haber translatio; sed Græcus codex legit τοῦθίδας, id est Loligines, & similia duorum cubitorum in eo mari fieri. Diximus supra ex Plinio, quam ingentis magnitudinis Sepiæ in litus circa Carteiam expulsæ fuerint. Bellonius maiorem Sepiarum copiam in Gallia quam in Italia esse testatur. c Bartholomæus Scappus qui de re coquinaria doctissimos libros Italico sermone composuit, in mari Adriatico maiorem esse Sepiarum copiam, quam in Tyrrheno ait. Archestratus plurimarum rerum cognitione clarus canit:

Σηπίας δ' Ἀβδήροι τε Μαρωνίαν τ' ἐνὶ μέσῃ
In Abderis Sopia, ac in Media Maronea.

Quibus versibus eas videtur extollere, quæ prope Abderas & Maroniam capiuntur, tanquam ad cibum præstantissimas. In Ponto non est Sepia, cum Loligo reperiatur teste Plinio.

a De sanit. tuen.

b De par. 4. cap. 5.

c L. 3 c. 104

VICTVS.

SÆpiatum victus est ex pisciculis, atque etiam è mugile, quem quandoque venatur lougis promuscidibus, vt prodit a Aristoteles. Quin etiam maiores quandoque pisces vincere b alibi idem tradit. c Athenæus pusillis, inquit, pisculis aluntur Sepiolæ (μικραὶ σηπίαι) distentis suis promuscidibus, veluti lineis piscatorijs, illos venantes.

a H 9. c. 37.

b Hist. 8. c. 2.

c Lib. 7.

ÆTAS.

HIs quoque vt Polypis angustum viuendi spacium natura concessit. Exemptis enim paucis bimatum non completur, inquit a Aristoteles: Vnde b Plinius de Sepia & Loligine locutus, neque his, inquit, bimatu longior vita. Et c Athenæus, Ad bimatum Sepiæ vita non producitur, velut nec Polypi. Si historia, quam tradit Plinius de ingenti Polypo dolij magnitudine, longitudine pedum triginta vera perhibetur, inquit Mathiolus, nullum sequetur absurdum, quin Polypi & denis, & bis denis annis viuere possint. Quod etiam tum Sepijs, tum Loliginibus euenire posse non dubitarim, præsertim cum eodem loco scripserit Plinius, Sepias Loligineſque eiusdem Polypi magnitudine in Hispanico litore vndis expulsas esse repertas; Hæc Mathiolus. Cui his verbis reclamat. Zoographus; Atqui vitę longitudo corporis magnitudinem non sequitur, vt in libello de vitæ longitudine indicat Aristoteles: cuius in hac parte authoritas conuellit à Mathiolo non debuit. Certe nec in eodem genere nec in diuersis, magna paruis cōparata, simpliciter viuaciora dixeris. & cum inter miracula Polypi tam grandes sint, nec in mediterraneo (de cuius maris piscibus Aristoteles scripsit) sed Oceano; quid inde de Polyporum viuacitate pronuncies absolute? Hactenus Zoographus.

a H. 5. c. 18. & h. 8. c. 37.

b L. 9. c. 30.

c Lib. 7.

CAPIENDI RATIO.

AVthor est a Aristoteles Sepiam odore escarum allectatam capi. Ad Sepiam capiendam quædam conscripsi cum de Polypo ageremus. Tarentinus accipit salis ammoniaci drachmas sex, cepæ drachmas duas, adipis virili drachmas sex; hac esca ferramenta, ad formam fabarum reducta, atq; illita admouet, & sponte ad odorem progredi seque ipsas tradere Sepias asserit. Alia esca ex eodem. Fæcem vini sine aqua, alleo contundito, ad locumque accedens mari ipsam iniicito. Sepiæ siquidem videntes quod (fæx descendat ac petatimum) nigrum ipsum relinquent, atque illuc se conferent, vbi oleum sese illis ostenderit: easque tunc comprehendito. Ad Sepiam capiendam neque nassæ, neque retium insidijs opus est: sed amoris illecebris eam hoc modo, quo scripsit b Oppianus, piscantur; qui interprete Lippio hæc canit:

Non fortunato cata Sepia carpitur igne,
Qua multa in pelago potuit vitare pericla,
Iam non lina fugit non densi vimina septi
Eliciunt illas piscantes æquore toto
Fæmineam appendunt pestem, ducuntq; per æstus.
Postquam è conspectu vaga fæmina tracta per æquor
Cernitur à maribus, subito amplectuntur amatam
Atq; volubilibus nodis spirisq; rotati
Implicitam ramis stringunt cupiuntq; teneri.
Ac veluti virgo fratrem mitemq; parentem,
Qui longe à patria fuerat iam tempore longo
Incolumes cernens tenuis complectitur vlnis.
Ac veluti nuper iuuenis formosa puella,
Aurea quam vinclo vinxit Cytherea benigno
Arrepta ad thalamum sponsi complexibus hæret
Candida dilecto circundans brachia collo;
Inq; rudi nodo consumit tempora noctis,
Sic ista implicita Veneris nec munera linquunt
Talis connexa nodo, nec vincula soluunt.
Donec piscator capiat, cymbaq; reponat,
Connexaq; simul subeant crudelia fata.

a Hist. 4. c. 8.

b Halieu. 4.

Nassis etiam vt capiantur sequentibus hisce docet versibus idem Poeta:

Has etiam nassis capiunt sub tempore verno,
Nam curtum septum myrti de fronde coronant,
Et iungunt virides frondes, quas horrida gignit
Arbutus, atq; alijs foliis hoc vimen opacant
Cum coitum capiant, & dulces soluere partus
In caueam properant, & strata fronde quiescunt,
Sic amor expletur misera cum morte protertus
Pisces in sicam clausi ducuntur arenam

Scribit Isidorus Sepiam dictam, quod facile sepibus inclusa capiatur; Vera itaque forte erit hæc capiendi ratio quamuis sit falsa etymologia. Massiliæ vidit Gillius ad hunc modum capi. Speculum in lignum incisa ex chorda appensa in aquam piscatores demittunt, & lensim fluitantia trahunt: Sepia ad sui simulachrum se iaculatur, ac suis flagellis lignum circumplicans dum se apparentem in speculo amatorie intuetur, interea reticulo circumuenta subducitur. Eustathius scribit etiam aues coturnices laqueo aute speculum posito capi.

SEXVS.

DE Mollium sexu loquens a Aristoteles, Cum vero, inquit, mares in hoc genere à fæminis differunt, tum vel maxime Sepiæ id probant. Mas enim prona sui corporis nigriora supinis potius, partesque omnes asperiores habet, quam fæmina, & lineis interuenientibus varias, caudam etiam acutiorem. Et b alibi marem à fæmina internosci scribit, quod mas vatius, magis, quam fæmina dorsoque atriore est. Quod sic transtulit c Plinius: Sepiarum generis mares varij nigriores constantiæque maioris: nimi-

a Hist 4. c. 1

b H 5. c. 12 Athen li. 7.

c L. 9. c. 29.

nimirum in auxilio fæminis fetendo. Traditum rurſus à Philoſopho eſt fæminam inteſtina continere duo, veluti mammas, quæ ſi aluo diſſecta inſpectes, facile videris; his marem omnino carere.

COITVS. PARTVS.

a Lib 11. c. 6. Orig. IN coeundo, inquit *a* Iſidorus, obſcœnum genus eſt. nam ore concipit ſicut Vipera Quod falſum eſt. Melius itaque Rondeletius, Sepias fiſtula coire & parere exiſtimat. b Ariſt. etiam hoc opinatus eſſe videtur, quum inquit: Sepiæ ac Loligines ora applicantes, & brachia inter ſe componentes, natanteiq; in aduerſum coeunt. Narem etiam dictam (τὸν καλούμενον μυκτῆρα) in na-
,, tem inſerunt. natatus alteri retrorſum, alteri anteuerſus in os
,, agitur. pariunt eà ſui corporis parte quæ fiſtula dicitur, qua &
,, coire eas nonnulli arbitrantur. Quæ ſic tranſcribſit *c* Plinius:
Sepiæ & Loligines linguis, componentes inter ſe brachia, & in contrariũ natantes: ore & patiunt Neq; eas linguis coire (vti Pli-
,, nius ſentire videtur, de coitu enim ibidem tractat) neq; ore parere (vt idem expreſſe teſtatur) Ariſtoteles prodidit, rationiue cõſonum eſt (inquit Saluianus.) Quod enim Ariſtotele authore non ore ſed fiſtula patiãt, clare adeo patet ex proximis eius citatis verbis, vt non ſit opus probatione. Quod vero neq; ore vel linguis, vt loquitur Plinius, eas coire aſſeueret, clarum etiam eſt. Nam etſi inquiat Sepias coeuntes inuicem ora admouere & applicare: nõ propterea eas oribus coire teſtatur. Nec eſt vt pro defendendo Pliuio alium Ariſtotelis *d* locum adducam, in quo legitur: Mollia, enixu complexuq; mutuo brachiorum coeunt, ſic n. coniungi neceſſe eſt: quando Theodori huius loci interpretatio, & non Ariſtotelis ſententia pro Plinio pugnet: Scribit enim Ariſtoteles: πόδ δὲ μαλάκια συμπλέκεται μὲν καὶ ὁ τόμα, αὐτὸ δὲ ἱστοῦσι καὶ ἀλλήλους τὰς πλεκτανάς. συμπλέκεται δὲ τὸν τρόπον τοῦτον ἐξ ἀνάγκης: hoc eſt Mollia autem complicantur ore, renixu complexuq; mutuo brachiorum: complicantur autem hoc modo ex neceſſitate. & non vt vertit Theodotus, Mollia ore coeunt. Athenæus ſuperioris loci Ariſtotelis ſic etiam meminit Idem (inquit) *e* Ariſtoteles lib quinto de animalibus author eſt, Sepias & Loligines coire amplexas inter ſe corpora, adaptanteſq; mutuo ex aduerſo uarem (μυκτῆρα) & brachia. Oua autem concipiunt, quę qualia nam ſint, *f* Philolophus exponit his verbis: Sepiæ alueus bipartitus eſt, oua candicãtia grandini ſimilia complectens permulta. *g* Et rurſus alibi, Sepijs oua gemina apparent, quoniam vulua earum ita atticulata eſt, vt bifida cernatur. Sepiarum oua qualia è mari eijciuutur, ex Rondeletio hic adpinximus Noſtri inquit taccmum marinum vocant à ſimilitudine racemi vuæ vitis, quem ab vua Plinij multum differre exiſtimo. Eſt enim Plinij vua floreuti vuæ ſimilis, vt ſuo loco declarabimus. hic oua ſunt duntaxat, florenti vuæ uullo modo ſimilia. Hacteuus Rondeletius. De ouis autem Sepiarum rurſus hæc *h* Ariſtoles. Sepiæ oua edunt ſimilia myrti baccis magnis
,, & nigris: atramentum enim ſuperfundunt. cohærent inter ſe o-
,, mnia ad ſpeciem racemi, vni cuidam nexui obducta, nec facile
,, alterum ab altero detrahi poteſt. Mas enim humorem quendam
,, emittit, cuius lentore ſibi adhæreſcuut, & augeſcuut. Cum pri-
,, mum edita, candida ſuut, atq; exigua, mox attamento perfuſa,
,, nigra maioraq; redduntur. Tempus autem & módum partus idẽ
,, author his verbis declarat. Mollia vetno tempore patiunt, &
,, Sepia in primis. parit hęc omnibus anni temporibus: perſcuetat-
,, que iu edendo ouorum numero dies quindecim. Et *k* alio loco:
,, Ferunt vterum Sepiæ vetno tempore, patiunt iutra diem decimum quintũ. Ex quo liquet manifeſtiſſime etrorem in codicibus Athenæuei, hæc eadem Ariſtotelis verba citantis, irrepſiſſe. Nam inquit, τῶν δὲ μαλακίων τίκτουσι πρῶτα τὰ ἔαρ ἀμ σηπίαι, καὶ οὐ κύουσι πάσων ὥραν, καὶ κυίσκονται πέντε καὶ δέκα ἡμέρας, id eſt, Mollium autem Sepiæ primæ vere patiunt: & non concipiunt omnibus tẽporibus, pariuntq; pet quindecim dies. Expungenda igitur negatiua patticula οὐ ceũ perperam inſerta. Idem confitmat *l* Plinius, qui Sepiam omuibus menſibus parere ſcripſit. Locum præterea quo pariunt, indicat *m* Ariſtoteles dicens: Sepia parit iuxta terram
,, inter algas, & arundines, & ſi quod aggeſtum tale inicctum ſit,
,, vt ſermenta, aut lapides, aut quælibet alia materiei congeries.
,, Et quidem piſcatores de induſtria faſces ſarmentorum diſpo-
,, nunt. Hæc perlibenter in eis loculamentis parit, prolixam il-
,, lam continentemq; ſeriem ouorum, qualis citri, muliebris ſpecies eſt. Et *n* turſus: vbi de cartilagineis Locuſtæ marinæ appen-
,, dicibus eſſet locutus: Partus enim, inquit, in ijs recipitur, vt Sepiarum ſarmentis, & qualibet colluuione collocatur. Vnde hæc *o* Plinius: Sepia in tetreno patit inter arundines, & ſicubi enata alga: excludit quintodecimo die. Sed hoc mirum quod eodem capite dicat Plinius, Loligines in alto conſetta oua edere, vt Sepias. cum Sepias littoralem non pelagicam vitam traducere conſtet. Niſi ita hic locus intetpretandus ſit, vt videatur dicere, Loligines conſerta oua edere, vt Sepias. Potro modus patiendi eis hic eſt, vt prodit *p* Philoſophus. Enititur aluum per interuallá reprimens, inſpergitque attamentum, interpoſita quiete, vtpote cum non ni-
,, ſi cum labore emittat. Præterea vt idem ait: Mas Sepia oua quæ
,, fœmina edidetit, perſequitur, ſuum ſemen aſpetgens: quod vel
,, in reliquis eiuſdem generis fieri ratio eſt Idem *q* alibi: Mas, in-
,, quit, humotem quendam mucotis mittit, cuius lentore tena-
,, citer oua ſibi cohæreſcunt, ac creſcunt. Etiam hæc & cum pti-
,, mum edita candida ſunt, atq; exigua: mox atramento perfuſa
,, nigta maioraque redduntur: *r* Et alio in loco: Quoties autem,
,, iuquit, ederit (fœmina) mas è veſtigio ſequens, atramentum ouis ſuperinfundit, atq; ita efficitur vt ſolideſcant. Sed non ſatis hunc locum Gazam aſſecutum eſſe Rondeletius putat Græca autem verba hæc ſunt: Ὅταν δὲ ἡ σηπία ἐπιτίκῃ τὰ ὠά, ὁ ἄρρὴν παρακολουθῶν καταφυσᾷ τὸν θολὸν, καὶ γίνεται φθορά. Huius malæ conuerſionis, inquit Rondeletius, occaſionem dedit dictio temere adiecta τὸν θολὸν poſt καταφυσᾷ quam delendam eſſe conuincit *s* Plinius, qui Ariſtotelis locum ſic interpretatus eſt. Oua eius (Sepiæ) glutino attamenti ad ſpeciem vuæ cohærentia, maſculus proſequitur afflatu, alias ſtetile ſcunt. Vides hic Plinium pro καταφυσᾷν proſequi afflatu reddidiſſe. His accedit Athenęi authoritas locum Ariſtotelis citantis. Ὅταν δὲ τίκωσι σηπίαι τὰ ὠά, ὁ ἄρρὴν παρακολουθῶν καταφυσᾷ καὶ φθορᾷ. Vides hic τοῦ θολοῦ mentionem nullam factam. Poſtremo non mas, ſed fæmina, vt prius ex Ariſtotele petſpicuum fuit, ouis attamentum aſpergit. Hactenus Rondeletius. Vetum Zoographus & Saluiauus uon θόλον, ſed vna mutata littera θόρον, id eſt genituram, legunt. Verbum quidem φθορᾷ, inquit Zoographus quod apud Athenæum legitur, in vſu non eſt: & apparet hunc Athenæi locum eſſe mutilum, vt in multis alijs. Plinij etiam interpretatio: Maſculus perſequitur afflatu &c. non tanti eſt quin Ariſtotelem ipſum ſuis alibi verbis ſeſe interpretantem ei præferamus. καταφυσᾷν verbum ſi abſolute profetas; ſpiritum & aerem contra aliquid emittere ſiguificat: at piſces in aqua quomodo anhelate, aut ſpirate aerem poſſunt? Nam vt Rondeletio donemus piſces ptoptie dictos ſpirare, Mollia tamen & cx anguia non ſpirabunt. at ſi accuſatiuum addas, aliud quippiam cum ſpiritu, vel tauquam cum ſpiritu emittete ſignificat. idem ſcilicet quod καταῤῥαίνειν, id eſt aſpergete: vel καταφίειν, id eſt contra aliquid emittere. Mas igitur Sepia τῶν ὠῶν καταφυσᾷ τὸν θόρον, humore gentiali ſuo oua conſpergit, genituramq; eis affundit. Nam & lib. 3 cap. 7. de gener. anim. Ariſtotcles piſcium omnium oua, niſi mares ſemen ſuum aſpetſerint (ἐπιῤῥαίνειν τὸν θόρον dicit, vel ἐπιραίνειν) augeti & vitalia eſſe negat. Et mox ſequenti capite: τὰ μὲν ὅλα καραβώδη τὰ θήλεα, ἀνεῳγὸς αὐτὰ πάντα τὸν τόκον: τὰ δὲ μαλάκια ἔξω. καὶ τοῖς μὲν θήλεσι (malim κυήμασι) τῶν μαλακίων ἐπιῤῥαίνει subauditur τὸν θόρον, ex præcedenti capite) ὁ ἄρρὴν καθάπερ οἱ ἄρρενες ἰχθύες τοῖς ὠοῖς: καὶ γίγνεται (ſupple τὸ κύημα) συνεχὲς καὶ κολλῶδες. hic συνεχὲς καὶ κολλῶδες dixit, quod libro quinto hiſtoriæ φθορόν. Rurſus hiſt. 5. c. 18. cauſam reddens, cur oua illa inter ſe racematim cohæreant, ſic ſcribit: Ἀφίεσι γὰρ ὁ ἄρρὴν ὑγρότητά τινα μυξώδη, οὗ τῇ γλιχρότητι παρίεται καὶ αὐξάνεται. Aſtipulatur ſententiæ noſtræ vetus translatio, quam author de naturis rerum recitat, his verbis: Sepia fæmina cum ouat, mas eam ſequitur, & ſuper oua ſemen inſufflat, vt viuificentur. Item Wottoni: Quotics ediderit oua, mas è veſtigio ſequens humorem fœtificum ouis ſupetfundit, atq; ita efficitur vt ſolideſcant. Hæc Zoographus. Cætcrum ſunt Sepiarum oua racematim compacta, & tanquam à pediculo dependentia, oblonga, in tio baccæ myrti, tandem, ſi maris ſemen contigerint, auellanæ nucis magnitudine, folliculo vel membranula cõtecta, cohærentia: foris effuſo atramento nigra, intus alba. Quæ ibi continentur oculorum humoribus ſimilia ſunt, vti tradit Rondeletius Primum enim aqueus & tenuis humor effluit, mox alius priore craſſior, tertius veluti cryſtallinus. Vbi hæc oua Sepia peperit, & ſemiue maris aſperſa ſunt, ijs incubat diligentius quã cætera Mollia, vt his vetbis teſtatum reliquit *t* Ariſtoteles: Cum genus omne cruſtatum ſibi iuncta contineat oua, & ſic foueat, "
Polypus & Sepiæ, & teliqua eius generis eiuſdem oua quæ pepereriut, abſolura fouent, & præcipue Sepia: quippe cuius ſæpe- "
numero alueus iuxta terram dum hoc facit, appareat. Et vt idem "
u author eſt: Mox oua edita Sepiæ craſſitudinem acinorum vuæ "
minotum intra diem decimumquintum capiunt. Quæ (ſi prius "
proleiam perfecta abſciderit oui membranam) ſtetcuſculum "
mittunt ſuumq; præ metu colorem mutaut ex candicante in ru- "
biuſculum. Vnde dixit *x* Plinius. Excludet Sepia decimoquin- "
to die. Prodeunt autem ex ſingulis Sepiarum ouis ſingulæ Sepi- "
olæ teſte *y* Philoſopho. Sed quomodo prodeant, idem declarat "
his verbis. Cum Sepiola iam intus conſtiterit, videlicet tota ex "
cand.do oui interno concreſcens, tum rupta oui membranula "
proles exit: primum pars illa interiot candida veluti gtandocon- "
ſiſtit, cum fæmina ſuum atramentum aſperſerit. Naſcitur enim "
Sepiola ex ipſo candicante corpuſculo vetſa in caput, modo aui- "
um ventre annexo. Sed qualiſnam ſit in his annexus vmbilici, "
nondum explotatum habemus. Conſtat tamen candidum illud "
ſubinde diminui; dum Sepiola augetur, & ad poſtremum, vt lute-
um auibus, ſic candidum his aboleri. Primum oculi grandes in his quoque, perinde ac in cæteris apparent. Sit ouum a.b.c. oculi: d Sepiola ipſa: e hoc ipſum. Niphus poſteriora verba hæc ſic legit. Sit a ouum: b c. oculi: d Sepiola ipſa, ita vt vetba hæc πόδ ἐφ' οὗ τὸ e abundent. Saluianus autem ſic. Sit a ouum, b c oculi, d Sepiola, e hoc ipſum. Adhæret autem teſte *z* eodem Philoſopho, ouo Sepia naſcens parte ſui priore: hac enim tantum poteſt adhærete, cum hæc vna partem poſteriorem & ptiorem eodem modo habeat. Poſttemo vbi, inquit, Philoſophus: Pariunt intra diem decimumquintum, ἀποτίκτουσι ἐν ἡμέραις ιε, aliqui vertunt, perſeuerare eas in edendis ouis, ſiue in partu dies quindecim: quod an magis conueniat, an à conceptu potius ad partum vſq; tot dies numetari, conſiderandum.

Athen. correctus.

Quo tẽpore patiant.

Non coire ore.

Gazę error

Quomodo pariant.

Ouorũ exacta deſcriptio.

Incubatio.

Aristoteles correctus.

Athenæi locus notatus.

b Hiſ. 5. c. 6.

c L. 9. ca. 31.

d Lib. 1. de gen. cap. 15.

e Lib. 7.

f Hiſ. 4 c. 1. Oua qualia.

g De par. 3. cap. 8.

h hiſt. 5. c. 18

i Hi. 5. c. 12.

k H. 5. c. 18.

l Li. 9. c. 51.

m H. 5. c. 18.

n H 5. c. 17.

o Li. 9. c. 51. Plinij loc⁹ explicatus.

p H. 5. ca. 12

q H 5. ca 18.

r Hi. 5. ca. 12

s Li. 9. c. 51.

t H. 5. c. 18.

u Ibidem.

x L. 9. c. 51.

y H. 5. c. 18.

z De gener. 3. cap. 8.

MORES. INGENIVM.

a H. 5. c. 12. b Hist. 9. c. 1. c L. 9. c. 29. Fæminæ mares auxiliantur.

COniugatim mas cum fæmina incedere solet, inquit *a* Philosophus. Et *b* alibi, cum Sepia, inquit, icta est tridente, mas fæminam adiuuat, fæmina mare percusso fugam arripit. Eadem sic *c* Plinius: Percussę tridente fæminæ auxiliantur: at fæmina icto mare fugit. Confirmat idem Athenæus inquiens: Aiunt quoque fæminæ tridente percussæ, ac captæ mares auxiliari eam in aduersum retrahentes: maribus autem captis in fugam fæminas se conijcere. Testatur *d* Atistoteles Mollium omnium astutissimam esse Sepiam. Nam sola, inquit, hæc suo vtitur atramento, non modo cum metuit, (nam dixerat *e* autea inter omnia Mollia Sepiam præcipue præ metu attramentum suum effundere) verum etiam abscõdendi caussa. Polypus atque Loligo atramentum præ metu mittunt: Cæterum Sæpiæ, vt dixi sæpe & sine pauore suo vtitut atramento ad se occultandam, & cum progressa paululum se ostendetit, redit in atramentum Idem confirmat vetus poeta *f* Nicander qui cum scripsisset Leporem marinum sordidatum, dum recens in lucem editus est, Loliginis inferri subtilibus comis, perinde ac si proles esset Loliginis. aut σηπιάδος φυξήλιδος, id est Sepiæ fugitiuæ, causam cur fugitiuam appellauit addit:

d H. 9. c. 37. e Hist. 4. c. 1. f In Alexipharm.

——————— ἡν μελαίνει
Οἰδμα χολῇ δολόεντα (δολόεσσαν) μαθοῦσ' ἀγρώστερος ἰξμιλιὼ.

Id est

——————— *qua obfuscat*
Fluctus sua nigredine dolosum animaduertens piscatoris impetum.

g In Halieu.

De eodem astu sic meminit *g* Ouidius:

Sepia tarda fuga, tenui cum forte sub vnda.
Deprehensa est, iam iamq; manus timet illa rapaces
Inficiens aquor, nigrum mouet illa cruorem
Auertitq; vices oculos frustrata sequentes.

h L. 9. c. 29. i De anima. 1. cap. 34. k Lib. soler. de animal.

Vnde & *h* Plinius ait: Ambo autem (mas scilicet, & fœmina Sepia, de ijs enim loquitur) vbi sensere se apprehendi, effuso atramento, quod pro sanguine his est infuscata aqua absconduntur. De eadem quoque astutia hæc *i* Ælianus: Cum se à peritis piscatoribus captari cognoscit Sepia, suum atramentum emittit, quo circumfusa, ab oculis piscantium remoueatur, eorumque perstringit oculos: piscatores vero cum sit in eorum oculis, nil tale vident. Sic Ænea tenebris circumsepto fesellit Achillem Neptunus, vt ait Homerus. Nec dissimilia ab his sunt quæ scribit *k* Plutarchus: Cum autem, inquit, multa præterea sint prudentiæ in præcauendis, & effugiendis insidijs exempla, Sepiæ artem præterire non conuenit. Vesicam enim iuxta collum habens plenam atro humore (Tholus is vocatur) vbi deprehenditur, hunc effundit foras, tenebrasque circa se efficit mati infecto, vt piscatoris conspectum subterfugere possit: imitans deos Homericos, qui quos saluos volunt, cœrulea sæpenumero nube obiecta eripiunt atque suffurantur. Hæc sic ab Oppiano canuntur Lippio interprete.

Quin & natiua fœcunda est Sepia fraude.
Est liquor in tumida concretus turbidus aluo,
Qui fuscus piceam superat caliginem massam.
Conditus hic humor nutritur corpore, præsens
Auxilium misera: subita formidine capta,
Atras emittit guttas, & polluit aquor,
Obscuratq; vias ponit tenebrosa cruore
Permixto sanies, piscantis lumina turbans
Auertit visum, & prospectum surrupit omnem.
Hac facili cursu per tinctas aquoris vndas
Effugit horrendos pisces hominemq; sagacem.

Philes quoque recens autor de astutia Sepiæ hos reliquit Iambos.

Παυοῦργος ἐστὶ τῇ φύσει ἡ σηπιά
Τῶν ἁλιέων κλέπτουσα τὴν κακουργίαν.
Εἰς ῥεῦθρα δ' τ' ἐμεῖ μέλαν ὑποσφαγμῶν
Καὶ λαμβάνει τὴν ὄψιν εὐδοῦσα γνόφον
Καὶ τέρπεται θηρῶσα τὴν εὐπηρείαν

Quos sic transtulit Gregorius Bersmannus Anebergensis:

Est versipellis Sepia, & vafra indoles
Piscantium qua callide eludit dolos
Atrum cruorem nam vomens, pontum inficit,
Caliginemq; induta visus eripit,
Partaq; sic ouat salutis copia.

l Lib. 7.

Postremo *l* Athenæus quoque idem aduertit sic inquiens: Persequente piscatore suum atramentum effundit Sepia, antrorsum profugere se simulans. Porro vt admodum astute suo attamento vtitut, sic etiam prudentissime promuscidibus; his enim non solum pisciculos, sed & mugiles etiam venenatur; Vnde Oppianus.

Callida furtiuam meditatur Sepia prædam
Nam tenues molli surgunt de vertice rami.
Extenti tanquam funes, quibus ipsa natantes
Pisciculos, iactis veluti capiuntur ab hamis,
Pendens à fulua caute deprehendit arena.

Et Athenæus: Paruæ autem, inquit, Sepiæ nuttiuntur tenuibus pisciculis, quos promuscidibus seu piscatorio funiculo venantur. Planius comprobat hæc Plutarchus, de piscatoria Sepiæ arte sic loquens; A collo suo demittit acetabulum instar funiculi, quo hamus dependet, & quod laxatum longe emitti, & facilime retrahi potest. Id pisciculis quos prope se videt, mordendum exhibet paulatimq; in se retrahens fraude ad se prædam adducit, dum ore contingere possit. Porro teste *m* Aristotele ijs prętenturis quoties tempestates vrgent, ad saxa aliqua adhærentes Sepiæ, se veluti anchoris iactis stabiliunt. Quæ ita vertit *n* Plinius: Sepiæ & Loligini pedes duo ex his longissimi, & asperi; quibus in fluctibus se velut anchoris stabiliunt. *o* Athenæus ait: Cum sæuit tempestas, Sepiam aiunt prehensis minoribus saxis vtraque sua promuscide, veluti auchiota stabilitam quiescere. Idem testatur Ælianus: Sepiæ, inquit, duabus sunt, tauquam promuscidibus præditæ, quibus ad saxa cum est in mari tempestas, adhærescunt, & tanquam anchoris iactis firmatæ, fluctuum incursionibus resistunt. Post cum est tranquillitas solutis promuscidibus, rursus natant: non contemnendam scientiam tenentes vitandi saue tempestates, atque ex periculis salutem conseruandi. Quæ sic *p* Oppianus cecinit.

m Hist. 4. c. 1 & de par. 4. c. 9. n L. 9. c. 29. o Lib. 7. p Halieut. 2

Si tumidi magno tollantur in æquore fluctus,
Harebit proprijs scopulis deuincta flagellis,
Natiuos dura connectet caute rudentes.

Posteaquam *q* Atistoteles Polypum coloris mutatione pisces venari dixisset, subdit hæc: Sunt qui Sepiam facere hoc idem autument: colorem namque eam sibi contrahere similem loco, in quo versatur, confirmant, sed piscium sola Squarina ita affici solet. Ex quibus verbis nihil certo statuere possumus. Gyllius, & Bellonius audacter, Sepiam quemadmodum Polypum colorem, mutare aiunt.

q H 9. c. 37.

DENOMINATA.

SEpedonas Græci non à Sepia inflectunr, sed vlcera intelligunt eo nomine putrescentia. Sepiussam Dotidis insulam in Ceranico sinu teste Plinio sic dictam a Sepijs conijcit Hermolaus Barbarus. Sepiæ paruæ Græcis Σηπίδια dicuntur, Latinis Sepiolæ, vt Samonico, Q. Sereno, & *a* Plauto:

Sepedones

a In Casina.

——————— *Emito Sepiolas lepidas*

Σηπίαλα nominant apud Athenæum Alexis Antiphanes Eubulus, & Aristophanes in Thesmouorijs Dorion σαπίαλα inter hepsetos hoc est, inter pisciculos minutos, elixari soliros numerat. Legitur & σήπιον (cum Teutidio, & Polypodio) apud Athenæum in Philoxeno: quam vocem mutilatam putat Zoographus, & legendum σηπίδιον. Σηπιδάριον apud Phyllium vel Phryuicum, vt autor est Athenæus. Σηπίαι, Σηπιδάρια exponit Pollux. Sepaceus adiectiuum, quo vtitur *b* Iulius Cæsar Scaliger, puto à Sepia deriuari. Σηπιαλλὶς, species est vitis Varrino.

b In Athe.

MORALIA.

VTitur Sepia atramento, vt suæ consulat saluti: at homo vafer, veluti hæreticus, atramento veritatem obfuscat: cum enim conuinci se animaduerterit, nebulas, nugasq; ac tenebras offundit, ne victus videatur. Sic eleganter & apposite *a* Tertullianus hæreticos Marcionitas Sepijs comparat. Nam veluti hæ vbi sensere se apprehendi, effuso atramento aquam turbant, atque ita absconduntur: Eodem modo illi, vbi succumbunt in eà disputandi palæstra, hoc est, cum erroris arguuntur conuincunturque tenebris ceu Sepiæ atramento obiectis disputationi sese eripiunt. Atticus Philosophus non inelegans Platonis propugnator facete dicebat, Aristotelem in suis scriptis facere, quod facit in mari Sepia; vt enim hæc spatso sub oculos manumque piscatoris suo succo elabitur; ita ille deprehendi metuens, sententias de industria obscuritatibus obfuscat. Potest & per ipsam Sepiam intelligi diabolus, per eius vero atramentum deliciæ atque diuitiæ. Vt enim illa nobis atramentum suppeditat, quod lucernæ immixtum facit, vt homines nigri appareant, amoto priore lumine; ita etiam, diabolus deliciarum cupiditates atque diuitias, & voluptates nostris instillans cordibus, nigros hoc est pessimos nos reddit, & inquietos, amoto v. Dei lumine, ac amore. Rursus vt Sepia inter alios, duos longos haber pedes, quibus cibum ad os transmittit, & quibus in fluctibus se tanquam anchoris stabilit, tempestatem aduertendo; sic cum multos habeamus affectus, & desideria duobus inter cætera opus est, scil. amore Dei, & proximi, qui semper longi esse debent, vt istis mediantibus cibum diuinæ gratiæ, & gloriæ possimus demereri, & nos in hisce mundi fluctibus fortiter stabilire Amor enim Dei, & proximi anchora est, hominem contra fluctus tentationum, ac tribulationum confirmans: quia pro certo nullus stabilis in fide, & moribus efficitur, uisi in amore Dei, & proximi confirmetur. Vnde *u* Ecclesiastes: *esto firmus in via domini.* Sepia vsta meretricem quoque denotat, & prostitutæ pudicitię mulierem Vr enim ad vstam Sepiam pisces accurrunt, & sic à piscatoribus capiuntur: sic ad illam luxuriosi, & molles, odore, hoc est, impudicitia allectari, dæmomum retibus se irretiunt dicentes. In odore vnguentorum tuotum curremus, nimirum ad perditionem.

Hæretici. a Lib. 2. aduers. Marc.

Diabolus

u Cap. 5. Meretrix.

HIEROGLYPHICA.

ID vero, inquit *a* Pierius Valerianus, præcipuum super Sepia significatum apud Ægyptios Sacerdotes erat, vt per eam significarent hominem, qui multa pulchra, & magna pollicitus, daturus omnino speciosa virtutis exempla videbatur, & per summam inde ignominiam fœdc lapsus, omnium fefellerit expectationem:

a Hierogl. lib. 28. Pulchra incœpta turpiter cedentia

ctationem: ea enim cum ſpectandam ſe venatoribus præbuerit, ſimulatque in ſe aciem inſtrui conſpexerit, & claſſicum cani, atramentum in aquas euomit, quibus infectis, demptaque ita venatoribus congrediendi copia, elabitur. Quod ſi inter fugiendum acciderit, vt aperto iterum campo deprehendatur, ſtatim in effuſam atramenti nubem ſe recipit, atq; ita ſæpius ac identidem fruſtratur venatoris ſpem, nulla ſui facta copia, vt deprehendi poſſit: idq; non in congreſſu tantum facit, ſed plerunq; etiam ludendi ſtudio quodam, atque etiam inſidiandi. Sumptum hoc Hieroglyphicum eſt ex *b* Horo. Sepia ſe furtim ſubducens periculum denorat apud Ægyptios teſte Cœlio Calcagnino. Huiuſmodi vero occultationis cauſſa confictum à Græcis credit Pierius, Thetim in Sepiam commutari ſolitam, dum vel eluderet vel ſerio fugitaret Peleai illam ſequentem. Ita denique hominem qui multis ſimulationum inuolucris tegeretur, eſſetque occultæ multiplicisque naturæ, per pictam Sepiam notabant. Alij mendacium ex hoc figmento intelligi volunt, propterea quod Grammaticus Triphon ait, ἐν τοῖς ἰχθύσι μέρεσι μελαίνεται καὶ ἀμαυροῦται, in extremis quippe partibus nigreſcit, & obſcuratur. Sed hæc proprie ad melanurum piſcem pertinent, quàm quidam inepte cum Sepia confundunt. Cæterum literas ſacras cum Ægyptij ſignificare vellent, iũcum, cribrum, & Sepiam poncbant. Iuncum autem, quia eo pro calamo vtebantur, Sepiam vero quod eius ad ſcribendum atramento vterentur, vt ſcribit Pierius. Quanquam etiam hic per Sepiam atramentariam thecam ſignificare poſſe putet, cum apud Perſium pro ea ponatur, dum cauit:

Nigra quod infuſa vaneſcit Sepia lympha.

Nos tamen pro atramento ipſo hic poni ſupra probauimus. Sane Græci atramentum σηπιοπκὸν appellant. Cribrum autem ſub Sepia ponere ideo commenti ſunt, quia ea prima ſunt arma, quibus in pane conficiendo vtimur, atq; id apud Ægyptios ex iunco contexi ſolitum. Admonebant autem ea cribri cœlatura ita iunco, & Sepiæ ſubiecta, eum qui victui neceſſaria comparaſſet, litteris dare operam poſſe: cui vero deſit prouiſæ frugis in annum copia, alij dedatur arti, aliamq; ſequatur induſtriam neceſſe eſſe. Sunt etiam qui amorem couiugalem in viro firmum, in fœmina lubricum ſignificare ſi vellent, Sepiam tridente confoſſam pro huiuſmodi rei Hieroglyphico faciant, propterea quod Sepia fœmina ſi percuſſa fuerit, mas auxilium adferat, quod ſi mas percutiatur, fœmina aufugiat.

b Li 2. c. 110

Periculum

Homo occultæ naturæ.

Literę Ægyptiacæ.

Amor coniugalis.

F A B V L Æ.

THetis mater Achillis iuſantem igne fouit, interdiu litum ambroſia, ſic demum illi conciliatura immortalitatem. Id quod aduertens Peleus altius inclamauit. Inde ad Nereides digreſſa narratur Thetis, cui alioqui fuit inſitum, formam demutare. Quin & cum ea coiſſe primum creditur Peleus in Sepiæ ſpeciem conformata, Euripides Pelea cum Thetide ſemel coijſſe tradit, idque in Sepiadæ promontorio, quod in Maguesia ſtatuit Plinius. Meminit huius fabulæ Iohannes Tzetzes, his verſibus.

Φασὶ τὴν Θέτιν φεύγουσαν Πήλεῳ συνουσίαν
Πρὸς πῦρ τρέπεσθαι, πρὸς ὕδωρ τρέπεσθαι, πρὸς φύσιν τῶν θηρίων.
Πρὸς δὲ σηπίας πόποτε μορφὴν μεταβάλουσαν,
Πηλεὺς αὐτὴν κατέχει, καὶ γάμῳ συνεζύγη.
Τὸν δ' ἀλληγορικώτερον. τοῦτον οὐκ ἀξιοῦσι,
Κατὰ πυρὸς τρέπεται πίστιν, καὶ κατ' ὑδάτων
Κἂν τοῖς δυσβάτοις ὄρεσι βορᾷ θηρὶ γίνεσθαι.
Τέλεον αὐτὴν κατέχει ἐν σκότῳ κρυπτῷ μόνῳ.
Ὥσπερ σηπίαν τὴν δόλῳ τοῦ μέλανος κρύψασαν.
Εἴ τε καὶ πυρὰ θαλάσσας ἐκφύγουσαν οὐκ εἶνον,
Ὡς Εὐριπίδης γράφει ἐν Ἀνδρομάχῃ τοῦτο.
Aiunt Tretim fugientem Peleo congreſſum,
In ignem, in aquam verti, in naturam ferarum.
Inq; Sepia al quando formam conuerſam,
Peleus ipſam detinuit, & nuptijs coniunctus eſt,
Magis autem allegorice: hunc non dignata,
In ignem vertebatur vt caderet & in aquas,
Etiam inaccessis montibus eſca beſtijs vt fieret,
Peſtremo ipſam detinuit in tenebris abſconſam,
Quemadmodum Sepiam, atramento nigro abſconditam
Siue iuxta mare effugientem illum,
Vt Euripides ſcribit in Andromache illud.

P R O V E R B I A.

V*Ltu mutabilis albus, & ater.* Horatius. Quo in loco Porphyrion Grammaticus annotat prouerbiali figura dictum, albus & ater, & pro eo, quod eſt bonus & malus: & Horatium, album, ad liberalem. aut lætum reddidiſſe: atrum ad ſordidum & ærumnoſum. Huc feſtiuiter alluſit Matton apud *a* Athenæum de Sepia loquens:

Η μόνη ἰχθύς ἐοῦσα τὸ λευκὸν καὶ μέλαν οἶδε, id eſt.

Quæ cum ſit piſcis, ſola album nouit & atrum.

Eſt enim, inquit adagiorum author, Sepia colore albo, ſed ſuccũ habet atrum, quem ſpargit in metu, ne deprehendatur.

Et nigrum niueo portans in corpore virus

De Sepia videtur pronunciaſſe Ouidius in fragmento, quod Halieuticon inſcribitur. nam ſequens verſus deeſt. *Perca ſequitur Sepiam.* Ἐπεται πέρκη μελανουρῳ. hic male vertit adagiorum author pro Melanuros Sepiam.

a Lib. 4.

E P I T H E T A.

SEpia propter dolos, quos machinatur piſcibus, dum eos venatur, δολόφρων, δολόμητις dicitur Oppiano: καρδαλέα ſiue audax, quod maiores quandoq; piſces aggredi audeat, ac mas fœminæ à tridente percuſſæ auxiliari in hominum conſpectu παγκωιστὰς σηπίας nominat Eubulus quod in ſartagine coqui ſoliræ ſint. Nicander φυξήλιδα fugitiuam, quod ſparſo atramento manum captantis effugiat. Ob atramentum nigrum dicitur furua apud Gyraldum. tarda fugæ apud Ouidium.

VSVS IN CIBIS.

QVamuis Pythagoras Sepia veſci prohibebat ſuis, non tamen ob id cæteri abſtinuerunt. Nam cum amphidromia olim celebrabantur, mœnas cum Sepijs mollire, & plurimos cirros diligenter ſtringere aſſolent, vt loquitur apud Athenæum Eubulus. Ariſtophanes in Theſmophoriazuſis.

Quando ederentur.

ἰχθῦς ἐώνητό τις ἢ σηπίδιον.

Id eſt.

Emptus eſt piſcis aliquis, vel Sepiola.

Et Theopompus in Venere.

Ἀλλ' ἐντρέφει τὴν σηπίαν τὴν ἀλφαλαττοῦσαν (ἀλφαλαῶν legit Natalis Comes) καὶ τὸν πολύποδον. vertit Dalechampius.

Sepiam & quæ exiguum Polypum hunc intercepit, arrode.

Et nunc quoque in omnibus Italiæ piſcarijs venales habentur, iis iuquam, in quibus marini veneunt piſces, non alia, quam cibi gratia; Quamuis alioqui ganeones, ac delicatuli Sepiam aſpernentur, & pauperculis relinquant, nam inſipida eſt, niſi optime præparetur, condiatur, coquaturq;, nam ſic grata ſapidaq; efficitur. Duplex autem eam coquendi modus eſt: aut enim aſſatur, aut elixatur: Idq; tum recens, tum aſſeruata. Nam Galli Sepias exiccant non aliter quam Græci Polypos. Miror certe cur recentes nullius in Oceano ſint pretij, vt ſcribit Bellonius, cum à coquis, inueteratis, aut ſale conditis præferantur. Sed forte id ideo fit, quod cibi faſtidium, recentes adhuc pariant, & ſalitæ ieiunia verna egregie ſolentur. Sunt autem Sepiæ aliæ maiores, aliæ minores: Maiores ſale conſeruantur in Illyride, indeq; Venetias deferuntur, vti & Genua Mediolanum. Auicenna, inquit, Rubien (aliqui Sepiam interpretantur) eſt conueniens cibus: qui tamen ſalſus & inueteratus, atram bilem gignit, Venerem promouet. Simeon Sethi Sepiam difficile concoqui, parumq; in ſe continere ſucci ſalſi ait, quod ſi tamen concoquatur, non parum nutrimenti corpori id ferre. Cæterum quia crudos procreat humores (vt ſupra ex Galeno in genere de Mollibus ſcripſimus) oportet eam condimentis acrioribus conditam eſſe; vinumque vetus, & tenue ſuperbibere. Venetijs & Romæ omni tempore habentur, ſed optimæ putantur menſibus Ianuario, Februario, & Martio. Præſtant autem cum ſunt grauidæ teſte *a* Ariſtotele. Elixantur magna ex parte, aſſisq; præferuntur, vti fortè & apud priſcos. Nam elixarum mentionem facit Alexandrides in Proteſilao, vbi ſympoſium nuptiarum Iphicratis, qui Cotys regis Thracum filiam ducebat, deſcribit, nulla aſſarum mentione facta. Quo autem modo ſint elixandæ Alexis ἐν Πονήρᾳ docet, inducto coquo hæc loquente:

a Hiſt. 8. cap. vlt.

——————— σηπίας πόσου
Δραγμῆς μίας τρεῖς τῶν δὲ τὰς χεῖρ' τὰς πτερύγας,
Καὶ τὰ πτερύγια σωστέμεν ἐφθὰ ποῶ.
Τὸ δ' ἄλλο σῶμα κατατέμων πολλοὺς κύβους
Σμήσας τε λεπτῆς ἁλὸς δεῖπνον ὤπτων ἅμα
Ἐπὶ τὸ τήγανον σίζων ἐπεισιὼν φέρω.

Id eſt.

A. Sepia quanti? B. vna drachma
Tres A harum brachia
Et pinnas accipe, & ſectas, elixa:
Corpus reliquum in quadrata frusta multa diſcinde,
Tuſo ſale perfrica, & canare ſtatim ac inceperint,
Accedens, è ſtridente ſartagine nobis effer.

Nam in ſarragine coquebant olim, ac elixabant, vnde Eubulus παγκωιστὰς σηπίας nominat. Eis, cum iu cibum parabantur, oculos eximi ſolitos, mouſtrat hic verſus *b* Plauti.

Iube elidere oculos, itidem vt Sepijs faciunt coqui.

b In Rudente.

Bouum autem ius ex eis fieri negant piſcatores abſq; atramento. Quapropter piſcatores vt ſcribit Bellonius, cum perſenectutem deficientes ſuper aquam fluctuantes, vel viuas vel mortuas extrahunt, in primis dant operam, ne atramentum (quod alias dum ſe perſequi ſentiunt, effundunt) temere diffluat. Bartholomæus Scappus, Sepiain in iure ſuo cocturus, recentem exoſſat, & pedes ſeu brachia abſcindit, vt tantummodo alueus relinquatur cum veſicula, qua atramentum continetur, tum eam cultro per medium diuidit, lauatq; cartilagines omnes exteriores interioresque in aqua frigida, aut tepida, donec albeſcant, deinde diſſecat eandem in plures partes, & in olla fictili, aut vaſe alterius generis, coquit cum butyro, aut oleo oliuarum, additis allijs minutim conciſis, aqua modica, pipere, cinnamomo, croco, & pauco vino, aut omphacio, & ſalis modico, tandemq; herbas adiungit virides contuſas in mortario. Quod ſi vero iuſculum nigrum eſſe velit, vt eius eſt atramentum, herbas non imponit, ſed miſcet atramentum cum vini modico, aut omphacij, coquitque iterum, ad ebullitionem vſque: tum inferre iubet ſupra inſparſis aromatis

dulci-

bentur. De hoc tem medio etiam Plinium ſentire putat Zoographus cum ſcribit: Adijciunt & oſſiculis eius genas, ſi terantur ſanari. Dentifricijs quoque aptiſſimum eſt os Sepiæ. Marcellus eius molle hiſce miſceri poſtulat. Dioſcor. vſto vtitur ad dentes extergendos: cæteri crudo. Apud Platearium ad deutes dealbandos commēdatur, ſi polline eius ſubtili in panno lineo poſito fricentur. Ad faciem de albandam eundem pollinem cum vnguento citrino miſcet. Galenus ex Critone ſmegma dentium quo albi & odorati reddunturhoc deſcribit. Nitrum, teſtam Sepiæ, myrrham æqualiter miſcens vtitor. Idem in Euporiſticis ad dealbandos dentes aliaq; eorum vitia ſananda: Daſupodis caput vſtum cum fœniculo q̄ albiſſimo, & Sepiæ tritis oſſibus vtere. Incertus quidam apud Zoographum Sepiarum teſtas adijcit, tum dentificijs tum compoſitionib. ad os. humidum cruentumq; detergendum, & gingiuarum carnem inſtaurandam Marcellus combuſti puluerem ex melle contritum, adiecta gutta ammoniaci gingiuis & dentibus prodeſſe ſcribit, ſi ita perfricentur, vt nihil ex eo in fauces deſcendat. Teſte Plinio Sepiarum cruſtę farina præparat cutem medicamentis alopeciam repleutibus. Ex obſcuro probat Zoographus os Sepiæ tritum & cum aqua potum thoracis vitijs, & aſthmaticis omnino prodeſſe. Hæc ſic cecinit Vrſinus:

Ad dentes, dealbandos

Ad Thoracis vitia.

Os hibe contritum, facilis pulmone reſurget
Spiritus, & vitium pectoris omne feret.

Ad hepaticos.

De medio oſſe Sepiæ, quod eſt molle, puluerem facies, & in mixtione conditi optimi iecorico (hepatico) ieiuno per triduum dabis, ita vt in dextro latere aliquandiu iaceat cum acceperit, & poſtea diutiſſime deambulet, ita iubet Marcellus Empiricus. Galenus in Euporiſticis ad ſupprimendum alui profluuium, Sepiæ teſtam, & capillamenta crementa ex vino vetere potui offerat. an vero capillamentorum nomine cirros ſeu pedes eius accipere oporteat, an τεμχώδη illa, quorum pro branchijs eis vſum eſſe Rondeletius conijcit, quærendum proponit Zoographus. *p* Hippocrates vbi vterus puerpetæ procidit, Sepiæ teſtam tuſam, & vino imbutam cum pilis leporinis lana excipit, & apponendam prębet. Quodſi mulier prægnans menſes profluos non habeat, ſtercus aſini tritum, & rubricam, ac Sepiæ teſtam trita, ſimulque linteo illigata apponit. Idem quoque ſcripſit libro de ſterilibus.

p Lib. de ſuperfœt.

VSVS IN VARIIS.

a Hiſ. 4. c. 8.

VTuntur Sepiis piſcatores ad capiendos piſces, vt his verbis teſtatum reliquit *a* Ariſtoteles: Nidores denique, genera quæque piſcium appetunt: vnde etiam carunculas Sepiarum deuſtas, odoris gratia eſcam hamis affigunt: ita enim fit, vt piſces auidius accedant Et Plinius: conueniunt, inquit piſces ex alto etiam ad quoſdam odores, vt Sepiam vſtam, & Polypum: quæ ideo conijciuntur in naſſas. Tarentinus ad marinos mugiles, ſcaros & mullos eſcam ex Sepiarum teſtulis cum ſiſymbrio viridi (quod eſt bryon Zoographo) aqua, farina, & caſeo bubulo miſtis vtitur dum retibus nauat operam Sepium expetitur aurifabris, nam cum id ex duab. conſtet partibus, ſuperiori ſcilicet dura ac leui, inferiori autem fungoſa, facile in eam partem fungoſam annulorum cæterarumque rerum formæ imprimuntur, quæ metallis igne colliquatis expleti ſolent. Anaxilaus apud Plinium tradit atramento Sepię tantam vim ineſſe, vt in lucerna addito æthiopes videantur ablato priori lumine. Confirmat id Sextus Empiricus his verbis: Iam vero & præſtigiatores lucernas ærugine, & Sepiæ atramento vngentes, faciunt vt qui adſunt, modo ætis colorem habere, modo nigri eſſe videantur, propter paruam eius, quod admiſtum eſt, inſperſionem. Quapropter *b* Plinius ſcribit in Sepijs mitam eſſe naturam: nec tamen ex eis fieri atramentum ad pingendum, aut ſcribendum ad quæ veiba notat Dalechampius ſeptentrionales populos nigro Sepiæ, addito tantillo aluminis atramenti loco ſcribere, nec incommode. Rondeletius quoque atramentum Sepiarum pro atramento ſcriptorio in vſum cedere poſſe affirmat: quod niger ſit humor, & glutinoſus Videtur, inquit Angelus Politianus, olim atramentum Sepiæ humore furno confectum fuiſſe, vnde Sepiam atramentum vocarint, ex quo Martianus Dehinceque nigello puluere, qui ex fauilla confectus, vel Sepia putatetur, illato per cannulas eadem reſanari. Coci Sepiarum oculos elidunt, vt pro vnionibus vendant: His euim mulieres quædam Italæ vnionum vice ſe exornant.

Æthiopes vt videantur.

At ſcibendum.

b Lib. 35. cap. 6.

VENENVM.

a De anim. 5. c. 44.

VEnenatum eſſe Sepiæ morſum tradit *a* Ælianus, denteſque ipſius validos latere, minus tamen violenter, quam Polypum mordere. Oppianus quoque Polypo, & Sepiæ venenatum morſum tribuit, ſed exigui detrimenti: quem forte cum male Vuottonus intellexiſſet, morſu non lædere Sepiam ſcripſit, ſed noxiam quandam ſaniem ex eius corpore effluere. Eius autem morſus venenum cecinit his iambis Philes.

Ἀλλὰ σκόπει μὴ ζῶσαν εἰς χεῖρας λάβοις
Ἄλλος γὰρ αὖ φθάνοι τὶς, ὀκτείρας βλέπων
Ὀδόντας ὀξεῖς εἰς ἀπόκρυφον τόμῳ
Καὶ δῆγμα πικρὸν ἐξίοῦ πεποιημένον.

Quos ſic expoſuit, eodem vetſuum metro Gregorius Berſmannus Annabergenſis:

Sed tu caue viuam in manus vt ſumpſeris,
Quin potius alius te prior, probauerit
In ore acumen dentium recondito
Peſtemq; morſus tabidam venefici.

CAPVT V.

DE SEPIOLA RONDEletij.

PIſciculum hunc inter Mollium genera referendum merito nobis ſeparatim deſcripſit *a* Rondeletius his verbis Sepiæ, inquit, nascenti ſimilis eſt pollicis craſſi magnitudinem non ſuperat; octo pediculis conſtat; duas proboſcides habet, nec ſepium in dorſo, nec gladiolum habet: vtriq; lateri pinnula veluti ala parua affixa eſt, rotunda, nec figura, nec ſitu pinuis Sepiarū, & Loliginum ſimilis, neque enim anguſta longaque totam aluum ambit, vt in Sepiis, neque lata, & in anguſtum angulum terminatur, vt in Loliginibus, ſed rotunda, parua, vtrinque veluti adnata modicam alui partem occupant, neque ad extremum vſque corporis protenſa. Colore eſt vario; paruulis enim punctis in dorſo notatur. Ore, oculis, fiſtula, partibus internis à Sepiis non differt. Carne molliore, & delicatiore eſt quam Polypus vel Sepia. Vere maxima copia capitur cum reliquis piſcibus, & ob paruitatem negligitur, cum tamen, vt dixi, ſuauiſſimus ſit. Huius piſciculi nullam quod ſciam, mentionem fecerunt Ariſtoteles, Athenæus, Oppianus, Ælianus, Plinius, ob id cum nomeu deſit, Sepiola non abſurde vocabitur, non quod ex geuere Sepiarum ſit, ſed quod corpotis forma Sepiæ ſimilior ſit piſciculus, quam Loliginibus vel Polypis. Quod enim Sepia non ſit, oſtendit pennarum magna differentia; item quod Sepio careat Alterius eſſe generis à Loliginibus arguit corporis forma, quæ in hoc lata eſt, in illis longa; tum quod gladiolo deſtitutus ſit. Cum Polypis vero numerari non poteſt, cum Polypi omnes proboſcidibus careant, vt antea ex Ariſtotele docuimus, hic vero duas habeat, eaſque longas. Hæc Rondeletius, ex quo huius piſciculi partem pronam & ſupinam depinximus.

a De piſc. li. 17. cap. 10.

Nominis ratio.

CAPVT VI.

DE LOLIGINE MAIORI, & minori.

ORDINIS RATIO.

ÆQVIVOCA.

CVm non admodum inter ſe maior & minor Loligo differant, multaque à ſcriptoribus tradantur, quæ vtrique conueniant, neceſſarium mihi viſum eſt, vtriuſque hiſtoriam hoc vnico capite complecti. Τεῦθις præter hunc piſcem etiam eſt πέμμα πλακωτῶδες, vt exponunt Heſychius & Varrinus. Ad quæ verba, panificii, inquit Zoographus, aut placentæ geuus forte fuit inſtar Teuthidis in cirros quoſdam diuiſum. Nam Alexis (citante Athenæo) in Eretrico coquum exponentem facit, quonam pacto ex Loligine placentæ, ſiue libi, ſiue farciminis genus fieret, ſcilicet abſciſſis pinnis, infarta pinguedine, & aſperſis recentioribus & delicatioribus aromatis. Atque id farcimen (πέμμα quoddam panificij genus intelligit Zoographus) ab Iatrocle in artopœico Teuthidem vocari Pamphilus refert. Teuthis Arcadiæ ciuitas Stephano & Pauſaniæ In Lexico communi Græco ſcribitur eſſe nomen ducis in Aulide, qui Palladem vulneraſſe fertur. Lolius (ita Gazæ Loligo maior vocatur) nomen maximi rethoris vel oratoris, ad quem epiſtolam ſcribit Horatius, Homeri poeſim exemplar veræ virtutis continere, & in Iliade quantum detrimenti animorum noſtrorum perturbationes adferant, in Odyſſæa autem quod virtus valeat ad bene beateque viuendum

Placentæ genus.

Lolius rethor.

SYNONYMA.

Synonyma vt diſtincte tractentur (confuſa enim à plurimis authoribus conſcripta ſunt) Loliginem in maiorem minoremque diuidemus. Maior ita Τεῦθος à Græcis nominatur, vt Ariſtotele & Nicandro, Gaza Lolium ficto Latino nomine tranſtulit, vt à Loligine diſtingueret, quam Τευθίδα vocant. Legitur in vulgatis Ariſtotelis codicibus plæruuque Τεῦθὸς barytonum, non oxytonum, vt aduertit Zoographus; vnde & genitiuus pluralis Τεύθων vltimam ſyllabam circumflectit. cum tamen *a* alibi paroxynum reperias Τεύθων, à recto ſingulari penanflexo Τεῦθος, ſicut apud Athenæum, Nicandrum & eius Scholiaſtem quoque ſcribitur. Qua de cauſſa Τεῦθος accentu in prima circumflexo ſemper ſcripſerim. Loligo magna ea eſt, inquit *b* Rondeletius, quam Calamar noſtri vocant, à thecæ ſcriptorię ſimilitudine: ſiue quod in ea reperiatur, quæ ad ſcribendum neceſſaria ſunt, videlicet atramentum & gladiolus, qui altera parte cultrum altera calamum ſiue pennam refert, minime vero oſſicula duo, vt quidam imprudenter contra αὐτοψίαν ſcripſerunt, quorum alter cultri, alter calami loco ſit. Robertus Conſtant. in ſupplimēto linguę lat.

Τεῦθος.

a Hiſt. 4. c. 1

b L. 17. de piſcib. c. 4.

dulcibus. Nonnunquam brachia seu cirros cum ita cocta Sepia infert, lauatos & in plurimas partes diuisos, & sic cum ea coctos. Infarciunturque aliquando Sepiæ hoc pacto, vt idem scribit. Exempto osse, & brachijs abscissis, lauantur, & implentur caseo, ouis, pane minutim trito. aut contuso, vuis passis, herbis tusis, pipere, cinamomo, croco, comistis primum omnibus, tempore ieiunij loco casei summi possunt amygdalæ contusæ, & loco ouorum auium, oua alterius piscis cruda. Impletæ coquuntur in sartagine cum aquæ pauxillo, & olei, ita vt vix tectæ appareant. bulliunt deinde paulatim, donec quibus infarcitæ sunt, tumeant, iterumque parum omphacij additur, & aqua tincta cum croco, pipere, cinamomo, & sale recoquuntur per duas horas, aut paulo minus Platina Sepias elixas subinde ab aheno extractas, & cum pipere, ac lasere cõditas infert, Sunt qui pipere condiunt, cinamomo, coriandro, viridi mentha vel arida: item qui vitello oui, aceto vel agresta, olei modico, vbi ebullierint, obligant. Sepijs cum nucibus, & allio paratis vescuntur quidam, iuquit Mathiolus, vt in Venerem salatiores prorumpant. Quibus autem condimentis Sepiæ sapidiores euadant, docet *c* Apitius inquiens: In Sepia sartili condienda piper, Ligusticum, apii semen, cateum, ,, mel, liquamen, vini condimenta coctiua calefacies, & Sepiam ,, inde apertam perfundes, atque ita farcies, coctam cerebellis ,, elixis eneruatis cum pipere tritis, quibus commisceas oua cru- ,, da, quod saris est, piper integrum, esitia minuta & sicca, sues, & ,, in bullientem ollam mittes, ita vt coite impensa possint. Alia ,, Sepias condiendi ratio, & materiæ. Sepias elixas aheno in fri- ,, gidam misceas cum pipere, lasere, liquamine, nucleis, & ouis, ,, vt videbitur, condies Aliter: Sepias, piper, Ligusticum, cuminum, coriandrum viride, mentam aridam, oui vitellum, mel, liquamen, vinum, acetum, & olei modicum, bullire sinito: & vbi bulliterint, amylo obligabis. Sepias veteres aliqui præmacerant primum lixiuio ex cineribus, & parte calcis facto deinde aqua dulci: denique purgatas concisasque in testinorum instar coudiunt coquuntque, vt audit Zoographus. Sepiæ coctæ, teste *d* Dioscoride, atramentum dum estur, ægre concoquitur: aluumque mollit. Diphilus apud *e* Athenæum ait Sepiam elixam teneram effici, ori gratam, concoctu facilem, & aluum leuiter subducere: succum qui ex ea gignitur sanguinem extenuare, excretionemque per hæmorrhoidas mouere. Oua quoque in siccum eiecta à quibusdam edi cocta in sartagine scribit Rondeletius.

c L. 9. c. 4.

d L. 2. c. 20.

e Lib. 8.

VSVS. IN MEDICINA.

SVmuntur varia ad varios morbos ex hac remedia. Vtimur autem vel tota Sepia, vel aliqua eis parte, vt ouis, atramento, testa, quam ὄστρακον vocant Dioscorides & Athenæus. *a* Galenus Sepias stomachicis prodesse ait. Kiranides, Sepia, inquit, elixa in cibo vesicæ renibus & dysuriæ medetur: Vrinam quoque ciere ait Plinius & lentorum renum disijcere. Acetum in quo Sepia suffocata est cum oleo mistum, ei, qui marini Hippocampi venenum hausit, propinat Aetius. Ad dentium dolorem: inquit Galeuus in Euporisticis, ouorum putamina, Sepiam & oleum misceto, & coquito, donec tertia pars relinquatur. & tepidum ore continetto. Aluum soluunt Sepiæ, teste Plinio, in cibo datæ, decoctaque cum oleo & sale & farina. Ad venerem pruritandam quidam eisdem cum nucibus & allio paratis vtuntur. Hippocrates Sepiis ad morbos muliebres frequentissime vtitur, vt in *b* curatione vteri auersi ad coxam. Ad vesperam, inquit, mazam cœnet. Si v. panem voluerit, & Bolbidia parui Polyporum generis, & Sepiolas paruas in vino, ac oleo coquito, & edenda dato Et eodem libro eadem bolbidia & Polypodia, aut Sepiolas similiter præparata, ad menses ciendos sumi iubet. Vtitur quoque idem Hippocrates Polypis aut Sepiolis tostis super pruna ad puerperij purgamenta à partu purganda. Cornelius Celsus atramentum Sepiæ aluum emollire scribit. Idem Dioscorides. Soranus apud *c* Galenum ad alopecias atramentum hoc illinit scarificato prius loco. Oua Sepiæ vrinam mouent teste Plinio, renumque pituitas extrahunt, & renes purgant In cibo sumpta vrinam mouent, & renum graueditem tolluut, iuquit, Marcel Idem ad tincturas & maculas corporis abolendas ex ijs remedium hoc facit. Oculos, inquit, vel oua Sepiæ in aqua solue, & cum melle permisce, atque inde maculas perfrica, cito abolebuntur. Potionem hanc ad menses ducendos perscribit *d* Hippoc Cantharides quinque auulsis pedibus, alis & capite: deiude tribulos ad mare nascentes vna cum radice, mensuram quanta est Conchæ testa terito: & anthemii luteam internam partem siccam tritam, Conchæ testam (hanc mẽsuram) addito: & seminis apij rantundem, & Sepiæ oua quindecim: & in vino dulci diluta bibenda dato. Et cum dolor habuerit, in aqua calida desideat, & aquam mulsam aquosam bibat. Idem rursus in ijsdem libris ad coxam vteri auersi curationem docet: At in mensibus (tempore quo menses fluere debent) si sanguis eruperit satis est: minus Cantharides quatuor bibat, pedibus & alis & capite reiectis: & pœoniæ grana nigra quinq;, & Sepię oua, & apij semen cum vino modicum. Et rursus *e* alibi in eodem morbo: Mane Sambuci baccas sex dato in vino meraco, & Sepiæ oua decem aut duodecim Et *f* iterum: Cum mulieri aut partus purgamenta non fuerint purgata, aut menses non prodierint, aut etiam vterus durus fuerit &c in potu exhibere oportet pharmaca vterina, aut Sepiæ ouis, aut castorio admistis &c. Ex Sepiæ testa tum vsta, tum non vsta plurimæ fiunt medicinæ. Hæc fungosa est, nec vt ostreorum silicea, abstergendi, siccandique similiter vt ostreorum testæ vi pollet: sed partium est tenuiorum, vt ait Galenus.

a Lib. 8. de comp. med. sec. locu.

Ad morbos muliebrium.

b Lib. 2. de mor. mul.

Ex atramento.

c Lib. 1. κατὰ τόπ.

Ad Alopecias.

Ex Ouis.

d lib. 2. de nat. mul. & lib. de morb. mul.

e lib. 2. de mor. mul.

f lib. 1. de mor. mul.

Ex testa.

A Legitur in succedaneis Galeno adscriptis, pro Sepiæ testa pumicem substitui licere in medicamentis. *g* Vegetius Veterinatius suffitum constituit contra languorem morbi pestilentialis ex Sepiæ ossibus, & alijs quibusdam remedijs. Apud *h* Plinium extrahunt tela corpori inhærentia ex aqua. Marcellus Empiricus vstorum cinerem impositum educere quæcunque corpori inhæseriut, scribit. Ægineta vero non vsta abstergere vitia cutis. efficatiora tamen habentur si vrantur, plusque abstersoriæ facultatis vstione acquirere mihi videntur. Dioscorides Ostracum Sepiæ vstum, donec pars interior & fungosa, ab exteriore crusta abscedat, tritumque, alphos (id est vitiligines) furfures & ephelides (vitia cutis in facie aliqui vertunt) exterere prodidit. Galenus ad vitiligines, ephelim, lentes, psoras, vsto eo nos vti affirmat, quod abstergeat, exsiccet, & tenuium sit partium. Ad lentigines & scabiem idem præscribit Aetius. & Galenus quoque ad scabiem commendat. Q Serenus, inquit:

g L. 4. c. 12.

h L. 32. c. 10.

Ad tela extrahenda.

Ad cutis vitia.

Ad Scabiẽ.

Liuida si maculet faciem lentigo decoram,
Nec prodesse valent naturæ dona benigna,
Eruca atq; acidum laticem simul illine malis
Sepiolæ cineres ex ossibus omnia sanant.

B Gabriel Humelbergius Rauenspurgensis qui hosce versus commentatus est, scribit duplicem esse huius ossis substantiam, vnam quidem interiorem pumicosam & teneram, qua auri fabri vtuntur: alteram exteriorem duriorem, siliceam, crustaceamque, in quà cum asperitate aliqua est læuitas: atque huius cinerem lentigines & alias corporis defœdatioues exterere. Medetur, inquit *i* Plin. & lentigini cæterisq; vitijs, ex ossibus Sepiarum cinis Idem & carnes excrescentes tollit, & humida vlcera. Ad alphos conuenit crocodilea, & tostæ Sepiæ teste Paul. Ægineta. Vstæ smegmatis quibusdam apud Aetium ad elephantiasim miscentur. *k* Galenus Sepiæ partem osseam admiscet emplastris candidis, quæ vlceribus dysepulotis conuenunt. *l* Vegetius Veterinarius ait: Si animal fecerit vulnus, ossa Sepiarium & testas etiam ostrearum in puluerem rediges, & ærei quoque vasis fuliginem pariter misceebis; quæ bene tusa si frequenter asperseris, siccatum vulnus celerius ducet cicatricem. Galenus sane vlcera desiccare ait. Et pilos attenuare, sicut pumicem Kiranides. Apud Aetium & Galenum medicamentis pilos attenuantibus adnumerantur, vel citra vstionem: nam alias ostreorum testas vri iubent. Ad strumas mirifice prodesse Sepiæ ossa cum axungia vetere contusa & illita scribunt Plinius & Marcellus Empiricus Miscent & hodie medici quidam compositis illis medicamentis ex diuersis rebus valde siccantibus vstis, quæ aduersus bronchocelas propinantur teste Zoographo. Ad oculorum varia vitia ab omnibus fere medicis commendantur. Nam cum sale fossili trita vngues oculorum absumit & eliquat, vti Paulus Aegineta & Aetius tradunt. Dioscorides eisdem immiscet salem ammoniacum loco fossilis ad eadem oculorum vitia. Archigenes apud Galenum ad albugines, Sæpiæ testam tritam cum melle subigit & vrit, læuigatque postea pharmaco, & hoc sublinit. Galen. in euporisticis ad easdem & oculorum vlcera os Sepiæ crematum dissoluit cum melle, & inungit. Miscent quoq; id oculorum collyriis ad cicatrices extergendas, ad quas etiam per se combustum valet, cum melle contritum teste Alexandro Tralliano. Plinius cicatrices oculorum cũ melle sanare pterygia cum sale & cadmidia singulis drachmis author est: Aetius os illud crudum oculorum cicatrices extergere, atque eorum vlcera exsiccare affirmat. Galenus non plane crudum, nec tamen vstum, sed tostum esse cupit: Καὶ πρὸν καθαιρῶσι δὲ ὀπτώμενοι τὴν λειούμενον (τὸ τῆς σηπίας ὄστρακον) ὀδόντας τε λαμπρύνει, καὶ ἐκφαίνει τὰ ἕλκη. Vbi animaduertendum inquit Zoographus, quod Aetius dixit, oculorum vlceta hoc remedio siccari, Galenum (nisi mutilata sit lectio) ad vlcera simpliciter retulisse. Oculorum tumorem ruboremque Sepiæ cortex cum lacte mulieris illitus sedat, & per se scabritias emendat. Inuertunt itaque genas id agentes, & medicamentum auferunt post paulum, rosaceoque inungunt, & pane imposito mitigant nocte. Eodem cortice & nyctalopes curantur in farinam trito, & aceto illito Extrahit & squamas cinis eius. Hæc omnia *m* Plinius. Nec ab his diuersa scribit Marcellus. dum ait: Sepiæ testa interior quę mollis est diligentissime trita, & muliebri lacte permixta, atque inunctione adhibitá, oculorum caligini, albugini, & cicatricibus plurimum prodest. In tumentis quoque albugines oculorum emendat flatu oris immissa, testibus Dioscoride, & Plinio. Apud *n* Vegetium albi vitia deterget ista curatio: Sepiæ marinæ ossis rasi scrupulos denos, croci, salis ammoniaci, myrrhæ, crocodili stercoris, ana scrupulos duos. misce In *o* Hippiatricis Græcis etiam Sepiæ ostraco succus fœniculi & alia miscentur in collyrium ad leucomata oculorũ: & mox ad suffusionem eidem raso addũtur sales Attici, fimus crocodili &c. Columella si albũ, inquit, in oculo bouis est, trita Sepiæ testa, & per fistulã ter die oculo insufflata, sanat. Tardiuus vstã tritamq; canibus ad albuginẽ adhibet. Author est Columella cicatrices oculorum in equis exteuuati cũ fossili sale tritã Sepiæ testa. Eadẽ recipitur in collyrijs abstersorijs apud Aetium Alchohol ad consetuandam oculorum sanitatẽ (in libro secretorum qui Galeno adscribitur) præter cætera accipit rubieus id est Sepiam (os Sepiæ potius) ablutam marinam. Sepiarum testæ palpebras mundant, Kiranides. Conformatæ in collyria læuigandis asperis palpebris affricaudo accommodantur, vt Dioscor. prodit. Galenus mediocri, inquit, huius testæ scabritia vti solemus etiam ad magnas in oculis asperitates (quas συκώσεις nominãt) collyrii ex ea formã effingentes, & donec sanguis elidatur infricantes: quo facto postea catheretica collyria efficacius adhibentur.

C

Ad strumas

Ad oculorum varia vitia.

D

m L. 32. c. 7.

n L. 2. c. 22.

o Cap. 11.

E

lat. Monspelii calamar vocari asserit. Prouinciales Tothona corrupto vocabulo pro Teutho vocant. Massilienses Tante. Romanis quoque & Venetis Totena dici testis est *c* Bellon. Baionenses, vt ait Rondelet. Cornetz appellant Loliginem magnam, Corniches paruam, quamquam vtramque vocem Robertus Constantinus Loligini minori adscribat. Iam vero Loligo minor Τοῦθις à Græcis nominatur. Nora igitur vocabula hæc Τοῦθος, & Τοῦθις, species significare diuersas: cum alia plæraque piscium nomina in similes terminationes exeuntia, nisi sexu differre soleant. Sic Cantharus & Cantharis, pisces idem videtur Wottono; similiter Cammarus & Cammaris: Carabus & Carabis: Phycus, & Phycis. Iam synonyma prosequamur. Calamaro & Calamaio nomen Italis vsitatum est. Vnde *d* Pierius Valerianus piscem atramentarium vocat. Gallis præsertim Santonibus Casseron dicitur. A nostris, inquit *e* Rondeletius Glaugio, corrupta voce, opinor, ex gladiolo, quanquam Monspelienses nostri Calamar & Glaugio sæpe confundant. *f* Robertus Constantinus Monspeliensibus Glangio (corrupte forte pro Glangio) dici scribit, item Rubelle & Couteu, quod gladium siue cultrum sonat. Hispanis Calamar pescado. Sepias & Loligines, testibus Ebero & Peucero, Germani vna voce vocant **Balckfisch**, ab humore atramento simili, quem habent loco sanguinis. Eum enim humorem Germani **Balck** appellãt. Et Anglis Balk nigrum significat. Sed Adamus Leonicerus Sepiam priuatim **Balckfisch** appellari scribit. Quod si generale nomen hoc ad Mollia faciamus, species sub eo contentas differentijs adiectis Germanis nostris, inquit Zoographus ita interpretabimur: Loligo maior, **ein grosser langer Balckfisch**. Loligo minor, **ein kleiner langer Balckfisch**. Sepia **ein breiter Balckfisch**. Polypus **ein Balckfisch mit einem kleinen Leib / vnd langen Füssen / darauff er auch gehen kan**. Cæterũ Loliginem simpliciter Germanis **Intenfisch** dici tradit *g* Nomenclator, & piscem atramentarium denotat, vt eius linguæ periti me docuerunt. Belgis Seecatte, id est felis marina, vocari idem testatur. Putat Zoographus Loliginem quoque recte à Germanis appellari posse **ein Raankuttel**. Nam Raan gracile & oblongum illis significat, Kuttel vel Kuttle Anglis Sepiam, quæ vox apud Germanos omni Mollium generi accommodari potest. Loliginem vero Sleue ab Anglis nominari Ioan. Fauconerus Zoographum docuit. Olligaga Illyrijs dicitur. A Gaza & alijs recentioribus gemminata liquida Loligo scribitur. Doctioribus plerisque simplici, veterum codicum imitatione. Sic enim scriptum reperio in Plinij, Ouidij & Horatij antiquissimis codicibus. Loligo, inquit *h* Varro, dicta est quasi Voligo, quod subuolet litteta commuta prima. Quapropter prima syllaba contra naturam apud Poetas producitur, si vera est hæc nominis etymologia. Male quidam ex recentioribus Τοῦθιδα Sepiam interpretantur, & gladiolum apud *i* Plutarchum agentem de Eretrieutibus habentibus μάχαιραν, vt οἱ τοῦθιδες, at κορδίαν non habentibus.

c De Aquatil. lib. 2.
Loliginis minoris synonyma
d Lib. 28. hierogl.
e L. 17. de pisc. cap. 5.
f In supple. lin. lat.
g In Nomenclator.
h L. 1. de ling. lat.
Etymum
i In apoph. theg.

GENVS. DIFFERENTIA. descriptio.

ANte Teuthi & Teuthidis descriptionem, operæpretium est quædam præfari, quæ communiter vtrique conueniunt, qualia Plinius sub nomine Loliginis complexus est: eo enim vtramque speciem, hoc est. Theuthum & Theuthidem comprehendit, vt ex multis locis Aristotelis cum Pliuij versione collatis optime probauit *a* Rondeletius. Teste igitur *b* Aristotele habent Loligines, vt Sepiæ, pedes supra dentes, senos, exiguos, eotumq; nouissimos duos maiores, reliquos autem octonorum duos infra omnium maximos. Vt enim quadrupedibus crura posteriora firmiora, validioraq; sunt; ita ijs quoq; maximi qui infra habentur: his enim onus sustinetur, motusque potissimum agitur. Duo etiam illi nouissimi maiores suis medijs sunt, quia illis ministrant. Polypus medios quatuor habet maximos. Præter hos pedes, vt idem *c* author est, Sepiæ Loligines & Lolij peculiares binas sortiuntur promuscides longas, acetabulo parte extima bino asperiusculas, quibus capiunt & ad ora admouent cibos, ijs etiam quoties tempestates vrgent ad saxa aliqua adhærentes sese veluti anchoris iactis stabiliunt. Vsum autem harum promuscidum *d* alibi clarius sic exposuit. Cum itaque Sepiæ & Loligines pedes habeant breues atque inutiles, ne æstu maris tempestateue exturbentur saxis, vt quæ de longinquo admoueant, ideo promuscides binas longas habent, quibus veluti anchoris innitantur, seque stabiliant modo nauigij, tempestate vrgente: venentur etiam procul, oriqueè longinquo admoueant. Polypi promuscide carent, quoniam pedes ad vsum eundem commodos habent. Differunt autem hæ promuscides à pedibus, quod duplo maiores sint, rotundiores, nec vt pedes in acutum desinentes, & in extrema tantum parte acetabula habentes. Hasce promuscides Loliginum ligulas appellasse videtur *e* Apuleius. Meminit earundem promuscidum Ælianus, & non frustra à natura conditas fuisse testatur his verbis. Porro Sepiæ & Loligines binas, quibus pascuntur promuscides (vt ita appellem propter figuram earum simul & vsum) prætendunt. His veluti anchoris cum tempestas & fluctus mare agitant, petris firmissime adhærentes, aduersus oẽm concussionem & fluctuationem tutæ existunt. Et rursus cum tranquillitas redierit, ijs solutis libere natant, non inutili hac scientia, qua se contra hyemem, & pericula muniunt, instructæ. Discrepat autem Loligo à Sepia quatenus teste *g* Philosopho hęc sit latior, illa vero longior à Polypo autem quatenus huius alueus paruus est, Loliginis magnus, vt Sepiæ. Habent & Sepiæ & Loligines, etiam capillamenta, quæ ὀστλίγγας vocat Scholiastes Nicandri. Circa Teuthi & Teuthidis alueum maiores pinnæ sunt, quam circa alueum Polypi aut Sepiæ. Athenæus ex *h* Aristotele Loliginem habere plurima Sepiæ similia probat, eundem scilicet pedum numerum, & promuscides, & è pedibus inferiores quidem paruos, superiores maiores, promuscidem dextram crassiorem, corpusculum totum, molliusculum & oblongum, quæ omnia & maiori & minori Loligini conueniunt. Porro corpusculum siue σωμάτιον Athenęus hic appellat, quod κοιλίαν Aristoteles dixit, Gaza ventrem: de eo enim sic scribit: Sepijs & Polypis venter similis, tum figura, tum tactu est. At ijs quas Loligines appellamus, bina quidem conceptacula ventris speciem gerunt: sed alterum minus ingluuiem imitatur, & tactu discrepat, quoniam corpus et iam totum carne molliore constat. Inepte Albertus Magnus, & Isidorus Loligini squamas tribuunt. Hæc de partibus externis, & primum quidem de atramento. Habent hoc vt Polypi supra apud mutim potius positum, vt ait *i* Philosophus, Sepiæ vero infra ad aluum. Præter atramentum, succum quendam purpurascentem continere Rondeletius author est, quo censet Loligines coctas subpurpureas reddi. Cæterum *k* Athenæus de Loligine loquens ait: ἔχει δὲ καὶ ὁ γολὸν οὐ τὴν κύστιν οὐ μέλανα, ἀλλ' ὠχρὸν, id est. Habet autem & atramentum in vesica non nigrum, sed pallidum. Cui etiam subscribit *l* Oppianus hoc versu:

Τοῦθιδες: οὐδ' ἄρα τῆσι μέλας γολὸς, ἀλλ' ὑπέρυθρος
Loligines: neq; his nigrum atramentum, sed subrubrum

Athenæus rursus de Polypo tractans scribit: Ἔχει δὲ καὶ τὸν λεγόμενον γολὸν οὐ μέλανα, καθάπερ ἡ σηπία, ἀλλ' ὑπέρυθρον: habet atramentum non nigrum, vt Sepia, sed subrubeum. Ex quibus locis concludere nequeo nunquid Polypo & Loligini eiusdem coloris sit atramentum. Nam ὑπέρυθρον & ὠχρὸν videntur differre. Cæterum cum scribit *m* Aristoteles Mollia visceribus carere, sed mutim habere & atramentum, non ait nigrum succum omnibus inesse, vt quidam putarunt, quoniam atramenti (τοῦ γολοῦ) nomine vtatur; nam hoc nomine intelligere potuit succum etiam non nigrum. Nomen igitur atramenti proprie Sepiæ conuenit succo illi nigro & excrementitio, cæteris quidem Mollibus vt Polypo, Teutho, & Teuthidi improprie. Postremo, vti docet *n* Aristoteles, Sepiæ, Loligini, & Lolio partes duræ ac solidæ iutus per dorsum & corporis prona continentur; quas non eodem appellant nomine: sed quod insertum Sepij est, Sepium (Σήπιον) vocant, quod Loliginibus (ξίφος) gladiolum. Differunt enim quod Sepiæ, robustum latumque est, inter spinam & os mediam præ seferens naturam, fungosam intra se complectens & friabilem corpulentiam: Gladiolus arctior & cartilaginosior est: forma etiam discrepat pro alueorum modo quibus insertus continetur. Vnde quoque Athenæus tradit Loligini testam (ὀστρακον) exiguam esse & cartilagineam: ratio est quia terrenei minus quam Sepia obtinet, vt docet *o* Aristoteles his verbis: Quod plurimum terrestris materiæ habeat Sepia, argumento Sepium est, quod tale tantumque sit: hoc enim Polypus caret; Loligo cartilagineosum & tenue gerit. Loligo, inquit *p* Franciscus Massarius, per dorsum & corporis prona procurrente gladiolo cartilagineo: Vnde à theca calamariæ similitudine, quoniam seu cultrum, seu calamum retinere videatur, piscem Calamarum appellant. Alij exactius hunc gladiolum depingentes angustum, cartilagineum, pellucidum esse scribunt, ab vna parte cultrum, ab altera calamum referre. Itaque cum nihil desit, quod ad thecam scriptoriam videatur necessarium, habet enim etiam atramentum in muti, aptissime apud multas nationes, Gallos dico, Italos, Hispanosque piscis Calamarius nuncupabitur. Quamuis autem ex Aristotelis verbis supra positis pateat τὸ ξίφος siue gladiolum ad Loliginem pertinere, σήπιον autem ad Sepiam: rameu locum quendam ex eodem Philosopho in libris de partibus Animalium adducit Zoographus, quo probat Sepium quoque de Loliginis ostraco seu testa dici: Verba autem eius hæc sunt Gaza interprete. Loligo sepium cartilaginosum, ac tenue gerit, & minus atramenti continet, quam Sepia. Sed quia locus ei non occurrebat, dum ea scriberet, an Græce Sepium legatur, dubitat. Profecto à me hic locus nullo modo obseruatus est, nec ab alijs etiam, qui hactenus de Mollibus commentarios doctissimos edidere. Et puto hunc locum in Aristotele neutiquam inueniri, calamique aut scriptoris lapsu deceptum Zoographum. Ego Loliginis Illyricæ maximæ præ cæteris gladij iconem addidi lucidioris doctrinæ gratia. Diaphanus is erat, & crystalli etiam instar splendidus. Minores vero iuxta positi, sunt Loliginum Venetarum. Hæc sunt quæ, ni fallor, communiter de vtriusque Loliginis partibus externis interiorisque dici a nobis potuerunt: restat nunc vt vtramque inter se differre demonstremus. Non enim cum Scholiaste Nicandri errandum putamus, qui Τοῦθον marem esse putat, Τοῦθιδα fœminam: aut cum VVottono, qui nobis considerandum relinquit, an Lolius à Loligine specie differat, an solo sexu, quod scilicet Loligo mas sit, Lolius fœmina. Quandoquidem satis clare ex his dictis *q* Aristotelis patet specie inter se dissimiles esse: Loligine vero grandior qui Lolius nominatur. Quippe qui vel in cubitos quinque excrescat. Vnde *r* Athenæus non recte Teuthum à Teuthide magnitudine sola distinguit. Nam præterea & pinnis differunt, vt eodem loco Arist. paulo post docet, sic inquiens: Pinnulæ etiam circundantes illæ totum in Lolio alueum ambiũt, cum in Loligine partem aliquam teli inquant. Idem alio in loco clarius aperuit: Pinnula, inquit, cum in cæteris, tum in grandium Loliginum (lego Loliorum, nam in Græco legitur μεγάλων τοῦθων) genere iuncta perpetuaq; gestatur: minores vero quas Loligines

a Lib. 17. de pis. cap. 4.
b De par. 4. cap. 9.
Dentes.
Pedes.
c His. 4. c. 1.
Promuscides.
d De par. 4. cap. 9.
A Sepia quid differat Loligo.
e Apol. 1.
f His. 4. c. 1.
g De anim. 3. cap. 41.
h Lib. 7.
i De par. 4. cap. 5.
Atramentum
k Lib. 7.
l Habent.
m Hi. c. 1.
Gladiolus eiusq; descriptio.
n His. 4. c. 1.
o De par. cap. 5.
p Plin. lib. 9. cap. 28.
q Lib. 7.
r De par. 4. cap. 9.
ὀστλίγγας.
Venter.

ligines vocant, non circumactam per totum alueum, sed de medio orsam habent. Postrema quoq; pars aluei, quę retusa est in Polypo & Sepia, in Loligine valde acuitur, in Lolio v. medio modo se habet. Quapropter iure dixit *t* alias Pars enim Lolij quæ exit in acutum, latior est. *u* Athenæus ex eodem de Loligine maiori seu Teutho scribit, accedere ad tres dodrantes, colore subruffo esse (ὑπόπυρρον:) & ex dentibus inferiorem in eo minorem, superiorem vero maiorem, vtrumq; nigrum, accipitris rostro figura nõ absimilem, discisso alueo ventriculum suillo similem videri. Quæ fere omnia non modo Teuthidi, sed etiam Sepiæ sunt communia; rostrum autem in Lolio non prorsus nigrum est, sed ad nigredinem tendit. Lolium igitur sic descripsit *x* Bellonius: Ipsa quidem Loligine maior est, vt cubitorum interdum quinq; esse soleat, inquit Aristoteles. Exteriore quoque corporis nota aliquantulum à Loligine discernitur. Pars n Lolij quæ exit in acutum, in Loligine latior est. Quinetiam pinnulæ totum Lolium ambiunt (pictura Rondeletij hoc non ostendit, vt norat Zoographus) iunctæ perpetuæque, quæ alioqui in Loligine partem aliquam relinquunt. Minus autem accedit ad Polypum quam Sepia. Nam corpus ei oblongum est, cartilagineum, duabus pellibus obductum: gladium arctiorem & magis cartilaginosum in tergore continens, translucidum vitri modo, tenui theca inclusum: rostrum aquilinum, psittaci figura. Sed eodem modo atramentum quod Sepia emittit, & cirros octonos habet, breues tamen: in quibus totidem acetabula conspicies, quot in Sepijs. Ac præter illos octonos, duo quoq; longa flagella seu promuscides multis in extremo acetabulis circumsessa videbis: quib. à longe Cancros, Vrsos, Astacos, Paguros, & omne pisciculorum genus arripit. Porro Lolij acetabula præter Sepiarum & Polyporum morem, tribus introrsum aculeis osseis robustis, in gyrum munita sunt: quibus veluti vncinis arripit quod cupit, vt non omnino sit tutum Lolium manu in ipso mari contrectare ac prehendere. Latas in gyrum diffundit pinnas: a cuius ore corneo gula prætenditur angusta, & vsque ad stomachum longa, quem habet amplissimum, atq; adeo ingluuiem oblongam, quæ hunc præcedit. Eadem fere Rondeletius his verbis. Piscis est pelagius, gregalis, ex Mollium genere, pedibus, promuscidibus, capite, oculis, ore, lingua, fistula, partibus internis quibusdam, coeundi modo Sepiæ similis. His v dissidet. Corpore est longiore, rotundiore, in acutum desinente Sepia breuior est & latior, durioreq; carne. Sepiæ os internum in prona parte situm quod Sepium vocatur, robustum, latum, media natura inter os & spinam, fi iabile quid & fungosum continens Loliginis τὸ ξίφος, id est, gladius, tenuis est, angustus, cartilagineus, pellucidus. Promuscis dextra crassior. Atramentum nigrum non infia vt in Sepia: sed prope murim. Pinnulæ latiores sunt quam in Sepia, non totum alueum ambientes, & in angulum acutum in lateribus desinentes. Et paulo post. Pręter atramentum, inquit, succum quendam purpurascentem continet, vnde subpurpureas Loligines coctas reddi puto: Loliorum autem duo sunt genera, maiores & minores, quod his verbis *y* Aristoteles docuisse videtur: Loliorum genus pusillum admodum est, & facie quoq; à Loligine dissidens. Quę Gaza melius sic verrisset Est autem genus paruorum Loliorum, facieq; è Loligine dissidens. Nam Græca sic leguntur: Ἔστι δὲ τὸ γλίσχρον ὀλίγων τῶν Τευθῶν. Zoographus hic legendum censet. Ἔστι δὲ π γλίσχρον ὀλίγον τῶν τευθῶν. vel Ἔστι δὲ κ γλίσχρον ὀλίγον, &c Loliginis minoris descriptionem hanc nobis scriptam reliquit Bellonius: Octo cirros vt Sepia habet, multo quam Polypus breuiores, Sepia tamen longiores. Atramentum nigrum continet Sepiæ modo. Grandem quoq; habet aluum & fistulam vt Sepia; gladium etiam in tergore, alteri tantum huius parti inhærentem. Duo crura siue duas proboscides longas exerit in cirrorum congerie, teretes, multis in extremo tortulis, seu acetabulis concauas, quibus cuncta quæ venatur, capit & ori admouet: & ad saxa quibusdam veluti iactis anchoris confirmat. His etiam vtitur, quoties de more palpat, & pisciculos retinet: quibus maiores quoque nonnunquam euincit. Rostrum porro illi est psittaco simillimum. Rondeletius pediculorum numero, promuscidibus, oculis, capite, corporis forma, gladioli substantia, atramento, deniq; partibus omnibus tum externis, tum internis persimilem esse Loligini maiori scribit, excepta pinna, & gladiolo, & parte extrema: pinnam enim latam esse inferiori loco magis, quam in Lolio, gladiolum quoque & partem extremam acutiores Loliginis maioris Saluiani, & minoris Rondeletij, item eius cuius picturam Venetijs accepimus, rubris vndique maculis conspersam, icones tribus hisce tabulis delineatas damus.

t *Hist.* 4. c. 1.
u *Lib.* 7.
x *Lib.* 2. *de pisc.*
y *Hist.* 4. c. 1. Lolij duo genera.
Arist correctus.

LOCVS.

Reliqua Mollia prope littora versantur, ibique vitam degunt, Loligo vero in profundo mari, vt testatur *a* Aristoteles his verbis: Loligo sola ex ijs gaudet alto, vitamque pelagicam agit. Idem etiam de Lolio scripsit inquiens: Pelagius tamen Lolius non alio modo, quam Loligo consistit. *b* Saluianus in omni mari satis frequentem & notam esse ait. In nostro mari, inquit, *c* Plinius Loligines quinum cubitorum capiuntur. Sed Arist. Lolium ad tantam magnitudinem peruenire author est, nulla loci facta mentione. *d* Albert Magnus refert Loliginem reperiri quinq; cubitos longam in Sixto Mauritaniæ flumine. Abundare etiam in mari prope Eubœam ex Archestrati versu apud *e* Athenæum citato colligo, nam multas esse scribit venales in Dio & Pyrrha oppidis Eubœæ.

In Ponto quoque Loligo reperitur teste *f* Plinio, cum absit Sepia.

a *De par.* 4. c. 4.
b *Histor.* 56. *aquatil.*
c *L.* 9. c. 30.
d *Lib* 21. *de animal.*
e *Lib.* 7.
f *L.* 9 c. 15.

VICTVS.

Gaudent piscibus Loligines: nam tradit *a* Aristoteles, in Mollium genere Loligenes pisces vel maiores euincere. *b* Bellonius, Cancros, Paguros, Astacos, & omnes pisciculorum genus suis longis prætenturis superare & arripere affirmat, diligenterque quicquid in stomachum dimiserint atterere rostro, quod robustissimum habent, indeque cuncta, quæ in eius stomacho percipiuntur, pulmenti faciem habere.

a *Hi.* 8. c. 2.
b *Lib.* 2. *de aquatil.*

CAPIENDI RATIO.

Capiuntur plurimis modis, vt nobis declarauit *a* Oppianus. Postquam enim astutissimas dixisset, subdit hos versus:

Quamuis sint tales vigili capiuntur ab arte
Piscantis, ponto quoties voluuntur in alto,
Currentes rapiunt, pelagi non agmina cunctis
Sunt instructa dolis, capis falluntur & hamo,
Qui madida degunt terra, qua fluctus inundat,
Hi tlus mente vigent, istorum corpore paruos
Imbelles tenues potius cum Caride parua
Teuthide (cum) Cancro capies longi q. flagellis.

Et *b* alibi hamo etiam venari docuit his versibus:

Piscator virgam contorto fune globatam
Præparat, innumeros infigens desuper hamos
Piscibus exitium forti mucrone propinquis,
In quibus infigit fallacem Iulidis escam,
Et resupinatos sub lymphis occulit hamos.
Furtiuam medijs fraudem suspendit in vndis.
Cum videat fixam Loligo rumpit in escam,
Dumq. premit fusum se circum fila volutans
Cuspide confossus, quo se conuellere frustra
Nititur, & luctans contra sua terga reuoluit.

a *Lib* 3. *de pisc.*
b *Lib.* 4. *de pisc.*

NATATIO. VOLATVS.

Non natant tantum suis pinnulis quibus alueus earum circumdatur, vt ait *a* Aristoteles: sed ijsdem etiam volant, vt haber *b* Plinius inquiens, Loligo etiam volitat, extra aquam se efferens. Quod & Oppianus testatur, canens,

——Et findunt aera magnum
Loligo Miluusq. rapax, & mitis Hirundo.

c Et rursus ibidem.

Loligo Miluusq. rapax & mitis Hirundo
Cum timeant magnum venientem è marmore piscem
Ex mare prosiliunt scindentes aera branchis.
Non volucrum species, non est Loligo natantum.
Turmatim fertur ponto, gestitq. volare.
Inferius multo se tollit mitis Hirundo.
At radunt summam milui lati æquoru vndam:
Hos nanti similes dices similesq. volanti.

Idem Plinius ex Trebio Nigro tradit Loligines interdum volare tanta multitudine, vt nauigia quoque demergant. Et *d* Albertus Magnus, Loliginem scribit quinque cubitis esse longam in Sexo flumine Mauritaniæ, & iuxta Oceanum volitare sagittæ modo: tantaque multitudine; vt naues submergant. Neque id omnino esse incredibile putat Rondeletius; cum plurimæ mutuo complexæ natent: ideoque multa simul capiantur. Cęterum volatum longo tempore exercere non possunt, quod notauit etiam Albertus, & Isidorus Loligo inquit ille, alis (pinnis) suis in aetem se attollit: sed quia flatus ventorum sustinere non potest, paulo post vbi ventis concutitur, ad aquas redire cogitur, & in profundum relabitur.

a *Hist.* 4. c. 1
b *L.* 9. c. 29.
c *Lib.* 1. *de pisc.*
d *Lib.* 24. *de anim.*

ÆTAS. SEXVS.

Athæneus *a* ex *b* Aristotele Teuthi ac Sepiæ vitam breuem esse asserit: verba Philosophi hæc sunt: viuẽdi spacium tam Sepiæ quam Loligini breue: nam exceptis paucis bimatum non compler. *c* Plinius quoque de Sepia & Loligine locutus, ait: Neq; his bimatu longior vita. Loligo mas & fæmina hoc inter se differunt etiam præter illud commune discrimen quo omnia Mollia in genere distingui diximus, quod vt scripsit *d* Aristoteles, fœmina intestina duo continet veluti mammas, quæ si aluo inspecta disseces, facile videris: quibus mas omnino caret. Loligo mas, inquit *e* Rondeletius, à fæmina differt, quod intus meatus duos habeat quibus mas caret, sicuti in Sepijs euenit. Quamobrem errant qui Loliginem fœminam esse putant, Lolium vero à Gaza nominatum marem, cum etiam in Lolio differentia maris & fœmina modo dicta reperiatur.

a *Lib.* 7.
b *L.* 5. *hist.* c. 15.
c *Lib.* 9. c. 3.
d *Hist.* 4. c. 1
e *De pisc.* lib. 7. c. 4.

COITVS. PARTVS.

Cum Aristoteles generaliter complicationem Mollium docuisser, qua vtuntur in coitu, hæc subinde infert: Sepiæ vero & Loligines νέουσιν ἅμα συμπεπλεγμένα τὰ σώματα καὶ τὰς πλεκτάνας ἐφαρμόττουσι καταντικρὺ ἀλλήλαις, νέοντες ἐναντίως: id est, Natant inuicem complicatæ ex aduerso, ita vt os ori, cirri cirris respondeant è regione, natantes interim in contrarium. Nasum etiam dictum (τὸν

a *Hist.* 5. c. 6

Rondeletius fallitur.

τὴν μυκτήρα) alter in alterius nasum inserit. Quo loco Rondeletius pro νέουσι legit ὀχεύουσι, vel ὀχεύοντας. Quod quidem clarius dicitur, inquit Zoographus, si quis diligentius Aristotelis verba seorsim consideret. Si vero apud ipsum Aristotelem argumentum, hoc est, ea quæ præcedunt & sequuntur, respicias; nihil mutare opus est: tra ctat enim ex professo de animalium coitu: & cum Polypos terræ niti dixisset in coitu, ὁμῶς δὲ καὶ Πολύπους ὅταν τῷ λεῖῳ μέρει κεφαλῷ ἐρείσῃ πρὸς τὴν γῆν &c. Sepias & Loligines natare simul, & coire subiungit: natando autem vtrunque sexum in contrarium ferri, vt pore corporibus è regione, & ex aduerso applicatis. Athenæus quoque *b* Aristotelis verba recitans νέουσι legit. *c* Plinius, Sepiæ & Loligines, inquit coeunt linguis, componentes inter se brachia, & in contrarium nantes, ore & pariunt. Sed Polypi in terram verso capite coeunt: reliqua Mollium tergis, vt canes. Qui locus, inquit Zoographus, cum ex Aristotele sit conuersus, linguis tamen Mollium vla coire is non dixit: sed neque tergis vt canes. In verbis Aristotelis ἅμα συμπεπλεγμένα τὰ σώματα καὶ τὰς πλεκτάνας ἐφαρμόττουσι. nostri codices recte post συμπεπλεγμένα distinguunt, & sequentia pariter construunt, hoc est σώματα similiter, vt πλεκτάνας referunt ad ἐφαρμόττουσι. Apud Athenæum vero hæc citantem, distinctio est post σώματα: quod Plinium induxisse videtur, vt ore & linguis ea coire puraret: cum tamen proxime scripserit Aristoteles eundem coeundi modum Mollibus cunctis esse. καὶ σώματα δὲ συμπλέκοντα, &c. sed longe aliud est συμπλέκεσθαι, aliud ὀχεύειν & σπερματίζειν. quod non animaduertit Plinius Quamobrem quod *d* Gaza etiam vertit. Mollia ore coeunt, non probo: cum Græce legatur συμπλέκεται. *e* Aristoteles certe Mollia non linguas, sed pro ijs carnosum quiddam habere tradit, quo voluptatem esculentorum discernant. Pariunt etiam ea corporis parte (teste *f* Philosopho) quæ fistula dicitur: qua coire eas nonnulli arbitrantur. Εκτίκτει δὲ κατὰ τὴν φυτήρα, καθ' ὃν ἔνιοι καὶ ὀχεύεσθαι φάσιν αὐτάς. Sed hoc ex vulgi, vt recte annotauit Zoographus, vel piscatorum quorundam potius, quam sua sententia ab Aristotele dictum. Antoqui dubium non est quin & coitus & partus eadem omnino parte, non locis diuersis fiant. Theodorus pro φυτῆρα legisse videtur φυσητῆρα: hoc est fistulam, quam alibi αὐλὸν vocat. Zoographus κατὰ τὴν μυκτῆρα καλούμενον legere mauult: quoniam proxime τὴν καλούμενον μυκτῆρα nominauit, hoc est appellarum nasum in Mollibus: nasus enim verus, hoc est figura simul & vsu nasus, non habetur nisi in sanguineis respirantibus: & Paulo ante dixerat, æstimatum à nonnullis genitale in vno crinium inseri εἰς τὴν μυκτῆρα θηλείας Et rursus de Loliginibus & Sepijs: Εναρμόττουσι δὲ τὸν καλούμενον μυκτῆρα. Sed siue, inquit Zoographus fistulam siue nasum legimus: neutra istarum partium, vel coire teuera, vel parere possunt Mollia. Rursus de Sepiarum & Loliginum coitu agens *g* Philosophus, τιθέασιν, inquit, ἡ μὲν ἐπὶ τὸ ὀπισθεν, ἡ δὲ ἐπὶ τὸ στόμα ποιεῖται: Gaza vertit: Natatus alteri retrorsum, alteri anteuersus in os agitur. Quod quo pacto quadrer, non assequor ait Zoographus. Nam si partibus supinis iunctis coeunt, & os ori, cirri cirris è regione respondent, vt dixerat, νέουσι δ' ἐναντίως, id est opposita inuicem natatione vtuntur: non conuenit sexum alterum retro alterum os versus natare, sed os versus vtrunque. Sed hæc inspicere necesse est, si quis de veritate admodum cupit esse solicitus. Pariunt in alto: testeque *h* Aristotele consertum ijs ouum quale Sepijs est. Quæ sic transcripsit *i* Plinius: Loligines in alto conserta oua edunt, vt Sepiæ. Oua quoque earum apparent geminа: quoniam, vti ait *k* Philosophus, vulua earum ita articulata est, vt bifida cernatur. Et *l* teste eodem prodeunt è singulis Loligines singulæ vt in Sepijs contingit.

b *Lib* 7.
c *L* 9 *c*. 51.
Plinij error.
d *Lib*. 1. *de gen. c*. 15.
e *De par*. 4. *cap*. 5.
Pattus.
f *Hist*. 5. *c*. 6.
Αὐλὸς Aristoteles correctus.
g *Hist*. 6. *c*. 5.
h *H*. 5 *c*. 18.
i *Lib*. 9. *c*. 51.
k *De gene*. 3. *cap*. 8.
l *Hist*. 5. *c*. 18.

MORES, INGENIVM.

Loliginem minorem siue τοῦθιδα Aristoteles apud *a* Athenæum inter pisces gregales numerat. Sed Aristoteles, si fides sit vulgatis codicibus Græcis, τοῦθιν non τοῦθιδα inter gregales pisces recenset his verbis: Gregales denique sunt Thunni, Aleces, Gobiones, Vocæ, Lacerti, Coruuli siue Gracculi, Dentices, Mulli, Malleoli, Elegini, Sacri, Aristulæ, Sargiaci, Lolij, Papaueres &c. Plinius quoque & Oppianus Loligines gregales, esse testantur, cum hic eas turmatim ponto ferri, ille vero scribat tanta multitudine è mari volare, vt nauigia demergant. Quæ comprobanda his *c* Æliani verbis: Loligines, Accipitres marini, Hirundo pelagia, cum quippiam meruunt, ex mari exilire dicuntur: ac Loligines quidem pinnarum longissimo, & sublimi tractu gregatim more auium efferri. Sane maior his quoque astutia, quam Sepijs, ac contra plura pericula se muniendi potestas. Nam & atramento (quod vt in Sepijs, postquam emissum est, rursus accrescit, ita vt nunquam eis desit copia eius teste *d* Aristotele) & volatu se liberant, ab imminente hoste, aliovè periculo: quamuis in astutia pares esse Sepijs his versibus innuat *e* Oppianus de Sepiarum callidtate antea locutus, qua fugiunt pisces horrendos infuscata prius aqua

Loligo atq; alij qui findunt æra pisces
Tales inuenitunt artes: non est liquor ater
Illis, purpureos potius de corpore fundunt
Humores: sed fraude pares astuq; putantur.

Sed natura de Loliginibus magis sollicita esse debuit, quam de Sepijs. Nam hæ cum litorales sint, minorum piscium ac minus celerum nataru iniurijs exponuntur, quos tantum aquæ infuscatione decipere sufficiebat: Loligines vero cum in alto degant, maiorum piscium ac maxime velocium periculis obijciuntur, vnde eis etiam volatum natura concessit. Promuscidibus quoque, quoties tempestates vrgent, ad saxa aliqua adhærentes (non aliter quam Sepiæ) se veluti anchoris iactis stabiliunt, vt author est *f* Aristoteles. Vnde *g* Ælianus. Loligines & Sepiæ duabus sunt tanquam promuscidibus præditæ, quibus ad saxa, cum est in mari tempestas, adhærescunt, & tanquam anchoris iactis firmatæ fluctuum incursionibus resistunt. Post cum est tranquillitas, solutis promuscidibus rursus uatant. Non contemnendam scientiam tenentes vitandi sane tempestates atque ex periculis salutem conseruandi Loligini quoque illud accidit memorabile, vt, si sides sit *h* Olao Magno, solo tactu manum stupefaciat.

a *Lib*. 7. Loligines. gregales.
b *Hist*. 9. *cap*, 2.
c *De anim*. 9. *cap*. 52.
d *Hist*. 9. *cap*. 37.
e *Lib*. 3. *de pis*.
f *Hist*. 4. *cap*. 1.
g *Lib*. 12. *de animal*. *c*. 1.
h *L*. 21. *c*. 10

DENOMINATA.

Mollia omnia communi vocabulo τοῦθιδη nominantur, hoc est Loligini similia apud Athenæum. τοῦθιν ὁ καπύσκοπος, Suidas. Dicitur etiam τεῦθος aut τοῦθις voce diminutiua τοῦθιδιον, quod frequens est apud Athenæum Doryon hepsetis τοῦθιδας & σηπιδας adnumerat Et Græcos imitati Latini Loliguncu-
B las, & Sepiolas dixere *a* Plautus.

Emitto Sepiolas, Lopades, Loligunculas.

a *In Casina*

SYMBOLICA.

De Sepijs, & Loliginibus Matro Græcus poeta dicebat quod solæ inter pisces, quid album, quidue atrum sit, noscerent, vt ait Rhodiginus forte, inquit Zoographus, quia caro eorum alba est, atramentum vero in se continet. Sed Athenæus ex Matrone de Sepia tantum hoc refert: potest tamen & de Loligine aliisque Mollibus atramentum effundentibus intelligi. Themistocles, vt in ipsius vita refert Plutarchus, Erethriæo ciui cuidam exprobrans ignauiam dixit: ἦ γὰρ καὶ ὑμῖν τοῖς περὶ πολέμου τίς ἐστι λόγος οἰκοδομεῖσθαι τοῦθιδες μάχαιραν μὲν ἔχετε, καρδίαν δ' οὐκ ἔχετε. id est, sane & vobis aliquid de bello dicendum est, qui Loliginum in morem gladium quidem habetis, cor autem non habetis. Succum
C Loliginis pro malignitate noxia, & virulentia nimiæ malitiæ posuit *a* Horatius de Capitolino amico hæc dicens.

——— Hic nigra succus Loliginis, hæc est
Aerugo mera.———

Malignitas.
a *Satyr*. 4. *ser*. *lib*. 2.

Vt enim Loligo foris alba est, intus ob atramentum nigra; sic Capitolinus fictus amicus, beneuolum se prius ostendit, deinde latens intus venenum euomit.

PRÆSAGIA.

Gvbernatores, inquit Cicero, cum exultantes Loligines, aut Delphinos se in portum conijcientes viderint, tempestatem significari putant; *a* Plinio vero Loligo volitans, Conchæ adhærescentes, Echini affigentes sese, aut arena saburrantes, tempestatis signa sunt. Quæstioque est apud *b* Plutarchum: Quid est quod Loligo conspecta magnæ tempestatis prænuncia est? An quia in-
D quit, Mollium genus omne natura frigoris impatiens est? Caro enim eorum nuda & glabra est: non testa, non pelle, non squamis munitur: duram vero osseamque partem interius gerunt. Vnde & Mollium nomen eis datum est. Quamobrem cum adeo non facile patiantur, imminentem tempestatem ilico percipiunt. Vnde Polypus in aridum procurrit, & lapidibus (πετρειδίοις) adhærens venrum iamiam adesse significat. Loligo autem exultat, frigiditatem, & in profundo maris commotionem fugiens. Habet enim hæc mollium omnium partem carnosam imprimis mollem, ac reneram. Easdem fere caussas reddidit *c* Psellus, interprete Ioanne Corterio, inquiens: Loligo piscis est carnis superficie molli, vnde μαλάκιον nominatur. Tenuissimus enim existens neque testa, neq; pelle, neque squamis tectus, inter malaciorum (Mollium) genera numeratur. Cum sit igitur nudus, omniq; destitutus operimẽto, hyemem facile cuius patet iniurijs, præsentit. quo fit, vt frigus fugiat: & commotionem maris, quæ in profundo est, declinare studẽs, in aquæ superficie natet. Cum igitur nautæ pisciculum istum mari supernatare vident instare hyemem (tempestatem) col
E ligunt, non aliter quam Polypum petrę inhærentem ventos significare. Indidit enim Deus virtutes quasdam animalibus ad futurorum præsentionem: vt quæ essent salutaria, sequerentur; quæ autem damnosa deuitarent. Hactenus Psellus.

Tempestatis signa
a *L*. 26. *c*. *vlt*.
b *Quæst*. *natur*. 18.
c *Physic*. *q*. *cap*. 113

EPITHETA.

Hερόφοιτα χθόνθλα τοῦθιδας vocat Oppianus, quod volent per aerem. Apud Epicharmum ποτείναι τοῦθιδες dicuntur. Sed hoc recentes forte significat, inquit Zoographus, non epitheton est. Ποτινέα τὰ πρόσφατα Dorice Ποτεινὶ προσφάτῳ. At πετεινὰ καὶ ποτανὰ epithera fuerint, eiusdem significationis, volucres, volaces τοῦθιδα μαλακὰ πάλαι appellat Pherecrates, quod molli cute, & tenera sint intecta. Loligo nigra dicitur Horatio quod succum in se nigrum continet.

VSVS IN CIBIS.

Teuthide egere.

ΤΕυθίδα vilem fuiſſe piſciculum ſcribunt Scholiaſtes Ariſtophanis, & Suidas. Vnde prouerbialiter Athenis Teuthide egere dicebantur, qui tanta egeſtate premerentur, vt viliſſima quæque quærere cogerentur. Ariſtophanes in Comœdia cui titulus Archanes.

Ὃν ἔτ' ἴδοιμι τεύθιδ' ὀδύμορον,
Id eſt,
Quem etiam video Teuthide egentem

Nihilominus ab Obſophagis Loliginem in delitijs fuiſſe legimus. Nam Teuthidion nominatur in conuiuio, quod Philoxenus Cythereus deſcribir Et Pherecrates apud Athenæũ ἐν δουλοδιδασκάλῳ docet, in cœna lauta apponi Loligines: Noſtriſq; temporibus à diuitibus, & ganeæ operam nauantibus ſummopere appetuntur, & commendautur, præſertim ſi à perito coquo apparentur. Hinc Caſtor Durantes in Theſauro ſanitatis:

Antiquis abiecta fuit Loligo, probatur
Sed nunc, hancq; petunt ſæpe probantq; coqui.

Quo authore frigida eſt in primo gradu, humida in ſecundo. Præfertur parua, quod carne teneriori, cum ſit, facilius concoquatur, quam grandior, faciliuſque digeratur. *a* Paulus Aegineta Loliginem difficilem concoctu eſſe ſcribens: intelligendus videtur, quatenus omnia Mollia duræ ſint carnis & difficile coquuntur, vt tradit *b* Galenus. Nam Loligo facilius, alioqui, vt ait Dyphilus apud Athenæum, quam Sepia concoquitur: καὶ οὔκ ἄστομον. Maſſarius vertir, ſed inſuauis eſt, id quod Dyphili verba ſonant: Wortonus contrario ſenſu ori graram eſſe, Bellonius etiam magis gratam dixit. Zoographus iudicati vult, quibus recentes hos piſces guſtandi facultas eſt. *c* Ioannes Bruyerinus Loligines inter lautas epulas reponi vidir, ſed vtcunque parentur, duras eſſe, & ægre concoqui ait. Graram eſſe etiam teſtatur Caſtor Durantes, qui inſuper addit appetentiam augere, & optimi eſſe nutrimenti Licebir itaque ἄστομον in Dyphili ſupra citatis verbis ſimpliciter legere, & ori gratum vertere. Præfertur grauida, nec capta in mari mortuo. Archeſtratus qui gulæ cauſa, vt ſcribit *d* Athenæus, terram mareq; peragrauit, de Teuthide ſcripſit:

a l. de alim.
b L. de ſimp. 3.
c L. 21. de re cib. c. 13.
d Lib. 7.

Τευθίδας ἐν Διῳ τοῦ περικῶ παρὰ χοῦμφ
Βαφύρᾳ καὶ ἐν Ἀμβρακίᾳ παμπληθίας ὄψει.

Quæ ſic vertir Dalechampius.

Teuthidas in Dio & ad Euripum ſita Pyrrha
Et in Ambracia tincturis nobili per multas videbis.

Præparatio

Romæ meliores iudicantur menſibus frigidis, vt Nouembri, Decembri, Ianuario, Februario, Martioque, varijſque modis præparantur, vt Sepiæ. Eubulus in Orthanna apud *e* Athenæum Loliginem in ſartagine ait coqui ſolitam *f* Ariſtophanes τὸ μὲν πάγχυον Τεύθιδων Ἐφεστάναι σίζον, id eſt, ad ſartaginem Loliginum (in qua Loligines friguntur) ſtridentem, aſtare. Contra in Thracum regis conuiuij deſcriptione Alexandrides Τεύθιδας ὀπτὰς, id eſt Loligines aſſatas nominat. Et Eubuli in Auge apud eundem Athen. hic citatur verſus:

e Lib 3.
f In equitib.

Παρεντέτρωται τεύθὶς ἐξωπτημένη,
Aſſata inflicta vulnera Loligini.

Eadem forte, inquit Zoographus fuerit τεύθὶς ὠνθυλευμένη, nominata à coquo apud Socratem comicum:

Ἀρτίως ὤφθη τευθὶς ὠνθυλευμένη,
Id eſt,
Vrbanum quiddam viſa eſt mihi Loligo condita.

In quam & Charmus Syracuſanus (qui in promptu habebat verſiculos & parœmias de vuoquoque ferculo) hæc verba accommodabat: Σοφὴ σοφὴ σύ: ſcite nimirum & ſapieuter coctam & apparatam inſinuans. Eſt enim & ſua coquorum ſapientia. Ὠνθυλευμένον, τὸ διεσταγμένον (forte Διεσπαγμένον Zoographus) ἄρτυμα, ὅπερ ἔνιοι μεμονθυλευμένον, Varinus. Antiphanes in Cyclope Lurconem Archeſtratum exuperans, inquit, eſto nobis mugil Himettius; torpedo ſub teſta cocta: Perca diſciſſa: farcta Loligo Vt aurem farciantur præparenturq; nobis declarauit Alexis apud Athenęum, qui in Erettico hæc loquentem coquum inttoducit.

Loligo farcta.

Τευθίδες, πίνναι, βαθὶς, δῆμος ἀφύαι
Κρεάδι σύν τε ἰδὶ ἀλλὰ τὰς μὲν τευθίδας
Τὰ πτερύγια αὐτῶν σωτεμὼν σταπὸν μικρὸν παραμίξας περὶ πᾶσαι
Ἡδύσμασι λεπτοῖς χλωροῖς ὠνθυλεῦσαι.

Quæ ſic transfert Iacobus Dalechampius.

Teuthides, pinnæ, batis, aphyarum natio:
Carnis & interaneorum fruſtula: Teuthidas
Conciſis earum alis, adipu admiſto paululo inſperſo ſale,
Scitamentis ex olere viridi, minutim tuſo, farctas conditui.

Rondeletius Loliginem ita paratam, libi, placentæ aut farciminis genus eſſe putat, quod & ipſum Teuthis nominatut. Obſeruatur à coquis in primis, ne, dum cirri abſcinduntur, & præparantur ad coctutam, attamentum effluat; dererius enim ius conficitur ſine atramento, vt in Sepia quoq; diximus. Vnde ſic cecinit *g* Iulius Cæſar Scaliget:

g In Atha.

Tum Santonum Loligines cito & magicis
Curſu & itineribus ſportula atq; iumento
Parone lintreue fluttante ſubuectus,
Aut Almadiis, vt loquuntur Hiſpani
Vltro nigrantem ſanguinis ſui ſuccum
Se aiunt datura, condiantur vt recte.

h L. 9. c. 3. Vt ſapidiores reddantur Loligunculæ, nos docet *h* Apitius: Ad Loliginis, inquit, condituram in patinam teres piper, tutam, mellis modicum, liquamen, carenum, & olei guttas. Alia Loliginis conditura. In Loligine farſili piper, Ligusticum, coriandrum, apij ſemen, oui vitellum, mel, acetum, liquamen, vinum, & oleum amylo obligabis. Iſchia de Loligine ex *i* eodem; ſublatis cruribus in pulmentum tundes, ſicuri aſſolet pulpam in moitario, dein liquamine diligenrer fricatur: & exinde iſchia plaſſantur. Frixantur etiam farina aſperſa, & addito ſucco mali arantij, comeduntur quouis anni tempore in Italia, omnique ætate ſi magnæ fuerint, ſed valde nocent paralyticis, & concoctioni ſunt rebelles, quare in aqua coquuntur & vino additis pipere, ſale, & herbis odoratis. Romæ aurem, vt ſcribir *k* Bartholomæus Scappus, minores fricautut, maioribuſque præferuntur, condiunturq; in iure hoc modo. Gladiolo, & oculis exemptis, inſpiciuntur cirri, nunquid eis arena adhæreſcat, vt ſæpe euenire ſolet, dein ſæpius lauantur, quod fier melius cum à corpore auelluntur, tum modico ſale aſperguntur, frixanturque in oleo oliuarum, poſt calidæ ſeruantur cum ſucco arancij mali irroratæ, & pipere aſperſo. Cauendum autem, ne in eo oleo, in quo frixæ ſunt, incoquatur quicquid ex farina fit, aut quod coquendo album facere velis Quippe dum frixantur, rupta veſica, atramentum effunditur, & tingitur oleum. Si in iure voles, præparatæ eo vt ſuperius diximus, modo imponuntur æneo cacabo, aut vaſi fictili cum oleo, aut butyro, dein paulatim frixantur, addiro aquæ tantillo, quantum ad tegendum eas ſatis eſt. mox ſuperinduntur aromata, cum cœpis modice contuſis, & prius frixis, aut herbis, & oleribus, vuis criſpini, & omphacio claro. Si vero hoc modo præparare volueris ſine atramento, eximitur veſica, deinde in aqua elixanrur, recentique frigida iterum perfunduntur, ac deinceps in iure coquuntur. Loligines maiotes virulentæ hoc modo coquantur. Demptis gladio, & crinibus, ſeu cirris lauantur, vt ab arena purgentur, qua ſæpius vndequaque obſidentur, tum plures in partes diuiſæ, ponuntur in æneo vaſe, aut fictili cum oleo, frixantur paulatim, adduntur que aromata tantumque aquæ, vt ſuperemineat, hinc coquuntur diu; longa enim coctione eſt opus. Vbi fere coctæ ſunr, atramentum cum vino Cretico, aur alterius generis albo, & omphacio commiſcentnr, imponunturq;, & rurſus ebullire aliquantulum ſinuntur, mox ſeruanrur ad vſum. Quod ſi minus liquidum ius volueris, addenda amygdala, aut olera contuſa cum vuis paſſis. Fatciuntur quoque vt idem Scappus author eſt, hoc modo. Mediæ magnitudinis Loligo mundatur, & quæ eximenda ſunt, eximuntur, cirri, ſeu barba cum aqua, & ſale coquuntur, atramentum in veſica reſeruatur Mox farcitur corpus reliquum mixtura facta ex caſeo Parmenſi (is enim præſtantiſſimus apud nos iudicatur ad coudiendum) medulla panis tenuiter trira, vitellis oui herbis conciſis, pipere, cinamomo, vua paſſa croco Vbi vero dies eſt ieiunij, loco caſei, & vitellorum oui ſumuntur amygdala, aut nuces iuglandes, aut auellanæ contuſæ cum panis fruſtulo madefacto in omphacio. Farctum ita vbi fucrit corpus, imponitur vaſi cum butyro, & aqua quoad ſupernatet, addi tis eius cirris in mediocres partes concisis: paulatim omnia coquuntur cum modico ſale, & aromatibus. Cocta vbi fere fuerinr, herbis minutim contuſis, aut amygdalis contuſis vinoque albo cummiſtis, & omphacio inſpiſſaturius, quod ſi flauedinem habere deſideres, croci parum commiſcetur, ſi vero nigrum eſſe cupis atramentum eius loco croci poſtulatur.

i L. 2. c. 1.
k De re culi. L. 3 c. 103.

VSVS IN MEDICINA, & aliis.

AVthor eſt Archigines apud *a* Galenum Loligines ſtomachicis conuenire in cibo. Aſſatas prodeſſe torminoſis Marcellus Emphyricus. Acron commentator Hotatij ſcribit Loliginem eſſe genus piſcis, à quo atramentum fit: niſi potius in quo legendum ſit. Nam ex Sepia atramentum fieri ad ſcribendum idoneum conſtat, de Loligine id nondum compertum.

a De comp. ſecun. gen. lib. 1.

CAPVT VII.

DE LEPORE MARINO.

ADamus huic libro hiſtoriam leporis marini omnium quæ mare alit, animalium venenoſiſſimi. Ita nos iubent plurimorum authoritates virorum, qui hoc animal inter Mollia referendum eſſe iudicarunt, etiamſi multa quo ad naturam, & parres, ei deſint, quæ ſuperius diximus Mollibus vniuerſis ineſſe.

ÆQVIVOCA.

LEpus Latinis ſimpliciter à pedum lenitate vocatut animal quadrupes, hirſutum, & velociſſimum, quod Græci λαγῶν quoque ſimplici nomine, aliqui δασύποδα vocant. Sed de æquiuocis Leporis in Leporis terreſtris hiſtoria fuſius dicetur. Lyram piſcem vulgo à Gallis Gtonaut (alijs Gornat) dictum aliqui Leporem marinum eſſe putant. Germani quidam **Seehaan**/ id eſt Gallum matinum appellant, vt Rondeletius ſcribit Zoographus ab alijs etiam **Seehaaß**, id eſt Leporem marinum dici putat; quanquam hic Lepus veterum venenatus non ſit, cum in cibis commendetur, vnde Albertus ait: Lepus marinus duplex eſt: vnus vulgo **Gornellus dicitur**, Gallice Gornais. Phlegma & mucum pituito-

pituitosum, inquit Zoographus Germani vocant Schnuder, alij Snot, vt inferiores Germani: à quibus hoc phlegmaticum animal Snottolf vocatur: quod nomen tamen etiam alijs quibusdam pituitosis piscibus & mucosis attribuitur. Nam Seehaas, id est Lepus marinus Germanorum (alius quam Græcorum & Latinorum) siue ab oris figura, siue aliam ob caussam dictus, & à muco Snottolf, duorum aut trium generum (ni fallor) reperitur, quibus communis est figura orbicularis. Est & alius piscis oblongus eodem nomine.

SYNONYMA.

QVi Lepus marinus Latinis dicitur, Græcis λαγὸς, & λαγώος θαλασσίος. Neque enim eam distinctionem probo quam adferunt Hesychius & Varinus, dicentes quod λαγὼς per ὠ de terrestri dicatur, λαγὸς per ο breue de marino & fluuiatili, cum fluuiatilem Leporem nullum nouerim. Βαμβαδόνες, κίχλαιπε καὶ λάγοι Epicharmus in nuptijs Hebæ, vt citat Athenæus: sed melius alibi βιεβαδόνες (id est membrades & λαγοὶ, quanquam si qui pisces λαγοι dicantur, nuptijs & conuiuijs apti, illi plane à Lepore venenato, de quo agimus, diuersi fuerint. a Horatius:

a Ser. 2.

Nec scarus aut poterit peregrina iuuare lagois.

Vbi dubitat Acron, an lagois sit genus piscis, quod in mari Italo non inueniatur, aut auis quæ carnem leporis habeat. Germanice Lepus marinus venenatus circumlocutione efferri debet, **ein giftiger Meerhaß / oder ein giffiger kleiner Muttelfisch.** Liebre de la mer Hispanicum est. Cæterum Lepus marinus sic dictus est à colore Leporis terrestris, quem Græci ἔμπεχνον vocant, quod sit percnæ (ea est oliuæ non acerbæ, nec omnino nigrescentis species) similis. Et Plinius colore tantum Lepori terrestri similem esse scribit. Idcirco miramur omnes b Cardanum, cum tria genera Leporis marini descripsisset, ex Rondeletio hæc subdere. Hæc velut reiectanea quædam maris (inquit) vt Lepores mari-
,, nos delcripsi, quid enim his cum Leporibus simile? nec veneni quod potissimum signum, quodque in eis lethalissimum habetur, vlla mentio ferme habita. Propior forsan descriptio alterius reiectanei à Bellonio recitati, quanquam nec hoc forsan Lepus matinus dici possit. Sed à colore multis rebus nomina imponuntur, & inter pisces leuco, leuciscо, glauio, erythrino, Melanuro, auium puta passeris, merulæ, turdi nomina ad pisces eiusdem coloris sunt translata. hoc & in aliis contingit animantibus. Quapropter nou mirabimur Plinium, qui terrestri marinoque Lepori nil præter colorem commune inesse scribit. Et quamuis hic color Leporinus in omnib. speciebus marini Leporis non inueniatur, sufficit tamen in aliquo reperi genere. Monspelienses Imbriago vocant hoc est ebrium, quod viuus colore ex rubro nigricante, quali plerunque ebrij esse solent, existat. sed mortuus ex fusco albicat.

Etymum.

b Lib. 7. de ver. var.

Contra Cardanum

GENVS. DIFFERENTIA. descriptio.

HActenus fuit à paucis cognitus Lepus marinus, tum quia rarus est, tum etiam quia varie à veteribus descriptus. a Aelianus cochleæ, testa exemptæ aptissime comparat. cui sane petsimilis est. Plinius offam informem, hoc est massam carneam, vt exponit Roudeletius, potius quam piscem vocat. Neque enim pinnas, neque oculos, neque alia membra apte distincta in hoc videas, quemadmodum in alijs piscibus, ob id substantia siue carne non corporis specie Loligini paruæ assimulauit Dioscorides. Alii caudatæ Loligini simililem fecerunt: nigrum iu superficie Scholiastes Nicandri commemorat. Ælianus ex omni parte ad terreni leporis similitudinem præter pilos accedere tradit. Ρυπός, id est sordidus à Nicandto cognominatur. Scholiastes dicit quoniam γλυνώδης est. Zoographus γλινώδης legit per iota in prima. Nam γλίνη per iota, rhyphon id est sordes significat Varino. Lepus matinus, inquit Auicenna, est animal ostracosum lutosum
,, (Bellonius pro lutoso reponit durum: nam ostraco siue testa
,, hoc animal tegi nullus idoueus scripsit author) declinans ad ru-
,, bedinem aliquantulum, inter partes cuius sunt quædam simi-
lia folijs alusnem. b Apuleius de lepore marino ait: Cum cætera exossis, duodecim tamen numero ossa, ad similitudinem talorum suillorum in ventre connexa, & catenata gerit. dum in viuis est è rubro nigricans est, mortuus fuscus, teste Rondeletio, qui etiam apud Latinum Nicandri interpretem (Leonicerum intelligit) hæc se legisse tradit. Lepns marinus ex lacertorum genere est paruæ Loligini similis, informis magis offa quam piscis. Solo colore Leporem referens. Sed nullibi inuenio in Leoniceri scholijs Leporem marinum Lacertorum esse genus, quod si ex genere Lacertorum statuat, quomodo paruæ Loligini similis esse potest, quæ corporis figura, & substantia nihil commune habet cum Lepore marino? & hic exanguis est, Lacertus autem sanguinis particeps: Leporis marini tria genera à Rondeletio descripta sunt, cuius etiam picturas damus, Primum genus maxime lethale est, cochleæ nudæ admodum simile, maxime posteriore corporis parte. Os habet in dorso veluti Sepia, tenue volutæ instat. contortum, qua parte caudam spectat. in lateribus Sepiarum modo pinnas habet alueum ambientes, replicatas: mox cornicula duo carnosa, qualia sunt in cochleis, altera tantum capitis parte Zygenæ caput imitatur: altera parte foramen est per quod carnosam quandam substantiam exeit, vt in pictura vides: eandem pro arbitrio retrahit. in harum duarum partium medio rima est pro ore. Atramento, & reliquis partibus internis Loliginem refert. Idque in hoc genere admirabile est, quod cum in omnibus animantibus partes sinistræ dextris similes sint, in hoc valde sunt dissimiles, vnde offa informis merito dicitur. Odore est pisculento tetroq;. Secuudum genus superiore est maius, partibusq; internis, atramento, substantiaq; prędicto simile, item partibus externis dextra, & sinistra, reliquis dissimile. Nam parte priore duas latas appendices carnolas habet, in quarum medio rima est: paulo infra cornicula duo, qualia in superiore descripta sunt, nisi quod acutiora & breuiora sunt. In dorso os nullum, neque posterior pars cochleæ exenteratæ similis est. Huius posterioris partis vtroque latere, veluti in Sepia sunt pinnæ magis expansæ & replicatæ. Tertium genus substantia, viribus, & facultatibus prædictis simile est, idcirco inter Leporis matini genera retulit Rondeletius, pronamque & supinam partem huius repręsentauit. Quod iu partis supiuæ medio conspicitur, est os: supraposita ori pars, alueus, qualis in Sepijs, oui figura, sed in ambitu crenatus. Ori subiecta pars membrana est tenuis, carnosa, magis expansa iu rotundum, cuius ora fimbriata est, fimbtiæ nigræ sunt Intus cerebri nigri parum est, gulam excipit ventticulus, ex quo oritur intestinum instar capreolorum vitis conuolutum. In medio substautia quædam est fungosa succum fuscum continens fortassis μέλαν est cum atramento suo. Toto corpore est splendido: crystallum, vel pituitam concretam, congelatamq; dixeris. Raro admodum capitur, & vix vnquam nisi in summo æstu. tum enim à summis feruoribus omnia conturbantur, ea etiam quæ in maris imo latent. Odore est valde ingrato, & pisculento: nauseam mouet. Hoc tertium genus Bellonius descripsisse videtur pro communi Lepore marino: Fuluum, inquit, Leporis terrestris colorem imitatur. Pulmonis marini more per mare diuagatur, tametsi pinnis careat Pellucidum habet corpus oui anserini crassitiem non excedens, quod pro libidine huc, & illuc transfert. Gibba est illi forma parte externa, qua etiam glaber est: conuexam internam partem ostendit: qua eadem parte nerui permulti recti, atque obliqui apparent: quibus eo modo fere striatus est, vt conuexa fungi pars, ijsdem adstrictum corpus diffundit, diffusum vero contrahit: sese enim constringendo aquam petcutit, vt in ipsa natatione fungi naturam referat. Septem habet appendices, innumeris promuscidibus stipatas ex indico in cyaneum vergentes, quibus fugendo alimentum corpori suggerit: appendicum autem substantia fungosa est Cætetum ex aqua emergens suam figuram amittit, & in seipsum concidit, vt pulmo marinus. quapropter in vase aquam habente hunc contemplari oportet. Natat tranquillo mari. facileq; digitis cedit, si comprimatur. Tota namque corporis eius substantia mucosa est, ac veluti cartilaginosa. Os ad cirrorum radices in concaua parte situm habet. Linguam demorsus vellicat, vt ati radix; paulo tamen remissius Præter hæc commemorata genera tria alia nouimus, vnum cuius picturam primo loco damus Lepori terrestri, colore & parte anteriori plaue simile, dico capite & auribus, posteriore parte informis apparet offa, nouem aut decem appendicibus in fine prædita. hoc verum Leporem antiquorum existimo Alterum genus colore, & forma corporis à prædicto differt: colore euim est amethystino maculis albis variegato, binis in posteriore parte appendicibus, veluti caudis quatuor, auriculas dixeris, duas prope os, duas supra caput: dorsum habet gibbosum. Tertium est cinereo magis colore, non tamen vnicolor, sed albo & amethystino variegatum gibbo purpurascente; quatuor appendicibus parte anteriori. eius icon datur etiam parte inferna, quæ magis est cinerea Aliud adhuc genus Leporis marini à prædictis diuersum, Plinius & Aelianus describunt, idq; in Oceano Indico degere, & omnino Leporem terrestrem pilis exceptis quos erectos habet, æmulari affirmant. sed lubet c Aeliani verba adscribere. Magni maris Lepus, inquit (nam alterum, qui in alio (meditetraneo) mari nascitur, ante) ex omni parte ad terreni similitudinem accedit, præter pilos, nam terrestris pili molles sunt & ad tactum haud quidquam resinentes. contra illius spinosi & erecti. hunc qui contigerit, lædetur. ipsum in summa maris aqua natate, non in altitudine o demergi dicunt. celeriac concitata natatione vti. Viuum eo difficillimum ad capiendum esse, quod neq; in rete incidit, neq; ad lineæ escam accedit. Quum ægritudine afficitur, natare nequit. Quisquis rum manum ad eum admouet, nisi medicina adhibeatur, perit. ac si bacillo eum tetigetit, hoc idem peticulum ei procreatur, quo basiliscus baculo tactus afficit. Hæc Aelianus.

a De animal. 2. c. 45.

Colot.

b In apologetico.

c Li. 16. cap. 19 de anim.

GENVS. LOCVS. VICTVS.

SVmmatim à loco duæ species constituendæ sunt, vt alij Lepores Indici dicantur, qui in Indico mari degunt, alij Europæi, qui sunt in nostris maribus, Adriatico & mediterraneo. num enim in Oceano Germanico inueniantur, nondum adhuc exploratum habemus. Pliuium si verum est, quod in India ampliorem multo, & maiorem Leporem marinum, quam in nostro mari dari scribit, puto à nostri maris Lepote diuersum non intelligere. Indicus enim ab Aeliano descriptus admodum dissimilis. Nam Iuba in ijs voluminibus, quæ ad Caium Cæsarem Augusti filium de Arabia tradit, Lepores marinos ternas heminas capere affirmat: sic enim apud Plinium legendum censet Rondeletius & non

vitulos marinos, vt habent quædam exemplaria, quæ longe plures heminas capere poſſunt: ſed quidam codices alij hic legunt mytulos ternas heminas capere, quę lectio magis probanda, quia loquitur de capacitate teſte tanquam vaſis. Noſtras vr *a* Aelianus tradit in cœno gignitur, & ſæpe cum aphyis capitur, quod primo generi à Rondeletio deſcripto conuenit: is enim cum veſcatur limo, alga, ſordibus, in ſtagnis marinis lutulentis libenter verſatur. Reperiũtur frequenter inter Cycladas inſulas teſte *b* Bellonio, inter Lolios, Loligines & Sepias. Hinc poeta vetuſtiſſimus Nicauder Leporem marinum nuper in lucem editum ſub alis, ſeu appendicibus Loliginis & Sepiæ occultare ſe ſcripſit, cuius naturam obiter depingit his verſibus:

a Lib. 2 de anim. c. 5.

b In Alexipharmacis.

Ος δὴ τι ῥυπόεις μὲν ὑπὸ σλίγεσιν ἀραιαῖς
Τ δυθίδ ἐμφέρετμι νεάλης γόνο. ἢ ἄτε τδυθ
Ἢ ἄτε σηπιαδ φυλήξιδ. Ἤτε μελαίνει
Ὀιδμα χολὴ δολόεντα (δολόεσσαν) μαθῆσ' ἀρχόσορ ὁρμιλῶ.

Quos ſic vertit Iacobus Greuinus:

Porro ſordidus hic lepus, vt natalibus vndis
Editus eſt, timide ſorulis ſe Teuthidis abdit:
Ceu genita ex illa proles, vel Sepia u eſſet,
Quæ vitream ſi quando peti ſe ſenſerit, vndam
Felle ſuo atq; adeo quadram nigredine turbat.

Tertium genus Rondeletij in alto mari degit, idcoque tariſſime capitur.

SEXVS.

CVm ad Rondeletium delatus eſſet Lepus marinus, qui lingula carnoſa careret, & ore in dorſo: cæteris vero cunctis partibus externis & internis omnino ſimilis eſſet primo generi, eum marem eſſe iudicauit, & primo loco deſcriptum ab eo, fœminam: quod in ea ſimile quid Polyporum ouis reperiretur. Eſſe autem in „ hoc genere marem & fœminam teſtis eſt *a* Plinius: Grauidæ, „ inquit, ſi omnino aſpexerint fœminam ex eo genere duntaxat, „ ſtatim nauſea & redundatione ſtomachi vitium fatentur, ac deinde abortum faciunt. Remedium eſt mas ob id induratus ſale, vt in brachialibus habeant.

a L. 22. c. 1.

PROVERBIA.

IN contabeſcentes, quia nulla medicorum ope teſtitui poſſunt, dici poterit quorundam ſententia, *Edit Leporem marinum.* Amepſias apud *a* Athenæum in Parco:

a Lib. 10.

Λαγῶν τράξας, πῖθι τὸν θαλάσσιον,
Tu qui hæc conturbaſti, bibe Leporem marinum.

Id eſt annotaute Dalechampio, ſic vinum bibe, vt poſthac ſempet faſtidias, quæ ſane expoſitio non placet. Nam ad tædium vini inferendum ſolummodo, antiquos fuiſſe vſos Lepore marino non arbitror; quod nimis iugeus ſit venenum, vt poſtea ex varijs authoribus probabitur. Idcirco puto eo verſu mortem diram imprecari.

HIEROGLYPHICA.

QVi marinum Leporem pingunt, inquit Pierius Valetianus, humauo tactum digito mihi videntur ſignificare voluiſſe, vel hominem minima de cauſa exanimatum; quandoquidem ferunt eum qui non modo digito, verumetiam virga Leporem marinum attigerit, quam primum exanimaſcere, niſi promptuarium ſit remedium, etiam mori. Vel murua damna ex eadem pictura libet interpretari (nam hieroglyphicum hoc apud veteres non inueni) quia humanus attactus Lepori etiam exitialis in Iudico præſertim mari: hæc Pierius.

VSVS IN MEDICINA.

Ad pilos euelleudos.

PEr ſe tritus, aut cum marina Vrtica illitus teſte *a* Dioſcoride capillos euellit Kiranides: Solutus inquit, & inunctus præuulſos pilos palpebrarum non ſinit renaſci. *b* Galenus etiam Lepore marino aliquos vſos fuiſſe ſcribit perdendi pilos gratia. Et *c* Criro apud eundem pſilotris admiſcuit. Plinius pſilotrum ait eſſe, vel ſanguine, vel felle, vel in oleo necatum. Alij oleo ideo coquunt. Galenus in Euporiſticis: ſanguinem recentem ad idem inungit. Vtendi modum dilucide exponit Marcellus Empyricus cum ait: Leporem marinum, vel eius ſanguinem cum oleo tere: atque ex eo vulſorum de oculis pilorum loca frequẽter perunge: poſt quod, & ſi renaſcentur, pili molliores erunt: quibus iterum euulſis ſupradictum medicamen inducitur, tum vero non renaſcentur. Archigenes apud Galenum ad ægylopas lanæ tomentum cum ſanguine marini Leporis tinctum indit. Plinius aduerſus ſtrumas laudat: Pungi, inquit, piſcis eius qui rana in mari appellatur, oſſiculo de cauda, ita vt non vulneret, prodeſt. Idem faciendum quotidie donec percurentur. Eadem vis eſt paſtinacæ radio, & lepore marino impoſito, ita vt celeriter remoueatur. Marini Lepores oleo veteri iniecti benefaciunt diſcutiendis ſtrumis, ſed cum ipſo oleo in plumbeo pyxide incluſi: quam diebus quadraginta diligenter alligatam oportet haberi. Poſtea ex eo pinnula oblinendæ ſunt ſtrumæ, ſuperque eas pellis lanata non nimium tunſa, tegendi gratia imponendi eſt: præcipi autem oportet ne quis hoc medicamento manus inquiner, aut inquinatas, priuſquam bene eluerit, ad os referat. Marcellus Empyricus. Iubent & Lepore marino recenti podagram fricari teſte Plinio: ex quo & hoc quidam citat: ſanguis eius & fel in oleo necati contra carbunculos valet. Leporis marini ſanguis, inquit Auicenna, eſt calidus purgans morphæam & pannum: caput eiũs aduſtum generat pilos in alopecia, proprie cum adipe vrſi, & in tyria valde: cũm autem ex eo fit emplaſtrum ſicut eſt abradit pilos. Abſtergit viſum more emplaſtri ſuperpoſitum, & ſicut collyrium: hæc ille, qui præcedenti etiam capite de Lepore terreſtri ſic ſcripſerat. Sanguis eius expurgat pannum: & cinis capitis eius remedium eſt vtile aduerſus alopeciam & proprie marini: ſed hoc videtur Zographo Echinis magis conuenire: nempe vt Echinus marinus efficacior ſit contra alopeciam quam terreſtris: & forſan ex diuerſis animalibus remedia in vnum miſcuit Auicenna. Cinis Leporis marini in palbebris pilos inutiles euulſos cohibet, ad quem vſum vtiliſſimi minimi, vt author eſt Plinius. Albertus cinerem in aqua potum aduerſus eiuſdem venenum & rubetæ celebrat. Apud *d* Galenum inter Aſclepiadę oculares compoſitiones citatur Dionyſij Mileſij ad pilos palpebrarum pungentes hoc remedium: Leporem marinum in figulino nouo vrito, & cinerem ritum ricinorum ſanguine excipito, & repoſito in cornea pyxide vritor, euulſis antea pilis. Enteroceæ lepus illinitur tritus cum melle, Wottonus ex Plinio, tanquam de Lepore marino, cum Plinius id de terreſtri ſcripſerit.

a L. 2 c. 18.
b L. 11. de ſymp.
c Lib. 1. de compoſ. ſec. loca.

Ad ægilopem.
Ad ſtrumas.

b De comp. ſec. loc. 4 c. 7

VENENVM ET EIVS CVRATIO.

AQuatilium animalium pauca admodum venenoſa reperiuntur quod in humore degant, qui veneno contrarius eſſe ſolet vt plurimum. Sed inter ea quæ venenum habent nullum Lepore marino peſtilentius. Cætera enim parte tantum aliqua venenum continent, vt Araneus piſcis in ſpinis tantummodo id habet, & paſtinaça marina in radio, cum Lepus in toto corpore id habeat, quamuis ſint qui & huic tantum in felle contineri putent. Titus Imperator à fratre Domitiano Leporis marini veneno enecatus fuiſſe dicitur: cum enim oraculum conſuleret, ac quæreret, quo mortis genere obiturus eſſet, reſponſum fuit. Vlyſſis modo peritrum ὑπὸ τῆς θαλάσσης. Sed Vlyſſes paſtinacæ ictu perijt. Titus poſt mortem patris cum regnaſſet à marino Lepore interfectus eſt. Is autem piſcis (vt ait *a* Philoſtratus) humores quoſdam occultos habet mortiferos ſupra omnia venena, quæ mari terraue naſcuntur. Et Neronem hunc ipſum piſcem epulis miſcuiſſe quandoque tradunt, aduerſus homines ſibi inimiciſſimos. Domitianus autem hoc eodem contra Titum fratrem vſus fuiſſe putatur, quod graue moleſtumque ſibi videretur, ſimul cum fratre humano benignoq; viro imperare. Io. *b* Tzetzes.

Titi Imp. mors.

a Lib. 6.

b Chil. 6. 43

Τῖτος δὲ θνήσκει βεβρωκὼς λαγῶν τῶν θαλασσῶν
Titus autem moritur cum comediſſet Lepores marinos.

Eundem Domitianum prætet Titum, alios quoque è medio ſuſtuliſſe eodem veneno referunt. Quocirca Hegeſander Delphus, referente *c* Athenæo, in Artemiſijs Dianæ ſacris nullum inter cætera geſtari (ἀναφέρεσθαι) ait, eo, quod videarur Lepores marinos, homini læthales magno cum ſtudio venari & conſumere: vt piſcis magna hominum vtilitate venator Deæ etiam venatrici conſacraretur. *d* Plurarchus vero, myſtæ inquit Eleuſinij nullum venerantur quod ſcitis: eodemque Iunonis Argiuæ antiſta honoris gratia abſtiner: Nam Leporem marinum qui homini eſt lethalis, maxime interficiunt & conſumunt mulli. Ideoque vt humanis & ſalutaribus animalibus parcitur. Aelianus vel ob hanc cauſam Eleuſine ſacris initiatis ſacrum fuiſſe mullum piſcem habitũ putat, vel quod ter anno pareret. Cæterum Mullum eo animali peſtifero veſci *e* Plinius nobis teſtatum reliquit: veſcitur, inquit, eo (Lepore marino) vnus tantum animalium, vt non intereat, Mullus piſcis: tenereſcit enim tantum, & ingratior vilior que fit. In Mullo autem carnis durities maxime commendatur. Sed *f* Athenæus etiam ſcarum Lepores marinos venari, iiſque paſci tradit. Non ſunt, inquit Plinius, minus mira quæ de Lepore marino traduntur. Venenum eſt alijs in potu aut cibo datus, alijs etiam viſu. Si quidem grauidæ ſi omnino aſpexerint fœminam ex eo genere duntaxat, ſtatim nauſea & redundatione vitium fatentur, ac deinde abortum faciunt. Remedio eſt mas induratus ſale, vt in brachialibus habeant: eadem res in mari & tactu quidem nocer. Et Paulo poſt tradit, contra in India cum vel in mari tangitur, humano digito, moti, ait euim: In India affirmant non capi viuentem, inuicem- " que ibi hominem illi pro veneno eſſe, ac vel digito omnino in mari tactum mori: eſſe autem ampliorem multo, ſicut & reliqua animalia. Et alio loco. Lepus, ait, dirum & venenatum animal, in Indico mari etiam tactu peſtilens, vomitum diſſolutionemque protinus creat. Huc refer ea quæ ſuperius de Lepore magni maris incola allata ſunt. Idem author de eo qui in mediterraneo habitat, porum non ſemper mortiferum eſſe, quandoque enim tormina, & moleſtiſſimos dolores in ventre excitare his verbis ſcriptum reliquit: Lepus marinus mortem ſæpe infert, aut ſi nihil aliud, ventrem acerbiſſimis doloribus torquet: quod repetit fere Aelianus l. 2 45. Lepus marinus (inquit) ſumptus ſępenumero mortem intulit; ventris ſaltem dolores excitauit. Gyllius addit; partum abigit, ſtomachum diſſolnit Græce legitur: λαγὼς δὲ θαλάττιος βρωθεὶς θάνατον ἤνεγκε πολλάκις: παντῶς δὲ τὸν γαστέρα ὠδύνησι. Cæterum viſu etiam nocere, vt ſcribit Plinius, non vſque adeo verum eſſe puto, niſi qui aſpicit, vicinus factus tetrum Leporis odorem ac virulentiam

c L. 7. c 36.

Mullus cur ſacer Eleuſinijs.

d Lib. de ſoler. anim.

e Li. 31. c. 2.

f Lib. 8.

lentiam natibus etiam hauriat, quomodo & mulieres abortire etiam posse censendum est. Ita & Rondeletius marinum Leporem sibi allatum odore suo nauseam astantibus excitasse, hac narrat historia: Cum ego, inquit, piscium naturæ varietatisq; cognoscendæ studiosissimus, piscatorium forum frequenter inuiserem, cumq; piscatores proposito præmio allecti, certatim ad me si quid rari aut noui in mari caperent, vel in littus eiectum reperirent, ad me deferrent: ecce piscator Leporem marinum cum aphyis & Loliginibus in faueibus Malgurianis captum, nunquam a se alias ante visum, aspectu fœdo, odore tetro, betæ folijs inuolutum mihi offert: quem cum diligentius contemplarer, mihi multisq;, qui vna mecum erant, nauseam mouit. Sed ne hac quidem à piscis inspexione reuocatus, disseeabam, partesq; omnes internas rimabar: quum interuenit mulier quædam de mariti morbo me consultura, cui quum ad dissectionem attentior statim non responderem, odor piscisq; conspectus vomitum dissolutionemq; ventriculi protinus creauit & de ventris dolore (erat autem grauida) grauiter quæri cœpit, vt iam abortus timendus foret: quem ad stringentibus emplastris ad retinendum fœtum ventri lumbisque admotis prohibui, & vt aliquot dies Cancris vesceretur, consului. Permulti sunt huiusce rei locupletissimi testes, viri boni & studiosi, qui ea quæ dixi symptomata & in se, & in grauida experti sunt, & viderunt vt omnino ex his, quæ de Lepore marino veterum litteris prodita sunt, huic nostro (Lepori) competere experientia docuerit, Hactenus Rondoletius, qui & tertium quod descripsit genus, splendore diutius inspectantibus dolorem oculorum capitisq; adferre in se ipso expertus est. Reliquum est vt de accidentibus dicamus quæ post venenum assumptum insequuntur. Id natura manifeste calidum est & arrodens, Bertutius eadem esse testatur, quæ ex cantharidum potu euenire produnt authores: sed non omnino ita esse subinde patebit. Primum gustu & odore deprehenditur, quia pisculentus quidam & virosus sapor ab eis percipitur, vt scribit Dioscorides περὶ κολουθεῖ γεύσεις ὀμφία ἰχθυσι βρωμωδεσι, vbi male vertunt, piscium virus olent. Nam Aetius eadem habet: Lepus marinus, inquit, reperitur fere inter Loligines, animal paruum, virosum odorem habens: comitatur autem comedentem, sapor in ore similis piscibus, virosus. Et Scribonius Largus ait eius gustum non abhimilem esse illotis piscibus aut etiam putentibus, sed ante omnes cecinit Nicander;

Symptomata ex lepore marino.

g In Alexipharm.

Ειδήεις δὲ λαγῶο κακοφθόρε θ' πόσιν ἵμπης
Ουλομύλω τόν κόμμι πολυσείω τέκεν ἄλμης
Τοῦδή τοι λεπίδων μὴ ἰδὲ σώματ θ' τέλει ὀδμὴ
Γαύθμῶς ἰχθυόεις νεπόδων ἄτε συμπεωθέντων
Ἠε κ' ἀπολώτων ὀπόταν λεπὶς αὔξεται χρόιη:

Quos sic transtulit Iacobus Greuinus:

Quod si fluctuagi Leporis lethale venenum
Deprenuas, fœdum qui sumpserit, halat odorem.
Qualiter exempta reliquo cum viscere squamæ,
Vel putrid: quod olent neq; loto corpore pisces,
Talis & immundo sapor obuersatur in ore.

Vbi autem in ventriculo & intestinis hoc venenum sedem figit, naturalem illarum partium œconomiam turbat, doloresq; varios excitat: Primum enim teste Dioscoride aluus dolore afficitur: & vt scribit Aetius, color corporis ad arquatisimilitudinem permutatur, deinde plumbeus redditur cum faciei tumore: incendũtur autem pedum plantæ, & pudeudum tumefactum cohibet vrinæ effusionem. Progrediente vero malo ægri etiam cœrulei coloris lotium (οὖρον ἰωλάσιον, violaceam vrinam, Auicennæ interpres) eminguntur, quandoq; etiam sanguinolentum: deinde nauseabundi facti biliosa vomunt sanguine permista, & piscium loturam olentia. Exudat item graueolentia & omne piscis genus auersantur præter Canerum. Qui sumpserunt, inquit Scribonius Largus, Leporem marinum, stomacho vesicaq; adficiuntur: ita vt vrinam quidem difficulter, & cum dolore, purpureiq; coloris reddant. Stomacho item tento & dolenti sunt, auersoq; ab omni esca, præcipue pisce Nauseant præterea & subinde reiciunt spumosa: interdum biliosa & sanguinolenta, & maxime cum simulauit aut nominauit aliquis piscem. In somnis litoris pusilli fluctus videntur subinde audire. Oculi eorum exulcerantur, genæ inflãtur: coloris mali vel plumbei fiunt: minutatimque per tabem quasi phthisici consumuntur. His adnumerat *h* Auicenna constrictionem anhelitus & difficultatem, rubedinem oculorum, tussim siccam, sputum sanguinis, icterum & angustiam, dolorem renum, excrementum alui violaceum, quandoq; mucosum, ructus piscosos cum salsedine. Addit præterea plures, qui euadunt, in phthisin incidere: Plurima horum atq; maxima symptomata vetustissimus poeta complectitur his versibus.

h Fen. 4. doe 6. tract. 2. c. 4.

i In Alexipharm.

Τῶν ἤτοι ζοφόεις μὲν ἐπίχλοος ἔδραμε γυῖοις
Ικτερόεις σάρκες δὲ ὠδεσταλάδλω μινύθεσι
Τηκόμεναι. τὰ δὲ δέρματα κατέσυχεν. ἄλλοτε εἰνὸς
Ἄκρον ἐποιδαίνων σφυρὰ πίμπρατο. αμφὶ δὲ μύλοις
Ἀνθεάτε βρυόεντα κυλοιδιόωντ' ἐφίζει.
Δὴ ἐφωρμώτησιν ὀλιζοτέρη κείσις ἄερων
Ἄλλοτε πορφυρέη. τότ' ἐπιπλέον αἰμόσουσα.
Πᾶς δὲ παρὰ δρακέεσι φωνῆς ἐχθαίρεται ἔλκος
Αὐτὰρ ὀναισόεις ἀλίλω ἐμηδάξατο δαῖτα,

Id est.

Post bibitum hoc virus viridis stagnantia fellis
Excrementa manent, tenebroso lumina visu
Caligant, liquida abeunt in corpore carnes:
Nausea adest, tumet alta cutis, taliq; calescunt:
Subq; eauis oculis, roseo fucata rubore
Apparet facies, sistensq; vrina moratur,
Quæ nunc purpureo, nunc sanguineo esse colore
Cernitur, & quemcunque videt contemnere piscem
Assolet auersans, vt qualibet æquoris ager.

A

Quibus autem ex epoto Lepore moriendum est, ij totidem diebus moriuntur quot vix erat Lepus, quamuis incerti temporis veneficium esse author est Licinius Macer apud *k* Plinium. Hic non prætereundo est à doctissimis viris agitata quæstio, num Lepus marinus lædat peculiariter pulmones: Id enim scripsit Galenus non vnico in loco, vt libro de Theriaca ad Pisonem. Quædam, inquit, inueniuntur, quæ corporis partes quasdam peculiariter lædunt: Lepus enim marinus pulmonem vlcerat. & libro primo de compositione medicamentorum secundum genera statim ab initio sophistis eos cauillantibus, qui de medicamentis scripserunt quæ certas corporis partes vel lædunt, vel iuuant, respondet: At hoc cauillum, inquit, eos qui ita iocantur, arguit facultatis medicamentorum adeo esse imperitos, vt pulmonem solum ex omnibus corporis partibus à Lepore marino exulcerari ignorent. Contra Rondeletius fatetur quidem esse medicamenta, quæ certis quibusdam partibus vel prosint vel obsint, non tamen veritati consentaneum esse putat, solum pulmonem a Lepore marino lædi. Nam, inquit, Paulus Aegineta, & Aetius, qui omnia fere sua ex Galeno transtulerunt, venenum huius grauia ac sæuia symptomata varijs in partibus tradiderunt, de peculiari pulmonis solius affectu, ne verbum quidem Dioscorides etiam ac Plinius quantalit eiusdem veneni pernicies satis fuse declarant, at quod soli pulmoni noxam inferat, non dicunt. Non solum itaq; lententijs omnium qui de Lepore marino scripserunt, sed etiam experientiæ aduersatur Galenus. Clarissimus medicus Iohannes Gorrhæus Nicandri egregius interpres, cum videret poetam hunc eius rei non meminisse, vt Galenum cum eo & alijs conciliaret, certa quædam accidentia quæ poeta post huius veneni haustum superuenire scribit, à Lepore marino ortum trahere autumat. Maxime cum Nicander dicat carnes tabescere sensim & paulo post.

k Li. 31. c. 2. An peculiariter pulmones lædat.

B

——— Vndique malas
Ceu flos exoriens, tumidas tumor occupat ambas.

hæc annotat: Corpus nutriri desinit, vel quod à Lepore humores nõ possit sibi assimilare, vel propterea quod pulmones malo quodam Leporini veneni occulto tandem exulcerentur, vnde febris & tabes fiunt: quod quidem vlcerati pulmonis malum Nicander aperte indicauit, scribens genas rubescere, & veluti roseo colore pictas videri: hoc enim fit humorum in pulmonibus putrescentium calore in faciem sublato. Et sane ita est, vt scribit Gorrhæus. Non enim vt huic respondet Rondeletius, aliorum morborum symptomatumq; communis nota est genarum rubor, sed pathognomonicum signum Leporis marini assumpti, si alia quæ supra Nicander retulit, signa adfuerint. Sed de his latis: Ad remedia alexipharmaca nos conferamus, quorum non paucus est numerus. Sed ante omnia prospiciendum corpori purgantibus medicamentis, vt si non omne venenum, saltem modica eius quantitas per aluum euacuetur, vilq; veneni compescatur, & a partibus principibus cordiq; vicinis reuellatur. Idcirco Nicander in principio curationis propinat hellebori radicem, & succum scammoneæ: ait enim;

C

Conclusio

Remedia contra Leporem marinum.

Τῶν μὲν φοινήεσσαν ἄλις πόσιν ἐλλεβόροιο
Νειμείας τότε δακρὺ νεοδδάλτοιο κόμωνος
Οφρα ποτὸν νεπόδεσσι κακῶ ἐκφύρεται χύη.
Contra hunc Phocaicum veratri porrige potum.
Eliciensq; recens lachrimas carpti colophonis;
Perniciosa mali vt compescas pharmaca piscis,

D

Notandum est hoc in loco Nicandri quoldam φοινήεσσαν exponere nigrum & cruentum. Certe Dioscorides nigrum veratrum præscribit: & Auicenna. Cum autem aduenit dies secundus, inquit excitationis accidentium & quiescunt, fiant ei pilulæ de helleboro nigro, & scammonio & agarico cum succo liquiritiæ & tragacantho partibus æqualibus, inde exhibeatur drachma vel paulo plus cum iulelp Nicandri Scholiastes ad ea verba poetę Τῶν μὲν φοινήεσσαν, hæc commentatur. Γράφεται τὴν μὲν φοικήεσσαν αὐτὴ τοῦ φοικικοῦ ἡ γὰρ τοῦ ἐλλεβόρου πόσις, εὐφοικιδὶ δοκεῖ οὖρεσθαι λευκάς, κελεύει δὲ ἐλλεβόρου ἢ σκαμμωνίαν διδόναι. πίνειν τὸν κάμνοντα, ἵνα τῆς κοιλίας φερομένης συγκρεθῇ, καὶ τὸ τοῦ φαρμάκου σὺν κακὸν ἀπόρραγῇ. φοινήεσσαν δὲ εἴρηκε τὸν τοῦ μέλανος ἐλλεβόρου πόσιν. id est scribitur etiam Τῶν μὲν φοικήεσσαν pro φοικικοῦ. Videtur enim potus hellebori in Phocide inuentus. Iubet autem ægro dari potum hellebori aut Scammonij, vt ventris fluxu excernatur & disperdatur venenum. φοινήεσσαν vero dixit nigri veratri potionem. Dioscorides cum iubet dari decoctum maluæ aut cyclamini radicem cum vino ἢ ἐλλεβόρου μέλανος, καὶ σκαμμωνίας ὀπου, i.e. hellebori nigri aut Scammonij liquore, non expressit pondus vt verbum δοτίον in eadem periodo vel cum accusatiuo construatur, vel cum genitiuo, partem scilicet rei significante quod vsitatum est Græcis. Ruellius & alii pondus expresserunt nempe drachmam vtriusque, sed in scammonio apparet nimium. Lac deinde propinandum erit. Asininum laudat Dioscorides, & alij, sed ante omnes Nicander.

E

Ἄλλοτε βρομήεντος ἀμηλγόμου γάλα πίνοι
Interdum enixæ mulsum lac potet asellæ

l Plinius & asininum lac & equinum bubulumque priuatim ijs qui marinum Leporem hauserunt, auxiliari scribit. Scribonius Largus præscribit etiam lac muliebre. Dantur hæc lactis genera vel per se vel cũ melle aut passo quotidie. Lactis loco poterit dari continue decoctum maluæ tam radicis quã foliorum: quod etiam magnam

l Lib. 28. c. 10.

aduersus

aduerſus hoc veneni genus vim obtinet; inflammationes enim & punctiones Leporis marini mitigat non aliter quam lac ipſum: idcirco ſubdidit hunc verſum poſt citatum Nicander:

Ἧε χύτρῳ πῆξας μαλάχης ῥυπόωντας ὀφέμους.

Inſuper elixa da lubrica tuſcula maluæ.

Scribonius Largus, prodeſt, inquit, & maluæ ſorbitio bene vncta & ſalſa Auicenna ait: Iuuant & coliculi maluæ, & folia altheæ recentia elixata, alias ſemen altheæ recens elixatum: *m* Plinius folia ait, Altheæ cum radice ſua decoctæ Leporis marini venena reſtinguunt: & vt quidam dicunt ſi vomatur Aetius poſt lac cum mulſo potum aut decoctum maluæ confeſtim vomere iubet. Deinde radicis cyclamini tritæ dat drachmas quatuor cum vino diluto, aut veratri nigri drachmam vnam: aut ſcammoniæ ſcrupulos duos cũ bubulo lacte vel aqua mulſa. Ægineta non cyclamini ſed peucedani radicem è vino propinat: lapſu forte librariorum Nam Dioſcorides, de cyclamino agens radicem eius contra venena, præſertim Leporis marini è vino bibi docet. Lepori marino aduerſatur & cyclaminos, *n* Plinius. Extat apud Zoographum codex manuſcriptus Græcus κατὰ τόπους, Dioſcoridi attributus: hic lac muliebre laudat, & veratrum album: neq; enim, inquit, metuendus eſt ab eo vomitus. Iuuat ab initio vrina humana quoq; pota & vomitu reddita, ἕρον ἀνθρόπινον πόθεν τὸ ἐξεραθὲν. Auicenna etiam hanc vtinam eidem malo prodeſſe tradit. Reſina item cedri ex vino oboli pondere ſumpta alexipharmaci naturam præſtat. Nicander.

Καὶ τότε κεδρείνης πελάνας βάρος ἕμμορε πίσσης.

Tum quoq; cedrinæ viginti grana reſinæ.

Dioſcorides correctus.

Pro κεδρίας λείας μετ' οἴνου apud Dioſcoridem legit Zoographus κεδρίδας, id eſt cedri fructus, ſicut & δρυοθίδας dicimus multitudinis numero, idq; ex Aetio. Nam reſinam cedri numero ſingulari cedriam dicimus: quam itidem Aetius in hoc malo non cum vino bibi, ſed cum paſſo delingi præcipit: Sed & Dioſcorides libro primo, Cedria, inquit, in paſſo ſumpta contra venena Leporis marini auxiliatur. *o* Plinius cedri ſuccum vocat, inquiens Suadent & contra venenum Leporis marini bibere in paſſo cedri ſuccum. Alibi ad idem medicamentum cedrides, id eſt fructus cedri commendat, quos innominatus quidam per ſe edi iubet. Aſclepiades apud Galenum dat obulum & ſemiobulum cedriæ. Aetius eius bina ternaue cochlearia per ſe ſumi iubet, aut cum paſſi cyathis duobus tribuſue. Dat idem etiam baccas iuniperi triras per ſe, aut cum paſſo plurimo. Acinos mali punici laudant Dioſcorides & Aetius atque alij. Nicander omne genus mali punici: & muſtum vuis expreſſum, ita vt ex oliuis oleum ſolet exprimi

Βρύκει δ' ἄλλοτε κάρπον ἄλις φοινώδεα σίδης
Κρήσιδος οἰνοπῆός τε, καὶ ἣν πεφορμένον ἤπουσι
Σεῦ δὲ καὶ ἀγινῆπν· ὅσσά τε σκληρεὰ κάρφη
Φοινὶ δρεφχνήεντ' ἀμφιφόασε καλύπτει.
Ἄλλοτε δ' οἰνοβρώτα βορὴν ἐν κυρτίδι θλίψας
Ὠσαῦ νεοπήνουσαν ὑπὸ τευπτῆσιν ἐλαίῃ.

Id eſt Greuino interprete.

Punicei interdum cui Creta eſt patria, mali
Formoſum poterit potu ager ſumere fructum:
Oenopeſq;, & quod Promenium nomine dicunt
Aegineticq; item: & tenui quacunq; rubentes
Et duras cute habent molliq; putamine cruſtas:
Quandoq; exemptas grauidis è vitibus vuas
Exprime fiſcella, noua vt extolentur oliua.

Scholiaſtes οἰνωπῆ, πεφορμένον & ἀγινῆπν tres diuerſas mali punicæ ſpecies facit. Et forſan, inquit Zoographus, tres illæ ſpecies ſunt, quarum vna acidum ac vinoſum, altera dulce, tertia μέσον (id eſt medij ſaporis, muzum vulgo nuncupant) pomum profert. His quartam ſpeciem addit apyrenon dictam, quam Nicander quoq; videbitur comprehendiſſe ſi ita legatur: ὅσσά τ' ἀσκληρεὰ κάρφη, id eſt, & quæ molles nucleos rubentes teuuiſſima diſtinguunt membrana. Nam licet τὸ σκληρέα legamus, per antiphraſin, tamen molles nucleos interpretatur ſcholiaſtes. Dioſcorides quoque punici mali acinos cum ſucco ſcammoneæ & melicrato dari iubet Aetius etiam per ſe commendat. Incertus de remedijs morborum ſecundum loca Græcus author nondum impreſſus, Dioſcorides falſo putatus (citatur à Zoographo) mala punica vinoſa, & eorum nucleos in cibo laudat. Ex malo punico acerbo, inquit *p* Plin. fit medicamentum φ ſtomachice vocatur, vtiliſſimum oris vitiis, narium aſtium, oculorum caligini, &c. contra Leporem marinum hoc modo; Acinis detracto cortice tuſis, ſuccoque decocto ad tertias, cum croci & aluminis ſciſſi, myrrhæ, mellis Attici ſelibris: ſed hic locus Zoographo ſuſpectus eſt, quouiam remedia aduerſus Leporem marinum intra corpus ſumuntur; hoc autem vitijs externis tantum applicari poteſt. *q* Apud eundem, vbi habet: peculiariter valet potum contra venena quæ data ſunt è Lepore marino bupreſtique, vt Ariſtoteles tradit, dorycnium: quidam codices melius legunt, & vt Ariſtoteles tradit, contra dorycnium, nimirum lac muliebre prodeſt, de hoc n. antea erat locutus. Commendat etiam aliſmatis vtriuſque radicem potam è vino, & potos hippocampos. Item oſtrea quæ etiam fricta & in cibo ſumpta prodeſſe ait Valerianus, apud quem & hoc legere eſt; Ranę fluuiatiles ſi carne edantur, iuſue decoctarum ſorbeatur, proſunt contra Leporem marinum. Cum piſces alios omnes auerſentur, teſte *r* Dioſcoride, & oderint qui marinum Leporem hauſerunt, ſolos fluuiatiles Cancros coctos libenter edunt, & admiſto vino tritos bibunt. Inditium & ſpes ſalutis eſt, cum piſces amare & in cibos admittere expetunt. Pro his verbis καὶ πίνουσιν οἴνῳ μεμιγμένῳ ἐπ' αὐτῶν, in antiquis codicibus inquit Goupilus, legitur καὶ πιοῦσιν ὠφελόμενοι, id eſt Cancros ſolos ex piſcibus admittunt, & concoquunt, & vtilitatem ex eis percipiunt Codex manuſcriptus Zoographi habet, καὶ τόπους μόνους πίοουσι. Aegineta Cancros fluuiatiles duntaxat pro remedio dari iubet, ſi admiſerint. Sed loci eius lectio forte melior eſt apud Aetium; qui ſic loquitur: Edat & Cancros aſſidue, piſcem enim nullum admittit Quod ſi piſcem edere poſſit ſignum id ſalutis iudicabis: Et Actuarius. Quod ſi piſces ægri iugerere nequeunt, ſolos fluuiatiles Cancros coctos edant, bibantq; vinum cui ipſi ſint admiſti. Cæterum ſalutare eſt ſi piſcem edere ſuſtinet. Cancri fluuiatiles, inquit alibi Plinius, triti potiq; ex aqua receentes, ſeu cinere adſeruato contra venena omnia proſunt, priuatim contra Scorpionum ictus cum lacte aſinino, vel quocunque. Eadem vis contra venenatorum omnium morſus & contra Leporem marinum. Aetius deſperatis ob epotum hoc venenum Cancrorum fluuiatilium crudam carnem contritam è lacte propinat. Cũ itaq; veneno huic aduerſam vim habere Cãcros fluuiatiles ex tot autorib. probatum ſit, q̃ male in ἀνθρακομένων libello Galeno falſo adſcripto pro Lepore marino fluuiatilis ſubſtituatur, quilibet oculatus viderit. Auicenna Echinum aſſum recentem aut ſanguinem eius, & ſanguinem anſeris dari præcipit. Extollit etiam Dioſcorides ſanguinem anſeris calidum, vel dum fluit è vulnere, vt habet Kiranides. Eundem quoq; Aetius calidum cum paſſo bibendum præcipit: Plinius cum olei æqua portione. Galli ſanguis ſanat eos qui Leporem marinum comederunt, Kirauides Prefertur & à quibuſdam aduerſus hoc malum humanus ſanguis calens è venis potus, non aliter quam lac è mammillis: & vulpis caro inaſlata, quin & theriaca diateſſaron tribus diebus pota. Oſſa aſini contracta & decocta auxilio eſſe teſtes ſunt *s* Plinius & Auicenna. Præterea vt Aggregator citat ex Auicenna, fiſtulæ paſtoris aureus vnus vel alter liberat Item Lutum ſigillatum. Terra quoq; ſigillata, authore Galeno liberat vomitu. Idem Aggregator auxilia quædam aduerſus morſum Leporis marini recenſet: ridicule nimirum, cum nullus authorũ periculi ex eius morſu meminerit. Nec alia quam quæ prius ſimpliciter contra venenum eius ſumpti retulerat: niſi quod ex Hali abbate (lapſu forte interpretis) Leporem ipſum marinum emplaſtri modo impoſitum, ſuo morſui mederi recitat. Magni maris Leporis venenum hoc modo curatur: Radicem, vt ſcribit *t* Aelianus, ad idem mare in Inſula quadam naſci ferunt, haud quaquam in vulgus ignotam, quæ animi affectionibus illius, qui ſic affectus fuerit, medetur. Ea enim animo deficientis naribus admota facit vt is reuiuiſcat & recreetur Sin negligitur, tam ſane valida pernicie hic lepus præditus eſt vt ad mortem vſque hominis morbus procedat. Hæc Aelianus.

m L. 2. c. 21.

n L. 25. c. 10.

o Li. 4. c. 5.

p L. 23. c. 6.

Plinij ſuſpectus locus.

q L. 28. c. 7.

r Li. 6. c. 30.

s L. 28. c. 10

t L. 16. c. 19.

Finis Libri Primi.

VLYSSIS

VLYSSIS ALDROVANDI PHILOSOPHI ET MEDICI BONONIENSIS, DE ANIMALIBVS EXANGVIBVS RELIQVIS QVATVOR,

Liber Secundus.

Qui est

DE CRVSTATIS,

ET PRIMVM

DE IIS IN GENERE.

Cap. I.

PROOEMIVM. ORDINIS RATIO.

CRustaceorum vocatorum animalium quæ nuper, cum de Mollibus ageremus in genere, exanguia esse etiam, satis ni fallor, ex Aristotele probauimus, tractatui secundum tribuimus locum præferimusque Ostracodermis: non quod maiorem nobis prębeant vtilitatem (ob hanc enim plurima Testaceorum, nominatim vero Ostrea & Purpuræ Astacis, Cancris, Locustis cæterisque crustaceis essent præferenda) sed quod membra omnia distinctiora habeant, perfectioraq; atque item plura. Adhæc maior etiam est prudentia in his in quærendo cibo, maiorque in persequendo fugiendoq; hoste celeritas: & maius deniq; in pugna robur, ad quam apta habent instrumenta, hastas nimirum, quibus nonnunquam, non aliter ac equites hastati tanto concurrunt impetu, vt rumpere eas velle videantur. Contra Testaceis, humida cum sit eorum natura, parum cerebri ac per consequens prudentiæ nihil vel parum, ac motus etiam parum natura tribuit. Hasce igitur ob rationes crusta tectis minus perfectiora ostracodermata iudicamus.

SYNONYMA.

QVæ Græci & præsertim Aristoteles μαλακόστρακα, Latini hoc tempore Crustacea vocant: *a* Plinius Crustata, cum inquit: In marinis Crustata & Cartilaginea priores dentes habent. Alibi molli testa operta reddit, & contecta crustis tenuibus, item crusta fragili inclusa, vt quibus fragilia operimenta. Idem hæc Aristotelis verba: Οὔτε δὲ τῶν μαλακίων οὐδὲν οὔτε φθέγγεται, οὔτε ψοφεῖ οὐδέν φυσικὸν ψόφον, οὐδὲ τῶν μαλακοστράκων; ita vertit: Mollia ne crusta intecta, nec vocem, nec sonum vllum habent. Cancros etiam omnia Crustata quãdoq; vocat, vt vbi *b* loquitur: Cum Carabi à cæteris cancris distant cauda. Apud *c* Ælian. vbi habetur, τῶν ὀστρακωτῶν καὶ ὀστρακοδέρμων καὶ τοῦτο ἴδιον, interpres vertit: Testa crustaue intectorum hoc etiam proprium est. Vocantur autem μαλακόστρακα, quod tegumentum non æque durum, ac densum habeant, vt ὀστρακόδερμα, quæ ὀστράκῳ hoc est testa duta & silicea integuntur, neque molle operimentum veluti pisces squammosi aut molles, sed durius Mollibus, & tenuius Ostracodermis.

a L.11. c.37.
b Li.9. c.31.
c L.9. de anim.6.
Etymum.

GENVS. DIFFERENTIAE. descriptio.

CArdanus *a* enumerans Crustatorum genera, septem constituit, nimirum Astacos, Squillas, Locustas, Ermaceos, Visos, Cancros, Paguros *b* Galenus: Astaci, inquit, Paguri, Cancri, Locustæ, Carides, Gammari, & id genus alia tenui testa concluduntur, duritieque Testaceis sunt similia *c* Plinius Cancrorum genera facit, Carabos, Astacos, Maias, Paguros, Heracleoticos, Leones, & alia ignobiliora. Speusippus similes esse dixit, Astacum, Carabum, Cancrum, Paguirum, Nympham & Arcton id est Vrsam. Diphilus malacostraca vocat Astacum, Carabum, Carida, id est Squillam, Cancrum, Leonem. Quæ omnia *d* Iulius Cæsar Scaliger duobus generibus comprehendit, differentia à forma corporis desumpta. Omne Crustatum vel caudatum, vel rotundum. Illius cauda expressa & extenta est: huius cauda quasi operculum, alui exitum obtegit, & ventris infimæ parti ita applicatur: vt caudæ speciem præ se ferat nullam. Rotundum Græci καρκῖνον, Latini transpositis elementis Cancrum. Caudatum vulgus Gammarum. Quod nomen Plinius cum prioribus libris omisisset, in catalogo recenset sine vlla descriptione. Quæ profecto diuisio bimembris est & admodum erudita. Sed nos cum Aristotele, quem vbique sequi fere consueuimus, quatuor statuemus genera. Sic enim ille ait. *e* Summa eorum (crustatorum) genera quatuor numero sunt: Locustæ, Gammari, Squillæ, Cancri: quæ singula in plures species distinguuntur, quæ non modo forma, verum magnitudine multum inter se differant: alia enim magna, alia parua admodum sunt. Et alio in loco: Crusta autem intectorum, inquit, genus primum Locusta: cui proximum genus alterum est, quem Gammarum vocant. Et paulo post: tertium genus, inquit, Squilla: quartum Cancer. Quorum sane plura habentur genera *f* Alibi quinque constituere videtur, Echinum his quatuor generibus annume

a In cõ. aph. Hipp. lib.1.
b De fac. alim. c.34.
c L.9. c. 31.
d Exer.245.
e De par. 4. c.8.
f 4. de part. c.5.

numerans: ſic enim loquitur: Natura autem Cruſtatorum contra quam Mollium conſtat. Altera enim carnis mollitiam extra habent, altera intra: Hinc ſoris terrenam duritiem obtinent: quan,, quam Echinus uihil habeat carnis Sed perobſcute hæc pronunciat Ariſtoteles: quemadmodum etiam Plinius, vbi ait: Eodem genere ſunt Echini, quibus ſpina pro pedibus. Nam vel ad proximum genus referre videtur, nimirum cruſtata; vel ad remotius, ſcilicet exauguia, quorum ſummatim meminerat præcedentibus aliquot capitulis. Nos de Echino inter Teſtacea agemus (nam inter ea pluribus locis diſerte admodum Ariſtoteles numerauit) & ea quæ hic dicentur vniuerſalia, iu quatuor eis generibus iam præuominatis comperies. Cruſtata igitur aliqua ex parte teſtatis ſunt ſimilia. Qua enim foris terrenam portionem ac duriuſculum tegumentum obtinent, eis aſſimulantur, quod meminit Ariſtoteles: Cruſtata, inquit, omnia extra ſe munita ſeruantur, velut Cancri, genuſque Locuſtarum atque etiam Teſtatorum. Quatenus autem molle carnoſumque intus continent Mollibus comparari poſſunt. Nil autem oſſis habent Neque enim conueniebat vt ſcribit *g* Cardanus, quod oſſa iuncturis indigebant: atque ob id extenſione, quæ ſub cruſta fieri non poterat: materia etiam ſicca quæ integumento abſumebatur, oberat oſſium generationi. Communes habent cum reliquis exanguibus partes, vt caput, alueum, gulam, ventrem & inteſtinum Alueus teſte *h* Ariſtotele, totius corporis indiſcretus eſt: nec enim caput diſtinctum nec aliud quidquam. Quæ ratio eſt cur *i* Galenus Malacoſtraca omnia capite truncarit: nam cum iu quibuſdam animalibus ſolum id feciſſe naturam diximſet, addit: τοῖς μὲν οὐδὲ πρόσεστι (de capite & collo loquens) τοῖς δὲ ἡ κεφαλὴ μόνη. καράδοις μὲν ὅλῳ καὶ ἀστακοῖς, καὶ παγούροις, καὶ καρκίνοις, οὐδὲ περοῦ. τοῖς δ' ἰχθύσι ἅπασι κεφαλὴ μὲν ἐστι, τράχηλος δ' οὐκ ἐστι hoc eſt: his quidem neutrum eſt. illis vero caput tantum. Locuſtis quidem igitur, & Aſtacis & Paguris, & Cancris neutrum. Omnibus autem piſcibus caput eſt, collum neutiquam,, Et aliquanto poſt Malacoſtraca omnia eadem lege concluſit:,, Ἀλλὰ καρκίνοις τε καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς μαλακοστράκοις, κεφαλὴ μὲν οὐκ ἔστι: τὸ δὲ τῶν αἰσθητικῶν τε, καὶ τῶν κατὰ προαίρεσιν κινήσεων ἐξηγεμόνι μόριόν ἐστι, δήπου πάντως αὐτόθι κατὰ τὸν θώρακα πεπηγμένον, ἔνθαπερ αὐτοῖς ἐστιν ἅπαντα τὰ τῶν αἰσθήσεων ὄργανα. Sed & Cancris & alijs Cruſtatis caput deeſt: partem vero quæ ſenſibus & motionibus à voluntate pendentibus præeſt, illi ſane in thorace ſitam habent, in quo omnes ſenſuum ſedes eis habitant. Videtur maluiſſe Galenus quantum ad animantes iſtas attinet, in Ariſtotelis ſententiam totis ire pedibus, qui è corde ſenſum motumque omnem tanquam è fonte manare credebat, quam ijs caput tribuere, vt ipſius verba hæc apertiſſime docent: Ὡς δ' ὅπερ ἐν ἡμῖν ὁ ἐγκέφαλος, τοῦτ' ἐν ἐκείνοις εἴη αὐτοῖς τοῖς ζώοις τὸ μόριον, εἰς ὃ πᾶσ' ἐρρύη ἅπερ φέρεται. ἢ καὶ μὴ ἐγκέφαλός ἐστιν, ἀλλὰ καρδία τούτων ἁπάντων ἀρχή. Itaq; quod in nobis cerebrum eſt, id ſit in alijs animantibus pars illa ad quam quæ directa ſunt, (ſcilicet ſenſus & motus) referantur: aut ſi cerebrum non eſt, certe cor horum omnium principium fuerit Quocirca Galenus penitus eius fuit ſententiæ, cruſtata omnia capite carere. Eſt & alius eiuſdem ſeutentiæ locus, nequis putet prædictos locos eſſe ſolos, aut deprauatos, in quo ſic idem ſcribit. Καρκίνῳ τε ὅλῳ καὶ σύμπαν τὸ τῶν μαλακοστράκων γένος, ἤδη καὶ φάλαινα, καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν παραπλησίων, τὸ μὲν ὅλον οὐδ' ὅλως ἔχει κεφαλήν, τὸ δὲ ὅλον ὑποκεφαλήν τινα μόνον. Cancer igitur & vniuerſum Cruſtatorum genus, præterea balenæ, & multa alia eiuſmodi, vel capite omnino carent, vel eius ſolummodo rudimentum habent. Quod vero balæna in eo numero recenſetur, mendo non caret; neque enim balæna ex genere Cruſtatorum, neque capite caret: ſed id habet diſcretum & diſtinctum. Quare Rondeletius κολύοδυναν, quæ inter Cruſtacea à veteribus recenſetur, vel ſimile aliud affine Cruſtati piſcis nomen reponendum indicat. Nos quidem ita cenſemus, vt Cancris caput ſit indiſcretum, reliquis vero caudatis diſcretum, quamuis id ſit exiguum. Sic enim nos ſenſus ipſi docent Quocirca cum vltimo loco dicat Galenus rudimentum quoddam capite ineſſe quibuſdam Malacoſtracis, de caudatis intelligendus eſt, quæ paruum admodum habent caput & os Idcirco imbecille dicitur Cruſtaceum genus. Eiuſmodi oris & capitis,, exiguitatis neceſſitatem, declarat *k* Cardanus his verbis Nam,, ſi, inquit, magna copia cibi ore eſſet amplectenda, Cruſta ſacile frangeretur; præterea ſtrangularetur animal, cum non eſſet quo dilataretur Cruſta coarctatum. Quod ſi itaq; caudata Malacoſtraca caput habeant minutum, quomodo verum erit καρίδας à capitis magnitudine dictas, vt vult *l* Athenæus? Ὠνομάσθησαν δὲ καρίδες ἀπὸ τοῦ κάρα· τὸ πλεῖστον γὰρ μέρος τοῦ σώματος ἡ κεφαλὴ ἀπηνέγκατο dictæ ſunt καρίδες à dictione κάρα. 1. capite: maximam. n. corporis partem caput occupat. Quare vel dicamus Athenæum & qui ipſum ſecuti ſunt, κεφαλὼ ſumere pro thorace & capite καταχρηστικῶς, vel quod magis puto, à magnitudine capitis denominari, quod inter cætera cruſtata id maximum habeat. In capite os eſt, quod protinus ventrē excipere in omnibus præterquam in Locuſtis teſtatur *m* Ariſtot. his enim gulam ante ventrem exiguam eſſe: mox à ventre inteſtinum, quod (inquit) Locuſtis & Squillis & Aſtacis recta in caudam deſinit, qua excrementa emittunt & oua pariunt. *n* Alio autem in loco; Habent ſtomachum,, inquit, ori continuo iunctum, exiguum proportione ſuorum,, corporum magnitudinis Hunc excipit venter in quo Locuſtæ & Cancrorum nonnulli, dentes alios habent, quoniam ſuperiores illi ſecare non ſatis queant. Hinc inteſtinum ſimplex vſque ad exitum excrementi deijcitur. Dixerat etiam antea ventrem biſulcum gulæ ſubiungi, ex eius medio inteſtinum ſimplex & tenue procedere, quod ſub applicato exteriore operculo deſinat. Habent preterea in ore dentes duos priores: vt idem teſtatur, his verbis. Cruſtata, tum Locuſtacea tum Cancri binos dentes habent primores. Et *o* Plinius: In marinis (inquit) Cruſtata & Cartilaginea priores deutes habent. Cæterum dentes non erant ſatis: quia magna cibus eorum eget præparatione & contritione, quo ad intima corporis penetrare queat, quocirca natura alios tres in ventriculo conſtituit: altri inſecus ſingulos, inferius autem tertium. Quemadmodum in Locuſtis & Aſtacis admodum eſt manifeſtum. Qui in ore ſunt dentes, longi, non rotundi ſunt, teſteq; *p* Philoſopho, tegmine operti duplici, inter quæ talia quædam interiacent, qualia Locuſtarum ſuo loco dentibus annecti dicemus intra hos binos dentes, eſt carnoſum illud, quod linguæ proportionatur, eiuſq; effigiem gerit Supra autem os oculi iti ſunt, non omnibus eodem modo: Sed quibuſdam à latere ſupra, continuo ſub prono, amplo diſtantes diſcrimine, *q* eodem authore. Duri ij ſunt omnibus, aptique tum intro, tum foras, tum etiam in obliquum moueri, quocirca palpebris carent. Quod his verbis *r* Ariſtotelis comprobatur: Quæ enim cruſta integuntur, inquit, vſu careant palpebræ neceſſe eſt, cum niſi celeri cutis officio præſtari non poſſit. Sed tamen vice eius tutelæ duritie oculorum hæc omnia nutriuntur, quaſi per palpebram obductam quoddam translucidum cernant Celeriter item mouentur & in obliquum. Cardanus in latus moueri ait *s* noſtri comparatione, directe autem, oculorum ſuorum Melius enim eſſe vt altero vtrinque proſpiciant, etſi diuerſis oculis, quam vtroq; ſimul nec ante, nec poſt. Prominere autem, quoniam à lateribus: quia aliter ante penitus proſpicerent: à lateribus autem collocari, quia ſi ſupra caput, non viderent, ante vero non poterant. quia os infra reponere neceſſarium fuiſſet, quia caput habent immobile: neque ante ſimul os & oculos eſſe, quoniam oportuiſſet latam eſſe faciem, vnde in motu etiam tardiores euaſiſſent. Cæterum quanquam duros habeant oculos, nihilominus celeriter mouentur quin inter omnia animantia quibus tales dati ſunt oculi, celerrime eos mouent, quod ex his *t* Philoſophi verbis conijcio: Oculi, inquit, ijs omnibus duri ſunt & apti tum intro, tum foras, tum etiam in obliquum moueri: quales etiam ſunt parti plurimæ Cancrorum, imo vero mobiliores. Caput quoq; eorum quamuis exiguum multis partibus durioribus munitur, vt cornibus & appendicibus. Cornua autem habent, non ſolum ad pugnandum, ſed etiam ad prætentandum iter. Nam viſus quibus contigit exactus, mobilibus cornibus nou indiguerunt; quæ plane eo carent, ea habent, vt Cochleæ: item quæ parum vident, vt Cruſtacea, Pedes habent octo qui omnes in obliquum flectuntur, vt inquit *u* Ariſtoteles, ſicut & Inſectorum. Quod ſic tranſcripſit *x* Plinius. Pedes omnibus octoni, omnes in obliquum flexi. Ideo autem eos obtinuerunt, vt poſſent ingredi teſte *y* Ariſtotele. Ingredi autem oportebat, vt victum quærant, victum autem non in terra affixum, aut vnico in loco collegendum, ſed diuerſis in locis diſperſum ac mobilem. Quare recte *z* Cardanus: Oportet autem, inquit, omnia Cruſtacea pedes habere, & pamphaga eſſe. Nam ſi nutriri debuerant ſolidiore alimento, & non omnino terra, vt Echini, ſed meliore motu indiguere. at in Cruſtaceis pennæ adijci non poterant propter latitudinem tenues enim frangerentur, craſſæ ineptæ motui: quate pedes habere neceſſarium fuit. Quibuſdam etiam brachia forcipibus denticulata ſunt bina: χήλας Græci vocant: Furcas Apuleus; pedes bifurcos & bifurcatos Gaza, & poſt eum Maſſarius: alij biſculos & bifidos: Quidam etiam Chelas dicunt Græco nomine ſeruato. Horum brachiorum pars ſuperior in primoribus his vt loquitur *a* Plinius, mouetur ſuperiore immobili: hisq; pro manibus vtuntur, hoc eſt non ingrediendi, ſed cibum apprehendēdi ac retinendi cauſa Quamobrem quoq; contra, vt a *v* Philoſophus, quam pedes, hæc brachia flectere ſolent: Eos enim in cauum, hæc in orbem flectunt & circumagunt. Quod autem hic ait in cauum flectere, id *c* alibi clarius introrſum flectere dixit Omnibus vero magna ex parte, *d* eodem Ariſtotele authore, grandior & validior forceps dexter quam lævus eſt. Quod breuiter ſic *e* Plinius: Dextrum brachium omnib. maius Caro colore ſanguinis rubra (quod mirum, cum ſint exanguia) & tactu lento, nec, vt prodidit Ariſtoteles, ſimilis carni. *f* Idem ait in alueo humorem eſſe pallidum & minuta quædam oblonga & albida: ruffa etiam alia maculis diſperſis. Et quam mutem ſiue papauer appellant, amplius parciuſque habere omnia hæc genera: branchiarum quoq; communem eſſe annexum omnibus Tabellas quidam Latini vocant, quas Ariſtoteles πλάκας: quibus eorum cruſtæ coagmentantur, & quaſi articulantur. Lapides eſſe ſub cruſta refert *g* Cardanus ex excrementis genitos, qui cum ea deciduunt: & ob id qui lapides hoſce quærunt, maximos in ijs quærere, quæ cruſtam veterem exuerūt. Sed hæc de Cancris ab alijs ſcriptoribus traduntur.

Cur oſſib. careant. g *De Var. rer. li. 37.*

Alueus. h *Hiſtor. 4. cap. 3.* i 8. *De vſu par.*

Galeni error.

Galenus correctus.

Colebdæna.

k *Lib. 37. de var. rer.*

l *Lib. 3.* Carides vnde dictæ.

Os. m *Hiſtor. 4. cap. 5.*

n *De par 4 cap. 5.*

Dentes. o *Lib. 11. c. 37.*

p *De par. 4. cap. 3.*

Oculi vbi & quales. q *Hiſ. 4. c. 3.* r *De par. c. 13.*

s *Lib. 37 de var.*

t *Hiſ. 4. c. 2.*

Cornua cur habeāt

Pedes quot u *Hiſ. 4. c. 2.* x *Li 9. c. 31.*

y *De par. 4. cap 8.*

z *Li. 3. de ſan. & lib. 37. de var. rer.*

Chelæ.

a *Hiſtor. 4. cap. 10.*

b *De par. 4. cap. 8.* c *Hiſ. 4. c. 2.* d *Hiſ 4. c. 3.* e *Li 9. c. 31.*

Caro. f *Hiſ 4. c 2.*

Papauer. Branchiæ. Lapides ſub cruſta.

g *Lib. 37. de var. rer.*

VISVS. GVSTVS. SOMNVS.

HEbes omnibus viſus eſt: non ſolum quod oculos habeant duriores & prominentes, ſed quia etiam à lateribus poſitos. Valent guſtu & odoratu: Nam Gammari odore eſcarum alectati facillime capiuntur. Dormiunt quoque vt his *a* Ariſtotelis verbis comprobatur: Aquatilium quoque, ſomnus apparet, vt piſcium, Mollium, & Cruſta opertorum, Locuſtarum inquam, & cæterorum generis eiuſdem. & paulo poſt: Mollia quoq; ,, inquit, ad morem ſimilem dormiunt, vt piſces; nec ſecus quæ Cruſta operiuntur.

NATATIO.

INcedunt obliquo motu: nec natant more Mollium, pedibus & pinnis, ſed cauda tantum, rurſuſq; ea tantum quæ caudam habent. Docet hoc Ariſtoteles his verbis: Cruſta intecta, vt Locuſtæ, caudis ſuis natant; celerrimeq; retrorſum pennarum caudæ ,, adiunctarum beneficio. Itaque quæ cauda carent, vt Cancri na- ,, tare non poſſunt. Pedes enim Cruſtatorum ad natatum iuepti ſunt. Nullum quoque cruſtatorum vel vocem vel ſonum vllum emittit naturalem, vt idem *a* teſtatur.

Sonum aut vocem nullã emittere

a *Hiſtor.* 4. *cap.* 9.

LOCVS. VICTVS. ÆTAS.

ARiſtoteles Cruſtata *a* minus, in ſalſis aquis quæ ſunt potulentiores, quod ſint natura frigida & exanguia, ſed in ſtagnis marinis & iuxta amnium oſtia gigni tradit: *b* Athenæus ex eodem in ſaxorum foraminibus: itemq; in locis limoſis quod ſane poſtremum de teſtatis verum comperi & in Ariſt. legi: quamobrem pro μαλακόστρακα legendum erit apud Athenæum ἐστρακόδερμα. De Teſtaceorum victu locutus Ariſtoteles, ſubdit Cruſta- ,, cea omnibus veſci, ſic inquiens: Idem veſcendi modus Cruſta- ,, ceis eſt: nam ea quoq; omnivora ſunt: quippe quæ & lapillos & limum & algam deuorent, atque etiam ſtercus, vt Cancri ſaxatiles. Carnes etiam nimirum appetunt. Nulla Cruſtacea reſpirant, ſed aquam per fiſtulam egerentia refrigerantur. Humorem ore accipiunt, quibuſdam terminibus depellendo, emittuntque meatu oris ſuperiore, obductis meatibus, qui interfluxit. Duplex ille meatus ſub oculis eſt. Quoties ergo aquam acceperint, vtroque tegumento obturant, atque ita reſpuunt humorem. Longam eis vitam eſſe ſcribit *d* Plinius, ſed hoc priuatim Ariſtoteles de Locuſta memorat.

a *De gen.* 3. *cap.* 11.

b *Lib.* 3.

Athenæus correctus.

c *Hiſt.* 9. *c.* 2

Non reſpirant.

d *Lib.* 9. *ca* 31.

SEXVS.

IN Mollibus, inquit *a* Philoſophus, & cruſta copertis mas habetur & fæmina. Et *b* alibi de exanguibus loquens. Eorum quoq; alijs toto genere ſexus vterque eſt, vt Mollibus & Cruſtatis: *c* eodemq; authore, differt mas a fæmina, magnitudine, craſſitudi- ,, ne, operculo: id enim amplius in fæmina eſt, ac diſtantius & ,, hirſutius, & opacius, quale etiam fæminæ Locuſtarum ſorti- ,, untur. Idem alio in loco: Habent, inquit, in hoc genere mares ,, tenues genitales meatus: fæminæ vuluas membraneas ad inte- ,, ſtinum fiſſas hinc atque inde, in quibus gignitur ouum. Vuluas ,, has eſſe bifidas etiam *d* alibi docet. In pedibus quoque differen- ,, tia eſt, nam fæminæ, vt inquit, *e* Plinius, primus pes duplex, mari ſimplex. Partes, etiam, teſte *f* Philoſopho, ſupinas & capi- ,, tis ita cruſtacea habent, vt alteræ ad accipiendam reddendam- que aquam branchiarum ſpecie conditæ ſint: alteræ plauiores, latioresque in fæminis omnibus, quam in maribus conſtent. Et iterum *g* alio in loco ait: Nonnulla maris meatuum ac fæminæ differentia diſtinguit: quippe cum vterque tenuis ſit, & albidus, & humorem intra ſe continens pallentem: vterque etiam ex pectore pendet. Et poſt. Maribus ſane præ fæminis propria in pectore carne bina quædam candicantia conſtant, diſcreta à cæteris partibus, colore formaque promuſcidi Sæpiarum proxima: ve- ,, rum hæc torta in vertiginem more Buccinorum, quorum ori- ,, go acetabulis, quæ ſubdita pedibus nouiſſimis ordiuantur.

a *Hiſtor.* 4. *cap. vlt.*

b *De gen.* 1. *cap.* 1.

c *Hiſtor.* 4. *cap.* 3.

d *De gener.* *cap.* 2.

e *Lib.* 9. *ca.* 31.

f *De. par.* 4. *cap.* 18.

g *Hiſtor.* 4. *cap.* 2.

COITVS. PARTVS.

COire ac parere percipiuntur. Coeunt autem, veluti, prodidit *a* Ariſtoteles, modo eorum, quæ in auerſum mingunt, cum alterum ſupinum, alterum pronum applicauerint caudas. Et enim ne parte ſupina ſuperueniant; pronam impediunt caudæ præ ſuarum pennatum prolixa appendice: *b* alibi qua parte coeant, explanat his verbis: Meatus ille interior idem excrementi & vuluæ eſt, tum ijs, tum etia Cruſtatis. Eſt enim qua ſemen genitale per meatum emittant, idque parte corporis ſupina, qua putamen diſtat & mare illabitur, faciunt. Quamobrem ea parte mas cum fœmina copulatur. Nam ſi mas ſiue ſemen, ſiue membrum, aut aliquã virtutem ſiue vim aliam emittat, admoueri ad meatum vulualem neceſſe eſt. Incipiunt autem Venerem exercere ineunte vere, aliquando etiam cum ficus mature ſcunt. Ariſtoteles, inquit Athenæus, libro quinto hiſtoriæ animalium ſcribit ex ijs quæ teſta molli operiuntur, Locuſtas, Squillas, Aſtacos & id genus alia coire à tergo more quadrupedum, idq; veris initio prope terram: interdum vero cum mature ſcere ficus incipit. Hæc Athenæus. Diutius quoque, teſte *c* Philoſopho, hæc quam cætera coeunt more inſectorum. Sunt enim exanguia & ob eam rem frigida natura. Partus ſimilis eſt, vt ante dicebat, partui Mollium Cartilagineorumq; quod per coitum pariant. Nam ſæpe mas coniunctus cum fæmina viſus eſt. Fæmina ouum tubidum parit membrana obuolutum prætenui, ventri, lateriq;, ac vtrique inteſtino annexum, idque ad carnem vſq; adhærens. Hoe eſt quod dicebat. *d* Philoſophus: Fæminis, huius generis locus ouis deputatus iuxta inteſtinum omnibus. Et *e* alibi ait: Cruſtatorum omne genus ſibi iuncta continet oua, itaq; fouet. Cardanus cut ea ſub cauda habeant ,, iuncta ventri, his verbis examinauit: Vetum id maximum nec ab vllo ferme animaduerſum; quomodo perfecta cum ſint in- ,, tus, oua rurſus ſub cauda adhæreant, quæ latior eſt ob hoc in fe- ,, minis, idque præcipuum ſiguum ſexus, latitudo caudæ in Aſta- ,, corum genere, cum natura nil fruſtra agat, formam vero in vte- ,, ro dederit neceſſe eſt, vt integra pariat, quod & de Locuſtis fa- ,, tetur Ariſtoteles: laxatis igitur membranis illis parit, quæ pro- ,, prio humore ſub cauda ſtatim colligit, fibrisque annectit: ibi fo- ,, uentur quoniam frigida ſunt ſimpliciter; & animalis compara- ,, tione: quædam enim ſimpliciter tantum, vt piſcium, quæ fotu ,, non indigent, quædam ſola fœtus comparatione, vt auium. Gã- ,, mari autem vtroque motu ideo fotu indigent. Naſcuntur igitur ,, annexis adhuc ouis animalia: nam cortices caudę poſtquam Gã- ,, mari exuerint, anuexi conſpiciuntur: quam ob cauſſam in cauda pinnas quinque etiam Gammari habent, vt eundo oua non atte- ,, rant, aut excutiant. Oua Cruſtatorum imperfecta eſſe dicit *f* A- ,, riſtoteles, quod foris edita incrementum capiant. Commutant ,, enim, inquit, inter ſe vices Inſecta, vt quæ ouum pariant imper ,, fectum, vt piſces ſquamati & Cruſtata & Mollia. Horum enim ,, oua ve: mem imitantur quippe quæ foris incremeutum recipi- ,, ant. Veſtiuntur, eodem teſte, hæc oua putamine duriore. ,,

a *De gen.* 1. *cap.* 14.

b *De gen.* 1. *cap.* 11.

c *De gen.* c. 8

Partus.

Oua.

d *Hiſt.* 4. *cap.* 2.

e *Hiſtor.* 4. *cap.* 2.

f *De gen.* 2. *cap.* 1.

NATVRA, MORES.

IDem tradit hyberuo ſolum tempore coeundi, diebus ſcilicet frigidiſſimis. Et *a* Pliuius de Cancris hoc eſt Cruſtaceis loquens ait: Omnia eius generis hyeme lædunturautumno & vere pingueſcunt. Bellum quandoq; inter ſe ciuile quodammodo gerunt: Et quamuis chelis plus valeant, quam antennis aut cornibus: tamen his potius pugnant, quod nulli pene alij ſint vſui, quam ad pugnam & defenſionem, vt ſcribit Cardanus, natura vero armis minus vtatur neceſſarijs. Cum alijs vero animalibus pugnant chelis, quod eadem ſit ratio victoriæ quæ cibi Imbecille alioqui Cruſtaceum genus. Hinc Pliuius: Vniuerſi, inquit, vbi aliquando congregantur, os ponti euincere non valent: Quamobrem ie- greſſi circumeunt apparetque tritum iter. Mutant omnia cru- ,, ſtam aut corticem. Sed quo tempore? Cruſta ſua, ait *b* Ariſtore ,, les, & Locuſtæ & Cancri, tam nupernati, quam poſt, exuuntur per ver, quemadmodum angues membrana vernationis, quam ſenectutem appellant. Et *c* alio in loco clarius: Locuſtæ, inquit, ,, inter marina & Gammari exuunt (opereulum) aut vere aut au- ,, tumno poſt partum. Iam captæ aliquæ ſunt Locuſtæ, mollem ,, habentes partem ſuperiorem, quod cruſta iam circumiupta, de- ,, tractaque eſſet: inferiorem autem duram: quia nondum eſſet diſ- ,, rupta. Non enim ſimilis his atque exanguibus exutio fit. At quia mirum videtur, quod corticem exuant, idcirco cauſſam huius rei indagauit *d* Cardanus, ſic ſcribens: Cur neq; Teſtacea, neque Te- ,, ſtudines mutant corticem, Cruſtacea vero mutant? In Teſta ,, ceis prius moritur animal, quam teſta ſiccari poſſit. Teſtacea ,, e iam motu nou indiguerunt, propterea à teſta non impediun- ,, tur: triplici igitur cauſſa non mutant: quia non mouentur; quia ,, parum viuunt: quia non ſiccantur: durior enim teſta & craſſior ,, quam cruſta: in teſtudinibus autem teſta incremeutum non im- ,, ped t. Nam in Cruſtaceis non ſolum prægrauaret, & motum ſic- ,, citate, ſed etiam paruitate incrementum impediret. Et rurſus, ,, Cruſta quoque, inquit, cum ſicca ſit natura, mutatione indige- ,, bat: atque tunc cum mutaretur, & cum mutata eſſet, mori ex ,, inedia neceſſe fuiſſet, atque ita non excedere annum, cum tamẽ ,, Locuſtæ diuturnæ ſint vitæ. Itaque & mutare corticem omnia ,, Cruſtacea, & pedes habere, quæcunque perfecta eſſent, fuit ne ,, ceſſarium. ,,

Cruſtam exuunt & quando.

a *Hiſtor.* 8. *cap.* 1.

b *Hi.* 5. *c.* 17

c *Hiſtor.* 8. *cap.* 17.

d *Li.* 37. *de var. rer.*

VSVS IN CIBIS ET VARIIS.

AVtumno & vere pingueſcunt: at plenilunio magis: quia, vt dicit *a* Plinius, ſydus tepido fulgore mitificat. Idem ſcribit *b* Aelianus his verbis: Teſta cruſtaue intectorum hoc etiam pro prium eſt, vt ad decreſcentem Lunam ex inanitate & exilitate ,, corporis laborent quod quidem ipſum declaraut Teſtaceri ge- ,, neris Purpuræ, Buccinæ, Spondyli & his affines, itemque Cru- ,, ſtacei generis Paguri, Locuſtæ, Aſtaci, Cancri & id genus. Præ- ſtant quoque cum ſunt grauidæ, quod late in Locuſtis & reliquis eiuſmodi patet. Confirmatque idem *c* Ariſtoteles cum ait: Gene- ris exanguis Mollia & Cruſtata optima ſunt cum vrero gerunt. ,, Quod enim ſanguine carent nec pinguedo in ijs conſiſtit, hinc ,, proportionale pinguedinis ſecernitur in ſeminale excremẽtum. ,, Ex his itaque cognoſcere licet ea ad cibum eligenda eſſe, quæ ,, ſunt pinguia plenaque humore & ſuccoſa: talia autem ſunt in ,, plenilunio tempore verno & autumnali, & cum ſint prægnantia. Diocles Charyſtius apud *d* Athenæum ſcribit Squillas, Cancros, Locuſtas, Aſtacos grati ſaporis eſſe, vrinamq; mouere. Sunt tamen dura carne. Vnde Mneſitheus Athenienſis in libro de edulijs, Locuſtarum, inquit, Cancrorum, Squillarum, & huiuſmodi reliquorum difficilis eſt coctio, atq; adeo laborioſior multo, quam cæterorum piſcium. Difficulter quoque corrumpuntur quanquam non leuiter alant. Quocirca præparatione ſua & coctione egent. Mneſitheus elixa magis laudat quam aſſa. Horum bona pars viua cum tegumento ſuo feruenti aquæ injcitur ad coquendum elixandumue, vbertim affatimque feruere ſinitur & dum bullit, deſpumatur. Quidam in aqua & oleo elixant, hiſque vinum addunt. Sed melius aceti modicum loco vini aquæ ſimpli-

a *Li* 9. *c.* 37.

b *Lib.* 9. *de animal. c.* 6.

c *De gen.* 1. *cap.* 19.

d *Lib.* 3.

ci inditur. Sic enim cortex omnium magis ac citius rubicũdo colore perfundetur: quod ſignum eſſe ſolet, iam ſuſque deque elixa eſſe. Apte dehinc ex bene piperato ſalitoque aceto comedentur. ,, Cocta, inquit, *e* Galenus, Malacoſtraca in aqua potulenta firmi ſuut alimenti, cum autem in ſe ſuccum ſalſum contineant, ſi in eadem coquantur, eum amittunt ac deponunt, aluumq; propterea ſiſtunt. Idem ſuadet Malacoſtraca vitanda eſſe eis, qui attenuante diæta vti volunt, ob carnis duritiem, & lentum ac pituitoſum eorum humorem. Iam vero conferre omnia ad canis rabidi morſus, tabidis prodeſſe, feruidos aduſtosq; humores refrigerare ac diluere *f* Leuinus Leminus tradit *g* Cardanus author eſt lapides intra corticem & carnem Malacoſtracorum contineri ex excrementis genitos, eos cum cruſta decidere non ſimul, ſed paulo poſt, & ob id qui lapides hos quærunt, maximos in his quærere, quæ cruſtam veterem exuerunt. Ex quibus facile eſt concipere hos lapides alicuius eſſe vſus; cuius autem ſit, me latet nec ille id addidit, forte eandem habebunt facultatem quam lapides in Cancris reperti, de quibus poſtea.

e De alim. fac. 3. c. 34.
f Li. de vict. atten.
g Lib. 3. de occult. nat.
h Li. 7. c. 37.

CAPVT II.

DE LOCVSTA.

CRuſta intectorum, inquit, *a* Ariſtoteles, primum genus Locuſta eſt: proximum, quem Gammarum vocant. Quo loco forte aliquis dubitet cur Gammaro, quem ἀσακῶν vocat, præferat Locuſtam. Mihi quidem in præſentia nulla alia occurrit ratio, quam mirabilis Locuſtæ corporis conformatio & ingenioſa fabrica, quamuis alioqui Gammarus maiora habeat brachia biſulcis dentata forcipibus, arque ideo robore longe præcellat Locuſtæ. Cernis ne vt cornua hæc vibret ad viam tuto capeſceudam, & ad pugnam aggrediendam ſine hoſtis metu? Cernis ne aculeos? magnam item illam in dorſo & capite aſperitatem, qua & propulſat iniurias & bellum infert? articulorum vincula, & tabellarum nexus, vnde non tam milites loricas ſuas inuenerunt, quam vel Maiors ipſe ille Homericus magis ad bellum, quam noſtra hæc Locuſta, inſtructa arma obtinuit? Præterea non minus feſtiue quam eleganter dicebat in Locuſta cum integra apponitur in menſis, tria eſſe commoda, Dorion quidam tibicen apud Atheuæum ἀλφεσιβοιῶ, καὶ δύναμιν, καὶ ἡσυχίαν, id eſt, exercitationem, quæ fit animi gratia & conſumendi tempus, edulium, & contemplationem. Nam in frangendis pedibus, thorace diuellendo, caudaq; detrahenda, manus oculiq; exercentur; dein cibus eſt gratus conuiuis: ac poſtremo mirabilis eius fabrica conſideratur. Habes igitur cur primum Locuſtæ locum tribuerimus.

a Hiſtor. 4. cap. 2.

ÆQVIVOCA.

DE Locuſta inſecto, quod ἀκρίδα Græci dicunt, item de Locuſta vocali benefica famoſa & Neronii cariſſima; multa in noſtro opere de inſectis diximus, & hic non repetimus. Iam vero apud Ariſtotelem Carabus etiam Inſectum vocatur in lignis naſcens aridis, de quo inter Scarabæorum genera vide in eadem de Inſectis hiſtoria, Gaza modo taurum, modo fullonem vertit. Vnde Heſychius κηρόβους dici tradit τὰ ἐν τοῖς ξηροῖς ξύλοις σκωληκία, in arentibus lignis naſcentes vermiculos. Macedonibus quoque τὸν πύλον id eſt, portam vocari κήρβιν inuenio. Et Gallimedon rhetor Carabi cognomen obtinuit, quod Locuſtis admodum delectaretur, vti poſtea dicetur pluribus. Vixit is tempore Demoſthenis, inter opſophagos præcipuus: meminit eius Plutarchus in vita Demoſthenis & *a* Athæneus, qui ipſum vocat φιλίχθυν & ἀλφάστροφον τοὺς ὀφθαλμοὺς, id eſt auidum piſcium & diſtortis atque limis oculis, ſtrabum vt interpretatur Dalechampius. Nam citat Athenæus hos Timoclis verſus ex Curioſo

Carab' opſophagus.

a Lib. 7.

——Εἶθ' ἁλιμέδων ἄφνω
Ὁ Κάραβος προσῆλθεν ἐμβλέπων δέ μοι.
Ὡς δ' ὁ ὢν ἐδόκει πρὸς ἕτερον ἄνθρωπόν τινα
Ἐλάλει σπουδὴ δὲ γ' οὐδὲν εἰκῇ τοῦ ἐγώ
Ὧν ἔλεγεν ἐπίνουν ἀλφαιστῶν
Τῷ δ' ἄρα βλέπουσι χοῦς καὶ δοκοῦσι αὐ κόραι.

Vertit Iacobus Dalechampius.

Deinde Callimedon Carabus
Repente proceſſit, ac me reſpiciens
Vt quidem videbatur, alterum quendam hominem
Alloquebatur: ego vero vt par eſt, nihil cum intelligerem
Eorum quæ dicebat, loquenti annuebam inaniter.
Huius alia certe, quam apparet, pupillæ vident.

Alexis in Phœdone ſeu Phædria eundem voracitatis taxat, item Eubulus in Conſeruatis:

Ἕτεροι δὲ θεῶσι συμπεπλεγμένοι,
Μετὰ κηρόβου σώσεσιν, ὃς μόνος βροτῶν
Δώματα καταπιεῖν οὐκ ἐθέλοντα λεπαδίων,
Ἄφρους πεμφιγόνας τ' ἐνεῖναι μηδὲ ἕν.

Quod eſt, vt idem interpretatur Dalechampius:

Alij vero cum dijs complicati
Familiares Carabo ſunt qui ſolus hominum
Deglutire poteſt è feruentibus patinis
Confertim ſalſamentorum pulpamenta, ſic vt nil edant cæteri.

A Fuit & Sarambus quidam caupo Carabus cognomine celebris apud *b* Athenæum, qui optima vina parabat. Carabis vero nomen loci eſt teſte Suida, ſed forte legendum, vt putat Zoographus, Carambis. Nam Carambis Promontorium eſt Paphlagoniæ authore Etymologo, dictum παρὰ τὸ κάρα καὶ τὸ βαίνειν, caput enim eius multum in pelagus procedit.

Caraburs caupo.
b Lib. 3.

SYNONYMA.

CArabus modo pro Locuſta marina, modo pro Cammaris fluuiatilis Aſtacis à veteribus accipitur. Nam Epicharmus in Hebes nuptijs apud *a* Athenæum, quem Archeſtratus Aſtacum, Carabum id eſt Locuſtam vocauit vt patet his verbis: Adſunt Colybdænæ, & Aſtaci, quibus parui pedes, longaq; brachia: Carabos nuncupant. Vnde Hermolaus apud *b* Plinium exiſtimauit diuerſum forte eſſe Carabum à Locuſta, quod cum de Locuſtis ſcripſiſſet, de Carabis ſubinde ſic loquatur. Sed cum verba Plinij, vt recte annotat Maſſarius, mutuata eſſe cernantur ab Ariſtotele, atque vbi Carabus in illo legitur, Locuſta conuerti a Plinio videatur, erunt ſane Locuſta & Carabus eadem, non diuerſa. Nam quando Plinius paulo infra, Cancrorum genera, inquit, Carabi, Aſtaci, Mæa &c. non diſtinxit Carabos a Locuſtis antea nominaris, ſed Cancrorum genera nobiliora indicauit. *c* Athenæus quoq; ceu diuerſa genera nominat Carabum, id eſt Locuſtam, Aſtacum ſeu Cammarum, & Carida hoc eſt Squillam. Κάραβος igitur animal hoc matinum Græcis dicitur, de quo nobis ſermo eſt. Etymologus & Varinus ſic appellatum putant, παρὰ τὸ τῇ κάρᾳ βαίνειν, quod capite incedat, vel quod capite ſit multum prominente: Cancrorum enim genus capite carere quodammodo videtur, quod non à pectore diſtinguatur. Apud *d* Alexandrum Trallianum κάραβος nihil aliud quam κάραβος eſt: nominat enim λυκόυσας, & καραβίδας, vbi Iacobus Goupylus: Inducimus, inquit hæc verba, καὶ λυκόυσας, ſuſpicantes ab aliquo adſcripta, vt τὸν καραβίδων ſignificario oſtenderetur. Nam & καραβίδες κάραβοι, à Latinis Locuſtæ appellantur. Hæc ille. Sic Cammari, inquit Zoographus, & Cammatides non differunt. Καραβίδες alioqui teſtibus Heſychio & Variuo ſunt γραῖς vetulæ apud Methymnæos. Poſſunt ſic appellari Locuſtæ à ſiccitate & ſcabritie teſtæ ſuæ, quam nimis exſiccatam (vt reliqua huius generis) velut ſenectam exuunt. Et hinc ſane ab aliquibus γραφιαῖοι, dicti, nimirum ab aculeis πρὸς τὸ γράφειν καὶ χαράττειν, id eſt ad ſcribendum & inſculpendum idoneis. Αἰγιλοῦρος, Carabus Heſychio & Varino: ita forſitan dictus, vt coniicit Zoographus, à caudæ motu, à quo ælurus, id eſt felis, alio nomine ægilurus dictus videtur ijſdem etiam κοβάρεος, & Κηραφίς Carabum ſignificant. Inter recentiores quidam nou ſine errore Locuſtas marinas ἀκρίδας dici putant, cum ἀκρίδες infecta ſint, quæ Locuſtæ Latinis nuncupantur. Biſas (alias Viſas) Pagurus eſt marinus, inquit Kiranides, qui & Carabus dicitur, à ſimilitudine viſalon, id eſt tegularum rubearum. Trallianus ἐπὶ βισάλων ὀπτηθέντων in capite de dyſentaria hepatica dixit: vbi Goupolus inquit: Vir quidam Cretenſis doctiſſimus nos docuit hac voce ſignificari à vulgo Græciæ carbones incenſos, ad aſſandos piſces comparatos. Ariſtophanis Scholiaſtes παιζόντου τοὺς παρ' ἡμῖν καράβους exponit. Locuſta, inquit *e* Iſidorus, quod pedibus ſit longis veluti haſta. Vnde & eam Græci tam maritimam, quam terreſtrem Aſtagoua vocant. In Italia hodie Lagouſta & Alagouſta in Liguria vocatur: alibi quoque Lanchrina. Langouſta Maſſiliæ: in Hiſpania Logouſta Belgio Stuercrabbe: Anglia à Lopſter. Eliota Anglus diuerſis locis Aſtacum, Locuſtam & Leonem interpretatur à Lopſter. Germanicé, inquit Zoographus, circumſcribemus, **ein Merkrebs / oder Hummer Arß.**

a Lib. 3.
b Lib. 9
Carabum eũdem eſſe cum Locuſta.
c Lib. 3.
Carabi etymum.
d Lib. 7.
Carabis.
Aegilurus.
Biſas.
Viſas.
e Lib. 12.
Locuſtę etymum.

GENVS. DIFFERENTIA.

deſcriptio.

LOcuſtæ, inquit *a* Plinius, Cruſta fragili muniuntur in eo genere, quod caret ſanguine, nec aliorum Cruſtarorum meminit. Vti etiam *b* vbi aquatilia tegumento, quo muniuntur, diſtinguit, cruſtis air Locuſtas eſſe intectas. Quod modo ad formam pertinet, Locuſta marina, teſte Pierio Valeriauo Gammari fluuiatilis ſimilitudinem habet, longe tamen maior eſt atq; vaſtior, & albicantior, cum Gammari ſubnigricent; quanquam nigricantes admodum Locuſtæ in Ligueſtico mari conſpiciantur. Frontem ſupra oculos anguſtiorem quam Gammaro eſſe docet *c* Ariſtoteles, faciemq; latiorem, ac pectus anguſtius, totumq; corpus durius, & minus carnoſum, differreq; ibidem dixerat brachijs, quæ denticulatis forcipibus Gammarus protendit: atque etiam quibuſdã alijs diſcriminibus, quanquam non magnis: Hinc Bellonius: Locuſta, inquit, ſiue Carabus & Vrſa tam maior quam minor, nullos habent forcipes: quo nomine ab Aſtaco maxime differunt. Quem omnes hactenus ſecuti, chelas Locuſtis adimunt. Sed non ita intelligendus eſt philoſophus, vt forcipes Locuſtæ neget, ſed quod tam magnos non habeat:, vt Aſtacus: nam forcipes habere non vnico in loco ſcripſit, vt vbi *d* ait: Genus Cancrarium & Locuſtarium ſimilia inter ſe ſunt, eo quod vtrumque brachia forcipibus denticulatis habeat. Et *e* alibi: Pedes, inquit, Locuſtis vtroque ex genere quini vltimis an numeratis, qui in forcipem exeunt denticulatum. Quare & *f* Iulius Alexandrinus, dum

a Li. 9. c. 30.
Li. 9. c. 12.
Locuſta quid differat ab Aſtaco.
c Hiſt. 4. c. 2
d De par. 4. cap. 8.
A Cancro quid differat.
e Hiſt. 4. c. 2
f Lib. 14. ſapiub. cap. vlt

dum ait:, Locuſtæ, quæ κέρβοι ſunt, chelæ denticulatæ tantum, nimirum ex quinque vtrinque pedibus: maiores illi vnico, non gemino, vt in forcipatis Aſtacorum chelis, aculeo ſunt, eoque dentis in modum formato, rem acu minime tetigit, & Philoſophi iam allata verba non eſt aſſecutus. Verum quidem eſt, quod chelas Carabi habeant eaſque diuerſas ab Aſtacorum chelis & non ita forcipatas, ſed vnico veluti dente munitas. Sed quod chelas in ſingulis pedibus eſſe dicit, id falſum: nec hoc dixit Philoſophus, plures duabus enim habere non poſſunt, nec erat neceſſarium, cum ijs tanquam manibus vtantur, quæ duæ ſunt, nec plures in ijs animantibus, quæ manus habent, aut quid illis proportione reſpondens: Gillius duos Locuſtæ pedes forcipatos, alios dentatos facit. Reliquas nunc differentias proſequamur. Carabus, inquit, Bellonius hirto (aſpero) ſunt corpore: Vrſa vero, Aſtacus, Pagutus, Cicadaque læui, & quemadmodum Maia à Paguro, ſic Carabus ab Aſtaco ipſa aſperitate diſſidet, tota enim auterioris corporis pars Carabi aculeis riget. Hiuc χαφιαίους dictas Locuſtas à Diphilo Siphinio putat Zoographus, quanqnam alij ſic nuuparas velint, ob coloris varietatem. Sed huius animalis aſperitatem teſtatur quoque Tibetius Cæſar apud Suetonium. Is enim in paucis diebus quam Capreas attigit, piſcatori qui ſibi ſecretum agenti, grandem mullum inopinauter obtulerat, perfricari eodem piſce faciem iuſſit, territus, quod is à tergo inſulæ per aſpera & deuia erepſiſſet ad ſe. Gratulanti inter pœnam quod non Locuſtam, quam prægraudem ceperat, obtuliſſet: Locuſtæ quoque lacerari os imperauit. Locuſtam & Cancrum interſe differre tradit *g* Ariſtoteles, quod Locuſtæ caudam habeant, Cancri vero ea careant. Conueniunt autem in deuticulatis forcipibus, quos in dextra parte, eodem teſte, grandiores robuſtioreſque habent. Parte enim dextra efficacioraſunt animalia omnia. Cur vero Locuſtis cauda ſit, & non item Cancris, rationem hanc adfert *h* Ariſtoteles. Locuſtis enim, inquit, vt nantibus cauda vtilis eſt: natant enim cauda ,, quaſi remo innitendo: at Cancris inutilis eſt quoniam vitam ,, agere terrenam, caueraaſque ſubire ſolent. Hæc ille, *i* qui & ad natandum pinnas Locuſtæ in cauda quinas eſſe ſcripſit. *k* Quod repetens Bellonius, pinnas, inquit, quinas habet in cauda, reliquum quoque caudæ corpus, quinis tabellis læuibus loricatur. Author eſt Ariſtoteles cornua bina tam mari quam fæminæ prælonga & aſpera aute oculos eſſe, ijſque alia læuiora cornicula ſubiacere. Plinius tamen aſpera eſſe negat, *l* ſed propria rotunditate præpilata. Oppiano ea & Aeliano dicuntur κέντρα id eſt ſtimuli ſeu aculei, quemadmodum chelæ, δολιχαὶ id eſt, longæ. Ariſtoteles κέρατα vocat, Plinius cornua, nos antennas. Ælianus in dorſo eſſe ait. Indeque forte Carabi κῶπα ὀξυβελῆ cognominauit Dentes præterea habent Locuſtacea primores binos maiuſculos, & gulam ante ventrem exiguam, in quo nonnulli quoque deutes ſunt, quoniam non ſatis erant ſuperiores illi. Contiuent quoque in eodem ventre humorem ſimilem muti. Cor earum ex nigro rufeſcere obſeruauit Bellonius. Mare autem cum excipiunt ore, id tranſmittunt ad ſuas branchias, (πα βραγχεῖαι) quas ipſæ vt ait Ariſtoteles, plures, quam cætera cruſta intecta obtinent. Sunt duris oculis, vt reliqua Cruſtacea eſſe diximus. Vnde apud Plautum Menechmus interrogatus, num ſolerent ſibi vnquam oculi duri fieri, reſpondet non minus facete quam vere.

Quid tu me Locuſtam cenſes eſſe homo ignauiſſime.

Niſi dicamus hic Locuſtam inſectum eſſe, quod pariter duriocu-
lum eſt. Eſt & meatus quidam ſecundum *m* Ariſtotelem à pecto-
,, re pendens qui ad excrementi exitum pertinet, fœminis pro vu-
lua, maribus genitalis ſeminis receptaculum Meatus hic iuxta
,, cauum, inquit, carnis continetur, ita vt media caro interiaceat,
,, inteſtinum enim deuexum perringit: meatus vero à cauo appli-
,, catur. Nec ſecus quam in quadrupedum genere hæc habentur.
,, Nulla matis meatum ac fæminæ differentia diſtinguit: quippe
,, cum vterque tenuis ſit. & albidus, & humorem intra ſe conti-
,, nens pallentem: vterque etiam pectore pendet. Ad quorum o-
,, mnium confirmationem lubet breuiter ea quæ Rondeletius in
deſcriptione Locuſtæ exactius clariuſque ſcripſit, adiungere. Locuſta, inquit, duo habet cornua ante oculos magna, initio aſpera & aculeata deinde rotunditate præpilata, in exortu craſſiſſima, quæ paulatim magis ac magis ita gracileſcuut, vt tandem in tenuiſſimum cirrum deſinant, in omnemque partem pili inſtar flecti poſſint. Initio quaternis articulis diſtincta ſunt, vt cum nullus ingruat metus meatu, cornibus ad latera porrectis, in pauore iiſdem erectis, obliquein latera procedant. His alia duo cornua articulata, læuiora, minora, tenuiora ſubſunt: quibus piſciculos, vt opinor, allicit & venatur. Oculi cornei ſemper prominentes & exerti, in obliquum mobiles, aculeis acutiſſimis firmiſſimis vtrinque tanquam propugnaculis muniti Oris lateribus additæ appendiculæ tanquam patui pedes ad tutelam. Dorſum aſperrimum eſt & aculeatum, velut è fronte aculeus magnus eminet. In lateribus branchias habet veluti è pilis coagmentatas: pedes plures quaternis: quia ſanguine carentia pluribus mouentur notis quam quatuor, ſiue terrena ſint, vt Scolopendræ, multipedæ: ſiue aquatilia, vt Mollia & Cruſtata. Sunt igitur Locuſtis pedes vtrinque quini, annumeratis extremis chelis, quas Gaza modo forcipes denticulatos, modo brachia forcipata interpretatus eſt. Flectuntur omnium pedes in obliquum, chelæ vero introrſum. Cauda læuis & ſine aculeis ex quinque tabellis contexta, in pinnas quinque deſinens, natandi cauſſa, ei quaſi remo Locuſta innititur, eſtque in ea ſitum totius corporis robur, quod experieris ſi ea parte Locuſtam apprehendas: nam valida frequentique agitatione è manu elabitur, nec niſi corpore apprehenſam, vel è cornibus ſuſpenſam, retinere queat. Cæteta omnia cum ſint ex Ariſtotele ſuperius allata, libenter prætereo. Locuſtam quam hic appinximus, cum omnibus notis, tum à veteribus, tum recentioribus traditis, optime quadret, non opus eſt deſcribere. Saltem meminiſſe ac obſeruaſſe dorſi colorem, cuius nullus quod ſciam mentionem fecit; ſufficiat: hic enim medius eſt inter atrum & cæruleum, itemque chelarum, quas miror multos recentiores negaſſe, quum habeant; vt Ariſtotelis authoritas, quam ſupra ſcripſimus, & noſtra autopſia ſatis declarant. Sunt tamen exiguæ admodũ, nec cum iis quas habẽt Aſtaci comparandæ; dens earum ſuperior triplo maior inferiore, vterque catet intus tuberculis, & in fine acutus, quum in Aſtaci chelis vterque dens ſit obtuſus. Non prætereunda ſunt Locuſtarum genera, ſiquæ ſint ab authoribus tradita Vrſam connumeraſſe Ariſtotelem Locuſtaceis probat *n* Iulius Cæſar Scaliger, quod ei & Locuſtis idem tempus pariendi aſſignauerit. Idem proximum Locuſtæ genus facit Aſtacum, quod illi multis ſit ſimilis. Diſſimillimam tamen ab Aſtaco Locuſtam ait, quod nec forcipes vt ille habeat, totaque ſit horrida Leonum brachia, authore *o* Plinio, cancris ſimilia ſunt, reliqua Locuſtæ. Et Ælianus: Marinus Leo cum Locuſta, inquit, ſimilitudinem habet, præterquam quod maiori habitus tenuitate, & gracilitate eſt. Hac ratione quidam & hunc ad Locuſtas refetunt. Et *p* Plinius Elephantum his verbis: Elephanti Locuſtarum generis nigri, pedibus quaternis, biſulcis: prætetea brachia duo binis articulis ſingulisque forcipibus denticulatis. Cæterum Rondeletius & Bellonius melius Aſtacorum genus faciunt hunc Plinii Elephantum, vt & alia ſuperius commemorata. Paulus Ionius Leonem Plinii eſſe putat eum qui vulgo Cammarus dicitur, eundemque Aſtacum Oppiani, quaſi vero huius poetæ ab aliorum authorum Aſtaco ſit diuerſus. Idem etiam pet Carabum putat Oppianum intelligere Leonem, qui Theodoro ſit Cammarus. Mihi Oppiani Carabus Locuſta eſt, de qua nunc agimus, quod etiam Zoographo placuit.

Chelarum vſus.

Vt à cancro differat

g Hiſtor. 4. cap. 8.

h De partib. 4. c. 8.

i Hi. 4. c. 2.

k Lib. 2. aquatil. c. 3.

l L. 9. c. 30.

Dentes.

Cot:

Branchiæ.

Oculi.

m Hiſtor. 4. cap. 2.

Cauda.

LOCVS.

NOn vno loco ſemper permanent Locuſtæ marinæ, ſed hinc inde vagantur prout cœli conſtitutio eſt: Nam litora potius, vt prodidit *a* Philoſophus, vernis hyberniſque temporibus expetunt. Conferuntque ſe in altum æſtate, cum alias calorem, alias frigus proſequantur. Vnde Plin. ait: Hyeme aprica litora ſectantur æſtate in opaca gurgitum recedunt & alias tradit Locuſtas viuere petroſis locis, Cancros mollibus. Et *b* Philoſophus aſperis, inquit, ſaxoſiſque locis proueniunt: Cumque ibidem de Locuſtis ac Gammaris eſſet Locutus, ſubiungit neutrum genus limoſa amare: indeque fieri vt Gammari apud Helleſpontum, & circa Thaſum gignantur; Locuſtæ circa Sigæum & Athon. Quæ omnia ex eo repetit *c* Athenæus. Quanquam Aſtaci, inquit, *d* Bellonius, in Oceano multum ſint pupulares, Locuſtæ tamen in eo maris tractu, rariores eſſe ſolent. In Euripomari teſte *e* Ariſtotele non generantur; in Indico vero quaterna cubita implent; vt author eſt *f* Plinius. Gonzaluus Ouiedus teſtatur inueniri etiam in Oceano Indiæ Occidentalis, ſed quam ſint magni, non addit Mari quod Cananoram circumfluit, plurimas alit Nam arce eius inſulæ, vt narrat *g* Iohannes Barus, cum ei præeſſet Laurentius Britus, ab Indis obſeſſa, Hiſpaniſque ob extremam famem diuinum numem implorantibus, mare repente intumuit, & cum vndis terram ſupeifluentibus magnam vim Locuſtarum euomuit, quibus fame illi pluſculis diebus non ſine miraculo ſolabantur In mari Liguſtico Locuſtas nigricantes conſpexit Pierius Valerianus.

Geneta.

n Exercit. 245. contra Card.

o L. 32 c. 11.

p L. 32. c. 11.

a Hiſt. 5 c. 17.

b Hiſtor. 5. cap. 17.

c lib. 3.

d lib. 2. aquatil. c. 3.

e Hi. 9. c. 37

f L. 9. c. 3.

g lib. 1 de ead. 2. c. 5.

VICTVS. ÆTAS.

PAſcuntur, inquit *a* Ariſtoteles, venatu piſciculorum, circa ſua cubilia; quæ in alto locisque aſpens, cauernoſiſque faciunt. Quidquid ceperint, ori admouent ſuo forcipe, vt Cancri, piſces maiores quoque euincunt eodem teſte: murænas & congros etiam maiores deuorare, cibosque ere terere (quod oſtendit oris conſtitutio, & gulæ anguſtia) obſeruauit *b* Bellonius: lutum & herbas comedere ſcribit Albertus. Locuſtis omnibus vita diuturnior data eſt teſte *c* Philoſophio.

a Hiſt. 8 c. 2

b li. 2. aquatil. c. 3.

Ætas

c H. 5. c. 17.

CAPIENDI RATIO.

PIſcatores non ignati Locuſtas hyeme, ac vere circa litora verſari, æſtate vero in alto mari, oris litoralibus, atque aliis id genus indiciis conſectantur loca aſpera, & limoſa, quoties capturam in alto lubet exercere *a* Tarentinus ad haſce capiendas ad aliquid alligat mormyrum, purpuras decem cum oleo contundit, & muſci parum (καὶ βρύον τι μικρὸν Andreas Lacuna vertit, ex bryoque pauxillum madens) inſpuit, mox exponit in ſaxum & ſiccapit.

a Geopon. 20 44.

NATATIO, INGRESSVS.

NEgat *a* Bellonius pedes anteriores, qui cæteris maiores ſunt, in natatu moueri, ſed pinnulis quas partim ſub cauda gerit, partim in extremo eiuſdem, tum quaternis reliquis pedibus natare aſſerit. Partes igitur quibus ad natandum vtuntur, ſuut pedes

a lib. 2. aquatil. c. 3.


Locusta marina
Langer Meerkrebs.
1.
Astacus verus
Groser meerkrebs
2.
Astacus mediæ magnitudinis prior
3
Astacus mediæ magnitudinis alter.
Mittelmäsiger meerkrebs 4
Chela Astaci marini ex Zoographo.
Grosen Meerkrebses Scheer.
5.
TAB: 2.
Leo authoris
Meerlöw.
6.
Astacus marinus qui hominem apprehensum suffocat.
Meerkrebs
10
Astacus simulis pedículo marino
Meerkrebs einer Meerlaus ähnlich.
9.
8.
Leo Rondeletij
Meerlöw.
7.
Astacus duodecim pedum qui dicitur à Rhinocerote marino.
zwolff füssiger meerkrebs
11.
Astacus fluviatilis alius prona parte pictus
wasserkrebs umb gekert
15.
Squilla lata authoris
Meerbär, Bärenkrebs.
16
Astacus parvus marinus Rondeletij
12
Astacus fluviatilis wasserkrebs
13
18
Squilla lata Rondeletij
Meerbär.
17.
Astacus fluviatilis alius wasserkrebs.
14
Crustaceum quod medium videtur inter Crangonem Squillam & Cancellum, siue Bernardum Eremitam.
Squilla mantis
Meerbär.
25
Squilla gibba Rondeletij
Meerbär.
20
Squilla gibba nostra
Meerbär.
21
19
Squilla gibba zoographi Venetis ad ipsum missa
Meerbär.
22.
Squilla parua Rondeletij
Klein Meerbär.
23
Squilla parua zoographi Venetus ei missa.
24

,, & cauda; quod etiam *b* Aristotel. dixit his verbis: Locustæ pedi-
,, bus, non gressus (vt Cancri), sed natatus causa subnituntur. cãcti
,, nandi studiosi non sunt, quandoquidem ad natatum cauda vsui
est, illi autem à natatione abhorrẽt. Et alibi: Locustæ, inquit, suis
caudis natant, celerrimeque retrorsum, pinnarum caudæ adiunctatum beneficio. Plinius ait: Cætera in aquis natant, Locustæ reptantium modo fluitant: hoc est vt exponit Massarius: Crustata omnia in profundo natant, exceptis Locustis, quæ anguium modo supernatant. Aliter ingrediuntur cum sunt in pauore, aliter cum nihil formidant. Nam vt inquit *c* Aristoteles, incedit Locusta natura sua ante, cum nihil metuit, demissis in latera cornibus: at vbi metuit, fugit retro, longeq; sua coruua porrigit: Verba Græca eius hæc sunt, Βαδίζει δὲ κατὰ φύσιν μὲν εἰς τὸ πρόσθεν ὅταν ἄφοβος ᾖ, κατὰ βάλλων τὰ κέρατα πλάγια. ὅταν δὲ φοβηθῇ, φεύγει αὖ πάλιν, καὶ μακρὰν ἐξακοντίζει. Vvolfonus vertit, sese que longius eiaculatur Sed videtur Zoographo ἐξακοντίζει referendum ad κέρατα, vt Gaza quoque fecit. *d* Plinius videtur vertisse: si nullus ingruat metus, recto meatu cornibus, quæ sunt propria rotunditate præpilata, ad latera porrectis: ijsdem erectis in pauore, oblique in latera procedunt: In hac re non consentit *e* Ælianus cum Aristotele Is enim: Locusta, inquit, cum nullius rei metu afficitur, tum anteuersus
,, progreditur: non prætensis quidem, sed obliquatis in latera cornibus, (πλαγιάσας δεξιὸν καὶ ἐκεῖσε τὰ κέρατα) vt ne aqua contra nata-
,, tionem veniens reprimat coruua, & inde vltra progredi prohi-
,, beatur Sin fugit & retrocedit, tum penitus demittit & laxat sua
,, cornua, πυρῆκον αὖτε τείνει) & tanquam remis altius demissis scapham propellens, sic sese conmmouens, multum conficit itinerls.

b L. de com. animal. gressu.
c Hist. lib. 8. cap. 2.
d L. 9. c. 30.
e Lib. 9. de anim. c. 25.

SEXVS.

Sexus quoq; discrimen satis manifestum est: Nam vt ait *a* Arist. differt mas a Locusta fęmina, quod fœminæ primus pes duplex
,, mari simplex. Pinnæ etiam parti supinæ annexæ, feminæ maio-
,, res, & quæ collo proximæ sunt, minores habentur. mari omnes
,, æque minores, nec vsquam per diminutionem dissimiles. Ad
,, hæc mari in nouissimis cruribus, veluti calcaria maiuscula pro
,, minent acuta, quæ fœmina patua habet & læuiora Addit præterea Rondeletius in caudæ supina parte fæminam habere appendices duplicis pinnis similes, ad contegenda & conseruanda oua, mari autem has esse simplices & paruas. Sunt qui & magnitudine corporis distinguant, vt fæminæ maiores sint, mares minores. Testatur quoque *b* Aristoteles vuluam bifurcam esse fæminis.

a Histor. 4. cap. 2.
b De gener. 3. cap. 8.

NATVRA. MORES.

Latent *a* eodem testante circiter menses quinque Et *b* Plin. inquit: Latent mensib quinis, similiter Cancri, qui eodem tem-
,, pore occultantur. Dimicant, vt ait *c* Arist. inter se more arietum
,, cornibus, quæ extollentes vibrantesq, feriunt aduersarium: sed
,, vniuersæ etiam plærunque, tanquam gregis collegium visun
,, tur. *d* Plinius quoque cornibus inquit iuter se dimicare: at *e* Æ-
,, lianus: Quod si, ait, Locustæ inter se pugnant, alii contra alios,
,, ita erectis cornibus veniunt, vt in incurrentes arietes allidunt &
,, conserunt frontes. Ad hanc eatum bellicosam naturam respici-
,, ens *f* Lucianus, inquit per iocum, occidentalem partem Tari-
,, chanes inhabitare, gentem oculis anguillinis, & facie Carabea
,, bellatricem ac mordacem. Cur modo tam acriter inuicem bel
,, lent, his verbis tradidit Albertus: Gregatim & aciebus instru-
,, ctis pugnant cum aliis aciebus generis sui pro pascuis, vel fœ-
tu, vel fæminis. Lædi non posse, nisi sub cauda tradidit *g* Rondeletius.

a Histor. 8. cap. 17.
b L. 9. c. 30.
c Histor. 8. cap. 2.
d L. 9 c. 30.
e De animal. lib. 9. cap. 25.
f L. 1. ver. histor.
g L. 18. c. 2. de piscib.

ANTIPATHIA.

Non conueniunt inter se Locustæ & Polypi. Euenit vsu, inquit *a* Philosophus, vt Locustis Polypi superiores sint, & adeo vt si eisdem in retibus sensent Locusta Polypum, præ metu
,, moriatur Quæ sic *b* Plinius: Polypum in tantum Locusta pa-
,, uet, vt si iuxta viderit, omnino moriatur. Idem testatur *c* Ælianus, cum ait: Tam vehementer Polypum Locusta extimescit, vt
,, si quando vno & eodem reti ambo capiantur, hæc continuo mo-
,, riatur: *d* Alibi causam huius intestini odij hanc reddens: Locusta, inquit, adeo inimicitias cum Polypo graues habet: quod hic
,, cum illius brachia circumplexus fuerit, aculeis quos in dorso
,, in sitos habet, præclare contemptis, & pro nihilo habitis, illam
,, ipsam circumplicans, suffocat. Cuius sane rei haud inscia Locu-
,, sta à Polypo summe refugit. Eadem tradidit *e* Plutarchus. Nam
,, rationem reddens, cur sibi Polypus à Muræna & congro me-
,, tuat, ait: Ab his enim male tractatur, neque lædere vicissim po-
,, test ob lubricitatem elabentes sicut rursum Carabus, illis in cõ-
,, plexum venientibus vincit: nam tenuitas non est aduersus a-
,, speritatem auxilio: Polypo autem acetabula intrudente perit. Quocirca nequeo satis mirati Horum Apollinem qui scribit à Locustis vinci Polypos. Conger etiam Locustam pauet, vt prodidit *f* Pliuius Et *g* Aristoteles: Congros, inquit, Locusta conuincunt: nam elabi non queunt propter crustæ asperitatem. De Polypi, murænæ, & Locustæ inimicitijs, hæc *h* Ælianus: Malum ingens & morbus agrestis & inhumanus, inimicitia atque odium inhærens, penitusque insitum; quod etiam ratione carentibus natura ingenuit inexpiabile atque implacabile. Muręna cum

a Histor. 8. cap. 2.
b lib. 11. c. vlt.
c l. 10. c. 38.
d lib. 9. de anim. c. 25.
e lib. de soler. animal.
f l. 9. c. vlt.
g Histor. 8. cap. 2.
h lib. 1. de anim. c. 23.

A Polypo capitali odio dissidet. Polypus cum Locusta graues gerit inimicitias. Muræna etiam teterrima hostis est Locusta atque
infestissima. Muræna Polypo brachia abscindit, dentium firmitate: post autem in eius ventrem subiens, his eum malis, quibus verisimile est, afficit. Hæc enim è genere nantium est, ille vero serpentium more graditur. Quod si Polypus in saxorum colorem se vertat, nihil ei astutiæ hæ fallaces prosunt. Muræna enim eius veteratorium plane tenet. Cum vero Polypus Locustas à se comprehensas strangulatit, exugit carues, atque eatum succum exhaurit, ac nimirum Locusta cornibus erectis iracundia furens, in eum modum murænam mulieri itatæ similem lacescit. Hęc igitur aculeos, quibus hostis præmunita est, mordicus tenet Illa veto pedes acutos tanquam manus prętendens, vtrinque cuti inhærere fot-
tissime non intermittit. Muræna indignatur, seseq; huc & illuc
versat, & acutas testas amplectitur, quibus confixa remolle-
scit & succumbit: denique remissa iacet. Locusta ex hoste in-
stituit prandium. Hæc Ælianus, vt op not ex Halieuticis: Oppiani, in quibus hi leguntur versus. *i lib. 2.*

B Ἐξοχα δ' ἀλλήλοισιν ἀιάρσιον ἔχθος ἔχουσιν
Καρκαρὸς αἰκτὴρ μύραινά τε Πολύποδός τε.
Ἀλλήλους δ' ὀλέκουσιν ἀμοιβαίοισι φόνοισιν

Vertit Lippius.

Polypus insidijs & duris Astacus (carabus) armis
Et muræna ferox inter se bella lacescunt
Et cædem alternant in prælia sæua ruentes.

COITVS. PARTVS.

Ore coite Locustas marinas *a* Plin. Arist. more quadrupedum retro mingentium, scripsit: scilicet fæminam caudã supinam exponere, marem aũt suam superimponere & applicare Coeunt autem vere iuxta terram, & quæ coitum conceperũt oua, *b* eodem teste, gerunt vtero tribus mensibus, Maio, Iunio Iulio; tum deinde sub aluo iu rugas deponũt, (deinde oua in appendicib supinæ partis reponunt) quæ oua vetmium more augentur. Quod idem de Mollibus etiam, ac de piscibus ouiparis intelligitur, ouum enim
omnium ita accrescit. Fit igitur Locustarum ouum arenidum in
partes octo diductum: singulis enim operimentis, singula quædam cartilaginea iungunter, quibus oua adhærent: totumque
quasi species vuæ consistit: vnumquodque enim illorum carti-
lagineorum in plura scinditur quæ si discreueris, pateut: sin a-
spicis tantum, compositum quiddam aparet. Fiunt maxima, nõ
quæ iuxta meatum, sed quæ media sita sunt: minimaque nouis-
sima continentur Magnitudo minimis, quanta granis ficuum
est Nec meatum ipsum vlla contingunt, sed per medium hæ-
rent; vtraque enim ex parte, caudam dico, & aluum, bino ma-
xime distinguntur interuallo: sic enim operimenta quoque di-
sposita sunt. Sed quoniam latera ipsa complecti satis non possint
addito extremo cuncta teguntur, idque velut operculum obturat. Videtur prorsus Locusta cartilaginosis illis particulis man-
dare oua, cum enititur, caudam adducens, & protinus compri
mens, inflectensque sese parere. Cartilagineæ veto illæ appendices per id tempus augentur, atque ouorum capaces redduntur.
Partus enim in ijs recipitur, vt Sepiarum in sarmentis, & quali-
bet colluuione collocatur. Locustæ ad hunc pariunt modũ. Mox vbi ea sui corporis parte intra diem maxime vigesimum oua concoxerint, obigunt vniuersa: conglomerataque ita in idem, vt & fotis congesta appareant. Tum ex eo Locustæ proueniunt intra diem maxime decimum quintum: & sæpe minores quam vt digiti magnitudinem expleant, capiuntur Excludunt igitur oua ante Arcturum: abigunt iam concocta atque absoluunt ab arcturo Hæc omnia summa quadam diligentia ab Aristotele sunt tradita. Qui etiam negat oua Locustarum maris semine, vt Mollium aspergi, nec sine ratione, sic enim *c* alibi, inquit, Locustaceigeneris fæminæ apud se partum exponunt; quãobrem ampliores ipsæ, quam mares habent tabellas, vt oua ser-
uentut. Mollia foris reponunt, fæminis huius generis mates a
spergunt quomodo ouis mares in genere piscium: redduntur q,
oua glutino cohærentia ad speciem vuæ: At Locustaceis tale
quid fieri nec visum neque ratione exigitur: conceptus enim
eorum sub fæmina continetur & crusta intectus est. Plinius, Lo-
custæ & reliqua, inquit, tenuioris crustæ ponunt oua super oua,
atque ita incubant, Locustæ etiam nuper natæ exuunt senectam more anguium, non aliter quam parentes post partum.

a L. 9 c. 55
b Histor. 5. cap. 17.
c 3. de gener cap. 8.

DENOMINATA.

Καράβιον diminutiua vocula, est parua Locusta, seu paruus Carabus. In vulgari tamen Lexico exponitur nauicula. Καραβοειδὴς, & Καραβώδης, Carabi seu Locustæ speciem gerens qui è Carabarum genere est. Gaza apud Aristotelem Καραβοειδῆ vertit Locustacea.

MORALIA.

Per Locustas peccatores intelligi possunt: vt n. illæ hyeme læduntur, contra autumno vereque ac multo magis plenilunio pinguescunt: Ita hi dum prosperis fruuntur temporibus, luxuria diffluunt, Peccatores.

diffluunt, & opulentia pingues fiunt: ſed ſub viræ exitum, ob metum condemnationis perpetuæ, gracileſcunt, læduuturq; maxime. Et quemadmodum Locuſtæ efferuntur ſuis cornibus, ita illi ſuperbia, ſed contra eum tegmen corporis ſit admodum in Locuſtis fragile, ita & peccatores, cum maxime ſuperbiunt, quam ocyſſime ob corporis fragilitatem vel momento temporis extinguuntur. Sicut vero Locuſtis dentes in ventre, ita ijſdem, dum etiamnum florent, nulla eſt alia cogitatio quam circa gulæ & ventris voluptates. Tales quoque dici poſſunt conuitiatores & inuidi, qui in cordis gremio, tanquam in ſtomacho dentes habent quia de iam impreſſa iu animis aliorum fama, quod poſſunt detrahunt maledicendo & mentiendo, neque felici aliorum fortuna acquieſcunt vnquam, ſed oportunum inueſtigaut tempus, quo eam de bouo ſtatu præcipitent.

Cõuitiatores & inuidi.

HIEROGLYPHICA.

Tyrannus in ciues.

Populatis ſeditionis homo ſtudioſus.

A Egyptij hominem municipij ſui longe principem, ſed tyrannica in ciues dominatione vtentem notate ſi vellent, Polypum & Locuſtam depingebant: Si quidem Locuſtæ, vt ait Horus in Polypos exercent vires eosque vincunt. Quamuis Ariſtoteles, vt dictum eſt, à Polypis Locuſtas vinci ſcribat. Apud *a* Pierium Valerianum popularis ſeditionis hominem ſtudioſum ſignificare qui volunt, Locuſtas duas marinas ſeſe inuicem incurſantes pingunt Videre enim eſt ſæpe vniuerſas, tanquam gregis collegium celebrare, dimicare interim inter ſe cornibus arietum modo, ac mutua flagellatione inuicem ſæuire. & genuinum eſt, inquit, Pindarus inuicem inuidere.

a *Lib. 18. Hierogl.*

EPITHETA.

Locuſtam vocat Oppianus ἀϊκτῆρα ob difficilem eius acceſſum τρηχὺν ob aſperum dorſum: κραιπνὸν ob motum celerem ac rapidum: denique ὀξυπτυγέα, à caudæ forma, quæ in fine acuta eſt.

VSVS IN CIBO.

CAllimedon fuit cognominatus Carabus, quod hoc cibi genere impenſe delectaretur. Itaque Alexis in Doride horum piſcium valde fuiſſe auidum tradit his verbis:

Piſcium mercatoribus decretum eſt
Vt aiunt aneam Callimedonti ſtatuam
Ponere diebus feſtis Panatheorum, quæ inter piſces alios
Dextra manu aſſam Locuſtam habeat
Eſt enim illorum artis ſolus ſeruator,
Alij vero omnes damnum ac calamitas.

Machon Comicus de Archephonte paraſito hæc ſcribit:

Κληθεὶς ἐπὶ δεῖπνον ὁ παράσιτος Ἀρχεφῶν
Ὑπὸ Πτολεμαίου τοῦ βασιλέως, ἡνίκα
Κατέπλευσεν εἰς Αἴγυπτον ἐκ τῆς Ἀττικῆς
Ὀψὲ πετραίας παραπηξέ τ' ποικίλου
Ἐπὶ τραπέζης, καράβωντε ἀληθινῶν
Ἐπὶ πασιλοπάδας τ' εἰσενεχθεῖσης ἀδρᾶς,
Εὐῆ τε μαχόσκοι τρεῖς σύνῃσαν κώδιοι,
Οὓς κατεπλάγησαν πάντες οἱ κεκληκότες,

Quos verſus ſic tranſtulit Iacobus Dalechampius:

Inuitatus ad cœnam paraſitus Archephon
A Ptolomeo rege cum
In Ægyptum nauigaſſet ex Attica,
Saxatili varioq; impoſito menſa
Obſonio, admotis omnibus Locuſtis
Lapideis, allataq; patina confertiſſima,
In qua gobiorum fruſta fuere tria,
Viſa non ſine ſtupore conuiuis omnibus.

Hic Dalechampius anuotat per lapideas Locuſtas intelligi grandes, quarum teſtæ obſeniuim ſaxea ſunt duritie. Locuſtas, inquit *a* Athenæus, magno ſtudio conquiſitas in cibo ac pretio fuiſſe, multis locis citatis è comicorum fabulis citare licet. Sufficiet tamen in præſentia Ariſtophanes, qui in Theſmophoria Zuſis ait.

a *Lib. 3.*

An piſcis quis emptus eſt? an Sepiola?
An Squilla quæpiam lata? an Polypus?
An mugil noſtis? an Orphus? an Squalus? an Loligines?
B. Non per Iouem A. Ratane? B Nec ſane hæc inquam.
A. Vulpiane? aut pulmo, aut ſecur apri?
Num faui? num porcæ ſumen?
Num anguilla parua, num Locuſta magna
Cuius eſu mulieribus deſeſſis auxilieminl?

Eliguntur grauidæ tempore plenilunij Præfetuntur in Italia ab Octobri vſq; ad Aprilem. Præferuntur etiam maximę, quales Antiphanes apud Athenæum inter alios cibos nominauit. Capiuurur tales in mati Indico, & circa Aphricæ quoddam littus loco petroſo, vt ſcribit *b* Syneſius. Laudantur & à Phyllio ſiue Phrynicho ſiue Ariſtophane in Vrbibus.

b *In epiſtol.*

Πολυπόδιον, σηπιδύλλιον, κάραβον, ἄστακον, ὄστρεα, χήμας,
Λεπάδας, σολλῶνας, μύς, πίνας, κτένας, ἐκ Μηθύμνης,

Id eſt.

Polypodium, Sepiolam, Carabum, Aſtacum, Oſtrea, Chamas,
Lepadas, Solenas, Muſculos, Pinnas, Pectines, ex Methymna.

Anaxandrides apud Athenæum aſſatam Locuſtam eſſe ſcribit in conuiuio Cotys. Coquuntur etiam in aqua feruenti, ſed viuæ. Nam, vt inquit *c* Plinius, vnum hoc animalium genus, niſi viuum feruenti aqua incoquatur, fluida carne non habet callum. Bellonius conſulto quidem Locuſtas clibanis aliquando coxit, atq; hoc pacto ſapidiores eſſe adinuenit, quam quum inferbuiſſent, Nam quouis modo aliter coctæ, mutim (id autem eſſe putãt piſcis ſtercus) expuunt: cum tamen ea mutis totius piſcis pars ſapidior ſit: reliquæ enim pulpæ duriores ſunt, hæc vero fluida & mollis: vnde vulgare illud dictum apud Prouinciales: *De la Languſta meglior la merda, que la gruſta.* Noſtri, ait *d* Rondeletius, ore & ano diligenter ſtupa obturatis, ne ſuccus interior effluat, in furno aſſant, alij in ferrente aqua elixant, alij cruſta ſpoliatas in fruſta diuidunt, aromatis, aceto condientes, apijq; foliis aſperſis Apud nos veto non aliter coquuntur quam Aſtaci, quos Leones vocant. Extant hæ conditurę apud *e* Apitium: In Locuſta, inquit, & Cappari piſcibus conditaneis cæpam Pallacanam conciſam, indurabis, teres piper, liguſticum, careum, cuminum, carcotam, mel acetum, vinum, liquamen, oleum, defrutum, hocius adiici cito ſinapi in elixuris. Locuſtæ præparentur hoc modo Aperiantur, vt aſſolet, cum teſta ſua, infundantur eis deinde piperarum & coriandratum, atq; ita in craticula aſſentur Quum exſicata fuerint, adijcies eis in crate magis magiſq;, donec rite aſſentur. Locuſta vero elixa cum cuminato, recte inferes piper, liguſticum, petroſelinum, mentham ſiccam, cumini pluſculum, mel, acetum, liquamen: ſi voles folium & malobathrum addes. Aliter: Eſitia de cauda Locuſtę ſic facies: Folium accipies, vuam prius demes & elixabis, deinde pulpam concides, & cum liquamine pipere & ouis eſitia formabis. Aliter: In Locuſtæ condimentum elixæ, piper, cuminum, ruta, mel, acetum, liquamen, & oleum aſſumitur. Aliter In Locuſta piper, liguſticum, cuminum, mentham, rutam, nucleos, mel, acetum, liquamen, & vinum recte adhibemus. Bartholomæus *f* Scappus præſtare ſcribit Locuſtam Aſtaco, carneq; eſſe teneriori, elixari addito ſale mox exemptum carnem & reliqua interiora, vt Cruſta illæſa maneat, lauari, ac deinde contundi, addi caſeum rritum, oua & herbas: quibus omnibus vna commiſtis impleri Cruſtam, frigi deinde in oleo, aut butyro, ac poſtremo ex variis ſaporibus ſiue intinctibus & aromatibus facto iuſculo ſeruari iu lancibus ad vſum. Plus carnis Locuſtæ habent, quam Cancri vt ait Diphilus Siphinius apud *g* Athenæum. Mneſitheus Athenienſis in libro de edulijs, quem citat idem Athenæus, Locuſtarum, inquit, Cancrorum, Squillarum, & huiuſmodi reliquorum, difficilis eſt coctio, atq; adeo laborioſior multo quam cæterorum piſcium. Aſſari quam elixari piſces illos magis conuenit. Simeon Sethus de Locuſtis tantummodo agens, difficulter concoqui ſcribit, ſed admodum uutrire, & ſalſi humoris ſiccique patticipes eſſe, & ſiquidem ſępius aqua dulci coquantur, ventrem cohibere. *h* Cornelius Celſus de Locuſta ſic loquitur: Minime intus vitiatur. Vbi Guilhelmus Pautinus eius enatrator omnia quæ molli Cruſta integuntur per Locuſtam intelligi cupit. vt Gammaros, Cancros, Aſtacos, quæ duritie catnis quadam ſimiliter ac teſtacea conſtant.

c *Li. 9. c. 30.*

Coctura melior.

d *Lib 18. de piſc. c. 3.*

e *Li. 9. de re cul. c. 1.*

f *Lib. 3. de re cul. cap. 175.*

g *Lib. 3.*

h *Lib. 2.*

VSVS IN MEDICINA, ET ALIIS.

COnueniunt ſtomachicis authore *a* Galeno. Oſtracoderma, inquit *b* Alexander Trallianus, in cibo non admodum vtilia ſunt partibus circa thoracem vlceratis, & pus excreantibus: tamen cum humor morbi cauſſa ſalſus & bilioſus fuerit, nihil abſurdi eſt præbere Pectunculos, Buccinas, Aſtacos, Locuſtas, Eaſdem præſcribit *c* Hippocrates puerperæ, vrmelius purgetur. *d* Idem in morbo, in quo ſtercus per os eiicitur, capitalibus partibus coctis vtendum ſuadet: & τὸ ὑγρὸν καρκίνου, Locuſtarum humorem, aluum mouere ac vriuam ciere ſcribit. Carabos & Aſtacos coctos eſitaros, eoruinq; ius potum contra doryenii venenum prodeſſe Dioſcorides tradit. Extat hæc confectio medicaminis miri aduerſum dyſenteriam apud Marcellum Empyricum: Teſtam Locuſtæ i. teſt illam ſpinoſam vel aculeatum quæ eſt iuxta caput, combures nitide, & poſtea teres, vt in tenuiſſimum puluerem rediges: & ſic ei, qui ventris fluxu vel raſura laborabit, ex vino vetere, ſi non febricitabit, aut ſi inæqualis erit, ex calida aqua dabis; ita vt de ſingulis Locuſtis teſtas ſingulas integras exuſtas per triduum bibat. mire ſanabitur. Author eſt Simeon Sethus teſtas earundem combuſtas ac potas cum vino meraco renes calculoſos expurgare, multumque atenoſi lotii educere. Apud *e* Oppianum Carabus eſca eſt cantharo piſci capiẽdo idonea.

a *Li. de cõp. med. ſec. loca. d. c. 4.*
b *Lib. 7.*
c *L. de mor. mul.*
d *Lib. 3. de diæta.*

Ad dyſenteriam.

e *Lib. 3. Halieut.*

CAPVT III.

DE ASTACO. ÆQVIVOCA.

EX Cruſtatis proximum Locuſtæ genus eſt Aſtacus teſte *a* Ariſtotele. Multa hoc ipſum nomen ſignificata habet apud antiquos Apud *b* Herodotum Aſtacus nomen viri, apud *c* Plinium regio Byzantiorum. *d* Nicephorus & alii locum in Bythinia ſtatuunt, qui Aſtacus dicitur, de quo Trebellius Pollio: Scythæ, inquit, Bythiniam inuaſerant, ciuitatesq; deleuerant, deniq; Aſtacum, quæ poſtea Nicomedia dicta eſt, grauiter vaſtarunt. Teſtatur & Euſebius Aſtacum vrbem ampliatam, à Nicomede Bythiniæ

a *Hiſ 4. c. 2.*
b *Lib. 5.*
c *Li. 5 c vlt*
d *L. 7. ca. 37 hiſt. eccleſ.*

hiniæ rege Nicomediam appellatam. Apud Volaterranum vero Astacus vrbs est in ora Asiæ minoris, sinumque cognominat Astacensem, ab Astaco Neptuni & Olbiæ Nymphæ filio. Strabo eam vrbem in Chalcedonia statuit, atque à Megarensibus & Athenienſibus conditam, his verbis testatur. Post Calcedonum sequitur litus, quod Astacenus sinus appellatur, qui Propontidis pars est. In eo condita est Nicomedia, dicta à nomine regis cuiusdam Byrhini, qui eam condidit. Multi enim eodem nomine vocati fuerunt, quemadmodum Ptolemæi, propter prioris claritatem. In ipso sinu fuit vrbs Astacus, quam Megarenses & Athenienses cõdidere, & postea Dædalsus, à qua sinus nominatus est. Deinde à Lysimacho diruta, habitatores eius Nicomediam à Nicomediæ conditore translati sunt. Apud Pollucem ἀστακὸς aurium siue auricularum pars caua nominatur. Astacus nomen pueri Calphurnio in Eclogis. Cammarum (cammoron habet Dioscorides) aconitum vocauere teste e Plinio, quod sit radice cammaro simili, hoc est Astaco, vt quidam volunt. Colora Latine, Cammarus Calepino: qui ex f Apitio hæc verba recitat: Vel Cammarum defrutum mittas, quod Romani colorum, vocant.

c L. 27. c. 3. Colora. f Lib. 7.

SYNONYMA.

Astacus. Carabus. a Lib. 3.

Epicharmus in Hebes nuptijs, quem Archestratus Astacum dixit, Carabum id est Locustam esse declarat his verbis apud a Athenæum:

Adsunt Colybdana, & Astaci quibus parui pedes,
Longaq; brachia, Carabos nuncupant

Est tamen, vt subdit Athenæus, suum peculiareq; genus Carabis, id est Locustis, Astacis, Caridibus id est Squillis. Eodem authore Attici Astacum pero proferunt Ostacum dicentes, quemadmodum & Ostaphidas pro Astaphidas. Epichatmus in mari, & terra, inquit:

Ostacus.

Κάραχοι γαμψώνυχοι, vertit Dalechampius:
Et curuis vngibus Ostaci.

b L. 9. c. 31. Astacorum vno in loco tantum meminit b Plinius, vbi inter Cancrorum genera eos numerat. Quocirca Gaza cum non sciret quid apud Latinos vocaretur Astacus, vulgi nomen secutus Gammarum transtulit, vt notat Rondeletius, quamuis Gammari vocabulum antiquum esse non ignorer, citans hoc Martialis:

Concolor in nostra Gammare lance rubes.

c L. 27. c. 3. c Plinius: Aconitum, inquit, radicem habet modicam. Cammaro similem marino, quare quidam Cammaron appellauere. Vbi Franciscus Massarius Plinium Cammari nomine Astacum intellexisse putat. Zoographus Squillam, cum Theophrastus radicem aconiti esse scribat, tum specie, tum colore similem καρίδι, id est Squillæ, sic enim legit, non καρύᾳ, vt Gaza, qui nuci transtulit: neque σκαρίδι, vt Marcellus Virgilius, qui tamen recte marinæ Squillæ conuertit. Dioscorides aconiti genus alterum radices habere, ὥσπερ πλεκτάνας καρίδων μελαίνας, id est, vt cirros Squillarum nigras. Auger hanc eius opinionem Athenæus, qui Squillarum species sic dictas fuisse veteribus d Romanis his verbis tradit.

Aconiti radix qualis.

Κάμμαροι Cammari, Epicharmus in Hebes nuptijs:

Præterea boca smarides, aphyæ, Cammari.

„ Horum etiam Sophron meminit in mulieribus mimis. Est autem Squillarum species, & ita à Romanis vocantur. e Eustathius in hoc Athenæi loco legit κάμμοροι, sic enim scribit. Κάμμορος fato suo, vel morte infœlix, & miser homo. Significat autem hæc vox aliquando etiam Squillas, teste Athenæo, his verbis. Κάμμοροι καὶ τὴ (lege ἐστὶ) γλῶσσα καρίδων ὑπὸ Ῥωμαίων οὕτω καλοῦμον. Et forte (inquit idem Eustathius) vulgus inde corrupto nomine καβούρους dixit. Nos quidem Cammarum antiquorum Astacorum genus esse, quod a Gallis Squillam fluuiatilem hodie nũcupant, postea probabimus. Dicuntur Ἄστακοι ex sententia Rondeletij, quasi ἄστακτοι, id est non destillantes, sed abunde fluentes: quod tubercula plurima, tum alba, tum purpurea guttarum, siue lachrimarum specie forcipibus inspersa habeant. Iraque author Glossarii non bene καρίδες interpretatur Cammaros. Quidam Astacum Aristotelis Elephantum dici putant apud Plinium. Vulgo in Italia dicitur Gammaro, & Cambaro, & peculiariteris, de quo hoc capite in primis agemus, Gammaro di mare. Venetus hunc Astase, corrupto quasi nomine ab Astaco, nominat. Galli, & Normanni Hormat. Illyrici Larantola, Moinpelienses Langrous. Gillius Massilienses, ait, & Leonem & Astacum, ex Plinio diuersos pisces, vno eodemque nomine Ligombaudos nominant: Idem Astacum, inquit, Græci & qui accolunt Adriaticum sinum etiam hac ætate sic vocant. Eadem his verbis Bellonius. Astacum Massilienses, vn Ligumbault, Genuenses Lombardo vocant. Quin etiam Græcum vulgus antiquam Astaci appellationem adhuc retinuit. Constantinop. Liczuda, vel Lichuda appellãt Hispanice Cammaron dicitur. Germanice Humer. Polonice Kakmorski Hungarice Rack. Anglice à Creuyse of the sea. Nam Lopster Anglorum Locusta est, vt scribit Zoographus, non Astacus: quanquam Eliota diuersis locis, Astacum, Locustam & Leonem interpretatur à Lopster. Quidam apud Anglos Astacum Crabbe fishe appellari scribunt. Sed hoc nomen nimis generale cum sit, potius omnibus Crustaceis conuenire censeo. Crabbe enim Crustata omnia apud Belgas, Germanos, Anglos, vt ab earum linguarum peritis accepi, dicuntur, priuatim tamen Cancer.

d Lib. 7. e Odyss. α.

Etymum.

GENVS. DIFFERENTIA. descriptio.

PLura sunt Astacorum genera. Differunt magnitudine & loco. Ab ea alia minora, alia maiora, sub hoc quædam marina dicuntur, quædam fluuiatilia: quæ duo tantum inuenio. Marinorum autem tria nouimus: maximum, quod quibusdam Leo est, & Elephantus Plinii: minimum, & quod mediam inter vtrumque magnitudinem habet, generis sui nomine insignitum, & cuius hanc descriptionem nobis tradidit a Aristoteles. Differt Gammarus à Locusta brachiis, quæ denticulatis forcipibus præditum: atque etiam quibusdam aliis discriminibus, quanquam non multis. Et paulo post: Gammaro, inquit, color, quod ex toto dexter, niter: nigritque maculis dispersis euariat. Pedes inferiores ad grandes vsque dispositi octo, tum grandes ipsi longe maiores, extremaq; parte latiores, quam Locustæ habentur: sed non specie eadem, dexter enim suum extremum latum & oblongum, & tenue habet: sinister crassum & rotundum. Vterque tamen scissus in extremo, perinde vt maxilla tam infra, quam supra dentatis est. Verum dexter pusillos serratosque dentes continuos: Læuus primos serratos, maximos velut maxillares, scilicet parte inferiore quatuor, & continuos: superiore tres non continuos, vterq; tamen partem mouet superiorem, ad inferiorem que astringit. Blæsus item vterque situ inferiore, tanquam natu ad capiendum, premendumque. Duo supra eos grandes habentur: alij hirtiusculi, paulo ab ore inferiores: mox brachia os circumdant, non sine hirsuria frequentes, quas assidue mouet. Flectit atq; in os adducit duos illos hirtiusculos pedes. Surculi etiã graciles geruntur à pedibus, qui ori proximi habentur. Dentes huicquoq; duo vt Locustæ, supra quos cornua breuiora, tenuioraq; quam Locusta. Quatuor item alia adsunt cornua, specie quidem duobus illis similia, sed tenuiora & breuiora. Super hæc oculi cõstituti sunt parui, crassiusculi, non vt Locustæ maiusculi. Frons quasi quædam acuta & aspera, supra oculos extat latior, quam Locustæ. Deniq; facies acutior & pectus latius quam Locustæ, totumq; corpus mollius, & carnosius. Pedũ autem octo nu pars scissa in extremo bifurcatur: pars desinit indiuisa, quatuor enim bifurces sunt, reliqui quatuor simplices ex toto pertendunt. Quod autem collum appellant, quinque partium fons est: & fœtum latius, illud situm loco nouissimo habetur tabellis continuatum, quinque, interiora vero in quibus fœminæ prius pariunt, quam fœtum edant, hirtiuscula quædam quatuor continentur, quibus singulis spinæ singulæ breues, arctæque eminent ad exteriora. Pectus corpusque totum læue est, non more Locustarum aculeatum, & asperum; verum in pedibus magnis aculeos partis exterioris maiores esse manifestum est. Hactenus Philosophus, qui rursus subdit, alterutrum forcipem semper esse grandiorem, nec vnquam parem vtriumque visum fuisse. Hoc & b alibi tradidit non sine ratione his verbis: Gammari soli non certum, sed alterutrum æque, vt fors tulerit, forcipem habent grandiorem, tam mares quam fœminæ. Caussa cur forcipem habeant, quod ex eo genere sint, quod forcipem habet. Cur alterum grandiorem incertè, quod non integrum sui generis naturam tenet, sed ita degenerat, vt quod ad aliud destinatum est, eo non eodem, sed ad gestum vtatur. Astacum sane non nouit Cardanus dum eum sine cauda depingit, cancrum constituens, cum quid Cancer sit ignorasse videatur. Nam, vt contra eum dicebat Scaliger, si Gammarum hic Astacum vocat cum qui cauda caret, Cancrum dicet illud quod habet caudam. Cæterum ad reliqua quæ supra ex Aristotele attulimus, examinanda pergamus. Descriptionem hanc Astaci nobis exhibuit Bellonius, parum ab Aristotelis diuersam; Astacus à Carabo non magnitudine tantum (est enim ille grandior) sed & ipso etiam colore differt. Carabus enim tantummodo rubet, Astacus ex rubro fuluoque liuescit. Carabus blæsos atque acuminatos anteriores pedes habet, Vrsæ marinæ modo, Astacus extentos & forcipibus dentatos, partemque mouentes superiorem astringendo ad inferiorem. Cornua præterea ante oculos Astacus gemina habet, sed paulo quam Carabus minora: quibus eodem modo iter prætendit, intus concaua, sub quibus alia quoque eodem numero minora latent ac tenuiora: super quæ oculi constituti sunt crassiusculi, non autem, vt Carabi maiusculi. Læuem habent costam sine aculeis, præterquam anteriore parte, quo loco rostratam ostendit, ad robur in certamine. Dimicant enim Astaci inter se arietum more, cornua attollentes. Pedes vtrinque quaruor habent, quorum duo priores in extremo bifidi sunt ad incessum: alii duo natatui magis inseruiunt, quam apprehensioni. Tabellas in cauda quinque videas. In collo autem deinceps hoc est vsque ad caudam pinnulas paulo magis hirsutas, quibus in natando commode vtuntur. Hactenus Bellonius: cuius saue descriptioni non conuenit eius icon, vt non sine ratione ipsum Rondeletius carpserit. Nam in Astaco quem depinxit, quaterni pedes bisulsi non sunt, imo nulli, sed omnes articulis tantum intercepti, & in vngues siue πλέκτρα desinentes. Et cum Elephantum Plinii Astacum adultum existimet, vnam scribens eandemque vtriusque descriptionem esse, sibi apertissime contradicit, dum inquit: Pedes vtrinque quattor habent, quorum duo priores in extremo bifidi ad incessum: alii duo natatui magis inseruiunt, quam apprehensioni. Deinde duo brachia in eiusdem Astaci delineatione binis articulis, singulisque forficulis denticulata nusquam comparent, sed illa sunt reliquis quaternis crassiora duntaxat, in singulos vn-

a Hist. 4. c. 2. Astaci cõmunis descriptio. Color. Pedes. Dentes. Oculi. Frons. Vt à Locusta differat Collum. Pectus. Forcipes. b De par. 4. cap. 8. Cardani error. Descriptio ex Bellon. Bellonii icon reprobatur.

los vngues, ſiue πλήκτρα deſinunt, quæ altera parte vel ſerrata, vel hirſuta ſpectantur. Quare quod pro Aſtaco propoſuit, neque Locuſtæ neque Aſtaci formam apte refert, ſed potius commentitia res eſt. Nos vero cum videamus apud nullum authorem hactenus extitiſſe veram & accurate depictam Aſtaci figuram, hanc quam exactiſſime depictam damus. Hic & colore & forma optime cum Philoſophi ſupra allata deſcriptione congruit. Nam thoracis pars ſuperior, quam dorſum lubet appellare, itemque colli partes ſuperiores, vna cum caudæ lamellis quinque, exterius nigris & liuidis maculis diſtinguuntur. In ſumma Aſtacum hunc pro vero aguoſcimus. Sed ne cuipiam hoc dubium moueat, propterea quod collum eius ſex partibus diſtinctum depinximus, cum tantum quinque habere Ariſtoteles cogat credere, omneſque quotquot hactenus de Cruſtaceis ſcripſerunt doctiſſimi viri quinque etiam partibus collum delinearint; dicimus partem primam thoraci proximam, quandoque multo minorem cerni, quam in hoc Aſtaco noſtro, ita vt proculdubio credendum ſit Ariſtotelem hanc partem non annumeraſſe colli partibus, ſed thoracis. Huic ſubiunxi duos alios Aſtacos mediæ magnitudinis, ſed prædicto minores; quorum prior corpore magis eſt vario, antennæ enim quæ ſatis ſunt longæ, rubent, item brachia, non tamen vbique, ſed hinc & inde, ac medius præcipue brachiorum articulus, thorax ſupina parte ferrugineus eſt, collum partim dilute rubet, partim ciuereo eſt colore, quali ſunt etiam pedes, brachia in omnibus articulis aſpera tubercula per longitudinem ex ordine poſita habent, forcipumq; alter dentatus vtraque parte tum ſuperiore tum inferiore, alter his dentibus priuatus cuius pars inferna & ſuperna quamuis longior, tamen recta magis & æqualis. Poſterior Aſtacus ſupina parte nigricat, prona luteſcit, lateribus nigris maculis variegatis, cornua & appendices quæ ori proſtant, mineaceo colore ſplendent, chelę maiores in hoc longioreſque, quam in priore, & paucioribus tuberculis, denticulatæ intus exiguis tuberculis Poſtremo addidi Chelam Aſtaci marini ex Zographo, paulo breuiorem quam depingitur, faciem hominis ridiculam repræſentantem. Nam chelæ pars minor maximum & aquilinũ naſum refert: & quæ in vtriuſq; partis confinio emineut verrucæ, oculos, ſi ſupercilia addantur. Superiorem partem, quatenus ſeu cornicula quatuor ſupra naſum & frontem eminent, cæruleo alioue colore ſi pictor inducat, ad repræſentationem pilei auriti, & ad latera deſcendentis ita tamen, vt lateant aures: retro & circa tempora pili promineant nigri. Faciei partim albo inducatur pigmento, partim roſeo fuco niteat. Linguæ inſtar partis chelæ maioris tubera (Rondeletius dentes nominat) fuerint rubicundo colore inſignienda. Quod ſi criſtam quoque è pennis, caudæ præſertim gallinacei, capi aut pauonis nutantem, foramini ſummo indideris, plane Gorgoneam & terribilem habebis faciem.

Chela faciem hominis ridiculam repręſentans

LOCVS.

Carabus inſidias faciens atq; Aſtacus acer
In ſaxis habitant curuis, & paſcua carpunt.

a 1. Halieu. b H.5. c.17.

a Oppianus interprete Lippio. Tamen author eſt b Ariſtoteles, in leuibus terreniſque locis Aſtacos prouenire, Locuſtas in aſperis & petroſis, neutros in cænoſis. Quare circa Helleſpontum & circa Thaſum Aſtacos naſci; circa Sigæum vero & Atho Locuſtas. Quocirca Ariſtotelem grauiſſimum authorem & cæteris fide digniorem ſecutus Franciſcus Maſſarius, in his Plinij verbis, Locuſtæ degunt petroſis locis, Cancri mollibus; pro Cancri legit Aſtaci. Nuſquam non in Oceano frequentes: in Euxino tamen ponto nulli, quod his verſibus cecinit Oppianus:

Noxia non Ponto ſæua educantur in iſto
Et parui piſces nequidquam hoſtile timentes
Securi degunt vndis, procul Aſtacus ingens,
Polypodes deſunt magni, deſuntq; Paguri.

CAPIENDI RATIO.

a Hiſ.4. c.8.

EOs odore eſcarum allectatos capi, ſcripſit a Ariſtoteles, cum vellet probare Cruſtata omnia odorandi facultate inſignita eſſe. Capiuntur autem eodem Aſtaci, quo Carabi.

SEXVS. COITVS PARTVS.

a H.4 c.2.

FOemina in hoc genere nihil plane differt à mare teſte a Ariſtotel. Nam & mari & fœminæ forceps alteruter grandior more incerto eſt: parem vero vtrumque neuter vnquam habere viſus. Coeunt eodem modo, quo cætera cruſta intecta, quæ caudata ſunt, hoc eſt more quadrupedum retro mingentium, vt fœmina caudam ſupinam exponat, mas ſuam ſuperponat, & applicet. A bruma iam oua ferre incipiunt. Ariſtoteles ante Arcturum oua excludere: abigere iam cocta, & abſoluta reddere ſcribit.

NATVRA. MORES.

ORe excipit mare, vt idem author eſt, cum Locuſtæ ad branchias tranſmittant Sine humore longius è mari deferri nequit. Quamobrem inquit Bellonius raro viuus Lutetiæ viſitur, putriſque eſt antequam eo perueniat Cardanus tamen contra, A Aſtacorum eam eſſe naturam ait, vt citius putreſcant quam moriantur. Senectam vt tradit a Ariſtoteles exuunt vere aut poſt partum, vt Locuſtæ Tam ſunt loci patrii amatores, vt ſi, teſte b Ælia-no, quem Aſtacum comprehendiſti, eum longiſſime exportes, relicto ibi ſigno vnde ipſum cepiſti, eodem eum ipſum, vnde comprehenſus fuerit, arte ſiſſe reperies: ſi modo ita ex mari exportaueris, & deinde ſic prope depoſueris, vt ad mare adrepere queat. Quæ c Oppianus ſic cecinit:

a H.8, c.17. b De anim. 8.c.22. c Halieut.1.

Aſtacus immenſum thalami ſub pectore amorem
Condit ſponte ſua, nunquam de limine cedit,
Inuitum ſi quis piſcem traducat in altum,
In propriam ſubito geſtit remeare cauernam.
Et cupit & quærit illo ſaltare profundo,
Ex quo piſcator cymba linoq; fugauit,
Non alios ponti non vult habitare receſſus,
Non aliam quærit patriam, ſed ſæpe penates
Demiſſos repetit, conſuetaq; ſaxa reuiſit.
Sic dulcem patriam gentes cupiere natantum,
Et pontum & natale ſolum, quod ſtillat amorem
Illis, & pectus ſpargit dulcedine blanda.
B *Mortali generi patria quid dulcius extat?*
Quid grauius miſero, ſi longis finibus errans
Sit procul à patria vitam tolerare coactus?
Exilium durumq; iugum perferre neceſſe eſt,
Externas inter gentes ignotaq; rura.

ANTIPATHIA.

AStacus Polypum extimeſcit, vt ait a Aelianus, proculdubio ex b Oppiano qui ſic canit:

a 6. de animal. c.22. b Halieut.2

Polypus inſidiis & duris Aſtacus armis
Et murana ferox alterno marte domantur.

Sunt eadem de Locuſta dicta ſuperiori capite ex eiſdem authoribus.

HIEROGLYPHICA.

C POteſt per Aſtacum non inepte deſignari amator patriæ, quamuis enim hic in peregrinis ſit quandoque ſedibus, proculque à patria fumo, tamen veluti Vlyſſes apud Homerum:

Amator patriæ.

Poſt varios caſus poſt tot diſcrimina rerum

Tandem in patrium reuertitur ſolum.

NVMISMATA.

IN Tarentinorum nummi cuiuſdam æneci altera parte Neptunus Nereo inſidet, dextera manu tridentem, ſiniſtra ſcutum tenens, infra autem Nereum Carabus, aut potius Aſtacus cernitur, ſupra Nerei caput, & ante Neptuni pectus literæ N E inſcriptæ, à tergore Neptuni ΤΑΡΑΣ, altera vero parte Tarantem Neptuni filium videre licet equo inſidentem, infra cuius pedes duæ conſpiciuntur literæ, nimirum ΣΑ. Quibus omnibus ſignificare voluerunt, Neptunum ab eis pro Deo tutelari coli, qui non modo belluis illis marinis dominatur, ſed etiam omnibus qui in ipſo mari continentur, piſcibus vilioribus, Cruſtatiſque etiam. Tarantem autem Neptuni filium ab altera parte excudi curarunt, quod ipſe nomen vrbi, ac fluuio impoſuerit.

TEMPERAMENTVM.

NOn defuere, inquit a Iulius Alexandrinus qui calido temperamento ſtatuere Aſtacos, coloris argumento, quem ex coctura rubrum contrahunt. At qui in cruſta tantum id, frigida quippe, ſed cum terreſtris alicuius parte, operati caloris qualitatem accipiens deterſione multa, rubri id coloris aſpectu manifeſtatur; vt in iride, vt in ſanguine, vt hic in Aſtacis, Cruſtaceiſque omnibus, vt in alijs omnibus, vnde deterſus appareat in cruſtaceo tegumento calor cum rubore. At candor in carne ſuus atque integer maneat. Hactenus ille. Frigidos vero, & humidos eſſe temperamento teſtatur Simeon Sethi.

a De ſalub. 23.c.8.

VSVS IN CIBIS.

E AStaci omnes marini, tam maiores quam minores carne prædura ſunt prædiri, vt Cruſtata omnia. Quocirca difficulter in ventriculo concoquuntur, tardeque deſcendunt, ac ventrem reprimunt: At rite confecti & præparati non imbecilliter alunt. Simeon Sethi vix etiam concoqui poſſe ait præſertim magnos: paruos enim facilius confici celeriuſque deſcendere: caudas eorum (hoc eſt crura) difficilius etiam concoqui, craſſioriſque eſſe ſucci: idcirco condimentis calidis emendari, & ab eorum eſu vinum vetus & rubellum potari. Intereſt etiam vbi capiantur in Methymna enim optimi perhibentur. Nam Phyllius ſiue Phtynicus, ſiue Ariſtophanes apud Athenæum in Vrbibus hæc dicit:

Polypodium, Sepiolam, Carabum, Aſtacum, Oſtrea, Chamas,

Lepa-

Lepadas, Solenas, Muſculos, Pinnas, Pectines, ex Methymna Diligere.

Qui autem magnos amat, ex Alexandria portati curet, ſi prope eam degat. Sunt, inquit Cardanus, Aſtaci inſipidiores, & duriores è mari, quam è fluminibus: adeo vt in Scotia cum ederem nullius pretij mihi viderentur. Forte Cardanus non bene coctis, nec bene conditis veſcebatur. Nam Matron Parodus apud Athenæum Aſtacum inter cæteros piſces lautiores, in Attico quodam conuiuio appoſitos ait. Mneſitheus aſſos elixis prætulit, & ideo clibano incoqui voluit. Non parum ſalſi habent ſucci, & minus tamen quam teſtata. Fiunt etiam hyſitia ex Aſtacis. Eximuntur enim apud *a* Apitium de ſua teſta, & in mortario conteruntur cũ pipere, & liquamine optimo pulpæ, inde hyſitia plaſſantur & formantur. *a Li. 2. ca. 1.*

VSVS IN MEDICINA, ET ALIIS.

TYmpanicis Aſtacum rato, & ſolius voluptatis gratia offerre iubet Trallianus. Podagricis quoq; prohibebitur, præſertim ſi ex pituitoſo humore ortum ducat. Nam talem humorem ab Aſtacis generari idem Trallianus author eſt. In Cardialgia autem conuenire ait, quia non facile corrumpatur, & acribus mordacibuſq; humoribus reſiſtat. Aetius in curatione colici affectus ex pituitoſo humore, Squillas & Cancros interdicit, Aſtaco autem pro voluptate frui permittit. Plinius medicus de dyſentericorum cibo tractans, ac de calore nimio, Oſtracoderma, & Aſtagines optimi cibi eſſe tradit. Putat Bellonius per Aſtagines eum Aſtacos intellexiſſe. Ex eorum chelis uautę ſalina ſua conficiunt, in quibus ſal in piſcatione reponunt. Apud Belgas talis chelarum vſus eſt. Aedes cum tam amplæ ſunt, vt habitantes canthari, aut aunuli ferrei, aut mallei pulſum vix exaudiant, itaque tintinnabula in his locis procul ab oſtio ſitis tabulato aut muri eminentiori loco affigunt cum loro aunexo, aut filo ferreo craſſiuſculo, per domus penetralia ſi quæ ſint obuia deducto ad oſtium vſque, quo pertuſo filo chelam Aſtaci, loco manubrij annectunt, quod apprehendit manu, cum quiſpiam pulſare tintinnabulum cupit. *Ad Cardialgiam.*

CAPVT IV.

DE LEONE, SEV ELEPHANTO.

ÆQVIVOCA.

LEonis vocabulum pro rege apud Græcos accipi nou reperi vnquam, mirorq; quod ſcribit Iſidorus: Leo Græce rex interpretatur Latine, eo quod ſit princeps omnium beſtiarum. Eſt autem ,, Leo animal quadrupes, omnium animantium ferociſſimum & generoſiſſimum ,, vno excepto homine, præcipue cum colla armoſq; veſtiunt iubæ, quod ætate accidit. Eſt etiam nomen ſideris cœleſtis apud Latinos & Græcos, ex numero duodecim Zodiaci ſignorum. Serpens etiam quidam ſic vocatur, alio nomine κιγχεάνης dictus *a* Nicandro. Λέων dicta fuit Elephantiaſis etiam apud Areteum. At λέων χρυσοφύλαξ, Leo fontis cuſtos, dicta fuit Athenis ærea Leonis effigies ſuper fonte eo, ex quo aqua efferebatur, οὐ πᾶς ἀεὶς ὕδωρ δίκαις teſte Polluce, cui etiam λέων dicta fuit tremendæ ſaltationis ſpecies, ab Athenæo tamen inter ridiculas ſaltationes recenſetur. Denique λέων eſt nomen viri proprium, vt Latinis Leo. Similiter Elephantus quadrupes eſt omnium fere animalium maximum, Europæ incognitum, duobus celebre dentibus, ex quibus opera fiunt eburnea. Significat ἐλέφας poculi genus apud Athenæum, item morbum apud medicos illum qui Latinis lepra dicitur.

Rex Leo dictus. Leo animal quadrupes quale. Serpens Leo. a In Theriaca. Elephanti ęquiuoca.

SYNONYMA.

PLeræque nationes, vt inquit Gillius, etiamnunc Leonem nominantes Aſtacum, arbitrantur Leonem eſſe Aſtacum. Maſſilienſes enim & Leonem & Aſtacum Ligombaudos nominant, & Itali quandoque vtroſq; Leones, quamuis etiam ſint qui diſtinguant, maiorem Aſtacum hoc nomine appellantes. Plinius etiam ſeparatim de Aſtaco & de Leone tractat: & Athenæus vtrumque diſtinguit, cum inquit Aſtaco Leonem maiorem eſſe. Belgæ Leonem marinum appellant Ondocht. Neapolitani, inquit Gillius, genus quoddam Cruſtatorum etiamnunc Elephantum vulgo nominant: ſed hunc ne, an alium appellent, iudicare non poſſum cum piſcem non viderim, hæc ille. Platina à vulgaribus ideo Leonem dictum ſuſpicatur, quod Leonis terreſtris animalis colorem ſimilitudiuemq; quandam habeat: quam cum ego nullam in eo offendam, ita ob magnitudinem appellari putem.

GENVS. DIFFERENTIA.

deſcriptio.

ELephantum Plinij eundem facit *a* Bellonius cum Leone, nec ab Aſtaco grandi diſtinguit, vt ex eius hiſce verbis apertiſſime declaratur. Plinius, inquit, Elephantum marinum ſic depinxit, vt eius delineatio Aſtaco plane conueniat. Inter marina, inquit, ſunt Elephanti Locuſtarum generis, nigri, pedibus biſculis. *a L. 2. aquatil. cap. 3. Leo Plinij & Elephantus idem.*

A Ego vero pro pedibus biſulcis quaternos intelligo, quos duo etiam brachia vtrinque ſubſequuntur. Addit præterea brachia duo binis articulis, ſinguliſque forficulis denticulata, quæ in Aſtacis cernimus. Nam ſingula grandia Aſtaci brachia, binis articulis intercipiuntur, & denticularis forcipibus biſulcis armata ſunt. Quamobrem adultum Aſtacum à Latinis Elephantum etiam dictum fuiſſe crediderim, nam Aſtaci quanto maiores exeunt, eo nigriores euadunt. Quod autem ad Leonis appellationem attinet, conijciendum eſt Græcos Aſtacis grandibus nomina immutaſſe, & Leones potius quam Elephantos appellare maluiſſe. Nã & Aelianus eam deſcriptionem tribuit Leoni, quam Plinius Elephanto Oppianus.

Τῶν ἤτοι κρυόεντε λέων, βλοσυρῆτε ζύγαινα,

Quod ſic Lippius vertit.

Magno horrore Leo, poſt hos horrenda Zygena.

b Aeliauus Leonem marinum Locuſtæ ſimilitudinis eſſe ſcribit, ſed corpore magis tenui ac gracili: brachiaque habere tum maxima, tum Cancris ſimilia: & cœruleo colore eſſe, ſubnigriſque diſtingui maculis. Conſtat igitur Leonem eundem eſſe piſcem quẽ B Elephantum: ac plurimum eos hallucinari, qui noſtras Eſcreuiſſas Leones eſſe putant, hæc Bellonius. Sed cum verba Aeliani integra non adducat de Leone, imo quædam etiam omittat quæ ſcitu fore digna iudicaui, ea hic ſubiungam: Marinum Leonem inquit; Locuſtæ ſimilem eſſe ſcio, præterquam quod tenuior & " gracilior apparet, & ex aliqua cruſtarum ſuarum parte cœrule- " us (cæruleo colore eſt & ſubnigris maculis diſtinguitur, Gilli- " us) Ignauus eſt, (κωφὸς) Forcipes illius maximæ, Cancrorum forcipibus figura ſimiles ſunt. A piſcatoribus bene peritis, membranas quaſdam habere dicitur appenſas ex teſtis & colligatas, ſub quas ſubiectæ ſint molles carunculæ & teneræ, quæ Leonis " adeps appellentur, Hacteuus Aelianus. Iouius quoque Leonem " Plinij ab Aſtaco non ſeparauit. Rondeletius vero quidem Aeliani Leonem & Plinij Elephantum non diſtinguit: ſed Plinij Leonem & Elephantum diuerſos eſſe liquido oſtendit, his verbis: Athenæus obiter tantum ex Diphilo Leonem inter Malacodermata recenſuit, quo in loco pro μαλακοδέρμων perperam legitur σκληροδέρμων, vt ex contextu apparet: Τῶν δὲ μαλακοδερμων καρεὶς, Ασακὸς, Κάραβος, Καρκινος, Λέων τοῦ αὐτοῦ γένους ὄντα ἀμφιέρουσιν, μείζων δ' ἐστὶν ὁ Λέων τοῦ Ασακοῦ Ariſtoteles nullam omnino C mentionem fecit. *c* Plinius nominauit tantum. Cancrorum genera, Carabi, Aſtaci, Mææ, Paguri, Heracleotici, Leones Libro 32. cap. 11. notam addit qua à ſimilibus ſecerni poſſit: Leones, inquit quorum brachia Cancris ſimilia ſunt, reliqua pars Locuſtæ. Ex quibus verbis quiſnam ſit verus Leo, poſt longam diligentemque omni generis Cruſtatorum inueſtigationem certo me cognouiſſe exiſtimo, qui eum minime contemnendus, imo ſpectatu digniſſimus eſſe videatur, paulo fuſius qualis ſit exponam. Λέων à Græcis dicitur, ita à Latinis Leo, à colore flauo, vt arbitrot, quo coloratus eſt dum viuit, & è mari captus educitur, & quod hirſutus ſit. Aſtaco corporis ſpecie affinis eſt, ſed brachia longiora habet, forcipes tenues & latiuſculos, quorum ſciſſura maiora quam in vllo alio Cruſtatorum genere pro corporis ratione. Tuberculorum qui in Elephantis ſunt loco brachia villis veſtiuntur & aculeata ſunt. Pedes tres qui proxime brachia ſequuntur, longiores ſunt, aculeati, in calcaria terminati: vltimus exiguus, breuis & tenuis, neque aculeis neque pilis munitus. Præterea ab Aſtaco dorſi aculeis differt, quibus cum Locuſta conuenit. Vtrinque cornua duo longiſſima tenuiſſimaque habet, item D alia in fronte breuia, inter quæ vnum in fronte eminet acutum, neutra parte ſerratum: hæc ſunt oculorum propugnacula, qui cornei ſunt & promiuent. Corpus totum vndulatum eſt, inſtar panni ex hircorum camelorumque pilis contexti, camelotum vulgo appellamus. Cauda perinde ac in Aſtacis in pinnas quinque deſinit, ſed lineis magis diſtincta. Captus Leo circa Lerinum inſulam (quæ nunc inſula D. Honorati dicitur) non procul ab Antipoli, ad me miſſus eſt. Hæc qui cum Pliuij verbis conferet, ex brachijs Cancris ſimilibus, Locuſtæ corpore, Leonem eſſe, quem depinximus, facile iudicabit. Ex Cancris enim permulti brachia pro corporis magnitudine longa habent, hirſuta, forcipata: corporis Locuſtæ figura longa eſt, cauda ex tabellis conſtat, dorſum aculeatum, quæ in Leone noſtro expreſſa ſpectantur. Nou minus abſurde de Leone, quam de Aſtaco loquitur author libri de Aquatilibus. Nam quemadmodum Aſtacum adultum, à Latinis Elephantum dictum fuiſſe credit: ita Græcos Aſtacis grandibus nomina immutaſſe, & Leones potius quam Elephantos appellare maluiſſe. Nam Aelianus, inquit, eam deſcriptionem tribuit Leoni, quam Plinius Elephanto. Eſto idem ſit Leo Aeliani, & Elephantus Plinij, an propterea recte concludetur eundem eſſe Plinij Elephantum & Leonem? Sic enim ille concludit. Conſtat igitur Leonem eundem eſſe piſcem quem Elephantum. Non videſ Plinium hunc ab illo aperte diſtinxiſſe? Nam cum Plinius de Elephantis dixiſſet, paulo poſt Leones ſubiunxit, & notam diuerſam addit: quorum brachia, inquit, Cancris ſimilia ſunt, reliqua pars Locuſtæ. Alius eſt igitur Plinij Elephantus, alius Leo quem hoc capite expreſſimus. Hæc omnia Rondeletius, ex quibus vt dixi apparet, eum conſentire cum Bellonio, quod idem ſit Aeliani Leo, & Plinij Elephantus: ſed alium eſſe Plinij Leonem ab eius Elephanto manifeſte declarat. Quid in tanta controuerſia ſenſerit Cæſar *d* Scaliger, nobis non aperuit eo in loco vbi Cardanum docet, quot ſint Cruſtatorum genera, & quænam: ſed alio in libro ſuo nobis ſuam ſe declaraturum ſententiam eſt pollicitus.

b Lib. de animal. 14. cap. 9.

Athenæus correctus.

c Lib. 9. ca. 31.

Leonis Rondeletij deſcriptio.

Cauda.

Contra Bellonium Rondeletius.

d Exer. 245.

Prædicto tamen loco fatetur, ſe vidiſſe Aſtacum, cuius brachium puerilis bracliij magnitudinem æquaret. Ergo non magnitudine Aſtacum à Leone aut Elephanto diſtinxit, quemadmodum Diphilus apud Athenæum, qui Leonem Aſtaco maiorem eſſe ſcripſit, ſed aut forma, aut nullo diſcrimine per Aſtacum & Leonem idem intelligens. Eſt apud me Aſtacorum genus inſigni conſpicuum magnitudine, qua a vulgari differt Aſtaco, & nonnihil corporis figura; plane à Rondeletij Leone, ſi eius iconi, quam noſtræ appoſuimus, fides aliqua ſit habenda, magis diuerſum, quam ipſe Aſtacus, cuius imaginem ſuperius ſpectandam propoſui. Is igitur Brunduſij captus, ad me miſſus eſt ab Archiepiſcopo Brunduſino. Leonem vulgus adhuc ibidem vocat, eſt autem magnitudine tredecim palmorum: brachij dextri ea magnitudine, qua ſe conſpexiſſe reſert Iulius Scaliger, ſiniſtrum autem multo tenuius. Quod miror Rondelet. in ſua icone non expreſſiſſe; niſi eius Leo hoc in ſe habeat proprij, vt eadem ſit vtriuſque brachij granditas, quod tamen in animum inducere nequeo, cum ſit ex Aſtacorum genere, qui alterutro brachio ſemper differunt. Erant etiam noſtri Leonis huius chelæ tuberculis interius ab vtraque parte, tanquam dentibus munitæ, quæ in Rondeletij Leone deſunt. De colore eius nil certi habeo quod dicam; quandoquidem cruſta eius tantum exempta carne ad me miſſa fuit, quæ iucunde rubebat, vnde conijcio, coctam antea fuiſſe. Plinium, vbi Elephantum ſunm nigrum eſſe declarat, aliqui intelligere putant per nigrum violaceum colorem exſaturatum. (Nam κυανὸς Græce de nigro, vt de Aethyope, & cæruleo, vt de mari dicitur,) ſic violas nigras Virgilio dici. Iidem Aſtacos inde purpurei & violacei coloris eſſe exiſtimant, rubere autem cum ſunt cocti. Non ſupprimendos duxi duos alios Aſtacos, propterea quod ſint Rondeletij Leoni valde congeneres.

Pedibus enim ac brachijs differunt, itemque cornibus Nam hæc multo ſunt vtrique longiora, ita vt vltra chelas protendantur. Brachia quoque & pedes craſſiores, tres vt vtrinque pari fere magnitudine, quippe poſteriori dimidia parte minor eſt, quem pictor in ſecundo non expreſſit. Vtriuſque etiam brachia admodum aſpera, imo aculeata præſertim parte intectna, ſed prioris maxime hirſuta & piloſa His adiungo Aſtacum marinum, quem Humer vocant Germani, ex deſcriptione ſeptentrionalium regionum Olai Magni Ingentem eſſe ſcribir, inter Otchades & Hebrides inſulas, & tam validum, vt hominē natantem chelis apprehenſum ſuffocet. Sed non probo quod pedes omnes biſulcos pinxerit, & caudam tabellis tam multis conſtruxerit, In eadem tabula idem Olaus Magnus depingit Aſtacum duodecim pedum, qui deuoratur à monſtro marino, vt hic conſpicitur. Forcipibus, inquit Gyllius, firmiter Aſtaci & Leones retinent, quidquid comprehendetunt.

Forcipum vis.

Cum enim Maſſiliæ multas Boopes, Mæuarum genus, & Leones, & Aſtacos cepiſſent, nauiculamque vbi huiuſmodi piſces captiui tenebantur, in litus expulſam reliquiſſent, & vulpes in eam ipſam ad exedendos Boopes inuaſiſſet, accidit vt hæc in horum ſorcipes pedem poncret, ex quo totam noctem reteuta, mane à piſcatoribus capta fuit.

Vulpes pedibus deprenta ab Aſtaco capitur.

ANTIPATHIA.

AVDIVIT aliquando Aelianus, terreſtrem Leonem ſumme timere marini Leonis aſpectum, abſurdum ſcilicet ac formidabilem; ſed neque odorem eius ferre: itemque illum ipſum (terreſtrem Leonem) marini extritarum cruſtarum puluerem in aqua bibentem, à ventris morbo liberatum iri.

VSVS IN CIBO, *& aliis.*

REPERVNT Leonem marinum à Belgis appellari Ondocht, propterea quod à menſis amoueatur, nihilque in cibo valeat. Apud nos tamen lautis apponitur conuiuijs: In furno enim admodum calido, ſine aqua, liquamine vel oleo lento coquitur. Sunt qui eum, vt ſcribit Platina, carbonibus circumuallent, crebroque voluant, ne comburatur: coqui item ex aqua & aceto, vt Cancros fluuiatiles, plus tamen coctura requirere, quod craſſior ſit & duriot: Aiunt teſte *a* Aeliano, adipem Leonis ad hoc ipſum homines adiuuare, vt ſquallidæ & infuſcatæ faciei nitorem afferat. Cum roſaceo in vnguentum conformatus, formæ pulchritudinem conciliate, & venuſtum ſplendorem enitere facit.

a *De anim. 14. c 9.*

CAPVT V.

DE ASTACO PARVO *marino Rondeletii.*

ASTACVM hunc inquit, marinum paruum vocamus, vt à magno differat: vt etiam ab Elephanto & Leone diſtinguatur, cuius ſolus quod ſciam, Athenæus meminit Ex Oſtracodermis, inquit, ſunt Squilla, Aſtacus, Locuſta, Cancer, Leo quæ eiuſdem cum ſint generis, differunt: maior autem eſt Leo Aſtaco. Eſt Aſtacus hic ſemper paruus, nec fere vnquam magnitudinem picturæ noſtræ ſuperat. Capite & thorace eſt rotundiore quam fluuiatilis, in lateribus inciſo, è capite eminet cornu latiuſculum, magnum ſi totum corpus ſpectes, vtrinque ſerratum, inter oculos ſitum, quos recondit & exerit. Cornua quatuor oculis præfixa ſunt. Duo & breuiora cornu ſerrato vicinior, alia duo multo longiora, flexibilia, articulata. Chelam vtrinque vnicam habet denticulatam, quaternis articulis connexam. Vtrinque pedes ſine ſorficibus. Collum ſiue cauda tabellis conſtat, & in pinnulas deſinit. Sub cauda appendices ſunt ouis reponendis deſtinatæ. Aſtaco huic viuo corpus rubeſcit, alioqui lineis cæruleis tranſuerſis variatum. Ratus ac bonæ carnis eſt, firmioriſque quam Elephas, melioris quam Locuſta. Differt à fluuiatili, quod ſit dum viuit, colore fuſco, corpore longiore & ſtrictiore, cornu frontis latiore & breuiore. Hæc Rondeletius.

A

CAPVT VI.

DE CAMMARO, SEV *Aſtaco fluuiatili.*

B SVNT qui Cammaron apud veteres noſtrum Aſtacum fluuiatilem, quem vulgo vocant Gammarum, eſſe negent. Ab hac enim quæſtione capitis initium ſumemus, quam ſupra promiſeramus nos explanaturos, ac diſcuſſuros. Quid igitur erit κάμμαρος? nunquid Squilla eſt? Sic ex Athenæo docere videntur, quum inquit: Κάμμαροι καὶ τὴν (ἔστι) φύσιν καρίδων ὑπὸ Ῥωμαίων οὕτω καλούμενον: id eſt, Cammarus appellatur etiam Squillæ quoddam genus à Romanis. Sane vt dicam cum doctiſſimo Cæſare Scaliger.o, à Squilla parua Gammarus patum differt, ſi minus accurate conſideres. Diligentius intuenti recognoſcetur Gammari roſtrata facies, Squillæ mutila. Gammaro pedes duo priores, quib. pro manibus vtitur, forcipati: Squillæ vniformes. Squillæ lamellæ latiores: i pſa tota compreſſior. Puto igitur Gammarum antiquis fuiſſe noſtrum hunc fluuiatilem Aſtacum. Alioqui ſi is non eſſet Cammarus, nullo nomine ab antiquis deſignaretur. Non enim eſt Cancer fluuiatilis. Et *a* Varro cum iubet villaticis anatibus præberi Cammaros, de marinis intelligere non potuit. Et *b* Galenus aliud fecit ab alijs omnibus nomen flexu diminutiuo, vt ab Aſtacis & Squillis differet; enumerat enim inter Cruſtata ἀστακοὺς καὶ παγούρους, καὶ καρκίνους τε, καὶ καρβόνους, καὶ καρίδας, καὶ καμμαρίδας. Non eſt igitur Cammarus Squilla, vt ex Athenæo quidam putant Plinius quoq; Cammarum à Squilla diſtinxit. Nam quodam *c* in loco, vbi ſex & ſeptuaginta piſcium genera recenſet, Cammarum enumerat, cum poſtea Squillam eodem capite pronunciet. Non ſunt etiam hac tempeſtate audiendi medici qui Aſtacos noſtros fluuiatiles Cancros exiſtimant, cum Cancris ſit corpus rotundum teſte Ariſtotele, & cauda non extenſa, ſed corpori applicata: Aſtacus vero ſit corpore longo Locuſtis ſimili, quod capite collo ac tabellis ſit diſtinctus.

Cammaron antiquotum Gammarus fluuiatilis.

a *Lib. 3 de re ruſt.*

b *Lib 3 de alim. facul.*

C

c *L. 32. c. 21.*

SYNONYMA.

IN fluuijs itaque iſtiuſmodi Cruſtata, quę à marinorum Aſtacorum figura, Aſtaci fluuiatiles, Καμμαρίδες, à Galeno, κάμμαροι apud Athenæum nominantur, proueniunt. Nam non bene apud eum Euſtathius legit κάμμαροι, vt monui ſuperius. Ariſtoteles ijs peculiare nomen non deſignauit, ſed inter Cruſtata minutiora, quæ nomine carent, poſuiſſe videtur. Alij Squillam fluuiatilem vocant: Romani, ac Veneti, Gammarellam, & fluuiatilem Gambarum, & Gammarum, quo poſtremo vocabulo Gaza in ſua verſione apud Ariſtotelem Aſtacum vocauit, Latinumque fecit Hodiernis Græcis, Catanis, & Catanidia, à Caride nomine detorto, appellatur Gallis Eſcreuiſſe Flaudris Kreuits: Anglis Creuis, Creuiſe, Crauiſshe. Sed marinum Aſtacum etiam Angli à ſea Creuyſe nuncupant Proxima vox Germanica Krebs. Illyrice Kak.

D

GENVS. DIFFERENTIA. *deſcriptio.*

RONDELETIVS nobis ſuum fluuiatilem Aſtacum ſic deſcripſit. Corpore eſt rotundo (tetete. Nam vt cylindrus & globus vel circulus differunt, ita teres & rotundum Et ipſe Rondeletius paulo inferius Cancros rotundos, Aſtacos longos eſſe ſcribit: Zoographus.) capite in cornu latiuſculum breue & acutum deficiente, ſub quo latent oculi. Capiti præpoſita ſunt cornua quatuor, duo breuiora, alia longiora, articulata, flexibilia in tenuitatem pili deſinentia. Vtrinque chela vnica eſt, aſpera, denticulata, articulis quaternis connexa. Pedes vtrinque quaterni, bini chelis propiores bifidi ſunt & hirſuti, bini poſteriores in calcar deſinunt. Poſterior corporis pars quæ collū appellatur, ſex tabellis conſtat, cauda pinnulis quinque, media ſcuti formam reſert, & articulata eſt: vtrinq; duæ communi articulo, poſtremæ proprio colligantur. Os dentibus munitum, vt in Locuſta & Cancris. Carnis aliquid in ore & lingua. Sub cauda appendices ſunt, in quibus oua reponuntur. Diligens etiam in ſuo deſcribendo fuit *a* Bellonius. Nam probans hunc eſſe ex Aſtacorum genere, ſic inquit: Nam eius biſurca brachia duabus tantum articulationibus intercipiuntur, quæ duo pedes vtrinque ſorficulis in extremo denticulati ſubſequuntur: reliqui quaterni non diffinduntur. Caudam quoque vt Cammarus quinis tabellis loricatam, pinnulaſque in extremo quinas habet: ambobus (Aſtaco tum fluuiatili, tum marino) idem ferendi & excludendi modus: ijſdemque ambo cornibus, dentibus, roſtris,

E

a *Lib. 2 de aquatil. c. 3.*

roſtris, mucronibus, tibijs & externis partibus præditi ſunt, quod idem de intetnis dicere par eſt. Porro Gammari (fluuiatilis) ventriculum mutis vndecunq; ambit: multi falſo eius ſtercus eſſe credunt: ego vero eius hepar eſſe puto. Multorum ciborum capax eſt ſtomachus, tam miro artificio fabrefactus, vt etiam in eius fundo alterum os comperias ſuis maxillis & dentibus refertum. tot in lateribus branchias habet, quot pedes. Porro vtrinq; in Cammaris ſpiraculum ſeu foramen ſub cortice ad latera oris videas, per quod aquam ore acceptam referunt. Quidam porro calculi in Cammari capite tepertuntur, quos Carciniæ nomine vocauerunt. Hactenus ille. In his in primis controuerſum eſt, num branchias habeat. Nam *b* Ariſtoteles de Aſtacis marinis loquens non branchias, vt Gaza & Rondeletius transferunt, ſed βραγχιωειδῆ dixit, hoc eſt partes branchijs ſimiles: recte Wottonus, veluti branchias. Sic enim ait Philoſophus: Hæ os circundant non ſine hirſutia frequentes, & aſſiduc mouentur. Τὰ βραγχιωειδῆ τὸ ἀεὶ τὸ ὅμμα δασέα πολλά. Γαῦτα δὲ ἀμφιπλέκονται. Ego, inquit Zoographus, cirros potius quam branchias (aut βραγχιωειδῆ) has partes aſbidas dixerim. quid enim branchijs ſimile habent? non ſitum, non ſubſtantiam aut figuram, aut vſum. Motum dices ſimilem eſſe. Atqui verum non eſt, quod aſſidue moueantur. Aſtacum enim fluuiatilem cũ vitreo vaſe maxime perſpicuo, aqua pleno incluſiſſem, cirros illos obſeruaui moueri quidem & celerrime, non tamen aſſidue, nec ſemper: ſed in commotione aliqua ipſius Aſtaci aut affectu, tum rurſus quieſcere prorſus. Bellonius mollia latetum additamenta, branchias in eis appellat: Tot, inquit, branchias in lateribus habent, quot pedes. Verum nos illa quanquam ſpecie branchijs non diſſimilia, nec intra, nec extra aquam moueri vnquam vidimus, quare alium earum eſſe vſum puto, forte ne aqua introrſum penetret, vel ad motum progreſſionis natationiſue eis adiuuentur: non ad cordis & caloris natiui refrigerationem: qui branchiarum in piſcibus ſanguine & corde præditis vſus eſt, vt in terreſtribus pulmonis. Exanguia vero omnia in terra pulmone, ſic in humore eodem & branchijs carent. Ad hæc quæ branchias habent aquatilium, & aqua ſubeunte refrigerantur, extra aquam diu viuere non poſſunt: Cancri vero plurimis diebus poſſunt. Ego ſine cibo in ſola aqua ad dies tredecim viuum ſeruaui nuper, menſe Octobr.: aqua ſingulo vel alterutro quoq; die mutata, in angulo zetæ noſtrę calefactæ Sed neq; vt aquam ore acceptam reddant, dum cibum in humore capiunt, branchijs opus eſt Aſtacis Vtrinq; enim ad latera oris per foramina quædam aquam remittunt: vt in extractis ab aqua apparet, ſi contempleris ſupinos. Et hoc Bellouius quoq; obſeruauit. Ariſtoteles vero in libro de Reſpiratione, circa finem capitis vndecimi (vt nos diſtinximus) nec branchiarum nec foraminum, ſatis clare, quibus reddatur aqua, in hoc genere meminit, cum ſcribit: Τὰ μὲν ὦν μαλακόστρακα, οἷον οἱ Καρκίνοι καὶ οἱ Κάραβοι παρὰ τὰ δασέα ἀφιᾶσι τὸ ὕδωρ ἀμφὶ τὴν ἐμπτυγμόν. paulo ante autem dixerat, quod non refrigerandi gratia, ſed neceſſario dum cibum in aqua capiunt, eam admittant, vt & Cete & Malacia Item hiſtoriæ animalium 4.2. Τῶν δὲ θαλάττων δέχονται μὲν πολὺ (abundat hæc præpoſitio) τὸ στόμα τὰ πάντα τὰ τοιαῦτα. ἀφίασι δὲ ἐπιλαμβάνοντα (Gaza videtur legiſſe ἀφιᾶσι δὲ ἐπιλαμβανόντες) κατὰ μικρὸν τούτου μόριον οἱ Καρκίνοι, οἱ δὲ κάραβοι παρὰ τὰ βραγχιωειδῆ. Ἔχουσι δὲ τὰ βραγχιωειδῆ πολλὰ οἱ Κάραβοι Quæ Gaza ſic tranſtulit: Mare omnia eius generis ore excipiunt, ſed Cancti parte oris exigua ducta reſpuunt: Locuſtæ ſuas ad branchias tranſmittunt, quas ipſæ plures quam cætera habent. Quaſi vero hauſtum ore aquam aliunde Carabi, aliunde Cancri emittant: cum in citato loco ex libro de Reſpiratione, vtroſque eadem parte emittere clarum ſit: quare hic etiam pro οἱ καρκίνοι, οἱ δὲ κάραβοι, non aliter quam illic legetim, οἱ τε καρκίνοι καὶ οἱ κάραβοι Hoc etiam conſtat eandem partem Ariſtoteli diuerſis nominibus, modo τὰ βραγχιωειδῆ, modo τὰ δασέα nominari. Hæc cuncta ſcitu digna & noua ex ipſo Zoographo referre placuit. Mutim quoq; quæ ambit vndiquaq; ventriculum, non bene opinatur Bellonius eſſe hepar, quod tantum ſanguine præditis animalibus datum eſt. Porro de lapillis quos in ſe coutinet Aſtacus, dubitatur quo hæreant in loco, quoq; ſint numero In magnis & annoſis Aſtacis lapillum aliquando reperiri, in proximo ſupra forcipes articulo, audiuiſſe ſe meminit Zoographus. Reperiuntur, inquit, Geotgius Agric. bini lapilli globi dimidiati figura, in Cancrorum (ſic Aſtacos vocat) fluuiatilium capitibus. Videntur illi ſummo ventriculo adiuncti. Cardauus lapides candidos gigni iu oculis, cortice depoſito duriore mollem induere, lapideſq; tunc fieri maximos tradit, abſumpta materia corticis in lapidibus. Creſcunt eis, vt ait Albertus plenilunio globi dimidiati duo lapidum inſtar ſub oculis interius, in fœmellis præcipue, cum ſuphar exuerunt. Germani vocant **Krebsaugen** quod quaſi formam habeant oculi, vel **Krebſtein**. Hæc itaq; ſunt, quæ in Aſtaco fluuiatili conſpici poſſunt. Quamuis autem non dubitem, quin eadem omnia in marino quoque reperiantur, hoc tamen loco dicenda erant, propterea quod Aſtaco fluuiatili omnia quæ dicta ſunt, ab authoribus adſcribantur. Pergam nunc ad eius genera, quæ à recentioribus duo conſtituuntur, magnitudine potius & loco, in quo degunt, differentia, quam figura corporis. Minores vocant ſaxatiles, lapidoſos Cancros Albertus, propterea quod ſub lapidibus degant, apud Germanos & Heluetios familiares, dicti **Steinkrebs** & **Thulkrebs**: parte ſupina albicant, prona nigricant; elixi non vndiquaq; rubeſcunt, ſed partim albicant. Maiores nigriores à Germanis dicuntur **Krebs** ſimpliciter; ab Heluetijs **Edelkrebs**, hoc eſt nobiles, quod in nobilium parinis ſint frequentes. Hoc ſuperius deſcripſimus ex Rondeletio & Bellonio: qui etiam obſeruauit in Pado captos rotundiori eſſe corpore magiſq; crenato, quam in Sequano; cuius dexter pes ſiniſtro tenuior eſt. Ego duo autem tria horum fluuiatilium Aſtacorum obſeruaui genera, ſi color diſcrimen faciat. colore enim tantum differunt, & non alia quapiam quod ſciam parte. aliud enim cæruleo, aliud ferrugineo, aliud obſcure nigricante colore eſt. Qui igitur primus depingitur, ferrugineo eſt colore, cum eo quem Zoographus depinxit, & maiorem Aſtacum appellat idem, ſi iconi fides ſit habenda. Rondeletij icon ab huius differt in cauda & corpore, quod latius & breuius apparet in Rondeletij icone. Reliqua genera eum eiuſdem fere ſint magnitudinis, vnica icone oſtenduntur. His adiungo icoucm aliam quæ prona parte mouſtrat oua, vt collo annectantur.

b *Hiſt.* 4.c.2

An habeãt branchias.

Ariſtot. correctus.

Mutim nõ eſſe hepar.

Lapilli Aſtacorum vbi.

Geneta Aſtacorum duo.

Saxatiles quales.

LOCVS.

VBique in Europa ſicubi non deſunt fluuij torrentes, riui aut lacus abundant, tamen in Hiſpania, licet non deſint flumina inueniri negantur. In Gallia contra frequentiſſimi ſunt, & maximi, maxime vero in Pannonia, vbi cati multi onerantur eis exportandis alio. Viennæ Pannoniæ ſuperioris ſupra triginta cutrus Aſtacis onuſtos non ſemel numerauit Iulius Alexandrinus in foro, quod ab hiſce Gammarium vocant. Nouus Orbis dictus etiam minime eijs carer: Quin optimos in fluuijs Americanis inueniri à nauigatoribus relatum eſt. Vtrinq; genus tum ſaxatile, tum quod grandius & nobilius eſt, frequens eſt in Heluecticis & Subalpinis regionibus. Sed ſaxatile loca amat lapidoſa: alterum vero grandius plana, & læuia, & terrena.

VICTVS.

SArcophagi ſunt hoc genus Aſtaci, & Scatophagi. Cadaueraq; ſectantur. Nam ſi in aqua, vel equus, vel canis, vel quoduis aliud animal ſubmergatur, mox tanquam vultures magna frequentia adnatant, nec recedunt niſi quidquid ſit carnis, arroſerint. Quo ſpectaculo quidam, inquit Rondeletius aliquando commotus, quemadmodum ex boue cæſo apes, ex equo Veſpas, ita Aſtacos fluuiatiles gigni exiſtimauit Quamobrem equos mortuos in aquam conjciendos aliquoties curauit, tandem euentu ab eadem ſententia diductus eſt Cancer fluuiatilis (ait Albertus Magnus) vt dicunt petiti piſcatores etiam in gurguſtia (naſſas) intrat ad lucium & rodit eum. Cancri etiam lapidoſi qui ſub lapidibus degunt, carnes comedunt. adeo, vt (quod Zoographus etiam eſt expertus) carnibus in Danubio alligatis nauibus, & in aquam ſuſpenſis adhæreat magna Cancrorum multitudo. Aiunt quidam animal eſſe amphibium, veſci herbis, noctu ad paſcua exire, præſertim Iunio menſe; ranas etiam appetere Albertus: Cancer, inquit, lacte potatus, ſine aqua multis viuit diebus. Zoographus, vt retulit, Aſtacum domi viuum in aqua per dies tredecim conſeruauit.

a *De piſ. fluu. cap.* 35.

CAPIENDI RATIO.

CApiuntur virgulis diuiſis in ſummitate, quibus inteſtina aliqua, aut ranarum corpora inſerta ſunt, aut baculis, quibus iecinora iam fœtentia transfiguntur, ordine diſpoſitis, iuxta gurgites aut loca quæ habitare ſolent, denis duodeniſue: inde reticulo circumit piſcator, virgas ſingillatim eleuans, ſubiectoq; reticulo cum Aſtacus non adeo celeriter poſſit ſe explicare, decidit in reticulum. Ita piſcator magna cum voluptate centum aut ducentos refert domum bene robuſtos, & viuaces ac magnos. nam parui ad eſcam ſublimem non tam facile accedunt: & vbi acceſſerint, antequam capiantur, excidunt. Alij plurimos ſic capiunt ranas decoriatas, ita vt cutis appendeat, infigunt baculis fiſſis, & ſic diſponunt hos baculos per riuos, vt diſtent à ſe inuicem duarum vlnarum ſpacio aut circiter. Mox vbi acceſſerint Aſtaci, eleuant baculos, ſtatimque altero reticulum ſubtus tenente decutiunt. Sunt qui, vt innumeros capiant, naſſæ iecur aliquod imponant, in riui medio. Alij iecur vitulinum diſſectum in aliquot partes oleo figunt, & in naſſa ſuſpendunt. Alij hircinum iecur bene aſſatum; camphora præparata (ſic inuenitur in libello quodam Germanico) illinunt, deinde omento vituli; vel ouis recenti circundant, & tabellæ alligant ſecundum artem. Pica etiam inter cætera eos venatur, & fertur picam quandam ab Aſtaco, quem ſecum in arbotem detulerat, collo compreſſam ab eo perijſſe.

SEXVS.

MAtes, inquit Albertus, in ea parte qua corpus ad caudam continuatur ſubtus, quatuor longas habent virgulas prominentes, quibus fæminæ carent. Cauda etiam maris rotundior eſt; & planior, & ſpiſſior, fæminæ autem magis tenuis, & vacua & lata, quaſi compreſſa. Et alibi, mares à fæminis non differunt niſi quod fæminæ membra maiora ſunt. & cooperteriorum ſiue tunicarum (tabellarum) in cauda, diſtantia eſt maior in fæmina.

COITVS. PARTVS.

EOdem autore in coitu mas primum aſcendit ſupra dorſum fęminæ: ea vero mox ſe ſupinam vertit: atque ita mas coit cum ea, confricando ſe ad eam ſine egreſſu ouorum. Oua pariunt per anum, per quem etiam excrementa redduut. Neuter vero ſexus membrum habet, quod in coitu intret corpus alterius, ſed per applicationem portarum (mea tuum) coeunt. Chriſtophorus Encelius Saluendenſis ore coire prodidit. Cardanus iam excluſa iuncta corpori manere ſcribit, donec excludantur fœtus. Idemque meminit minimus Aſtacos caudæ matris adhuc adhærentes ſe conſpexiſſe, quod etiam à Zographo eſt animaduerſum. Albertus ait: Oua fœminæ primo in corpore ſuut valde compreſſa: deinde paulatim exeunt, & virgulis ſub cauda curtis adhærent, donec complentur.

NATVRA.

TEſtas ſeu cruſtas & hi ſingulis exuunt menſibus: quo tempore lapillos in capite multo grandiores gerunt. Hyeme latent menſibus quinque; nam eius frigore læduntur admodum. Cruſtam autem veris tempore prodeuntes exuunt. Putant aliqui hibetno tempore eos quoque apparere, ac ad littora prodire: æſtate autem recedere gregatim ad aquas optatas. Lunæ vim quoq; ſentiunt, quemadmodum Cruſtata omnia, & Oſtracoderma. Nam nouilunio admodum emaciantur, fiuntque excarnes, plenilunio contra pinguesſcunt, vt etiam vere & autumno.

EMBLEMATA.

ALciaci hoc eſt emblema *in Paraſites*

Quos tibi donamus, fluuiales, accipe Cancros:
Munera conueniunt moribus iſta tuis.
His oculi vigiles, & forfice plurimus ordo
Chelarum armatus, maximaq; aluus adeſt.
Sic tibi propenſus ſtat pingui abdomine venter,
Perniceſq; pedes, ſpiculaq; apta pedi.
Cum vagus in triuiis, menſaq; ſedilibus erras,
Inq; alios mordax ſcommata ſalſa iacis.

TEMPERAMENTVM.

TEmperamentum, inquit Michael Sauonarola, non inuenio ab authoribus determinatum. Sed quia ſunt de genere piſcium, & ſomnum inducunt, idque vehementer: iudico ipſos frigidos & humidos, ita vt frigefaciant in primo ordine, humectent in ſecundo. Caſtor Durantes frigidos in ſecundo ſtatuit, humidos in primo. Sunt quidam qui calidos putarint, quod inter coquendum rubeſcant: quorum certe argumentum valde frigidum eſt. Color enim non indicat rei temperamentum, vt alibi me apud Galenum legiſſe memini. Deinde ſi indicaret, cruſtæ tantum naturam oſtenderet, quæ cocta rubedinem contrahit, non autem partium interiorum, quibus veſcimur, & de quibus iam eſt quæſtio. Nec omnium fluuiatilium Aſtacorum cruſtæ coctæ rubeſcunt prorſus: nam qui inter ſaxa lapidoſaque loca habitant, cocti pallidiores ſua cruſta cernuntur. Coctione autem rubeſcuut cruſtæ: quia calor ignis partem terreſtrem in humido conſiſtentem deterget, dum in ipſam agit mediante humido.

VSVS IN CIBIS.

PRæter Chelas & caudam, nil in his eſt, quod comedas, atque ea cum ob frigidam intemperiem, tum etiam duritiam & craſſitiem male audiunt. Quapropter non admodum concoctionem promouent, & longiore in ventriculo mora mandatis in caput frigidis, & humidis vaporibus ſoporem inducunt: cocta nihilominus ſatis nutriunt, & ſanguinem ſuccumque non facile diffluentem generant, & pituitoſum. Facilius autem digeruntur quam marini, & melioris, ſuauioriſque carnis exiſtunt. Vnde Cardanus ait ſe admodum delectatum in cibo fluuiatilibus, marinos vero abhorruiſſe ſemper.[a] Caſtor Durantes:

a *In lib. 20. de ſanit.*

Aſtacus & molli carne eſt & denique ſuaui,
Præditus, hincq; ideo perfacile excoquitur.

Minores qui inter ſaxa capiuntur, illaudati ſunt, commendatiores qui ſunt maiores & cocti rubeſcunt; viuos ac recentes conſeruati aiunt ſi chalibem appoſueris. Commendantur autem præcipue Martio & Aprili menſibus: & magis creſcente luna quam decreſcente. Reperiuntur aliquando in his intricatæ venæ albæ, Germani Neſtel hoc eſt ligulas vocant; improbantur hi in cibis, vt omnes piſces ita affecti. Dum itaque coquuntur, non ſimplicem aquam deſiderant, ſed mixtam cum aceto aut omphacio; feruentemque vt caro eorum fluida firmetur, coquaturque facilius. apud plurimos nobiles in Italia ſi cocti menſis apponuntur, cum acerrimo aceto, ſale & pipere. Tortam ex Gammaris tempore ieiunij hanc nobis deſcribit Platina. Ex Gammaris elixis quod bonum ,, eſt, in mortario tuudes. Succum deinde amygdalinum cum aqua ,, roſacea per ſetaceum tranſmiſſum præparabis: aut ſi id non po-

Torta.

A non poteris, ius piſorum aut cicerum alborum ſeruabis. Paſſulas " & ficos quinque conteres. Modicũ petroſelini, amaraci, betę p- " rũ incoctæ, minutatim concides: cinnamomi, zinziberis, ſacca- " ri, quantum ſat erit, addes. Mixta hæc & bene tuſa cum ouis lu- " cij, vt concreta melius coquantur, in teſtu bene vncto, ac ſupter, " ſuperue incruſtato, ad ſocum pones flamma procul, coctum ſaccaro & aqua roſacea ſuffundes. Membra omnia hoc edulium lædit. Ex libro Germanico Balthaſaris Stendelij coqui. Cancros (ſic nominat Aſtacos) in olla vel in ſartagine coques (ſed in olla ſapidiores fiunt: facilius tamen aduruntur niſi caueatur ſedulo) affuſo vino vel aqua, coudies ſale & modico pipere. Cura ne exundet ius efferueſcens, cum pulchre rubent, ſatis iam cocti ſunt. E Cancris ſerum & coagulum: Cancellos paruos detracta cruſta, quant & fel ſequetur, & vena caudæ media extracta, in pila tundes crudos; lac affundes, & colabis. (vel transiges per cribrum æneum, id eſt, multis exiguis foraminibus pertuſum) defundes in ſartaginem, & cochleari aſſidue permiſcebis, ne aduratur: ſic etiam maculis vel punctis pulchre variabitur. Lento igne coques; guttam aceti affundes, vt coaguletur. Tum in cribrum æneum fundes, modice onerabis. De ſero iuſculum facies & croco colorabis. Coagulum in partes ſecabis; cibus eſt delicatus. Cruſtarum fartura: Cancris elixis cruſtas & chelas ſeparabis: & quidquid bonæ eſt pulpæ minutatim concides: modicum ſalis, & aromatum pollinem addes: cum ouo permiſcebis: & hac fartura rurſus implebis cruſtas & in veru ligneo ſuper craticula leuiter aſſabis: ſunt qui butyro frigant, id quoque leuiter. Addit & alios modos de pulpis contuſis, quos omittit Zographus. Sunt qui pulmentum de Aſtacis ſic ferme parent: Aſtacos coquunt, terunt cum medulla panis candidi, & cum lacte amygdalino per ſetaceum tranſigunt: agitant cum ſex ouis, modicum aromatici pollinis addunt. Ius ex eiſdem parat[a] Bartholomæus Scappus hoc modo. Integros coctos aqua, vino, aceto, ſale, pipere, in mortario tundit, addita aqua tepida, dein colat per ſetaceum, hæc aquaerit rubicunda, eiuſdemque cum Aſtacis ſaporis, iuſque vocatur, hoc luteum magis efficiunt caudę & chelæ Aſtacorum Vere & Autumnò. Fiebat quoque olim garum ex Cammaris[b] Plinius: ſic alex (hoc eſt piſcoſum ſalſamentum à ſuo liquamine nondum ſeparatum) peruenit ad Oſtreas, Echinos, Vrticas, Cammaros, Mullorum iecinora, innumeriſq; " generibus ad ſaporem gulæ cœpit ſal tabeſcere. Plautus apud " Feſtum in Nerita.

Pulmentum.

Ius.

a *Li. 3, de re. cul. c. 113.*

Garum ex Cammaris

b *Lib. 3. c. 8.*

C *Muriatica autem video in vaſis ſtanneis,*
Bonam Naritam, Cammarum & Tagenia,
Echinos fartos, Conchaſq; piſcinarias.

Videntur quoque olim hi in rubris ſcutellis menſis fuiſſe appoſiti ex hoc Martialis verſu:

Immoduci tibi flaua tegunt chryſendeta mulli:
Concolor in noſtra Gammare lance rubet.

Si quis, inquit Georgius Pictorius, in vino ſublimato in vaſe Cancrum imponat, & accendat, ſtatim rubeſcet, quem deinde viuum & rubeum, ſpectaculi vice ridiculi, conuiuis inter coctos apponet. Putat Zographus melius eſſe, Cancrum filo ferreo vel aliter tenere ſuſpenſum, ne vaſis caliditate pereat vel amburatur: quod aliquando factum vidit.

VSVS IN MEDICINA.

AD canis rabidi morſum, eandem omnino Aſtacis fluuiatilibus facultatem, quam Cancris tribuere veteres, neque vnquam fefelliſſe experientiam compoſiti aduerſus veneni genus id de veteri deſcriptione ex fluuiatili Aſtaco medicamenti, rite atque in tempore exhibiti vſu quotidie multo teſtatum, comprobatumque eſſe Iulius Alexandrinus affirmat: qui in medicarum quoque facultatum aliarum, quarum non eſt hic enumerandarum locus, vſus, inquit, experimur eoſdem, reportamuſque hodie ſæpe Aſtacorum eiuſmodi præparatione, quos nobis olim de Cancris prodidere authorum ſcripta. Hæc[a] ille contra Rondeletium & alios, qui non probant medicos qui Aſtacis eam vim in cibis & pulmonum vitijs ineſſe exiſtimant, quæ Cancris: quoniam carne ſunt præhumida, diſſipatu facillima, ac pauci nutrimenti. Sane Leonellus Fauentinus caruem eorum cuidam ad phthiſim miſcet. Electuarium a Marasmum & phthiſim ex deſcriptione Bartholomæi Montagnanæ: Caudatum Cancrorum fluuiatilium præparatarum libre dimidium: ſeminum intybi, aceroſę, ſcariolę, lactu " cæ cuiuſque drachma ſeſqui: nuclei pinei purgati vnciæ duæ: " ſacchati ſecundæ decoctionis vnciæ quatuor: mellis violacei " quantum ſufficit, miſcentur. Ad talem aliqui commendantius de Aſtacis fluuiatilibus in plenilunio captis. Ipſos etiam Aſtacos riuales & fluuiatiles in cibo commendant: liquore arte chymica ex eis deſtillato partes tabidas, macie & atrophia confectas, illinunt & perfricant. Tuuduntur inquit, Ryffius, Aſtaci crudi cum ſuis cruſtis, & chymicis inſtrumentis ad ignem lentum in vaporem ſoluuntur: qui denſatus in aquam colligitur, vtilis ad tabem & atrophiam. Haſce præparationes nimis ſuperſtitioſas iudicat Alexander Benedictus; quin per ſe prodeſſe admodum phthiſicis affirmat. In hectica febri etiam laudantur. Primo, inquit Gaynerius, in lixiuio bulliant, donec teſta eorum poſſit remoueri, deinde in aqua hordei coquantur perfecte. Sed quoniam concoctu difficiles ſunt, ſi in eadem menſa cum alio cibo ſumantur, leuior præponatur. Vel abiectis extremitatibus toties in lixiuio forti lauentur, donec grauis eorum odor non amplius ſentiatur: deinde in aqua hordei rite decoquantur. Eorundem carnem ad antidota analeptica

Ad canis rabidi morſum.

a *Salub. lib. 15. c. 8.*

Ad phthiſin.

Ad Hecticam febrẽ.

ptica secreta, ter lixiuio, vel aqua salsa si lauetur, donec odor teter abierit: ex aqua hordei, aut sero butyri coquatur. Decoctum ex chelis & caudis erudis è cortice exutis in aqua hordei empyemati cum febre valida addito saccharo plurimum conferre author est *b* Cardanus. Ad icterum celebratur hoc ex Anonymo: Astacis fluuiatilibus iunioribus quinquaginta contusis exprime succum: cui admiscebis tantundem chelidonij, vel distillati ex eo liquoris: hoc æger quaternis haustibus ebibet: mane scilicet ac vesperi sub somnum per biduum: deinde vtendum balneo sudatorio, de chelidonio similiter. Si vrina impediatur propter calculum aut stranguriam, sic facies. Cancrum viuum in mortario teres, vinum affundes: sines ita per noctem: postridie mane exprimes & colabis, & propinabis partem superiorem, id est, puriorem, ægroto. Miscebis etiam in potu semina vrinam cientia, raphani, apij vel petroselini, lithospermi, & nucleos persicorum in cibo dabis, ex incerto. Simile remedium inuenit Zoographus commendari ad tenesmum & prouocandam aluum. Cardanus tradit *e* Astacorum horum cortices, cum pectore & reliquo corpore in furno siccatos curare vrinæ profluuium, puto rectius vrinæ retentionem. Vnguentum ad partium corporis consumptionem, & atrophiam hoc describit Zoographus: Astacos fluuiatiles viuos cum cinere vitulino tere & læuiga: deinde cum olei oliuarum & laurini, ana libra semis, vnguentum conficito. Ad clauos & alia infixa corpori extrahenda: Adipem leporis misce cum cancro erudo contrito, & impone loco, quem clauus, aut quidquid est subierit: ex aduerso autem tres aut quatuor fabarum flores illiga: & per horas duodecim relinque. Remedium quod ad cephalæam efficacissimum putant, tale extat apud Alexandrum Benedictum. Cancrum fluuiatilem coctum diligenter tritum, refrigeratumque cum oleo scilicet cucurbitino aut violaceo, aut rosaceo, naribus supponunt, vt olfactu iuuet. Ad periculosam linguæ & gutturis inflammationem, quæ febribus aliquando superuenit, & exercitus epidemio malo sæpe inuadit, Germani à colore vocant die Bruui, remedia ex Astaco fluuiatili plurimum commendantur, fiunt autem ab alijs aliter, vt subscribemus ex libris Germanicis manuscriptis interprete Zoographo. Primum est huiusmodi. Astacum viuum contusum cum aceto colando exprime per linteum.

b De san. tuen. lib. 3. cap. 57.

Ad icterũ.

Ad vrinæ retentionẽ

Ad calculũ

e Lib. 3. de san. tuen. c. 57.

Ad clauos extrahẽdos

Ad cephalæam.

Ad inflammationem linguæ & gutturis.

Purganda autem & radenda lingua est, deinde spatulam ligneam inductam panno eocci colore, in succum illum intinge: sic linguam & os perfricato. Secundum. Astacus refrigerat, hunc circa caput & caudam euisceratum in pila contunde diligenter: & aquam inde linteo expressam, ore tenere ægrotum iube, ita vt collum sursum (retro) ac deorsum moueat, nec tamen deglutiat.

Tertium quod à duce quodam militum frequenti experimento cognitum accepi: Astacos circiter decem viuos contere: & stillatitios liquores, intybi, rosarum, & papaueris erratici affunde, inde expressus succus vinum rubellum refert, eo linguam abluere, & diligenter ac penitus gargarizare oportet: deinde etiam haustum eius medioerem bibere. Linguam abstersam & purgatam larido insulso perunge, post horam aut dimidiam quidquid viscidæ pituitæ insederit, rursus absterge, & succo Astacorum præscripto denuo laua. Mire sanat, etiamsi crustæ densiusculæ iam occuparint linguam. Quartum. Decocto saluiæ in aqua os diligenter collue. Deinde succum de Astaco viuo contritum expressum propina: & potionem para huiusmodi. Fungos de sambuco, & cerasa viscula (quæ acida sunt & nigricant) sicca aut recentia cum pauco alumine in aqua coquito, quæ colata bibi debet. Postremo os colluatur aqua pura alumine permista. Quintum. Saliua equi auenam aut hordeum pasti, os ægroti diligenter colluitur: deinde ex Cancris viuis contusis humorem exprimes, eodemque rursus lauabis. Quod si viuos habere non potes, pollinem de Cancris aridis in clibano tostis inspergo, postquam equi saliua ablueris. Anonymus quidam manuscriptus quẽ citat Zoographus ad paralysin hoc scribit remedij genus: Pullum ciconiæ rostro sub alam inclinato suffocabis puluino imposito: deinde (incisum nimirum minutatim) in alembico rasario stillatitium ex eo liquorem colliges, & primum membra paralytica decocto Cancrorum absque sale ablue, deinde liquore è ciconia collecto inunges: atque hocalternis facere aliquandiu perges. Aiunt quosdam omnino resolutos, contractos & claudos huius remedij vi egregie restitutos esse, neruos enim extendit & dirigit. Cũm mulieri mammilla ob lactis abundantiam suppuratur, & cancrosa fit ac perforatur, tum caro illa infecta & partes vicinas exedens, hoc modo breui tempore curatur: Bufonem crassum occide quocunque modo, & ligno infixum domum portes, & in bilance ponderes, addasque eiusdem ponderis Cancros viuos, & in olla rudi vitreata operaque & luto munita, ita vt in medio tantum foramen exiguum relinquatur, vrito super pruna mediocri, calore non intermisso, & hoc cinere vtitor: ex Innominato Puluerem de Astacis fluuiatilibus vstis infla aduersus vnguem oculi, sic enim in eo quo appellatur morbus. Puluerem ex oculis eorum cum aqua foliorum persici potum, post venam sectam Leonellus Fauentinus commendat ad pleuritidem notham. Lapillorum quoq; magnus ad varios morbos celebratur vsus: hi cum ex viuis & recentibus eximuntur glauco & subcæruleo colore sunt, triti ac poti, vt ait Albertus cordis roborare vires dicuntur. Dentes infricatus ex eis pollen dealbat & purgat. Idem cum fæce vini albi arida, vlceribus cauis pudendorum inspergitur vtiliter. Carbones è tilia aceto restinctos cum eodem polline aliqui propinant aduersus sanguinis grumos ex lapsu, & hæmoptoicis. Ossicula de poplitibus

Ad paralysin.

Ad Cancerũ in mãmis.

Lapillorũ vsus.

Leporum cum lapillis Cancrorum (vt ait quidam Obscurus) trita è vino bibuntur, vt prauos in ventriculo aut alibi humores exsiccent. Videtur, inquit, Zoographus, & ad calculum renum promouendum, & album muliebrem fluxum, & coli à pituitâ dolores, & epilepsiam idem remedium per se vel alijs admixtum profuturum. Nam Cardanus prohibere hos lapides generationem calculorum in renibus, ac genitos dissoluere tradit. Vrinam mouent non in homine tantum, sed etiam in iumentis. Sunt qui æqualem seminum vrticæ partem addant, & ad proliciendam vrinam propinent noctu è lecto, è stillaritio fragorum liquore, aut vino, aut aqua. Idem aduersus calculum auxiliari promittunt. Puluis contra calculum vt in libro quodam Germanico manuscripto reperit Zoographus. Iecoris leporini vsti, apij, id est, petroselini vulgo dicti: seminis aquileiæ, singulorum vnciæ duæ. Maxillarum lucij, nucleorum persicorum, sanguinis hircini, lithospermi seminum, saxifragæ seminum, lapillorum de Astacis, Zinziberis albi; cinnamomi singulorum vncia. Anisi, coriandri, vtriusque seminis vncia, macis drachmæ duæ: saccari vnciæ quinque misceantur. Ad lunaticos oculos equorum aliqui lapillos hos terunt & melle exceptos illinunt, quod alij etiam ad cicatrices & vngues oculorum in equis adhibent. Albertus oua eorum ad venenatos serpentium morsus commendat. Aduersus scabiem puerorum à phlegmate salso, testas Astacorum tritas, oleo rosaceo excipe & inunge. E testis Astacorum in olla tostis aliqui puluerem faciunt, egregie siccantem.

Ad calculũ

Ouorũ facultas.

VSVS IN VARIIS.

Esca ad pisces capiendos mense Septembri commode fit ex Astacis paruis & teneris vel caudis eorum. Extremis forcipibus Astacorum elixorum cutis affricata, rubeo colore seu fuco tingit sed vergit ad croceum. Si Astacum mortuum in mearum aliquem talpæ imposueris, relinquet illum propter fœtorem: nec repetet, donec forte multo post tempore fœtor omnis euanuerit.

CAPVT VII.

DE ASTACO CARABOEIDE.

Forma quadam media est inter Carabum & Astacum, quem Carabo similem Astacum nuncupaui, siue καραβοειδῆ. Est autem pari magnitudine cum Astaco fluuiatili, aut paulo longior, colore cinereo fere omni corporis parte, antennis quatuor, duabus longioribus, reliquis breuioribus: pedibus hirsutis, item chelis siue forcipibus, qui vt Locustæ partem inferiorem breuem habent, adquam superior multo longior adducitur. Pedes duo priores chelis proximi tabellas in extremitate circum vndique serratas habent ad natatum faciliorem forte vtiles, dorso est læui vt Astacus aut Squilla, collo nouem tabellis constante, quarum tres priores sunt sine appendicibus, reliquæ eas habent. Lata est admodum cauda & quinque pinnis constans.

CAPVT VIII.

DE GAMMARO TERRESTRI.

Crustacei quoddam genus in terra latitat, maximeq; in India Occidentali, Cuarassas vocant, tam prope Gammarorum formam, vt cum effossum è terra conspexisset Iulius Cæsar Scaliger, ac roganti quid esset, in sepulchris inueniri alij dictitassent, à Gammaris abstinuerit diu.

CAPVT IX.

DE SQVILLIS IN GENERE.

ÆQVIVOCA.

Squillæ gibbæ quandoq; apud scriptores generis nomine intelligũtur, quod & magnitudine fere media sint inter maiores minoresq;, quin Venetijs hodie simpliciter Squillæ dicuntur: & à Græcis hodie Carides. Quare cum Gillius Venetis Squillas quasdam dicit vocari paruis Gammaris similes: an rem acu tangat, alijs iudicandum relinquo: Græci, vt dixi, Carides dicunt & Caramidia *a* Bellonio teste: quarum color nigricat. Cæsar Scaliger tamen Squillam minimam ab Adriaticis generis nomine vocari scribit.

a Lib. 2. de aquat. c. 3.

Oppianus v. etiam luporum piscium à Squillis interitum decãtans: nõ alias quam Gibbas intellexit, vt Rondeletio placet. Et quę medici veteres de Squillarũ alimento tradunt de Gibbis potissimũ accipienda putat. Quocirca quæ hoc cap. de Squillis dicentur, vel

ad omnia

ad omnia Squillarum genera pertinent, vel incerto earum generi adſcribenda erunt. Nam à veteribus multa abſolute proferuntur, quæ ad propriam quandam ſpeciem referenda erant, veluti maxime ad gibbam. Squilla præterea Latiuis genus eſt bulbi à medicis frequenter ſatis vſitatum, σκίλλη Græcis dictum. Καρίδες ab Herocle in Hippiatricis Græcis nominantur abſcellus quidam; Ruellius Squillares frunculos interpretatur. *b* Athenæus refert ex Ephoro vrbem circa Chium Inſulam καρίδες dictam fuiſſe, quod ibi multæ naſcerentur Squillæ, καρίδες præterea oppidum Stephanus agnoſcit, quod in Phrygia ait fuiſſe. Καρὶς idem quod καρία ſeu καρικὴ ſeu καρίνη Euſtathio, qui ſic inquit: Ἡ δὲ καρία τῇ καρίνῃ λέγεται, τῇ κάρις δὲ. Catis quoque Galliæ fluuius Gregorio Turonenſi. Cher hodie. In Legerim ſe exonerat. Squilla vulgo Bononiæ campana vocatur.

b *Lib.* 3.

SYNONYMA.

a *Lib.* 32. *c. vlt.* Scylla mõſtrum.

APLINIO *a* in piſcium catalogo nominatur Scylla: vbi Squillam legere mauult Zoographus, quæ Græce καρὶς dicitur: niſi reuera Scyllæ nomine monſtrum aliquod marinum intellexerit, cum Phorcum quoque deum marinum in eodem catalogo recenſeat. Sed de Scylla monſtro plura dicemus alibi. Gaza Ciceronem ſecutus & Plinium καρίδα vertit Squillam, & τὸ καρίδιον (qua voce vtitur Ariſtoteles) Cicero Squillam paruam. Obſeruandum eſt primam voculæ καρὶς ſemper produci: vt apparet in carminibus Oppiani & Archeſtrati, & multis ab Athenæo citatis verſibus. Vnde non ſine ratione alias κουρὶς & καρὶς dicitur, vt Sophroni in Mulieribus.

Proſodia καρὶς voculæ.

Vide pulchras Couridas, vide Cammaros,
Vide amica illas aſpice, vt rubent, vt leuis & hirſutæ ſunt.

Ita quoque Epicharmus in terra & mari: Couridas phæniceas vocat. Idemque in Logo καρίδας dixit hoc carmine:

Aphyas ſimul & flexuoſas karidas:

Simonides vero:

Thynnis Leligo: gobijs karides.

b *Lib.* 3. Etymon.

In Caride penultimam Attici corripiunt & proportione quidem congrua, vt cenſet *b* Athenæus, quia vox illa ἀπὸ τοῦ κάρη id eſt, à capite ducta ſit, quod Squillis maiuſculum eſt. Varrinus quoque & Euſtathius à capitis magnitudine dici putant, forte ex hoc Athenæi loco. Quemadmodum itaque à voce γραφὴ id eſt, pictura vel ſcriptura deriuatur γραφὶς id eſt ſtylus, vel penicillus: & à βολὴ id eſt, iactus, βολὶς id eſt, iaculum, ſic à κάρη καρὶς fingi probabiliter admodum conijciunt. Alibi etiam Euſtathius inter exempla ἀπηχαμμαπαμῶ (vbi nomina vel diuerſas vel eaſdem res ſignificantia, literis tranſpoſitis conueniunt, vt χλοὴ, χολὴ) καρίδα quoq; & ἀκρίδα ponit: & ſane conuenit ei cum Locuſta, quod ſimiliter ſaliat. Scarus piſcis, vt & Scaris (σκάρος ὁς ἡ σκαρὶς) à verbo σκαίρειν, quod eſt ſalire, ſaltare) dictus eſt Athenæo & Euſtathio Fuerint autem forte eiuſdem piſcis nomina Scarus & Scaris, ſicut perca & percis, niſi potius legendum ſit καρὶς id eſt Squilla: nam ea quoque à verbo σκαίρειν, ſic dicta, s initiali abiecto videtur teſte Varino, idque magis Zoographo placet, quam vt Scaridem quoque piſcem faciamus, cum id nomen apud authores non extet. Apud poetas tota ſiue media ſyllaba frequenter producitur. Eubulus in Orthanne

Colybdena.

Cammari quid olim. Romanis.

Aſtacus fluuiatilis.

Scarus piſcis vnde dictus.

Καρίδα κοθῆκα κάτω κατεσπασ' αὖθις
Squillam humi depoſui & retraxi poſtea.

Idem in Iaelmo:

Ὠρχοῦ το δ' ὡς καρίδες αὐθράκων ἐπὶ
Πηδῶσι κυρτάι,

Id eſt.

Saltabant, vt Squillæ ſuper pruinis
Gibbæ ſaliunt.

Plura alia eiuſmodi apud Athenæum legere eſt exempla, in quibus media ſyllaba καρίδος producta cernitur Sed in ſoluta oratione (vt Ariſtotelis & Athenæi libris) eam ſyllabam acui reperies, cum producta circumflecti deberet, genitiuo tantum plurali excepto. Solius Eupolidis teſtimonium, qui corripuit, profert Athenæus;

———————— πλοῦ
Ἅπαξ ποτ' ἐν φάλαγξι φάγοιν καρίδας
———————— praterquam
Semel aliquando in Phalangis ſe cibus Squillas comedi.

& aliud eiuſdem in Populis?

Ἔχων τὸ πρόσωπον καρίδος μαλθακῆνης,

Id eſt.

Faciem habens Squillæ punicæ.

Reddit quoque Athenæus, cur mediam corripuerint Attici, rationem hauc, quam ſolus Iſaacus Caſaubonus aſſecutus videtur: Apud Atticos quanta eſt dillyllaborum in is deſinentium prior: tanta eſt in illorum obliquis media ſyllaba. vt βολὶς βολίδος: γραφὶς γραφίδος: contra ψῆφις ψηφίδος: κρηπὶς κρηπῖδος. In καρὶς priorem corripiebant Attici. Vnde quid ſequatur clarum eſt, at illi poetæ qui priorem in ea voce producebant, mediam quoque in obliquis neceſſario longam ſtatuebant. Κουρίδες, καρίδες Heſychio. Colybdenæ nomine Epicharmus (vt Nicander vult) pudendum marinum intelligit, Heraclides in Opſartytico apud Athenæum, Squillam. Squillæ nomen Veneti, vt dictum eſt, Gibbæ ſimpliciter tribuunt: Burdegalenſes vero Crangæ. Cammarum Romani olim ſpeciem vnam Squillarum appellabant, vt placet Athenæo: poſteriores ad multa Cruſtata Locuſtarij generis hoc nomen tranſtulerunt. Nam & Aſtacum fluuiatilem ſic nominant Itali, vel potius Gammarum, & Gammarellam: & Squillam gibbam Maſſilienſes Caramborum, Romani Gambarellam: & ſimiliter paruam fluuiatilem, vt Bellonius ſcribit: quam alij Gambarozolam, Galli Prouinciales Caramot: vt Crangonem ijdem Caramoto, quam Itali Gambaro di mare, vel Cammarugiam appellant. Germanice, inquit, Zoographus, Squillas omnes Meerkrebslein recte appellabimus, ſiue ſimplicitet, ſiue cum differentia ſonder Scheren id eſt, ſine forcipibus Inferiores Germani & Friſij & Hollandi Squillæ ſpeciem quandam paruam vocant Garnat, Gernard, Gernur: Garnole, Gibbam, vt putat idem Zoographus: quam Bellonius Lutetiæ Guerurette vocari ait: pro quo forte ſcribendum Guernette, vt à Germanis ſumptum ſit id nomen, non corruptum à Gallico Cheurette, vt ipſe Bellonius putat: Licebit autem hoc etiam vnius ſpeciei nomine abuti pro genere, adiectis differentijs: Eliota Anglus Squillam interpretatur a Schrympe: Zoographus ab Anglis accepit à Schrimpe ſpeciem eſſe Squillæ vel Cammari maiorem: & aliam minorem, quam vocant à Pran: aut forte contra, non enim ſatis meminit.

GENVS. DIFFERENTIAE.

deſcriptio.

a *lib.* 4. *de par. c.* 8.

SQVILLÆ, teſte *a* Ariſtotele, à Cancrario genere differunt, eo quod caudam habeant: ab cruſtario vero, quod forcipe careant, idq; quoniam plures habeant pedes: eo namq; reduundantia Squillæ, & illa abſumitur. Pedes autem obtinent plures, quod magis ad Cãcri difnandum, quam ad ingrediendum ſint ſuapte natura propenſiores. Græce ſic legitur. Αἱ δὲ καρίδες, τῶν μὲν καρκινοειδῶν διαφέρουσι τῷ ἔχειν κέρκον· τῶν δὲ καρκινοειδῶν, διὰ τὸ μὴ ἔχειν χήλας: ἃς δοκεῖ ἔχειν διὰ τὸ πλείους ἔχειν πόδας: οὐκ ἀναῖτιον δὲ ὁ σκεῦος αὐτῶν αὔξησις. πλείους δ' ἔχουσι πόδας, ἃ πρὸς σκιρτήσεις εἰσὶν ἢ πρὸς πορείας. In his verbis Gazæ translatio pro καρκινοειδῶν, non recte habet cruſtatios, liberariorum nimium lapſu, nam cruſtarium eſſe, omnibus cruſta tectis conuenit; quare Locuſtaceos verterim, vt & ipſe Gaza *b* alibi vertit, quod cum hoc in loco non conuenire putat Zoographus, aſſerens Locuſtas etiam forcipibus carere: quamobrem, inquit, Latine Aſtacarios fingamus licet, fallitur. Habent enim Locuſtæ forcipes, quemadmodum ſuo loco ex multis locis Ariſtotelis comprobauimus. Deinde hæc verba ὅπερ σκιρτήσεις εἰσὶν ἢ πρὸς πορείας, inuerſa eſſe apparent, legendumque, ὅπερ πρὸς πορείας εἰσὶν ἢ σκιρτήσεις idcirco enim inquit plures pedes habent Squillæ, quoniam ad incedendum magis, quam natandum comparatæ ſunt. Hoc & res ipſa indicat, & verſio Gazæ: & Michaelis Epheſij in ſcholijs verba hæc. τὸ δὲ λέγει ἔχειν πολλοὺς πόδας διὰ τὸ μῶλλον, lege ἧττον vel οὐ μῶλλον, (vt & Gaza vertit, & ex ſequentibus apparet) σκιρτήσεις ἢ πορείας. εἰ μὲν γὰρ ἦσαν μῶλλον σκιρτητικά, ἔχειν ἂν ὀλίγους πόδας. ἐπεὶ δὲ μῶλλον εἰσὶ πορευτικά, ἔχουσι πολλοὺς πόδας. Rondeletius proprium Squillis eſſe ſcribit carere chelis, harumque vice brachia maiora pedibus habere. E contra Bellonius nequaquam audiendos cenſet, qui forcipibus carere Squillarum pedes exiſtimant. Conciliari forte poſſunt cum Ariſtoteli eumq; inſequente Rondeletio, vt, ſi hunc dicamus chelas proprie dictas, quales Aſtaci ante cæteros habent, Squillis negare: Bellonium vero pedes forcipatos ſimpliciter eis attribuere, non quod maiores & proprie dictas anterius chelas habeant. Indicæ ſane Squillæ teſte Aeliano in Gange fluuio chelas maximas habent Color Squillis non ſemper idem, nam, vt author eſt *c* Ariſtoteles, nigreſcũt vere, poſtea albedinem ſuam recipiunt. Cornua etiam habent, eaque Oppiano teſte acuta, & in ſummo capite poſita. Aelianus aculeum acutiſſimo triremis roſtro ſimilem, & ſectum as, ſerræ modo habere ait: Rondeletius Oppiani verba de Squillis ſuo aculeo lupos piſces interimentibus interpretatur peculiariter de gibbis, Nam quæ minimæ ſunt, inquit, cornu carent Cruſta fragili, vt ait *d* Plinius, incluſis, oculiſrigent. Locuſtis Squilliſque magna ex parte ſub eodem munimento præduri emi nent. Inteſtinum quoq; eis, veluti Locuſtis & Aſtacis, recta in caudam finit, qua excrementa emittunt, & oua pariunt. Nunc pergam ad genera. Tria hæc recenſet *e* Aelianus, ἰλείους ſiue paluſtres, & quæ algis vectitant, πετραίους ſiue ſaxatiles, quæ tectiæ ſunt. Sunt hæ partim victu, partim à loco ſumptæ differentiæ, à quo & aliæ marinæ, aliæ fluuiatiles dici poſſiut. Nam quem ego Aſtacum fluuiatilem, & Cãmarum nuncupaui, alij Squillam fluuiatilem vocant. Sed quænam ſit inter eum Gammarum, & Squillam, præcipue minorem, cui alioqui quam alteri alicui generi ſimilior eſt, differentia, nos his verbis docuit *f* Cæſar Scaliger: Sane, inquit, à Squilla parua Gammarus parum differt, ſi minus accurate conſideres. Diligentius intuenti recognoſcetur Gãmari roſtrata facies, Squillæ mutila. Gammaro pedes duo priores, quibus pro manibus vtitur, forcipati, Squillæ vniformes: Squillæ lamellæ latiores, ipſa tota compreſſior. Hæc ille. Iam proſequamur. Magnitudine quoque differunt: Sunt enim, & magnæ & paruæ quas Gambarettos in Italia vocant, & maiores rurſus non ſemper eadem magnitudine: ſed omnium maximæ exiſtunt Indicæ, vtpote Locuſtis maiores, & forma diuerſa. Harum enim, teſte *g* Aeliano, quæ ex mari veniunt in Gangem, forcipes maximas habent, & tangentibus aſperæ ſunt, quæ vero ex mari rubeo in Iudum excidunt, læues, audio habere ſpinas (ἀκανθας cruſtas, vel dorſa læuia) ſed oblongos & implicatos ab eis dependentes cirros, & forcibus carere. Differunt itaq; hæ Squillæ In-

b *Lib.* 4. *de par. cap.* 5.

Gazę error

Aristoteles correctus.

Quid ſquillis proprium

An chelas habeant,

c *Hiſtor.* 8. *cap. vlt.* Color.

Cornua.

d *Lib.* 11. *c.* 37. Oculi.

Inteſtinũ.

e 1. *de animal. c.* 30.

f *Exercit.* 245.

Magnitudine differũt.

Squillæ Indicæ quales.

g *Lib.* 16. *de animal. cap.* 13.

,, læ Indicæ non tantum magnitudine, sed & forma corporis toti-
,, us. *h* Cardanus autem fluuiatiles à marinis sola magnitudine
differre asserit; sed fluuiatiles vbi coctæ sunt, subfuluas esse. *i* Aristoteles tria Squillarum genera recenset, κυφάς, hoc est, gibbas, κράγονες, crangones vertit Gaza: & paruas quæ nunquam maiores fiunt. Rondeletius species plures facit, quia ad tres superius prædictas referri non possunt omnes. Nam Squilla lata, quæ tum cælata, tum glabra est: præterea quæ μαίνης dicitur, nulli rectius. quam Squillarum generi attribui potest, vt postea explicabitur. Neotericorum doctiss. *k* Cæsar Scaliger, confusa admodum cum videret Squillarum genera apud authores propter multitudinem, ea duo summa constituit, ad quæ non modo quæ tradidit Aristoteles, sed quæ etiam cæteri omnes recentiores doctissime reduxit. Squillarum species, inquit, summæ duæ, vna vulgari Gammaro similis, ab eo ijs discreta notis, quas supra ponebamus, sed maxima: Astacum æquat magnitudine: alicubi etiam superat; quemadmodum scribit Athenæus. Vrsa hæc est Aristotelis. Vbi enim porrecta iacet, visi corium extensum repræsentat. Altera ab hac non nisi magnitudine differt, & linea mentis quibusdam, quibus tessellatæ lamellæ pictæ sunt. Hæc est κράγη Aristotelis. Ait enim Crãgen & gibbam æque vtranq; habere in cauda pinnas: hoc eas differre, quia in Crange media pinna lata sit, in Gibba vero, acuta, Secunda Squillarum species tres continet modos quasi formarum quosdam. Vix enim alio, quam magnitudine differunt. Omnes gibbæ sunt, Idcircò à Philosopho dicuntur κύφαι. Omnes Locustæ similiores, si frontis spectes cuspidem, quam supradictis Squillis Omnibus piunata cauda pinnis latis, dempta media, est enim hæc; vti dictum est, acuta. Maxima in nostro hoc Oceano, minima etiam è Garumma excipitur canistris: Ciuadam Vascones ob exiguitatem vocant, idest auenam. pugillatim enim deuorant, sicut auenam veterinæ. Hæc etiam in mari agitat, nec rubescit cocta. Ab Adriaticis generis nomine dicitur. Mediæ magnitudinis Gambarellus appellatus ab Istris. Hæc Scaliger, quem putat Zoographus per Crangen Rondeletij Squillam cælatam intelligere, quam autem mediæ magnitudinis Gambarellum ab Istris nuncupatum scribit, Gibbam dici alijs simpliciter. Itali quidam etiam minimam Gambarellum vocant. Præter prædictas Squillarum Species Mantis est Rondeletij. Idem καρίδιον siue Squillula Conchis quibusdam inhabitare solita, de qua inter Cancellos, vti etiam de ea quam σκύλλαρον Aristoteles, Gaza Squillam paruam vocat.

h De San. tuen. 3. cap. 58.
i Hist. 4. c. 2.
k Exerc. 245.
Crange Aristotelis.
Squilla gibba.

LOCVS. VICTVS.

PArtim in dulcibus aquis, partim in marinis ac salsis degunt: aliæque in locis palustribus, quas ἑλώδους nominat Aelianus, aliq; prope saxa, vt quæ petrææ ob id dictæ sunt. *a* Oppianus.

Carabus insidias faciens atq; Astacus acer,
In saxis habitant curuus, & pascua carpunt.

Et quia imos frequentant scopulos, vbi multa sunt Conchylia, inde Horatius.

Affertur inter Squillas Murana natantes.

Murenæ enim eadem loca amant, vt autor est *b* Oppianus. In mari rubro, inquit *c* Theophrastus, diffractis lapidibus intus innati apparent pisciculi, & Squillæ & alia quædam animalia: quamquã existimo non viuos pisces in hisce saxis apparere, sed tantum eorum imagines, vt in alijs quibusdam saxis diffractis diuersas rerum effigies in meo musæo licet conspicere, & inter alia Chamam tam perfecte innatam saxo, vt quis eam arte sculptam iurarer. Quocirca de hisce figuris in saxis naturaliter insculptis intelligenda est hæc Theophrasti sententia. Maiores Squillæ profundiora amant loca, minores magis prope litora degunt. Indicum mare prope Gangem maximas alit, quas supra descripsimus ex Aeliano. Abundat Oceanus Germanicus, ac Gallicus Squillis, quanquam non tam magnis, & nostra maria Tyrrhenum & Adriaticum. Magnas circa Iasum celebrat Archestratus parandi obsouij ingeniosus artifex, sed eiusmodi multas in Macedonia, & Ambracia hoc carmine.

Ἤν δέ ποτ' εἰς Ἴαρον Καρῶν πόλιν εἰσαφίκῃς,
Καρίδ' ἀμεγέθη λήψῃ, σπανιαὶ δὲ πεφύασι.
Εν δὲ Μακεδονίᾳ τε καὶ Ἀμβρακίᾳ μάλα πολλαί.

Quæ sic vertit Iacobus Dalechampius:

Si quando Iasum oppidum Caria tu accesseris,
Pragrandem Squillam accipies: emere cupientibus rara hæc inuenta est.
At in Macedonia & Ambracia perquam multa.

Locus quidam καρίδες dictus fuit quod ibi multæ reperirentur Squillæ. Viuunt Ostreorum catnibus. *d* Aelianus quasdam algis vesci prodidit.

a Lib. 1. Halieut.
b Lib. 1. de pisc.
c L. de pisc.
In saxis varias esse figuras piscium.
d 1. de Animal. c. 30.

CAPIENDI RATIO.

SQuillis inescandis vitulinum fel cum farina oleo & aqua misce, & placentulas facito: quibus tandem iu escam vteris: ex eodem etiam phatmaco mandens, inspuito in aquam, piscibusque frueris: Tarantinus.

ANTIPATHIA. NATVRA.

CVm labrace perpetuum gerunt bellum, vt autor est Gaudentius Merula. Eduntur à Phycide, & lupo, contra cuius astucias & voraciratem natura ipsas muniuit pari sagacitate, vt eum vincant: testatur id *a* Aelianus his verbis: Lupus piscis à Squillis superatur quanquam piscium (vt ita dicam) maxima vorago est. Lupi igitur cum circa paludes maris degant, Squillis quoque palustribus iusidiantur. Sunt enim trium generum: aliæ palustres, aliæ quæ algis victitant, & tertiæ saxatiles. Porro cum seipsas vlcisci Squillæ non queunt, pro vltione extremum spiritum in victoria effundere non dubitant. Equidem earum astucias & fraudes non grauabor narrare. Cum se interceptas sentiunt, fastigium quod eminet à capite, quodque simile est acutissimo truemis rostro, atque in summa parte secturas habet, modo serrulæ vncinatæ, hoc inquam animosæ illæ bestiolæ cum incuruarint, summa læuitate saliunt, & tanquam saltatorium versant orbem Lupus ore maxime hiante, atque immiuenti, quæ est pelle tenera & molli, Squillam ex lassitudine viribus defectam comprehendit, atque prandium fore arbitratur. Squilla primum in gutturis laxitate saltat, post aculeos in miserum venatorem defigit. huic interiora exulcerantur; tumelcentiaq. plurimum sanguinis mittunt, deinde suffocatione Lupum interficiens, interficitur. Tetigit hæc eadem Philes hisce suis iambis.

Λαβόμενος δὲ χανδὸν ὀκπιπάσας τὸ σῶμα Καρίδας αἱρεῖ, οὐδὲ πω κίνημα μὴ βλέπων.
Τούτοις δὲ τοῦ φάρυγγος ἐξωδυνήθης, θυήσκει πρόφης ὀλέθριον ὀξὺ ἀρπάσας.

Quos sic latine reddidit Gregorius Bersmannus Annæbergensis.

Hiante fusus ore per lacum Lupus
Capit Squillas, nil moratus aculeos
Gula sed istis intumescens sictibus
Extinctus ingluuie suis pœnas nece.

Lupus à Squill. superatur.
a lib. 1. de animal. ca. 30.

SEXVS, COITVS, PARTVS.

MAribus sane præ fæminis propria in pectoris carne bina quædam candicantia constant, discreta à cæteris partibus colore formaq; promuscidi Sepiarum proxima: verum hæc torta in vertiginem more Buccinorum pãpaueris, quorum origo ab acetabulis, quæ subdita pedibus nouissimis ordinantur. Caro in ijs quoq; est colore sanguinis rubrã, & tactu lento, nec similis carni. Ab hoc pectori anfractus alter strue buccina, crassitudine lineæ se porrigit: sub quo quædam arenæ conditioni similia, seminigenitali accommodata intestino adnectuntur. hæc in mare. Fœmina autem ouum rubidum parit membranaque obuolutum prætenui, ventri, laterique vtriq; intestini annexum, atque ad carnem vsque adhærens. Hæc omnia *a* Aristoteles de Squiliis proculdubio, quamuis quidam locum hunc diligenti egere consideratione censeant. Nam ante hæc verba dixerat. Squillas ouum clauiculasq; simili modo, quo alia Crustata, habere. Coeunt quoq; eodem modo quo Gammari & Locustæ. Plinius ore coire Squillas dicere videtur, dum inquit, Reliqua Mollium rergis (supple coeunt) vt canes: item Locustæ & Squillæ, Cancri ore. Hic in multis codicibus post Cancri ponitur perperam virgula. Et rectius etiam post Squillæ ponetur punctum Quocirca sic legerem Itẽ Locustæ, & Squillæ. Cancri ore. vt post Squillæ puncto claudatur periodus. Nam quod ore coeant Cancri postea probabimus, Nunc vero tergis coire Locustas Squillasq; vt canes & aliæ quadrupedes, ex his *b* Aristotelis verbis fit manifestum: Genera, inquit, crusta operta vt Locustæ, Gammari, Squillæ, & huiusmodi reliqua more quadrupedum retro mingentium coeunt, scilicet vt fœmina caudam supinam exponat, mas suam superponat, & applicet. Coire solent ineunte vere iuxta rerum. Iam enim coitus omnium id genus exploratus est. Interdum etiam cum ficus maturescunt coire incipiunt. Hoc eodem modo Gammari quoq; & Squillæ coeunt.

a Hist. 4. c. 2.
Plinij locus male distinctus.
b Hist. 5. c. 7.

DENOMINATA.

DIminutiua Vocula καριδάριον hoc est parua Squilla, extat apud Anaxandridem in Licurgo, vbi irridetur quispiam diminutiuis eiusmodi voculis vti solitus: inquit enim.

Καὶ συμπαίσει καριδαρίοις, μὴ κωδωνίοις καὶ θυνναρίοις,
Καὶ ψυτταδίοις μὴ κωσιδαρίοις, καὶ σινδαρίοις μὴ κωδιδίοις.

Quæ sic transtulit Dalechampius:

Lusitat cum Squillulis, perdiculis, thorissidijs, & Passerculis, cum coruulis, Tnachuridijs, (sta legit Natalis) cum gobijs.

Eiusdem significationis est etiam καρίδιον apud Aristotelem, quam Plinius, & Cicero paruam Squillam interpretantur. Et quoniam Squillarum quædam species gibboso sint corpore, ac curuo, factum ab eis verbum καριδῶν, quod curuare & veluti conglobare significat, ὡς τῆς καρίδος χρηστὸν ἐστι τὸ καριδῶν, ἢ γοῦν ὡς εἰπεῖν σφαιρῶν, Eustachius: & Anaxandrides apud Athenæum, αὐτὴ καριδεῖ τὸ σῶμα Scyllarium autem non arbitror à Scylla, siue Squilla deriuari, quanquam Gaza paruam Squillam interpretetur, σκύλλαρος enim Græcum est, Squilla & Scylla Latinum.

PROVERBIA.

Squilla rubicundior aſſa, prouerbium eſt apud Iunium de admodum rubentibus, Anaxandrides in Cercide ſiue Cercio. Ἐρυθρότερον καρίδος ὀπτῶν σ' ἀποφανῶ. Vertunt: Aſſa Squilla rubentiorem te reddam.

EPITHETA.

IN Eupolidis verſu, qui citatus eſt ab Athenæo hoc modo: Ἔχων τὸ πρόσωπον καρίδος μαθλετίνης, author Etymologici μαθλετίνης interpretatur δερματίνης, id eſt coriaceæ. Aſſentior tamen libentius Dalechampio, qui ad colorem refert, liunc verſum Eupolidis ſic vertens:

Μάθλης quid,

Faciem habens Squillæ punicæ.

Nam μάθλω apud veteres aiunt calcei phœnicei genus fuiſſe, hoc eſt colore aſſam Squillam referens. Et paulo poſt hunc verſum Eupolidis, apud eundem Athæneum, κουρίδες φοινίκιαι dicuntur ab Epicharmo, vel vt in epitome Euſtathij legitur Κουρίδες φοινίκιαι, puniceæ Squillæ. Oppiano καρίδες dicuntur ὀλίγαι, paruæ. Sophroni vero καλαὶ, ἐρυθραί, καὶ λείως τριχιῶσαι, hoc eſt, formoſæ, rubræ, leuiter hirſutæ, nimirum propter multitudinem pedum, qui tamen in alijs quibuſdam Cruſtaceis aſperi non ſunt. Καμπύλαι dictæ etiam Epicharmo & Araroti, hoc eſt curuæ; incuruantur enim facile, & gibboſæ euadunt; Quapropter κυφαὶ & κύρτοι Eubulus appellauit. Ex his quædam, etſi non omnibus, tamen plærisque Squillarum generibus, conueniunt.

VSVS IN CIBIS.

APud Antiquos menſis quidem apponebantur Squillæ, vt ex hoc Eupolis in Capris conſtat:

Πλὴν ἅπαξ πότ' ἐν φάραγγι καρίδας.
Verum ſemel aliquandum in Phaacis adibus Caridas comedi.

Videntur que fuiſſe in pretio, vnde *a* Plinius Secundus in Epiſtola qua Gallo ſuo narrat villæ Laurentij amœnitatem & commoda, inquit: Mare non ſane pretioſis piſcibus abundat: ſoleas tamen „ & Squillas maximas ſuggerit. *b* Et Iuuenalis tanquam pretio„ ſum piſcem nominat, canens:

a *Epiſt. li. 1.*
b *Satyr. 3.*

Aſpice quam longo diſtendat pectore lancem
Quæ fertur domino Squilla, & quibus vndiq; ſepta
Aſparagis, qua deſpiciat conuiuia cauda.

Iouius quidem hos verſus citans: Ego, inquit, putauerim Iuuenalem Cruſtaceorum nomina confudiſſe, voluiſſeque intelligere pro Squilla Locuſtam aut Leonem, qui dominis appoui conſueuerint: cuius Zoographus ſententiam non approbat, quod Squillæ in delicijs præferantur Cruſtatis cæteris omnibus, præſertim Locuſtis & Aſtacis, & Rondeletio, teſte ſalubriores habeantur longeque delicatiores. Declarauit hoc Apitius, quem ſcribunt in Africam profectum Squillarum grægraudium cauſſa: cumque ibidem paruas tantummodo reperiſſet reuertiſſe ſubito, nec terram attigiſſe. Alij de Archeſtrato id narrant: ſed Suidas & *c* Athenæus de Apitio, cuius verba (nam Suidæ deprauata ſunt & ex Deipnoſophiſta mutuata) placet adſcribere. Tiberij ſæculo vixit A„ picius, vir ditiſſimus luxu ſolutus, à quo complura placentarum „ genera Apicia nominant. Multas nummorum cum ille myria„ das profudiſſet ventris & gulæ cauſſa, Minturnis quæ ciuitas eſt „ Campaniæ, vt plurimum degens, Squillis veſcebatur magno „ emptis, quæ illic naſcentes, & maximas Smyrnæas, & Aſtacos „ Alexandrinos amplitudine viucebant

c *Lib. 1. de opn.*

Apicium, quid.

„ Cum in Africa vaſtæ inuſitatæque magnitudinis audiſſet re„ periri, continuo, ne expectato quidem vnico die, illo naui pro„ fectus, multaque incommoda nauigationis perpeſſus, vt propi„ us ad oram eius regionis acceſſit, priuſquam naui exiliret (ad„ uenturum enim rumor in ea prouincia percrebuerat) piſcato„ res ad eius nauem contenderunt, & quam maximas obtulerunt „ Squillas, quibus conſpectis, num maiores haberent percuncta „ tus, cum negaſſent illis grandiores, quas aduexiſſent vſquam in „ eo mari gigni, Minturneuſium recordatus, gubernatorem iuſ„ ſit eadem via Italiam repetere, priuſquam ad terram appuliſſet. „ Hæc ille. P. Gallonij gula in Squilla & acipenſere decumano „ notatur à Lucilio in Satyra ad Lapathum: verſus autem eius per„ quam lepidi hi ſunt:

Lælius præclare & recte ſophos: illeq; vere,
O Publi greges Galloni, es homo miſer, inquit,
Cœnaſti in vita numquam bene, cum omnia in iſta
Conſumis Squilla, atq; acipenſere cum decumano.

Hodie quoque apud omnes fere gentes priucipum conuiuijs appouuntur, & inter lautiſſimos, ac nobiliſſimos cibos; Elixantur minores, & cum aceto comeduntur: friguntur etiam cum oleo in ſartagine, farina prius aſperſa. Sotades Comicus apud Athenæum:

Καρίδας ἐλάδον πρῶτον ἀπιπράσατε
πώλῳ ἀπάσας,

Id eſt.

Squillas primum accepi coxiq; in ſartagine
Eas omnes.

Aſſabantur olim maiores, & vt arbitror, in ficus folijs inuoluebantur. Nam ſic Ananius vel Acanius apud Athenæum Τῶν καλῶν δ' ἄριστον καρὶς ἐκ συκίας φύλλου, ἡδὺ ἐσθίειν χειμερὶς φθινο„ πωρισμῶ κρίας, id eſt, Bonorum optimum eſt Squilla ex ficus „ folio, & ſuaue edere hyeme atque autumno carnem. Iſchia deſcripſimus ſupra in Cammaro & Aſtaco. Squillæ alicuius ſunt caliditatis participes: difficulter concoquuntur, ſtomacho nocent & Veneris deſiderium mouent, vt ait Simeon Sethi. Aetius in curatione colici affectus à frigidis, & pituitoſis humoribus, Squillam inter Cruſtacea omnia minime noxiam eſſe ſcribit. Tralliano quoque commendantur in colico affectu. Apud Athenæum alicubi κηρὶς οὔκοιλος legitur: Zoographus mauult legere καρὶς: quanquam & ceridem piſcem eſſe ſciat, ſed ſiccior hic eſt & aluo mouendæ minus aptus exiſtimatur. Iuliduum piſcium ſaxatilium, inquit Aelianus, os veneno refertum eſt: & quemcunque piſcem deguſtauerunt, inhabilem ad edendum, perniciosumque ei qui poſtea guſtauerit, efficiunt. Piſcatores cum Squillam quam media ex parte Iulides exediſſent, & confeciſſent, ſine vllo precio „ parabilem offendiſſent, eamque inopia preſſi guſtare aggreſſi „ eſſent, illorum aluos vehementes cruciatus exceperunt. „

Temperamentum,

VSVS IN MEDICINA.
& aliis.

VEneris deſiderium excitare dicuntur, quod in actiua qualitate non exupetent, in paſſiua humidum præualeat. Laudantur & ad mulierum conceptus, ac ſi peculiari quodam munere valeant, vt ſcribit Simeon Sethi. Græce legitur: Συνεργοῦσι δὲ πρὸς διότητα πρὸς τὸν γυναικῶν κύησιν. Ad generationem, inquit Cardanus, valet piſcis qui Squilla vocatur, quod mihi quandoque ſucceſſit. Oportet autem remota eſſe impedimenta, & purgatum etiam corpus & vterum. Hecticis etiam & a morbo extenuatis, eximie prodeſſe, ſi aqua hordei ablutę in carnium iuſculo coquantur, idem prodit. Conueniunt item ſtomachicis, vt legitur apud *d* Galeuũ. Aiunt tritas & particulæ impoſitas, in qua cuſpis ſagittæ; vel ſpinæ infixa ſit, naturali quadam attraheudi vi eam educere. In quibuſdam locis tautæ naſcuntur, vt prope ſpithamam, hoc eſt palmum excedant, quæ quidem alijs ad hæc remedia ſunt efficiores teſte Simeone Sethi; qui etiam tritas & cum oxymelite potas lumbricos & tineas educere author eſt. Quocirca apud *e* Galenum, vbi in quibuſdam codicibus legebatur καρθαρὶς trita & cum radice bryoniæ pota lumbricos educit, rectius legitur καρὶς in vulgatis codicibus, hoc eſt Squilla. Caris marina teſte Kirauide, circumligata Scorpionis ictum ſanat. Quod ſi ſupra perſcriptum locum ſcribas Caris, citius tollitur dolor. Si quis vero ſculpſerit Carida in lapide achate, & geſſerit in annulo, nunquam percutietur à Scorpione. Squillas marinas aliqui admiſcent eſcæ ad mugiles capiendos. Si marini & ſaxatiles piſces, inquit Florentinus, in piſcinis alantur, in cibum eis inijcere oportet Carides, gobios & ſimilia. Merula piſcis Squilla viuente eſca decipitur, quod ſic cecinit *f* Oppianus,

Ad conceptum promouendũ.
Ad Hecticam.
d *De comp. 8 cap. 4.*
e *Ad piſonem.*
f *Lib. 4. Halieut.*

Expediens (piſcator) *hamum Squillam configit in illo*
Et nexam cubo plumbi ſubmergit in altum
Æquor, & occultis thalamos rimatur in vndis.
Atque agitat circum ſaxoſa cubilia fraudem.
Erumpit merulus thalamis, & Carida viuum
Ritualem punire ratus ſubit impia fata
Nam prado fixum mento mucrone coruſco
Traxit nitentem contra labiq; volentem.

Lupus piſcis ineſcarur per Squillam, vt idem tradidit.

CAPVT X.

DE SQVILLA LATA, SIVE vrſa.

ÆQVIVOCA.

ΑΡΚΤΟΣ Vrſus, aut Vrſa anima quadrupes ferum, hybernorum menſium ſomno pinguescens: cuius naturam latiſſime proſecutus eſt *a* Plinius. Eſt præterea ſic dictum ſignum cæleſte, quod Latini ſeptentrionem dicimus à ſimilitudine ſeptem boum iugum ſubeuntium: Græcorum nonnulli ἅμαξαν id eſt plauſtrum, quod plauſtrorum ſimilitudinem referat. Euſtathius dicit hanc Vrſam fuiſſe filiam Lycaonis, nomine Caliſto: eamque ob amoris cum Ioue commercia à Iunone in Vrſam conuerſam, atque à Diana iaculo confectam, à Ioue eius miſerto in aſtra relatam. Aliter fabulam hanc narrant Theon Arati interpres, & Heſiodi ſcoliaſtes, quos lector per otium conſulat. Duæ autem ſunt Vrſæ; maior helice, minor cynoſura appellatur. Accipitur etiam Ἄρκτος pro parte orbis ſeptentrionali apud Herodotum.

Vrſus quadrupes.
a *li. 8. cap. 36.*
Vrſus ſignum cæleſte.

SYNONYMA.

CRuſtaceum quod hic depictum exhibebimus Squillam latam appellauit Rondeletius, quod potius Squillis quam Locuſtis videatur annumerandum. Carent enim, inquit, primi eius pedes forcipibus, quos chelas vocant, quibus munitæ ſunt

Nominis ratio.

ſunt Locuſtæ: alioqui corporis forma Locuſtæ admodum ſimilis. Latæ autem cognomen addidit, vt ab alijs diſtinguatur: nec id ſine exemplo. Quippe Archeſtratus, vt author eſt *a* Athenæus, πλατείας καρίδας appellauit, quamquam Locuſtas, Aſtacos, Caridas confudiſſe videatur: quæ tamen ſecernenda eſſe, & ſpecie differre ſcripſit Athenæus, ſed Ariſtophanes in Theſmiophoria Zuſis, non Archeſtratus vt Rondeletius hic ſcribit, πλατείων καρίδων meminit: quo nomine de Aſtacis eum ſentire *b* Athenæus conijcit. Sed eſtne hæc Vrſa Ariſtotelis? Rondeletius id pertinaciter negat: quod Ariſtoteles Vrſam videatur cum Cancris numerare, Bellonio contradicens, qui Vrſæ nomen Squillæ latæ impoſuit, propterea quod terreſtris Vrſi in morem, qui craſſo & recurto eſſet corpore, eiuſque colorem referret. Profecto huius Bellonij opinionem defendit *c* Iulius Cæſar Scaliger, & Vrſum Rondeletij Cancrum Heracleoticum eſſe aſſerit: Squillarum, inquit, ſpecies vna vulgari Gammaro (fluuiatili nimirum ſiue Gammaro, ſiue Aſtaco) ſimilis ab eo ijs diſcreta notis, quas ſupra ponebamus (cita-
,, uimus eas præcedenti capite, vbi de Squillarum generibus dice-
,, batur) ſed maxima: Aſtacum enim æquat magnitudine: alicubi
,, etiam ſuperat quemadmodum ſcribit Athenæus. Vrſa hæc eſt
,, Ariſtotelis Vbi enim porrecta iacet, Vrſi corium extenſum re-
,, præſentat. Et paulo poſt: Quoniam vero doctiſſimus amicus
,, noſter aduerſus alium quendam ſcribens (intelligit Rondele-
,, tium, qui ſcripſit hac de re contra Bellonium) à nobis videtur
,, diſſentire, conſilij noſtri ratio reddenda eſt Negat Ariſtotelis
,, Vrſam eſſe Squillam maiorem: quia ſeorſum ab Aſtacis, & Lo-
,, cuſtis, & Squillis poſuerit. Sane, ſed Locuſtaceis annumerauit,
,, cum ei & Locuſtis pariendi tempus idem aſſignabat. A Squillis
,, ſeparauit, quia ſub Squillæ nomine haud norat. Ariſtoteles enim
,, ſi eam pro Vrſa non accepiſſet, omnino ei ignota fuiſſe videre-
,, tur. Quandoquidem eam inter Squillas nuſquam commemo
,, rat. Et celebris tamen tota Græcia fuit: ad Smyrnam laudatiſſi-
,, ma. Neapolitani, & Meſſanenſes in Sicilia vulgo Vrſum mari-
,, num vocant Meſſacaram, vel Maſſacaram: quæ à Græco nomine
,, deflexa videntur, ἢ μείζων (ἢ μείζων, ἢ μέσων) καρὶς, hoc eſt maior
,, Squilla, vt placet Zographo. A Liguribus Orchetta vocatur
,, teſte Rondeletio, quod nomen forte corruptum eſt à vulgo pro
,, Vrſetta. Minorem enim huius generis ſpeciem, alioqui pe o
,, mnia huic ſimilem, Ligures Bellonio teſte Vrſettam appellant.
,, Romæ etiam vtramque ſpeciem Mazzacaram vno nomine vo-
,, cari audio. Gallis qui Mediterraneum mare accolunt, nullum
,, adhuc nomen. Nulla enim ibi eiuſmodi Squilla Germanica no-
,, mina fingit Zographus ab Vrſo quadrupede **ein Beer/ ein**
,, **Meerbeer/ ein Beerenkrebs.** His maioris & minoris diſcrimen
,, addi licebit.

a *Lib.* 3.

b *Lib.* 3.

De Vrſo variæ opiniones.

c *Exer.* 245. Cancer Heracleoticus.

Meſſacara.

Vrſetta.

GENVS. DIFFERENTIA. deſcriptio.

,, Bellonius *a* Vrſæ duo conſtituit genera, maiorem & mino-
,, rem, quam Rondeletium Squillam cælatam opinamur no-
,, minaſſe, & de qua ſequanti capite. Maior igitur ſiue Squilla lata
,, Locuſtarum modo, vt ſcribit Bellonius, forcipibus caret, ea-
,, demque eſt cum Locuſtis magnitudine: terreſtris Vrſi in mo-
,, rem craſſo & recurto corpore, eiuſque colorem habet, vnde illi
,, nomen Proinde tabellis firmis, fortibuſque loricata eſt, vt Lo-
,, cuſta terreſtris, cubitaliſque nonnunquam eſt: antennas ad pre-
,, tentandum iter non habet longas, ſed coloris cærulei, bifidas, at-
,, que vtriuque in lateribus ante oculos duas, coruum, ſeu cirro-
,, rum munere fungentes. Tota eius anterior pars vnico conſtat
,, thorace, vulgus plaſtronum vocat. Quinos vtrinque pedes ge-
,, rit, vnguibus robuſtis, ac nigris munitos: falcatas tibias, articu-
,, lationibus quinis interſeptas. Os præterea ſubtus habet, vt cæ-
,, terum Locuſtarium & Cancrarium genus. Alibi quoque in ob-
,, ſeruationibus ſuis; Similes fere, inquit, de Vrſis loquens, ſunt
Aſtaco; ſed chelas non habent, vt neque Locuſta: nec aculeis exa-
ſperantur, vt neque Aſtacus. Locuſta enim toto dorſo ſuperiore
aculeata eſt, &c. Rondeletius eam ſic deſcripſit, & diligentius.
Squilla igitur lata, inquit, Locuſtarum eſt magnitudine, ſed latior
multo & magis depreſſo corpore & hirto, in fronte oſſa duo, vtrin-
que vnicum, in ambitu ſerratum, iu quibuſdam acutius, in alijs la-
tius: his pinnæ duæ alligantur, inter hæc duo enaſcuntur cornua,
initio articulata, circa medium bifida, vt ex duobus quatuor fiant,
non valde longa. Os & oris appendices ita habent, vt in Locuſta.
Brachia duo habet cum aculeis, veluti clauis eminentibus, pedi-
bus maiora, non bifida, quæ in os flectuntur, quib. cibum ori tan-
,, quam manibus admoueant. Hæc qui biſulca non eſſe videbant,
,, pedibus aunumerabant, vt quinque pedes eſſe dicerent. Sed hoc
,, Squillis proprium eſt, chelis carere, harum autem vice brachia
,, maiora pedibus habere. Pedes vtrinque quaterni ſunt, vt in Lo-
,, cuſtarum & Cancrorum generibus. Oculi parum prominent,
,, ob id conditi videntur: frons quadrata & latior quam in vllo
,, Cruſtatorum genere. Tumores multi per dorſum ſparſi ſunt, ex
,, quibus extant tubercula, quorum ſumma pars adeo rubet, vt
,, carbunculos in annulorum pala incluſas eſſe dicas. Cauda ta-
,, bellis quinque conſtat, & in pinnas totidem deſinit: in caudæ
,, ſupina parte appendices ſunt ad oua reponenda, quemad-
,, admodum in Locuſta. Interna quoque
,, omnia ſimilia habet.

a *De aquatil.* 2. *c.* 33. Maioris deſcriptio.

LOCVS.

RAra eſt apud nos, inquit Rondeletius, Maſſiliæ aliquando capitur, Satis frequens Romæ & Neapoli & in mari Siculo, in Africa autem frequentiſſima. Hanc ſi ibi repetijſſet Apitius, non tam cito ad ſuos redijſſet. Scribit Athenæus Squillas circa Minturnas Campaniæ oppidum maiores eſſe Smyrnæis: quæ de Vrſa intellexiſſe viſus eſt *a* Cæſar Scaliger: ait enim: Et celebris tamen tota Græcia fuit; ad Smyrnam vero etiam laudatiſſima. In cænoſis locis viuit, argumento eſt quod ſordida & luto obſita è mari extrahatur.

a *Exer.* 245.

COITVS. PARTVS.

EOdem modo coit, quo Locuſta, eodemque tempore, ſcilicet æſtate Idcirco dixit *a* Ariſtoteles: Iis etiam quas nomine Vrſæ Arctos appellant, idem pariendi tempus natura ſtatuit, quod Locuſtis: quocirca per hyemem & vere prius, quam oua excludant, cibo laudantur: cum excluſerunt, deterrimæ fiunt.

a *Hiſt.* 5. *c.* 16.

VSVS IN CIBIS.

VNde patet in cibum quoque fuiſſe ab antiquis receptam Vrſam. Nec ſine ratione Eſt enim carne molli, vt Aſtacus. Proinde eodem modo coquere eam ſolent.

CAPVT XI.

DE VRSA MINORE.

QVAM Bellonius Vrſam minorem appellat, Rondeletius, ni fallor, Squillam cælatam dixit. *a* Scaliger Ariſtotelis Crangen racit A maiore, inquit, non niſi magnitudine differt, & lineamentis quibuſdam, quibus teſſellatæ lamellæ pictæ ſunt. Hæc eſt κράγγη Ariſtotelis, ait enim, Crangen & Gibbam, æque vtranque habere in cauda pinnas: hoc eas differre, quia in Crange media pinna lata ſit, in Gibba vero acuta, hæc ille. Sed alia eſt Rondeletij Crange, qui hanc ſuam Squillam cælatam, Cicadam Aeliani eſſe arbitratur, potius quam illam Squillæ ſpeciem, quam ipſe Mantin nominat, Cicadam ab alijs exiſtimatam. Scaliger Cicadam Aeliani eam eſſe putat, quæ etiam vulgo à piſcatoribus Vaſconum ſic appellatur: Bellonius vero Rondeletij Mantin, Maſſiliæ, & Genuæ Cicadam marinam vocari ait: cuius ſententiæ Zographus vel ideo magis fauet, vt antiquo nomine non careat, & fingendum ſit nouum, quod fecit Rondeletius. Aelianus certe cum Romæ vixerit, inquit Zographus, & harum quidem rerum ſtudioſus, non potuit ignorare Cammaros Romæ vulgo dictos è genere Squillarum, vt *b* Athenæus ſcribit: quod ſi eoſdem Cicadas marinas putaſſet, non tacuiſſet, opinor, præſertim cum alius nemo hoc nomine ſit vſus. Hæc Zographius, contra Rondeletium, qui hanc Squillæ ſpeciem eſſe putat antiquorum Gammarum, ſiue Cammarum nominatum authoribus Athenæo, Plinio, Columellæ, qui Cammarum inter parui incrementi piſces recenſuit. Sane argumentum nullum habet efficax. A colore enim id rantum ſumit, quem ait magis rubeum in hoc, quam in vllo alio Cruſtato, ſiue crudus ſit, ſiue coctus, eumque colorem multi maxime referre, quod ſcilicet de eo dicit Martialis.

Immodici tibi flaua tegunt chryſendeta mulli,
Concolor in noſtra Cammere lance rubes.

Nos quid ſit Cammarus veterum, in Aſtacorum diximus hiſtorijs. Cæterum Rondeletius Cicadam marinam potiore ratione nominandam eſſe cenſet, ob maiorem cum Cicadis terreſtribus ſimilitudinem: Squillam vero, tum quod ſupra dicta ſimilis ſit, tum quod brachia priora indiuiſa habeat, qua nota Squillas à Locuſtis & Cancris ſecerni dixit: Cælatam vero, vt ab alijs internoſcatur. Nam quinque tabellis conſtat, & dorſo egregio naturæ artificio varie cælatis & ſculptis, vt in pictura expreſſit. Squilla hæc tota rubet, vt idem ſcribit, oſſa vtrinque habet in fronte, in ambitu ſerrata, acuta, veluti Squilla lata: quibus annexæ ſunt pinnæ, veluti alæ. Cornua duo habet, brachia duo indiuiſa, quibus ori cibos admouet: pedes quaternos, circa os appendices, internas partes, caudę pinnas eaſdem quas Locuſta: magnitudine vero differt: nam dodrantalem magnitudinem vix ſuperat. Carnis ſubſtantia Aſtaco quoque ſimilis eſt. Minor autem Arctos, inquit Bellonius, per omnia maiori reſpondet. Ligures Vrſettam appellant, craſſiore eſt quam Sparnochius (Squilla Crange) corpore, & forcipibus, vt Vrſa, caret. Prætenturis quoque binis prædita eſt, & roſtratum caput gerit. Cætetum eſt corpore robuſto, & recurto: omnes denique notas cum maiore communes oſtendit. Sed Bellonius huius iconem non appoſuit: Rondeletius expreſſit. Sed quia Squillam cælatam Aeliani ille Cicadam marinam putat, ideo *c* Aeliani verba quæ ſuper ea memoriæ prodidit, placet adſcribere: Eſt etiam Cicadarum genus marinum (τέττιξ σκάλιος) quarum maxima parui Carabi ſimilitudinem ſpeciemque gerit. Verum tamen cornua, non ſimiliter atque ille magna, nec aculeos habet: aſpectu etiam nigrior eſt: & cum captus eſt, ſtridorem quendam edere videtur. Pinnæ ipſius exiguæ ſub oculis enaſcuntur, terrenarum alis ſimiles. Hominum plerique idcirco ab ea ſe abſti-
nent,

a *Exer.* 245. Crange Scaligeri.

Cicada marina.

b *Lib.* 7.

Cammarus Rondeletij.

Deſcriptio

c *L.* 13. *c.* 29. *de anim.*

nent, ſed mari reddunt, atque etiam mortuam flentes & ſordidati humatione afficiunt, quod eam dicant Perſeo Iouis filio conſecratam eſſe. A

CAPVT XII.

DE CARANGONE.

SYNONYMA.

a Hiſtor. 4. cap. 2.

VBi Apud a Ariſtotelem Squillæ quædam vocantur κραγγόνες, aut κράγγαι, quod nomen magis placet Zoographo: Gaza Crangines, vt delphines vertit. Apud Heſychium, & Varrinum Κραγὼν eſt ἔνυδρον ζῶον, καὶ εἶδος κεφαλόδους, ſed melius ſcribitur duplici y, vt apud Ariſtotelem. Cæſar Scaliger Squillam cælatam Rondeletii ſiue Vrſam minorem, facit Crangen, vt diximus ſuperius. Alia quidem eſt Rondeletij Crange, cuius iconem apponemus. Hæc Cammerugia & Sparnochia vulgo ab Italis vocatur, à Romanis dempto primo elemento Parnochia, à noſtris inquit Rondeletius Caramote (vt parua Squilla Caramot) ab alijs Longouſtin, à Burgedengalenſibus ſeruata vetere appellatione Squilles.

DESCRIPTIO.

RRondeletius hanc ſic deſcripſit: Eſt, inquit, hæc Squilla palmi maioris longitudine. Cruſta tenui contegitur, læui, candida, nonuunquam ex albo parum rubeſcente; cocta vero tota rubeſcente, inſtar cornu pellucida Habet è dorſo enatum cornu in fronte, ſerratum, ſurſum recuruum, illius denticulatæ aſperitates in ſuperiore & inferiore ſunt parte, non in lateribus veluti in Aſtacis & Squillis latis. Oculi cornei ſunt, ſatis prominentes, in quibus ſubiecta pars caua eſt cochlearis modo Cornua quatuor habet, duo breuia longa, tenuia flexibiliaque, his alia duo breuiora in ſummo diuiſa E lateribus veluti alæ exoriuntur paruæ, albæ, radio ſiue aculeo innixæ. Os & oris appendices, cuiuſmodi ſunt in Locuſta & Aſtaco. Pedes quinos habet, præter hos brachia duo: qui in calcar terminantur, pedes terni: qui hæc ſequuntur, parum diuiſi, bini & vltimi indiuiſi. Poſterior pars pro reliqui corporis craſſitudine & magnitudine longa, ſeptem tabellis conſtans, in pinnas quatuor deſinit: è quarum medio extat aculeus latior quam in Squilla gibba. Supinæ caudæ appendicibus, coeundi pariendique modo, partibus internis à ſuperiotibus non differt. Comprobat deinde Rondeletius ſe veram Squillam Crangonem exhibere his verbis: Squillam Crangona nos recte repræſentaſſe demonſtrare oportet. Ac primum cum Cruſtatorum animantium quatuor ſint genera (vt prius ex Ariſtotele oſtendimus) nulli potius quam Squillarum generi ſubijci hinc perſpicuum eſt. Ea enim quam exhibemus, læuis eſt, Locuſtæ toto dorſo aſpera: chelas ante pedes non habet vt Aſtaci, cauda eſt protenſa, non rotundo corpore, & ſine chelis: non eſt igitur è Cancrorum genere: quare Squillam eſſe neceſſe eſt: non latam quidem, neque cælatam, vt corporis ſpecies & læuitas ſine vlla læuatura oſtendunt: neque paruam quæ maior nunquam fiat: nam ea longa minor eſt quam paulo poſt exhibebimus: neque Gibbam quia gibbo caret. His omnibus accedit nota certiſſima ab Ariſtotele tradita, qua Squilla Crango à ſimilibus internoſcatur: καὶ ἡ καρὶς ἡ κυφὴ τῷ οὐρᾷ καὶ πτερύγια τέσσαρα, ἔχει δὲ καὶ ἡ κράγγη πτερύγια ἐφ' ἑκάτερα τῆς οὐρᾶς: τὸ δὲ μέσον αὐτῶν ἀκανθῶδες ἀμφότερας, πλῷ αὐτοῖς μὴ πλατύ, ἡ δὲ κυφὴ ὀξύ. Squilla gibba caudam habet, & pinnas quatuor: totidem (totidem non eſt in Græco) & Crangon in vtraque caudæ parte quarum medium in vtriſque ſpinoſum eſt ſiue aculeatum, ſed in Crangone latum, in Gibba acutum. Hæc nota in vtraque Squilla & Crangone, de qua nunc agimus, & in Gibba, de qua mox, euidentiſſima eſt: & veriſſimam eſſe comperiet, qui pictas à nobis Squillas cum viuis contulerit. Hæc ſunt quæ fidem faciunt Squillam Crangonem recte nos ab alijs diſtinxiſſe. Eandem ante Rondeletium nouerat Bellonius & ſic deſcribit: Inſignibus notis à Gibba differt. Nam vbi in Gibbis multiplices citri ſpectantur (anteriori præcipue parte) pedeſque omnes in extremo biſulci, Sparnochiæ duo, oblongi tantum cirri prominent, & vngues acuminatos more Locuſtæ habet, & eodem modo quaternas in extrema parte caudæ: quatum ea quæ in medio ſita eſt, ſi pinua eſſet, facetet vt quinque pinnæ, vt in Aſtacis, & Carabis, numerarentur: ſed ſpinea dutitie prædita cernitur, ac crenis horridula eſt. Anteriori autem frontis parte quatuor cornua æquali fere longitudine videas In quibuſdam locis adeo magnæ naſcuntur Squillæ, vt prope ſpithamen, hoc eſt palmum excedant: quæ quidem ſunt alijs efficaciores Hactenus Bellonius. Quam autem Zoographus vidit & delineatam exhibuit, eius color partim rubet, partim dilutior albicat, ad latera flaueſcit: extremitas quatuor latiorum caudæ pinnarum cærulea eſt: pars inter eas media acuta rubet. Media inter hoc genus & Cancellos, ſiue Bernardos Eremitas eſſe videtur, ſequenti pagina depictum cruſtaceum, coloris totum fere cinerei pallidi, niſi quod alicubi vt in caudadorſoque & chelis nonnihil cærulei habeat.

Color. Cornu in fronte. Oculi. Cornua Os. Pedes. Cauda. Descriptio ex Bellonio. Crangonis deſcriptio ex Theographo.

B

VSVS IN CIBIS.

CRuſtatorum omnium ſapidiſſimi ſunt. vnde in menſis nobilium, Romæ præſertim, primo ponuntur loco Carne enim ſunt tenera, dulci, bonique alimenti ac multi: Vnde hecticis & atrophia laborantibus vtiliſſimus cibus Coquunt hanc in Italia variis modis frequentiſſime in aqua dulci, ſed meliores ſunt in marina ſi coquantur, & cum ſale ac pipere comedantur. Optimæ ſunt earum caudæ cruſta ſpoliatæ, ac coctæ cum pipere, ſale, & aceto. Fieri quoque poſſunt ex eiſdem varia iuſcula iucundi ſaporis Optimæque ſunt à menſibus Februario, Martio, Aprili, Maio, ſed Romæ omni tempore venales habentur. Vt coquatur.

CAPVT XIII.

DE SQVILLA GIBBA.

SYNONYMA.

QVam Ariſtoteles κυφὴν καρίδα vocat, Gaza recte Squillam gibbam interpretatus eſt. Cognomen κυφὴ ſeu Gibba additur propter gibbum quem habere videntur, dum ſe curuant. Id circo καμπύλας appellaſſe eas viſus eſt Araros in Campalione, & Ophilio in Callæchro κυρτάς:

Κυρταὶ δ' ὁμοῦ καρῖδες ἐν ξηρῷ πεδῷ:
Ac Gibba Squilla in arido ſolo.

Idem in Iaelmo:

Ὠρχοῦντο δ' ὡς καρῖδες αὐθράκων ἔπι
Πεδῷ κυρταί.

Id eſt,

Saltabant vt Squillæ ſuper prunis
Gibba ſaliunt.

C

Græci recentiores antiquum nomen hodie non ſeruant, Caridas, & Caranidia vocantes vt ſcribit Bellonius, quamquam Aſtacum fluuiatilem idem à vulgo Græcorum Caranis & Caranidia dici tradat. Squilla hæc gibba Romæ nunc dicitur Gambarella, vt ſcribit Bellonius à tibijs quæ gambæ dicuntur. multis enim cruribus prædita eſt; Zoographus potius à Gammaro diminutiuum nomen eſſe putat. Idem Bellon. (niſi ſit error librariorum) Patiſiis hãc Squillam Gueruette vocari ait: Suſpicatur Zoographus Guernette legendum: quoniam Germani inferiores aliqui (ſiue hanc ſolum, ſiue aliam quampiam) Gernat appellant. Galli quidem quintam vocalem poſt g ſcribere ſolent, e, vel i, ſequente, cum hanc conſonantem ita proferunt, vt ante reliquas tres vocales proferri ſolet. Sed Rondeletius à Pariſienſibus vocari ſcribit Cheurettes: à ſuis Caramot, ad diſcrimen Crangonis, quam Caramote appellant. A Santonibus de la ſante, quod ægris vt plurimum ſoleant apponere; à Rotomagenſibus Salecoques, vel Salcoques, vt ait Bellonius; quarum quæ adhuc vaginis incluſæ ſunt, Bouquetæ: ijs autem exutæ, des Creuettes appellantur. Armorici des Sautrelles: ſaliunt enim Locuſtarum more. Maſſilienſes vulgo vetuſtatis veſtigia retinentes, Carambotos vocant deducto à Caride nomine Qui Galli Oceani littus incolunt, etiam à ſaltatione nominant Cheurettes, quaſi capreolas dicant. Galli in Neuſtria Bouquet, quod hirculum interpretatur Zoographus Luſitani Caraman de Lisboa, Venetii vulgo Squillas. Germanica nomina hæc finxit Zoographus: Ein Seegitzle, ein Meer Geiſſ: ein Beekle, ad imitationem nominis Gallici Cheurette, id eſt hœdi, quo vtuntur Rupellæ, vel à gibbo vocat ein Hegerling, ein Hogergernir. Gambarella. D

GENVS. DIFFERENTIA.

deſcriptio.

SCaliger a ttes facit Squillatum minorum ſpecies, omnes gibbas: maximam quæ Crangon forte eſt Rondeletij: minimam, quam Vaſcones Ciuadam vocaut, Adriatici maris accolæ Squillam: mediæ magnitudinis Gambatellum vocatam ab Iſtris: quanquam Itali quidam minimam ita vocent. Sed videntut veteres Gibbæ nomine vnicam tantummodo ſpeciem κατ' ἐξοχὴν intellexiſſe: cui nimirum Scaliger mediam magnitudinem aſſignat. Squillarum generi, inquit Ariſtoteles, quas gibbas vocamus, quini vtrinque (pedes) ſitu quo cæteris: quorum proximi capiti acutiores, & quini vtrinque; alij ventri iuncti, quorum extrema latiuſcula ſunt, Tabellæ ijs nullæ parte ſupina: prona ſimilis Locuſtarum eſt. Sed vetus Ariſtotelis interpres, Squillæ gibbæ, inquit, duodecim pedes habent, vtrinque ſex. b Ibidem Squillis gibbis caudam eſſe tradit, & pinnas quaternas. Nec plura de hac Squilla, in ijs, qui nunc extant libiis Ariſtotelis inuenio, de corporis ac partium ſingulatum forma. c Bellonius ſenos, inquit, ante frontem gerit valde tenues cirros, quibus Dioſcorides aconiti radices in tenues fibras abeuntes comparauit: Caudam contractam, in cuius extremo pinnæ ſunt (vt in cæteris Locuſtis) quinæ: quarum quæ medio loco poſita eſt ſerratam, ſpinoſam, duram, atq; in acutum faſtigiatam formam habet, quam.

E

a Exercit. 245.

b Hiſtor. 4. cap. 2.

c L. 2. de aquati. 5.

quamobrem quatetnas tantum illi connumerauisse pinnas (vt in Crangone dicetur) satis fuerit His addatur Rondeletij descriptio quæ talis est: Gibbæ Squillæ Crangonibus tenuiores sunt, maxime in cauda extrema, in fronte cornu gestant, veluti Crangones, magnum pro corporis ratione. Oculos, alas, pedes, cornua, os, oris appendices, interna omnia similia Crangonibus habent, caudæ initium in tumorem erigitur, vnde illi nomen: ab hoc tumore cauda tenuior & gracilior esse incepit, in pinnas quatuor desinit: harum medium acutius est, quam in Crangonibus, vt dictum est: qua nota & gibbo à Crangonibus Squillæ distinguuntur Cardanus addit forcipes pedibus duobus prioribus, ijsque manuum vice vti, forte cum Bellonio deceptus, qui non audiendos putat, qui Squillarum pedes forcipibus catere arbitrantur. Sed satis superius demonstratum, Squillis proprium esse, catere chelis. Sane in Rondeletij icone nulla forcipum aut chelarum vestigia apparent, vti neque in nostra, quæ melius legitimam Squillam gibbam repræsentat (quamuis in colli inferiori parte plurimas habeat appendices, quæ nullæ sunt in Rondeletij icone) & eadem sit magnitudine, qua depicta cernitur. A nostris diuersam aliam iconem exhibet Zoographus, nimirum hanc, quam putat esse Gibbam Rondeletij. Picturam minorem esse voluisset, & caudam minus directam, vt cognomini responderet. Sed admodum differt hæc pictura à Rondeletij. Ostendit enim sex seu mauis quatuor antennas longas, duas exteriores simplices, alias vero duas statim à principio bifidas, vt quatuor esse videantur: deinde quatuor pedes priores forcipatos; duos maiores quinq; constantes internodijs, si forcipes annumeres, duos minores quatuor internodia habentes.

Descriptio ex Rondeletio.

Squillę gibbæ Zoographi forma.

LOCVS. PARTVS.

IN Santonum litore maxima earum copia est, & alibi quoque in litoribus Germaniæ & Belgij. Oua pariunt & generant more Locustarum, quia sunt illius interanea persimilia. Vterum autem gerunt menses circiter quatuor a teste Aristotele. Græce legitur: Τῶν δὲ φύκων ἡ κύησις ἐστι τοῦ τέτταρας μῆνας. Quocirca recte Gaza legit τῶν κύφων, non φύκων.

a Histor. 5. cap. 17.

NATVRA, MORES.

QVod antea de Squillis in genere dicebamus ex Aeliano & Phile, nimirum Lupum piscem ab eis vinci & intetimi, vbi eas deuorarit, id Rondeletius & Bellonius in capite de Squilla Gibba retulerunt, nam cornu frontis elatum in palatum Lupi infigunt. Sane Crangones idem facere possunt, quarum cornua dura admodum, quamuis pauciora, minimæ vero non possunt, cum cornu eiusmodi careant. Oppianus tamen de Squillis paruis, per quas Gibbas intelligunt, hæc canit Lippio interprete.

Vt lupum piscem occidant.

Sunt Squillæ exiguæ, sunt paruo in corpore vires:
At magnum & saturo præclarum labrata ventre
Interimunt astu: properat gestitq; teneri
Labrax pisciculos qui paruo robore possunt
Non dare terga fugæ: non æquo occurrere Marte.
Occisa occidunt hostem, perimuntq; necantem,
Cum Squillæ rictu piscis sorbentur aperto,
Turmatim in medium descendit turma palatum,
Et feriunt cornu quod fronte insurgit acuto.

Saltant vbi tanguntur, ac tangentem sæpe expauescunt; corpusq; in aqua gibbosum arcuato moto promouent erucarum modo, quod Anaxandrides in Pindaro annotauit his versibus.

Οὐκ ἐπικεκρυφὼς ὀρθὸς ὦ βέλπις' ἔσῃ.
Αὕτη δὲ καμπύλει τὸ σῶμα καμπύλη
Ἄγκυρά τ' ἐστὶν ἄγκυρα τοῦ σώματος.
Si te curues, haud recte futurus es vir optime:
Squillarum more, arcuatum corpus hæc flectit
Obiectaq; ante corpus anchora prorsus est.

VSVS IN CIBIS.

SVnt hæ admodum laudatæ apud priscos & recentiores tanquam optimi nutrimenti & saporis dulcis: quod etiam Matron Parodus apud Athenæum in Atticæ cœnæ descriptione cecinit:

Καρίδες θ' αἱ Ζηνὸς Ολυμπίου εἰσὶν ἀοιδοί
Αἱ δὴ ἰδεῖν κυφαὶ μὲν ἔσαν, χρῆσιν δὲ πάσιν ἄριστοι
Squillæ Iouis Olympij cantores
Aspectu quidem Gibbæ, sed in cibo suauissimæ.

Idcirco vendebantur olim in sportulis, ex iunci vimine contextis, vt apparet in hisce Arari in Campilione versibus:

Vt venderentur.

——————— *Αἴτε καμπύλειν*
Καρῖδες ἐξήλοντο δελφίνων δίκλω
Εἰς κοινὸν πλεκτὸν ἄγγος. Vertit Dalechampius:
——————— *Et curua*
Caridis exiliere delphinum modo
In vasa texta iuncis

Hecticis cōferunt.

Friguntur cum oleo in sartagine: aut elixantur in aqua & cum aceto comeduntur. Hecticis quoque in cibo mirum in modum conferunt, & longe delicatiores sunt, quam Locustæ aut Astaci.

CAPVT XIV.

DE SQVILLA PARVA.

SYNONYMA.

PROPRIO nomine caret ea Squilla, quam Aristoteles periphrastice Squillaium τὸ μικρὸν χῦφος appellat; rationem addens: οὔτοτε γὰρ οὐ γίνονται μείζους; hoc est: nunquam enim maiores euadere possunt Sed hic lectores aduertit recte Rondeletius; τὸ καρίδιον μικρὸν χῦφος id est Squillam paruam, & τὸ καρίδιον a non idem esse quod σκύλλαρον, quod tamen etiam Squillam paruam Gaza apud b Aristotelem conuertit. Nam σκύλλαρον, inquit Rondeletius, non est ex Squillarum genere: chelas enim habet Astaci modo. Κουρίδες, καρίδες. ἢ τὰς μικρὰς ἐγχλώρους: τὰς δὲ ἐρυθρὰς καμμάρους, exponunt Hesychius & Varrinus. Videntur autem Zoographo dicere, Squillas paruas alio nomine ἐγχλώρους dici, à colore fortassis: quem eis viuis obscutum Rondeletius tribuit, Bellonius subfuluum: coctis rubescentem vterque. χλωρὸς quidem modo viridem, modo luteum colorem Græcis significat Eædem χλωροκηρίδες fuerint: sic enim apud eundem Hesychium legitur, pro genere Squillarum Mauult Zoographus χλωροκαρίδες, ἤγουν οὐ χλωραὶ καρίδες. Et μελικαρίδες nominatæ in conuiuio, quod Philoxenus Cythetius describit apud Athenæum his verbis: ξανθὰ μελικαρίδες αἱ κῦφαι: nam & color ξανθὸς, idem qui χλωρὸς interdum est, & pro κῦφαι forte κυφαὶ, id est Gibbæ legendum, quanquam propter agilitatem κῦφαι etiam, id est, læues cognominari possunt: à melleautem denominatæ videntur propter suauitatem in cibo: quamuis Rondeletius Squillas minimas omnium dulcissimas facit. Sed Scaliger coctam rubescere negat, dum sic scribit: Minima etiam è Garumna excipitur canistris: Ciuadam Vascones ob exiguitatem vocant, id est auenam. Pugillatim enim deuorant, sicut auenam Veterinæ. Hæc etiam in mari agitat, nec rubescit cocta. Ab Adriaticis generis nomine dicitur.

a Histor 5. c. 15.
b Histor. 4. cap. 4.

χλωρός. color quis.

Sed fallitur Scaliger, quippe Veneti Squillam vulgo vocant Gibbam: hæc cocta rubescit. Bellonius tum Gibbam, tum paruam Gambarellam vocari scribit, Mathiolus Senensis Gambatello & Gambarusolo vulgo dici ab Italis. Scaliger eam Squillam, quæ media est inter minores, magnitudine, Gambarellum ab Istris vocari tradit. Lusitani Squillam paruam vocant Caraman de Villa Franca. Germanice appellatur ein Zuuergkrebsslein, id est, an Squillana: vel ein Kleiner Gernier.

GENVS. DIFFERENTIA.

descriptio.

DVo inuenio apud Italos nostros Squillarum paruarum genera. Vnum maius, alterum minimum, illud durioie est crusta quam Squilla Gibba, magisque relucet, viuumque non aliter quam prædicta in aere saltat, nocteque lucet, vt candela accensa, Cambaretto vocatur Romæ Alterum vero adeo exiguum est, vt mille vix libram æquent pondere, Romani Gambaruccio vocant. Venetijs quoque frequens: Coci quidam vocant Biaua, id est, auenam, vt Vascones Ciuade Quocirca facillime mihi persuaserim, esse hanc Squillam, quam vocat Scaliger minimam, & quæ canistris excipitur è Garumna, viuit enim non solum in aquis marinis, sed etiam dulcibus, & propterea Squilla fluuiatilis à Bellonio dicta est, quam sic describit. Squillis marinis multo minor est: tibiolas vtrinque quaternas, tenues, oblongas habet, in extremo forcipatas: cirros anteriori parte quaternos oblongos, tenui filo graciliores, quibus iter quoquouersum prætendat, Latini prætenturas & antennas vocant. Pedes cum vtrinque quaternos habeat, duos tamen priores parte anteriore exporrigit: quibus non ad gressum quidem, sed magis ad corripiendum cibum vtitur Nam tribus posteioribus tantum incedit. Pinnulis autem plurib. sub cauda positis in natatu vtitur: quarum quinque in eius extremo transuersæ, earum corpus dirigunt. Harum autem media dura est, & gibbæ in modum ad oras crenata, vt reuera pinna dici non possit. Hæc Bellonius. Ciuadam Rondeletij, Gambarettum puto, prædicta Squilla minorem: sic enim ait: Digiti minimi est magnitudine: capite pro corpusculi magnitudine crasso & lato sine cornu, quo à Gibba differt: alioqui cauda tenui, paruo gibbo, oris appendicibus, caudæ pinnis, internis partibus Gibbæ persimilis, punctis aliquot variatur, colore est, dum viuit, obscuro, cocta tota rubescit. Eas quas describit Bellonius, aiunt moris esse vt viuæ asseruentur, tuncque subfuluas spectari: sed coctas ruffescere. Squillam paruam Venetijs depictam & ad se missam talem exhibet Zoographus.

Squillæ fluuiatilis Bellonij descriptio.

Ciuadæ Rondeletij descriptio.

LOCVS.

BEllonius longissime à mari eas ait prouenire: vnde sumitur argumentum in mari non nasci, eum tamen Scaliger Ciuadā dictam à Vasconibus de Garumnā canistris excipi, & in mari agere scri-

Vbi capiatur.

ſcribat. Et Rondeletius Ciuadam hyeme in ſtagnis marinis capi tradit, & in magnorum fluuiorum oſtijs; è mari etiam extrahi ſæpe vidit, ne quis ob carnis ſuccum dulciſſimum, in dulci aqua gigni tantum exiſtimet. Tarentinus Squillas fluuiatiles nominat; vt Nebricenſis canit.

Caruleus nos lyrus amat, quem ſylua Marice
Protegit: hinc Squillæ maxima turba ſumus.

Author eſt Ariſtobulus apud *a* Strabonum in Indum flumen maximam multitudinem piſcium adſcendere & inter alios Squillas (κωλίδας: interpres vertit Locuſtas paruas quidem vſque ad montem adſcendere; magnas vero vſque ad Iudi & Arſinæ oſtia.

a Lib. 13. geogr.

VSVS IN CIBO ET MEDICINA, & alijs.

LAutiores menſas apud Romanos honorare ſolet Carne enim eſt adeo dulci, vt quibuſdam faſtidium pariat, & vix, teſte Rondeletio, vllum aliud cibi genus dulcius deguſtaueris. Cum cruſta & pedib. integra friguntur in ſartagine addito oleo aut butyro. Sunt qui priuſquam coquant, in ſartagine perforata pedes vrunt, deinde aqua & oleo elixant. In aqua hordei lotæ, & in carnis iure coctæ hecticis maxime conueniunt. Nã bene alunt, ad expurgandum pectus conferunt, multoque vtiliores ſunt fluuiatilibus Aſtacis, quibus medici plerique pro Cancris fluuiatilibus vtuntur, cum tamen duriore ſint carne & minus dulci. Si ægris parentur Squillæ, de quibus nunc loquimur, cruſtis ſuis nudandæ ſunt: ſi enim vna cum his edantur, flatus gignunt, velut aphiæ cum ſpinis comeſæ. Cum cruſtis elixæ in aqua & oleo, adiecto pipere ſopitam Venerem ſtimulant: tum quia ſemen ſatis copioſum, ob dulcem & bene nutrientem ſubſtantiam tum quia flatus gignunt. Frixæ in ſartagine, flatus deponunt, more leguminum. Idem de Gibbis & Craugonibus dictum eſto. Tarentinus eſcarum aliquot ad piſces capiendos in compoſitionibus carides fluuiatiles miſcet in Geoponicis: nempe ad anguillas mullos, maguos Scaros, & ad teuues piſciculos, qui capiuntur arundine.

CAPVT XV.

DE SQVILLA MANTI RONdeletii.

SYNONYMA.

HVius Squilæ nullus veterum, vt exiſtimat Rondeletius, meminit Et quemadmodum Latini à terreſtris Locuſtæ ſimilitudine marinam Locuſtam nominarunt; ita ille hanc μάντιν à beſtiolæ ſimilitudine, quæ eſt ex Locuſtarum genere. Eam beſtiolam noſtri, inquit Rondeletius Preguedious id eſt precantem Deum appellant, quod ſemper mauus (brachia vel pedes in iſtis animantibus magis proprie dicuntur) iunctas teneat, eorum more, qui ſupplices Deum deprecantur: Præterea corpore eſt valde tenui & macilento, vt qui aſſiduis ieiuniis ſe conficiunt & macerant Eandem beſtiolam diuinare vulgus ait: captam enim pueri noſtri interrogant, qua ſit Romam, vel Compoſtellam ad D. Iacobum proficiſceudum ea: periude ac ſi intelligeret, altero brachio extenſo iter monſtrat. Ab huius itaq; beſtiolæ ſimilitudine, Squillæ ſpeciem, mantin nominauit: nam vtraque corpore eſt longo, gracili, circa caudam latiore, brachiis duobus primis longis admodum. Squillæ ſpeciem eſſe idem probat, tum quod chelis caret: quibus à Locuſta & Aſtaco diſtinguitur; tum quod aculeos in cauda habeat, Squillarũ modo, & corporis deniq; ſpecie ſit Squillis ſimili, longa, qua à Cancris differt Bellonius hoc genus Squillæ cum aliis pleriſque doctis Cicadam marinam appellare maluit, nomine Maſſiliæ & in Italia vſitato in eodem animali. Sed Rondeletius, vt dictum eſt, ſuam Squillam cælatam, quæ Monpelii vulgo Cicada nominatur, Cicadam Ælianí facere maluit, quod maior ei ſit cum Cicada terreſtri ſimilitudo Gillius cum Cicadam Ælianí deſcripſiſſet, ſubdit: Maſſilienſes tenuis ſuæ cuiuſdam vetuſtatis retinentes etiam nunc Cicadas nominant. Romæ audiuit Zoographus appellari Cicadam marinam, quæ alibi Vallopa, quod nomen Rondeletius Crangoni ſuæ tribuit. Cicadam marinam Romæ, & Genuæ vulgo dictam, Speuſippi Nympham eſſe ſuſpicatur Bellonius, ſed nullo fretus valido argumento. Nam Aſtacum, Carabum, Cancrum, Pagurum, Nympham & Arcton ſimiles eſſe dixit. Mathiolus Squillam Mantim, Hippocampum vocat.

Nominis ratio.

Cicada marina quę Bellouio.

Hippocãpus Matthioli.

DESCRIPTIO.

TEnuis eſt inquit, *a* Bellou. hui⁹ cruſta: cruda ita albicat, vt fere tranſpareat. Vna cum piſciculis marinis ſæpe ſuo cortice contecta extrahitur, & ſimul cum carpionatis, bocis, mænis & trachuris, caniſtris inſertitur Natura incredibili fere artificio Cicadę oblongum corpus decem tabellis affabre articulatis loricauit: quarum prima quæ caudam extremam conficit, pinnas in lateribus expandit Cauda porro duabus maculis phœniceis ſubrubris inſignita eſt, quæ duorum oculorum ſpeciem præſeferunt, eſtque aculeata & crenata. Prima tabella à cauda incipiens verſus ſecundam, tertiam, quartam, quintam, & ſextam, pinnulis fimbriatis multiplicibus ſubtus munita eſt: quibus dum in mari natat, a-

a De aquat. 2. cap. 3.

A quam percutit, & corpus incitat, Tres tabellæ, quæ ſex prædictas ſubſequuntur, ternis vtrinque pedibus communitæ ſunt, ad ceruicis autem initium duo brachia maiora oriuntur, quibus cibum apprehenſum ori ſuggerit: ſed ea Cancris, alitet q̃ aut Locuſtis forcipantur. Sunt n. in longum exporrecta, atq; in extremo grandioribus crenis ſuffulta, quibus, cum cibum corripit, ex vno brachio ad aliam brachii articulationem trãsfert. Horum autem extrema velut in duriticm oſſeam abeunt. dentiſcalpiis conficiendis ob id expetita. Pars huius piſcis quæ capiti contigua eſt, in exile quiddam terminatur, & contra quam cauda ſe in latum diffundit. Extra aquam prorſus immobilis & imbecillis eſt. Aculeum vnum habet vtrinque ori præfixum, vt phalangium & Scolopendra quo mordicus cibum à pedibus ſuggeſtum continet, quem poſtea dentibus conficiat, & in ſtomachum detrudat. Dentes illi natura in oris lateribus protulit. vnico vtrinque oſſi creuato, V. literæ formam referente infixos. Cuius anterioris partis officium eſt ea in cideré, quæ mandit: poſterioris vero quæ crenas habet, conterere. Nam idem os duos habet deutium ordines Prætenturas duas in fronte breues, viſinis ſimiles oſtendit, trifariam in extremo diſſiſſas: ac rurſus duas alias in lateribus prædictis breuiores. Oculos habet virides, exertos, quos non alueo vt Cancrarium, vel Locuſtarium genus condit: ſed ante hos pinnulas exporrigit eis ſimiles, quas in cauda gerit: ex quo multi decepti caudam caput eſſe crediderunt. Strias rectas in tergore, atque in capitis tabella ductas profert. Piſce diſſecto, dentes fortibus muſculis moueri conſpicientur, cerebrumque adeo eſſe exiguum, vt vix hordei grani magnitudinem æquet, optici tamen ad oculos perduci apparent Similis fere Rondeletii deſcriptio eſt Brachia duo, inquit, longa habet, articulis intercepta, vt ad os flecti poſſint, chelatumque vſum præſtent, interiore in parte ſerrata: quorum denticuli initio minores ſunt, in ſummo ita magni; vt aculeis incuruis aptius, quam ſerræ denticulis comparari poſſint. Cornua duo longa prominent, in quorum ſummo ramuli duo exoriuntur. Sunt alia duo his minora ante oculos. Capitis figura Cancellum fere refert. Oculi perſpicui ſunt & lati, ad quorum radicem ſitæ ſunt alæ duæ longæ, in ambitu hirtæ. Vtrinque pedes ſex habet, terni primis brachiis proximi in tumorem paruum deſinunt, lenis inſtar rotundum & depreſſum, à quo tumore aculeus paruus vncus enaſcitur: reliqui terni parui ſunt, & tenues, quorum extremum in appendiculas quaſdam tenues terminatur. Quod caput ſequitur & collum vocatur, tabellis decem conſtat inæqualibus, priores breuiores ſunt, & ſtrictiores: quo propriores ſunt caudæ extremo, eo maiores & latiores fiunt, eadem aculeorum ratio, quibus ſingulæ tabellæ munitæ ſunt, in prioribus parui ſunt aculei. in maioribus tabellis maiores & euidentiores. Cauda in os latum deſinit, cuius ambitus multis riget aculeis: in oſſis huius ſuperiore parte maculæ duæ ſpectantur oculis pictis ſimiles. tres vtrinque pinnæ oſſeæ ex vltima tabella oriuntur. Supina caudæ parte appendices habet: & in ore; quemadmodum Locuſta & ſuperiores Squillæ. Toto corpore eſt pellucido. Iconem eius hic appinximus, quam Bellonius admodum perperam diuulgauit.

B

C

Dentes.

Oculi.

Deſcriptio ex Rondeletio.

Cornua.

Oculi.

Collum.

Cauda.

D

COITVS. PARTVS. vſus.

EOdem modo & coit & parit quo prædictæ Squillæ: Carne eſt molli, dulci, delicata, nutriente, Veuerem ſtimulante; parantur que eodem modo quo Squillæ prædictæ. Τέττιγας ὀπτοὺς, id eſt Cicadas coctas, nominat Anaxandrides in Cotys Thracum regis couuiuio. Brachiorum extremis vtuntur ad ſcalpendos dentes.

CAPVT XVI.

DE CANCRIS IN GEnere.

ÆQVIVOCA.

E CRruſtatorum omnium, quæ oblongo ſunt corpore & cauda prædita, hiſtoriam, præcedentibus capitibus abunde ſumus proſecuti. Reſtat modo Cancer, qui rotundus eſt, parumque caudatus, quamuis hoc nomen pro omnibus Cruſta tectis acceperit *a* Plinius, his verbis, Cancrorum genera Carabi, Aſtaci, Maiæ, Paguri, Heracleotici, Leones & alia ignobiliora. Καρκίνος, (ita Græcis Cancer vocatur) præterea paſſio eſt ſeu morbus, qui tempore Suidæ & Heſychii dicebatur καρκίνωμα: Corneliùs vero Celſus, Cancrum à carcinomate diſtinguit, nam illum oriri & ſerpere dicit ab his quæ extrinſecus inciduut, hoc vero corrupta interius aliqua parte innaſci. Suetonius etiam Cacinoma dixit. Polluci hoc nomine tumor eſt durus cum inflammatione & magno dolore qui vulceratur interdum, ſubrubente, ac liuido colore, ſanguinem emittens, incurabilis: connaſcuutur ei vt plurimum venæ, aut pili. Eſt & occultum, inquit, carcinoma, cætera ſimile, ſed non apparens, μὴ ὑπερφανὲς. Cancrum eſſe Gangrenam putat Nonius Marcellus. Sed medici diſtinguunt. Eſt enim gangræna partis ex magnitudine phlegmones mortificatio, non integre facta & confirmata, ſed incipiens. Ita vt pars nondum ſit emortua, nec ſenſu omni priuata, ſed emoritur, atque ad extin-

E

Cãcer pro omni cruſtato.

a L. 9. c. 30.

Carcinoma & Cancer morbus idem

Gangręna non eſt cancer.

Cancer qui morbus, cur ſic dictus.

extinctionem tendit. Cancer vero tumor inæqualis interdum eum vlcere, dolens, malignus, aſpectu teter, liuidus, oris prætumidus, cancro ſimilis. Siquidem tumor ipſe Cancri corpus, venæ tumidæ craſſæque eiuſdem pedes oculis repræſentant: vel (vt Aetius ex Archigine & Leonida refert) quoniam ſicu: Cancri animalia ſunt aſpera & dura, & ſi quid forcipibus ſuis ceperint, haud facile dimittunt: ita tumor iſte prominet, & tactui remittitur & ægre tractabilis eſt: atque vbi ſemel radices egerit, difficillime auelli tollique poteſt. Eſt enim malignus, ferus, proteruus, & quem curatio manuumque, vel blandiſſima tractatio efferare potius quam mitificare ſolet. *b* Ouidius vero dictum innuit, quod Cancri modo ſerpat & vitiet quæ attigerit:

b *Metamorphoſ. lib. 2.*

Vtq; malum late ſolet immedicabile Cancer
Serpere, & illæſas vitiatis addere partes.

Θηρίον, ait Varinus vlcus ferum, quod Cancer dicitur. Præterea καρκίνοι dicuntur oſſa duo iugalia, quæ prope tempora committuntur. Scribit enim *c* Pollux μετὰ τοὺς κροτάφους εἶναι δύο ὀστῶν τολαγίων συμβολὰς τῶν κληφόνων τὰ ὦτα, eaq; nominari ζυγώματα, & καρκίνους: forſan quoniam ita committuntur, vt Cancrorum forcipes inuicem inter ſe coeunt. Dicitur quoque eodem nomine vinculi genus apud *d* Galenum quod capiti conuenit: faſcia ſcilicet in plures partes ſciſſa Cancrorum pedum ſpeciem referentes. Vnde Heſychius καρκίνον eſſe dicit δεσμόν τινα. Eodem teſte καρκῖνοι dicuntur ὑποδήματα κοῖλα, calceamenta caua. *e* Pollux quoque καρκῖνος refert inter ὑποδημάτων ſpecies ex Pherecrate in exemplum afferens καταδύομαι τοὺς καρκίνους. Rurſum Heſychius καρκῖνον dici innuit τὸν πάρυχρον, quanquam locus ſit mendoſus. Exiſtimo enim legendum ibidem πυράγραν. Nam alio in loco πυράγραν ſcribit eſſe fabrile inſtrumentum (χαλκοῦν τι ἐργαλεῖον, quod & Cancer vocatur, ſeu Pagurus: propter chelarum ſimilitudinem & ſimilem apprehendendi modum, aut vſum. δι' ὁμοιότητα λαβῆς, σχήματος δὲ αὐτῆς καὶ τὸν πυράγραν dicit Varinus. Καρκίνους λίθους ἔχων Polluci refertur inter οἰκοδόμων inſtrumenta. Carcini fuere appellati duo tragici: vnus Agrigentinus, qui fabulas edidit, teſte Suida, centum, & ſaxaginta vicitque vna: alter Athenienſis Theodectis, vel Xenoclis filius, qui olympiade centeſima floruit. ante imperium Philippi Macedonis: Ex fabulis eius ſunt Achilles, Semele ſiue Atche, Athenæo authore. Eſt & Carcinus ſophiſta; item poeta Atticus, de quo prouerbium hoc eſt apud Suidam, καρκῖνου ποιήματα, Carcini poemata, id eſt obſcura. Nam Carcinus Oreſtem ab Ilio cædem matris fateri coactum, fecit per ambages reſpondentem. Horum aliquem intellexiſſe viſus eſt *f* Plutarchus dum inquit: Ob hæc populus feſtos dies agitat: neq; quando Carcinus cum Aeropa rem habuit, aut cum Hectore Aſtydamas. Cancer & Cãcer marinus eſt Cancer in lapidem conuerſus ex India delatus, notuſq; eſt in Syria & Ægypto, & vt ſcribit Andreas Bellunenſis, valde in collyriis vſitatus, forte Reiben Auicennæ. Nam Reiben lapis eſt ſicut Cancer, teſte Syluatico, apud quẽ ſcribitur etiam Ke ben per kappa Sed in *g* Auicenna pro Reiben reſtituit Bellunenſis Rathiaha is, inquit, Auicennæ eſt lapis ſicut cancer, refrigerans & humectans in ſecundo gradu. Vetus Gloſſographus, Auicennæ, Remigi inquit, eſt lapis ſicut Cancer. Non ,, eſt Carcinias Plinij quia non ſpeciem hic Cancri marini refert, ,, ſed tantum colorem. Habeo in Muſæo hunc Auicennæ Reiben, ,, vel Rathiaha, vel Remigi, & alium quendam Cancrum mari- ,, num, ſeu Pagurum qui è mari eiectus longo poſt tempore ſa- ,, xeus cuaſit. Verſus retrogradi denique nominantur à Gramma- ,, ticis Cancri; nempe qui non ſolum à dextra ad ſiniſtram, vel à ,, principio ad finem, ſed è contrario legi poſſunt à fine ad principium; vel eodem ſenſu, vel quod artificioſius eſt, contrario. Lectio autem illa conuerſa, vel ijſdem manentibus dictionibus fit, vt in his Senarijs Scazuſis, quibus Zoographus ad Friſium ſuum aliquando luſit.

c *Lib.2* Osiugale dictum cãcer & cut Faſcia cancer.

d *l. de faſc.*

e *l.7.c.22.*

Heſychius correctus.

Carcini tragici.

Carcinus ſophiſta. & Poeta.

f *l. de glor. Athen.*

Reiben Lapis.

g *l.2.c.592.*

Remigi.

Verſus retrogradi.

Cancellos mitto vix Friſi hos tibi ternos
Claudos licet prorſus, ne videar ingratus
Cancru pro multis tu conſule boni, rogo.

h *Aeneidos.*

Carmen tale reperio apud *h* Virgilium:

Mu, a mihi cauſas memora quo numine laſo.

Aliquando ſenſus efficitur contrarius, vt in hoc diſtichio:

Laus tua non tua fraus, Virtus, non copia rerum
Scandere te fecit hoc decus eximium.

Interdum literæ ſingulæ retro leguntur, vt in hoc diſtichio:

Signa te ſigna, temere me tangu. & angis.
Roma tibi ſubito motibus ibi amor.

SYNONYMA.

Sarathan.

SAatathan ſeu Sarthan exponunt Cancrum apud Auicennam & Serapionem, in quo male vulgatus codex habet Sartam in fine per m Καρκίνος dicitur apud Græcos: nomen eſt paroxytonum, dactylicum; penultima enim à poetis corripitur, vt Ariſtophane, Nicandro, Oppiano & aliis. Quocirca non recte à quibuſdam Grammaticis circunflectitur. Carcinus dictus videtur, quaſi coracinus (vt apud Athenæum legit Maſſarius, nam locus hic in noſtris codicibus deptauatus eſt) quod κόραι, id eſt pupillas, & oculos mobiles habeat. Varinus tamen καρκίνος, inquit, καρκινόεις ὤν, ὁ κινῶν ἐπὶ συχνῷ τὼ κόρα: quod frequenter caput moueat, dicitur Cacrinus quaſi caracinus. Αλάκη fuligo, cinis Cancer λιγνὺς σπεδὸς καρκίνος, Varinus, & Heſychius: & mox ἀλάκη

Etymum

Αλάκη.

A

σαύδρακες forte αὐθρακες ſcribendum, & non ἀλάκη per κ: ſed per β: Sic enim ordo litterarum poſtulat apud Heſychium: & ἀλαβάδες eidem αὐθρακῶδες κεπαπνισμένον Αλάβη n. magis accedit ad ἀσβόλη vocabulum pro fuligine vſitatum. Cæterum Cancri nomine hic inſtrumentum forcipem Zoographus, cui ἀλάβη nomen conuenit ἀπὸ τοῦ λαβεῖν, intelligit Πύξαχρις, vel πύξαρις Cãcer dicitur ab eo, quod Oſtrea venetur lapillo inter teſtas ſeu valuas (πύξας ἢ πύξια) eorum immiſſo: vt pede facilius carnem eorum euellat, Varinus: qui & Siculis κάρχας Cancros vocat: ait Κάβειροι, eidem Heſychio ſunt καρκῖνοι: coluntur inquit in Lemno religioſe, tanquam Vulcani filij. Nepam, inquit Nonius Marcellus, quidam Cancrum putant ob illud Plauti: Aut cum Nepa eſſet dubium in vtroque. Nam vere nepa Scorpius dicitur. Marcus Tullius de finibus bonorum & malorum libro quinto, Serpere anguiculos, natare anaticulas, volare merulas coruibus vti videmus boues, nepas aculeis, ſuam denique cuique naturam eſſe ad viuendum ducem Cancri vocantur, vt ait *i* Iſidorus, quia Conchæ ſunt cruſta habentes, inimica Oſtreis animalia. Itali vulgo mutatis, & inuerſis literis Cranchio, & Granzo vocant Hiſpani Cangreio, Galli Cancres, Northmani Crape & Crabbe (ἀπὸ κράβος, id eſt Locuſta) improprie. Germani quoque inferiores dicunt een krabbe, ſuperiores, eiu krebs. & Angli à Crabbe, Poloni & Hungari Rak.

Πύξαρις.

Κάβειρος.

Nepa quid

i *l. 12. c. 6.*

B

GENVS. DIFFERENTIA. deſcriptio.

ROtundi ſunt Cancri, cum oblonga ſint cætera Cruſtata omnia quod *a* Ariſtoteles teſtatur, inquiens: Cancris ex Cruſtaceis: ſolis cauda deeſt & corpus rotundum eſt, cum Locuſtis, Squilliſque longum ſit. Idem *b* alibi Cancrum à Locuſta differre inquit, quod Locuſtæ caudam habent, Cancri non habent. Locuſtis enim vt nantibus cauda vtilis eſt: nataut enim cauda quaſi remo innitendo: at Cancris inutilis eſt, quoniam viam agere terrenam caueinaſque ſubire ſoleant, Sed falſum mea ſententia quod cauda deſtituantur: habent enim, ſed reuolutam, hinc ἐπικάλυμμα πτυχῶδες Ariſtoteles vocat: conſtat enim manifeſte ex tabellis, & corpus poſteriore parte integit, nec in pinnas deſinit, nec extenditur ad natationem. Idcirco caute locutus eſt *c* Plinius, quum ait: Carabi cauda à cæteris Cancris diſtant. Negat Galenus Cancros habere collum & caput, quod à veritate abhorret; prudentius diximſſet, caput à cæteris partibus non eſſe aperte diſtinctum, quod his verbis ſcripſit *d* Ariſtoteles: Habent autem caput animalia omnia ſanguine prædita Exanguium nonnullis in aſcretum hoc eſt, vt Cancris: Idem Plinius: Quibuſdam indiſcretum caput eſt, vt Cancris. Et rurſus *e* Ariſtoteles: Alueus totius cor poris indiſcretus eſt: nec enim caput diſtinctum nec aliud quicquam. Quia igitur caput habere ex Ariſtotele probatum ſit atque etiam alijs, hinc nonnulli cerebrum quoq; Cancris inneſſe ſcripſerunt, quaſi omnia quæ capite ſunt prædita, cerebro quoque à natura donata ſint: cum id in multis exangu.bus, præſertim inſectis falſum eſſe declaret quotidiana experientia. habent tamen partem quæ cerebri fungitur munere: vnde enim dimanaret motus & ſenſus? à cordene? ſic ait Peripatetica familia: negat veritas. Viſus autem eorum plurimis eſt obliquus: id ſic *f* Ariſtoteles: Caucrorum plurimæ parti oculi ſuur tum intro, tum foras in obliquum moueri apti. Quare nullos excepiſſe non admodum recte viſus eſt *g* Plinius, vbi ſic loquitur: Cancri in obliquum aſpiciunt cruſta ſragili incluſis (alias incluſos gerentes) ſcilicet oculis: quia non omnib.eodem ſitu poſiti, ſed alijs è latere, non ſupra continuo ſub prono (εὐθὺς continuo & nullo medio) amplo diſtentes diſcrimine: alijs in medio breui diſcrimine, vt Heracleoticis, aut Maijs Parte ab vtraque quatuor pedibus exornantur. Pedes ait *h* Plinius (de Cancris) octoni omnes in obliquum flexi, & rurſus *i* alio in loco: Octonos & marinis eſſe diximus, Polypis, Sepijs, Loliginibus, Cancris, qui brachia in contrarium mouent, pedes in orbem, aut in obliquum Iidem ſoli animalium rotundi. Cætera binos pedes duces habent, Cancri quaternos. Sed mendo non vacare videtur hic locus. Nam cum antea octonos pedes enumeraſſet, ſubdit paulo poſt tantum quaternos: niſi quatuor in ſingulis lateribus eſſe intelligat His ſi addideris chelas, quas Plinius brachia appellans à pedibus ſeparauit, decem conſtitues. Cancris etiam, inquit *k* Ariſtoteles, omnes deni cum forcipibus ſunt. Et alibi ait: Cancris primi vtrinq; pedes quaterni; tum terni alii ordinem eodem modo explentes, reliqua bona pars corporis pedibus caret Pedes omnibus in obliquum flectuntur, quomodo etiam Inſecta mouentur. Binas haſce chelas, ſiue brachia denticulatis forcipibus prædita eſſe ſcribit Plinius, quod non exiſtimo in omnibus Cancris verum eſſe: carent enim quidam dentibus interius, quamuis maxima eorum pars eos habeat, aut ſaltem tubercula quædam alba, ad firmius retinendum. Rurſus *l* Plinius, dexttum, inquit, brachium omnibus maius: ex *m* Ariſt. qui ſic dicit: Locuſtæ Cancrique omnes forcipem dextrum grandiorem, valentiorem que habent. Parte enim dextra efficatiora ſuapte natura ſunt animalia omnia. In brachijs, ſeu forcipibus primoribus ſuperior pars mouetur inferiore immobili, cuius rei cauſam tradidit *n* Ariſt. vna cum ea, quam refert, cur Crocodilus ſuperiorẽ maxillam moucat: eius verba adiiciam, vt clarior doctrina euadat. Cætera omnia maxillam mouent inferiorem: Crocodilus fluuiatilis vnus ſuperiorem. Cuius rei cauſa eſt, quod pedes ad capiendum retinendumque inutiles habet: parui enim admodum

a *Hiſt.4 c.3*

Cauda an deſtituantur.

b *De par.4. cap.8.*

c *L.9 c.31.*

Caput & collum, an habeant.

d *Hiſt.4 c.* 10

e *Hiſt.4 c.3.*

Cerebrũ.

Viſus obliquus.

f *Hiſt.4.c.3.*

g *l.11. c.37.*

Pedes.

h *l 9.c 13.*

i *l. 11 c. 48.*

Plinij locus ſuſpectus

Chelæ.

k *Hiſt c 4.2*

Pedes.

l *l. 9 c. 31.*

m *De par 4 cap 8.*

n *De par.4. cap.11.*

Crocodilus cur ſuperiorem maxillam moueat.

dum ſunt Itaque ad hunc vſum natura os ei pro pedibus vtile condidit: ad retinendum vero vnde ictus inferri vehementius poteſt, inde motus commodius agitur. Infertur autem vehementer deſuper, quam de parte inferiore. Ergo cum vtriuſque tum capiendi, tum mordendi vſus ore adminiſtretur, magis autem neceſſarium retinendi officium ſit, cui nec manus ſint, neque pedes idonei, commodius huic eſt mouere ſuperiorem maxillam, quam inferiorem. Quod idem cauſſæ eſt, cur etiam Cancri ſuperiorem ſui forcipis partem moueant, non inferiorem: habent enim pro manu forcipem. Illum itaque vtilem ad capiendum, non ad mordendum forcipem eſſe oportet. Mordendi autem ſecandique officium dentis eſt. Caucris igitur cæteriſque quibus licet ocioſius cibum capere, quoniam in humore non ſunt, oris vſus partitus eſt, vt manibus aut pedibus capiant ore ſecent, & mordeant: at Crocodilis os in vtrumque vſum vtile factum eſt à Natura, cum ita maxillæ moueantur. Videtur Ariſtoteles ſibi aduerſari, inquit Auguſtinus Niphus libro quarto de animalibus capite ſecundo. Nam primo tribuit Cancris pedes decem, connumeratis etiam chelis: nunc Cancris aſſignat pedes quatuordecim. Diluitur hæc inconſtantia, quod hæ ſunt duæ indefinitæ (propoſitiones) quæ veræ ſuut de Cancro ſecundum diuerſas ſpecies Vnde Albertus nou imperite dicit Cancrum, qui communiter Cancer dicitur, habere decem pedes; qui vero aureus appellatur, eum quatuordecim habete affirmat. Et Auicenna in ſuo de animalibus libro Cancrum, quem Ariſtoteles aſſerit decem pedibus fungi, nigrum eſſe autumat: eum vero quem Ariſtoteles dicit habere quatuordecim, vult eſſe aureum, quem ſua lingua Caniſſem appellant, qui aureus interpretatur: hæc Niphus. Cancri interius binos, vt Locuſtacea habent dentes primores & inrer dentes caruncula linguæ effigie: tunc ſtomachum ori continuo iunctum exiguum proportione ſuorum corporum magnitudinis. Hunc excipit venter, iu quo Locuſtæ & Caucrorum nonnulli dentes alios habent, ,, quoniam ſuperiores illi ſecare uon ſatis queant. Hinc inteſti- ,, num ſimplex vſque ad exitum excrementi dirigitur. Quæ cuncta *o* Ariſtoteles, qui *p* alibi dixerat Cancris inteſtinum eſſe ,, qua applicatum illud operculum geritur media applicaminis i- ,, pſius: & in partem exteriorem, qua oua pariunt, deſinere: Can- ,, crorum ſpecies multæ antiquis cognitæ. Cancrorum etiam ge- ,, nus, inquit *q* Ariſtoteles, multiplex eſt, nec facile enumeran- ,, dum. Maximum quas appellant. Secundum Paguri quos He- ,, racleoticos vocant. Tertium fluuiales: cæteri minutiores, & ,, nullis pene nominibus annotati. Genus Caucrorum litorale ,, Phænice fert, tantæ velocitatis, vt vix conſequi ſit: vnde Hippeas id eſt equites illos appellarunt. Iis nil fere intus propter ino- ,, piam pabuli. Genus item aliud eſt quod magnitudine Cancrum ,, non excedat, facie Gammaris ſimile. *r* Ælianus Cancrorum, ,, inquit. genera diuerſa eſſe audio. Sunr enim quidam ſaxatiles ,, (πετραῖοι). Alij in limo, algis, aut areua gignuntur, quamobrem ,, & formis, & cognominibus differunt. Sunt qui curſores (δρομαῖοι) ,, quod longe latcque vagentur, merito appellantur. Idem *s* po- ,, ſtea: Cancrorum genus lutarium γλῷ καρκίων ἐστὶ καὶ πηλίαι: ſic ,, Gylliuslegit pro πεπηλίαι, id eſt, volantes, velutiin vulgato co- ,, dice legitur: alias καὶ πέτονται) colore alijs albius ſpectatur: hi ,, in luto naſcuntur. Cum inceſſit eis metus, humo ſe excitant ,, ad volatum, & perparuis alis ſublcuantur, quibus quidem gra- ,, dientes vti minime neceſſe habent. Cum autem iniectus eis eſt ,, metus, nonnihil in his ſubſidij, nou tamen admodum firmi habent: enimuero comprehenduntur, quod ſurſum altius ſubleua- ,, ri uon queaut. Hæc fere ſunt genera ab antiquis tradita. Nam ,, vbi hæc leguntut in piſcium catalogo apud *t* Plin. Cancrorum ,, genera Chamætrachea, Chamæleos, Chamæpelorides generis varietate diſtantes & rotunditate, Chamæglycymerides quæ ſunt maiores quam Pelorides, Colicia ſiue Coryphia: inepte nonnulli exiſtimarunt Cancrorum alias ſpecies euumerari, cum ea omnia quæ poſt hæc verba Cancrorum genera, ſint Teſtatorum potius genera, quam Cancrorum. Sunt & Cancelli Καρκίνια ab Ariſtotele commemorati, qui in teſtatis quibuſdaminnaſcuntur & inhabitant Inter recentiores Rondeletius cum verba Ariſtotelis ſupra ſcripta produxiſſet, hæc ſubdit. Nos plura genera numerabimus, quæ ſub Cancris contineri nemo non fatebitur Ea multiplici varietate à ſe diſtinguuntut Vt magnitudine differunt, Mæa, Paguri ab Albis & Pinuophylacibus: hi enim parui ſunt, illi magni, inter hos alii ſunt medij. Heracleotici fuſco ſunt colore, Paguti & Maiæ rubeſcente, vndulati flauo cum è mari extrahuntur: Latipes & qui in Oſtreis naſcitur albeſcente qui in Pinna flaueſcente: Vrſus colore corticis mali punici. Diſtant & pedum longitudine: aliorum enim pedes breues ſunt, aliorum mediocriter longi, aliorum longiſſimi. Oculorum quoque ſitu differunt: horum oculi fere ſe contingunt: illorum magno interuallo diſtinguuntur. Sed diligentiſſimus in his generibus enumerandis fuit *u* Cæſar Scaliger: qui Cancrorum, inquit, ſpecies multæ ignotæ mihi: quas cognitas habeo, deſcribam, Vna eſt apud vicinos noſtros generis nomine, parua. Altera, quam nunquam vidi, Phœniciæ, vt aiunt peculiaris, à velocitate Equitis nomine appellata. Quam doctiſſimus amicus noſtet imprudenter iu quarto libro ,, inter tardigrados numerauit Peregrinii in litore Iſſico exer- ,, cent tardiorum prædas animalium. Tertium genus eſt fluuiale, rotundius quam marinum Quartum inſigne tum robore, tum ,, magnitudine. Paguros vocant, quorum duas noui differentias. ,, Alter & orbiculatior & fuſcior, & maior. Alter eſt quadratior & ,, minor, colore dilutiore, ac pene pallida viriditate. Poreſſas hos vocat Venetus. Quintum Heracleoticum, grandiſſimum in ge-

Caniſſem Cancer. Dentes.

o De part. 4 cap. 5.

p Hiſtor. 4. cap. 2.

Genera.

q Hiſt. 4. c. 2

r L. 7. de animal. 24. c.

s L. 7. de animal. c. 30.

t L. 32. c. 11.

Magnitudine differunt.

Colore.

Pedũ longitudine.

Oculorũ ſitu.

u Exer. 245.

A neta Pagurorum, cruribus breuibus, forcipibus admodum validis. Sextum longe omnium maximum quod Maiæ nomine cognoſcimus: tota cuppa aſperum, cuſpidata fronte horridum, prælongis cruribus, exilibus, ac propterea imbecillis. Septimum omnium minimum in ſpongiis, & Couchilijs. Hiſce Scaligeri ſpeciebus addantur Cancer aureus, & niger qui Caniſſem ab Auicenna appellatur, item qui Italice Grancio ſpiantano dicitur, nomine mihi tantum cognitus; & venenoſus, quem in India Occidentali eſſe ſcripſit Cardanus; & terreſtris, quem nauigatores iſti in D Thomæ inſula ſtatuunt: & qui à brachiorum longitudine paruiratcque Macrochelus, & Brachychelus dicitur: nec non & hirſutus; & qui cordis figuram æmulari videtur, Rondeletio primum cognitus, vt etiam alij tres priores. Concludamus igitur recte ſcripſiſſe *x* Philoſophum: Cancrorum genus multiplex nec facile enumerandum. Sternion ab Alexandro Tralliano nominatur his verbis; Diabete morbo laborantibus conueniunt ex carnibus βούλβιον καὶ στέρνιον, καὶ πόδες μάλιστα τῶν βοῶν &c Quo loco Iacobus Goupilus, accepiſſe ſe ab homine vulgarem Græciæ ſermonem tenente, teſtatur στέρνιον eſſe ex Oſtracodermorum genere, ſed B ex hoc (inquit) loco intelligi poteſt eo nomine carnem aliquam ſignificari. Cordis (ſtomachi, vel oris ventriculi) dolore affectis cibi, qui non facile alterentur (aut corrumpantur) conueniunt, & qui acres mordaceſque humores retundant, vt ἡ βούλβα καλουμένη, καὶ τὸ στέρνιον καὶ ἀστακοί, καὶ ἰσκιοί, καὶ κτένια, καὶ κοχλίαι χλωῶν: vt idem Trallianus habet: Zoographus vtrobique vuluam porcinam intelligit, & ſternij nomine pectus porcinum potius quam marinum aliquod animal. Sic & iu canini appetitus à nimio ſtomachi calore, curatione, conuenire inquit στέρναν (στέρνον καὶ στέρνιον) καὶ βούλβιον καὶ δαμαλῶν (δαμαλέων iuuencarum) πόδας, & ſi quæ huiuſmodi refrigerant ſimul, & nou facile concoquuntur. Item in curatione doloris oculorum ex bilioſo & acri humore: Veſcatur æger alimentis mitibus & minime mordacibus & incraſſantibus vt Orpho, glauco, bulbio, Sternio. Verbum bulbino (inquit Goupilus) à nemiue Latino vulua ὑπερβολικῶς deductum eſt. eo autem ſignificatur animalium ἡ μήτρα: cuius eſu ſanguis pituitoſus redditur. Quæ conſequitur dictio στέρνιον petita eſt ex vulgari Græciæ ſermone, ea enim ſignificatur ὀστρακοδέρμου εἶδος, vt ex homine doctiſſimo accepi, Hæc ille. Eſt quidem Cancrorum quorundam eiuſmodi ſpecies, quæ pectoris figuram pulchre referat, vt ab eadem nomen adipiſci mereantur: an vero Trallianus hoc C nomine Oſtracodermon vllum intelligat dubitat Zoographus, præſertim cum ſemper hoc nomen cum vuluæ mentione coniungat, tanquam rem cognatam, eiuſdem naturum auimantis partem.

x Hiſt. 4. c. 2

Sternion quid.

SENSVS.

MIte oculati ſunt cancri atque auriti, vt qui inſidias incredibili ſagacitate ſubodorantur, quamuis enim ſilenti tacitoque ingreſſu illos inſecteris, ſubito tamen præſentiunt, & confeſtim ſe luto obruunt, aut ſaxis ſubducunt, & hominum inſidiantium conſpectum effugiunt.

GRESSVS.

CAncer ſolus fere è Cruſtatorum genere non natat, ſed incedit, vti ſcribit *a* Ariſtoteles. Vis item alijs, inquit nandi tribura eſt, vt piſcibus, vt Mollibus, vt Cruſtatis, velut Locuſtis. Quædam ambulate poſſunt, vt genus Cancrorum: quippe quod quanquam D ſuapte natura aquatile eſt, tamen habet vim ambulaudi: Et alibi: Cancri, quanquam aquatiles, tamen greſſiles ſunt. Et Epicharmus in Hebes nuptijs apud Athenæum. Καρκῖνός τε ἰκτὶν ἐχῖνός τε τὶ καθ' ἁλμυρὰν ἅλα νεῖν μὴ οὐκ ἴσασι, πέζαι ἐμποιέουσι μόνοι: *Per ſalſum mare aduenunt Cancer & Echinus, natandi minime periti, ſolq; pedibus gradiuntur.* Tranſuerſo latere procedunt: quanquam id neutiquam ſit mirum: cum & alia aliquot animalia eadem lege, aut proportione gradiantur: Nempe vrſus, ac ſimia propter latitudinem pedum poſteriorum: quos vt in vacuum ponant, neceſſe eſt ingreſſionis corrumpi quadraturam. Tranſuerſa ergo ſe inferunt. Et ita quoque moueri Scorpium ex *b* Plauto diſcere licet.

a Hiſt. 1. c. 1

b In Caſſina.

Receſſum cedam ad paritem, imitabor nepam.

Idem *c* Comicus hunc peculiarem gradiendi modum in Cancro notauit:

c In Pſeudulo.

Vt tranſuerſus non prouerſus cedit quaſi Cancer ſolet.

Vegetius: Paralyticum iumentum ambulat pronum in latere ad ſimilitudinem Cancri. Eundem motum, non ſine diligenti conſideratione, (ſunt enim animalia quæ pluribus, quam quatuor notis mouentur) Ariſtoteles annotauit in libro de Animalium greſſu, vbi, ſic loquitur: Nam ſemper in quaternis proximis (pedibus) poſteriora per tranſuerſum ad priora arripiuntur. Declarant hoc quæ lento gradu motum cient vt Cancri: hi enim ita ſemouent, quia de eorum genere ſunt, quæ multis fulciantur pedibus. Siquidem per tranſuerſum ſemper eo ſe mouent, quo greſſum dirigunt ſuum. Et poſt notans huius greſſus cauſſam, hæc " ait: Quod etiam animalium genus præter cætera proprium & " ſui generis motum agit: quandoquidem omnium vnum in prio- " rem non mouetur partem, ſed in latus Cum autem prior pars in " oculis diſtincta eſſet, natura oculos ita affixit, vt cruſcula ſeque- " rentur. In priorem enim partem illorum motus tendit. Ob eamq; rem Cancri etiam quodammodo in priorem partem ſeſe videntur mouere.

Cãcros, prſum nõ procedere contra Rõdeletium.

mouere. Quibus Philoſophi verbis commotus Rondeletius, Cancros prorſum procedere eſt opinatus, nobiſque apparere tantum, quod per tranſuerſum moueantur. Ita enim ſcribit: Cum vero cæteræ animantes & quadrupedes, & multipedes per diametrum, vel in anteriora moueantur, Cancri per tranſuerſum & in latus progredi videntur. Sed quoniam oculis ſempei prior ſiue anterior pars ad iter deſignatur, qa in priore animantis parte ſiti ſunt oculi, Cancri in anteriora reuera progrediuntur. Recte igitur *d* Plinius: Cancri in pauore etiam retrorſum pari velocitate redeunt, is autem motus ei qui fit antrorſum, ex diametro opponitur. In hanc opinionem quomodo ſe exercuerit doctiſſimus *e* Iulius Cæſar Scaliger, age videamus. Aiunt, inquit, vulgo non recte videri Cancrorum progreſſum eſſe in latus. Etenim cum ,, illis oculi ita mobiles ſint, vt aliquando condantur, alias exerantur: ,, exerti modo prorſum, modo in latera obliquentur, non erit eorum ,, inceſſus in latus, ſi in latus oculi flexi ſint. Quia proceduut recta, ,, qua obtuentur. Sane haud aſpernanda ratio: Vana tamen, non enim ,, ſcorpius oculos habet emiſſitios: & (ſi velis ludere) laterorſum pro- ,, mouet tamen. Ad hæc nemo dicat, lineam quæ dimeritur quadra- ,, tum, antrorſum produci, ſed ad latus. Neque dicentur Cancri an- ,, trorſum ambulare, cum oculi in latus flectuntur: ſed oculos dicemus ,, in latus flecti: quia progreſſio in latus eſt. Rationem explicemus. ,, Motum tractione & pulſione fieri diximus alibi. Fit ergo ſecundum ,, artuum flexiones. At eæ Cancris introrſum ad pectus ſunt. Ergo ,, quaſi cum triremes circumagunrur, lateris vnius remiges impellunt, ,, alij altrinſecus inhibent, aut retro trahunt. Ita quam in partem pro- ,, ceſſurus eſt Cancer, eius lateris vtitut cturibus ad carpendum ſolum: ,, alterius lateris ad aſpellendum.

d *Lib. 9. c. 31*

e *Exer. 245.*

LOCVS.

a *Li. 9. c. 31.*

PLinius, *a* Viuere (Locuſtas) petroſis, Cancros mollibus ſcribit. Hyeme aprica litora ſectari, æſtare in opaca gurgitum recedere. Verũ non ſolum limoſis, mollibuſue, ſed etiam ſaxoſis in locis degunt, & ſicubi alga & arena eſt. Et vt ſummatim dicam, in aquis tum dulcib. tum ſalſis, necnon etiam in terra. Scribunt enim terreſtres eſſe in inſula D. Thomæ ſimiles marinis, eduleſque.

VICTVS. ÆTAS.

VEſcuntur Conchylijs. Polypum etiam, vbi ob nimiam Venerem imbecillus reddirus, morti vicinus eſt, velut vlciſcentes ſeſe, nam hos ille cum bene valeret, edebat, deuorant: Oppianus.

Carcinades miſera & Cancri multiq; natantes
Quos omnes cupide primo ferus ille vorabat
Tunc viuum imbellem minime ſua membra tuentem
Diſcerpunt, donec moriatur funere diro.

quanquam hæc de mariñis intelligenda putemus. In cibotum penuria à ſuo quoque genere minime abſtinent: quod ſi quis procul deferre eos velit, curet, ne alteri in alterum impetum faciendi poteſtas vlla ſit. Sunt igirur Cancri ſarcophagi, ſiue marini ſint, ſiue fluuiales, ſiue inter hos medij, qui ſcilicet in ſtagno marino naſcuhtur, atque degunt. Ore excipiunt aquam, vt cætera Cruſtata, teſte *a* Ariſtotele: ſed eam Locuſtæ ad ſuas branchias tranſmittunt, Cancri parte oris exigua: quæ ratio eſt, cur circa horum os ſpuma appareat, ex aqua & aere, qui vna cum ea hauritur, cum per attractum & reiectum agitantur. *b* Alibi nullo diſcrimine Cancri & Locuſtæ, inquit, ex Cruſtatis aquam per ſuas appendiculas, prope hirtiuſculas quaſdam partes egerunt. Viuere aqua dulci & ſalſa ſcribit *c* Galenus. Lacte potantes ſine aqua viuere multis diebus Auctor de natura rerum teſtatur. *d* Plinius Cancris tribuit viram longam. Nos ex Ariſtotele ſupra probauimus, præ cæteris Cruſtaceis, longæuas maxime eſſe Locuſtas.

Aquam vt recipiunt.

a *Hiſt. 4. c. 2*

b *Li. de reſp.*

c *Li. de bon. & mal. ſuc. cib.*

d *Li. 9. c. 31.*

CAPIENDI RATIO.

CApiuntur naſſis hoc modo, Ranas in partes diuiſas, in plures immittit naſſas piſcator: eas collocar in loca, vbi Cancri degunt, vt ingrediantur. Capiuntur & alirer, virgulis ſcilicet diuiſis in ſummitate, quibus ſtreſtina aliqua aut ranarum corpora inſerta ſunt, ordine diſpoſitis iuxta gurgites & loca, quæ habitare ſolent, denis duodeniſue: inde reticulo circumit piſcator, virgas ſigillatim eleuans, ſubiectoque reticulo, cum Cancer non adeo celeriter ſe poſſit explicare, decidit in reticulum.

SEXVS.

a *Hiſt. 5. c. 7*

INteriora operculi applicatilis hirtiora ampliora que fœminæ Canceri habent, quam mares: vt ait *a* Ariſtoteles: Nulla re, inquit, differt ,, fœmina à mare; niſi quod operculum applicatile illud amplius & ,, diſtantius, & hirſutius fœminæ gerant, in quo oua pariunt, & qua e- ,, getunt excrementum. Membrum aurem, quod mas in fœminam ,, inſerat, nullum omnino habetur. Hæc ille. *b* Plinius pedibus eriam ,, diſtinguit, nam de Cancris loquens, fœminæ, ait, primus pes du- ,, plex, mari ſimplex. Præterea Mares, vt ſcribit Auctor de natura re- ,, rum, duas habent ſpinas inter ventrem & caudam, quibus fœminæ ,, carent, quæ oua in ventre habent.

b *Li, 9. c. 31.*

COITVS. PARTVS.

CAncri parte priore (Rondeletius vertit partibus poſteriorib.) copulantur, ſua opercula loculoſa illa, rugoſaque mutua cõſettione componentes. Primum Cancer minor ab auetſo ſuperuenite ſolet, tum maior, vbi ille ſuperuenerit, hæc *a* Ariſtoteles. Vnde *b* Plin. Cancros ore coire ſcripſit. Oua autem edunt in operculo, nec procul vt piſces faciunt & cætera, quæ parere ſolent. Hinc fœminis operculum latius, vt locus eſſet ouis recipiendis capacior & præſtantior.

a *Hiſt. 5. c. 7.*

b *Lib. 9. c. 31*

ANTIPATHIA.

CAncrum admota Polypode herba abijcere chelas ſiue pedes, Zoroaſtres in Geoponicis ait. Aper non faciet in te imperum, ſi Cãcrorum brachia (teſte Didymo) illa denticulara recum appenſa circumferas Apibus odor Cancrorum vſtorum inf:ſtus eſt reſtibus Palladio & Columella, *a* Virgilius:

Apet ne in te graſſetur.

a 3. *Geor.*

——— *Neue rubentes*
Vre foco Cancros. ———

Idem Plinius: Cancrorum odore, inquit, ſi quis iuxta coquat, apes exanimantur. Auctores habeo, qui ardeolas Cancris nidos ſuos munire affirmenr aduerſus noxia animalia. Tanto diſſidio flagrant Cancri & Erucæ, vt ſi à cornibus ſuſpendantur illi ramis arborum, in quibus irrepuhr, aut nidulantur Erucæ, illico decidant collabanturque, & alio immigrent.

Erucæ cancros odere.

NATVRA. MORES.

VNiuerſi, inquit *a* Plinius, vbi aliquando congregantur, os Ponti euincere non valent: quamobrem regreſſi circumeunt, apparerq; rritum iter, & paulo poſt. Dimicanr inter ſe, vr Arietes aduerſis cornib. incurſantes. Narratur apud eundem Sole Cancri ſignum tranſeunte Cancrorum, cum exanimati ſuur, corpus in ſicco transfigutari in Scorpiones. † Ouidius brachijs orbos Cancros producere ſcorpios, ſi ſub terra occulrenrut, canir his verſibus.

a *Lib. 9. c. 31*

Vt pugnet.

Scorpionis vt Cancris.

†*Metamor. 15. lib.*

Concaua litoreo ſi demas brachia Cancro
Cætera ſupponas terra, de parte ſepulta
Scorpius exibit, caudaq; minabitur vnca.

Magna huius animalis aſtutia, & calliditas in capiendis Oſtreis Conchiſque obſeruatur. Calculos enim & lapillos patulæ hiantique eorum reſtæ ingerit, ita vt occludi nequeat, mox dentato forcipe piſculenram carnem abradens arque eliciens deuorat, ſuauiterque & ſecure ſua caprura fruitur, nullo vindictæ metu. Diligenter multi ex Eccleſiaſticis ſcriptoribus hanc fraudulentiam deſcripſere, ſed diligentiſſime D *b* Ambroſius, cuius verba mellito quouis nectare dulciora non præteribo: Cancer quoque inquit, quas cibi gratia præſtigias ſtruit? Nam & ipſe Oſtreo delectatur, & carnes eius epulum ſibi quærit. Sed qaia vt appetens cibi, ita proſpiciens periculi: quoniam cum difficilis eſt venatio rum periculoſa: difficilis quia reſtis validioribus eſca interior includitur: nam velut muris quibuſdam mollitiem carnis, præcepti imperialis intetpres Natura muniuit: quam medio teſtarum quodam ſinu concauo nurrit, ac fouet, & quaſi in valle quadam diffundit: & ideo caſſa omnia tentamẽta ſunt Cancri, quia aperire clauſum oſtreum nulla vi poteſt, & periculoſum eſt, ſi chelas eius includat; ad argumenta confugit, & inſidias noua fraude molitur. Itaque quia omnia genera delectarione mulcentur, explorat, ſi quãdo Oſtreum remotis in locis ab omni vento contra Solis radios diptychum illum ſuum aperiat, & reſerat clauſtra teſtarum, vt libero aere viſceris ſui voluptatem quandam capiat, & tunc clanculo calculum immittens, impedit concluſionem Oſtrei, ac ſic aperta clauſtra reperiens, tuto inſerit chelas, viſceraque interna depaſcitur. Hactenus ille. Oppianus hæc de Cancro marino dixit:

Calliditas in Conchylijs capiendis.

b *Hiſt. 5. c. 8*

Si quis in æquorea Cancrum conſpexerit alga,
Laudibus extollet, tantam mirabitur artem.
Conceſſa ex alto ſolers prudentia Cancro,
Cui parta eſt dulcis magno ſine prada labore.
Oſtrea diſtendit, teſtas & clauſtra recludit
Portarum paſcitq; lutum ſcopulisq; repanda
Gliſcit aquas, paruum madida de rupe lapillum
Obliquus tollit Cancer, cheliſq; recuruis
Continet, in teſtis lapidem demittit, apertis.
Aſſidet, atq; epulis latus ſaturatur amicis.
Non potis eſt nixu geminas occludere lances
Oſtrea, nam latis portis ſeiuncta debiſcit
Et moriens ſaturum Cancrum latumq; relinquit.

Puto tamen omnibus Cancris hanc ineſſe prudentiam venãdi Oſtrea, nam & in paludoſis locis aquarum dulcium, ac fluminibus lõge à mari diſſitis, hæc & cancri proueniunt. Latent, inquit *c* Plinius de Locuſtis loquens, menſibus quinis: ſimiliter Cancri, qui eodem tempore occultantur; & ambo veris principio ſenecturem anguium more exuunt renouatione tergorum. Hæc ex *d* Ariſtotele, qui ait, Cancros nuper natos; & poſt etiam vere cruſta ſua exui, quemadmodum Locuſtæ. *e* Alibi ſic loquitur de hac re clarius: Cancri exuunt ſenectutem; molliores quidem perſpicue: ſed etiam duriores exuere aiunt, vt Maias. Cum vero exuunt, mollis admodum cruſta ſubnaſcitur: & quidem Cancri præ tenceritate non ſatis ambulare poſſunt. Idem ſæpius repetit.

c *Li. 9. c. 30.*

d *Hiſ. 5. c. 17*

e *Hiſtor. 8. c. 17.*

Cruſtam exuunt.

DENOMINATA.

KΑρκινῶδες Cancri brachiorum inſtar comprehẽdere, vel comprehendi, contorqueri ἐπαλλάλως, hoc eſt, alternatim vel mutuo: Cãcellari Larine dicimus pro implicati inuicem, & ira conſtipari. Κάρκινῶται ὅταν ῥιζῶται ὁ σῖτος καὶ σκληρώνται, Heſychius & Varrinus. Theophraſtes: Κυμώνες δὲ ἐπιγινόμενοι πάνυ χρῆ μὴ χρῆσιμοι. ῥιζῶται γὰρ καὶ κάρκινῶται μᾶλλον: hoc eſt, vt Gaza vertit: Sara frigore melius radicantur, cancrificanturque. Volunt κάρκινῶδες dici plantarum radices,

Καρκινῶδες.

Cancellati quid Latinis.

H quæ

quæ Cancri inſtar diuaricatis, & in latera diſperſis fibris vel capillamẽtis terram apprehendunt. Ab hoc verbo καρκίνωμα dimanauit, idem cum Cancro morbo Celſus de carbũculo: Non idem periculum Carcinoma affert, niſi imprudentia curantis agitatum eſt. Id vitium fit maxime in ſuperioribus partib. circa faciem, nates, aures, labra, mammas fœminarum. Et in iecore etiam & ſplene hoc naſcitur. Circa locum affectum aliqua quaſi puncta ſentiuntur: iſque immobilis & inæqualis tumet, interdum etiam torpet. Circa eum inflatæ venę quaſi recurrantur, hæque pallent, aut liuent, nõnunquam etiam in quibuſdam deliteſcunt, tactuſque is locus alijs dolorem affert, in alijs eum non habet. Καρκινώδης, Cancro ſimilis, vel qui è Cancrorum eſt genere; vtitur hoc adiectiuo Ariſtoteles, τὰ καρκινώδη ἕλκη, dicuntur vlcera Cancro ſimilia morbo. Καρκινώδεις patua ſunt animalia minutis Cancris ſimilia, colore, vt ſcribũt ſuluo. Aet. αἱ τοῖς καρκινώδεσι ἐοικυῖαι τρίχλαι δυσώδεις εἰσὶ καὶ ἀηδεῖς, quidam Cancellos vertunt, quos καρκίνια diminutiua voce Græci vocant.

Carcinoma

Καρκινώδης.

Carcinades quę animalia.

MYSTICA. MORALIA.

Homines doloſi & perfidi.

IMpoſtorum hominum mores, & qui improba inexplebilique cupiditate diuitias nullibi non quærunt, item qui patrimonijs ſuis pauperes per vim ſpoliant, vel per inſidias eripiunt, præclare exprimit Cancrorum aſtutia. Quos elegantter præſtringit hæc D. *a* Baſilij oratio. Iam quidem & infirmi, inquit, cuiuſdam animantis haud modicam aſtuciam ipſe, ac doloſum ingenium inſidioſumque cum didiceris, volo proinde, vt ipſe admonitus non imitere, ſed vites maleſicos. Cancer efflictim Oſtrei carnes cupit, ſed perdifficilis eius eſt ipſi venatio, teſtæ ratione qua clauditur, ac munitur: peruali do namque & infracto ſepto carnis Oſtrei mollitudinem natura muniuit. Quapropter & Oſtracodermon id aquatile nuncupatur. Cumque duæ concauitates exacte inter ſe coniunctæ Oſtreum circumplicent & ambiant, nihil prorſus Cancri denticulati forcipes illi poſſunt. Quid igitur agit? Quid tandem molitur? Cum viderit illud tranquillis in locis tepore ſete oblectare, ſuaſque illas ſaluulas ad Solis radios aperuiſſe, ac explicaſſe, tunc clanculum imrecto calculo concluſionem prohibet, atque quod viribus ſuis deerat, id tali aſtu ſibi ſuppler. Hæc eſt eorum malitia, quæ neque ratione, neque voce prædita ſunt. Ipſe ego optauerim, vt Cancrorum ſolertem induſtriam miratus in parando viatico, à proximorum noxa incommodiſque tibi temperes. Talium eſt profecto morum, qui ſuum cum dolo fratrem adire ſolet, quique ex inſidijs proximos aggreditur, alienisque inſultat calamitatib. Effugito deſpiciendorum hominum imitationes. Tuis proprijs facultatibus eſto contentus, paupertas cum veraci ſufficientia, omni potiundæ voluptati profecto eſt compoti mentis anteponenda. Ad huius imitationem D. *b* Ambroſius, cum declaraſſet quã aſtute, ac fraudulẽter inſidias parent Oſtreis & Conchis Cancri, horum exemplo fraudulentium hominum perfidiam, ingluuiem, cupiditatemq; inordinatam comprehendit his verbis: Sunt igitur homines, qui Cancri vſu in alienæ vſum circumſcriptionis irrepant, & infirmitatem propriæ virtutis aſtu quodam ſuffulciant, fratri dolum nectant, & alterius paſcantur ærumna. Tu autem proprijs eſto contentus, & alienæ te damna non paſcant. Bonus eſt cibus ſimplicitas, innocentiæ ſuæ bona habens: inſidiari neſcit alienis, nec auaritiæ faci bus exardeſcit. cui lucrum omne ad virtutem diſpendium eſt, ad cupiditatem incendium. Et ideo beata eſt, ſi bona ſua nouerit cum veritate paupertas, & omnibus præferenda theſauris: quia melius eſt exiguum cum Dei timore. Quantum eſt enim quod hominem alat? aut ſi quæris, quod etiam abundet alijs ad gratiam, id quoque non multum eſt. Meliot eſt enim hoſpitalitas in oleribus cum gratia, quam vitulorum pinguium præparatio cum diſcordia. Vtamur ergo ingenio ad quætendam gratiam, & ſalutem tuendam: Licet nobis vti exemplis maritimis, ad profectum noſtræ ſalutis: nõ ad alienæ periculum.

a *Hex. diui. offic. Hom.*

b *Hex. 5. c. 8*

Doloſi magiſtratus.

Hactenus D. Ambroſius. Impoſtores etiam alios & fraudulentos, veluti ſunt, qui ciuitatis gubernaculis præſunt, ſed iuſtitiam iniquè exercentes, exprimũt Cancri. Nam vt hi non recta progrediuntur, ſed dextrorſum, ac ſiniſtrorſum, ita etiam illi via recta neglecta, munera impiorum, ac inhumanorum, ipſi etiam inhumani pijs bonorum rationibus, lachrymiſque præferunt, de quibus ſcilicet tam impie cum innocentibus, agentibus dicebat *c* Hieremias: Facti ſunt retrorſum & non ante: deque ijſdem dicitur in Prouerbio, quod ipſi relinquunt iter rectum, & ambulãt per vias tenebroſas. His teſta dura eſt: quia in prauo illo propoſito fraudulentiſque actionibus perſiſtunt: carent ſanguine: quia nihil humanitatis, miſericordię, ac dulcoris poſſident: viuuntque in locis mollibus, delicias, ac omne voluptatis genus amplectentes.

c *Cap. 6.*

HIEROGLYPHICA.

Inconſtantia.

SCite admodum Iohannes ille cognomento Scholaſticus, Scalarum anacephalæoſi, hominem qui modo riſui indulgeat, modo luctui, modo auſteritati atque temperantiæ ſe reddat, modo delicijs diffluat, & voluptatibus implicetur, Cancro æquiparauit, nunc in dextram, nunc in ſiniſtram partem gradienti, miraque vitam ſuam inconſtantia traducenti: virque is ſapientiſſimus de ingenij eiuſmodi prolectu nihil ſibi quidquam pollicetur, quod ad vllam ſit vnquam frugem peruenturum. Eiuſdem ſubterfugij, inquit Pierius Valerianus, cauſa Sophiſtam ſignificare, qui volunt, Cancrum pingunt: eos enim perſimiles huic animali dicit Plato Euthydemo, quos vbi validiori aliqua ratione deuictos comprehenſosque putes, tunc retro fugaci curſo lapſi per diuerticula, atque ſubterfugia, maiorem priore laborem tibi intentant, ſi vilem ac inanem prorſus curam eos conſectandi ſuſceperis. Sed enim non in Sophiſtas tantum, ſed in ipſam etiam Dialecticam obortum

Sophiſta.

A eſt à Cancro cauillum. Nam Ariſton Philoſophus, vt eam eluderet, dicere ſolebat, eos qui Dialecticam enixioti conatu ſectarentur, ijs aſſimilari, qui Cancris veſcerẽtur, cibi enim admodum exigui gratia, circa oſſa tam multa numero, tantum laboris inſumi. Si quid vero abditum & arcanum luci proditum, ac reuelatum oſtendere quis vellet, Pagurum, & eius generis piſces, qui latebris gaudent, face appoſita figurabant: conſtat enim eos nocturno tempore, admoto lumine, de penitiſſimis etiam cauernis euocati. Ea vero de cauſa Cancri ad nocturni luminis ſplendorem accurrunt, quod id omne genus Teſtacea noctu plurimum paſci ſoleant: compertumque plenilunio ſit, ea magis tum pinguescere. Iam vero Imperatorem Octauianum Auguſtum adeo delectatum fu ſſe hoc prouerbio, *feſtina lente*, ſcribunt Aulus Gellius in noctibus Atticis, & Macrobius in Saturnalibus, vt non ſolum in communi colloquio, ſed in Epiſtolis etiam eo vteretur: & in ſigillo ſuo ſculptum haberet Papilionem cum Cancro: quibus duabus beſtiolis prouerbij ſententiam hieroglyphice pingebat: per Papilionem Vermiculum alatum, & velocem innuens celeritatem, per Cancrum vero, qui motu retrogrado & tardo fertur, moram & cunctationem.

Arcanum reuelatum.

Feſtina lẽte.

NVMISMATA.

B

CAncer in numis, inquit *a* Pierius Valerianus, compactile ſcilicet genus id, quod corpore eſt obrotundiore, cuiuſmodi pleriq; cœleſte ſignum figurãt in Zodiaco, Chiorum indicat rempublicam. Tradunt id & Pollux & alij: ſed enim niſi quiſpiam auctor eſſet, numus argenteus id ſatis indicaret, in quo Pagurus is eſt cum inſcriptione, ΚΩΙΩΝ infere ΛΕΥΚΥΠΠΟΣ. Tria Agrigentinorum numiſmata argentea reperiuntur, in quibus ſculpta eſt ab vna parte aquila leporem pedibus premens, ac quandoque illum dilacerans roſtro, cum inſcriptione in eorum vno tali, ΑΚΡΑΓΑΝΤΟΣ, in altero ΑΚΡΑΝΤΟΣ: in tertio vero ΑΚΡΑΤΑΝ. Horum autem numiſmatum pars oppoſita Cancrum & piſcem exprimit; vnius inſcriptio talis ΑΚΡΑΓ; alterius ΑΚΡΑ, tertij ΑΚΡΑΓΑ, in quo anguis eſt piſciculum ore tenens. In Syracuſanorum numo quoq; argenteo parte vna aquila inſculpta cernitur ardeam, vel vt alijs placet, vulturem pedibus prehenſum tenens cum inſcriptione ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ; altera vero parte Cancer eſt, & ſub eo duo delphini. Adrianorum quoque duo extant nummi argentei, quorum prior vno latere aquilam habet, leporem pedibus tenentem, cum his infraſcriptis ΑΔΡΑΝΙΩΝ, altero vero Cancrum ſupinum cum ſex circulis O literam plane referentibus, tribus ad dextram chelam, & tribus ad ſiniſtram. Infra Cancrum cernitur quid ſerrę ſimile. Poſterior vna parte aquilam etiam habet pedibus comprehendentem leporem, & hæc ſupra caput & dorſum aquilæ ſcripta circum nummi oram ΑΔΡΑΝΙΩΝ: altera vero parte, Cancer cernitur, & intra eum ſerpens, aut anguilla, vt arbitratur Hubertus Goizius, ſuperius vero intra Cancri vtraſque chelas pecten. Sinueſſa vrbs Græcæ originis antea vocata Sinope numtnum cudit argenteum, in cuius vna parte videtur Cancer, aut Pagurus, & infra hunc piſcis nonnihil incuruatus cum hiſce infraſcriptis literis ΣΙΝΥΕΣΣΑΝΩ, ab altera teſtudo eum eadem inſcriptione. Per Pagurum, aut Cancrum volunt intelligi ſapientiam, per teſtudinem ſalubritatem. Eſſe enim calidas aquas in agro Sineſſuano hecticis & phthiſicis ſaluberrimas, Strabo & Plinius teſtantur. In nummo æneo Brutiorum ab vno latere Cancer eſt, intra cuius chelas impreſſæ hæ literæ ΒΡΕΤ, & ſupra has literas caput bouis, infra vero Cancrum ΤΙΩΝ legitur; ab altera parte deæ alicuius, nimirum Palladis caput eſt, è cuius vertice quinque Cancri pedes prodeunt.

a Hierogly. lib. 28.

Chiorum numus cũ Cancro.

Adrianorũ.

Sinueſſæ vrbis.

Brutiorum.

PRÆSAGIA.

D

PLuuijs imminentibus, aut tempeſtate, Cancer ex aqua in terram prodit, quod ſcripſit Aratus his verſibus:

Καὶ μὴν ἐξ ὕδατος καρκῖνος ἄχετο χέρσον,
Χειμῶνος μέλλοντος ἐπαίστεος ὀδοῖο.

Pluuię præſagium.

SOMNIA.

CAncer viros peruerſos & inemendabiles indicat, propter animalis tranſuerſa veſtigia. Si quis inueniat marinum Cancrum, aut pluuialem (fluuialem) virum peruerſum inueniet & inopem. Si marinum, regem: ſi fluminis, principem, eo quod mare regem, flumen vero principes ſignificat, Zoographus ex incerto.

FABVLÆ.

E

CAncer teſte Hygino & Baſſo Iunonis officio inter aſtra collocatus, quod Herculem, cum hic contra Hydram Lernæam conflageret, & palude pedem haberet, mordicus arripuiſſet. Herculem enim aiunt ideo ira accenſum, eum interfeciſſe, Iunonem autem, quæ Herculi infenſa erat, inter ſidera collocaſſe. Hanc fabulam Thom. Rhadimetrice ſic deſcripſit:

Tot ſtellas Herculis enſe nectus
Cancer portans, & habet irradians,
Calcem morſu acriter arripuit
In Lernea caput arma domat
Quando Tirynthius acer, amans
Famę. Occiſum tulit ætherijs
Oris Iuno breuiori mora.

Cancer cur in aſtra collocatus,

Nonnulli, cur inter ſidera ſit collocatus, aliam rationem reddunt, quia nimirum conuetſione regteſſuq; tam peculiari eo in animali animadmotſo,

Capti ſignũ

uerso, per eius imaginem ostendere voluerint Solis cursum, qui cum eo progressus fuerit, retrorsum aufugere videatur. Veluti caper opposita ratione conflictus, quia sol ab eo signo, toto poli nostri tractu, altiora petere contendat: caper enim dum pascitur acclriuiora, editioraque loca petit. Huiusmodi vero commentum, vt ait *a* Pierius Valerianus, non ex orbis totius conditione, sed ex cœli nostri situ sphæraq; ipsa ad arcticum obliquata excogitatum est: nam ad æquinoctialem circulum appropinquantibus Cancer deprimi videretur, æquinoctij signa attolli: ad id tamen fieret, quod Solis progressus & regressus omnino à Capricorno ad Cancrum, mox à Cancro ad Capricornum, secto duobus locis æquinoctiali considerarur.

a Li.28. Hieroglyp.

Hercul cur Cancrum occidisse dicatur.

Quod vero aiunt Herculem tot immanium monstrorum domitorem, in opprimendo etiam Cancello laborasse, nihil aliud sibi vult, vt veteres interpretantur, quam sophisticas nugas obtritas dialecticæ disciplina. Fabulose igitur iocatur Plato, cum Herculem aduersus Cancrum desudasse dicit.

APOLOGVS.

Serpens & Cancer.

SErpens vna cum Cancro viuebat, inita cum eo societate Itaq; Cancer simplex moribus, vt & ille mutaret, admonebat astutiam. Hic autem minime obediebat. Cum obseruasset igitur Cancer ipsum dormientem, & pro viribus compressisset, occidit. At serpente post mortem extenso ille ait: Sic oportebat ante hac rectum & simplicem esse, neque enim hanc pœnam dedisses. Significatur hoc apologo, offendi potius, quam iuuari, qui cum dolo amicos adeunt. Ad hunc usus apologi sensum fortasse, aut alterius ei similis facti sunt hi antiqui versus, quos vt Eustathius & alij, Alcei, alij Sapphus, quidam Praxillæ Sicionię esse aiunt.

Ὁ καρκῖνος ὧδ' ἔφη χαλᾶ τὸν ὄφιν λαβὼν
Εὐθὺς χρὴ τὸν ἑτοῖμον ἔμμεν, καὶ μὴ σκολιὰ φρονεῖν.
Cancer autem ita locutus est, cum serpentem chelis comprehendisset,
Necesse est vt sodalis rectum sequatur, & non obliqua voluat animo.

PROVERBIA.

Cancer leporem capit.

KΑρκίνος λαγὼν αἴρει, id est, *Cancer leporem capit*: de rebus, quæ fieri nequeunt, vt interpretatur Suidas: seu vt alij de re nequaquam vetisimili dictuq; absurda, velut si quis dicat, ab indoctissimo superari doctum: Huic & aliud simile; Καρκίνος δασύποδι συγκρίνεις, id est, *Cancros lepori comparas*, de supra modum dissimilibus. Etenim & leporum celeritas, ita & Cancrorum tarditas nota est. *Nunquam efficies, vt recte ingrediantur Cancri.* *a* Aristophanes.

a In pace.

Οὔποτε ποιήσεις τὸν καρκῖνον ὀρθὰ βαδίζειν,
Οὐδ' ἐπὶ τὸ πρόσθεν ποιήσεις ὕστερον ἰδεῖν.
Ambulet vt Cancer recta, haud effeceris vnquam
Nec quidquam efficies, vbi res erit ante peracta.

Cancrũ recta ingredi docere qd.

Hoc velut oraculum poeta facetus pronunciat, quod à natura sit insitum, nullo corriges negotio. Nam Cancris genuinum obliquè ingredi. In quorum altero carmine tangit adagium, *Actum ne agas.* Idem fere cum præcedenti & illud est: *Cancrum recte ingredi doces.* Καρκίνον ὀρθὰ βαδίζειν διδάσκεις, de eo qui docet indocilem. Refertur in Plutarchi collectaneis. Pertinet ad genus ἀδυνάτων, *Æthiopem dealbas.* Siquidem animal hoc non ingreditur, nisi obliquo corpore, & in omnem partem mouet gressum.

Εν δὲ διχοστασίῃ κ' Ανδροκλείδης πολεμάρχει.
In seditione vel Androclides belli ducem agit.

In homines contemptos & humiles, qui per occasionem aliquam incidentem; dignitatem sortiuntur. Effertur etiam ad hunc modum:

Εν δὲ διχοστασίῃ κ' πάγκακος ἔμμορε τιμῆς,

Et aliter:

Εν δὲ ἀμηχανίῃ κ' καρκῖνος ἔμμορε τιμῆς.
Fert rebus desperatis & Cancer honorem.

Quanquam Carcinus viri nomen in hoc prouerbio videtur. Πάντα λίθον κινεῖ. *Omnem moue lapidem.* Sunt qui metaphorám sumptam esse existimant ab his, qui Cancros venantur in litore. Nam hi plerumque sub saxis latitant, quæ mouent, qui Cancros quærunt. Imitari nepam; pro retrocedere & in peius labi: Germani dicunt **hinderſich wie die Krebs gehen.** hoc est retrorsum, vt Cancri ambulant, sed Nepa scorpionem potius quam Cancrum significat.

Omnem lapidem mouere, qui dicantur & vnde.

SIMILIA.

QVi hominem nimium præsumentem; & gloriosa verborum plus vltra iactatione superbientem, illudere Romæ nuper voluit, quidam Cancro inequitantem pinxit, & adscripsit Plus Vltra: Οἱ ἐν Δελφικῇ βαδιοῦντες, ἐοίκασι καρκίνοις ἱππευομένοις: οἱ δὲ ὀλίγον τρόφιμον ἐπὶ πολὺ ὀστᾶ ἀσχάλλουσι: Ariston in similibus: hoc est, Qui dialecticæ studium profunde rimantur, Cancros edentibus similes sunt: qui propter exiguum alimentum, circa crustas plurimas occupantur.

EPITHETA.

Caneri animalis epitheta.

TExtor Cancri syderis & animalis aquatici epitheta confundi & separantur hoc modo. Animali hæc adscribenda: octipes, multipes, scopulosus, cæruleus, testudineus, tardigradus, fetus, humens, rubicundus, obscænus. Nam fluuialis, æquoreus & litoreus, differentiæ potius quam epitheta fuerint. Rubentem dixit *a* Virgilius. *Neue rubentes Vre foco Cancros*: id est, vt Seruius exponit, cum vruntur, non qui per naturam sint huius coloris. Syderi vero conueniunt, Lernæus, pluuialis, nisi fluuialis legendum est, vt sit idem quod fluuiatilis: & multa à calore ducta, quod Sol mense Iunio, quum vehemens viget æstus, hoc sidus percurrat: calens, calidus, tortens, ardens, adustus, æstiuus, æstifer, rapidus, feruidus, inflammans: vtque cutuãs brachia.

a In pace.

Epitheta Syderis.

Σισυροδύται καρκῖνοι Licophroni dicuntur. Sisira enim, vel sisyrna teste Varino est tunica crassa ex ouillis, vel caprinis pellibus cum lana. Ροδοδάκτυλος, roseis digitis, apud Athenæum: ὀκτάποδης Nicandro. Et *b* Ouidio:

Sisira quid.

Octipedis frustra quærentur brachia Cancri.

b 1. Fastor.

Αλήτης, Oppiano. Sed hoc forte, inquit Zoographus, marinis potius conueniet, vel omnibus, vel speciei cuidam. Plura in epithetis Pagurí. Hometus in Battachomuomachia eleganter Cancros descripsit epithetis.

Ἦλθον ἐξαίφνης νωτόκμηνες, ἀγκυλοχεῖλαι,
Λοξοβάται, σπεῖραι, ψαλιδόστομοι, ὀστρακόδερμοι
Ὀστοφυεῖς, πλατυώτοι, λοπεσίλλοντες ὦμοις,
Βλαισοί, χειροτένοντες, ἀπὸ στέρνων ἐσορῶντες,
Ὀκτάποδες, δικώλωοι, ἀχείρεες. οἱ δὲ κολοῦνται
Καρκῖνοι οἱ ῥαπτμυῶν ἀρχὰς σκώπτουσιν ἔκοπτον.
Venerunt autem ex improuiso, habentes incudes in tergo vnguliſ curuis
Oblique ingredientes, tortuosi, habentes forsiculas in ore, ostripelles,
Ossei natura, lati humeros, rutilantes in humeris.
Blasi, neruosis ceruicibus, à pectoribus intuentes,
Octopedes bicipedes, manibus qui capi nequeant (illi autem vocantur Cancri) qui vtiq; murium caudas oribus incidebant.

VSVS IN CIBIS.

CAncros & huiusmodi malacostraca scribit Galenus duram carnem habere, & ob id difficilime confici, sed firmi alimenti esse. Auctor libri Galeno adscripti de Spermate; Cancri pisces, ait, frigidi & humidi septentrionales. Psello itemque Diphilo apud Athenæum Cancer grauis est, & difficilis concoctu. Apud eundem Mnesitheus ait; Cancri, Locustæ, Squillæ & huiusmodi, difficultet quidem concoquuntur, sed multo facilius quam alij pisces. Conuenit autem eos assari potius quam elixari. Arnoldus Villanouanus, Cancros marinos & fluuiatiles difficilis quoque digestionis esse scribit; at multum alere, nec facile in stomacho corrumpi. Et Aetius in curatione colici affectus Cancros prohibet in cibo, quod tũ bationem inducãt, Squillas, tanquam ex Malacostracis minus noxias concedit. Aluum soluere testatur Galenus, propter salsedinem & acrimoniam eorum: ideoque stomacho nocere, maxime uetuosam eius substantiam. Idem præcipit, vt coquantur in aqua, in qua nati sunt; ego nihil referre puto, dummodo salsa sit aqua. Coqui debent, inquit Platina ex aqua & aceto, & sale abundanti. Cocti & in patinas translati ex aceto (suffuso) comedunturur. Romæ qui crustam veterem exuerunt, friguntur oleo & butyro: duriori crusta tecti assantur super prunas. Laudantur etiam si coquantur in vino. Laudantur, qui vetustam habent crustam, autumno, hyeme, & vere: qui autem eam exuerunt Aprili, & Maio mensibus inueniuntur; nonnunquam etiam Romæ mense Septembri.

Tẽperies.

Cur in colico dolore prohibeantur.

Vt coquendi.

VSVS IN MEDICINA.

HIc quædam communia Cancris marinis, & fluuiatilibus remedia omisimus, quæ vbi de Cancro fluuiatili erit sermo, proferemus. *a* Plinius contra serpentium ictus mederi tradit, sole Cancri signum transeunte. Apud *b* eundem nihil tam æque aduersari serpentibus quam Cancros, suesque percussas hoc pabulo sibi mederi Thrasyllus auctor est: cum sol sit in Cancro, torqueri serpentes. Apri, ait *c* Ælianus, Hysocyamo deuorato Cancros sibi pro remedio quærunt. Plinius apros hedera sibi mederi scribit in morbis, & Cancros vescendo, maxime è mari eiectos. Cerui, teste † Aristotele, morsi, vel à phalangio, vel à quouis generis eiusdem, Cancros edunt, quod idem homini etiam prodesse putatur, sed non caret fastidio. Paulus Ægineta contra scorpionum ictus silphium cum Cancro trito in vino propinat, & Aetius eum appositum Scorpium occidere prodidit. Sed hoc alij priuatim de Cancro fluuiatili scribunt. Carbunculos & carcinomata in mulierum parte, teste Plinio, præsentissimo remedio sanari tradunt Cancro fœmina, cum salis flore contuso post plenam lunam, & ex aqua illita. Cancri cum in electuarijs & antidotis resumptiuis ponũtur, sic præparati debent: Euellantur extremitates Cancrorum è pedibus & corporibus suis: & abluantur cum aqua frigida, & sale eum cinere, donec iam putæ sint carnes, & odoris grauitatem exuerint. deinde coquantur in aqua hordei, cum aqua lactis, à quo extractum est butyrum. Sic præparati electuarijs misceantur, vt docet Auicenna libro quarto sui Canon. fen. prima, tractatu 3. capite de medicamentis refrigerantibus hecticos. Hæc ex veteri editione Nicolai Præpositi. Caneri ex aqua poti profluuia sistere, ex hyssopo (vetus codex legit œsypo) purgate, & si partus stranguletur (scilicet in enixu laboriosio parturientis matris) similiter poti auxiliantur. Eosdem recentes, vel aridos bibunt ad partus continendos. Hippocrates ad purgationem mortuosque partus vtitur illis, cum quinis lapathi radicibus, cum ruta & fuligine tritis, & in musso datis potui. Item in iure cocti cum lapatho, & apio menstruas purgationes expediunt: lactisque vbertatem faciunt. *d* Item in febri, quæ sit cum capitis doloribus, & oculorum palpitatione, mulieribus in vino austero potos prodesse dici Plinius scribit. Ad strangurianam quidam iubent ttes Cancros coqui in cyatho aceti, in mortario simul contundi, & exprimi, & propinati. Cum aqua florum Cyani minoris distillata extrahitur succus

a Li. 9. c. 31. Contra serpentes.

b Li. 32. c. 5.

c 1. Var. c. 7.

† Hist. 9. c. 5

Cõtra scorpiones.

Contra carbunculos & carcinomata.

Vt ad electuaria præparandi.

Profluuia sistunt.

Ad partus continẽdos.

Ad strangurianam.

d li. 32. c. 10.

ex Cancro viuo contuso, & eo gingiuæ puerorum in dentitione salubriter illinuntur. Iliaco calido & sicco præscribit *e* Hippocrates inter alia pisces leuiter coctos & Cancros, & Conchylia. Cancri testam diligenter teres, & vino subdulci miscebis, & colatam potionem dabis bibendam ei, qui calculi molestia laborabit, ex Marcello. Aetius ad idem remedium Cancros vrit: Cancros inquit, tres aut quinque, aut ,, septem tantum, cum ingenti stepitu indesinenter sub testa exure: & contriti eorum cineris cochlearium vnum cum conditio præbe: eoque calculosos renes sanabis, sed Marcellus Empiricus ad hoc remedium Cancros simpliciter terit, vt paulo ante recitaui. Cancrorum cinere aliqui in dentium doloribus vruntur, ex Plinio: Ab eodem Cancri & Scolopendræ marinæ cinis cum oleo, inter psilothra numerantur: conijcit autem Zographus, non Cancros simpliciter, sed cinerem eorum esse intelligendum. Andreas ad lepras Cancri cinere cum oleo vsus est, eodem *f* Plinio teste. Cancri maxilla naribus insufflata valet ad sanguinis fluxum, ex Rosa Anglica. Galenus in Euporistis ait: A bestijs venenatis rabiosoque cane demorsos sanat Cancri interiorum cinis ex aqua s. mel, aut bis potus, quantum manu capere potest. Prodest etiam morsui canis rabidi, auctore *e* Plinio, membrana siue senectus anguium cum Cancro masculo trita (manuscriptus legit ex vino trita.) Cancri oculos alligatos collo mederi Lippitudini dicunt, vt idem ait. Cancri oculus inquit Marcellus, subtiliter sublatus, & in phœnicio colligatus, collique suspensus, lippitudini incipienti medetur, si tamen te medium à cæsto homine fiat. Stamphos erodij (rostrum atdeæ) cum Cancri felle in corio asinino suspenderis ad collum vigilantis, dormitabit, vt auctor est Kiranides. Ratio conficiendi pulueris vtilis ad dissectionem nerui, qui à chirurgo est conglutinandus, Henrici Ranzouij. Recipe oculos Cancri, in imbtilissimum puluerem comminutos in parvo linteolo. Hunc puluerem neruis inspergo, & siccis fasciis, ex linteolo confectis, locum obliga, ne humiditas aliqua ad neruos penetrare possit. Hanc ligaturam per spacium viginti quatuor horarum intactam relinquito, Elapso prædicto temporis spacio Chirurgus neruum inspiciat, ipsiusq; conglutinationem exploret, & deinceps vulnus illud calidis vinculis deliger instar alterius vulneris recētis, & post diem vnū aut alterum ligaturam dissoluat. In capite Cancrorum reperitur lapillus figura planus, qui acerrimo aceto immissus motum manifestum habere deprehenditur. Huius puluere audio multos feliciter vti ad cōterendos renum calculos, ex *d* Mizaldo. Eosdem etiam, in potu sumptos, cordis punctiones sanare aiunt.

e Li.3 de diet.
Ad dētitionem.
Ad Calculum.
Ad dolorē dentium.
Ad sanguinis fluxum.
f 32. c. 8.
Ad venena & rabiosos canes.
e Lib.29.c. 25.
Lippitudini medentur.
Ad neruos conglutinādos.
Lapis in capite cancri, & eius vis.
d Memor gen.8.

VSVS IN VARIIS.

PVrgari à Scorpijs domos, tradunt referente *a* Isidoro, si decem Cancri cum ocymi manipulo alligentur, omnes enim, qui ibi sunt Scorpiones, ad eum locum coituros. Ne à rubigine aristæ in aruis contaminentur, & in fœtidum puluerem redigantur, quidam tres Cancros cum bouilo & caprino stercore paleis admistis vrunt: Cancros viuos, inquit *b* Plinius, cremari iubent quidam, vt carbunculi non noceant. Vlmi folliculis genus quoddam bestiolarum innascitur, quod Cnipes appellant, qui cum in ficus signuntur, ficariosillos Cnipes τὰς ψῆνας deuorant. Huius remedium Cancros statuunt alligandos (ἄκρος δὲ τοῦτο φασὶν εἶναι τοῦς καρκίνοις προσπεροναῖν, forte προσπεροναῖν, pro affigere, Zographus (in eos enim vertere sic Cnipes inquiunt) sed ficis quidem auxilia istiusmodi competia habentur, ex *c* Theophrasto. Fructū, ait *d* Gaudentius Metula, plantæ continebunt, si Cancer ttuneo circumligetur.

a Lib.12.Orig.c.6.
b Lib.18.c. 39.
c Hist.plan. 2.c.19.
d Lib.4.memor.c.39.

CAPVT XVII.

DE CANCRO MARINO.

ORDINIS, RATIO.

Synonyma.

CAncri marini nomen ita accipimus, vt omnes, quæ in mari nascuntur, species comprehendat, & eam priuatim, cuius in hoc capite tradetur historia. Græcis καρκίνος θαλάσσιος vocatur, Gallis Cancre; quocirca nomine carere hanc speciem scripsit Rondeletius; eandem intellexisse videtur *a* Cæsar Scaliger, dum species Cancrorum enumerans, inquit: vna est apud vicinos nostros generis nomine, parua. Italis Granchio dicitur, & Granzo, Venetis Granceolo, Grancella Bononiensibus & Ferrariensibus. Anglis & Germanis infetioribus Krab, Crabbe superioribus Meerkrab. Græci maxime recentiores Paguros quandoque pro Caneris simpliciter accipiunt.

a Exercit. 345.

GENVS. DIFFERENTIA.

Descriptio.

VEneti, apud quos Cancrorum marinorum infinitus prope est numerus, Moleccam vulgo quendam vocant teste Matthiolo, qui crustam veterem exuit, vere: Ex quo genere sunt etiam, quæ vocantur Macinettę, nam & hæ crustam hoc tempore exuunt. Quidam has fœminas esse volunt; Moleccas mares, & hos mollescere, ac vernationem exuere: contra Macinettas perenni cōtegi crusta, & nusquam decidua: & Moleccas, tum quidem torpescere, cum cortice exuuntur. Alij toto genere distinguunt, & Macinettas multo minores Moleccis statuunt, aliudque ab his esse tertium aiunt, quod perpetuo corticem durum retinet. Moleccas autem vocant à molli ac teneri crusta, quam habent, cum veterem exuerunt. Rondeletius & Bellonius, item Zographus in Cancri marini pictura non conueniunt. Quem enim depinxit Rondeletius acuminata magis est parte anteriore prope oculos, & duo habet cornicula, quibus Bellonij icon, item quam edidit Zographus, caret. Quocirca, credo à Bellonio & Zographo depingi eum, qui frequens vbiq; est in Italia. Et sane fatetur Zographus se nactum iconem suam ex Italia. Quem autem expressit Rondeletius, frequens est in Gallia Narbonensi, & vt ipse ait, diu extra aquam viuit, (ita etiam noster vulgaris) Brachia habet non admodum magna, pedes longos in acutum desinentes: cornicula duo. Cancer marinus, inquit *a* Bellonius, rotundo fere, ac circinato corpore præditus est, anteriori parte crenis diuiso, crustaceo tegmine conuestito: cuius magnitudinem ad Pagurum & Maiam, Astacum & Locustam facile conferetis. Maiores enim trium aut quatuor digitorum latitudinem non excedunt. Ea vero habent blæsa, vtrinque in latere quaterna, & duo brachia forcipata. Hepate rubro constant, gustui dulcissimo, quod Aristoteles mutim nominare videtur, habet porro intestina multiplicibus circis obsessa, mouenturque horum partes solidiores albis musculis agentibus. Aliam ab his obseruaui speciem, magnitudine vulgatis, cæterum differt pede vltimo, qui ab vtraque parte est, Nam non in acutum desinit, sed breuioribus, ac crassioribus constat internodijs, & curtior est alijs pedibus, & in fine latior duabus postremis articulationibus. Hunc igitur etiam depictum do, vna cum alijs duobus supra descriptis, quo pes hic posterior melius conspici possit. Habet etiam duo cornicula, qualia suo Rōdeletius tribuit, sed corpore est rotundiori, quo vulgari Cancro marino similis. *b* Aristoteles pelagios Cancros pedes longe tardiores cæteris habere scribit ad ambulandum.

a Lib. 2.de pisc.c. 3.
b De par. 4. c.8.

LOCVS.

OPpianus *a* de Cancris marinis:
In saxis habitant curuis & pascua carpunt.
Vnde forte ab Æliano παραῖοι, hoc est, saxatiles dicti sunt. Quod autem Plinius dixit Cancros locis mollibus vitam degere, haud satis verum videri annotat Massarius. Sunt enim, inquit, Paguri Cancri, & tamen non nisi locis saxosis capiuntur, & similiter Cancri illi alij parum minores, cibo non idonei, præcipue mares, præterquam eum exuerint senectutem, quos tam petrosis, quam terrenis locis vitam agere perspicuum est; quod ex Aristotele elici etiam potest, tam octauo de historia, vbi Cancros aquatiles, stercus deuorare inquit: quam etiam quarto de partibus animalium, cum Caneris caudam inutilem esse tradat, quoniam vitam agere terrenam cauernasque subire soleant, nec defendi satis potest Plinius, nisi quis in Plinio non Cancri, sed Astaci legendum existimauerit, vt dictum est ex Aristotele, vnde hæc mutuatur, Hactenus ille. Natant nauigatores isti in Indiam magnam copiam marinorum Cancrorum esse prope Insulam Canibalorum, quæ hodie Domeneca appellatur, & Hispanos per decem dies continuos hisce vitam sustentasse in mari Nicaragua. Rondeletius suam speciem frequentem esse scribit in stagnis marinis. Noster vulgaris vbique in Italico degit litore, in locis saxosis atque arenosis.

a 1.de Pisc.
Plinius correctus.

NATVRA. SAGACITAS.

IN Bosphoro Thracio cum ventus ingruit violentus, Caneti aduersus fluctus nituntur: circa promontoria vero, vbi venti vis maior est, omnino repulsi auersique, impetum sequi vndatum cogerentur: cæterum hoc præuidentes, cum iam prope ad promontorium appulerint, singuli in sinuoso aliquo loco se tenent, simulque & reliquos expectant. Deinde in eundem locum congregati, adrepentes per præcipites crepidines in siccum ascendunt, & fluctuum vim (qua parte violentior erat) euadunt iter pedibus conficientes. Cum autem hanc violentiam pedibus prætergressi sunt, rursus per crepidines in mare recurrunt. Parcunt autem eis piscatores, cum declinandi communis periculi gratia sponte in terram exeunt: neque homines cum sint, ipso etiam maris impetu sæuiores ipsis videri volunt. Ex *a* Æliano.

a Li.7. de animal. c.24.

SEXVS. COITVS.

MArinorum color, teste *a* Bellonio, maribus quidem rubentior, fœminis ex liuido in cyaneum tēdit. Mares autem fœminas opprimere videntur, antequam ineant: atque inter se diutissime dimicant arietum more. Crura in ventrem reflectunt, dum incedunt. Rondeletius suo Cancro fœminæ intus partem inesse quandam croceam scribit, qua mares cōtent, quam ouorum materiam esse putat. cæteras partes internas albas tam in mare, quam in fœmina reperiri.

a De aquat. 2.c.3.

APOLOGVS.

CAncer, vt ait Æsopus, è mari cum ascendisset, in loco quodam pascebatur. Vulpes esuriens vt vidit, accessit, ac eum rapuit. Ille deuorandus ait, sed ego condigna patior, quia marinus cum sim, terrestris esse volui. His probat Æsopus homines, etiam qui proprijs derelictis exercitijs, ea quæ nihil conueniunt, aggrediuntur, merito infortunatos esse.

Cancer & vulpes.

VSVS IN CIBIS.

IN aqua, & aceto, cum modico sale elixantur, aut in aqua matina: aut assantur, sed elixati meliores sunt, frigunturin oleo Moleccæ dictæ, præstantioresque habentur cæteris. Fœminæ, maxime cum turgent ouis meliores iudicantur maribus: Ideoque Bononienses, & Ferrarienses fœminas, & mares seorsim ponunt, fœminasq; duplo maioris

Molecca.
Molecca vnde dicta.
Vt coquantur.

pret j

TAB. III.
Cancer stagni marini Rondeletij Meer krebs
1.
Cancer marinus Belonij Mer krebs.
2.
Cancer marinus alius ab authore observatus. Meer krebs.
3.
Hippocarcinus hispidus Meer Spinn.
4.
Cancer supinus, hippocarcino similis Meer spinn.
5.
Pagurus Venetorum fœmina Meertäschen weiblin.
7.
Pagurus Venetorum mas
Cancer Maia alius, Meer täschen Mennlin.
6
Cancer Maia aliis plurimis spinis horrens Meer spinn mit vilen Stacheln
8.
Cancer Heracleoticus Rondeletij, Meer spinn
9.
Cancer brachichelos Maiæ congener, licet minor multo. Meer spinn.
10.
Cancer Maiæ congener aliis asperitate tomentosa.
11. Meer Spin
Cancer Heracleoticus authoris prone & supine. Meer spinn.
15.
Cancer Moeas, Rondeletij meer spinn.
12.
Pagurus prone & supine Meer täschen Rücken
13.
Meer taschen Bauch.
14.
Meer Spinn.
16.
Cancer Heracleoticus, alter hirsutus prone & supine. Rauh Meer Spinn.
17.
Rauhe Meerspinn.
18.
Cancer hirsutus prior & posterior Rondeletij
Rauhe Meer spinn.
20.
19.
Cancer hirsutus Zoographi Somnio dictus.
Rauhe Meer spinn
21.
Cancer hirsutus minor. Kleine rauhe meerspinn
23.
Cancer hirsuti species alia forte eadem Rauhe Meer Spinn.
22.
Cancer hirsutus minimus Klein rauhe meer spinn.
24.
Cancer Hirsutus alius prone & supine Rauhe Meer Spinn.
25.
Rauhe Meer Spinn.
26.

pretij vendunt. Qui in Indiam nauigatunt, aiunt in Orientalibus regionibus Cancros marinos plenos eſſe, ſuccoque dulci turgere cum Luna parturit, cõtra vacuos cum eſt plena: ſecus quam in noſtris Europæis locis, vbi in plenilunio meliores exiſtunt.

VSVS IN MEDICINA.

Ad phthiſicos.

„ Rondeletius de ſuo Cancro ſtagni marini hæc ſcribit: Hoc „ Cancrorum genus inter marinum, & fluuiatilem medium „ eſſe comperio, vt in marini & in fluuiatilis vicem vſurpare poſſi„ mus: Stagnorum enim aqua partim marina, partim dulci cõſtat. „ Quando igitur fluuiatiles deſunt, ſtagni Cancros aqua hordei „ abluendos cenſeo, vt in ea ſi quid ſit ſalſuginis, deponant, qui„ bus tam feliciter vtemur in his affectibus, quibus fluuiatiles val„ de prodeſſe prædicantur. Atque hoc expertus profiteor phthiſicis „ multum auxiliari. Illis enim ita, vt diximus lotis, & in iure capi, „ vel cum cremore ptiſſanę coctis phthiſicos diu ſummo valetudi„ nis eorum commodo alui. Ex eiſdem cinis pulmones exulcera„ tos mite reficit & recreat, ſi in aqua adianthi, vel plantaginis lo„ tus cum lacte aſinæ, vel cum cremore ptiſſanæ hauriatur. Ex eo„ dem cinere medicamentum fit, quod à cane demorſis maxime „ ſuccurrit. Quare minus recte faciunt medici quidam, qui fluuia„ tilibus, vel ſtagni marini Cancris fluuiatiles Aſtacos ſubſtituunt, „ omnibus dotibus Cancris, de quibus loquimur, inferiores: illi „ enim molli præhumidaque ſubſtãtia conſtant, & quæ facile diſ„ fluat ac diſſipetur, neque corpus ſatis nutriat, neque peculiarem „ vim, ad pulmones iuuandos inſitam, habeat. Cancri vero fluuia „ tiles dulci ſunt ſucco, temperatam ſubſtantiam indicante, quem „ petibenter amplexatur natura, quo reficitur & fouetur, qui hæ„ ret, diſſipatuque facilis non eſt, & natura ſua pulmonum malis „ ſuccurrit. Hactenus ille. Cãcro marino & fluuiatili remedia mul„ ta communia dicentur, vbi de fluuiatili fiet ſermo. Nam Dioſc. „ ſcribit marinos eadem præſtare quæ fluuiatiles, verum ignauius.

a Li. 8. c. 27. Aprorum medicinæ.

„ a Plinius hedera, inquit, apri in morbis ſibi medẽtur, & Cancros „ veſceudo, maxime è mari euectos. Sed Ælianus tradit apros Cã„ cris ſimpliciter ſibi mederi contra hyoſcyamum. Decoctum Cã„ cri marini apud b Plinium efficax habetur contra dorycnium Ma„ rini non fluuiatiles aſſumuntur in Theriacam Cl. Apollonij ad ra„ bioſorum canum morſus apud c Galeuum. Si equus cum fœno, „ aut pabulo braſſicam ſylueſtrem forte deuorarit, prodeſt marinos „ Cancros tritos cum ſucco braſſicæ (ſatiuæ) miſcere & appræhenſa „ lingua per os infundere bis die, idque per triduum, donec malum „ egeratur aluo, ex Abſyrto. Cancros marinos impari numero exu„ ſtos vel atidos tritos, & baccas laureas impari numero tritas, adie„ cto melle atque adipe anſerina temiſſa, æquis ponderibus vniuerſa „ permiſta vuum corpus facias, atque æqualiter in duodecim partes „ diuidas, & in cibo, aut in potione laboranti phthiſico dederis, mire „ profuturum pollicetur Marcellus. Auctor eſt Alexander Benedi„ ctus Cancros marinos, pondere drachmarum duarum, ſi bibantur „ ex lacte materno, vel nutricis, infantibus & pueris ſanare ſtrangu„ riam. Cancrorum fluuiatilium cinis ex oleo & cera (inquit Plinius) „ rimas in ſede emendat, item & marini Cancri polline (ſcilicet ſuo „ emendant) Teſte Marcello ex oleo impoſiti pernionibus, vtiliter „ proſunt, ita vt foueantur aqua, in qua eruum decoctum eſt. Cele„ brat d Auicenna, Cancrum marinum aduſtum ad quartanam, ſca„ biem, lachrymas oculorum & alia, ſed Cancrum marinum expo„ nit ſe eum ibi intelligere, qui in lapidem induitur. A e Plinio lauda„ tur Cancri marini cinis vſtus cum plumbo, ad carcinomata com„ peſcenda. Ad hoc ſufficere, cum melle lineaque lanugine. Aliqui „ malunt alumen melque miſcere cineri. Apud eundem tam marini, „ quam fluuiatiles pilos è mamma tollunt, hoc eſt, morbum pilarem „ ſanat. Propſilothro f idem ſumit Cancri marini cinerem, & ſcolo„ pendræ marinæ. Caucelli (Cancri) marini, aut fluuiatiles in aqua „ decocti cato cocta & tunſa cum farina hordeacea mixta, impoſita „ calidæ ſtomochi vomicæ, tribus diebus maturat efficaciſſime, & „ pluſquam ſit veriſimile, expertum à ſe Alexander Benedictus atte„ ſtatur.

b Li. 32. c. 5.

c Li. 2. de Antid. c. 73.

Cõtra braſſicam ſylueſtrem.

Ad ſtrãguriam.

d Li. 2. tract. 2. c. 150.

e Lib. 32. c. 10

f Li. 32. c. 10.

CAPVT XVIII.

DE CANCRO MÆA DICTO.

SYNONYMA.

a Hiſtor. 4. c. 2.

Etymum.

OMnium Cancrorum maximus Maias appellatur, teſte a Ariſtotele. Caucri μαΐαι, inquit Rondeletius, dicuntur ab Ariſtotele, à Gaza Maiæ fortaſſe à magnitudine: nam μαῖα, quæ amitam ſignificat, & nutricem, aliquando etiam pro grandiore natu ſumebatur: Cæterum vt hoc bene, ita contra quem Maiam eſſe putat, Pagurus eſt, & quẽ Pagurum, Maia. Hic, inquit in Prouincia Squinado vocatur, ab alijs Gritta, Squatanchon, Grampella, ab Hiſpanis Chabto. Hæc ſynonyma conueniunt cum ijs, quæ Bellonius Cancro Maiæ adſcripſit, ait enim: Maiam ob ſimilitudinem, quam cum ataneo habet, vulgus Gallicum Iraigne de mer quaſi ataneum marinum dicat, nominat. Maſſilienſes ab aculeis infinitis, quibus in tergore more Locuſtæ horret, & villis, quibus vndique eſt circumſeptus, Vne Squinaude (ad pectinem, ad quem linum attenuatur, alludentes) vocant. Veneti ac Genuenſes à ſpeculis, in Maiarum corticibus eleganter incluſis, Specchio hoc eſt ſpeculum dicunt. Alij Granceolas, & Cranceolas: Romanum vulgus Grancitellas. Mæa ſunt, inquit Iouius, grandiores rotundiore ventre, A greſſu in terra ſegnes, in aquis autem velociſſimæ, Veneti Granceolas vocant: quarum rotundiotibus teſtis ſpecula includere ad elegantiam ſolent. Et Maſſarius ait. Quæ Mæa vocantur, è genere Cancrario maximę ſunt: quibus cauda deeſt, & corpus rotundum eſt, dorſo ſpinoſo, cruribus oblongis: quas vulgus Cancreolas cognominat. Quorum omnium auctorum ſententia noſtræ opinioni ſubſcribit. In Luſitania dicitur Cangreia, vel Gangreiola, vel Centola Zoographus Germanice dici poſſe ait **ein Meerſpinn**; vt Gallos imitentur, & Albertus Cancrum marinum rotundum ſine cauda, ſcribit Germanice Araneam maris appellari. **Ein Spiegelkrabb**/cum Genuenſibus, vel cum Maſſilienſibus, **ein Herchelkrabb** nominati poterit, vt idem ait Zoographus.

GENVS. DIFFERENTIA.

Deſcriptio.

A Pagure quid differat Mæa.

MAia, vt ſcribit Bellonius, in eo à Paguro differt, quod hic parte anteriore latior ſit, Maia vero poſteriore parte in latitudinẽ ſe diffundat, anteriore coarctetur, & anguſtior fiat magis: eſt præterea magis orbiculata quam Pagurus. Crura quaternis articulis intercepta gerit, alta & exilia forcipibus imbecillis dentata, quib' prædam ori applicat. Corpus illi eſt tam graue, vt ad inceſſum ineptiſſima eſſe videatur, quamobrem in terra ſegniſſima, in aquis velociſſima eſt. Pedes quoque non habet forcipatos ſed vnguibus bene munitos, vtroque latere quaternos, quinis articulis interceptos. Cocta eodem modo, quo reliquum cruſtaceum genus rubet: ſed viua aut liuet, aut vireſcit, aut rubore phœniceo aſperſa eſt: quã ſi ſupinam contempleris, tria parte anteriore breuia ſpecula ab ipſius cruſtæ tegmine continuata cernes, inter quæ præterituræ duæ delitescunt. Tibias non habet læues vt Pagurus, ſed multa ſcabritie exaſperatas. Maia fœmina operculum latiuſculum habet, ſub quo duo foramina membrana occluſa in ipſis poſteriorum tibiarũ radicibus collocata apparent. Quatuor præterea vtrinque ſemicirculis vtitur in natando, à quorum radicibus octoni prodeunt pinnati ramuli, quibus hærent oua in fœtis. Interanea cum Paguro, aut Heracleotico Cancro conueniunt: quę quicunque diligentius ſpeculari cupiet, neceſſe eſt eum viuentis Maiæ teſtam ſuperiorem detegere. Comperiet autem in capite, atque adeo ore ipſos dentes extrinſecus duos oſſeos: in palato autem carunculam qualinguæ vice fungitur: præterea ante dentes biua denticulata oſſicula, atq; in eius ore cauitatem ſtatim ante gulam, in qua quod rubrum contiuetur, habet multiplices flexus: eius vuluam eſſe puto. Ex hac n. oua prodire compertum eſt. Subſequitur cauitas ſatis capax, vacua quidem ea, dum ieiunus eſt piſcis, vt vel os alterum, vel eius ventriculum eſſe dicas: cui etiam dentes adſunt (quemadmodum in Locuſta) numero quaterni, inciſorij & vnus molaris, à quibus gula incipit, in cuius ſummo epiglottidem manifeſte videas: ea autem ad apophyſes meatibus committitur adeo exilibus, vt vix apparean: & quemadmodum vulua adimplebat maiorem partem receſſuum, ſic apophyſes vbique per cauitates immittuntur, tenuibus tamen ligamentis adſtrictæ, & maxime muſculis. Nec eſt aliud inteſtinum manifeſtum, quam illud in quo deſinunt apophyſes, excrementi ſcilicet receptaculum. Eſt autem id teres, cæteris partibus incumbens, ad caudam vſque protenſum. Sed & veſicam vtrinque vnam in ipſa aluo robuſtam, magnam & membranoſam cernas: cuius exitus eſt per ea duo foramina, quæ ſub operimento latent. Branchias habet vtrinque ſub teſta in lateribus numero ſenas: quæ certa membrana ab ipſo tegumento diſtinguuntur: aquam euim in ore acceptam per meatus, qui ad radices crurum ſunt, egerit. Hæc omnia fere Rondeletius Paguro ſuo adſcripſit his verbis: Pagurus poſt Cancrum Mæam maximus eſt, parte anteriore, & in lateribus ſenis aculeis longis & validis riget, è fronte protenduntur appendices duæ rotundæ, & acutæ, firmæ admodum, ſub quibus cornua duo minora, articulata. Ex latetibus valde prominent oculi magis ad latera, quam ad anteriora ſpectãtes, magno interuallo diſiuncti, qua nota a Canctis Mæis differunt. Teſta tota minime leuis eſt, ſed aſpera, vtpote quæ tuberculis & aculeis tota conſperſa ſit. In ea maxime in ſuperiore eius parte pictores noſtri ſpecula includunt, nec id ſine gratia ob aculeos & teſtæ colorem. Pedes octo habet, longos, craſſos, ſex articulis interceptos, chelas duas magnas, aculeis horrentes. Caudam ex multis tabellis contextam, in cuius parte interna oua æſtatis tempore appendicibus racematim hærent rubra. In lateribus branchias, & partes easdem internas, quas Locuſta. Patet itaque Rondeletium non meminiſſe verborum a Ariſtotelis, vbi Mæam, non Pagurum facit λεπτοκελῆ, hoc eſt, longis ac tenuibus cruribus, & inertem ad motum tardumq; ad incedendum, vt Cancrum Heracleoticum. Nec eſt quod Rondeletius neget Mæam noſtram longiorem & horridam, non eſſe veram, ac genuinam Ariſtotelis (qui hanc maximum omnium Cancrorum ſtatuit) propterea quod in Prouincia non ſit maxima, & quem pro Paguro oſtendit, multo maior ibidem exiſtat, maximum enim alit Oceanus & mare Tyrhenum, ac Adriaticum. Et Ligureſtici maris incola hic eſt, quem primum depinximus, & ob inſignem eius magnitudinem Hippocarcinum appellauimus, à D. Bernardo Caſtelletto, qui pro ſingulari ſua humanitate multa exotica, ac peregrina rataque mihi miſit, Genua miſſus. Longus eſt dodrantem & palmum, dodrantem vero latus, altus palmum cum dimidio, ſupra oculos eius miſſitios è tubulis quibuſdã ad latera protenſos fronte media, duo velut cornicula acuta exeũt, quemadmodum etiam medio oculorum interſtitio, quod naſi in uobis l. cum occupat, vnicum. Sub hoc duæ appendices duobus articulis diſtinctæ ad latera è

Fœminæ deſcriptio.

Interanea.

Vulua.

Dentes.

Veſica.

Pagari Rõdeleij deſcriptio.

Cornua.

Oculi.

Pedes.

Cauda.

Oua

a De part. c. 1.

Hippocarcini deſcriptio.

Oculi.

tera è regione fere ſinus, vnde prodeunt, eminent. Item alia paulo inferius ad horum latera ſupremis illis corniculis ex diametro oppoſita, maiora ac longiora, in tenuiſſimas veluti ſetas deſinentia. Os ſub his infimo loco ſitum, duo veluti brachiola intus tota villoſa muniunt. Vniuerſum tergus aculeis ſpinoſiſq; quibuſdam operculis obſitum eſt, quæ ad latera maiora ſunt. Quinque ab vtroque latere pedes, ſi brachia annumeres, in totidem articulos diſtincti, ſed forcipibus nullis acutiſſimo mucrone tantum extremo donati adnectuntur, inſignis pro reliqui nempe corporis proportione longitudinis. Chelæ anteriori parte eximiæ, cum craſſitudinis, tum longitudinis: hæc enim duos dodrantes cum medio æquat, illa brachio fere puerili par eſt, forcipibus fuſci coloris, è quibus villoſa quædam prominent ſtamina inſtar penicilli. Cauda in tabellas articulatim diſcreta, lata ſatis, qua oua contegit: vnde fœminam eſſe coniecimus.

Os. Chelæ. Cauda.

Huic non diſſimilis parte ſupina alter eſt, licet minor corpore. parte prona caudam, quæ verſus ventrem reuoluta erat, extendimus. Hæc inter extremos pedes exorta anguſto principio, deinde magis dilatata, paulatim medio ſui, palmi latitudinem conſtituit, oualis fere figuræ; & extremo in anguſtam appendicem ſcutiformem quinque angulorum, ſeu pentagonam deſinit: ipſa ex ſex tabellis ſibi inuicem articulatim incumbentibus, ac compactis coagmentata. Os vndiquaque multis veluti brachiolis, villoſis, ſuperne & inferne circumſepitur, ipſum ex duobus oſſiculis duriſſimis coire videtur, quæ dentes vocarit forte Ariſtoteles. In ventre nullus tumor, ſed plana cauitas potius conſpicitur, apta retinendis ouis. Cauda interior ſeu prona vtrinque ſex veluti petillos quoſdam habet, ternos caudæ lateribus, ſeu margini adhærentes, falcatos, villoſos totos, reliquis iuxta eorum exortum, ſed introrſum verſus enatis, graciliores, læues, duriuſculoſque inſtar brachiorum, ſunt tamen, & hi foris hirſuti. In cauda inſignis cauitas ſcutellata apparet.

Cauda. Os. Cauda. Venter.

A prædicto magnitudine differt (eſt enim minor) hic, qui ſubiũgitur prone & ſupine depictus, vt ſexus diſtinguatur. Senæ ſpinæ maiuſculæ latera vtrinq; ambiunt: & binæ omnium maximę frontem muniunt: duos palmos longus. Chelis brachijſve & corporis ſupina parte, hiſpidis & tuberoſis, pedibus nõ ita. A cauda lata fœmina cognoſcitur, quæ eſt in mari anguſtior, vt in icone expreſſimus: ſed mas vt plurimum magnitudine ſuperat fœminam.

Qui vltimo loco adpingitur, eiuſdem prorſus eſt generis, quo ad figuram corporis, ſed pluribus ſpinis ab vtroq; latere & in dorſo horret, pedibus & brachijs non admodum aſperis, ſed hirſutis, ſupina parte varijs coloribus maculatus, ſed præſertim rubro.

Qui à Rondeletio Cancer Heracleoticus depingitur, non hic prorſus eſt, ſed Maia nondum adulta, vt vna cum Scaligero ſuſpicor. Et ipſe Rondeletius, quamuis nonnihil à ſuo Paguro, hoc eſt, Maia noſtra differre ſcribat, tamen fatetur eiuſdem eſſe generis, his verbis. Hi, inquit, Cancri, Paguris tam ſimiles ſunt, vt vix diſcernantur, veruntamen ſpecie, vt diximus, differunt, vt ex deſcriptione iam fit perſpicuum. Heracleotici aculeos in fronte habent, & in lateribus, pars teſtæ prona aculeis aſpera eſt, & hirta, colore eſt fuſco, quo à Paguro differunt. Paguri pedes breuiores multo & tenuiores habent, cornua ante oculos articulata; corpore ſunt minore quam Paguri. Hæc Rondeletius, cuius iconem etiam addendam cenſuimus, vt cognoſcat lector non admodum differre ab eo; quem depictum hoc loco ſubiunximus, inter Maiarum genera potius, quam alias Cancrorum ſpecies recenſendum. Eſt autem ea magnitudine, qua depingitur; dorſo valde ſpinoſo ac ſubrubro; Chelis & pedibus longis, tenuibus non aſperis admodum.

Pagurus vt à Cancro Heracleot. differat.

Videtur poſtremus minor hic parum à Maijs differre, niſi quod aſperitatem in teſta tomentoſam habeat, Folia & Folca in Italia nominatur, colore eſt cinereo & fuſco, eius iconem ante nos Zoographus exhibuit à Cornelio Sittardo ad ſe miſſam.

LOCVS.

IN mari Ægæo, Ionio, Adriatico, ingens Maiarum copia eſt, & omnium maxime. Ideoque quaſi obſtetrices dictæ, cum Paguri tanquam cum infantibus comparẽtur. In Occano veto alij Cancri maiores capiuntur Maia, qua etiam maior eſt Pagurus, qui prope Maſſiliam capitur. Rondeletio item Heracleoticus Caucer in eodem mari rarior eſſe traditur.

VSVS IN CIBIS.

MAres eliguntur ad cibum autumno & hyeme, ac etiam menſe Aprili, in plenilunio, fœmina vero reliquo anni tempore vſq; ad Septembrem. Coquuntur vt Aſtaci & Locuſtæ, obturatis foraminibus oris, ac ventris goſſypio, ne, dum bulliunt, aqua impleantur, ſaporemque ſuum perdant. Aſſantur etiam in furno, ano & ore clauſis, alioqui, vt ait Rondeletius, quidquid intus eſt liquidi, effluit, & fit, ſimilis Cancris Phœnicijs, quibus nihil eſt intus ob pabuli inopiam.

Vt coquantur.

CAPVT XIX.

DE PAGVRO. ÆQVIVOCA. SYNONYMA.

ALtera Cancri ſpecies quam magnitudine proximam facit Ariſtoteles Pagurus Græcis, & Latinis, vt Plinio & Gazæ nominatur: & ſi apud ſcriptores antiquos hoc nomẽ pro Cancro marino ſit reperire. Lycophron Phœnicem Achillis præceptorem iam ſenem Pagurum dixit, propter cutis aſperitatem, quæ in ſenectute contrahitur. Et Tzetzæ Scholiaſtes, καρκηφόρον patiter cognominatum ait, quod puerum Achillem educarit, ad differentiam marini Paguri (Caucelli) pinnotrophi, id eſt, pinnam marinam nuttien. Πυράγρα, id eſt, forceps inſtrumentum fabrile, alio nomine etiam Cancer, vel Pagurus appellatur, vt auctor eſt Heſychius. Dicitur autem πάγουρος παρὰ τὸ ἀρεῖν καὶ φυλάττεσθαι οὐ πάγοις, id eſt, κρημνώδεσι τόποις locis præruptis, vt in lexico quodam veteri traditur: & quia omnes fere Cancri in ripis præruptis habitare ſolent, hinc Pagurus omnis Cancer marinus à quibuſdam nominatus eſt. Dicuntur à Simeone Sethi, Paguri forma diminutiua παγούρια Idem Carcini appellatione, Pagurum intellexit, Galenum ſecutus, Aetium, Paulum. Paguri nomen Græcia adhuc vulgo retinet, coque de quo nunc agimus, Cancrum exprimunt. Maſſarius quoq; nunc in Dalmatia hoc nomen vſurpari ſcribit. A Palladio Cancri marini vocantur. Παγούρους τοὺς παρ' ἡμῖν καρκίνους, exponit Scholiaſtes Ariſtophanis. Biſas Pagurus eſt mariuus, qui vocatur Carabus. Veneti & ſinus Adriatici accolæ Granciporro nominant, nomine fortaſſis, vt Bellonio placet, compoſito, quaſi Cancrum Pagurum dicerent. Itaque porri ſeu porri nomen (Rondeletius Porroni ſcribit non bene) vſitatum ab Italis per ſyncopen à Paguro contractum videtur, vti etiam Pauti & Pauari, quibus nominibus etiam vtuntur in quibuſdam Italiæ locis. Alibi quoque Cancharo de Barbaria nominatur. Quidam Galli mediterranei maris accolæ Pagul à Paguro deriuato nomine proferunt. Alij vulgo vocant vn Chabre, vel vn Crapre. Normanni à rubro & ruffo, quem teſta eius præſefert colore, vn Rouſſeau: alij quod coctus in paſtilli modum pulmentum ferat, vn Tourteau, quaſi paſtillum dicant. Maſſilienſes Carabaſſe & Fagule. Angli, vt inquit Zoographus, A Punger. Germani **ein Meerſpinn/** id eſt, Araneum marinum (Maia quam à Gallis Bellonius Araneum maris dici ſcribit, differentiæ cauſa nominari poterit, **ein groſſe Meerſpinn/**) ſed hoc nomen etiam Sepiæ aliqui tribuunt, cum generi Caucrario magis conueniat. **Seekrebs oder Seeſpinn** in lacu Suerinenſi capitur, & in eodem Krabbe dictus (Friſijs Krab, Krabbe) hic forte Pagurus eſt, id eſt, Cancer marinus maiuſculus: ille minor, ſimpliciter marinus Caucer. Galli quoque Oceano vicini vocant Chabre, vel Crape. Albertus Cancrum marinum rotundum ſine cauda, ſcribit Germanice Cancrum matis appellari. Audio & Luſitanis Aranha dici. Marinos quoſdam Cancros alicubi **Meerteſchen** vocitant, à ſimilitudine marſupij illius, quod Germani Taſcham nominant, corpore ferme rotundo, ſine capite, & cauda Capparente. Eadem ſane nomina, quæ Cancro ſimpliciter, Paguro etiam alijſque ſpeciebus; magnitudinis, aut alia quapiam differentia, ſimul expreſſa conuenerint Hactenus Zoographus.

Phœnix cui Pagurus dictus. Puragra. Etymum. Pagurus. Pagurus. a In equitibus. Biſas. Granciporto. Cancer Maias Rondeletij.

GENVS. DIFFERENTIA.

Deſcriptio.

CRuſta eius teſte Bellonio, nouem in gyrũm erenis imbricis modo inciſa eſt. Adoleſcit in caluæ humanæ magnitudinem, ſed non ita orbiculatus euadit: Cancris enim proportione reſpondet. Valida cruſta integitur ac læui. Crura blæſa vtrinque quatuor habet, villis hirta, ternis articulationibus geniculata, in quibus vngues acuti oblongique ſunt, minime bifidi. Brachia biſulca parte anteriori binis articulis intercepta, forcipibus crenatis muuita, in extremo nigra: quibus quæ conſtringunt, vt edant, etiam dura confringere poſſunt: nam in eis duritiei eſt pene oſſea. Quamobrem ichthyopolæ captos Paguros arcte ligatos ſeruant, ne ſibi inuicem crura abſciudant. Color viuorum multo viuidior eſt, quam demortuorum. In viuis enim præ nimia roſei exhalatione tergora veluti ſubnigra apparent. Cæterum cocti (vt aliud omne Cancrorum genus) mutant colorem. Caudam ſub thorace reflexam habent, vnde hos caudarum expettes eſſe quidam conijciunt. Branchias vtrinque in latere diſpoſitas oſtendunt, vt reliquum genus Locuſtarium, ſub tergoris cruſta ſenis ordinibus ad tibiarum radices inſertas. Multo latiores ſunt, quam longi, vt ex Oceano in pedalem plerunque latitudinem abeant.

Magnitudo. Cruſta. Crura. Brachia. Color. Cauda. Branchiæ.

Quidam viſus eſt in Anglia decem libras pendere. In eius ore tot comperies naturæ ſecreta, tot aſtantes appendices, tot pelliculas, vt coactus incredibile naturæ artificium neceſſe eſt fatearis. Mutim, ea enim eſt hepar, habet dulciſſimam, maxima ex parte ſubrubram, cum infinitis prope apophyſibus, flauis, grandi ſtomacho adiacentibus. Reliquæ partes interne muſculis albis conſtant, quibus externæ mouentur. Rondeletij Cancer Maias, Pagurus potius eſt, Omnium, vt ſcribit, Cancrorum maximus Vidi, inquit, ex Oceano Cancrum Maam, cuius latitudo palmum maiorem ſuperabat, longitudo ad ſemicubitum accedebat. Teſta læui contegitur, cuius laterum ambitus in ſemicirculos deſinit. Pedes octo & breues habet pro corporis magnitudine, chelas duas, dextrã maiorem, ſiniſtram cornua quatuor ante oculos protenduntur, duo breuiora è media fronte, longiora duo ſub oculis naſcuntur, iſ nou magno interuallo à ſe diſtant, pro corporis totius magnitudine, hos modo promit, modo condit. Cauda ſubtus eſt lata, aliorum Cancrorum caudis plane ſimilis. Hæc Rondeletius. Qui contra Bellonium ſcribens probare conatur ex Ariſtotele, hunc quem deſcripſit Pagurum, veram eſſe Maiam, propterea quod Philoſophus Cancrum Maam omnium maximum eſſe tradat, cruraque ei breuia

Mutis. Cãcer Maias Rondeletij. Cauda.

& tenuia

& tenuia tribuat, & oculos habeat in medio breui diſcrimine. Sane uon animaduertit doctus hic vt Ariſtotelem de ſuis Paguris, qui Maijs minores ſunt, ſcribere, non de Oceanis, qui multo grandiores. Nec hoc mirum: nam rhombi etiam in mari Adriatico, & Tyrrheno parui, Oceanico decuplo grandiores. Deinde Ariſtoteles tenuia, non breuia crura Mææ tribuit. Diſcrepat autem Maia Rõdeletij à noſtro Paguro, quem prone & ſupine depingendum curauimus, oculorum ſitu, & corniculorum numero. Oculi enim lato longoue interſtitio ſunt admodum à ſe iuuicem diſſiti in noſtro, & duo tantum prope eos cornicula. Quocirco iudico ex eius icone mediam quaudam eſſe ſpeciem inter Pagurum & Cancrum Heracleoticum. Gillius ait: E genere Cancrorum Pagurus læui dorſo eſt (tabellatioreque, Maſſarius.) In vtraque ſede viuit, & in aridum ſæpe procedit: huius pedes breuiores quam Maiarum, quidquid compræhendunt, ſtrictiſſime conſtringunt: idemque oculos modo recondit, modo profert, vt interdum tanquam cornua extra emineant, interdum intra in teſtam abditi recedant. *a* Iulius Cæſar Scaliger Pagurorum duas nouit differentias. Alter, „ inquit, & orbiculatior & fuſcior, & maior. Alter eſt quadratior „ & minor, colore dilutiore & pene pallida viriditate. Poteſias hos vocat Venetus. Subinde addit in genere pagurorum eſſe etiam Cancrum Hetacleoticum, quem non recte Roudeletius pro Vrſa Ariſtotelis oſtendit, vt dictum eſt ſupra Cancrum hunc Heracleoticum Gallum marinum vocant non ob aliam rationem, quam quod brachia eius in criſtæ galli modum torquata eſſe videantur, vt in pictura noſtra, qua pronum & ſupinum oſtendimus, conſpicere licet. Spiſſam valde cruſtam & robuſtam habet. Vocatur autem Hetacleoticus ab Heracleis Vrbibus, quatum vna Ponti, altera Propontidi adiacet: niſi à magnitudine & robore quis dictum putet. Roudeletius ab Heraclea illuſtri vrbe Ponti (quæ ob id Pontica dicta eſt) potius nomen ſumpſiſſe autumat, quam ab alia quauis Heraclea. Qui Hetacleotici vocantur, inquit Bellonius, cruſta quoque firmiore muniuntur, vt Maiæ; & oculos habent paruo diſtantes interuallo. Sed crura illis breuiora ſunt, quam Maijs. Heracleotici itaque Cancri dorſo non ſunt aſpero, vt Maiæ, nec tam læui quam Pagurí: tamen idem eſt cruſtarum color. His tibiæ vtrinque ſunt quaternæ, brachia duo admodum firma, binis articulis geniculata, forcipibus robuſtis biſulca, hiſpida & bene armata. Horum autem pars ſuperior elatis crenis vallata eſt. Rondeletius cum Vrſo quadrupede comparans robore, ſic eum deſcribit. Quẽadmodum igitur pedibus prioribus vt manibus vrſus vtitur, ac in ijs magnam roboris vim ſitam habet: ita cruſtatus hic piſcis brachijs cum forſiculis breuibus quidem, ſed latis & validis, multum poteſt. Vtriuſque forſicis pars vna alterius extremum recipit ad id excauata, pars exterior criſtæ Gallinacci figuram refert. Noſtri Migranẽ id eſt malum punicum vulgo vocant, à figura & colore valde ſimili. Præter brachia octo, pedes paruos habet, & tenues, quos corpori applicat, brachia ori & oculis opponit, veluti per eorum crenas inſpecturus, ac ſic conglobatus dormit. Vrſi more. In hac ſua deſcriptione Rondeletius nullam mentionem fecit tuberculorum, quæ in eius icone & noſtra plurima conſpiciuntur per dorſum, colore fere mineaceo, quæ non expreſſit in ſua Bellonius: Item cornuum intra oculos exiguo à ſe inuicem diſtantium diſcrimine, & ex plurimis articulis ſeu internodijs conſtantium, neuter eorum meminit.

Rondeletij ettor. Rhomborũ differentia. Paguri deſcriptio. a *Exer.* 245. Gallus marin. cur dictus Cãcer Heracleot. Etymum. Cãcrorum Heracleot. deſcriptio. Deſcriptio alia ex Rõdelet. Migrane.

Huic plane forma ſimilis alter, qui ſubſequitur vtroque ſitu depictus, quem ſi vidiſſet Rondeletius, Vrſam veterum potius feciſſet, quam præcedentem. Nam & Vrſi corium plane refert pilorum denſitate, quæ vbique eſt in corpore, & colore. Tum etiam robore prædictum Cancrum Heracleoticum vincit: à quo differt aliter primum chelis, quæ longiores ſunt, & in extremo pars vtraq; quæ forcipem facit, & inſtar dentium ſibi inuicem dum clauduntur, cõringũt, colore mineaceo: Præterea pedibus breuibus, quorum duo poſteriores vtrinque breuiſſimi, anteunis & oculis magis à ſe inuicem diſtantibus.

Et quia hirſuti Cancri mentio facta eſt, non alienum à ratione fuerit hoc loco addere hirſutorum Cancrorum patuorum tres differentias, quas obſeruaſſe ſe dicit Rondeletius.

Hirſuti cãcri Rondeletij.

Prima eſt eorum, qui chelas aculeatas habent, & in extremo nigreſcentes. Carnicula duo, quæ ſequuntur vtrinque partes, ſerrata ſunt. In teſta media cordis humani figura expreſſa cernitur. Chelis pedibuſque omnibus hirtis ſunt.

Huic generi ſimile aliud eſt æque hirſutum, ſed magnitudine differt: minus enim eſt ſuperiore, & chelarum extrema nigricanria non habet.

Tertia differẽtia eorum eſt, qui ſecundis ita ſimiles ſunt, vt eoſdem cum ijs plane eſſe diceres, demptá ſola magnitudine: niſi oua in vtriſque reperiſſet, quod facit vt credat ſpecie differre: tamen ob magnam cum ſecundis affinitatem, picturam horum vnam tantum expreſſit.

Tria hæc genera cum reliquis piſcibus euerruntur, & ob exiguitatem negliguntur.

His Cancris hirſutis annumerandus videtur Zographo ille, quem Lupum marinum vulgo Romæ, alij Somniolo vocãt: quod eius cruſta in puluerem redacta, ſomnum inducat. Alijs papilla piloſa, vel Caſtrangiolo dicitur. Videtur non multum abludere à deſcriptione Maiæ; vt Cornelius Sittardus ad eum ſcripſit, cui hãc imaginem debet, ſed potius Cancro Heracleotico ſimilis eſt quam Maiæ: nec corpus ei adeo hirſutum, vt tribus aut quatuor prædictis ſpeciebus, & his proximis, quorum vterq; corporis forma Maiam referre videntur, ſi pedes tenuiores eſſent, & chelæ longiores. Prior anteriorem partem mucronatam habet, ſed bifidam: poſteriorem mucronatam, ſeu acuminatam tãtum: ambobus color eſt caſtaneus. Genuæ vulgo nominantur Ogie Cancri quidam marini Paguris ſimiles, ſed minores.

Lupus marinus.

Poſtremo ponitur alius hirſutus prone & ſupine cinerei, prope aut potius plumbei coloris.

LOCVS.

INueniuntur Paguri quidem in noſtris maribus, Adriatico & Tyrrheno, ſed in Oceano maximi. Ex eo enim Rondeletius ſe pagurum vidiſſe teſtatur, cuius latitudo palmum maiorem ſuperabat, longitudo ad ſemicubitum accedebat: & Bellonius in Oceano ad pedalem plerunque latitudinem accedere, viſumque à ſe eſſe in Anglia, qui decem libras penderet. *a* Albertus Magnus tradit a Occidentalis maris Cancros adeo grandes eſſe, vt homines metgant, quæ num de hoc noſtro Paguro omnium Cancrorum maximo intelligenda ſint, dubitare auſim, vt etiam illa, quæ apud *b* Ælianum Alexander in nauigatione maris rubri commemorat: vidiſſe nimirum ſe genus Cancrorum, quorum teſtæ circumferẽtia, vndique pedis menſuram implebat: & chelæ maximæ dependebant: quique tuti erant aduerſus omnes inſidias, quod ſacri haberentur Neptuno, nec eis nocere, aut inſidiari auderet quiſquam. Miras quoque Cancrorum magnitudines in ſinu Perſico refert Strabo. Iam vero Paguri Nicaudro & Oppiano ſunt ſaxatiles. Cancer Heracleoticus plurimus in littore Siciliæ: quanquam & aliquãdo ad ſacellum Adriani pontis Romæ in foro piſcario vulgo vendatur, teſte Bellonio. Cornelius Sittardus Romæ ſibi viſum, & exſiccatum in ædibus Gisberti medici ad Zographum depictum miſit. Aiebat, inquit, Gysbertus nullum vnquam inter piſcatores talem poſtea vidiſſe.

Paguri marini. a *Lib.* 20. *c.* 9. b *Lib.* 17. *c.* 1

CAPIENDI RATIO.

PAguros, teſte *a* Æliano, muſicæ illecebræ machinatione piſcatores capiunt: ij enim in latibula abditi, primum vt ad inſtrumentum quoddam muſicum (photingion vocant) piſcatores ſuauiter canere ingreſſos audiuerint, ſtatim tanquam amatorio piũtur hatquodam ad exeundum non modo educuntur è latebra, verum monia. etiam voluptate allecti, extra mare egrediuntur: hi quidem retto ad tibiam canentes, cedunt: illi autem ſequentes, in arido comprehenduntur: Paguri facula cauernulis vel inuiti euocantur, Plutarchus alicubi, vt quidam tranſtulit; ſed inſpiciendus eſt codex Græcus & conſiderandus, an facem potius, vel muſicum inſtrumentum, quod φωτίγγιον Ælianus vocauit, intellexerit auctor.

a *De anim.* 6. *c.* 31. Muſicæ cõcantamur.

NATVRA. MORES.

CRuſta ipſis rumpitur, & ſenectute, quemadmodum ſerpens, ſic integumento ſe ipſi exuunt. Id cum primum luxati, & à carne abſcedere ſentiunt, tum huc & illuc tanquam furijs incitati feruntur, pleniorem victum inquirentes, vt tumoris acceſſione & corporis mole inflati, inuolucrum ſuum rumpere poſſint, ex quo vbi elapſi ſunt, atq; ſe explicauerunt, in ſabulo iacent, mortuorum ſimilitudinem ſpeciemque gerentes. De naſcente autem pelle, etiamnum molli ac tenera, maximo afficiũtur timore. Deinde poſtquam ex diſſolutione ſe paulatim collegerunt, & quodammodo reuixerunt, primum ſane guſtant ſabulum. Tamdiu autem timidi ſunt, & viribus ſuis diffidentes, quoad tegumento circumueſtiantur: id ſimul vt cœptum fuerit, cõglutinari & ſolideſcere, continuo tegmini tanquam armaturæ confidentes, adſunt animis, & omittunt timorem, Hæc *a* Ælianus paraphraſtice ex Oppiani his verſibus à Lippio verſis.

Cruſtam mutant. a *Lib.* 9. *de anim.* 45.

Cum vires norunt ſe diſrumpentis amictus,
Affectant epulas & paſcua lata requirunt.
Vt ſaturo faciles diſrumpant corpore cruſtas,
Labitur è toto cum ruptum corpore tegmen.
Hi primum in fulua nunquam latantur arena,
Nec paſtum capiunt, nec quicquam mente reuoluunt,
Expectant mortem vitales ore calores
Non ſpirant, tenui formidant omnia pelle,
Qua nuper creuit tenero ſub tegmine piſces
Nequiquam audentes ſicca paſcuntur arena,
Sunt timidi, donec firmentur tegmina membris.
Ac veluti medicus languentem corpore curat,
Atq; vetat primis epulas guſtare diebus,
Attenuans calidus morboſo in corpore vires,
Paulatim prabens epulas, qua languida membra
Inſtaurant, donec tanto ſint membra dolore
Purgata, & vires reſtent in corpore firma.
Sic cruſtis nuper natis ſua membra Paguri
Curant, lethiferum cupientes pellere fatum.

Muſicam amant.

Muſicæ adeo amantes ſunt Paguri, vt hac capiantur, vt modo diximus: Non modo in mare, ſed etiam in terram eiecti, vel captiui contra faceſcentes ſibi negotium pugnant: quod quidẽ ipſum vſu percepit Gillius. Cum enim Lazarus Bayſius, poſt præclare obitum antemeridiano tempore legationem, aliquoties ipſum ad littus Adriatici ſinus duceret, vt piſcium naturas explorarent, cum alia pleraque periclitabantur: tum puerorum ludicram pugnam cum Paguris forte in ſicco repentibus ſpectabant, pueros quidem in eorum forcipes feſtucam inſerere, hos vero maguo robore

Cũ pueris pugnant.

bote animi hominum multitudinem, qua circumcludebãtur, præclare contemnentes, pertinaciter, quidquid arripuissent, retinere. Neque vel sæpissime victos tamdiu obsistendi finem facere, quoad omnibus viribus defecti, tãquam homines pugillatione & luctatione certantes, stte- b *In Theriaca.* nue decumbebant. Scribit *b* Nicander Pagutos captos, & mari extractos a piscatoribus, aliquando terræ foramina subire, ibique mortuos in Scorpios mutari.

PROVERBIA.

LAudatur prouerbio *Paguri sapientia*, cuius etiam causa putat Rõdeletius è collo Ephesiæ Dianæ Pagurum olim suspensum fuisse, prudentiæ & consilij symbolum: Paguro vero sapientia tribuitur, quod vere cum crustam exuit, aculeis armisque omnibus spoliatum se sentiens, lateat, & vitibus suis diffidens, nullos aggrediatur, quoad testam nouam & duriusculam recuperarit. Vtitur & summa prudentia, in excutienda grauiore testa, vt dictum est: vnde Timocles aut Xenarchus apud Athenæum. Εἰδ' ἁλιεύς ὢν ἄκρος, σοφίαν σὺ παγούροις ἐμῇ θεοῖς ἐχθρεῖσι, κἀχθυδείοις δόρκα πανοδαπὰς τέχνας: i. e. Deinceps piscator summus cum sim, sapientiam in Paguris dijs inimicis & piscicuiis inuenimnifarias artes.

Sapientiæ symbolum.

EPITHETA.

EAdem fere Pagutis conuenient, quæ Cancris, & è contra; impudẽtes vocat Oppianus ἀναιδέα φῦλα παγούρων, iidem ἀμφιβίοις, quod in terra & aquis degere possint. Ὀπισθοβάμων Pagurus legitur apud Varrinum: tanquam non sit epitheton, sed antonomasia: addit & alia epitheta ex innominato auctore, periphrasim vt videtur siue Paguri, siue alterius Cancri: ὑπισθοβάμονα, τρίχηλον (ni potius legendum sit δίχηλον, non enim tres chelas, sed duas tantum habet, aut forte ἀτραχήλος) ὀκπάποιν, νηκτὰν, nisi potius scribendum sit νήκεσσαν, patoxytos ὥς, a *Antholog. lib.6.tit.3.* quo natatorem significat. Sed video hæc ex epigrammate *a* Statilij Flacci transcripta, quod adscribere non piget.

Ῥαιβοσκελῆ, δίχηλον, ἀμφιβδύπειν
Ὀπισθοβάμον, ἀτράχηλον, ὀκπάποιν
Ληκτάντ', ἐρυμνόνωτον, θρασκόχροα
Τῷ Παῖ τὸν παγουρον ὁρμιήβολον
Ἀγρὸς ἀπαρχὰν αὐτῇ σι Κώπασος,

Id est:

Obliquum pedes, binas chelas habentem, in arena latitantem
Retrogradum, collo priuum, octipedem,
Natatorem, duro cortice munitum, testaceum colore,
Pani Pagurum piscator
Capturæ primitias libauit Copasus.

Scorpij quidam apud Nicandum similes sunt ῥαιβοῖσι παγούροις, id est, vt exponit Scholiastes, σκάμβοις, tortuosis, & oblique incedentibus. Ab eodem πιτραῖοι, hoc est, saxatiles cognominãtur; & ὀκριώντες, hoc est asperi.

VSVS IN CIBIS.

CVM coquuntur, parum rufescunt, & parum nigrescunt. Inter lautissimos recepti sunt cibos, sed eorum carnes digestionis dutioris à Galen. in libris de alimentorum virtutibus traduntur. Psellus etiam Pagutos & Cancros non facile coqui auctor est: & ius eorum ventrem mollire Kiranides. Paguri, inquit Simeon Sethi, seu Cancri salsum quendam succum habent, minus tamen quam cætera malacoderma: Ventrem vero sistunt, cum aquæ incocti succum salsum dimiserint. Vt coquantur. Coquuntur eo quo Maiæ modo, aliquando etiam sub testu, hac ratione: Eximũt omnia interiora, & carnem, implent carne aliorum trium aut quatuor Pagurorum, adeunt piper, Cassiam, saccharum, passulas, olera contusa, item si volueris, vitellos oui & caseum tenuiter tritum, dein sub testu coquuntur in butyro, supra testum plus ignis quã infra ponatur, infertur succo autantiorum malorum, & pipere aspersis.

CAPVT XX.

DE CANCRO EQVITE.

ÆQVIVOCA. SYNONYMA.

Formicæ equites. FOrmicæ quædam, quas pennatas vocat Plinius, à velocitate, vt & Canceri, quos Græce ἱππεῖς appellant, equites vocabantur. Genus a *Hist. 4.c.2* est quoddam, inquit *a* Philosophus, Cancrorum in littoribus Phœniciæ tantæ velocitatis, vt vix quisquam consequi possit, vnde ἱππεῖς, id b *Lib. 6.c.3.* est, Equites appellantur. Et *b* Plinius in Phœnice Hippæ vocãtur (potius legendum Hippeis, vt apud Atistotelem, ex quo transcripsit) tãtæ Dromo. velocitatis, vt consequi non sit. Δρόμων Dromo est paruus Cancer Hesychio & Varrino. Belonius Cancros Cursores, quos Ælianus δρομέας vocat, eosdem cum Equitibus facit. Et in obseruationibus suis scribit, hos Canctos ab Atistot. Cursores vocati, falliquè illos, qui Dromones appellent, cum ij cetaceorum genetis pisces sint. Atqui Arist. Equites tantum Cancros, non Cursores memorat. Et Dromon Græce idem est quod Latine Cursor, neque etiam quidquam prohibet idem Dromonis nomentum cetacei genetis piscibus, tum Canctis Cursoribus attribui. Germanice Zoographus putat posse appellari **ein Reuter/ od Reuterkrab.** Ferrariæ ei aliquando est monstratum sceleton Cancri Bellonij lapsus. Equitis, quem vir quidam doctus, qui ipsi ostendebat, Caualliero & Caballiero (id est, Equitem) nominabat, sed corpore oblõgo erat, nec sine cauda, vnde certum mihi persuadeo, non fuisse hunc Cancrum Equitem nostrum, de quo sermo est, sed Hippocampum marinum, cuius historiam nuperrime in eo, quod de Insectis insectipsi, volumine, sum prosecutus. Hippocãpus marinus.

GENVS. DIFFERENTIA.

Descriptio.

GRande phalangium non excedunt, inquit Bellonius in Aquatilium lib. al. bi tamen in Obseruationibus suis Cancros Cursores multo maiores esse parua Castanea scribit. Eodem teste corpus habent coloris subalbidi, punctis subrubris conspersum, & vt Pagurus tornatum: cruta autem vt Maia Soli obiecti toti pellucidi sunt, præterquam in ea corporis parte, quæ interanea continet. Oculos grano phaseoli non habet maiores, quibus acutissime cernit. Oblongi quidem sunt, ac vitri modo pellucidi, per medium fului. Tibiæ sunt illis leuibus villis obsessæ, vtrinq; quinæ: quarum duæ anteriores brachia sunt forcipata, quibus cuncta (Cancri modo) complectuntur: reliquæ graciles, vnguibus rectis & oblongis vallatæ. Gillius à piscatoribus Massiliensibus accepit perraro ibi piscari solere Canctorum genus, quorum corpus longe quidem maius sit quam Maiarum, sed multo tamen pedes habeat longiores. Cæterum Heracleoticine an Equites essent, dijudicare non potuit, cum solum rudem quandam auditionem acceperit. Dromonum forte generis, inquit Zoographus, erit Cancer latipes à Rondeletio sic descriptus, Cancer est paruus nucis iuglandis magnitudine, aliquando paulo maiore: chelas habet denticulatas & articulatas, pedes vtrinque quatuor. Postremus & minimus, à quo latipedem hunc Cancrum nũcupauimus, præter aliorum Cancrorum naturam in latitudinem desinit osseam, sex articulationibus constat. E fronte extãt cornicula quatuor. Testa est læui, parte superiore albescente, anteriore quodamnodo nigricante. Oua habet pallida. Cum maris purgamentis in litus eijcitur, & cum piscious alijs sagena capitur, neglectusque in litore relinquitur, vnde magna celeritate regreditur in mare beneficio latitudinis postremorum pedum. De huiusmodi Cancris putat locutum *a* Aristotelem his verbis: Οἱ δὲ μικροὶ καρκῖνοι οἱ ἁλίσκοντες οὐ τοῖς μικροῖς ἰχθυδίοις, ἔχουσι τὸς πλόυτους πλατεῖς πόδας ἵνα ᾖ τὸ νεῖν αὐτοῖς χρήσιμοι ὦσι, ὥσπερ πτερύγια ἢ πλάτας ἔχοντες τὸς πόδας: quæ sic Gaza trãs- ,, tulit: Caucelli autem, qui perquam exigui in piscicuiis reperiuntur, ,, pedes nouissimos latiusculos habent, vt ad nandum vtiles sint, quasi ,, pro pinnulis aut remis pedes haberentur. Rondeletius sic rectius ver- ,, tendum censet, Parui Cancri, qui capiuntur inter paruos piscicuios, ,, postremos pedes habent latos, vt ad natandum sint vtiles, vt pinna- ,, rum, vel palmularum vice sint illi pedes. Paruus igitur Cancer latitudine quidem sua in aqua fluitat: sed vt celerius impellatur, natãta pedes postremos latos fecit, vt ijs vtatur perinde ac rana posteriorib. suis pedibus, & anates; cæteræque aues aquis gaudentes suis pedibus latis: item vt fiber suis, cuius priores pedes diuisi sunt ad cibum capescẽdum ad cauean effodiendam, posteriores cute coniuncti ad corpus in aqua impellendum. De simili fere hæc scribit Bellonius: Paruum Cãcinum seu Cancellum Græci μικρὸν καρκῖνον vocarunt; Romæ Grancertum. Nam admodum exiguus inter piscicuios reperitur. Pedes extimos latiusculos habet, quibus ad natandum, seu pinnulis aut remis vtitur. Massilienses Grittam genuina voce vocãt. Veneti ac Ferrarienses Mazinetam. Differt à Cancro marino nouissimis tantum pedibus, quos habet latos, in quibus vngues anterioribus similes esse constat. Piscicuios alios Carcinis aliquo pacto similes, vt idem tradit, Romani rustici frequenter cum Tellinis & Conchulis (quas Gongilas vocant) diuendunt: qui tamen Carcinis multo maiores (minores forte) sunt, supini albicant, proni subcinerei sunt, punctisque frequentibus ac candidis interpolate variantur, ophitæ modo. Nouissimos pedes in extremo latos habet, Cancellorum modo, quorum magnitudo pollice operiri potest; tamen vnaces admodum sunt. Genus istud nunquam grandescit. Quinos habet pedes, crassiores, forcipatos, crenatos ac robustissimos, in quibus bina numerantur cruta. Singulates digiti quaternis cõstant articulationibus, nisi quis omnes complectatur: tunc enim sex comperiet. Caudæ id quoque rudimenti in eis est, quod omni Cancrario generi, eodem modo subtus reflectitur. Hæc Bellonius.

Magnitudo. Color. Cauda. Branchiæ. Oculi. Pedes. Canceri latipedis descriptio. Cornua. Oua. a *Lib.4.de par.c.8.* Gazę versio correcta. Fibri pedes quales. Gritta.

NATVRA. MORES.

AMphibios esse constat Cancros Equites, quibus hoc natura præter sui generis alios singulari quodam munere tribuit, vt in maximis æstatis ardoribus meridiano tempore agminatim è mari egrediantur, diemque sub sole transigant, aut ad refrigerium, aut potius ne à piscibus, qui interdiu discurrũt, edantur, quos Belloniũs Memphi Hierosolymas proficiscens, fines Ægypti prætergressus, ex Meridiano littore sub vesperam mare repetere, atque inde circa meridiem insequentis diei gregatim exilire obseruauit. Tanta autem velocitate ferebãtur, vt ne vnum quidem cursu vnquam cõsequi potuerit, sed hoc etiam illi magis admirandum est visum, lacertam ex ambrosia (sub qua delitescebat) exilientem Cancrum Equitem, quem venãretur cursus velocitate (illo conspiciente) nusquam assecutam esse: adeo volare potiũs quam currere videbatur Eques. *a* Ælianus Cursores (δρομέας) qui sic dicuntur, quod longe lateque vagentur, plerunq; vbi nati sunt circum litora errare, modoque longius proficisci, non aliter quam peregrinationis studiosi homines, causamque eius erroris statuit cupiditatem, in loca saxosa, vel cœnosa sæpe peruenendi, dum amplius aliquid perquirunt. Idcirco *b* Oppiani hunc versum:

Ἐν κεινῇ γένεῇ καρκῖνοι εἰσὶν ἀλῆται
In eodem genere Cancri sunt Errones.

quem subdit poeta postquam dixisset Carabos, & Astacos degete in petris, ac ibidem ali; Bellonius de Cancris Equitibus interpretatur, quos

Amphibij sunt. Cur in terrã egrediantur. a *Li.7.de animal.c.24.* b *Lib.1.de pisc.*

TAB: IV.

Cancer latipes Rondeletij
Breit füßiger Krebs.
1.

Cancer flauus Vndulatus Rondeletij
Gelber Krebs.
2



Cancer Varius sive marmoreus Rondeletij
Bunter Krebs 3

Cancer Macrochelos Zoographi
Krebs mit schmahlen Scheeren
4.

Aranei marini, species prone, & supine,
Meer spinn
5.

Meer Spinn
6.

Araneus Crustaceus parte supina, & prona.
Meer spinn mit Schahlen.
7.



8.

Aranea marina
Rondeletij
Meer spinn
9

Araneus marinus crustaceus alius
Meer Spinn mit Schahlen
10.

Cancer macrochelos albiuns, prone, & supine.
Weyse Meer Krebs mit schamahlen Scheehren.
11.

12.

Cancro brachichelo Congener.
Krebs mit kürtzen Scheeren
13.

Cancer marochelos alius prone.
14.

Cancer macrochelos idem supine.
15.

Conchae aduenae cancello, seu Bernardo Heremita plena effigies Et Cancelli, seu Bernardi Heremitae nudi imago.
Meüschel.
23.

Cancer fluuiatilis Matthioli
Wasser Krebs
20.

Cancer brachychelos Rondeletij
16.

Cancer minutioris & brachychelis species.
17.

De cancro cordis figura Rondeletiüs
Krebs wie ein Hertz formiert
19.

18.

Cancellus authoris
Krebslein.
22.

24.

Cancellus in buccina ex Zoographo.
Krebslin in einer müssel.
26.

Cancer parvus in pinnis Viuens Rondeletij
21.

Cancellus aliüs ruber
Rothe Krebslin.
25.

Scyllariüs siue Cancellüs in Nerite concha Venetijs ad Zoographum missa.
Krebslin.
27



Cancellus alliüs oblongüs astaco fluuiatili similis ex Zoographo.
28.

Cancellus V. aiena Squilla minima Scaligero.
29.

quos eosdem cum Æliani Cursoribus facit. Canceri equites remigio cornuum (πτερυγιῶν pinnarum, Ælianus) adiuuant se natando. Diomonem Hesychij quidam in matis æstuarijs capi scribunt, sagittæq; modo per aquæ summum decurrere, indeque nomen adeptum fuisse, forte ijdem sint cum ijs Cancris, quos *c* Ælianus alicubi vocat πτηλίας à volando, sed Gillius apud hunc legi vult πηλίας: eorum motes ac naturam sagacem & prudentem ex eo adscribere huic loco conuenire ,, puto: Cancrorum, inquit, genus lutatium, colore alijs albus spectatur: hi in luto nascuntur: cum incessit eis timor, humo se excitant ad ,, volatum, & perparuis alis subleuãtur, quibus quidem gradientes vti ,, minime necesse habent. Cum autem iniectus eis est metus, non nihil in his subsidij, non tamen admodum firmi habent, enimuero comprehenduntur, quod sursum subleuate non queant.

c Lib. 7. de anim. c. 30.

EPITHETA.

CAncrorum epitheton ποδάνεμοι ex Cratete Comico refert Athenæus: Latine aetipedem dixeris, vel poetica contractione æripedem, à volucri pedum velocitate. Equitibus autem vtpote velocissimis Cancrorum, præ cæteris conueniet. Nam Canceri proxime commemorati pinnis volare dicuntur, non pedibus, nisi dicamus per antiphrasin ita vocari Cãcros, quorum motus, vt diximus, admodum tardus est.

VSVS IN CIBIS, ET MEDICINA.

NON ob corporis exiguitatem Canceri hi Equites esui non sunt, sed quia patum obtinent alimenti, vt voluit Philosophus, dum inquit. Ijs nil fere intus propter inopiam pabuli. Latipes à Rondeletio nominatus in mensis etiam negligitur, & vilis admodum æstimatur, sed parui illi Canceri, quos Romani piscatores cum Tellenis & Conchis vendunt à nautis alibi crudi comeduntur cum pane: Romæ coquuntur, quamuis gratiores sint crudi, nisi copia aluum plus æquo cieret. Πεπηλίας, siue vt Gillius legit, πηλίας quidam comedunt, teste *a* Ælliano, & ex coxatum vertebris laborantibus remedio esse ferunt.

a Li. 7. c. 30. de anim.

CAPVT XXI.

DE CANCRO FLAVO VNDVLATO *Rondeletij.*

CAncer, quem hic exhibuimus, inter anonymos & ignobiles magnus est, Cancris stagni vel fluuiatilibus æqualis. Flauum à colore nominauimus, vndulatum à lineis, quæ in prona parte sunt sinuosæ vndarum modo non aliter quam cameloto vulgo nuncupato. Capitur circa Antipolim & Lerinum insulam, nec vspiam similes vidi: caudam extentam depinximus ex tabellis aliquot contextam. Pedes quaternos habet, longos & hirsutos; chelas duas, magnas, etiam hirtas, cornua duo, satis longa, in fronte aculeos siue appendices duas, in latetibus alias.

Nominis ratio.
Vt capiatur
Pedes.

CAPVT XXII.

DE CANCRO VARIO, SIVE MARmorato, *idem.*

IN saxis Agathensis litoris degit hic Cancer, qui ideo à nobis varius, siue marmoratus dicitur, quod testa est læui ac perpolita coloribus vatijs conspersa: marmor varium siue Iaspidem pulchre referente, siue splendorem testæ, siue læuitatem, siue colorum varietatem spectes: cernuntur enim in ea maculæ virides, cæruleæ, albæ, nigræ, cinereæ, quæ mortuo Cancro maiore ex parte euanescunt. Si mortuus in sole exsiccetur, totus fit flauus. Brachijs nonnihil ab alijs differt: forfices enim breuiores habet, & crassiores; tubercula veluti gemmæ in eis eminent, vt in Astaco. Cornicula duo è fronte extant, oculi satis à se distant, post oculos hinc & inde serrata est testa. In saxorum cauernulis degunt, & si quem conspexerint, intro subeunt, itaque pedibus hærent, vt vix auelli possint. Metu vacui super saxa in sole apticãtur. Crusta sunt cæteris duriore. Id Cancri genus in Agathensis scopulis tantum vidi.

Nominis ratio.
Color.
Locus.

CAPVT XXIII.

DE CANCRIS CHELARVM LONGItudine differentibus.

DIfferunt & chelarum longitudine quidam Cancri, quorum id circo alij μακρόχηλοι, id est, longis chelis, alij βραχύχηλοι, hoc est, breuibus chelis nuncupati sunt. Macrocheloruin duas noui species; sunt enim alij tenuibus chelis, alij crassis. Leptochelon depictum hunc ostendit Zoographus à Iohanne Kentmanno ad se missum, sed sine vlla descriptione. Nos tria alia huiusmodi genera delineata damus à prædicto diuersa, atque omnia rotundiori corpore, & pedibus tenuibus, vnde Araneas marinas nuncupauimus, seu Phalangia marina à similitudine terrestrium.

Atanea marinæ.

Primo igitur loco depictus prone & supine fusco est, & cineteo colore, parte priore acutus qua caput est, oculis parum à se inuicem distantibus, cornibusque duobus acutis, quibus differt ab eo, qui secundo ponitur loco: is enim corpori rotundiori est, & hoc rotundior tertius colore cineteo & fusco, pedibus, & chelis crassioribus à Iohanne Francisco Cæsenato dono mihi missus. Differt ab his Aranea marina, cuius meminit Aristoteles in Cancelli descriptione his verbis: τῷ δὲ μορφῷ ὡς μὴ ἁπλῶς εἰπεῖν ὁμοιόν ἐστι τῇ ἀράχνῃ πλὴν ὅ τι κάτω τῆς κεφαλῆς, καὶ ὁ θώραξ μεῖζον ἔχει ἐκείνου. Forma vt breuiter dicam, similis Ataneis est, nisi quod partem capiti & pectori subiectam araneo maiorem habeat: quæ Araneæ nostræ optime quadrant, inquit Rondeletius: parte enim priore Cancellis similis est, capite magis exetto quam reliqui Canceri, in acutum desinente: oculis prominentibus, intet quos cornicula duo protendunt. Brachia forcipata habet longissima, pedes octo longissimos pro corporis exigua magnitudine, à quibus araneæ nomen datum putat. Corpore est tenui pellucido, & ob paruitatem reijcitur. Quos subinde à proximis duabus tabulis prone, & supine monstramus, Macrocheli sunt crassis brachijs, hirsutis, asperis, vt aculeata videantur, supina vndique parte. Prior ea est magnitudine, qua depingitur: prona parte albus est corpore & pedibus, chelis vero aliquanto cœruleis, supina vero ruber. Alter superioti minor colore nigricante, præsertim pedibus, qui etiam propottione corporis breuiores, quam in priori appatent. Brachychelorum tres depinximus species, omnes parte posteriore latiores: duas, quatum pedes chelis proximi crassiores existunt. Priot est Rondeletij, frequens in Lerino insula, nec fere vsquam alibi ex rubro nigricans, Chelis valde breuibus ac tenuibus. His pedes duo proximi longissimi pto corporis ratione, crassi, acutissimi, vt videatur natura voluisse, quod chelis detraxerat, pedum horum longitudine pensare: Ijdem lanugine quadam obducti sunt. Terni qui sequuntur etiam longi sunt, sed tenues & læues supina pars aculeos habet. Ab hoc corporis figura noster discrepat Cancer, qui sequitur, præterquam quod etiam sit grandior. Corpus enim lagenam crasso ventre refert, si demas caudam. Caput valde est acutum, cui insunt duo oculi prominentes ab vtroque latere, & cornua paruo distantia interstitio. Pedes priores duo non tam longi proportione corporis quam in prædicto, nec vndique ita crassi, sed tantum primo internodio, quia natura chelas maiores & crassiores huic dederat, cæteti pedes longi sunt & tenues, corpus supina parte aculeis horret, coloreque cæruleo est, prone albicat. priora pedum crassorum & chelarum internodia, cœruleo sunt colore, cui nonnihil viridis admiscetur non sine maculis, seu punctulis exiguis, forcipes chelarum rubent.

A
Brachia.
Nominis ratio.
B
Caput.

Vltimus dimidio minor est quam depingitur, vix enim Araneam grandiorem magnitudine excedit, chelis crassis & longioribus, quam in prædicto pro pottione corporis; reliquis pedibus tenuibus longissimis, quales sunt Araneæ sapientis dictæ. Ore admodum acuto, & oculis à latere vtrinque prominentibus. Corpus vndique asperum, præsertim chelæ, & parte prona non sine tuberculis.

C

CAPVT XXIII.

DE CANCRO CORDIS FIGVRA, *Rondeletius.*

CAncer hic corporis truncò cordis figuram omnino, refert. Cornua duo haber è fronte prominentia; brachia duo breui forfice, quaternos pedes. Pelagius est, & paruus, vix vnquam inter littorales inuentus, sed panagro ex alto mari cum pelagicis piscibus in littus pertrahitur, neque admodum frequenter, quia ob exiguitatem facile è retium maculis elabitur. In maiorum Asellatum ventriculis eiusmodi Cancros sæpe inuenimus.

CAPVT XXIV.

DE CANCRO FLVVIATILI.

D

SYNONYMA.

DE Canceris salsarum aquarum, supetioribus capitibus dictum est; nunc de ijs, qui in aquis dulcibus nascuntur, agamus. Cancrum fluuiatilem & fluuialem Latini, quem Græci καρκίνον ποταμίον vocãt: Simeon Sethus, & Galenus in Euporisticis, Pagurum fluuiatilem. Itali Granchio & Granzo communi nomine cum matino Sarthan, vel Sarthan nheri, Atabice ab Auicenna; ab Elluchasem Vrbien Germanice dici potest ein Krab, ein Seussuuasserkrab, ad differentiam Cancri marini, quem Angli, & Belgæ simpliciter vocant Crabbe.

DESCRIPTIO.

ADeo inter se similes sunt Cancri marini & fluuiatiles, vt vix à peritissimo piscatore, cum inuicem miscẽtur, discerni possint, multique statham locis tantum differre. *a* Cæsar Scaliger rotundiorem esse fluuiatilem credidit. Vterque, inquit Bellonius, crassitudinem oui gallinacei raro excedit: Fluuiatiles duriore testa, rotundiorique, & crassiore conteguntur, viuioresque ac delicatiores sunt quam marini. Præterea ibijs aspetioribus, & brachijs fortioribus ac rugosioribus præditi sunt: Vtrique forcipes sunt multum crenati, sed marino frons non vsquequaque rotundatur. Matinus præterea liuidum loti corticis colorem refert, fluuiatilis ex ruffo nigricat. Marino vngues extremam tibiatum articulationem faciunt. Fluuiatiles multas crenas in gyrum circa vngues habent. Proinde etiam marini leues sunt; & longiores tibias habent. Sed Rondeletius, quædam quæ de corporis figura fluuiatili Cancro adscripsit Bellonius, attribuit marino; aut calami aut memoriæ lapsu. Cum enim Synonyma Cancri fluuiatilis recitasset, hæc subdit: Est corporis quidem specie matinis similis, verum testa tenuiore leuio-

E
A marino quid differat.
a Exer. 245.

releuioreque, corpore minus rotundo brachijs primis crassioribus & longioribus, pro corporis magnitudine, similiter & pedes habet.

LOCVS.

IN Gallia, vt aiunt, nulli conspiciuntur, nec in Germania, & quo magis ad septentrionem vergas, vnde Astacos fluuiatiles pro Cancris vsurpant. Mihi tamen in frigidis locis degere, ideo persuadeo, quod Castorem se Cancris explere tradat Dioscorides, quod sane animal & fluuiatile & terrestre est: nec non frigidorum tantummodo locorum incola. Reperiuntur frequenter in Græcia, Creta, Sicilia, & Etruria, alijsque Italiæ partibus, nec non & Nilo, vt ex plurium recentiorum & veterum testimonijs comprobabo. Cancros fluuiatiles, inquit Bellonius, in Creta plurimos vidimus, circa Colocasias & in Arho Macedoniæ monte: atque adeo in Cilitiæ riuulis, qui non longe ab Isso defluunt: & *a* alibi sub noctis crepusculum ad quendam riuum (montis Atho) peruenimus Cancris nostris Gammaris dissimilibus adeo abũdantem, vt mille temporis momento capi potuissent: & paulo post: Cum autem eos Cancros à nostris Cammaris diuersos esse obseruaremus, eos è mari perreptasse arbitrabimur: at obuertentes nos & regionem ad mare descendentem contemplantes, locum adeo sublimem, & aditu difficilem animaduertimus: vt nullo modo perreptare eo potuisse iudicaremus: deinde cum exactius illos obseruassemus, inter eos & marinos magnam dissimilitudinem deprehendimus, & istic expresse annotauimus Cancros esse fluuiatiles à Cammaris diuersos. Habitant etiam in Nilo, vt his verbis testatur *b* Ælianus: Cum autem Nilus in agros redundat, tum quidem citeriores stiginta ante diebus longius ab eo in loca eminentiora Aspides vna cum fœtibus demigrant: quod munus à natura acceperunt tanti vt fluminis, tamque operosi quotannis accessum aereecessum non modo ignorent, sed ab eis etiam damno cauere sciant. Hoc idem facere norunt Testudines, Cancri & Crocodili: Hactenus Ælianus. Latent præsertim, in luto riuulorum.

a Obser. l. c. 46.

b De anim. 5. c. 52.

VICTVS. CAPIENDI RATIO.

PIscium ac Testaceorum carnibus vescuntur, & vt cæteri Cancri sarcophagi sunt. Cum inuicem tangunt, pedes sibi arrodunt & vorant, quod verum esse Rondeletius expertus est. Cum enim ducentos Romæ emisset, domique in aquam vt sese refocerent, coniecisset, ita inter sese conflictati sunt, vt plures quinquaginta mutilatos reperiret, eo tandem deuentum est, vt omnibus necatis, vnus tantum superstes fuerit. Romæ ligonibus effossa scrobe, vel etiam trubla capiuntur.

NATVRA.

AD paludem, inquit *a* Ælianus, quæ iuxta Ephesiam metropolim existit, aiunt cauernam esse serpẽtium plenam maximorum: quæ vt magnum acerbitatis virus habent in mordendo, ita tametsi ex cauerna prodeuntes, vsque ad proximam paludem serpunt, tamen natando traijcere conantes, vt in oppositam ripam exeant, Cancrorum, qui eas extensis forcipibus comprehensas interficiunt, metu deterrentur: itaque conquiescunt, atque à transmittendo se sustinent, Cancrorum custodias formidantes, & penarum metum exhorrescentes: ac nisi mirabili naturæ dono paludis ripas Cancri incolerent, & tuta illic omnia præstarent, dudum pestiferis serpentium morsibus incolę perijssent. Hæc Ælianus, quæ hoc loco mihi recitanda videbantur, quia hi Cancri in paludibus aquatum dulcium degunt.

a Lib 16. c. 38, de anim.

MORALIA.

EXigit à nobis Cancer ambiguum quidem informeque animal, & cui consuenerint capto pueri libenter illudere: sed humano generi non penitus inutile, pro ope quam contra venenata homini liberaliter affert: multorum contra se maledicta & contumelias deleri: quibus iniuste damnari, & immerito explodi à pictoribus & poetis sensit, qui non habentes quam parasitis & adulatoribus aptiorem & concinniorem in natura imaginem redderent, fluuiatilibus Cancris eos comparauerunt: fœliciter ideo comparatione illa vti sibi persuadentes, & ab alijs crediti, quid tota eius animalis figura & species huic hominum generi eorumque studijs ad vnguem congruere videretur: responderetque glomer & globus ille corporis: nec nisi venter tota in eo moles gulæ cœnatumque studio & petitis vndique à parasitis multa seurrilitate lautioribus epulis. Numerosa autem illatum pro pedibus series celeritati totaque vibe vagis eorum discursibus, quibus ad hilariorem sicubi ea illuxisse videatur, fortunam, quotidie properant. Dẽticulati itidem forfices, quibus in ascensu & periculo vtitur, & hæret id animal morsibus, maledictis, clandestinisque susurris & dilationibus, quibus apud principes alios exagitantes, pro re saluteque eius curam laboremque suum probare, & gratiam inire nituntur. Posteremoque in summo dorso, veluti in altissima specula positi, exerti nunquam somno conniuentes, & ad omnia vigiles oculi, ingenio sagacique coniecturæ, qua consilia, vota, amores, iras, odiaque eorum, quibus blandiuntur, intellexisse volunt: vt ingenium modo corruptis, & in pus iam tumentibus affectibus illis adsint. Quam iniuste autem imprudenterque & contumeliose id egerint, naturam intelligentibus cognouisse facile est: quæ ambiguo & in humido siccoque elemento patiter agenti animali, ventris inanem plenumque globum illum ideo dediti, vt quemadmodum solent pueri alligato ex humeris subere, rotundiore & ampliore cucurbita, securam in piscinis primam auspicati natationem: sic posset & Cancer glometis illius ope in summa aqua sine periculo fluitare. Multas vero illas & longiores chelas, vt per terram ingredienti aliorum animalium modo in maiore profluentis aquæ vrgente impetu, qualis per autumnum, & ver laigior & inexpectata sæpe descendit, apprehensis stirpibus supra aquam, vsque dum ea defluat, incolumis pendeteret. Mobiles postremo in omnes partes, & in excelso constitutos oculos, nec minus à tergo, quam à fronte omnia videntes, vt infirmum tardumque animal, occursantes vndique noxas ex longinquo præcognoscere, & cauere: offerentiaque se vitæ & salutis suæ commoda certius assequi valeret. Quam oculorum sortem in homine desiderantes antiquiores aliqui, negatam nobis tam fœlicem naturam, & videndi potestatem, figmentis saltem ostendere conati sunt, bicipitem Ianum, & toto corpore oculatum Inachiæ bouis custodem fingentes, vt quales à natura factos esse nos oporteret, imaginibus illis saltem intelligeremus: nulla earum necessitate, si quæ in Cancro sunt, sagacis naturæ, nõ adulationis & parasiticæ notas diligentius contemplemur. Hæc omnia Marcellus Virgilius.

EMBLEMATA.

EX superiori itaque sensu tractum est illud emblema Alciati in Parasitos:

Quos tibi donamus fluuiales accipe Cancros.
Munera conueniunt moribus ista tuis.
His oculi vigiles, & forfice plurimus ordo
Chelarum armatus, maximaq; aluus adest.
Sic tibi propensus stat pingui abdomine venter,
Perniceſq; pedes, spiculaq; apta pedi,
Cum vagus in triuijs, & mensa sedibus erras,
Inq; alios mordax, scommata salsa iacis.

VSVS IN CIBO.

ROMÆ in foro piscario, cum carni interdicitur, filo appensi ac traiecti, ne forcipibus alter alterius brachia, aut chelas lædat, prostant. Edules autem sunt omni quidem tempore, sed æstate meliores, & posteaquam durum corticem exuerint, tunc magnatum mensis apponi solent. A quibusdam lacte suffocantur, quo dulciores & meliores fiant, cum friguntur. Crudi etiam edi in Græcia solent: Cum transiremus, inquit Bellonius, per montẽ Athon, inuenimus riuum quendam Cancris adeo abundantem, vt vel mille statim capi potuissent. Erant autem Astacis fluuiatilibus dissimiles, eos ab itineris duce persuasus, cum crudos ederem: nihil vnquam suauius aut delicatius gustasse mihi visus sum, siue illi vere eiusmodi sint, siue esuries, aut nouitas cibi in causa fuerint, hæc ille. Satis nutriunt, & corpora humectant. Quare marinis efficacius feruidos, adustosque humores præfrigerare, ac diluere queunt. Vnde quidam sic iudicarunt valetudine aliqua affectis salubriores esse fluuiatiles, maritimos vero sanis magis conuenire, propterea quod salsedinis aliquid ipsis insit, qua palato gratificantur, & appetentiam excitant. Et Auicenna in febribus hecticis, cum aqua hordei valde probat fluuiatiles, quod nihil salsi habeant humidioresque sint marinis. Idem alibi; Cancer fluuiatilis, inquit, difficilis concoctu, plurimum alit. Emendat ipsum decoctio, cum mes (genus est quoddam leguminis, fabis, vel pisis natura cognatum) marinus quidem subtilior est. Qui leporem marinum hauserunt, cum pisces alios omnes auersentur, solos fluuiatiles Cancros libenter edunt, Dioscorides.

Vt coquantur.

VSVS IN MEDICINA.

CAneri marini omnia possunt, quæ fluuiatiles teste *a* Dioscoride. At Plinius, cum remedia quædam ex fluuiatilibus descripsisset: Minus, inquit, in omnibus his marini prosunt, vt Trasyllus auctor est. Coctos aut assatos comedi contra venena quælibet Aetius iubet. Cancrum fluuiatilem admiscet Nicander antidoto aduersus omnia mala temedia. Et *b* Plinius: Cancri, inquit, fluuiatiles triti potique ex aqua recentes, seu cinere asseruato, contra venena omnia prosunt, priuatim contra Scorpionum ictus cum lacte asinino, vel si non sit, caprino, vel quocũque. Addi & vinum oportet. Aetius ad omnium reptilium ictus, crudos contritos commendat, si lacte potentur. Et *c* Dioscorides, si ita bibantur ex lacte asinino auxiliari contra serpentium phalangiorumque morsus, & Scorpionum ictus scribit. Nil etiam æque aduersari serpentibus quam Cancros, suesque percussas hoc pabulo sibi mederi, cum sol sit in Cancro, totqueti serpentes Thrasyllus auctor est apud Plinium.

a Lib. 2. c. 10

Contra venena.

b Li. 32. c. 5.

c Lib. 2. c. 18

Necant Scorpiones triti, & cum ozymo admoti, ex Dioscoride. Sed mirum, quod dicunt Magi teste † Plinio: Decem Cancris, cum Oeymi manipulo alligatis, omnes qui ibi sunt Scorpiones ad eum locum coituros, & cum Ocymo ipsos cineremue eorum percussis imponi. Modum quo vti debeant, scripsit *d* Bulchasis. Ad viperæ morsum bibuntur è vino per se, vel cum staphide agria, sale & polio, vt testatur Ægineta, sed Aetius dat cum lacte tritos, & plagæ etiam adhibet. Aliud eiusdem remedium: Cancrorum fluuiatilium (viginti, Ægineta) carnes terito (cum farina triticea, Ægineta) & adiecta iride (Ægineta non habet iridem) & calaminthe, rursus sufficienter terito: idemque rursus modico adiecto sale facito, & pastillos informato, quibus in vmbra exsiccatis vtitor: in potu quidem ex aqua mulsa, aut vino: in cataplasmate vero cum lacte dissoluito. Hoc remedium Archigini auctori adscribit. Succus expressus cum lacte (alias aqua aut lacte) assumpto apij semine, à phalangijs morsos confestim liberate proditur apud

† *Li. 32. c. 5.*

Modus vtẽdi.

d Tract. 3.

Ad morsũ aranearum citrinarum.

apud Dioſcoridem. Razes ſi bibantur cum lacte aſinæ contra morſum aranearum citrinarum peſſimarum (id eſt, Phalangiorum) & Scorpionum auxiliari affirmat. *e* Auicenna vero emplaſtri modo impoſitos, aut in cibo ſumptos. Decocti & cum iure eſitati ijs proſunt, qui leporem marinum hauſerunt, teſte Dioſcoride, & Actio, qui & rurſus ait: Crudi & è lacte triti dantur contra venenatos ictus, præcipue Scorpionis; ſic & deſperatum è poto lepore marino confeſtim ſanabis. Notandum vero, eorum tantum carnem teri cum lacte. Idcirco *f* Plinius atque alij, quos ſupra nominauimus, contra venenatorum omnium morſus celebrat, priuatim contra ſcytalem & angues: & contra leporem marinum, ac ranam ruberam. Mira etiam prædicatur hiſce Cancris iuueſſe vis ad canis rabidi morſus. Dioſcorides cinerem, qui duo cochlearia expleat adiecto dimidio radicis gentianæ modo (σὺν ἡμιλίτρῃ ῥίζης κοχλιαρίῳ ἑνί, id eſt, cum gentianæ radicis cochleario vno; ſic legitur in manuſcripto codice) magnopere huic malo prodeſſe ſcribit. aliqui thuris partem adijciunt vnam, gentianæ quinque, Cancrorum decem: de eorundem cinere hæc Plinius: Seruatus prodeſt panore potus periclitantibus ex canis rabioſi morſibus. Quidam adijciunt Gentianam, & dant in vino. Nam ſi iam panor occupauerit, paſtillos vino deuorandos ita præcipiunt. Auicenna quoque cinerem eorum cum melle prodeſſe aduerſus canis rabidi morſus potum, ait: ſed forte pro potum legendum eſt illitum. Hali cinerem aſperſum aceto laudat. Cætetum Æſchrion empiricus ille medicamentorum peritiſſimus ſenex conciuis & præceptor Galeni, viuos in patella æris rubri, tamdiu vrebat, donec facile in læuorem redigi poſſent, luna decima octaua, poſt canis ſideris exortum, cum ſol leonem ingreſſus eſſet. Huius puluerem tenuiſſimum cochlearij vnius menſura ex aquæ cyatho propinabat, cum recentior eſſet morſus, aut augebatur quantitas, ſi inueteraueraet. Huic remedio tantam vim ineſſe ſcribit Galenus, vt dicat nullos perijſſe, quibus in tempore hoc datum eſſet. Plura de remedio cõtra canis rabidi morſus dicemus in volumine de quadrupedibus, vbi de cane agitur. Diacarcinion ex Iacobi Magni libello, furentibus, hydrophobis, lycanthropis vtilis antidotus recipit: Cineris Cancrorum fluuiatilium drachmas quinque, gentianæ vnciam ſemis, roſmarini drachmam vnam, ſpodij duas, lapidis lazuli ſcrupulos duos. Tere, miſce, fiat puluis bibendus mane & ſero. Aetius inter podagricas antidotos, hanc etiam quæ ex Cancris eſt, deſcribit: Ex Cancris, inquit, pharmacum etiam mollibus corporibus conducit: quod hoc modo componitur: Cancrorum magnorum viuorum vſtorum in æreo vaſe trientem, gentianæ incorruptæ quinquuncem, thuris integri & indiuidui albi vnciam vnam: Datur inde cochlearium vnum. Ad Cancrorum vero exuſtionem ligna vitis exiguntur. Et ſtatim deſcribam porro & aliud pharmacum, corporibus recrementis abundantibus & mollibus cõducens. Eſt autem id, quod à rabido eane morſis datur cuiuis, cuius compoſitionem in ſermone de canis rabidi morſu tradidimus. Adieci autem ego, inquit Philagrius, ad huius pharmaci apparatum etiam petroſelini drachmas octo, vt plurimum vero decem, quod vrinæ ciendæ vim acquirat, & multos ſane attiriticos iuuit, preſertim quibus tenerum & album corpus fuit, mediocris myſtri menſura ex eo data, aliquãdo ex aqua ſola, aliquãdo ex aqua mulſa. Quin & melle deſpumato ſæpe ipſum excepi, quo validum & citra tranſparitionem adſeruarem, deinde vero veluti prædictum eſt, bibendum exhibui; Hucuſque Aetius. Cæterum Pelops Galeni præceptor (quod non oſcitanter prætereundum eſt) cauſam tradens, cur Cancri fluuiatiles canis rabidi morſibus auxilium adferant: Non abs re, inquit, Cancer, cum animal ſit aquaticum, prodeſt à cane rabido morſis, quibus videlicet metus eſt, ne corripiantur affectu ſiccißimo, nempe rabie; quamobrem ſane etiam aquam metuunt. Ac fluuiatiles, non marinos Cancros cõuenire dictitabat, ſcilicet, quod animalia marina ob admiſtionem ſalis natura ſiccißimi haud æque exactam tuerentur eam, quæ eſt aduerſus rabiem, contrarietatem. At cum quidam ſubiecißet, cur non omnia, quæ in potabili aqua degunt animalia, perinde vt Cancri iuuare aſſolent? quia, inquit, ſimilem Cancris præparationem nou admittunt. Nam horum vſtorum cinerem exſiccatorius cum ſit, canum mordentium venenum abſumere, ſimulque digerere profeſſus eſt. Hæc igitur Pelops dicebat ambitione magna iactans, omnium ſe talium nouiſſe cauſas. At ego, inquit Galenus, niſi plane me ſcite quippiam prius perſuaſum habeam, alijs perſuadere non tento. Itaque nec Pelopis rationem, vt veram accepi, vt qui crebras habeat contradictiones: verum Cancros opinor ex proprietate totius ſubſtantiæ prodeſſe. Nunc vt ad rem redeam. Teſte *g* Plinio, triti in oleo & aqua perunctis ante acceſſiones in febribus proſunt. Aliqui piper addũt. Alij decoctos ad quartas è balineo egreſſis bibere ſuadent in quartanis. Simeon Sethus Paguros fluuiatiles, pulmonibus vlceratis mederi, ſed veſicæ nocere ſcribit. Auicenna extenuatis valde conferre dicit, hoc eſt, hecticis & lenta febre laborantibus: hos enim humidum leue, ac modice refrigerens alimentum ſuggerere affirmant. Qua etiam de cauſa à Dioſcoride & Plinio decocti, & cum iure eſitati phthiſicis prodeſſe traduntur. Item & ſputo ſanguinis, vt Elluchaſem addit. Aetius etiam in lacte conterit. Sed & rupta & cõuulſa in aſinino lacte triti maxime ſanant, vt ait Plinius. Trinque ſinguli in heminam aquæ anginis medentur gargarizati: aut è vino, aut calida aqua poti. Et rurſus: Triti, inquit, & ex aqua poti aluum ſiſtunt, vrinam cient, iu vino aluum, (obſcurus eſt hic locus, Brafauolus verbum cient repetit: tanquam in vino aluum cieant, ex aqua ſiſtant) Ademptis brachijs calculos pellunt tribus obolis cum myrtha triti, ſingulis eorum drachmis, decocti

e Li. 2. tract. 2. c. 150.

f Lib. 1. c. 5.

Ad Canis rabidi morſus.

Cineris cãcrotũ vſus & vis.

g Lib. 32. c. 10.

Ad febres.

Ad anginã.

A tamen eorum ventrem ſoluit ſecundum Raſem, quod Brafauolus repetit his verbis: Si Cancri cocti exſiccentur, & in puluerem redigantur, ſumanturque ex vino, vel aqua ad duas drachmas: imo ſi quis copioſe Cancros edat, ventrem ſubducunt. Succum eorum cum melle hydropicis mederi Plinius auctor eſt. Et ex Archigine apud Galenum ad hydropicos optime facit & hoc: Cancri fluuiatiles ſicci triti pedibus ac eminentijs omnibus amputatis drachmam vnam, aſari drachmam vnam Miſceto, aqua ex ipſo flumine, vnde Cancri extracti ſunt accepta & propinato, aliquando vero pro aſaro opobalſami par pondus additur. Aquam educens hydropicorum per vniuerſum curationis tempus pota aqua, ex Nicolao Myrepſo, Cancrorum fluuiatilium aridorum ſine manibus & pedibus ademptis teſtis libram vnam, aſari libram vnam. Trita & commiſta ex aqua pluuiali (fluuiali) vnde deſumpti ſunt Cancri, dato bibenda. Interdum pro aſaro ſeruatur. Videtur hic aliquid mutilum, & ex præcedentibus Archiginis verbis reſtitui poſſe. Galenus in euporiſticis ad vrinę difficultatem Pagurum fluuiatilem conterit, & paniculo expreſſum exhibet. Triti & in vino poti teſtante *h* Plinio profluuia ſiſtunt, vbi Braſſauolus male id de alui profluuio accepit & non de menſium & vteri fluxu, cui tamen *i* Hippocrates preſcripſit in his verbis: Si fluxus vteri oboriatur, Cancros fluuiatiles in vino ſuffocato: & quę ſiccant ſuffito & apponito. Et *k* rurſus: Si fluxus vteri fiat, Cancros fluuiatiles in vino ſuffocato, & de tali vino cum aqua bibendum dato. Item rurſus, ſi mortuus, inquit, fœtus in vtero ſit, Cancros fluuiatiles quinque, & rumicis ac rutæ radicem, & fuliginem de furno omnia ſimul trita, & cum aqua mulſa vnita, ſub dio per noctem exponat, & ieiuua ter bibat. Salutare etiam remedium morbis extrinſecis. Triti & cataplaſmatis more impoſiti extrahunt tela, id eſt, palos & ἀκίδας corpori inhærẽtia teſtibus Plinio & Galeno ad Piſonem. Viuus tritus & impoſitus extrahit cuſpides ſagittarum (tes acutas & ſpinas *m* Auicenna) infixas carni, Raſis: qui etiam ſimiliter applicat, vt apoſtemata dura diſſipet. Contritus vel combuſtus (vt cum Plinio dicam) cum melle ſtrumis medetur. Raſis id de pede tãtum habet: Pes (inquit) Caueri in carta conuerſationis à collo eius qui habet, ſcrophulas curat, quamdiu durat ſuper ipſum. Pro epithemathe ſumuntur ad Scorpionum ictus cum cachry, pedicularia & ruta pari modo apud *n* Galenum. Triti in oleo & aqua perunctis ante acceſſiones in febribus proſunt, aliqui & piper addunt. Magi oculis eorum ante ſolis ortum adalligatis ægro, ita vt cæcos dimittant in aquam, tertianas abigi promittũt, eoſdemque oculos cum carnibus luſciniæ in pelle ceruina alligaros, præſtare vigiliam ſomno fugato tradunt, apud Plinium. Oculus Cancri, inquit Raſis, appenſus oculorum dolorem mitigat: in pueris dentium exitum accelerat, & prohibet tertiauam. Vlcera in auribus aut vlla corporis parte Cancrorum fluuiatilium ſuccus cum farina hordeacea ſanat. Ad reliquos morbos triti & oleo perunctis proſunt, vt Plinius ait. Et rurſus: Succus eorum cum farina hordeacea aurium vulneribus efficaciſſime prodeſt. Illitio (ſtomatica ad anginam, vel alia oris vitia) ſeu gargariſmus ex Cancris fluuiatilibus: Cancros fluuiatiles contritos in aquæ cotyla vna coctos & percolatos præbe gargarizandos. Siquidem craſſa multa ducit & læuat ſtatim hoc medicamentum; Nicolaus Myrepſus ex Galeno, ſed apud quem id hodie uõ legitur. Cancros fluuiatiles viuos contuſos in modum emplaſtri inflatis mulierũ mammis imponit idem Myrepſus: forte inflammatis legendum, nam & eoſdem ad profundas mammarum durities cum ouo applicat Aetius, ſicque etiam lac reſtinguit. Eſt morbus in mammis mulierum, qui τρίχα ab Ariſtotele dicitur, fit pilo caſu hauſto in poculo: hunc è mamma extrahunt Cancri fluuiatiles illiti teſte *o* Plinio. Ex quadrupedum genere quædam etiã ad ſuos morbos hinc perunt auxilia. Scribit *p* Plutarchus, porcos cum capitis dolore laborant, ad fluuium deſcendere Cancrorum capiendorum gratia: horumque eſu capitis dolori mederi. Sues, inquit Didymus, non ægrotabunt, ſi nouem Cancros fluuiatiles eis comedendos porrexeris. De ijſdem hæc *q* Ælianus: Sues agreſtes non omnino ſunt medicinæ & curationis impetiti. Itaq; cum per imprudentiam hyoſcyamum comederunt, ſtatim attrahunt poſteriora, reſolutione & paralyſi affecta. Deinde licet contracti, tamen ad aquas perueniunt, & ibi collectos Cancros epulantur promptiſſime, qui morbi remedium ijs præſtant, & priſtinam valetudinem reſtituunt; Hæc ille. Pelagonius Hippiatrus ad capitis in equo dolorem hac potione vtitur: Cãcros fluuiatiles ſeptem tritos cum lactis caprini ſextario & olei cyatho miſcet, tum pure colatam potionem per os infundit. Ceruus quoque à ſerpentibus morſus Cancros fluuiatiles quærit, vt canit Oppianus.

Cur Canis rabidi morſus curet.

h Lib. 32. c. 10.

i Li. de nat. mul.

k Lib. 2. de mor. mul.

l De mor. mul. 1. lib.

Ad ſagittas extrahẽdas.

m Tract. 2. lib. 2. c. 150.

Ad ſtrumas.

n Lib. 2. de antidot.

Oculorũ vis.

Ad aurium vlcera.

Ad anginãs.

Trichia qui morbus.

o Li. 7. c. 11.

p In quæſ. nat. & gryll.

Porci vt dolorẽ capitis curent.

q De var. 1. c. 9.

Ad capitis dolorem in equo.

VSVS IN VARIIS.

E Cancros fluuiatiles ſaltem duodecim fictili nouo cum aqua ingerunt, & addito operculo ſub dio collocant, vt ad dies octo vel decem inſolentur, hac aqua ſegetibus aut arboribus inſperſa dicebat Democritus, neque arbores, neque ſegetes, neque quidquam aliud à quopiam lædi, minime vero à beſtijs maioribus. Ficus ægra ne fructum proijciat, à Palladio curatur Canero fluuiatili cum rutæ ramo ſuſpenſo. Ijſdem quoque Scorpiones omnes è domo expugnabis. Nam tradunt aliqui apud Plinium manipulo ocymi cum Cancris decem marinis, aut fluuiatilibus trito, conuenire ad id Scorpiones à proximo omnes.

Ne ſegetes lædantur.

Ne fic fructum abijciat.

Vt Scorpiones fugentur.

(:)

CAPVT XXV.

DE CRVSTACEIS IN CONCHIS Degentibus.

ET PRIMVM

DE CANCRIS PARVIS.

Otdinis ratio.

SVNT & alia Crustata, vt Cancelli, Cancri parui, & Squillulæ, item Scyllari; non quidem figura corporis vsque adeo à prædictis diuersa: cum singula sub quatuor generibus prædictis constituti possiut, sed loco, in quo degunt, modoque viuendi: degunt enim ac veluti hospitantur in alienis Conchis, vt Mitulis, Pinnis, Pectinibus, Ostreis ac varij generis turbinatis. Quamobrem separatim hic de ijs agere placuit, à Cancro paruo exordio sumpto.

SYNONYMA.

Pinnophylax. Pinnoteres.

Καρκίνος μικρὸς Græce, Latine Cancer paruus dicitur, & priuatim qui Pinnis innascitur, πιννοφύλαξ dicitur, quasi ὁ τῆς πίννης φύλαξ, vt tradunt Suidas, Hesychius & Varinus. Πιννοτήρης Chrysippo, vt Athenæus cirat, ἀπὸ τοῦ τηρεῖν ἢ φυλάττεσθαι τὴν πίννην. Massarius & Rondeletius pinnotheres scribunt in tertia declinatione t aspirato, nescio quam ob causam, ex Plinio, vt apparet, qui ita habet, Nunquam nascitur Pinna sine comite, quem Pinnoterem vocant, alij Pinnophylacem, is est Squilla parua, alibi Cancer dapis affectator, Apud Aristotelem legimus οἱ καλούμενοι πιννοδήρεαι, quod si mendosum non est, rectus singularis ὁ πιννοδήρης ἤτοι καρκίνος ὁ σὺν τῇ πίννῃ θηρῶν, hoc est, in Pinna venari solitus Cancer. Pinnophylacem Aristoteles, vt putat Wottonus, Scyllaron & Scillarion vocauit, & καρείδιον, & Theodotus pro vtroque Squillam pat. uam reddidit, Plinium secutus. Sed Rondeletius hæc nomine diligentius distinxit, vti mox referemus Germanice Cancer paruus vocari poterit, teste Zoographo, ein kleiner Meerkrab: Cancellus vero, de quo mox dicetur, voce diminutiua ein Meerkrable: vt eadem sit horum nominum rario ac differentia in sermone Germanico, quæ Græcis inter καρκίνον μικρὸν, & inter καρκίνιον.

Scyllà.

DESCRIPTIO.

CAncri parui, inquit Rondeletius, qui in ostreis reperiuntur, minores sunt, paruæ scilicet fabæ magnitudine, toto corpore candidi, præterquam in pronæ crustæ medio, quod rubescit. Qui in Pinnis reperiũtur, maiores sunt, & magis rubri, quam albi sunt, alioqui chelis, pedibus, toto denique corpore, tum inter se, tum alijs Caucris similes sunt: à Cancellis autem differunt, quod parui ,, Cancri viuentium Pinnarum & Ostreorum hospites sunt: Can- ,, celli inanes duntaxat testas, & turbinatas subeunt, suntque lon- ,, go corpore Locustis, non Cancris simili. Cancri, inquit *a* Aristo- ,, teles, colore albido corpore admodum parui, in nonnullis resta ,, operti generis nascuntur, & plurimi quidem in Mitulis soliatis (σὺν τοῖς μυσὶ τοῖς πυελώδεσι) mox in pinnis, quas Pinnotheras vocãr. Quinetiam in Pectunculis atque Ostreis, verum illi nullum conspicuum capiunt incrementum.

Vt à Cancellis differant.

a *Hist. 5. c. 15.*

GENERATIO.

QVomodo autem generentut, plane controuersum est inter auctores. Piscatores teste Philosopho loco citato, Cancros eiusmodi nasci confirmant, vna cum illis, quorum testæ iuhabitant. Et *a* Athenæus etiam de Cancris & Pinnis loquens: φασὶ δέ τινες καὶ συνγηράσκειν αὐτὰ αὐτοῖς, καὶ ὡς αὖ ἐξ ἑνὸς σπέρματος γίνεσθαι: aiunt quidam Pinnas & Cancros paruos simul generari, & tanquam ex eodem semine fieri. Et alio in loco, qui emendatius, quam in vulgatis codicibus, hoc modo legitur apud Rondeletium: Ὅσα δ' αὖ πέτραις ἢ σπιλάσι κεκρυφῶσι, ῥιζοβολοῦσι, καὶ ἐνίοτε ἐνοῦται τοῖς μαργαρίταις γίνεσθαι, ζῶσι δὲ καὶ τρέφονται ἀμφὶ τὰ κεφαλοφυκότος τῇ σαρκὶ μέρος, τοῦτο δὲ συμπέφυκε τὸ κόγχῃ σῶμα τῇ χηλὰς ἔχον, καὶ νόμιμον ἐστὶ φέρον ὁδὴ ἐστὶν ἐοικὸς καρκίνῳ μικρῷ, καλούμενον πιννοφύλαξ: Pinnæ quæ petris, aut saxorum cauernis adhæserint, radices agunt, illic Margaritam generant. Viuunt autem & nutriuntur per partem carni hęrentem. Huius autem Conchæ ori adnascitur animalculum chelas habens, & cibum assumens, quod Cancro paruo simile est, & vocatur Pinuophylax. *b* Theophrastus postquam de visco & polypodio, quæ iu arboribus nascuntur, egisset, subdit sic esse natura comparatum vt hæc nonnisi in alijs valeant prouenire: sicut & animalia quædam nonnisi in alijs possunt creari, ceu quæ in Conchis (sic vertit Gaza, σὺν τοῖς πίνναις, genus ponens pro specie) atque in cæteris aptis præstare animalibus pabulum, sed addit originem horum latere. Rondeletius cum Cancros paruos in Pinnis & Ostreis sæpissime ouis turgentes videtit, affirmare audet non sponte ex limo aquaue, vt Testacea, sed ex coitu maris & fœmiuæ, & ex ouis prouenire. Quare in testis pariunt, vel stato tempore testas egrediuntur, & coeundi & oua pariendi gratia.

a *Lib. 3.*

b *De caus. 2. c. 24.*

Coire eos probaiut.

(:)

A

NATVRA. MORES.

SVNT qui miram Cancri huius, qui in Pinnis degit prudentiam, ac solertiam celebrant. Aiunt enim hunc dapis affectatorem, Pinnæ in capiẽdis piscicuiis auxilio esse, & communi præda communiter cum Pinna potiri. De societate igitur, quæ priuatim piscibus iutercedit, locururus *a* Plutarchus, primum exemplum recenset Pinnotheræ, qui plurimum atramenti Chrysippo consumpsit, in omnibus physicis & ethicis eius libris primo loco positus. Pin- ,, notheras, inquit, cui ab obseruanda Pinna nomen factum, ani- ,, mal est Cancri ad formam accedens (sic enim traditur) & cum ,, Piuna degit, eiusque Conchæ apertionem obseruat, foris adsi- ,, dens apertæ & hianti, donec aliquis pisciculus accedat, qui ab ,, ipsis capi possit, tunc carnem Pinnæ mordens eam de captura ,, monet, vnaq; in testudinem intrat, ea concham claudit: sic pręda ,, inter suam muuitionem recepta simul vescuntur. Hæc *b* Oppia- ,, nus sic cecinit.

Prudentia.

a *Lib. de solert. anim.*

b *Li. 2, Halieut.*

Muscosos inter scopulos cautesq; profundas
Pinna colit, duro tegitur sub tegmine testæ,
Nil mentis, nil laudis habet, sine robore viuit,
Expers consilij testa languescit in antro,
Et socium vitæ Cancrum sub lance recurua
Accipit, & præda semper pascuntur eadem,
Communemq; domum simul & communia tecta
Cancer habet, Pinnam pascit, Pinnamq; tuetur.
Hinc Pinna fertur custos cognomine Grato.
Cum tegetem subeunt pisces tunc Pinna doloso
Pungitur à morsu Cancri, contacta dolore
Comprimit hæc postes, & prædam comperit intus,
Cum tali celebrat socio conuiuia Pinna

B

Eadem ex hoc poeta Ælianus. Sed quæ ab his auctoribus Cancro paruo tributa sunt, ea à Cicerone Squillæ paruæ, cuius verba hæc ,, sunt: Pinna vero (sic enim Græce dicitur) duabus grandibus pa- ,, tula Conchis cum parua Squilla societatem inir comparandi ci- ,, bi. Itaq; cum pisciculi parui in Concham hianrem innatauerint, ,, tum admonita à Squilla Pinna morsu comprimit Conchas, sed ,, dissimillimis bestiolis communiter cibus quæritur, in quod ad- ,, mirandum est congressune aliquo, an ab ortu natura ipsa congregata sint. Hactenus ille, qui saue ab Aristot. non discrepat. Ait enim hic Pinnas custodẽ intra se continere, aut Squillam paruam, sic καρείδιον interpretatus est Marcus Tullius, aut Cancrum paruũ: quo quidem custode priuatas, perire breui tempore. Theophrastus quoque post ea verba, quæ proxime citauimus. Neque enim, inquit, vita fortasse Conchis possit seruari, nisi opera Cancri. Igitur dubitauit Theophrastus, an sine Cancro paruo Piuna degere valeret, quod prorsus negauit Aristotel. sed falso. Quia iu Pinnæ capaciore ac latiore parte interdum duos, aut tres Pinnophylaces videas, vt plurimum vnum, sæpius nullum. Decem aperies (vt scribit Bellonius) Pinnas, antequam vnum Pinnophylacem comitem reperias. Fabulosum etiam est, quæ supra ex Plutarcho & Oppiano retulimus à Pinnorhere Pinnam regi, admoneri pisciculis appropinquantibus, vt Concham suam aperiat, & intrante in eam pisciculo claudat, quia neque Pinnæ quemadmodum nec Mytuli, aut Ostrea piscium carne pascuntur, sed aqua tantum & luto. Cur igitur in Pinnis & Ostreis Cancri parui reperiuntur? Quia, vt ait Rõdeletius, cum omni generi animantium à natura tributum sit, vt se vitamque tucanrur, vt pastum & latibula quærant, Cancri parui molliore testa tecti: & ideo iniurijs magis oportuni Concharum caua subeunt, vt illic tanquam in specubus & antris tutius degant.

Squilla parua.

C

An Pinnæ sine Cãcto viuere queant.

Aristotelis, & Oppiani, & aliorum lapsus.

Cur in Pinnis Cancti aut Squillulæ degant.

D

Quare non solum in testis, sed etiam spongiarum cauernulis, saxorum rimis, in externis testarum, quibus Ostrea tecta sunt, cauis sæpissime Cancros paruos reperisse sese idem Rondeletius affirmat.

HIEROGLYPHICA.

HOmiuem, qui seipsum non curet: vetum à propinquis curetur, significare volentes, Concham & Cancrum pingunt. Adhæret enim Cancer Conchę, & vocatur Pinnophylax, id est, Conchæ Custos, hiat autem Concha cum esurit! in eam igitur hianrem cum pisciculus intrauerit, pungit Cancer vngula Concham, hæc vero admonita Concham claudit, & hoc modo venatur pisciculos ex *a* Horo Apolline, quod tamen, vt iam ostendimus, falsum est.

Homo sipsum non curans.

a *Li. 2. Hieroglyph.*

CAPVT XXVI.

DE CANCELLO ÆQVIVOCA.

E

CAncelli erant veluti septa quædam ex lignis transuersim iunctis obliquatisque ad defendendam, hoc est, repellendam tur- ,, bam. Cicero de Oratore libro primo. Nam si quis erit, qui hoc ,, dicat, esse quasdam orarorum proprias sententias atque causas, ,, & quasi certarum artium, forensibus Cancellis circumscriptam ,, scientiam, fatebor equidem in his magis versari hanc nostram ,, dictionem. Et pro P. Quintio: Er me facile vestra existimatione ,, reuocabitis, si exrra hos Cãcellos egredi conabor, quos mihi ipse circumdedi. Qui & pro Sestio è fori Cancellis plausum excitarum scribit. Sidonius aurem Apollinaris quadam libri quinti epistola: Vmbram, inquit, stipitibus alatis, cancellarimq; pendentibus pampinus superducta texuerat. Cancellorũ rationẽ graphice expinxit

Cãcelli qualia septa.

Varro

,, Varro rei ruſt. lib. 3. Preterea, inquit, è perticis inclinatis ex humo ,, ad parietem, & in eis transuersis gradatim, modicis interuallis, ,, pticis adnexis ad ſpeciem Cancellorum ſcenicorum ac theatri. Hinc caucellata elephantorum cutis dicitur Plinio. Riuis per quos exundat piſcina, præfigantur ænei foraminibus exiguis Cancelli, quibus impediatur fuga piſcium, Columella, 8.7. Hoſce Cancellos item Cancros dici, quanquam ratenter admodum animaduertimus. Inde ſcitu dignum prorepſit adagium, vt inter orci Cãcros adhæſiſſe dicatur, qui ita irretitus illaqueatuſque teneatur, ac impeditus, vt nuſquam pateat effugium. Eſt qui Cancellos pro abaco ſeſſili interpretetur. Suntq; qui Caucellos dici à Grætis κιγκλίδας putent. Ariſtophanis interpres in Veſpis dicaſterij, id eſt, ſtationis iudicialis ianuam dici putat κιγκλίδα, quam, inquit, etiam καγκελώτλω dicunt Hyſplax, inquit Theocriti interpres, laquei ſpecies eſt: proprie autem curſorum carceres ſic vocantur, quem nos Cancellum dicimus. Hæc omnia Cælius Rodiginus. Caucri dicebantur ab antiquis, qui nũc per dimiuutionem Caucelli, Feſtus Pompeius.

Inter orci Cãeros adhærere, qui dicantur.

SYNONYMA.

QVi Latinis Cãcellus, Græcis καρκίνιον nuncupatur, Oppiano καρκινὰς vocabulo dactylico oxytono fœminino, & vt videtur diminutiuo, quanquam Grammatici nullam eiuſmodi diminutiuorum formam oſtendant. Nam in ᾶς circumflexum quę præteruit, Ζωᾶς, μητρᾶς pro Zenodoro, Metrodoro, maſculina ſunt: quare poeticum fuerit, licet interim Ælianus, Galenus & Aetius quoque ea voce vſi ſint. Iam vero quantum Cancellus à paruo Cãcro, qui in Oſtreis reperitur, differat, facile cõgnoſcet, qui vtriuſq; naturam & deſcriptionem contulerit. Plinius Pinnotheris ſeu Pinophylacis nomine, & Cancrum patuum & τὸ καρκίνιον, id eſt, Cãcellum Ariſtotelis confudiſſe videtur: ſic enim *a* ille, cum de Cancris loquitur. Pinnotheres autem vocatur minimus ex omni genere, ideo oportunus iuuiræ. Huic ſoleritia eſt inanium Oſtrearum teſtis ſe cõdere, & cum accreuerit, migrare in capaciores. Ex Cancris minimum itaque dicens, prodit locum ſe hunt Ariſtotelis expreſſiſſe Εμφύονται δὲ ἐν ὀστείοις τῶν ὀστρακοδέρμων καρκίνοι λόυκοι, τὸ δὲ μέγεθος πάμπαν μικροί: πολεῖσον μὲν ἐν τοῖς μυσὶ τοῖς πυελλάδεσιν, ἔπειτα καὶ ἐν τοῖς πίνναις τοῖ καλέμενοι πιννοθῆραι. Quum vero dicit inanium Oſtrearum teſtis ſe condere, &c. hunc interpretatus eſt: τὸ δὲ καρκίνιον γίνεται μὲν τῶν ὀρχῶν ἐκ τῆς γῆς καὶ ἰλύος εἶτα εἰς τὰ κενὰ τῶν ὀστράκων εἰσδύεται, καὶ αὐξανομένων μεταβαίνει πάλιν εἰς ἄλλο μεῖζον ὄστρακον. Alio vero in loco *b* Plinius Pinnotherem ſeu Pinnophylacem facit Squillam paruam & Cancrum, propius Ariſtotelis mentem ſecutus. Concharum genetis Pinna naſcitur in limoſis, ſubrecta ,, ſemper, nec vnquam ſine comite, quem Pinnotherem vocant, ,, alij Pinnophylacem: is eſt Squilla patua, alibi Cancer dapis aſſectator. Quæ etiam ex *c* Ariſtotele tranſcripta ſunt, qui ſic loquitur. Αἱ δὲ πίνναι ὀρθαὶ φύονται ἐν τῷ βύσσῳ, ἐν τοῖς ἀμμάδεσι καὶ βορβορώδεσιν. ἔχουσι δ' ἐν αὐταῖς πιννοφύλακα, αἱ μὲν καρίδιον, αἱ δὲ καρκίνιον· ἃ στεγοκόμβαι ἀμφοτέροις τοῦτον. Vbi Ariſtoteles, τὸ καρκίνιον αὖθις καρκίνος μικρός, id eſt, Cancellum pro Cancro paruo ſpecie diſſimili vſurpauit. Quod vero Pliuius ſupra allatis verbis pet Cancrum, non Cancellum καρκίνιον, ſed Cancrum paruum intelligat, patet ex *d* Athenæo, apud quem eadem de Cancro Pinnothere leguntur, quæ apud Plinium de Cancro dapis aſſectatore. ,, Plinij verba ſunt, quæ ſequuntur. Alibi Cancer dapis aſſectator, ,, Pandit ſe Pinna luminibus orbum corpus minutis piſcibus præ- ,, bens. Aſſultant alij protinus, & vbi licentia audacia creuit, im- ,, plent eam. Hoc tempus ſpeculatus index, morſu leui ſignificat ,, Illa ore compreſſo, quidquid incluſit, exauimat, partemque ſo- ,, cio tribuit. Athenæus iuquit: Chryſippus Solenſis de honeſto & ,, voluptate ait: Pinna & Pinnotheres operas mutuas præſtant, ,, ſeorſum viuere non poſſunt. Pinna ex Oſtreis eſt, Pinnotheres Cancer paruus. Pinna teſtam pandit, ingredienteſque piſciculos obſeruans, Pinnotheres adſtans, ſi quid ſubierit, morſu Pinnæ ſignificat: quæ demorſa teſtam claudit: eoque quod incluſum eſt, communiter veſcuntur. Vides itaque, quod καρκίνιον dixit Ariſtoteles, loco poſtremo citato Cancrum dici à Plinio, à Chryſippo καρκίνον μικρὸν. Quæ diligenter à lectore obſeruanda ſunt, ne vna cum Hermolao Barbaro exiſtimet Cancellum, & Cancrum paruum ſeu καρκίνιον & καρκίνον μικρὸν eadem eſſe ſemper apud Ariſtotelem. Cancellus Ariſtotelis à Gallis vocatur Eremite, & Bernard l' Eremite. Eremitam quidem quod alios fugiens, in teſta perinde ac in ſolitudine viuat. Bernardum autem, quod vulgo in Gallia Bernardos fatuos prouerbio dictitent: fatuumq; eſſe Cancellum, qui cruſta tectus, chelas habens, quæ ad vitam tuendam ſatis eſſe poſſent, alienas domos quærat, in quibus latens viuat. Quod ſi nõ hæc ſolum, ſed poſteriores etiam Cancelli partes ſpectaueris, prudentem eſſe iudicaueris, qui nudas & iniurię valde oportunas partes dura ac firma teſta muniat. Ligures Brancha vocant vel Brãchna. Prouinciales Bious campus. Hiſpani (vt audiuit Zoographus) Cangreio. Germani vocare poſſeut, (inquit Zoographus) **ein kleiner Meerkrebs/Meerkrebslin.** Albertus Magnus de Cancello agens ex *e* Ariſtotele: Hoc animal, inquit, ſimile eſt Ataneæ, & etiam apud nos vocatur Aranea maris, & ſuut illæ conchæ, quæ ſunt rotundæ, magnæ & paruæ: habentque in parte ſtricta quaſi ,, duas auriculas vtrinque. Tales ferre conſueuerunt peregrini in petis ſuis, peregrinationis peractæ ſignum, quibus ille verbis Cancellos, & pectines & Couchas confundere videtur.

Cancellus vt à paruo Cancro differat.

a Lib. 9. c. 31

b Li. 9 c. 42.

c Lib. 5. hiſt. c. 15.

d Lib. 3.

Hermolai error.

Bernardi, q Gallis dicãtur.

e Hiſt. 4. c. 4

Atanea maris.

GENVS. DIFFERENTIA.
Deſcriptio.

,, CAncellum nobis exactiſſime ſic deſcripſit *a* Philoſophus. ,, Quem autem, inquit, Cancellum appellant, communis fere ,, ſocius Cruſtatorum, & Teſtatorum generum eſt, quippe qui ſpe- ,, cie Locuſtis ſimili ſpectetur, naſcique ſeorſum per ſe ſolitus ſit. ,, Verum quod teſtam deinde petit, quam ingreſſus, vitam tradu- ,, cat, hinc ſimilis teſta contectis animantibus eſt: quapropter is in ,, aucipiti eſſe, genuſque ſibi vindicare vtrunque videtur. Forma ,, tamen (quod ſimplicius dixerim) ſimilis Ataneis eſt, niſi quod ,, partem capiti, & pectori ſubditam ampliorem, quam Aranei ha- ,, beat. Cornicula duo ruffa tenuia gerit, quibus oculi totidem ,, ſubiaceut, qui nunquam intro recedant, vt Cancrorum, ſed ,, ſemper eminentes appareant, Os ſub ijs eſt, quod veluti capil- ,, lamentis quibuſdam pluribus circundatur. Ijs pedes ſubiuncti ,, duo bifurces, quibus cibum ori admoueat. Bini item vtrique ,, adhærent lateri, & tertius paruus. Thoracis pars inferior mollis ,, tota eſt, diſiectoque ſinu pallidum intus cernitur. Meatus ab ore ,, ad ventrem pergit. Foramen excremẽti perſpici nullum poteſt. ,, Pedes ac thorax duritiem præſeferunt, ſed minus quam Can- ,, cri. Nexu nullo teſtis adhæret, Purpurarum modo ac Buccina- ,, rum, ſed abſolutus liberque vagatur. Hæc Ariſtoteles, qui ſtatim ,, eius ſpecies quaſdam ſubdit. Oblongior eſt, inquit, qui Turbi- ,, nem ſubit, quam qui Neritim. Genus enim diuerſum eſt. Quod ,, in Natice degit cætera quidem non abſimile: ſed dextrum bi- ,, furcũlatum pedem paruum habens; cum læuum grandiuſculum ,, habeat, & ingredi eodem ipſo grandiore potiſſimum ſolet. Tale profecto genus, vel intra Conchas, quarum adhæſio ſimilis cæteris eſt, reperitur: quod & Squillam paruam (σκύλλαρον) appellant: & paulo poſt: Quibus vero ſiniſter pes grandior eſt, ij nuuquam cum Turbinaris hoſpitantur, ſed cum Naticibus tantum ineunt ſocietatem. Putat Rondeletius Cancellorum hæc duo genera ſola corporis longitudine differre, vt Cancellus Turbinatorum hoſpes longior ſit, quia eorum teſta longior: Neritarum leuior, quia Neritarum teſta eſt leuis, ampla & rotunda. Quantum ad pedum bifulcorum latitudinem attinet, in omnibus Cancellis, quos plurimos vidi, ſemper ſiniſtrum pedem craſſiorem dextro perſpexi, quod non fortuito, ſed certa ratione ipſi videtur contingere. Cum enim viuant in teſta circa corporis medium complicati, quantum dextræ parti compreſſæ alimenti, ac proiude incrementi decedit, tantum ſiniſtræ liberiori ac laxiori accreſcit. Videtur & aliud ,, genus tertium conſtituere Ariſtoteles, cum dicit: Sant inter ,, Cochleas, quæ inter ſe beſtiolas habeant Aſtacis paruis ſimiles ,, quæ in fluminibus gignuntur, ſed ea differentia, vt præmollem ,, intra ſuam teſtam carunculam habeant, forma quales nam ſint, ,, ex diſſectionibus contemplate. Quæ quamuis ita ſint, vnica tamen deſcriptione contentus ea tria non admodum differre ſenſiſſe videtur, earumque paucas eſſe differentias. Rondeletius pauca quædam ab Ariſtotele in deſcriptione omiſſa his verbis ſuppleuit: Cancellus, inquit, ex Cruſtatorum eſt genere, Locuſtis vel Aſtacis ſimilis, corpore enim longo eſt: cornua longa, tenuia, flauaque habet, totum corpus ex rubro flaueſcit. Chelarum, quarum alteram craſſiorem eſſe diximus, ſciſſuta parua eſt, qualis in hirſutis Cancris ſpectatur: præter chelas pedes duos vtrinque magnos, incuruos & acutos cum chelis & capite foras eſſert, cum ingredi vel piſces capere vult Duo alij vtrinque hirſuti, molles intus latent, quibus innixus corpus intro trahit. Pars poſterior nullis tabellis conſtat, ſed cute duntaxat: ob id ab Ariſtotele mollis dicitur, ſed ad eam firmandam certis interualis diſſitas lineas tres habet, latas, durioris ſubſtantiæ. Corporis extremum duas pinnas tenues molles, in lateribus ſitas gerit. In eiuſdem extremi ſupina parte excrementi meatus cernitur, quem ſi digitis comprimas, excrementum emitti videas: quo meatu Cancellum carere non affirmat Ariſtoteles, ſed non euidentem eſſe ait: quod facit, vt credam Ariſtotelem, non tam diligenter Cancellum a teſta nudum, quam eadem opertum ſpectaſſe. Nam meatus is in Cancello teſto ſpoliato perſpicuus eſt. Hæc ille Cancellum Pomaciæ limacis molem raro excedere tradit Bellonius cum hac deſcriptione. Pedibus vtrinque ternis brachiatur villoſis: quorum duo anteriores, ſeu priores brachijs forcipibus biſulcis conſtant, quibus cibum ori admouet. Cruſta dura pro cute veſtitur, rubra, nunc cyaneo, nunc cœruleo, nunc fuluo, nunc rubro diluta. Duo illi pedes vtrinque, qui brachia ſubſequuntur, vnguibus in extremo oblongis, & aduncis ſtallati ſunt. Cirrhos ante quidem duos, rubros, ſub oculis (Carabi modo) gerit: oculos inſtar Aſtaci elatos, quos porrigit ac contrahit, maculis albis diſtinctos. In ſumma eius ſuperior pars, Cancri refert effigiem, inferior autem Turbinis, quam in Cochlearum clauiculis inſerit: cum tamen Locuſtæ caudæ ſimilis ſit. Tabellis enim loricatur duris, ſed obſequioſis: in quibus vtrinque veluti pinnas duas habet. Extremum vero caudæ pinnulis tribus, vt & Cancri præditum eſt. Dentes oſſeos vt Carabus habet, quibus eſcas comminuit.

a Hiſt. 4. c. 4

Forma.

Cornicula.

Os.

Thorax.

Genera.

Vt differãt.

Chelæ.

Tertium genus.

Chelæ.

Deſcriptio ex Bellon.

Cum autem prædam venatur, totam anteriorem partem ſuo domicilio exerit, & tunc ſimilis Araneis apparet, ſed partem capiti & pectori ſubditam vaſtiorem, quã Araneus oſtendit: Ab ore œſophagus tenuis, vt filum ad ſtomachum protenditur. Inteſtina eius bis tantum reuoluuntur: ac qui in eius ſtomacho viridis humor ſpectabatur, is in inteſtinis apparet candidus. Cancelli, quem in

Inteſtina.

Adriatico mari natantem in Concha muricata reperit Zoograph. A
caput ſolum & pedes, & parum quiddam in extremo caudæ (tres
articuli videlicet) cruſta muniuntur: totus reliquus alueus nudus
molliſque eſt, ſimilitudinem auteriori præſertim parte, cum Can-
cro fluuiatili habet; oculos in corniculis eminentibus, geminas
prætendiculas, forcipes breues. Caudam in poſtrema Cõchæ parte
condit, caput auterius habet, & pedes prætendit, atque ita Conchã
gerens obambulat: poteſt autem ſe totum ſic in penetralia Cõchæ
condere, vt nihil eius appareat. Pedes quos ambulando prætendit,
partim rubent, partim cærulei ſunt, hirſuti. Primo loco à nobis de-
pictus Cancellus eſſet ab Ariſtot. & Bellonio deſcriptus, niſi qua-
tuor haberet cornicula, & totidem pedes vtrinque præter brachia
biſulcis forcipibus prædita, quibus duo pedes proximi hirſuti ſunt
longi, quinque articulis conſtantes, aduncis in extremo vnguibus.
reliqui duo admodum parui tribus ex articulis conſtituti. Quę au-
tem ſequitur figura ex Ambroſio Paræo, eſt Bernardi Eremitæ di-
cti Cancelliiu teſta latentis; deinde nudi, ſed ſuſpicor non bene ex-
preſſiſſe nudum, quia binis tantum natura pedibus vna cum bra-
chijs donauit. Rondeletius, ex quo Paræus videtur ſonem mutu-
aſſe, tres aut quatuor vtrinque tribuit, quemadmodum nos noſtro
priori. Cum hoc non paruam ſimilitudinem habet, quem nos ei B
ſubijcimus totum rubrum, exceptis villis, qui ſunt in pectore &
cauda, qui ſunt cinerei. Sequitur deinde Cancellus alius, qui, vt
Cornelius Sittard. ad Zoographum ſcripſit, extractus eſt ex coch-
leati domuncula, expetitus in cibis, frequentiſſime capite adnaſci-
tur Buccino, ita vt vi extrahendus Caucellus ſit quodammodo: q
Valerius Cordus, & Zoographus experti ſunt, cum plures in mari
cepiſſent apud portũ Liburnum, vbi copioſiſſime viſitur, non pro-
cul à littore maris Ligſtici inter ſaxa. Depingitur præterea Can-
cellus oblongus Aſtaco fluuiatili ſimilis, quem & ipſum Sittardus
ad Zoographum miſit: quem Zoographus ad tertium genus Can-
celli à Rondeletio commemorati refert. Deinde oſtenditur Can-
cellus in Cochlea varijs coloribus maculata, vt marmor. Nouiſſi-
mum aliqui, vt teſtatur Zoographus, vulgo auenam vocant, Sca-
liger Squillam minimam, & à Vaſconibus Ciuadam vocari ait, id
eſt, auenam. Pugillatim enim (inquit) deuorant, ſicut aueuam ve
terinæ. Cãcelli autem perquam exigui in piſciculis reperiuntur,
pedes nouiſſimos latiuſculos habent, vt ad nandum vtiles ſint,
quaſi pro pinnulis, aut remis pedes haberentur, a Ariſtot quibus
verbis adhuc aliam Cancellorum ſpeciem à prædictis diuerſam C
commemoraſſe mihi videtur.

a De par. 4. c. 8.

VICTVS. NATVRA. GENERATIO.

POlypos Venere exhauſtos deuorant, quemadmodum cecinit
Oppianus. In ſaxoſis locis verſantur: carne, luto denique; ijſdem
quibus Cruſtata alia, veſcentes. a Ariſtoteles ait, Turbines, Bucci-
nas & ſimilia, in quibus habitãt Cancelli, paſci mari tranquillo ab-
ſoluta ſaxis. At quoties flatus vrgent, hoſpites Cancellos illos ſeſe
in ſaxa recipere, ac latibulis tutari ſæpe, teſte b Æliano, de ſpolijs b De anim.
multo certamine inter ſe contendunt, viribuſq; inferiore repulſo, 7. c. 31.
victor exuuias aſſequitur. Antea vero hæc ſcripſerat: A Conchis
vero inopes & nudi primum Cancelli naſcuntur: deinde eas tan-
quam domicilia ad habitandum deligũt. Cum vero vacuas & ina-
nes offenderunt Conchulas Purpurę aut Turbiuis, primo intra eas
ingrediuntur: deinde cum in ampliorem magnitudinem creuerũt,
quam ijs vt capi queant, in teſtam ampliorem tanquam domum
alteram demigrant. Neque modo ſupra dictorum Conchas immi-
grant, ſed & per multas alias capaciores tranſeunt, & ampliorem
nacti, ea tanquam maiori domicilio gaudent. Eadem Oppianus,
& ante illum c Ariſtoteles his verbis: Cancellus ille Concharum c Hiſt. 5. c. 15
heſpes principio ex terra limoque conſiſtit, mox Conchulas ingre-
ditur vacuas: vbi cum excreuerit, tranſit in Concham ampliorem,
videlicet aut Naticis, aut Turbinis, aut alicuius ſimilis. Sępe etiam
paruas Buccinas ſubit, ingreſſuſq; ampliorem illam gerit pari mo-
do, & viuit in domicilio capaciore, rurſuſq; excreſcens aliam petit
ampliorem. Verum quod dicat Philoſophus, ex terra limoq; naſci,
facit vt credam ipſum partem internam Cancelli non perſpexiſſe,
cui ad latera adhærent tanquam racemi, aut globuli, oua filo anne-
xa. Et obſeruatum eſt mares à fœminis aperte diſtingui, quod eo-
dem tempore hæ oua habent, illi minime. Igitur ex maris ac fœ-
minæ coitũ generantur. Nec impedit coitum teſta, qua inregũtur.
Nam quemadmodum teſtas ſuas deſerunt, vt in capaciores tranſ-
eant: ita ſtaris temporibus natura ad coitum incitante teſtis ſe exu-
unt, vt corpora commiſceant.

VSVS IN CIBIS ET ALIIS.

COncham muricatam vna cum ſuo Cancello domum cum re-
tuliſſet Zoographus, decoxit, vt extraheret Cancellum, extra-
ctus odore, colore, ſapore, fluuiatilem referebat. Dorion in lib. de
piſcibus, quem citat Athenæus, inter eos piſciculos, quos hepſetos
vocant, memorat Cancellos, καρκίνια. Cancellum ſuum tradit Bel-
lonius nõ eſſe edulem, ſed alijs piſcibus, vt Lulidibus, Channis, Or-
phis, Percis, & id genus ſaxatilibus eſſe gratiſſimum obſonium.
Quamobrem piſcatores Cancellos plurimum appetere, quos ſuis
Cochleis nudatos, ac viuos hamo impoſitos, ſuis calamis appen-
dunt, hoc enim modo magnam ſaxatilium piſcium capturã facere.
a Galenus Mullos Cancellorum eſu deteriores fieri, & mali odoris a 1. de alim.
his verbis ait; Αἱ ὅσω τρίγλαι τοὺς καρκινώδεις ἐσθίουσι, καὶ δυσῳδεστέραι
καὶ ἀηδεῖς, καὶ δύσπεπτοι, καὶ κακόχυμοι. Eadem Aetius. Vnde patet Can-
cellum mali eſſe ſucci, difficile cõcoqui, ſalſumque ſuccum gigne-
re, indeque à piſcatoribus negligi. Rondeletius Galeni verba de Galeni lo-
Cancellis, qui in ſpongijs, quæ τεφρῶδες à fœtido odore nominantur, cus explic-
recte intelligi poſſe putat ac de Cancellis alijs, qui in cœnoſis atus.
littoribus degunt, paruique ſunt: nam quandoque
ad Aſtacorum fluuiatilium magnitudi-
nem accedunt.

Finis Libri Secundi.

VLYSSIS

VLYSSIS ALDROVANDI PHILOSOPHI ET MEDICI BONONIENSIS,

DE ANIMALIBVS EXANGVIBVS RELIQVIS QVATVOR,

Liber Tertius.

Qui est

DE TESTACEIS, siue conchyliis.

ET PRIMVM

DE IIS IN GENERE.

Cap. I.

ORDINIS RATIO.

DE animalibus marinis exanguibus scripturus, Mollibus primum, secundum Crustaceis locum assignaui, duabus fere rationibus motus, rum quod vbique atque in omnibus imitandus præceptor Aristoteles ita me docuisse videtur, vbi omnium horum animalium genera recenset, atque inuicem distinguit: tum quod in omnibus meis historijs nobilitatis ordinem sequi soleam. Sed quia hæc dupliciter accipi hoc loco potest, vel ab animantium horum, de quibus hoc volumine tractatur, partibus vel eorundem vsu partium placuit rarionem habere, nam alioqui Testacea quæ & Conchæ & Conchylia nominantur, non vna de causa præferenda omnibus ijs erant, quemadmodum etiam quilibet, qui ue centesimam eorum partem (sunt enim innumerabilia & nunquam satis cognita, cognoscendaque eorum genera,) agnoscit, iudicare poterit, vt interim eos præteream, qui in veterum scriptis optime versati sunt. Cedit quidem in cibum Mollium caro, edendoq; sunt Crustacea: sed Mollium dura, ac ventriculo inobediens, fereq; abominanda hominibus est: Crustatorum vero salubris grataque, quin gratissima si cum illis compares, sin cum Testaceis, minime, quæ non aliam ob causam sagacissima rerum omnium parens natura tam dura conregisse testa videri potest, ne à quam plurimis animalibus marinis, quæ eorum carne delectantur, deuorarentur. sed in nostrum cederent vsum. Ea autem vt inquit Cælius *a* Rhodoginus adeo proceribus gulæ probata fuere, vt vel inde conformatum sit adagium, esse Conchylia viduarum cupedias, sicuti Philareus commeminit Demetrius, vt Sophronem taceam Mimographum. Enumerantur eadem à poetis inter ganeas præcipuas. *b* Martialis;

Mentiar vt venias, pisces, conchylia, sumen,
Et cortis saturas, atq; paludis aues.

Eleganter *c* Srarius inquit:

Ah miseri quos nosse iuuat, quid Phasidis ales
Distet ab hyberna Rhodopes grue, quis magis Anser
Exta ferat, cur Thuscus aper generosior Vmbro,
Lubrica qua recubent conchylia mollius alga.

Quemadmodum veto fructus arborum varij sunt & ineffabiles, mensarum præcipua ornamenta, & gulæ incitamenta, ita quoque Conchylia siue Testacea, ex quibus quam ex alijs animalibus numerosior materia ganeæ est, quare Septimius Florens Tettullianus iure omni meriro maris poma nuncupauit. Tanta vero eorum vbique rerrarum copia est, & tanta apud authores mentio vt doctissimus Hermolaus in quodam suo in *d* Dioscoridem corollario, vbi de Ostreis & Conchylijs ei erat tractandi locus, se copia detetreri dixerit, sufficereq; primũ gulæ huic generi darũ esse adagio inde nato, adagio nim: rũq; iam recitaui. Sed incredibilis Rom. aliorumq; populorum in hisce Testaceis luxuria magis in plurimorum particularium historijs manifestabitur. Atqui hoc loco illud solum modo dixisse sufficerit in hocce gulæ genere, quod paucissimis hisce verbis Plinius scriptum reliquit; Luxuriæ mater Cõchyliorum pretia margaritis propemodum æquauit. Quanta autem ea fuerint, inscripto de margaritis capite fusius dicetur: vel si & hoc parum est, audiamus quid in hunc luxum Seneca *e* Philosophus in prauos hominum mores inuectus scribat: Quantum (inquit) ex ror Conchylijs tam longe aduectis per istum stomachum inexplebilem labitur. Quam longinquis autem è rettis Conchylia peti soleant, pulchre norunt, qui veterum scripta euoluere, idq; nos multis deinceps locis in hoc opere demonstrabimus. Audiamus item Ciceronem, cuius disertissimi viri testimonio, nihil æque aptum est, patrimonia, quin integra regna dilapidare, nihil inquit, in L. Pisonem apud hunc lautum, nihil elegans (laudabo inimicum) ne magnopere quidem quicquam per libidines sumptuosum. Exstructa mensa non Conchylijs aut piscibus sed mulra carne subrancida Loquitur ironicẽ; vt ostendat, quomodo & sua & aliorum quæ furto substulerat, bona perdiderat. Audiamus deniq; rursus *f* Plinium grauissimum scriptorem, ex quo legem latam esse apud Romanos colligitur aduersus tam luxutiosi ac tam pretiosi cibi intemperantiam. Sorices (inquit) & ipsos

Cur de testaceis postremo loco agat author.

Carnes exanguium inuicem comparãtur.

Conchyliorum à carne laus.

a *L.27. lect. ant. c. 23.*

Conchylia viduarum cupediæ.

b *L.11. Epig. 53.*

c *L.4. Sylu.*

Testacea fructibus comparantur.

Poma maris dicta Conchylia.

d *L.2 c.209.*

e *Lib.14. Ep. pr.*

Luxus Romanorum in Conchyliis.

f *Lib.8. cap. 57.*

& ipſos condi author eſt Nigidius, ſicut glires, quos cenſoriæ leges, princepsque M. Scaurus in conſulatu non alio modo cænis ademere quam Conchylia aut ex alio orbe conuectas aues. Haud minor etiam luxus erat in colore illo præſtantiſſimo, quem dabat Purpura, Couchylium, Murex, colore illo, inquam, quo regum omnium ac Imperatorum paludamenta togęq; tingebautur, quoque nuuc Sacræ Rom. Eccleſiæ principes reſplendent, & quantopere mundanis heroibus præſerendi ſint, vel ſolo eo nobis demoſtrant. Cætetum tanta parui fiet luxuria, ſi eam contemplemur; quæ fuit in margaritis ſiue vnionibus, quæ hinc ſuum ottũ agnoſcunt. Etenim longe admirabiliora, ac plane incredibilia de iis memorabimus poſtea, nunc vero illud duntaxat ſatis fuerit dixiſſe Cleopatram ſolam ſexcenties ſeſtertia vnica cœna abſumpſiſſe Concludamus itaq; cum eodem *g* Plinio nullibi maiorẽ quam in Conchyliis luxuriam extitiſſe. Sed quid hæc (inquit tam parua commemoro, cum populatio morum atque luxuria non aliunde quam è Conchatum genere proueniat? Iam quidem ex tota rerum natura damnoſiſſimum mare eſt, tot modis, tot menſis, tot ,, piſcium ſapotibus, quibus pretia capientium periculo fiunt. Sed ,, quota hæc portio eſt reputantibus Purpuras, Conchylia, Mar,, garitas? Parum ſcilicet fuerat in gulas condi maria, niſi mani,, bus, auribus, capite, totoque corpore à fœminis iuxta viriſque ,, geſtarentur. Quid mari cum veſtibus? Quid vndis fluctibuſq; ,, cum vellere? Non recte recipit hac nos rerum natura, niſi nudos. Eſto, ſit tanta ventri eum eo ſocietas, quid tergori? Parum eſt, niſi qui veſcimur periculis, etiam veſtiamur. Adeo per totum corpus, anima homiuis quæſita maxime placent. Principium ergo culmenque omnium rerum pretii, margaritæ tenent.

g *L. 9. c. 54. & 55.*

SYNONYMA. ÆQVIVOCA.

NOmina, quibus iſtiuſmodi animalia, quæ duro ſiliceoq; tegmine, fragili atque ruptili, non colliſili muniuntur, cum apud Græcos, tum apud Latinos veniunt, inuenio non pauca, ſed quæ declaratione magna indigent. Ariſtoteles aliique multi Ὀſτρακόδερμα nuncupant, ac ſi Teſtaceæ cutis animmalia dicas Huius vocis etymum videre licet apud *a* Galenum, qui ita ſcribit, quoniam totum corpus ambiens veluti integumentum vnicuiq; congenitum appellatur δέρμα, id eſt, cutis, ſecundum proportio,, nem idem in Buccinis Purpuris Oſtreis & Chamis & aliis eiuſ,, dem generis dicitur, ob id vocantur Ὀſτρακόδερμα huiuſmodi animalia, quia teſtæ, vel lapidi ſimile plane eſt, quod extrin,, ſecus ambit operimentum. Itaq; Plinius, modo, quibus Teſta,, cea operimenta vertit, modo ſilicum duritie intecta, modo teſtis incluſa duris, modo ſilicea teſta incluſa Sed fortaſſis ſimpliciter Teſtata, vt multoties Theodorus vertit apud Ariſtotelem, & Teſtacea, vt Rondeletius vocat, aliique recentiorum multi, & ipſe quoque Theodotus aliquoties, non incongrue dici poterunt: nam & Teſtæ quaſi ὄſτρακα ab *b* Horatio nomiuatur hoc verſu:

Sed non omne mare eſt generoſa fertile teſta.

Cicero vero belluas natiuis teſtis adhęrentes duxit in libro de natura deorum, & Palladius clauſa maris animalia, eum ait: Luna incremento ſuo omnium clauſorum maris animalium, atque Cõcharum membra turgere iubet Teſtudines item à quibuſdam dici teſtis eſt *c* Albertus Magnus his verbis: Vniuerſaliter autem hęc omnia animalia, quæ duræ teſtæ vocantur. & à quibuſdam dicuntur Teſtudines, ſecundum veritatem, ſunt quæ apud nos Oſtrea, Conchylia nomen habent. Alio nomine Ὄſτρεα philoſopho nominantur, ſicut diſertiſſime alibi ſcriptum reliquit: ἄλλο δὲ γένος τῶν ὀſτρακοδέρμων ὁ καλεῖται ὄſτρεον Galenus in declaratione huius vocis parum ſibi conſtat, modo enim animalia eſſe dicit, vt in decimoquarto de vſu partium, modo inter animal & plantam media id eſt Zoophyta facit vt in libro de formatione fętus. Gaza modo Conchum, modo Oſtream transfert; ſed Oſtea neutro genere cum Græcis, tum etiam Latinis nominantur tam in ſpecie, quam in genere de Oſtracodermis ſeu Teſtaceis omnibus: Oſtreæ vero fœminino genere Latinis tantum de ſpecie vna, vt annotat Zoographus Rondeletius vero, Latini, Oſtreorũ inquit nomẽ retinuerunt, Oſtreas etiam dicunt. Nec pro vniuerſo genere ſolum, ſed pro ſpecie etiam earum quibus teſta ſcabra eſt & aſpera, nomen id vſurpatur Apud Græcos quidem ὄſτρεον per ε breue, & ὄſτρειον per diphthongum diuerſas plerumque ſignificationes habent, aliquando promiſcue ponuntur. Sed latini id diſcrimen ignorant. Ὄſτρεια, inquit *e* Galenus, vocar, quæ ab Ariſtot ὀſτρακόδερμα vocata ſunt: quod autem ὄſτρεον vocatur ſine ι in ſecunda ſyllaba, ſpeciem quandam Oſtreorum ponunt, vniuerſo generi ſubiicientes. Buccinas, Purpuras, Chamas, Pinnas, atque omnia huiuſmodi. ὄſτρεον tamẽ vt ſubinde conſtabit nonnunquam generale eſt ad omnia Teſtata, Vuottonus aliquando & ſola comprehendere, quæ ſua natura immobilia ſunt, ſcribit in qua ſignificatione Zoographus idonei authoris teſtimonium ſeſe non reperire aſſerit. Veteres, inquit Athenæus ὄſτρεια dicebant quod Cratini in Archilochis, & Epicharmi in nuptiis Hebes teſtimoniis confirmat, huius: πτυῶσι καὶ ὀſτρέοισιν ὁμοίη, illius: ὄſτρεια ſυμπεφυκότα. † Plato vero ὄſτρεον, vt ὄρνεον dixit, ὀſτρέων τρόπον δεδεμένοι, Oſtreorum modo colligati Plinius quoque Oſtrea pro Oſtracodermis aliquando tranſtulit, vbi apud Ariſt. legitur, Τὰ ἄλλα γένη πάντων τῶν ζώων πλὴν τῶν ὀſτρακοδέρμων, καὶ ἐπ ἄλλο ἀτελὲς, ἔχει ὀφθαλμούς Quæ ſic ille interpretatus eſt. Non omnibus animalibus oculi, Oſtreis nulli. Oſtracoderma tamen ſępius multo latius patet, quam Oſtrea, vt iam diximus, vnde etiam ex ouis oſtracoderma dici notat Cæliusrhodoginus putamine intecta teſtaceo, vt in auibus: malacoderma vero quæ molli obducuntur cute. Ὄſτρειον deinde, ſiue ὄſτρεον appellant etiam oſtrum, id eſt colorem, qui ex oſtracodermis, Conchiſue conficitur, ſeu oſtrinum colorem, vt Propertius vocat. Vitruuius *f* in hoc ſenſu. Ea Conchylia cum ſunt lecta, ferramentis circa ſunduntur, è quibus plagis purpurea ſanies vti lachryma profluens, exculſa in mortariis terendo comparatur & quod ex concharum marinarum teſtis eximitur, ideo oſtrum eſt vocitatum. † Plato ὥσπερ οἱ ξωγράφοι βαλόμενοι ἄφομοι εἰῶ, ἐνίοτε μὲν ὄſτρεον μόνον ἐπήνεγκαν, ἐνίοτε δὲ ὁ πεῶ ἄλλο φάμενοι, id eſt, quemadmodum pictores cum quid volunt imitari, quandoque ſumunt ſolum oſtrum, quandoque vero quodnis aliud pigmentum. Et cum diphthongo apud *g* Athenæũ: Τὰ δὲ σώματα οἱ μὲν ἐκέχρωντο ὀſτρείῳ, τινὲς δὲ μίλτῳ καὶ χρώμασι τοῖς ἑτέροις, id eſt, qui quidem corpora vngebat Oſtro, aliqui milto, & aliis coloribus. Eodem modo accepiſſe videtur Heſychius, qui cum ὄſτρεα expoſuiſſet κογχύλια, ſubiungit, Λάκωνες αὐθῶ, innuens nimirum. Oſtreon Lacones vocare Conchyliorum florem, vt Ariſt. πορφυρῶν ἀνθῶ, Plinius Purpuratum florem, id eſt, Purpuream ſaniem, quæ è Purpuris excipitur. Quod vero ad etymum attinet, ὄſτρεον & ὄſτρακον, ex ὀſτέον, quod os eſt, detiuari pleonaſmo litera *p* docet Euſtathius Ὀſτρακήρα VVottono ſynonymum eſt Oſtracodermo ex Oppiano, vt mox apparebit. Et τὰ ὀſτρέωδη καὶ κογχοειδῆ pro omni genere Teſtatorum Strabo dixit, alij quidam etiam ὀſτρακώδη. Σκληρόδερμα etiam dicuntur, vt Iunius notat, Ariſt. Empedocli λιθόδερμα, Oppiano ὀſτρακόδερμα, ὀſτράκερα, ὄſτρακα. Inuenio etiam apud eundem *h* Oppianum ἔθνεα ὀſτρακόδερμα, & apud Suidã ὀſτρακόδερμοι ἰχθύες, id eſt, Teſtacei piſces. Λιχάδες Heſychius & Varinus interpretantur Oſtrea omnia, addunique ab aliis lapides dici & Calculos, & Conchylia. Λεβηρίδα id eſt Liberidem aliqui ſenectam ſerpentis vertunt teſte Galeno, alii Concham vacuam. Κυματοφορήδες. Heſychio ſunt κόγχοι Conchæ. Κόγχος, & Latinorum Concha perquam frequenter ſumitur pro omnibus Conchylijs & Teſtaceis, item pro quibuſdam eorum generibus. Theodorus in translatione Ariſtot. Oſtrei & Conchæ nomine vtitur pro vniuerſo genere teſtato *k* Rondeletius veto, Concha, inquit, ſumitur & pro omni teſta & pro teſta lævi, ſiue inæqualiter rugata. Et *l* rurſus: Conchæ nomen latiſſime patere iam diximus; hoc vero *m* Plinii authoritate maximé confirmatur, qui pectines, Cochleas, Buccina Concharum nomine comprehendit. Bellonius de biualuibus tautum vſurpaſſe videtur, & Zoographus Concha vocabulum generale videri quidem ait, videri ſibi tamen ad biualuia magis proprie referendum. Huius ſpecies, inquit, aliæ turbinatæ ſunt, & Cochleæ dicuntur: idque, vel hebetius, quæ generis proximi nomen ſeruant, aut etiam ſuperioris: vel acutius id eſt, longiore, magiſq; faſtigiato, vel mucronato ductu, & vocantur Strõbi. Aliæ turbinatæ non ſunt, quæ & ipſæ communi vocabulo adhuc Conchæ dicuntur, ſiue in orbem ſere æquabili & plana ſuperficiei curuatione ſe colligunt, vt Venereæ & Procellanæ dictæ: ſiue biualues, ſiue vniualues, ſint, vt Conchæ vocabulo genus totum Teſtaceum comprehendamus: ſicuti Cruſtaceum, Cancri: quorum vtrumque, vel veterum ſcriptorum teſtimonijs comprobati poteſt vel certe eſt permittendum, vt de rebus ipſis cõmodius verba faciamus. Nicolaus Perottus Concham ab Oſtreo ſic diſtinxit: Conchæ dicuntur, quæ teſtam lævem habent & politam ſiue vniformiter rugatam, ſiue denticulatam: Oſtrea vero quæ aſperam ſcabramque, quamuis generali nomine oſtrea quoque Conchæ dicantur, quales ſunt Cochlearum. Ouidius:

Oſtreaq; in Conchis tuta fuere ſuis.

Hæc ille, & rurſus: itaque Purpura inter Conchas potius numerabitur, Murices inter Oſtrea, ob ſcabritiem corticis. Sed cum teſtarum ſcabrities ſit diuerſa, alia ſcilicet in Oſtreis, per totam teſtæ ſuperficiem, alia in Muricibus & Purpuris eminentibus quibuſdam aculeis. Perotti hæc poſtrema ſententia vacillabit. VVottonus ſcribit Conchas appellari à Plinio, non quæ teſta adeo fragili clauduntur atque Cocleæ, Pectines, digiti, ſed quæ firmiore, vt Purpuræ, Buccina, Pinnæ Atque ita ſane Plinius: firmioris, inquit, iam Teſtæ (de quibuſdam fragilis teſtæ dixerat prius, nempe Vnguibus, Pectinibus, Cochleis, Echinis & Cancris) Murices, & Concharum genera. Quandoq; ſeparat à Conchylio, vt cum ait: Concharum ad Purpuras & Conchylia eadem quidem eſt materia, ſed diſtat temperatura Aliquando pro omnibus Teſtaceis accipit: Conchæ omnes celerime creſcunt, præcipue Purpuræ: aliquando pro pretioſioribus: Populatio morum atque luxuria non aliunde maior quam è Concharum genere prouenit; de Margaritis nimirum & Purpuris & Conchylioſenriens. Quidam etiã hoc citat ex eodem: Inter Conchas principatũ tenent Margaritæ. Feſtus ex Varrone: Imperito nonnuquam Concha videtur Margaritum. Accepit præterea Concham pro teſta exteriori, inquiens: Polypi veſcuntur Conchyliorum carne, quorum Conchas complexu crinium frangunt. Idem vbi apud Ariſt. legitur, πὰς μὲν ὀιῶ μικρὰς μὴ τῶν ὀſτράκων κόπτουσι, ipſe tranſtulit ſic. Et maioriib. quidem Purpuris detracta Concha auferunt. *n* Ouidius.

Litore quot Concha, tot ſunt in amore dolores.

Columella.

Implicitus Concha limax. Et *o* Cicero. *duabus patula Conchis.*

Hinc etiam Conchæ numerantur à Martiano I. C. ff. de ſundo inſtructo & inſtrument. legat. inter inſtrumenta pictorũ, qui pigmenta ſua in Concharum teſtis ſeruare ſolent. Conchæ præterea nomen notante VVottono, vnam ſpeciem ſignificat, nempe Chamen, vt apud Ariſtot. in quarto de hiſtoria, ſed & priuatim Chamen Tracheam, vt in quinto & apud Oribaſium in ſecundo. Idem legere eſt apud Galenum in gloſſis, item apud Heſychium & Varinum.

g *L. 9. c. 54. & 55.*

Ὀſτρακόδερμον. a *lib. 3. de alim. facul.*

Teſtata, & teſtacea. b *L. 2. Sat. 4*

Teſta dicitur ὄſτρακον Teſtudo.

e *lib. 53. de Animal. tract. 1. c. 2.*

Oſtreum. d *lib. 1. Hiſt. cap. 6.*

Galeni inconſtantia Oſtrea & Oſtreum quid differant.

e *lib. 11. Sim.*

† *In Phædro.*

Oua malacoderma, & oſtracoderma.

Oſtrum dicitur ὄſτρειον. f *L. 7. c. 13.*

† *In Cratylo*

g *Lib. 5.*

Oſtreũ vnde dicatur. Ὀſτρακήρα Σκληρόδερμα.

h *L. 5 de piſcib.*

Λιχάδες. Leberis.

Concha. i *L. 4. c. 4.*

k *Li. 1. de Teſt. cap. 1.* l *L. 1. c. 17.* m *lib 9. c. 33*

Cochleę quæ.

Strombi qui.

Conchæ vocabulũ ad omnia Teſtacea.

Concha ab Oſtreo diſtinguitur.

Concha à Conchilio ſeparatur.

Cõcha pro Teſta.

n *L. 2. de arte.*

o *l. 2. de nat. deor.*

Cõcha pro vna ſpecie

rinum. Sed & Gaza alicubi ex Theophrasto pro Pinna simpliciter Concham transtulit, quod non probo, cum Plinio Concharum generis tantum sit ipsa Pinna. Alibi apud p Aristotelem idem Gaza pro κόχλων id est, Cochlearum vertit, Concharum, genus capiens pro specie. Et κόγχος Hesychio est κόχλιας, Cochlea, qui & κόγχον διέλης prouerbialiter dici tradit, pro ἵππον ἐποίησας, id est fecisti æqualem, sed vel teste etiam authore thesauri linguæ Græcæ eo nomine potius Coucha vocatur, quam Cochlea, vt ex prouerbio eo liquet; nec enim Cochleam posses διελεῖν, vt Concham quippe Cochlea ex vncia testa gyris quibusdam & voluminibus compacta constat, Coucha autem duabus veluti scutulis clauditur, quæ facile diuelli à seinuicem queuunt. Ita igitur q Athenæus dicit Timonem Τῶν λυδίων καρυκῶν τρεφκέλειν τὸν κόγχον. Et r Pausanias κόγχας θαλασσίας λεῖα πάντῃ εἶναι τῇ κοχλίτῃ λίθῳ. Concham quidem veteres nonnulli pro Cochlea dixerunt, sed marina maxime. Auditum in quodam specu Coucha canentem Tritonem: Tritones enim aliqui fabulantur Concha perforata buccinare. Apuleius, Triton Concha sonat, buccinat, item: Concha sonaci leuiter buccinat. Virgilius:

Ceruleum Tritona vocat, Conchaq; sonanti
Inspirare iubet. Et de Miseno tubicine.
Sed tum forte caua dum personat æquora Concha.

s Silius Italicus Conchas istas eleganter tortas nominat, cum canit:

Nec mora, terrificis seua stridoribus æris
Per vacuum late cantu resonante profundum
Incubuere tubæ, queis excitus æquore Triton
Expauit, torta certantia murmura Concha
Vix meminere maris,

Inuenio & apud eundem:

Audit ventosa perflantem murmura Concha.

Prisci autem homines ante tubam inuentam vtebantur Cochlea marina, vt meminit t Scholiastes Homeri ad hæc verba; κόχλῳ θαλασσίῳ ἰσπάλπιζον. Vnde & Cardanus dicebat.

Non facit ad nostros ærea Concha sonos.

Et u Plutarchus: nam sicut pecora orationem hominis non intelligunt, sibilis autem, & palpationibus accuratis & fistulis aut Conchis excitantur ac sopiuntur à pastoribus. Reperio item Concham sumi pro Cochlea terrestri apud Epicharmum in hoc versu:

Κόγχον δὲ τὸν σέσιλον ἅπαγ' ἐς τὸν φθόρον.

Porro Mattialis Concham Lucrinam pro Ostrea aliquoties dixit, vt

Ebria Baiano veni modo Concha Lucrino.
item: *Concha Lucrini delicatior stagni.*
item: *Sed cui solus erit Concha Lucrina cibus.*

Augustinus Niphus discrimen quoddam inter Concham & Concam ridicule somniauit; Vbicuuq; inquit, Conca scribitur c exili, id est, sine h, significat genus, id est, omne testatum: nam Concha cum h, speciem vnam eorum tantum importat, quæ si sit canaliculis distincta, dicitur etiam Concha: si sit læuis & plana, Chama vocatur. Sic ille. Iam vero Concha alia quoque habet significata, vti vasis in primis quoddam genus coucauum ac superius patulum, quod Iuuenalis intellexisse videtur, cum ait, *cum bibitur Concha*, & Horatius: *funde capacibus Vnguenta de Conchis.* Alibi quoque Concham salis puri dixit, pro vase, in quo sal poni in mensa solet. Sed & Aristoteles in quarto de Animalium historia κόγχον nominauit Concham, qua in implendo & depleudo vtuntur, vt & x Dioscorides de oleo candido, θεὶς ὑφ' ἥλιον, ἀνάχει κόγχῳ καθ' ἑκάστην ἡμέραν: sub solem quotidie Concha refunde. Cato, Capulatot Concha oleum tollat. Plinius: Patiuis fictilibus impositum ferrea Concha, calice coopertum. Et ex recentioribus Perottus, puluis, inquit, semper in catinos digeritur, & ex aceto maceratur, vt omnis duritia soluatur; ac rursus tunditur deinde lauatur in Conchis, siccaturque. Idem Perottus alibi Concham vas oblongum & concauum interpretatur, ex Plinio forte, apud quem hoc legitur. Vasis genus concauum, ac superius patulum, a Conchæ naturalis similitudine Concham vocamus Conchæ nomen pro vase Lugduni etiamnum seruaut, vt notat Zoographus, addens esse quosdam, qui id interpretentur vas valde apertum instar illius quo tonsores lauandis barbis calidam adhibent. Ipse vero Coucham dici recte putat vas omne cibo, potui, alijsue vsibus accommodatum, quod marginum aut labeorum latitudine careat, præsertim si longitudo eius latitudinem vicerit, eiusmodi enim Concharum testæ sunt, talis & Cochlearium figura est, sed manubrio addito, pateræ veto obbæ, catini, lances, & huiusmodi vasa, quamuis latitudine illa carent, quam habent patinæ, plattæ vulgo dictæ (παρὰ τὸ πλάτος ἤ τοι τὸ τῆς ἀγγείου ὅλως, ἢ τῶν χειλῶν.) rotundiora tamen sunt, quam vt Conchæ nomen mereantur. Cato rursus: In cellam oleariam hæc opus sunt: dolia olearia, opercula, labra olearia quatuordecim, Conchas maiores duas & minores duas, y Plinius alibi ferream Concham dixit, & in sacra z Historia proditur decem fuisse lutures seu Conchas æneas, quarum quæq; tenebat quadraginta batos. Hinc & cymbala à poetis Latinis Conchæ vocantur, quod Conchas similitudine scutulata referant, & ab earundem similitudine a Lycophron κόγχον vocat hemicranium seu caluam capitis, nam & ipsa est scutulata, Τυπεὶς σκεπάρνῳ κόγχον οὐθέτῳ μέσον. apud Aristophanem σκαφίον dicitur sicuti Iulius Pollux annotauit: sed scaphium etiam species Concharum marinarum est, quæ Mys alio nomine dicitur. Eandemq; item ob causam vmbonem clypei Polypius κόγχον appellat in Epitome, περιέρμοσαν τῷ θυρεῷ καὶ σιδη-

Gazæ erro res.
p Lib. 4. Hi. cap. 1.
q Lib. 4.
r In Atticis
Concha ponitur quandoq; pro Cochlea.
s Lib. 14.
Cochlea marina vsi ptisci loco tubæ.
t In Iliad.
u Li 7. Sympos. quæst. 8.
Concha Lucrina.
Niphi nugæ.
Conchæ alia significata.
Pro vase.
x Li. 1. c. 32.
Concha vas quale.
Plattæ.
y lib. 33.
z li 3. Reg. 7.
Cymbala Conchæ dictæ.
a In Alexandra.
Calua capitis Concha vocata.

ρᾷ κόγχῳ, ἢ πᾶς ὁλοσχερεῖς ὀπτεύει πλησὶς λίθων. Nec non κόγχοι nominantur eodem modo τὰ ἔγκοιλα τῶν ὀφθαλμῶν ὁ περὶ τοῖς βλεφάροις περίδρομος, teste eodem Polluce, hoc est cauitates oculorum, seu caui in quibus, oculi latent. nam & ipsi sua figura Concham repræsentant: sicuti & auris caua pars extrinsecus, quã etiam κόγχον ipse, Rufus κόγχλω nominari scribit; deniq; patella in genu eidem κόγχη, vel κόγχος appellatur. Sed de Conchis dictis in corpore humano, plura in anatomicis Vesalij aliorumq; lector curiosus inueniet. Est præterea Concha locus in ædificijs cameratus ad similitudinem Conchæ, & Testudinis, vt meminit b Calphurnius poeta præclarus.

Si placet, antra magis, vicinaq; saxa petamus,
Saxa quibus viridau stillantes vellere muscus
Dependet, scopulisq; cauum sinuantibus arcum
Imminet exesa veluti Testudine Concha.

Ita forte nauis quædam etiam Concha dicitur, cuius his verbis Cælius c Calcagninus meminit. Nauigeram similitudinem, & aliam in Propontide visam sibi prodidit Mutianus: Concham esse Acacij modo carinatam, inflexa puppe, prora rostrata. In hanc condi nauplium animal Sepiæ simile ludendi societate sola. Idem d Calcagninus notat calculos Conchas dici, dum ait: calculos fuisse lapillos ab initio, quales in ora per lusum sæpe legimus, & quos spolia Oceani Claudius Cæsar vocauit, cum parata expeditione milites iussit galeas, Conchis & hoc genus lapillis implere, hac ratione de Oceano triumphaturus: nomen ipsum ostẽdit. Concha quoq; nomen est mensuræ, teste Galeno. Est e autem alia magna, alia parua f Vtriusq; capacitatis mentionem faciti idem author ex Cleopatra: Magna, inquit, Concha eandem oxybapho mensuram seruat. Eius enim mensura capit cyathum vnum semis, pondus vero drachmas quindecim: minor vero Cõcha mensura semicyathum, pondere drachmas quinq; exæquat. Sunt qui ex eo dictam putent, quod tantum capiat, quantum Concha: sic Cochlearium etiam Chama & mystrum, mensurarum nomina sunt, à capacitate testarum, quibus eiusdem nominis Ostracoderma aquatilium animantium conteguntur, desumpta. In quo sensu dicebat g Hippocrates, mensuram quanta est Conchæ testa terito. Sed & Concham scribit Gulielmus Philander doctissimus Vitruuij scholiastes, sigilla imaguncularsq; relictis in parietibus ædiculis (Italia nichios appellat: credo quod imbricatis Conchis soleat earum superior pars ornari, nam Hetrusci Cõchas nicchios vocant,) collocandas appellari. Postremo κόγχος apud Athenæum, si bene memini, genus est fabæ cum cortice suo elixa, ad differentiam fabæ testæ quæ sine cortice coquitur, à ſimilitudine Concharum, quod confracto cortice velut implicita Conchis suis caruncula videatur. Citat Athenæus hos versus.

Λιτῇ δὲ κῇ αὐστηλέῃ σὺν κόγχῳ
Ἐκλύων, ἡ πᾶσα εἰς ροφεῖς ὀϊζύς.

Epicharmus etiam Conchon legumen nominauit. Et Antiphanes: Κογχίον τε μίκρον, ἀλλαντόπωλε τε πεπεστεμμένον. Dicitur & Cõchis fœminino h geuere Martialis.

Si Conchem toties meam comesses.

Idem i alibi.

Si spumet rubra Conchis tibi pallida testa.

† Iuuenalis *Cuius conche tumes.*

Atq; hæc de vocabuli Conchæ diuersis significationibus. Nihil autem refert κόγχη ne in fœminino, an κόγχος in masulino dicas, Reperitur & κόγχυς significans putamen Ostrei, siue id quo integitur Ostreum, quodq; abiicitur, cum comeditur. k Ita enim Pollux de purgamentis eorum, quæ in mensa apponuntur, κογχυλιαν, κογχιλυς, καὶ ὀστρέων, κόγχυς. καὶ ἰχθύων λεπη, καὶ κεραόων ὀστρακα. Nisi forte reponendum κόσχυς. Κοσχία diminuta forma dixerunt Strabo & Diocles, sicut latine Conchulas Plinius & Apuleius. Apud Dioscoridem reperitur quoque κοσχάριον. Κοσχύλη hinc quoq; deriuatum videtur, sed quod significare inuenio Purpuram, vt Suidæ in hoc loco, αἱ κοσχύλαι ὄψον ἐκ ἰχθυος φαίνονθαι δελεκτὸ ὀφεπόμβραι Hesychio quoq; κοσχύλαι sunt πόδες καὶ πορφόρεοι, verum & κηκιδες id est, gallæ, forsan ob similitudinem. Seruius Conchæ vocabulum à Græco κόγχη deducit. Aliqui Latinum putant a concauitate dictum: itaq; sine aspiratione scribũt. Isidorus vero Conchas & Cochleas inde dictas arbitratur, quia deficiente Luna cauantur, id est, euacuantur, & minuuntur. Hinc & κογχύλιον, apud Latinos Conchylium, idem nonnunquã quod κόγχη & κόγχος, n mirum totum testatorum genus comprehendens: nam l Plinius vt scribit Conchas omnes celerrime crescere, præcipue Purpuras; ita etiam linguam Purpuræ esse longitudine digitali, qua pascitur perforando reliqua Conchylia inquit, tantam duritiem aculeo esse. Et m alibi, Spiritum sydus, inquit. Lunæ existimari, & hoc esse quod terras saturet, accedensq; corpora impleat, abscedeusq; inaniat. ideo cum incremento eius augeri Conchylia, spiritum sentire, quibus sanguis non sit. Athenæus. E Conchiliis aluum simul & vrinam cieut, præcipue Mituli, Ostrea, Pectines, Chamæ. Alioqui κογχύλιον, sine Conchylium, de certa quadam Concharum specie dicitur, expetita, non mensis solum, sed & vestium infectionibus, vt inter alios docet Plinius loco paulo ante citato, vbi locutus de Purpuræ flore illo tingendis expetito vestibus, sed vnde (inquit) Conchylijs pretia, quis virus graue in fuco, color austerus in glauco, & irascenti similis mari? Ibidem dicit Concharum ad Purpuras & Conchylia eandem quidem esse materiam, sed distare temperamento. Et n Isidorus Conchylium dictum esse autumat, quod Conchulis matinis color eius colligitur, idem & Ostrum vocari, & Conchylia ma-

Vmbo Cõcha vocat'
Cauitas aurijs Concha dicitur.
b Egloga. 6.
Nauis dicta Cõcha
c lib. de re nauad.
d li. de calcul. lusu.
Cãculi Cõchæ, qui dicti.
Concha pro mensura.
e lib. de põd. & mens.
f li. 5. Epis.
g lib. de nat. mul.
Faba κόγχος dicta.
Conchis.
h li. 5. Epig.
i li. 3.
† Sat 3.
Κόγχυς.
k lib. 6. c. 15.
Κογχία.
Κογχάριον.
κογχύλη.
Conchæ etymum.
Conchyliũ quid.
l li. 6. c 36.
m Lib. 2.
n lib. 19. Orig. cap. 28.
Etymum.

lia maris exponit, quæ circumciſa ferro lachrymas purpurei emittunt coloris: quibus collectis color purpureus temperatur, & Oſtrum exinde appellari, quod ex teſtæ humore elicitut. Vnde & κογχυλίου κροκίδα vocant floccum lanæ Conchylij ſanie infectæ. Criro apud Galenum in tertio κῷ πίπτει, ἐνπίθει κροκίδα κογχυλίου. Floccum lanæ Conchylio infectæ, vt *o* Plinius loquitur. Quin etiam κογχύλιον nominatur lana veſtiſue Conchylij cruore iufecta, vt apud Galenum κογχυλίῳ ὄμφασστε τὸ οὖς, Conchyliata veſte aurem obtura. Et *p* apud Quintilianum de puero nimis molliter educato. Nondum prima verba exprimit, & iam coccum iutelligit, iam Conchylium poſcit, pro Conchyliatam veſtem vt Pliuij verbis vtamur, Ciceronis imitatione, qui conchyliata periſtomata dixit, In eodem quoque ſenſu Conchylium accepit Horatius cum ait:

Horum ego non fugiam Conchylia? hoc eſt veſtes conchyliatas, quibus induti in publicum procedunt tanquam nobiles Romani Frãciſcus Maſſarius ad explicatiouem iſtorum *q* Plinij verborum: Conchylia, & Purpuras omnis ora atterir: per Conchylia, inquit, hoc loco aliqui intellexerunt Murices: Murex enim Conchylium per excellentiam dicitur, vnde veſtis tincta Mutice, Conchyliata dicitur. Et *r* Angelus Decembrius Concha & Conchyle exponit Teſtudinei piſces quibus & ad Purputam conficiendam veteres vſi ſunt. Horatius ptiuatim pro Oſtteis Conchylia dixit hoc verſu.

Non me Lucrina iuuerint Conchylia.
Miſcueris elixa ſimul conchylia turdis.

Et rutſus:

Simul aſſis.
Miſcueru elixa ſimul conchylia turdis.

s Vitruuius pro Purpura: incipiam nunc de Oſtro dicere, quod & chariſſimam & excellentiſſimam habet præter hos colores aſpectus ſuauitatem, Id autem exprimitur ex Conchylio marino, è quo Purputa inficitur. Quare Conchylij nomen & polyſemum eſt, & priuatim etiam ſpeciem quandam, item colorem ſignificat. Sumitur præterea hæc eadem vox pro ipſis teſtis ſeu operimentis: Scholiaſtes Ariſtophanis: Conchis ſeu Conchylijs ſolebant ſigilla (ſphragides) includere, ne typi eorum facile abolerentur. Et *t* apud Actium legimus: Conchylium, ideſt teſta Purpurarum crematum, additur collyrijs abſterſorijs. Reperitur etiam in Paulo Aegineta κονδύλιον, ſed haud dubie pro κογχύλιον. Poſtremo Damaſus, vt annotat Gyraldus, Conchylia vocabat multorum martyrum ſepulchra.

o lib. 23. c. 7. Conchyliũ pro veſte colorata.
p lib. 1. c. 2.
q lib. 9. c. 35.
r li. 7. poliſ. Conchyle.
Conchylia pro Oſtteis
Pro putputa.
s lib. 3. c. 5.
Pro teſtis.
t li. 1. c. 345.
Pro ſepulchtis.

GENVS. DIFFERENTIÆ. FORMA.

Natura. Victus.

TAnta iu hiſce Teſtaceis ludentis natutæ varietas eſt, tot colorum differentiæ, inquit *a* Roudeletius, tot figuræ, vt vix numerari poſſint. Equidem *b* Plinius varietatem iſtam explicaturus, & ipſe iucunda & eleganti verbotum varietate & copia, naturæ fœcunditatem, miramque ac multiplicem in procreandis omnibus folertiam ingenioſe imitàtus eſt, inquiens: Concharum genera, in quibus mira ludentis naturæ varietas, tot colorum differentiæ, tot figuræ, planis & concauis, longis, lunatis, in ottbem circumactis, dimidio orbe cæſis, in dorſum elatis, læuibus, tugatis, denticulatis, ſtriatis, vertice muricatim intorto, margine in mucronem emiſſo, foris effuſo, intus replicato, iam diſtinctione virgulata, crinita, criſpa, cuniculatim, pectinatim, imbricatim, vndata, cancellatim reticulata, in obliquum, in rectum expanſa, prædenſata, potrecta, ſinuata, breui modo ligatis, toto latere connexis, ad plauſum apertis, ad buccinum iucuruis. Huc vſque ille. Cum planas & concauas dicit, Pectines intelligit quibus ſolis hæc nota contingit, cum ad Bucemum recuruas, Cochleas & Buccina comprehendit. Eaſdem fere differtentias, ex *c* Ariſtotele ſic recitat Athenæus, interprete Dalechampio. Ariſtoteles in opere de animalibus: has Teſtaceorum (Ὀστρέων) ſpecies recenſet: Pinnam, Oſtreum (ſpeciatim dictum) Muſculum (Mitilum Zoogtaphus) Pectinem, Solena, Concham Lepadem, Tethea, Balanum. Huc illuc vaga progrediuntur Buccinum, Purpura, Hedyporphyra, Echiuus, Strabelus (tanquam Oſtrea dicantur proprie, quæcunque Teſtatorum biualbia ſunt, & Patella quoque vniualuis: eademque omnia progrediendi vi & inſtrumentis careant: Greſſilia vero ſint, Buccinum, Purpuræ, & aliqua Turbiuata. Non tamen ſola hæc, ſed ex biualuibus quoq; nonnulla moueri conſtat, vt Pectines.) Virgatus eſt ex his & aſpera teſta opertus Pecten: Tetheum Concha læuitectum & nullis diſtincta virgis. Pinnarum tenuius eſt os, Oſtreis Biualuibus craſſum. (Pinna tenue os habet, quod Oſtteum habet craſſum reſtamq; vnifotmem & læuem. Patella biforis eſt, læuemque habet teſtam. Natalis de Comitibus.) Lepadibus concha & ea læuis, vnica eſt. Muſculorum duplex teſta vno loco tantum cohærer. Solenis & Balani vndique tota coaleſcit & coniungitur. Ambobus id commune generibus eſt, quod operiuntur teſta. Græce legitur. Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῷ περὶ ζώων, ὀστρέα φησὶ, πίννη, ὄστρεον, μῦς, κτείς, σωλὴν, κόγχη, λέπας, τῆθυς, βάλανος. Πορφυρικὴ δὲ, κῆρυξ, πορφύρα, ἠδυπορφύρα, ἐχῖνος, στρόμβος. Ἔστι δ' ὁ μὲν κτεὶς τραχυόστρακος ἐρυθρότης. Τὸ δὲ τῆθος ἀστράδωτον, λειόστρακον, ἡ δὲ πίννη λεπτόστομον. Τὸ δ' ὄστρεον παχύστομον. Zoographus ait hunc locum ſibi videri corruptum, & à Latino intetprete non bene translatũ. Quid ſi ſic? inquit. μονόθυρον δὲ καὶ λειόστρακον (vel potius τραχυόστρακον) λέπας. δίθυρον δὲ καὶ λειόστρακον, μῦς σύμπτυφὺς δὲ (nam & Ariſtoteles dicit, ὅτι ἐπ' ἄμφω συμπέφυκε (καὶ λειόστρακον, σωλὴν. μονοφυὲς δὲ βάλανος.) Μονόθυρον δὲ καὶ λειόστρακον, λεπὰς δὲ δίθυρον καὶ λειόστρακον. συμφυὲς δὲ μῦς, μονοφυὲς δὲ καὶ λειόστρακον. σωλὴν καὶ βάλανος. Κοινὸν δ' ἐξ ἀμφοῖν κόγχη. Idem Zoographus apud Ariſtotelem, quem citat Athenæus, hæc verba diu quæſita non teperit. Libro autem, inquit, quarto Hiſtotiæ animalium cap. 4. Teſtatorum differentiæ leguntur huiuſmodi; Eorum quædam Turbinata eſſe στρομβώδη: alia non turbinata. Rurſus ex his μονόθυρα ſunt quæ teſta vna continentur, δίτυρα, quæ duabus. Suut item quibus altera pats ſuperficiei detecta carnem oſtendat, vt Patellæ. Tanquam Patellæ inter non Turbinata genus tertium conſtituant, à cætetis duobus, biualuibus, inquam, vniualuibusq; diuerſum: cum tamen tecentiores pleriq; omnes Patellas vniualues faciant. Certe hoc in loco Ariſtoteles tria genera aperte conſtituit, vt retulimus, & Gaza ſimiliter tranſtulit, ita nimirum ſentiens. Turbinatorum carnem includi, niſi quod ceruicem & caput exerunt cum lubet: Non turbiuatorum vero in alijs includi teſta vel gemina, vt in Chamis vel ſingulati, quorum ſpeciem nullam nominauit: videtur autem de Conchis illis ſentire, quas Veneteas aut Procellanas vulgo nominant: nam ſi Ariſtoteles ſub monothyris illas non comprehendit, quodnam aliud genus eis aſſignabimus? Præterea cum non modo dithyras ſed monothyras quoq; Conchas ſuis teſtis, has ſingulati, illas geminis contineri & includi (κεκλείκασι) dicat, Patellæ etſi Concham vel teſtam vnam duntaxat habeant, ea tamen non continentur aut includuntur: ſed altera parte nuda ſunt, qua ſaxo adhærent, quod eis alterius teſtæ loco eſt. Quamobrem aut tria ſtatim, vt hic Ariſtoteles, non turbinatorum ponemus genera, aut potius bina tantum in prima diuiſione, ita vt eorum alia dithyra ſint, alia monothyra, & horum rurſus ſpecies duæ: vna quæ teſta ſua ſe in orbem colligente carnem occultat, vt Conchæ Venereæ: altera, vt Patella, quæ carnem ex dimidia parte nudam oſtendunt. Addit & quartum genus Ariſtoteles, eorum quæ omnino & omni ex parte ſolida includantur, vt ſunt Tethya. Paulo poſt, cum ſcribit: Papauer Conchæ omnes habent, ſed alia parte Patellæ, alia biualues; videtur Patellas ceu vniualues, biualuibus opponere; quod quidem eo modo fieri poteſt, vt iam dictum eſt. Verum quarto de partibus animalium cap. 5. è ſolis Patellis videtur vniualuium genus conſtituere Ariſtoteles; Vniualue genus, inquit, quod ſaxis reſta in dorſum data adhætet, ſetuari poteſt: ſitq; alieno ſepto quodammodo biualue, vt quæ Patellæ vocantur. Sed ne aduetſeturipſe ſibi Ariſtoteles, ita, vt prædiximus, vniualuium genus illud Concharum quas Veuereas cognominauimus ignotum fuiſſe quis putet, quod non in Mediterraneo (ni fallor) ſed in Oceano tantum generentur, & ex India etiam, aut alijs ad Orientem ſitis regionib. maritimis adferantur. Plinj quidem ſæculo notas fuiſſe dubium non eſt Dubitet etiam aliquis an thyræ; hoc eſt, valuæ nomen, in globum ſe colligenti Conchæ recte poſſit attribui: Patellarum ſane teſtis multo aptius quadtare videtur, quæ etiamſi ſimplices ſunt, biualuium tamen teſtas referunt. Hactenus Zoogtaphus. Sed vt vnde noſtra digreſſa eſt oratio, reuertamur, Iſaacus Caſaubonus eundem Athenæi locum ceu mendoſum, & pauci faciendum arguit. Solet, inquit, Athenæus, quicquid de eadem re varijs locis diſperſe ſcriptum inuenit, in vnum congetere. Sic cum ſupet Oſtteis ait, Ἀριστοτέλης δὲ &c. ὄστρεα φησὶ, &c. pleraque omnia deſcribuntur quæ de Oſtreis philoſophus dixerat, non in ijs ſolum libris, qui hodie extant, ſed quædam etiam in ijs quos hodie non habemus: nam hiſtoriarum lib. 4 cap. 4. ὀστρακοδέρμων diuerſa non parum inſtituitur diuiſio: qui tamen locus cum iſto eſt conferendus. Recte autem doctiſſimus Zoographus, quo loco ſcriptum eſt, etiam in membranis, etiam in Epitoma, λεπὰς δὲ δίθυρον καὶ λειόστρακον, legendum cenſuit μονόθυρον, & τραχυόστρακον Nam ſi haberet Patella duas θύρας, ideſt, teſtas hærere ſaxis non poſſet, quod huic Oſtteo proprium atque ἰδιάζοντον eſt. Ipſius Ariſtotelis verba ſunt, de partibus lib. 4. cap. 5. τοῖς δὲ μονοθύροις ἐν τῷ πυθμένι ἡμικὴν, οἷον παῖς λεπάσι. Oſtreorum diſtributio, quæ ex Ariſtotele hic (ex Athenæo) affertur in duo genera συμφῶν & μονοφυῶν longe clarius in philoſophi hiſtorijs explicatur. συμφυὲς, ait Athenæus, μῦς μονοφυὲς δὲ καὶ λειόστρακον, σωλὴν καὶ βάλανος cohærentibus teſtis conſtat Muſculus, vna teſta, eaque læui, Solen, & Glans. Quanto clariora & dilucidiota verba quæ aſcribemus? τῶν διθύρων τὰ μὲν ἔστιν οἷα πτυκτὰ, οἷον οἱ κτένες, καὶ οἱ μύες. ἅπαντα γὰρ τὰ τοιαῦτα, τῇ μὲν συμπέφυκε, τὰ δὲ ἀναλέλυται, ὥστε συγκλείεσθαι, καὶ ἀνοίγεσθαι· τὰ δὲ δίθυρα μὲν ἔστιν ὁμοίως δὲ συμπέφυκεν ἐπ' ἀμφότερα, οἷον οἱ σωλῆνες Oſtreorum δίθυρων quæ binis foribus vtrinque concluduntur, quædam ait eſſe ex parte hiantia, vt Pectines, & Muſculos: quædam vtraque ex parte cohærentes fotes habere, vt Solenes. Quibus verbis contradicere vides philoſophum dipnoſophiſtæ, nam hic Solenes facit μονοφυεῖς, ille συμφυεῖς: quod diſſidium etſi non nego poſſe componi, tamen an iſtas ἐναντιοφανείας in ſuis ſcriptis reliquerit philoſophus accuratiſſimus, iure dubites. Quæ ſequuntut obſcura ſunt, κοινὸν ἐξ ἀμφοῖν κόγχη. Dalechamp. ambobus id commune generibus eſt, quod operiuntur teſta, frigida plane ſententia: nam cum de ſolis Teſtaceis ſit ſermo, quid etat opus hac admonitione? & quate dicit ἀμφοῖν potius quam πᾶσι. Enimuero quæ philoſophi mens fuerit, non diuino: verba autem hoc ſonant. commune ex ambobus eſt Concha, ἐξ ἀμφοῖν, ex vtroque genere τῶν μονοφυῶν καὶ συμφυῶν. Ait Couchas, quæ peculiaris eſt ſpecies Teſtaceorum, naturam vttiuſque generis participare tam eorum quę clauduntur, quam eorum quę ab vno tantũ exttemo.

a lib. 1. c. 1.
b lib. 9. c. 33.
Teſtaceorũ vatietas
Plinius explicatus.
c lib. 3. c. 11.
Pecten.
Tethyum.
Lepas.
Muſculi.
Athenæi locus corruptus animaduerſus
Vniualue, & Biualue quid.
Digteſſio de Vniualuibus.
Turbinata qualia.
Conchæ Venereæ vniualues ſunt.
Patellæ.
Teſtatorũ quartum genus.
Cõchę Venereæ Ariſtoteli ignotæ.
Patella cur ſaxis non hæreat.
Biualuium diuerſitas.
Dalechampii error.

extremo. Sic Casaubonus. Nos omnia, quæcunque ad differentias varias pertiuentia memoriæ prodidit Aristoteles ex Theodoto Gaza referemus vel ea ratione, quoniam aliquoties in hoc opere ex vsu sunt futura. In quarto itaque de partibus auimalium: quinto capite ita scribit: Sunt Testatorum genera plura. Alia enim turbinata sunt, alia biualuia, alia vniualuia. Sed turbinata biualuibus quodammodo assimilantur, quippe quæ omnia operculo quodam congenito, carni patulæ apposito claudantur, vt Purpuræ, Buccina, Natices & reliqua generis eiusdem: idque præsidij causa.

rũ differẽtiæ ex Aristotele.

Turbiuata cur biualuibus assimileutur.

,, Qua enim testa non protegit, facile offendi posset ab ijs quæ ,, extrinsecus incidetent. Cæterum vniualue genus quod saxis te,, sta in dorsum data adhærer, seruati potest: sitque alieno septo ,, quodammodo biualue, vt quæ Patellæ vocantur. Biualue se ,, concludendo tuetur, vt Pectines, vt Mituli. Turbinatum cru,, sta illa prætenui, quę à fronte integitur, quasi biualue ex vniual,, ui efficitur. In quarto de historia ca. 4. hæc habet omnia. Quæ ,, vero testa operiuntur animalia, vt Vmbilici, Cochleæ, & omnia ,, quæ Ostrei nomine appellamus, atque etiam Echinorum genus ,, carnem quæcunque, similiter atque Crustata habent: quippe ,, quæ intus eam contineant, testaque foris claudantur, nec intra ,, se durum habeant quicquam. Sed ipsa inter sese numerosa dis,, crepant differentia, tum testæ, tum carnis interioris ratione.

Caro Testaceorũ & Crustatorum.

,, Aliis enim in eo genere nulla est caro, vt Echinis: aliis est sed ,, penitus inclusa, nec vllæ ex parte conspecta, excepto capite, vt ,, terrestrium Limacibus, & iis quæ Cocalia quidam appellarunt, ,, aquatilium Purpuris, Buccinnis, Cocleis & reliquis omnibus ,, Turbinatis. Cætera aut duplici constant valuula aut simplici, ,, vt genus alterum biualue, alterum vniualue possit nominari. ,, Biualue appello, quodgemina testa continetur: vniualue, quod ,, testa siugulari clauditur. Sunt item quibus altera pars superficiei ,, detecta carnem ostendat, vt Patellæ. Biualuis generis pars clu,, silis est, vt Pectunculi & Mituli. Eiusmodi namque omnia par,, te altera ligata, altera soluta constant, vt & concludi possint, & ,, aperiri. Alia binis quidem conclusa valuulis sunt, verum vtroq; ,, latere connexa, vt Vngues, siue Digiti. Non desunt, quæ testa ,, tota occultentur, vt nulla ex parte carnem detectam habeant, ,, vt quę Vertibula siue Tubera & Callos appellamus. Ipsarum aũ,, tem testarum magna varietas: nam aliæ læues, vt Vngues, Mi,, ruli, vt Coucharum quædam, quas aliqui Galadas appellant: a,, liæ scabræ, vt Ostreæ Pinnæ, & Conchæ nonnullæ & Buccina.

Echini carne carent.

Limax.

Cocalia.

Biualue, & quid vniualue.

Biualuiũ differentia.

Vnguis.

Vertibula.

Differentię à testis.

,, Quædam etiam pectinatim diuisæ, vt Pectunculi, & Concha,, rum nonnullæ. Crassitudine quoque differunt, & tenuitate, ,, tum totius, tum partis: velut labrorum. Alijs enim labra tenuia, ,, vt Mitulis, aliis crassa, vt Ostreis. Item alia se mouent, vt Pe,, ctines, quos etiam volate nonnulli aiunt: nam & de ferramen,, to, quo capiuntur, sæpe exiliunt. Alia item natura iminobili ,, sunt, vt nunquam sedem, in qua hærent, sponte ipsa mutare ,, valeant, vt Pinna. Omne sane Turbinatorum genus moue,, tur & serpit. Patella etiam saxis absolui, in pastumque ferri soli,, ta est.

Amotu.

Pinna immobilis.

,, Commune autem & ijs, quæ adhuc enumeraui & cæteris Testacei generis, vt testa intus æqualis læuisque habeatur. Cato bi,, ualuis & vniualuis generis ita testæ adhæret, vt nisi per vim ne,, queat detrahi. At turbinati laxior continetur & absolutior: cui ,, generi peculiare est vt testæ postrema à capite intorqueantur. ,, Operculum etiam eadem iam inde ab ortu naturæ omnia ge,, runt. Moueutur item eadem omnia parte dextra, non ad ver,, tiginem siue clauiculam, sed in aduersum. Partes exteriores eius ,, generis differentijs ijs variantur. Interiorum natura similis quo,, dam modo iu omnibus est, maximeque in turbinatis. Differunt ,, enim inter se magnitudinis, excessusque affectu.

A carne.

Ab operculo Vt moueantur.

Differentiæ partiũ interiorũ.

,, Nec vero multum vniualue, ac biualue genus conclusile sibi ,, dissident, quippe quæ parum differentiæ inter se afferant: quan,, quam longe ab immobilibus discrepent; quod latius postea pa,, tebit. Natura ergo Turbinatorum similis constat, nec nisi ma,, gnitudine variat, vt modo dixi. Alijs enim partes maiores atq; e,, uidentiores: alijs minores, obscutioresque sunt. Adhæc discri,, men illud duritiæ, mollitiæ, cæterarumque generis eiusdem af,, fectionum.

Turbinatorum discrimen & descriptio.

,, Caro enim prima in ore testæ, quam omnia torosiusculam ,, habent, aliis magis talis, alijs minus. Caput eius medio pattis ,, prominulum iungitur, & cornicula duo q̃ pro magnitudine ani,, mantis plus minus capiunt iucrementi. Exerunt caput more o,, mnia eodem, idemque per motum retrahunt intro. Nonnullis ,, etiam os, & deutes acuti, breues & tenues, vt Cochleis. Pro,, muscidas item gerunt more muscarum: quod quidem membrũ ,, linguæ effigiem præ se fert Habent hocidem & Purpuræ & Buc,, cina, firmum, & torosum, que similiter vt Asili atque Tabani, ,, quadrupedum tergora penetrant: imo longe validius: testas e,, nim escarum possunt perforare. Venter os protinus excipit, si,, milis in Vmbilicis gutturi auium: habentque parte inferiore ,, duo quædam albida torosa, mammis similia, cuiusmodi carũ,, culas, vel in Sepijs esse animaduertimus, sed hæc torosiora Gu,, la à ventre duplex, longa porrigit se vsque ad Papauer, quod po,, stremum fundo commissum est. Hæc ergo, vt in Purpuris & ,, Buccinis conspicua, in clauicula testæ continentur. Quod au,, tem gulæ subiungitur, intestinum est, guleipsi continuum, sim,, plexque ex toto, vsq; ad exitum: cuius initium circa anfractum ,, papaueris est, qua & laxius hætet.

Caro.

Caput.

Os.

Dentes.

Promuscides.

Venter

Gula.

Intestinũ.

Papauer quibus horum generum insit.

,, Quod enim Papauer appellamus, quasi materia vacans, atq;

A excrementitia, magna sui parte in omnibus generibus Testaceis ,, inest. Hiuc sursum versus replicans, caruis repetit sedem, finit,, que ad caput: vnde eiicitur excrementum, pariter in omnibus ,, Turbinatis geueribus, tam aquaticis, quam terrestribus. Mem,, brana in grandiusculis Vmbilicis a ventre gulæ attexitur conti,, nua, per quam meatus prolixior albicans colore similis superiō,, ribus illis mammillantibus carniculis tendit. Habet etiam inci,, sures, quales in ouis locustarum habentur: verum hoc albidum, ,, illud rubidum est. Nullus exitus huic, nullum foramen postre,, mum patet; sed prætenui membrana cauo productus angusto ,, continetur Tendunt ab intestiuo ad imum nigrantia quædam ,, aspera, atque continua, qualia vel in Testudine visuntur, vel mi,, nus nigta. Cæteri quoque Vmbilici hæc habent eadem, sed quo ,, minores, eo minutiora. Vniualue autē & biualue genus partim iis ,, simile est, partim diuersum. Caput enim & cornicula & os obti,, nent, atque etiam quod linguæ speciem gerat: verum hæc in mi,, nutioribus sensum præ sua exiguitate effugiunt. Nonnulla etiam ex inanimatis, aut non mouentibus percipi nequeunt Papauer il,, lud, quod etiam mutem appellamus, omnia habent, sed non lo,, co eodem, nec par, nec ex æquo manifestum, sed Patellæ in imo, B biualbia vero ad partem qua mutuo testarum complexu conti,, nentur.

Biualuia & vniualuia, vt à turbinatis differant.

Caput Papauer non omnibus eodem loco.

Capillamentis etiam illis hæc omnia circundantur: & quod ,, ouum appellant, tempore, quo gigni solet, ambitu alterius la,, teris oræ continentur, videlicet iis, quibus datum id à natura ,, est, sicut etiam albugo Vmbilicis: id enim illis iunctum simile in,, telligimus. Sed eiusmodi partes, vt dixi, cum conspicuæ in ma,, gnis habeantur, in paruis tamen aut nullo pacto, aut vix sentiun,, tur: quamobrem in magnis Pectunculis præcipue patent, quod ,, genus idest, cui altera valuularum latior, velut tegmen superpo,, sitaest: Ostium excrementi cæteris à latere est. Foramen enim ,, quo egerant, omnia habent: quippe cum papauer illud, vt iam ,, dictum est, excrementitium quiddam omnia membrana conten,, tum sortiantur. At illi, quod ouum appellant, foramen, nullo in ,, genere, tributum videmus, sed carni ipsi intumescit: nec eadem, ,, qua intestiuum, parte continetur, sed dextera, cum intestinum ,, habeat sinistra. Cæteris ergo talis excrementi exitus est. At veto ,, Patella fera, quam marinam aurem quidam appellarunt, parte ,, ima testæ excernitur, qua foramen habetur. Ventrem etiam post ,, os esse, iu hoc eodem Patellæ genere constat, atque etiā ouis illa C ,, similia. Sed quis eorum cuique situs sit, diligentius ex dissectio,, nibus petendum est. Hæc omnia itaque philosophus, qui & in ,, septimo libri quarti de partibus animalium capite de partibus ,, horum Testaceorum exterioribus istæc prodidit. Testatorum ,, corpus non multiplex est. Cuius rei causa est, quod eorum natu,, ra stabilis est.

Ouum.

Anus vbi.

Papauer excrementitium

Patellæ anus qualis

Testacea cur pauciores habeant partes.

Quę enim nobiliora sunt hęc plures habeant partes necesse est: ,, quoniam actiones eorum fiat & officia Plura enim desiderant in,, strumenta ea quæ plures motiones exercent. Ad hæc, aut omnino ,, immobilia sunt aut parum motus adipiscuntur. Verum natura cō,, consulens eorum saluti, duririā testę obduxit. Sunt alia vniualuia, ,, alia biualuia, alia turbinata, vt dictum iam est. Turbinati etiā ge,, neris alia in anfractum intorta sunt, vt Buccina: alia in globū tan,, tum circumacta, vt Echinorum genus, nec non biualuium: alia re,, seratilia sunt, vt Pectines & Mituli. Ab altero enim latere nodo ,, ligantur, quædam vtroque latere connexa sunt, vt Vnguium ge,, nus. Habent omnia Testata caput infta, plantarum modo Cu,, ius rei causa est, quod cibum de imo capiant, vt plantæ radicibus ,, suis hautiunt. Itaque iis vsu euenit, vt inferiora habeant supra, ,, superiora infra. Membrana obducit, qua portio potulenta hu,, moris transmissa, liquataque cibo assumitur. Nullum ex iis est, ,, quod capite careat. Cæterę corporis partes nomine vacant, præ,, ter eam, quę cibum recipit. Differunt pręterea loco generationis ,, inter se, quemadmodum idem diligentissimus d philosophus hi,, sce verbis docuit. Testacea omnia sponte naturę in limo diuersa, d L. 5. Hist. ,, pro differentia limi oriuntur: nam in cœnoso Ostreæ, in ateno,, so Conchæ Rimis cauernisque saxorum Vertibula generantur & ,, Glandes, & quæ per summa adhærent, vt Patellæ & Natices. O,, mnia id genus celeri incremento augentur, sed præcipue Purpu,, ræ, atque Pectines quippe quæ anno perfici possunt.

Testa cur eisdem.

Turbinatorum differentia.

Caput omnia habent infra, & cur

Loco differre Testacea.

cap. 15.

Nascitur ergo Concharum genus, quemadmodum expo,, situm est, sed locis variis: nam alia vadis, alia gurgite, alia duris ,, locis atque asperis, alia arenosis: & alia sedem mutant. alia stabi,, lita gerunt Pinna ex iis quæ sedem nunquam mutare solent, ,, radice innituntur. Vngues & Conchæ nulla innitentes radice ,, permanent: eaullæ viuere præterea uequeunt pinnæ. Mirum ,, quod prodidit Strabo Conchyliorum quædam esse, quæ mugi,, tum edunt in Nilo Ex recentioribus Rondeletius quam breuissi,, me, & luculenter differentias Testaceorum sic complexus est. E ,, Ab his, alia ab aliis; testæ duritia superantur vt Stellæ, Pulmones, ,, Holothuria, Echini, (omnia enim ista Ostracodermis subiicit ,, Aristoteles Nos stellas pro Insectis marinis edidimus in opere ,, nostro de Insectis) longe minus dura testa conteguntur quam ,, Purpuræ & Buccina. Alia vndique circumteguntur, vt interio,, ris corporis, nihil cerni possit, vt Ostrea, Tellinæ, Pectines. Alia ,, altera tantum parte testam habent, alteri parti testæ loco est ,, scopoli pars cui hæret. Chamæ & Dactyli siue Solenes vtrisq; ex,, tremis non integuntur, per quę caput & posteriorem partem exe,, runt. Eorum quæ vndique integuntur, quæ turbinata sunt, vt Pur,, pura, Bucciuum, alia turbinata non sunt, vt Conchæ quæ à no,, stris Porcellaines vocantur. Alia vnica Concha cōstant, vt Lepades

Quæ sedē mutent & quæ non.

e L. 17. Geo.

Testaceorum differentiæ ex Rōdeletio.

Ab tegminibus

alia duabus, vt Mituli. Teſtarum aliæ læues, vt Vnguium, Mitulorum, aliæ aſperæ vt Purpurarum, Buccinorum, Oſtreorum, quarum rurſus teſtarũ permagna eſt in aſperitate varietas, quæ in ſingulis declarabitur. Colore etiã diſtinguuntur, ꝙ hæc vnius coloris ſit, vt Mytulorum teſta nigra eſt, aliæ flauæ aliæ rubiæ ſunt, aliæ variis coloribus depictæ. Differunt & motione: nam quædam in ſtabili ſede permanent, vt Pholades, quæque in ſaxorum cauis, & aliis in locis degunt, vt Oſtrea, Pinnæ, Mouentur Purpuræ & Turbinara, & Chamæ læues, quas in gyrum verti in aqua vidimus, Differunt etiam reſtarum adhæſioue Etenim alia vinculis validioribus alligantur teſtis vt Mytuli, Pinnæ, Vugues. Quę vero in Turbinatis teſtis ſunt, nullo eis vinculo annexa ſunt, ſed poſterior tantum pars circa teſtæ volumen clauicularim intorquetur. Sunt & aliæ fere infinitæ Oſtracodermorum differentiæ, quemadmodum ipſa infinita fere ſunt, quæ ex ſingulorum hiſtoria petendæ ſunt, nec differentiæ ſolum, ſed etiam, ea in quibus omnia conueniunt, vt quod omnia μήκωνα habeant, ſed non loco eodem, neque æqualem, neque ex æquo manifeſtum. Quod modo ad partes eorum pertinet, earumque vſum ac neceſſitatem, de his licet quædam etiam ſupradicta ſint, cum non vno in loco locutus ſit philoſophus, nonnulla hic rurſus recenſebimus. Inter has primum occurrit teſta, de qua ille ſic in ſecundo de partibus earumque cauſis capite octauo meminit. Cruſtara omnia extra ſe ,, munita ſeruantur, velut Cancri, genuſque omne Locuſtarum, ,, atque etiam Teſtatorum, vt quæ Oſtreæ appellantur. His enim omnibus caro intus: rerrenum autem illud quod contineat, & conſeruet, foris eſt. Nam præter ipſum continendi officium, quoniam eorum natura parum caloris obtinet cum ſanguine careant, idcirco teſta veluti furuulus quidem amplectens conſetuar inteſtinum calorem, & tuetur Cur vero non mutent teſtam vt Cruſtacea ſuam Cruſtam, triplici de cauſa id fieri purant, nimirum quia non mouentur, quia non ſiccantur, durior enim teſta & craſſior quam Cruſta, & quia parum viuunt. Cauſa duritiei eſt tenerum eorum corpus, quod meminit etiam *f* Iulius Scaliger his verbis: Mollia igitur ipſa intus, opus habuere duritia exteriore. Ita oſſa rum alijs, tum Sepiæ conſtituta fuere intus ad conſiſtendum. ,, His extra & ad eundem finem, & ad mollitiem tuendam. Quæ ,, proportio etiam in multis fructibus eſt. Vt quibuſdam interna, ,, alijs extima ſua ſit duritia, Ita alijs alia adiuuxit præſidia; alijs ,, denegauit: vt Pulmonibus marinis, ob vilitatem, Echinis, ne ad duriora afflictarentur, cirros pro anchoris: Lepori marino ad ,, mirabilem facultatem. Is tametſi informis, ac mollis caro: tamen nullis tempeſtatum agitationibus ita ſuperatur, vt in litus ,, eijci poſſit. Quibus vero non fabricauit munitioues, ijs tamen ,, dedit qua ſibi iam fabricata compararent, vt Carcinadi: vacuas ,, enim indigenis Conchas & quærit, & inuenit, & ſubit & ſub ,, inde mutat: ſi ita ei facta ſit acceſſio corporis, vt prioribus ædi ,, bus capi nequeat. Catus & inquilinus, & œconomicus, magi ,, ſtra natura. Extat item problema apud *g* Ariſtotelem, cur lapides & teſtæ in mari rotunda reddantur? An quia extrema, in ,, quit, compari ademptu circumfracta, in rotundam ſe colligant ,, ſpeciem? hæc enim ſola ſimili extremo clauditur, mare aut quo ,, quo verſus agitando pariter circum vndique frangit, atque obrundit. Eſt & ſcitu dignum cur ſtrias habeant nonnulla, nonnul ,, la vero non habeant: ſuper quare audi aliam *h* Scaligeri exerci ,, tationem aduerſus Cardanum, qui ſtriarum in hiſce Conchy ,, lijs ordinem, cũ vellet ad certam ſit iq; notam reducere cauſam ita ſcribit. Fit autem varietas rum ſtriæ certo ordine: quoniam res ,, parua, variata ac miſta, etiam obiter, dum æqualiter creſcunt ,, ſpatia, certo ordine laborata videtur. Siccine Cardane, inquit, ,, Scaliger, quare manus duas habeam, cauſam reddis? Quia ,, manus duas infans cum haberem, ſimul cum corpore creuerunt ,, Hoc non eſt, τὸ ἔχειν ſed τὸ μὴ οὐκ ἔχειν, oſtendere cauſſam. ,, Strias habent Buccini, quia eis ablati non ſunt: Ego vero, ſi ,, me, cauſas haſce quod neſciam irrideatis: non iratus dicam, vos ,, omnes philoſophos ſubtiliores inſanite. Namque partim cau ,, ſas cum ex vtilitatibus elicimus, quarum partium nullus vſus ,, percipi queat, eæ partes ſui quoque cauſas nobis ignotas habent. Eiuſmodi eſt color, læuitas, ſtria, ſplendor; oræ in plan ,, tis crenatæ, ſerratæ, dentatæ, ſinuatæ. Quippe in calidis ac frigidis æque ſpectautur, Natura vero plus luſit in noſtrarum mentium agitationibus quam in ſtriarum, macularum uerum ordine, rum varietate. Atque hæc de teſtis ſiue operimentis, quibus adde quod ait *i* Lucretius naturam omnia fere ſua dediſſe operimenta: canit enim

Propterea q; fere res omnes aut corio ſunt
Aut ſeta aut Conchis, aut callo, aut cortice tecta.

Aristoteles *k* Teſtatis oculos eſſe negat. Eteuim ſic ſcribit: Habent profecto oculos, tum cætera animalium genera omnia præterquam teſta intecta, & ſi quid imperfectum eſt aliud. Lego tamen in epiſtola quadam Plinij, *l* Inſectorum omuium & quibus Teſtacea operimenta, oculos moueri, tantum abeſt vt neget habere. De internis partibus & excrementis, hæc fere philoſophus reliquit Cruſtatorum & Mollium more binos dentes habeut primores, & carnoſum illud quod linguæ proportionatur, ad cibum ſentiendum, ſiue quo voluptatem eſculeutorum diſcernunt: tum ſtomachum ori continue iunctum, exiguum proportione ſuorum corporum magnitudinis, hicque à ventre excipitur; dein inteſtinum ſimplex vſque ad exitum inteſtini dirigitur.

Motione.
De partiũ Teſtaceorum vſu.
Teſta.
Caro.
Cur teſtã non habeãt
Cur dura ſint teſta.
f *Exer.* 222.
Pulmo marinus
cur non tectus
Lepus marinus.
Carcinas.
g *Sect.* 22. *Probl.* 30.
Cur lapides Teſtæ in mari rotunda reddantur.
Strias cur habeant teſtata.
h *Exercit.* 220.
i *L.* 4 *de rer. nat.*
Oculi an ſint teſtatis
k *L.* 1. *Hiſt. cap* 9.
l *Epiſt.* 136.
Interiora teſtarorũ
Dentes.
Stomachus.

Ingluuies Venter.

Singula autem Teſtatorum genera has eaſdem obtinent partes, ſed alia explanatius, alia obſcurius, quanquam maiora conſpectum earum præbeant euidentiorem. Ori autem iungitur quaſi ingluuies auium, in qua ſtomachus eſt, quem excipit venter, in quo ſitum eſt quod papauer (μήκων) appellatur, mox inteſtinum continuum tendit ſimplex, originem à papauere illo ducens. In omnibus enim Teſtaceis ineſt hoc excrementum, quod vel eſculentum eſſe præcipue ſentitur. Et mox rurſus. Caro non æque omnium eſculenta eſt Et excrementum, quod papauer vocatur, quibuſdam cibo idoneum. Continent hoc Turbinata omnia ſua clauicula; vniualuia ſuo fundor, vt Patellæ. biualuia, quanodo ligantur, quod autem ouum vocatur, latere dextro biualuia habent, altero latere oſtium excrementi continent. Sed errore ouum id vocarur, quippe quod tale ſit, quale eſt pinguein ſanguineo genere, cum viget. Quamobrem fieri ſolet per id tempus anni, quo vigent, ſcilicet vere & autumno. Laborant enim Teſtata omnia per frigus, & æſtum atque exuperantiam temporis pati nequeunt.

Inteſtinũ
Papauer.
Caro.
Papauer quibus & vbi.
Ouum.

m Alias etiam Teſtatum genus omnino partim Mollibus ſimile eſſe dicit. Qua enim foris, inquit, terrenam portionem, intus carneam habent, Cruſtatis aſſimilantur: qua aurem forma eiuſmodi corporis conſtat, cum Mollibus conuenit omne quodammodo, ſed præcipue quæ ex Turbinatis cuniculo in anfractum contorquentur Natura enim eorum vtrorumo; perinde ſe habet, quaſi quis directa linea (vt in quadrupedum & hominum genere eſt) primum extrema lineæ parte ſuperiore os ſitum intelligat: qua a: mox ſtomachum, qua b: tum ventrem, qua c: deinde inteſtinum vſque in oſtium excrementi, qua d: hæc ita in ſanguineo genere diſpoſita ſuur; & caput pectuſque locum obtinent primum. Reliqua ipſorum gratia, aut motus cauſa à natura adiecta ſunt.

m *L.* 4. *Hiſt. cap* 9.
Vt Cruſtatis & Mollibus ſimilia.

Sed hæc ante etiam fuſius diximus. Hermolaus Concharum carnes inreriores, Græce Spoudylos ſcribit, latine callos, item omnem callum Pinnæ & Conchilij interiorem papauer quoque dici. Ariſtoteles vocat τὸν σάρκα, τὸ σαρκῶδες, τὸ ἔσω τῶν ὀστρέων τὸ σαρκῶδες. Hanc Teſtaceorum, vti & Cruſtaceorum carnem decreſcente Luna diminui creſcente vero augeri & philoſophi & aliorum multorum ſcriptorum teſtimonio conſtat. Plinius *n* de luna. Quo vera coniectatio exiſtit, haud fruſtra ſpiritum ſidus Lunæ exiſtimari. Hoc eſſe quod rerras ſaturet, accedensque corpora impleat, abſcedenſque inaniat. Ideo cum incremento eius augeri Conchylia & maxime ſpiritum ſentire, quibus ſanguis non ſit. Lucilius apud *o* Gellium. Luna alit Oſtrea, & implet Echinos, muribus & pecori fibras addit. *p* Horatius:

Carnis nomina.
Luna decreſcente carnem teſtatorum minui,
n *L.* 2. *c.* 99.
o *li.* 7. *c.* 20.
p *li.* 2. *ſat.* 4

Lubrica naſcentes implent Conchylia luna.

Oppianus *q* hinc capiendi tempus deſumit.

Ὀστρεα δ' ὀστρακόεντα, πάθ' ἐρπύζεσι θαλάσσης.
Πάντα φάτις μήνης μιμῶ ἄεξο μιμῆς κὺ κύκλον,
Σαρκὶ πιδιπλήθειν, καὶ πλείονα καὶ ἐλιγ ὀίκην.
Φθινόσης δ' ἐξ αὖτις ἀφαυροτέροις μελέεσσι,
Ρικνῶδαι τοιη τὶς ἐνὶ σφισὶν ἐστιν ἀνάγκη.

q *lib.* 5. *de piſcib.*

hoc eſt, vt Laurentius Lippius Collenſis carmine reddidit:

Gentes quæ duro clauduntur tegmine teſta,
Quæ ſerpunt ponto, cum Luna impleuerit orbem,
Fama refert proprio plenas pingueſcere tecto,
Sed cum multiuaga deſcreſcunt cornua Luna,
Diminui graciles, tali ſunt lege coacta.

Aelianus *r* non hanc tantum in luna potentiam agnoſcit, (proprium eſſe inquiens teſta cruſtaue intectorum, vt ad decreſcentem lunam ex inanitate & exilitate corporis laborent) verum & iumenta imbecilliora infirmioraque cum decreſcit illud ſidus pronaſci: eamque ob cauſam harum rerum prudentes in hac menſis parte genita, quod minus præſtabilia ſiut, conſulere, vt non alantur. *s* Cardanus lumine lunæ non augeri putat ſed impleri, hoc eſt, vt ipſe exponit, pingueſcere. Sed verba adſcribam: Cur non ſolum Conchylia, inquit, ſed exangium quæ in aqua degunt, omne ferme genus lunæ lumine impleatur, cauſam reddere difficile non eſt: non enim ob incrementum, non enim pinguiora, ſed humidiora euadereut: pingueſcunt ergo, quoniam luna audum quæ (aquæ) & limus quib veſcuntur, atrenuantur, exrenuantur, exconcoquuntur, ideo melius nutriunt, calor quoque qui in cunctis animantibus augetur, in his ob propriam imbecillitatem euidenter augetur, quo ſit vt duplici cauſa pingueſcant.

r *lib.* 9. *de animal. c.* 6.
s *lib.* 3. *de ſanit. c.* 5. 6.
Cardani opinio, cur creſcente geantur

Pierius Valerianus aliam habuit opinionem, nam rationem redditurus, cur, ſi quid abditum & arcanum luci proditum, ac releuatum oſtendere quis vellet, Pagurum & eius generis piſces, qui latebris gaudent, face appoſita figurabant: conſtar inquit, eos nocturno tempore, admoto lumine, de penitiſſimis etiam cauernis euocari: Ea vero de cauſa Cancri ad nocturni luminis ſplendorem accurrunt quod id omne genus Teſtacea noctu plurimum paſci ſolent: compertumque eſt plenilunio, ea magis pinguеſcere, propterea quod liceat his tota tunc nocte pabulari, copioſioribuſque tunc eſcis enutriri: vnde pinguiores fiant, vt ij exiſtimant, qui plenilunio nullam ineſſe vim cœlitus hæc in Cruſtaceis efficiendi, remque ita ad commodiorem naturæ rationem deducunr: quamuis vna cum Baſilio magno, magna philoſophorum pats ſentiat. Baſilius autem ſic ſcribit.

Pierii Valeriani opinio.
Cancri ad ſplendorẽ accurrunt.

† Atqui corporibus animalium conſtituendis, cæterarumque rerum, quæ à terra naſcuntur, non mediocriter Lunæ mutationes conducere teor. Nam alio modo corpora cum ipſa decreſcit, alio, cum accreſcit, afficiuntur; et enim nunc rara fiunt, inaniaq; cum immiuuitur. Nunc contra Luna accreſcente & ad luminis plenum properante orbẽ, corpora rurſus diffarciuntur & impleꝛur: propterea quod humorem quendam calori immixtum, in profundum vſque

† *In Hexa. homil.* 6.
Baſilii opinio.

Lunæ vis.

,, vsq; tum imprimit occulte atq; immittit, Declarant id ita esse ,, tum ij qui sub dio lunaque dormiunt, capita quorum vltra mo- ,, dum humore replentur; tum animantia nuperrime iugulata, ,, quæ mox incursu impressioneq; lunæ permutantur: tum etiam ,, animalium cerebra, & animantium in mari degentium ea quæ ,, humore copioso prædita sunt: arborumq; medullæ, quæ sua sa- ,, ne mutatione conuertere luna cuncta non posset, nisi quid im- ,, mensum (vt scriptura testatur) exuperanlq; viribus esset. Hæc ,, ille. Iam dicamus de nutritione. Nutriuntur Ostracoderma more plantarum, per poros vt inquit Albertus, vndiq; nutrimentum trahentia, cuius, inquit, signum est, quod piscatores Flaudriæ & Germaniæ colligunt Ostreum quod est vnius testæ spiralis instar Cocleæ, & ponunt sub arena iuxta mare: quamobrem natura nõ format eius caput. *t* Aristoteles quoq; aquatilium plura saxis affixa vitam omnem traducere scribit, vt Conchæ (ὀστρέων) genera plu- ta: non deesteq; complura, quæ cum sint absoluta, mouere tamen se nequeant, vt Ostreæ, & quæ tota simplici mitioriq; testa oper- ta, Vertibula appellantur & Calli, & Tubera. Alibi *u* vero de eo- rum nutritionis modo ita loquitur: Cum animalia trifariam in a- quatile & terrestre diuidantur: aut enim recipiendi aeris aqueque ,, necessitudine aut corporis temperatione, aut tertio victus rati- ,, one: vitæ prorsus discrimen pro his diuisionum membris cou- ,, sequetur. Alia enim temperandi corporis gratia, & victus ratio- ,, ne, atq; etiam recipiendi aeris aut aquæ necessitate ita degent: ,, alia temperamenti, victusq; causa tantum: Igitur eorum, quæ ,, testa operiuntur, nonnulla immota aluntur humore dulci, & ,, potulento, qui per spissa transmittitur, cum tenuior ipse mari ,, concocto eliciatur, quemadmodum & primo naturæ ortu insti- ,, tuuntur. Dulcem autem contineri humorem in mari, atq; ita ,, trãsmitti & percolari constat eo experimento, quo si ex cera vas ,, tenui latere finxeris, idq; annexa linea in mare demittas inaue ,, die ac nocte vna, humoris copiam dulcis intra se colliget. Vrti- ,, cæ piscículis forte incidentibus vescuntur. Os in medio habent ,, quod in maioribus euidentius est. Meatum etiam vt Ostreæ, quo ,, excrementa secedant, habent parte superiore. Vrtica enim ipsa ,, quasi Ostreorum caro esse videtur inclusa saxo, perinde vt testa. ,, Patellæ etiam secedunt absoluentes sese vt vescantur Quæ au- ,, tem mobilia eademq; carne vescentia sunt, ijs victus ex piscicu- ,, lis est. vt Purpuris: sunt enim carniuoræ, & quidem esca huius- ,, modi capiuntur, quanquam ijs etiam, quæ mari pullulant, alli- ,, ciuntur. Anni pluuij eodem † teste, hisce animalibus prosunt, præ- ,, terquam Purpuris, cuius rei inditium esse ait quod si amnis in ma- ,, re fluentis aquam gustarint, moriuntur eodem die. Viuit Purpura ,, extra mare, quæ capta est, dies circa quinquaginta. Alit altera al- ,, teram, eo quod sua testa agnatum veluti algam, muscumue gerit. ,, Quæ autem pro cibo ijs afferunt, ponderis causa adhiberi aiunt, ,, vt in libra sint grauiores. Cæteris squalor incommodus est, nam ,, & pauciora redduntur & deteriora. Et quidem Pectines tunc magis trahunt rufum colorem. Iam in Pyrrheo Euripo Pectines aliquando defuerunt, non modo propter ferramentum, quo piscatores abradendo vbertim caperent, verum etiam propter siccitates. Cæteris etiam Testatis imbres conducunt, propterea quod mare dulcius redditur: sed frigus facit profecto: ne vel in Ponto, vel in fluuijs gigni possint, exceptis biforibus paucis.

Vt nutriantur.

t lib. 1. Hist. cap. 1.

u lib. 8. Hist cap. 2.

Dulcis aqua in mari est.

Vrticæ vt nutriãtur.

Patellæ.

Purpuræ.

† li. 8. Hist. cap. 20.

Purpuræ in fluuijs moriuntur.

Pectines.

Quib. pluuiæ prosint

LOCVS.

Vbi nascantur.

a li. 8. ca. 16.

Testacea omnia sponte natutæ in limo, sed alia alio, oriri iam dictum ex Aristotele est. Et *a* Columella, vbi de piscibus loquitur, limosam maris regionem Conchylijs idoneam esse scribit, Muricibusque & Ostreis Purputatumque tum Concharum Pectunculis, vt ille loquitur. Mare vero ita amant, vt maris hieroglyphicum apud Ægyptios Conchylia haberentur, quamuis interim litora potius quam altum mare amare videantur. Etenim ibi maior copia reperitur: ibique capienda esse docet *b* Oppianus his versibus.

Vt mare amant.

b li. 5. de pis.

Τῶν δέ τε μὲν δύνοντες ὑπόδρυχα χερσὶ λέγονται
Ἄνέρες ἐκ ψαμάθοιο, τὰ δ' ὀκ σπιλάδων ἐρύκοσι
Νωλεμὲς ἐμπεφυῶτα, τὰ δ' ἠόσιν ἔπτυσιν ἀὼ πάτῃ
Κύμασι καὶ βόθροισι λαχαινομένης ψαμάθοιο.
Istarum partem piscator colligit altis
Fluctibus, & fulua manibus comprendit arena,
Et partim innatas scopulis discerpit, at illas
Vndantes iaciunt turbati ad litora fluctus,
Velin cauosas mittunt, pellunt q; lacunas.

c l. 2. Amor.

Ouidius *c* quoque in extremo litore Conchas reperiri canit, & lapilllos:

Nec medius tenues conchas, pictosque lapillos
Pontus habet, bibuli litoris illa mora est.

d lib. 2.

Et *d* Lucretius:

Concharum q; genus pari ratione videmus
Pingere telluris gremium, qua mollibus vndis
Litoris incurui bibulam lauat æquor arenam.

Vbi nõ sint

e li. 9. Hist. cap. 28.

Iam vero testante Horatio

— non omne mare est generosa fertile concha,

Certe Aristoteles in Ponto neque Mollia esse, neq; Testata scribit *e* nisi locis quibusdam pauca: contra in mari rubro Testata omnia mira quadam magnitudine augeri. Celebrat hæc eadem poetarum recenciorum decus Iacobus *f* Sanaxarius.

In rubro mari maxima Cõchylia.

f li. 1. Eleg.

Nam quod rubra iuuant fulgentibus æquora Conchis.

Aelius etiam Iulius Crotta, sed à copia, non à magnitudine,

Non tot fulgenti conniuent sydera cælo
Tot nec Erythræo collucent litore conchæ.

In insula Babylone magna esse ait *g* Philostratus: Bibaga (Bibacta vocatur Arriano in historia Indica) etiam Ostreis & Conchylijs referta est, vt *h* Plinius memorat. Indiæ insula est Rauisius Textor Lucrinum lacum ijsdem abundare ait: sed e Lucrino lacu Ostrea, non vniuersaliter Conchæ commendabantur olim. Ostrea & Conchylia (τὰ ὀστρεώδη καὶ κογχυλιώδη) omnia, inquit Strabo, & multitudine & amplitudine in mari extero exceduntur: hic vero (circa Turditaniam) in primis, quod scilicet fluxus & refluxus hic augeantur; qui causa, vt par est, magnitudinis & multitudinis propter exercitationem eorum existunt. In litoribus maris Aegei copiam celebrat *i* Martialis, dum canit:

g lib. 3. 16.

h lib 5. c 21. Ostrea vbi laudabantur.

Basia da nobis Diadumene pressa. quot inquis?
Oceani fluctus me numerare iubes
Et maris Aegæi sparsas per litora conchas
Et quæ Cecropio monte vagantur apes.

i li. 6. Ep. 33.

Fert & Laconicum mare Conchylia, sed ex quibus teste † Pausania ad infecturam vestium Purpura comparatur, nobilitate solis ijs quæ in rubro mari capiuntur, inferiora. Cum vero in multis longe à mare dissitis in ipsius terræ, quin in durissimorum lapidum visceribus, & quod amplius in summis montium alpium q; iugis Conchylia reperiantur, hæc cum maris, vt dictum est symbolum sint, disputatum inuenio, nunquid hisce in locis olim mare fuerit, esseq; ex veteribus præclarissimos scriptores qui id affirmant, quorum omnium sparsas opiniones hic inserere non erit inconueniens, vt qui vel negate id, vel affirmare voluerit, habeat vnde opinionem suam stabiliat Herodotus de Ægypto. Quæ igitur de Ægypto feruntur, ea sic habere cum eorum fide adducor, qui mihi sic retuleruut: tum vero de mea ipsius opinione in hanc item sententiam descendo, propter ea quod videam Ægyptũ continenti " sibi terræ prætiacere & Conchylia in ipsis etiam montibus cerni, necnon salsuginem quoq; efflorescere adeo vt piramidibus noxia sit, tum etiam montem eum, qui Memphi imminet, solas arenas habere, &c. Et mox his addit aliud argumentũ à sacerdotibus adductum: Dixerunt vere & illud mihi Sacerdotes; vnde magnam coniecturam de hac regione facio, quod regnante Myri, cum fluuius ad octo vt minimum cubitos excresceret, satis irrigabat Ægyptum, Memphi inferiorem Et Myris quidem necdum nongentis annis è viuis excesserat. At nunc nisi sexdecim vel quindecim vt minimum cubitis ascendat, regionem non inundat. Eiusdem de " Ægypto sententiæ est Aristoteles libro meteorum primo, quam dicit in dies magis magisq; exarescere, & à Nilo totam esse inuectam aggeratamq;. Sed quia longo temporum tractu paludes oblimentur, & habitationi reddantur idoneæ, initium rei obliuione inuolui. Atq; idcirco ab Homero Thebaidos mentionem solam fieri, Memphi vel nondum enata, vel necdum eo progressa, vt digna commemoratione haberetur. Signum etiam esse, quod paulatim sit aqua exiccata, quod Sesostris didicerit, mare rubrum altius esse Ægypto: atq; ea de causa, quod in animo habebat, fossam à mari Erythræo in Nilum non duxisse, maiorem igitur Ægypti cauitatem, quam eius aluei esse, quo Erythræum mare continetur. Iam vero si Ægyptiorum regio, quos omnium mortalium antiquissimos esse credit, ita recens sit enata, vt tanta ab Homeri tempore facta sit commutatio, par est de cæteris quoq; terris idem existimare, & tanto posterius exiccatas esse, quanto homines in ijs habitantes, Ægyptijs sunt posteriores. Atq; hinc iam effici, vt neque flumina vlla sint perenuia, neque semper mare illud fuerit, quod nunc mare esse cernitur, sed vicissim modo mare, modo terras, eodem loco fieri, certis quibusdam temporum conuersionibus, quibus fato quodam nunc maximę siccitates, nunc maximi humores alijs atq; alijs locis existant: atque id quidem in longissimo quodam anno fieri, haud aliter quam in anno communi æstatem & hyemem fieri videmus. Ita Tauam & Meotida paludem, & ipsum etiam Pontum exiccatum iri, atq; similiter omnia permutanda in temporis infiniti infinita duratione. Hæc & huiusmodi plura Aristoteles, partim ex Herodoti de Ægypto historia, partim de Platonis Atlantide insula videtur hausisse. Putat enim cum Platone mare extra columnas Herculis vadosum esse, & nauigijs maioribus minime peruium; non alia, vt opinor, causa quam quod sic à magistro suo didicisset. *h* Strabo quoq; Ægyptum ait priscis temporibus ad Pelusias vsq; paludes & montem Casium, lacumq; Sarbonidem maris inundationibus opertam fuisse: & nunc quoq; inquit, per Ægyptum huiusmodi effoditur salsedo, etiam sub arena salsa refertæ Conchylijs foueæ reperiuntur, perinde ac agro maris aquis inundato. Et " rursus, loca Ægypti, quæ valde sublimia sunt, Conchylijs irrigantur. Idem in primo ait mirari aliquos quomodo fiat, vt duobus tribusue stadiorum millibus longe à mari in Mediterraneis locis frequentibus Concharum, & Ostreorum, & Cheramidum magna cernatur multitudo & salsi lacus. Et mox ibidem. Eratosthenes ait multis in locis à mari longinquis vidisse lapidibus in- " hærentes Conchulas, Pectines & Ostreorum formas, salsum- " que lacum in Armenijs. Plutarchus in Osiride, vbi plurimus est in Aegyptiorum antiquitatibus inuestigandis, de Homeri testimonio docet Pharon vnius diei nauigatione ab Ægypto remotam fuisse, & totam Ægyptum mari olim subsedisse, eo quod suo etiamnum tempore Conchæ in fodinis & montibus etiam plurimæ inuenirentur, & omues putei & fontes aquam salsam & amaram haberẽt, illius videlicet maris reliquias quod loca ea olim occupauit. Polybius idem sentit, sed verba eius non citabo, propterea quod

† *In Laconicis.*

Cur Cõchylia rũ varia genera in mõtibus & in alijs locis à mari dissitis reperiantur.

Conchylia in montib. Ægypti,

Aristotelis opinio.

i lib. 17.

Loca modo terræ modo maria secũdũ philosophũ

h lib 1. Strabonis opinio.

Plutarchi opinio.

Polybii opinio.

quod is videatur Ariſtoteli eſſe pedaneus in timore, quo veretur, ne pontus aliquando nauigationem excludat, Lego & apud *k* Ouidium.

Vidi ego quod fuerat quondam ſolidiſſima tellus
Eſſe fretum: vidi factas ex æquore terras,
Et procul à pelago conchæ iacuere marinæ
Et vetus inuenta eſt in montibus anchora ſummis.

k li.15.Met.

,, *l* Soliuus quoque in ſua polyhiſtoria: pergam, inquit, ad reſi-
,, dua quæ in Theſſaliam & Aemoniam porriguntur: ſunt enim
,, arrectiora quam nuſquam proceritas montana attolli valeat:
,, nec eſt in terris omnibus, quod merito ad iſtas eminentias
,, comparetur, quippe quas ſolas diluuialis eruptio cum vniuer-
,, ſa obduceret humido ſitu, inacceſſas reliquit Durant veſtigia
,, non languida fidei, quibus apparet, hos locos ſuperſtites vndo-
,, ſæ tempeſtati fuiſſe. Nam in latebroſis iupium cauaminibus,
,, quæ fluctuum confligijs tunc adeſa ſunt, reduuiæ Conchylio-
,, rum reſederunt, & alia multa, quæ affatim mari incito expuun-
,, tur, ita vt ſint licet facie mediterranea, apparent tamen ſpecie litorali. *m* Subſcribit horum ſententiæ præterea Iſidorus, Conchas, concretas & etiam Oſtreas, quæ in remotis montibus reperiuntur, inditium diluuij primi eſſe ſcribens. Nec non *n* Tertul-
,, lianus. Mutauit, inquit & totus orbis, aliquando aquis omui-
,, bus obſitus: adhuc maris Conchæ & Buccinæ peregrinantur
,, in montibus cupientes Platoni probare etiam ardua fluitaſſe, ſed & enatando rurſus infima mutauit, rurſus orbis alius, idem mutat & nunc localiter habitus, cum ſitus læditur. Cur inter inſulas nulla iàm Delos, arenæ Samos, &c. E contrario ſentientibus in primis eſt Olympiodorus doctiſſimus Ariſtotelis interpres, qui hac in re authori ſuo aduerſatur. Iſ enim ad hæc philoſophi verba (Sed quoniam natura omnis circa generationem quoque rerum mutatio fit, &c.) Cauſas, inquit, explicat, quare huiuſmodi mutationem homines ignorãt cum tamen nondum docuerit aliam ſpeciem, qua ſecundum humorem paluſtrem muratio efficitur. Sunt enim ſpecies tres, aut quoniam exiguum vitæ noſtræ ſpatium eſt ad hanc mutationem, quæ particulatim in his duobus infimis efficitur, diſcernendam, aut propter confertos hominum interitus, vel quia mortales alio nonnunquam migratum ſiue exulatum abeunt, vel laribus ſuis eiecti alibi gentium ſibi domicilium quærunt, aliaſque ſedes in exteras deducti colonias ſibi comparant. Eodem quoque modo hominum habitationes latere nos exiſtimandum eſt. Sicut enim peregre profectiones atque exilia homiuum particulatim efficiuntur, ita & cultus habitationeſque mortalium particulatim ſingilatimque eſſe conſueuerunt. Id autem fieri ait, quod & paluſtribus & ſtagnantibus locis regio ſicca temperataque efficiatur, ſicut etiam peregre habitationes propter cauſam contrariam. Huic ſimile quid circa Ægyptiacum quoque agrum eueniſſe ait. Nam Ægyptus cum ab antiquo mare eſſet, ex eo quod Nilus ily n ſemper & limum aggereret, litoraliſque tota effecta eſt, adeo vt in poſterum paludes lacuſque ibi, ſicut relatum eſt, eſſe occœperint: atque in vna Mœotide palude, huc rurſum limi congerie aduecta paludes planam campeſtremque naturam acceperunt. Quemadmodum autem Ægyptus antiquitus mare extiterit, & paucis poſt annis in terreſtre ſolum induruerit, ex eo philoſophus oſtendit, quod oſtia Nili manu hominum excauata atque elaborata fuerunt Ex eo quoque quia poeta antiquitatis, & veteris cuiuslibet pater Memphidis nullo loco meminerit, quaſi huiuſmodi vrbs terreſtri cute cõtignata nondum eſſet. Id autem ex eo intelligi poteſt, quod ſquammę atque rectoria Conchyliorum dureſcentia irem Gellinotum (Tellinarum, credo, adhuc ibi paſſim reperiantur, quæ quidem reſiduæ reliquiæ ſunt Oſtreorum Concharumque, quæ ibi mari terreſtrem ſcilicet cutem recipiente reſtiterunt. Atque ita philoſophus interpretatur, cenſetque Ægyptum mare olim fuiſſe, & poſtea in terræ faciem conuerſam. Mihi autem potius videtur, paluſtria loca ea fuiſſe, & ob hanc rem inhabitabilia atque inculta cum aliquo tempore fuiſſent, mox limo inuecto conſolidari, ſiccari, colique à mortalibus ipſa cœpiſſe, cuius ſimile quid circa Argos quoque accidit, vt paulo poſt dicturus eſt. Argos namque illud quod hodie homines habitant, paludoſum olim fuiſſe proditur. Atque ad hanc quidem expoſitionem quadrant quoque rationes allatæ. Ob id enim oſtia ſunt manufacta. namq; quanquam Nilus limi vim magnam ingereret atque diſliparet, tamen quia magnitudine aquarum quaſi obtui Ægypti incolæ videbantur, oſtia ac exitum fluminis excogitarunt Quin & poeta Thebarum tanquam opulentiſſimæ vrbis meminit, de Memphite autem reticuit, hac fortaſſis de cauſa, propterea quod nondum vrbs illa habitaretur, ſed paluſtris ſtagnanſque adhuc eſſet. Quanquam autem reſtæ Conchyliorum ibi reperiuntur, non tamen ratio hæc neceſſario oſtendit mare quondam fuiſſe Ægyptũ: nam in montibus quoque altiſſimis, qui longè à mari diſtant, eiuſmodi Teſtacea reperiuntur: fortaſſe quia vehementiores venti in altum ipſa abripientes à ſinibus maris vſque ad iuga montium celſiſſima proiecerint. Secundum autem interpretationem magis ad veritatem propius accedere, ex ipſo quoque Ariſtotele intelligi poteſt. Infert enim eiuſmodi verba. In ea loca quæ ex humidis paluſtribuſque ad terræ ſoliditatem peruenerunt Immo hanc quoque dictionem profert. Tale quid circa Ægyptum quoq; contigit Quo dicto poteſt parere ſermonem eſſe, quemadmodum ex paluſtri humiditate in ſiccam firmitatem mutatio fiat Hucuſque Olympiodotus. Sed Ioan. Goropius Becanus longe aliter, quam Olympiodorus veterum opiniones refellit, cui doctiſſimo viro ego libenter aſſentior: quamobrem quæ ille ſuper hac curioſiſſima quæſtione, in quam plerique viri docti incidere ſæpe ſolent, ſcripſit, cum ad rem noſtram omnino faciant, neutiquam mihi ſilentio inuoluenda exiſtimo. Is igitur poſt allatas aliquot veterum opiniones, nimirum Herodoti, Platonis, Ariſtotelis, & Plutarchi, neque alios inquit, rogabo ſcriptores quid hac de re ſentiant, poſteaquam video totius eruditionis coryphæos, & non anteſignanos modo; ſed ipſos etiam imperatores omnium diſciplinarum in eadem eſſe ſententia, & vt ſint, eiſdem rationibus niti. Non igitur eſt mirum, ſi noſtrates quoque homines eiſdem argumentis inducti, quibus priſci illi ſcriptores, nihil certius habeant, quam tota hanc camporum latitudinem, quæ Moſæ, Scaldis, Oceani, Arduennæque finibus contiuetur: Delphinorum, & reliqui Phorci exercitus ſtationem quondam, non terreſtrium animalium, fuiſſe Videndum igitur mihi, an quicquam contradici queat, quo vetuſta hæc & forte Ogygia aſſertio vel eleuetur, vel (quod forte ſpero) tota nihili eſſe & flocci pendenda videatur: ſed modo rationum pondera, non magnifica teſtium uomina, ſtateræ appendantur. Primum igitur illud quod de Conchylijs magno applauſu argumentum Herodotus & Plutarchus ducunt, vanum omnino & quauis palea leuius eſſe contendo Eodem enim peruinci queat, ſummas alpes aliquando ſub Oceano latuiſſe: quod ſi admittant, non plus contra regionis noſtræ, quã contra omnium terrarum vetuſtatem pugnent: nam & in illis Conchæ & Oſtreorum teſtæ inueniuntur. Nihil eſt tam altum, nihil tam ab æquoreis fluctibus remotum, in quo non ſit reperire teſtas eorum, quæ in ſolis aquis marinis vitam agunt. Quod equidem cum aliorum relatu, tũ experimentis diuerſorum montium ſum edoctus. Cum in alpibus Tridentinis & vicinarum gentium (Veronenſibus maxime, vbi ego ipſe non pauca Conchylia reperi) perreptarem altiſſima quæque montium cacumina, vtroque pede ſenis vncis innixo & manibus pinnato baculo greſſum firmantibus & ipſe Conchas inueni, & ab ijs qui Capricornos, ſiue Ibices & Damas inſectantur, didici non raro inueniri. Et crebrius haud dubio inuenirentur, ſi lapides æque illic atque infimis locis exciderentur. Nunc cum vectura illinc nulla eſſe queat, nulla eſt lapidicina, uiſi cum arces ex ipſis rupibus excauantur anguſtis præcipitijs, & capreolorum ſemitis vel funibus ſubeundæ. Cum igitur eiuſmodi teſtæ internis, vel terræ, vel ſaxorum viſceribus delitescant, & in ſummis alpium rupibus interna tenentur, non poteſt fieri, vt illic crebro videantur. Videntur tamen, ſaxis torrentium vi deraſis, aut immani gelu, magno tonitru diuulſis, vel flumine, turbine, aquarumue violentia præcipitatis, aut diſruptis, vel alia vi quapiam naturæ dehiſcentibus: quibus fiat, vt, quæ intus condita fuere, prodautur. Apud vicinos noſtros Limburgos, Leodios, Chondruſos, Namurcos, Hãnonas, Atrebates, Toruacenſes, & alios multos, à quibus, vel marmora nobis, vel alia lapidum genera aduehuntur, non parua eſt teſtarum copia & varietas. Vidi ipſe in marmore cæruleo ſolidiſſimo Pectinem & ipſius ſedem ita affabre delineatam, vt nihil ars ſimile poſſe videretur. Vidi in ſilice duriſſimo (Habeo & ego in muſæo ſilicem quem cum forte rumperet quiſpiam pro excutiendo igne, aſperam Chamem, eiuſque ſedem intus, oſtendit.) Berhunis aduecto, quo viæ apud nos ſternuntur, tot Conchulas totas lapideas, & concluſis valuulis integras, magna, vt cura & arte ex illis fuiſſe cœmeuto aliquo compactus iudicaretur. In ſuburbano Pariſienſi agro, qui ſuperne copioſa fruge luxurians, ſubtus caua magna ſui parte eſt, & vehiculis peruius, inueni teſtas non paucas Turbinum marinorum, elegantiſſimo ordine & rortas, & tuberculis inſignitas, atque ita omnibus modis perfectas, nihil vt præter viuum piſciculum, ad integritatem deeſſet. Vidi in Anglia lapidem, è ſummis montibus exciſum, qui Percam ad viuum exprimeret, ne minima quidem lineola ad perfectionem deſiderata. Nec pauca mihi monſtrauit Venetijs Andreas Lauredanus, antiquitatum omnium & naturæ miraculorum diligentiſſimus obſeruator & cuſtos Quid multis? neminem eſſe credo non omnino ocioſum naturæ ſpectatorem, qui non ſimilia multa obſeruauit Omnibus ergo eiuſmodi locis mare aliquando ſuperius fuiſſe, neceſſe erit fateri, ſi proba illa ſit collectio, quæ de Conchylijs marinis Neptunum auorum finibus induxit: atque ita nihil mihi oberit, quo minus dicam noſtram regionem non minus antiquam eſſe, quam cæteras omnes, in quibus id genus Conchylia ſunt inuenta. Satis hoc quidem mihi eſt ad Herodori & Plutarchi concluſionem infirmandam. Sed, quia abſurdi illatio, quamuis ſaris ea vnde proceſſit, falſa eſſe oſtendat, non tamen rei, de qua quæritur, naturam explicat, atq; idcirco animum dubitationi non eximit, ſed plerunque magis inuoluit, ſatius erit veram afferre ſolutionem. Hæc tamen non poterit ex hiſtoriæ monumentis afferri ſed petenda tota eſt è philoſophiæ penetralibus, ad quæ rapi videmur hac mirabilium conſideratione. Sed quia naturæ arcana non ſunt nobis hic tractanda, obiter & breuius, quam res poſtulet, diſputationis munere defungemur. Materia generationi ſubiecta ſicut omnes formas æque recipere poteſt, ita de ſuo ſinu ſiue potentia nullas educit. Si enim educeret, ante habuiſſet: deinde educere, agentis eſt: actiõ vero omnis formam præfuiſſe monſtrat. In materia igitur forma fuerit, cuius efficacia aliæ formæ producantur, quod eſt abſurdum Aliunde igitur formæ procedunt atque rerum eſſentiæ Non ab elementis, non à cælo, quorum formæ ſunt actionibus proprijs quibuſdam & motionibus addictæ, ita vt nihil poſſint excellentius efficere, quam ipſorum mouendi poteſtas ferat; niſi velimus dicere quicquam eſſe, quod alteri vitam dare poſſit excellentiorem, quam ipſummet poſſideat. Quomodo igitur dicitur,

l Cap. 14. Solini opinio.

m Lib. 13. cap. 22. Isidori opinio.

n li. de pallio

Refutãtur ſuperiores opiniones.

Olympiodori opin.

Teſtacea cur in montibus reperiantur.

Gotopij opinio.

Teſtæ cur in ſummis alpium iugis.

Alpes Tridentinæ.

In marmore Pecten.

Chama in ſilice.

Perca in lapide.

Refutatio philoſophica.

dicitur, homo generat hominem & sol? eo nempe, quod homo & sol materiam præparent, vt idonea sit formæ recipiendæ. Cælum n. hominem si generet, id faciat, quod longe sit cælo excellētius, cogitandi intelligendiq; facultate. Non igitur cælū formas dat, sed ad formas recipiendas, materiā disponit & aptat; quæ quidem dispositio eousq; pertinet, dum id tantum producitur, quod caloris, frigoris, siccitatis & reliquarum qualitatum quæ his sunt secundariæ efficaciæ, produci potest. Figuræ igitur forsan quædam cœlo debentur; sed si vita accedat, alius nunc opifex quærendus, qui cœlo sit præstantior. Hunc formarum datorem nuncupemus, qui se per totum vniuersum insinuans, vbique adest, vbiq; materiæ præparatæ formas dat, & eas in ea tantisper conseruat, dum materiæ cōpago & præparatio ferre potest. Hic, siue vnus sit, siue multas sub se intelligentias habeat, imperio & potestate sua tota formarum orbem administrat, & cuique materiæ dat pro eo, atque ad suscipiendum est idonea. Hic ranis & pisciculis in aere, hic muribus & vermibus, & cæteris animantibus è limo geniis, materia prius a cælo præparata, formas infundit. Vbicunque igitur humor siue liquor inuenitur ad Testaceorum vitam idoneus, viua Testacea generantur. Vbi v. materia erit capax, illa quidem formæ eius, quæ dat, vt testa quid sit & vocetur, non possit vero viuo pisciculo, liquorem idoneum præstare, fiet vt testa duntaxat, non pisciculus, generetur. Formas autem istas, siue figuras accuratas & animalium proprias, non cælo ascribo, quod instrumentorum peculiares formas dare non potest; sed ipsi formarum datori, quem singulis speciebus alium & alium adesse, tamquam efficientem quādam ideam, si dixero, id dixero, quod possem tueri. Antuerpiæ latomus quidam viuum bufonem in medio marmore inuenit. Quod si eo loco aptus humor bufoni fuit inuentus, quid vetat quo minus aliquando liquor in saxis inueniatur, quo marina quoque animalia generentur: viua quidem si locus & humor ferat; corporata vero tantum, si humor vitam non admittat? Opifex enim progreditur eo, quoad eius materia patitur, vltra progressurus, si loci & materiæ inopia non excluderetur. Non est igitur mirum testas in montibus summis inueniri: minus vero mirum in illis inueniri, in quibus salsugo aliqua est, marinæ salsugini compar. Similis enim materia ad formas recipiendas est apta. In Ægypto igitur, regione non salsuginis modo, sed nitri etiam ferace, quis admirabitur Conchylia generari? quis etiam in nostræ regionis ea subterranea arena, quæ loco & natura marinis vadis respondet, illa admirabitur? Cum ea temperamentum quoddam liquoris marini exugat, Oceano in terras sursum per omnes canales magna vi irruente. Cauis igitur subterraneis, & maxime ei arenæ, quæ proxima est aquis, per orbem terræ subtus meantibus liquor quidam apud nos communicatur, qui Conchyliorum figuras facile induit, vitam etiam accepturus, si locus viuum pisciculum alere posset. Videmus itaque Antuerpiæ quibusdam locis, postquam ad aquam hanc subterraneam fodiendo ventum est, magnam quandam crustam ad duos pedes, vel eo crassam: aliquando etiam tenuiorem, quæ tota est ex eiusmodi varia Conchiliorum congestione coagmentata, quasi vena quædam lapidis aut marmoris esset. Nec porro vsquam in mari aut litore tanta congeries Concharum cuiquam visa est, vt frustra somniemus, ita paulatim mari recedente fuisse congestam. Nam si ita hoc euenisset, cerneremus adhuc in Zelandiæ, Hollandiæ & Flandriæ litoribus tantę crassitudinis congeriem iacere. Quid? quod Pectinum in litoribus nostris magna est raritas, adeo vt à D. Iacobo è mari Gallaico pro mōstris afferantur? at è fossis nostris infinita copia est educta quam in vallo, quod montis instar cuiuis licet videre. Et, qui Conchulas legere volet, ei nihil opus est ad littora proficisci, in mœnibus habet plus multo quam litoribus abundantiæ. Ego igitur non magis hic mare fuisse credo quam in lapidicinis Megarensium, è quibus lapis effoditur Concharum marinarum coalitu constans cæteroqui candidissimus, quem à re ipsa Conchida appellarunt. Quod si mare huic originem causamque nascendi dedisset, in Piræo potius debebat inueniri. Iam cum tota Græcia varijs promontorijs in mare excurrat, varijs finibus mare admittat, nusquam tamen Conchis, quam Megaris, inuenitur. Vtinam nostra crusta sic indurasset, vt lapidem quoque solidum compoueret. Nam Megaricus ille adeo solide coiuit, vt Caris, Phoroneifilij sepulchrum & alia non pauca opera ex eo facta fuisse Pausanias testetur. Ad eandem causam dentes illi in fossis inuenti, referendi sunt, qui Carchariæ dentibus ad amussim respondent, nisi quod de terra, in qua diu iacuerunt, pro candido, pullum colorem videantur traxisse: in his aliqui sunt serrati, aliqui citra serram in acumen tendunt: omnes tamen acutissimi. Sed quia pauci sunt, qui Carchariæ Cauis dentes viderunt, fit vt non dentes, sed linguæ serpentinæ vulgo nominentur: quibuscum tamen nihil habent similitudinis. Huius generis siue dentes, siue linguas, è fossis circa Antuerpiam frequenter extrahunt minore miraculo, quod piscem, cuius dens videri queat, non cognoscant, alioqui clamatura, carcharias hic olim habitasse. Quibus lapides hi linguæ videntur, glossopetras eas nominarent. Hos pari ratione buglossum lapidem illum vocabimus, qui similiter è fossis vrbis nostræ est extractus. Huic longitudo sesquicubitalis; latitudo qua maxime patet, dodrantem æquat, paularim in cuspicem obtusam ad linguæ formam producta, colore & duritie basalrem refert, pondere ferrum, parte suilatiore & crassiore foramina duo habet ea amplitudine, qua in caluaria equina oculorum cauitates videntur, cætera linguæ bubulæ non dissimilis, vt merito vel ab ea, vel ab ingenti magnitudine buglossus vocari possit. Cuius, rogo, marinæ belluæ, & quod os in hunc lapidem tran-

Formarū dator quis

Conchylia cur quandoq; viua, cur & Testę tantum nascantur.

Bufo viuus in medio marmore

Prope Antuerpiam multa Cōchylia eruuntur

Lapis Cōchis refertus apud Megarēses

Dentes in fossis inuenti.

Linguæ serpentinæ dentes qui dicti

Buglossus lapis

A sijsse dicemus, si omnia id genus ad animalium partes sint reuocanda. Ego certe nullam inuenio, nec fuisse quidem opinor, non magis quam animal aliquod fuisse, cuius vel lingua, vel dens glossopetra dicatur. Nam quamuis his locis à mari non longo interuallo dissitis suspicari quisquam posset Carchariæ dentes esse, non tamen idem sibi persuaderet in colle illo, qui Aquisgrani imminet, tantum id genus piscium fuisse, quantum fuisse de glossopetrarum copia coniectari deberet. Generantur hæc in terra, perinde atque alii infiniti generis lapides, nihil cum viuis animantibus habentia commune. Eodem, & ad eosdem fontes, amando saxeos serpentes Irlandiæ, quorum vnum in Anglia vidi spiris in se contortum, qui non alia ratione prouenit in lapidem metallis, quam Conchæ apud Megarenses. Apage illos, qui viuos hos serpentes fuisse, & incantamento in lapidem versos esse, de quibus nescio fabulis persuadere nituntur. Naturæ iunt hæc non hominum, miracula: & ne miracula quidem, cum videntur perinde atque cætera, è causis suis apta. Quod vero quædam inter hæc lapidescant, quædam non; id succis & frigori tribuendum. Multi enim humores siue liquores sunt, qui lapidis indurandi vim habent. In Testis igitur Conchyliorum quasdam est B videre Testas adhuc esse, alias etiam in lapidem transisse. Cancros vidimus totos saxeos, in quibus crusta & quicquid intus erat, in lapidem degenerarat. quo minus est mirandum si in Conchis id fiat, natura sua multo durioribus. Sed quid ego de Crustaceis dico, cum Percæ etiam saxeæ sint inuentæ atque adeo lapidei serpentes? Ad vim itaque formatricem in Conchylijs nostris recurrimus quæ in quaque re id facit, quod præstantissimum in ea fieri potest; pro elementorum mistione. Vbi ergo viua fieri non tulit materiæ dispositio, aut locus, illic figuram saltem induxit, vitam additura, si locus & temperamenta permisissent. In litore Anconitano saxa magni ponderis, quinquaginta & plurium etiam librarum, è mari trahuntur: his colos & constitutio exterior ea est, quæ lapidi aetiti, rudis nimirum & non difficilis læsu aut tritu, interior vero crusta, aut tunica dura & quæ poliri possit, haud secus atque interior aetitæ tunica; colore etiam subcæruleo, ne hac quidem uota ab aetite discedens. Rumpuntur hæc saxa maioribus malleis ferreis, magna vi impactis non quo intus, vt in aquilæ lapide, alius calculus inueniatur, sed quo pisciculi deliciatissimi extrahantur, eiusdem generis cum Solenibus, quas Cappas longas Veneti appellant; sed eo C delicatiores quod non aqua marina, sed rore quodam tenuissimo, per lapidem imbibito pascantur. Hi plures numero, ad viginti, modo plures, modo pauciores ita saxo includuntur, vt singulis suus sit nidus, ad magnitudinem & figuram piscis omnibus lineamentis respondens. Inter nidos saxeo interstitio relicto ex his veluti è vaginulis rupto lapide eximuntur integri Solenes, ad palatum & lumbos delicatorum plurimum facturi. In his igitur solidissimis saxis, in quibus aqua nulla, nullus liquor, inuenitur, præter eum, quem piscis coniunct, non figura modo Dactyli siue Solenis, sed vita etiam & omnis pisciculi laus persicitur & absoluitur, melior vt multo sit, quam si in ipso mari extra lapidem natus fuisset. Si igitur in his saxis viuos absolutosque cum vnguiformi sua fistula Solenes intelligentia hæc, formarum dispensatrix formauit, quid in eisdem fuisse dicemus, figurati quidem ad piscem hunc corporis, non vero viui procreandi facultatem? Figurarum enim, quæ animantium corporibus sunt propriæ, tum earum etiam, quæ corporibus non viuis eodem semper modo insunt, constanti similitudinis perennitate, causam ego ab effectricibus ideis, non à cœli duntaxat materia & forma, eiusque motione circulari, pendere credo: atque ita in vniuersum statuo vim vnam quamque formatricem tantum vbique producere, quantum materia capere potest, atque ita multa corporatura quidem hoc, vel illud animal esse, vita vero nequaquam.

Est aliquo pro ire tenus, si non datur vltra

Sic animalium etiam terrestrium ossa, nedum marinorum, in terra generantur; atque modo quidem ossa perdurant, modo vero succi locique natura in lapides transeunt. Georgius Agricola in agro Luneburgensi testis est ossa belluarum marinarum orta esse, & in lapides conuersa. Plinius etiam è Theophrasto ossa in terra nasci & in lapides transire author est. Huc forsan referenda sint ossa illa enormia, quæ gigantum fuisse vana hominum ingenia crediderunt. Verum ne vlterius quam Conchylia nostra & ossa belluarum postulant, naturæ secreta excutiam; hic finem huic considerationi impono, certus nemo fore, qui nostra hæc bene ruminarit, quin mox sit conclusionem illam è Conchilijs connexam derisurus. Hoc igitur in commune responsum sit omnibus ijs qui Conchas, & magna piscium ossa nobis ingessere. Miror equidem Plutarchum hominem philosophum, istud non animaduertisse, vel ex eo saltem, quod in montibus etiam diceret Conchylia inueniri. Quod si verum fuit, quare non æque asseruit, superiorem Aegyptum atque inferiorem mari coopertam fuisse? Hoc si fateretur, in Thebaida tandem & ipsam Aethiopiam mare deduceret, & ipsos tandem alpes submergeret hac sua collectione. Sed vereor si multus sim in hac conclusione infirmanda, ne ego prius ambitiosæ in re clarà reprehensionis accuser, quam Plutarchus inconsiderantiæ. Multo certe prius Eratosthenes sese torsit in Conchulis & salsuginis causis apud eos inuentæ qui à mari longe sunt remoti, præcipuam illam quæstionem esse aiens, Quinam fiat, vt duobus tribusque stadiorum millibus à mari intra mediterranea, plurimis locis, Concharum & ostreorum, & Cheramydum ingens multitudo cernatur, & præter hæc salsi etiam lacus inueniantur, quasi mari

Glossopetrarum copia vbi.

Serpentes saxei.

Cancri saxei.

Percæ saxeæ.

Lapides piscibus prægnantes vbi

Cappæ longæ.

Ossa in terra generantur.

Ossa in lapides

Plutarchi inconsiderantia

Conchæ fossiles

ſi maria eſſent (vti ſit) circa templum Hammonis, & in ea quæ ad illud ducit, via, quæ ipſius teſtificatione longitudinem habeat trium millium ſtadiorum Hic enim plurimam Oſtreorum colluuiem eſſe. & ſalis etiamnum multum inueniri, & marinas exhalationes in ſublime ferri, prope ipſum etiam nauium maritimatũ fragmenta monſtrari, quæ hiantibus terris ſint effuſa: tum etiam columellas extare, ſuper quibus delphini ſunt, habentes hanc inſcriptionem, κυρηναίων θεωρῶν. His Eratoſthenes inductus, Stratonem Phyſicum, & Xanthum Lydum laudat, qui inter cætera, quæ multa tecitat, exiſtimarint ipſum Hammonis templum prius ad mare ſtetiſſe; ac deinde mari defluente, in mediterranea regione manſiſſe: atque oraculum, quia mari adiacetet, eo celebritatis, & nobilitatis peruenisſe, non eſſe a ratione alienum: alienum vero à tatione eſſe, ſi dicatur, quam habet claritatem & exiſtimationem hoc tempore, eam in tanto à mari intetuallo acquirere potuiſſe. Ægyptum prætetea priſcis temporibus ad Peluſias vſque paludes & montem Caſium & lacum Sorbonidem, maris inundationibus fuiſſe ſubiectum, inditio eſſe, cum ſalſugo effoditur, puteos ipſos arenæ & Concharum plenos inueniri, quaſi mate antea regio fuiſſet In his Xanthi dictis nihil Strabo inuenit abſurdi, ſed ad Stratonem reprehendendum, qui inter cætera argumentum de fundo maris attulit, quod nec Straboni probatur, nec quicquam habet momenti ad ea, quæ modo ſtatui, eleuanda Aduerſus autem Erathoſtenem, Stratonem, & Xanthum, eadem dici intelligantur, quæ contra Herodotum & Plutarchum ſunt à nobis dicta. De Conchulis itaq; & Oſtreis ſatis eſt reſponſum, illic ea ninirum repetiti, vbi ſuccus idoneus ad ipſorum genetationem inuenitur, nullam maris delapſi inducta neceſſitate. Hæc omnia Goropius. Sunt & alia loca, in quibus iſtiuſmodi Cõchylia longe à mari diſſitis inueniuntut, vt in Heluetijs referente Zoogtapho in agro Solodurenſi. Scribit & Gytaldus multas Concharum ſpecies in medio terræ & in montibus & in lapidicinis inueniri, quæ ſuut prope Syracuſas. Maius miraculum eſt quod ſcribit Gyllius (ex Athenæo, vt videtur) ſuper erutis è terra Conchylijs his verbis. Poſteaquam, ſicut ait Nicolaus Damaſcenus, lib. 104. Hiſt. ad Apameam Phrygiæ vrbem Mithridatici belli ,, temporibus motu terra diſceſſiſſet, lacus quiante ibi nunquam ,, compatuiſſent, repente extitiſſe, fluuioſq; & fontes nouos ex ,, eiſdem locis terræmotu excitatos fuiſſe, vetereſq; multos exa- ,, ruiſſe, ac nimirum plurimam aquam tum dulcem, tum ſalſam, ,, tametſi ab eis locis mate longe abeſſet, ex viſceribus terræ ſic ,, emanaſſe, vt tractum vniuerſum tum Oſtreis, tum alijs piſcibus matinis teferſetint.

Loca alia longinqua à mari Cõchis referta.

SENSVS. MOTVS.

Quib. ſenſibus careant, & quibus non.

SIlicea teſta incluſis (id eſt, Teſtaceis) fatendum eſt, inquit Plinius, nullum ineſſe ſenſum, vt Oſtreis. Et rurſus: Carent, Conchæ viſu, omnique ſenſu alio, quam cibi & peticuli. Atque hoc eſt, quod & Suidas ſcripſit, Conchas (τὰς κογχύλας) quamuis careant viſu, eſcas tamen ſequi videti, odorandi ſcilicet facultate. Cæterum communis præceptor Ariſtoteles viſum & alios externos ſenſus Teſtaceis non negat Nam in quarto de animalibus capite octauo diſputans, docenſq; quibus animalibus inſit ſentiendi vis, Mollia, & quæ vel cruſta, vel teſta operiuntur, atq; etiam Inſecta ſenſibus præ ita eſſe omnibus conſtare aſſerit, nam & vi- ,, ſu & olfactu, & guſtu. Inſecta enim, inquit, tam pennata, quã non pennata, procul ſentiunt, vt mel Apes & Culices dicti Muliones. Iam Sæpiæ, Polypi, Cammari, odore eſcatum allectati capiuntut, & Polypi quidem ita adhæreſcunt, vt auelli inde non poſſint, ſed truncari inde non patiantur. At vero pulicaria herba admota, protinus ab odore eius reſilire dicuntur. Guſtus etiam ſimilis tatio: interdum enim cibum proſequuntur diuerſum, nec eiſdem ſaporibus omnia delectantur. Nam Apes nullam ad rem pũtidam ſolent aduolare, ſed dulcia petunt, Culices nulla dulcia geſtiunt, ſed acida. Tactu vero ſentire omnibus datum animantibus eſt. Quæ autem ſiliceo regmine operiuutur, olfactum, guſtumq; habere conſtat, argumento eſcatum Purpuris einm eſcas putidas Purpurarij emoliuntur & accedunt ipſæ ad eiuſmodi eſcam à longe, vtpote odorantes. Senſus item ſaporum ijs ineſſe, eiſdem illis rationibus patet. Sapore enim rerum earundem quæq; delectantur, ad quas veniunt odoribus inuitata, quos gratos ſenſetunt & diſcteuerunt. Adde quod quæcunq; os obtinent, ijs & voluptas per ſaporum attractionem euenit & dolor. De viſu & auditu quanquam nihil certi, manifeſtiq; habemus, Vngues tamen ad ſtrepitum ſe ſubttahere, inferiuſq; ſubſidere cernuntur, quoties ferramentum ſentiunt admoueti. Exiguo nanq; extant, reliquo autem toto cotpore perinde ac in cubili, occuluntur. Pe- ,, ctines quoq; admoto digito dehiſcunt, mox comprimunt ſe vt cernentes. Natices item qui capiunt, non aduerſo flatu ſed ſecundo adeunt, quoties eſcam petſequuntur. nec voce vlla, ſed ſilentio agunt, vtpote cum & olfaciant & audiant. Nec fieri poſſe aiunt, quin ſubtetfugiant, ſi vox proferatur. Echinus inter Teſtacca genera quibus facultas ingrediendi eſt, Vertibula, Glandeſque intet immobilia eiuſdem generis, olfactum minime habere videntut. Hactenus Ariſtoteles, apud quem in quarto de parribus capite quinto, cum explicaſſet partes Mollium, Cruſtatorum, Teſtatorum, atque Inſectorum, ad cibum accommodatas, legimus, oportere certe vt illud habeant quod ei parti proportionetur, cui ſentiendi ptincipatus in ſanguineo genere mandatus eſt, hoc enim in omnibus animalibus ineſſe neceſſe eſſe. Quod

Sẽſus exteriores habere.

Inſectorũ ſenſus.

Mollium.

Apum guſtus.

An videãt, & audiant Couchylia

Natices, vt capiantut.

Echinus.

A modo ad motum Teſtaceorum attinet. o Albertus Magnus tradit ideo paruam in ipſis partium exteriorum diuerſitatem eſſe quoniam animantia ſunt, quæ vno eodemq; loco remanent, & ſi moueantut, paruum eſſe motum: eſſeq; quæ nullo pacto moueantut, ſed affixa ſemper hæreant. Eſt autem hæc doctrina Ariſtotelis.

Mo. o lib. 14. anim tract. 1. ca. 2.

COITVS. PARTVS. GENERATIO.

IDem philoſophus qui omnium animalium naturas quam diligentiſſime petſcrutatus eſt, coitum, quin & partum iſtiuſmodi animantium generibus, quæ teſta integuntur, adimit Nam etſi in decimoquarto capite libri primi de hiſtoria animalium ſuper eo ambigere videatur, inquiens: An Teſtati geuetis vlla coeant, incertum eſt: plurima tamen non coire apertum eſt. In quinto nihilominus eiuſdem hiſtoriæ capite decimoquinto hoc vnum fere genus totum expers coitus eſſe ſcribit, & in noni capite tigeſimo, teſta intecta, inquit, vt Pectines, omneque Oſtrearium ſiue Conchiarium genus, atque etiam Cruſta iute- " B ctatunc optima ſunt, cum grauida, vt late in Locuſtis & reli " quis huiuſmodi patet: ſed quanquam teſta intecta grauida di- " cimus, tamen nullum eorum, vel coitum, vel partum vide- " mus Sicille. Sed ramen in doctiſſimo Gallieni Imperatotis epithalamio legimus.

Nõ coeunt

Grauida dicuntur, ſed non pariũt

—Non murmura veſtra columbæ,
Brachia non hedera, non vinc ans oſcula concha.

Et in mari rubro quaſdam etiam Conchas naſci ſcribit a Aelianus teſtis tum non leuibus, concauis, & ſecturis diſtinctis, tum labris acutis, quæ cum coeunr inter ſe ſic alterno incurſu coniunguntur, vt tanquam duram ſerrarum coeuntium dentes videantur inter ſe conuenire, vnde fiat, vt ſi piſcatoris natantis quancunque partem, etiam ſi ſub eam os ſubeſt, mordicus apprehenderint amputent: & ſimiliter ſi articuli locum comprehenderint, neq; id mirum eſſe, cum tanta ſit marginum acies Vt vero exactius quiſpiam de Teſtaceorum ortu & generatione volens ſatis fiat, non ab re fuerit altius ea ex eodem b philoſopho repetere, quæ is integto ſuper ea capite complexus eſt. Generatio Teſtatorum, inquit, C quoq; partim ſimilis, partim diſſimilis cæteris eſt. Idq; euenit ratione: quippe cum animalium comparatione plantis, plantarum animalibus aſſimileutur, ita vt ſemine gigni quodammodo velut animalia videantur, vt alio modo non ſemine, & tum ſponte, rum ex ſe, aut alia ſponte, alia ex ſe oriti. Sed quoniam natutam proportione plantis reſpondentem hoc genus habeat, hinc teſta intectum aut nullum in terra gignitur, aut paruum: quale genus Limacum eſt, & ſi quid eiuſmodi aliud ſit, ſed rarum At in mari, ſimiliq; humore multa & varia gignuntur. Genus plantarum contra mari locique huiuſmodi patum & nullum fere: in terra autem hæc omnia oriuntur Habent enim naturam proportionalem atq; diſiunctam. Sed quanto vitalius humidum, quam ſiccum, & aqua, quam terra eſt, tanto narura Teſtatorum, quam plantatũ, viuacior eſt. Nam alias eo quidem ſpectant, vt ſicut plantæ ad terram, ſic teſtata ad humorem ſe habeant, quaſi plantæ Oſtrea terrena, Oſtrea plantæ aquatiles ſint. Hinc etiam fit, vt multifotmiora ſint, quę in humore gignuntur, quam quæ in tetra. Humor enim natutam habet ad effingendum afformandumque habiliorem quam terra, nec multo minus cotpulentam eam, quæ potiſſimum in mari habentut. Humor enim potulentus dulcis quidem alumnuſq; eſt. Quamobrem quæ ſanguine carent, nec natuta calida ſunt, ea naſci in lacu non poſſunt; minus etiam ſalſis aquis, quæ ſint potulentiores gignuntur, vt Teſtata, vt Mollia, vt Cruſtata. Hæc enim omnia ſanguine vacant, & natura frigida ſunt. D Sed ſtagnis marinis & iuxta amnium oſtia gigni ſolenr. Quærunt enim vna teporem, & alimentum. Mare autem humidum, multoq; corpulentius aqua potulenta eſt, atq; etiam ſua natura calidum eſt, vt patticeps omnium partium ſit, videlicet humoris aetis, terræ Itaq; omnia adipiſcuntut, quæ ſingulis his locis gignuntur. Plantas enim tertæ incolas quiſpiam eſſe ſtatuerit, aquę aquatile animalium genus, aeris pedeſtte, ſed quod magis minuſue & remotius aut propius res conſtet, magna miraque diffetentia exiſtit Quartum genus non his locis quætendum eſt, quauquam aliquid eſſe exigit ordine ignis. Id enim qnartum corpus enumerarut. Verum iguis ſemper fotmam non propriam habere videtut, ſed in alio cotpore Aut enim aet, aut fumus, aut tetra eſſe videtut, quod ignirum eſt. Sed enim genus hoc apud Lunam quætendum eſt: hæc enim quartam illam diſtantiam adipiſci videtur. Sed de his alias. Natura Teſtati genetis conſiſtit, partim ſponte, partim aliqua ab ipſis emiſſa facultate, quanquam ſæpe numero ea quoq; ſponrina oriantur conſtitutione. Sed generati E ones plantarum accepiſſe hoc locu congruit. Oriuntut enim earum aliæ ſemine, aliæ auulſione, nonnullæ etiam ſobole, vt cæpe. Hoc igitur rertio modo Mituli gignuntur, quippe qui minores ſubinde iuxta principium adnaſcuntut. Buccina & Purpuræ, & quæ fauare dicuntur, quaſi à ſeminali natura humores quoſdam mucoſos emittunt. Semen veto nullum eſſe eorum putandum eſt, ſed quo diximus, modo, planris aſſimilantur. Quamobrem larga eorum copia prouenit, cum primum conſtiterit aliquid. Hæc enim omnia, vel ſponte vt oriuntur, euenit. Itaq; ratione tunc magis, cum origo præceſſerit, cõſiſtunt. Aliquid enim excteméti ſingulis proficiſci credendũ merito eſt ab eo principio cui ſoboles quæq; adnaſcitur. Sed cũ ſimilẽ habeant facultarẽ cib. excteméntũq; cibi, fauantiũ ſubſtantiã ſimilẽ eſſe conſtitutioni

Limacum ortus.

Teſtata cut plãtis viuaciora.

Fotmę multiplices in humore genitæ.

Quę in lacu non naſcantut.

Plãtę terrę incolæ.

In igne nõ generatur animal.

Teſtata generãtur duobus modis.

Putpurarũ cut magna copia.

primæ

primæ consentaneum est: quapropter excremento hoc gigni probabile est. Quæ autem vel holoholem nullam procreant, vel non fauant, eorum omnium ortus spontaneus est. Omnia vero quæ hoc modo consistunt, aut in terra, aut in aqua cum putredine gigni visuntur, & imbre admisso. Cum enim dulce in principium constituendum secernitur, quod superest, talem accepit formam. Nihil autem gignitur putrescens, sed concoctum. Putredo vero & putridum excrementum rei concoctæ est. Nihil enim ex toto efficitur, quomodo neque in ijs, quæ ab arte conduntur. Nam nisi ita esset, facere non requireretur. Sed quantum inutile est, id aut à natura, aut ab arte detrahitur. Generantur autem in terra humoreque animalia & plantæ. quoniam humor in terra, spiritus in humore, calor animalis in vniuerso inest, ita vt quodammodo plena sint animæ omnia. Quamobrem consistunt celeriter, cum calor ille comprehensus siu. exceptus est. Comprehenditur autem, & humoribus corporeis incalescentibus efficitur velut bulla spumosa. Sed differentia nobilioris ignobiliorisue generis constituēdi in comprehensione principij animalis est. Huius autem rei causam, & loca habent, & corpus quod comprehenditur. In mari vero multum portionis terrenæ est. Quocirca ex tali concretione natura Testati generis oritur, ita vt pars terrena circiter durescat, cogaturque eodem modo, quo ossa & cornua (sunt enim hæc illiquabilia igne) corpus intus contineatur, quod vitam obtinet. Vnum ex his genus Cochlearum coire perspectum est. Sed an ortus earum per coitum fit, nec ne, nondum satis exploratum habemus. Sed enim quæret quispiam recte, quid nam in his fit, quod secundum materiale principium genitale a mare profectum mouens potentia tale, quale id est de quo venit, animal efficit. At in his quid nam hoc esse dicendum sit, & vnde & quod principium genitale secundum marem? Ponendum igitur in animalibus generantibus calorem in animali contentum, secernendo ex cibo ingesto, & conquoquendo facere excrementum, quod conceptus principium sit. Nec secus in plantis, nisi quod in ijs & quibusdam animalibus, nihilo maris principium desideratur. Habent enim intra se hoc mistum. At plurimorum animalium excrementum illo principio eget. Alimentum autem alijs aqua alijs terra, alijs quod ex iis constet. Itaque quod calor in animalibus contentus ex alimento efficit, hoc temporis calor in aere ambiente contentus ex mari aut terra concretur conquoquens, atque constituit. Quod autem comprehenditur exceptum in spiritu animali id conceptum facit, motumque imponit. Constitutio igitur plantarum, quæ sponte oriuntur, similis est. Quædam enim ex parte contrahitur, & alterum eius partis principium genitale, alterum alimentum fit primum ijs, quæ oriuntur. At vero animalia quædam verme nascuntur, tum exanguia, quæ non ab animalibus gignuntur, tum etiam sanguinea, vt Mugilum genus quoddam, & aliorum fluuiatilium piscium: ad hæc, Anguillarum genus. Hæc enim omnia, quamuis naturam parum sanguineam habeant, tamen sanguinea sunt, & cor obtineut: quod principium sanguinarium corporis est. Quæ autem intestina terræ vocantur, vermis habent naturam, in quibus corpus anguillarum consistit. Quamobrem de prima hominum, atque quadrupedum generatione, si quando primum terrigenæ oriebantur, vt aliqui dicunt, non temere existimaueris alterò de duobus his modo oriri. Aut n. ex verme constituto primum, aut ex ouo, quippe cum aut intra se habeant cibum ad incrementum necesse sit, qui quidem conceptus vermis est: aut aliūde accipere, idq; aut ex parente aut ex parte conceptus. Itaq; si alterum fieri non potest, vt affluat ex terrâ, quomodo animalibus ex parente relinquitur necessitatio, vt ex parte conceptus accipiatur. Talem autem generationem esse ex ouo aut verme fatemur. Ergo si initium vllum generationis omnium animalium fuit, altero utrum de his fuisse probabile esse apertum est. Sed minus rationis est vt ex ouo prodierint: nullius enim generationem animalem talem videmus, sed alteam tum sanguineorum, quæ diximus; tum exangium qualia sunt Insectorum nonnulla & ea, quæ testa operiuntur, de quibus agitur. Non enim ex parte aliqua oriuntur, vt ea quæ ouo nascuntur. Incrementum etiam similiter, vt vermes capessunt. Vermes enim augentur, in partem superiorem, & qua principium continetur. Alimentum enim superius ab inferioribus ministratur. Atque id quidem commune cum iis quæ ex ouo prouenium, habetur: sed illa totam materiam absumunt. In ijs v. quæ ex verme gignuntur, cum ex constitutione in parte inferiore contenta pars superior creuerit, mox ex reliquo alimento inferior articulatur. Cuius rei causa est, quod cibus postea quoque in parte septo subiecta conficitur omnibus. Incrementum autem hoc modo fieri vermium, apertum in apibus, ceterisque similibus, est. Principio enim partem inferiorem magnam, superiorem habent minorem. Idem augescendi modus in Testatis etiam est. Quod & ipsum constat in genere Turbinato; scilicet anfractibus eius, qui subinde, accrescentes plures efficiuntur in partem priorem, φ caput vocatur. Dixi fere quemadmodum generario, tum eorum tū cæterorum sponte orientium agitur. Omne autem genus Testatum sponte institui; apertum hinc est, quod nauigijs putrescente fæce spumosa ad nascuntur, & locis multis, vbi nihil tale aderat ante, post per inopiam humoris facto cœno Ostreæ prouenerunt: vt apud Rhodum insulam, cum classis applicuisset, & fictilia proiecta essent in mare tempore post cœno obducto testis Ostreæ in iis reperiebantur. Nihil autem partis genitalis emitti ab iis argumentum est, quod cum Chii quidem ex Pyrrha Lesbi insulæ Ostreas viuas portassent, & in loca quædam maris reciptoci æstus & luto similia dimisissent, plures nihilo fuere tempo-

Quæ spōte nascantur.

Animę omnia plena.

Cochleæ coeunt.

Conceptus principium.

Animalia sanguinea, ex putredine.

Corsanguinis principiū.

Animalia quę ouo generētur.

Ex verme quæ generentur.

Insecta vt incremontum sumāt

Testacea sponte oriri.

Genitalem partem nō habent testacea.

A ris spatio, quanquam incremento corporis plurimum profecerunt. Quæ autem oua vocantur, nihil ad generationem conferunt, sed iuditio sunt uutricationis melioris, quale in sanguineis pingue est: quamobrem sapore per id tempus præstant, eiboque laudantur, argumento quod & Pinnæ, & Buccina, & Purpuræ continent quidem semper ouum illud vocatum, sed alias maius, alias minus. Sunt etiam quæ non semper sed vere id habeant. Mox enim tempore procedente minuitur, demumq; totum abolietur, vt Pectines, Mituli, Ostreæ. Tempus hoc enim prodest eorum corporibus. Alijs nihil tale aperte venit, vt Callis. Sed singula eorum, & quibusnam briantur locis, petere ex historia debes. Hæc omnia itaque Aristoteles, qui & in quinto de historia capite duodecimo genus omne quod testa integitur verno autumnaliqueque tempore habere certi restatur ea quæ oua appellant, exceptis Echinis cibo idoneis, quippe quibus etsi per ea tempora præcipue vbertas ouorum est, tamen nullo tempore committitur, vt ouis omnino careant, sed maxime pleniluniis, diebusque repidis restituuntur redduntur que pleniores: qua de re supra plura diximus: Concharum quoque corpora Lunæ effectu (in pleniluni) B augescunt: Plinius idem omnes Conchas celerrime crescere scribit, præcipue Purpuras.

Oua Testaceorum generationi inuepta

Quando oua vocata habeant.

TEMPERIES.

VIgent Testacea vere & autumno: laborantque per frigus & æstum, temporis exuperantiam ferre impotentia. Argumento est, quod Echinis euenit, habent enim id iam inde abortu naturæ & pleuiluuijs vberius, non quia per id tempus copiosius pascuntur, vt quosdam putare diximus, sed quod noctes tepidiores sint propter lucem pleniorem. Calorem enim desiderant, quoniam frigori patent, vtpote quæ sanguine careant. Ex quo fit, vt æstate potius vbique vigeant, præterquam in Pirensi Euripo, nam ibi non minus tempore hyberno probantur: cuius rei causa est, quod tunc vberius pabulentur, cum pisces per id tempus ea loca relinquant *a* Aristoteles cum dixisset latere aliquorum genus totum, aliquorum partim latere, partim non latere, testa intecta omnia latere tradit, vt in mari Purpura, Buccinum, omneque id genus. Sed absolutorum latibulum euidentius esse: condi enim C secessu vt Pectines facere videntur. Aliqua leuiore quodam tegmine superimposito delitescere vt Cochleæ terrestres, id est Limaces, & adhærentium mutationem incertam esse. Non tamen eodem tempore omnia latere, sed Limaces Hyeme, Purpuras & Buccinna canis exortu dies circiter tricenos condi, Pectines etiam tempore eodem. Sed eorum plurima sane latere & algore vrgente & æstu,

Echinorū natura.

a L. 8. Hist. cap. 13.

Quę lateāt

Cochleæ vt lateant.

Quando lateant.

PRÆSAGIVM. ANTIpathia.

COnchæ adhærescentes, inquit Plinius, tempestatis signa sunt. Antipathiam quandam cum tonitru habere videntur, etenim sunt qui velint Conchylia, & Ostrea tonitru sauiente margaritas quasi abortiendo vomere, ideoque multas in arena reperiri.

DENOMINATA.

D Κογχαλίζειν authore Hesychio, πιπόιηται δὲ τὸ ἐκ τῆς κόγχης, a sonitu Concharum forsan a sonitu, inquit author thesauri linguæ Græcæ, quem inflatæ reddunt: inflari autem eas & sonare, ante cum ex Plinio, tum ex alijs diximus. Κογχυλιδυπὴς qui conchylia venatur, Conchyliarius, seu Conchyta, vt *a* Plautus loquitur.

a In rudēte.

Saluete fures maritimi, Conchyta atq; Hamiota.
Famelica hominum natio quid agitis?

Budæus tetrasyllabas scribit κογχυλοδυτὴς à κογχύλη. In codice Iustiniani dicuntur murileguli, quasi Muricarii à Muricibus. Dicuntur & Conchylegi, Cod. de metallariis, qui Conchylia, Murices seu Purpuras colligunt. Hinc & κογχυλίας λίθους, quem Hesychius esse dicit durum & in se habere κογχυλῖτα τύπους. Meminit huius lapidis Pollux quoque innuens à Xeuophonte vocari κογχυλιῶτιν. Conchitea lapidem erui in fossa Hildesheimiæ vibis; qui incuruis lris ad scapulas redeuntibus, & aurei coloris armatura decoratur, testatur Georgius Agricola. Longus, inquit, esse solet palmos duos, latus palmum. Conchitæ lapidi alii etiam E cognati sunt, similiter à similitudine, qua Conchas aliquas siue Testacea animalium referunt, dicti; vt Cochlites, Myites, Ctenites, Strombites. Est & Conchites saxi, vel marmoris genus, cuius Pausanias meminit in Atticis: Ex Græcis, inquit, soli Megarenses Conchiten habent, & in ciuitate multa ex eo ædificarunt. In primis vero candidus est, & reliquis lapidibus mollior, cui Conchæ marinæ semper insunt Κογχυλάγωγες Hesychio sunt γυναῖκες νύμφαι Ὀστρακίνδα Polluci lusus genus est, quo ducta siuea dispartitos in partes pueros dispessit, mox proiecto Ostraco siue testa pars quę supinum pronumq; eius casum diuinarit, alteram in fugam dilapsam insequitur. deprehensus (asinum nominabant) considet, repetitque cantionem nox an dies. Lusum istum apud Hollandos etiamnum ex vsu esse scribit Nomenclator, vocarique ibi Luysen oft noppem siue hol of bol φ est planum ne an cauum. Milphio seruus apud *a* Plautum ait se Ostreatum tergum gestitare, id est, verberibus & vulnerib. duratum, vt sunt Osti eō-

Murileg.

Conchylias lapis.

Conchites lapis.

Ostracinda ludus

a In panulo.

Ostreatū tergum gestare.

tum teſtæ. Oſtreoſus, eſt Oſtreis abundans. Vtitur hac dictione Terentianus Maurus in exemplo Priapei carminis.

Nam te præcipue in ſuis vrbibus colit ora,
Helleſpontia, cæteris oſtreoſior oris.

b L. 1. Georg. Oſtrifer, qui Oſtrea, ſeu Conchylia producit, *b* Virgilius

Pontus & oſtriferi fauces tentantur Abydi:

Oſtracites gemma. c L. 37. c. 10. Oſtracias ſiue Oſtracites, (ὀστρακίτης) gemma eſt Teſtacea, cuius duæ ponuntur ſpecies à *c* Plinio, altera ſimilis achatæ, niſi quod achates politura pinguescit: altera tam dura, vt aliæ gemmæ fragmentis eius ſcalpantur. Nomen accepit hæc gemma ab Oſtrei ſimilitudine. Eſt etiam Oſtracites lapidis genus teſtæ ſimilitudinem habens, cuius vſus eſt pro pumice ad læuigandam cutem, vt d L. 36. c. 19. legere eſt apud eundem *d* Plinium.

MYSTICA.

Veneri dicata Concha. a L. 1. ſylu. Concha Veneri erat dedicata, atque eam ex Concha natam veteres fabulabantur. Concha itidem Cypium deuectam canunt, *a* Statius

Ite dabit curſus mitis Cytherea ſecundos,
Placabitq; notos, fors & de puppe timenda
Transferet, imq; ſua ducet ſuper æquora Concha.

b Lib. 1. Et *b* antea dixerat.

Hæc & cæruleis mecum conſurgere digna
Fluctibus, & noſtra potuit conſidere concha.

Dicatam ei deæ Concham nonnulli autumant, quoniam Conchulæ, Pinnæ, antequam excludantur, inter ſe quam primum coeant, ſed Ariſtotele teſtante, Conchyliorum coitus incertus eſt, quare alij ad ſalacitatem referunt, quæ concitetur ex eorum cibo: c Lib. 2. Vnde etiam apud *c* Martialem legimus

Lauior ô conchis Galle Cytheriacis.

Id eſt Venereis, Sed & Propertius Concham Erycinam appellat

Et venit è rubro concha Erycina mari.

Concha Erycina. d In Rudēte Et *d* ante hos Plautus de ipſa Venere locutus.

Te ex concha natum eſſe autumant,

Alii denique idem ſignificare volunt, quod Phidiæ illuſtris illius pictoris ſymbolum, qui Elienſibus Venerem, Teſtudinem calcantem pinxiſſe legitur, eo ſymbolo, veluti tacita ambage indicans mulierum munus eſſe, διακονίαν καὶ σώφρονα id eſt ædium cuſtodiam & ſilentium. Qua de re conſule Plutarchum, Stobæum, & Pauſaniam. Sed & hoc quoque ſymbolum Phydiæ in priori ſenſu Placiades interpretatur ex authoritate *e* Iubæ in phyſiologicis, nempe quod Teſtudo toto corpore ſimul aperto in coitu miſceatur. Oſtrea vero etiam Helleſpontiaco ludibrio, inquit *f* Pierius, ne Deo dicam, ita dedicantur, vti Concha Veneri, putarim ob earum copiam, quæ Lampſaceno litore, totoque Helleſponto ingens eſt: vnde Ityphallico veteris poetæ ipſi Priapo dicto, ita legitur.

Mulierum officium. e L. 2. Mithol. f L. 28. Hierogl.

Nam te præcipue in tuis vrbibus colit ora
Helleſpontia, cæteris oſtreoſior oris.

Qui verſus apud Terentianum reperiuntur, vti paulo ante citauimus.

HIEROGLYPHICA.

Homo ſeipſum non curans. Humani generis typus. Anima vt corpore inhæreat. Teſtis tegi quid ſignificet. Concham & Cancrum pingebant Ægyptij Sapientes teſte Horo Apolline, volentes ſignificare hominem, qui ſeipſum non curat, ſed curetur à propinquis. Per Oſtrea vero picta ſculptaue humanum genus ſignificari, philoſophorum antiquiſſimi tradiderunt. Hinc diuinus Plato humanum genus Oſtreorum ſimile eſſe dixit: nulla enim potuit ſimilitudine noſtræ imbecillitatis naturam ſignificantius explicare, cum Oſtrea inditum eſſe dixit animi in corporis carcerem & tenebras coniecti: ita enim Deus corpori animam adglutinauit, vt neceſſarium ſit hominem corporis affectibus tangi vel inuitum. Quid vero aliud illa vel diuinæ vel ſtellatis eſſentiæ ſcintilla hic patitur, niſi quod dum corpori adhęreſcit, & vinculis ſe coeceri ſentit, & in quodam obſcuritatis carcere detineri? vnde fit, vt ſuæ plerunq; immemor originis, modo ſenſui ſe modo appetentiæ ſubiiciat & alieni facta iuris, cũ materia, cui adglutinata eſt, rapiatur in præceps. Piſcatore igitur Petto opus eſt, qui nos aut ſcopulis auulſos, aut de imo maris fũdo erutos, aſſertori noſtro litora reuiſenti, pœnitẽtiæ prunis aſſos in eſcã apponat, vt ita abſũpti in ipſius diuinitatis amplexu, ad ſublimiores vitæ conſortia tranſeamus. Quod vero teſtam Oſtrea propelle habent, quæ ſine eorum interitu auferri non poteſt, eorum ſunt hieroglyphicum qui nec ſquammas ignorantiæ deponere poſſunt diuinis admonitionib. quantumlibet inſtituti, nec cultum ſpiritus ſuſcipere patiuntur, qui quidem vt Hieroſolymitanus Heſychius ait, etſi in mari baptiſmatis inueniantur, etſi in fluminibus pœnitentiæ, abominabiles tamen ſunt: cumque vitam ſortiti ſint in ſacri lauacri tinctura, vocationem tamen, regenerationemque contuperunt, dum neque pinnulas neque ſquamas inducere procurarunt, ſublimem videlicet vitam, cognitionemque diuinorum, quę cæleſtis eſt, ſed obcæcato corde in ignorantiæ voraginibus detinentur & propterea in his qui ſquamas habent, nequaquam adnumerantur. Quare Paulus fornicatorem, auarum, idolis ſeruientem, maledicum, ebrioſum, detractorem, legum bonorumq; morum corruptorem, à fratrum commercio ſubmouet: Oſtrea enim hæc ſunt, & id genus reliqua, quæ ſine ſquamis & pinnulis eſſe deprehenduntur.

EPITHETA.

Concha Empedocli apud Plutarchum βαρυνώτου, id eſt, tergigrauis nominatur his verſibus:

Τοῦτο μὲν ἐν κόγχαισι θαλασσονόμος βαρυνώτοις
Καὶ μὴν κηρύκεσσι λιθοῤῥίνοις χελώνοις
Ἐν θ' ὄψει χθόνα χερσὶν ὑπερπαπταίνουσι.

Id eſt.

Inſpice tergigraues Conchas quandoq; marinas
Buccinis, exemploq; obducta Chelys tibi ſaxo
Eſſe poteſt, ſummo vt videas in corpore terram.

Dicitur ibidem θαλασσονόμος, quaſi legem habens marinam, hoc eſt, marina, ſiue æquorea, quo poſtremo epitheto vſus eſt *a* Martialis, dum canit: a Lib. 14 Epig. 209.

Lauis ab æquorea cortex Mareotica Concha
Fiat; muſſenſa currat arundo via.

Eryeina Concha. B Aliis Concha quoque Erycina vocatur, id eſt, Sacra Veneri Erycinæ, aut quod Venus ex Concha marina prodierit, vt etiam innuere videntur verba Statij Venerem loquentem inducentis.

——— Et noſtra potuit conſurgere Concha

Matgaritæ vbi naſcãtur. Dicitur & India, quoniam Oceanus Indicus maxime mitrit Margaritas, quæ oriuntur in Conchis: nec non etiam Sidonia, quoniam apud Sidonem frequentes fuerint, vel propter Conchyliorum ſanguinem quo fiebat purpura. Cur Conchylia Horatio lubrica dicantur, ſic explicat Turnebus. *b* Lubrica Conchylia dicuntur, intus, polita, leuia, nitida, eiſi quædam foris ſcabra ſunt & aſpera, vt ex his quæ ſubiicit Flaccus, apparet, alioquin ſunt politæ foris Conchæ, & quædam ab hiſtoricis vocantur Lioſtrea, quod eorum ſit leuigatior & æquabilior foris teſta. Lunata vero vocauit Plinius, vel quod curua ſint in modum bicornis Lunæ, aut quod noua impleantur luna. Conchæ quoque apud Ouidium cognominantur, matinę, tenues. *Terga cauis ſuper obſita Conchis.* Idem de ceto dicebat in quarto Metamorphoſios, & in decimoquinto habet: *Detritis Conchis leuior.* Horatio dicuntur viles, capaces: ſqualentes *c* Virgilio, aliqui ſordidas interprerantur, malim aridas vel aſperas. Cicero grandes dixit, ſed hoc differentia, non epitheton eſt. Nominantur à *d* Plauto è genere Concharum plagugiſia, quo nomine eas venire exiſtimat *e* Turnebus, quæ cruſtam tegumenti latam patulamque habent, quaſi πλακόεσσαι dicantur. Nam à πλακοῦς deducitur, inquit, quo nomine cum ſit mons Ciliciæ, idem tamen etiam mons Placutius vocatur.

Lubrica cur dicta. b L. 1. c. 24 aduerſa. Lunata cur dicta. Plinio. c Georg. 2. d In Rudēte e L. 17. c. 22.

PROVERBIA.

Κόγχης ἄξιος, *Concha dignus.* Quo loco author adagiorum: Rem nullius, inquit, pretij Concham dicunt Græci, quemadmodum Latini nauci & floccum. Vnde quod contemptiſſimũ, nulliuſque rei ſignificabant, id κόγχης ἄξιον dicebant. Conchas legere prouerbio dicuntur, qui ad animum remittendum nonnunquam adludicra quædam ſeſe demittunt. Ita *f* Ciceto. Sed tamen ita narrate ſolet Scæuola, Conchas eos ad Caietam & Lucrinum legere conſueſſe, & ad omnẽ animi remiſſionem ludumque deſcendere. Hic ſcimus, inquit Manutius, non defuturos, qui nos dicant etiam gignere prouerbia, quos ad Angelum Politianum remittit, qui prouerbio nominatim & adpoſite vſus eſt in Miſcellaneis, cuius viri authoritatem apud ſe ſanctiorem eſſe dicit, quam vt metuat ab eius incompatabili eruditione vel latum digitum diſcedere. Valerius *g* Maximus de Scipione & Lælio: Ita animi quoque remiſſioni communiter acquieſcebant. Conſtat namque eos Caietæ & Laurenti Conchulas & calculos lectitaſſe. Author adagiorum in eiuſdem adagij declaratione ſummi ocij eſſe ſcribit, Conchas & Vmbilicos legere in litoribus, qui luſus eſſe ſolet puerorum: quamquam, inquit, transferri poteſt ad eos qui aliud agentes, obiter etiam leuiora quædam animi gratia admiſcent. Κόγχλω διελεῖν, *Concham diuidere*, de iis, qui nullo negocio quippiam perficiunt, Suidas dixit, item Heſychius & Varinus, ἐπὶ τῶν ῥᾴδιός τι ποιούντων. οἷον, ταυτὸν ἐστὶ τόδε τῷ κόγχῳ διελεῖν. Et Suidas turſus: Ὥσπερ κογχύλιον διελεῖν παροιμία ἐπὶ τῶν εὐφόρως ὑπλῶν. Autor adagiorum reddidit. Tanquam Concham dilacerare, vel Conchylium diſcerpere. De imbecillis, inquit, & viribus longe inferioribus dicebatur. nam illiſæ ſolo rumpuntur Conchæ, quo cibus eximatur: aut inciſo neruo, quo ſe contrahunt ac diducunt, contrahuntur. Hæc ille: videtur autem anguſtiorem feciſſe, vt vult Zoographus, prouerbij vſum, qui communior eſſe poteſt ad rem quamuis, quæ nullo negotio peragatur. Illud quoque, *h* Ouidij

Concham diuidere. g lib. 8. c. 8 h lib. 4. de triſt.

Litora quot conchas, quot amœna roſaria flores.

Item Illud in eodem ſenſu:

Litore quot conchæ, tot ſunt in amore dolores,

prouerbialiter prolatum videtur, de te innumerabili. Ὥσπερ λεπὰς προσίσχεται, id eſt, vt vertit Adagiorum author, *Oſtrei ſiue conchylij in morem adhæret.* Ariſtophones dixit in anum, quæ agre à inuene diuellebatur. Cæterum Lepas ſpecies Conchæ eſt, & non recte Oſtreum vertitut.

Oſtrei in morem adhærere.

VSVS IN VARIIS.

Scribit Ferrantes Imperatus Neapolitanus lapides Concharum ſpecies referentes in calcẽ celerius redigi poſſe. Sed & Hollandi aliique

Vsus ad culturam.

alijq; circumuicini populi maritimi calcem exustis in fornacibus Concharum generibus conficiunt candidissimum, & ad ædificandum perquam vtilem; quamquam minus quam nostra imbres perferat, Antiqui in vitium cultura Testaceis vtebantur, vt innuit *i* Maro his versibus,

i Geor vitium.

Quod superest quacunq; premes virgulta per agros;
Spargesimo pingui & multa memor occule terra,
Aut lapidem bibulum, aut squa lentes infode conchas
Inter enim labentur aqua, tenuisq; subibit,
Halitus: atq; animos tollent sata.

Vbi Seruius. Cochleæ (melius Conchæ) propter admittenda spiramina infodiuntur; lapis vero arenarius & propter spiramina, & propter immodicum hauriendum humorem si forte nimius fuerit. Artifices aliquas quoque Conchas, præsertim veroillas, quæ margaritas ferunt, polire solent, hæ politæ nitore placent pulcherrimo, & iridis coloris æmulo proque diuersa ad lucem conuersione, vt colla columbatum vatio, inde opera varia, ornamentaq; conficiuntur. Ijsdem chartam læuigamus, isque vsus antiquus & k Martiali notus, apud quem sic legimus.

Concharũ politura.

k *Lib. 14. Epig 209.*

Lævu ab æquorea cortex Mareotica Concha
Fiat: incffensa curret arundo via.

Vsus ad suffragia.

Conchæ itidem marinæ suffragia primum fuere, quas postea ex ære confectas σπονδύλους dixere; deinde fabæ albæ aut solidæ in vrnam ligneam absolutionis, nigræ aut perforatæ in vrnam æream condemnandi causa mitti solitæ. Solebant olim & Conchis ceu vasculis quibusdam sigilla includere, vt hodie ligneis torno factis vel è laminis stanneis æreisue, quo typi diutius conseruentur. Ad quod allusisse videtur † Aristophanes. Καὶ τῇ κόγχῃ τῇ πάνυ σεμνῶς σημαίοισιν ἐπάσῃ. Quo loco Scholiastes addit dictum hoc à Comico, ὡς κόγχας ἤτοι κογχύλια ἐπιθέντων πεῖς σφραγίσιν ἀσφαλείας ἕνεκα, εἰς τὸ μὴ ἀφαιρεῖσθαι τὰς τόπους αὐτῶν In Xaguaguara ludiæ regione simili modo viri, vt Petrus l Martyr scribit, pudenda sua testa marina includunt. Apud Cariarenses vero eodem teste Conchylijs marinis vtuntur in bello ad excitandos animos tempore pugnæ, quemadmodum nos antiquos Europæ fecitasse aute diximus. In Africa, in Tebuto regno pecuniæ vim habent Conchyliorum Persicorum tegumenta, vt Leonius tradit. In Aethiopia item Conchæ quas procellanas Itali, Lusitani Buzios vocant, monetæ loco sunt, nec non Bengalæ Concharum speciebus loco Baxaruchos monetæ vtuntur, sicuti legere est in prima parte nauigationis Hollandorum in Indiam. Apud Athenæum Didymus inquit solere aliquos lyræ loco Conchylijs & Ostracis collisis cõcinnum quendam sonum saltantibus edere. Pictoribus quoque in vsum eedunt Conchatum testæ, quibus sua infundunt pigmenta. Erat ex ijsdem lusus quidam quem ὀστρακισμὸν siue ἐξ στρακισμοῦ, id est, relegationem dicebant. In eo populus testulis in vrbem missis aliquem relegabat, cuius nomen in ijs ipsis Ostracis inscriptum erat. Εποστρακισμὸς vero ludus erat, quo Conchæ per superficiem aquæ mittuntur, & saltus ipsi Concharum proiectarum numerantur priusquam mergantur, ex ipsoq; saltuum numero victor pronunciatur, vt pluribus Pollux docet in nono, vbi etiam ὑποστρακισμὸς vno in loco scribitur, sed male, nam ἐποστρακίζειν agnoscit Suidas; & ἐποστρακισμὸν Eustathius, scribens esse εἶδος παιδιᾶς, καθ' ὃν ὀστράκια πλατεῖα ὑπεστιγμμένα ὑπὸ θαλάσσης φοιτῶντα καὶ τῆς ἐπὶ φανείας τοῦ ὕδατος καὶ ἐπὶ τείχους ἐνίοτε πολλάκις, ἕως ἀπονήσαντα δύωσι καὶ θαλάσσης, ἠδίστω ποιοῦντα φέσεψιν. Vnde dicit manasse illud ἐπὶ τῶν ὁποι τύχῃ μεταβαλλομένων, prouerbium, ὀστράκου φεισεροφὴ, siue ὀστράκου φεισεραφιτεῖος, vel μεταπεπτώκοτος, id est, τῶν πραγμάτων ἐξαλλαχθέντων ὡς ἔτυχεν, rebus forte fortuna immutatis. Dicitq; ibidem Eustathius, etiam ab eis qui ὀστρακινδὰ ludunt, prouerbium hoc ortum fuisse. Polluci idem ludus ὀστρακίνδα dicitur, citans Platonem in Phœdro, vbi ait; φυγὰς δὴ λέγουσιν οἱ τότε, καὶ ἀπιστερηκὼς ὑπ' αὐλάγκης, ὁ περὶ ἐρασθὴς, ὀστράκου μεταπεσόντος ἔστι φυγῆ μεταβαλών. ὁ δὲ ἀναγκάζεται διώκειν ἀγανακτῶν, καὶ ἐπιθειάζων. Metaphorice vero de subita rerum mutatione dicitur & conuersione repentina, qualis est eorum qui ὀστρακινδὰ ludunt. Eunapius. ὥσπερ ὀστράκου μεταπεσόντος, ἐπὶ τὸ βέλτιον ἐχώρησε Ρωμαίοις, velut Ostraco conuersore res Romanæ in melius cesserc. Lucianus in Apologia, φεὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων. Ἔπειτα πάντων σκαλαθρῶν ὀστράκου φασὶ μεταπεσόντος, οἶκοι ἑαυτὸν φέρων εἰς δελεάνου τῶν φεὶ φανῆ καὶ φεὶ λεπτὸν ἐνῆκε. id est, deinde oblitus omnium, testula, vt aiunt, transmutata, volens ipse semet in seruitut. m vsque adeo manifestariam & insignem coniecit. Adagiorum author incertum esse ait vtrum sumpta sit metaphora a ludi genere eo quem diximus, an ab Ostracismo suffragiorum genere quodam, quod per calculos ac fabas ferebatur, in hoc repertum, vt per id ciues, qui vel opibus immodicis, vel nobilitate, vel gloria, vel alia quauis insigni virtute multitudinis inuidiam in se prouocassent, in exilium decenne relegarentur. Hoc pacto fuit eiectus & Aristides: non aliam ob causam, nisi quod molestum esset populo, iusti cognomen illi vulgo tributum. Ferebatur autem Ostracismus ad hunc modum. Ostraci, id est, Testæ viritim in comitijs dabantur In eis, quem quisq; vellet vrbe cedere, literis inscriptis indicabat, hos deinde omnes in fori locum quendam cancellis circumseptum, deportabant. Porro magistratus quibus hoc datum erat negotij, primum vniuersos recensebant, qui nisi plures sex millibus fuisseut, nihil conficiebatut. Deinde semotis vniuscuiusque calculis, is qui pluribus calculis damnatus erat, ad decennium in exilium ire iubebatur, ita tamen, vt illi liberum interim esset fructus suos accipere. Erat itaque Ostracismus non improbitatis castigatio, sed vulgaribus animis insitæ inuidiæ placatio. De lusu vero Ostracorum ante ex Polluce diximus.

Pro classico.

Pro pecunia.

Pro lyra.

Ludi ex Conchylio rum testis,

De quibus dicatur Ostracismus

Metaphora de Ostracismo.

Ostracismus qui fe rebatur.

VSVS IN CIBO.

QVantopere varijs Conchylijs delectati sint veteres, ac maxime Romani, obiter antea innui, & in singulorum fere ptiuatis historijs patebit Athenæus Ostracea quandoque humorem habere scribit lacti similem, eoq; tempore suauissima esse. Omnia autem teste *a* Plinio modice collui iu cibis oportet, quia saporis gratia petit. Optima sunt cum grauida sunt, licet nemo, vt ex Aristotele diximus, eorum vel coitum, vel partum viderit. Commune vero omnibus hoc est, vt salsum quendam in sua carne succum habeant, quo aluum citare nata sunt, id quod vnicuique magis minusue datum est. Quæ enim dura carne constant, minus hoc habent, quam Ostreæ, quæ sane omnium Testaceorum mollissimam carnem habent: paruæ vero Chamæ, Spondili, Solenes, Purpuræ, Buccinæq; & alia id genus, duram. Itaq; Ostreæ minus quidem nutriunt & aluum facilius mouent: quæ autem duriora sunt, vberius alunt, & difficilius concoquuntur. Purpuræ Buccinæq; duriore sunt carne, succumq; efficiunt crassiorem: sed caro in alijs, præsertim in Ostreis humidior tenaciorque est. Præterea quæ duram habent carnem, & concoctu difficilia, ita corruptioni minus obnoxia sunt. Qua quidem ratione sæpius ea exhibere solemus ijs, quibus ex malorum succorum copia cibus in ventre corrumpitur, siue eo ex iecinore affluant, seu in ipsius ventriculi tunicis contineatur. Dantur autem, inquit Galenus, ijs quibus cibus in ventre corrumpitur in optima aqua bis terue decocta, ita vt cum salsa ptior iam sentiatur in aliam quæ pura sit, transferatur: Ex ijs quæ durã carnem habent, succus procreatur, quem crudum vocant, sicuti quæ mollem, pituitosus. Quemadmodum vero ea quæ succum illum salsum exuerunt, carnem habent corruptioni repugnantem, & quæ aluum sistar, ita si (cum sale & garo condita fuerint) eorum ebiberis iusculum, venter quidẽ abunde mouebitur, corpus vero nihil fere sentiet alimenti: at caro ipsa solidior & difficilius concoquitur, & crudũ crassumq; ac frigidum gignit succum: maximaq; ex parte lentum ac pituitosum: quamobrem senibus maxime incommoda est Ostrearum, & Testatorum omnium caro. Mnesitheus Atheniensis de Testatis hæc prodidit; Ostrea, Chamæ, & Mituli, cæteraq; id genus, carnem habent, quæ ob salsum, quem in se continent succum, ægre concoquitur, &, si cruda edantur, aluum cient. Quod si concoquantur, vel in quouis humore, magnam salsuginis partem in eo relinquunt, quo fit, vt eorum iuscula aluum turbent: caro vero ipsa, salsi illius succi iam expers, minime ventrem perturbet. Quod si probe assentur Conchæ, maxime tum salsæ euadent vt quæ succum iam habeãt ab igne veluti succensum, & prope dixerim, absumptum. Ad aluum vrinamue ciendam cæteris præstant Mituli, Ostreæ, Pectunculi & Chamæ, vt author est Diocles Carystius *c* Galenus pariter Conchularum maris & cæterorum fere Ostreorum succum plane tum salsum esse tradit, tũ ventrem soluendi vim obtinere; quamuis earum caro, inquit, ventrem reprimat. Paulo aliter Cornelius Celsus, aluum mouere ait Cochleas, Ostrea, Pelorides, Musculos, & Conchulas fere omnes Et Plinius Phaniam physicum citant, Vrticam coctam cum Conchulis aluum ciere author est. Dioscorides vero, Chamatum Conchularumq; in exigua aqua decoctarum ius, aluum ciere, idque cum vino assumi vult. Lego & apud Serenum.

Quando meliora.

a *Lib. 31.*

b *Li. 9. Hi. cap. 36.*

Aluum cur cieant, & quæ & quæ non.

Quibus dentur.

Noctumenta.

Aluum & vrinam quæ facilius mouent.

c *li. 3. simpl.*

Ventri molendo

Quodq; satis melius verbis dicemus Horati,
Mugilis & vilesi pellent obstantia Concha.

Aetius, qui te venerea vti non possunt, edere Polypos, & Concharum omnia genera iubet. Insigniter sane Venerem incitat earum esus, vnde Venerem Concha Cyprium vocam, alij è Concha natam voluerunt: atque huc pertinere putat *d* Adrianus Turnebus illud *e* Plauti: *Cauetu harum Conchas spreueris* Quo ad conditu ram Conchyliorum attinet: In omne genus Conchyliorum condimenta sumes, inquit *f* Apitius, pipet, ligusticum, petroselinum mentam siccam, cumini plusculum. mel & liquamen: si voles, folium, & malabathrum addes. Diodorus *g* Siculus Conchas permagnas legi in Ægypto scribit, quarum testis saxis attritis, interiore carne cruda sapore Ostreis persimili vescuntur, vbi vero tempestas ventorum vi diutius perseuerat, Conchæq; deficiunt, ad olla confugere iam cumulata, Conchas, quæ carnem habeant, hoc modo Ichthyophagi teste *h* Strabone nutriunt: ijs in fossam vel lacum immissis, pisciculos in cibum inijciunt, atq; in penuria piscium vtuntur.

Venus è Concha nata cur dicatur.

d *li 17. c. 22.*

e *In Rudẽte*

Vt conditantur.

f *Lib. 9. c. 7.*

g *Li. 4, c. 3.*

h *Lib. 16. Geog.*

VSVS IN MEDICINA.

COnchylia, inquit Sauonarola, & Ostrea magis medicinæ quam cibo idonea sunt. *a* Galenus ad ægilopes cum testis suis teri & apponi iubet: aliquos vero etiam aloen & mirrham miscere ait, & alias in lib. de composit medicament. Conchas vstas vnum ex validissimis medicamentis ad achores esse. Eorundem testarum cinis vlceribus malignis prodest Rasis Conchas marinas adustas abstergendo dentes purgare, ex non adustis contritis emplastrum applicatum adustionem ignis sanare asserit. Quomodo vero vrantur docet Seruitor his verbis Oportet qui vult cõburere Testas Conchyliorũ, quod terantur & ponantur in olla mũda, & ponãtur in furno figuli vna nocte, deinde extrahantur sicut cõbustę, sicut cinis albus: sin aũt ponas iterũ in furno panis vel eodẽ dimittẽdo, nec sint alba calcinata Et sunt qui ponũt Cochleas

a *Euporist. c. 106.*

Ad ægylopes.

Ad Achores.

Ad vlcera maligna.

Testæ Cõcharum vt combutantur.

super prunas & exufflant, & dimittunt, donec fuerint albæ, & terunt & ponunt super Testam terteam super carbones & exufflant donec sint albæ secundum voluntatem eorum.

CAPVT II.

DE TESTACEIS TVRBINATIS in genere.

SYNONYMA.

Turbinata quæ.

Strombus pro genere

Cochleæ quæ.

Aquatiles Cochleæ à Strombis differunt Rondeletio.

a Lib. 31. c. 11. & ca. 10. Strombo de quid.

Cõtra Rondelet.

b Ioyl. 9.

Strobilus.

Strabelus.

Turbo quid.

Turbo lusorius.

Στρομβώδη in genere dicta sæpius Aristoteli, inter Testacea, maxime vbi de Cochlearum generibus ei sermo est, Theodorus Gaza Turbinata interpretatur. Sunt autem hæc quæcuuq; inuolutas & anfractus, seu spiras, quales in prælis & torcularibus visuntur, Testas suas quoquo modo reflectunt, vt in Cochleis in primis cernere licet. Hæ enim omnes Turbinatæ sunt, sed breuiores rotundioresque, nec exeunt in mucronem suo Turbine, vt Strombi proprie & priuatim dicti. Zoographus ἑλικοειδῆ etiam dici posse putat, quoniam Græci ἕλικας vocant, quas diximus volutas, siue anfractus. Et στρόμβῳ Rondeletio in genere sumitur pro omnibus Turbinatis: quemadmodum hisce verbis nobis scriptũ reliquit. Massarius vir admodum doctus in suis annotationibus in nonum librum Plinij existimat Cochleas à Græcis appellati στρόμβους, id est, Turbines. Eius hæc sunt verba Sunt autem Cochleæ inter Testacea, quæ sanguine carent. Verum aliæ aquatiles, aliæ terrestres sunt, quæ item in plures species distinguuntur Aquatiles Cochleæ sunt, quæ Græce Strombi, Latineq; Turbines communi nomine nuncupantur, quod ex amplo in tenue deficiant in vertiginem torti. Sed ille mea quidem sententia fallitur. Nam Strombi à Cochleis secernuntur, vel ipso a Plinio authore, qui in piscium marinorum catalogo, seorsum Concharum genera & Strombos recensuit: & alio in loco pro diuersis ponit. Quartanis Cochleæ fluuiatiles in cibo recentes Deinde: Strombi in aceto putrefacti, lethargicos excitant odore. Reuera Cochleæ τῶν στρομβωδῶν nomine concluduntur, veruntamen στρομβώδη καὶ στρόμβοι multo latius patent. Nam στρομβωδῶν nomine intelliguntur etiam, quæ in longum Turbinem desinunt, & in anfractus contortum, à quibus differunt Cochleæ, quod testa quidem sint clauiculatim intorta sed rotunda & non in longum protensa. dicuntur enim κοχλίαι, quod habeant πῶρος κοκκῶδες κυκλοτερῆ. Στρόμβοι vero etiam dicuntur, quibus testa quidem in Turbinem desinit, etiam si clauiculatim contorta non sit, vt ex superioribus Strombis, quos depinximus, perspicuum fit Quod si quando apud authores confundantur hæ significationes obseruandum est præter rerum ipsarum natutam id fieri. Hæc omnia Rondeletius: cæterum si Cochleæ æque ac Strombi figuram æmulentur, indeq; vocentur στρομβώδη, quid vetat quod non etiam Cochleas vocare possimus voce multo communiori. Equidem si Mucronis sola habeatur ratio, latius patebit Strombi significatio quam Cochleæ, sed ita non videtur, voluisse mihi Massarius, sed quod simul omnia anfractuosa sint. Ita quoque Hesychius non distinguit Strombũ simpliciter κοχλίν interpretatus Et in hisce b Theocriti versibus Strombus, & Cochlea ceu synonyma nominantur.

Τλῶ δὲ στρόμβῳ καὶ τὸν ὄστρακον, ἁ κρέας αὐτὸς
Σιτάθη, πέτραισιν ἐν Ἰκαρίαισι δικοῦσαι,
Πέντε πεμῶν, πέντ' ἔσπινος δ' ἐγκαταχήσατο κόχλῳ
Alteri vero Conchæ pulchram iustam, cuius carnem ipse
Comedi, quam in scopulis Icarijs captauerat,
Quam in quinq; partes diuisi præsentibus. Ille vero insonuit Conchæ

Sic Strobilum quoque & Strabelum & Cochlon, & Concham, pro Cochlea marina, siue omni, siue genere illo, quo ad buccinandum vtebantur, authores vsurpare, ijs quæ subijciemus testimonijs, constabit. Στρόβιλοι, inquit Suidas, dicuntur Cochleæ & Buccina marina. Στραβήλω, τῷ κόγχῳ ὡς ἐσύλαπιζον, Hesychius. Τὰς Τρίτωνας φυσᾶν φασι Δεῷ κόχλοις πεκυπηλῆς. Improprie itaq; Cochlea pro Turbinato etiam sumi possit. Est enim Turbo, vt ipsius Rondeletij verbis vtar, qui ex amplo, & lato paulatim in mucronem desinit, vt de Buccina scripsit Ouidius, dum canit:

——..ana Buccina sumitur illi
Tortilis in latum, quæ turbine crescit ab imo.

Huius figuræ est Turbo lusorius,

Quem pueri magno in gyro vacua atria circum.
Intenti ludo exercent. vt ait Virgilius.

GENVS. DIFFERENTIAE.

Forma. Natura.

a Lib. 4. de partib. c. 7. Turbinatorum duo genera.

b Lib. 4 Histor. c. 4 Echini an

TVrbinatorum duo genera facit a Aristoteles his verbis: Τὰ δὲ στρομβώδη καθάπερ εἴρηται πρότερον: καὶ τούτων τὰ μὲν ἑλίκων ἔχοντα, οἷον κήρυκες: τὰ δὲ σφαιροειδῆ μόνον, καθάπερ τὸ τῶν ἐχίνων γένος. hoc est Turbinati generis alia in aufractum intorta, vt Buccina, alia in globum circumacta, vt Echinorum genera. Aduersus quam diuisionem insurgit quodammodo Rondeletius, dum alio in loco dicit Aristotelem in Turbinatis Echinos non recensere, quamuis testa opertos, vt ex his, b inquit, verbis perspicuum est. Quæ testa operiuntur, vt Vmbilici, Cochleæ, Purpuræ (in textu Græco nihil est, quod Purpuræ respondeat.) & omnia quæ

A Ostrei aut Conchæ (nihil quoque est, quod Conchæ vocabulo respondeat) nomine appellamus, atque etiam Echinotum genus. Præterea Turbinatis tradente eodem (ibidem) hoc peculiare est, vt testæ postrema à capite clauiculatim intorqueantur. Operculum etiam ea omnia iam inde ab ortu naturæ gerunt: quæ Echinis nullo modo conueniunt. Sic ille, quæ saue argumenta neutiquam meo iudicio conuiucunt, quo minus Echini in Turbinatis sint recensendi. Cum enim Turbiuatis proprium esse dicit, vt testæ postrema à capite clauiculatim intorqueantur; operculum queiam inde ab ortu naturæ ea omnia habeant, loquitur de ijs tantum quæ vere, hoc est clauiculatim Turbinata sunt, & non de rotundis, vt sunt Echini, qui per se alterum, nimirum rotundum Turbinatorum genus efficiunt. Neque etiam verum est, quod in eo loco quem adducit Rondeletius, Echinos à Testatis, separet. Etenim philosophus eo toto capite agit de Testatis, eorumque inter se differentijs; vnde a principio fere capitis, paulo post allata verba, sed ipsa (testata nimirum) inquit, inter se numerosa discrepant differentia, tum testæ, tum carnis intus ratione: alijs enim in eo genere nulla est caro, vt Echinis: alijs est, sed penitus inclusa, nec vlla ex parte conspecta, excepto capite,

B vt terrestrium Limacibus &c. Disertissime vero in decimo eiusdem libri philosophus Echinos Testatorum generis facit inquiens: Echinus inter Testata genera, quibus facultas ingrediendi est, vertibula, glandesque, inter immobilia eiusdem generis, olfactum minime habere videntur. Quid clarius? Possem præterea & alia philosophi loca adducere, nisi & ipse Rondeletius suo se se gladio occideret vel binis saltem, quæ subueniunt nunc mihi locis. quorum prior est in capite eodem de Strombis vbi hanc posuit Testatorum diuisionem Sed ne qua sit in Testaceorum diuisione obscuritas, ea sic perspicue distinguemus. Testaceorum alia sunt vndique contecta, alia parte duntaxat altera. Vndique conteguntur Tellinæ, Pectines, Mytuli, Conchæ aliæ Altera tantum parte, vt lepas, auris marina. Rursus eorum quæ vndique integuntur, alia testa continua penitus concluſa sunt, vt nulla ex parte carnem detectam habeant, veluti Holothuria, Tethya, Echini. Alia testa continua inclusa quidem, nec vlla ex parte conspecta, dempto capite, vt Buccina, Purpuræ, Cochleæ: denique Turbinata omnia quæ capitis operculum habent. Alia testa

C vndique conglobata quidem, sed non in gyrum concluſa sunt, quæ rimam habent sine operculo, vt Conchæ venereæ. Alia vndique duabus testis contecta, vt Pectines, Chamæ, Dactyli &c. Alter locus est, qui nunc in mentem subit, in primo capite libri eius de Testaceis primi, vbi quoque eorundem Testaceorum differentias ponens sic loquitur: Ex his (Testaceis) alia ab alijs testæ duritia superantur, vt Stellæ, Pulmones, Holothuria, Echini, (omnia enim ista Ostracodermis subijcit Aristoteles) longe minus dura testa conteguntur quam Purpuræ, & Bucciua &c. Fateturitaque Rondeletius Echinos à Philosopho Testaceis annumerari, & ipsemet ille in sua diuisione ita scribit: quare mirari subit, cur postmodum Echinos inter Testata non reposuerit, loco de ijs agens inter Testata: & Crustata medio: Nam quod Plinium in Crustatis recensuisse scribit, locus ille Plinij quem adducit, mihi valde est suspectus, quin doctissimus Massarius longe aliter eum interpretatur. Ageus enim is author toto nono libro de varijs animalibus aquatilibus, nominatim vero capite vigesimo de ijs quæ sanguine carent, & trigesimo de Cancris, Echinis & Echinometris, vbi de Cancris esset locutus, subit: Ex eodem genere sunt Echini &c. vnde Rondeletius ea verba ad proxima referenda abstrahitur vna cum Zographo, (quauquam ille ad Cãcros, hic ad Locustas refert) Massarius vero ad exanguia, & meo iudicio recte, nam in sequenti subinde capite idem Plinius nullo

D interposito alio animali iterum subdit: In eodem genere Cochleæ &c. Quare si & hoc ad Cancros vel Echinos, e quibus vltimum erat locutus, esset referendum Testacea qualia Cochleæ sunt cum Crustaceis confudisset. Non me latet interim Plinium in ea fuisse opinione, quod Echini sint Crustacea, sed Rondeletius id videtur ignorasse, cum locum Plinij minime adducat Is autem in eodem libro capite duodecimo legitur, vbi agit de digestione aquatilium per species, atque ita infit: Aquatilium tegumenta plura sunt. Alia corio & pilo integuntur, vt vituli & hippopotami. Alia corio tantum, vt delphini: cortice vt testudines: silicum duritia, vt Ostreæ & Conchæ: Crustis vt Locustæ: Crustis & spinis, vt Echini: squammis, vt pisces, aspera cute, vt squatina, molli, vt murænæ: alia nulla, vt Polypi. Sic Plinius. cæterum nos, Philosophum potius sequentes, Echinos inter Testata ponemus, &

E alterum Turbinatorum genus faciemus. Vt itaque diuisionem Philosophi repetamus, Turbinata quidem non omnia ἑλίκων habere constat ex verbis eiusdem: Pars posterior in Mollibus adducta est in anteriorem, sicut in Turbinatis Testatorum. In vniuersum enim testa, partim cum Crustatis, partim cum Mollibus conueniunt. Crustatis quidem, quod partem terrenam foris, carnosam intus habent. Figuram autem corporis eodem modo quo Mollia, Testata etiam quodammodo omnia habent: maxime vero è Turbiuatis ea, quæ volutam habeut, μάλιστα δὲ τῶν στρομβωδῶν τὰ ἔχοντα τὴν ἑλίκων. (Gaza vertit: quæ ex Turbinatis cuniculo in anfractum contorquentur.) natura enim horum vtrorunque perinde se habet, quasi quis directa linea (vt in quadrupedum ac hominum genere est,) primum extrema lineæ parte superiore os situm intelligat, qua a: mox stomachum qua b. tum ventrem, qua c. deinde intestinum vsque ad ostium excrementi, qua d. Hæc ita in sanguineo genere disposita sunt &c. At vero Mollia & Turbinata, inter se quidem proxime constant,, sed illis è conuerso. Finis enim

Tu binatis an numeraudi.

Turbinatis quid proprium

Contra Rondel.

Arist. ex plicatus.

Echinos inter Testata numerat Aristot.

Testatorũ diuisio.

Plinius inter Crustata Echinos posuit.

Echini Crustacei Plinio.

Turbinata omnia non habent ἑλίκων.

Vt cum Mollibus & Crustatis conueniant.

nis enim ad principium flectitur, quasi quis lineam inflectendo (in circulum) adducat d.ad.a. Cum enim ira partes interiores eis collocentur, (foris) ambit alueus in Mollibus, τὸ κύτος: in Testato genere, Turbo, ὁ τρόμβος. (Notandum hic monet Zoographus, quod Strombus & pro testa exteriore tantum, & pro animali toto accipitur.) hinc fit vt excrementum meatu ori vicino emittatur. Hæc Aristoteles Helicen autem forte ea tantum habuerint, (inquit Zoographus) quæ in turbinem, veluti pyramidis forma exeunt, alia, vt Cochleæ quædam, lineas suas aliter digestas habent, circulorum fere forma: qui plures ita contuncti sunt, vt minores à maioribus contineantur, quod in helicoide linea non fit. Quomodo à Mollibus differant, etiam in Mollibus dictum est. Ab vniualuibus, biualuibusque differunt præterea, quod illis adnata sit caro, cum turbinatis magis sit soluta, vti idem Philosophus prodidit, apud quem plura de Turbinatorum partium forma inuenio, & ne sæpe in particularium historia veniant repetenda, hic adferam. In quarto itaque de partibus, capite quinto, cum dixisset Cochleas & dentes præduros, acutosque habere, & quod interiacet dentibus, carnosum similiter vt Mollia & Crustata, promuscidem etiam inter aculeum & linguam: insuper ori iungi quasi ingluuiem auium à qua stomachus est, & sub hoc venter, in quo situm est id quod papauer vocatur, mox intestinum continuum tendi simplex, originem à papauere illo ducens. In omnibus enim Testaceis inest hoc excrementum quod vel esculentum esse præcipue sentitur, subdit: cætera etiam Turbinata, vt Purpuræ, Buccina (κήρυξις) similiter vt Cochleæ constant. Biualuibus quomodo differant, modo diximus, at quomodo hisce eisdem assimilentur, diximus supra in Testaceis in genere, nimirum vt operculo quodam congenito carni patulæ opposito claudantur. In quinto historiæ cap. 15. cum dixisset eundem modum & idem tempus gignendi esse Buccinis, quod Purpuris, adiungit, Operculum item oris idem tam huic vtrique generi adhæret natiuum quam cæteris Turbinatis omnibus. Pasci quoque exerta lingua appellata sub illo operculo solent. Diximus quoque catnem aliis Testatis nullam esse, vt Echinis; alijs esse, sed penitus inclusam, nec vila ex parte conspectam, excepto capite, vt terrestrium Limacibus & ijs quæ Cocalia quidam appellatunt, & aquatilium Purpuris, Buccinis, Cochleis & reliquis Turbinatis. Interiorum natura in Turbinatis) sumpta sunt hæc ex eodem philosopho histor. quart. capit. quarto,) omnibus similis est, nec nisi magnitudine (excelluque) variat: aliis enim partes maiores, alijs euidentiores, alijs minores, obscurioresque sunt. Adhæc discrimen illud duritiæ, mollitiæ, cæterarumque eiusdem generis affectionum. Caro enim prima in ore testæ, quam omnia torosiusculam habent, alijs magis talis, alijs minus. Caput eius partes medio prominulum iungitur, & cornicula duo quæ pro magnitudine plus minus capiunt incrementi. Exerunt caput more eodem omnia, idemque per metum retrahunt intro. Nonnullis etiam os & dentes acuti, breues, & tenues, vt Cochleæ. Promuscidas etiam gerunt modo Muscarum: quod quidem membrum linguæ speciem præ se fert. Habent hoc idem & Purpuræ & Buccina firmum & torosum, quo similiter vt asili & tabani quadrupedum tergora penetrant, imo longe validius: testas enim escarum possunt perforare. Venter os protinus excipit, similis in Vmbilicis ingluuiei auium; habentque parte inferiore duo albida, torosa, mammis similia, cuiusmodi caruncula vel in Sepiis esse animaduertimus, sed hæc torosiora. Gula à ventre duplex, longa, porrigit se vsque ad papauer, quod postremum fundo commissum est. Hæc ergo vt in Purpuris & Buccinis conspicua in clauicula testæ continentur. Quod autem gulæ subiungitur, intestinum est, gulæ ipsi continuum, simplexque ex toto vsque ad exitum: cuius initium circa anfractum papaueris est, qua & laxius hæret, quod enim μήκωνα, Latini verbum è verbo papauer appellamus, in omnibus Testaceis generibus inest. Hinc sursum versus replicans, carnis repetit sedem, finitque ad caput, vnde eiicitur excrementum, pariter in omnibus Turbinatis generibus tam aquaticis quam terrestribus. Hæc est interiorum partium, quibus Turbinata constant, descriptio, prout ex Philosopho citat Rondeletius: qui item post traditas omnium Testaceorum differentias: Ex his omnibus, inquit, ea tantum hic tractamus, quæ testam habent vnicam totam continuam, atque hoc quidem Turbinatis proprium est, quo à reliquis secernatur: ipsis tamen omnibus commune est, quod iam diximus, quodque testa intorta sit. Cæterum hoc de anfractuoso genere tantum non de rotundo intelligendum esse diximus supra ex Aristotele. Scitu quoque dignum est quomodo crescant. Huius quoque meminit Philosophus in tertio de generatione cap. vltimo, vbi cum demonstrasset Testata crescere, vt vermes, id ipsum etiam in Turbinato genere constare testatur, scilicet anfractibus eius, qui subinde accrescentes plures efficiuntur in partem priorem, quod caput vocatur. Crusta illa prætenui, quæ à fronte integitur, quasi biualue ex vuiualui efficitur, eodem teste, agenteque de Testatorum omnium congenito operculo quo carni patulæ opposito clauduntur. Alias etiam cum dixisset Netites quasi tegmine dimoto adhærere, quod velut operculum sibi possident. Vsum enim, inquit, quem biualuibus pars vtraque administrat, eundem altera exhibet Turbinatis. Continēt papauer sua omnia clauicula, vt in quarto de partibus, capite quinto docuit, & in quarto de historia animalium capite quinto Echiuos scribit habere quid amarum nec esculentum, idque esse etiam in testudine, rubeta, rana atque etiam in Turbinato genere, & in Molli, sed colore diuerso, & aut omnino ingustabili, aut magis ab vsu cibario alieno. Alibi cum scripsisset, Echinis euenire, vt quod caput appellant, & os versus terram sit, quod vero ad excrementi exitum deputatum est, id supra habeatur, idem omnibus Turbinatis Patellisque euenire tradit: pastum enim de imo peti necesse esse. Mouentur etiam Turbinata atque serpunt omnia, parte dextra, non ad clauiculas, sed in aduersum. Ex eodem, qui demum quomodo coeant, etiam nobis hoc reliquit in quarto de partibus capite nono. Mollium, inquit, partium interiores ante, cum cæterorum exposui, tunc exteriorem ordinem prosequemur. Habent hæc foris alueum corporis indiscretum, & pedes parti priori iunctos circum caput, infra oculos, circa os & dentes. Sed cum cætera animalia quibus pedes aut parte anteriore, posterioreque eos habeant, aut latere, vt ea quæ multis pedibus inuituntur & sanguine carent, hoc vnum genus pedes parte, quam priorem in eo capimus, omnes continet. Cuius rei causa est, quod pars eius posterior ad priorem eius adducta est, extremaque coeunt & confunduntur, quomodo Turbinatis inter Testata accidit &c.

Strombus pro testa exteriori, & pro toto animali

Turbinata vt ab Vniualuibus Biualuibusque differant

Operculũ.

Catnem quæ habeant.

Interiora turbinatorum.

Caro.

Caput.

Dentes.

Promuscis.

Venter.

Gula.

Intestinũ.

Papauer.

Qui crescant.

Operculũ.

Amari aliquid habent.

Quomodo coeant.

CAPVT III.

DE TESTACEIS IN SPECIE.

ET PRIMVM.

DE NAVTILO.

CVm vtilitatis, tum partium præstantia, quam hic potissimum obsetuamus, Turbinata cæteris Testatis anteponenda videntur. Inter hæc vero Nautili historia primo loco congrue texetur. Etenim cum Crustaceis ac Mollibus, de quibus proxime iam diximus, conuenit, quia pedibus instructus est, vnde Polypis accensetur ab *a* Aristotele; cum Testaceis, quia Testa includitur; cum Testaceis autem turbinatis, quia Cochleæ fere in morem τρομβώδης est.

Ordinis ratio.

a L. 4. hist. cap. 1.

ÆQVIVOCA. SYNONYMA.

NαυτίλΟς legitur inter fabulas Timothei Milesij: & apud Varinum ναυτίλος & piscem & nautam significat; quæ sane significatio nostro turbinato conuenit, quod Aristoteles alijs ναυτίλον & ναυτικὸν, & ὦον πολύποδος nuncupari scribit; quanquam Theod. Gaza hæc aliter legerit. Ναυτίλον autem nautam vertit, vt post patebit. Suidæ etiam ναύτης dicitur. Nauplium Plinii idem animal esse cum Nautilo (etiamsi & hunc nominet Aristoteles) dicemus mox, vbi de generibus agemus. Robertus Constantinus Naupij Concham nunc à Græcis θαλάμιον τετραπόδιον, vocari testatur. Nautilus Plinio etiam Pompilos nominatur, dum ait: Inter præcipua miracula est qui vocatur Nautilus, ab aliis Pompilos. Πομπίλος Eustathius pagina 1070. dicit esse ζῶον θαλάσσιον ἱερωτικὸν, ποικίλον, Πελαμίδι ἐοικός. Et pag. 1067. tradit hunc πομπίλον à quibusdam nominari ἱερὸν ἰχθύν, vt à Timachide, vbi ait πομπίλοι ἱερεὶ ἰχθῦς quod hemistichium & apud *a* Athenæum legitur, vbi multa de hoc Pompilo. Ibidem ex Thalassiis Pancratis.

Fabula Timothei Milesii

Nauplius Plinii

Pompilius & Nautilus synonyma Plinio.

Pompilus sacer piscis dictus.

a Lib. 7.

Πομπίλος ὃν καλέουσιν ἁλίπλοοι ἱερὸν ἰχθύν.
Pompilus quem vocant, Nauta sacrum piscem.

Cæterum de amore huius piscis erga nautas, ibidem ex Nicandro.

Πομπίλος ὃς ναύτῃσιν ἀδημονέουσι κελεύθοις
Μηνοῦσιν. id est, vt vertit Natalis Comes
Est assiduus iter miseris ostendere nautis
Pompilus. Et ex Alexandro Ætolo
Πηδαλίῳ ἄκρῳ ἐπὶ πομπίλος ἀνιοχεύει
Pompilos extremo residens temone gubernat.

Pompili piscis amor erga nautas.

Aliquanto post ex Corinna,

Πομπίλε, ναύτῃσιν πέμπων πλόον εὔπλοον ἰχθὺς
Πομπεύσαις πρύμναθεν ἡμῶν ἀδεῖαν ἐπεῖραν:
Pompile, felicem qui nauta per freta cursum
Prebes, ipse meam rexisti latus amicam.

Ibidem ex Apollonio prolixe refert fabulam de Pompilo illo, quem scribit Eustathius ab Apolline comprehensum, in cognominem piscem transformatum esse, naui qua eum vehebat, in saxum conuersa; sed aliter quam Eustathius fabulam enarrat. Ibidem ex Dionysio Iambo, qui itidem à nautis Πομπίλον vocari ἱερὸν ἰχθύν tradit, ἐστὶ δὲ πελάγιος, ὃ πυρὸς τὰς ναῦς πυκνὰ φάνεται, ἐοικὸς πελαμίδι, ποικίλος. Est autem marinus piscis, varius ac Pelamydi similis, qui ad naues sæpe conspicitur. Aliquanto post ex Clitarcho οἱ ναυπηγοὶ πομπίλον, ἱερὸν ἰχθὺν προσαγορεύουσι, διὰ τὸ ἐκ πελάγους προπέμπειν τὰς ναῦς εἰς λιμένα. διὸ καὶ πομπίλον καλοῦσαι, χρύσοφρον ὄντα. Nautæ sacrum piscem Pompilum vocant, quia naues mittat ex mare vsque ad portum, idcirco Pompilus appellatur, cum sit aurata. *b* Plinius de Thynnis: Iidem sæpe nauigia velis euntia commitantes, mira quadam dulcedine per aliquot horarum spatia & passuum millia à gubernaculis spectantur, ne tridente quidem in eos sæpius iacto territi. Quidam eos, qui hoc è Thynnis faciant, Pompilos vocant. Idem sub finem libri trigesimi secundi. Pompilum qui semper comitetur nauigiorum cursus. Ex quibus omnibus liquide constat Pompilum duo diuersissima animalia significare, Nautilum nimirum de quo agimus, & Thynni genus. Porro Nautilum vulgus Neapolitanum Bellonio teste Muscardinum & Muscarolum nominat quod etiam nomen Osmylo commune est. Apud nos, quod sciam, nomen non habet, sed Latino vtimur. Zoographus Germanicum fingit, ein Farkuttel, aut Schiffkuttel.

b lib. 9. c. 15.

Pompilus comitatur nauigiorũ cursus Muscardinus.

GENVS.

GENVS. DIFFERENTIAE.

IN librum de Teſtaceis, inquit Guliel. Rondeletius, Polyporum genera duo Conchis indita reijci poſſent, ſed cum Polyporum tractationem aggreſſi ſimus, ſuperioribus; vtpote quorum genera ſint, vt a Ariſtoteli placet, recte adiunguntur; Ἐπὶ δ' ἄλλοι δύο ὀστρείοις: ὁ, τι καλεῖται ὑπό τινων ναυτίλος, καὶ ὁ ναυτικὸς, ὑπ' οἰκίων δὲ ὠὸν πολύποδος. Τὸ δὲ ὄστρακον αὐτοῦ ἐστὶν οἷον κτεὶς κοῖλος, καὶ ἐν συμφύσει. ὅτος νέμεται πολλάκις παρὰ τὸν γιαῦ, εἶτ' ὑπὸ τῶν κυμάτων συκλύζεται εἰς τὸ ξηρὸν, καὶ τῶν ἐπιπόντων τοῦ ὀστέου ἁλίσκεται, καὶ (ἢ) συν τῇ γῇ ἀποθνήσκει. εἰσὶ δὲ αὐτοὶ μικροὶ, τῷ εἴδει δὲ ὁμοίοι παῖς βολιτάναις. Καὶ ἄλλος ἐν ὀστράκῳ οἷον κοχλίας, ὃς οὐκ ἐξέρχεται ἐκ τοῦ ὀστράκου, ἀλλ' ἔστιν ὅσπερ ὁ κοχλίας, καὶ ἔξω ἐνίοτε προτείνει τοὺς πλεκτάνας. id eſt. Duo alij ſunt Polypi teſtis concluſi: (ἐν ὀστρείοις, malim inter Teſtacea, ὀστρεῖον enim Oſtracodermo ſynonymum eſt, vti ex Galeno alibi diximus.) is qui dicitur à nonnullis Nautilus, ſiue Nau-
,, ticus, ſiue ouum Polypi. Teſta huius Pectinis teſtæ ſimilis,
,, quæ caua eſt, nec ita vt ei cohæreat. Sepius is iuxta terram pa-
,, ſcitur, vnde fit, vt in eam à fluctibus reijciatur, & teſta excuſſa
,, capiatur, vel in terra pereat. Iſti parui ſunt, & facie ſimiles Bo-
,, litænis. Alter Cochleæ modo teſta munitur quam nunquam de-
ſerit, ſed brachia duntaxat iuterdum exerit. Hactenus Ariſtoteles interprete Rondeletio, qui meo iudicio probe vertit, tanquam duo tantum genera Nantilorum Ariſtoteles deſcripſerit; non, vt Gaza & alij eum ſecuti, tria. Quod ſi pro verbis iſtis, καὶ ὁ ναυτικὸς legas, ὁ καὶ ναυτικὸς, nihil prorſus dubitationis ſupererit. Plinium quoque pro genere vno omnia hæc Ariſtotelis verba accepiſſe apparet. Alterum deinde genus eſt, καὶ ἄλλος ἐν ὀστράκῳ οἷον κοχλίας &c. Enallagæ etiam numerorum, caſuum & huiuſmodi, nimium familiares Ariſtoteli, hic quoque mouere Gazam potuerunt, vt genus vnum in duo diſtraheret, nam cum in ſingulari numero verba & nomina aliquot recte poſuiſſet philoſophus, mox numero temere mutato ceu de pluribus vno loquens, inquit: Εἰσὶ δὲ αὐτοὶ μικροὶ, &c. Sed quilibet etiam medioeris iudicij, perlectis philoſophi verbis, genera ſolum duo eum ſtatuere animaduertet: vnum in teſta Pectunculi, teſtæ ſuæ non adnatum: alterum vero in Cochleari teſta, & adnatum ei. Si quis tamen Gazæ translationem adhuc deſideret, ea huiuſmodi eſt. Duo item viſuntur genera (Polyporum) Conchis indita: quorum alterum Nautam aliqui vocant, alterum Pompilum, ſiue ouum polypi. Teſta ijs (αὐτοῦ eius, Græce in ſingulari numero) vt Pectunculis, &c. Eſt etiam qui Cochlearum more ſiliceo tegmine ita muniatur, vt nunquam egredi ſoleat, ſuaque interdum brachia exerat. Ex his conijciti dem Rondeletius prioris generis teſtam eſſe eam, quam capiti de Nautilo præfixit, nimirum eam quam & nos depictam exhibemus. Ea enim vnica, inquit, Concha conſtat caua, & vt inquit Plinius, acatij modo carinata, puppe inflexa, prora roſtrata (Plinij quidem hæc verba ſunt de Nauplio, tanquam altero genere nautili vt doctiſſime in ſuo corollario Zoographus demonſtrat.) Quod is ſit Nautilus, quem exhibemus, quodque ſimplici teſta conſtet, maxime Athenæi authoritate confirmatur, qui ſic ſcribit interprete Natali. Qui vero Nautilus dicitur, ſicut ait b Ariſtoteles, non eſt quidem Polypus, at ſimilis quod ſpectat ad cirros, dorſumq; habet cruſtatum, emergitq; de maris profunditate, in ſeſe Concham habens conuerſam, ne aquam excipiat, atq; ita conuerſus nauigat, duos cirros ſuperius exerit, inter quos membrana quædam tenuis conſpicitur, ijs ſimilis quæ digitis palmipedum auium inſertæ continentur, alios duos cirros pro gubernaculis in mare demittit: ſi quid vero ad ſe veniens videat, pedes protinus contrahit, ac Concha mari repleta, quam celerrime in profundum demittitur. Vides hic Athenæum Nautilo dorſum duntaxat teſtaceum tribuere, eiq; ob id ſimplicem eſſe teſtam, quod eam aqua modo impleat, modo vacuet. Reprehendit idem Rondeletius Bellonium, qui Concham margaritiferam vulgo dictam ſecundam ſpeciem eſſe putarit. Sunt, inquit, de hac Cochlea margaritifera ſcribens qui hanc ſecundam eſſe Nautili Cochæ ſpeciem tradunt, ſed falſo, vt ex Ariſtotele dilucide colligitur his verbis: Præter dicta Polyporum genera, duo ſunt Conchis indita, quorum alterum a quibuſdam Nautilus &c. Alterum genus veluti Cochlea in teſta latet &c. Primum ſtupidi eſt non animaduertiſſe Ariſtotelem duo tantum Polyporum genera Conchis concluſa conſtituiſſe, vt ex verbis eius liquet, contra cuius mentem author libri de Aquatilibus (Bellonium intelligit) tria ponit. Tertia, inquit, Nautili ſpecies ab Ariſtotele prodita. Sed hæc ſecunda quam adfert, Nautilus Ariſtotelis eſſe nequit, neq; enim Pectini cauo vlla ex parte comparari poteſt. Deinde cum Nautili corpore ſint exiguo, trahere Concham tantæ magnitudinis non poſſent. Hoc non eſt artificioſe fingere: qui enim fingit, ſaltem probabilia debet dicere. Neq; Concha Nauplij, quam depinxit c Plinius, eſſe poteſt, vtpote cuius figura ab hac Concha alieniſſima ſit. Nauigeram ſimilitudinem & aliam (inquit) in Propontide ſibi viſam prodidit Mutianus, Concham eſſe acatij modo carinatam, inflexa puppe, prora roſtrata: in hac condi Nauplium animal Sepiæ ſimile. Hucuſq; Rondeletius. Cæterum cum nec
,, ipſe, ſicut neq; alius quiſpiam etiamnum aliud animal cogno-
,, uerit, nedum depinxerit, quod proſecundo Nautili genere ac-
,, cipi poſſit, placet Bellonij coniectura, maxime cum longe ali-
,, ter in eo quam in cæteris Cochleis animal lateat. Porro Plinius
,, cum de Nautilo paulo ante dixiſſet ex Ariſtotele, mox tanquam
,, de altera eius: nauigeram ſimilitudinem, inquit, & aliam in Pro-

a Li. 4. Hiſt. ca 1.

Nautilorũ quot genera Ariſt.

Gazæ lapſus.

b Li. 7. c. 32.

Cirrorum vſus.

c Lib 9 cap. 30.

Nauplius Mutiani.

Nautili ſecunda ſpecies quæ authori.

A pontide viſam ſibi prodidit Mutianus: Concham eſſe acatij modo carinatam, inflexa puppe, prora roſtrata: in hanc con
,, plium, animal Sepiæ ſimile ludendi ſocietate ſola: duobus hoc
,, fieri generib. Tranquillo enim vectorem demiſſis palmulis fe
,, tire vt remis: Si vero flatus inuitent, eaſdem in vſu gubernaculi
,, portigi, pandiq; Concharum ſinus auræ. Huius voluptatem eſ-
,, ſe, vt ferat, illius vt regat: ſimulq; eam deſcendere in duo ſenſu
,, carentia: niſi forte triſti (id enim conſtat) omine nauigantium humana calamitas in cauſa eſt. Hæc Plinius. Pro cuius vltimis aliquot verbis alia lectio ſic habebat: ſimulq; eam deſcendere incluſo ſinu, fluctu hauſto territam viſu: id enim vbi conſtat rumore nauigantium humana calamitas in cauſa eſt. Sed priorem ceu clariorem, antiquioremq; probat Maſſarius. Mihi, ſicuti & Zoographo Nauplius à Plinio Mutiani verbis deſcriptus, non alius quam Nautilus proxime ex Ariſtotele ab eo memoratus videtur, Nauplij quidem hoc nomine alius nemo meminit quod ſciam. Videtur autem caſus rectus eſſe Nauplius, & per appoſitionem dictum à Plinio, in hanc condi Nauplium animal Sepiæ ſimile. Nauplium quidem, ſi recte ſcribitur, dictum aliquis coniecerit, à nomine ναῦς & verbo πλεῖν: hoc nauigare, illud nauem ſignificat. Sed in eo ſaltem iure à Rondeletio reprehenditur Bellonius, quod tria Nautili genera à Philoſopho memorari ſcribit. Robertus Conſtantinus in ſupplemento ſuo linguæ latinæ aſſerit maris Indici Nauplij carinam multo latiorem eſſe quam aliorum, vt Venetijs obſeruauit.

Nauplius Plinij qui.

Nauplius vnde dictus.

Bellonij error.

FORMA. DESCRIPTIO.

ARiſtoteles teſtam Nautili primi generis, quem hic priuatim deſcribimus, Pectinis teſtæ ſimilem eſſe dicit, cauamq;, nec ita vt ei cohæreret: ſepius iuxta terram paſci, ideoq; fieri, vt in eã à fluctibus eijciatur, & teſta excuſſa, vel in terra pereat: eſſeq; paruum & facie ſimilem bolitænis. Bolitæna autem Polypi ſpecies eſt, Polypiq; genus Nautilum fecit idem Philoſophus. Oppianus quoq; Nautilum Polypo ſimilem eſſe ſcribit his verſibus.

Eſt quidem curuo tectus ſub cortice piſcis
Polypodi ſimilis, quem dicunt nomine vero
Nautilon, inſignem ponto ſua gloria fecit

Nautilus Polypi genus.

C Exactam nobis Nautili deſcriptionem reliquit Bellonius. Eius Concha, inquit, tribus fragmentis conſtare videtur, (carina ſcilicet & lateribus: cum tamen vna & ſimplex ſit,) quorum latera vtrimq; ceu carinæ iunctæ apparent, ea vt plurimum magnitudine, quam ambæ manus amplecti poſſunt: latitudine autem quantum pollex cum indice comprehendat. Omnes autem non excedunt craſſitudinem membranæ pergamenæ, ſtrijſq; in oblongum ductis ad oras crenis laciniatæ ſunt, in formam rotundam abeuntes: foramen autem per quod Nautilus alitur, atq; exit de Concha, magnum eſt. hæc fragilis eſt, lactei coloris, lucida, admodum polita, omnino nauis rotundæ effigiem referens. Nauigat enim per maris ſumma, elatus de imo gurgite, effertq; ſe teſta inuerſa, vt facilius aſcendere poſſit, & inani ſcapha enauiget, atq; vbi inde emerſerit, tum Concham inuertit. Cæterum Nautili brachijs interiacet membranula, qualis eſt inter palmipedum digitos ſed hæc magis eſt tenuis, in telæ araneæ modum, robuſta tamen qua etiam aura inſpirante velificat. Cirris quos vtrimq; multos habet, pro gubernaculis vtitur, atq; vbi metuit, tum Concham protinus marino humore oppletam demergit. Cæterum Pſitaci roſtrum habet, ſuiſq; cirris Polypi modo graditur, atq; eodẽ modo acetabulis ſorbet. Hæc itaq; Bellonius. Nautili picturam Ioan: Fauconerius medicus egregius ex Anglia olim ad Zoographum dedit, his verbis in epiſtola adſcriptis: Mitto ad te hic picturam cuiuſdam piſcis ex Teſtaceorum genere, puto Ariſtotelis Nautam eſſe: quam mihi primum, cum in Italia eſſem, Cæſar Odonus doctor Medicus Bononienſis exhibuit, vir vt humaniſſimus, ita in exteros admodum hoſpitalis; poſtea vero hic in Anglia ipſum piſcem vidi, quem pro loci ac temporis opportunitate pingendum curaui. Teſtam habet externa parte ex fuſca ruffeſcentem: internam vero partem ita nitentem, & ſplendentem, vt cum Vnionib. precioſiſſimis de coloris amænitate certare poſſet. Multa quoque habet in ipſa teſtæ carina tabulata eodem colore nitentia. Velum conſtat ex pellicula tenuiſſima. πλεκτάνας ab vtroque latere demiſſæ carneæ ſunt & molles, vt Polyporum cirri, reliqua corporis pars confuſa erat & indiſcreta, vt reliquorum Teſtaceorum generum. Hęc Fauconerius, Anglicum huius piſcis nomen ignorare ſe confeſſus. Sed hęc Fauconeri deſcriptio ad ſecundum Nautili genus rectius aptari poterit. Teſtam Nautili Bellonius ſimilem cum ea quam Rondeletius, pinxit, & conditum in ea Polypum extantibus cirris omnibus, multo propottione longioribus, nempe triplo & amplius quã Rondeletius pingit: ita vt terni eorum vtrinq; criſpati demittantur, bini in obliquũ erigantur, nulla intermedia membrana. Eam enim veli loco ad planam teſtæ extremitatem (ſiue proram) erexit. Oppianus biuos pedes erigi ait, interq; eos tenuem membranam veli inſtar, binos vero vtrinq; demitti, gubernaculis (οἰήκεσιν) ſimiles. Sed Bellonij icon, & quam ex Anglia Zoographus accepit, necnon & mea ternos vtrinq; demittit. Videntur autem remis, non gubernaculo, comparandi ij. Plinius ſolus cauda media vt gubernaculo hunc piſcem vti ſcribit
,, neſcio quam recte, quæ enim pars caudæ nomine in Polypo
,, appellari poſſit, & extra teſtam emitti,
,, non video.

Bellonij deſcriptio.

Concha Nautili.

Cirri.

Roſtrum.

Plinij error

Nautili primum genus Aristotelis secundum Bellonium & authorem.

Schiff Küttel.

1

Nautilus testa rudi cortice obtecta ac variegata castaneo colore.

Nautilus alter longiores vterq; aperta perfecta pora.

Schiff Küttell

2

Schiff Küttel.

3

Nautilus ab indis varis imaginibus extimo cortice insculptis exornatus.

4

Nautili structura media.

5

6

Dentalium quinque differentiae

7

Purpura pluribus mucronibus horrens

Stachelicht Muschel

8

Purpura altera minus mucronata.

9

Purpurea intus subcerulea.

Muschel, so Innwendig Blau.

10

Purpura marmorea.

Bunte Muschel.

11

Purpura ventre non turbinato.

12

Purpura Zoographi ex mari Adriatico.

13

Purpura petadactylos Bellonij prone & supine.

14

15

Melixnipa Purpurarum Aristotelis sive farago.

16

Buccina Rondeletij

17

Buccina Rondeletij alia.

18

Buccina peregrina colore & diuersis fere marmoris æmulo, circulis rosas æmulantibus.

21

Buccina alia species

20

TAB: V.

Buccinum Zoographi.

19

Buccinum parium & striatum Rondo:

22

23

Buccina striata alia Zoographi

24

Buccini parui genus Zoographi.

25

Buccina parua alia authoris.

26

ORTVS. MOTVS.

DE generatione incrementoque huius piſcis nihil adhuc exploratum habuit Ariſtoteles: non autumat tamen hunc ex coitu gigni, ſed vt cæteras Conchas prouenire, neque vero an Concha ſolutus viuere poſſit Nautilus. Rondeletius ſecundum Nautili genus ſponte naſci, vt cæteras Conchas cum diximſſet, addit: De Nautilo (primo nempe genere) idem ſentio, etiamſi id ſibi non exploratum eſſe ſcripſerit Ariſtoteles, Cirris Polypi modo graditur, & eodem modo acetabulis ſorbet.

Sponte naſci.

VT NAVIGET.

ARriſtoteles non minus eleganter quam iucunde Nautili Polypi, nauigationem depinxit hoc fere modo. Eſt Nautilus quoque Polypus & natura & actione mirabilis: nauigat enim per ,, matis ſumma elatus. Ex imo gurgite effert ſe teſta inuerſa, vt a- ,, ſcendat facilius, & inani ſcapha nauiget. Cum vero emerſerit, ,, Concham conuertit, Brachia membrana congenita connexa ,, ſunt: quemadmodum palmipedum auium digiti: ſed hæc craſ- ,, ſior eſt & denſior: illa longe tenuior aranearum telis ſimilis: hac ,, vt velo ſpirante aura; brachijs vt gubernaculis vtitur: (ὥστε πη- ,, δαλίοις δὲ τῶν πλεκτανῶν παραπαίοντες.) Gaza vertit. Cirros pro gu- ,, bernaculis vtroque demittit latere.) Si quid metuerit, teſtam ,, protinus marireplet, atque ita demergit. De eadem natandi pe- ,, ritia Ælianus, Nautilus, inquit, è genere Polyporum Concha ,, vna præditus eſt, is cum ex ima maris ſede ad ſummam aquam ,, effertur, inuertit & mutat Concham deorſum verſus, vt ne ,, hauſta aqua rurſus demergatur: vbi vero ad ſummam æquoris ,, peruenit, & mare ab aduerſa tempeſtate conquieſcit, ſupinam ,, Concham vertit. Hæc enim tanquam ſcapha nauigatione fe.tur: & duo (ego tria pot us dixerim, nam & Polypi octo habent) bra- ,, chia in vtrumque latus demiſſa, ſenſim atq; moderate mouens ,, remigat, domeſticamque & natiuam nauem propellit, quod ſi ,, ventus flat, brachia quæ tanquam remos prius longe lateque ,, porrigebat, gubernacula conſtituit, at quæ cæterorum brachio- ,, rum media eſt membranula prætenuis, ea paſſa & intenta pro- ,, velo vtitur: ſicque cum eſt ſine metu, nauigat. Sin quippiam à ,, valentioribus beluis metuit, ſe demergens Concham aqua cõ- ,, plet, & ſimul ex pondere in profundum delabens, ſeſe occultat, ,, atque ita hoſtem effugit. Poſt vbi mare eſt tempeſtate vacuum, ,, & à Beluis quietum, de imo maris gurgite ſe extollens, rurſus per ſummum mare nauigat, vnde nomen habet. Hucuſque Ælianus.

Membrana vt in palmipedũ auium pedibus.

Vt tempeſtatẽ vitet,

a L. 9. c. 29. Plinii locus ſuſpectus.

a Plinius quoque Nautili mentionem faciens, eandem nauigationem deſcribit, ſed mendum vnum illic ſubeſſe ſuſpicatur Rondeletius: nam pro Pompilos, Polypi ouum legendum eſſe arbitratur ex Ariſtotele, ex quo Plinium hæc mutuatum eſſe certiſſimum: nam Pompilus (inquit) longe alius eſt à Polypis. Verba Plinij ſunt hæc: Inter præcipua miracula eſt qui vocatur Nautilos, ab alijs Pompilos. Ariſtoteles vero καλεμένῳ ὑπὸ τινῶν ναυτίλῳ τὸ ὠὸν ναυτικὸς, ὑπὸ ἑνίων ὠὸν πολύποδος. Pergit Plinius: Supinus in ſumma æquorum peruenit, ita ſe paulatim ſubrigens, vt emiſſa omni per fiſtulam aqua, velut exoneratus ſentina, facile nauiget. Poſtea duo prima brachia retorquens, membranam inter illa miræ tenuitatis extendit, qua velificãte in auras cæteris ſubremigans brachijs me- ,, dia cauda vt gubernaculo ſe regit. Ita vadit alto Liburnicarum ,, gaudens imagine: & ſi quid pauoris intetueniat, hauſta ſe met- ,, gens aqua. Oppianus tradit Nautilum πρηνῆ, id eſt, pronum è gurgite ſurſum natare: Plinius ſupinum: vterque quidem recte, ſed alter forte ad teſtam, alter ad animal ipſum reſpexit. Senſus quidem clarus eſt, nam ſi quis vas vacuum in aquam caua parte præmiſſa adigat æqualiter, rurſuſque etiam eximat, aqua non intrabit, obſtante aere. Propius autem ad Ariſtotelis mentem acceſſit Oppianus, nec minus perſpicue Nautili nauigationem cecinit his verſibus ex Lippij verſione:

Plinius & Oppianus conciliati.

——Quem dicunt nomine vero
Nautilon, insignem ponto ſua gloria fecit.
Per freta dum cautus ſub nauis imagine ludit.
In ſabulo domus eſt, ſumma defertur in vnda.
Pronus neu pontum capiat, plenusq; grauetur,
Cum nando vehitur per fluctus Amphitrites
Extemplo verſus tumidam per marmora vndam
Labitur, vt nandi doctus puppisq; peritus
Atq; pedes gemmos tendit de more rudentum,
Quos inter medios tenuis membrana tumeſcit.
Extenta atq; pedes contingunt æquora ſubter
Themoni aſſimiles nauem, piſcemq; domumq;
Deducunt, ſi forte malum ſupereminet vllum,
Abſorbet fluctus intus, lymphisq; grauatus
A tumidu trahitur cum pondere fluctibus vnda &c.

Hinc homines nauigia inuenerunt, vt ex eodem Oppiano citat Lilius Gregorius Gyraldus.

Nauigia vnde inuenta.

Plauſtra maris naues qui primus reperit: ille
Siue Deus ſeu mortali de ſemine natus
Audax orauit fluctus tranare marinos
Nauigium ſpectans piſcis: dum robora nectit,
Fecit optus ſimile. Hinc & venis vela tetendit
Funibus, aperuit retro dehinc frena carina

Syneſius quoque nauim quæ remis impellitur, ζῷῳ πολύποδι com- A parauit in ſuis epiſtolis. Hinc fortaſſis etiam circa Trœzenem, vt Clearchus ſcribit referente Athenæo, neque ſacrum appellatum Nautilum Polypum, neque remigem (τὸν κωπηλάτην) Polypum (Nautilum vi venari intelligo) fas erat piſcari: Sed tum hoſce piſces, tum Teſtudinem nõ liceret. matinam attingere erat vetitum. Atque hæc de nauigatione. Cæterum cum Plinius de Nautilo velificante ſimul & remigante dicat: Ita vadit alto Liburnicarum gaudens imagine: de Nauplio vero Concham eſſe acatii modo carinatam, inflexa puppe, prora roſtrata, non incongruum erit, ea verba explicare. De Lyburni Liburnicæ cis multa Bayfius in libro de re Nauali: nos quæ Appianus tradit, naues. recitaſſe contenti erimus. Fuerunt (inquit) Liburni alterum Illyriorum genus, qui Ionium mare, & quæ in eo ſunt, inſulas deprædabantur celeribus & leuibus nauigiis: vnde etiam nunc leues & celeres biremes Romanis Liburnicæ vocantur. Talis nauigii formam quoque exhibuit Bayfius. Idem acatium docet à Strabone poſitum pro prædatorio nauigio: A. Hirtium ſimpliciter na- Acatium. uigium dixiſſe, quod Plutarchus acation, & Tranquillus ſcapham. fuiſſe & maxima quædam acatia. Acaton apud Thucydidem & Lucianum Vallam ἀκάτιον interpretatum (nauiginm) actuarium: quam recte ſe dubitare: quoniam actuarium a Græcis putat di- Acatos. B ctum κωπήρη (ναῦν) vel κωπῆρες πλοῖον.

EPIGRAMMATA,

IN Nautilum piſcem epigramma Callimachi Cyrenæi apud Athenæum legitur tale.

Κόγχος ἐγὼ Ζεφυρῖτις παλαίτερος, ἄλλα συ νῦν με
Κύπρις στεῤῥωσάιης, αὐτέμιν πρῶτον ἔχεις
Ναυτίλον, ὃς πλάζεται ἐπὶ πόλεον: εἰ μὴ ἀῆται
Τείναις οἰκείων λαῖφος ὑπὸ πρότονων:
Εἰ δὲ γαλληνάιη λιπερὴ θέος, ὗλος ἐρέσσων
Ποσσίν, ἵν' ὥσπερ καὶ τέτρομμαι συμφερέτω.
Ἐς δ' ἔπισον παραθῆναι ἰωλίδας, ὄφρα γένωμαι
Σοὶ τὸ ποτοσκέπτον παίγνιον Ἀρσινόης.
Μηδέ μοι σὺν θαλάμῃσιν ἔδ' ὡς πάρος, εἰμὶ γὰρ ἄπνοος
Τίκτει τ' ἀιστοτέρης ὠὸν Ἀλκυόνης.
Κλεινίς ἀλλ' ἀθυγατρὶ δίδω χάριν ὅιδε γὰρ ἔοθλα
Ῥεῖζειν, καὶ Σμύρνης ἐστὶν ἀπ' Αἰολίδος.

In hoc Epigrammate quoniam obſcuriora quædam ſunt, Zoographus paucula hæc explicat, quæ nos quoque præterire noluimus. O Venus Zephyriti (Nautilus loquitur) quamquam ego Concha ſum ipſa etiam Luna antiquior, nunc primum tamen tibi ſum conſecrata, eiecta in littus & allata Arſinoæ. Hæc autem Prolomæi filij Lagi filia fuit, præſtantiſſimæ formæ, Veneris & venuſtatis ſtudioſa. Ὄυλος, criſpus, id eſt criſpantibus pedum cirris. Ὥσπερ καὶ τέτρομμαι &c. id eſt vt nauta ἵνα in eodem verſu abundare videtur. Iulis oppidum eſt inſulæ Co Stephanus, Μηδέ μοι σὺν θαλάμῃσι. legit Zoographus, Μηδέ μοι σὺν θαλάμῃς βόος, ὡς πάρος, &c. Smyrnæ plutes fuerunt, & earum vna Aeolica. De ouo Alcyones, non habeo; inquit, quod dicam. Idem Epigramma ita vertit Natalis Comes.

Explicatio

Arſinoe.

Iul.

Concha vetus fueram Zephyris impulſa per vndas,
Depoſitum primum nunc Venus ipſa tenes
Nautam, ſulcabam pontum, ſi ventus & aura
Dum mea natiuus vela rudens tenuit.
Si tranquillus erat, prebebat remigis vſum
Ipſe pes, vt noſtri nomina ſignificant.
Litoribus vicina fui ſimulobuta Iulis
Eſſem ſpectandus ſidus vt Arſiones.
At non in thalamis velut olim mortua cum ſum
Ouum peioris nunc pario Alcyones
Clinia ad ipſe bona me grat-ficare ſorori:
Qua Smyrna nata eſt patribus Aeolidis.

CAPVT IV.

DE NAVTILO ALTERO.

BEllonius Cochleam margaritiferam vulgo nuncupatam, alterum Ariſtotelis Nautilum, vti paulo ante innuimus, facit. Id quamquam reprehendat Rondelet. nos tamen non improbamus, donec tandem alia detur Cochlea, quę rectius reſpondeat. Robert. Conſtantinus Nauplii (ſimpliciter) Concham nunca Græcis θαλάμῳ τετραπόδιε, id eſt, polythalamum vocari ſcribit, quod nomen huic Cochleæ recte quadrabit, mitum enim eſt, quot intus thalamos habeat: quamuis videam Nauplii ſiue Nautili ſecundam ſpeciem ab iiſdem Græcis, nunc (ſi eidem Conſtantino credimus) δόμβιστάρι nominari à velo, vt ait, quod nauigando erigit. Velificatur enim (inquit) more nauium, protenſa ac ſublata membranula ſiue tunica. Deſcribit vero vt opinor longe aliam, quam Bellonius Cochleam. Inquit enim: Eius Concha non maior Cochleæ, ſed ſubtiliſſima ac pellucida: cuius hiatus oblongus, vt in Conchis Venereis. Sicille. Bellonii ſane Concha Cochlea multo maior eſt, de qua ſic ſcribit; Secundam Nautili Conchæ ſpeciem ab Ariſtotele tradidam eſſe hanc puto, quam noſtri artifices in magno pretio ad vaſa ditioribus abacis accommoda conficienda habere ſolent. Porcellanam ob id vocant, quod de Muricis Conchæ (de qua in Buccino diſſeremus) formam habeat. Eam enim etiam porcellanam nominant, ex qua antiquis vaſa quæ murrhina dicebantur, fieri ſolebant: id enim mihi coniicere per vos licebit;

Cochlea Margaritiſera.

Porcellana cur ſic dicta.

Vaſa murrhina vnde dicta

Vasa myrrhina vnde dicta.

bit; quanquam alijà myrrhæ (quam Græci σμύρναν vocant) fragrantia dicta fuisse putent. Murrhinum igitur Nautilum hunc dicere poterimus. Huius amplitudo cum superiore (Nautili primo genere) conuenit. Sed paulo magis est crassus: prior præterea Pectunculorum more striatus est: hic omnino glaber, parte interna infinita habens interstitia: vndecunque nitidus, ac mira colorum varietate splendens: subinde circumagentibus se in purpuram cãdoremque maculis. Hæc Bellonius. Gallica nomina iconi adscripta erant hæc: Coquille de pourcalene; vel Grosse Coquille de nacre de perle. Cardanus quoque hanc Cochleam describit, sed alterum Aristotelis Nautilum esse non apparet: eum nouisse. In Conchis margaritiferis, inquit, color non absimilis est Cochleis, quas India, vt dicunt, mittit. De colore, forma, ac substantia dicere possum, quod eas viderim sæpius, vnde veniant, non sat dicere possum. Est igitur forma triremis eum alta puppi: in qua vasculum aliud, diceres poculum à natura excogitatum: nam & magnitudo tanta est eius, quam vidi: vt cotylam capia, res profecto vsus elegantissimi & pulcherrimæ formæ. Limacis igitur hæc est Concha, Margaritarum Conchis simillima: tanto vero nostris nobilior Limacum Conchis, quanto Indicus aer, ac terra, tum aqua, nostris elementis sunt præstantiora. multorum enim sæculorum cursu res meliores euadunt. Hæc ille. Habes hic primo loco Nautili testam rudi cortice obtectam ac variegato colore castaneo, altero vero testam læuigatam, vtrumque autem aperta & perforata prora tertio loco Nautili testa est variis ab Indis imaginibus extimo cortici insculptis exornata. quarto ac postremo testa per medium secta conspicienda proponitur, vt interior structura appareat.

Murrhinus Nautilus.

Synonyma Gallica.

Descriptio ex Cardano.

CAPVT V.

DE PVRPVRA.

Nobilissimam esse Turbinatorum Purpuram

PVrpuram Turbinatorum generis Concham nobilissimam esse ait Rondeletius. Quod plane verissimum esse, nos qui inter omnia turbinata Purpuræ quoque primas tribuimus, nullo pœne negotio asserere atque affirmare possimus, cum ex pretio, in quo apud priscos habebatur, tum ex vsu eiusdem. Theopompus apud Athenæum author est, Purpuram (ita quoque eius florem, quo vestes tingebantur, nominamus,) olim vel regibus raram, & expetitam fuisse, tanti quidem pretii (vt ab hoc auspicemur,) vt æquali argento penderetur. Plinius pelagium, hoc est, Purpuram in libras quinquagenos nummos, & Buccinum centenos ponit, id est, quinquaginta solidos & centenos Gallicos, vti ex Budæo supputat Bayfius, qui etiam addit violaceæ Purpuræ libram denariis centum, id est, decem aureis solatis constitisse, siue libris Turonicis viginti, supputante Roberto Cenali; dibapham Tyriam, denariis mille, id est, mille Iuliis vel centum aureis solis, vel libris Turonicis duceutis. Acceptum hoc quoque ex Plinio est, apud quem sic legimus: Nepos Cornelius, qui diui Augusti principatu obijt: Me inquit, iuuene violacea Purpura vigebat, cuius libra denariis centum veniebat, nec multo post rubra Tarentina. Huic successit dibapha Tyria, quæ in libras denarijs mille non poterat emi. Celebrat item Purpuræ pretium Epigrammatarius, dum canit.

Pretium

Emit lacernas millibus decem Bassus
Tyrias, coloris optimi.

Et in Maucinum.

——— Mollibus decem dixti,
Emptas lacernas munus esse Pompilæ.

Idem poeta in Proculeiam (inquit Bayfius,) vestis Purpureæ immensum pretium ponit. quam trabeam fuisse puto, vel togam pictam, de quibus paulo post fusius dicetur. Ludit in vxorem quæ diuertit à viro, propterea quod prætor esse renunciatus.

Quid, rogo, quid factum est? subiti quæ causa doloris?
Nil mihi respondes? Dicam ego, prætor erat.
Constatura fuit Megalensis Purpura centum
Millibus, vt nimium munera parua dares.

Magalẽsis Purpura.

Per Magalensem Purpuram intelligit togam pictam, qua ornabantur prætores celebrandis Megalensibus ludis. Vel fortasse Megalensis Purpura accipienda est ea quæ à prætoribus in ornatum chori in ludis illis, partim emebatur, partim conducebatur, partim etiam commodato rogabatur. Cuius meminit Plutarchus in Lucullo, vbi loquitur de quodam prætore de spectaculis ambitiose solicito: qui cum à Lucullo in chori ornatum Chlamydes Purpureas peteret, respondit, inspecturum se si domi haberet, daturumque, postridie vero interrogauit eum, quot sibi esset opus, illo autem affirmante centum sufficere, iussit accipere bis totidem. Hactenus Plutarchus, qui ex Horatio sumpsisse hæc videtur, epistola ad Numitium, dum ait:

Luculli luxus.

——— Chlamydes, Lucullus, vt aiunt,
Si posset centum scenæ præbere rogatus
Qui possim tot? ait, tamen & quæram, & quot habebo,
Mittam, post paulo scribit sibi millia quinq;
Esse domi chlamydum, partem vel tolleret omnes.
Exilis domus est, vbi non & multa supersunt.

Verum vt ad Purpuræ pretium reuertamur, id si quis alius maxime celebrauit Plinius his verbis: Conchylia & Purpuras omnis ora (hora) atterit: quibus eadem mater luxuria paria pene etiam margaritis pretia fecit: Proxime autem dixerat de margaritis, æternæ

A propè possessionis eas esse & sequi hæredem. Et alibi Pretia (inquit) medicamento sunt quidem pro fertilitate litorum vilioia: non tamen vsquam pelagii libras quinquagenos nummos excedere, & Buccini centenos sciant, qui ista mercantur immenso. Sed alia sunt in fine initia: iuuatque ludere impendio, & lusus geminare miscendo iterum, & ipsa adulterare adulteria naturæ: sicut testudines tingere, argentum auro confundere, vt electra fiant, addere his æra, vt Corynthia. Ex quo tam ingenti pretio purpurã non à quibusuis vsurpatam fuisse constare arbitror. Socrates, referente Plutarcho in libro de Animi tranquillitate, quendam amicorum audiens dicere: quam sumptuosa est vrbs! mina venditur vinum Chium, Purpura tribus, mellis hemina quinque denariis: adduxit ad farinas; dicens, sextarius venditur obelo; fugaliter in vrbe viuitur: tum ad olitas; duobus æneis carnix; deinde ad oxonides, hæc decem drachmis venditur vestis: viles sunt in vrbe. Sic Socrates: inuuens bene quempiam ac honeste vestiri posse, etsi ex tam pretiosa Purpura tincta non esset. Erant tamen omnes Purpuræ summopere amantes, adeo vt tinctores illius & qui eam adueherent, à vectigalibus immunes haberentur: Quare nec mirum erit, quod de Vladislao Polonorum rege legimus, Valachis quadringentarum Purpurarum tributum impositum esse *a* Strabo asserit Tyrios ob tingendi Purpuræ peritiam (quanquam maxima huiusmodi officinatum multitudo eorum vibem redderet grauiorem) locupletiores factos esse, & non solum e regibus, sed a Romanis etiam libertate donatos fuisse. Iam vero qui Purpuram vsurparint, aliquid dicamus, & qui ea delectati sint, quales profecto reges fuisse, ac summos magistratus inuenemus, quin etiam sacerdotes, & quod amplius est, ipsosinet deos. Atque ita Palladis vulnus Purpurea fascia obligatum fuisse legimus, fascia scilicet, quæ deam deceret immortalem, quando mortalibus alba sufficere potest. Constat quoque vestes Purpura imbutas diis suis veteres, tanquam eximia ac singularia dona obtulisse; in quo sensu apud *b* Statium legimus Iunoni sceptrigeræ à Tyrijs peplum dono oblatum, quod Purpura in primis condecoratum esset:

Vt purpuram amarent veteres.

B

a *Lib. 16. Geog.*

Tyrii cur diuites facti.

Qui Purpura vsi.

Vestes Purpureæ Diis oblatæ.

b *Lib. 10. Syluar.*

Peplum etiam dono, cuius mirabile textum
Nulla manus sterilis, nec dissociata marito
Versarat calathis, casta velamina diua.
Haud spernenda ferunt, varijs vbi plurima floret
Purpura picta modis, mixtoq; incenditur auro.

Ornabant autem etiam deorum templa tam pretioso apparatu, quemadmodum idem poeta sub exemplo *c* Veneris demonstrat, canens:

C

Templa Deorum Purpureis vestibus ornata

Digna Dea sedes nitidis nec sordet ab astris
Hic Libydus Phrygiusq; silex, hic dura Laconum
Saxa virent. hic flexus onyx, & concolor alto
Vena mari, rupesq; nitent: quis Purpura sæpe
Oebalis & Tiryns moderator luuet aheni.

c *lib. 1. Sylu.*

d Claudianus illustris admodum poeta eiusdem deæ superbissimum comptum descripturus, non inuenit colorem præstantiorem, à quo vestitum eius commendaret, quam Purpureum: canit autem:

d *L. 2. de rapt. Proser.*

Illi multiplices crinis sinuatur in orbes
Idalia diuisus acu, sudata marito
Fibula, Purpureos gemma suspendit amictus.

Ex recentioribus nostri æui poetis non ignobilis Ælius Iulius Crotta de Apolline ait:

Phœbe pater late Tyrio spectabilis ostro.

In Tyro Herculis, sacerdos, referente Alexandro ab *e* Alexandro, cum infula & Purpura incedebat: Sed & Hebræorum Sacerdotes Purpuræ vsum magni admodum fecisse non est à ratione aut veritate alienum. Tradit enim *f* S. Isidorus Araonis cingulum Purpura, Cocco, & Hyacintho fuisse contextum, ex quibus præterea tabernacula Dei confecta fuisse ex diuino præcepto sacra pagina testatur, non sine alto mysterio, vt suo post loco patebit. Inuenio item Purpura & aureo monili vtendi potestatem ab Antiocho cognomento Sedete datam fuisse Ionathani duci & Pontifici Iudæorum, qui summi sacerdotis apud eos munere fungebantur. Erat veruntamen Purpura regum ac cæterorum procerum præcipuum ac peculiare ornamentum. Togam eorum regiam ac pictam dictam fuisse *g* Lazius autumat, quanquam & Romanis Coss. post modum, vt modo patebit, ex vsu fuerit. Erat autem eodem scribente non modo Purpurea, sed aureis etiam flosculis exornata. Quantum verum vero decoris atque ceu authoritatis regibus adderet tam pretiosum ornamentum vel quilibet penes se iudicare potest. Plut. in præceptis reipublicæ gerendæ id obiter innuit, inquiens: At vero magni illi reges, & à Ioue, vt Homerus ait progenati, Purpuris, sceptris, stipatoribus, deorumque oracula seipsos extollentes, vbi maiestate sua tanquam præstantioris ipsi naturæ vulgus sibi subiecerunt & cætera. Audi quæso quid nobis facundissimus ac Diuus inquit Ambrosius: Quid etiam Purpuras memorem, quæ ornant regum conuiuia, amictus imbuunt? Aquarum est igitur, quod in regibus adoratur. Quamobrem taxatur à multis Euripides, quod in vestibus laceris introduxerit reges & principes, & è contrario laudatur Sophocles qui in aureis & Purpureis Veteres quoq; poetæ, eosq; secuti recentiores omnes amictus pretiosissimos, nominaturi, eos Purpureos semper faciunt, vt pluribus subinde locis patebit, nunc de regibus ipsis prosequamur. *h* Ouidius.

e *L. 2. c. 8.*

Sacerdotes Iudæorũ Purpura vsi.

f *L. 19. c. 21*

Toga regia Iudæorum,

g *L. 8. c. 8.*

Toga picta quæ.

Regum ornamentum Purpura.

D

E

Euripides taxatus.

h *Lib. 3. Metam.*

——— Medio rex ipse resedit
Agmine Purpureus, sceptroq; insignis eburno.

Medea apud eundem de Iasone.

Rideat & Tyrio iaceat ſublimis in oſtro.

i *In arte poet.* i Eleganter etiam Horatius dicebat:

Regali conſpectus in auro, nuper & oſtro.

Cæterum ne in vna tantum regione Reges Purpura reſplenduiſſe quiſpiam credat, de nonnullis diuerſis aliquid quoq; dicendum eſſe videtur. k Strabo author eſt apud Nabataeos Purpuratos incedere reges Perſæ autem in primis Purpura induebantur. Teſtatur l Herodotus regem Aethiopum, cum conſpexiſſet à rege Perſarũ miſſam ſibi veſtem Purpuream, & ab Ichrhyophagis didiciſſet tincturæ rationem, dixiſſe, δολερὸς μὲν ἀνθρώπους εἶναι, δολερὰ δὲ ἀντίων τὰ εἵματα, id eſt, non ſolum homines eſſe ſubdolos, ſed & veſtes eorum eſſe doloſas. Plutarchus quoq; in libro de malignitate Herodoti de Purpura & vnguento ait dixiſſe, doloſas formas, doloſas veſtes eſſe m Perſarum. Et in Sympoſiacis eiuſdem dicterij meminit his verbis: Aut vngueutum potius & Purpuram auerſamur ob luxum ijs adhærentem, tanquam doloſas veſtes, doloſos colores, vt barbarus ille dicebat. Idem rurſus author in oratione de fortuna Alexandri Perſarum Purpuræ meminiſſe videtur, dum ait: Noli meæ virtuti detrahere, noli meam gloriam deprimere: tuum opus eſt Darius, quem ex ſeruo & aſtanda regis dominum Perſarum feciſti: tuum Sardanapalus, cui Purpuram pectenti diadema regium circumpoſuiſti. n Herodotus, o Valerius & p Strabo clariſſimi ſcriptores, quam grata Perſarum regibus fuerit Purpura, non obſcure iunuunt, aſſerentes Purpuram imperium peperiſſe Syloſonti apud Darium, qui olim curioſa contemplatione viderat Syloſontem amiculo Purpureo indutum, eiuſq; pulchritudine captus id mercati voluerat: Sed Syloſon, Ego, inquit, amiculum pecunia nulla vendo, ſed tibi dono do, ſi modo tuum perpetuo eſſe debet. Mox Darius memor muneris liberaliter dati Syloſontem remuneratione regia remuneratus eſt: namq; pro veſte illi retribuit imperium Sami inſulæ fortunatæ & optimæ. Legitur præterea epigramma Philippi, in quo Leonides Lacædemonius Xerxi Perſarum regi inſultat, quod eius corpus inter cætera cadauera inuentum ob ſingularem virtutem Purpura contegendum curaſſet, reſpuens iplius honorem, proditori magis, quam Lacedæmonio, id eſt, viro forti conuenientẽ. Charon apud Lucianum eum à Mercurio quæſiſſet, qui apud mortales ille eſſet, cui pallam Purpuream fibula uectebat, quemq; corona adornabat, intellexiſſetq; Polycratem Samiorum tyrannum eſſe, affirmat ſe huiuſmodi hominum quemcunq; nudum in ſuo nauigio agnouerit, maxime deriſurum, quando, inquit, neq; Purpuram, neq; regium capitis tegmen, denique neq; ſolium ſecum adferant aureum. q Virgilius quoque de Latino rege loquens canebat:

k *Lib. 16. Geog.* Perſæ Purpurati incedebant. l *Lib. 4.* m *Lib. 3 q. 1* n *In Thalia* o *Lib. 4.* p *Lib. 14. Geog.* Syloſon rex Sami quomodo factus. q *Lib. 7. Aeneid.*

Talibus Ilionei dictis defixa Latinus
Obtutu tenet ora, ſoloq; immobilis hæret
Intentos volueus oculos, nec Purpura regem
Picta mouet, nec ſceptra mouent Priameia tantum

Et r poſt rurſus:

Orbis picta croco, & fulgenti murice veſtis

r *Lib. 9.* Idem s poeta de domo regia Didonis

At domus interior regali ſplendida luxu
Inſtruitur, medij q; parant conuiuia tectis.
Arte laborata veſtes, oſtroq; ſuperbo.

s *Lib. 1.* Didonis habitus. Item de eadem regina venatum cum Aenea euute,

Reginam thalamo cunctantem ad limina primi
Pœnorum expectant, oſtroq; inſignis & auro
Stat ſonipes, & frena ferox ſpumantia mandit.
Tandem progreditur magna comitante caterua
Sidoniam picto chlamydem circundata limbo
Cui pharetra ex humeris, crines nodantur in aurum
Aurea Purpuream ſubnectit fibula veſtem,

Aeneæ. Aeneas etiam apud eundem victoribus præmia proponit, quæ ſunt: *Armaq; & oſtro*

Perfuſa veſtes, argenti, auriq; talenta

Sed & Mercurius ibidem Troianorum regem

Aeneam fundantem arces ac tecta nouantem
Conſpicit, atq; illi ſtellatus iaſpide fulua
Enſis erat, Tyrioq; ardebat murice lana
Demiſſa ex humeru, diues qua munera Dido
Fecerat, & tenui telas diſcreuerat auro.

t *L. 4. dec. 3.* t Liuius vero ſcribit Hierouem, filiumq; eius Gelonem, Siciliæ reges nec Purpuræ veſtis habitu, nec alio vllo inſigni differentes à cæteris ciuibus proceſſiſſe, contra Hierouymum Purpura ac diademate, & ſatellitibus armatis quadrigiſq; etiam alborum equorum interdum vſum eſſe. Dionyſius vero eiuſdem inſulæ tyrannus non modo ipſe Purpuram induebat, ſed referente † Diogene Laertio, iuſſit aliquando in conuiuio, vt ſinguli in veſte Purpurea ſaltarent. Id cum Plato renueret, dicens,

Dionyſius Purpurat. † *In Ariſtip pi vita.*

Οὐκ οἶδ' ὑναίμην ἡλλῶ σὺν δύνῃ σταλῶ,
Ἄρρῶν πεφυκὼς, κὴ γένους ἐξ ἄρρενος, hoc eſt.
Effœminata veſte non poſſum tegi
Cum ſim vir, & virili natus ſtemmate.

ſumpta ea Ariſtippus ſe induit, & cum ſaltare inciperet, proprie promptéq; dixit

——Καὶ γὰρ σὺ βακχεύμασιν
Οὐδὲν ὁ σώφρων δὲ φιλοφρονήσεται, hoc eſt.
——*Neq; in ſacris Liberi*
Patris, pudica mens vnquam corrumpitur.

u *L. 7. dec. 3* Philippus Purpuram reſpuit. u Philippus quoq; rex teſtante Liuio Purpuram quandoq; reſpuit hoc enim de eo ſcripſit: Philippus ludorum quoq;, qui reliqui erant, celebritatem, quantæcũq; de Romanis tamen victoriæ partæ famam auxerat, lætitiaq; ingenti celebrati feſti dies, eo magis etiam, quod populariter dempto capitis inſigni, Purpura atq; alio regio habitu æquauerat ſe cæteris in ſpeciem. Præterea Plutarchus in libro de fraterno amore de Antiocho Seleuci fratre ait: "Antiochus hoc nuncio allato (Seleucum nempe à Galatis deuictum) Purpuram depoſuit, pullaq; ſumpta veſte & clauſa regia, fratrem luxit. Phœnici regi, vt Suidas teſtatur, Purpura ab Hercule Tyrio, cum hanc tincturam, canis ſui maxillis cruentatis reperiſſet, oblata eſt, is vero rex primus Purpuram geſſit. Cleitus Alexandri familiaris cognomine Candidus, quoties adeuntibus reſpondere vellet, amictus veſte Purpurea & obambulans cum ijs qui compellauerant, ſermones conferebat, vt Athenæus prodidit ex Agatarchide Cnidio libro decimo de Aſia. Et mox ex Phylarcho, Alexandri quotidianos ſumptus deſcribens, ait primos clauarios Perſas quingẽtos circa tabernaculũ ſuũ fori aſtitiſſe Purpureis atque melinis (colore mali Cydonii) veſtibus indutos, extra tabernaculum Purpuratos quingentos, quibus eum veſtitum induſſerat. Scripſiſſe tum Alexandrum ad Ioniæ ciuitates & primũ Chios, ſibi Purpuram vt mittereut: velle namq; ſe familiares omnes Purpurea ſtola veſtire. Sed de regibus hæc citaſſe ſufficiat, Recte quidem regalis inde Purpura dicta eſt. Cicero pro Scauro: Quem Purpura regalis non commouit, eum Sardorum maſtruca mutauit? Maſtruca veſtis erat Sardorum è pellibus. Et x Claudianus regiam eam nominauit, cauens.

Phœnix primo Purpuram geſſit. Tributum ex Purpura Regalis. cur dicta Purpura. x *Lib. 8.*

——*Cum regia circi*
Conuexum gradibus veneratur Purpura vulgus

ipſos vero reges Purpureos.

Sub tua Purpurei venient veſtigia reges.

Hinc quoq; Purpuram petere pro ad regni gubernacula aſpirare Latini dicunt, itemq; Græci. Plutarchus libro de fraterno amore: Contra Antiochi, Seleuci, Grypi, Cyxiceui cum non didiciſſent ſecundo à fratribus eſſe loco, ſed Purpuras ac diademata appeterent, ſeipſos inuicem, ipſamq; adeo Græciam multis calamitatibus opplcuerunt. Virgilius.

Reges Purpurei cur dicti. Purpurã petere quid.

Non illum populi faſces, non Purpura regum.

Et alibi ——*Nec Purpura regem*
Picta mouet.

Quamobrem veſte etiam Purpurea in hunc modum creator ac redemptor humani generis, vel vt ſcenica larua regem fictitium agens ac ridiculum à nefariis illis Iudæis illudebatur, cum alioqui Purpura illa grandi non vacaret myſterio, de quo poſt agemus: ſicut & ruber pileus & purpura, in Concilio vniuerſali decimotertio Lugdunenſi conceſſa ſunt S. R. E. Cardinalibus, vt admonerentur ſe ſemper paratos eſſe debere, pro Chriſtiana religione ſanguinem, qui per Purpuram Chriſti deſignatur, effundere Amictus iſtius Cardinalium; Illuſtriſſimi Hyppoliti Eſtenſis exemplo meminit y Arioſtus:

Christus Purpurea veſte indutus & cur. Cardinales cur Purpuram geſtent. y *Cant. 3. ſt. 14.*

Quel che in pontifical habito imprime
Del purpureo Capel la Sacra chioma
E' il liberal magnanimo, ſublime,
Gran Cardinal de la Chieſa di Roma
Hippolito, ch' à proſe, à verſi, à rime
Dara materia eterna in ogni idioma.

Iam vero Laccedæmonios ad prælia euntes puniceam veſtem (φοινικίδα φοινικίς autem veſtis erat virilis purpurea, vnde † & Plutarchus φοινικίδα pro paludamento, (quæ veſtis Imperatorum erat) Purpureo dixit teſte Bayfio.) indutos venire oportuiſſe tradit z Aelianus, vt & color aliquam grauitatem præ ſe ferret, & ſi in eam ſanguis è vulneribus influeret, terribilior ſpectatu hoſtibus fieret, Simile plane eſt quod de Laconibus narrat Euſtathius, ſed tamen veſtes in bello Purpureas geſtaſſe prodidit, vt noræ ſanguinis vulneratorum, coloris cognatione tegerentur, & minus aliij terrerentur. Verba Euſtathij a hæc ſunt. χρῆται εἶναι σὺν πολέμῳ φοινικοῦν τὰ φορήματα, ἐφανὴ κὴ σὺν Ἰλιάδι κὴ ἔθος. Λακωνικόν, ὡς σὺν μάχαις ὑποκλέπτειτο ἡ τοῦ αἵματος ῥῆσις λαθὼν ὁμοχρόου ἐνδύσεως. a Odyſſ.

Phœnicis Veſtis quę. † *In Craſſo.* z *Li. 6. var. cap. 6.* Veſtes Purpureæ cur in bello. a *Odyſſ.*

Vt modo ad Romanos accedamus, hos fere vel à principio vrbis conditæ purpureo amictu delectatos fuiſſe luce clarius eſt, quanquam alij Tullum Hoſtilium, qui poſt Numam Pompilium vixit regnauitq;, primum Purpura vſum eſſe velint, alij Numam Pompilium allata Regis Hetruſcorum veſte, alij ipſum Romulũ qui primus regnauit: verum ego alia Romulum, alia Numam, Tullum alia vſum fuiſſe ſuſpicor. Plinius, Purpuræ vſum Romæ (inquit) ſemper fuiſſe video, ſed Romulo in trabea. Nã toga prætexta & latiore clauo Tullum Hoſtilium è regibus primum vſum Hetruſcis deuictis ſatis conſtat. Trabea autem, (de qua mox plura) proprie regum erat, eaque poſtmodum alios vſos fuiſſe ſuſpicandum eſt: quare cecinit Virgilius:

Romani reges qui primum Purpura vſi. Trabea.

Ipſe Quirinali lituo, paruaq; ſedebat
Succinctum q; trabea, lauaque ancile gerebat.

Auſonius b vero illuſtris admodum poeta ac vir conſularis id declarat dilucide, dum canit:

b *Epiſt. 23. ad Paul.*

Paul num, Auſoniumque viros, quos ſacra Quirini
Purpura & auratus trabea velauit amictus.

Qui vero trabea erant induti, trabeati vocabantur, quod ex Quidio innoteſcit, apud quem de Romulo legimus.

Trabeati qui.

Hoc igitur vidi trabeati cura Quirini
Cum rudibus populis annua iura daret.

Placuit poſtea & conſulibus Romanis (de quibus poſt) atq; Imperatoribus Purpura, atq; vt à primo auſpicemur, de eo apud Ciceronem inuenio, Cæſar cum Purpura veſte proceſſit: Et rurſus de eodem:

eodem: paulo ante interitum Cæsaris, cum immolaret illo die quo primum in sella aurea sedit, & cum Purpura veste processit, in extis bouis non fuit cor Dion. Cassius *c* Octauium Augustum testatur peculiares sibi habuisse palmatas pictasque vestes, ideoque cæteris interdixisse earum vsum. Legitur idem Imperator, ipse quod emerit in officinis Purpuram, vt si quæ præstantior esset alia, sibi cederet in vsum Caligula referente Suetonio Ptolomæum & accersitum è regno & exceptum honorifice non alia de causa repente percussisse, quam quod edente se munus, ingressum spectacula conuertisse hominum oculos fulgore Purpureæ abollæ animaduertisset Nero vero, vt idem Suetonius testatur, piscarus est rete aureo, Purpura coccoque funibus tinctis. Lego etiam apud Xiphilinum, eundem Neronem vela, quæ in theatris vel amphitheatris superinduci solent, arcendo æstui & soli, Purpurea suspendisse, stellis aureis varie intestincta. Eius verba sunt. Τὰ μὲν παραπετάσματα τὰ ἀφ' τοῦ ἀέρος ἀφῆπτε, ὅπως τὸν ἥλιον ἀποκρύκοι, ἀλουργὰ ἦν καὶ οὐ μέσῳ αὐτῶν ἅρμα ἐλαύνων ὁ Νέρων ἐνεφαίνετο, ἀστέρες δὲ χρυσοῖ ἀνωθεν ἐπέλαμπον, id est, Vela etiam quæ per aerem expansa ad arcendum solem, Purpurea erant: inque iis mediis Nero acu pictus, cursum agitans (videlicet instar Phœbi, vt ait doctissimus Lipsius) circum vero vndique aureæ stellæ M. Antonius apud Actium, vt scribit Alexander ab Alexandro, Purpureum velũ prætoriæ uaui pro insigni dedit Idem fecisse ex Græcis legimus Alcibiadem. Plinius, nescio an de eodem Nerone, vidimus, inquit, iam & viuentium ouium vellera Purpura, Cocco Conchylio sesquilibris confecta, velut illa sic nasci cogente luxuria Huc quoq; spectare videtur quod Iulius Capitolinus in vita Clodij Albini scribit. Sane vt tibi insigne aliquod imperatoriæ maiestatis accedat, habebis vtendi coccinci pallij facultatem, me præsente & ad me & cum mecum fueris, habiturus & Purpuram, sed sine auro. *d* Athalaricus rex Iustiniano Imperatori apud Cassiodorum à principio. Non vos, inquit, (inuuens omnes Imperatores Purpura vsos fuisse) maiorum Purpuratus tantum ordo clarificar, non sic regia sella sublimat, quantum longe lateque potens gratia vestita nobilitat. Et rursus ad Hildericum regem Vandalorum Mater quinimo haberi debuit, quæ nobis regna profudit. Nam & hoc nobilitati vestræ fuisset adiectum, si inter has diuorum (Hasi dirigorum) stirpem tetinuisseris Amali sanguinis Purpuram dignitatem. Adeo vt equidem luce sit clarius omnibus Imp. ac regibus Purpuram placuisse, Claudianus de Honorio Augusto quartum consule:

Omnibus acceptis vltro te regia solum
Protulit, & patrio felix adolescis in ostro.

Hetodianus de Commodo: simul, inquit, Purputeas sibi auro intextas vestes circundatet, non sine omnium irrisione. Quippe eodem schemate & fœminarum luxum & heroum virtutem repræsentabat. Sic & apud † Theodoritum legimus D. Ambrosium, cũ iussisset vt Theodosius Imperator cum reliquis laicis consisteret, quia ad loca interiora solis Sacerdotibus aditus pateret, dixisse, Purpura Imperatores, non Sacerdotes efficit. Fuit sane Romę Purpuræ vsus iam inde ab initio vrbis conditæ vt diximus, distinguebatque, vt ait Plinius ab equite curiam, id est, insigne erat Romani magistratus, atque idcirco quamplurimo vendebatur. Huic (Purpuræ flori) fasces sicuresque Romanæ viam faciunt; (consulatus autem insignia erant duodecim fasces, totidem lictores, Purpurea prætexta, curulis sella) idemque pro maiestate pueritiæ est. Distinguit ab equite curiam: Diis aduocatur placandis, (consules enim non nisi Purpurati sacrificabant) omnemque vestem illuminat: in triumphali miscetur auro. Quapropter excusata & Purpuræ sit insania. Hæc Plinius, quibus sane mirum in modum Purpuræ dignitatem extollit, adeo vt mirum sit Purpuræ vsum tam rarum vel penitus nobis potius ignotum esse, cum alioqui tota posteritas luxuriosa admodum fuerit. Hinc passim Purpura pro ipsomet magistratu accipitur, vt apud Ouidium de Pisone.

Cum tua bissenos numeraret Purpura fasces

Sic & Iuuenalis ait ——— *Sed quinq; taberna.*

Quadringenta parant, quid confert Purpura maius
Optandum, si Laurenti custodit in agro
Conductas Corninus oues.

Elegãtur ac clare Claudianus de tertio Honorii cõsulatu canebat:

Diues Idaspeis augescat Purpura gemmis
Succedant armis trabea, tentoria lictor
Ambiat & Latia redeant ad signa secures.

Atque dilucide Lucanus in panegyrico Calphurnii Pisonis

Quis digne refert, qualis tibi luce sub illa
Gloria contigerit, qua tu, reticente Senatu
Cum tua bissenos numeraret Purpura fasces,
Cæsareum grato cecinisti pectore numen

Nec non & Martialis.

Te primum pia turba regent, te voce salutent,
Purpura te felix, te colat omnis honos

Et rursus de consulatu Syllij:

Rerum prima salus & vna, Cæsar
Gaudenti superest adhuc quod optet
Felix Purpura, tertiusque consul.

Plinius † de gallo gallinaceo: Vt plane dignæ aliti tantum honoris præbeat Romana Purpura. † Ouidius de nouo consule.

Iamq; noui praeunt fasces, noua Purpura fulget.

Quin & ipsum magistratum siue Senatum purpureum vocati legimus. † Statius

Cantu Purpureum trabes senatum

Deponebant nonnunquam Purpuram, nimirum vel allato tristi aliquo nuucio, vel ob mortem cuiuspiam affinis, quo tempore pulla sese induebant: quare † Plutarchus ait: Fertur eo die Crassum non Purpureum (vt Romanorum Imperatorum mos erat) Sed atro paludamento ad milites processisse. Lucanus de toto magistratu præuidente calamitates belli ciuilis

Ergo vbi concipiunt, quantis sit cladibus vrbi
Constatura fides superum, ferale per vrbem
Iustitium, latuit plebeio tectus amictu
Omnis honos, nullis comitata est Purpura fasces

Erat autem Purpura, inquit *k* Lazius, apud Romanos per omnes vestes, nimirum Purpura prætexta, Purpura in lato clauo Purpura chlamys, & Purpura paludamentum. Tacuit autem trabeam, de qua tamen alii multa scribunt cæterum Purpuram fuisse per omnes eas vestes (quod quærimus) etiam confirmat altinutque doctissimus Aldus Manutius his verbis: Restat color: quem fuisse Purpureum non modo in latis clauis; verum in reliquis etiam tunicis veterum testimoniis probabo. nam si tunicæ expertes lati claui Purpureæ sunt: cur latos clauos, id est, nobilissimum tunicæ genus Purpura priuemus? tunicas autem lato clauo carentes Purpureas fuisse, aperte docet *l* Quintilianus his verbis: Vt Purpuræ recte descendant, leuis cura est: notatut interim negligentia Non loquitur de tunica lati claui, & Purpuras tamen nominat. Cicero etiã Purpuream tunicam non modo in ordine Senatorio, verũ in plebeijs quoque hominibus videtur agnoscere, cum ait de L. Pisone in oratione pro Sextio: Vestitus aspere; nostra hac Purpura plebeia ac pæne fusca. Nostra, dixit, qũa nos vtimur Senatores: plebeia vero, quia Purpurea Pisonis tunica filij crassitudine plebeiæ Purpuræ similior, quam senatoriæ, videretur deinde subiunxit de colore, Ac pœne fusca: quia varius erat Purpurarum color, vt ex linio liquet Verum de tunica lati claui Purpurea, vt omittantur dubiæ fortassis fidei testimonia, satis aperta sit significatio in hoc Ouidii versu.

Induitur q; humeris cum lato Purpura clauo

Plinius *m* autem, cum dixit: Purpura distinguit equitem à curia: non significauit in Senatoria tunica Purpuram fuisse, in equestri nou fuisse: iam enim probauimus Purpuram in omni tunica fuisse, sed de lato clauo Purpureo locutus est, qui Senatorem ab equite Purpureum quidem clauum, angustum tamen gestante, distingueret, id explanat idem *n* Plinius: Annuli distinxere alterum ordinem à plebe, sicut tunica ab annulis Senatum tantum: quanquam & hoc fero: vulgoque Purpura latiore tunicæ vsos inuenimus etiam præcones Quis non videt latum clauum significari? nam, si solus Purpuræ color Senatum ab equitibus distinxisset, non dixisset, Purpura latiore tunicæ, sed Purpurea tunica. Appellabatur autem tunica lati claui, ab ipsis clauis Purpureis qui tunicæ inserebantur, vt ex Festo patet, quanquam cum palmata confundat, vt dictum est Quibus clauis Purpureis vt opinatur Baysius mappæ quoque ad limbum, variari solebant. Et hoc est quod ait Martialis: *Et lato variata mapalia clauo.* Græci eam vocabant χιτῶνα πλατύσημον. Inserebantur eiusmodi claui Purpurei ad eam fere partem qua pectus tegebatur. Horatius. *Et latum dimittit pectore clauum.* non quod reuera essent claui, sed quod viderentur clauorum Purpurea capita supereminentia in tunicæ superficie. Dicebatur item hæc tunica, Purpura Stlataria, quoniam veteres slatum dicebant pro latum & slitem pro litem. † Iuuenalis.

Spondet enim Tyrio Stlatariæ Purpura filo:

Prætexta vero toga dicta est à prætexendo quia ei Purpura, vt ait Macrobius, prætexta erat? hoc est, quia Purpuram in ora habebat; vnde etiam Græci ἀμφιπόρφυρος vocant, id est, circumquaq; Purpuram habentem. Hac vtebantur pueri vsque ad annum decimum septimum qui annus tyrocinii dicebatur Cuius moris causas plures *o* Macrobius indicat. Hanc intellexit *p* Iuuenalis, cũ ait

——— *Vestem*
Purpuream teneris quoq; Mecænatibus aptam.

Et ante dixerat.

Et princeps Tyrio vestem prætexuit ostro

Statius quoque meminit de Atyi iuuene loquens:

Nunc pedes ense vago; prensis nunc celsus habenis
Ceu spectetur, agit; triplici velauerat ostro
Surgentes etiamnum humeros & lauia mater
Pectora: tunc auro phaleras: auroq; sagittas
Cingulaq; & manicas, ne coniuge vilior iret
Pressérat, & mixtum conuerrispauerat aurum.

Quantum vero ad pueros pertinet, præcipuũ prætextæ significatũ fuit, vt pudorẽ indicaret, quẽ scilicet ætas ea, quæ prætextata dicebatur, sibi proponere deberet, eiusq; rei indicium esse Purpureũ colorem, vnde admonerentur verecundiam in dictis factisque omnibus amandam. Inueuio interim prætextam togam non tantum puerorum fuisse quin & magistratus. *r* Liuius in oratione L. Valerii: Purpura (inquit) vni vtemur prætextati in magistratibus, in Sacerdotijs, liberi nostri prætextis Purpura toga vtẽtur. Plutarchus in quæstionibus Rom. Purpura prætextam vestem tribunus plebis non gestat alis magistratib. gerentibus: an quia magistratus omnino non est: nam neque lictores habet tribunus plebis, neque pro tribunali sedens responsa dat. Huc spectare videtur illud Silii Italici:

Bissenos hæc prima dedit præcedere fasces
Et iunxit totidem tacito sermone secures;
Hæc alias eboris decorauit honore secures
Et princeps Tyrio vestem prætexuit ostro.

Allusisse quoq; apparet ad prætextam Epigrammatatiũ hoc versu:

Diuisit

c Lib. 49. Augustus ipse Purpurã emit. Caligula cur Ptolomæũ percusserit Neronis piscario, Vela Purpurea.

d L. 8. Variar.

† *L. 5. Hist. Eccl. c. 17.*

Putpuræ vsus & dignitas apud Romanos.

Consules Romani Purpurati sactificabant.

† *L. 1. Fast.* Senatus Putpureus dictus.

† *L. 2. Syl.* † *In Crasso.*

k L. 8. c. 5. Putpurã Romanis per omnes vestes.

l Lib. 11.

m L. 9. c. 36 Plinius explicatus

n L. 33. c. 1. Tunica lati claui vnde dicta Toga prætexta quæ.

Stlataria Purpura Annus tyrocinij quis

† *Sat. 7.*

o L. 1. Sat. cap. 6.

p Sat. 12.

q Sat. 11.

Pueri cur prætexta vterentur.

prætexta toga etiam magistratus.

r L. 4. dec. 4

Diuiſit noſtras Purpura veſtra togas.

Purputea fascia. Inuenio etiam prætextam qua Romanus magiſtratus vtebatur, à nonnullis Purpuream quandam faſciam valde latam intelligi, quę tamen multipliciter plicata in anguſtum conttaheretur, atq; ita ſupra alia veſtimenta nunc ab humeris, nunc à pectore iu faſciæ modum circumduceretut, nunc eius capita vtrinq; ab humetis in pectus dimitterentur, cuius generis amicula Romæ pleriſq; antiquorum ſtatuis inducta conſpicias. Toga palmata. Togam palmatam à palmis pictis appellari exiſtimat idem Manutius, cuius tamen nou multa apud ſcriptores veteres mentio extat: plures meminerunt tunicæ palmatæ. Nec aſſentitur Aldus qui Feſtum ſecuti, ſi modo Feſtus ita ſcripſit, tunicam palmatam à latitudiue clauorum dictam & eaudem eſſe cum lato clauo, arbitrantur. Quid enim ſimile (inquit) habet clauus cum palma? Quare tunicam palmatam fuiſſe credit, quam triumphantes, toga picta ſuperimpoſita, tanquam inſigne victoriæ præſtarent. propterea Liuius eam ſimul cum toga picta nominat in decimo. Quos, inquit, vos ſellis curulibus, toga prætexta, tunica palmata, & toga picta & corona triumphali, laureaq; honoratis. Quo loco ſatis patet non ſignificari latum clauum: non enim poſt togam prætextam nominaretur: cum toga prætexta ſit honotatior, quia uon ea Senatores omnes, vt lato clauo, ſed tantum qui magiſtratum gererent, vtebantur. Toga picta. Toga picta, veſtis Hetruſca fuit, Purpurei coloris, auro diſtincta, à triumphantibus geſtari ſolita, quam vt ait Florus, ſubactis duodecim Thuſciæ populis, Tarquinius Priſcus Romani tranſtulit, id quod etiam Dionyſius confirmat. Macrobius & Plinius id non Priſco, ſed Tullo Hoſtilio tribuunt. Hæc Purpurea fuit, vt Dionyſius oſtendit. Cur picta dicatur. Picta vocatur, quod in ea variæ figuræ ita fingerentur, vt ea ſpecies ad picturæ ſimilitudinem accederet. Differebat ab hac toga Purpurea, quia hæc erat pura, & omnibus ſenatoribus communis, quanquam magiſtratum non gererent: à toga prætexta vero, quia hæc erat alba cum limbo Purpureo circumducto, cum Purpurea limbum non haberet. Trabeatum genera tria fuiſſe Suetonius in libro de veſtimeutis authore Seruio oſtendit, Trabeatũ geneta. vnum è ſola Purpura, dijs conſecratum, alterum è Purpura nou ſine albo, quo reges vſi fuerint, tertium augurale è Purputa & cocco. Primum itaq; illud forte fuerit, quod uos ſuperius Dijs & conſecratum & gratum fuiſſe diximus. Secundi generis trabeæ fuetunt præ reliquis in maximo apud Romanos vſu. Non enim reges tantum, verum etiam pulſis regibus conſules, item equites cum trabeati idibus Quinctilibus tranſueherentur, eas vſurparunt. Et conſulum quidem trabea, vt videtur Aldo Manutio, poſt reges fuiſſe militaris habitus, quo conſules in bello vſi fuerunt: ad cuius opiuionis cotroborationem citat illud Liuij: s Conſul, cum Cotcyræ hybernaſſet, vere primo incontinente trabeatus ad hoſtem ducere pergit: eandemque ob cauſſam etiam equeſtres turmas bellicam ſpeciem repræſentantes, idibus Quinctilibus trabea veſtitos tranſuectos eſſe aſſerit. Meminit huius trabeæ conſularis Auſonius in gratiarum actione, pro conſulatu, his verbis: In procinctu & tum maxime dimicaturus, palmatæ veſtis meæ ornamenta diſponi feliciter & bono omine: namq; iſte habitus, vt in pace conſulis eſt, ſic in victoria triumphantis. Parum eſt ſi qualis ad me trabea mittatur, iuterrogas: te coram promi iubes. Hæc ille, ex quibus illud primum conſtat, triumphalem Romanis ttabeam fuiſſe, quod alibi non facile inuenias: triumphabant euim in toga picta, vel diximus. deinde conſularem: quod reipub. temporibus inuſitatum fuit: prætexta enim tunc & conſules & reliqui magiſtratus vtebantur: poſtremo trabeam & palmatam veſtem, & togam pictam eandem facit: quin etiam trabeam auro pictam dicit, quod nec Suetonius, vbi de tribus trabearum geneeribus agit, nec quiſquam alius veterum ſcriptorum veteris & liberæ reipub. meminit. Vnde apparet Gratiano imperante & trabeatos conſules fuiſſe, qui prætextari antea fuerant, & trabeam fuiſſe pictam contra veterum conſuetudinem. De tertio trabearum genere loquitur t Dionyſius; vbi de Saliorum veſtitu vel trabeis ſcribens, eas τριπορφύρους vocat, id eſt, Purpura prætextas, puniceo colore alternis intertexto. Erat præterea Purpura patritia, cuius meminit Euſebius u his verbis: nam inſignis Purpura patritia Conſtantinus ibat paterna domo, pattem quaſi reuixiſſe cunctis in ſe monſtratuius. Militaris Purpura ob virtutem dono dabatur, quod meminit x Iulius Cæſar, dum ſcribit: Cæſar tum quidem honores minime proponere velle ait, cum plures tribuiſſet legionibus coronas, alias turmarum ducibus, ,, tribuuiſq; Purpuream veſtem. Et poſt Cæſarem Virgilius, qui ,, ſcribit Aeneam Cloantho, quod præ cæteris rem bene geſſiſſet, Purpuream chlamydem donaſſe:

Victori chlamydem auratam, quam plurima circum
Purpura Maandro duplici Meliboea cucurrit.

Vuolfgangus y Lazius arbitratur ab huiuſmodi Purpura Satrapas quondam, & qui iu comitatu principis aut regis erant, dictos eſſe Purpuratos, qui, inquit, alia item voce ab alio veſtimenti genere nominabantur prætextati. z Liuius: Sopatrum ex Purpu- ,, ratis & propinquis regis cum quatuor millibus Macedouum ,, & pecunia nuper miſſum in Africam eſſe. Præſidialis Purpura eodem Lazio ſcribente magiſtratuum erat & prouinciæ præfectorum, qua fortaſſe Pilatum iuduiſſe Chriſtum Saluatorem noſtrum credendum iudicat. Meminit illius togæ Spartianus in hiſtoria Septimij Seueri. Habuit etiam aliud omen imperij, cum rogatus ad cenam Imperatoriam palliatus veniſſet, qui togatus venire debebat, togam præſidiariam ipſius imperatoris cepit. Hanc intellexiſſe videtur Sidonius Apollinaris.

Huic Socer Antemius præfectus, conſul & idem

s *Lib.32.*

t *Lib.3.* Purpura patritia.

u *Lib.1 de Conſtant.* Purpura militaris.

x *Lib 5. de bel.ciuili.*

y *Li 8.c.8.* Satrapę Purpurati prętextatiq; cur dicti.

z *Lib.10. dec.3.* Præſidialis Purpura.

A *Iudicijs populos atq; annum nomine rexit*
Purpureos fortuna viros cum murice ſemper
Proſequitur ſolum: hic tantum mutatur in illis
Vt regnet qui conſul erat.

Lacernas in vſu vulgi pullas fuiſſe conſtat. Lipſius a excipit delicatos, qui, inquit, amethyſtini coloris ſumebatant coccinei, non tamen ſine nota hominum ſcueriorum, Martialis. Lacernæ. a *Lib. 1. Elect. c.11.*

Amator ille triſtium lacernarum
Et baticatus atq; leucophaatus
Qui coccinatos non putat viros eſſe
Amethyſtinaſq; mulierum vocat veſtes:
Natiua laudet, habeat & licet ſemper
Fuſcos colores, Galbanos habet mores.

Seneca epiſt 1.5. Quod vides iſtos ſequi; qui aut vellunt barbam aut interuellunt, qui labra pieſſius tondunt aut abradunt, qui " lacernas coloris improbi ſumunt, qui per luccutem togam, qui " nolunt facere, quidquam quod hominum oculis trauſmire lice- "

B at. Lacernæ coloris improbi, Purpureæ ſunt. quoniam inſolens ille color adhuc Senecæ temporibus. Simile in pænulis, quæ vulgo item pullæ: Purpureæ tamen quædam lautiorum. Dio b Caſ- " ſius de Tyberio: Cumque Purpurea toga plerique vterentur, " quod antea vetitum fuerat, neminem quidem ipſe reprehendit aut mulctauit; ſed cum forte pluiſſet in conuentu quodam, pulla pęnula ſe induit, quo facto vti alio geuere veſtium nemo deinceps eſt auſus. Et hinc liquet inquit idem Lipſius, quotieus interdictus Tyrius color, non ad togas id referendum (albæ euim & pullæ tantum in vſu) ſed ad pænulas & lacernas. Phaſis liber tus, vt citat c Mattialis, cum legitimum equitis cenſum uon haberet, lacernis Purpureis volebat videri eques, & cum nuper Domitianus iuſſiſſet ſeruare legem Othonis, ne cui liceret ſedere in decimoquarto gradu, niſi equeſtrem ceuſum haberet, hic in theatro iactabundus laudabat legem, quaſi ipſe eſſet eques: ſed Lectius cui ordinis theatralis cura erat demandata, iuſſit cum ſurgere. Lacernæ coloris improbi. b *Lib.57.* c *Lib.5.* Equitum lacerna.

Et dictum domini, deiq; noſtri
Quo ſubſellia certiora fiunt
C *Et pures equitis ordinis recepit*
Dum laudat modo Phaſis in theatro
Phaſis Purpureis ruber lacernis
Et iactat tumido ſuperbus ore
Tandem commodius licet ſedere
Nunc eſt reddita dignitas equeſtris
Turba nunc premimur, nec iequinamur.
Hæc & talia dum refert ſupinus
Illas purpureas & arroganies
Iuſſit ſurgere Lectius Lacernas.

Eodem modo lego apud Athenæum iuuenem quendam ex Ionia indutum Purpura, aureis fimbrijs Athenas cum profectus eſt, interroganti cuidam, cuias eſſet, reſpondiſſe, ſe eſſe diuitem. Vt non videatur mirum Purpuram à Cicerone alijſque plebeiam vocari. Eo enim proceſſit Purpura, vt ne plebs ab ea ſibi tempetate vellet, adeo vt ſepe leges aduerſus illam latas eſſe legamus Suetonius: Iulius Cæſar Conchyliatæ veſtis vſum, niſi certis perſonis & ætatibus, perq; certos dies ademit. d Dio Caſſius longe aliter: Cæſar edixit ne quiſquam niſi Senator, qui cum magiſtratu eſſet, Purpuram geſtaret, quam iam vulgo ſumi videbat. In codice Iu- D ſtiniani etiam priuatis hominibus vſus Purpuræ interdicitur, in titulo quæ res vendi non poſſit. Nero vero Tytij & amethyſtini coloris vſum prorſus interdixit referente Suetonio. Et apud Syracuſanos lege erat cautum, ne Purpura aut auro fæminæ ſe exornarent. Præterea à ſeuerioribus omnibus probro dabatur eadem, vt apparet ex oratione Ciceronis pro Cælio: Si quem etiam minimorum horum aliquid offendat, ſi Purpuræ genus &c. Plutarchus in Cratone: ἐπεὶ πορφύραν ἐφορεῖτον καὶ τὴν ὀξεῖαν ἀγαπῶντα, αὐτὸν ἐφόρει τὴν μέλαιναν. Id apparet etiã ex hoc Virgilij, quo ſignificatur parum viilis veſtis. Stulte. Purpura cur plebeia dicta. Leges latæ aduerſus Purpuram d *Lib. 49.*

Vrtis picta croco & ſplendenti murice veſtis.

e Alexander ab Alexandro ſcribit Purpuram plebeiam fuſcam & obſoletam fuiſſe, non murice aut cocco, ſed herbarum ſuccis infectam. Nos quoque ſupra pene fuſcam fuiſſe ex Cicerone diximus; alij putant fu ſſe quidem ex : urpura, ſed cærulea aut obſcura. Cæterum vt ad nobilium Purpuram reuertamur, cur ea vterentur ij proceres arque vti debeãt elegantiſſime ac diſerte admodum docet Caſſiodorus: Comitis Stephaui iuſinuatione competimus, ſacræ veſtis operam, quam voluimus neceſſaria feſtinatio- E ne compleri, diſrupto magis labore pendere: cui vſum ſubtrahendo ſolennem abominandam potius inferre cognoſceris tarditatem. Credimus enim aliquem prouenſſe neglectum, vt aut crines illi lactei, carneo poculo bis terq; ſatiati, pulcherrima minus ebrietate rubuerint, aut lanæ non auxerint adorandi muricis pretioſiſſimam qualitatem. Quapropter ſi perſecutator Hydrontini maris intuſa Conchylia ſolenniter condidiſſet apto tempore, aceruus ille Neptunius, generator floreutis ſemper Purpuræ, ornator ſolij, aquarum copia reſolutus imbrem aulicum flammeo liquore laxaret. Color nimio lepore vernans, obſcuritas rubens nigredo ſanguinea regnantem diſcernit, dum conſpicuum facit & præſtat humano generi, ne de aſpectu principis poſſit errari. Mirum eſt, ſubſtantiam illam morte confectam, cruorem de ſe poſt ſpatia tam longi temporis exudare, qui vix ſolet viuis corpotibus vulnere ſauciatis effluere. Nam cum ſex pene menſibus matinæ deliciæ à vitali fuerint vigore ſeparatæ, ſagacibus narib. neſciunt eſſe grauiſſimæ: ſcilicet ne ſanguis ille nobilis aliquid ſpiraret e *Lib 5.c.18* Purpura plebeia qualis. Proceres cur Purpura vterentur.

tanc. hororis. Hæc cum infecta semel substantia perseuerat & nescit ante subtrahi, quam vestis possit absumi. Quod si Conchyliorum qualitas non muterur, si torcularis illius vna vindemia est, culpa nimirum artificis erit, cui se copia nulla subtraxit. In illis autem rubicundis fontibus cum albentes coinas serici doctus moderator intinxerit, habere debet corporis purissimam castitatem, quia talium rerum secreta refugere dicuntur immunda. Et paulo post Verum talis rantaq; res, quam facili legitur inuenta compendio? Nam cum fame canis auida in Tyrio litore proiecta Conchylia impressis mandibulis contudisset, illa naturaliter humorem sanguineum defluentia, ora eius mirabili colore tinxerunt. Et vt est mos hominibus, occasiones repentinas ad artes ducere, talia exempla meditantes fecerunt Principibus decus nobile dare, quod substantiam noscitur habere mediocrem. Eoa Tyros est Hydron Italica, aulicum profecto vestiarium, non antiqua custodiens, sed ,, iugiter nouella transmittens. Cum itaque tanta apud Romanos in dignitate habita sit Purpura, non mirum est, cur uon omnes Patritij Veneri ea vtantur. Hi enim togati incedunt simili fere quo Romaui antiqui amiculi genere, eo excepto quod Purpureum non sit, sed ex nigro panno: Purpura enim nisi magistratum gerentibus conceditur, hisque insignioribus. Nuptialibus quoq; & cum primi honores quos procuratorios vocant, alicui deferuntur (Sunt vero hi sacrarum largitionum præfecti) tum consanguineis & cognatis & affinibus licet per aliquot dies vti Purpura in lætitiæ gratulationisq; significatum. Iam vero de alijs quibusdam vestibus, quas Purpura decorabat, postquam in eas incidimus, non abs re fuerit quædam quam breuissime recensere, ne Purpuræ authoritatem atque honorem deprimere velle videamur Rauisius Textor scribit Purpuram in imo consitam habuisse genus vestis, quod limbus dicitur, vnde limboratij vestimenti huius textores dicantur. Ab his fortasse non differebant perinesa vocata vestimenta, in quorum etiam extremitatibus, vt Stephanus Aqueus ait, Purpura assuta circumcurrebat Forteq; etiam limus dicebatur: multi enim apud Virgilium legunt velati limo, vt testatur doctissimus Turnebus, *f* nam limus, inquit, vestis erat ab vmbilico ad pedes, ad pudenda poparum regenda Higenus limum cinctum ideo dicit vocatum, quod Purpuram transuersam habeat: habebat enim in extremo Purpuram limam. Paryphes (παρύφες) apud *g* Pollucem & Patalurges (παραλουργες) indumentum appellatur attextam vtrimq; habens Purpuram. Id vero ab Ionibus dicitur Pachyales (παχυαλες.) sed & in tunicis virgæ (ῥάβδοι) Purpureæ vocantur paryphi (παρυφοι) vnde & in latinis literis (inquit *h* Cælius) virgatæ vestes, & apud poetam sagula virgata quæ haberent in virgarum modum deductas vias: cui sententiæ subscribit *i* Diodorus: tametsi in eo allusum Seruius putat ad Gallicam linguam qua virgæ diceretur Purpura. Virgilij versus est.

Virgatis lucent sagulis, tum lactea colla
Auro innectuntur.

Purpurę inuentio.

Hydron Italica.

Veneti patritij quib vrantur vestibus.

Vestes Purpureę alię.

Limb. quid

Perinesa vestimēta.

f *Li. 11. Ad. cap. 1.*

Limus quę vestis.

Paryphes.

g *Li. 7. c. 13.*

h *Lib. 8. Æneid.*

i *Lib. 6.*

Paryphes. Paryphes etiam nominatur apud Athenæum his verbis: Syracusani prohibuerunt, ne mulieres ferrent vestes Purpura prætextas, πορφυρᾶς ἐχούσας παρυφάς præterquam meretrices. χιτῶνας ἐνδεδυκότας πολυτελεῖς πορφύρας, nominat Hippias apud eundem. Περιήγητος Hesychio est ὁ πολυπορφύρος χιτών: & πολυήσαια, πολυόλαια, οἷς ἐν κύκλῳ πορφύρα παρῆκεται. Zoographus legendum putar quatuor syllabis πολύνησα, quoniam ita habear *k* Pollux: Πολύνησα ὑπόκροσσον ἐστὶ πολύλημμα, ἔχον τὰ νήματα ἐξηρτημένα: ἢ πορφυρᾶ κύκλῳ τὰ πέλη τοῦ φάρματος πολυέρχεται, νῆσον σχῆμα ποιοῦντα τῇ πολυρροῇ τοῦ χρώματος. hoc est, ita vt ambiens vndiquaque Purpura, vestem reliquam: ceu mare insulam includeret, vt forte eandem vestem Anaxilas νῆσον id est, insulam vocarit. Vniles vestes à coloribus dictæ sunt teste eodem Polluce, πορφυρίς, ἀλουργίς. φοινικίς. Ξυσὶς vestis quæ. Ξυσὶς vestis erat tragica muliebris, & exponitur πορφυρίς (ἢ) κροκωτὸν ἱμάτιον a Scholiaste Aristophanis in Nubes aliqui reges tragicos eam ferre ferunt, & aurigam in pompis Polluci vero etiam πορφυροῦν ἱμάτιον, vestis iuniorum in comædijs est Candys à Cælio exponitur vestimentum Persicum, Pollux candyn regalem ἁλιπόρφυρον esse scribit, aliorum vero Purpureum: sed ὁλοπόρφυρον potius legendum videtur: Sic enim inferius habet in eodem capite: Ξενοφῶν ἔφη καῦδυν ὁλοπορφυρον: quanquam holoporphyro non πορφυροῦν simpliciter, sed periporphyron & diaporphyron opponantur. (Holoporphyrum enim dicitur ad differentiam periporphyri & diaporphyri, quibus Purpura prætexitur solum, aut intertexitur quibusdam ceu virgis Purpureis, de quibus ex Cælio prædictum est) Et mox ibidem: Crates (inquit) in Samijs de Purpureis vestimentis dixit: πολλὰς εἶδε τὰς πορφυροῦς ἀφεῖς ἐδῆλας. Eadem Comici etiam κολλὰ vocare solent, vt Eupolis: τὰ κόλλα τὰ ῥῆσιμα τῇ θεῷ. Archippus in Pluto πλατυπόρφυρα ἱμάτια nominat. Hi forte sunt lati claui Romanis à latitudine clauorum dicti, vt supra dictum est. Ἁλιπόρφυρα, ἀλουργῆ, τουτέστιν ἐν θαλάσσῃ πόρφυρας. Hesychius. Polluci vero ἀλουργὶς exponitur vestis virilis à colore dicta, sicut & πορφυρίς; παραλουργὶς vero muliebris Hinc apud Hesychium eundem, vbi habet, ἀλουργοῖδες πορφυροῖδες, legendum est ἀλουργίδες. Ἀλουργὶς autem etiam Etymologo, purpura est, ἡ ἀπὸ θαλάσσης κόχλου γινομένη καὶ ἐργαζομένη Meminit eiusdem Aristophanes in equitibus his verbis, ἀλουργίδα Ἔχων κατὰ πάσου, καὶ στεφάνῳ ἐφ' ἅρματος: vbi Scholiastes interpretatur πορφυρᾶν χλανίδα. Varinus quoque ab ἅλς & ἔργον deriuat: & substantiuum fœmininum esse ait: adiectiuum autem masculinum ἀλουργὸς cuius fœmininum sit ἀλουργὶς, neutrum ἀλουργές: quod tamen non probar Zoographus: quoniam ἀλουργὸς non aliter moueatur quam ἀγαθὸς: & ipse etiam genere neutro ἀλουργὸν χρῶμα dixerit.

Πολύνησα

Ξυσὶς

Candys.

κόλλα.

ἀλουργὶς.

παραλουργὶς.

Hesychius correctus.

A Theopompus de Colophonijs apud Athenæum, χλιδῶντας φησὶν αὐτοὺς ἀνδρας ὡς πλὴν ἀλουργεῖς, φορεῖν τοὺς πολλὰς ἀξυπολίν. Apud eundem legimus ὑφὴ ἀλουργῆ Meminit item Plutarchus: Ἐξῆν δὲ Εὐμένει καὶ κλαυσίας ἀλουργεῖς, καὶ χλαμύδας διαδίδοσθαι: ἥ τι τῶν δώρων βασιλικώτατα παρὰ Μακεδόσι, hoc est: licebat Eumeni causias Purpureas & chlamydes dilargiri, quod inter dona regia præcipuum habebatur à Macedonibus. Causiam capitis Budæus appositissime vsurpauit pro galero Cardinalium coccineo Licet enim vni Romano Pontifici, vt quondam Eumeni, causias Purpureas, & chlamydes Coccinas, cæteraque Cardinalium ornamenta, arbitratu suo dilargiri. Causia.

'Αλουργὴς πορφυρῶν est apud Hesychium: & in scholijs Aristophanis legitur, ἀλουργὴς ἐσθῆς, ἡ πορφυρᾶ. Ioannes Tzetzes Antisthenis Sybaritæ ἱμάτιον ἀλουργὲς, id est, vestem Purpuream picturis & gemmis insignem, describit, Carthaginensious venditam centum, & viginti talentis, de authore dubitat: suspicatur autem apud Plutarchum se legisse. Ego apud Aristotelem in Admirandis legere memini & Athenæum in duodecimo. 'Αλουργὰ B Etymologus πορφυρᾶ interpretatur, Suidas θαλασσοπόρφυρα. Hesychius παρὰ τὴν θαλάσσης πορφυρᾶ. 'Αλουργὰς στόλας apud Athenæum lego. qui & Hippiæ hæc verba citat: ἄλουργα μὲν ἀμπεχόμενοι πολυστόλαια, καὶ χιτῶνας ἐνδεδυκότες πολυπόρφυρα Ἄλικα, χλαμύδα πορφυρᾶν. Hesychius Et rursus: Ἄλικα, χλαμύδα, ἱμάτιον: εἰ δὲ πορπίδα χλαμύδος ἀλικλοχείρα. Βεύδιον, τὸ ποικίλον ἱμάτιον, ἢ τὸ πορφυρῶν, apud Varinum: Βεῦθος vero Polluci est χιτὼν ἐπίσημος θαυμαστὴς: & παραγνὴς Μήδων φόρημα, πορφυρῆς, μεσόλευκος χιτών. Allica.

Lego & Εμβρόιον apud Hesychium, esse μικτὸν καὶ ἐπὶ φυροῦ ἱμάτιον πολυτελῆ. Vtebantur & Græci equites eo genere vestis, quam ephaptidem appellat Athenæus in quinto, his verbis: πάντες οἱ περιστρεμμένοι εἶχον πορφυρᾶς ἐφαπτίδας. πολλοὶ δὲ διαχρύσους καὶ ζωωτούς: hoc est, belluatas ephaptidas. *l* Polluci ephaptis genus est vestis tragicæ: συμβεβλημένον τὸ φοινικοῦν ἢ πορφυροῦν: ὃ οἱ τοῦ χείρα ἔχοντες πολεμοῦντες, ἢ οἱ θηρῶντες: è lino renui nimirum, sericoue Purpureo, quod propter tenuitatem facile manibus conuoluebatur pugnantium atque venantium. Lenones & scortorum matres in tragedijs, ταινίδιον τί πορφυροῦν περὶ τοῦ κεφαλοῦ ἔχουσι teste Polluce. cæterum ipsa quoque scorta Purpuram vsurparunt: quare C apud *m* Plautum quoque legimus de quadam meretrice loquentem: l *Li 4. c. 18.* Ephaptis. m *In Fœnulo.*

Meretricem pudorem gerere magis decet quam Purpuram
Magisq; meretricem pudorem quam aurum gerere condecet:
Pulchrum ornatum turpes mores peius cœno collinunt
Lepidi mores turpem ornatum facile factis comprobant.

Et *n* alibi rursus inquit: n *In Mostel.*

Purpura atas occultanda est, aurum turpe mulieri
Pulchra mulier nuda erit, quam Purpurata pulchrior.

Nec aliam ob causam Babylon quondam omnis luxus plena à Diuo Hieronymo Purpurata meretrix nominata est Hic enim in quadam epistola vocat se colonum Purpuratæ meretricis. Συμμετρίαν, ἥ τοι χιτῶνα πολύρρη ἀλουργὸν κύκλῳ mulieres quasdam in comædijs gestasse inuenio apud Pollucem. Nævius: Mulieres opertæ auro Purpuraque. *o* Plutarchus luxum mulierum in Purpura texat in Symposiacis, inquiens: existimo autem permultum " interesse inter superuacaueum cultum & munditiem. Nam mu- " lieres fuco, vnguentis, auro, Purpuraq; dum vtuntur, curiose & " impensius quam par est ornatui indulgere videntur: Et rursus in " D libro de coniugalibus præceptis. Ægyptiæ mulieres matorum instituto calceis non vtebantur, vt domi meminissent tempus exigendum, hodie domi mansuræ sint pleræq; si aureos calceos & armillas & periscelides & Purpuram atq; vniones auferas. Author est Lampridius Alexandrum Seuerum Purpuræ clarissimæ non ad suum vsum, sed ad matronatum si quæ aut (vti) possent aut vellent, certe ad vendendum grauissimum authorem fuisse: ita vt Alexandrina Purpura hodieque dicatur, inquit, quæ vulgo Probiana dicitur, idcirco quod Aurelius Probus baphijs præpositus id genus muricis reperisset. *p* Artemidorus citante Turnebo tradidit ingenuas mulieres albatas fuisse, libertinas atratas, nobiliores Purpuratas. Atq; hactenus de ram varijs Purpura nobilitatis vestibus: quot vero etiam aliæ à Purpura nomen obtinuere, licebit videre in denominatis. Dicam interim & illud quod summopere etiam Purpuræ magnificentiã ac honorem indicat, quod nimirum & mortuos ea induerent, cuius his verbis meminit Blõdus in nono triumphantis Romæ: Iam Purpuram pretiosissimam fuisse eleganter rubentem constat. Eius originem sic edocet Placidius Grammaticus. Murex Cochlea maris, ex qua Purpura " magistratuum color, de qua Liuius in trigesimo post M. Catonis E verba contra tribunum plebis, legem Oppiam abrogare conarum Purpura viri vtemur prætextati in magistratibus & sacerdotijs; liberi nostri prętextis Purpura rogis vtentur: magistratibus in colonijs, in municipijs, togæ prætextæ habendę ius est: nec id vt viui solum habeant tantum insigne, sed etiam vt cum eis cremen- " tur mortui, & cum tibi viro liceat Purpura in veste stragula vti, matrem familias tuam Purpureum amictum habere non sines, & equus tuus speciosius instratus erit quam vxor vestita? Hucusque Blondus. Morem vero mortuos in Purpureo amictu sepeliendi post ad posteros descendisse verisimile mihi videtur, nam & apud Claudianum lego. Babylõ cur Purpurata meretrix Mulierum Purpura. o *Li. 6. q. 7.* Alexandrina purpura p *Lib. 10. Adu. rl. 6.* Mortui Purpurã induti.

Has dedit inferias tumulis, iuuenumq; duorum
Purpureos merito placauit sanguine manes.

Equos vero vt ex Blondo diximus, Purpura fuisse decoratos cum apud alios, rum apud Romanos vero ipso verius est. Id enim etiã indicat ornatus equi Didonis, quo cum Aenea ad venatum profi- Equi Purpura decorati.

proficiſcebatur: cuius cum ſupra facta ſit mentio, hic non repetam. A
q L. 7. Aen. Alias apud q eundem poetam legitur:

Inſtratiq; oſtro alipedes, pictiſq; tapetis.

Eleganter Claudianus canebat:

Vtq; tuis primum ſonipes calcaribus arſit,
Turbantur phalerae, ſpumoſis morſibus aurum
Fumat anhelantes exudant ſanguine gemmae.
Ipſe labor, puluiſq; decet, confuſaq; motu
Cæſaries, veſtis radiato murice ſolem
Combibit, ingeſto criſpatur Purpura vento.

Meminit item Silius Italicus:

——— Stratumq; oſtro quem ceperat ipſe
Cornipedem

Ex ſerico an è lana Purpurea veſtis olim facta.

Scitu quoque digniſſimum eſt, ex ſericone an ex lana iſtiuſmodi quas diximus veſtes Purpureæ conſtiterint. Ex vellere factas fuiſſe demonſtrat apud Lucianum Demonax, hic enim conſpecto quopiam ex molliter & delicate conuceſtitis, propter Purpuræ latitudinem ſuperbiente, inſolentiuſque incedente, admoto ad illius aurem capite, apprehenſaque veſte & commonſtrata: heus tu, inquit, hoc aute te ouis ferre ſolebat & ouis (πρόβατον) fuit. Iam vero Purpura præterquam in veſtibus, in aliis etiam rebus placebat antiquis: in tapetibus in primis: Citat euim Giraldus hoc B Iuliani rethoris verſus.

Iam tonſiles tepetes ebrij fuco
Quos Concha Purpurae imbuens venenauit.

Conchyliata periſtomata.

Conchyliata periſtomata Cicero nominat in Philippicis: Conchyliatis Cn. Pompei periſtomatis ſeruorum in cellis lectos ſtratos videres. Inuehitur autem in nimium M. Antonij luxum, vnde ſubiungit: quamobrem deſine mirari hæc tam celeriter eſſe conſumpta: non modo vnius patrimonium quamuis amplum, vt illud fuit, ſed & vrbes & regna tanta nequitia deuorare potuiſſet. Taxat eandem ſtragulorum luxuriam Plutarchus in libro de cupiditate diuitiarum: ſicut enim Agatho (inquit) fiſtulam è conuiuio ad mulieres emiſit, ſufficere ratus ſermones conuiuatum: ita repudiauerun etiam ſtragula Purpurea, menſas ſumptuoſas, & ſuperuacanea omnia, videns diuites iſdem vti rebus quibus pauperes. Athenæus item ſcribit Purpurea ſtragula in foro ſubſtrata fuiſſe in conuiuio Cotyis regis Purpura & auto ſtratus erat lectus C. Iulio Cæſare interfecto. Lecti autem etiam Purpureis ſtragulis cohoneſtabantur, quod aliquoties innuit Epigrammatarius, vt in vndecimo.

Lecti ſtragulis Purpureis ornati.

Lingonicis agedum tumeat tibi culcitra lanis,
Conſtringatq; tuos Purpura texta toros.

Item in duodecimo ait:

Circumfuſa roſis & nigra recumbit amomo,
Dormit & in pluma, purpureoq; toro.

Et rurſus in decimoquarto:

Stragula Purpureis lucent villoſa tapetis,
Quid prodeſt, ſi te congelat vxor anus?

r L. 1. Theb. Meminit præterea r Statius, dum canit:

——— Vario ſtrepit icta tumultu
Regia, pars oſtro tenuet, auroq; ſonantes
Emunire toros, aitoſq; inferre tapitas.

Libri Purpura ornati.

Libros, quos vel donabant; vel præſtantiores alii s habebant, iidem veteres ornabant Purpura, quod præter alios meminit Lucianus non vno in loco, vt dum ſcribit. Tu vero, nunquid animaduertis prorſus idem tibi accidere, dum librum manu tenens pro-
,, grederis, cuius aluta Purpurea, bullulæ aureæ ſunt, at tu barbara
,, voce legis, deformans, & euertens ſcriptoris dignitatem. Martialis libro primo circa finem:

De primo dabit, alterone nido
Raſumpumice, Purpuraq; cultum
Denarijs tibi quinq; Martialem.

Et in ſecundo librum ſuum alloquens ait:

Et te Purpura delicata velet
Et cocco rubeat ſuperbus index.

In quinto rurſus ad Muſas:

Nunquam grandia nec moleſta poſcit
Quæ cedro decorata purpuraq;
Nigra pagina creuit vmbilicus.
Nec porrexeris iſta, ſed teneto.
Sic tanquam nihil offeras, agaſq;
Si nouis dominum nouem ſororum.
Vltro purpureum petet libellum.

Nec non in decimo:

Perſer Ateſtina nondum vulgata Sabina
Carmina, Purpureae ſed modo ſuta togae.

Si itaque Purpura totam ſupellectilem cohoneſtaret, & tantopere color ille placeret, non erit quod miremur s Iuuenalem, dum E
s Sat. 14. ſcribit eis qui ambitioſe viuunt, magnos ſumptus eſſe faciendos, ac perinde animum ad varias rapinas conuertendum, proinde canit:

——— Peregrina ignotaq; nobis
Adſcelus atq; nefas quodcunq; eſt Purpura ducit

Sic quoq; Plutarchus libro de Conſolatione ad vxorem exclamat: Quid quæſo magis eſt à ratione alienum, quam nimium riſum & gladium amputare, fletui & eiulatui ex eodem fonte promananti fluxum libetum permittere? aut de vnguento & Purpura non-
,, nullos cum vxoribus delitigare, interim concedentes tonſuram
,, lugubrem, atratam veſtem &c. Quo pacto etiam idem Iuuenalis Purpuram inter pretioſiſſimam ſuppellectilem repoſuit; vbi de victis Cilicum piratis canit hos verſus:

Purpura inter ſuppellectilē pretioſam

Non idem gemitus olim, non vultus erat par.
Damnorum ſocijs florentibus, & modo victis
Plena domus tunc omnis & ingens ſtabat aceruus
Nummorum, Spartana chlamys, Conchylia Coa.

Purpureū pro pulchro.

Spartana chlamys, id eſt, veſtis Purpurea. Hinc quoque Purpureum à poetis pro pulchro ac venuſto poni ex illius coloris præſtantia & pulchritudine non eſt ignotum: atque ita Virgilius lumen vocat Purpureum, verque Purpureum, quod vere pulchri dentur flores, quos & ipſos Purpureos nuncupauit, vt

——— Manibus date lilia plenis
Purpureos ſpargam flores.

Item:

Purpureus veluti cum flos ſucciſus aratro.

Lucianus Hippiæ balneum deſcripturus, ſumptuoſiſſima ſplendidiſſimaque eius ornamenta & ſtructuram miris extollens laudibus ait: Ὁ δὲ ἔνδον οἶκος πόλις, φῶς τι πολὺ αὐάμενος, καὶ ὡς πορφύρα δλω θηρός. id eſt: porro interior habitatio omni amœnitate referta, plurima luce conſpicua eſt ac inſtar Purpuræ floribus ac venuſtate renitet. Cur vero Purpura ſeu color Purpureus tantopere cætetis coloribus cum à regibus variis, tum etiam magiſtratu toto Romanorum, quiu Imperatoribus antepoſitus fuerit, non video quenquam qui id ſcripſerit. Raritate id factum eſſe aliis prælatus. (quod enim rarum eſt, idem & carum) non videtur eſſe affirmandum, cum ſatis obuia ſint hoc genus Conchylia: nec etiam ob tincturæ artificium, vrbes enim atque adeo integræ regiones hac arte celebrantur: nec deuique ob elegantiam ſuam, quia & aureus color non minus oculos delectat quam Purpureus. An itaque quia cum lanæ permixtus eſt, dirimi non poreſt? Hoc autem de Purpura teſtatum reliquit naturæ ſcientiſſimus atque antiquiſſimus Lucretius in ſexto de rerum natura libro.

Color Purpureus cur

Purpureuſq; color Conchylij iungitur vna
Corpore cum lanæ, dirimi quia non queat vnquam
Non ſi Neptunt fluctu renouare operam des
Non mare ſi totum velit eluere omnibus vndis.

Cocci coloris præſtantia.

Idem quoque videmus in Cocco, cuius color eadem ratione præferturin panno: quibus enim nihil ex eo permixtum eſt, ſubiude ſplendorem, coloriſque bonitatem amittunt. Erant poſtremo Putpuræ in menſæ luxu, quod inter alios innuit Macrobius, qui ſcribit, quo die Lentulus flamen Martialis inauguraretur, hanc cænam fuiſſe: ante cænam vrticæ, murices, Purpuræ: nec non In menſis poſitæ Purpuræ.

C Porphytius libro ſecundo de Abſtinentia ab animatis, Oſtrea (inquit) omnigena, Purpuras, vrticas &c. Deus homini condidit, vt iuris & ferculorum (ζωμῶν καὶ παραδειπνίων) copia nobis ſuppeteret. Sed hac de re poſt nounulla alia. Sufficiantq; hæc in Purpuræ laudem, qua ſola moti, eam cæteris turbinatis prætulimus.

ÆQVIVOCA SYNONYMA.

PRæſtantiſſimus iſte color, cum non è ſola Purpura, ſed etiam è Conchylio, murice, Buccinoque colligeretur, multi viri docti omnia iſtæc Conchylia vel ſimul confuderunt, vel ſaltem non recte diſtinxerunt. Sunt qui Conchylium nihil aliud eſſe quam ipſam Purpuram arbitrentur: quorum ſententiam etroneam eſſe, ſic ex a Plinio comprobamus: ait enim: Conchylia & Purpuras omnis ora atterit, quibus eadem mater luxuria paria pene etiam margaritis pretia fecit. Et de Purpura loquens: Calculoſæ appellantur à calculo maris, mire apto Conchilijs & longe optimo Purpuris. Sic manifeſte Conchylia à Purpuris ſciunxit. Alijs Conchylium idem eſt quod Buccinum; quod b Plinius, cum duo tantum D genera Turbinatorum continentium florem illum tingendis veſtibus tantopere expetitum poſuerit, alterum Purpuram, alterum Buccinum neceſſe eſſe videatur: Buccinum eſſe qui murex κῆρυξ & Conchylium appelletur, cum etiam conſtet & murice Tyrio infectas veſtes dici & Conchyliatas. Quæ ratio etſi valida nonnullis videatur, eam tamen facile conuellere poſſum eiuſdem c Plinij authoritate: qui euidentiſſime Conchylium à Buccino ſeiunxit. In Conchyliata veſte cætera eadem ſine Buccino præterque ius temperaturæ (alias ius rempcratur) aqua pro inuiſo humani potus excremento. Et d alio in loco: Conchylijs ſuum florē d L. 21. c. 8. colorēq; propriū tribuit: luxuria veſtib. quoq; prouocauit eos flores qui colore cōmendātur. Hos animaduerto tres eſſe principales: vnum in Cocco. qui in roſis nitcar, gratius nihil traditur aſpectu: & in Purpura Tyria, dibaphaque Laconica: alium in amethyſto, qui in viola, & ipſum Purpureum, quemque ianthinum appellamus. Genera enim tractamus in ſpecies multas ſæpe ſpargentia. Tertius eſt qui proprie Conchylij intelligitur, idque multis modis. His adiungemus Dioſcoridis teſtimonium, qui cum dixiſſet de Purpura & Bucciuo, aliquanto poſt de Conchylij operculo ſeorſum ſcripſit, & in fine addit: Αὐτὸ δὲ τὸ κογχυλίον καῖον ποιεῖ ὅσπερ καὶ ἡ πορφύρα καὶ ὁ κῆρυξ: Crematum Conchylium idem efficit quæ Purpura & Buccinum. Quare cum ex his conſtet Conchylium diuerſum eſſe à Purpura & Buccino, iam quid Murex ſit veteribus videamus. Hermolaus, Muricum nomen, inquit, generalius eſſe video, quam Buccini, vrpote quod & Purpuram quoque comprehendat. Maſſarius collatis aliquot Ariſt. & Plinij locis Plin. oſtendit cerycem modo muricem ex eo quod vertigo Conchæ in acutum maxime rendat, (murex, enim, inquit, pro acuto quandoque capitur,) modo Buccinum quia ſit alteri Turbinato generi Buccino dicto ſimilis, conuertiſſe, quem Theodorus, inquit, vocis ſignificationem imitatus, Buccinum ſemper interpretatus eſt. Ceryx enim idem quod præco ſignificat. verum quæ apor-

Conchyliū à Purpura quid differat.

a L. 9. c. 35.

b L. 9. c. 36.

c L. 9. c. 39.

Mutex quid

Ceryx quid

aporredes vocantur, murices conuertit, vt muricis nomen generalius esse quam Buccini coniectare liceat. Ceryx igitur, qui secundum Plinium Latine murex & Buccinum vocatur, Concha est è Turbinato genere, Purpuris magnitudine inferior, similis Buccino illi Turbinatorum generi, quo sonus editur, oris tantum rotunditate in margine incisa differens, promuscidem modo muscarum habens, firmam & torosam, quæ linguæ effigiem præ se fert: cuius flore illo Purpureo antiqui vestes inficiebant, quæ muriceæ & Conchyliatæ dicebantur. Hæc Massarius. Et rursus enarrans hæc Plinij verba: quæ durioris testæ sunt, vt murices, Purpuræ, saliuario lentore prouenium Saliuarium, inquit, lentorem appellat mucosam illam congeriem fauaginem dictam, quam Purpuræ & murices siue Buccinæ construunt. Vbi etiam comprehenditur Plinium muricem pro ceryce, hoc est, Buccino comprehendisse. Hæc enim duo genera, Purpura scilicet & Buccinum fauificare solita sunt, ex Aristotele quinto de historia. Nos quoq; quid Conchylium tum generatim, tum speciatim significet, antea cum ostendebamus, statuimus Conchylium à murice & Purpura differre: concedimus interim muricem per excellentiam Conchylium aliquando dici, præsertim cum pro ipso flore siue colore accipitur, quin murice tincta vestis, à Purpura tincta, vel Conchyliata etiam apud disertissimos scriptores ne hilum quidem differt: Sed hæc ex priuata cuiusuis Conchę historia rectius patebit: nunc Purpuræ synonyma examinemus Non modo autem hæc vox animal ipsum significat, sed etiam colorem vel ex eo factum, vel quoque ei similem. *c* Virgilius. *Viola sublucet Purpura nigra.* Plinius Vt ouatus esset Numidicus lapis, vt Purpura distingueretur Sinnadicus. Et vestimentum eo colore tinctum, & magistratum ita vestitum, vt paulo ante etiam demonstrauimus, vnde etiam Purpurati pro Purpura induti dicuntur & Purpureos reges pro Purpuratis Horatius alijq; appellarunt. Animal ipsum nimirum Purpura Latinis nominatum, à Græcis pariter consimili voce πορφύρα appellatur, ab *f* Aristotele πορφύρα μίκρα, Purpuræ paruæ dicuntur. Gillius Græcos hac ætate idem nomen (porphyra) retinuisse testatur. Apud Latinos penultimam corripit, vti similiter apud Græcos. Oppianus:

Saliuarius lentor.

Conchylium quid.

Purpura quid.

c L.4.Geor.

f Li.5. Hist. c.15.

Νειᾶται, τρόμεωντο γλόῳ ἢ πορφύρεϊ αὐτοῖ

Verbum tamen πορφύρειν produci inuenio apud eundem Oppianum, item apud Homer. & Theocritum. Synonyma Purpuræ ad florem eius pertinent, eaque post, vbi de flore agam, enumerabo, quæ ad animal referenda sint, admodum pauca, quin nulla reperio: nam quod Plinius *g* scribit Purpuras alio nomine pelagias vocari, Iacobus Dalechampius in doctissimis suis scholijs, & ante eum Rondeletius, atque ante hunc rursus Massarius, Plinium volunt vniuerso Purpurarum generi, quod situs ac loci proprium est oscitanter tribuisse, id quod ex Aristotele satis liquet, qui pelagias Purpuras tertium genus facit, cuius verba postmodum enumerabo. Zoographus tamen fieri posse arbitratur, vt vulgus Plinij sæculo eas sic appellarit (κατ' ἐξοχὴν, quod illæ maximę requirerentur, vtpote & maiores, & quę magis probatum florem haberent:) cum & pelagium pro colore seu flore Purpuræ Plinius dixerit: Buccinum, inquit, per se damnatur, quoniam fucum remittit: pelagio, (id est, Purpuræ flore) admodum alligatur, nimiæque eius nigrit ædat austeritatem, &c. Reperio & apud Seruium à Phœnicibus piscem, cuius sanguine sericum in Purpuram tingebatur, Sar appellati. Sed *h* Pausanias in Eleorum terra vermem nasci scribit, quem Serem Græci, (σῆρα à nominatiuo σὴρ) ipsi Seres (populi) longe alio appellant nomine. Hoc à Seribus accurate nutriri, cellas illis cum æstiuas, tum hybernas apte fabricantes: pedibus (habere vero octo quot & Aranea) sub arboribus textile opus facere, nimirum sericum, vt in opere nostro de Insectis abunde est videre, vnde forte Seruium memoria lapsum hoc animal cum Purpura implicasse suspicandum est, & pro Ser Sar exarasse. Politianus Purpuram vocauit aliquando Concham Herculeam, quoniam Hercules, vt post dicetur, huiusce tincturæ inuentor primus esse perhibetur. Auicenna, vbi in curatione anginæ muricem interpres transtulit, Arabice dixit Alarginam, intelligens Purpuram, vt ex remedio rum collatione apparet. Serapio vel potius eius interpres pro Purpura habet pulpia (alias palpir) vbi de blatra Byzantia agit. Antale quod ad citrinum vnguentum à pharmacopolis requiritur, Brasauolus Purpuram esse putat: dentale vero Buccinum Syluarico vero dentales sunt ossa satis alba, quæ dentes caninos referunt, quibus tamen (inquit) longiores sunt, inanes intus & perforati: oriuntur in cauernis lapidum in profundo maris: siccantis, refrigerantis & abstergentis naturæ Quidam dentale & antale non forma, vt Brasauolus, nec aliter sed magnitudine tantum modo distinguūt. In Germania, (inquit Zoographus) pharmacopolæ Germani tubulos quosdam ostendunt, veluti osseos, candidos, formæ teretis, striatæ, vna aut altera linea transuersa inæquali ambiente, præsertim in minoribus: Maiores ad quatuor digitos accedunt. Longitudo non omnino recta, sed modice inflexa est dentis canini instar. Substantia prædura est, non ossea, sed aliorum testatorum substantiæ similis. Conchæ non merentur appellari, cum neque biualuium, nec vniualuium generis sint, neque muricibus aut venereis Conchis simili forma. Est, & penicillus marinus Rondeletij tubulus quidam testaceus, sed molli & laxa substantia. Valerius Cordus vocat Enthalium, atque esse testaceum quiddam marinum, fistulæ modo longum & concauum, foris striatum, longitudine digiti (non transuersi, sed secundum longitudinem:) dentalium Conchuiam esse marinam, paruam, dentatam rimam habentem. Nos huiusce Conchulæ inter Conchas venereas mentionem faciemus.

g L.9.c.37.

Pelagia.

h In Eliacis in fine.

Ser animal.

Concha Herculea.

Alarginan.

Pulpia.

Antale.

Dentale. quid.

Penicillus marinus.

Dentaliū.

A Post marinos æstus, inquit Brasauolus supra maris litora inueniuntur. Sunt qui hæc cocta & qui cruda edunt, sicut alia maris Conchylia. Antale diuersis inuolucris circumgyratur: est autem Buccinum: & accidit quandoq; flante vento per antalis anfractus sibilum emitti, vt tuba videatur. Hæc Brasauolus. Quod ad vim quidem remediorum attinet, Purpuras, Buccina, tubulos, an porcellanas aliquas excipias, ego cum Zoographo parum interesse censeo Ridet eos, qui barbaram sectantes medicinam tradunt esse lapidum genera. Græce quidem à Nic. Myrepso αὐτάλι & πέντάλι scribitur. Atque hæc de antali. Cuius hic quinque icones magnitudine tantum differentes damus. Bellonius Purpurarum testas ab Italis porcellanas vocari tradit, eoque nomine omne genus Conchylij ab illis intelligi: vnde nos (Galli) quoque inquit, detorta ad vasa appellatione, porcellanica vasa appellamus, vocemque hanc agnoscimus in globulis, quibus nostræ mulierculæ suas preces nuncupare solent: Pate nostres de Porceleine nuncupare solent, qui ex testis maiorum Purpurarum aut muricum conficiuntur. Sic ille. Sed ex Purpuris globulos factos uedum ego obseruaui, porcellanas veto Conchas venereas, quæ sub muricis nomine etiam à Plinio comprehendi diximus, appellamus, ex quibus eos fieri certum est Idem Bellonius Purpuram à Genuensibus Ronceram dici scribit (quod muricatis aculeis in orbem circumualletur) à Venetorum vero & Romanorum vulgo ab vngue odorato (quo iam inde ab ortu naturæ sese quasi concludendo tuetur) Ognellas nominari. Eadem synonyma repetit Rondeletius additque Purpuram suis (Gallis) dici Burex, mutuata, vt apparet dictione à Latinorum murex. Massilienses vero teste Gillio, Purpuras, Murices & Buccinas, Bios appellant Et Seruius in hæc Virgil. verba, *Virgatis lucent sagulis* Purpuram Gallica lingua Virgas dici scribit Zoographus Germanicum Purpuræ nomen facit, ein Nagelschneck, ab vnguis simili operculo, simili nimirum ratione, qua Veneri & Romani Ognellas, nuncupans; aut circumscribit, ein Stachelschneggen ait, i. e. Conchæ aculeatæ muricatęve species. Potest, inquit, & Purperschneck dici rauquam genus, cuius species sint Purpura, Buccinum, Conchylium, Purpersnecken arten. Purple Anglicum nomen est, uescio, an vulgare, an effectum imitatione Latini.

Antale.

Porcellanica vasa vnde dicta.

B

Roncera.

Vngella.

GENVS. DIFFERENTIAE.

forma.

C

DVrpuram Concham esse ex Turbinatorum genere, disertissime profitetur Aristoteles, cui non vnum earum genus notum fuisse ex hisce eiusdem verbis discimus: εἰσὶ δὲ τῶν πορφύρων γένη πολλὰ, καὶ ἔνια μὲν μεγάλα, οἷον αἱ καλεῖ τὸ Σίγειον, καὶ Λέκτον. αἱ δὲ μίκρα, οἷον αἱ περὶ Εὐρίπῳ, καὶ καλεῖ τῶν κεραίων. Καὶ αἱ μὲν ἐν τοῖς κόλποις μεγάλαι καὶ τραχεῖαι. καὶ τὸ ἄνθος αὐτῶν αἱ μὲν πολλοῖς μέλαν ἔχουσι: ἔνια δὲ ἐρυθρὸν μίκρον &c Quæ sic Gaza conuertit: Genera Purpurarum plura, & nonnullæ magnitudine augentur insigni, vt quæ ad Sigeum & Lectum (Idæ promontoria) gignuntur. Aliæ paruæ; vt quas Euripus fert & Caria. Pelagiæ magnæ scabræque sunt, quarum flos magna ex parte niger, sed nonnullis rubidus pusillum. Nonnullas ex magnis vel ad prerium minæ euadere nouimus. Paruæ ad litora & oras (ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς καὶ καλεῖ τας ἀκτὰς) reperiuntur flore rubio Rondeletius Purpuras quæ ἐν τοῖς κόλποις nascuntur, pelagias recte interpretatum fuisse Gazam ait, quia κόλπους τῆς θαλάσσης Græci τὰ κοιλώματα τῆς θαλάσσης appellant, & τὸν βαθεῖαν θάλασσαν: & qualem hic florem pelagijs tribuit Aristoteles, talem pelagio Plinius, scilicet nigricantem Addit ibidem Aristoteles in partibus irem Aquilonijs Purpuras haberi nigras, & in Austrinis magna ex parte rubras. Ex quo forte Vitruuius Purpuras quoque colore distingui tradidit: Septentrionales nigriusculas & subobscuras. Orientales & Occidentales liuidas. Meridionales rubras & genuinas Isidorus quoque Occidenti tribuit subnigras, dum scribit ferruginem esse Purpuræ subnigræ colorem, quæ fit in Hispania, iuxta illud *Ferrugine clarus Ibera.* Mihi quidem rubras Purpuras, atque nigras videre raro licuit, sed quales Rondeletius depingit, innumeras, à quibus quæ hic primo loco exhibetur, in hoc potissimum differt quod pluribus spinis sue mucronibus horreat, maxime vero in postica parte, vbi Turbinata est: extraque modo candicat, modo flauescit; intus modo violacei coloris est, modo rubicundi, cum Rondeletij Purpura vndiquaq;, extra minus intus magis candicet. Altera echinata pariter est, sed vt minoribus, ita quoque rarioribus spinis, ac breuioribus prædita: eius tota pars turbinata rubicundo colore conspicitur, dorsum vero (ita eam partem qua magis gibba est, aut extuberat, liceat appellare) partim ruber, partim viridescit. Anterior mucro acutus non est, vt in priori, sed notabili latitudine spectabilis, & velut ex quatuor vel quinis mocronibus constans. Intus colore ferrugineo, flauescente, ac eleganti cæruleo variat. Ex hoc genere nonnullas alias species obseruaui, quas in gratiam studiosorum & describere & depingere libuit. Quæ itaque ab illa prima est, eiusdem planę magnitudinis, colore tota cinereo, intus quandoque candicante, quandoque subcæruleo, spinis etiam longe breuioribus, quin ferme nullis, cum extuberantiæ hic potius sint appellandæ. Variat hoc genus Purpuræ summopere secundum quantitatem, vt ex duarum icone adiecta videre licet. Huius quoque potius quam alterius generis esse videtur pulcherrima istæc Purpura, pelagia forte Aristotelis, longis vndique tuberibus, vbique ferme duplicibus, at minime acutis, sed obtusis plena; labro latissimo, quasi canaliculato, binæ enim id foueæ percurrunt, tota fere marmoreæ duritiei, vndique candida, præ-

Turbinatā esse.

D

Purpuræ nigræ vbi.

Purpura Rondeletij

Purpura minus Echinata

E

Purpura pelagia

Purpura marmorea

Purpura marmorea

terquam in extremis foraminis oris, quæ purpuraſcunt. Huc referenda prætetea quæ ſubinde ab ea marmorea pingitur, tota ex cinereo candida, minor quam priores omnes, labro ſubtus ſpinoſo, ſeu Echinato, cum alioqui nullæ aliæ ſpinæ in toto corpore dentur. Cæterum in hoc ab omnibus fere Purpuris differens, quod vix vllius Turbinis figuram habeat. Ventre enim plane eſt ſeſſili. Quæ hanc ordine ſequitur, ſæpius à me obſeruata, ex ciner eo nigricans, à Zoographo primum depicta fuit, ſcribente ſe eam ex Adriatico mari accepiſſe.

Poſtremæ icones Purpuram deſignant prone ſupineque depictam à Pet. Bellonio, appellatam pentadactylum cum alioqui ſex dactylis inſtructam depingat. Purpuram ſuam Roudeletius ita de-

Deſcriptio ex Rondeletio.

ſcripſit. Purpura noſtra oui eſt magnitudine: non nego alibi multo maiorem reperiri. Teſta rugata, aſpera, cinerea, aliquando flauueſcente, aliquando ex viridi cinerea, intus lureo colore. In anfractus contorta eſt. Aculeis veluti clauis ordine diſpoſitis munita,

† Li 9.c.36.

primis minoribus, medijs longioribus multo, vnde † Plinius clauatam eſſe Purpuram dixit, ad turbinem vſque aculeis in orbem ſeptenis fere. Roſtro eſt longo, tubuli modo excauato, per quod linguam exerere creditur. Ante id foramen eſt rotundum, operculo intectum, quod ſeparatim depingendum curauimus, de quo etiam ſeorſum dicemus. Ex his perſpicuum eſt quam alienæ ſint à vera Purpura aliorum picturæ, quorum hi roſtrum tubulatum, illi turbinem omiſerunt. Caro interior, qualem in Turbinatis antea ex Ariſtotele deſcripſimus: ſuutque falſiſſima, quæ nonnulli de

Contra Bellonium.

Purpurarum branchijs (Bellonium notat) & alijs partibus ſe percepiſſe blaterant. Hæc ille. Bellonius vero ſic habet. Eius Concha

Bellonij deſcriptio.

Cochleam penitus referret, niſi clauata eſſet & canalem ad latus, qua linguam exerit, haberet: Cornua Limacum more attollit, atque eodem modo ſetpit, ijſdemque cornibus iter ſibi præteudit. Linguam ex tubulo caualiculato in latere procurrentẽ habet, quæ calloſæ huic parti adhæreſcit: cui caro ipſi teſtæ adiungitur. Eſt autem ea caro, muſculus quidam forti, ac candidus, mediæ teſtæ alligatus, quo Putpura tanquam congenito quodam operculo, carni patulæ oppoſito diutiſſime extra aquam viuit. marinam enim aquam hauſtam aſſeruat, qua plurimis diebus refouetur ac ſuſtentatur. Capur illi carnilagineum ac durum. Os in ea parte, qua ſcopulis hæret, rotundo foramine peruium, quo lapides arrodit, & in ſtomachum exugens demittit. Petcepi autem ex anatome Purpuræ in canaliculo per quem linguam exerit, duo foramina in diuerſas corporis ptimum delata: vt inde ad branchiarum (Teſtata branchias non habent, & reptehendit hæc Rondeletius) locum pertinerent, (quas tranſuerſas ſub grandiore ac neruoſo muſculo poſitas numero ſenas in parte corporis gibba oſtendit:) ac paulo inferius ſtomachum, amplum cor, erui fere magnitudine, ſubrotundum ad latera branchiarum ſitum. Hepar vero viſcidum, tenaci quodam lentore præditum, vt pæne viſcum eſſe appareat.

Hoc Ariſtotelis papauer appellare voluit: ad cuius latus mucus Purpureus (quo olim tingebarur) apparet, in recentibus Purpuris ilico extorquendus: totus enim in demortuis perit. Quibus autem Putpuris tincturæ ſuccus apparet, ea magnitudine me-

Differentię vnde ſumantur.

diocres ſunt, ouum gallinæ raro excedentes: quanquam nonnullis eiuſdem magnitudinis uihil interdum eius appareat. Vt modo ad Purpuræ differentias redeamus, eas Rondeletius ſumi ait à loco, magnitudine, paruitate, floris ſiue ſucci varietate: ſicut nimirum ex Ariſtotele paullo ante dicebamus. Quod ad magnitudi-

Magnitudo.

nem attinet, Aelianus Purpuras ac Buccina tanta eſſe reſtatur in Indico mari, vt facile congium capiant & apud Ariſtotelem in D modo præcitatis verbis legitur, γίνονται δ' ἔνιαι τῶν μεγάλων καὶ μεγάλαι, quæ Gaza vertit: nonnullis ex magnis vel ad pretium minæ euadere nouimus Zoographus non μεγάλαι duabus ſyllabis (quan-

Ariſtoteles & Athenæus correctus.

quam & Athenæi codex ſic recitat) ſed tribus μεγαλάαι legit, quia & Xenophon λίθους μεγαλάους dixit in libro qui inſcribitur Magiſter equitum, & in altero de re equeſtri, neq; de pretio vt Gaza accipit, cuius eo iu loco nulla mentio, ſed de pondere & mole. Ad Carteiam, vt author eſt Strabo citante Bellonio, inueniri traduntur Purpuræ & Buccinæ δεκαπόδυλοι, hoc eſt, quarum teſtæ decem cotularum ſunt capaces Quales ſane Purpuras pelagias eſſe conuenit quarum caro teſte Xenocrate cæteris dutior eſſe ſolet. Earundem plura genera tradit Plinius, pabulo & ſolo diſcreta: Lutenſe putri limo, & algenſe enutritum alga viliſſimum. Vtriſque melius Tenienſe in Tenei maris ora collectum Hoc quoque tamen etiamnum leuius atq; dilutius Calculoſæ appellantur à calculo maris, mine apro Conchylijs, & longe optimo Purpuris. Dialutenſe, id eſt, vario ſoli genere paſtum. Inueniturￜitem apud

Hedyporphyra.

Athenæum Ἡδυπορφύρα, hedyporphyta, quam aliam à Purpura, vel ſaltem genus quoddam diuerſum eſſe Wottonus exiſtimat. E Iam vero partes Purpuræ examinemus, (omnia enim Turbinata, vt Purpuræ, Buccina, ſimilitet vt Cochleæ ſuis partibus, vt inquit Ariſtoteles, conſtant) ac ſimilitudinem. Speuſippus ſimiles facit, Purpuras, Buccinas, Strabelos & κόγχους. malim, κόχλους, id eſt, Cochleas, Plin. Purpuram clauatam eſſe ſcribit ad Turbi-

Aetatis cognitio.

nem vſque aculeis in orbem ſeptenis fere, quæ deſcriptio Purpuræ à Rondeler. & Zoographo pictæ & meis fauet maxime) qui

† Lib. 5. Hiſtor. c. 15.

(inquit) non ſunt Buccino, ſed vtriſque orbes totidem, quot habeant annos: Quod poſtremum ab † Ariſtot. mutuatus eſt, qui ſic ſcribit Singulis auuis incrementum eius patet per orbes, quibus rotidem, quot annos habet, teſta intorta cuniculatim in crepidinem deſinit: Sic ille ex Gazæ verſione, verba Græca ſic habent; καὶ καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν φανερός ἐστιν ἡ αὔξησις τοῖς ἀφαιρέσεσι τοῖς ἐν τῷ ὀστρέῳ τῆς ἕλικος. Alias idem Plinius ait: Alterum genus

A Concharum Purpura vocatur, cuniculatim procurrente roſtro & cuniculi latere introrſus tubulato (tabulato legit VVottonus, & interpretatur leui, quod tamen Zoographus non probat.) qua proferatur liugua. Alij codices, inquit Hermolaus, etiam antiqui, canaliculatim habent & canaliculi: ſed legendum videtur cuniculatim vel clauiculatim, ex Ariſtotele, qui ſcribit κοχλιοειδῶς. Sic ille. Atqui Plinius, hæc non aliunde, quam eo, quem Ἕλιξ quid. paulo ante citauimus, loco Ariſtotelis tranſtuliſſe videtur, vbi Græce nihil aliud, quam τὰ τῆς ἕλικος ἀφαιρήματα legas, id eſt, clauiculæ interualla, nam quod ἕλιξ in vitibus Græcis eſt, id Latini capreolum aut clauiculam vocitant, non dico vocem κοχλιοειδῶς ad rem ipſam non quadrare: ſed vbi Ariſtoteles ea de Purpura vtatur non occurrit: & ſi alibi vritur, non aliunde tameu, quæ ricitauimus, tranſtulit Plinius. Cælius quoque helica in Purpuratum teſta nuncupari ab Ariſtotele ſcribit, a Theodoro orbem cuniculatim intortum: à Vitruuio, in columnis etiam volutam.

Quoniam vero ſuperiotibus addit Plinius: Præterea clauatum eſt ad turbiuẽm vſque aculeis in orbem ſeptenis fere: qui non ſunt Buccino, ſed vtriſque orbes totidem, quot habent B annos: Maſſarius Marcello infeuſior, Libetatus nunc (inquit) eſt Theodorus à falſa calumnia Marcelli: qui in ſuo Dioſcoride, vbi de Purpuris loquitur, eum reprehendit: quod vbi in Ariſtotele, annos circiter ſex Purpuræ viuunt, & ſingulis annis incrementum eorum patet, per orbes quibus rotidem, quod annos habent, conuerterat, non orbes, ſed volutas interpretari debuerat: non animaducrtens homo nimis ſciolus, videri cupiens quod ita Plinius etiam hoc loco Ariſtotelem conuerterat, quare Theodorus Plinium Ariſtotelis meliorem, quam Marcellum interpretem imitatus, orbes rectius quam volutas conuertit.

Nam volutæ appellantur, quod circuli ſiue orbes illi interiores volutim complicentur, & ab exterioribus faſciolæ modo inuoluantur & obtegantur, prima nauque voluta ſiue plicatura Voluta quid: integritur à ſecunda, & ſecunda à tertia, & ſic vſque ad vltimam: quemadmodum in voluta capituli à Vitruuio demonſtrata conſtat.

At qui in Purpura orbes vocantur, omnes detecti ſunt, clauiculatim in faſtigiatam longitudinem exeuntes, nullo orbe ab C altero volutim intecto. Sed vt ad rem redeam, ego potius cuniculatim, & cuniculi, vna cum Hermolao legerem, tum ex Plinio, ipſo ſuperius vbi de Concharum generibus loquitur, (in quibus magna ludentis naturæ varietas) dicente cuniculatim, pectinatim, imbricatim, vndata: tum ex Ariſtotele quinto de hiſtoria, vt Theodorus vertit. Tempus (inquit) viuendi & Purpuris & Buccinis longum: annos enim circiter ſex Purpuræ viuunt, & ſingulis annis incrementum eorum patet per orbes, quibus totidem quot annos habent, teſta intorta cuniculatim in crepidinem deſinit. Et quarto de partibus animalium. Quæ ex turbinatis cuniculo in anfractum contorquentur. Eſt vbi etiam clauiculatim, vt quarto de hiſtoria, duobus in locis, interpretetur. primo, facie dixit clauiculæ Buccinorum. ſecundo, Mouentur item eadem omnia Turbinata parte dextra, non ad vertiginem ſiue clauiculam, ſed in aduerſum. Et quarto de partibus animalium: Continent quod papauer vocatur, Turbinata omnia ſua clauicula. Sic etiam Hermolaus in Dioſcori- Cionia. de libro ſecundo, vbi ait Cionia vocantur partes in Buccino atque Purpura mediæ, ſecundum quas ſilicei operimenti clauicula eſt. Cæterum exemplaria antiqua caniculatim & caniculi legunt. Facilis corruptio quinta vocali in primam mutata. Hæc D omnia Maſſarius. Eum vero locum Dioſcoridis quem citat, de Dioſcorides explicatus. cionijs, non ſatis explicatus videtur Roudeletio, etiam ab ijs qui bene longa, inquit, commentaria in Dioſcoridem conſcripſerunt. Ac primum alij κιόνια legunt, alij ἰόνια. Qui ἰόνια legunt. detortum putant vocabulum à dictione ἴον, quæ violam ſignificat: quia Purpuratum quarundam flos violacei ſit coloris, qui flos eſt inter papauer & ceruicem. Hermolaus κιόνια legit, id eſt, columellas, vt ſunt Buccinorum, Purpurarumque partes mediæ, quibus velut columnis & fulcris cato & reliquæ partes innitantur. Suut aurem partes hæ mediæ, partes corporis interni Purpurarum valde toroſæ ac firmæ ac fibroſæ, circa quas teſtæ volumina capreolorum ritu conuolui incipiunt ſecundum Dioſcoridem: vel quibus hæret vena illa vel membrana florem Purpurarum continens, ſecundum Ariſtotelem inter papauer, quod inferiore eſt loco, & ttachelin ſiue ceruiculam, ſiue collum † Lib. 5. Hiſtor. c. 15. ſuperioreloco Sed præſtat locum † Ariſtotelis proferre, vt ei lucis aliquid inferamus Τὸ δὲ αὐθ ἔχουσιν αὐὰ μέσων τῶν μήκων καὶ τῶν τραχήλων Τύπωι δ' ἐστὶν ἡ σύμφυσις πυκνή. Τὸ χρῶμα δ' ἴδειν, ὥσπερ ἡμῖν λόβυκος, ὃν αὖ ἀφαιρῶσι, θλιβόμενον δὲ βάπτει, καὶ αὐθίζει τὴν χεῖρα. Ἀφαιρεῖται δὲ αὐτὴν ὥσπερ φλέβα. Τόπος δὲ δοκεῖ εἶναι τὸ αὐθ, ἡ δ' ἄλλη σύμφυσις οἷον συμπηξίας. In cuius loci verſione Gaza ſenſum quidem Ariſtotelis mihi videtur eſſe aſſecutus, ſed obſcure locum ſic interpretatus eſt. Florem ſuum inter papauer dictum & collum coutinent, textu ſpiſſiore, aſpectu veluti Flos Purpuræ vbi. membranæ candicantis, quam detrahunt, tingit hæc expreſſa & inficit manum. Pertinet eadem ſuo ſitu perinde vt veua, idque flos ille celeber putatur, reliquum contextus quaſi alumen eſt. Quæ dilucidius ſic expreſſa ſunt. Purpuræ florem habent intet papauer & ceruicem, quorum cohærentia denſa eſt, coactaque. Coloris quidem aſpectu membranam albam refert, quam detrahunt, preſſaque tingit & inficit manum, diſtenditur autem vt vena: atque in hac quidem eſt flos Purpuræ; reliqua

coagmen-

coagmentatio est veluti alumen. Hæ sunt mediæ partes de quibus Dioscorides. Hactenus Rondeletius. Quod vero Aristoteles ἀνθρακίαν, hoc est alumen dixit, Plinius sterile vertit, cætera nihil ab eo dissentit, Purpuras florem illum in mediis sauciibus habere scribens: liquoris (inquit) hic est minimi in candida vena, vnde pretiosus ille bibitur, nigrantis rosæ colore sublucens, reliquum corpus sterile. Rondeletius partem hanc quæ succum continet, cordi proportione respondere existimat: cor enim (inquit) hepar, cerebrum & alias partes indiscretas habeut Purpuræ & Testacea omnia. Vnde constat nugari eos, qui cor, hepar, branchias, se in Purpuris inuenisse prædicant. Florem vero illum sanguinis loco esse dubitandum non est, idque præter alios Plinius scriptum testatumque reliquit his verbis: Sanguis non in cunctis terrestribus est, verum simile quid vt Sepiæ in mari sanguinis vicem obtinet atramentum, Purpurarum generi infector ille succus, de cuius variis synonymis ac differentijs, antequam ad alias partes pergam, primo dicendum mihi esse videtur. Vlpianus Purpuræ (sic plerunque vocatur) appellatione omnis generis Purpurarum contineri putat. Argaman & Argeuam Hebraicæ voces in libris sactis Daniel 5. & Paralip. 2. 2. Purpuram interpretantur, vel sericum Purpura tinctum: vnde & Amorge Græcis per metathesin factum putat Zoographus Aristoteles, vt demonstrauimus, atque alii Græci τὸ ἀμόργον τῶν πορφυρῶν vocant: Plinius aliqui florem Purpuræ transferunt: Plinius etiam succum, vt cum ait: cum vita sua succum illum euomunt. Et alias: cum fœtificauere, fluxos habent succos. Vocatur & liquor, ros, sanies, pelagium, fucus, a Vitruuio etiam Ostrum: Sic enim scribit: incipiam inde de Ostro dicere quod & clarissimam & excellentissimam habet præter hos colores aspectus suauitatem Omne quidem Ostrum Purpura est, sed non omnis Purpura Ostrum, vt tradit b A Gellius, quod exuberantiam splendoremque ruboris habet, hoc est, illustratur splendore, quo reliqua Purpura caret. Hunc splendorem cocco incendi tradunt Nonius Ostrinum colorem distinguit a murice (qui & ipse pro Purpura multoties accipitur) quod Ostrinus color sit subrubeus, murex Purpureus. Sed hæc à scriptoribus confunduntur. Idem Nonius Ostrinam, inquit, (scilicet vestem dicunt) ab Ostro colore, qui est subrubens Citat item hæc verba Turpilij: Interea aspexit virgiuem vectari, in capite riculam indutam Ostrinam: Et Varronis, Aurora Ostrinam (Ostrinum) hic indutus supparum. Vtebantur autem, vt Zoographus coniicit, non tinctores solum seu infectores vestium, hoc colore, sed & pictores. Dictum vero est Ostrum λάπο τᾶ ὀστέακα quod à Purpuris testa tectis eximeretur, ex Vitruuij sententia. Virgilius Sarranum Ostrum dixit, à Sar vrbe Phœniciæ, quæ postea Tyrus appellata est:

Et gemma bibat & Sarrano dormiat Ostro.

Vnde & Sarranum & Tyrium Massarius hunc eundem florem à Latinis vocari testatur. c Propertio alijsque etiam color dicitur Ostrinus:

Et Tyros Ostrinos præbet Cadmea colores.

Aduertendum interim Conchylium, muricem, & Ostrum pro codem colore, Purpureo scilicet sumi. Saniem vero præter Plinium etiam Vitruuius dixit: Conchylia, cum sint, secta, ferramentis circumscinduntur, è quibus plagis Purpurea sanies. Pollux item λάφυρον, id est, cruorem vel saniem dixit: Nonius antiquus poeta διερὸν πῦρ, id est, liquidum ignem, hoc a colore, illud à saniei substantia Fucus non semel Plin dicitur, vt Buccinũ pet se damnatur, quoniam fucum remittit. Sammonicus: *Purpura torretur Conchyli prædita fuco*. Pelagium vero eodem loco Plinius: Pelagio admodum alligatur, nimiæque eius nigritiæ dat austeritatem illam &c. nonnulli etiam Purpurissum, de qua voce post Plinius medicamentum quoque pro Purpuræ colore dixit, quod & Græce pharmacum appellare licebit. Pharmaca Iones tincturas vocant. φαρμάσσειν, ὀξύειν, βάπτειν. φαρμάσσειν apud Homerum nõ solum tingere est, vnde φαρμακεῖς dicuntur τὰ βαφεῖα, id est, officinæ tinctoriæ, teste Varrino, sed etiam ferri aciem exacuere & indurare τὸ τρωκῶν, καὶ τεῤῥοποιεῖν. duratur enim ferrum aquæ frigidæ intinctum. Ad pharmacum Græcam vocem German. ca Farb vel farvv accedit. Hinc forte etiam venenum Tyrium poetis nonnullis flos este aut color vocatus fuerit Oxos apud Suidam Purpura est, quæ apud Phœnices tingebatur pretiosissima: hinc oxybapha in L. i. C. Quæ res alienati non possunt, quo in loco nonnulli corrigunt dibapta, veram lectionem, vt Alciatus ait, peruertentes. Ego apud Suidam nihil huiusmodi reperio, nec alios Lexicorum scriptores, neque in Ὄξος, nec in Ὤξος. Oxybaphum quidem q aliqui inepte oxobaphum nominant (Varino teste) vasculum est aceto, & intinctui, excitandi appetitus causa, destinatum in mensis. Purpuras tamen ἀμφότερες καὶ ὀξυπέπας, id est, excellentes, minime vulgares & accrimi fulgoris apud Suidam legimus in Σαρδὼ Διάφορος πορφύρα Atriano est Purpura præstantior, cui opponit χυδαίων, id est, vulgarem. Brodæus quoque in miscellaneis cap. 24. ineptam hanc Alciati interpretationem reprehendit: cum Suidas nihil aliud scribat, quam ὄξος ἑψητὸν τὸ ἀπὸ φοινίκων, hoc est, Acetum coctum è palmulis, cuius meminit Xenophon in secundo Anabaseos. Κάλυξ Hesychio est flos rosæ &c. & Purpuratinatina. Et Nicandri Scholiastes κάλχιν ait esse florem seu animal marinum quo Purpura tingitur. Hermolao chalca est (ex Suida vt videtur, apud quem idem legitur) herbæ genus quæ Purpura tingitur, quod & Ruellius meminit ex Phocione Grammatico, cui tamen eadem vox etiam Purpuram significat. Sed κάλχη potius scribendum est; vnde verbum καλχαίνειν: Scholiastes Lycophronis, vbi hic habet πίτυλοι Κάλχη φορυκτοὺς. Calche, inquit,

Florem sanguinis loco esse.

Synonyma floris Purpuræ.

Argaman.

Amorge

a *Lib.* 7.

Ostrũ quid

b *L.* 2. *noct. Atticar. cap.* 26.

Ostrinus color an à Murice differat.

Ostrũ vnde dictum.

Sarranum Ostrum vnde

c *Lib.* 3.

Fucus pro flore Purpuræ.

Pelagium

Venenum Tyrium

Oxos quid Suidæ

Oxybaphũ

Κάλυξ.

Chalca

A proprie est Purpura tincta: nunc vero peplos simpliciter multis tincturis infectos intelligit, & variegatos & plumaricos. d Cælius calchen Purpuræ operculum ab alijs vocari tradit (vnde, inquit, dictus Calchas) à Galeno onycha; tametsi dicatur onyx, vnguis odoratatus quem ostracion item appellent, vel ostracon quoque. cæterum hæc postrema non ad ipsum florem, dum adhuc in animali est, sed cum ad vsum accommodatur, pertinent. ita & Purpura simpliciter apud Romanos aliosque vestimenti genus commemoratur Ἀνθινὰ tamen ab ipso flore vestes Purpureę dictæ sunt, & toga picta à florido colore.

d *L.* 8. *c.* 11.

Testis est Festus Pompeius. Picta, inquit, quæ nunc toga dicitur antea Purpurea vocitata est, eratque hinc pictura. Eius rei argumentum est pictura in æde Vertumni & Conti, quarum in altera M. Fulvius Flaccus, in altera T. Papyrius censor triumphantes ita picti sunt. de hac plura superius dicta sunt. Ita partes vestimenta Purpura infecta eo temperamento, vt amethysti colorem referrent, amethystina dicebantur. Plinius e de amethystis loquens: Indicæ absolutum Purpuræ colorem habent, ad hanc quæ tirgentium officinæ dirigunt vota: fundit enim aspectu lenitet blandum, neque in oculos vt carbunculi vibrant. Nec non Purpuram vocabant extremam oram vestis prætextæ; cui, vt diximus, purpura inserebatur, vnde teste Aldo Manutio, ὠφάνια, φύλλα vocabant limbum huius vestis. In summa à Purpuris (conchis) ipsas quoque vestes, vt Hermolaus quoque voluit, Purpuras vocamus. Accipitur etiam pro rubore faciei, vt apud Propertium.

e *L.* 37. *c.* 9.

B

Purpura pro rubor faciei

Tincta rubore genas paulatim purpura vestit.

Et apud Martialem lib. 9.

Et libata semel summos modo Purpurà cultus
Sparserat &c.

Ennius in hoc quoque sensu.

Et si mulier erubuit ceu lacte; & Purpura

Atque ita pro purpurisso etiam accipiebatur: Afranius.

Mea nutrix surge, profer Purpuram.

Non absimili ratione Gallis exanthemata seu maculas pestilentiales, quia sæpe Purpurei sunt coloris, Purpuræ nomine, vt testatur Ambrosius Patæus, intelliguntur Sed vt ad florem ipsius Purpuræ reuertamur, tempestiuum est, vt de differentijs eius aliquid dicamus. Tria autem Purpuræ genera, à varietate coloris sumpta à veteribus memorata inuenio: πορφυρίδα coloris violacei saturati, & subnigricantis, quo colore πορφύρεον κύμα, θάνατον πορφύρεον Homerus dixit: Talis fuit amethystina, & quæ è pelagijs Purpuris solis fiebat, & Buccinis. Φοινικίδα, puniceam rubentem colore cocci, qualis fuit Tyria & Tarentiua, vnde & venenum Tarentinum dicitur, à colore puniceo maturæ palmulæ dictam. ἀλουργίδα colore glauco, irato mari simili, austero, diluto, qualis fuit Conchyliata. Tyria omnium celeberrima, quæ Ostrum quoque dicebatur: quo obscurior & nigricantior, eo erat carior, a qua sanguis dicitur purpureus, admodum splendida & fulgore luminosa, quæ nempe ad solis radios ignem repræsentabat, quare igneam vocauit Iuuenalis, & Valerius Flaccus ardentem Fuit forte etiam huiusmodi, quam in Britannia nasci laudatissimam Beda memorat initio Eccl hist. gent. Angl. Hac ideo deterior habebatur Tarentina, quod sine luce & splendore esset Non enim omnis Purpura fulgore luminosa erat, sed quadam obscuritate censetur, quin & spleudentium quædam nisi altius tollantur, non splendescebant, nec implebant oculos contuentium. Hinc Augusti iocus innotuit, qui cum olim quæreretur de obscuritate Tyriæ Purpuræ quam emi iusserat: dicente venditore: Erige altius & suspice, his vius est salibus Quid? Ergo vt ræ populus Romanus dicat bene cultum, in solario ambulaturus sum? Vocabatur ea clarissima Purpura, quod meminit Lampridius in vita Alexandri: Purpuræ clarissimæ non ad vsum suum sed ad mationarum, si quæ aut possent aut vellent, certe ad vendendum gratissimus exactor fuit, ita vt Alexandrina Purpura hodie dicatur, quæ vulgo Pro bianadicitur, idcirco quod Aurelius Probus t aphijs præpositus id genus muricis reperisset. Meminit Flauius Vopiscus in Aureliano Purpurei pallij quod Persarum rex ab Indis interiorious accepta Aureliano dederat, ad quod cum matronæ suas Purpuras iungerent, cineris specie decoloratæ videbantur, diuini comparatione fulgoris Talem Purpuram Sandycem Indicam facere, si curetur, idem tradit dici, memoratumque pallium eo Purpuræ genere, quod postea nec illa gens detulit, nec Romanus orbis vidit, in templo Iouis Opt Max. fuisse. cæterum splendidissimus iste color, si ex sandyce erat, hic non pertinet: saltem hoc constat Purpuram loci varietate omuino variare. Testatur Vitruuius, ostrum quod legitur in Ponto & Gallia, quod hæ regiones sint proximæ ad Septentrionem, esse atrum. Progredientib. inter Septentrionem & Occidentem inueniri hiuidum: quod autem legitur ad Æquinoctialem, Orientem & Occidentem, inueniri violaceo colore. quod vero meridianis regionibus excipitur, rubra procreatur potestate, & ideo hoc rubrum. Rhodo etiam Insula creatur, cæterisque eiusmodi regionibus, quæ proximæ sunt solis cursui. Sed hic animaduertendum Purpuram nigram sumi pro violacea exsaturata; sic enim sæpe nigrum à veteribus sumitur. Amethystina Purpura, quam etiam ianthinam seu violaceam appellabant, ab amethysto lapide nomen obtinuit, de quo Plinius sic scribit in nono: Non est satis abstulisse gemmæ nomen amethystum, rursus absolutus inebriatur Tyrio, vt sit ex vtroque nomen improbum Tyriamethystus. Et alibi Amethystos gemmas esse dicunt petlucentes violaceo colore. Causam autem nomiuis amethysti adferunt, quod vsque ad vini colorem accedens, priusquam eum degustet in violam desinit. Fulgor quidam in illa

Pro exãthematibus Floris differentiæ.

A coloris varietate tria Purpuræ genera.

Sanguis purpureus vnde.

Augusti iocus

Purpura clarissima.

Alexandrina Purpura quæ

Sandyx Indica.

Differentiæ à loco.

Nigrũ pro violaceo.

Amethystus gẽma.

Purpuræ non ex toto igneus, ſed in colorem vini deficiens. Eſt A
enim à priuatiua particula α & μέθη, id eſt ebrietate nominata,
tanquã amethyſtinus color ſit ſobrius & colore vini minime ine-
briatus Ad huiuſmodi Purpuram alludit Suetonius in Nerone. Et
cum interdixiſſet vſum amethyſtini ac Tyrii coloris, ſumpſiſſetq;
qui nundinarum die pauculas vncias venderet: Alludit ad eandem
& Epigrammatarius in Aphoreticis de lanis amethyſtinis hoc car-
men ſubiiciens:

Ebria Sidonia cum ſim de ſanguine Concha
Non video, quare ſobria lana vocer.

Huc arbitror etiam pertinere, quod Plinius ſcribit: Purpura vio-
lacea me iuuene vigebat, inquit Nepos Cornelius, qui diui Augu-
ſti principatu obiit, cuius libra denarijs centum væniebat: ſuccef-
ſit dibapha Tyria, quæ in libras denariis mille non poterat emi.
Dibapha Dibapapha tunc dicebatur, quæ bis tincta eſſet, veluti magnifico
impendio: qualiter nunc omnes pene commodiores Purpuræ tin-
guntur. Erat denique aliud genus Purpuræ cæruleum, omnium
Purpura cærulea. viliſſimum ex leuiſſima ac deterrima Africana prope Succubin A-
fricæ vrbem Extar & hodie eius imago in holoſericis violaceis
detetioribus, quæ ad cæruleum colorem accedunt, & vino infici-
untur. Ab hoc genere Purpuræ, mare Purpureum vocauit Virgi-
lius in quarto Georgicorum.

In mare Purpureum violentior influit amnis.

Plutarchus quoque citat in libro de exilio illud Simonidis.

Tenetme Purpurei maris
Fremitus circum agitati.

Et in libro de facie, orbis lunæ: Et maris quidem, inquit, colores
conatus eſt Homerus vtcunque nominibus exponere, mare vio-
læ, vinique rubri forma præditum dicens, & alibi glaucum, vn-
dam Purpuream tranquillitatem albam. Cicero mare Purpureum
videri ſcripſit, Fauonio naſcente. Primum itaque locum obtine-
bat Purpura quo ardentius fulgeret, vt de Tyrio, dictum, alterum
amethyſtinus, omnium viliſſimus qui magis ad cæruleum verge-
f *L. 7. Hermathena.* bat. Ioannes *f* Gotopius Becanus, vt aſtruat Purpuram, quo ma-
Purpur vnde dicatur. gis ad ignem vergat, co haberi præſtantiorem, Purpuræ etymolo-
giam ex Cymbrorum vetuſtiſſima lingua deducit, quibus Purpu-
ra Purpur, quaſi pur vur, id eſt purus ignis vocabatur: cæterum
cum multa adducat quæ hanc noſtram hiſtoriam dilucidare atque
amplificare poſſint, ego ea præterire noluerim. Inquit itaque. Pu-
rus fit à vur, quo ignis denotatur, eo quod omnia per ignem pur-
gentur. Vur itaque purum & purgo, dat Latinis: nobis pur, à quo
purpur color pure igneus, quaſi pur-uur. Sic tamen Latini vſi ſunt,
vt purpur color ſit purus purus. Sic dixit ille, quiſquis nomen Vir-
gilij ſumpſit:

——— Carmina purpurea candidiora niue.

Et Valerius Flaccus:

Hic ſale Purpureo viuaq; nitentia lympha:

Sic Horatius.

——— Tempeſtiuius in domo
Pauli, Purpureis ales oloribus
Comeſſabere maximi

Quo loco demiror intolerabilem Lambini audaciam, qui cum
poetæ elegantiam non intelligeret, pro Purpureis poſuit marmo-
Lambini error. reis, operoſa teſtium denunciatione, docens marmoreum pro
candido dici. Citantur Lucretij, verſus, citantur Virgilij, citan-
tur Ouidij, quo vetus ſcriptura ac genuina lectio corrumperetur.
At non vidit hic Lyceus, cornicum oculos configere paratus,
hanc lectionem non in omnibus modo vetuſtis exemplaribus in-
ueniri, ſed iam olim etiam à Seruio probatam germanamque ha-
bitam fuiſſe, vt interim Acronis ei teſtimonium contemnere per-
mittam. Ille enim hunc Virgilij locum.

——— Namq; ipſe decoram
Cæſariem nato genetrix lumenq; iuuentæ
Purpureum, & lætos oculis afflarat honores.

ſib interpretatur, vt Purpureum pulchrum & floridum vocari di-
cat: quod vt probabile reddat, hanc ipſam Horatiani verſus par-
tem adducit,

Purpureis ales oloribus.

Vellem equidem Lambinum interrogare quod ſibi Columella vo-
luerit, dum dixit: Frondes Purpurat auro. Sane ſi conſentire ſibi
Horatium emendanti vellet, neceſſe haberet, vel ineptum autho-
rem dicere, vel locum caſtigare. Quis enim vnquam aurum vidit
Purpureum, ſi Purpureum ſit rubrum ad atrum declinans? Neſcio
profecto quæ ſit efferens corrumpendi impudentia dicenda, ſi hæc
correctio & emendatio ſit vocanda. Nos igitur Purpureum id di-
cemus quod floridum eſt & pulchrum, idq; vocis origini conue-
nienter, quæ nihil aliud ſignificat, quam vel purum ignem, vel pu-
rum putum. In igne autem non tam color, quam lux & ſplendor
conſideratur: quo videtur Horatius reſpexiſſe, in arte poetica ca-
nens.

Inceptis grauibus plerunq; & magna profeſſis
Purpureus late qui ſplendeat vnus & alter
Aſſuitur pannus.

Nec inde alienum eſt illud Auſonij in Moſella

——— Phœbusq; ſereno
Lumine Purpureum referat iam ſidus olympum

Fecit itaque Purpuræ nomen ad rectam rationem vocatum, ne
Purpuream niuem, ne Purpureos olores, ne Purpureum ſal admi-
remur: nec abſurdum item putaremus, ſi quicquam auro Purpura-
ri diceremus Furius apud A. Gellium ſic legendus

Vt fulica ipſa leuis volitat ſuper æquora claſſis
Spiritus Eurorum viridos dum Purpurat vndas.

Exemplar meum habebat, ſicut fulica leuis: quod non placet, nisi
ex fulica fulca facias, quod per me liberum eſto. Hic Purpurat ſic
interpretatur Gellius, vt idem ſit quod niteſcere facit, quod non
poteſt diſplicere, maxime, ſi nitorem quendam ſplendidum & i-
gneum intelligat, qualis in criſpanti mari videtur, adeo vt noctu
etiam luceat. Purpureum itaque ignis ſplendorem vbique indicat,
qui quod in oſtro maximus ſit & excellentiſſimus, Purpureum o-
ſtro tinctis potiſſimum applicatum. Eleganter Virgilius, *Tyrioq;*
ardebat Murice lana. Liuius in Laodamia: Ille Aſiatico ornatu af-
fluens, aut Sardiano ac Lydio fulgens decore. Bene dixit ful-
gens, vt igneus Purpuræ fulgor intelligeretur. Addamus & Quin- Quintilianus correctus.
tiliani locum inſignirer corruptum, ex libri duodecimi capite de-
cimo & in eo corrigendo, ſi minus placebo, Lambini audaciam ct.
dicar æmulatus. Sed euaneſcunt hæc (inquit,) atque moriuntur
comparatione meliorum, vt lana tincta fuco citra Purpuras pla-
cet: at ſi contuleris etiam Tyriæ lacernæ, conſpectu melioris ob-
ruatur, vt Ouidius ait. Si vero iudicium iis corruptis acrius adhi-
beas, vt fucis Purpuram: iam illud quod fefellerat, exuat menti
B tum colorem, & quadam vix enarrabili fæditate palleſcat Luceat
igitur hęc citra ſolem, vt quædam exigua animalia ignículi viden-
tur in tenebris. In his aliter corrupta fuerunt, vt liquebit confere-
nti. Quod autem dicit, vt Ouidius ait, neſcio an a quopiam ſit ad-
iectum. Eius certe alia eſt comparatio. Tyrias enim Amyclæis
conferr. Eſt autem locus in remedio amoris.

Confer Amyclæu medicatum vellus abenis,
Murice cum Tyrio, turpius illud erit.

Si mihi citra exemplarium fidem coniectandum ſit, pro lacernæ,
non Laconicæ, ſed Tyriæ lacernæ legam; vt alludat ad Iuuenalis
illud.

——— Tyrias humero reuocante lacernas

& illud, vt Ouid. ait, à quopiam ſciolo dicaci margini adiectum,
cui viſa fuerit eadem vtriuſque authoris collatio, cum tameu Ho-
ratius potius cirandus fuiſſet, apud quem eſt:

Non qui Sidonio contendere callidus oſtro
Neſcit Aquinatem potantia vellera fucum
Certius accipiet damnum, propiuſue medullis
Quam qui non poterit verum diſtinguere fauſo.

C Hic enim fucum Purpuræ, perinde atque apud Quintilianum,
comparari videmus. An vero Amyclis iuxta, ac Aquini fuco pro
Purpura vterentur, an purpura quidem vterentur, ſed pallidiore,
quam eſſet Tyriorum, alijs coniectandum relinquo; penes quos
etiam eſto eius, quam velint, lectionis ſequendæ poteſtas; cum nõ
no modo locus intelligi corrigique poſſit. Nobis ſatis eſt ex eo in-
tellexiſſe, igneum fulgorem in Purpura maxime placuiſſe, quo
ratio nominis à me aſſignata facilius ſuam tueatur probabilita-
tem. Nonnus Purpuræ inuentionem deſcribens.

Καὶ πυρίνης σκοπιαζε δεδόμβρα φάρεα κόχλου
Πορφυρέης ἐπιθῆρας ἀκοντίζοντα θαλάσσης

Et mox ——— χείλεα φοινίξας διερῷ πυρί.

Videſne hic ſemel ſcintillas, iurſus ignem ipſius Purpuræ? Num
poſſit quidpiam ad etymologiam eſſe aptius? Sed ſi quis dicat πῦρ
Græcum eſſe, eoque ad Græcos vocem pertinere, ei mox reſpon-
debo, dum oſtendam ab vr, vur, & hinc πῦρ & pur deriuari: & a-
lioqui Græci non Purpuram, ſed πορφύραν dicentes longius quam
Latini receſſerunt. Hæc itaque omnia Goropius. Vt modo vnde
quodammodo digreſſi ſumus, ſermo noſter reuertatur, exami-
nandæ veniunt reliquæ Purpuræ partes: inter quas, cum de ſucco
D multa dixerimus, primum occurrere videtur ipſa caro: hanc pe-
nitus includi, nec vlla ex parte, excepto capite conſpici author eſt Cato.
g Ariſtoteles, item teſtis ſuis Purpuras adhærere Ælianus Purpu- g *L. 7. c. 34.*
ram ſcribit vehementer guloſam eſſe, linguamq; habere longam; Lingua
ea autem etiam penetrare quæcũq; poteſt & attrahit ad comedendum, eaque demum capi Purpuræ & Buccina, inquit Ariſt. pro-
muſcidem ſiue linguam firmam, toroſam habent adeo validam, vt
ea teſtas eſcarum poſſint perforare, vt aſili atque tabani quadrupe-
dum tergora penetrant. Et rurſus: paſcitur (inquit) Purpura exer-
ta lingua ſub operculo, quæ Purpuris digito longior eſt, qua tum
Conchulas (velut turbinum, quorum eſca capiuntur) tum ſui ge-
neris teſtam perforare poteſt. Et Plinius in trigeſimo ſexto noni
libri Lingua Purpuræ longitudine digitali, qua paſcitur perforan-
do reliqua Conchylia, tanta duritia aculeo eſt. Et alibi: Purpura
vocatur caliculatim procurrente roſtro & caliculi latere introrſus
tubulato, qua perforatur lingua Rondeletius v. diligẽtius conſide-
randum proponit, linguane teſtas perforet. Lingua (inquit) omni- Linguane teſtas perforet.
bus animalibus in ore eſt: os autem in capite, quod operculo te-
gitur in Purpura atq; adeo in turbinatis omnibus. In roſtro igitur
longo & tubulato lingua non eſt, ſed per id eam profert & exerit.
E At linguam Purpurarum & turbinatorum omnium promuſci-
dibus muſcarum, quæ inter cornua ſunt, comparat, quæ firma eſt,
toroſa ac rotunda, quæq; exeri poteſt: quam tamen ſi per anato-
men propius intueare & tractes, neq; ita longam neq; ita duram
eſſe certo comperies, vt per longum roſtrum teſtas perforare poſ-
ſet. Quare id fabuloſum eſſe puto, ſed ea quo ad eius fieri poteſt,
exerta, Purpuræ ſuccos & humores aliarum Concharum exugunt,
Pectinum ritu: roſtro autem acuto & duro (tanquam terebello
excauato) teſtas alias perforant. Hæc Rondeletius: qui eos etiam
redarguit, qui cũ leguntur apud Galenum in tertio de medicamentis
κατὰ τόπους in auricularijs medicamentis χρυσίδα τὴς πορφύρας Lana non eſt in Purpura.
ſiue κογχυλίου: Et linum è Purpura, apud Paulum Æginetam exi-
ſtimẽt in Purpuris lanam aliquam ſiue ſtuppam ſiue linum ſiue to-
mentum reperiri, quo contuſo & depexo in medicamentis veteres
vterentur. Sed illi, inquit, toto cælo aberrant, vt dicitur: nihil n.

tale

tale in Purpuris, neq; in Turbinatis aliis reperias. Neq; byſſo alligantur, vt pinnæ & mytuli. Mouentur n. Purpuræ, & cato Turbinatorũ omnium non aliter alligatur quam circa teſtarum volumina.

h Li. 2. c. 83. Quare intellexerũt veteres per κροκίδα lanę Purpura tinctæ craſſiorem & minus curatam partem, cuius meminit etiam h Dioſcorides: Τὸν δὲ αὐτὸν τρόπον καὶ κροκίδες πλέοντιν τῆς θαλασσίας πορφύρας. Nec ſecus fimbriari marinatum Purpurarum flocculi cremari ſolent. Cur ita appellarunt id in cauſa eſt, quod Purpura non ſolum pro marino animali, ſed pro ſucco eius, pro veſtimento ex eo tincto, & pro lana tincta ſumatur. Redarguit eundem errorem etiã longa oratione Zographus his verbis: Lanæ ad remedia quædam vtuntur, inquit Dioſcorides, eodem modo κροκύδες θαλασσίας πορφύρας. Sic habet æditio noſtra per ypſilon, à recto κροκὺς, qui ſcriptione, genere & flectendi modo congruit cum κλαμὺς, ὕδος. nam apud Heſychium κροκίδες per iota non recte ſcribi, vel ipſe literarum ordo arguit. interpretatur autem γνάφαλα, id eſt, tomenta. Hinc compoſitum eſt nomen κροκύλεγμος, quod eſt floccorum lectio, qualis ab adulatoribus fieri ſolet. ideni κροκυδισμὸς dicitur & id facere, verbum κροκυδίζειν ſonat, vt annotauit Cælius i Rhodiginus, qui & ipſe tamen per iota ſcribit, non per ypſilon deprauatos forte Galeni codices ſecutus, niſi quis κροκίδα vocem diminutiuam eſſe velit à κρόκη, quod filum & ſubtegmen interpretantur. Marcellus Virgilius Dioſcoridis interpres, in ipſis Purpurarum Conchis ſtupparum imagine vellera quædam eſſe putauit: quæ alij (inquit) tomenta, alij licia, alij fimbrias dixerunt: nos rem & nominis ſignificationem ſecuti, a ſtuppis rem indicauimus. κροκύδας enim Dioſcorides dixit, qua voce Græci adhuc, quod contuſo & depexo lino craſſiſſimum ſupereſt, ſignificant. neq; hic pluribus alijs locis aliud ea voce quam ſtuppam ſignificat & ſæpe Paulus Aegineta, iubens κροκύδι imponi aliquid. In mari autem quotidie Purpuræ capiuntur, quæ ſuperiore ſui parte villoſæ ſunt, tam tenui & ſequaci vellere, vt in filum lini modo trahi & confici poſſit. Hæc ille, ſed in Purpuræ concha villoſum quicquam reperiri ceu falſum redarguit quidam Germanus, qui in eos quos citauimus, Galeni libros, doctiſſima commentaria conſcripſit, & poſt eum Rondeletius: qui κροκύδας (ipſe κροκίδα ſcribit) lanæ Purpura tinctæ craſſiorem, minuſque curatam partem interpretatur. Sed nihil prohibet ſimpliciter etiam vellus Purpura tinctum interpretari: è quo tamen ne temere ſumptus fieret, ad cremandum craſſius & minus pulchrum ſeligebatur. poſſent & è veſte Purpurea, præſertim attrita, diſcerpta aut vulſa fila ſeu linamenta κροκύδες nominari. Commentator ille Germanus in commentarijs in Galeni de compoſitione medicamentorum libri tertij caput primum. In fine huius compoſitonis (inquit) in Græco exemplari corrupte legitur, καὶ κροκίδα ἐνπίζει πεοπυρλῶν. ipſe πορφύρων pro πεοπυρλῶν legendum conijcit, (quam recte, viderit ipſe. mihi quidem temere mutare videtur: quod ſi πορφύρων legendum eſſet, vltima circumflecti deberet:) & interpretatur: lanæ Purpura infectæ tomentum indito, velut ſupra etiam Archigenes dixit, ἐμφραγνυμένου τοῦ πόρου πορφύρας μαλλῷ: hoc eſt, obturato meatu per Purpuræ lanam: lanam autem mollem à fomento & inſtillamentis auri indendam eſſe, ſupra in principio huius libri Galenus dixit. præſtat tamen hanc ex Purpura & Conchylio infectam eſſe. Et rurſus in libri ſexti caput ſecundum, in his verbis. Ἡ χάλκανθον κηρύματι θαλασσίας πορφύρας εἰλήσας σύγκαυσον: pro κηρύματι voce nullius ſignificationis legit κροκήματι vel κροκύδι, quorum poſterius approbo. & vertit Aut atramentum ſutorium Purpuræ marinæ tumenti o inuolutum vrito. Lanarum enim veſtarum & præſertim ex Purpura infectarum, vis eſt eſcharotica, Dioſcoride teſte: & mox κροκύδα hapſum lanæ, ſiue lanam conuolutam ſonare dicit. Ex qua longa oratione, vti etiam ex allatis primo Rondeletij verbis ſatis dilucide conſtat in Purpuræ Concha nullam reperiri lanam, vel tomentum, ſed Dioſcoridis Galenique locum de lana intelligendum eſſe, quæ Purpuræ ſuccum imbibit. Heſychij & Suidæ lapſus etiam obiter annotandus venit, quorum ille βύσσον ait eſſe χρῶμα αὐτῆς ὑσγῆς παραλαμβανόμενον, & βύσσινα etiam exponit πορφυρᾶ, Purpurea: hic vero etiam βύσσον ſignificare ait βαφὴν ἐκ πορφύρας: & βύσσινον, τὸ βύσσῳ βεβαμμένον. Sed perperam vtrq; : nec enim coloris genus eſt, ſed delicatiſſimi lini & diuerſi à Purpura, vt ex Luca etiam patet apud quem ὁπλίσεις ἐνεδιδύσκετο πορφύραν καὶ βύσσον. Poſtremo Purpuram operculum ſiue integumentum, apud authores cum veteres tum recentiores, in conſiderationem veniunt. k Ariſtoteles id à verbo καλύπτω, ἐπικαλύμμα ſiue κάλυμμα nuncupauit, alibi etiam ἐπίπτυγμα. Ἔχει δὲ καὶ τὰ ἐπικαλύμματα καὶ πυκνὰ ἀμφοτέρα, καὶ τὰ ἄλλα σρομβώδη ἐκχυετῆς πάντα. νέμονται γλῶτταν ὑπὸ τὸ κάλυμμα. hoc eſt operculum itaque huic generi (Buccino & Purpuræ) adhæret natiuum, & cæteris omnibus Turbinatis. Paſci quoque exerta lingua appellata ſub illo operculo ſolent. Et alio in loco: Ἐπὶ δὲ ἐπίτυγμα πάντ' ἔχει ἐκχυετῆς, hoc eſt. Operculum etiam iam inde ab ortu omnia gerunt: de Turbinatis loquitur (lib. 4. de hiſt. cap. 4.) Statim ab ipſa procreatione Turbinatis operculum eſſe dicit, ad diſcrimen Cochlearum, quæ ipſæ ſibi ex glutinoſo humore, ſiue ex muco ſuo operculum conficiunt. Dicitur aliter à Græcis πῶμα, vt à Galeno, qui ſeorſum de eo hæc prodidit: Πώματα πορφυρῶν δ' ὄξει ποθέντα σταλλωὰς οἰδαλέας ἔγραψαν τινες ἰατροί: θυμιάματα δὲ τοῖς πνιγμῶσι ὑστερικοῖς ὠφελεῖ, ἐκβάλλει τε καὶ καπνοῦμενα χόρια. Opercula Purpurarum ex aceto pota ſcripſerunt quidam tumenti lieni mederi; ſuffitu autem excitare fæminas vulnerum ſtrangulatu oppreſſas, & morantes ſecundas detrahere. Eodem nomine operculum Conchylij nominauit Dioſcorides, & Cochleas quaſdam alpium Liguriæ πωματίας, id eſt operculares.

Purpuræ varia ſignificata.

Heſychij & Suidæ lapſus.

Byſſus aliud quam Purpura.

Operculi cõſideratio k Lib. 5. hiſt cap. 15.

Cochlearũ operculũ.

Cochleæ operculares.

A Dicitur autem quod eo Teſtatorum foramina claudantur, vt vaſa operculo ſuo. Carni hæret vt vnguis noſtet, ac tanquam ex filis ſiue ex fibris coagmentatum quid & duratum eſſe dicas: Differt ſubſtantia à teſta, quæ multo ſiccior eſt, neque fumum emittit, niſi ſi accenſa liquore aliquo extinguereturr. Operculum vero pinguedinis nonnihil in ſe habens fumum reddit cornu modo. Pharmacopolæ hodie in officinis habent Conchyliorum Buccinorumque opercula permiſta, quæ Blattas Byzantias vocant, ſed hoc nomine Purpurarum tantum opercula appellanda erant. nam βλάττη ſiue βλάττιον Purpuram ſignificat. vnde Blatteus color pro Purpureo. Caſſiodorus in epiſtolis de chamæleonte. Colores ſuos multifaria qualitate commutat, modo Veneta, modo Blattea, modo praſina modo cyanea. Eutropius: Nero inuſitata luxuria fuit, vt qui exemplo Caligulæ frigidis & calidis lauaretur vnguentis, hamis argenteis aureiſque retibus piſcaretur, quæ blatteis funibus extrahebantur: quos Suetonius & Oroſius interpretantur Purpureos. Ille: piſcatus eſt, inquit, rete aurato, Purpura coccoque funibus nexis. Oroſius, Luxuriæ, inquit, tam effrenatæ fuit Nero, vt retibus aureis piſcaretur, quæ B Purpureis funibus extrahebantur. Hæc Hermolaus vir pereruditus in ſuis in Plinium gloſſematis annotauit. Sed etſi βλάττη Purpuram ſignificet, tamen pro operculo ſolum Purpuræ vſurpari docet Nicolaus Myrepſicus, qui tamen non ſine errore dixit Blattum Byzantium eſſe ὀστῶν τῆς ῥῖνος τῆς πορφύρας, id eſt oſs nãrium Purpuræ. Hodie quoque in officinis blattam byzantiam eſſe credunt, quod in ore & naribus Purpuræ reperitur, quo inaptius nihil dici poteſt. Purpuræ enim neque nares, neque noſtrum, neque oſſa intus habent, cum Teſtacea omnia foris duram, intus molle contineant. Recte igitur Rondeletius legendum credit, ὄστρακον ἢ εἶδος τῆς πορφύρας, id eſt teſtam vel clypeum ſiue ſcutum Purpuræ. Ῥῖνος enim præterquam quod pelagum ſignificat, vnde ὀστρακόδερμα vocantur, etiam pro ſcuto ſumitur teſte Phauorino. Ῥῖνοι, inquit, καλοῦνται αἱ ἀσπίδες, ὅτι τὸν βοείων βοστρύχων εἰσὶ id eſt, ῥῖνοι vocantur ſcuta rotunda, quod ex coriis bubulo conſtet. Operculum vero ſcuti ſcutum; Purpuræ capiti impoſitum. Cur vero βλάττη βυζαντίη, vel βύζαντος dicatur, a nemine, quod ſciam, traditur. Quare conijcio (inquit) à Byzante vel Byzantio Africæ cognominari: quoniam illic etiam Purpura tinge- C batur. Quoniam itaque Pharmacopolæ opercula Conchylij & Buccinæ Purpuræue non diſtinguntur vt dictum eſt, & vtraque blattas byzantias appellant, cum ex Purpuris tantum proprie ita vocari deberent: quædam hic ab authoribus repetita & à Zographo collecta congeremus. Opercula hæc vſu ſubſtantiaque non differunt, ſed figura: quod ex Conchylijs longiora, è Purpuris & Buccinis rotundiora ſint. Vires quoque ad remedia minimum differre veriſimile eſt, præterquam ſi vnguis odoris ratione peculiare quid attribuitur. Blatta Byzantia, inquit quidam Germanus, ingrati dum vritur, odoris eſt, & Caſtoreum refert: vnguis vero odoratus, ſuauem odorem ſpirat, quare & res inuicem diuerſas eſſe oportet. At Rondeletius in Conchylio aſſerit εὐῶδες non modo ſuauiter, ſed aliquando vehementer & grauiter odoratum Dioſcoridi ſignificare: & vnguem caſtorei odorem referre idem Dioſcorides & Plinius tradunt. Sed cui ſuffimugio moſchato & alijs quibuſdam adijciuntur apud Aetium, ſi eiuſmodi ſunt? An dicendum non ex omni regione vngues bene olere ſuffitos: & eiuſdem generis plures forſitan ſpecies eſſe, vt & laſeris longe diuerſo odore? Plinius Purpurarum cauum pro operculo earum dixit: neruos præciſos Purpurarum cauum, quo ſe operiunt, tuſum glu- D tinat. Ab Actuario & Myrepſo βλάττη & βλάττιον Βύζαντος appellatur. Ea ætate, inquit Ruellius, qua ſcribebat Actuarius, Blattam, Purpuram Indicam, & Blatteum, Purpureum colorem, periti etiam authores appellarunt. Sic Lampridius: Heliogabalus parauerat funes blatta & ſerico & cocco intortos. Galenus Indici Conchylij teſtam inter oſtraca ac teſtas Purpurarum ac muricum generatim comprehendit eorumdem enim vim habet: & præterea ſuffita. ab vtero ſtrangulatas fæminas, & comitiali apprehenſas morbo excitat, quod tamen etiam de Purpurarum teſtis Galenus in vndecimo de ſimplicibus tradit. Meminit eius Onychis l Plinius quoque, cum ait: Inuenio apud quoſdam oſtracium, quod aliqui onychen vocant: hoc ſuffitum vuluæ pœnis mire resiſtere: At vero ab hac Blattę barbara appellatione, Blatteus color pro Purpureus dictus eſt à Fl. Vopiſco in Aureliano, vbi inquit Veſtem holoſericam neq; ipſe in veſtiario ſuo habuit, neq; alteri vtendam dedit & cum ab eo vxor ſua peteret, vt vnico pallio Blatteo ſerico vteretur, ille reſpondit: Abſit, vt auro fila penſentur. Libra enim auri, tunc libra ſerici fuit. † Plinius Blatteum colorem Onychinum dixit de pyris: Signina alia à colore Teſtacea appellant: ſicut onychina, Purpurea. quemadmodum enim Purpureus color à Purpura, ſic Onychinus ab Onyche, eodem ſignificato dicitur. Sic quoq; m Columella pruna Onychina Purpurea appellauit; vt annotauit commentator Germanus in ſuis commentarijs ad quintum Galeni librum de compoſit. ſecundum locos. Sed Plinij verba, inquit Zographus; ab eo recitata de pyris, Onychina non interpretantur Purpurea: hoc tantum volunt, vt ſignina pyra à colore ſuo Teſtacea dicantur: ſic Onychinis quoque ſic Purpureis, nomina à colore facta. Quanquam autem Onyx operculum eſt Cochylij, & è Conchylio color Purpureus tingitur: nihil tamen ad illum colorem, nihil ad tincturam illam facit onyx operculum: vt Onychinum colorem ab eo appellatum exiſtimare ridiculum mihi videatur. Columella pruna Onychiua nominat tantum, colorem non exprimit: ego hunc colorem ex albo purpuraſcentem putarim;

h Li. 2. c. 83.

i Lib. 20. cap. 33.

Marcelli error.

Blattæ byzantiæ.

Blatteus color.

Error Nicolai Myrepſi.

Murepſus correctus.

Opercula vt diſcrẽt.

Blattæ Byzãtiæ odor.

Blatta pro Purpura Indica.

l Lib. 22. cap. 2.

Pruna Onychina.

m Lib. 12. cap. 10.

Signina pyra.

Onyx gemma vnde dicta.

qualis in Onyche, id eſt, vngue humano ſpectatur: qui color etiam Onychi gemmæ nomen fecit, quanquam ea etiam alijs coloribus reperitur. Onyx gemma (inquit Georgius Agricola libro ,, ſexto de natura foſſilium) ex eo quod eius candor ſimilitudinem ad vnguem humanam habere ſoleat, nomen inuenit: non raro tamen eſt lactea, maxime in Zonis idem vocatur Onychites, & lapis Onychinus: in Germani & Sequanis reperta, eiq; ſimilis, vocatur nunc Chalcedonius multum autem variat colore &c. Gentilitium cognomen Byzantiarum Blattæ ſecundum Ruellium retulerunt, quod ad eos forſitan Indi demittant, & hinc ad nos deferantur Inueuio & apud Syluaticum Balantham (vox videtur corrupta) eſſe ſquamam, (imo laminam) piſcis quandam, è fronte piſcis degentis in Coucha rotunda & tortuoſa, concaua; ſed nos ait vti Blatta Byzantia quæ fertur de ſancto: ſic habet, ſancti autem nomen deeſt. Belluneuſi Blatta Byzantia eſt operculum Conchilij cuiuſdam è mari rubro & alijs locis, quorum meminit Auicenna Canone ſecundo, capite proprio. Eſt autem durum & in gyrum contortum (hoc ad totam Concham potius quam operculum pertinere videtur) inſtar limacis, ſed oblongius & maius, quam corpus quo limax circundatur. Operculum hoc ait in ore eſſe Conchylij, claudiq; ac aperiri pro animalis arbitrio. has Conchas ſæpe vidi, inquit, cum operculis adhærentibus, exportatas è mari rubro Damaſcum. Blatij Byzantis, hoc eſt, oſſis anterioris naris Purpuræ (vt ipſe interpretatur) Nicolaus Myrepſus meminit antidoto 425. Deſcribuntur hæ Blattæ ab Auicenna 2.8. uomine Adfar althaib. Apud Syluaticum multa barbara nomina paſſim reperias, quæ Blattas Byzantius interpretatur, vt Achafar, Affaratib, Daablectos, Dafarbachali, Funoblaron, Gafecolvel Hafeſol, Kuactil, Hiobothor, Hudal, Curaſie: ſed Auicenna: quæ de mari rubeo ſunt, inquit, nominantur Curaſciæ. Item Egedde, apud veterem Gloſſographum Auicennæ. Latini mixobarbari, pro Blattis Blactas; pro vnguibus vngulas aliquando efferunt Iam de remedijs quædam ab ea dicamus. Blatta Byzantia (inquit Syluius) Conchylij tegumentum eſt ad ſuffitus idoneum: ipſa enim teſta mox liquatur igni, bituminis modo, quod etiam improbe ipſa olet. quidam albicantem odoratam magis commendant. Et alibi: βλάττος & βλαττίον βύζαντος appellatur Actuario in aurea Alexandrina. Diamargarito calido. Vnguis odoratus vel aromaticus lib. 1. compoſ. pharm. part. à Galeno ſcilicet, additur autē ,, medicamento cuidam ad alopecias. Quæ Serapio & Auicenna ,, ſcribunt, ex Dioſcoride fere mutuati ſunt. Inuenio apud quoſdam oſtracion vocari, quod aliqui Onychem vocant, inquit Plinius, hoc ſuffitum vulua pœnis mire reſiſtere: odorem eſſe caſtorei, meliuſque cum eo vſtum proficere. Vetera quoq; vlcera & cacoethe eiuſdem cinere ſanari. Et alibi. Neruos præciſos Purpurarum eauum quo ſe operiunt, tuſum glutinat. Galenus Onychē detractum ex Conchylio, potum (ſuffitum potius) ſtrangulatis, ex vtero, couuenire Apud Nicolaum Myrepſum, os naris Purpuræ miſcetur paſtillo ad cardiacos. & apud eundem vngues aromatici magni & parui, inijciuntur in thymiama Eſdræ, & in alia quędam ſuffimenta, alias ſimpliciter, alias magni: & ſimiliter apud Aetium: qui ſuffiumigio muſcato quoque eos admiſcet. Democrates apud Galenum de compoſ. ſec. loc. 8. 10. in malagmatis cuiuſdam deſcriptione bdellium Onycha nominare videtur, optimum bdellium & quod incenſum ac ſuffitum, Onychis Indici Conchylij teſtæ odorem referat. tale enim Dioſcorides optimum eſſe refert, δοῦδες σὺν τῇ θυμιάσει, ἐοικὸς ὄνυχι: quanquam Marcellus Virgil. colore humano vngui ſimile trāſtulit: fortaſſis ex Plinio inductus, qui lib. 12. cap 9. Bactriano, inquit, nidor ſiccus, multique candidi vngues. Verum hæc Plinius ex Græco aliquo ſcriptore non ſatis intellecta tranſtuliſſe videtur, vt refert commentator Germanus in commentarijs ſuis in Galeni libros de compoſitione medicam. ſecundum loca.

Balanthā.

Adfur althaib.

Remedia ex Blatta Byzantia.

LOCVS.

Differunt loco. Ariſt. correctus.

PVrpurarum alias altum pelagus habitare, alias contra litorales dici, haſq; minores, illas maiores eſſe, iam ante notum eſt ex Ariſtotele Sed notandum quid in Gazæ verſione. Paruæ Purpurę inquit, ad litora & oras ſunt: αἱ δὲ σὺν τοῖς κόλποις μεγάλαι καὶ τραχεῖαι, hoc eſt, in ſinibus vero magnæ, ſcabræq;. Gaza non in ſinibus, ſed pelagiæ vertit, quod approbat, vt patuit, Rondeletius. Atqui *a* Oppianus cum de pelagijs aliiſque aquatilibus prius diXiſſet, ſubdit.

a Lib 2.

Δοιὼ δὲ σκληροῖσιν ὀρηρότε γοῖα χιτῶσι
Φαρξάμενοι κόλποισιν ἐνιστορόωσι θαλάσσης
Κάρφεσι ὀξυπαγὲς ἠδ' ἀστάκης

Eſto, ſinus omnis pelagi inſtar profundus ſit, non omne tamen pelagus ſinus eſt, & pelagij appellatio latius patet. Idem Oppianus ait Teſtatorum quædam in petris, alia in arenis degere, vt

Νειρῖται, τρόμεωντε γλύφοι, καὶ πορφύρεαι αὐτοί.

Ex neotericis Bellouius paruas quoq; Purpuras, vt plurimum litorales eſſe tradit, locis quidem ſcopuloſis natas Columella de piſcibus loquens voluit limoſam regionem idoneam eſſe Purpuris, alijsq; Conchis nutriendis. Maris vero adeo amantes ſunt, vt author de natura rerum (ex Plinio, vt eitat,) dicat, cum ſemineces fuerint, mari redditas reuiuiſcere. Sed Plinius hoc non de ipſis Purpuris, ſed illis, quibus inſeantur Conchis mytulorum ſimilibus ſcribit. Ait inſuper aqua dulci necari, & ſicubi flumen immergitur, (alias, ſicubi flumini immerguntur,) alioqui captas diebus quinquaginta viuere. Atq; hoc fere ex Ariſtotele, apud quem legere eſt: Teſtaceo generi anni pluuij proſunt, præterquam Purpuris, euius rei in dicium eſt, quod ſi amnis in mare fluentis aquam guſtarint, moriuntur eodem die. Viuit Purpura extra mare, quæ capta eſt, dies circiter quinquaginta. Idem philoſophus Purpuras teſtatur aliquandiu in arena latere, ſicut etiam Pectines. item canis exortu circiter dies tricenos condi. Porro non inconueniens fuerit loca hic recenſere, quæ à Purpura celebrari meruere. Apud Virgilium vbi habet.

Regio purpuris idonea.

Aqua dulci necari.

In Arena aliquādiu latent.

Loca ob Purpuras celebrata

Alba nec Aſſyrio fucatur lana veneno

aliqui exponunt Purpuram, licet Acron ad herbæ genus referendum putet, quæ fucus marinus vocatur, vnde lana inficitur. Purpuram tamen Aſſyriam iu pretio fuiſſe innuit Petronius Arbiter, dum canit:

Fucus marinus.

Aſſyria Concham laudabat miles in vnda.
Quæſitus tellure nitor certauerat oſtro.

Vitruuius in Africa punicei coloris. Purpuram procreari ſcripſit. At Plinius præcipuam eſſe in Meninge Africæ. Meninx autem Africæ inſula eſt, non longe a Syrtibus ſita, quam Lotophagorum terram putant, cuius Homerus meminit. Aitq; ibidem Plinius Purpuræ florem Aſiæ præcipuum eſſe, & Getulo litore Oceani, in Laconica Europæ. *b* Getuloruni ſcopulorum alias etiam meminit his verbis: Et quidem minus miror incomperta quædam eſſe equeſtris ordinis viris, iam vero & Senatorij nil deminantibus quam luxuriam, cuius efficaciſſima vis ſentitur atq; maxima cum ebori citroq, (cedroq;) ſyluæ exquirantur, omnes ſcopuli Getuli Muricibus ac Purpuris. Lacouicum autem mare etiam ferre Conchylia, ex quibus ad iufecturam veſtium Purpura compa- ratur, nobilitate iis ſolis, quæ in rubro mari capiuntur, inferiora teſtatur Pauſanias Celebrantur eædem ab † Horatio

b *Lib. 5. c. 1.*

† *In Laconicis.*

Nec Laconicas mihi tradunt honeſta
Purpuras clientes.

Fucus Tenarius.

Purpura Lacouica Valerio Flacco dicitur fucus Tenarius hoc verſu.

Illis Tenario pariter tremit igneа fuco.

A *c* Statio quoq; alibi nominatur Oebalis Purpura, Zoographus Laconicam interpretatur, quæ alio, inquit, nomine Oebalia dicitur. Sed Plinius alias Laconicam Purpuram commendat: Purpuriſſum, inquiens, Puteolanum laudatur potius quam Tyrium aut Getulicum, aut Laconicum, vnde pretioſiſſimæ Purpuræ. Coæ Purpuræ nominantur ab Horatio quarto carminum: eaſdemque iutelligit *d* Iuuenalis canens.

c *Lib. 1. ſyl.*

Oebalis Purpura.

Coæ Purpuræ.

d *Sat. 8.*

——Spartana chlamis, Conchylia Coa.

Purpuram Mauram nominat Valerianus apud Trebellium in epiſtola. In Muxa emporio ad mare rubrum habetur Purpura, tum eximia, tum vulgaris, vt teſtatur Arrianus, ſi bene memini, in Periplo, apud quem etiam lego, à duobus emporijs Perſidis, quorum vnum Apologi vocant, alterum Omana, in Arabiam euehi Purpuram. Q. Ennius in Phageſiorum fragmento Atarnæ Purpuram laudare videtur, niſi forte quid deſit, canit autem:

Polypus Corcyra, caluaria pinguia Atarne,
Purpura, muriculi, mures, aulces quoque echini.

Genus quoddam Purpuræ à Plinio Tenienſe appellatur, in Tenei maris ora, vt inquit collectum: ſed Teneum illud mare: vbi locorum ſit, inquit *e* Turnebus, cum eſſe neminem, qui ſciat putem, ſuſpitio non leuis animo inceſſit, hic emendatores, vt in deletili charta & palimpheſto luſiſſe & deleuiſſe quæ non placebant, quæ voluerunt ſcripſiſſe, non quæ Plinius literis conſignarat, edidiſſe, deniq; prouocatum eſt ad vermiculatos & eroſos libros in quibus reperimus, in Tenei maris collectum, arbitratur autem idem Turnebus in tænijs maris collectum ſcribendum eſſe. Sunt autem ipſi tæniæ in mari candicantes cautes longo tractu faſciam imitantes, à quibus Tænienſes Purpuræ vocantur, quæ in illis degunt locis. Eſt & Purpuræ in eo genus dialutenſe, quod originem Græcam ſed formationem Latinam præ ſe fert. Nam vt è Græco & Latino compoſitum eſſe videatur, non aſſentiar, inquit ibidem Turnebus, vt ſi Amminei vini & Chij nota mixta eſſet. libri tamen antiqui refragantur editionibus, quod tam frequens eſt, vt quandocunque aliquid obſcuritatis in eo authore eſt, fere ſemper diſſenſio reperiatur: & lubentius plerunq; ſecundum veteres tabulas litem dederim: in illis autem ita ſcribitur, mire aptū Conchylijs & longe optimum Purpuris dialucenſe, id eſt, vario genere ſoli paſtum Dialutenſe retenta ſuperiorum generum forma, erit tanquam ſolitum & vagans; neque eidem adhærens ſed ducat dialucenſe per ſaltum æquor repens & vario eadem cauſa genere ſoli paſtum, ex præpoſitione διά & ἄλυκον, quod eſt ſaltum, hoc genus aptum Conchylijs dicit, id eſt Conchyliatæ veſti. Sed regrediamur in viam. Porphyruſa Ariſtoteli, vt citat Stephanus Aquæus in commento ad caput duodecimum libri quarti Plinij, à frequentia & pulchritudine Purpurarum dicta eſt: ſicuti & Melibœa Purpura teſte Feſto, à nomine inſulæ, in qua tingitur: cuius meminit Lucretius, *f* dum canit:

e *Li. 9. c. 5. Adu.*

Plinius correctus.

Tænienſes Purpuræ.

Dialuſenſes.

Porphyriuſa vnde dicta.

f *Lib. 2.*

Melibæa Purpura.

Melibœaq; fulgens
Purpura Theſſalico Concharum tecta colore
Aurea Pauonum rident imbuta lepore.

Meminit etiam in quinto Virgilius:

Victori clamydem auratam quam plurima circum
Purpura Mæandro duplici Melibœa cucurrit.

Sed hic Hortenſius Melibæam Magneſiæ ciuitatem eſſe ait. Cæterum Tyria Purpura olim omnium celeberrima fuit: quod teſtatur Strabo his verbis: πολὺ δὲ ἐξόχατος πασῶν Τυρία καλεῖται πορφύρα: hoc eſt, longe omnium præſtantiſſima habetur Tyria Purpura. Plinius: Tyri nobilitas nunc omnis Conchylio atque Purpura.

Tyria Purpura optima.

Sarranum Ostrum

pura Quia vero Tyrus prius Sarra vel Sar vocaretur, itaque Sarranum Ostrum dixit Virgilius, & Sarranam Purpuram Iuuenalis: vnde Ennius Pœnos Sarra oriundos scripsit authoribus Probo & Festo. Dicuntur quoque absolute Tyrię, vestes Purpura Tyria infectæ: Ouidius,

Siue erit in Tyrijs, Tyrios laudabis amictus

Martialis in primo

Hispanas, Tyriasq;, coccinasq;

Et in sexto rursus:

Te Cadmea Tyros, me pinguis Gallia vestit
Vt te Purpureum, Marce, sagatus amem?

Tyria lacerna

Idem quoque Tyrias Lacernas dixit:

Vt lutulenta linat Tyrias mihi multa lacernas.

Lanæ Tyriæ.

In decimoquarto lanæ Tyriæ apud ipsum gloriantur se in Laconia quoque vbi Purpura non minus frequens est habitas fuisse pretiosi loco muneris, quod argute dicunt, dum aiunt se à Paride donatas fuisse Helenæ & Purpuram Lædæ, hoc est, Purpuram Laconicam fuisse deterorem.

Nos Lacedæmonia pastor donauit amica
Deterior Lada Purpura matris erat.

Murex Tyrius. Cochlea Tyria.

Tytius quoque absolute videtur color à Plinio dictus, nam cum de Purpura amethysti colore dixisset, addit: At Tyrio laus summa color sanguinis concreti, nigricans aspectu &c. Virgilius etiam Tyrium muricem dixit. *Tyrioq; ardebat murice lana.* & Ouidius: *Nec quæ de Tyrio murice lana rubet.* Cochleam Tyriam Vranus in Arabicis dixit, citante Stephano, pro Purpura nimirum κοχλίου τύριον. g Ouidio Purpura Tyria, Concha Sydonis dicitur:

g *Lib. 10. Metam.*

Collocat hanc stratis Concha Sydonide tinctu

Sidonium. Ostrum quid.

Sidonium Ostrum Horatio. Est autem Sidon vrbs Syriæ, vnde & sindones dici coniicit Zoographus: Statius in Propemptico Metij Celetis:

Qua pretiosa Tyros rubeat, qua Purpura succo
Sidonijs iterata vadis.

Lucunas etiam meminit in tertio:

Et Tyros instabilis, pretiosaq; murice Sydon.

Purpura dibapha.

Istiusmodi autem Purpura dicebatur dibapha, quod bis tincta esset, veluti magnifico impendio: dibaphum Cicero appellat. h Lazius refert in Tyro Coccineam præparari solere, & a Cocco, hoc est, grano tinctorio appellari. sed secus Purpuræ inuentio ostendit in Hercule Tyrio, de qua mox. Succubitanam Purpuram quaudoque ab Africæ oppido quod Succubi vocant. Valerianus in epistola ad Trebellium Pollionem, Claudio qui postea Cæsar factus, dari præcipit à procuratore Syriæ albam subsericam vnam, cum Purpura Succubitana, Subatmale vnum cum Purpura Maura.

h *Lib. 8. c. 8.*

Purpura Succubitana Maura Purpurificium vbi. Tarentinũ vestimentum

Post Syrtim lacum esse scribit Strabo nomine Zuchis quadringentorum fere stadiorum: ad quem sit vrbs eodem nomine: Eam Purpurificium & varias piscium condituras habere. Augustinus Niphus Purpuræ Conchylium, notissimum, inquit, est, apud Tarentum. Varinus παραντινον ἱμάτιον, Tarentiuum vestimentum tenue & translucidum, non omnino Purpureum, vt quidam putarunt, exponit, sed & Tarentinas tincturas. Olim etiam nota & laudata fuit Tarentina Purpura. Me iuuene, inquit Cornelius Nepos, Purpura violacea vigebat, nec multo post rubra Tarentina. In Sardinia insula Purpuræ item excellentes tingebantur. Miratur Bayfius cur inter doctos conueniat quod Purpuræ vsus nostris temporibus prorsus ignotus sit, cum in Carteia, inquit, Bæticæ prouincia olim murices & Purpuras nobiles (Conchis vel decem cotylas capientibus) ex Strabone constet In Sardinia quoq; fuisse constat ex prouerbio, Tinctura Sardonica &c. Salij poetæ tempore Purpuræ etiam Anconæ tingi solebat, vt verba eius ostendunt: *nec Sydone vilior Ancon, Murice nec Lybico.* Acron explicat illud Horatij:

Non qui Sidonio contendere callidus ostro
Nescit Aquinatem potantia vellera fucum,
Certius accipiet damnum, propiusue medullis
Quam qui non poterit vero distinguere falsum.

Sufis magna Purpuræ copia reperta.

Purpuras Aquinates Tyrijs similes esse scribit Sufis ab Alexandro captis memorabilis Purpuræ vis & copia, in ipsi deuenit potestatem. Vbi aiunt (inquit in Alexandro Plutarchus) & Purpuræ Hermionicæ inuenta quinquaginta millia talenta, repositæ quidem ab annis ferme ducentis, recentemque adhuc coloris florem nouumque seruantis. Huiusce vero rei causam adferunt: quod infectura Purpuræ ex melle facta sit. Atque hæc de variis locis vbi Purpura fiebat. Miretur sane aliquis, non in Europa solum & Romæ (vbi Purpuræ vsum semper fuisse Plinius tradit) sed in Africa quoq; & Asia & toto terrarum orbe defecisse, cum ex Africa olim, Asiaque & Persis, ac tot aliis regionibus locisue peteretur Eorum quidem qui nostro sæculo varias & remotissimas nauigationes aliasq; peregriuationes literis mandarunt, Purpuræ (quod sciam) nullus meminit.

INCREMENTVM. MOTVS. ætas. olfactus.

Celerrime crescunt

Conchæ omnes, inquit Aristoteles celerrime crescunt, præcipue vero Purpuræ atque Pectines, quippe quæ anno perfici (magnitudinem implere) possint. Ait tamen tempus viuendi Purpuris & Buccinis longum esse, Purpuras enim annos circiter sex viuere, & singulis annis incrementum earum patere per orbes, quibus totidem quot annos habent, testa clauiculatim intorta in crepidinem desinat. Si itaque quotannis nouum sibi adiiciunt orbem, vno anno perfici non poterunt, cæterum absque orbibus etiam perfectæ sunt, & talem supra descripsi, in qua v. x primi orbiculi rudimentum conspiciebatur. Quod ad ætatem attinet, Plin. annum adiicit, inquiens Purpuras annis plusquam septenis viuere. Athenæus vero Aristoteli subscribens circiter sex etiam testatur. Extra aquam vti paulo ante ijsdem authoribus diximus, captæ diebus quinquaginta viuunt saliua sua Parum admodum progrediuntur teste Philosopho, qui præterea scribit, Purpuris escas putidas emoliri, & accedere ipsas ad eiusmodi escam a longe, vtpote odorantes.

Ætas: Vt anni earum cognoscãtur.

GENERATIO.

Duplex origo

Duplicem esse originem Purpuris, Buccinis, Mytulisque ex citandis veterum authoritatibus constabit. Plurima in mari, inquit Aristoteles, sponte existunt, sed non ex eadem materia omnia. Purpuræ & ostracoderma ex materia putrescente & limo. Et mox: Ostracodermorum ea quæ fauos conficiunt: eodem modo quo alia ostracoderma fiunt Hæc prior est origo: Altera eorum est, quæ dicuntur κηριάζειν id est fauos conficere, quod fauificare & fauare conuertit Gaza, siue μελίκηραν, τὸ δ' ἐστὶν οἷον κηρίον ποιεῖν, id est eodem interprete, fauaginem, quæ est veluti fauus apum, condere, quod Plin. dixit de Purpuris, eas mutuo attritu lentorem cuiusdam cerij saliuare. Id faciunt, Mytili, Buccina, Purpuræ authore Aristotele. Nam emittunt lentorem quendam siue humorem mucosum velut à seminis natura: semen vero eorum nullum esse existimandum est. Ex illo Purpuris verho tẽpore congregatis veluti fauus quasi ex putaminibus cicerum albo rum inter se cohærentibus coagmentantur, quem pro maris spuma pharmacopolæ quidam falso ostẽtant: nullus autem huic meatus est apertus, neque fiunt neque nascuntur ex eo Purpuræ, sed est veluti expurgamentum. Nam saliuare incipiunt ex lentore mucoso, vt dictum est: putaminibus similia ista componuntur, ex eo vero quem in terram emittunt, ichore, id est, tenuiore humoris parte, eo in loco fiunt in terra coagmentatæ paruæ Purpuræ, non aliter quam effuso in terram fungorum decocto, fungi permulti breui enascuntur Ex his duos Aristotelis locos, in quibus de istis agit, dilucidiores reddidit a Rondeletius. Alter est in tertio de generatione capite vndecimo: alter a Gaza male conuersus in quinto de historia animalium capite decimoquinto, citatus etiam ab Atheuæo libro tertio, quem si cum Aristotele couferas, menda, inquit, aliquot facile emendabis, maxime vero illud ἀφίησι δ' ὁ εἰχὼν εἰς τὸν γλῶ, cum legendum sit ex Athenæo, ἀφίησι δὲ ἰχὼ ἐφ' εἰς τὸν γλῶ &c. nec non Plinij locus libro nono, in quo scribit murices & Purpuras saliuario lentore prouenire, clariori inde fiet, quam ex Massario qui saliuarium lentorem, fauaginem interpretatur, ex qua, vt ex superioribus liquet, Purpuræ minime fiunt, sed dum putaminibus cicerum similis congeries fauago Gazæ dicta fit, ex mucoso humore, qui saliuarius lentor à Plinio nominatur, huius tenuiore parte in terram effusa, proueniunt murices, & Purpuræ. Huiusmodi ortus rationem idem b Aristoteles alibi cõparat plantis, quæ ἐκ τοῦ παραβλαστάνειν id est ex sobole, aut si verbum è verbo exprimas, ex adgenetatione procreantur, vs cæparum genus. Hoc modo, inquit (Aristoteles) Mityli gignuntur quippe qui minores semper circa eos qui primi nati sunt proueniunt. Purpuræ & Buccina quæque fauos conficere creduntur eodẽ modo Quare magna eorum copia oritur, quando origo aliqua prius extiterit: nam cum omnia hæc sponte fieri contingat, rationi consentaneum est, cum origo aliqua præcesserit, multo plura formari. A singulis n. eorũ, quæ primæ sunt originis, quibusq; reliqua adnascuntur, excrementi aliquid effluit Quod vero prima istorum origo ex materia putrescente fiat, certissima indicio est, id quod in stagni nostri parte, quæ est ad oppidum Baleruc vernacula lingua nuncupatum multorum, ac magnorum Mitulorum feraci, accidisse vidimus, Hæc & alia Rondeletius. Constat itaq; purpurarum generationem sponte naturæ fieri sine maris, & fœminæ commistione, sine ouis. Quamobrem inquit idem Rondeletius in capite de Purpura, hoc in loco improbanda est authoris libri de aquatilibus sententia, ab Aristotelis sententia alienissima, etiamsi eam exponere velle videatur, quam tamen misere deprauat, & corrumpit, vt ex eius verbis perspicuum fiet. Vterque autem piscis (de Purpura & Buccino loquitur.) Purpureum colorem fundit, estque Massiliæ, Genuæ, ac Venetijs in cibis expetitus; sed Buccini caro Purpuræ carne durior est. Ambo quoque fauare dicuntur, quod sane hoc pacto faciunt. Qua sub lapide prona parte oblonga, albaque deinceps pendentia disponunt, quæ ita disposita faui nomen habent, ab apum similitudine (vt icon subsequẽs ostendit) Supini autem sub lapide stabulantur, cum fauificant: quo v. tempore fauos extruunt, si incoquantur, & abscindantur, oua intro continere comperientur, quæ saliuario lentore lapidibus, & cautib. ferruminãt, vt inde decidere non possint, quod tam magno artificio construunt, vt nihil coacetuatum esse videatur. Hęc autem fauificatio verna esse solet. Primum vt hæc à veritate, quã maxime abhorrere intelligas, esseq; plane ægri somnia, explicandum quomodo procreentur Buccina & Purpuræ, deinde quid sit fauare, siue fauificare. Omne Ostracodermorum genus expers coitus est, inquit c Aristoteles. Et cum Purpuræ, tum & reliqua testis inclusa è limo fere & materia putrescente oriuntur.

Quando magna copia.

Ex putredine oriri.

Contra Bellonium

Buccinæ caro durior Purpuræ.

b *L. 3. de gener. c. 11.*

c *L. 5. Hist. cap. 15.*

Quod & necessaria ratione confirmatur. Etenim nulla natura lis actio sine partibus ad eam apte confirmatis perfici potest: nam partib. singulis sua sunt tẽpetamenta, à quibus facultates, & ab his actiones proficiscuntur: quas rationes corruere necesse est, imo ne esse quidẽ possunt, si harũ fundamentũ vel subiectũ nullũ existat.

Cur non coeant testacea

At quæ

Ad quæ in Purputa, Buccina, turbinatiſq; partes ſint ſemini generando, continendo, emittendo, recipiendo & fouendo idoneæ? Quænam aliæ præter eas, quæ ſuſtinendo nutriendoq; ſimpliciter animali deſtinatæ ſunt? Præterea quæ commiſtio corporum vndiq; teſta concluſis eſſe poteſt? Dices fortaſſe ex *d* Ariſtotele, Genus omne Oſtracodermorum vere autumnoq; habere ea, quæ per ea tempora præcipue vbertas ouorum eſt, tamen nullo tempore committitur, vt ouis omnino careant, ſed maxime plenilunijs diebuſq; tepidis reſtituuntur. Hæc quidem Ariſtoteles prodidit, ſed locus is ex alio intelligendus, qui legitur in tertio de gener anim. cap. 11. Quæ oua appellantur, nihil ad generationem ,, conferunt, ſed inditio ſunt melioris nutricationis, quale in ſan- ,, guineis pingue eſt: quamobrem ſapore per id tempus præſtant ,, ciboq; laudantur: argumento quod & Pinnæ & Buccina & Pur- ,, puræ continent quidem ſemper ouum illud vocatum, ſed alias maius, alias minus. Quare falſum eſt oua huiuſmodi per ſimilitudinem ſic appellata; non ex ſemine, non ex fœminæ & maris coitu concepta, ita diſponi, vt fani nomen habeant, ab apum ſimilitudine, vt hoc ſit fauare, ſiue fauificare. Eſt enim lingue aliud apud Ariſtotelem, Athenæum, Pliuium. Αἱ μὲν οὖν πορφύραι τὰ ἔαρ σωματοποιούμεναι εἰς ταυτὸ, ποιοῦσι τὸν καλούμενον μελίκηρον. Τοῦτο δ' ἐστὶν οἷον κηρίον, πολλῷ δὲ χεῖρον γλαφυρὸν, ἀλλ' ὥσπερ αὐξόμενον πόρον δὲ ἔν τοῖς λόγοις πολλὰ συμπλακεῖσιν. οὐκ ἔχει αὐξομένου πόρον δὲ ἔν τοῖς, οὐδὲ γίνονται αἱ πορφύραι, ἀλλὰ φύονται, καὶ τὰ ἄλλα οὐκ τῆς σήψεως, καὶ ἰλύος ὀστρακόδερμα. Τοῦτο δὲ συμβαίνει ὥσπερ λοπαδάρια, καὶ τούτῳ, καὶ τοῖς κήρυξι. Κηρολάζουσι γὰρ καὶ οἱ κήρυκες, id eſt, Purpuræ verno tempore eundem in locum ſeſe colligentes, con- ,, dunt, quam fauaginem nominant, quæ veluti fauus eſt apum, ,, verum uon ita elegans, ſed quaſi ex putaminibus cicerum albo- ,, rum multa inter ſe compoſita, ſtruem vnam ſua cohæſione co- ,, agmentatam. Nullum ijs patet foramen, neq; ex ijs naſcuntur. ,, Sed cum Purpuræ, tum etiam reliqua teſtis incluſa à limo ferè ,, & materia putreſcente oriuntur. Illa verò coagmentatio fauo ,, ſimilis, purgamentum tam iis, quam Buccinis euenit, nam Buc- ,, cinis quoque fauificare in more eſt. Igitur κηρολάζειν, ſiue μελίκηρον, ſiue οἷον κηρίον ποιεῖν, quod eſt Gaza interprete fauare ſiue fauificare, vel vt Plinius loquitur, lentorem cuiuſdam cerij ſaliuare, dicuntur Purpuræ & Bucciua, cum emittunt lentorem quẽdam, ſiue humorem mucoſum, velut à ſemiuis natura, ſemen verò eorum nullum eſſe exiſtimandum eſt. Ex eo lentore concreto & exſiccato fit congeries veluti putaminum cicerum alborum, inter ſe cohærentium; quam in litus eiectam pharmacopolæ quidam pro ſpuma maris, alij pro alcyonio falſo vſurpant. Quocirca procreantur purpuræ & bucciuà ſponte; vt alia oſtracoderma, è limo & materia putreſcente, vt iam dictum: & præter ſaliuaeum lentorem tenui humore in terram recepto. Acquemadmodum fungorum decocto in terram effuſo fungi permulti breui enaſcũtur, ita purpurarum origine aliqua præcedente, multo maior copia prouenit. à ſingulis enim excrementi aliquid effluit, quod quidem ſemen nou eſt. Atq; hæc eſt duplex purpurarum, buccinorum, mytulorum origo ab Ariſtotele tradita, & à doctiſs. Rondeletio fuſius explicata.

Quando fauificent.

Fauificare dicũtur Purpuræ.

Fungi vt multi naſcantur.

VICTVS.

Cibus.

QVantopere maris aqua purpuræ delectentur iam ante ex Ariſtotele dictum eſt: apud quem etiam inuenio cibum purpurarum eſſe carnem, item ex plantis maris. In octauo enim de hiſtoria capite ſecundo, quæ mobilia ſunt (inquit) eadem carne ,, veſcuntur, ijs victus ex piſciculis eſt, vt purpuris: ſunt enim car- ,, niuoræ, & quidem eſca huiuſmodi capiuntur: quanquam ijs etiam quæ mari pullulant, alliciuntur. Et rurſus alibi. Alit altera alteram, eo quod ſua teſta agnatum veluti algam muſcumue gerit: quæ autem pro cibo ceſſerunt, ponderis cauſa adhiberi aiunt, vt in libra ſint grauiores. Quod poſtremum repetit, ſed paulo alitter *a* Plutarchus Muſci & alga quicquid eſt etiam; ita in ſuas teſtas recipiunt, vt ijs in orbem exſertis quaſi circularem conuiuatio ,, nem præbeant, vna alterius alimentum depaſcente. Plinius put- ,, purarum genera pabulo & ſolo diſcernit, vt ſit latenſe putri limo, algenſe quod alga enutritum, viliſſimum: dialutenſe vario ſoli genere paſtum. Teſtatur Gillius purpuram diu multumque conſiderаſſe, cum aliam Concham mordicus tam diu premeret, quoad ſuffocata hiſceret. Voraces admodum eſſe vel ex prouerbio notum, quanquam nonuulli hoc ad tincturam referant.

Voraces eſſe.

a *Lib. de Solert. animal*

CAPIENDI RATIO.

Fętidis capi catnib.

DE modo capiendi, ac de tempore capturæ idoneo, necnon de eſca qua alliciuntur, dicendum. Ariſtoteles purpurarios ait eſcas putidas eis purpuris emoliri, haſq; accedere ad eiuſmodi eſcam a longe: vtpote odorantes. Quod repetens Plinius, fœtidis capi ſcribit. Alias carnibus ranarum (rubetarum, Iſidorus & Albertus) vel hamo, inquit, additis, præcipue purpuras certum eſt allici: ſed neſcio quam recte: vix enim hamo eas capi crediderim. Hicesius ſcribit purpuratores chamis ad inescandum vti. Tatentinus eſcam quandam ad polypos deſcribit, qua purpuræ etiam ,, alliciuntur. eam in polypo recitauimus. *a* Aelianus capiendi ,, modum eiuſmodi deſcribit: Paruam naſſam denſo contextu, exiguis maculis purpurarij piſcatores contexunt. Intus in media naſſa Strombus piſcis illecebra appenditur, ad eam alliciendam, Purpura maiorem in modum linguam diſtendere contendens, eò pertingere & ſtrombum ipſum aſſequi conatur: & ne ab eſca quã ligurit, aberret omnem eam neceſſe habet exetere: itaq; ipſa exita fugit eſcam, quoad plenitudine intumeſcentem tetrahere nequit: vnde fit vt eam piſcator liguitione irretitam comprehendat. Hæc Aelianus ex Oppiani halieuticorum quinto, qui κυρηβάς, id eſt, naſſas exiguas huiuſmodi calathis (πελάροις) ſimiles è viminibus nectí canit. Ariſtoteles quoque ἐν φορμίσιν capi ait purpuras: Gaza tegetes & crates interpretatur; quam ſignificationem alibi forte hoc vocabulum habet (quoniam ſtoreæ huiuſmodi ſimilitei è iuncis texi ſolent,) at hoc in loco naſſas potius, vel naſſis ſimilia retia interpretari mauult Zoographus: quoniam & paulo poſt eadem vaſa philoſophus κύρβεις appellat. Et Plinius, Capiuntur, inquit, paruulis rariq; textu veluti naſſis in alto iactis. Inſunt ijs eſca, cluſiles mordaceſq; Conchæ (apud Athenæum lib. 1. Concha ca μέλαινα dicitur & κογχόδηρος,) ceu mitulos videmus. Has ſemineces ſed redditas mari auido luatu reuiuiſcentes, appetunt purpuræ, porrectiſq; linguis infeſtant, at illæ aculeis ſtimulatæ clauduntſe comprimuntq; mordentia: ita pendentes auiditate ſua purpuræ tolluntur. Sed plura, de his nominibus, φορμὸς primitiuo. & diminutiuis, φόρμις, φορμίσκος, φόρμος, φορμίδιον, apud Varinum, Pollucem alioq; reperies. Aelianus quoq; pro naſſa φορτίον dixit: aliqui πόρκον pro eadem autem reti eiuſdem formæ. Phœnices hoc tempore purpuras in huuc modum capiuut, inquit Iulius Pollux, & vellus inde aſpectu flondum tingunt. Fuuem eb- longum validumq; vt in mari durari poſſit, demittunt. ei modi cis interuallis vaſa quædam exigua, (κυψέλας) veluti tinntinabula quædam (κώδωνας, nimirum quod ad figuram) adduut, è ſparto ſeu vimine aliquo iuncoue contexta. Ea circa ing: eſſum rigentibus extremis iuucis aut vimiuibus hirſuta aſperaque ſunt, ita vt ingredienti cedaut, dilatato facile introitu, regreſſum autem aduerſo rigore arceant. Sic funem inſtructum eſcis quoq; in naſſulas impoſitis, loco petroſo Purpuratij demittunt, ſubere alligato in ſummo, quo ſuſtineatur. Sic noẽte vna interimitla, aut etiam die, vt plurimum vaſa Conchis repleta extrahunt. Eiuſmodi vel ſimilem texturam intellexiſſe videtur Varinus, dum ait: Κημὸς textura quædam eſt ex iuncis (οὐκ χοινῶν) colo ſimilis, in qua Purpuræ & Conchylia ingreſſa (nam & eſca imponitur) capiuntur. Quod modo attinet ad tempus capturæ idoneum, Ariſtot. ſcribit capi Purpuras tempore verno cum fauos extruunt: caniculę vero tempore nullas fere capi; Atqui eo tempore teſte vel ipſo Ariſtot. deterrimum florem habent quapropter etſi ita quoq; repetat Athenæus; ſuſpectus mihi eſt Ariſtotelis codex. nam præterquã quod rationi conſentaneum eſt, Purpurarios eas capere, cum meliorem ſuccum floremue habent, propter quem eas capiunt, etiam Plinius aliter legit, inquiens, Capi eas poſt canis ortum, aut ante vetnum tempus vtiliſſimum, quoniam cum fœtificauere, fluxos habent ſuccos; ſed id tingentium officinas ignorare, cum ſumma ,, vertatur in eo, vt ipſe loquitur. ,,

Hamo nõ capi.

a *Lib. 7. de animal. cap 34.*

Phœnices

Κημὸς

TINCTVRÆ RATIO.

QVomodo ſuccuſille ſiue flos quem Purputam vocamus, colligeretur, & in vſum præpararetur, ſic fere apud veteres reperio. Cum fœtificant, inquit Ariſt. deterrimum florem gerunt: ,, patuas cum teſtis contuudunt, alioqui difficile eſt ſuccum detta- ,, here. Maiorum florem teſta ablata detrahunt: quamobrem euenit, vt collum à papauere ſeparetur. Flos enim poſitus inter hæc ,, eſt ſupra eam partem, quam ventrem appellant. Itaque detracto ,, flore, diuidantur partes iſtæ neceſſe eſt. Dant operam vt viuæ trãgantur: nam ſi prius quam fregeris, exſpiratint, florem omnem cum vita euomunt: quaptopter ſolent eas aſſeruare in naſſis, dum ipſæ ſe colligant, atq; requieſcant. Breuiter de hac re Plinius: Viuas, inquit, capere contendunt: quia cum vita ſuccum eum euomunt. Et maioribus quidem purpuris detracta Concha auferunt: minores cum trapetis frangunt: ita demum rorem eum excipientes Tyrij. Dilucide Vitruuius. Conchylia cum ſint lecta ferramẽtis circumſcinduntur, è quibus plagis purpurea ſanies vti lachryma profluens, excuſſa in mortarijs terendo comparatur. Phœnices inquit Gyllius, purpurarum captarum teſtas confringunt, & carnes ad tincturam condiunt, & aqua dilutas & ſordibus expurgatas, ſucceuſis ignibus in lebete coquunt: earum ſanguis vt ab igne incaleſcit, partim cyaneo colore fit, partim in alium colorẽ conuertitur, ac iam quicquid impoſuerit, in illius colorem commutatur. Hæc ille ex onomaſtico *a* Iulij Pollucis, vbi verba aliquot quæ Græce leguntur: Ἐπειτα κηψάμενοι τὸ ὄστρακον σὺν τοῦτῳ καὶ τῷ σάρκα, πελιχρυσαστίς τι ἐπὶ δευτεροποιίαν, ὕδατι τῷ ἀσίῳ σκηδήσαντες, εὐείψαστον ἐμπύρῳ λέβητι τὸ θήραμα τὸ θαλάττιον: sic interpretatur Zoographus, aliter quam Gyllius: Phœnices captis purpuris teſtas ſimul & carnes tundunt & deinde condiunt (ſale nimirum vel uitro ſanies admixto) vt color firmior ac tenacior fiat, & ſordibus aqua ablutis, (primum videtur vt tundantur, ſecundum vt lauentur, tertium vt flos eximatur, coudiatur, coquatur,) in lebete ad ignem coquunt. Notandum vero purpuram, vt Seneca *b* philoſophus tradit, eodem Conchylio non in vnum modum exire. Interest, inquit, quantum macerata ſit, craſſius medicamẽtum an aquatius traxerit, ſæpius merſa ſit, an ſemel tincta. Admiſtio fabæ proderat, quod me docet Plutarchus libro de Oraculorum defectu, his verbis: Alia alijs ſunt conducibilia: Sic faba Purpuræ, nitrum cocei tinctura expedit admixtum, & vt Empedocles ait:

Vt Purputę flos colligatur.

Flos vbi poſitus.

Phœnices vt Purputã facerent.

a *Lib. 1. c. 4.*

b *li. 1. quæſt natur. c. 3.*

Fabę miſcebatur.

Glauci flore croci byssus miscetur amœnus

e Li.9.Ori. cap. 28. Lana primum tincta Purpura.

e Isidorus omnem purpuram prima tinctura ferruginei coloris esse ait; quod verum vt sit vereor. Ex Ciceronis Hortensio apud Nonium in verbo imbuere, didici eos qui combibi purpuram volunt, prius lanam medicamentis quibusdam sufficere. Inficiebantur autem initio purpura solæ lanæ; vnde Seneca d Tragœdus:

Nec Sidonio mollia aheno
Repetita bibit lana rubores.

d In Here. Oetao.

Et Virgilius

Ipse sed in pratis aries iam suauе rubenti
Murice: Horatius:
Muricibus Tyriis iterata vellera lana.

Tibullus.

Nec quæ de Tyrio murice lana rubet.

Ouidius:

Phœnico bibulas tingebat murice lanas.

Cur tinctura iterabatur.

Iterabatur tinctura, vt magis colorarentur vestes, quod constat ex eodem Ouidio in libello de medicamine faciei, vbi ait:

Vellera sæpe eadem Tyrio medicantur aheno.

e L.2. Car. f Li.1.Sylu.

Fortasse dibapham Purpuram dicit, quam pretiosissimam fuisse constat: de qua etiam Flaccus ad Grosphum scribens, inquit: e *Tebis Afro Murice tincta vestiunt lanæ.* Tyria autem Purpura apud antiquos laudatissima existimabatur, vt sæpe dictum est. f Papirius

——— Rupesq; nitent, queis Purpura sæpe
Oebalis & Tyrij moderator liuet aheni.

Cõchiliata & Purpurea differunt.

Inter Conchiliata autem & Purpurea interest, quod Purpureum inficitur Purpuræ flore, & Buccini succo, certo quodam temperamento: in Conchyliatis vero, non miscebatur Buccinũ, vt Plinius scribit, sed ita obscure & mendose, vt intelligi non magis possisit, „ quam si alienigeno vteretur sermone. In Conchyliata veste cæ„ teta eadẽ sine Buccino, præterq; ius temperatur aqua pro indi„ uiso humani potus excremento, dimidia & medicamina adduntur: inuiso tamen pro indiuiso malunt emendatores, semper non intellecta mutare solenni insania consueti, inquit g Adrianus Turnebus, qui se in veteribus indiuiso reperisse testatur, & ius temperatura, & quæ. Sic igitur legit: præterq; eius temperatura, & quæ pro indiuiso humani potus excremento remedia & medicamina adduntur. Nam inficiendis Cõchylio velleribus, cum humanum admisceretur lotium, vt eius odoris fœditas emendaretur, medicamenta quædam & remedia adhibebantur: miscebatur & lotium tingendæ purpuræ, vnde & indiuisum dixit, quod & Purpura, vt in Conchylio tingendo adderetur: quare & grauissimo & tetertimo odore dixit Martialis

g Li.9.Adnerf. cap.5.

Vrina humana vsi sunt ad tingenda Cõchylio vellera.

Quod bis Murice vellus inquinatum.

Pictorum purpura.

Hucusq; ille. Iam vero pictores ipso purpureo vtuntur cruore trito in mortario, sicuti indicat Vitruuius, aut creta argentaria in eum liquorem feruenti aheno addita & inebriata: bibit enim eum colorem celerius lanis: purpurissum vocat Plinius in sexto trigesimiquinti: Argentaria autem creta nitorem argenteum reddit, eodem authore dicti lib.cap.17. Georgius Pachymerius libr. suo 12. de colore, Purpuræ colorem tardius consistere notauit. Etenim eum hanc, inquit, contuderint, omnemq; ex ea humorem eluerint atque expresserint, effusumque in ollis coxerint, primo quidem nullus prorsus color in tinctura manifestus est. Gaudet hæc eadem tinctura in sole versari: nam ab eo radiata illuminatur, & magis enitescit. Notauit & illud Gyllius ex Polluce, cuius elegantissima verba Græca committere non possum, vt omittam: χαίρει δὲ ἡλίῳ ὁμιλοῦσα αὐτῷ αὐαπυρσύνει, καὶ πολέω ποιεῖ καὶ φαιδροτέραν τὴν αὐγὴν, ἐκφοινισσομένην ἐκ τοῦ αὐτοπυρῶν.

Tardius consistit.

† Li.16.c.1.

Mirum in primis est, quod scribit † Ælianus: Purpurarius piscator, si postquam Purpuram non in hominum cibum, sed ad tingendas lanas comprehenderit, inexhaustum, constantem & genuinum velit fieri colorem, & perfecte tinctum vno saxi ictu Purpuram vna cũ testa interimit. Quod si læuior plaga inferatur, & etiã nunc spirãs relinquatur, atque iterum lapide percutiatur, ad tinctutam fit inutilis: nam ex eo dolore tincturam amittit, siue illa per eius corpus dispersa imbibatur, siue aliter effluat. Quod quidem ipsum præclare Homerum intellexisse dicunt: idcircoque vno ictu celeriter morientes Purpurea morte affici ait, peruulgatum suis versibus illud canens:

Purpurea illum mors, violentaq; Parca peremit:

Mel & oleum cur adderẽtur.

Mel ac oleum addidisse tincturæ, vt sine læsione aut detrimento florem tinctutamue in tẽpus conseruarentur, non male quis inde coniiciat, quod Alexander Dario deuicto, vti Plutarchus memorat, Purpuræ Hermoniacæ quinque millia talentum Susis captis inuenerit, annos seruaræ decem minus ducentos, quæ florem recentem adhuc ac nouitium retineret: cuius (inquit) fetunt causam esse, φ puniceorum infectura melle perfecta fuerit, & cãdido oleo candidorum, quippe horum in pari ætate splendorem integrum & fulgentem conspici. Ex quo loco, inquit diligentissimus pariter ac eruditiss. Hieron. h Mercur. à nemine fere animaduerso dubitari video, quænam esset illa Purpura, quo pacto melle facta esset, cum huius apud nullum alium authorem mentio habeatur, demum quæ fuerint candidæ Purpuræ oleo albo integræ conseruatæ. Fuisse non pannos, lanam aut sericum Purpura tincta, sed ipsammet Purpuræ substantiam, adducor vt credam, tum quia tanto tempore fuisse conseruatam eiusmodi materiam non adeo verisimile est, tum quia in conficiendæ Purpuræ tinctura neque Plinius, neque Pollux, neq; Cassid. qui eius conficiendæ rationem diligenter persecuti sunt, nec alius author, mel

h L.6.c.25. Plutarchi locus explicatus à Mercuriale.

A vspiam commemorarunt. Præterea ex i Cassiod. colligere licet cõsneuisse contusa & simul coaceruata Conchylia sex menses absque alio mangonio integra seruari. Neq; quomodo lanę aut serico tinctis verba de flore à Plutarcho prolata accõmodari queant, facile video cum ꝓprie id nomen succo illi Purpurarũ ab omnib* scriptoribus tributum inueniatur, vt iure quoq; idẽ βαφὴ siue tinctura ab ipsomet nuncupatus sit, quod illo solo tingerẽtur cuncta, quibus siue sponte siue artificio inhærebat: Sic enim k Apollodorus apud Athenæum βάμμα eundẽ succum appellasse inuenitur. Itaq; res quãtum ipse iudico, hunc in modũ sese habet. Conchylia siue Purpuræ, aliæ erant puniceis, aliæ candidis corticibus tectæ: nã sese candidas habuisse Zoographus testatur, vtraq; ramen eundẽ succum ab Aristot. Plinio & Plutarcho nuncupatum emittebat: captæ igitur Purpuræ diligenter contundebantur; si erant paruæ, vt Aristoteles docet, simul cum testis tundebantur, ob faciliorẽ succi expressionẽ, ac in massam vna cum succo redactæ, si ante sex menses in vsum ad infecturam trahendæ erant, absq; alio cõseruabantur, sin autẽ multo tẽpore durare debebãt, puniceatũ massæ in melle, candidarum in oleo ex oliuis immaturis, albis à Galeno atq; ab alijs sæpenumero nominatis facto, immersæ conseruabantur, adeo vt succus veluti recenter mactatarum Purpurarum integer & floribus longo tempore maneret. Sed si Purpuræ magnæ erant, quemadmodum* Vitruuius &* Pollux tradunt, ijs Conchas auferebant, atque ita modo integras carnes totas sale conditas; modo succũ illum in candida vena ab Aristotele & Plinio cõmemorata contentum & à carne separatum, similiter melle & oleo à corruprione tuebantur. Atq; hoc est quod in fine illius capitis voluit nobis significare Vitruuius hisce verbis. Id autem propter salsuginem cito fit siriculosum, nisi mel habeat circumfusum. Quasi vero succus ille, quem Vitruuius vocar ostrũ, cito corrumperetur, nisi ita melle fuisset mersus, vt vndequaque circumfusum id habuisset. Vt enim oleum ad tuẽdas à putredine res magnam vim habere omnes sciunt, sic melle non modo alia corpora, verum etiã humana cadauera per annos plurimos conseruari solita fuisse præ cęteris testatum habemus apud Xenophontem & Columellam. Plinius quoq; natrat sese principatu Claudij vidisse Hippopocentaurũ in melle allatum. Et Varro in Sciomachia scribit, Heraclidem Ponticum plus sapientiæ habuisse, quod ꝓceperit vt cõburerentur corpora, quam Demoeritum, qui voluit vt in melle conseruarentur, quasi si id factum esset à vulgo, ingẽs mellis caritas extitisset. Vt ex ijs omnib. liceat cõijcere cadauera Purpurarũ vna cum flore vel florẽ ipsum cũ suo folliculo tot annos melle ac oleo candido immera, fuisse integra seruata, ac propterea Plutarchum qui sciebat vix sex menses Conchylia contusa manere, nec succum florem vocatum vltra conseruari posse recẽtem, addidisse rationẽ tot annorum durationis ac sub voce βαφὴ intellexisse vel totum eum tudem cõtusarum Purpurarum aceruum, obidque talenta illa potius fuisse ponderis quam ptetij, vel (quod magis credo) ipsummet florem cum vaginula sola aut etiã eum carnibus extractum. Hæc omnia Mercurialis ad Plutarchi loci explicationem, in qua nonnulli desiderari aiunt rationẽ; cur potius melle puniceas quam oleo, ac à contrario cur potius albo oleo candidas Purpuras condirent, cum alioqui & mel & oleum æq; putredini ac corruptioni resistant, cumq; eiusdẽ coloris florẽ habeant puniceæ Purpuræ cuius habent albæ. Cuius quæsiti solutionem si quis à me hîc expectet, fallitur. Neque enim ratione factum existimo quod albæ oleo, phœniciæ melle conditę essent, sed fortuito id eueuisse, si modo verum est albas Purpuras à Plutarcho nominarl ratione testarum, vt Mercurialis credit. Secus enim mihi videtur, quoniam λευκῶν non habet suum αὐτόθεν; neque ἀλεγῶν priuatim punicearum interpretandum puto, sed vniuersaliter Purpurarum. Etenim si colore Plutarchus Purpuras distinxisset, dilucidius dixisset πορφυρῶν μέλανων aut φοινίκων, καὶ λευκῶν, qualem sane diuisionẽ distinctionemue apud veteres nõ inuenies: quamobrem suspecta semper mihi fuit Plutarchi lectio, crediderimque quidpiam desiderari quod ad dictionem λίνων pertineat, quam suspitionem mihi adauget Vitruuius in allatis à Mercuriale verbis, in quibus mellis quidem, sed olei minime, mentio fit. Si enim & oleo conseruaræ fuissent Purpuræ, haud dubio, vt de melle, ita quoque de oleo meminisset, non iuerim interim inficias etiam oleo potuisse conseruari, sed non æquo modo, mel enim simul cum liquore illo siue flore permisceri potest, quum oleum semper innatet, vbi cum liquore aliquo permiscetur, quod forte in tinctura non requirebatur; Quod obiter dictum esto, vt quisque quam placuerit, opinionem amplectatur. Ego saltem oleum tincturæ vel ideo adhibitũ negauerim, quod vestes, quæ ea erant inficiendæ, sua pinguedine labefactasset ac inquinasset, quod nos nostro sæculo plurimum abhorremus, & summa cura, vbi licet, prohibemus, cæterum illud notaru in primis dignum, eum qui serieum Purpuræ intingeret, purissimam habere debuisse corporis castitatem, vt tradit* Cassiodorus, quia inquit, talium rerum secreta refugere dicuntur immunda. Iam vero herbas quoque natura procreauit, ex quibus Purpureus quoq; color genuino illi similis tingitur: quare authores Purpurã sæpe marinam cognominatunt, non quod terrestris etiam sit, sed ad differentiam illius quæ ex herbis fiebat, de qua iam dicendũ. Plinius, Transalpina Gallia, inquit, herbis Tyrium atque Conchylium tingit, nec quærit in profundo murices. Inter eiuscemodi herbas nonvltimum locum obtinere videtur coccum. Huius enim color cum Purpura maxime conuenit, quod liquet in primis

i Li.1.Var. Epist. a.

k Lib.3.

Oleum & mel à putredine conseruãdi vim magnam habent.

Albæ Purpuræ quæ Plutarcho.

Plutarchi lectio authori suspecta.

Oleum cur non adhiberetur.

*Lib.2.Variar.c.2.

Herbæ quæ Purpuram præbent.

Coccum infectoriũ

ex euangelio Matthæi, Marci & Ioannis de veſte qua Iudæi induerunt Seruatorem noſtrum Ieſum Chriſtum. Sic enim Matthæus: περιέθηκεν αὐτῷ χλαμύδα κοκκίνην, id eſt: circumdederunt ei chlamydem cocciuam: Marcus vero: καὶ ἐνδύουσιν αὐτὸν πορφύραν: id eſt: & induerunt eum Purpura: Et Ioannes: καὶ ἱμάτιον, inquit, πορφυροῦν περιέβαλον αὐτόν: & pallio Purpureo circumdederunt eum. Quam itaque Marcus & Ioannes Purpuream vocant, Matthęus coccinam appellat à colore eo qui idem eſt, vt dixi, cum Purpureo, cum alioqui materia plurimum diſcrepent, adeo vt Matheus colorem, illi vero materiam & colorem ſimul expreſſetint: quamobrem Purpuræ appellatione coccum non contineri recte cenſuit Vlpianus, in lege, ſi cui lana. Coccum autem à Dioſcoride κόκκος βαφικὴ dictum eſt, id eſt, granum infectorium, cuius ſaris magna copia colligitur in Gallia Narbonenſi, vocaturque à Gallis Vermillon, ab Arabibus Kermes, vnde Kermeſinus color. Gloſarijs grana κόκκοι; granitum κόκκον dicitur: Hiſpani coccũ granam à grano fruticis, & grana Granatam vrbem appellant propter cocci copiã. Braſauolus in libro de Syrupis multa ſcribit de Chermes: nos inde paucula mutuabimur. Coccum (inquit) Italis vulgo granam dici, & eſſe veluti ſemen fruticis ilicem referentis, &c. Chermes vero quanquam & ipſum ab antiquis cocci nomine cõprehenſum videatur, vt ſit forte coccus ſcolecius, id eſt, vermicularis) ex radicibus herbarum quarundã ſumi, ex eoq; charmeſinũ colorem tingi, floridiorẽ quam è cocco. Ego (inquit) frequenter excauaui, & granula circa radices collegi, quæ breui tempore in vermiculum tranſeunt. Aperitur enim ſemen (ſi ita vocandum eſt) & parua quædam formica alata exit, quæ auolat: exterior cortex inanis relinquitur, ad rincturam inutilis. Et hic eſt cocci vermiculus, qui apud D. Hieronymũ reperitur, & in ſacris litteris legitur tinctuta ex vermiculo &c. Sunt autẽ plures, hrbæ quarũ radicibus inhæret chermes. Vna inter alias parua, inciſa multũ, quæ pimpinellæ folia imitatur, ſed magis inciſa. In multis Germaniæ locis colligitur; excellentius vero in Polonia circa Cracouiam. In Hetruſci genus pimplnellę eſſe, ſtrellam vulgo appellant, alij thrialmum. Naſcitur autem & ſub alijs herbis. Nam Poloni rres herbas habẽt, ſub quibus naſcitur. Vna eſt quã ipſi appellant Hiedoſpialek: putant eſſe auriculam muris, ſed non eſt illa quam Dioſcorides ſic vocat. Naſcitur & ſub parietaria & ſiligine (ſecali potius) quam Græci olyram, Poloni Zito, nos ſegala vocamus. Sed hanc nõ excauant; quia maior eſt prouentus ex chermes illud de quo Arabes ſcriptores meminerunt, non aliud eſſe video quam occũ Græcorũ, è frutice videlicet ilicis aquifoliæ pumilo: cuius grana matura vermiculum aliquẽ emittere putarim, ſi nõ vbique & cuiuſuis, alicubi tamen & ſpeciei alicuius in eodem genere, vt coccus ſcolecius vel ſcolecias cognominari mereatur, grana vero illa de radicibus herbarum, eorumque vermiculos & ex eis tincturam, veteribus plaue incognita arbitror. Hæc & plura ille. Pluribus etiã hæc proſequitur Hermolaus, quæ tamẽ nobis minime ſunt prætereunda. Saxifragam (inquit) aliqui eandem eſſe putant, quæ pimpinella & ſangui ſorba dicitur, &c. E radice vt ferunt: quibuſdã horis vermiculus eruitur, qui curatus ſericis præcipue tingendis, Purpuram facit incomparabilem, cæteros colores ſplendore quodam & hilaritate ſuperãs: inuentus vt alia quoque multa, caſu, excrementis gallinaceorum ita coloratis, igitur purpuriſſum ex hoc vermiculo carbaſinum, à præſtanti amphiteatralium velorum, vt arbitror, colore, dicitur. Quidam carmaſinum appellant colorẽ: quoniam vermiculus ille Punica lingua carmes appelletur, quẽadmodum & coceus. Poteſt & ab vrbe Charmi, quæ Sardibus eſt, nomen accepiſſe coloris, quod lanas inficere Sardib. cœptum ſit, vt inquit Plinius. De hoc vermiculo nihil apud veteres inuenias. Hieronymus in ſacris litteris vermiculum & vermiculatas veſtes nominat, granum (vt opinor) aquifoliæ ſignificans, quod authore Plinio quibuſdam locis vermiculi ſimilitudine conſpicitur. Hinc deriuatum arbitror, vt coccinea veſtis ſcolecidata (ſcarlata quaſi ſcolecata) hoc eſt vermiculata, vulgo diceretur: ſiue quaſi quiſquiliata (etenim granum cocci etiam quiſquiliũ vocatur Plinio) à quiſquilijs, opinor. Sunt enim quiſquiliæ, vt Feſtus ait, quicquid ex arborib. minimum cadit. De vermiculo Purpuris ac murice, vt cõnijcio: nã & de vermiculo Galatiæ, hoc eſt iligno meminit. Hęc ille in corollario in Dioſc. è quo Cælius etiã deſcripſit, qui inſuper, Carmeſinũ, inquit, l ſunt qui opinẽtur chromaſinum quoque nuncupari poſſe quia ſit radix Syria, quę vocetur chroma cuius eſt apud Theophraſtum mentio. Ego omnino carmeſinũ à Kermes Arabica ſeu Punica voce coccũ indicante, non vel à carbaſo vel chromate dictum arbitror. De chromate Theophraſtus in libro de Odoribus his verbis memiuit: χρωμαΐζεται δὲ τὰ μυρόεντα (μύρα) τῇ ἀγχούσῃ: τὸ δὲ ἀμφοῖν, τῷ καλουμένῳ χρώμαϊ, &c. id eſt, colorem vnguentis rubris ex anchuſa faciunt, amaracinum autem è chromate: quod radix eſt è Syria vehi ſolita. Apparet autem eam radicem non vilis pretij fuiſſe: quoniam myropolas pretioſa tantum vnguenta, quanuis nõ omnia, colorare ſolitos tradit Et paulo poſt: Maron & chroma, quod amaracino miſcetur, calfaciendi vim habent. Carmeſini colorem rubrum eſſe conſtat: chromatis vero radiculæ qualis fuerit, non inuenio expreſſum: rubrum tamẽ non fuiſſe ex iam recitatis Theophraſti verbis appatet: vt nimium leuis ſit quorundam coniectura, carmeſinum à chromate deductum. Dioſcorides quidẽ in eius confectione non meminit chromatis: quod an ſit radix curcuma hodie dicta, inquirendum colore croceo. Sed quoniam Hermolaus carmeſinum quaſi carbaſinum, à præſtanti amphitheatralium velorum colore dici potuiſſe ſuſpicatur, de carbaſo quædam addamus: quam ipſam quoque vt amorgen & byſſum (vt poſt dicetur) propter materiæ pretium ac tenuitatem, ſicut & ſericum Purpura coccoue tingi ſolitam conijcio. Carbaſus igitur (generis fæminini, ſicut & byſſus quanuis aliqui maſculinum etiam faciant, & in plurali neuttum) genus eſt lini miræ tenuitatis, in Hiſpania primum repertum reſte m Plinio: item velum ex carbaſo factum. Virgilius in tertio Aeneidos.

——— & aura
Vela vocant, tumidoque inflatur carbaſus aſtro.

Lucretius in ſexto.

Carbaſus, vt quondam magnis intenta theatris.

Virgilius in octauo:

———*Eum tenuis glauco valebat amictu*
Carbaſus. Et in vndecimo:
Tum croceam chlamydemque ſinuſque crepantes
Carbaſeos, fuluo in nodum collegerat auro.

Plura leges in promptuario Trebellij. Vnde apparet carbaſum alijs quoq; pro arbitrio coloribus rinctum fuiſſe. Pollux carpaſum, κάρπασον dixit, vt mox patebit. Meminit n Plinius. Hiſpania citerior habet ſplendorem lini præcipuum, torrentis, in qno politur, ,, natura, qui alluit Tarraconem. Et tenuitas mira, ibi primũ carbaſis repertis. Et aliquanto poſt de velis rinctis loquens: Carbaſina deinde vela primus in theatro duxiſſe traditur Lentulus Spinter, &c. Gallica quidem vox Creſpe, à Carbaſo ſeu carpaſo facta videri poteſt. Inuenio vero & apud o Pauſaniam, naſci in cocci fruticis fructu breue animalculum, idque ſtatim ac in aerem fructu iam maturo eſt emiſſum, volare, ita vt culici ſimile (inquit) videarur, nũc autem priuſquam perficiatur animalculum, fructũ cocci colligi, & ſanguinem inſecti lanas tingere. Monachi qui in Meſuem commentarios ediderunt, Braſauoli ſententiam ſecuti ſunt: quos reprehendit And. Matthiolus in capite de cocco infectorio: vbi hæc etiam eius verba leguntur: Chermeſinum nouum iampridem conuehitur in Italiam ex Hiſpanijs, ab occidentali India importatum: quod cum copioſiſſimum adferatur, chermeſina ſtamina nunc vileſcere cœperuut. De eodem puto p Cardanus intelligit, his verbis: Aduehuntur ad nos nunc ſemina pro Purpureo colore ſerici conficiendo, ſimilia cimicibus, à quibus ſublata ſunt capita: vnde pretium ſerico rubenri imminutum fere ad dimidium, cum olim e bibinellæ herbæ tuberibus radici adnaſcentibus fieret. Sed forte vterque iſte coccus, ilicis nimirum, & qui ex tuberibus plantarum colligitur, etiam antiquis cognitus fuerit, lego enim apud Cteſiam in Indicis: Hyparchus amnis per Indiã fluit, ad cuius foutes flos Purpureus, floridior ẽt, quam Græcanica, ,, tingitur. Ibidem animalcula canthari magnitudine viſuntur, rubro cinnabaris colore, pedibus prælongis & vermis inſtar mollia. Oriuntut ea in arboribus, quæ ſuccinum ſerunt: & fructibus ,, earum veſcuntur, ipſaſq; perdunt: vt pediculi vites apud Græcos. ,, His tritis Indi Purpureo colore veſtes, runicas, (πὰς φοινικίδας, καὶ ,, τὰς χιτῶνας) & quæcunque voluerint, inficiunt: quæ Perſicis etiã ,, tincturis præferuntur. Sic Cteſias: Illud autem prætereundum non eſt, Purpuræ ſuceo vereres coccum q Plinio teſtante permiſcuiſſe: Quin & terrena miſcere coccoque tinctum Tyrio tingere, vt fieret bis byſſinum. Inuenio. & hunc colorem cocco & Purpura permixtum, hyſginum fuiſſe nuncupatum. Rubiæ colorem Garãciam vulgus infectorum vocat, quem tanto in pretio eſſe ſcribit. Iul. Cæſar Scaliger, vt & nunc regium colorem multi nominent, & celebratus ſit a principe poetarum ſub Hiberæ ferruginis commendatione, inter colores militares. Superius diximus quã pretioſa Purpura apud Iudos fieret ex ſandice, ad cuius rei corroborationem cum hic potius illud erat dicẽdum, binas quas reperio, authoritates, quarum altera Cælij, adducere libuit. Sandix Indica, inquit ille, de qua in Aureliani Cæſaris vita legitur, pretioſas Purpuras feciſſe, dliud (quã vermiculũ dictũ) tinctura gen° puto. Hic vero, Indicã Purpurã inquit, ex ſandice parari, prodit hiſtoria, tãtæ vero creditur excellentiæ, vt illi appoſita alia quæuis, ſpecie cineris decolorari animaduertatur. Phylanthion cognomento dyticon apud Democratũ, herba ad Purpuram tingendã ſatas celebris, nec præterea qualis ſit monſtratur: In Theophraſto & Plinio legitur & phyllantes herba inter ſpinoſas, ſed mitior, aculeis, & ab radice tantum foliata. Ita lego apud Hermolaum. Video autem Theophraſtum chamæ meli genus, quod caule foliato ſit, anthemõ phyllodes appellare. Cælius inter amorges ſignificata (ita autem Græci amurcam dicunt, aliquandoque etiam vini fæcem (ita quoq; vocari ait herbam Purpnrcam veſtibus inficiendis, quæ indedicantur amorginæ, quanquam, inquit, & prætenuis arundinaceæ paniculæ portio dicatur amorgis. Ἀμόργεια, coloris eſt byſſini ſpecies ab Amorgunre inſula. Ἀμοργὶς, Heſychio, Suidæ, ac potiſſimũ Varrino, eſt καλάμη τις ἐξ ἧς ἔνδυμα γίνεται: ἢ ὕφασμα, ἢ χιτών. Ἀμόργινα, λεπτοῦφῆ ἐνδύμαϊα. Ἀμόργινος, χιτωνίσκος παρὰ τὴν ἀμόργην: id eſt, Amorgina tunica ſic dicitur ab amorga, quod genus eſt coloris, ſimilis byſſo. Significat & veſtem pretioſam. Ἀμόργιον, ὅμοιον βύσσῳ πολυτελές. λέγεται καὶ ἀμόργια ἡ λυκῶς. Ἀμόργια. καὶ ἀμόργη, καὶ ἀμοργὶς, ἡ λινοκαλάμη. Ἀμοργὶς, τὸ καλάμιον τῆς αἰθάλης τὸ λεπτότερον μέρος. Hæc omnia illi, quibus etiam Suidas addit: Ἀμοργὶς, ſimile eſt lino ἀλεπίστῳ, id eſt, non decorticare autem ipſum & parare (ad lanificium) ſolent. ἐστι δὲ σφόδρα λεπτὸν ὑπὸ (malim κατὰ) τῶν βύσσου, ἢ τοῦ κάρπασον. Euſtathius etiam Ἀμόργη exponit, amurca olei, irem Purpura ſecundum veteres. Εἶτι δὲ καὶ χιτὼν ἀμόργινος, Ἀνδροφάνης δὲ φησιν ἐν Μηδείᾳ. Ἡ ν χιτὼν ἀμόργινος. Pollux, & alibi: τὰ δὲ ἀμόργινα γίγνεσθαι μὲν τὰ ἄριστα ἐν τῇ Ἀμόργῳ: λίνου δ' ἓν καὶ τοῦτο εἶναι λέγουσιν ὁ δὲ ἀμόργινος χιτὼν, καὶ μόρχις ἐκαλεῖτο. Ex his apparet amorgen nihil aliud

Purpureus color idẽ cũ coccineo.

Kermes.

Granatę vt bis Hiſpaniç etymũ.

Tinctuta ex Vermiculo quid in ſacris litteris.

Herbæ quarũ radicibus inhęret Chermes.

Chermes Arabũ eſt Coccum Græcorũ.

Saxifraga.

Carmeſini color vnde dictus.

Coccinea veſtis cur dicta ſcolecidata.

Quiſquilium.

l Li.8. Ant. lect. c. 11.

Anchuſa, q̃ vuguenta tinguebãtur.

Chroma radix.

De Carbaſo quædã,

m Li 19. c. 1.

n Li. 19. c. 1.

o In Phocicis.

Chermes ex India.

p Lib. 9. de variet. rer.

Flos Indicus Purpurã tingens.

q Li. 9. c. 41.

Hyſginũ quid.

Rubiæ color.

Ex Sandice prætioſus color Purpureus.

Phyllãthion dyticõ herba ignorarur.

Phyllãtes. herba.

Amorge.

Ἀμόργεια. quiscolor.

Amorgina tunica.

aliud q̃ lini genus fuiſſe, ſed ſubtilius, & quoniam forte Purpureo colore ringebatur, (ſicut & ſericũ & byſſus, aliaq; tenuiſſima lini genera & vellera præſtantiora, vt Mileſia) amorgen Purpuram, & amorgina Purpurea, aliquos interpretatos eſſe: ſed inepte: (vt & Heſychius byſſinum Purpureum) poterat enim etiam alio colore tingi. Itaq; non recte Cælius, & ſine authore dixit, amorgen herbam Purpuream veſtibus inficiendis aptam fuiſſe. Quare Zoographus amorgen dictam ſuſpicatur per metatheſin ab Hebraico Argaman, quod eſt Purpura, vel ſericum Purpura tinctum. De hac etiam hæc Plinij verba accipienda exiſtimat: Lini quartum genus Orchomenium appellant, fit è paluſtri velut arundine, duntaxat panicula eius. r Clemens in Pædagogo contra luxũ muliebris veſtitus & Purpuræ vſum: Οἵκοθεν τοὺς ὀθόνας τοὺς ἀπὸ Αἰγύπτου, ἄλλας δὲ πηνας ἐκ τῆς Ἑβραίων καὶ Κιλίκων ἐκπορευόμενοι γῆς: τὰ δὲ ἀμόργινα, καὶ βύσσινα σιωπῶ ὑφαίνεκπε πάλαι ἡ τρυφὴ καὶ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ. De byſſo plura dicemus in Pinna: hic paucula addam, ex Strabone: ſ ex lana arboribus quibuſdam innaſcenti apud Indos Nearchus ait texi ſindones ſubtiles, σινδόνας τὰς ἀδιαφθόρους: & Macedones ea pro tomento vſos, (ἀντὶ γναφάλων αὐτοῖς (malim αὐτῷ, ſcilicet τῷ ἐρίῳ) χρῆσθαι, καὶ τοῖς σάγμασι σαγίω.) Eſſe autem huiuſmodi etiam ſerica, byſſo ex quibuſdam corticibus excarminata, ἐκ πινῶν φλοιῶν ξαινομένης βύσσου. tanquam ſerica lintea è byſſo ceu materia & lana fiant. De anchuſa ſcribit Nicol. Myrepſius: Coria alba vt Purpuræ inſtar tingantur, anchuſæ radicem aceto irrigata illine. Idem in fine remediorum ad dyſenteriam, anchuſam eſſe ſcribit herbam quandam tingentem τὰ ἀληθινὰ κήρια, neſcio quo ſenſu, niſi legas ὡς ἀληθινὰ κηρύκια, id eſt, vt veri murices. Dioſcorides quoq; anchuſæ radicem ſanguineo colore inficere manus ſcribit, quod mulieribus non ignotum, quæ eo ſucco tanquã purpuriſſo malas, quo rubicundæ fiant inficiunt. Hyſge, Ὑσγὴ Suidæ quædã herba eſt & ὑσγινοβάφης χιτὼν, tunica hyſge (vel hyſgino colore) tincta, dicuntur & in neutro plurali numero ὑσγινοβαφῆ (ſupple ἱμάτια) ita ille, apud quem ὑσγίνου (malim ὑσγινοῦ, quamuis litterarum ordo repugnet) tinctura genus eſt.

Cęlii Rho. error.

r L. 2, c. 10.

ſ Li. 15. Ge.

Radicis anſchuſæ vſus.

Hyſge.

Τὰ κόκκινα βαφέντα, καὶ ὑσίνοιο θέλγετο,

Verſus authoris innominati. Videntur autem hyſginus & coccinus cognati colores eſſe, nomine etiam congruente. Nam Pauſanias in Phocicis author eſt, fruticem, quem Iones & Græci coccũ appellant, Galatas qui ſuper Phrygiam incolunt, lingua vernacula hys nominare. Galli quidem Europæ hodieque ilicem aquifoliam hus vel vt ipſi ſcribunt, hous appellant: frutex autẽ cocci ilex aquifolia pumila quædam eſt. ὕσγινον. Heſychius & Varrinus exponunt βάμμα τὶ. In quorum vulgatis lexicis hoc nomen non recte oxytonum ſcribitur. Meminit huius dictionis etiam Plinius, dum ait, in vigeſimo primo: Hyacinthus in Gallia eximie prouenit: hoc ibi pro cocco hyſginum tingitur: Et in trigeſimo quinto: Purpuriſſum Puteolanum, inquit, potius laudatur quam Tyriũ, aut Getulicum, vel Laconicum, vnde pretioſiſſimæ Purpurę. Cauſa eſt quod hyſgino maxime inficitur, rubiamque cogitur forbere. Hyſge igitur herba eadem, quæ hyacinthus videtur: ex hyacintho autem non cocci ſed ſui coloris veſtes tinctas opinor. t Perſius:

Hus Gallis ilex Aquifolia.

t Sat. pr.

Hic aliquis, cui circum humeros hyacinthina lana eſt.

vbi quidam legunt lumbos, & ianthina læna eſt, id eſt, violacei coloris. Bayfius ex Nonio ferrugineum, ait eſſe colorem ferro ardenti haud abſimilem, vt quidam (inquit putaucre; qui & hyacinthinus ex Virgilio: ait enim ferrugineos hyacinthos. Et alibi: Hyacinthina, inquit, dicuntur veſtimenta, quæ cum eius floris colore certant, vel etiam eiuſdẽ nominis lapide. Antonius Thyleſius, in hyacinthino colore Purpurã lucere ſubnigrã affirmat. Hyſginũ inquit idẽ Bayfius, planta eſt colore flaua & inde ὑσγινοβαφῆ dicta quæ ab ea planta tincta ſunt, τὰ ὑπὸ αὐτῆς βεβαμμένα. Hoc legiſſe memini in ſcholijs in Nicandrum, ſi tibi probatur author. Hyſgini etiam mentionẽ Vitruuius in octauo facit. Ruellius vero hyacinthinum colorem non tantum ex proprie dicto hyacintho, vt fere creditur: ſed è viola quoq; quæ ſylueſtris dicitur hyacinthus, traxiſſe nomen Plinio videri putat; niſi quis, inquit, ianthynum malit, quam hyacinthum legere. Atque hæc de plãtis, quibuſcum Purpura fiebat. Inuenio præterea animal. Rõdeletius enim quattam vrticæ ſpeciem deſcribens: Ex interioribus eius partibus (inquit) filum longum deducitur Purpureo colore tam iucundo, tãque florido infectum, vt cum pretioſo illo Purpuræ ſucco cetter. Veriſimile eſt hanc vrticam Purpurę adhærentem (teſtis enim alienis adnaſcitur, & maxime Purputis) à cane Herculis demorſam fuiſſe, &c.

Fertugo. Hyacinthina.

Hyacinthinus color.

Vrtica animal Purpureo filo.

INVENTIO.

Hercules inuentor ſecundum Tyrios.

PVrpura quo pacto & quando ſit inuenta, eſt legere apud Nonnum in quadrageſimo, & in onomaſtico Pollucis libro de verbis idoneis ad Commodum primo, qui inquit: Tyrij fetunt captũ amore Herculem cuiuſdam nymphæ indigenæ, cui nomen Tyros, ſequebaturque eum canis, qui irreptantem ſcopulis Purpuram conſpicatus, pereſa caruncula ſua ſibi labra cruore puniceo infecit. Cum igitur ad puellam adiſſet Hercules, delectata illa inſueta tinctura, affirmauit ſibi cum illo nihil fore, niſi ad ſe veſtem ad ferret, etiam canis illius labris ſplendidiorem. Quocirca Hercules inuenta animante, collectoque ſanguine, munus puellæ detulit primus vt Tyrij dictitant, punicæ infecturę autor. Sed quid ſi fabuloſam hanc inuẽtionem eſſe dicamus? nam Georgius Cedrenus in cõpendio hiſtoriarum nymphæ nulla facta mentione, etiam Herculem Purpuræ inuentorem, philoſophum fuiſſe ſcribit his verbis. Inferioribus temporibus (poſt regnantem Mercurium in Aegypto) Phœnice regnante, Hercules fuit philoſophus, cognomento Tyrius. Is Purpuram inuenit. Cum enim in eam Tyri partem adſcendiſſet quæ ad mare pertinet, paſtoris canem vidit Concham vorare: paſtorem à cane ſanguinem emitti putantem, laua ab oue accepta, quod ex ore canis defluebat, abſtergere. At Hercules qui rem obſeruaret, tincturam eius lanæ egregiam cum admiratione vidit: animaduerſoque liquorem eum ex Concha iſta fluxiſſe, lanam iſtam magni doni loco ad regẽ Tyri Phœnicem attulit. Is ſpectaculo tincturæ iſtius attonitus, iuſſit hoc modo lanam tingi, atq; ex ea ſibi regiam veſtem parari: qua primus hominum indutus, omnibus admirationi fuit. Nam antea temporis colorum tincturam ignorauerant homines.

Hercules philoſophus.

Phœnix primus Purpura vſus.

DENOMINATA.

Πορφυροβάφος Græcis dicitur, qui Purpuræ liquore veſtes tingit, in qua ſignificatione ex Alexandro Aphrodiſeo affertur etiam πορφυρεύς, quæ tamen vox potius ſignificat eũ qui Purpuras venatur, à verbo πορφυρεύω, id eſt, Purpuras venor. Hyceſius Purpuratum venatores, vocauit πορφυρευομένους: q̃ quoq; dictionem ab eodem verbo formari non dubitatim, quando πορφυρευτικὴ & πορφυρευτικὴ τέχνη apud authores leguntur. Πορφυροπώλης eſt negociator Purpurarius. πορφυρόπωλις, quidam fœminum pro muliere Purpuras vendente apud Suidam legitur, id eſt lauas vel veſtes Purpureas, ἡ τὰ πορφυρᾶ (ſubaudi ἱμάτια vel ἐσθήματα) πωλοῦσα. Πορφύρεος apud eundem Suidam idem eſt etiam, vt πορφύριος ἐσθής. Πορφυροειδής, Purpuræ ſpeciem gerens, Purpureo colori ſimilis. Euripides πορφυροειδὲς δ' ἅλα, per mare nigricans in modum Purpuræ. Φορφυρόκαυλος qui Purpureo caule eſt. Πορφυρομιγής Purpuræ permixtus. Pollux de veſtiũ generib. πορφυρομιγὴς ἐσθὴς καὶ χλαμὺς eſt non ἡ σωφαίτος πορφυρᾶ, ſed quæ τὴν ἐξ εἴκ φαῦ ἔστη κόκκου ἐμέμικτο. Πορφυραφής, qui Purpureo flore eſt. Ἀκροπόρφυρος, in extremitate vel in ſummitate Purpuram habens, vel in extremitatibus & lumbis: vt veſtimenta quorum fimbriæ & lumbi ſunt Purpurei. Ἀπόρφυρος, nulla Purpura inſignis, Purpura non amictus, vt Plutarcho ἡ γυνὴ ἄχρυσος καὶ ἀπόρφυρος καὶ ἀφελὴς πάρεστι cui apud eundem in ſympoſio textio opponitur ἡ χρυσὸν φερεῖν καὶ πορφύραν. Ex eodem ἀπόρφυρον ἱμάτιον eſt veſtis quæ Purpureo colore non tincta eſt: vel toga ſine Purpureo clauo, veſtis cui ora Purpurea non eſt addita. Διαπόρφυρος, ex quo aliquid Purpurei coloris pellucet: Quem aliquid Purpurei coloris velut intercipit. Barbarus tamẽ vertit Purpureus in hoc loco Dioſcoridis σὺν τῷ ὑπολεύκῳ διαπόρφυρον. ex albicante Purpureũ. Ἐμπόρφυρος oppoſitũ τῷ ἀπόρφυρος, & ſignificãs vel induris purpura, vel nõ ſolũ Purpureo colore, Purpureus. Budæus interpretatur imbutus Purpureus, ſed ẽt in Purpurã vergens, in Purpureũ colorẽ inclinans, apud Dioſcoridem. Ἐπιπόρφυρος, Accedens ad Purpuram, vt Gaza vertit apud Theopraſtum. Περιπόρφυρος, Purpura amictus prętextatus. Plutarchus: Publicola, ὁμήρους ἔδωκαν ἐξ εὐπατριδῶν παιδὶ περιπορφύρους δέκα: obſides dederunt ex genere patricio prętextatos decem. Et περιπόρφυρος ἐσθής, prætexta veſtis: itidemque περιπόρφυρος πήβενος apud Plutarchum, quod Romuli geſtamen fuiſſe dicit. Sępe ſine adiectione, ἡ περιπόρφυρος, ſubaudiẽdo ἐσθὴς vel πήβενος. Athenæus in decimoquarto, de cenſoribus Romanis, τοῦ περιπόρφυρον ἐνδεδυκότες. Plutarchus in problemat. Rom. διὰ τὸ περιπόρφυρον ἡ δημαρχος ἐφορεῖ, τῶν ἄλλων ἀρχόντων φορεόντων. Sic apud Liuium, Prætextis Purpura togis vti: & frequenter, Prætexta inſignis. Ὑπόπορφυρος, aliquatenus purpureum colorẽ referens leuiter purpureus. Πορφυρέοις, purpureus, purputam referens. Πορφύρεος & πορφυρούς per contractionem, purpureus, ſeu color purpuram referens. Grammatici Græci poetarum interpretes aliquando nigrum vel nigro propinquum interpretantur. Zoographus allatis hiſce veterũ authoritatibus: pretioſus ille flos nigrantis roſæ colore ſublucens, Plinius de Purpura. *Viola ſublucet Purpura nigræ.* Virgilius de amello flore. Cõchyliis virus graue in fuſco, (alias fuco, quo præferr) color auſterus in glauco, & iraſcenti ſimilis mari, Plinius. hiſce inquam authoritatibus, & vt grammatici ſentiunt eſſe ait colorem purpureum nigrum rubore quodam admiſto. Nos ſupra multiplicem purpuræ ſeu purpurei coloris differentiam ex authoribus oſtendimus, nam & ipſe in Conchis flos, in litore & pelago variat, item in regionibus diuerſis, & in tinctura apparatus mixturæque ratio varia eſt vt expoſuimus. Semper quidem rubri aliquid continet, ſiue ad nigrum aut violaceum cæruleumue inclinet. Purpureum & phœniceum colorem hiſce verbis diſtinguit x Coropius. Qui ſpadicem, quem Virgilius in equis probat, eundem cum phœniceo arbitrantur à veritate longe diſcedunt: decepti videlicet hinc græco palmæ nomine, hinc Plinii authoritate, qui phœniceum & purpureũ diſtinxit colorem, florem viceſimo tertio viceſimi primi libri capite deſcribens. Quod ad arborem phœnicem & eius ſpadicem attinet, ſtultum fuit ſinere ſe homonymia decipi: maxime cum nuſquam legant ſpadicem colorem phœniceum vocari: & proſecto egregie riſiſſet Virgilius, ſi phœniceos equos ab ipſo demonſtrati tibi poſtulaſſes. Quid an non phœnicopterus auis nomine ſuo & rubris pennis ſatis oſtendit, quis ſit color phœniceus apud Græcos? Verum cum purpureum colorem à ru-

Πορφυροβάφος.

Πορφυρόπωλις.

Πορφυρομιγής.

u Li. 7. c. 13.

Ἀκροπόρφυρος.

Ἀπόρφυρος.

Διαπόρφυρος.

Ἐμπόρφυρος.

Περίπορφυρος.

Ὑπόπορφυρος.

Purpureus color qualis.

x Li. 12. Hierogl.

Purpureus à phœniceo diſtinguitur phœnicis arboris color.

bro differre dicimus, phœnicei coloris nomẽ pro certa forma ru-
bri coloris accipimus, qui nimirum in granatis intertius ſpecta-
rur. Plinius amethyſtinum & violaceum colorem proprie purpu-
reum dici oſtendit, licet & hoc nomen ad quemuis rubrum colo-
rem deſumatur. Differunt igitur purpureus & phœniceus, vti car-
bunculus ſiue rubinus vulgo vocatus, & laudatiſſimus amethy-
ſtus; ſiue vt roſa & viola. Qua de re liquet eos plurimum aberrare
qui phœniceum colorem non ſolum cum purpureo confundũt,
ſed inde etiam rubrum colorem dici ſcribunt, quia purpura pri-
mum in Phœnicia ſit inuenta. Hæc & plura ille. Purpureus quan-
doque pro purpurato ponitur, atque ita purpureos tyrannos dixit
Horatius, purpureos reges Claudianus, purpureum ſcurtam Iu-
uenialis; aliquando purpureus pro pulchro dicitur, vt ſupra etiam
dictum eſt. *y* Virgilius:

Et pro Purpureo pœnas dat Scylla capillo:

Martialis in Octauiano.

Hic ſtetit Arctoi formoſus pulcere belli,
Purpureum fundens Cæſar ab ore iubar.

Annorauit & hanc ſignificationem Anr. Thyleſius his verbis: Ru-
brum colorem maxime indicat animalium ſanguis, & quo lana
inficitur, coccus: oſtentat tamen hunc colorem præ cæteris re-
bus liquor Purpuræ: cuius adeo gratus eſt color, vt ſi quid paulu-
lum habeat rubotis, modo viſu ſit illud non inincuudum, Purpu-
reum ſæpe dicatur, vt ſunt violæ, & varia florum genera, quin &
candidus: is enim quoque oculos remoratur, à poetis vocatur
nonnunquam Purpureus: nam & olores Purpureos dixit Hora-
tius, & niuem ipſam purpuream Albinouanus: De purpureo colo-
re & verbo πορφυρᾶται erudita quædã depromit *z* Scaliger. Va-
ria in primis ſubſtantiua purpureo adiungi inuenio, vt in primis
ſanguinem: nam Homerus πορφύρεον αἷμα dixit, notante Euſta-
thio, nec non Plinio, apud quem legimus: Tyrius (fucus, color-
do; vnde & Homero purpureus dicitur ſanguis. Multorum autẽ
opinio fuit animam eſſe ſanguinem ſiue (vt Empedocles arbitra-
batur) in ſanguine. Hinc illud apud poetam: *Purpuream vomit
ille animam.* Et, *Vitam cum ſanguine fudit.* Homerus, inquit Pie-
rius Valerianus, eos qui valido aliquo vulnere (vt purpuras Con-
chas purpurarij vno ſaxi ictu collidunt,) perempti fuiſſent, pur-
purea more ſublatos dicit. *Purpureos criſtis iuuenes* dixit Virgilius
in nono. Sic in decimo *Purpureum pennis & pacta coniugis oſtro:* nã
rubris criſtis vrebantur antiqui, vt videre licet in nono vbi ait:
criſtaq; tegit galea aurea rubra, & in duodecimo, *& rubra cornua
criſtæ*, quas & puniceas nominat, vt: *aut puniceæ ſeptum formidine
pennæ.* Narciſſus etiam ipſi eſt purpureus, & dictamnum flore pur-
pureo celebrat; item flores purpureos, ver, mare, lumen iuuentæ
diuerſis in locis, item corhurnum in primo; amictum tertio, ve-
ſtem quarto, lumen ſexto, & Georgicorum ſecundo purpureas
vites, ſui generis: tertio purpurea aulæa. *Et clarum veſtis ſplendo-
rem Purpurai*, lego apud Lucretium per initia ſecundi. Πορφυρέην
ἶριν dixit Homerus, Scholiaſtes ποικίλην, id eſt, variam interpre-
tatur. Purpureum de mari aut flumine aliquando pro cæruleo di-
ci Grammatici annotant, & nos etiam ſupra annotauimus. Virgi-
lius in quarto Georgicorum.

In mare Purpureum violentior influit amnis.

Cicero in quarto Academicarum: Mare illud quod Fauonio naſ-
,,cente purpureum videtur idem huic noſtro videbitur. Purpura,
inquit Pierius Valerianus, non niſi in imo reperitur pelago, vt tra-
dit Apollonij Argonauticorum interpres, qui verbum πορφύρεος
profundum eſſe interpretatur, hinc mare purpureum, pro profun-
dum, poetæ ſæpius poſuere. Κῦμα πορφυρέον apud Homerum, Eu-
ſtarhius nigrum interpretatur, vt & ſanguinem purpureũ, colore
enim fere conueniunt, inquit, & purpureum ad nigredinem acce-
dit: & verbum πορφύρειν, de quo plura mox, etiam de mari in vſu
eſt. Epithetorum quæ poetæ mari tribuunt, quædam partim tantũ
eius conueniunt: vt glaucum, vbi minime profundum eſt, & al-
bam arenam apparentem habet: & canum, circa littus ſolum.
Nigrum autem mare, quod ſimpliciter eiuſmodi apparet, dicitur
(nimirum quia profundum eſt) μελας δέ γε πόντος, ὁ ἀκράτως τοῖς-
τος. cæterum, τὸ πορφύρεον καὶ κυάνεον, καὶ οἰνωπὸν, differen-
tiæ ſunt nigredinis, ſic & ὀνοφερὸν ὕδωρ cognominatur,) Cum
igitur mare nigrum purpureum, aut alio ſimili (à colore) epithe-
to nominatur, quod partis eſt, ad totũ referrur. Hæc Euſtathius.
Sic & ἰοδνεφὲς mare dicitur. Idem alibi quoque ποωφύρεον κῦμα,
καὶ πορφύρεον θάλασσαν, à verbo πορφύρειν quod nigetre ſeu nigrare
ſignificat, deducit. Homerus præterea ἅλα πορφυρέων di-
xit in Illiade, & Aratus in Phænomenis. Nam cum ventus mare
cæruleum criſpicans niteſcere facit, purputare vndas, dixit poeta
Furius. Eleganter Cicero in ſecundo Academicorum. Quid ma-
re, nonne cæruleum; aut eius vnda, cum eſt pulſa remis, purpu-
raſcit? Ἀλιπόρφυρον Euſtathius interpretatur nigrum & ſimile ἁλί-
,,πορφυρόστῃ; vel marina purpura rinctum ἀλεκτρυὼν, πορφυρῶν.
Κίχλας (pilces) ἁλιειδέας dixit Numenius. Purpuream mortem
Homerus in Iliade.

Ἔλλαβε πορφύρεος θάνατος, καὶ μοῖρα κραταιή.

Scholiaſtes interpretatur nigram, vel ſanguinatiam vel cruẽtam:
aliqui violẽtam & ſubiram. Heſychius: Πορφύρεος θάνατος. etiam
exponit ὁ μέλας, καὶ βαθὺς, καὶ πελαχίδης, ſed βαθὺς & πελαχίδης for-
te ad mare potius, cui idem epithetou rribuitur, quam mortem
referri debent. Sed hîc obiter Cælij Rhodigini lapſum deregam.
Dignum ſcitu, inquit ille, de purpurario traditum infectore le-
gimus, qui viſus fraude agere in tingendi ratione: eum eo nomi-
ne, vt tum mos erat ad vltimum ducetetur ſupplicium, iocis etiã-
num locum ſupereſſe arbitratus, ad Homericum illud potiſſi-
mum adiecit animum: τὸν δὲ

Ἔλλαβε πορφύρεος θάνατος, καὶ μοῖρα κραταιή.

Ita Cælius ex Euſtathij in Homeri Iliados Eparecbolis: vnde &
Vatinus repetijt: poſtrema verba Græca ſic leguntur: Ἀπαγόμενος
εἰς θάλασσαν κατ' ἐθος πρὸς τὸ πόθεν εἰς ἀστῖον σταῦμα ἐκ τῶν Ο-
μήρου, τὸ, πυδ' ἔλαβε, &c. ex quibus apparet, non ipſum purpurariũ
hoc aduerſus ſe carmen, ſed alios qui ſpectabant, in illum protu-
liſſe. Πορφυρόχρων in eodem ſignificato, pro purpureo ſcilicet, ab Πορφυρο-
Euſtathio dictum inuenio, & apud Dioſcoridem τῇ χρόᾳ πορφυρῶ χροῦν.
τερον, de terria ſpecie Alcyonij, de qua Galen. πορφυρίζει δὲ τῇ χρόᾳ.
Cætetum cum & alia nomina dentur apud authores purpureum
colorem ſignificantia, non erit præter ordinem ea hic recenſere,
Ἰόζων Varino & Heſychio exponitur πορφυρόζωι. putarim ab Ἰόζων.
ἰον, id eſt viola, cuius color quoq; purpureus nominatur, deductã
eam vocem eſſe eiuſdem Ἴεννα πορφυρᾶ. Calaina fictilia vaſa Alex- Calaina
anoriorica nominantur apud *a* Galenum inter ea quæ pilos arte- vaſa quæ.
nuant: interptes Larinus purpurea cõuettit: & bene quidẽ. Nam a *Lib.* 1. *de*
,,& *b* Plinius de Murrhinis ſcribens: In pretio eſt (inquit) varietas *comp. med.*
,,colorum, ſubinde circumagẽtibus ſe maculis in Purpuram can- *ſec. loc. c.* 5.
,,doremq; & tertium ex vtroq; igneſcentem, velut per tranſitum b *Lib.* 37.
coloris Purpura rubeſcente, aut lacte candeſcente. Sunt qui maxi- *cap.* 2.
me in ijs laudent colorum repercuſſus, quales in cæleſti arcu ſpe-
ctantur: Hæc ille: Conuenit autem iridis etiam color, & coloris
ad ſolem variatio Purpuræ. Quærẽdum igitur an Myrrhina La- Myrrhina
rinorum, eadem ſint Calainis Græcorum: quando aliud Græcũ an eadem
nomen eorum hactenus nemo oſtendit. Arrianas in nauigatione cum Ca-
rubri maris, in Scythia (vel Synthia forte à fluuio) iuxta id mare lainis.
regione, lapidem Cælleanum, καλλεανὸν, cum Sapphiro, nardo,
&c. ad Minnagar metropolin Parthorum regi ſubditam, vehi
tradit. Hunc quoq; purpureum quis non incongrue interprete-
tur. Κάλλαιοι, apud Heſychium ſunt, οἱ τῶν ἀλεκτρυόνων πώγωνες, καὶ
πᾶν πορφυροειδὲς χρῶμα, & ſubiungit, ἔνιοι δὲ τὰ ποικίλα. καὶ παρ' Αι-
γυπτίοις χρῶμα καλαϊνόν. Nos de oriente ſcalainis vel callainis ſcri-
bemus, quæ forſan vel purpurei coloris erant, vel ad Purpuram
tingendã vtilia, vel ad vaſa aliqua conficienda: nam & Murrhina
C è Conchis fiebant: vt calainus color purpureus ſit: nam Purpura
alijs nominibus & Caltha & Calyx appellabatur. Reperio præ-
terea apud eundem Heſychium & Varinum pro καλλίανθη expo-
ſitum πορφυρᾶ. Vbi fortè ſcribendum κάλλη, ἄνθη πορφυρᾶ: nam ita
ſcriptum reperio ab Ammonio. Coloſſinus color deniq; idem Coloſſi-
eſt qui purpureus, quod ita comprobat doctiſſimus Cęlius *c* Cal- nus color.
cagninus in Epiſtola ad Thomam Calcagninum nepotẽ. Cupis c *Li.* 1. *Epi.*
(inquit) ſcire à me quis ſit color coloſſinus: licet ego Coloſſenum *quæſt.*
magis legendum putem, nam Græci κολόσσινον dicunt; atq; ita
in duodecimo Strabonis ſcriptum. Καὶ οἱ Κολόσσηνοι (oxytonum
forte ſcribi præſtaret) ἀπὸ τοῦ ὁμωνύμου χωρίου πολὺ πλησίον οἰκοῦντες:
à Coloſſis ſcilicet vrbe Troadis. Vnde & Coloſſenſes illi celebres
diui Pauli epiſtolis, tantum abeſt vt à Coloſſo Rhodio dicti ſint.
Color autem is purpureus eſt, aut in purpureũ declinans, nam Cyclami-
cyclamini florem coloſſinum deſcribit in vigeſimo primo Plinius: ni florum
& nos toſtes oculos habemus, hunc enim colorem in flore cycla- color.
mini nunc agnoſcimus. Quin & Dioſcorides eum deſcribit: Κυ-
κλάμινος φύλλα ἔχει πορφυρᾶ, ποικίλα. κάτωθεν καὶ ἄνωθεν κηλῖδι ὑπο-
λεύκῃς: καυλὸν δὲ τετραγωνόκτυλον, γυμνὸν; ἐφ' οὗ ἄνθη ῥοδοειδῆ πορφυρί-
ζοντα: ex quibus verba vltima flores in modũ roſæ purpureos ſig-
nificant. Sed rempeſtiuum eſt reliqua Purpuræ denominata pro-
ſequi. Πορφυρὶς, purpurea veſtis, vbi ſubaudiri poteſt ἐσθὴς. Xeno-
phõ in octauo Pędię, ὅθεν φοινικίδων, ὅτε πορφυρίδων, ὅτε ὀρφνίων, ὅτε D
φοινικίδων, οὔτε χαρυκίνων ἱματίων. Sic & Πορφύρα vſurparur: ac ſicut
πόρφυρα βασίλειος dicit Herodianus, ſic idem eodem libro ἡ βασί-
λειος ὑπεδέξατο πορφυρὶς, imperatoria Purpura ſuſcepit, Cõmo-
dum videlicet in lucem editum. Πορφυρὶς item auis eſt, vt mox
dicetur. Item inſulæ nomen apud Plinium, quam Niſyron ante
dictam fuiſſe ait. Sic Euſtathius eandem Niſyron nominarã fuiſ- Porphytis
ſe ait πορφυρίδα, ἀπὸ τῶν ἐν αὐτῇ πορφυρέων. Idẽ tamen Plinius alibi auis.
& Cythera ait vocata fuiſſe πορφυρίδα, quæ Euſtarhius quoque
πορφυρᾶσαν nominata tradit διὰτὸ καλὸν τῶν ἐν αὐτῇ πορφυρῶν. Πορ-
φυρίτης. purpurans, πορφυρίτης λίθος Lapis in modum Purpuræ Porphyri-
rubens. Cuius meminit *d* Plinius, dum ait: Rubet porphyrites tes lapis.
in eadem Ægypto, ex eo candidis intetuenientibus punctis leu- dL. 3. 6. c. 7.
coſtictos nominatur. Eius fæmininum Πορφυρῖτις, nigricans in
modum Purpuræ, Purpuræ nigrantis ſpeciem gerens, vt porphy-
ritis ficus apud *e* eundẽ Πορφυρίων, Latinis porphyrio auis nomen e *Lib.* 15.
apud Ariſtotel. & Plin. & Athenæũ, qui inter alia ex Ariſtot. tradit *cap.* 18.
χιδαιόποδα αὐτὸν εἶναι, ἔχειν δὲ χρῶμα κυάνεον, σκέλη μακρὰ, ῥύγχος
ἠρεμμένον ἐκ τῆς κεφαλῆς φοινικοῦν, μέγεθος ἀλεκτρυόνος. Airq; ibi- Porphyrio
E dem Callimachum in libro de auibus diſcrimen facere inter πορ- auis vnde
φυρίωνα & πορφυρίδα, vtpote qui ἰδίᾳ ἑκάτερον καταριθμεῖται. Eu- dicta.
ſtarhius πορφυρίωνα nominatum ſcribit διὰτὸ τοῦ ῥύγχος φοινικοῦ,
à purpureo roſtri rubore, *f* Plinius quoq; reſtatur roſtra eius & pe- fL. 10. c. 46
longa crura rubere. Sed de hac aue plura in noſtra Ornithologiæ
tertia parte, has in Syria gigni Cęlius Rhodiginus tradit. Eſt & piſ-
cis nomẽ πορφίριον apud Heſychiũ. Πορφύριον, τὸ, Ariſtoteli Pur- Porphyri-
purã paruulã ſignificat. Porphyrides ex auiũ genere eſſe ẽt Her- des aues.
molaus annotat, aitq; à porphyrionibus eſſe diuerſas: ſicut ab v-
troq; latiporphyrides ſiue adiporphyrides & latipotphyræ. Πορφυ-
ρώνας, auis quædã expouitur in lexico veteri, ſed ſine authore, φ q;
nomen

Phœnicei color an à Purpureo differat.

Purpureus pro Purpurato. pro pulchro.

y li. 1. *Geor.*

z Exercit. 32. 2. 13.

Anima in ſanguine. Purpurea morte ſublati qui dicebantur.

Mare cur dictum Purpureũ.

Maris epitheta:

Purpurea mors qui dicatur.

Cælij Rhodigini lapſus.

nomẽ suspectũ habet autor thesauri linguæ Græcæ. Πορφύρω, purpureo colore perfundo; purpureo rubeoq; colo e illustro. Nõnus, πορφύρων γείτονα πέτρῶν ὄρθρον. vt & ipsa aurora ab eodem dicitur, πορφυρεν, purpureo rubere colore. Sæpius neutrali significatione ponitur pro purpuro, id est, purpureo colore nigro vel rubeo, vt apud Columellam, purpurãs viola, & vicissim apud Plinium, purpura violacea. Et in Epigrammatũ libro septimo πορφύρεον βόδρυς, Purpurans racemus, seu purpureus. Sic g Ouidius canit:

g Li. 13. Metam.

Sunt auro similes longis in vitibus vuæ
Sunt & Purpureæ.

Vuæ Purpureæ cur dictæ.

Id autem plus est quam pictæ. nam purpurant maturæ, vel maturitati proximæ: at cum sunt pictæ (quas & αἰόλεσθαι dicit Hesiodus) τῆς πεπάνσεως, id est, coctionis tantum initiũ habẽt. Πορφύρειν plerunque autem de mari dicitur apud poetas, cum perturbatur, æstuat, & tempestate ingruente nigrescit, vt in secundo Epigrammatum -- οὐ δὲ θαλάσσα πορφύρει, purpurascit & fluctuat: sic h Homerus.

h Iliad. 2.

Ὡς δ' ὅτε πορφύρῃ πέλαγος μέγα κύματι κῶφῳ.

vbi Eustathius exponit, μελαινηται: addens eadem metaphora ab eodem poeta vsurpari τὸ καλχαίνειν, deriuatum à κάλχῃ, synonymo τῷ Πορφύρᾳ. Sic & πορφύρεον κῦμα, quod nigricantis purpuræ speciem gerit. Rursum Epigrammatum libro secundo, passiua voce.

Εὔδια μὲν πόντος πορφύρεται:

placide purpurascit, placidis fluctibus nigrescit. Diuus Basilius quoq; in Hexamero dicit mare πορφύρεσαν χρόαν ἢ κυανοῦς ὀρῶσι τεσταβάλλειν. Sicut vero metaphorice animus quoq; dicitur κυμαίνειν, cum concitatus & perturbatus, (vt & latine fluctuare, atque æstuare translato verbo à mari) ita quoque πορφύρειν ad hominis animam variis cogitationibus & curis turbatum ac fluctuantem transfertur: aut profundius aliquid meditantem nam & mare qua profundius est, nigrius apparet: & purpuræ Conchæ è pelago, id est, profundo, potissimum petuntur. Forte & quia purpura ad solem diuersos colores reddit, de animo quoque diuersa consilia agitante & mutante subito, vt purpura si ad solem celerius moueatur, πορφύρειν verbum in vsu est. Ergo & varie & profunde & anxie, & aliquando maligne cogitare significat. De tã variis huius verbi significationibus audi Hesychium: Πωφύρει, παρέπεται φροντίζει, μελαινίζει, μελαίνεται. Πορφυρίζει, παρέπει, μεριμνᾷ, κακοτεχνεῖ. Πόρφυρεται: διαλογίζεται Πορφύρειν. inquit Eustathius, de mari dicitur, & ad animum transfertur, τὸ ἐν βαθεῖ διανοεῖσθαι, καὶ οἷον κυμαίνεσθαι λογισμοῖς, vt in illo i Homeri, κραδίη δὲ οἱ πορφυρε. Κάλχῃ quoque purpuram significat, & verbum καλχαίνειν idem quod πορφύρειν, παρέπεσθαι, σείειν, φροντίζειν, ἀλγεῖσθαι, κυκᾶν, ἐκ βύθου παρέπεσθαι. Sic enim Hesychius interpretatur. Καλχαίνειν Scholiasti Nicandri etiam est, τὸ πορφύρειν. Est quando Πορφύρειν simpliciter de motu maris, etiam placidiore ponitur. Ad πορφύρειν verbum & sono & significatione accedit μορμύρειν. Varino μορμύρεσται θάλασσα est παρασαομένη καὶ κινουμένα φοβερῶς. Theophrastus citante Scaligero ait: Πορφύρεται ἡ θάλασσα. ὅταν τὰ κύματα μετεωριζόμενα σκιασθῇ, Sic Plinius ait purpuram irati maris faciem referre. Πορφυρέσκειν Apollonii Argonauticorum interpres profundum esse interpretatur: vnde & purpureum mare dictum, vt supra dictum est fusius.

i Iliad. A. Κάλχῃ.

Mare vbi nigrius.

Πορφύρεω.

Πορφυρέω, purpuro, idem cum Πορφύρω, seu purpureo colore rubeo. Nonnus πορφύρεον ἠώς, purpureo fulgore rubebat: Sic & Ouidius, purpuream auoram dicit. & Virgilius purpureum lumen ætheris. Alias & ῥοδοδακτύλος ἠώς dicitur à roseo rubore, quem Seneca purpureum ruborem appellat. Rursum Ouidius.

Aurora cur

Purpureus rubor dictus à Seneca.

——Patefecit ab ortu
Purpureas aurora fores.

Et Virgilius

——Quam primum crastina cælo.
Purpureis inuecta rotis aurora rubebit. Item.
——Æthere ab alto
Aurora in roseis fulgebat lutea bigis.

Igitur eodem modo πορφύρειν aurora à Nonno dicitur, quo ab Homero vocatur ῥοδοδάκτυλος. Πορφυρίζω, purpuram colore refero, purpureum colorem repræsento, vel imitor; purpuro: vt Columella dicit purpurans viola. Dioscorides de thymo, ἔχον ἐπὶ ἄκρῃ κεφάλι ἄνθος πορφυρίζον. Plinius de thymo nigricante dicit: Alterum genus nigrius, florisque nigri. Idem enim testatur & purpuram nigricare, immo rubenrem colorem purpuræ nigrante esse deteriorem. Επιπορφυρίζω, ad purpuram accedo, ad purpurã inclino. Dioscorides: ἰνίων δὲ καὶ ὥσπερ ἀνὰ μέσον ὂν τὸ ἄνθος ἐπιπορφυρίζει. Atistot. καὶ δὴ τούτης τὸ μὲν ἄνθος ἐστὶ λόγχον ἐπιπορφυρίζων, ὁ δὲ καρπὸς ξανθός. Υποπορφυρίζω, aliquatenus purpuro; paululũ refero purpuram. Πορφυρώματα Hesychius & Varrinus exponunt, τῶν παῖς θεαῖς τιθέντων χείρων τὰ κρέα. Fortassis autem vasa quædam & toreumata figlina purpurei coloris porphyromata fuerint: qualia fuisse murrhina, diximus. In his enim ceu pulchris & speciosis diis aliquid offerri par erat. Sic aurea, argentea & ærea vasa, Græci χρυσώματα, ἀργυρώματα & χαλκώματα vocant. Ὀστρακινα πορδώματα καὶ χαλκώματα Strabo dixit. Cardanus in sexto de varietate rerum, purpurina (inquit, nescio vnde vocabulum hoc mutuatus) coloris est fului, aurumque imitatur, si optima fuerit: hoc solo differt, quod non resistit iniuriis cœli, nec diuturna admodum est, deinde compositionem eius ostendit ex plumbo albo atgentoque viuo &c. Sed neque vocabulum hoc latinum est, aut purpureo colore quicquam conuenit. Πορφυρεῖον videtur accipere Strabo in decimosexto pro officina purpuratia de Tyro scribens. Purpurariam

Επιπορφυρίζω.

Porphyromata.

Purpurina.

Πορφυρεῖον.

A ,, autem officinam Plinius vocauit. Indicum (inquit) in diluendo ,, mixtura in purpuræ cæruleiq; mirabilem reddit: alterum genus eius est in purpurariis officinis, innatans cortinis, & est purpuræ spuma. Idem Strabo in decimoseptimo, easdem officinas vocauit πορφυροβαφεῖα quo loco interpres transtulit purpurificia. Alioqui officinæ tinctoriæ à Græcis communi nomine βαφεῖα dicuntur & φαμμακῶνες, Varrone teste Δυσσποιὸς Hesychio tinctor est: non quiuis tamen vt videtur, sed qui firmo, proboque genuino colore tingit. Δύω verbum idem est quod βάπτω. Proprie quidẽ δυσσποιὸς de purpura dicitur, cuius color ita firmus & genuinus est, vt non facile eluatur ac exoleſcat. Per metaphoram vero teste Varrone de aliis quoque coloribus & rebus aliis permanentibus & edurantibus dicitur δυσσποιὸν apud veteres, τὸ ἔμμονον καὶ πολυχρόνιον, vt Plato in decimo de rep. ostendit. Ἀνὴρ πορφυρεύς (inquit k Aelianus) ὅταν θηρᾶσῃ πορφύραν, οὐκ εἰς αὐθρωπῶν τεροφὴν ἀλλ' εἰς ἐρίων βαφὴν, εἰ μέλλει μένειν ἡ ἀκτὶς δυσσποιὸς ὀλίγῳ χρόᾳ δυσέκνιπτος, καὶ ἀεὶ τε ἔσται τὴν βαφὴν ἐργασαμένη γνησίαν, ἀλλ' οὐδὲ δολωμάτιον, μίᾳ λίθῳ καθαφορᾷ διαφθείρει τὴν πορφύραν αὐτοῖς ὀστράκοις. id est, Purpurarius piscator, si postq̃ purpuram non in hominum cibũ, sed ad tingendas lanas cõprehenderit, inexhaustum, constaũt & genuinum velit fieri colore, vno saxi ictu purpurã vna cum testa interimit. Purpurarius, ad purpuram pertinens, vt officina purpuraria in qua fit: piscator purpurarius pro quo Laurẽtius in Herodoto purpuratorem dixit tinctor purpurarius, q purpuras tingit. nam purpurarius absolute vtroq; accipi potest, & pro Mercatore ẽt qui vestibus purpureis cmẽdis, vendendis, negocietur. Πορφυρεῖς & Πορφυρόται Polluci nominantur. Πορφυρεὺς Aeliano est, qui tingit. Hinc eius apud Athenæum chamis, inquit pro esca vti τὸν πορφυρουμένου, id est, piscatores purpurarum. Purpuratus, purpura ornatus; vnde purpurati dicuntur ij, qui apud principes dignitate anteceliunt. Cicero in primo Tusculanatum: Istis quæso (inquit) ista horribilia minitare, purpuratis tuis. Liuius de primo bello Macedonico: Cum duce Athenagora vno ex purpuratis. Idem lib. 10. belli Punici: Sopatrum ex purpuratis & propinquis regis esse. Cicero in quarta in Catilinam, Gabinium appellat purpuratum. De purpurata meretrice Babylone, vt in sacris litteris nominatur, multa Cælius Rhodiginus. Purpurascere, purpureum fieri: Cicero in secundo Academicarum. Quid mare, nonne cæruleum: aut eius vnda, cum est pulsa remis, purpurascit? Πορφυρίων, Auis & piscis nomen, vt supra monuimus: cæterum ita etiam homines vocatos reperio. Porphyrion, πορφυρίων. teste Scholiaste in tertium Argonauticorum Appollonii Sisyphi filius fuit, & fratrem habuit Almum nomine. Constat & inter gigantes præcipue principatum obtinuisse Porphyrionem & Alcyonem Πορφυρίων, vero vrbs est Phœniciæ, cuius gẽtile Porphyreonius, & Porphyreonites est apud Stephanum prasinus quoque auriga, seu equorum agitator temporibus Neronis celeberrimus, cuius in Nerone Tranquillus mentionem facit, Prasinus Purpurio dictus est: cuius etiam meminit Martialis hoc disticho:

Purpuraria officina.

πορφυροβαφεῖα.

Δυσσποιὸς

k Li. 16. de Anim. c. 1.

Purpurarius.

Purpuratus.

Babylon purpurata meretrix.

Porphyrio homo.

Prasinus.

Purpurio.

Nomen habet magni volucris tam parua gigantis,
Et nomen Prasinus Purpurionis habet.

Sic enim legit Iustus Lipsius, cuius doctissimi viri iudicium in e- ,, mendandis ac dilucidandis authoribus ego maximi facio, & te- ,, cte quidem sic legit, nam idem Martialis in decimo quarto eun- ,, dem intelligit, dum canit:

Proficies nihil hoc, cædas licet vsque flagello
Si tibi purpureo de grege currit equus.

D appellat gregem purpureum, equos purpurionis, qui velocitate præstabant. Alia lectio habet.

Et nomen Prasini Porphyrionis habet.

Grex purpureus.

Porphyrite πορφυρίτη Stephano est vrbs Arabiæ iuxta Aegyptum Porphyra inscripta fabula Xenarchi comici, aut Timoclis comici (dubitatur enim de authore) citatur apud Athenæum. Saxa Lacedemonia & porphyretica nominat Lampridius in Heliogabalo. Porphyrites lapis, inquit Kirauides, notus est, maxime in Melantide regione. Chymistæ referente Hermolão ætiden pro chrysolitho & porphyrite & chrysochromo cognomine Macedonico & polychromo accipiunt. Inuenio & apud Plinium in primo trigesimiquinti, nescio num de eodem lapide. Vt ouatus esset Numidicus lapis, vt purpura distingueretur Sinuadicus, qualiter illos nasci optarent deliciæ. Porphyrus, πόρφυρος l Aeliano quidam serpens est Indicus, dodrantis magnitudine, colore accedente ad purpuræ saturatæ similitudinem. capite vero plusquam niueo, & lacte multo candidiore locis, inquit, Indiæ calidissimis reperitur: ei mordendi idcirco potestas est nulla, φ dentium expers sit &c. Ceti Porphyrii dicti ex Procopio ita meminit Cęlius autor Procopius est apud Byzãtium Gotici belli tẽporibus certe (κῆτος singulari numero) comparuisse magnitudinis miræ Porphyrium (inquit) illi vocant. Id vero annis quinquaginta locis infestius cir- ,, cumiectis omnibus fuerat nec ab Iustiniano, etiamsi percupido, vlla quiuerat ratione expugnari. Demum delphinos insectatum auide ac ita limo impactum explicari haud amplius eualuit. Sed accolis hinc inde accurrentibus, funium ac machinarum vi pertractum in siccum cubitorum triginta mensum per longitudinem excessit per latum vero decem. Purpurissum inter floridos colores enumeratur à m Plinio, dum inquit. Sunt autem coloris austeri aut floridi. Vtrumque natura aut mistura euenit. Floridi sunt quos dominus pingenti præstat, minium, Armenium, cinnabaris chrysocolla, Indicum, purpurissum.

Porphyrites lapis.

l Li. 4. c. 36.

Porphyrus serpens: Cete Porphyrium.

Purpurissum.

m Li. 35 c. 6.

Indicũ & purpuriſſum quid differant.

Purpuriſſum vt fieret.

Hiſginum quid.

Magaleb.

Fucus quid.

Cæteri auſteri. Quo loco doctiſſimus Dalechampius hoc addidit „ſcholiolum: Vt Indicum ſpuma eſt innatans cortiuis, in quibus glaſtum eoquitur pannis tingendis: ſic purpuriſſum ſpuma eſt collecta efferueſcente purpura, cum ex ea tinctura conficitur. Loco purpuriſſi pictores nunc vtuntur lacca, mixta cũ cæruleo. Quomodo vero purpuriſſum fieret eodem capite prope finem docet idem Plinius his verbis: E liquidis coloribus quos à dominis dari diximus, propter magnitudinẽ pretij, ante omnes eſt pur„puriſſum è creta argentaria; cum purpuris pariter tingitur, bibitq; eum colorem celerius lanis. Præcipuum eſt primum, feruente aheno rudibus medicamentis inebriatum. Proximum egeſto eo addita creta in ius idem. Et quoties id factum eſt, leuatur bonitas pro numero dilutiore ſauie. Quare Puteolanum potius laudatur quam Tyrium aut Getulicum vel Laconicum, vnde pretioſiſſimæ purpuræ. Cauſa eſt quod hyſgino maxime inficitur, ru„biamque cogitur ſorbere. (Hiſginum, inquit Dalechampius, tinctura eſt è cocco prius, deinde è purpura Tyria ſupra lib. 9. ca. 41. nunc tinctura è rubia cocci loco & purpura, vel purpuræ loco, hyſgino, Vitruuius lib 7. cap. 14. Eſt autem hyſginum hoc arbuſcula quam cap. 18. lib. 16. vaccinium Plinius appellat, & ca. 26. lib. 21. falſo hyacinthum exponit, quia hyacinthum Græcorum, Latini quidam vaccinium interpretarentur. Vulgus magaleb vocat. Ex huius arbuſculæ nigro fructu ſucus exprimitur ad purpuream tincturam aptiſſimus. Virgilius ſcilicet ideo vaccinia nigra dixit, & interpres Nicandri φυτὸν εἶναι ξανθοῦντῳ χρώματι [nam tale liguum eſt] καὶ μέλαν [talis eſt fructus] πρὸς ἰοβαφεῖν ἐπιτήδειον. Viliſſimum a Canuſio. Prerium huic à ſingulis denarijs in libras ad triginta. Pingentes ſandyce ſublita mox ouo in„ducentes purpuriſſum, fulgorem minij faciunt. Si purpuram facere malunt, cæruleum ſublimunt, mox purpuriſſum ex ouo inducunt. Hucuſque Plinius. Hodie pictores cæruleo ſublinunt, deinde laccam inducunt. Author libri de ſimplicibus medicamentis Galeno attributi, purpuriſſum, inquit, quod & fucum aliqui dicunt, glebulæ ſunt quadratæ & puſillæ in modum teſſularum: quæ ab infectoribus tinguntur colore roſeo. tale eſt maxime Canuſinum, ſequens Puteolanum Vires habet aliquantulum ſtypticas. Aliud vero meo iudicio fuit purpuriſſum, quo vtebantur mulieres ad labra & genas tingendas, cuius ſcilicet mentio fit apud Plautum in Moſtelaria. Vnde enim hocce conſtaret purpuriſſum ipſemet docet me Plautus in Truculento, rubricam id nominans: nam eum diximſſet. Quia *Iſtas buccas tam belle purpuraſſatas habes*: non multo poſt ſubijcit: *Buccas rubrica, cera omne corpus intinxit tibi.*

MORALIA.

Sanguinis Chriſti exemplũ.

a *Hexam. lib. 5. c. 2.*

Purpura eſt Chriſtus.

Hęreticorum eloquentia.

Purpura ſanguis Chriſti.

A Scanius Martinengus Brixianus in ſua gloſſa magna myſtica, purpuram Chriſti ſanguinis, & metiti præclarum exemplum ſtatuens: *a* Ambroſius (inquit) hæc quoque doctiſſime ſubdebat: Quid etiam purpuras memorem, quæ ornant regum conuiuia, amictus imbuunt? Aquatum eſt igitur quod in regibus adoratur; aquarum eſt, ſpecies illa quæ fulget. Et poſt: Aureum etiam vellus aqua nutrit, & lanam in memorati ſpeciem metalli gignunt littora, cuius colorem nullus adhuc eorum, qui fucis diuerſis obducunt vellera, imitari potuit: adeo naturæ maritimæ gratiam humana implere neſcit induſtria. Scimus qua ſolicitudine vellera ouium etiam minus pretioſa eurentur, ſint licet optima, nequaquam autem his fucis innaſcitur. Hic naturalis color eſt, quem nullus adhuc fucus æquauit, hoc quippe piſcis eſt vellus. Si igitur (inquit Martinengus) tantum fulget, tantamque exiſtimationem nacta eſt purpura, regium indumentum, quod ſanguine conſperſum ſit exigui piſcis, qui purpura vocatur: quãtum coruſcabit anima, quantumque ſuſpicienda erit, cum ſanguine Chriſti ſit aſperſa & redempta? Purpura Chriſtus eſt. Purpura profecto ſaxi vniusictu collidenda eſt, vt ſanguis exterius emanet, quod ſi ictu ſolo non eſt contrita, ſanguis in vniuerſum corpus diffuſum euaneſcit. Chriſtus ſaxo, id eſt, morte non naturali, ſed violenta concuſſus fuit, & dum voluntati patris obtempetat, in cruce vno ictu contritus, ſanguinem vniuerſum in redemptionem noſtram copioſiſſime effudit. Sanguis enim tuus ornauit eius meas. Vt quid igitur animam tanto ſanguine emptam & inſignitam pollui permittimus? Sed animaduertendum, vt Ambroſius ſecundo loco purpuræ encomia celebrans aſſerebat, purpuram iacere vilem in ſaxis aſperis & cautibus; Vilis eriam apparuit purpura noſtra Chriſtus: Ego ſum vermis & non homo, inquit ipſe; non in mollitie vitæ, ſed in ærumnis perpetuis, quaſi ſaxum inter ſaxa. Hæc itaque Martinengus. Purpura & byſſus apud eundem Ambroſium in commentariorum libro octauo in caput decimum ſeptimum Lucæ ſignificant hæreticorum eloquentiam. Nonne tibi videntur, inquit, in quadam purpura & byſſo ſtratis iacentes thoris, qui proveris fucata defendant, ditibus abundare ſermonibus; cum iactãt dominico terram tremuiſſe ſub corpore, cælum tenebris obdu„ctum, excita verbo maria vel ſedata, verum tamen Dei filium denegantes? In enarratione vero Pſalmi centeſimi & decimi octaui, Eccleſia (inquit) ipſa tanquam benemerita regina Chriſti ſanguine eõronatur, ſicut ſcriptum eſt. Et ornatus capitis tui ſicut purpura. Sanguis Chriſti purpura eſt, qui inficit ſanctorum animas non ſolum colore reſplendens, ſed etiam potentate, quia reges facit & meliores reges quibus regnum donet æternum. Meritoque ad tantum Eccleſiæ decorem, cui Chriſti ſanguis ſtrutilat, ſpiritus ſanctus inclamat; quam pulchra & ſuauis facta es charitas in delitijs tuis. Diuus *b* Bernardus libro de modo bene viuẽdi ita ait myſtice de purpura. Audi etiam rogo honeſta virgo quid ſponſus in laudibus Eccleſiæ dicat in canticis canticorum. Coma capitis tui, vt purpura regis iuncta canalibus eſſe memoratur. Purpura quippe per faſciculos in canalibus ligatur, ſuper quos dũ aqua proijcitur, per canales ad veſtẽ quæ ſupra eſt, currit, vt veſtis ringatur, & inde nomẽ accepit, vt tincta colore purpurio purpura vocetur: quæ omnia ſanctæ menti congruunt. Comæ quippe capitis ſunt cogitationes mentis quæ in canalibus ligantur, quia in ſcripturis diuinis ne inutiliter fluant, ſtringuntur. Cuſtodi ergo cor tuum & cætera. Purpura quæ ſanguine Conchyliorum confieitur, & ſanguineam ipſam præfert ſpeciem, non immerito ſacramẽtum dominicæ ſignificat paſſionis. Beda *c* ad ea verba: Et mulier erat circumdata Purpura & Coccino. In purpura (inquit) fucus ſimulati regiminis: in Coccino eruentus habitus impietatis demonſtratur. Et *d* alibi ad hæc verba: Tabernaculum vero ita facies: decem cortinas de byſſo & hyacintho ac Purpura Coccoque bis tincto, vatiatas opere plumatio facies. Purpuram, quia colorem ſanguinis oſtendit, & vera quoque Purpura Conchyliorum ſanguine tingitur, deuora eorum corda deſignare, qui dicere eũ apoſtolo poſſunt: Ego non ſolum alligari, ſed & mori in Hieruſalem paratus propter nomen Domini Ieſu: & cum Propheta Dauid: Quoniam propter te morte afficimur tota die æſtimati ſumus, vt oues occiſionis. Quid vero ſecundum Matthæum, chlamyde coccinea induitur (Chriſtus) à militibus, & ſecundum Io„hannem, veſte purpurea circumdatur, myſtice ſignificet, ita ex„poſitum inuenio ab *r* Ambroſio: In alterа deſignans martyrum „palmas; in altera regiæ poteſtatis inſignia, quod caro eius fuſcum toto orbe terrarum ſanguinem eſſet ſuſceptura pro nobis & paſſio regnum paritura pro nobis. Sic ille, & mox. Deniq; ſecundum Marcum exuerunt eum purpura, quod nec myſterio vacat. Chriſtus enim aſcenſurus crucem, regalia veſtimenta depoſuit, vt ſcias quaſi hominem paſſum eſſe, non quaſi Deum, etſi vtrumque Chriſtus, quaſi hominem, tamen non quaſi Deum cruci eſſe ſuffixum: ſed milites non Iudæi ſciunt quo tempore, qualia Chriſto veſtimenta conueniant. Iudicio enim in purpura quaſi victor aſſiſtit, ad paſſionem vero in ſuis veſtimentis quaſi reus humilis venit.

b *Serm. 29. de cogitat. Sancta mens.*

Sacramentum dominicæ paſſionis.

c *Apoc. 17.*

d *Exod. 26.*

r *Li. 10. cõmẽt. in Lu. cap. 23.* Chriſtus purpura indutus quid myſterij habeat.

HIEROGLYPHICA.

Homo maledicus.

De gula multati.

Vno examinati ictu typus.

Seceſſus.

MAledicum hominem, inquit Pierius Valerianus, probos improboſque æque carpentem ſignificare quivolũt, purpuram exerta pingunt lingua, quæ quidẽ illi tam acuta & valida eſt, vt ea & conchulas & quaſcunq; ſui generis teſtas perforare poſſit: quæ cum ita ſint omniuoræ, frequens illudi in edaces dictum emana„uit, Purpura voracior. Atque inde forte prouerbium, quod purpuræ plurimum pet linguam eſcas inquirentem capiuntur. Et qui hominẽ qui de ganea pœnas dederit, ſignificare volunt, conchylium huiuſmodi naſſæ per linguam applicitum pingunt, ſiquidem eius captura in hunc ſæpius efficitur modum: patuæ denſæque admodum naſſæ ſtrombus piſcis includitur, hunc auidiſſime captat purpura, quem ſimul ac illuc occluſum olfecerit, inſerta per naſſæ iuncos lingua eum aſſequi contendit, dumq; ille volutatione luctatur, ea magis ac magis linguam protendit: accidit vero, vt in eo conatu tumefiat, vt nulla eam extrahendi copia relinquatur, atque ita detenta per linguam captiua fiat. Verũ hoc picturæ genus in huiuſmodi ſignificatum aliter etiam figuratur: Conchulam quippe pingunt, quæ putpuræ linguam morſu comprehenderit. Piſcatores ſiquidem cum purpuram norint Cõcharum paſtionem auidius appetere, has in naſſas magno numero coniectas in mare demittunt, oblongo fune ad naſſas alligato: ſentiunt optatam eſcam purpurę, porrectiſq; intra naſſarum iuncos linguis, eas infeſtant: at illæ aculeo extimulatæ incolumitati ſuæ conſulturæ contrahunt ſeſe, corticibuſq; clauſis morſu per„quam acri linguam infeſtam comprimunt, pertinaciſſimeq; detentam haudquaquam amittunt, atque ita pendentes ſua captæ auiditate putpuræ tolluntur. Hominem vero vno interemptum ictu oſtendere qui volunt, purpurã ſaxo eliſam pingunt: ſiquidẽ infectores aiunt, quas purpuras in artis ſuæ vſum parant, ſaxo vno ictu collidẽdas, vnde ſubitarius ille ſanguis ad tinctura optimus emanat: quod ſi ictu fefellerit, neq; purpura ſtatim examinata fuerit, fruſtra repeti, quapre dolore ſanguis in vniuerſum corpus diffuſus euaneſcat. Hinc aiunt Homerum totiens de ijs qui valido aliquo vulnere perẽpti fuerint, purpurea eos morte perẽptos dicere: quẽ imitatus Maro, nunc Purpuream vomit ille animam, nunc quid eiuſmodi ſæpe protulerit, quamuis ad ſanguinẽ, in quo anima ſedem habeat, Seruius hoc referri putat, de quo ſatis in accipitris cõmentario dictum: Sunt qui ſeceſſum per purpuram oſtendant, propterea quod purpura non niſi in imo reperiatur pelago: vnde verbum apud Apollonium Argonautieon primo, πορφύρεσκε quod purpuraſcere dicere poſſumus, vbi profundum eſſe interpres exponit, ea quam memorauimus purpuræ natura repetita. Hinc mare purpureum, pro profundum ſæpius poſuere. Huc vſque Pierius.

EPITHETA.

A colore. EPitheta purpuræ ab authoribus attributa ad colorem, tincturamue non ad ipsum animal pertinere videntur. Conchylis cur dicta. Conchylis dicitur Tibullo, quia sanguine Conchyliorum inficiebantur lanæ:

Tincta tegit roseo Conchylis purpura fuco.

Virgilius rubrã dixit, item Ausonius; Boetius rubentem, Mantuanis sanguinolentam, Pamphilus sanguineam, Scaliger nigram Iuuenalis ardentem, nimirum à fulgore vnde & igneam dixit Flaccus, rutilantẽ Martianus Capella, fulgidam Strozius Ouidius fulgentem, Petrarcha splendidam, Thomas Radius vernantem, Pontanus vagam. Vocatur præterea pura, vt Scaligero delicata Martiali, læta Statio grata Politiano & Põtano, cuiẽt noua dicitur Claudiano nobilis Pamphilo pretiosa, Thomæ Radiuo regalis. A loco. Marullo consularis, Virgilio, Statio, Pontano picta. A loco Martialis Coam, Horatius Laconicam (item Statius, & Strozius quibus Oebalis, id est, Laconica nuncupatur) Lucretius, Virgilius, & Ausonius Mœlibeam, Mantuanus Romanam. Sidoniamq; A veste. qui prætetea longam dixit, nimirum à veste, vnde mollis dicitur Põtano Crotæ, sacra Ausonio & Strozio, libata Martiali, Prudentio supplex. Dicitur denique ipsa purpura dibapha, id est, bis tincta.

PROVERBIA.

Simia purpurata. ΠΊθηκος εν πορφύρᾳ, id est *Simia purpurata* In varios vsus potest adhiberi patœmia, nempe vel in hos, qui tametsi magnifico ,, cultu sint ornati, tamen cuiusmodi sint, ex ipso vultu moribusque cognoscitur: vel in hos quibus dignitas indecora additur: vel quotiens rei per se fœdæ, asciitia peregtinaq; ornamenta indecentet admouentur. Quid enim tam ridiculum, quam simia vestita purputea veste? Atque id tamen non raro fieri videmus apud istos, qui simias habent in deliciis, vt quam maxime possunt ad humanum morem ornent ac vestiant, aliquotiẽs & purpura, quo parum artentos, aut imperitos fallant, proque homine saluetur simia, aut si deprehẽsus fuerit fucus res magis sit ridicula. Η' πορφύρα παρὰ τὴν πορφύραν διακρίσεα, id est, *Purpura ad Purpuram diudicãda est.* Certissimũ indiciũ ex collatione nascitur. Vnde emptores mercaturi purputam, ne fallantur, alteram adhibent purpurã. Purpura ad purpurã diudicanda. Licebit vti: quotiens negabimus infantiam, aut inscitiam indoctorum plene deprehendi, nisi cum eloquentium & eruditorum scriptis conferantur. Etenim si vel Salustium conferas cum Cicerone iam velut obmutescit ille alio qui per se disertissimus. Refertur adagium à Phæbammone Sophista in commentario de figuris rhetoricis Meminit & Isocrates in Oratione Panathenaica, ἀλλ', ὥσπερ τὴν πορφύραν καὶ τὸν χρυσὸν θεωρῶμεν καὶ δοκιμάζομεν ἑτέρᾳ παραβαλλόντες. i. Sed quemadmodum purpuram & aurum consideramus ac probamus, purpuram cum Purpura conferentes. Haud arbitramur prorsus, inquit adagiorum author, ἀπροσδόκητον fore si de conferenda Purpura locum huc ascripserimus ex Aureliano ,, Flauii Vopisci: Meministis, inquit, fuisse in templo Iouis Opt. Max. Capitolini pallium breue purpureum, lanestre: ad quod cum matronæ, atque ipse Aurelianus & Probus & proxime Diocletianus missis diligentissimis confectoribus requisiuerunt tale genus purpuræ, nec tamen inuenire potuerunt. Dicitur enim Sandyx Indica talem purpuram facere si curetur. Allusit huc Quintilianus lib. 12. de generibus dicendi, agens de dictione, quę, quod medioeris est, per se habet admirationem, sed admotis iis quæ sunt eximia, desinit esse admirationi. Habet, inquit, admirationem, neq; immetito, nam ne illud quidem facile est, sed euanescunt hæc, arque moriuntur comparatione meliorum: vt lana tincta fuco circa purpuras placet: at si contuleris, etiam laeernæ conspectu melioris obruatur vt Ouidius air. Hæc ille: Athenæus lib. 3. dipnosophistarum ex Apollodoro huiusmod quoddam refert prouerbium, λιγνότερα τῶν πορφύρων, id est, *edacior purpuris*, idque ductũ existimat, vel à tincta purpura, quæ omnia quibus admota fuerit, vel vt ad sese rapit, suoq; colore res vicinas inficit, additq; lueem: vel ab animante ipso quod quicquid nactum fuerit, retinet ac deuorat de cui' voracitate Plinius: lingua (inquit) pnrpurę lontudine digitali, q̃ pascitur deuorãdo reliqua Conchylia: tanta duritia aculeo est. Conueniet in edaces aut in eos qui omnia in suum compendium vertunt. Fortasse durius, sed non ineleganter accõmodabitur, inquit idem author, ad reges δημοβόρους, aut aduocatos qui putpurati omnia conuertunt in fiscum suum: & quocunque se conferunt, abradunt aliquid. Sic ille. Sed λίγνος Græcis non tã voracem & multi cibi hominem aut helluonem: quam exquisiti delicatique liguritorem & carillonem significare videtur, quod non animaduerti ille. βάμμα Σαρδονικὸν, id est, *tinctura Sardonica*, de colore præcellenti dicebatur, præcipue purpuræ, per iocum autem rransfetrut ad eum qui pudefit, aut qui ob plagas sanguine tingitur. Sardo enim insula ingens est opposita Italiæ, in qua variæ purpurarum rincturæ, laudatissimæque fiebant: Aristophanes in Pace. Η' ἐκεῖνος φησιν εἶναι βάμμα Σαρδονικὸν, id est, quam ille prędicat colorisesse Sardiniaci. Idem in Acharnẽsibus: Γνα μὴ σε βάψω βάμμα Σαρδονιακὸν, id est, ne te linam colore Sardiniaco. Ita enim citat Adagiorum author, sed Zoographus pro σαρδονιακὸν vt in contextu Acharnẽsium legitur; reponit Σαρδονικὸν, vt Scholiastes & Suidas recte legunt. Sic etiam carmen melius constabit, inquit, & similiter in Pace, (vbi & in rextu & in scholiis Σαρδονικὸν recte scribitur.) à Sardibus quidem Lydiæ, Sardianus deriuatur, pro eiue. & Sardianicum, possessiuum authore Stephano. ab insula autem quæ Græcis Σαρδὼ Latinis Sardinia dicitur, Sardonius, Sardous & Sardonicus pro be deriuãtur, apud eundem Stephanum: sed horũ nihil apud Aristophanem legi potest, cum versus quinque syllabarum dictionem postulent. Quamobrem author adagiorum Σαρδονικὸν, nec Σαρδονιακὸν recte legit: quanquam Suidas quoque in Σαρδὼ habet βάμμα Σαρδονικόν. Aristophanis Scholiastes Sardiniacam interpretatur rubram vel puniceam. Σαρδὼ (inquit) insula vna è septem stadiis LX. distet à Corsica. In ea purpuræ fiunt διάφορα καὶ ἐξύπαιθα, id est, excellentes (non variæ, vt adagiorum author vertit) & prępcipui fulgoris Vel (Sardiniacam dixit) quia in Sardo Lydiæ (εἰς τὴν Σαρδὼ τῆς Λυδίας, non recte: Σαρδεὶς enim plurali nomine fæminino vrbs Lydiæ dicitur, non Σαρδὼ) dicendum igitur εἰς ἐκ Σάρδεις, id est, Sardibus. Sic & Hesychius; (διάφορα γὰρ εἰν τὰς Σάρδεσι βάμματα) tincturæ rubicundæ fiunt. Insinuat autem: nisi verum dicat, flagris ad sanguinem vsque cæsnm iri. In Vespis etiam Scholiastes scribit Sardibus venundari solita fuisse vestimenta Persica. Chorus rusticorum in pace Aristophanis, inquit se malle domi deliciis suis ruralibus frui, quam in militia videre παξίαρχον.

Sardiniæ insulæ descriptio.

Τρεῖς λόφους ἔχοντα καὶ φοινικίδ' ὀεῖξαν πάνυ,
Η' ν ἐκεῖνός φησιν εἶναι βάμμα Σαρδονικόν.
Η' ν δὲ που δέῃ μάχεσθ' ἔχοντα τὴν φοινικίδα,
Τλωικαῖτ' αὐτὸς βέβαπται βάμμα Κυζικηνικόν.
Κἆτα φεύγει πρῶτον ὥσπερ ξεσδὸς ἱππαλεκτρυὼν

Φοίνιξ. quid.

Τὸς λόφον σείων. vbi Scholiastes φοινικίδα interpretatur galeam puniceo colore tinctam alii vero vestimenta (ποικιλὴ μάτα) coccinei coloris. talibus enim vtebantur in ptæliis Lacedæmonij, ne sanguinem fluentem viderent propter similitudinem coloris; & ne vulnera eorum ab hostibus cognoscerentur. Eximiæ autem sunt (inquit) Sardianicæ & Cyzicenicæ tincturæ. Hic vero Cyziceniæ tincturę nomine cinædum denotat: εἰς κιναιδίαν δὲ βάλλεται, ὥστε μηδεπῶν ἀναγκαῖον κρατεῖν δυνάσθαι. Suidas in φοινικίδα poetæ cuiusdam, forte Aristophanis hos versus citat.

Cyziceniea tinctura.

——Τί φείδόμεθα τῶν λίθων ὦ δήμοται,
Μὴ ὁ καπεξαίνειν τὸν ἄνδρα τοῦτον εἰς φοινικίδα: αὐτὸ τὸ μὴ κυζικήνοις αὐτὸν ἀμάσσειν, ὡς φοινικῶν αὐτὸ ποίησαι τὸ σῶμα. Τῷ δὲ καπεξαίνειν ὡς ἐπὶ ἐρίων ἐχρήσαντο: διὸ καὶ φοινικίδα εἶπεν ὡς ἐπὶ ἱμάτιον.

Tinctura Cyzicenica, vt scribit author idem adagiorum, dedecus non eluendũ appellabatur apud Atticos, dicebaturq; in eos qui metu quippiã indecore facerent. nam Cyziceni duobus nominibus notati sunt, timiditatis & mollitiei. Recensetur in Plutarchi collectaneis. Meminit & Hesychius, addens Cyzicenos ob mollitiem notatos, quod Iones essent. Eadem fere Aristophanis interpres. Stephanus addit eos fuisse graues Tyrrhenorum prædationibus: Hæc ille: nõ satis aperte. non enim de quouis dedecore non eluendo accipienda est Cyzicena tinctura; sed de mollitie, & de præposteraVenere in primis, vt paulo ante ex Aristophanis scholiaste citauimus aut de eo fortassis scelere, quod Græci λεσβίζειν, λεσβιάζειν, ἢ φοινικίζειν dicũt: cuius teterrima libido & execrabilis furor, vt Lactantii verbis vtar, ne capiti quidem pareit, de quo plura leges in miscellaneis Brodæi & in Chiliadibus eiusdem authoris adagiorum, prouerbio Phicidissare, φοινικίζειν (quod corruptũ est, p φοινικίζειν) Citatque etiam illud Suidæ. βάμμα Κυζικηνὸν, τὴν ἀκρόδαιζον ἀσχημοσύνην. Ἀτικοὶ λέγουσι: atque ait Stephanum addere Cyzicenos fuisse graues Tyrrhenorum deprædationibus. Zoographo aliud Stephanus dicere videtur, in Cyzico vrbe Propõtidis iuxta Cherronesum. Inde (inquit Stephanus) fit Cyzicenus, possessiuum Cyzicenicus, quanquam gentili etiam pro possessiuo vtuntur aliqui: sicut Τυῤῥηνοὶ, pro Τυῤῥηνικοὶ, οἱ χαλεποὶ διὰ τὸ λῃζεσθαι τοὺς Τυῤῥηνούς. viderur enim non iam de Cyzicenis dicere, sed simplicitet Thyrrhenos intetpretari, infectos aliis, & prædones homines, &c. Solent (addit mox adagiorum author) tinctura insignes à locis habere cognomen. Simili modo dictum est ἔμβαμμα Συρακόσιον, & βαμβα Σαρδονικὸν. Ego vero Syracusiam tincturam purpuramue apud authores nullam laudari inuenio, & deceptus mihi videtur ille inde quod Hesychius scripsit: βάμμα (melius βάμμα τὸ χρῶμα καὶ τὴν ἔμβαμμα Συρακόσιον, (non Συρακόσιοι.) quæ verba mox etiam inepte in Bammatis Cyziceni mentione repetita sunt. Embamma Græcis communiter intinctum significat, hoc est, liquorẽ in quẽ excirandi appetitus gratia edulia intinguntur: hunc sua dialecto Syracusani bamma nominant: nihil hoc ad purputæ aut aliam vestium tincturam. Sed reliqua authoris adagiorum in huius prouerbii explicatione addamus quoniam ad Purpuram faciunt. Est (inquit) æstimatio rumorque consequens hominum vitam, ve- ,, lut tinctura quædam, vnde carbone notari ducuntur, qui dam- ,, nantur, & notum est illud Ennianum apud A. Gellium: *Quæ tincta malis, aut quæ bono dicto.* Addam quod est apud *a* Herodotum. Quum Aethiopum rex conspexisset à rege Persarum missam vestem purpuream, rogauit tincturæ rationem. Eam eum ab Ichtyophagis didicisset: δουλεροὺς μὲν ἀνθρώπους ἔφη εἶναι, δουλερὰ δὲ αὐτέων τὰ ἐόματα, id est, non solum ait homines esse subdulos, sed & vestes illorum esse dolosas. Prouerbium perelegãs vsurpari à Græcis animaduerto. *Extra leucoparyphus. intus vero holoporphyrus* in eum, qui vestibus quidem frugi vtatur, intus tamen, id est, animo, luxu diffluat. Sumptum id ex historia: cũ Antiparum quidam

Purpura voracior. Edaciora Purpuris.

Λίχνος. quid. Tinctura Sandonica.

Aristophanes correctus.

Embamma quid.

Hominũ vitam tinctura notari.

a Lib. 4.

Extra leucoparyphus intus holoporphyrus.

quidam laudib efferret, quod esset apprime frugi, ac austetus, & victu præparcus: Ἐξωθεν (inquit Alexãder) Ἀνὴρ πάνυ λόυκος πάνυ φός ἐστι τὰ δὲ ἔνδον ὁλοπόρφυρος. Tanquã euparyphus ex comœdia, ὥσπερ δι πόρφυρος οὐκ κωμῳδίας, Plutarchus in Sympoſiacis prouerbiali figura dixit hominem ſignificans magnificẽ veſtitum, nam hiuiuſmodi finguntur in comœdijs milites glorioſi: quorum inſigne eſt chlamys purpurea, quemadmodum indicat Donatus. Ita Lucianus de milite: τὸν δι πόρφυρον λέγω τὸν οὐ χλαμύδι.

VSVS IN CIBIS.

QVantum ad purpuratum vſum in cibis attinat inquit Rondeletius. vniuerſe ſcribi. Galenus Purpuris, Oſtreis, denique oſtracodermis omnibus hoc eſſe cõmune, vt ſalſum in carne ſuccum contineant, qui aluum ſubducat, caro vero dura ſit: ſed hæc vnicuique magis minuſque ineſt, qualitaris quantitatiſque ratione. Sed in purpuris diuerſæ partes, diuerſam naturã habent. Athe-
„ næus ex Diphilo: inter pinnas & buecina purpuræ mediæ ſunt
„ naturæ, quarum tracheli multi ſunt ſucci, ori grati reliquæ par-
„ tes ſalſæ ſunt & dulces, facile diſtribuuntur & humores corporis vitioſos ad iuſtam temperationem (ἐπίκρασιν) reducunt. Rurſus Athenæus ex Hiceſio. Copioſius alimur maiorique cum voluptate veſcimur papauere purpuræ, quam cæterorum (quam buccinorũ) magis tamen ſapit ſcillam, vt & Concha tota. Peculiare eſt his & vnguibus, quod coctæ iuſculum ſpiſſant. Elixi quoque ſeorſum purpuratum tracheli vnentriculo male affecto proſunt. Hactenus Rondeletius. Wotonus quoq; ex eodem Galeno, vt videtur, carnem purpurarum, ſicuti & cæterorum teſtatorũ, duram eſſe ſcribit, ac proinde iis exhiberi ſolere, quibus ex malorum ſuccorum copia cibus in ventriculo corrumpitur. Et harum quidem & buccinarum carnem duriorem eſſe quam aliorum ſuccumque gignere craſſiorem, minus tamen glutinoſum tenacemque: ſed in earũ partibus diſcrimen eſſe. Quod collum namque appellatur præ duritie dentibus ægre confici; parcioremque ſuccum generare & ſtomacho gratum eſſe. Partes vero inferiores, & quæ μήκωνες, id eſt papauera vocantur, molles eſſe ac facilius quam colla confici: aluum mouere & vrinam, ſudoreſque ac ſaliuas ciere. Harum frequentiorem vſu choleram gigni. Purpuræ maiores, inquit Xenocrates, duriores ſunt, & earum coria mediocriter corrumpuntur: colla difficulter conficiuntur, ægre ſecedunt, ægreque corrumpũtur. Aptæ ſtomacho, pauci humoris ſunt, vix mandendo diſſolutę fundum veto aut earum excrementum, facile ſecedit, maiorem piſcis facultatem affert, vrinam ciet, ſudorem mouet, ſputum creat. Si quis eo latgius veſcatur, bilem nauſeamque facit, & atri humoris copiam gignit: partes autem ad caudam pertinentes, aut extremitates earum, quæ eiuſdem ſunt generis quæ turbinaræ ſunt omnium ſunt aptiſſimæ. earumque vſus elixando & aſſando humorem ex ſe emittit ori gratum, ventriculo idoneum, aluum ſubducentem, duleium vrinarum motorem patũ tamen carnis facit ad Cochlearum proportionem. ſed & ori ſuauem odorem conciliat. Ad vini potum incommodæ: elixatæ nutriunt: aſſatæ vero duræ ſunt: earum excrementum quod teſta cõtinetur, ſiſtit more buccinarum. Hæc omnia Xenocrates. Ab Archigine apud Galenum, Scribonio Largo, & Cornelio Celſo purpuræ & mutices cenſentur inter cibaria; quę ſtomachum roborãt. Celſus etiam minime in ventriculo vitiari teſtatur. Et Aetius ex Oſtreorum genere purpuras & buccinas reliquis præfert in curatione colici affectus à frigidis & pituitoſis humorib. Scribit Lucianus in Cynico purpuræ carnem non in cibum modo conuerti, ſed tingere etiam poſſe. Coquuntur autem teſte Platina eo modo quo cætera Conchylia.

Aluũ ſubducit.

Tracheli multi ſunt ſucci.

Papauet optimum.

Coctæ iuſculum ſpiſſant.

Caro dura eſt.

Collum ægre conficitur.

Maiores duriores.

Billem largius ſumptum earũ excremẽtum facit.

Stomacho vriles ſunt.

Vt coquãtur.

VSVS IN MEDICINA.

PVtpuræ teſte *a* Plinio contra venena proſunt. Nicandet quoq; contra dorycnium in cibo prædicat ſtrombos & calchã id eſt, purpuram, Purpuræ totæ partes internæ in oleo percoctę mitigãdi doloris vim habent, inquit Rondeletius: & ſaliua earundẽ, quæ admodũ lenta eſt, ſiccantur & agglutinãtur vulnera recentia, maxime ſi cum pauco ſanguine draconis adhibeatur. Kiranides ſi bene memini ad hemicraniam: caro cruda porphyræ, inquit, illita fronti mitigat. Callum quo ſe operiunt, tuſum glutinare neruos præciſos *b* Plinius teſtatur. Ad oris tetros abſque vlcere odores, *c* Galenus hoc recenſet remedium euporiſticum: Ex Oſtreis purpura & buccino cum myrrha vtuntur quidam; cumque cubitum eũt aceto acerrimo colluunt. Purpura vſta ſecundum *d* Dioſcoridem, dentes abſtergit, excteſcentias in carne cohibet, vlcera purgat, & ad citatricem perducit. Galenus in vndecimo Simplicium paulo fuſius eadem docet, atq; *e* Ægineta purpuræ cremaiæ teſtis eandẽ vim tribuit, quam pompholygi, id eſt, ſiccandi ſine roſione. Secũdum vero Aetium purpuratũ teſtæ cum aceto potæ lienes tumentes ſanant, & ſecundas morantes detrahunt. Vſtarum cinis ad eadem confert, ad quæ buccinorum, de quibus ſuo loco. His addit Dioſcorides, Ionia vocãtur purpuratũ buccinorumq; mediæ partes, circa quas teſtæ volumen clauiculatim intorquetur. Cremata ſimili modo maiorem purpuris buccinisq; facultatem vrendi cõſequuntur, quoniam apprimendi naturam obtinent. *f* Plinius purpuratum teſtæ cinerem diſcutere puſtulas vetendorum è melle ait. Ex purpuris, vſtis dentifricia optima ſic conficimus. Eas vſtas vino extinguimus, abluimuſque deinde acero roſato, poſtremo aqua roſarum. tum melle ſcillitico, vel oxymelite exceptis, & ad confectionis formam redactis, odoris boni ſaporiſque conciliandi cauſa roſas & caryophylla addimus. Idem cinis cum puluere glycyrrhizæ, papauerisq; ſemine, ex etemore hordei & pauco vino albo ſumptus, pulmonib. male affectis mire auxiliatur, fluxiones inhibendo, & id quod iam fluxit abſumendo exiccandoque. Buccinorum purpuratumque teſta, inquit *g* Galenus, quandoquidem duriſſima eſt, nunquam abſque vſtione vtot. Atque vſta quidem deficcandi vim poſſidet: cæterum ad vnguem eam lævigare, planeque pollinis in modum neceſſe eſt, tundendo ſcilicet & cribrando, quod tibi commune ſit in omnibus lapidoſis teſtaceiſq; ſubſtantiis præceptum. Nam niſi exacte lævia ſint reddita, arenis ſimilia ſunt. Per ſe illarum tritarum fatina vlceribus malignis cõpetit. id quod ipſum quoque commune eſt omnium quæ citra inſignem morſum deſiccant vehementer: quippe cum alioqui fluxionum cauſa exiſtant. Sed & aliud eſt omnibus id genus cõmune: nempe vt cum aceto, aut oxycrato aut œnomelite aut oxymelite idonea ſint vlceribus putreſcentibus. Idcirco lapides omnes vbi ad eum vſum applicantur, alii magis, alii minus, certe omnes conferunt. Hæc *h* Galenus, qui etiam lib. de compoſ. med. ſecundum genera, purpuras cum iis recenſet, quæ propoſiti albi emplaſtri aſtri (aduerſus vlcera eacoethe & dyſepulota) eandorem tueri poſſint. Adduntur & reſtæ purpurarum vſtæ apud eundem eodem libro in quinto capite, vti etiam apud Aetium medicamentis pilos attenuantibus. Idem cinis vtiliter cum melle illinitur vlceribus capitis & ſimiliter mulierum mammas ſanat: pannis etiam reſiſtit vtroque modo, ſiue opus ſit incipientes diſcutere, ſiue coctos emittere, ſi tecte obſcurus quidam ex Plinio citat. Idem ex Dioſcoride purpuris attribuit quæ apud Galenum oſtreis aſcripta leguntur, remedia quædam. Paulus Aegineta terrio ſui operis volumine, eo capite quo agit de columellæ oris inflammatione, authore Galeno docet, pleriſque oris & colli affectionibus prodeſſe ſuſpenſum ex collo aut adalligatum homini funiculum ex matina purpura, qui viperæ collo circundatus eam ſtrangulauerit. Verba Aeginetæ hæc ſunt Græca vt Marcellus Virgilius recitat, ex quo hoc exſcripſimus: Καὶ ὅλοις ποιεῖ λιτῶς ὑπὸ πορφύρας θαλαττίας κεκαυμένου ἐχίδνης τραχήλῳ, καὶ πνίξαν αὐτῶν: εἶτα κεκαυμένῳ μόνον θαυμαστῶς ὀνίνησι, παρέχει δὲ μιᾶς, καὶ ὅσα κεκαυτηρίασται, ὡς μαρτυρεῖ Γαλῆνος: hoc eſt, ad gingiuas etiam ſalutare eſt filum è purpura marina, quo vipera fuerit cetuici circumpoſito ſuffocata, hoc circundatum tonſillis & omnibus colli cauſis, mirifice iuuat, vt Galenus teſtatur. Ego hoc apud Galenum non memini legere. *i* Auicenna, eſt (inquit) certum inter experimenta quæ agunt vi quadam occulta in abſceſſibus, vnde ſuffocationis periculum eſt, & vuæ tonſillarum & omnino omnium gutturis partium, ſi filis tinctis cum alargiuan (interpres vertit murice marino) ſtranguletur vipera: deinde circumdetur eis collum ægroti. Mirabiliter enim iuuat. *k* Plinius ab aliquibus ſtrumas circumligari lino (ſimpliciter, non purpureo) ſcribit, quo ptæligata infra caput vipera pependerat, donec exanimaretur. Inuenio & ex lana vel veſtimento purpureis, id eſt, purpura infectis, remedia. *l* Aetius purpuram hircino felle madefactam muliebri vmbilico diebus ſeptem imponi iubet: & deinde creſcente luna, ſi cum viro congrediatur, concepturam eſſe exiſtimat. Meminit huius etiam Galenus opere de compoſitione medicamentorum ſecũdum locos, apud quem ibidem in tertio, capite primo Andromachus medicamentum quoddam autibus inſtillari iubet; deinde lanæ purpura infectæ tomentum indi. In eodem libro Archigines poſt medicamentum auri infuſum, purpuræ lana iubet obturari. Item lib. 4 cap. 6. tomenta Purpuræ Laconicæ miſcentur arido cuidam Aſclepiadis medicamento ad oculos. Methodi etiam 7. & 8. panniculo è purpura marina ſiue Tyria vtitur, quem & modice aſtringere dicit. Et in libro de præcognitione ad Poſtumum imperatori qui ex aſſumpto cibo grauabatur ſtomacho, purpuream lanam nardino pigmento calido intinctam, oſtio ventriculi imponit. Lana per ſe Conchylio infecta, inquit Plinius, auribus magnopere prodeſt: quidam acero & nitro madefaciunt. Fimbriati autem marinarum Purpurarum flocculi cremari ſolent, vt lanæ, mundi & carpti, in fictili etudo.

a *Li.* 32. 6.

Ad venena Mitigant dolorem

Ad vulnera glutinanda.

Ad hemicraniam.

b *Li.* 3. 2. *c.* 10.

c *Li.* 2. *Euporiſt.* 11.

Ad oris tetros ab vlcere odores.

d *Li.* 2. *c.* 4.

Dentes abſtergunt.

e *Li.* 7. *c.* 3.

Cineris facultas.

Ionium quid.

f *Li.* 32. *c.* 9.

Ad puſtulas pudẽdi.

Ad pulmones male affectos.

g *Lib.* 11. *Simpl. c.* 21.

Ad vlcera maligna.

Ad vlcera putreſcentia.

h *Li.* 1. *c.* 18.

Pilos attenuant.

Amuleta.

i *Li.* 3. *Fen.* 9. *c.* 10.

Vipetæ capitis mita faeultas.

Li. 30. *c.* 5.

li. 16. *c.* 34.

Ad conceptus iuuãdos.

Tomentũ lanæ purpura tinctæ quis operetur.

DE BVCCINO. Cap. VI.

ÆQVIVOCA.

KΗρυξ Ariſtoteli Buccinum eſt, vt mox fuſius patebit. Homero, cæteriſque Græcis præco, cui varia ab illo tribuuntur officia, vt populum conuocare ad concionem, ſilentium indicere, comitari in itinere viros aliqua dignitate præditos, aut eos, quos illi ad obeundum munus aliquod mittebant: præterea fungebãtur aliquib. in ſacrificijs myſterijs, & epulũ etiã apparabãt: in primiſq; caducearores agebant, & nominatim quẽ admodũ legimus apud Liuiũ caduceatorẽ mitti, qui inducias ad ſepeliẽdos mortuos petat. At vero apud ſoluta orationis ſcriptores κήρυκες ſunt, qui præconũ vel caduceatorũ munia obeũt: de quib. omnib. ſignificatis cõſule theſaurũ linguę Græcę. Præco autẽ ab hoc animali κήρυξ vocari ſortaſſis metuit. Cũ n. Tritõ Conchã inuentã excauaſſer ſecum

Præconis officia.

secum eam contra Gigantes tulisse scribit Hyginus, ibique sonitum quendam inauditum per Concham emisisse: hostes autem veritos, ne qua esset immanis fera ab aduersarijs adducta, cuius esset ille mugitus, fugæ se mandasse, & ita victos in hostium potestatem venisse. Romani Tritones cum buccinis fastigio Saturni ædis superposuerunt, vt significarent à commemoratione Saturni historiam quasi vocalem esse factam, cum antea muta & obscura, & incognita fuisset, quod etiam testari videntur, vt inquit Macrobius, caudæ Tritonum humi mersæ & absconditæ. Habebant præterea Romani argenteos Tritones, qui pugnam buccina exciebant Suetonius: *a* Quin & emissurus Fucinum lacum, naumachiam ante commisit: Sed cum proclamantibus naumachiarijs, Aue Imperator, morituri te salutant, respondisset, Auete vos, neque posthac vocem quasi venia data quisquam dimittere vellet, diu cunctatus, an omnes igni ferroque absumeret, tandem è sede sua prosiluit, ac per ambitum lacus non sine fœda vacillatione discurrens, partim minando, partim adhortando ad pugnam compulit. Hoc spectaculo classis Sicula & Rhodia concurrerunt duodenarum triremium singulæ, exciente Buccina Tritone argenteo, qui è medio lacu per machinam emerserat. Vt itaque κῆρυξ est Græcis qui buccinat, ita Buccina etiam latinis proprie cornu recurum, quod tubæ modo influatur. Buccina, inquit Isidorus, est qua signum datur in hostem, dicta à voce quasi vocina. Alij à bucca dici volunt, quum tubam significat. Bucca, inquit Hieronymus, vocatur tuba apud Hebræos, deinde per diminutionem Buccina dicitur. Varro: Orphea vocari iussit, qui cum eo venisset, cithara cantare iussus, buccinam inflauit. Linius: Equitibus imperauit, vt ad tertiam buccinam præsto essent. Cicero: Signum buccina datur. Est quoque Buccina pastoralis, qua oues & porci appellantur. *b* Columella: Ad quem saturæ pabulo libenter recurrunt, cum pastorali signo quasi receptui canitur: nam id quoque semper crepusculo fieri debet, vt ad sonum buccinæ, pecus, si quod in syluis substiterit, septa repetere consuescat. Varro. Subulcus debet consuefacere omnia, vt faciant ad buccinam. Hinc verbum buccinare. Varroni, & nomen buccinator Cæsari. De buccina & buccinatore cõsule Vegetium. Buccinas à tubis nonnulli distingunt sic: quod illæ ex recuruis animalium cornibus, tubæ ex ære argentoue, confici soleant, ad animos militum & equorum inflammandos. *c* Apuleus certe in Floridis buccinam manifeste à tuba secernit, cum ait. Siquidem vox hominis & tuba rudiore ,, toruior, & Lytæ concentu variatior, & tibiæ quæstu delectabilior, & ,, fistulæ susurro iucundior, & buccinæ significatu longinquior. Sæpe tamen buccinam pro tuba positam inuenimus, aut certe pro instrumento tubæ simili, eundem in bello vsum habente. Cicero pro Mu,, reto. Te Gallorum, illum buccinarum cantus exuscitat: tu actionem instituis, ille aciem instruit. Est & buccina nomen oppidi in Sicilia Dionysio, quo nomine etiam dicta est insula, Pontiani pontificis exilio & morte clara. Sed vt ad Græcam vocem, vnde digressi sumus, oratio nostra reuertatur, Κηρύκων nomine vocata fuit quædam familia Athenis, à filio Mercurij, qui κῆρυξ vocabatur. Horum κηρύκων fit mentio ab Hesychio & à Suida. Est denique κῆρυξ auis quædam, quæ & πτέρκος dicitur.

Tritones argentei.
a In Claudio c.21.
Buccina cornu curuum tubæ, quod modo inflatur.
Vnde dicatur.
Buccina pastoralis.
b Li.7.c.23.
Buccinæ à tubis vt differant.
c Lib. 3.
Buccina oppidum.
Κῆρυξ auis.

SYNONYMA.

Κῆρυξ Aristoteli, vt iam dictum est, buccinum, vel, vt Gaza vertit buccina vocatur. Plinius nonnunquam murices transtulit, vt in trigesimosexto capite noni lib. vbi de purpura agit: Latent vt murices circa canis ortum tricenis diebus; hoc enim de buccino dixit Aristoteles. Iacobus Dalechampius in explicatione eiusdem horum verborum: Sed quota hæc portio est reputantibus purpuras Conchylia, margaritas? Conchylia pro buccinis dixisse autumat. cæterum non est necesse meo iudicio ea hic distinctione, cum & Conchylia proprie dicta purpureum colorem, quem & per se Conchylium dicunt, proferat. Vnde item eadem distinctio apud eundem Plinium, locum non habet, vbi ait: sed vnde Conchylijs pretia, quis virus graue in fuco? &c. nam per Conchylia intelligit, præter purpuras, buccina, murices atque ipsa Conchylia, ex quibus omnibus flos ille purpureus colligitur. Pet. Bellonius vocem murex à Ceryce nomine Græco prodijsse putat, κ litera mutata in m, η vero in u, & υ in e. Non probo Fran. Massarij iudicium, ceryceum putantis esse muricem & Conchylium: Buccinum, inquit Plinius, pro ceryce seu murice dixit. Cum enim ex ipso Plinio duo sint genera turbinatorum contiuentium florem illum tingendis vestibus expetitum alterum scilicet buccinum; alterum purpura, necesse est buccinum esse, qui ceryx, murex & Conchylium appellatur. Sed præterquam quod murex diuersus est à ceryce, & Conchylio, ita quoque muricis nomen, vt recte aduertit Hermolaus, generalius est quam buccini, vtpote quod & purpuram quoque comprehendat. Kiranides: Porphyra marina, quam quidam κῆρυκα vocant. Sed dicendum est potius species esse vnius generis proximi diuersas. Inuenio item apud Syluaticum: Purpura matitima, id est, eetula marina, lego ceryx marina: Et alias habet, Ceteros (nomen etiam corruptum est, à ceryces) id est, buccini marini. Antiqui tamen etiam Græci ceryceum pro purpura acceperunt nonnulli, vt lego apud Eustathium: Stratonicus etiam facetus ille iuuenis in nomine κήρυκων festiue lusit: Cum enim in ciuitate, in qua erat, plurimos κήρυκας (id est, præcones) habere cognouisset, summis pedum digitis incedebat, metuere se inquiens, ne si pede plano terram calcaret, ceryce aliquo pedi infixo læderetur, tanquam ceryx marinus propter Conchylij formam muctones aliquos circa se habeat. Desumpsit hoc ex Athenæo *a* Eustarthius. Ego illius quoque verba adijciam: Stratonicus (inquit) cum Abdera se contulisset, ad statutum illic ludorum spectaculum, ciues singulos peculiarem sibi præconem habere contuitus, qui eorum iussu, cum adlubuisset, nouilunium ipsorum annunciaret, contemplatus in hac ciuitate præcones (adeo vt propemodum maior esset præconum numerus,

Conchylia à buccinis an distinguenda.
Murex vnde dictus.
Ceryx an murex, an Conchyl.
Murex nomen generale.
a Li. 8. Deipnos.
Stratonici de ceryce dictum.

A quam ciuium) portione ciuibus esse plures, summis vnguibus pedetim incedebat, in terram defixis oculis. Interrogante vero eius hospite, ecquid mali pedibus tam subito accidisset, hoc inquit: Ego equidem totis pedibus valeo, & quouis assecutore ad cœnas excurro celerius: anxius tamen sum ac prorsus metuo, ne calcando τὸν κήρυκα pes transfigatur. Dalechampius hoc addidit scholiolum: Hæc vox (κῆρυξ) significat & præconem & buccinum Concham, non equidem clauatam aut aculeatam, sed tuberculis multis eminentibus asperam & inæqualem. Buccinum pro aculeata purpura dixisse videtur Stratonicus negligenter. Isacius Casaubonus in suis animaduersionibus non recte mutices vertit. In præcedentibus versibus κῆρυξ erat præco: hic est murex: nisi murieis nomine generalius accipiamus, vt etiam sub eo purpura comprehendatur. In Glossis recte, murices, κῆρυκες, πορφύρεα. Inde Latinis in re militari murices dicti, qui Græcis τρίβολοι, vel σανίδες κινητῶται: Aggregator interpretatur ceryces Cancrorum (lego Concharum) esse speciem, vel limaces marinas, quæ Venetijs dicantur buoüali. Arque hæc de diuersa auctorum interpretatione. Zographus κῆρυξ scribi ait cum circumflexo in prima, vt φοῖνιξ, δοῖδυξ, & huiusmodi, tanquam vltima natura breuis sit, & positione tantum extendatur: in obliquis tamen natura produci, citans illud Oppiani:

B *Κήρυκες τε μύες τε καὶ ἀτρεκὲς ἔντομα σώλων.*

Κηρύκιον vox est diminutiua apud Kiranidem, Hippiattos, Trallianum. Illud notare liber (inquit *b* Hermolaus) ceryces à nostris verbum ex verbo buccina conuersos esse, quod κῆρυξ idem sit quod præco; quanquam & à cera, quam muco similem attritu mutuo saliuant, cognominari posse videantur, quod Græci κηλᾶξαι dicunt. Bellonius buccinum ab alijs vocari tradit, vel quod buccis admotum sonos musicos edat, vel quod buccas inflare tubicines cogat. Eius enim concha antiquis tibicinibus fuit idonea. Hæc ille, sed etymum buccini habemus apud *c* Plinium, dum ait: buccinum minor ad similitudinem eius buccini, quo sonus editur, vnde & causa nomini, rotunditate oris in margine incisa. Buccinus etiam à Per. Gillio masculino genere efferitur alicubi, & buccinus minor, Romanis delphinium est, vt inter homenclaturas apud Dioscoridem legitur. Gaza latine fœmininо genere buccina semper effert; vt etiam Festus, inquiens: Buccina quam nos appellamus, Græci buchia à similitudine soni dicunt. Zoographus ait se audiuisse, hodie à Græcis φήκινον appellari. Στρόμβος & στρόβιλος etiam buccinum quandoque significant: Scholiastes Nicandri, τὸν στρόμβον ἔλεγον οἱ Ἀρχαῖοι ὄστρακον τῶν κογχυλίων οἷς καὶ ἐχρῶντο ἀντὶ σαλπίγγος, vt & apud latinum poetam

C ——— *Dum personat æquora concha:*

& apud Ouidium:

Cæruleum Tritona vocat, Conchamq; sonanti
Inspirare iubet, fluctusq; & flumina signo
Iam reuocare dato.

Σάλπιγξ item Græcis non solum buccina & tuba est, sed etiam apud Hesychium buccina piscis seu turbo, nec non auis. Dentale vulgo dictum à recentioribus medicis, nõnulli buccinum interpretantur, vt antale purpuram. Nos de vtroque diximus in purpura. Buccinum Northmannis dicitur teste Roberto Constantino Randemer, Venetijs bouolo di mar. Massilienses, vt Gillius scribit, purpuras & murices & buccinos (sic habet) vocant bios. Et rursus: Ligures buccinos nunc vulgo Corneios nominant; Massilienses bios cornetos, Græci quidam hac ætate strophylidas.

Buccinum pro aculeata purpura.
Casauboni error.
Buuoali.
b In Corol. Diosc. lib. 2. c.205.
Etymum.
c Li. 9.c.36.
Buccin' minor quid.
Strombus & Strobilus buccinum significant.
Dentale.

GENVS. FORMA. DESCRIPTIO.

D Buccina turbinatorum è genere esse habemus apud *a* philosophũ non vno in loco, ac nominatim, vbi scribit in hæc verba: Turbinati generis alia in anfractum intorta sunt, vt buccina: alia in globum tantum circumacta, vt echinorum genus, nec non biualuium, &c. Alibi etiam buccinas restatis πεζοδρομοῦς, id est, gressilib. annumerat. Quod ad formam attinet, Speusippus apud Athenæum inter se similes esse tradidit ceryces, purpuras, strubos & Conchas. Est vero buccinum magnum, & buccinum paruum; cuius concha spira tuberculis exasperata cingitur. *b* Aristoteles testam buccino scabram tribuit. Ouidius quam breuissime figuram sic perstrinxit

——— *Caua buccina sumitur illi*
Tortilis in latum, qua turbine crescit ab imo.

Bellonius buccini concham vt plurimum minimi oui magnitudinem non excedere testatur, striis in tergore quinas habere, vt nerua, plerisq; in gyrum tuberculis obtusis, breuibusque obseptas, multo quam in purpura frequentioribus. Sed vbi in clauiculam desinunt, vnicum tantum eam comitari. Interna parte incisam oris rotunditatem habere, turbinum modo, & canalem ad latus, per quem linguam exerat, purpurarum modo: eodemque operculo contegi, quo etiam turbinata omnia, ne in testas contracta ab externis offendantur. Colorem testæ intus lacteum, foris esse fuluum, tantaque magnitudine nonnunquam crescere, vt ad Carteiam purpuræ & buccinæ decacotyli, id est, decem cotylarum capaces reperiantur. Hæc ille, qui & ante paucula interiecta dixerat buccinæ concham esse turbinatam, & in anfractum intortam, sed quam purpura minorem: indeque à quibusdam filium purpuræ dici; nullis item aculeis exeritis clauatam apparere, quemadmodum purpuræ concha, sed scabram esse, habereque (inter notas à Plinio descriptas) rotunditatem oris in margine incisam. *c* Plinius quoque buccinum minorem purpuræ Concham esse scribit ad similitudinem eius buccini, quo sonus editur, vnde inquit & causa nomini, rotunditate oris in margine incisa. Cæterum Rondeletius pro minor apud Plinium legit maior, & quomodo apud Athenæum purpuræ filius vocetur buccinum declarare conatur. Verba eius non præteribo. Est ex turbinatorum, inquit, genere, longiore testa, in medio latior est: indeq; in tur-

a Lib. 4. de partib. c.7.
Forma.
b Li. 4. hist. c.4.
Testa buccini.
Magnitudo
Operculũ.
Color testæ
Filius Purpuræ putę curdicatur.
c Li. 9.c.36.
Plinius correctus.

in turbinem longum deſinit: altera parte margine in longum procurrente: atq; illic rotunditaſe otis inciſa. Tota intus læuis eſt & candida, foris tuberculis multis atque exochis aſpera. Cato intetna partibus quibuſdam ruffa, quibuſdam rubens ſpectatur, intus candida: foramẽ operculo, quod eſt oui ſigura, integitur, & arctiſſime clauditur. Duo buccina hic exhibemus. Vnum interim nihil oſtendens, alterum prominẽte interno corpore & inuerſo operculo. Antiquorum buccina eſſe declarat ſuccus dilucior & minus floridus quàm in purpuris, quod de buccino tradit *d* Plinius: Buccinum per ſe damnatur, quia fuſum remittit. Teſta ſcabra & aſpera, ſed neque aculeata, neque clauata. *e* Ariſtoteles: Teſtarum permagna eſt inter ſe varietas: quædam enim læues ſunt, vt vngues, mytuli, & conchæ nonnullæ, quæ galades à quibuſdam vocantur: aliæ aſperæ, vt Limnoſtrea & pinna, & Concharum genera quædam & buccina. Plinius: Præterea clauatum eſt ad turbinem vſque aculeis in orbem ſeptenis fere, qui non ſunt in buccino. Quæ notæ omnes cum certiſſimæ ſint, & in his buccinis, quæ proponimus maximæ expreſſæ, non poſſum non in eadem permanere ſententia, etiamſi Plinij locus vnus repugnare videatur, in quo hęc ſcripſit: Conchatum ad purpuras & Conchylia eadem quidem eſt materia, ſed diſtat temperamento. Duo ſunt genera, buccinum minor concha, ad ſimilitudinem eius buccini, quo ſonus editur: vnde & cauſa nominis, rotundirate otis in margine inciſa: alterum purpura vocatur, &c. At contra euenit in noſtro littore. Purpura enim ſemper minor buccino reperitur. Sed hũc locum corruptum eſſe docemur veruſtiora exemplaria, in quibus pro minor maior legitur, quemadmodum etiam legendum eſſe res ipſa demonſtrat. Corruptus eſt etiam Athenæi locus, ex quo colligunt omnes, qui de piſcibus noſtro ſeculo ſcripſerũt, buccinum minus eſſe purpura, quod filius purpuræ vocetur. Locus Athenæi eſt huiuſmodi: καὶ δὲ τὸν κηρύκων ὁ Ἄρχιππος τὸ δὲ λέγει κήρυξ ἢ λαοσσὴς τρόφιμος ὡὸς πορφύρας. Vbi pro ὡὸς legendũ eſt ὡς, id. buccinum marinum abunde nutrit, vt purpura. Hæc omnia Rondeletius. Fuit autem Archippus Athenienſis veteris comœdiæ poeta Athenæo teſte, & ſæpe eius verſus ab Athenæo citantur. Et cum ſenarium iambicum verbis, inquit Zoographus, iam recitatis conſtitui appareat, non conueniet, ὡὸς mutari in ὡς, quod Rondeletio placuit. Τρόφιμον etiam non vt ipſe, quod nutriendi vim habeat, exponendum iudicat idem Zoographus, hoc loco, ſed pro eo quod nititur & alitur, vt ſit buccinum maris alumnum, purpuræ filius, vt Cælius Rhodoginus quoque conuertit. Quarat one autem filius purpuræ dicatur, magnitudiniſne, an alia quadam, alijs indagandum reliquit Zoographus. Ariſtoteles in quinto hiſtoriæ cap. 15. operculum otis idem tum purpuræ, quam buccinæ adhærere natiuum quam cæteris turbinatis omnibus auctor eſt. Et in quarto de partibus cap. 5. Operculo quodam congenito, inquit, carni patulæ appoſito clauditur, vt reliqua generis eiuſdem, idq; præſidij cauſa. Qua enim teſta non protegit, facile offendi poſſet ab ijs, quæ extrinſecus inciderent. Et alibi dixerat, *f* Promuſcidas vt purpuræ habent modo muſcarum, quod quidem membrum, inquit, linguæ effigiem præ ſe fert. Habent autem hoc firmum & toroſum, quo ſimiliter vt aſili atque tabani quadrupedum tergora penetrant, imo longe validius: teſtas enim eſcarum poſſunt perforare. Venter os protinus excipit, ſimilis in vmbilicis gutturi auium: habentque parte inferiore duo quædam albida, totoſa, mammis ſimilia, cuiuſmodi catanculas, vel in ſepijs eſſe aduertimus: ſed hæc rotoſiora. Gula à ventre duplex longa porrigit ſe vſque ad papauer: quod poſtremum fundo commiſſum eſt. Hæc ergo vt in purpuris & buccinis conſpicua, in clauicula teſtæ continentur. Quod autem gulæ ſubiungitur, inteſtinum eſt, ipſi cõtinuum ſimplexque ex toto vſque ad exitum: cuius initium circa anfractum papaueris eſt, qua & laxius hæret. Quas vero etiam partes cum cochleis communes buccina habeant, ſupra de teſtatis in genere dictum eſt, & in cochlea repetemus. Ionia ſunt, qui florem eſſe credãt eum, quem purpuræ, vt Ariſtoteles ſcribit, habent & Buccina medium inter papauerculum & ceruiculam, vt Athenæus teſtatur. Eſt autem papauerculum in Buccina pars eius maxime eſculentaque: quanquam omnis callus Pinnæ & Conchylij intectior papauer quoque dicitur. Ego, inquit Hermolaus, in Dioſcoride, non ionia, ſed cronia, hoc eſt, verbum è verbo columellam lego, ita ſcriptum in exemplaribus aliquot inuenias. Rõdeletius in cancelli hiſtoria legit ἴονια, & interpretatur medias turbinatorum partes, circa quas reſtæ volumen clauiculatim intortum, ex Dioſcoride lib. 2 cap. 4. His (inquit) Cancellorum mollis cauda cedens implicatur & alligatur, vt teſtas circumferre poſſint. Sed de hac parte plura etiam in Purpuræ hiſtoria dicemus. Habes hic duas Buccini icones, quas exhibet Rondeletius, item alterius ex Zoographo ſiue Cochleæ, ſiue Buccinæ, quam apud ciuem quendam ſe vidiſſe ait; mucrone pertuſo, circulo ſtanneo ambiente, vt apta eſſet inflari. Rondeletij, inquit, poſita effigies, noſtræ quidem ſimilis eſt, ſed tuberculis rotundis ſcite clauata. Venduntur paſſim huiuſmodi Buccina apta inflari, & ego habeo quod æneus circulus ambit. Habes item aliud genus magnum coloris item violacei, ſed cuius orbes flaueſcunt, & in ore candicat. Zoographus etiam aliud genus Buccini ſe vidiſſe tradit, Purpuræ ſimilius figura & magnitudine propius, quam vllum ex ijs, quæ picta dedit; ſed tuberculis vndique quaque diſpoſitis, deinceps rotundis ſcite omnino eleganterque πίχνοδε clauatum; nec in mucronem adeo exporrectum, ſed capite obtuſiore breuius. Quæ poſtremo loco adiecta eſt icon, pro Buccina peregrina mihi miſſa eſt. Conchylium eſt colore & duritie marmoris, circulis roſas æmulantibus.

Succus.
d *Li. 9. c. 38.*
e *Lib. 4. Hiſtor. c. 4.*
Concharũ duo genera.
Athenæus correctus à Rondelet.
Contra Rõdelet.
Otis operculum.
f *Li. 4. Hiſt. c. 4.*
Venter.
Gula.
Inteſtinum
Ionia.
Papauer.
Dioſc cor. rectus.

LOCVS. NATVRA. ÆTAS.

ARiſtoteles *a* latere ſcribit Buccina, vt Purpuræ, canis exortũ circiter dies tricenos: ſed *b* Plinius, vt dixi, hoc de Muricibus dixit. Atque Buccinum nonniſi petris adhærere, circaque ſcopulos legi: ſed & hoc Ariſtoteles de Apotræde (Aporthaide) inquit Maſſatius, dicere videtur, quam Theodorus Muricem conuertit. Verba Ariſt. hæc ſunt: Naticés ſaxis adhæreſcunt more Patellarum, & Aportadum ſiue Muricum. Tempus viuendi Purpuris & Buccinis ſecundum Philoſophum longum eſt, annos enim circiter ſex viuere tradit in quinto de hiſtoria, capite 15.

a *Lib. 8. c. 13* canis exortu latent.
b *Li. 9 c. 36.*

Ætas.

GENERATIO.

PVrpuræ quomodo generentur, dictum eſt ante. *a* Ariſtoteles buccinis eundem generandi modum eſſe profitetur, idemque tempus: Buccina tamen ante purpuras paullum generari *b* paulo ante dixerat: purpuras nimirum vere, buccina hyeme abeunte. Eodem auctore ſe. men ad generationem nullum habent, & quomodo quaſi à ſeminali natura humores quoſdam in aſcoſos emittant, in purpura dictum eſt ex eodem. Illa enim coagmentatio fauo ſimilis tanquam purgamentum tam purpuris, quam buccinis euenit: nam buccinis quoque fauificare in more eſt, vt ibidem diximus: quod ſane hoc pacto fiũt: Oua ſub lapide prona parte oblonga, albaq; deinceps pendentia diſponunt, quæ ita diſpoſita faui nomen habent, ab apum ſimilitudine. Supini autem ſub lapide ſtabulantur, cum fauiſicant: quo vero tempore fauos extruunt, ſi incoquantur & abſcindantur, oua intra cõtinere comperientur: quæ ſaluano leptore lapidibus & cauribus ferumuinant, vt inde decidere non poſſint: quod tam magno artificio conſtruunt, vt nihil coacetuatum eſſe videatur.

a *Li. 5. Hiſt. c. 15.*
b *Cap. 12.*
Hyeme abeunte generatur.
Vt fauificãt
Aquę ex eis emanantis vis.

VSVS IN CIBO.

BVccinorum carnes, inquit Dioſcorid. ori gratæ ſunt, & ſtomacho vtiles, ſed aluum non mollitant. Archigenes apud Galenum, ex teſtaceis, ſtomachis maxime conuenire tradit buccina, & purpuras Bellonius buccina & purpuras Maſiliæ, Genuæ, & Venetijs ait in cibis experi, ſed buccinæ carnem purpuræ carne dutiorem eſſe. Apud priſcos in pretio etiam fuiſſe inducor vt credam. Charmus enim Syracuſanus inter cæteras parœmias ſeu hemiſtichia, quæ de vnoquoque ferculo in promptu habebat, de buccino hoc vſurpabat

χαίρειν κήρυκες διὸς ἄγγελοι,

ex Homero videlicet, qui de præconibus in exercitu hæc verba protulit: à quibus etiam conchæ iſtæ marinæ, præconum ſuo cum inſtitutum ſono fungentes vice, nomen ſumpſerunt. Alexis etiam buccina, cochleas & bulbos inter cibos celebrat apud Athenæum, Venerem ſtimulantes: præſerti aurem colla eorum video. Diphilus enim Pinnæ, inquit, vrinam cient, difficile concoquuntur, & ſimiliter buccina, quorum colla (πάγχηλοι) ſtomacho conueniunt, ſed difficulter concoquuntur, quamobrem ijs, qui ſtomacho infirmo ſunt, conducunt, difficulter etiam excernuntur, alunt mediocriter. Papauera verò eorum circa fundum tenera ſunt, & facile corrumpuntur. Hicesius quoque, buccinorum colla, inquit, ſtomacho apta ſunt, & minus alunt, quam muſculi, chamæ, pectines. Proſunt ijs quibus eſt imbecillus ventriculus, ac quibus non facile cibus ad interiora ex aluo digeritur, quoniam vix corrumpuntur. Nam quæ in confeſſo eſt facile coqui, è diuerſo incommoda ſunt eiuſmodi ventriculi affectui, quia paruo negotio ideo corrumpuntur, quod tenera ſint ac ſtatim diſſoluantur, (liquentur & in chyli naturam vertantur, ſed praui & improbi,) Quamobrem horum papauera (excrementa in omnibus fere teſtaceis, quæ membrana continentur ad extremam fere reſtæ partem, eſu ſuauiora reliquis partibus) quæ ſtomacho valentiori non conueniunt, debiliori ventriculo congruunt. Alunt magis & delicatiora ſunt purpurarum, quam horum papauera, ſed actiore, inſuauiore, & ad ſcyllam magis accedente guſtu, qualis eſt totius conchylij. Exactius omnium Xenocrates de buccinorum alimento ſcripſit in hæc verba. Buccinę ſunt duriores purpura; & magnitudine ac loco differunt, tripliceſque vires habent teſtę, colli & excrementi in teſta contenti. Nam ſcabra ſubſtantia piſcis alium ſiſtit, ac præcipue ſi aſſetur: contra magis facit elixa. Collum earum aluum ſiſtit, difficulterque concoquitur: idcirco ex ſinapi, vel aceto, aut liquore, aut pipere corrigere ipſum debent, qui eodem veſcuntur. Aqua denique, quę ex eis emanat, calefacta ventrem ſuoducit: cum eo vero excremento, quod teſta continetur, cocta, magis gilua fit, & piſcis qualitatem præfert: ſi vero totæ decoquantur, maiorem ſiſtendi vim habebunt, & ſitim offerent: quidam vero eas elixantes lauigant, & æque ac vrticas condiunt, ſiuntque ori gratæ. Luna exoriente plenæ & æſtate graciles.

Ori gratæ carnes.
Stomacho cõueniunt.
Colla præferuntur.
Papauer.
Imbecillis ſtomacho proſunt.
Teſtæ vis.
Colli.

VSVS IN MEDICINA.

AEtius in cura colici affectus à frigidis & pituitoſis humoribus, ex Oſtreorum genere purpuras & buccina reliquis præferenda ſcribit. Trallianus buccina etiam inter alia teſtacea enumerat, quæ raro & modice voluptatis gratia offerre tympanicis conuenit. Et in Cardialgia, Cibaria (inquit) conueniunt, quæ non facile alterentur & concoquantur, & mordacibus, acribuſq; humoribus reſiſtere poſſint, vt ſunt aſtaci, pectunculi, cetycia, id eſt, buccina. In dolore etiam oculorum ex bilioſo & acri influxu, ægrum veſci iubet alimentis mitibus, minime mordacibus & incraſſantibus; inter alia κηρυκίοις. Item in purulentis, ſi ſalſus humor eſt, pectines aut buccina, aut aſtacum dare non eſſe alienum aſſerit. Enumerat vero etiam buccina inter cibos, qui ſucceos vitioſos generant, podagræ pituitoſæ præceſſores. Nicander ſtrombos, pectines, buccina in cibo contra dorycnium celebrat; & Kitanides contra cicutam. Galenus alias inter abſtergentia, quæ pilos attenuant, buccinorum aliorumue oſtreorum teſtas vſtas connumerat; alias vrine cui penis arrigi poſſit, buccinum vſtum lotio bouis caſtrati extringui iubet: hoque in cibis aut potionibus vti, quod vero remanet in vaſe

Ad Cardialgiam.
Ad oculorũ dolorem.
Contra dorycnium, & cicutam.
Ad penem arrigẽdum.

Ad otis tetros odores

vase reponi. Ad otis tetros absque vlcere odores, ex eodem: Ex ostreis, purpura & bucciuo cum myrrha vtuntur quidam: cumque cubitum eũt aceto acerrimo colluunt. Ad parotidas emplastra quædam molliora fiunt, vt idem Galenus alibi tradit, cerati forma, ex butyro vel œsypo conflata, ostreis aut buccinis, aut purpuris vstis additis. Ibidemque nimirum in libris de compos. med. secundum locos Archigenes adversus idem malum buccina marina, aut purpuras vstas melle aut axungia excipi & imponi iubet, vt confestim discutiantur. Ait etiam, buccina, purpuras, & ostrea, vsta cõuenire indurescentibus, ac vetustis inflammationibus. Ad chœrades discutiendas, Hippiatros quidam, ceryciа marina vri iubet, & eum melle cocta cataplasmatis instar imponi. Ad alopeciam & omne defluuium capillorum alphosq; diuturnos, hoc mirabile habet Nicolaus Myrepsus: Buccina vsta & trita in oleo veteri sufficienti subigito, & ad glutinis crassitudinem reducito: raso prius & fricto, illinito. Ad auris dolorem à calore, ex eodem: Viua buccina in oleo elixa illine. Hoc enim natura lem, inquit, quandam vim in se obtinet. Galenus præterea ad ephelidas & lenticulas, purpuras & buccina, vbi expiscatus fueris, iubet in ollulam conijci, & in furnum assanda mitti, deinde ex melle tritis vti. Et apud Aetium quoque medicamentis ad impetigines miscentur testæ buccinorum vstorum. Testatur Zographus vulgus apud Germanos inferiores & oceano vicinos contra tussim, inanem præsertim & puerorum, potum solitum è buccini, vel cochleæ marinæ (Kinckhorn ipsi nominant) cõcha haustum prodesse putare. Ioan. Guinterius Andernacus buccina ex succo limonum detrita ad genas mulierum dealbandas commendat, præsertim si aliquid argenti viui sublimati, vt barbare vocant, ijsdem inieceris. Paulus Ægineta in suis succedaneis, item Galenus buccinorum loco ostrea substituunt: Dioscor. verò mitulos crematos eundem buccinis effectum præbere scribit: nec nõ buccina cremata eadem præstare quæ purpuræ, sed vehemẽtius vrere, si quis salis plena fictili crudo adurat, dentifricio conuenire, ambustis vtiliter illini, quibus solui medicamentum non oportet: nam posteaquam vulnus cicatricem duxerit, ipsum in testæ modum induratum, sponte sua decidere. Fieri denique etiam ex buccinis calcem.

Ad alopeciam.

Ad Auris dolorem.

Contra tussim.

Ad ambusta.

Calx.

CAPVT VII.

DE BVCCINO PARVO ET STRIATO Rondeletij.

Buccina Plinij minor.

INter Buccinorum genera, inquit Rondeletius, hęc duo reperiri, pũtuum, lineis frequẽtibus asperiusculum: vt fortasse illud sit buccinum Plinij purpura minor, ijs quibus vetustior Plinij lectio non placeat, neque succo neque partibus internis à superiore differt. Alterum huic simile est, nisi quod lineas prominentiores habet, & transuersas, vt striatum merito dici possit. Est & testa spissiore durioreq;. Habes hic præter duas Rondeletij icones, duas alias paruas, admodum inuicem differentes, ex Zographo, vnam ab eo ad nostras conchas effictam, alteram eum duobus mucronibus, quales ego etiam inter turbines depingam, cum purpuram ferre dubitem. Addidi denique & ego Bucciui patui genus, quod à Rondeletij paruo buccino parum differt.

CAPVT VIII.

DE MVRICE.

ÆQVIVOCA. SYNONYMA.

Murex multa significat

MVtex, inquit Rõdeletius, nomen est polysemum. Significat enim in primis non solum Buccinum, vt nonnulli voluere, siue Ceryceem, sed & Purpuram, vt recte iudicauit Hermolaus, nec non etiam Conchylium proprie dictum, vt mihi videtur, quanquam in hac significatione in promptu non sit auctoritas aliqua veterum: conijcio tamẽ id inde, quod Murex passim accipiatur pro omni purpureo colore, sitne vel Purpuræ, vel Buccini, vel Conchylij: idem enim est tinctum esse Mutice, quod tinctum esse Purpura, vel Cõchylio. Atque in hac significatione Muricem mihi accepisse *a* Plinius videtur, dum ait: Transalpina Gallia herbis Tyrium atque Conchylium tingit, omneisque alios colores, nec quærit in profundo Murices. Ita quoque *b* Scaliger, ostẽdens animalia nonnulla nunquam mutare locum: quale est, inquit, Muricum genus, adhærens saxis, nobile diuini carmine Maronis. Sumi vero ptiuatim pro purpura constat ex hoc Martialis:

Mutex pro purpureo colore.

Pro colore ex Murice.

a *Li. 22. c. 2.*

b *Lib. 1. de plant.*

Pro purpura.

Sanguine de nostro tinctas ingrate lacernas
Induis, & non est hoc satis, esca sumus.

Indeque & Murex Tyrius à Virgilio dicitur:

——— Tyrioq; ardebat Murice lena

Et ab Ouidio Phocacius. Neq; aliam ob causam Murex pro asperitate sumitur: Purpura enim acutissimos inter cæteta Testacea aculeos habet, ita Virgilius dixit:

Pro asperitate.

——— Et acuto Murice remi
Obnixi crepuere.

Sic quoque carduis muticata dicuntur caeumina, id est, aculeata. Ita quoque Murices vocantur machinulæ ferreæ, dolosæ, tetragona forma, quæ in quamcunq; partem incubuerint, vnum aut plures aculeos infectos protendunt. Meminit *c* Q. Curtius his verbis: Bion quidam transfuga nunciat regi murices ferreos in terram defodisse Darium, qua hostem equitem emissurum esse credebat. Meminit & Valerius Max. de Scipione Æmiliano: Suadentibus quibusdam, vt circa mœnia vrbis, quam obsideret, ferreos murices spargeret, ne subita eruptione hostes impetum in præsidia nostra facere possent. Vocantur à Græcis τρίβολοι, vt recte annotauit Budæus, vt & herbæ quędam muricatis similiter seu mucronatis petiearpijs, vna terrestris, altera aquatica. Erant vero, vt apud Hieronem est videre, tria muricum genera, quibus in militia prisci bellatores vtebantur, nempe ferrei, quos dixi, item lignei, & lapidarei: sed & ferrei ignem artificiosum ferentes, quibus mucronibus sũ s vbicunque iactati fuerint, affiguntur, & flamma quam gestant, locum, cui affixi sunt, comburunt, de quibus etiam igneis ferentibus idem Hieron. meminit: ex his duo posterna, præsertim tertium, vsq; in hodiernum diem in vsu sunt. Ex quo arbitror M. Catonem censuisse forum muricibus sternendum, quod scilicet Plutarchus in lib. de fœnore esse ait ἀστῶν χώρον, hoc est, impiorum regionem. Vsus erat eiusmodi muricum vel similium in tormentis, quod me docet A. *d* Gellius, de morte Attilij Reguli agens: Tuditanus, inquit, somno diu prohibitum, atque ita vita priuatum refert. Idque vbi Romæ cognitum est, nobilissimos Pœnorum captiuos libetis Reguli à Senatu deditos, & ab ijs in armario muricibus præfixo destitutos, eademque insomnia cruciatos interijsse. Cum itaq; purpuris acutissimi sint aculei, has potius murices, quam buccina priuatim, vocandas arbitrarer, quanquam mutices ceryces vetta nonnunquam Plinius: nec placet eorum iudicium, qui, proprie solum buccinum significare volunt: buccino enim qui aculei? Appelloq; vna cum Rondeletio murices, qui & turbinati sunt, & longos firmosque aculeos siue clauos habent. Probo item Perotti etymum, qui murices dici existimat ab asperitate murorum. Sic quoque *e* Isidorus, murex, inquit, cochlea est maris dicta ab acumine & asperitate, quæ alio nomine conchylium nominatur, propter quod circumcisa ferro lachrymas coloris purpurei emittat, ex quibus purpura tingitur, & inde ostrum appellatum, quod hæc tinctura ex testæ humore elicitur. Nõ probo vero eos, qui à Græco vocabulo κήρυκες, latinum murices desumptum conijciunt, ex quibus sunt Bellonius & Zographus. Præterea præter Buccinum cõcha Venerea muticis nomine comprehenditur à *f* Plinio, vt dum scribit muticem latiorem purpura, neque aspero, neque rotundo, neq; in angulos prodeunte rostro, sed simplice concha, vtroque latere sese colligente. His enim verbis concham veneream descripsit, vt suo loco patebit. Pro buccino accipi ab eodem cum in purpura, tum in buccino dictum est. Idem Plinius denique muricum generis esse scribit, quæ vocant Græci colycia (alij corycia) turbinata æque sed minora multo: efficaciora etiam & halitum oris custodientia. Athenæus vero hęc (inquit Hermolaus) non muricum, sed chamarum generibus contribuit, easque in Macedonia κωρύκας dici; Athenis κρείδες, in cætera Græcia tracheas, hoc est, asperas vocari prodit, quod & Plinius secutus fere, alicubi videtur, sic ille. Noster *g* Plinij codex sic habet, Muricum generis sunt, quæ vocant Græci colycia, alijs corythia, turbinata æque, sed minora multo. Hermolaus corycia suspicatur legendum, quod Athenæus scribat, chamæ genus quoddam Græcis vocari κωρυκὲς in Macedonia, quas Athenis κρείδες dicant. Sed Muricum & Chamarum genus diuersum est. Hoc etiam animaduertendum, inquit Zograph. post corophia, aut potius corythia in verbis Plinij, commaris nõ puncti notam esse signandam, vt per appositionem mox sequatur, cõcharum geneua. Wottonus tamen coryphia (sic enim legit per y. non corythia) à colycijs corythijsue non distinguit. Congenerum omnium, inquit idem Wottonus, quæcunque scilicet turbinati sunt generis suauissima iudicantur coryphia: Suntque ori & stomacho grata: aluumq; & vrinam cient, atque oris bonum reddunt odorem. Copiosius alunt iurulẽta, assa vero dura sentiuntur. Horum papauer buccinorum more stringit potius. Iam vero muricem colorem purpureum (nimirum quemlibet, purpuræ, buccini, & conchylij) Nonius significare scribit. Et sacrum muricem apud iurisperitos ideo nonnulli dici volunt, testãte Cælio, quia eo inscerentur vestes Imperatoriæ.

Tribuli herbæ.

Muticata cacumina quid.

c *Lib. 4.*

Murices ferrei.

Muticũ bellorum tria genera.

d *Li. 6. Att. noct. c. 4.*

Murices qd proprie sint

Etymon.

e *Lib. 12. Origi. c. 6.*

Contra Bellon. & Zoographum.

f *Lib. 9. c. 25.*

Conchæ Vereneæ descriptio.

colycia muricũ genus.

g *Li. 32. c. 7.*

Plinij locus notatus.

Pro colore.

Sacer murex cur dicatur Iurisperitis.

Horatius:

Te bis Afro murice tincta vestiunt lana.

Præcipue tamen colorem purpurę significat: quare & apud Cælianum legitur, vt Bayfius citat, Murices quoque purpuræ vsum præstant, in Tyro nobiles. Horatius in epistolis:

Muricibus Tyrijs iterata vellera lanæ.

Ouidius quoque Tyrium muricem de purpureo colore dixit:

Nec qua de Tyrio murice lana rubet.

Item alibi:

Phocaico bibulas tingebat murice lanas.

Virgilius:

Ipse sed in pratis aries iam suauе rubenti
Murice.

Et alijs in locis, quæ vti etiam aliorum auctoritates cum sint innumeræ, superuacaneum fuerit citare. Κάλχλω dixi esse florem vel animal, quo tingitur purpura, scilicet ex Scholiaste Nicandri, qui præterea in hunc eiusdem poetæ locum: φρόμεσσιν δὲ πολὺ πλέον, ἤτοι κάλχης Κηφφίδος, annotat κάλχλω esse speciem πορφύρας, id est, purpurę qua mulieres tingant κάλχιον; vnde καλχαίνειν, τὸ πορφύρειν. Scholiastes Sophoclis dicit esse κόχλον. Κόχλον autem sunt, qui velint esse piscem à Latinis Muricem appellatum, diuersum à purpura. Vtcunque sit, κάλχη non male exponitur purpura (intelligo autem de pisce) quam & κάλυκα vocari tradit Hesychius: nam de κάλυξ luqueus, ait: σημαίνει δὲ καὶ τὴν θαλασσίαν πορφύραν.

Κάλχη.

Κόχλος.

Κάλυξ.

GENVS. FORMA.

PErottus purpuras inter conchas potius enumerat, muticem inter ostrea ob scabritiem corticis: quod idcirco nõ laudat Zographus, quoniam scabrities testarum lõge diuersa est, in ostreis superficie tota exasperata, in muricibus vero & purpuris eminentibus per intervalla aculeis quibusdam. At vero nullo modo accipiendam esse eam opinionem ex superioribus liquere potest, in quibus muticem de purpura quoque sumi determinauimus: approbauimusque iudicium Rondeletij, qui mutices longos & firmos aculeos habere voluit, quod Plinius quoque

Contra Perottum.

Murices inter Cõchas numerari.

quoque comprobare videtur, dum ait: Firmioris iam testæ murices & concharum genera. Sed cum buccina, quæ & ipsa murices Plinio vocantur, aculeis careant, ac tantum obtusa habeant tubera, existimo, vt ante etiam dixi, muricem præcipue purpuram significare ob allatam rationem. Præterea epitheta muricum purpuræ præcipue conueniunt vt Afer, Tyrius, Sidonius, Getulus, Baianus, Phocacius, Tarentinus, Assyrius, Oebalius. Ab hisce enim locis purpuram celebrati in purpura dictum est: cætera vero epitheta, quæ à colore petuntur, ad buccinum quoque minus quam ad purpuram extenduntur (purpuræ colorem ex Plinio, buccini colori prætulimus) vt fulgens, suaue rubens, olidus, auratus, sacer, radiatus, stellans, rutilus, ardens, purpureus, puniceus, flagrans. Murex vero intortus Valerio Flacco, meo iudicio buccinum est, in Argonauticis.

Muricis epitheta.

A

DENOMINATA.

Scolymo muricata cacumina.

MVricis nomen ad aculeos plantarum quoque extendi, quod supra annotabamus, habemus apud Plinium, qui Scolymo muricata cacumina esse dixit: & alibi, carduo cum satiuo, tum sylueſtri, folia, inquit, pauca, spinosa, muricatis cacuminibus. Murieati gressus Fulgentio: sunt formidulosi & pauendi. Inuenuit (inquit) arua, quibus adhuc impressæ bellantium plantæ, muricatos (quod aiunt) sigillauerunt gressus. Mut catum, aduerbium, inquit Budæus, est conuolutum, in modum muricis: sic Plinius, vertice dixit muricatim introuo, quod Columella, margine in mucronem emisso. Colores, muriceus ostrinus, conchyliatus, à Thylesio nominantur cum purpureo. In Codice Iustiniani lib. 11 tit. de monetarijs & murileguli, murileguli Budæo dicuntur, quasi muricarij à muricibus legendis.

Muricati gressus qui Muricatim.

B

VSVS IN CIBO.

Salsedo vt eximatur.

XEnocrates, vt in interpretatione Ioannis Baptistæ Rasarij legitur, murices scribit esse salsos, virosos; verum succurri eis liquore Cyrenaico, ruta & aceto: ventrem turbare, vrinam ciere, oti ingratos, cōcoctu difficiles, obstruere crasso sanguine, pituitam gignere, & magis adeo iccentes: idcirco parandos esse cum acribus, vt sinapi, eiue aque: assos difficulter secedere, magnam sitim inuehere, grauareque: elixatos, contritos & conditos, minus virosos esse. Attamen conchula marina, purpura, & murices tanquam cibi stomachum roborantes laudantur à Scribonio Largo composit. 104. & Celsus quoque murices cibis stomacho aptis annumerat: item apud Macrobium murices cum alijs conchis apponuntur in epulo, quo die Lentulus flamen inauguratus est: denique apud *a* Horatium legimus in Sermonibus:

Stomachū roborant.

a Sat. 4. li. 2.

Murice Baiano melior (alias potior) *Lucrina peloris:*

Coquuntur autem murices & purpuræ, vt scribit Platina, eodem modo quo cætera conchylia.

VSVS IN MEDICINA.

Ad pilos è mammis tollendos.

MVricum carnes appositæ, pilos in mammis tollunt. De malo quidem pilari in mammis qui voluerit, legat ea, quæ in cancris fluuiatilibus diximus. Muricum cinerem cum nominat Plinius (nam is fere solus ex eis hoc nomine remedia præscribit) ex testis duntaxat crematis cinerem intelligi vult Zoographus: id quod, inquit aliquando exprimitur, pletunque omittitur. Semel tamen ad discutiendas verendorum pustulas, Muricum (inquit, nimirum Plinius) vel purpurarum testæ cinis cum melle prodest: efficacius crematarum cum carnibus suis. Videtur autem eadem ferme vis & communis testarum maris omnium cineri inesse: nisi quod efficaciorem ex durioribus solidioribusque testis existimo. Et quoniam κήρυκες Plinius alias murices, alias buccina interpretatur: remedia quæ superius buccinis attributa sunt ex Græcis auctoribus, muricibus etiam Plinianis prorsus cōuenire idem Zoographus existimat: mihi purpuris quoque ea conuenire videntur, cum scilicet purpuras vna cum muricibus non coniungit, vt aliquoties facit, nam sic buccina intelligit. Mituli quoque cremati eundem buccinis effectum præbent, teste Dioscoride: addit Zoographus, paulo iguauiorem: purpuræ vero & conchylia vndiquaque similem. Pro buccinis ostrea substituit auctor antiballomenōn. Mituli quoque vt murices, cinere causticam vim habent. & ad lepras, lentigines, maculas. Lauantur quoque plumbi modo, ad genarum crassitudines, & oculorum albugines, caliginesque, atque in alijs partibus sordida vlcera, capitisque pustulas. Hæc Plinius, ex quo sequentia etiam remedia omnia, vbi alterius auctoris nomen non adderur, decerpsimus. Myaces cremati, vt murices, morsus canum hominumque cum melle, lepras, lentigines sanant. Muticum cinis cum oleo tumores tollit. Muricum vel purpurarum cinis vtroque modo, siue discutere opus sit, siue concoctos emittere, panis resistit: quidam ita componunt medicamētum: ceræ & thuris drachmas xx spumæ argenti xt cineris muricum x. olei vetetis heminam. Capitis vlceribus muricum vel purpurarum testæ cinis cum melle vtilitet illinitur, (item) conchyliorum: vel, si non vrātur, farina ex aquu doloribus. Muricum vel conchyliorum testæ cinis maculas in facie mulierum purgat cum melle illitus, cutemque erugat, extenditque septenis diebus illitus, ita vt octauo, candido ouorum foueantur (alias foueatur.) Muricum generis sunt, quæ vocant Græci colycia, alij corythia, turbinata æque, sed minora multo, efficaciora etiam & oris halitum custodientia. Parotides muricum testæ cinere cum melle, vel conchyliorum ex mulso curantur: Testis cadi salsamentarij tusis cum axungia vetere, muricumque cinere ex oleo ad parotidas strumasque vtuntur. Muricum cinis dentifricium est. Sammonicus

Ad pudendorum pustulas.

Cinetis vis caustica.

Ad canum morsus.

Ad lepras.

Ad tumores.

Ad panos.

Ad capitis vlcera.

Ad faciei maculas.

Dentifriciū

Ceruino ex cornu cinis est aut vngula porca

C

Torrida, vel cinis ex ouis, sed non sine vino:
Muricis aut tosti, vel bulbi extincta fauilla.

Mammas muricum vel purpuræ testarum cinis cum melle efficaciter sanat. Carbunculos de veneris exterminat muricum vel purpuratum in carbonibus vstarum cinis cum melle permixtus, vt Marcellus Empiricus ait. Plinius hoc remedio, efficaciore si cum carnibus suis crementur, pustulas verendorum discuti scribit. Oleum cicinum cum cinere muricum, sedis inflammationibus prodest, item psoræ.

CAPVT IX.

DE MVRICE MARMOREO Rondeletij.

Nominis ratio.

MVrices, inquit Rondeletius, hic appello, qui & turbinati sunt, & longos firmosque aculeos siue clauos habent, quos, vt internoscerentur, quam maxime proprijs nominibus potuimus, distinximus. Eum quem hic exhibemus, à candore duritia que, qua marmor candidum æmulatur parte externa, marmoreum appellamus. Parte interna ex albo purpurascit. Testa grauis est, dēsa, solida, aculeis multis horrens, figura inter buccinum & conchylium media, ampla, vt merito δεκάστυλος dici possit, quemadmodum purpuræ species quædam. Tetreæ est substantiæ, frigidæ & siccæ eum detergendi vi, ob salsuginem quam seruat. Quare ad dentifricia vti possumus, & in epuloticis medicamentis. Vritur facile, atque in cinerem redigitur, & acrimoniam aliquam ob empyreuma acquirit, quam diligenti ablutione deponit. Calcis itaque modo elota eum oleo rosato in vnguentum reducitur. Ambustis medetur, cicatricemque pulchram inducit. Adhæc omnia feliciter vti possumus. Carnem atque operculum, purpurarum, buccinorum carni operculisque recte assimilari iudico: sed hæc in vniuersum de muricum substantia dicta sint. Hæc Rondelet. Cuius ego iconi aliam adieci cuiusdam muricis, vel consimilis conchylij buccinæ ab vna parte similis, sine vllis aculeis, sineq; vlla asperitate, in medio dorso tubera habet, sed valde obtusa & depressa, & turben eius pro tota cochleæ portione exiguum quinque inuolucris constans. Substātia tota est marmorea duritie, color cum intus, tum foris flauescit, & nonnullis in locis candicat. Supina parte valde latus est, & longe vltra turbinem latitudo extenditur: foramen a mediam fere partem occupauit, quasi vt in conchis veneris conspicitur, vt inde fortassis Plinius has quoque sub muricis appellatione comprehenderit. Aliam addidit figuram Zoographus, quæ quoque hic adiungitur: Ait esse conchæ cuiusdam seu muricis Orientalis, quam Venetijs se nactum scribit, & in ea margaritas quoq; gigni, à quodam audiuisse, sed nescire se quam vere. Color forinsecus pallescit, inquit, intrinsecus cum pulchetrimo splendore ex albo roseus est. Labrum exterius protendit se & dilatat in marginem: mucrones infra caput seu conum testæ duo magni, sed obtusi prominent. In ipso cono patui admodum & subrotundi per spiras deinceps non aculei, sed tumores visuntur. Addidi item ego alium marmoreum muricem, turbine acutissimo atque longo & exili, vndique striatum, aut potius vndatum. Habes deinde alios duos murices marmoreos, vnum item totum candidum; alterum purpurascentem. Postremo loco datur marmoreæ duritiæ murex aspetis mucronibus insignis, colore rubro, cinereo & albo, prona & supina parte depictus.

Testæ descriptio.

Ad dentifricia.

Alterius descriptio.

Alterius forma ex Zoographo.

D

CAPVT X.

DE MVRICE TRIANGVLARI.

HIc altera parte Murex, inquit Rondeletius, planus; altera fere rotundus, sed ita, vt vtrinque duo sint latera, tertium plana pars afficiat, à qua figura, quæ huic propria est, triangularis iure dicitur: aculeos habet breues & firmos, vario est colore, foramen duplex habet rugosum, quo ob testæ amplitudinem & breuitatem, sonus editur grauis & tristis. Testa tota ad Conchylij testam magis accedit. Operculum quum vritur, fumum emittit, ob id pingue aliquid habet. Quare in oleo amygdalino decoctum in autium doloribus vtiliter vsurpatur.

CAPVT XI.

DE MVRICE LACTEO

MVricem, quem hic ex Rondeletio repræsentamus, à lacteo colore lacteum nuncupauit. Turbine, inquit, obtusiore est, quam cæteri. Exochas & tubercula potius habet, quam clauos siue aculeos. Testa ad fucos vti possumus Concharum Venerearum vice. *a* Quem Lacteo ei Murici coniunximus ceu vel eundem, vel saltem congenerem, exochas habebat paulo longiores, quam monstrat icon Rondeletij, pauciores que, vtpote ternas tantum: Præterea angustioti est foramine, quin & toto corpore, quod longitudine sua vix septem digitos transuersales non excedit: postremo turben eius oblongum, & in acutum desinens, fere vt in turbinibus proprie vocatis, atque in eo sex volutæ, exiguis tuberculis decoratę. Addidi præterea alios duos, vnum turbine acutissimo & amplissimo foramine. Alterum longe minorem turbine item acuto, mucronibus insignitum rectis, bteuibus, obtusis, colore sub cinereo.

a Cap. 52. cap. 4.

E

DE


TAB: VI.
Murex marmoreus Rondeletij. Stachel schneck, bünde
1
Murex marmoreus supine depictus Bündte Stachel schnck.
2
Murex marmoreus idem prona parte pictus Stachel schnck.
3
Murex marmoreus Zographi Bündt Stachel schneck
4
Murex marmoreus striatus & Virgatus. Bünde Stachelschneck.
5
Murex marmoreus purpurascens. Purpurfarb Stachel schneck
6
Murex marmoreus candidus. Weisslecht Stachel schneck
7
Muricis species appendicibus asperis, Colore rubro, cinereo & albo, prona ac supina parte depicta
8
9
Murex triangularis Rondeletij Drey ecket Stachel schneck.
10
Murex lacteus Rondeletij Milchfarb Stachel schneck
11
Murex lacteus noster primus
12
Murex lacteus
13
Murex lacteus authoris tertius
14
Murex orthoetros purpureus Purpurfarb Stachel schneck
15
Murex coricordes Rondeletij
16
Murex coracoides idem ex Zographo.
17
Aporrhaidis pars interna. Stachel schneck
18
Conchylium Rondeletij, cum suis operculis Vna cum operculo purpureo. Meer Schneck
20
Aporaidis Aristot. pars exterior
19
21
22
23
24
25

CAPVT XII.

DE MVRICE PVRPVREO ORthocentro.

A Rubicuudo colore, & rectitudine aculeorum Muricem, qui hic modo depingitur, nominaui orthocentrum purpureum. Totus enim intrinſecus & forinſecus rubet, magis tamen intrinſecus. Turben vero eius candicat. Mucrones haber duodecim rectos, robuſtoſque, in ſiniſtro quam in dextro latere longiores. Sex conſtat volutis, ac in ijs exigua quædam & obtuſa habet tubercula.

CAPVT XIII.

DE MVRICE CORACOIDE Rondeletij.

Nominis ratio.

VT Anatomici, inquit Rondeletius, omoplatæ appendicem à roſtri coruorum ſimilitudine, coracoidem appellarunt, ita nos muricem hunc coracoidem ab aculeis infirmis & roſtris coruorum ſimilibus, à nota illuſtriore & huic propria nomen ponentes. Hæc ille. De colore interim & magnitudine nihil addit: vnde albidum eſſe ſuſpicor.

Ex eodem CAPVT XIV.

DE APORRHAIDE.

Caro.

An Aporrhaides ſint ex muricũ, an lepadum genere.

Vt ſaxis adhæreant.

Opculi vſus in turbinatis.

Colycia eſſe Apotrhaides.

Plinius correctus.

APorrhaidum duobus in locis meminit Ariſtoteles: Gaza muricis interpretatus eſt. Natices (inquit) ſaxis adhærescũt more patellatum & muricum (ἀπορραϊδων) ac cæterorum generis eiuſdem, nec niſi tegmine dimoto adhærent, quod velut operculum ſibi poſſident. Vſum enim, quem biualuibus pars vtraque adminiſtrat, eundem altera exhibet turbinatis. Caro ipſius, qua oris habitus. Modus hic idem muricibus (ἀπορραϊσι) purpuris, atque omnibus generis eiuſdem. Ex his ſunt, qui dubitandi occaſionem ſumant, ſintne aporrhaides in muricum, an in lepadum genere. In lepadum quidem genere nec ab Ariſtotele, nec ab vllo alio diſerte ponuntur: duas enim duntaxat Lepadum ſpecies ponit Ariſtoteles, λεπάδα, & λεπάδα ἀγρίαν. Sunt tamen, qui ex Lepadum genere eſſe indu effici putant, quod Lepadum more ſaxis adhæreant. Sed non recte. Nam quamuis Lepadum more adhæreãt Aporrhaides, non inde tũ efficitur, eiuſdem generis eſſe cum lepadibus. Etenim neritæ adhærent vt lepades, vt ibidem dicitur, tamen à lepadibus genere differunt. Quod ſi quem mouere debuit Ariſt. locus, in quo vna cum lepadibus Aporrhaidum meminit, & is qui mox ſequitur, ab ea ſententia abducere debuiſſet, in quo cum purpuris & turbinatis Apotrhaides numerat. Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ἔχει τοῖς ἀπορραΐσι, καὶ τοῖς πορφύραις, καὶ πᾶσι τοῖς τοιούτοις, quare aporrhaidem in turbiuatorum genere eſſe cenſeo, vt ex ſuperiore Ariſtotelis loco diligentius animaduerſo perſpicuum eſt. Etenim vt lepades adhærent ſaxis, ita neritæ, Aporrhaides, & omnes eiuſdem generis adhærent ſaxis, ſed alio adhæſionis modo. Nam lepades parte altera detecta, & carnem oſtendente affixæ ſunt: neritæ vero & Aporrhaides acclinato tegmine, quod illis eſt operculum, ad ſaxa quemadmodum videmus cochleas terreſtres ſaxis & truncis arborum, qua parte carnem oſtendunt, veluti agglutinatas. Ergo operculum habent Aporrhaides & Neritæ, id quod proprium eſſe turbiuatis iam diximus. Quibus ſubdit Ariſtoteles opercuium neritarum, aporrhaidum atque aliorum turbiuatorum eundem præſtare vſum, quem in biualuibus conchis teſtam alteram. Quemadmodum enim in biualuibus, cluſilibus & reſeratilibus à duabus teſtis tota interna cato tegitur, ita à turbiuata teſta, & addito fotamini carnem oſtendenti operculo tota turbinatorum caro occulitur. Ex his efficitur, Nerites & Aporrhaides in turbinatis haberi. Ac Aporrhaidem recte muricem mihi videtur Gaza conuertiſſe, ob aculeos multos & longos, atque acutos, quibus murices omnes armati ſunt, qualis eſt hic quem propouimus. Dicam præterea, quod ſuſpicionibus & cõiecturis tantum inductus de Aporrhaide ſentio. Nimirum eſſe eius muricum, ſiue turbinatorum generis, cuius mentionem facit Plinius libro 32. Muricum generis ſunt, quæ vocant Græci Colycia, alij corythia, turbinata æque, ſed minora multo, efficaciora etiam & oris halitum cuſtodientia. Quod muricum genus priuſquam explicemus, de varietate lectionis dicemus ex Hermolao, qui pro colycia, alij corythia, legendum cenſet ex Atheuæo colycia, ſiue corycia. Etenim chamæ genus quoddam Græcis ait vocari κωρύκας in Macedonia, quas Athenis κρείκας dicant. Cæterum eas non muricibus, ſed (vt dixi) chamis præſertim trachæis adſcribit, quod & Plinio placuiſſe huius libri calce video. Facit hoc generum affinitas. Hæc ſunt Hermolai verba, quæ vero conſentanea mihi non videntur, neque is Pliuij locus ex Athenæo emendari poteſt. Nam ſi κωρύκων nomen chamis competat, idem turbinatis longe diuerſi generis competere minime poteſt. Neque illud verum affinitate generum fieri, vt idem nomen vtriſque conueniat? ob id chamis etiam tribui in calce operis, neque enim ideo poſt chamæ glycymeridas ponit colycia ſiue coryphia, quod chamis id nominis tribui velit, ſed quia elementorum ordine piſces recenſet. Quam ob cauſam poſt chamætracheas, chameleas, chamaeglycymeridas, ſubiungit colycia & coryphia, quia à litera C. incipiunt. Vtroq; igitur Plinij loco coryphæa legendum conijcio, intelligique id muricis ſiue turbinati genus, quod aporrhaidem vocat Ariſt. nomen enim optime quadrat, quoniam κορυφὴ ad omnia extrema & ſumma transfertur; inde κορυφαῖον, quod ſummum eſt & extremum: vnde turbinata hæc in quibus aculei eminent, coryphæa dicentur. Id etiam conuenit, quod multo minora ſint reliquis. Sed hæc pro ſuſpicionibus habeantur. Hæc itaque Rondeletius. Sed de icone quam ponit, nihil loquẽs. Ego binos huiuſmodi murices reſeruo in muſæo appenſos: quorum maior, cuius hic effigies prone & ſupine picta datur, marmorea eſt duritia, & cum forinſecus, tum extrinſecus caudicat: alter, intrus ex albo purpuraſcit: extra fere croceus eſt: Vterque ſeptem habet aculeos, non in dorſo, aut turbine, ſed ab vno tantum latere, canaliculatos fere, hoc eſt, in quorum medio fouea conſpicitur. Turben etiam non vt in alijs turbinatis, integer deſcendit, ſed dimidium eius tantum conſpicitur, nam altera pars intus latet. In dorſo tres potiſſimum habent extuberantias ſeu proceſſus, at in turbine plures, ſed exiguos.

Aporrhaidũ auctoris deſcriptio.

CAPVT XV.

DE CONCHYLIO.

Pro purpura.

Cõchyliata veſtis vnde.

Cõchylium pro colore.

Conchylia.

Coa.

Κογχύλη.

a Lib. 3.

SAtis ſuperq; oſtenſum à nobis eſt nomen Conchylij, & pro vniuerſo teſtaceorum genere, & priuatim pro vnica tantum ſpecie eorundem apud veteres accipi: & cum ſpecies eſt priuata, non purpuram ſignificare, neque etiam buccinum, ſed ab his cõcham eſſe peculiarem, nimirum qualem hic ex Rondelet. exhibebimus ſubinde, buccino valde diſſimilem, & nullis purpurarum more aculeis muricatis circumuallatam. Muricis tamẽ ſpecies eſt, cum ſcilicet murex pro colore ſumitur, quod innuere forte voluit Franc. Maſſarius, dum ait: Murex conchylium per excellentiam dicitur; vnde veſtis tincta murice conchyliara dicitur. Et rurſus: Hæc verba Plinij, In conchyliata veſte cætera eadem ſine buccino, ſi volumus, inquit ille, exponere, vti certe aliqui exponunt, conchyliata veſte, id eſt, tincta murice, erit contradictio in verbis Plinij: nam ſi verum eſt, quod ſupra ex verbis Ariſtotelis & Plinij inuicem collatis oſtẽdimus, hoc eſt, Plinium Cerycem modo muricem, modo buccinum conuertiſſe, ac propterea buccinum eſſe, qui ceryx, murex, & conchylium appelletur, cum duo præſertim cõcharum dixerit eſſe genera, quę tingendis veſtibus vſui eſſent, videlicet buccinum minor concha & purpura, quo pacto verba hæc, ſcilicet conchyliata veſte, exponi poterunt tincta murice, ſiue buccino, cum buccinum & murex, vti retulimus, eadem eſſe conſter? Neceſſe igitur erit vel negare coniecturam noſtram Ariſtotelis fundamẽtis ſuperius roboratam: vel dicere, quod verba, conchyliata veſte, hoc loco non ſignificent tincta murice, ſed ipſo conchylio, vt conchyliũ ſit concharum genus diuerſum à murice ſiue buccino. Plinio 32. volum. inquit, muricum vel conchyliorum teſtæ cinis maculas in facie mulierum purgat cum melle illitus, vt ſit ſenſus: cinis teſtæ earum concharum quæ murices, vel earum, quæ conchylia appellantur, maculas in facie mulierum purgat, ſicuti etiam inferius eodem 32. volumine muricem à purpura diſtinxit his verbis: muricum, vel purpurarum cinis vtroq; modo, &c. Notauit item Maſſarius poni conchylium & pro ipſo colore, ſicut purpura mutexque. Quod auctoritatibus aliquot veterum confirmare non fuerit abre. Plinius cum de luxuria concharum in cibo diximſſet, ſubdit: ſed quota hæc porrio eſt reputantibus purpuras, conchylia, margaritas? Et alibi: In Apennino frutex eſt, qui vocatur corinus, ad lineamenta modo conchylij colore inſignis. Et rurſus: Tranſalpina Gallia herbis Tyrium atque conchylium tingit. nec quærit in profundo murices. Item alibi: Tyri nobilitas nunc omnis conchylio atque purpura conſtat. Item: Vidimus iam & viuentium vellera purpura, cocco, conchylio, ſeſquilibris infecta, velut illa ſic naſci cogente luxuria. De conchylio, murice, purpura coloribus ac veſtibus multa idem habet lib. 9. c. 36. Sed vnde, inquit, conchylijs pretia? quis (quibus) virus graue (vnde & caſtorij nomen forte ei inditum) in fuco (id eſt in colore, vel tinctura: alias fuſco, quod non probat Zoograph.) color auſterus in glauco, & iraſcenti ſimilis mari. Et mox: Concharum ad purpuras & conchylia eadem quidem eſt materia, ſed diſtat temperamento. Et cap. 37. Purpuræ calculoſæ appellantur à calculo maris, mire apto conchylijs, & longe optimo (alij aliter legunt) purpuris, &c. In conchyliata veſte cætera eadem ſine buccino: præterq; ius temperatur aqua pro inuiſo humani potus excremẽto dimidia & medicamina adduntur Sic gignitur laudatus ille pallor, ſaturata fraude, tantoque dilucidior, quanto magis vellera eſuriunt, (id eſt, non ſaturantur.) Et alibi: Phycos thalaſſion (id eſt, fucus marinus) conchylijs ſubſternitur. Hæc omnia ex Plin. Conchylia Coa etiam Iuuenali dicuntur in 8. ſatyra, veſtes conchyliatæ aut conchylio infectæ. Et Marcellus Empiricus meminit lanæ purpureæ optime in conchylio tinctæ. Confundunt aũt auctores iſtæc nomina, conchylium, muricem & purpuram ob conſimilem colorem: quam enim veſtem alij purpura tinctam ſcribunt, alij cõchyliatam nominant, alij murice infectam. Ita Varinus κογχύλιω exponit purpuram, & Suidas concham, ex qua purpura ſumitur. Κογχύλιαι etiam Heſychio ſunt oſtrea & purpuræ. Rectius tamen dicemus κογχύλια: nam & Varino, qui pleraq; ex Heſych. hauſit, κογχύλια ſunt τὰ ὄστρεα, quo loco in genere conchylium accipio: nã alioqui differt: vnde Plinius: In Põto conchylia non ſunt cũ oſtreæ abundent. Vbi de ſpecie certa eum ſentire apparet, nam cum communis accipitur conchylium, oſtream quoque complectitur: Sic a Philoſtrat. in vita Apollon. Byblus inſula parua eſt apud Indos, vbi maxima conchylia, muricesq; eximiæ magnitudinis naſci phibẽt. Cum itaq; conchyliũ diuerſum eſſe cõſtet à mucronatis muricib.

nec

Conchyliũ quid.

nec non à buccino: iam quale ipsum sit explicemus. Conchylium, inquit Rondeletius, seruato Græco nomine vocatur à Latinis Sũt qui Ostracium putent dici. Sed illi nomen partis toti accommodant, vel Plinius nomen totius parti dedit: sic enim lib. 32. cap. 10. Inuenio apud quosdam ostracium vocari, quod aliqui onycheu vocant. At onyx (inquit Dioscorides, ἐστι πῶμα & κογχυλίου, id est, operculum conchylij, pro quo etiam ostracium sumi à Plinio declarant ipsiusmet verba: hoc suffitum vuluæ pœnis mire resistere: odore castorei, meliusque cum eo vsum proficere. Quæ eadem sunt cum his, quæ operculo conchylij tribuit Dioscorides. Commendat enim vngues, qui odorem castorei referunt, eorundemq; suffitu excitari tradit fœminas, quę vuluarum strangulatione conciderint.

FORMA. DESCRIPTIO.

Conchylium secundum eundem Rondeletium est ex magnorum turbinatorum genere, ea parte latius qua in turbinem deficit, siue aculeis tuberculisue vllis. Foramen quo caro interior ostenditur, non rotundum; vt in purpura & buccino, sed longum. Tale etiam est operculum, de quo separatim hęc omnia scripta reliquit. In purpura satis demonstrasse nos arbitror, operculum eius βλάπλον siue βλάτλκον, βυζαύπον siue βύζοπος appellari debuisse. Nunc ostendendum nobis est blattam Byzantiam Arabum nihil aliud esse, quam conchylij operculum: quos imitati pharmacopolæ nostri conchyliorum, buccinorumque opercula permista vendentes, blattas byzantias vocant, has rotundas, illas longas. Serapio lib. de Simplicibus cap. 91. Athfar atheb, id est, vngula aromatica & blatta Byzantia Dioscoridis, est conchylium ex speciebus Ostreorum & est similiter de conchylijs palpir, & reperiuntur in regionibus Indiæ, iu aquis iuxta quas oritur spicanardi. Odor autem eius est aromaticus, quoniam istud animal comedit nardum, & ipsa colliguntur tempore æstiuo, quando aquæ deficcantur. Reperiuntur etiam ex eis in littoribus maris Euxini, & color eius est declinans ad albedinem, & est pinguis. Sed illa quæ nascitur in Babylonia, est coloris subnigri, & est maior illa, & omnes habẽt bonum odorem: quando fumigantur, cum eis sentitur sicut odor castorei. Quando igitur fit fumigatio cum eis mulieri habenti suffocationem matricis, & similiter habenti epilepsiam, confert, & quando bibuntur, molliunt ventrem, & faciunt omnes operationes, quas faciunt ostraca de paraca, vel portura. Eadem repetit Serapio eodem iu lib. de Purpurarum operculis agens. Quæ omnia ex Dioscoride transcripta esse nemo est qui neget, si illa cum Dioscoridis verbis contulerit, quæ sunt huiusmodi. Vnguis siue onyx conchylij tegumẽtum est, ei simile quo purpura integitur, quod in Indiæ nardiferis lacubus inuenitur, suauem ideo spirans odorem, quod conchylia inibi nardi pabulo vescantur. Colligitur posteaquam stagnantes aquæ æstiuis squaloribus inaruerint. Laudatissimus, qui à mari rubro defertur, candicans, pinguis. Babylonicus nigrescit, atque minor conspicitur. Ambo odoris gratia suffiuntur, sed aliquatenus castoreum olent. Idem suffitu excitant fœminas vuluæ strangulatu oppressas, comitialesque, Poti ventrem molliunt Hæc Dioscorides, quibus plane similia sunt, quæ Serapio de blatta Byzantia literis mãdauit. Dicitur autem vnguis à figura: est enim operculum oblongum, aulum carnuorarum vnguibus simile. Altera tantum parte adhærens, id est, crassiore. Quum incenditur, fumum multum emittit, valetque ad ea, quæ tradidit Dioscorides. Sed id propius intuendum, quod scribit in Indiæ nardiferis lacubus inuenirti, suauemque ideo spirare odorem, quod conchylia inibi nardi pabulo vescuntur, colligique posteaquam æstiuis squaloribus inaruerint. Nam si conchylia marina sint animalia, quomodo in lacubus inueniuntur, colliguntur que aquis æstu exiccatis? An mare deserunt turbinata, vt fluuios lacusque subeant? Hæc à Dioscoride ex aliorum sentẽtia dicta esse crediderim, eaque ex alijs descripsisse, quibus expositis, præfert ea, quæ ex mari adferuntur. Sunt qui blattas Byzantias negant esse onychas, siue opercula conchyliorum, quod blattæ Byzantiæ nõ sint odoratæ, sed fœtidæ. Quam opinionem possum facile ex eo refellere, quod Dioscorides non semper ὀδώδες vocet id, quod grato solum & iucundo odore placet, sed aliquando id quod vehementi & graui est odore. Sic pix dicitur ab eo ὀδώδης, quam tamen suauis odoris esse nemo dixerit. Sed de hac re plura alias dicturi sumus. Quod autem hoc loco ὀδώδες recte interpretemur, id maximo est argumento, quod qualitatem odoris exprimere volens Dioscorides dixit: Αμφότεροι δὲ ὀδώδεις, θυμιώμενοι, καπνίζοντες πόσως τῇ ὀσμῇ. Ambo grauis odoris (de marino & Babylonico loquitur) incensi castoreum quodammodo redolent, quod castoreum odore graui & virus redolente esse debere tradidit idem Dioscorides. Huc accedit quod nonnisi à fœtidis rebus facto suffitu, suffocatione vuluæ oppressæ excitantur, neque comitiales. Quare si quæ blattæ Byzantiæ hodie venduntur à seplasiarijs, grati & suauis odoris non sint, ideo conchyliorum opercula, vel vngues esse non recte inficiaberis. Eximendus scrupulus alius, quem nobis inijcit Dioscorides, cum dicit: Vnguis conchylij tegumentum est, ei simile, quo purpura integitur. Quæ cõsentire non possunt cum ijs, quæ diximus de conchylij operculo, longo strictoque, buccini vero & purpuræ rotundo, nisi hanc similitudinem ad vsum substantiamque, non ad figuram referamus vt sit sensus: Quemadmodum purpura operculum habet, quo foramen clauditur veluti testa altera, ita & conchylium, vel substantia viribusque simile est conchylij operculum purpuræ operculo, non autem figura. Hæc sunt, quæ de conchylij & buccini operculis dicenda putaui. Hactenus Rõdeletius, exhibitis vtriusque ico-

Blatta Byzantia Arabum.

Conchylia optima quę

Vnguis cur sic dictus.

An sint Onyches.

An tegumẽtũ purpuræ.

A nibus, quarum quæ rotũda est, buccini est, cæteræ conchyliorum. Conchylijs succum inesse, inquit idem, purpureum satis testatur Plinius libro vigesimo primo, capite octauo. Tertius est, qui proprie conchylij intelligitur multis modis. Vnus in heliotropio, & in aliquo ex his plerunque saturat: alius in malua ad purpuram inclinans, alius in viola serotina conchyliorum vegetissima. Ex eodem succo lanas tingi solitas facile est ex veterum scriptis confirmare. Marcellus medicus de effectibus aurium scribens claudendam autẽ lana infecto conchylio marino monet: exsiccandi enim vires habet. Et Crito apud Galenum lib. 3. medicamen. κατὰ τόπους, conchylio infectos flocculos in aurem immittendos. Plinius per se conchylio infectam lanam magnopere prodesse auribus tradit. Qui conchylia legebant, conchiliarij dicebantur, & conchyleguli, & conchytæ à Plauto.

Succus cõchylij.

Lanæ infectæ cõchylij succo vsus.

VSVS IN MEDICINA.

B Conchylij partes omnes in medicamentis vsurpantur. Crematum Conchylium idem efficit, quod purpura & Buccinum, ait Dioscorides. Operculum suffitũ excitat fœminas vuluæ strangulatu oppressas, comitialesque. Carnem internam medicamentis dolorem aurium sedantibus admiscet Galenus in fine libri tertij de medicament. κατὰ τόπους: quum myrrham, adipem Anserinum, vel butyrum, vel resinam, & Conchylij internam partem æquis partibus trita super aurem ponẽda monet. Quo in loco eius Scholiastes Germanus legendum suspicatur non κογχυλίου τὸ ἔντος, sed τὸ ἔντος, opiuionemque suam hac ratione firmare conatur, quod testa & operculum vim habeant resiccandi sine morsu, & quod cauum purpuræ, Plinio teste, valeat ad præcisos neruos. Sed malim ego priorem lectionem, inquit Rondeletius, sequi. Nam eo in loco magis dolorem sedare studet Galenus, quam exsiccare, vt alia quæ enumerata sunt, ostendunt, scilicet adeps anserinus, butyrum, resina, quæ doloris alleuamentum afferunt, calore & humore. Quare per κογχυλίου τὸ ἔντος carnem intelligo, quæ ob salsum succum digerendi vim aliquam obtinet: & ob substantiam pinguem glutinosamque παρηγορικόν quid habet. Ob eam causam vermes & asclli, qui sub aquario vase stabulantur, in eodem aurium affectu à veteribus commendantur. Testa vero magis exsiccat, quam vt dolorem leuantibus medicamẽtis admisceri debeat: C exsiccando enim constringendoque dolorem augerent potius, quam lenirent.

Ad veterũ strangulatũ.

Ad aurium dolores.

Scholiastis Galeni lectio suspecta.

CAPVT XVI.

DE TVRBINIBVS.

De τρομῴδεσι siue turbinatis aliquot diximus, nunc dicemus de ipsis τρόμοις, siue de turbinibus proprie vocatis, quorum quanquam multas species depinxerit Rondeletius, atque etiam plurimas adijciam, tamen Philosophus inter turbinata vnum simpliciter turbinem nominat, omnes eodem nomine complexus neque magnitudinis, neque qualitatis aliqua habita ratione. Sunt autem τρόμοι siue turbines, qui in longiorem & acutiorem verticem deficiunt, quam turbinata & cochleæ. Rondeletius non leui coniectura τρόμους, eosdem esse putat cum τραυήλοις & ἀτραυήλοις, quorum meminit & Athenæus. Ἀγίας καὶ Δέρκυλος οἱ ἀργολικοῖς, τοὺς τραυήλους ἀτραυήλους ὀνομάζουσι, μνημονεύοντες αὐτοὺς ὡς ἐπιτηδείους ὄντας εἰς τὸ κελαπίζειν. hoc est, Agias & Dercylus in Argolicis strabelos vocant astrabelos, de his hoc tradentes, quod tubæ modo sonum edant.

D

à Lib. 3.

CAPVT XVII.

DE TVRBINE MAGNO.

Rondeletius primo loco proponit hunc longum & magnum turbinem, multisque voluminibus constantem, pro corporis crassitudine & magnitudine, vt ait, spissio & aspero, testa alba, lineis tuberculisque multis scabra & aspera. Foramen rotundum, inquit, habet & minam, qua excernuntur excrementa. Saxis hæret turbine sursum verso. Quæ de testis earumque vsu in Purpuris Buccinisque dicta sunt, huc possunt accommodari. Sic ille.

Descriptio.

Eiusdem CAPVT XVIII.

DE TVRBINE AVRITO.

E Hunc turbinem ordine secundum collocauimus, quod magnitudine præcedenti proximus esset. Vocasse se turbinem Rondeletius auritum ait ob alterius turbinatæ parti aduersi latam vtrimque appendicem. Esse autem hunc turbinem perelegantem, & rarum in mari Gallico. Testæ volumina tuberculis extantibus, pulchro ordine dispositis distincta esse. Horum rimaginem imitari artifices in vrceis efformandis, addita basi. Addidi ego auriti Turbinis vel alterius strombolidis iconem insignis equidem magnitudinis & pulchritudinis. Concha est tuberosa atque anfractuosa nec non & aurita. Pingitur prone & supine. Oræ eius dentatę sunt, vt in Concha Venerea: Color intus & in tergore ferrugineus, cætera croceus. Atque hoc etiam à Rondeletij figura plurimum differt, quod huius turbo fere sit sessilis, cum eius valde sit oblongus,

Nominis ratio.

Simi-

Turben magnus Rondol
Turben auritus Rond.
Turben aliud auritum tuberosum Colore castaneo parte prona, & supina.
Turbo auritus tuberculosus alius, testa superne leucophaea, inferne crocea, prone & supine.
Trochus Niloticus albus
Trochus Niloticus maculosus.
Turben albus oblongus striatus ex montibus Critis
Turbinis species due. Vna alba altera subalbida
Turbinis tuberosi icones Rondeletij
Turben muricatus Rond.
Turben tuberosum
Turben angulosus Ronde.
Turbines alij quatuordecim diuersi.
Turbines octo, quorum alij muricatis similes alij angulatis
TAB: VII.
Turbines quatuor alij muricati.

Similis plane est subsequens turbo, nisi testam superne haberet leucophæi coloris. Cum hisce meis Turbinibus non parum similitudinis habent hæ postremæ conchæ, quatum prima mihi pro Trocho Nilotico albo, altera pro Trocho Nilotico maculoso missa est.

CAPVT XIX.

DE TVRBINIBVS TVBEROSIS.

IN Turbinum generibus hic iure numerabitur, inquit idem Rondeletius, qui à tuberculis multis tuberosus cognominatur. Is sinistræ manui proximus est, longus, tenuis, in mucronem desinens. Huiusmodi sunt quidam albi, quidam nigri, quidam varij. Pollicis magnitudinem nunquam excedunt. In his cancelli cum parui sunt, viuunt, auctore Aristotele: suntque longiores ijs, qui neritarum sunt hospites. Huius generis turbines in terra reperiuntur, qui cochlearum nomine comprehenduntur: nam præter cochleas nullum testaceum genus in terra viuit. Eiusdem turbinum generis sunt aliquot species diuersæ, quædam longæ, tenues acutiores, læues, cuiusmodi sunt tres tuberoso propiores. Alij posttemi scilicet duo in pictura huic capiti præposita, inæquales, tuberosi, scabri, virgati. Vita, moribus, substantia non differunt. Hucusq; ille. Ego istiusmodi tuberosos turbines plurimos obseruaui, atque etiam hic aliquot depingam. Ex quibus qui prior est in ordine, & separatim depictus, foris cinereus nigrescentis est coloris, albis tuberculis, ac speciosis conspicuus, intrinsecus amethystini circum oras ex cæruleo viridescit. Habes deinde tabulam integram, in qua turbines exprimuntur quatuordecim. Numero primo turbo tuberosus & asper, in quo nascitur cancellus. 2. Turbo striatus ex monte erutus 3.4.5. Turbinis tuberosi & oblongi tres differentiæ. 6. Turbo alius striatus ex montibus. 7. Alius lineatus & leuis. 8. Turbo circa caudam lineis quatuor protubetantibus. 9. Longus & acutus instar vnicornu. 10. Acutus, punctulis extuberantibus plenus. 11. Alius ex rubro & albo variegatus & inæqualis. 12. Tuberosus alius & lineatus. 13 Tuberosus extremo aliquantulum oblongo. 14. Turbo est muricatus. Quorum omnium icones habes proxima pagina.

Magnitudo

Auctoris tuberosi turbines.

CAPVT XX.

DE TVRBINE ANGVLOSO.

RONdeletius exhibita hac icone, hic turbo, inquit buccinis satis similis, quia testæ volumina ita à se discreta sunt, vt in medio angulos efficiant, cognominatur angulatus. In turbinem tenuatur inferiore in parte, superiore in longum & acutum rostrum. Sic enim cum Plinio loqui possumus, qui purpuræ rostrum dixit. Colore est marmoreo. Vsus dentifricijs conficiendis vtilissimus est. Sic ille. Buccinę item figuram referunt turbines isti à me adiuncti: quorum primus oblongus est, & striatus, è montibus erutus: alter striatus & verrucosus; item tres aliæ ex albo cineræ:

Eiusdem CAP. XXII.

DE TVRBINE MVRICATO.

TVrbo hic aspectu quidem buccino dissimilis est, sed à tuberculis multis, breuibus quidem & obtusis muricatus appellatur. Superiore parte tumidior est. Intus testa purpurea est, foris alba & veluti calce illita. Habes hic prætetea octo alias vnica tabula icones, quarum aliæ angulato Rondeletij turbini accensetí possint, aliæ vero muricato. Addidi item quatuor alios muricatos Turbines; qui iconi Rondeletij absimiles omnino non sunt; præsertim duo, vt icones ostendunt.

CAPVT XXII.

DE TVRBINE PENTEDACTYLO & Tesserodactylo.

INter cochleas Plinius Pentedactylos quosdam nominat. De hisne turbinatis intellexerit, quæ proponimus, inquit Rondeletius, nescio. Illud sane omnibus notum esse potest ex turbinatorum definitione & natura, potius turbines esse quos hic expressimus, quam cochleas, cũ in longum protendantur, voluminaque scabra & veluti striata habeant, cum cochleæ maxime rotundæ sint, & turbine compresso, non extenso. Dicitur autem Pentedactylos turbo, quod quinque habeat appendices longas & acutas, si extremum turbinis annumeres. Alius est turbo, cui quatuor duntaxat sunt dactyli. Ex his turbinatis alij sunt albi, alij nigricant, alij varij sunt. Ad primum genus, nempe pentedactylum redigendus est turbo à me hic depictus, in quo animaleulũ conspicitur, colore sanguineo. Ad alterum veto quinque subsequentes. 1. 2. Turbo est pentedactylos parte concaua, & conuexa depictus. 3. Alius sed minus autitus. 4. Tesseradactylos niger. 5. Pentedactylos cum escharа.

Nominis ratio.

CAPVT XXIII.

DE TVRBINIBVS LEVIBVS.

REperiuntur item in Turbinum generibus, qui nullis præditi sunt Tuberculis, vt ex sequenti hac tabula conspicere licet, in qua primo loco datur Turbo albus glaber & obtusus. 2. albus aeutus & glaber. 3. lapideus, glaber ac leuis. 4. leuis item in stagnis degens. Præterea postea inter Turbines in spongijs delitescentes non pauci exptimentur, qui nullas habent, vel eminentias vel tubercula, vt mirum sit, cur & Rondeletius sepatatim de his non egerit. Ex eisdem sunt, quæ altera dantur tabula. Horum icones vide proxima pagina.

CAPVT XXIV.

DE TVRBINIBVS INTRA SPONgias viuentibus.

SPongię eum secantur in frusta, in ijs maxima Conchularum omnis generis, Conchyliorum paruorum, buccinorum, turbinum vis reperitur. Cuiusmodi aliquot, partim à Rondeletio, partim à me obseruata, hic exhibebo, omnes enim persequi infiniti esset operis ac vani laboris, nam quis est, qui cognitione ac verbis tantam naturæ rerum fœcunditatem assequi posset? Differunt hæc conchylia inter se genere, nam vel sunt cochleæ, vel turbines, vel neritæ, vel vmbilici. Differunt & coloribus. Rondeletius de eo tantum paruo turbine ait, qui sinistræ manui proximus est, rimamque longiusculam verius; quam foramen habet, testa non intotta, qui & intra spongias, & extra reperitur, conchulaque lactea à eandido colore nominari potest. Hac in fucis vtuntur mulieres, in succo pomi citrij dissoluta & sublimato, vt nũc loquũtur, permista: sic enim facies splendidiores & candidiores effici putant. Sed quia sublimatum, atque similia faciem contrahunt, & eorrugant vi & acrimonia sua eas; pessime sibi consulere arbitrari se recte ait Rondeletius, multoque vrbius fore ait in pinguedine felis dissoluere. Huc accedit, inquit, quod hac fuci ratione tanquam crusta inducitur, cuius particulæ si exiliant, atque eximantur; turpissime fucus detegitur. Hanc conchulam appellant petite potcelaine, eamq; equorum frænis & phaleris nonnulli accommodant. Ex ijsdem & gagatarum globulis mulieres monilia & cingula contexunt, præsertim viduæ, quæ luctus tempore, non nisi nigris candidisque ornantur. Sed quæ equorum ornamentis adduntur, crassiore, duriореque sunt testa; aliæ sunt tenuiore & fragiliore. Vtræque & eandore & figura similes. Addo ego alias istiusmodi turbinulorum effigies. Numero primo in tabula prima est turbinulus luteus maculis albicãtibus. 2. Alius pariter flauus, sed minor. 3 Flauus alius denticulatus. 4. Pellucidus subalbidus exiguus. 5. Albus tuberosus alius. 6. tuberosus alius ferrugineus. 7. ferrugineus alius maculis albis conspersus. 8. Coloris est ferruginei magis saturati. 9. minor, albus, tuberosus. 10. Flauus, ventricosus, striatus. 11. minus dilute ferrugineus; tuberculis plenus. 12. valde exiguus, albus & tuberosus.

Differentiæ.

Vsus.

Fucus mulierum.

Porcelaine Gallorum.

Equorum ornatus.

Ab auctore obseruatis.

Altera tabula numero primo exhibetur turbinulus albus denticulatus. 2. item albus; oblongus, & in acutum desinens. 3. albus alius. 4. & 5. alij duo subalbi splendidi & angusti. Additur præterea turbinulus niueus; diaphanus & acutus: item alius minor diaphanus, & eiusdem coloris. Altera tabula octo turbinum in spongijs etiam degentium habet icones, num. 1. niuei coloris est. 2. luteus, maculatus. Tertius subalbus; cineris maculis conspersus. Quartus cinereus; albicans. 5. candidus, pellucidus, diaphanus, prone & supine pictus. 6. Luteus lineis quibusdam albis instar coronæ cinctus. 7. Cinereus è puteo effossus. 8. E puteo pariter effossus, candidus, eminentijs quibusdam per certa interualla dispositis, quos duos posttemos, quia cæteris fere hisce nouissime erant similes, addere libuit. Tertia tabella exprimitur Turbinulus niger lineis cinereis varius, quarta turbinulus alter eiusdem coloris: Quinta primo loco candidus & glaber, deinde castaneus leuigatus linea quadam subalba: Sexta exhibet turbinem primo acutum subnigrum: deinde album cum lineis quibusdam roseis: postremo alium albo & nigro varium. Septima primum datur Turbo albus verrucosus circa rimam aliquantulum dentatus. 2. Tuberosus alius coloris castanei linea quadam alba per medium transcurrente. 3. cinereus seu subalbus pariter tuberosus 4. Ferrugineus. 5. minimus eiusdem coloris. 6. item ex minimis, sed præcedente oblongior. Septima tabula prius pingitur Turbinulus albus lineis purpuras censibus. 2 alius candidus lineis saturate rubentibus 3. elegans & lucidus, lineis item purpurascentibus striatus. Alius maculis albis & rubescentibus totus conspersus. 5. Alius item maculosus. 6. totus subruber. 7. Omnium minimus depressus colore rubro. Octaua tabula primo loco habes turbinulum album verrucosum. 2. Ponitur turbo albus acutus & leuigatus. Nona atque nouissima datur prius Turbinulus niger & albus. Secundus alius eiusdem quasi coloris. Tertius cinereus maculis albis. Quartus cinereus alius minutim elaboratus.

Quintus ferrugineus macula alba speciosus.

Sextus totus candidus.


TAB: VIII.
Turbinum leuium quatuor species, quarum subinde fiet mentio.
Turbines quinq; proxime nominati
Turbines inter spongias viuentes ex Rondeletio.
Trochus alter pyramidalis
Trochus magnus.
Turbines leues alij.
Turbinuli alij in spongijs viuentes.
Turbines alij in spongis degentes.
Adiani Nerite
Nerite alia.
Trochi Rondeletij.
Nerita Rond.
Nerite authoris.
Neritae aliae ab authore obseruatae, quarum primum color exprimitur praecedenti pagina.
Turbinati in spongijs latentes alij
Nerite Bellonij.

DE TROCHIS.
Cap. XXV.

HOc Turbinum genus Rondeletius à similitudine instrumẽti, quo lusitant pueri, Trochos appellat. Alii sunt patui, inquit, qui à supetiore amplaq; parte statim in breue acumen deficiunt. Alii oblongiores. Omnes leues sunt, & varii. Testa veluti etustis duabus constare videtur, extetna minus nitet, quæ subiacet, vnionum est splendore. Præter Trochos duos adiecit Rondeletius aliquot diuersos Stromborũ formas, quarum aliæ ad Buccinorum, aliæ ad Cõchyliorum speciem accedunt. Vt ei vitio verti posse non inficietur, si quæ in hoc genere illustria sunt, & à veteribus diserte expressa, prętermitteret: ita curiosius certe, inquit, facere videremur, atq; superuacaneæ diligentiæ accusandi essemus, si omnia & minuta Conchularum, Turbinum, Cochlearum genera persequi vellem. Si quis enim otio abundans in marinis litoribus spatiati velit, & in saxa matis penetrare, totam istam rẽ in infinita ista varietate versari videbit. Genera igitur & illustriores species cognoscendæ, atq; vt quæq; vel minutæ vel neglectæ, vel nominibus non expressę fuerint, ad genera sua erunt reuocandæ. Sic ille. Et certe si quis omnia istæc consimilia depingere velit, nunquam satis ea ob nimiam diuersitatis copiam indagare poterit. Adiunxi ego iconẽ Trochi maximi subflaui absq; vllis tuberculis: item alterius plane pyramidalis. Adieci prætterea pyramidalis figuræ Conchulas quatuor alias hic vnica tabella expressas.
1. Turbo seu Trochus colore partim amethestino, partim subalbo. 2. Alius castaneus lineis quibusdam albis 3. Fuluus cum maculis albis: 4. partim roseus, partim argenteus.

DE NERITE.
Cap. XXVI.

NHείτης apud Atistotelem Theodorus Gaza natices conuertit, ex Festo fortassis, apud quem citante Calepino, sic legitur: Nariea est (Iosephus Scaliger legit Natita) genus piscis minuti. Plautus: Muriaticam video in vasis stanneis, Naticam bonam & canatam, & taguma, quinas fatras conchas piscinarias. Natieẽ piscem leges apud antiquos per t, nõ per r, & videtur à natando dictus. Hæc Festus. A recentiorib. nerite vel Nerita effertur genere declinatione secunda: ego cum Zographo, masculino genere, declinatione prima, dicere malim. Sic n. Græci semper vsurpant. Habet autem syllabas omnes longas in omnibus casibus, quamobrem paroxytonum semper est, excepto nominatiuo multitudinis penanflexo, νηεῖται: sic enim scribendum est, quanquã euulgati codices quidam Græci id non obseruent. Nicander:

Η'ὲ ϗ ὄστρεω τόσσα, βυθὲς, ἅτε βοσκέτοι ἅλμις,
Νηεῖται, σρόμβοίτε, πλωρίαδές τε, μύες τε.

Idem cum Anetite. Nerites Wottono & Bellonio idẽ videtur, qui & ἀνηείτης & ἀνάρτης apud Athenęum dicatur: quibus eõsentit Zographus, quoniã & nomen idẽ est, prima litera tantũ abundante in Anatite, vt solet hæc vocalis multorum vocabulorum initiis abundare: & genus quoque idem, nempe testaceum: & species, cochlea & natura adhærere petris. Apud Hesychium νήειλον scribitur, vt ἄνθρωπον, terminatione & accentu, his verbis: νήεατον, ὁ νηείτης: est autẽ conchylium cochleæ simile, & (colore) variũ. Sed hoc modo scriptũ, adiectiuum potius fuerit nomen, pro magno, copioso, excellente, incomparabili: quo cum nihil aliud in eodem genere conferatur aut contendat: à νη, priuante particula & verbo ἐείζειν compositũ. Inde νηεισθμυθον, ὥ σὸκ αὐ τις ἐείσαι τοῦς μύθους: & νηοιθφυλλον, πολύφυλλον. Idem Hesychius νιείλον intetpretatur pro monte Ithaeæ è regione Epiri: (quem aliqui sic dictum accipiunt quasi νήειλον, ὅ ἐστιν ἀνέειλον, διὰ τὸ πολὺ τῆς ὕλης, vt notauit Eustathius) & adiectiue, πολὺ, ὑχρὸν, ἀεὶ ῥέον, χλωρὸν, θαλερὸν, ἁπαλόν. sed pro copioso & innumerabi vsitatius est scribere νήειθμον, ἀνη. negatione & ἀριθμὸς, quod est numerus. Ergo si quis neriten cochleam à magnitudine, vel pulchtitudine, qua alias eiusdem generis excellat, nominatam velit, bene esse iudicat Zographus: alioqui νηείτης fit à νηρὸς, quod eõcauum & humidum significat, vt νηρὸς ἰχθὺς, & apud Lycophronem νηρὸς μυχὸς, ὁ κοῖλος ἢ κόθυρος. Νηρὸς autem fit à verbo νέω, νῶ, quod est nato, cuius futurum est νήσω, vnde & νῆσος: quate Suidas eos reprehẽdir, quibus νηείτης dicitur à Nereo: Nam si ita, inquit, fieret, ἀπὸ τοῦ Νερεὺς, penultimam per diphtongum haberet νηρείτης. Idem fere scribit Varinus: cæterum neriten concham à Nereo deo marino sic dictam, Zographus tatione nõ carere autumat: quod is forte tali concha, tanquam elegantiore, buccinæ loco vti fingeretur: sicut & Triton: quem visum auditumq; in quodam specu Olyssipponensis oræ concha canẽtem Plinius refert: nec ineptus ad hunc vsum nerites videtur, vtpote amplus & buccino similis, Aristotele teste. *a* Apud Oppianum inuenio scriptum νείειτης per ει diphthongum in prima syllaba. Testata, inquit animalia quædam in petris, alia in arenis nascuntur:

Νειείτοι, σρόμβων τε γένος, ϗ πορφύρεαι αὐτάι.

Et rursus de cancellis loquens vacuas sibi conchas quærentibus

Εἴτε τὸ νειείτης ἔλιπε σκέπας, εἰ τέ τι κῆρυξ.

Gillius author est, neriten ab iis qui Adriaticum sinum accolunt, etiam nunc antiquo nomine appellari, & ab Hispanis caragolum. Quidam referente Zoographo Gallice interpretantur petit Limasson de mer, id est, paruam cochleam maris. Hispani cochleam marinam in genere vocant almeia, vel caracol de la mar. Itali quidam neritas, naridole.

Νήειλον. quid.

Etymon.

Ortographia.

a Li. 1. Halieu.

GENVS. FORMA.

NEritæ sintne in turbinatorum genere, inquit Rondeletius, dubitauerit aliquis ex *a* Aristotele *q* sic se tip sit: Πρόμηκέστερα δὲ ἐστιν ἐν τοῖς σρόμβοις (καρχίνια) θῆς ἐν θῆς νηείτης, ἕτερον δὲ γένος. Θ. ἐστὶ τὸ τῶν νηείτων, τὰ μὲν ἄλλα παραπλήσιον, &c. Longior est *q* turbinẽ subit, quam qui neritã cancellus, genus enim diuersum est, quod in nerite degit, cætera quidẽ non absimile, &c. Et paulo post ὅτι δὲ ἔχει μείζω τὸν ὀρίσερὸν πόδα, τοῦτο ἐν μὲν τοῖς σρόμβοις σὸκ ἐγγίνεται, ἐν δὲ θῆς νηείτης ἐγγίνεται. Quibus finister pes grandior est, ij nũquam eum turbinatis hospitantur, sed eum neritis tantũ ineunt societatem. Hîc Atistoteles de Turbinibus & neritis, vt de diuersis loqui videtur, atq; ab his veritas seclusisse. Sed si rem diligentius expendas, eã aliter habere eõperies. Nam nerita à turbinatis non genere, sed specie differt. Cum turbinatis igitur conuenit, φ testa sit elauiculatim intorta sed rotunda & ampla, qua ab ea turbinati specie distat, cui testa est longa strictaq;. Ideo cancellus (de hoc n. in locis modo citatis loquitur Aristoteles) longior est qui in turbinatis longis hospitatur, quam qui in neritis, turbinatis quidem, sed nõ longis. Qualis vero sit nerita, & φ sit inter turbinata collocanda, ita explicat *b* Aristoteles: Nerita testa est leui, ampla & rotunda, forma buccinis proxima, papauer tamen nõ nigrum, vt B buccina, sed rubrum habet. Testæ annexum corpus eius medium firmiter est. Pascuntur in mari tranquillo à saxis soluta: (enallage generis: pro neritæ solutæ:) at quoties flatus, vrgent, cãcelli hos-
„pites sese in saxa recipiunt, neritæ saxis adhærent lepadum more
„& aporrhaidum ac cæterorum generis eiusdem, nec nisi tegmi-
„ne dimoto adhærẽt, quod velut opercul̃ possident. Vsum enim
„quem biualuibus pars vtraque, eundem altera exhibet turbinatis. Caro intus & in eadem os. Modus hic idẽ est aporrhaidi, purpuris, atq; omnibus genetis eiusdẽ. Hæc Aristoteles. Huiusmodi Neritam esse arbitratur idem Rondeletius, cuius imaginem vetã, non magnitudinẽ sic expressit. Est enim, inquit, concha ampla & capaci, rotunda, læui, turbinata, ad formam buccinorum accedẽte. Ex hoc genere fuerit cochleæ vel potius neritæ genus hic à me additum, colore albido, diaphanum, venulis pluribus respersum, bellicuio ad instar cochlearum insigne: prope os quo eõtinetur animal, tuberculum quoddam conspicitur. Est autem figura eius rotunda. Rotundiorem autem esse nerites testam quam sit turbinum Wottonus hinc apparere ait, quia oblongiorem formã recipit cancellus ille concharum hospes, à turbinis testæ forma, qui turbinem subit, quam qui neriten. Ego operculum neritæ non vi-
i, habere operculum habemus apud Aristotelem interprete Ga-
da, vbi sic legitur. Natices & reliqua turbinata opercul̃o quodam congenito carni patulæ apposito clauduntur.

An è Turbinatorũ genere.

a Li. 4. Hi. cap. 4.

Nerite vt à turbinatis differat.

b li. 4. Hist. cap. 4.

Saxis adhærent.

Testa.

Operculũ

GENERATIO. SENSVS. NATATIO.

C NEtitæ siue natices & patellæ teste eodẽ Atistotele, rimis cauernisq; saxorum generantur, celetiq; incremento augentur. Quod ad sensus attinet, ait natices qui capiunt, non aduerso flatu, sed secundo adire, quoties escam persequuntur: nec voce vlla sed silentio agere, vtpote cum & olfaciant & audiant, nec fieri posse, vt aiunt, quin subterfugiant, si vox profetatur. Audiunt itaque & olfaciunt. Scribit Bellonius, in Meditertaneo mari, in quo æstus non ita reciprocantur, piscatores cõchulas legentes in lintre esse opottere: eosq; si neritæ, quæ tunc saxo extra aquam hærent, senserint, runc sese à saxo soluẽtes, in mare præcipites ruere se conspexisse. Atque hoc quidem esse putat, quod Aristoteles ait piscatores netitas legentes tacere, ne ipsos fugiãt. De Neritis hæc *a* Plinius: Nauigant ex his (è concharum genere) neritæ (alia lectio habet, Venereæ,) præbentesque concauam sni partẽ, & alterã (melior lectio non habet hic vocem, alteram) auræ opponentes, per summa æquorum velificant. Testa quidem netitæ Atistotelis, cum cauitatem amplam habeat, nauigationi idonea videtur, potest enim aetem copiosum capere & innatare facilius, ventoque impelli.

In saxis generari.

a Li. 9. c. 33.

Nauigatio.

DE NERITA ÆLIANI.
Cap. XXVII.

D AElianus, vt recte iudicare mihi videtur Rondeletius, lõge aliter neritã describit q̃ Aristoteles, vt ex eius verbis liquet, quæ
„sunt huiusmodi. Cochlea marina magnitudine exigua, formæ
„pulchritudine eximia spectatur, eo maris vbi sordiũ vacuitas est,
& tranquillitas viget, & in saxis ad imam maris sedem adhæres-
centibus nascitur. Hæc nerite appellatur. Hoc maxime, inquit Rondeletius ab Aristotelis nerita differt, quod illa magna sit, hæc patua, nec mirum esse debet Aelianum ab Aristotele & Plinio in piscium descriptionibus dissentire, φ in plerisq; facit. Ex paruitate, & pulchritudine formæ Aeliani neritam esse colligimus eam q̃ capiti præfixa est. Punctis nigris eleganter distinguitur, testa intus purpurea, in margine candida. Quod si quis neritam inter cochleas reponere voluerit, nõ valde refragabor. Hæc ille. Addidi aliquot icones: prima & secunda nigris punctis respersæ sunt Ter-
E tia secundæ similis sed rubicundior, in qua cancellus latet, quarta ad cinereum vergit. Habes deinceps triginta duas diuersas species duabus tabulis expressas. In prima tabula, prima & secũda albo nigroq; vatiæ: itẽ tertia & quarta: quinta castaneæ colore est maculis rubris. Sexta caragnuola vulgo Genuẽsib. dicitur, detracto, cortice splendens, albonigra: septima castaneæ coloris habet

Descriptio.

Aeliani Netita.

Neritæ authoris.

maculas. Octaua cinerea eſt maculis ſuperne rubeſcentibus, infra nigricantibus. Nona ex albo ad luteum vergit, trochi forte ſpecies vti etiam erat octaua præcedens, & decima ſubſequens, candida, verrucoſa. Numero vndecimo exprimuntur tres neritæ minimæ, vna alba cum rubris maculis. altera candida ſine maculis tertia tota lutea. Duodecima nerite eſt alba ſtriata, lineis fere auteis. Decimatertia maculas habet leucophæas. Prima in ſecunda tabula expreſſa. Nerite eſt rubra & alba maculis etiam inferius nigris 2. Alba & fuſca, colore intus argenteo. 3. Rubra & alba. 4. Glabra candida punctis ſubferrugineis 5. Aſpera maculis longis & albis. 6. ſubalba & fuſca. 7. Fuſca maculis albis. 8. Subrubra maculis albicantibus. 9. Fuſca & albicans. 10. Alba ſubcinerea. 11. Cinerea fere tota punctis candidis. 12. Caſtanea punctis item candicantibus. 13. Argentea. 14. Leuis tota cærulea. 15. Cineritia virgata. 16. Parua flaueſcens. 17. Caſtanea cum corona alba. 18. Subcinerea. 19. Nerite colore caſtaneo ſubobſcuro.

DE NERITE BELLONII.
Cap. XXVIII.

Deſcriptio. BEllonii Nerites, cuius hic iconem & deſcriptionem ex eo propono, an cum alterutro Rondeletii Nerite conueniat, non temere dubitauit Zoographus: genere ſaltem, ſi non ſpecie conuenire videtur Bellonius ita depinxit hac addita deſcriptione. Nerite quoq; turbinati generis Conchula, teſtam in anfractũ intortã habet: qua penitus incluſa, nulla exparte præterquam capite cõſpicua eſt. Virlis Lutetiæ, Armoricis Bigornet & Bigornaeu vocari ſolet, apud quos tãta eſt huius piſciculi frequentia, vt ſummo prouentu indigenæ, dum æſtus abſceſſit, magnos aceruos è ſaxis legant ac bulliant (bullire faciant) carnemque è teſtis (quo leuius ferantur) eximant, & accolis mediterraneorum tractuum diuendant. Pulmenta autem quæ ex his conficiuntur, minio tincta eſſe dixeris: quod à rubro ipſarũ papauere prouenit. Priſci enim (Ariſtoteles, vt ex Rondeletio recitaui) naticem ſiue neritam, teſtam habere læuem amplã, rotũdam buccino ſimilem: papauere tamen non (vt buccinum) nigro præditam, ſed rubro. Eſt n. id papauer, excrementitium quiddam, membrana obuolutum, omnibus teſtaceis generibus præcipue eſculentũ. Natices ſua ſaxa relinquunt mari tranquillo, ac ſordibus vacuo, vt paſcantur. Teſtam habent leuem, rotundam, exiguam vt neque in Oceano, neque in Mediterraneo pollicis craſſitudinem excedãt. Huius autem carnes vulgus Græcum erudas edit, quibus appetentiam maxime excitari ait, & potiſſimum, ſi cum cæpis etiam crudis comedantur.

Teſta qualis.

DE COCLEIS. Cap. XXIX.
ÆQVIVOCA.

HEſychius κοχλίας (ſic autem potiſſimum Cochleę Græcis vocantur.) non ſolum exponit τὰ ἐδωδίμωα ζῶα, animantia quæ in cibi vſum veniunt, ſed etiam τὰ ἐν τοῖς ὀρυκτοῖς ξύλινα. Et *a* Vitruuius Cochleam deſcribit, qua magna vis aquæ poſſit hauriri, ſed non tam alte tolli quam rota. Fieri autẽ eam è tigno per octo craſſitudinis diuiſiones inuolutos habente canales, & iuſtã Cochleæ naturalemque imitationem: verſationes facere hominibus calcãtibus. Sic idem lib. 5. ca. 11. dicit: Cochleis rotis, tympanis collocatis, locus exinaniatur. Ac alibi: *b* Torcular ſi nõ Cochleis torquetur, ſed vectibus & prælo premitur. Meminit eius machinæ etiam Athenæus & Diodorus Siculus, & vterque Archimedis inuentum eſſe inquiũt. Sentina, inquit Athenæus, in nauigio maxima Hieronis & ſi plurima erat, exhauriebatur tamen ab vno homine διὰ κοχλίου (hoc eſt, Cochlea ſic dicta machina,) commento Archimedis. Diodorus vero in 5. libro ait: de Hiſpania ſcribens, eiuſque fodinis Subtus terram reperiuntur nonnunquã flumina decurrentia quorum curſus ſæpe quæſtus vi magna recedunt: aut quod mirabilius videtur, Cochleis, quas dicunt Ægyptiacas, diuertunt, ab Archimede, cum in Ægyptum profectus eſt, adinuentas. Eiuſmodi inſtrumentis loca, vbi metalla effodiuntur, eiecta ſupetius aqua, ſumma arte diligentiaque exſiccant. Author promptuarii neſcio ex quo authore nobis hoc inſtrumentũ deſcribit: Cochlea (inquit) hauſtorium organum, quod vulgus pompam appellat: In medio rota eſt, quæ dum à calcantibus verſatur, machina introrſum clauiculatim detorta, inter ſtrias & ſtrigiles aquas exorbet ex aquario ſepto & retrorſus emittit. Et rurſus: Cochlea in torculari lignũ eſt erectum clauiculatim, id eſt, ſpiralatim & capreolatim ſtriatũ: quod per medium prælum ſtriatum & ipſum tranſactum, vertigine ſua tollendo demittendoq; prælo inuentum eſt, Vulgo (à Gallis puto) viſa torcularis dicitur. *c* Vitruuius nominat alibi aſcedẽtem machinam; de qua Gulielmus Philander: mox (inquit) vocabitur acceſſus, Græce ἐπιβάθρα. Suſpicor autem fuiſſe machinam quæ occulto quodam artificio & expeditis machinationibus in ſublime creſceret; & in eam altitudinem educeretur, quæ opus erat: tum retinaculis ſiſtebatur. Poterant & tabulata excitari cochleis quo pacto in torculari prælum tollimus & deprimimus: niſi interpretari velimus dictum de machina, quam tollenonem Vegetius appellat. Eiuſmodi torcularia ſiue cochleas nobis vocãtur torchi, Germanis pres, Belgis pors, eorumque fere vſus eſt ad exprimendum, vnde Palladius: In cochlea exprimit. Eadem vel ſaltem ſimilia intellexit Plinius dum ait: Intra centum annos inuenta torcula Græcanica, mali rugis per cochleas bullantibus, palis ,, affixa arbori ſtella, à palis arcas lapidum attollẽte ſecum arbore quod maxime probatur. *d* Oribaſius in libro de machinis cochleas inſtrumenta chirurgica deſcribit itẽ cochleam fæminam, quæ Græce θηλυκόχλιον appellatur. nos breuitatis cauſa lectorem ad ipſum remittimus. Gul. Budæus cochleas & ſcalas cochlides dici ſcribit in ædificiis, quæ anfractuoſæ ſint, in modũ cochlearis teſtæ, & quod clauiculata & tortili ſtructura à tricliniis in cænacula euadant, cuiuſmodi ſunt, (inquit) in ædificiis Gallicis ſcalæ. Talis ſcala apud Philopon. in Proclum, κοχλιοειδὴς κλίμαξ dicitur nobis vna ſcala fatta à lumaga, Germanis teſte Zoographo Schnecken i. cochlea. Ex Strabone quoq; libro poſtremo affertur κοχλίδιον, ſcalarum genere, cuius ſcapum vt τὸ τῶν κοχλιδῶν κιόνιον, volumen ἔχον ἑλικοειδῶς circumductum ambit à ſumma coaſſatione ad imũ libramentum: ſed perperam, vt vult author theſauri linguæ Græcæ, orto nimirũ (ait) errore ex latina lingua, in Græco n. κοχλίας legitur pa. 347. de Paneo ſeu Panis fano, πρόδιλοειδὴς, ἐμφερὴς ὄχθῳ περώδει, διὰ κοχλίου τοῦ ἀνάβασιν ἔχον, in quod per cochleam aſcenditur. Athenæus vocat κλίμακα ἑλικτήν. Erat præterea tormenti genus cochlea vocatum quo interfectum ſuiſſe tradit Laurentius Sutius S. Ionam à Magorum principibus iuſſu Saborii regis Perſarum. quod tormentũ forte fuerit equuleus cochleatus, cuius meminit Pomponius in decuma fullonis, vt citatur à Nonio: vbi inſilui in cochleatum equuleum, vbi ſolutim tortor. Ego de hocce tormẽti genere per ocium aliquando integrum tractatum conſcripſi. Præterea Zoographus ſeſe Romæ obſeruaſſe tradit iuxta forum fuiſſe locum, quem ſcalas vocabãt annularias, quas (inquit) eruditiores ita nuncupatas augurantur ab annularis officinis vel à propendẽtibus annulis. Aliorum coniectatio eſt, ſic eas dici, quæ in cochleæ formam effingantur & orbiculata figura rotundẽtur: quod genus cochliũ dicitur. Suidæ quidẽ & Varino κοχλίας eſt, ὁδὸς εἰς ἀκρότεροι θεωγμῶν: hoc eſt, via quæ in vtranque viciſſim partem circumagitur: ſiue de gradibus per ſcalas huiuſmodi accipias: ſiue de viis itinerum: huiuſmodi n. per montes præſertim aliquando viæ ſunt. Cælius Rhodoginus, aures ſiue auriculas verius, ſinuoſas (vtor interim eius verbis) cochlias ait nuncupari. Sed Polluci κοχλίας extrinſecus autiũ ambitus eſt, ἡ ἔξωθεν θεριβολὴ τῶν ὤτων. Et Plutarch. cochleæ inſtar aurem in gyrum contorqueri ait. Eſtque etiam cochlea genus oſtii, quod meminit *e* Varro, vbi teſtudinem deſcribit qua turdi & murulæ & miliares nutriuntur: oſtium (ornithonis) eſſe debet humile & anguſtum & potiſſimũ eius generis quæ cochlea appellãt, vt ſolet eſſe in cauea, in qua tauri pugnare ſolent. Inſtrumẽtis itaq;, quæ diximus, ſcalis & viis cochlearũ figura in ſe clauiculatim, ſpiralatim, capreolatim, tetorta, anfractuoſa, ἑλικοειδὴς nomẽ dedit. Hermolao vero ẽt cochleæ nominantur, neſcio quã obrẽ, inter morbos fici arboris. Porro cochlis capitis ornamentũ eſt, quod reperio apud Pollionem Treuellium in Zenobia, qui ſic ,, habet: Ad conciones galeata proceſſit cum limbo purpureo, gẽmis dependentibus per vltimã fimbriã: media eſt coclide. Videtur (inquit Cælius Rhodoginus) ab ſimilitudine ſcalarum vel animalibus vetbum cotriuatum Humelbergius cochleam ait eſſe lapidem ex flumine rotundũ, ad ſimilitudinẽ cochleæ qui aquæ inditus, eã contra laterum dolorem efficacem reddere creditur, quod & ſe aliquando expertum teſtatur. Et Maſſario cochlos & cochlax marinos calculos ſignificare dicitur: cæterum apud Feſtũ cochlacæ dicuntur iſtiuſmodi lapides rotundi, ad cochlearũ ſimilitudinem. Et Cælius Rhodoginus in Græcis annotatũ authoribus eſſe ait, fluuiatiles aut marinos lapides dici quoq; trochalos, itẽ charmadia & cochaclas. quare vbi apud Varinũ legitur, Τρόχαλοι, ἰδίως οἱ κόλχακες, οἱ καὶ κρεμάδια λέγονται, nempe fluuiatiles & marini lapides legẽdũ cẽſeo pro κόλχακες κόχλακες- & pro κέρμαδα κρεμάδα. Inuenio item in lexico quodam Græcolatino, κοχλάδες exponi lapides attritos perpetua in aquis volutatione, glareas, ſed ſine authore. Mihi hæc quoque dictio corrupta videtur & κόχλακες legẽdũ. Nam & idem Varinus & ante eum Heſychius χλάρον (quæ vox ad latinam glarea accedit) i. vt grammatici interpretantur, minutiſſimi lapilli, qui in fluuiorum ripis vel maris litoribus reperiuntur, vnde, glareola, glareoſus, exponunt κόχλαξ. Etymologus vt à νέος, νέαξ fit, ſic a κόχλος, κόχλαξ fieri ait: Thucididẽ tamẽ κόχλακας dixiſſe per alpha. Cælius Rhodoginus eoſdem lapillos alibi apud latinos dici tradit vmbilicos (vt eſt apud Ciceronem de Oratore l. ſecundo), à Græcis, vt cõmonuit Ariſtoteles in mechanicis quæſtionibus, appellari crocas. Quærit n. (inquit) q d ſit quod in littorib. ex lapidibus aut teſtis grandioribus fiant, quæ vocantur crocæ.

Deſcriptio.

Pompa inſtrumẽtum.

Tolleno.

Scalæ Cochlides.

Tormenti genus.

Euleus cochleat.

Cochliũ.

Aurium ambitus.

Oſtii genus Varroni.

Propeairis ornamento.

Lapis in flumine

Cochleæ figura & eius vires.

Cochlacæ.

Vmbellici qui lapilli.

Croce.

SYNONYMA.

CHometh Hebraicam dictionem Leuitici vndecimo, & decimoquarto Numeri D. Hieronym. interpretatur lacertã quã omnino ſignificare putat Zoograph. Aliis eſt Limax, vel Teſtudo vel Cochlea terreſtris ſecundũ Rab. Dauid in lib. rad. Sed teſtudinis nomine, cochlea multi latini ſermon. impiti abutũtur. Schabul potius limax eſt, vt Dauid Kimhi interpretatur, & Rabbi Salomon Pſ. 58. cõſentit Abrahã. Eſra quoq; Chaldæus vertit tibeleſa: Arabs Liſchmat ſi recte ſcribo vocales. Septuaginta κηρός: Hieron. cera item vermis. In trilingui lexico inuenio, Lul & Meſibata pro cochlea: pro limace vero chomet, chumeta, Sachel, Limaza. Halzum Serapioni commune eſt nomen cochleæ marinæ & terreſtri. Syluaticus quoque cap. 324. ait Halzum eſſe nomen Arabicum à Serapione vſurpatum in ea ſignificatione. Itẽ Auicennæ interpres li. 2. halzum ſcribit & interpretatur limaces. Alberrus vero ex eodem interprete in hiſtoria animalium vocabulum alzum ponit vbi Græce apud Ariſtotelem concha legitur. Vnde & Haalcena vox corrupta puto apud eũdem Syluaticum: cui præterea Conada eſt cochlea marina, itẽ Sadaf: Aunici, limaces terreſtres quæ degũt in planta agni caſti: ſed forte ab agno limaces illi, agnici potius dicendi

Chomet.

Schabul.

Liſchmat.

Lul.

Meſibata.

Chomet.

Chumeta.

Sachel.

Limuza.

Halzum.

Haalcena.

Conada.

Sadaf.

a L. 10. c. 19 Cocclea inſtrumẽtum.

b Li. 6. c. 8. Cochleæ inuẽtum.

c l. 10. c. 19.

d C. 4. & 5.

dicendi fuerint: Lulientia vero species limacum: cæterum innumera apud ipsum vocabula corrupta sunt, vti etiam hæc barbara nomina, Casia, Cotia, Coliris pro limace accepit. Κόγλιας volũt Aristoteli vocari cochleas terrestres, Gaza limaces reddit, vt vbi habet in tertio de generatione cap. 11. Testatorum genus naturã proportione plantis respondentem (ἀνάπτερον) habet: hinc est quod nullum in terra gignitur, aut paruum, quale genus limacum est (τὸ τῶν κοχλιῶν) & si quid huiusmodi aliud sit, sed rarum: at in mari similiq; humore multa & varia gignũtur. Genus plantarum contra &c. Confunduntur apud Græcos, vel ipsum Aristotelem κόχλος κοχλίας, vt nnotauit etiam Wottonus: fere tamen Aristoteli κοχλία vmbilicum, id est eocleam marinam significat, κοχλίας, vero terrestrem cochleam. Massarius quoque κόχλον apud Aristotelem ait esse animal testaceum, & aliud quam Limaces, à Theodoro dictum vmbilicus, hoc (inquit) & cochlian est vbi Aristoteles appellet, sicut limacẽ quoq; cochlon. Verba[a] Aristotelis vbi distinguit disertissime, hæc sunt: τὰ ὀστρακόδερμα τῶν ζωων, οἷον οἱ τε κοχλίαι, καὶ οἱ κόχλοι, καὶ πάλιν τὰ κοχλιώδη ὀστρεα. Gaza vertit: Vt Vmbilici, cochleæ, purpuræ (quod non est in Græcis codicibus nostris,) & omnia quæ ostrei aut conchæ nomine appellamus. Et paulo mox: Οἷον οἱ τε χερσαῖοι κοχλίαι: καὶ τῶν ἐν τῇ θαλάττῃ ὁ κόχλος: καὶ τὰλλα τὰ στρομβώδη. Idem tamen Gaza κόχλους & κοχλίας nonnunquam vmbilicos vertit, quod cum reprehendit Wottonus, ipse quoque reprehendendus videtur, nam licet ex Athenæi libro 2. quem citat constet, quod vmbilicus quem Theodorus pro κοχλία dixit libro 5. histor. anim. idem sit quod cochlea. rectius tamen Rondeletius pronunciauit, vmbilicũ Ciceroni nõ totum genus cochlearũ marinarũ, sed speciẽ aliquam significare. Rõdeletius κόχλος dici putat, quod habeãt τὰ ὀστρακα κυγλοτερῆ. Etymologo vero dicuntur παρὰ τὸ κόχλω, τὸ γυρίζω ἢ παρὰ τὸ ὁλῶ, τὸ συστρέφω, καὶ πλεονασμῷ τοῦ κχ. κοχλίας. Κοχλίς & κοχλίδιον diminutiua sunt, significantia paruam concham seu cochleam, conchulam, cochleolam, vt ait author thesauri linguę Græcæ. Posterioris meminit Suidas quoque, esse dicens εἶδος ζωϋφίου. Etymologus κοχλίδιον diminutiuum fieri ait à κόχλος, & alias ait fieri à κοχλίας, vt à κοιλία κοιλίδιον. Κόγχος ab Hesychio exponitur κοχλίας: & quem Epicharmus κόγχον σεσιλον appellat, eum Dioscorides κοχλίαν σέσιλον. Epicharmus, inquam, apud Athenæũ libro secundo dicens, κόγχον δὲ σέσιλον ἄπαγ' ἐς τὸν φθόρον, cochleas quæ σέσιλον dicuntur, abijce in malã rem. Et[b] Dioscorides τὸν σέσιλον κοχλίαν esse παραχρηστὸν κοιλίας καὶ στομάχου ἐμετοποιόν. ita autem vocat quæ vepribus & fruetis adhærent. In eodem loco apud Athenæum Apellas cochleam ait vocari à Lacedæmonijs σίμελον. Apollodorus veto lib. secundo Etymologiarũ quasdam diei κολυσιδείπνους, id est, vt Dalechampius in suis scolijs explicat, tam amplas vt singulæ ad cænam sufficiant & alia fercula tangi prohibeant. Quidam (inquit) legunt colyeideipnos quod colycijs similes sint illæ cochleæ. Isaacus Casaubonus alios Grãmaticos hæc aliter tradere ait. Spartanis enim cochleas dici σεσίλους: simpliciter vero cochleas appellari σεμίλους. Hesychius σέσηλοι, κοχλίαι, Λάκωνες. Idem, σέμελος κοχλίας. Viderit vero Apollodorus quam sit verum cochleas quasdam fuisse κολυσιδείπνους appellatas. Ego existimo contrarium esse verum, & τοὺς κολυσιδείπνους qui serius ad condictam cœnam ventitarent, & moram facerent diligentioribus quos vocabant τρεχδείπνους, cõuiuiali ioco dictos esse κοχλίας: quod eochleam vincerent tarditudine, vt ille ait apud Plautum, plurima sunt hoc genus συμπολικὰ ἀστείσματα in scriptis veterum. Suspitio est scripsisse Apollodorum in explicanda origine huius vocis, ortam videri à κόχλω verbo antiquo idẽ significante ac γυρίζω, roto: aut ab ὁλῶ τὸ συστρέφω (hæ sunt grammaticorum ineptiæ) ὁλίαν primo, deinde κοχλίαν dictum quod non recta procederent, sed per gyros, παρ' ὃ καὶ κοχλίας λέγεσθαι τοὺς κολυσιδείπνους. Hæc aut similia Apollodorus: quæ lecta negligenter & properanter, neque intellecta ab eo videntur, qui hæc ita scripsit, siue Athenæus, siue eius Breuiator. Hactenus Casaubonus. Σελάτης, Hesychio & Varino est quoque κοχλίας, forte σέσιλος, Σέμελος, κοχλίας ijsdem, Σεμελοειδίαι, οἱ αὐδὴ κελώφυς, ὡς ἔνιοι λέγουσι. Σίσυμος, νόμισμα (νόσημα forte) καθάπερ σκωληκίασις, καὶ ζῶον apud eosdem, Πομφοῦλας, ὁ κοχλίας exponit Varinus per o breue in prima inepte, debet enim per ô productum scribi πωμοῦλας, quoniam πῶμα operculum est. Φερέοικος id est, domiporta, epitheton cochleæ pro ipsa cochlea vsurpatur ab Hesiodo:

Ἀλλ' ὁπόταν φερέοικος ἀπὸ χθονὸς αὖ φυπάβαίνῃ.

quanquam enim de terrestri loquitur, cochleis tamen omnibus testa opertis commune est epitheton, & testudini quoque, quod notat quoque Varinus, φερέοικος, & φέροικος, exponens κοχλίας, ἢ χελώνη. Sunt qui phereœcon describant animal albũ, simile mustelæ, quod sub quercubus & oleis nascatur aut vetsetur, (ὑπὸ δρυσὶ καὶ ἐλαίαις γινόμενον,) & glandibus vescatur, sic dictum ab Arcadibus: alij insecti genus vespa maius faciunt: super qua voce consule partim Hesychium, partim Etymologum. Ἀέροπός eidẽ Hesychio, vti & Varino est κοχλίας: forte παρὰ τὸ ἵεσθαι. Atq; ita exponunt ξιφίδεια: sed ordo collocationis & analogia vocabuli ante penultimã per y scribi postulãt: vt à ξίφος diminutiuũ ξιφύδιον fiat, sicut à μέλος μελύδριον: quanquam & alterum diminutiuum ξιφίδιον in vsu est, & receptiore, vt puto. Pro κοχλίαι, in multitudinis numero κοχλίαις scripserim: sed magis probo; quod alibi apud eosdem reperio σκιφύδεια, genus conchylij, pro ξίφος quidem aliter etiam σκίφος proferri scio. Eisdẽ γαμαιδύται, sunt κοχλίαι: Videntur autem cochleæ terrestres significari ab eo quod terram

[a] Li. 4. Hist. cap. 4.

[b] Li. 2. c. 11.

Κόγλιας.

Wottonus reprehensus.

Vmbilicus quid Ciceroni.

Nominis ratio:

Σίμελος.

Σίσηλος.

Σέλατης.

Πομφοῦλας.

Domiporta.

Phereœcõ animal.

Ἀέροπός.

Γαμαιδύται.

A subeant, quod & troglodytę vocabulum sonat: item χαμαιδυλίαι, χελῶναι, καὶ αἱ ναυτοπόροι τῶν κυνῶν: οἱ δὲ τοὺς κοχλίας. Ἀχραδάμυλος, ὁ κοχλίας est Tarentinis, eisdem scribentibus. Videntur autem & hic terrestrem cochleam aut speciem significare. Ἀχράδες pyri syluestres sunt, μύλλειν Grammatici interpretantur πολυστρόφον, μύλλον obliquum, incuruum, tortuosum, & leue, vt videtur. Inuenitur & πίλος, κοχλιός, apud Hesychium, nialim πῖλος, κοχλίας, vt πίλος sit genus cochleæ quoddam à figura pilei (quem Græci πῖλον vocant) sic dicti, siue is in acutum exeat, vt Strombi, siue forma sit rotunda, vtraque enim cochleæ tum in mari tum in terra reperiuntur. Ἀβρόπων apud Varinum legitur, diciturq; esse genus cochlearum, secundum alios locustarum, secundum alios apum: Quibus addit quosdam legere ἀωρόπων, eoque nomine intelligere λῃστῶν, prædonum seu latronum. Ex quo intelligitur, hoc ἀβρόπων siue ἀωρόπων esse pluralis numeri & genitiui casus, non autem nominatiuum singularem, vt existimarunt vulgaria lexica. Colysidipnos (κολυσιδείπνους, vocari cochleas quasdam Apollodorus libro secundo Etymologiarum testante Cælio author est. Et in Plutarchi sympositacis tardiores conuiuæ nuncupantur colysidipni. Quibus autem cochleis hoc nomen conueniat, & quam ob eausam dubito. Conijcio autem terrenum esse genus, quod vel ciro saturet, & edendi auiditatem eircuncidat: vel vomitu aut aluo cibos ingestos egerat. Græcorum vulgo hodie κοχλίος vel σαλιγάς nominatur. Λεῖμαξ, animal simile cochleæ dicitur Hesychio & Varino, quæ vox non absimilis est eum dictione limax latinorum, quæ cochleam terrestrem significat, eamque à vel testa operram, vel nudam. Plinius limaces à cochleis manifesto distinguit inquiens: Bestiolarum genera quædam herbis innascuntur, raphano erucæ & vermieuli, item lactucis & oleri: vtrisque hoc amplius limaees & cochleæ: quo loco limaces cochleas nudas haud dubio significant. Aecipitur tamen apud classicos scriptores pro cochlea testa cooperta, vt apud Columellam hoe versu:

Implicitus concha limax, hirsutaq; campe.

Vbi notandum etiam limacem in masculino genere accipi: cum Plinius fæmininum faciat, dum ait: Limacis inter duas orbitas inuentæ. Recentioribus indoctis Limacia pro limace nominatur. Albertus Limacem ait nomen accepisse à limo in quo generatur & nutritur, & Festus Pompeius limaces exponit cochleas à limo appellatas, quod facit quoque Columella in decimo; intelligit autem, vt putat etiam Grapaldus, terrestres. Cochlea gammaticis recẽtioribus, proprie testa limacis est, licet quandoq; pro ipsa limace q̃ testam habet accipiatur. Est autẽ proprie limax (inquiũt) quæ sine testa est; eochlea vero quæ testam haber. Zoographus de terrestribus cochleas plerumq; intelligit, cum simplieiter proferuntur: Sæpe enim de vtra loquantur (inquit) authores, exprimunt, terrenæ aut marinæ descrimine expresso. Aristoteles qnidẽ eriam pro marinis aliquando simpliciter eochleas nominat, sed vbi argumentum huiusmodi est, vt distinctione opus non sit. Est quando generis instar ponitur, & communem aquatilibus pariter ac terrenis naturam indicat. Gaza cochleas terrestres vertit limaces. Sunt qui apud Plinium cum nominat cochleas quæ eduntur, velint terrestre genus intelligere videri, quibus ego libenter assentior. Cardanus in lib. de Varietate rerum cochleæ significato abutitur, cum pro omnibus conchis generatim accipiat. Albertus cochleas & testudines vna cum alijs indoctis turpiter confundit. Apud Marcellum Empirieum coclea passim scribitur sine aspirationẽ. Cælius Rhodoginus alicubi cochliam peri in penultima scripsit. Cochleolam latine dixit Grapaldus, latinis vocabulũ hoe generis masculini, κοχλίας vt Αἰνείας, vnde genitiuus, pluralis κοχλιῶν circumflexus, non paroxitonus, vt quidam inepte scribant, formatur, omnis enim primæ declinationis genitiuus pluralis circumflecti debet, tribus exceptis, χλιόνων, χρήτων, ἐτησίων. Et Pausanias κόχλον Λακωνικὸν fœminino genere protulit. Et in arcadicis, τοὺς Τρίπωνας φύσιν φασὶ διὰ κόχλου τετρυπημένους. Aristoteles tamen masculino genere effert. Primam huius vocabuli Græci & larini aliquando eorripiunt. Serenus:

Contritis prodest cochleis perducere frontem.

De Muribus in batrachomyomachia

Κόρυδος κοχλίων λέπτων κόρον τὰ μφεκάλυψεν.

Anaxilas apud Athenæum in senario:

Ἀπιστότερον εἰ τῶν κοχλίων πολὺ πάνυ,

Isidorus eochleam per diminutionem dici scripsit quasi conchulam, quod vt ineprissimum reprehendit Zoographus. Buoualo Italis commune nomen est marinæ & terrestri: nõ tamen quamuis marinam cochleam; sed maiusculã significarè puto. Massarius Bubalos Venetis appellari ait qa equinã vel potius bouiuã effigiẽ referant. Sunt alioqui qui cochleam Italice interpteterntur la Maruza, la Zameruca. Nobis vt & in plerisq; Italiæ locis limax est lumaca, lumacha, lumaga; sed apud Tuscos chiocciola, & nicchio. Marina Hispanis & Lusitanis caramuyo dicirur, norante Amato Lusitano, ab alijs almeia vel caracol de lamar: sed hoc posterius, vt & coraguulo ad neritẽ priuatim ptinẽt. Rõdeletius vero Hispanis & Prouincialib. Searagol vel cagarolo; cochleã terrestrẽ fignificare tradit. Galli vocãt limasson, escarcot. Getmani ein Sehneck vel Schnegg cõmuni ad terrenas & marinas nomine etiã Sehnegel: Flandri & Brabanti Slecke, Hollandi vero Slegge vel Slagghe: Angeli nõ proprie dicendas cochleas sed conchas biualues quasdam vt pectunculos Gokles appellant: alias à Snayle dicunt: Bohemi & Illyrii Hlemyzd vel hlemayzd.

Χραμαδδῶλαι.

Ἀχραδάμυλος.

Ἀγράδες.

Πῖλος.

Ἀβρόπων.

colydisipnos.

Λεῖμαξ.

Limax an cochleis differat.

Limacis etymologia.

Cochleas & testudines Albertus cõfundit.

Ortografia cochleæ.

Prosodia:

Isidori error.

Bubali.

GENVS. DIFFERENTIÆ.

Differētiæ à magnitudine. Figura. Victu.

COchlearū ac potiſſimum terreſtrium differētię (inquit Zoographus) ſumuntur vel à magnitudine, vnde minores & minutæ dicuntur: vel a figura, vnde longæ, latæ: vel à colore, ſunt enim albæ, nigræ, fuſcæ, ruffæ, variæ: vel à teſta, qua aliæ carent, teguntur aliæ, vnde nudas & tectas cognominant: vel à regionibus, quod aliæ ſint vulgares, indiginæ, noſtrates, aliæ peregrinæ: vel victu. præſertim ex plantis: adhærent enim aliæ alijs quas appetunt, fico, lauro, aſphodelo, carduis, aut folijs gregatim, vt ait Plinius: Et forſan earum quædam gregatiles ſunt: aliæ vel omnino non ſunt, vel minus gregales: Vel à vita, ſeu locis, in quib. degunt: & harū aliæ latitant ad tempus, aliæ ſemper. Quæ exeunt, aliæ herbas petuut humiliores, aliæ altius frutices aut arbores ſcādunt: vel cibi ratione ad homines: alijs enim veſcuntur vt vulgaribus teſtatis maioribus, alijs abſtinent, vt minutis & nudis omnib. noſtris: in Africa enim aliud nudatum genus eſt. Quod ad differentiam attinet, quæ à magnitudine depender, *a* Ælianus in mari rubro cochleam naſci teſtatur cū ſpecie pulcherrima, tum maximā, teſta purputea, & in eius medio ſpira ſiue voluta, mita colorū varietate & veluti floribus natiuis diſtincta. Sertum (inquit) diceres ſummo artificio & ornatu contextum, è floribus multiiugis, viridibus, aureis, rubicundis, per æqua digeſtis interualla. Et Petrus Gyllius ait ſe vidiſſe cochleam marinam, quæ ad eam magnitudinem accederet, vt tantum vini caperet, quantum piſcator exſiccare vno prandio poſſet. In Aegypti Nilo grandiſſimæ feruntur vocales vlulantium expreſſa ſimilitudine. E cōtrario And. Matthiolus refert in doctiſſimis ſuis commentarijs in Dioſcoridem in agro Romano cochleas quaſdam eſſe paulo maiores lupinis, quæ autumno quorundam carduorum caulibus aceruatim cohærentes innumerę videantur. Hę forte fuerint quæ à Plinio minutę dicuntur, quas tamen alias ſimpliciter ita nominat, alias latas, longaſue cognominat, nominat vero latas aliquoties, vt inter remedia patebit. Zoographus quoq; apud ſuos (Heluetios) in terra, vt hortorum & in collibus apricis exiles quaſdam teſtas cochleatum inueniri tradit in mucronem turbinatas, plerumque ſemper vacuas: ſed animal in eis deprehendere nō meminiſſe: Strombos terreſtres (inquit) dixeris. Præter laras in figuræ diſcrimine etiam oblongæ ſunt atque inter has quibus (vti Vuottonus notat) tubæ loco vtūtur tubicines: Echinophoros vocant, aliqui eclinophoros. Sunt a. hæ marinæ, ex quibus etiam dantur rotundæ in oleatio vſu quib. ſcilicet oleum effunditur, & pentadactyli & quibus clauicula in acutiſſimum acumen intorquetur. Eiuſcemodi figuræ cochleas, nimirum oblongas forte omnes Strombos eſſe dicemus: obtuſiorum vero & rotundiorum pleraſque vmbilicos, præſertim quæ magnæ uō ſunt, vt oleariæ. Inter terreſtres cochleas reperiri albas nigras, magnas, paruas, mediocres annotauit Matthiolus, & ante eum Albertus limacē inueniri ait, albam rubeam, croceā & nigrā. Sed Albertus limaces cum teſtitudine confundit. Tamē Adamus Loniceius Limaces ruffos, alios nigros conſpici etiam ſcribit. Teſta carentes limaces hic excludimus, cum de iis inter inſecta actū ſit, & hic tantum de teſta opertis dicendū. Ariſtoteles cochleas terreſtres teſta intectis annumerat, earumque carnem penitus includi aſſerit nec vlla ex parte cōſpici excepto capite: κοχλίας πωμαῖας cochlea opercularis dicitur, gypſeo operculo per hyemē: Italice limaga delle vigne interpretantur. Bellonius perperā ſcribit pomacea, & eius magnitudinem raro excedere ait cancellum qui teſtas vacuas ingreditur. Penes loca, permulta quidē ſunt cochleatum genera, at tria potiſſimum apud *b* Dioſcoridem, cui aliæ ſunt χερσαῖοι ſiue terreſtres, aliæ θαλασσίοι, id eſt marinæ, aliæ ποταμίοι ſiue fluuiatiles. *c* Marinas Braſauol° alias ait eſſe in teſtis, alias teſtis carere. Dioſcorides terreſtriū quæ in Ligurię alpibus reperiuntur, pomatias appellari ab operimento ſuo quæ vero ſylueſtrib. frutetis & ſentibus hærentes, ſeſilos: Plinius etiam ſylueſtres; ita enim Maſſarius interpretatur item Braſauolus & Zoographus, quorum omniū ego veſtigia libenter ſequor. Habemus inquit Braſauolus & ſylueſtres cochleas ſeu arboreas, quæ frutetis adhærēt & ſentib. Ex his aliæ ſunt; aliæ albæ præter albedinem nigris, rubris vel luteis (punctis vel lineis) impreſſæ ſunt, & fere opere vermiculato à natura elaboratæ. *d* Demetrius Conſtantinopolitanus, qui de acipittibus ſcripſit, cochleam terreſtrem nominat. Matthiolus pomatias cochleas interpretatur vulgares noſtras maiores, quæ ptęcipue in cibum veniunt, vt cum ex deſcriptione tum ex figura adiuncta apparet, nec diſſentit Zoographus. Non me fugit, (inquit Matthiolus) quas Dioſcordes pomatias vocat plurimas reperiri in montibus Tridentinis, vicinisq; aliis locis & eas quidem præſtantiſſimas. Eruuntur enim è terra hyeme & frutetis, vncis quibuſdam ferreis, prope fruticum radices terra circum foſſa. Concluduntur hæ contra frigoris iniuriam, quodam albo operimento, duro, gypſi ſpeciem referente; ſicque contectæ terra ſe condunt. Fit. n. ob hoc vt in cibis iis longe ſuauiores, gratioreſque habeantur, delitescantque ſub terra circum fruticum radices. Hetruria plane ignorat: cum tamen & ibi eodem modo ab his eruantur, qui alibi artē didicerunt. Hæc Matthiolus. *e* Plinius etiam cochleas non ſolum latere ſcribit, ſed inde etiam inter ſe diſtinguit, inquiens: Simili ,, modo & cochleæ, (nimirū vt ſerpentes latent) Illæ quidem iterū & æſtatibus, adhærentes maxime ſaxis: vt & iniuria reſupinatæ auulſæque, non tamen exeant. In Balearibus vero inſulis cauaticę appellatæ, non prorepunt è cauis terræ: neq; herba viuunt, ſed vuę modo inter ſe cohærēt. Eſt & aliud genus minus vulgate, adhærē-

Magnitudo ingens.
a *l.* 11.*c.*21.
b *Li.*2.*c.*12.
c *In cōmēt.* 2.*Aph.* 18.
Vita.
Minutæ quæ Plinio.
Strombi terreſtres.
Echinophori.
Coloris differētia.
Teſta.
Pomatiæ quæ.
Sesili.
Sylueſtriū differētiæ.
d *li.*2.*c.*71.
Pomatiæ vbi multę.
Latent, & quando.
e *Li.*8.*c.*39.
Cauaticæ cochleæ natura.

te operculo eiuſdem teſtæ ſe operiens: obrutæ terræ ſemperhæ & circa maritimas tantum alpes quondā effoſſæ, cæpere iā erui & in Veliterno. Hęc ille. Varro differentias ponit penes regiones. Ait enim plura earū eſſe genera, vt minutas albulas quæ afferantur è Reatino, & maximas quæ de Illyrico apportātur & mediocres quæ ex Africa afferuntur. Non quod in his regionib. (inquit) quibuſdā locis eæ magnitudinibus non ſint diſpariles, nam & valde amplæ ſunt, quanquā ex Africa quæ vocantur Solitanæ, ita vt earum calices quadrantes octoginta capere poſſint: & ſic in alijs regionib. eædē inter ſe collocatæ & minores ſunt & maiores. Hæ in fœtura pariunt innumerabilia. Earū ſemen minutū ac teſta molli, diuturnitate obdureſcit: *f* Plin. cum dixiſſet Fuluiū Hirpinum cochlearum viuaria inſtituiſſe, genera quoque diſtinxiſſe illum earum norauit, ſeparatim (inquit vt eſſent albæ, quæ in Reatino agro naſcuntur: ſeparatim Illyricæ, quibus magnitudo præcipua: Africanæ quibus fæcūditas, Solitanæ quibus nobilitas. Africanæ cochleæ vnum genus tectum eſſe, alterum nudum, apparet ex eodē Plinio, qui nudæ meminit in remedio ad dyſenteriam, alibi quoque *g* Africanas laudatiſſimas eſſe ſcribit, & ex his (exin, legunt alij) Solitanas, Aſtypalaicas, Siculas modicas quoniam magnitudo duras facit & ſine ſucco: Balearicas, quas cauaticas vocant, quoniam in ſpeluncis naſcuntur. Laudatas & ex inſulis captearum. Quod ad Aſtypalaicas attinet, Stephanus Aſtypalæas quinq; numerat: vnam è Cycladib. ſecundā oppidū in Coo: tertiam inſulam cū oppido inter Rhodum & Cretam: quartā, oppidum in Samo: quintam promontorium prope Atticam. Hinc cochleas Aſtypalaicas deriuant, ſicut ab Athenis Athenaicus, vt antepenultima per à ſcribi debeat, non per e vel ae. Sed *h* Plinius in octauo omnium laudatiſſimas in Aſtypalæa inſula eſſe ſcripſit, Dioſcorides Sardonicas, Africanas, Aſtypalaicas, & quæ in Sicilia & Chio naſcuntur, & in liguriæ alpibus, pomatias id eſt, vt diximus, operculares cognominatas: Strabo cochleas prædicat linuſias, ab agro cui nomen lino eſt, iuxta Pytiuntem, medio inter Parianam coloniam & Priapum ſpatio. Germanas cochleas nominat Demetrius qui Græce de accipitribus ſcripſit. Vegetius etiam in potione equi prophylactica inter cætera cochleas Germanas admiſcet. Nominatque eaſdem Marcellus his verbis: Vuam caniculatam, & cochleam germanam combure & contere, atque ex eo pulvere mixto, pulice ſummo, vel certe cochleatio, vuam ieiuno tange ,, per triduum. An vero germanam cochleam à gente & regione dixerint, an alio quodā ſenſu, Zoographus negat ſe habere quod affirmet. Africanas quidem cum ad remedia requirit Marcellus, veras interdum (quas & germanas & genuinas dixerit,) deligi iubet. Sunt præterea cochleæ quas aceratas Plinius vocari ait, latas multifariamque naſcentes, de quarum vſu ſuis ſe dicturum locis promiſit. Sed cum nuſquam alibi de aceratis meminit, latarum vero ſæpius, Zoographus non late forſan aduerbialiter legendum exiſtimat, ſed latæ nomine adiectiuo fæminino plurali: vt aceratæ eædem ſint quæ latæ. Sic & Maſſarius legit: Sunt & acetatæ (inquit) latæque multifariam naſcentes. Inuenio item limacis genus cocalliam ab Ariſtot. vocari, inquit Maſſarius: Sed Ariſt. cocaliū genere neutro dixit, & per κ ſimplex nō perduplex, vt habet Vuottonus. Eſt apud Ariſtotel. (inquit ille) κοκκάλιον, apud Athenæum κόκκαλον (niſi in alterutro eodicum inſit menda) Cochleæ genus & vt videtur, terreſtre Teſtaceum, à Limace diuerſum. Locus Ariſtotelis eſt in quarto capite libri quarti de hiſtoria animalium: Cocalia (κωκάλια, τὰ) vt quidam vocant, teſtis integuntur: eorum caro, vt & aliorum limacum terreſtrium, penitus includitur, nec vlla ex parte conſpicitur excepto capite. In eodem loco Ariſtoteles (quod per tranſennam dictum eſto,) eſſe ait inter cochleas quæ intra ſe beſtiolas habeaut ſimiles gammaris puſillis, qui vel in flumine gignuntur; ſed ea differentia, vt præmollem intra ſuam teſtam carunculam habeant. Atque hæc de diuerſis cochleatum generibus.

Differētiæ à regionibus.
f *Li.*9.*c.*56.
Africanæ.
g *Li.*30.*c.*6
Aſtyphalaicæ.
h *L.*8.*c.*39.
Linuſiæ.
Germanæ.
Aceratæ.
Cocalium Ariſt.

FORMA. DESCRIPTIO.

ARiſtoteli cochleæ turbinatæ vocantur, earumque carnem penitus incluſam eſſe ait, nec vlla ex parte conſpici; præterquam capite, *a* Plinius quoq; cum de turbinatis ac proſtremo de echinis & echinometris locutus fuiſſet, in eodem (inquit) genere cochleæ aquatiles terreſtreſque, exerentes ſe domicilio, binaque ceu cornua protendentes, contraheuteſque: oculis carent: itaque coruiculis prætentant iter. *b* Quod poſtremum alibi etiam repetit his verbis: Cochleis oculorum vicem corniculla bina prætentatu implent. *c* Scaliger quoq; negat cochleis oculos eſſe: itaque neque viſum, ſed pro viſu tentamenta (vt eius quoque verbis vtar) proportione puncti atrioris in ſummo cornicularum: qualia forraſſis puncta Plinius in trigeſimo arenulas vocauerit: Cochlearum in cornib. harenulæ quæ inueniuntur, inditę ſtatim dolore liberant. Et alias in eodē libro air: Inueniuntur in corniculis cochlearum arenaceę duritiæ. Eiuſdem opinionis fuit Albertus, oculorū loco cochleis cornua quædam mollia eſſe inquiens, & in ijs duo nigra puncta, quæ vſum quendam & actum perficiant oculorum. Idē tamen Albertus nonnunquam contrarium ſenſit, ſcribitq; teſtudinem (cochleam) & limacem oculos ſuos habere in ſummitate cornuum ſuorum & cum appropinquat aliquid (ſunt eius verba) retrahere oculū in cornu, cornua veto in caput, & caput in corpus: eodemque modo pecten, oſtreum, ſi quis digitos admoueat, ſubito claudere oculum; ex quo cognoſcitur (inquit) habere viſum. Sic fere ille, atq; mihi plane videre videntur,

Turbinatę dicuntur.
a *Lib.*9.*c.* 32.
Cotniculę Oculis an careant.
b *l.*11.*c.*37.
c *In li.*1.*de plantis.*
Arenulæ q̄ in cornib. cochlearū.

nam

An videant & oculos habeant,

nam mirum quam solicita fuerit natura puncta ea siue oculos cõseruare. Inuenioque etiam in antiquissimo grypho.

Ὄμματα τ' ἐκκύπτουσα κεφαλήκεα κ' ἐσκύπτουσα.

Estque vulgaris nobis imprecatio, *ti venga il cancro, douue hanno gli occhi le limache*, hoc est, auguror tibi cancrũ eò loco quo oculos habent Limaces siue cochleæ, augurantur autẽ eo modo cancrum in cornibus: cornutos dici nihil ignominiosius, ita enim vocantur, quibus propria vxor imponit. Teucer denique limacem ad exemplum quæstionis ludicræ, ita finit; animal sine pedibus, sine spinis, sine ossibus, crustatum (testaceum potius) oculos nunc exerens, nunc retrahens. Videtur *d* Plinius duo tantum cornua tribuere. Ait enim cornua data esse cochleis ad prætentandum iter; corporea hæc, sicut cerastis; aliquando & singula (nimirum cerastis) cochleis semper bina, & vt prætendantur (protendantur legitur in codice manuscripto) ac resiliant. Cæterum quatuor habere videmus, magna duo quæ posteriora sunt, & in quibus sunt, quos vocauimus oculos, & minores totidem fere in fronte, quibus forte quod obtuse admodum videat, iter prætenderit, hæc enim vltimum exerit. Limax (inquit Albertus cornua quatuor habet, duo breuia & duo longa: quæ extendit, cum progreditur: contrahit, cum recolligitur in seipsum. Idem Albertus cochleam capitis figura carere ait, cum alioqui apud *e* Plinium, capita cochlearum equorum capitibus similentur: quo minus (inquit) miremur equorum capita in tam paruis eminere cochleis. Massarius bouinam potius effigiem præferre asserit, ideoque Venetis ab eiusmodi similitudine eas bubalos appellari. Omnes siliceo tegmine clauduntur, clauiculatim introtro; Testa id vulgo vocatur, alijs tegumentum & voluta à recentioribus quibusdam, cochlearis testa à Budæo: Cochlea synecdochice à Celso, si bene memini, cum ait serpere in cochlea, (sic & cochyliorum κόχλης, hoc est, testas apud Pollucem legimus:) Sammonico & Statio domus, Plinio etiam calyx, Dioscoridi κέλυφος, ὄστρακον Galeno, Testam vero hanc siue domum secum portat (vnde φερέοικον Hesiodus, domiportam Cicero vocauit,) nulli videlicet nidens, sed semper metuens, ne sibi rapiatur, vnde eleganter Anaxilas Comicus dixit:

Definitio Cochleæ.

d *Li. 11. c. 37* Cornuum numerus.

Caput an habeant.

e *Lib. 9. c. 2.*

Testa eiusq; nomina.

Cochleæ p infidelitate domũ portant.

Ἀπιστότερος εἰ τῶν κοχλίων πολλῷ πάνυ,
Οἱ φερέφερέ σ' ἀεὶ ἀπιστίας τοῦ οἰκίαν.

Quod si testam detraxeris, aiunt cochleam hebetescere atque expirare. Albertus tamen testas suas aliquando relinquere scripsit: & Zoographus sese ait audiuisse circa initium Augusti exire eas è suis testis & nouis superinduci. Os eis inest, inquit Aristoteles, & dentes acuti, breues, tenues, præduri, & quod interiacet dentibus carnosum habent similiter vt mollia & crustata. Et *f* Plinius quoque cochleas dentes habere scribit; eiusque inditium esse, à minimis earum derosam vitem. Promuscidem etiam inter aculeum & linguam habent, auctore Aristotele, & ori iungitur quasi ingluuies auium; à qua stomachus est; quem excipit venter, in quo situm est, quod papauer vocatur, mox intestinum continuum tendit simplex, originem à papauere illo ducens. Plura de cochleæ dentibus, linguę, ingluuie, ventre & papauere leges apud eundem de partibus animalium libro quarto, capite quinto. Porro omnes sanguine carent ac repunt; tegmina sua, vt dictum est, secum ferentes.

Os.

f *Li. 11. c. 37*

Dentes.

Promuscis.

Intestiota.

Venter.

Intestinum.

Papauer.

ventet auiũ gutturi similis.

Vmbilicorum (cochlearum) venter similis est gutturi auium teste philosopho. Membrana in grandiusculis vmbilicis (κόχλοις) à ventre gulæ attexitur continua, per quam meatus prolixior, albicans, colore similis superioribus illis mammillantibus corniculis (de quibus dixit in turbinatorum genere, sub ventriculo statim esse binas; albas, solidasque) tendit. Habet etiam incisuras, quales in ouo locustarum habentur: verum hoc albidum, illud rubicundum est. Nullus exitus huic, nullum foramen postremum patet, sed prætenui membrana cauo intus angusto continetur. Tendunt ab intestino ad imum nigrantia quædam aspera atque continua, qualia vel in testudine visuntur, sed minus nigra. Cæteri quoque vmbilici hæc habent eadem: sed quo minores, eo minutiora. Hæc philosophus in quarto de historia, cap. 4. vbi deniq; præterea vmbilicis albuginem à natura datam esse ait; Græce est λόκνον: id autem, inquit, tale quid esse in cochleis, quale quod vocatur ouum in biualuibus. Qui echineidem videre, limaci magnæ similem esse dicunt, teste Plinio. Saliua cochlearum, quæ punctis acu vel stilo carnibus manat, à Græcis, vt inquit Galenus, myxa dicitur, hoc est, muscosus lentor, siue mucor, mucusue.

Incisurę veluti in ouo locustarũ.

Albugo.

Saliua cochlearum.

L O C V S.

Siluas amãt terrestres.

SVpra inter positas differentias, ex præcipuis fuit, quæ à loco sumitur. Sunt enim marinæ, fluuiatiles & terrestres. Hæ postremę syluas potissimum amant, quod nobis scriptum reliquit Achæus apud *a* Athen. his verbis: Ἡ ποτὲ δ' αὔτη τρέφει κοχλίας κεροῦτας: vel quot cornutas cochleas alunt nemora. Vnde in conuiuijs testante te ibidem Athenæo solet proponi hoc ænigmatis vice de Cochleis.

a *Li. 2. c. 14.*

Ænigma.

Τλοῦθος, ἀνάκανθος, ἀναίμακτος, ὑγροκέλευθος.
In syluis nata, spinis carens, exanguis, humida via incedens.

Vbi syluæ nomine ego accipio loca omnia arboribus, vel alijs stirpibus consita, quibus victitant cochleæ. Quocunque vero eunt, suam semper domum secum ferunt, vnde domiportæ nomen, vt dixi, meruit: atque hinc est, quod Antisthenes ridere solitus sit Athenienses, quod essent autochthones, nempe quod non aliunde eo commigrassent, nec patriam sedem mutassent vnquam: dicens hoc laudis illis esse cum testudinibus cochleisque commune. Nam

Antisthenis dictum de Athenienſibus.

A & hæc animantia nunquam mutant domicilium, in quo nascuntur. *b* Aristoteles cochleas terrestres hyeme latere ait: nec vllam sane eo tempore cernere est, sed vere cum aer tepidior factus est è suis latebris prodeunt. Athenæus Theophrastum citat de animalibus, quæ se absconduut, aitque eum scribere cochleas hyeme latere, sed æstate magis; itaque plurimas prodire cum autumno pluit, illisque per æstatem latibula quæri & in terra & in arboribus. Quo loco Casaubonus, Aristotelis (Theophrasti, legitur apud Athenæum, vt dixi) inquit, qui affertur locus, dicitur extare ἐν πέμπτῳ περὶ ζώων. optimi libri habent, περὶ ζώων μορίων. Sustulere vocem μορίων, qui animaduerterant in libris de partibus adscripta verba non reperiri. Sunt enim ex tertio de generatione animalium. Integrum locum adscribam, quando sententiam imperfectam hic lector inueniet. Μόνον τῶν ὀστρακοδέρμων ἐφέρετο τὸ τῶν κοχλίων γένος, οἱ δ' ἐν τῷ σποδυασμῷ γένοιτο αὐτῶν ἐστὶν ἢ μὴ ἔπω ὅπτως ἐκκινῶς. Hactenus Casaubonus. Vt modo vnde digressi sumus, reuertamur, Plinius *c* cum dixisset viperam solam serpentium terra se condere, cæteras arborum aut saxorum cauis. Et alias vel annua fame durare, algore modo dempto. Omnia secessus tempore veneno orba

b *Li. 8. hist. c. 13.*

Vt in terra latitent.

c *Li. 8. c. 39.*

B dormire: addit, Simili modo & cochleæ: illæ quidem iterum & æstatibus, adhærentes maxime saxis, vt etiam iniuria resupinatæ auulsæque, non tamen exeant. Latent itaque & hyeme & æstate, quod non meminit Aristoteles. Cum enim tempus anni feruidum & æstuosum est, siue cum agri solis ardore torrentur, homines autem calore & æstu laborant, tum cochleæ in occulto delitescunt, suoque ipsarum succo viuunt, nisi forte aliquid roris è cœlo decidat, vnde *d* Plautus

Rore viuunt.

d *In Captiuis.*

Quasi cum caletur, cochlea in occulto latens
Suo sibi succo viuunt, ros si non cadit.

Aristias comicus quoque apud Athenæum de quodam, qui captaret cochleas, inquit, ἡ κοχλίας, χθομδρὸν ψεκάδιον, αὐηρόστ' αὐ, καὶ λάχανα τῶν αὐτοχθόνων: quis enim nescit hoc potissimum tempore cochleas apparere: nam neque pluuiam concitatiorem, neque magnos calores ferre possunt: vt significauit etiã *e* Varro, cum de illis alendis sedulo multa præciperet, inquit enim, de sede disputans. Locus is melior, quem & non concoquit sol & tangit ros. ψεκάδιον Græci vocare solẽt imminuto eo nomine, tenuem imbrem, & qui aliquo modo rorem. Cum è terra erumpunt, exgrumare dicuntur, hoc est, grumos eruere, & ex grumis exilire. Grumus enim

e *Lib. 3. de re rust.*

ψεκάδιον quid.

Grumus quid.

C terræ collectio est, à congerie dicta. Vtitur ea voce Varro in præcitato loco. Denique ipsæ exgruminantes ad propalam vitam diu producunt, cum ad eam rem pauca laurea folia interijciant. Iam vero ex marinis quædam locum mutant. Auctor enim est *f* Ælianus Persarum regem cochleas Ponticas imitari, æstiuos dies Susis agentem, hybernos vero Ecbatanis. Etenim ad nuncupatam Propontidem calidam hyemant: æstiuum autem tempus ad Ægialum agitant, inquit, propter molles auras, quas hoc mare eis afflat.

f *Li. 10. c. 4.*

M O T V S.

MOuentur omnes cochleæ, inquit Franciscus Massarius, & serpunt parte dextra, non ad vertiginem siue clauiculam, sed in aduersum. Sed *a* Aristoteles hoc de Strombis scribit & similibus turbinatis marinis: quærendumque si idem terrestribus quoq; conueniat. Mouentur autem hæ, vt ait Albertus, contractione & emissione corporis.

a *Li. 4. hist. anim. 4.*

COITVS. PARTVS. GENERATIO.

VNVM ex testatis cochlearum genus auctore *a* Aristotele coire perspectum est: sed an earum ortus per coitum fit, nondum satis exploratum haberi ait. Et alibi, vmbilicos (cochleas) pariter omnes sua oua habere videri scribit; verno autumnalique tempore, quem forte locum repetens Athenæus: Aristoteles, (inquit) libro quinto de animalibus tradit vere & autumno cochleas prægnantes apparere, solasque ex omnibus testaceis in coitu videri cohærentes ac congeminatas. Et Zoogtaphus Limaces quoque coire, & oua parere candida, magnitudine oculorum lucij piscis sese audiuisse refert: ijsque incubantes aliquando reperiri mense Maio. Albertus vero ex putredine herbarum, & viscoso rore generari limaces voluit: viscositatemque terrestrem circumquaque durescere in testam, in qua habitant. Vnde etiam limacem à limo dictum voluit, & alias, in limo quidem (inquit) & generantur & nutriuntur: cuius ego sententiæ facile subscripserim, & *b* Ioannes Baptist. Porta limaces, quod ex limo & putrescentibus aquis orientur, vitam breuiorem reddere affirmat. Plinius *c* scribit cochleas hyberno tempore nasci. Cæterum hyeme tantum oriri non facile crediderim, neque etiam ille hoc ait, nam & alias, *d* lactucis eas innasci testatur: item alibi: limaces (inquit) nascuntur in viacia, & aliquando à terra cochleæ minutæ, mirum in modum erodentes eam. Vtut sit, imber maxime facit ad earum ortum, quod obscure admodum innuit etiam *e* Plutarchus, Cochleas si quis imbrem facere, non præcedere putat & indicium eius esse, fallitur. Notandum maxime, quod scribit Massarius: Limax testa detracta hebetescit, processu vtique temporis id quoque in aureliam transit, vt eruca, atque immobile viuit. Sed quidnam ex eo animalis pennati oriatur, compertum non adhuc est.

a *Lib. 3. de generat. c. 11*

An ortus p coitum.

Oua quando habent.

b *Li. 5. Physiogn. c. 4.*

Vita breuis.

c *Li. 9. c. 51.*

d *Li. 19. c. 10*

Imbre maxime generati.

e *Li. 3. Symposi. quæst. 2.*

Limacis metamorphosis.

VICTVS.

VICTVS. EDVCATIO.

Rore victitant.

ROre victitate cochleam volunt, more cicadarum, quare forte ex Phyllio poëta illud citauit Athenæus.

Οὐκ εἰμι τέττιξ, οὐδὲ κοχλίας, ὦ γύναι.
Non sum cicada, neq; cochlea, ô mulier.

Et Matcellus Empyricus ex amputato capite cochleæ maturinum rorem pascentis remedium quoddam dictat. Meminit eiusdem parasitus quidam apud † Plautum, dicens:

† *In captiuis.*

Quasi cum caletur, cochleæ in occulto latent
Suo sibi succo viuunt, ros si non cadit.

Asphodeli caulem appetunt.

Solo autem rore non viuunt, quod vel ipsæ testantur, cum sub noctem potissimum exeunt ad pastum, vt rusticis notum est, qui post pluuias æstiuas ac autumnales accenso eas lumine captant *a* Plinius restatur cochleas in Campania mire caulem asphodeli prosequi, & fugendo arefacere: & ante ficum eas infestare scripserat: & *b* Theophrastus, scabies (inquit) & cochleæ adnasci solitæ ficorum peculiares morbi sunt. Quem locum sic transtulit idem *c* Plinius: Impetigo & quæ adnasci solent cochleæ, peculiaria ficorum vitia, nec vbique, sunt enim quædam ægritudines & locorum. Alibi vt dentes habere eas testetur, indicium illius esse ait a minimis earum derosam vitem. Habebant veteres sua viuaria, in quibus cochleas saginabant, quod non semel nobis testatum reliquit M. Varro, vt cum ait: Lepotatij altetum genus illud venaticum, duas haber diuersas species; vnam in qua est aper, caprea, lepus: alretam item extra villam, quæ sunt, vt apes, cochleæ, glires. Et alibi. Titus Pompeius in Gallia ttansalpina, taurum septum venationis habere dicitur, vt circirer triginta millia passuum locum inclusum habeat: prętereа in eodem consepto habere solet, de animalibus cochleatia & aluearia, &c. Cochlearum vero ista viuaria instituit reste Plinio, *d* Fuluius Hirpinus in Tarquiniensi paulo ante ciuile bellum, quod cum Pompeio Magno gestum est, distinctis quidem generibus earum: quin & saginam eatum commētus est, sapa & farre, alijsq; generibus, vt cochleæ quoq; altiles ganeam impletent: cuius (inquit) artis gloria in eam magnitudinem perductæ sint, vt octoginta quadrantes caperent singularum calices. Hucusque Plinius, auctorem citans M. Varronem: Quod autem Plinius, inquit Pet. Bellon. de cochleis altilibus ait, id ni fallor, de marinis est intelligendum. Nam neque Illyricæ, neque Africanæ aut Solitanæ, terrestres esse censentur ac (aut) fluuiatiles. Omnen. fluuiatilium cochlearum genus (κοχλίας Græci vocant) virus olet. Prætetea terrestribus viuaria non iustituuntur. Sic ille. Sed cochleas altiles in viuatijs apud Romanos, non marinas vt ineptissime putauit Bellonius, sed terrestres fuisse vel cæcus cum ex Plinij tum ex Varronis verbis videat Idoneus sub dio, inquit Varro, sumēdus est locus cochlearijs: quem totum circum aqua claudas, ne quas ibi posueris ad partum, non libetos earum, sed ipsas quæras. Aqua, inquam, fiuienda ne fugitiuatiuś sit parandus: locus is meliot, quē & non coquit sol, & tangit ros. Qui si naturalis non est (vt fere non sunt in aprico loco) ueq; habeas in opaco, vt facias, vt sunt sub rupibus ac montibus, quorum alluant radices lacus ac fluuij, manu facere oportet roscidum: qui fit si eduxeris fistulam, & in eam māmillas imposueris tenues quæ eructent aquam, ita vt in aliquem lapidem incidat, ac late dissipetur. Patuus ijs cibus opus est, & is sine ministratore. Et hunc, dum setpit, non solum in area teperit, sed etiam si tiuus non prohiber, in parietes stantes inuenit. Denique ipsæ exgruminantes ad ptopalam vitam diu producūt, cum ad eam rem pauca laurea folia interijciant, & aspergant furfutes non multos. Itaque coquus has viuas aut mortuas coquat, plerunque nescit. Hucusque Varro, norandum itaque in loco Plinij prætcitato eum omuia quidem fere ex Varrone transcripsisse, sed postremum illud nou vete, saginandi arte cochleas ad eam magnitudinem perductas, vt octoginta quadrantes caperent singularum calices, non enim hoc de altilibus Varro, sed simpliciter de Solitanis dixit, quæ in Africa tanta proueniant. Cæterum Fuluius Hirpinus hic fuit, qui (vt meminit Plinius in octauo) primus togati generis suum cæterorumque sylucstrium animalium viuaria instituit. De hoc & alibi Varro. Quintus *e* Fuluius leporarium dicitur habere in Tarquinieusi septum, iugerum quadraginta *f* in quo sunt inclusa, nou solum ea quę dixi, sed etiam oues feræ, etiam hoc maius hic in Straronienſi: & quidam iu locis alijs. Deinde de T. Pompei septo subiungit, in quo is cochleas habuerit altiles, vt supra recitauit. de Fuluio id non dicit, vt in hoc etiam forte memoria aut festinatione lapsus sit Plinius. Cæterum cochlearum hæc saginatio non multum temporis durauit, Macrobij sęculo ignota. Is enim, si cui (inquit) mirum videtur, quod air *f* Varro lepores ætate illa solitos saginari, accipiat aliud quod maiore admiratione sit dignum, cochleas saginatas, quod idem Varto refett. Plinium quidem de terrestrium saginatione locutum, Platinæ etiam, Grapaldo & Zoographo visum est.

Rore victitant.

Vitem derodunt.

Viuaria cochleatū apud veteres.

a Li. 22. c. 22.
b Li. 17. c. 24
c Li. 1. Hist. c. 16.

Qui primi cochleas saginarit.

d Li. 9. c. 56.

Fluuiatiles virus olent.

Cōtra Bellonium.

Locus aptus ad alēdum.

Cibus.

Solitanæ quantę magnitudinis.

e Li. 3. c. 12.

Leporariū Q. Fuluij.

f Lib. 3. Saturnal. c. 13.

EPITHETA.

ANaxilas cochleam φερέοικον vocat, id est, domipotram. Eadem voce (vt diximus) teste Athenæo vsus fuit antiquissimus Hesiodus. Alijs Græcis, vt Achæo etiam dicitur ænigmatice, ὑλοζῶνς, αὐανάνθος, αὐαύματος, ὑγροκέλευθος. Ὑλοζῶνς Ciceto intepretatur terrigenam, quod non ex coitu, sed ex terra limoue (vt hæc τῆς ὕλης nomine accipiamus potius quam syluas) oriantur. Zoographus autem id epitheron tam marinis, quam terrestribus conuenire putat: cæterum ὑγροκέλευθος marina dicitur, quod per humorem repat, nam & ipsius matis periphrasis est ὑγρὰ κέλευθα: terrestris vero à molli incessu. Ὑγρὸν enim pro molli vsurparit. Vettit itaque *a* Cicero terrigenam, herbigradam, domiporram, sanguine cassam potius quam hominum more cochleam. Addidit autem sanguine cassam (inqt Massarius) vt excludetet ab hac descriptione testudinem sanguine compotem. Κοχλίας, κεράστης, id est, cornutas idem Achæus cognominat. Animalculum enim hoc minutila in incessu prorendit cornua, viæ indices, in eis gestans oculos. Athenæus alibi etiam alium ceu gryphum, qui fere ex meris epitheris constat, recitat ex Teucri definitionibus. Ζῶον ἄπνον, αὐάνανθον, ἀνόστεον, ὀστρακόνωτον. Ὀμμάτα τ' εἰσύπτοντα τεθμήκεα. Sed alterutro loco εἰσύπτοντα legendum. Ὀστρακόνωτον hic aliqui non recte crustatum vertunt, cum cochleæ inter testata sint. Gyraldus sic transtulit:

Exos est animal pedibus sine & sine sinis
Testea terga, oculos producens atq; reconditens.

a Lib. 2. de diuinat.

Cornuta cur dicta Cochlea.

ANTIPATHIA VT ABIGANTVR.

LAcertis inimicissimum genus Cochleas esse habemus apud *a* Plinium. Simiam rimere limaces aiunt, nam si circumponantur ei, comprimere se, metuere, nec audere contingere. Massatius vbi sit Limax, neque suem esse, neque perdicem ait: omnes enim limaces ab his edi. Sed & Athenęus perdices in Sciatho insula Cochleas deuorare testatur. Et *b* Ælianus perdices & Ardeas hostes suos à Cochleis agnosci scribit, & fuga sibi cauere. At qui è Cochlearum genere Ariones vocantur, naturali quadam callidiratе iam dictas aues decipere, & eludere. Egressos enim restis suis absque metu pasci. Aues vero ad testas vacuas frustra aduolare: & cum inanes videtint, tanquam inutiles abijcere, & se recipere alio. redire illos ad suam quemque domum, & cibo iam saturum & dolo suo incolumem. Eodem *c* Ælianoauctore, lari aues, sublimes Cochleas surripiunt, ac ex alto deijcientes, magna vi ad saxa allidunt. Tradit Albertus sale super Limacem proiecto totum liquescere fere, & in aquam viscosam conuerti, quod idem vrina quoque præstat propter salsedinem. Contra Cochleas amurca recens vel ex cauernis fuligo spatgitur cum in hortis, tum alijs in locis.

a Li. 8. c. 99.

Simię limaces metuūt.

Perdices vbi Cochleas deuorent.

b Li. 10. c. 5.

Ariones Cochleæ.

c Lib. 3. c. 21.

Sale liquescunt limaces.

MORALIA.

PER Cochleam diuinę lectionis interpretes fere omnes animum terrenis affectibus mancipatum intelligunt, inde similitudine libenter sumpta, si quem sensui deditum, vt voluptatibus brutorum instar inhæsitantem ostendere voluerunt. Parasitos vero *a* Plautus elegantet Cochleis comparat, qui cum diuites pet æstiuos calores rus eunt, suo vt Cochleæ, eo rempore sibi succo viuunt: Inquit iraque parasitus:

Vbi res prolatæ sunt, cum rus homines eunt,
Simul prolatæ res sunt nostrus dentibus.
Quasi cum caletur, Cochleæ in occulto latent,
Suo sibi succo viuunt, ros si non cadit,
Item parasiti rebus prolatis latent
In occulto victitant miseri succo suo.
Dum ruri rurant homines, quos liguriant.

Scribit Epictetus, vt citat Stobæus in sermone de temperantia, cicadas animalia musica gaudere calore & excitari solis ardore, vt in ipso cantillent: Cochleas contra animalia muta, & à musis aliena gaudere irrigatione: elici à rore, eiusque graria prodite: Quamobrem (inquit) si volueris vir esse musicus & concinnus, cum tibi viuo irrorata fuerit anima, tunc ipsam non sines egressam inquinari, sed cum in confessibus à ratione fuerit accensa, tum vaticinari eam & canere iustitiæ oracula iubebis. Hæc ille: Pro Græcis verbis abiuitio Οἱ πέτλιγες μουσικοί, οἱ κοχλίαι ξηροί: quoniam & manifesto salsa sunt, & cum sequentibus non congruunt, legendum, Οἱ πέτλιγες ξηροὶ καὶ μουσικοί, οἱ κοχλίαι ὑγροὶ καὶ ἄφωνοι.

a In Captiuis.

Parasiti Cochleæ comparati.

Cicadæ & Cochleæ.

Cicadæ musicæ, tacitæque Cochleæ.

SYMBOLICA.

ANtonius Ricciardus Btixianus hæc sex symbola ex alijs annotauit: Cochleæ duæ trahentes post se testas suas in modum currus compactas, super quas iacebat vir auriga cum habenis in manu, cum quibus regebat Cochleas tanquam equos, & cum inscriptione, festinate, significant prudentiam. 2. Cochleæ per se significant tarditatem. 3. Cochlea in seipsa cōclusa, cum verbis, proprio alitur succo, significat mulierem, quæ suo sit contenta marito. 4. Cochlea montem ascendens cum verbis, non temere, significat hominem, qui prudenter & opportune negotium aliquod magnum aggreditur, facile & commode fieri voti compotem. 5. Cochleæ quarum exemplat à templo Salomonis sumptum est, & sunt viæ muris interuolutæ latentet, significant cognitionem arcanam singulorū, quam soli, qui ad cœlestia gradiuntur, agnoscunt. 7. Cochlea significat animum terrenis affectibus mancipatum, quod ea sit ita domui suæ affixa, vt assidue illam porter: de qua significatione etiam supra diximus.

Prudentiæ symbolum.

Tarditatis.

Mulieris suo cōtentę viro.

Cognitionis arcana angelorum.

Animi terrenis affectib. mancipati.

ÆNIGMA.

GRIPHVS de Cochlea legitur Theognidis, qui talis est.

Ἤδη δέ με κέκληκε θαλάσσιος οἴκαδε νεκρὸς,
Τεθνηκὼς ζωῶ φθεγξόμενος στόμασι.

Sentic

Sentit autem de cochlea testante etiam Athenæo, Gyraldus hos versus in libro ænigmatum sic transtulit.

Mortua conciuit pelagi de fluctibus orta,
Mortua, qua viuo me vocat ore domum.

VSVS IN CIBIS.

In cibo antiquis fuisse.

COchleas Romanis in cibum cessisse ex cochlearijs, quæ instituebant, vt ex Plin & Varrone diximus, satis est manifestum, vbi etiam dicebamus eum vsum tempore Macrobij fere extinctum fuisse: quod forte etiam voluit dicere Martialis in decimoquarto, dum canit:

Dum pinguis mihi Turtur erit, Lactuca valebis
Et cochleas tibi habe, perdere nolo f. mem

Vt conseruentur.

Nostro vero tempore in Italia quouis fere anni tempore eduntur. Suntq; qui colligant in autũno tempore pluuii, seruentq; in cella aliqua vbi strati fiut furfures vel arena vt purgentur: deinde parietibus & passim se affigientes per hyemem relinquant, vt verno & quadragesimalis ieiunij tempore in cibum veniãt. Non ita pridem apud Heluetios teste Zographo, mensis quoq; gauconum quæri cœperunt. Alibi tamen etiam è suis & quę eis cisalpinæ sunt regionibus colligi & transalpes vehi Italiam versus audiuisse se ait. Belgæ vt audio ab earum esu prorsus abstinent, ac potissimum Hollandi, apud quos neminem aiunt ne manibus attingere, tantum abest, vt edant. Quod ad carnis bonitatem attinet, sunt qui laudent, suntq; qui abijciant, sunt qui loci ratione distinguant. Cornelius Celsus cochleas boni succi esse author est Alibi duros ait ex media materia pisces stomacho aptos esse, ostrea, pectines, murices, cochleas. Et rursus: Minime (inquit) intus vitiantur (id est, minime in ventriculo corrumpuntur) aues, bubula, omnisq; dura caro; omnia salsamenta, cochleæ, murices. Eodem teste cochleæ aluum mouent, interq; ea numerantur, quæ imbecillimæ materiæ sunt, id est, quæ minimum alunt. Quod postremum equidem non probarim, oẽs n. cochleæ duræ & concoctu difficiles sunt, si tamen recte concoquantur vberrime alunt. Super qua re audiamus veteres: Dura est cochlearum terrestrium caro (inquit *a* Galenus) Græcis vbiq; in quotidiano mensarum vsu, eoque concoqui pertinax: eadem tamen si cõcoquatur, valentissime nutrit. Succus earum vt testaceorum in aquis, ventrem subducit, quamobrem aliqui conditis eis cum oleo, garo, & vino, iusculo inde facto vtuntur ad aluum subducendam At si nutrimenti tantum gratia carne earum vesci libuerit: in aqua prius feruefacito; eaq; post effusa, rursus in altera elixato: deinde decenter condiens tertium decoquito, vsq; dum caro tota præ teneritudine intabescat Nam hunc in modum præparata vt aluum retinet; ita alimentum non contemnendum corpori præstat. Ita quoque Archigenes apud eundem de compos. medic. secundum loca, vbi de stomacho affecto loquitur; ab exolutione & deliquio animi refocillabis, inquit, panem in vino diluto exhibendo; aut aliud quippiam ex his quæ aceruatim reficere vires possint, vt sunt oua sorbilia, bulbi, cochleæ. Sed vinum aceruatim reficit vires, quod subtilitate sua ilico penetret; oua etiam tum facile concoquuntur, tum probe copiosequé alunt: bulbi & cochleæ, vt crassioris succi sunt, ita ventriculo immorantur diutius. Sed quia solidius alimentum præstant, & cochleæ iusuper non facile corrumpuntur in ventriculo, vires eius confirmare possunt. Alioqui enim tardius & paulatim alunt, (ac difficile coquũtur) bubula, cochleæ, spondyli, vt idem Galenus annotat in commentis suis in aphorismos Hippocratis. Quæ quoque sententia est doctissimi Mercurialis in varijs lectionibus hunc eundem locum annotantis: *b* Archigenes, inquit, cum curationem eorum institueret; qui præ fame in animi deliquia incidunt (vt scribit Galenus) præcepit, quam primum viribus reficiendis incumbendum esse, & ideo iam soluto deliquio ea illico exhibenda, quæ belle nutrirent & statim ac confertim corroborarẽt; qualia sunt oua sorbilia, panis cum vino, Cochleæ & Bulbi. Quo in loco vehementer suspicor mendum aliquod latere; quoniam illa quæ ἀθρόως, siue aceruatim nutrire possunt, omnia multum & cito in patua mole nutriunt Cochleæ vero & Bulbi, tametsi nutrimenti multum corporibus præstare valeãt, nihilominus tardissime & sensim alimentum suum membris impertiunt: vt hac ratione *c* Galenus apertissime neget ea aceruatim nutrire. Accedit his, quod Aetius hæc omnia ad verbum transferens, Cochleas & Bulbos non habet; sed loco earum halicam cum vino posuit, quemadmodum etiam apud Galenum ipse legendum puto. Nec obstat quod paulo supra Archigenes pro stomachis Cochleas & Bulbos (sicut & Diphylus apud Athenæum) probatit, quoniam, (vt illi) ad coroborandum ventriculum, pro quo ibi laudantur, valent; sic ad reparandas statim vires minime congruunt Hæc Mercurialis. Psello quoq; Cochleæ & Limaces difficulter concoquuntur: & quidam apud Athenæum, si bene memini, cibi (inquit) qui aliquid viscosum habent, vt oua acrocolia, Cochleæ, ἀδιχάφεστα τὸ πολὺ βρῶσιν, h.e. cibi auiditatem prohibẽt, vel potius, ne quis denuo nouum capere cibum statim indigeat, & succi suo lentore inherent, aliosq; quosdam succos comprehendunt. Inuenio etiam apud Heraclidem eadem quæ nominaui alimenta (oua, Bulbos, Cochleas & similia, modice glutinosa scilicet,) semen augere videri, vbi notandum ἀ dictionem negatiuam auferendam esse. Alexis enim quoq; apud Athenæum eadem hæc tria cum Buccinis & Acrocolijs, id est trũculis suillis, inter ea quæ Venerem mouent, recenset. Cæterum carnes Limacum an præ cæteris sint laudandæ, disputat Petrus Aponensis in quæstionibus suis, q. 68. Cochleæ omnes, inquit Mathiolus, in vniuersum, licet colore & magnitudine differant, eandem naturam obtinent. Si vero aliquo pacto inter se differunt, id natalis soli causæ adscribitur: nam quæ in apricis admodum locis, odoratis victitant herbis, ijs sane præstant quæ in opacis degunt ac palustribus. Id enim gustu facile deprehenditur, quod hæ vel insipidæ habeantur, vel palustrem resipiant limum: illæ vero sapidiores esuiq; gratiores existant. Quandoquidem absynthium depastæ, amaritudinem reddunt; sicuti quæ serpyllum, pulegium, calamintham, origanum, (petroselinum, fœniculum, stichadem, Amatus Lusitanus) aliasq; odoratas herbas assumunt, odoris gratia commendantur Hæc Matthiolus *d* Dioscorides terrestres cochleas stomacho vtiles esse scribit, & non facile corrumpi. Optimas Sardonicas, Aphricanas, Astypaleicas; & quæ in Sicilia ac Chio gignuntur, & quæ in Liguriæ alpibus, pomatiæ, id est, operculares, cognominantur: Marinam stomacho idoneam & facile aluo excernit: fluuiatilem virus olere: quæ vero vepribus, frutetisq; glutinata cohæret, quam vocant nonnulli sesilon, ventrem & stomachum turbare, vomitiones excitare. Plinius vero nullas cibis gratas esse author est, neq; veteres neq; recentes Fluuiatiles & albas virus habere; nec non sylueſtres (hoc est, vt exponit Dalechãpius stomacho inutiles,) aluum soluere: item omnes minutas. Contra marinas stomacho vtiliores, efficacissimas tamen in dolore stomachi. Laudatiores tradi, quæcunq, viuæ cum aceto denoratæ. Galenus etiam diuersis in locis, vt in Elencho suo annotauit Brasauolus, Cochleas docet esse crassi succi, sanguinem crassum ac nigrum generare; victum esse Alexandrinorum, vires reficere posse, cibum esse hyemis, à multo earum esu cauendum senibus, non admittendas epilepticis, stomachicis conuenire, tota substantia iecori conferre videri, denique carnem earum astringere, sed ea emplastica potius quam astrictoria fuerit. Notauit ex eodem *e* Galeno Cælius Rhodoginus, in Alexandria Ægypti salsamenta & limaces, quosdam etiam Asininas carnes edere, vnde (inquit) elephantiasim eis frequentem esse cõtingit Marinæ in Italiæ mediterraneis, scribente Matthiolo per quam raro in cibos veniũt ijs vero qui maris litora inhabitant, frequentiori vsui esse. Ex potissimum aluum mouent propter salsuginem, quare etiam cito deijciuntur: nec tamen vniuersim aut cito nutriunt, sed paulatim, ea scilicet sua parte, quæ à superfluo eijciendo vel eiecto seiungitur & remanet. Alij aliter eas edunt, præparantq; ad edendum Nicol. Massa cum sua eas humiditate & lentore nutrire dixisset & agere resistendo acrimoniæ caloris infixi membris. Eduntur, inquit, elixæ, saccharo & cinnamomo aspersæ; raro tamen quia difficilis cocionis sunt. Platina v. coqui multifariam posse ait. Iactas in vas, vbi modicum aquæ insit, per noctem aut diem reponi iubet, cooperculo addito ne prodeant, purgari vehementer. Esse qui eas lacte per noctem pascant & purgent; Illatas deinde in cacabum, cum recenti aqua ad focum tam diu retineant, quoad semicoctæ ac bene spumatæ fuerint. Ex Cochleis v. erutas, ac primum ex aqua calida bene lotas, deinde ex aceto & sale confricatas rursuq; lotas ac farinæ inuolutas, in ferventi oleo aut liquamine esse frigendas: frictas aut mentha sylueſtri, allio, pipere, croco, cunsis & agresta dissolutis, aut salsa viridi suffundi iubet. Et Cochleas si sine multo allio aut moreto fuerint, boni alimenti esse, pectori & pulmoni opitulari; hepar, eius fibras laxando iuuare, hecticisque prodesse Nostræ mulieres inquit *f* Musa Brasauolus qui Veriariæ vixit, secretum quoddam cocturæ genus sciunt, quo adeo tenellæ efficiuntur, vt in ore liquescant & nihil callositatis habere videantur. Sic ille, sed secretum non explicat. Tribus fere modis Bononiæ coqui communiter aduerti: vel enim elixas vna cum iure quodam ex petroselino contuso ac aromatibus condito, maxime pipere, apponuntur, vel cum salsa viridi, vel fixas tantum in oleo inferunt. Ex Apitij libro septimo, c. 16. In Cochleas lacte pastas: Accipies Cochleas, spongizabis, (spongia detergeis & emũdabis:) membranam (pelliculam & operimentum quod Conchæ foramen operit & claudit,) tolles, vt possint produre: adijcies in vas lac & salem vno die: cæteris diebus in lac per se: & omni hora mundabis stercus, cum pastæ fuerint, vt non possint se retrahere, ex olco friges mittes œnogarum. Similiter & pulte (farrem in farinam: edacto, & in pultis modum cum lacte aut sapa confecto,) pasci possunt. Cochleas sale puro & oleo assabis: laserc, liquamine, pipere, oleo. suffundes. Aliter Cochleas assas, liquamine, pipere, cumino, suffundis assidue. Aliter Cochleas viuentes in lac siligineum (siliginea farina nutritum & mixtum) infundis: vbi pastæ fuerint, coques. Cæterum Marcellus Virgilius Cochlearum esum improbat, cuius verba hic pro epilogo addam, vt ij qui summopere Cochleis delectantur, sciant esse qui negligant, ac ijs abstineri velint Quis crederet (inquit ille) fuisse veteribus Cochlearum viuaria? nec minus quam murænas & Ostrea antiquorum ganeam implesse animal, quod non satis adhuc nouerimus quale sit & quos vsus humano generi habeat, nisi quæ solet varios & absurdos prægnãtium modo rerum appetitus excitare in nobis, copia: & quod ex copia fit fastidium, tam inutilem homini commẽdasset: nec aliter quam vt in satietate meliores cœnæ salagama, gara & oleas petere solemus. Sic meliores ex mari pisces fastidientes mucosum Cochlearum callum in cœnis amare cogisset, & vt pinguiores toto anno nobis essent gratissimis homini cibis in viuarijs etiam pascere docuisset. Hæc ille *g* Plinius quoq; enumeratis prius omnibus generibus, nullas aut veteres aut recentes cibis gratas esse author est.

Hollandi ijs abstinent.

Aluum mouent.

Parum alunt.

Dura earũ caro.

a Lib. 3. de aliment. facul. c. 2.

Nutrimenti gratia quomodo ijs vescendum.

Alimenti solidi sunt.

Mercurialis de cochleis opinio.

b Li 1. Var. lect. c. 5.

Galeni locus suspectus.

c L. 2. Aph. 18.

Meliores quæ sint.

d L. 2. c. 8.

Terrestres stomacho vtiles.

Victus Alexandrin.

e Lib. 2 ad Glaucon.

Elephantiasis cur Alexãdriæ frequens.

Coqui multifariã.

f In cõment. Aphoris. 2. c. 18.

Lacte vt pascantur.

Pulte vt pascantur.

Esus earum improbatus.

g Lib. 30.

VSVS IN MEDICINA.

COchlearium vſum apud priſcos medicos Romanos Græcosque in medicina fuiſſe, facile ex hiſce *a* M. Tullij verbis colligere licet: Vt ſi quis medicus ægroto impetet, vt ſumat terrigenam, herbigradam, domiportam, ſanguine caſſam &c. Variumq; Cochlearum cum integrarum tum partium earundem apud authores vſum inuenio. Doloresin primis ita mitigant, vt etiam qui dentes infeſtant, ſedare valeant Zoographus Cochleas noſtrates minutas & iuanes colligi iubet, & in mortario marmoreo diligenter teri, deinde puluere ipſo molliſſimo dentes perfricari, atque eo facto dolorem abire. Et apud Aetium Aſclepiades carnem Cochleæ terreſtris acopo cuidam ſiue vnguento ad ſedandos dolores admiſcet, item Serenus capiti medendo, ait:

Profuit & Cochleu frontem tractare minutis.

Marcellus Cochleæ maturinum rorem paſcentis caput præciſum, & in linteolo licio alligatum, colloque ſuſpenſum, tradit continuo mederi capiti dolenti Kiranides ſimile etiam amuletum ex Limace nuda refert. Oleum de Limacibus ad dolores membrorũ & attuum, etiam internos & latentes, quacunque ex cauſa, vt arthritide vel Venerea lue, ex libro quodam manuſcripto Zoographus tale habet. Cochleas albas quæ per arbores ſcandunt, centum in pila contunde, & impone in ſaccum, longum fere dimidiũ brachij, latum quadrantem. Sed ſalis manipulum plenum infra ſupraque Cochleas infundi oportet. Suſpende loco calido, & quod effluxerit oleum collige: eoque perunge partes affectas & dolentes, in quibus nullus rubor forinſecus neque tumor apparet. Andreas Furnerus in lib. Gallico de decoratione ad capillos multiplicandos recenſet hoc remedium: Limaces trecentas ſuis teſtis exẽptas, in aqua diſcoques: & extractis denuo pingue quod ſupernatat, colliges: idque in vaſe vitreato recondes, & ſuperinfunde ſextarium aquæ, in qua folia lauri decocta fuerint; & tria cochlearia olei de oliuis, mellis cochleare vnum, croci ſcrupulum, & parum ſaponis Veneti, & cochlearium communis modice conquaſſati. Bulliant ſimul omnia. Hoc liquore capillos ſæpius inunges; & lauabis lixiuio facto de cinere combuſtorum braſſicæ caulium &c. (locus eſt obſcurus vel corruptus) & percipies quotidie pilos augeri. Vnguentum aliud quo capilli flaueſcunt, ex libro Germanico manuſcripto: Cochleas quotquot voles in vas impone & ſalem ſuper eas inijce: ſic veluti vnguentum fieri aiunt, quo capilli nigri illiti colorem flauum trahant, & magis etiam ſi præraſi fuerint. *b* Dioſcorides quoque cochleas terreſtres ſcribit palpebrarum pilos reglutinare, ſi quis traiecta per earum carnem acu, mucoſo lentore, quem ſecum acus retulerit, pilos inunxerit Limacem (viuam, ut fallor) ſuperſtitioſi quidam panno incluſam, pro febris amuleto commendant, ſi collo pendens geſtetur. Sed authore *c* Plinio cochleæ fluuiatiles quartanis mederi dicuntur in cibo recentes, quoſdamque ob id aſſeruare ſale, vt dent tritas in potu. Harundines & tela, quæque alia extrahenda ſunt corpori euocant cochleæ, ex his quæ gregatim folia ſectantur, contuſæ, impoſitæque cum teſtis: & eæ quæ manduntur, exemptæ teſtis: ſed cum leporis coagulo efficaciſſime, vt idem Plinius prodidit. Ad oculos caligantes, Marcellus Empiricus cochleas Africanas veras ſuper ſpiſſam cratulam diſpoſitas poni vult & carbones acres aſſidue ſuggeri, vt æqualiter comburantur: deinde mortario teri, vt tenuiſſimum ex his puluerem facias, adiectaque mellis Attici cotyla vna, iterũ validiſſime teri, & poſtmodum in vaſculo fictili repoui & ſignari: & cum alicui mederi voles, ſpecillo inde eum inungi, intra paucos dies integram aciem eius claramque reſtitui. Incertus quidam ad oculorum dolores, limaces teſtis exemptas in aqua coquit; quæ vbi refrixerit, adipem ſupernatantem colligit, aitque mederi eum omnifarijs oculorum doloribus. Anacollema ad reſtringendas fluxiones ex *d* Galeno: Limacem cum teſta tuſam, toti fronti & temporibus illinito. Kiranides quoque cochleam terreſtrem contritam & illitam fronti, dolorem & rheuma oculorum ſiſtere tradit. Marcellus Empiricus ad epiphoras oculorum ſedandas, limaces complures terit in mortario nouo vel nitido, adiecto ibi ouo gallinaceo incocto, tingit illic lanam ſuccidam & fronti imponit. Ad aurium dolores facit ſecundum Aſclepiadem notante *e* Galeno, Africana cochlea in propria teſta, cum oleo nardino aut roſaceo feruefacta. Ibidemque Archigenes cochleam Africanam ad eoſdem dolores componit & roſaceo implet, & feruefactum calidius per ſtrigilem infundit. Cochleæ quæ ſunt in vſu cibi, inquit alibi Plinius cum myrrha aut thuris polline appoſitæ, item minutæ & latæ, fracturis aurium illinuntur cum melle. Kiranides cochleam terreſtrem circumfotu aurium plagas & rupturas ſanare monuit. Compoſitio è limacibus ad narium vitia, præcipue ozænam & polypum deſcribitur à Galeno Euporiſton. l. 25. Aſperitatem faucium & deſtillationes leniunt cochleæ, annotante Plinio, ſed coqui, inquit, debent in lacte, dempto tantum terreno (τῶν σταλάγων ſignificationem Plinius potius quam τῶν ἐπιχωρίων reddidit) conteri & in paſſo dari potui. Et Marcellus Empiricus, cochleæ terra (inquit) tantum excuſſa, illotæ coquuntur, dehinc tritæ cum paſſo ereticoaduerſum faucium moleſtias hauriuntur. Eodemque authore laboranti vuæ diuturno labore hæc cura ſuccurrit: Hirundinem viuam teſta Africanæ cochleæ includes, eamque phœnicio inuolutam lino circa collum ſubligabis, intraque diem nonum omni moleſtia liberaberis. Ad ſputum educendum & contra tuſſim, Arnoldus Villanouanus in libro de aquis medicinalibus, eſſe ait, qui limaces teſtis exemptas cum hordeo decoquunt, & ius colatum tepidum propinant; hoc remedium humores crassos valde attenuare & per ſputum educere. Cochleæ crudæ tritæ cum aquæ tepidæ cyathis tribus ſi ſorbeantur, Plinius tuſſim ſedare author eſt. In buccinam aut cochleam aliquam marinam vulgus in Germania inferiori potum audio ſolitum infundere & inde bibere, aduerſus ſiccam ruſſim, præſertim puerorum. Ad tuſſim ſiccam in equo curandam, limaces integras cum frumento aut hordeo diſcoques, inquit Ruſius, & equo dabis eam aquam in potu, ita vt aliud non bibat, donec conſumpſerit. Proſunt & ſanguinem excreantibus ſi Plin credimus dempta teſta tritæ in aquæ potu Qui phthiſi afficiuntur, iubet, Marcellus Empiricus, maritima loca vitare, atque illic maxime, vbi pix conficitur, commorari, ibiq; cochlearum carne cum vino excoctarum aſſidue veſci. Zoographus hoc ex incerto quodam aduerſus phthiſim annotauit: Viginti aut triginta limaces contere in mortario, contritaſq; conii-ce in menſuras quatuor aquę, & coque ad dimidium, offerq; ægrotanti ſingulis matutinis menſuram conuenientem, & ieiune duas aut tres horas, ſemper reiterando, quouſq; conualeſcat. Ad ſtomachi dolores mirum in modum commendantur cochleæ, ac in primis à Plinio qui alibi ait: Cochleæ marinæ efficaciſſimæ ſunt in dolore ſtomachi laudatiores traduntur quæcunq; viuæ cum aceto deuoratæ. Et rurſus viuentibus cochleis exempta caro, Afticaniſq; præſertim, ſtomachi dolores hauſta lenit. Et *f* rurſus alibi: Præcipue (inquit) cochlearum cibus ſtomacho. In aqua eas feruefieri intacto corpore earum oportet, mox & in pruna torreri, nihil o addito, atque ita è vino garoque ſumi, præcipue Africanas, Nuper hoc compertum plurimis prodeſſe Id quoq; obſeruant, vt numero impari ſumant. Virus tamen earum grauitatẽ halitus facit. Item Archigenes aqud Galenum, omnes circa ſtomachum dolores ſedari (inquit) aiunt cochlea Africana cruda integra vorata. Nec non Marcellus Empiricus, cochleas ſed veras Africanas cõditas ex ſale & paulo olei coctas, ſed nõ purgatas, qui ieiunus ternas aut quinas cotidie & frequenter ſumpſerit, rariſſime ſtomachi dolore vexatum iri pollicetur, ſed ſi carbonibus toſtæ ſumantur, melius prodeſſe Et rurſus: cochleæ bullientis (elixæ) inquit, fruſtella in cibo conueniunt ſtomacho ſoluto & reſoluto & incontinenti. Inuenioque & apud Sammonicum ad ſtomachum remedium illud;

Cochleas vndis calefactas ac prope victus
Suppoſitis torre prunis, vinoq; garoq;
Perfuſas cape, ſed prodeſt magis eſſe marinas.

Non autem omne cochleatum genus ſtomacho aptum eſt, vt ſupra monui & rurſus ex Dioſcoride repeto Stomacho (inquit) accommodata eſt terreſtris cochlea: difficillimę eadem corrumpitur. Marinæ etiam ſtomacho accommodatæ facillime excernuntur: fluuiatiles virus habent Quæ vero ſylueſtrib. frutetis & ſentibus hærentes inueniuntur, aluum & ſtomachum turbant, & ad vomitiones mouent. Plinius eaſdem commendat (nimirum cochleas ſimpliciter) in cibos his quos linquit animus, aut quorum alienatur mens, aut quibus vertigines fiunt, ex paſſi cyathis tribus ſingulas cum ſuis teſtis & calefactas, in potu datas diebus plurimũ nouem Aliquoſque ſingulas ait primo die dediſſe, ſequenti binas, tertio ternas, quarto duas, quinto vnam. Sic & ſuſpiria emendare & vomicas. Ad vmbilicos infantum eminentes, Theodorus Priſcianus, carnes cochlearum terit, & his myrrhæ puluerem miſcet & in linteolo inductum imponit: & ſubfaſcia vt facilius reprimat, & cum acacia tritum & aqua ſimiliter temperatum ſupponendum eſſe ait, Ad inflammationem hepatis, Aetius ex Galeno, cochlearum terreſtrium carnem optime conteri præcipit, & vini nigri cyathos tres affundi, calefieri, ac bibendum præberi, & ſecundum omnẽ ſubſtantiam ſuã efficax eſſe Et ex modernis Sylvius, Caro limacum, inquit, hepatis intemperiei tum calidæ tum frigidæ, ſalubris eſt tota ſua ſubſtantia, ablato lima cũ lentore multis lotionibus & frictionib. in lixiuio calido vel aqua calida ſali aut arenis miſta, frigida enim dureſcunt. Iſchiadicis cochleas crudas tritas cum vino ammineo & pipere, potu prodeſſe dicunt teſtante *g* Plinio. Ad ventris, mammarum, femorum, coxendicumque ſciſſuras, Galenus in Euporiſtis, marinam cochleam oblongam cremari & conteri voluit; deinde oui albo aute aſinino lacte adiecto illini. Antidotus Paccij Antiochiã tota affectione (colica) liberans vt à Galeno *h* deſcribitur inter Aſclepiadis auxilia: Cornu cerui recens enati molliſſimi, vſti ad albedinem, cochlearia tria magna, piperis albi grana decem vel nonem, myrrhæ patum odoris graria. Omnia teruntur & cochlea Africana (terreſtris ſimpliciter, Aetius & Galenus ruſus, cochlea ſimpliciter, è Scribonio) varij coloris vna cum teſta itidem teritur, vino Falerno per ſaccum non excolato affuſo. Sit antẽ vini menſura cyathorum trium. Hæc omnia in fictili vaſe permiſta ad prunas calfacimus, diligenter mouentes, ne quid ex pharmaco ſubſidat. Calfactum in ipſis irritationibus bibendum dato, itemq; ſequentibus duobus diebus. Oportet autem vnam ante diem, cibum differre: & reliquis diebus prandio ſolo vti, in eoque ſumete cibum, qui facile confici poteſt. Marcellus cochleam veram Africanam, ex Africa allatam interpretatur, & aduerſus colicam probat eam, quæ quam maculoſiſſima ſit. Glutinant cartilagines earum caro & ſaliua vt ait Hollerius, ſed ſi magna vulnera ſunt fibula prius conducere, vel acu oportet: deinde medicamento impingere: idq; in cartilaginibus aurium & narium fieri vult. Cochleæ cum ſuis volutis diu teruntur in mortario vt nihil aſperi reliquum ſit: ſanguis draconis ſubquadrupla, manna ſuboctupla ratione adiungitur, permiſcentur in mortario & affiguntur. Et rurſus: Aurium caua argilla

a *L. 2. de diuinat.*
Dolores mitigant.
Ad capitis dolorem.
Ad capillos multiplicandos.
Vt capilli flaueſcant.
b *L. 2. c. 9.*
Febris amuletum.
c *L. 32. c. 10*
Ad oculos caligantes.
d *L. 1. Empor. 36.*
Ad epiphoras oculorum
Ad aurium dolores
e *Lib. 1. de cõpoſ med. ſec. loc.*
Ad aurium fracturas
Ad fauciũ aſperitatẽ
Contra tuſſim.
Ad phthiſim.
Ad ſtomachi dolores
f *L. 30. c. 9*
Stomacho quæ ſint aptæ.
Ad vmbilicos infantum eminentes.
Ad inflammationem hepatis.
Hepatis intẽperiei calidæ & frigidæ caro cõuenit
g *L. 30. c. 8.*
Ad ſciſſuras ventris mammarũ &c.
Ad colicũ dolorem
h *Lib 9. de cõpoſ. ſec. loc. cap. 4.*
Glutinant cartilagines.

argilla impleri debent. argilla prius cochleæ saliua, & acidi Punici liquore subigantur. Concisæ teste Dioscoride earum carues præsertimque neruorum glutinant. Earum carnes per se tritas cum polline farinæ ex proximi molendini parietibus, olim (inquit Galeuus citante Mizaldo) vulneri imposui, cum quo etiam neruus vulneratus & contusus erat in agricola & duro homine. Si quis contusas vlceri imposuerit, prælentaneum fertur esse remedium. Ioannes Tagautius addit emplastro ad maturanda oedemata: aliqui etiam ad resoluendum. Si humerus (armus) fractus aut luxatus fuerit iumento, & claudicet, Theomnestus in hippiatricis, sanguiuem ab eodem humero detractum, vase excipito & admisceto oua tria, defrutum, bulbos crudos beue tri-
ros, & cochleas, quinquaginta: hoc remedio calido prope perungi iubet. Sanguinis è naribus authore Dioscoride concisæ ex aceto compescunt: tritæ scilicet & fronti illitæ, vt Mizaldus addidit. *i* Plinius Dioscoridis verba fere repetit, sed quia mendum in Plinij textum irrepsit, ideo verba adscribam: Sanguinem sistit è naribus suum ex omento pecudum &c. Cochlearum terrena Sed & ipsæ extractæ testis. E naribus fluentem sistunt Cochleæ contritę fronti illitæ. Vbi pro terrena Dalechampius legit terrenæ, quia & aquaticæ sunt. Alij, inquit, nihil mutāt; terrenumq; exponunt, terram qua oblinitur, & lutulenta est earum testa. Ad phlegmonem crurum aut pedum laudatum. Nicolaus Myrepsus hoc recitat remedium. Limaces terrestres cum testis vigiuti subactis, cimoliam & oui lutei quantum satis est, imponito mortario, vt cætæ consistentiam acquirant: & probe confectum cum penna illinito. Arnoldus Villauouanus Limaces per se vel cum alijs misceri ait cum melle & felle bouis: sic autem impositas anthraci vel alijs apostematibus venenosis, maturate ea & rumpere, & quēlibet tumorem eorum dissoluere. Ictibus Scorpionum carnes fluuiatilium Cochlearum resistunt crudæ vel coctæ, vt refert *k* Plinius, addens à quibusdam obiid salsas quoq; adseruari: imponiq; & ipsis plagis. Sunt & minutæ longæq; candidæ, inquit idem Plinius (minutas albulas vocari à Varrone diximus) Cochleæ passim oberrantes. Has arefactas sole in tegulis, tusasq; in farina, misceri lomento æquis partibus, candoremq; & leuorem corpori afferri. Et *l* alibi Cochleas contusas laudat sinopis ad pannos. Aetius alibi remedia describens ad faciei lentigines, quibus etiam ad maculas a Sole prouocatas, & ad varos vti liceat: Post cætera, ad diuturnas autem lentigines (inquit) hoc vtere. Bulborum depuratorum, thuris vtriusq; vnciam vnam, contere, adiecto Cochlearum terrestrium magnarum cruore (muco). Oportet autem ipsas adhuc viuas stylo pungere, atq; hoc quod exit mucosum pharmaco inijcere: quod vbi vsus tempore dissolueris, melle exceptum inūge. Aetius quoque Cochleas tetrestres succolentas iu cibo sumptas, obluctari & se se opponere colicæ affectioni videri scripsit. Cæterum totę cum suis testis tritæ & cum vino addita myrrha non adeo copiose potæ, crassioris intestini, quod colon Græci dicunt, & vesicæ dolores sedant, quod memoriæ prodidit Dioscorides, & Trallianus in colico affectu pisces duriori carne præditos sumi iubet & ex Testaceis Cochleas marinas, Pectinesq; & Ostrea: Inueniosque apud *m* Plinium, cornus ceruini teneri cinerem, Cochleis Africanis cum resta sua tusis mistum, in vini potione, colo prodesse. Aretæus in iliaco affectu adhiberi iubet alimenta aluum ducentia, aut dari Cochleas valde elixas & ipsarum succum. Crudæ eadem cum suis operimentis illitę, cutem subeuntium aquarum tumores authore Dioscoride exinaniunt, nec prius decidunt quam humorem illum omnem siccauerint. Antonius Mizaldus Cochleas frixas vel assatas hydropicos mirum in modum adiuuare asserit, si iis sæpe vescantur. Et *n* Iacobus Hollerius Cochlearum & Limacum carnem alias per se, alias cum suis volutis tritas ac mistas interdum coagulo, tela rapere atq; hydropicis aquam exugere scribit, sed non prius soluere oportere, quam totus humor exudauerit Galenus etiam in uono de compositione medicamentorum secundum loca remedium hoc ex Asclepiade affert, hydropicis imponendum Quidam (inquit) cumini libram vnam, sulphuris viui quadrantem, Cochlearum Africanarum libram; arida tundunt, cribrant, & tusis ficubus vna cum carne Cochlearum excepta, ac in linteolum infarcta imponunt, melle cocto sufficienti addito Ad hydropem ascitem ex Leonello Fauentino: Limaces cum suis Conchis tritæ ventri imponantur emplastri modo, donec sponte cadant. exsiccant enim (inquit) vehementer. Ex amylo & tragacantha illita eædem secundum *o* Plinium profluuia sistunt, & inueuio apud Galenum in euporistis, ad ventris profluuium: Cochleam Africanam sumes, in eam liquidam picem infunde & calefacta carnem eximie, & in anum bis aut ter immittc. Ad emendandam vrinæ incontinentiam Plinius & Marcellus esse aiunt, qui iubent Cochleas Africanas cum sua carne comburi, cineremque ex viuo Siguino dari Ad calculum renum Alexander Benedictus, Limaces coctas ait cum suis testis contritas, tres numero in vino bibi, sequenti die binas, & tertio vnam. Accepit hoc ex *p* Plinio, qui cum de herinacei carne locutus fuisset: iubent, inquit & vermes terrenos bibi ex vino aut passo ad comminuendos calculos: vel Cochleas decoctas, vti suspiriosis. Easdem exemptas testis tritasque tres in vini cyatho bibi, sequenti die duas, tertia die vnam vt stillicidia emendent: testarum vero inanium cinerem ad calculos pellendos Commendantur præterea Cochleæ ad effectus muliebres. Concisæ enim in primis & appositæ ex Dioscoride menses ducunt; secundum Marcellum Empiricum inflationes vuluarum discutiunt Cochleæ Africanæ binæ cum fœnigræci quod tribus digitis capiatur, additis mellis Cochlearibus quatuor, illinuntur aluo prius irino succo peruncta. In cibo sumptæ testante *q* Plinio

Neruo vulnerato conueniunt.

Sanguinē è naribus cōpescunt.

i L.30 c.13. Plinius correctus.

Ad phlegmonē crurum aut pedum.

Anthraci, & aliis tumoribus qui imponantur.

k Li.32. c.5.

Candorem corporis adferunt.

l Li. 8. c. 13.

Ad colicū dolorem.

m li.28.c19.

Hydropicis conferunt.

n L.6.Instit chirurg.

Profluuia sistunt.

o L.30.c.14.

Ad calculū renum.

p Li.30.c.8.

Ad affectus muliebres.

q li.30.c.14.

A partum accelerant: item conceptum impositæ cum croco. Eædem ex amylo & tragacantha profluuia sistunt Prosunt & purgationibus sumptæ in cibo, & vuluā auersam corrigunt cum medulla ceruina, ita vt vni cochleæ denarij pondus adiuatur & cyperi Inflationes quoq; vuluarum discutiunt exemptæ testis, tritæq; cum rosaceo. Ad hæc Astypalaicæ maxime eliguntur. Alio modo Africanæ binæ tritæ cū fœnigræci quod tribus digitis capiatur, additis mellis cochlearibus quatuor, illinuntur aluo (nēpe ad inflationes dissipandas, vt ex Marcello diximus) prius irino succo peruncta. Podagrarū inflammationes leniunt, teste Dioscoride, & Plin. cochleas latas si potentut, tollere dici scribit, pedū & articulorum dolores bibi aūt binas in vino tritas. Atq; istæ sunt remedia; quæ à totis cochleis vel saltem earum carne desumpta apud scriptores reperi. Videndæ modo earum partes & humores, quid medico prestēt. Salina præ cæteris occurrit, quæ illita infantiū oculis, palpebras testante Plinio corrigit gignitq; id est, palpebrarū pilos in oculis reflexos ac oculū pungentes. Idem fere scripsit Dioscorides, inquiens, Si quis traiecto per earum carnem acu mucoso lentore quem
B secum acus retulerit, pilos inunxerit, incommodos palpebrarum pilos reglutinabit. Mucus cochleæ, vt inuenio apud Rasim potus per se, vel cum myrrha vel aloe, conducit obstructo iecori: forte in emplastro. nam caro alioqui esitata, hepati prodest, vt supra diximus Si decidat testium alter, spumam cochlearum, vt refert *r* Plin. illitam remedio esse tradunt. Et *s* rursus: Cochlearum spumā, inquit, illini vollunt testi descendenti, hoc est, turpiter propendēti, vel si demittatur, veluti laxatus. Hippocrates vero etiam cochleæ muco vtitur ad sedem elapsam remittendam. Et *t* Plin. Cochlearum succum punctis euocatum depellere ait procidentiam ani. Ad fistulam remedium vsu approbatum, ex Arnoldo de Villanoua: Impleatur olla limacibus sine aqua, & ponatur cooperta super ignem: & eleuabitur spuma super eas, quæ collecta & siccata fistulas mortificat. Hollerius carnem & saliuam cochlearum enumerat inter medicamenta glutinautia, quæ natura constant tenaci & viscida. Aqua ex limacibus siue cochleis destillata, siue liquor stillatitius vsum suum quoque non exiguum in medicina habet. In curanda hectica febre, Antonius Guainerius vsitatam esse ait aquam de limacibus præparatis: has autem colligi vult
C cum rore, & viuas in furfure poni, vt expurgentur, expurgatas cum aqua hordei bene lauari & destillari. Et Iacobus Sylvius aquam hanc è limacibus destillatam, mane ad vncias tex sumptam, hepar imbecillum affirmat roborare, & phthisicis gracilibusq; esse remedio. Tetigit hoc quoque Marcellus Virgilius, inquiens: Exudato igue ex cochleis humore, nostræ ætatis medicina pręsenti remedio vtitur in his, quorum corpora ad tabem lubrica sunt, & macie conficiuntur. Ad maculam oculorum Ioannes Goeurotus medicus regis Gallorum, remedium tale reliquit: limaces octies aqua ablutas destilla in alembico: deinde fimum lacerti, corallium rubeum, & saccarum candi admisce, & rursus destilla. Huius liquoris guttam mane & sero oculis immitte. Zoographus ex Andreæ Furnerij libro Gallico de decoratione naturæ humanæ, liquorum aliquot cosmeticorum è limacibus destillatorum descriptiones hoc ordine recenset, quas nos neutiquam præterire voluimus. Aqua ad omnes faciei maculas tollendas: Corallij & cristalli partes æquales pone in vase vitreo, cum aqua limonum digitum transuersum superante. hoc vas obstructum in loco aliquo frigido, vt cella vinaria, in terram impones, (addendum erat per quot dies,) deinde limaces abiectis testis aqua
D modice salsa toties lauabis, donec omnis eorum viscositas abierit. rum destillabis, & seruabis aquam. Deinde ex rapis etiam minutatim concisis aquam elicies in alembico. Vsus tempore, accipe primæ aquæ cochlearium, secundæ quatuor, & tertiæ quatuor. misce & ablue faciem, quæ tamen prius abluta sit aqua pura & abstersa. Alia ad idem mirabilis. Accipe limaces sine testis suis, & laua, vt supra dictum est, deinde salis (alias salis gemmæ) contriti vnciam in vase vitreo sparges & limaces superimpones: idq; alternis facere perges, donec tertia pars vasis impleatur. Tunc affundes succi limonum tantum, vt supra salem & limaces duobus digitis excedat, & destillabis Aqua ista veteris, vt supra scriptum est Quod si destillandi commoditas nō fuerit, simul omnia mixta insolabis vase clauso, donec vnguenti formā recipiant, eoque veteris vesperi, facie prius abluta abstersaq; & postridie mane ablues faciem cum aqua de floribus fabarum. Hoc etiam in Antidotario Gordonij legimus. Alia; limaces albę triginta, lactis caprini libię duę, adipis porci vel hoedi recentis vnciæ tres, cāphoræ tritę drachma. Destillētur in alembico vitreo. Adamus Louicerus scribit destillatam è limacib. Maio vel Octob. mense aquā, clauū
E resectū, si instilletur, sanare: manuūq; verrucas purgare: & ferrū in ea extinctum chalybis induere duritiam tradi. Et Gualtherus Ryffius verrucas & clauos præcidi prius iubet, quoad eius fieri commode potest, deinde linteū hoc liquore madidum imponi. Iam de cochlearum cinere dicamus, *u* Plinius cum dixisset alibi tollere ex facie vitia cochlearum quæ latę & minutę passim inueniuntur, cum melle cinerem subiungit. Omnium quidem cochlearū cinis spissat, calfacit smectica vi, & ideo causticis miscetur psoriq; & lepris & lentigini illinitur. Aetius quoque easdem similiter cum melle tritas post modicum temporis interuallum affricari iubet ad vitiligines nigras: & inueniо apud eundem Aetium, smegma ad pruritus & psoras, quod tale est. Cochleas terrestres vstas & tritas cum melle adfrica Idem etiam ad vlcera capitis & achores: cochleam albam cum testa exuri iubet, & applicari. Possunt crematæ omnes, inquit Dioscorides, in cinerē cineri illo calefacere & vrendo exulcerare. Lepras idē exterit cinis, vitiligines & dentes.

Ad artritū.

Saliuę Cochlearū vires & vsus.

Ad palpebrarum in cōmodos pilos.

r Li.30. c.8.

s Li.32.c.9.

Ad sedem elapsam remittēdam.

t Li.30. c.8.

Ad fistulā.

Aquę ex Cochleis distillatę vsus.

Hecticam febrem tollit.

Ad maculas oculorū

Ad omnes faciei maculas.

Ad clauos & verrucas

u li.30.c.4.

Cineris facultas & vsus.

Smegma ad pruritus & psoras.

Cineris ca rum vires.

Oculorum præterea cicatrices, albugineſque: aſperam diſcoloremque ceu à ſole cutem & hebetes oculos, integræ cum tota carne crematæ & in cinerem tritæ, tum ex melle inunctæ emendant. Albugines extenuare etiam Plin alibi ait: alias etiã ita ad ambuſta commendat, vt ne cicatrix quidem appareat. Sanguinem præterea ſiſtit cinis cochlearum terrenarũ teſte Plin. Anacollema quod lachrymas & lippitudinem ſiſtit ex quodã authore incerto deſcripſit Zooph[y] illud: Limaces & cornu cerui vres, oui albumine excipies, ac fronti applicabis. Ad vmbil. cos infantium eminentes, ex Theodoro Priſciano: Cochleas ex arboribus lauri collectas comburimus, & tritas imponimus, vt vmbilicum in naturam propriam reuocemus. Plinius vero etiam cochlearum cinerem cum thure ex oui albi ſucco illitum per dies triginta eidem morbo author eſt mederi. Paſſionibus ani, vt ex Kiranide Aggregator tranſcripſit, vtilis eſt idem cinis cum aceto. Cancro in pene vtiliter inſpergitur, ſi Iacobo Oliuario credimus. Ad podagram ex Marcello: Cochleæ Aſticanæ cum ſua carne cõburuntur, cinis illarum illinitur & medetur podagris. Eundem vero etiam puluerem intus ſumptum è vino phthiſi prodeſſe inueni o apud Plinium. item aluum ſiſtere in ſuſpitiosis; decoctorum in ptiſana illini per ſe laterum doloribus; eſſe denique qui ſuperdolentem lienem superalligant cum ſemine lini & vrticæ addito melle, donec perſanet. Ex inanibus teſtis etiam remedia petuntur, nounullaque ex obſcuris quibuſdam collegit Zoographus, quorum nondum ſcripta ad nos peruenerunt. Pollen de reſtis limacum inanibus contritis fiſſuras manuum pedumque inſperſus ſanat. Idem pollen cum cera & fermento ſubactus & impoſitus, paronychiam emendat. Ad maculas oculorum in homine aut pecore abolendas: Teſtas limacum collige pridie. D. Ioannis per æſtatem lotas & mundas contunde, per ſetaceum incerne, & polliuem in oculum affectum infla per calamum. Ex libris mauuſcriptis Germanicis, Teſtæ limacum contritæ cum peſtilentia ſuibus vel bobus ingruit, in potu dantur, per ſe, vel cum radice gentianæ illius ceruleæ, quæ ſemper diſſecta naſcitur, vnde cruciatam Germani appellant. Hieronymus Fabritius ab Aquapendente Medicus hac ætate clariſſimus ſcribit Scythas cochleæ teſtam ad aures admouere propter frigus quod plurimis lædit auditum, & vt melius audiant.

Ad ambuſta. Ad lachrimas & lippitudinem oculorum. Ad eminentiam vmbilici. Cancro penis confert. Ad Podagram. Ad laterũ dolores. Ad Paronychiam.

Cinis v. cochlearum inanium cum myrrha Plinio authore gingiuis prodeſt: & admixtus ceræ, procidentium interaneorum partes extremas prohibet. oportet autem cineri miſceri ſaniem punctis emiſſam è cerebro vipetæ. Iubent & earundem cinerem ſumi ad calculos pellendos. Quod poſtremum reperio quoque apud Marcellum: Cochleæ inanes (inquit) caſu inuentæ contuſæ & in puluerem tenuiſſimum redactæ in potione calculoſis dataæ medentur. Vti hoc remedio hodieque nonnullos apud ſuos teſtatur Zoographus. Ad ficos ani, ex innominato: Teſtas cochlearum candidarum cremato & pollinem inſpergito. Si quid in tergore equi ruptum fuerit, & ſanguinis aliquid concretum, adipe veteri mollies, vino ablues: & ſi quid putridæ carnis fuerit, æruginem tritam inſperges, decocto eupatorij vel thuris lauabis: denique puluiſculum inſperges: qui cinere de ſambuco & limacum maiorũm teſtis crematis, contritis, & æqualiter mixtis conſtat. Mitorum quod ſcribit Iacobus Oliuarius: Si quippiam ex teſta cochleę aduſta in lotium mulieris grauidæ miſeris, petet fundum ſi maſculum geſtet, ſi puellam ſupernatabit. * Bartholomæus Maranta cochlearum marinarum teſtas vri putat, non ad aliam adſcifcendam qualitatem, ſed vt facilius terantur. Mihi vero ſecus videtur. Æque enim teruntur teſtæ fere antequam vrantur. Superſunt modo lapis, arena, oſſiculum, & cornu, quorum omnium eeu fere partium in cochleis meminere authores, & ſuas etiam facultates aſſiguauere. Ad exeſos dentes ex Galeno remedium recipiens eum lapillum: Limacis lapidem in fruſtula ſeſami magnitudinem æquantia confringe, & in dentis foramen immitte: illico dolorem ſedat: ſed ex cera operculum facito. Meminit eius quoq; Plinius: Limacis lapillum ſiue oſſiculum quod inuenitur in dorſo, adalligatum dentitioni mire prodeſſe tradunt. Eandemque vim habent arenulæ, quæ inueniuntur in cornibus, nam & has cauis dentium inditas, ſtatim liberare dolore ſcribit. Et alibi: Inueniũtur (inquit) in corniculis cochlearum harenaceæ duritiæ: eæ dentitionem facilem præſtant adalligatæ. Cum ſtrophus & ventris dolor animalia (iumenta, equos,) affligit; x Vegetius phyſicum (remedium) tradi ſcribit: Os limacis neque manu immunda, neque terra contactum, alligatum vmbilico dolentis, curare continuo. Cardanus eſſe ait, qui aiunt, lapides omnes qui in animalibus, vt cancris, limacibus, alijſque gignuntur, prohibere generationem lapidum in renibus, genitoſque diſſoluere. Aliqui vero non de limace ſimpliciter, ſed de limace nuda lapillum celebrant; Limacis inter duas orbitas inuentæ oſſiculum per aurem cum ebore traiectum, vel in pellicula canina adalligatum, aduerſus capitis dolorem prodeſt pluribus ſemperque Plinius. Quod paulo aliter recenſet Marcellus: limaci calculum (inquit) quem in capite habet, tolle quod non facile facies, niſi ei dum in via repit, caput ſubito abſcideris: quem lapidem quandiu tecum habueris, nunquam illum dolorem capitis nec ſenties, nec patieris. Si infans, cui dentes prouenire incipiunt, dolores habeat, Archigenes apud Galenum, veteris cochleæ cornu pelliculæ illigatum appendet pro amuleto. Poſtremo fimus quoque vſum habet, quod meminit idem y Plinius, inquiens, cum oleo & vino potum, Venerem inhibere.

Sexus in vtero grauidæ vt cognoſcatur. * Lib. 3. metho. cognoſc ſimpl. Cur teſtæ vrantur. Ad dentes exeſos. x L. 1. Veter. artis. c. 62. Aduerſus capitis dolorem. Ad dentitionem. y L. 30. c. 15. Venerem inhibet fimus.

VSVS IN ALIIS.

INuenio præterea alios vſus eum eatnis cochlearum, tum etiam teſtarum, vt apud Tarentinum eſcam ad omnes piſciculos capiendos ex cochleis. Cochlearum (κόχλων) carnem inquit, accipiens, exemptis membranoſis cauliculis (χωρὶς τῶν ἀρραδίων,) ex ea eſcam iniicito: ſed non vtaris totius cochleæ magnitudine (μὴ ἀποχρώμενος τῷ μεγέθει τοῦ κοχλίου) Cornarius vertit neque magnitudine cochleæ abutaris. Deſtillari aiunt nonnulli aquam è limacibus menſe Maio vel octobri aquam, in qua ferrum extinctum chalybis induere duritiam velint. Palladius formicas abigi ait, cochlearum vacuis teſtis vſtis, & eo cinere in foramen iniecto. & Paxamus ad idem teſtas cochlearum cum ſtyrace vri iubet, foraminibuſque comminutas iniici: Cumanenſes cochlearum teſtas gerunt, vt ſtrepitum edant, dum ad feſtiuitates aliquas accedunt.

Eſca ad omnes piſculos. Formicæ vt abigantur.

PROVERBIA.

Κοχλίου βίος, id eſt, *Cochleæ vita.* De ijs dicitur, qui parce parcuoque viuunt, aut contracti à negocijs, luceque forenſi ſemoti. Plutarchus in libro περὶ τῆς φιλοπολυπραγμοσύνης, Σὺ δὲ τοσαῦτα πράγματα σωρεύων καὶ πράττων καὶ στρεβλῶν σαυτὸν, κοχλίου βίον ζῶν διὰ τὴν μικρολογίαν. id eſt. Tu vero tantum moleſtiarum ſuſtines turbans, ac torquens teipſum, cum ob parſimoniam cochleæ vitam viuas. Cui addamus illud Philyllij apud Athenæum:

Οὐκ εἰμὶ τέττιξ, οὐδὲ κοχλίας γυνή,
Cicada, vxor, nec ego ſum, nec cochlea.

hoc eſt, vt Dalechampius exponit, parcus, paruo victitans, ab hominum frequentia ſemotus, omnino tacitus, diuerſus à cicada, quæ eſt maxime vocalis. Ἀπιστότερος εἶ τῶν κοχλίων: *diffidentior cochleis*: Prouerbialiter dici poteſt in hominem ſuſpicacem & nemini ſatis confidentem, adeo vt res ſuas ſecum ſemper habere velit. Vtitur hoc adagio Anaxilas apud a Athenæum

Ἀπιστότερος εἶ τῶν κοχλίων πολλῷ πάνυ.
Οἱ φορεῖν σ' ὑπ' ἀπιστίας τὰς οἰκίας
Cochleis tu es longe diffidentior
Qua quia nemini credunt, circumferunt domum.

Cochleæ vita. Diffidentiot Cochleis. a L. 2. c. 24.

Conſulendus ſuper hoc adagio eſt Adrianus Iunius, euius adagia, nondum videre mihi licuit *Domus cara domus optima.* quanquam à teſtudine natum eſſe velint; videtur tamen etiam à cochlea potuiſſe eius origo trahi, conuenit enim vtriſque τὸ φερέοικον. Nec male, inquit Marcellus Virgilius, vna hac ratione laudata eſt, neceſſario homini eexemplo, vt ſua omnia ſecum ipſe etiam ferat, & Pierienæi ſapientis modo, eas domi ſuæ opes coaceruet, quas nec hoſtis ferat, nec populetur bellum. *Cochleam tarditate vincere* dicuntur pigerrimi † Plautus:

At ſi ad prandium me in adem vos diximſſem ducere
Vinceretis ceruum curſu, vel grallatorem gradu
Nunc vos quia mihi aduocatos dixi & teſtes ducere,
Podagroſi eſtis, ac viciſtis cochleam tarditudine.

Domus cara, domus optima. Cochleam tarditate vincere. † In Pœnulo.

Proſert & hunc verſum Nonius in nomine tarditudo, ſed longe aliter quam nunc hodie in exemplaribus Plauti ſcriptus & in codicibus vulgatis impreſſus eſt. Dionyſius Lambinus putat Nonium memoriæ confixum cum librum non conſuluiſſet, mendoſe verba Plauti recitaſſe. Sic autem in Nonio habetur.

Quod eſtis pigri, cochleas vincitis tarditudine.

Eodem etiam modo cochleis hominis iunctos Claudianus dixit de re impoſſibili.

APOLOGI. FABVLAE.

RVſtici filius aſſabat cochleas cum autem audiret eas ſtridentes, ait: O peſſimæ animantes domibus veſtris incenſis, vos canitis. Fabula ſignificat omne intempeſtiue factum, vitupera-bile. Ferunt etiam huiuſmodi fabulam. Cum Iupiter omnia animantia ad conuiuium vocaſſet, cochlea & teſtudo non apparuerunt. Quæſiuit ergo quid cauſæ eſt, cur & ipſæ non præſto fuiſſent: quæ domus cara, inquiunt domus optima. Iratus ergo Iupiter, eas in domum damnauit, vt quocunque progrederetur, domum ſecum ferrent.

Intempeſtiue factũ vitupetabile.

CAP. XXX.

DE DIVERSIS COCHLEARVM *ſpecibus.*

IN mari præcipue diuerſæ ſunt cochleatum ſpecies, quemadmodum ſubinde, cum ex variis & Rondeletij & meis adhibendis iconibus patebit, reperiuntur. Terreſtrium prius aliquot habes, & inter has prius ponuntur edules inuicem magnitudine tantum differentes: dein cochlea ex Feltrinis montibus eruta cum operculo ſuo albo & duro, item talia cærulea, communis terreſtris alia; aliaq; ſtellata cum vmbilico & operculo, necnon & depreſſa, cuius modo alia figura dabitur. Habes deinceps cochleam terreſtrem gypſeo operculo obſeratam. Sed vt ad marinas accedamus, hæ duæ hic pictæ cum terreſtribus non parum ſimilitudinis habent, contra

Terreſtriũ deſcriptiones & ſpecies. Marinarũ.


Erdt Schnecken.
1
2
Cochleæ terrestres aliæ
3
TAB: IX.
Limacis marini species insolens.
Meer Schneck.
6
Cochlea ex mari Sarmatico.
Schneck aüss dem Polnischen
Meer.
5
Cochleæ marinæ.
4
Cochlea marina insolens alia
tuberosa.
7
Cochlea celata maculis viridib.
Schneck mit grünen flecken.
8
Cochlea Rondeletij quæ erat
in vsu oleario.
12
celata
Cochlea alia cum sua
opercula.
11
Cochlea duplex ad instar
quasi turbinis
10
9
Cochlea alia superiori
simlis.
13
Cochlea depressæ species
castanea.
14
Cochlea depressa
Rondeletij.
15
16
Vmbilicus varius pariius
20
19
Vmbilicus Rondeletij.
18
Cochlea rugosa vmbilicata alia
vel ei congener.
17
Cochlea cylindroides
prior.
21
Cochlea echinopho,
ra Rodelete
20
Cochlea leuis
leuis turbine
obtuso.
22
Cochlea cylindroides
altera

a *Lib. 24.* Cochleæ Sarmaticæ deſcriptio.

contra inſolentis ſane magnitudinis ac figuræ eſt quam *a* Ambroſius Paræus nobis exhibuit, ex mari Sarmatico. Mare Sarmaticum ſcu Germanicum Orientale, piſces alit calidis regionibus ignotos & valde monſtroſos. A

Eiuſmodi eſt is qui limaci ſimilis, dolium corporis mole æquat, arboreis autem cornibus cetuum, extrema cornua in orbiculos rotundantur, vnionum inſtar ſplendentes Cernice eſt eraſſa, oculis accenſæ candelæ modo micantibus, naſo obrotundo, & pilis felium adinſtar obueſtito, rictu oris magno, ſub quo pender, prominetque carnea moles, aſpectu ſubhorrida Quatuor nititur cruribus, totidem latis & aduncis palmis, quæ illi cum cauda oblonga, & tigridis inſtar variegata, pinnarum ad natandum loco eſt. Meticuloſum adeo hoc animal eſt, vt etſi amphibium ſit, alto tamen ſe fere mari contineat, nec niſi ſereno valde cœlo ad littus applicet paſcendi gratia.

Caro enim valde grata eſt eſui, ſanguis vero his medicatus quibus vel hepar vitiatum eſt, vel pulmones vlcerati, vt eſt magnarum teſtudiuum ſanguis elephanticis. Id in Dania ſe vidiſſe aſſerit Theuetus in coſmographia. Hucuſque ille. Longe quoque diuerſus à communibus marinis Limacibus, iſte Limax eſt, cuius deinde icon proponitur, tota cinerea albicans, necnon & ſubſequens tuberoſa, tota ex ferrugineo cinerea, exceptis oris quæ ſunt virides. Intus conſpicitur animal amethiſtini coloris.

Cap. XXXI.

DE COCHLEA COELATA.

HOc genus, inquit Rondeletius, Cochlearum, quod proponimus ad Turbinum ſpeciem accedit. A Monſpelienſibus, Prouincialibus & Hiſpanis Scaragol vel Cagarolo de mar nomiuatur, quod ad Cochlearum terreſtrium quas Cagaroles vocant, formam accedat. Teſta eſt turbinata & ſatis longa, cælaturis inæqualis & ſcabra, ſpiſſiore quam in Cochleis terreſtribus, intus læui. Operculum ſpiſſum eſt, rotundum, ſuperiore parte non aſperum, in qua voluta expreſſa eſt, vel figura turbinis Cochleæ clauiculatim intorti.

Intus, qua ſcilicet parte carnem Cochleæ contingit, tuberoſum eſt, & inæquale, rubri coloris. Partibus internis hæc Cochlea à terreſtribus non differt. Carne eſt dura, & ad concoquendum difficili. Succum ſaltum gignit, Venerem extimulat Elixa melior eſt. Teſta in aceto macerata, ſuperiore veluti cute vel eruſta ſpoliatur redditurque Cochleæ margaritiferæ modo ſplendens, nitida & vnionis modo colorata. Sunt qui Cochleam, quam hic exhibemus, vmbilicum appellent: ſed non ſine errore, vt perſpicuum fiet, quum docebimus qui ſunt vmbilici, & quid à cæteris Cochleis differant. C

Venerem ſtimulat.

Hucuſque Rondeletius poſita etiam icone, cum qua ſimillimæ cum ſint, quas ego hic exhibeo, iconem eius reliqui. Prior maculis viridibus prædita eſt. Poſtremam margaritas proferre ſunt qui putant. Addidi demum aliam Concham quæ inter Turbinem & Cochleam celatam mediam naturã haberi videtur. Taxat autem Bellonium Rondeletius, cui vmbilicus marinus aut faba marina nuncupatur iſtiuſmodi Cochlea & ſic de ea ſcriptum reliquit: Cochli (κόχλε) nomine vmbilicum marinum, vel fabam marinam vulgarem intellexit Ariſtoteles atque adeo marinam Cochleam, quemadmodum & terreſtres Cochleas, κοχλίας vocauit; noſtris limaces dicuntur.

Vmbilici marini deſcriptio.

Eſt autem vmbilicus marinus à medicis vulgaribus dictus Nerite multo maior: cuius tamen moles vaſtior non euadit, quam commune buccinum. Quumque turbinatum genus omne prætenui cruſta, carnem patulam ambiente, operculi loco ſeſe tueatur: hic vnus lapidi rubro perſimili tegumento occluditur. Rotunda eſt eius forma, vmbilicum plane referens, vnde ei nomen Alteram cinerei coloris ſurſum tumentem, deorſum planam: alteram vero rotundam, atque (vt dictum eſt) rubrum. D

Teſta eius politiem admittit.

Huius teſta ſola inter noſtri Oceani turbinata politiem admittit. Rotundiori hiatu ore, quam vllum aliud genus. Nam cum alij turbines opercula ſua habeant longiora vel latiora, pro ſui oris ratione, hic ſemper rotundum operimentum habet Edulis eſt, vulgoque buccinarum, purpurarum & neritarum modo diuendirur. Rugoſo tegmine ſcabroque conſtat. cuius clauicula earum herbarum more quæ ſeſe arboribus alligant, à dextra ad ſiniſtram inuertitur.

Papauer.

Papaue (παπαυρα Ariſtoteles vocat,) vt in purpura & buccino & & in κόχλοις eſt conſpicuum, quod in clauicula teſtæ continetur.

Calx eſt marinis Cochleis optima.

Cæterum Cochleam marinam Dioſcorides ſcribit ſtomacho idoneam eſſe, & facile aluo excerni: quumque ex marinarum Cochlearum teſtis, vti & reliquorum turbinum optima calx fiat, nihil verat quo minus eas excalfaciendi & vrendi facultatem obtinere, lepras purgare, vitiligines & oculorum cicatrices emendare aſſeueremus. E

Ex cælatarum Cochlearum genere quoque eſt, quæ hic exprimitur, operculo miniaceo, minaceis etiam tuberculis, turbine violaceo infra, ſuperne fere ferrugineo. Quod inter turbines eſt ſpacium, ſiue cauitas viridi eſt colore.

CAPVT XXXII.

DE COCHLEA, QVAE IN OLEARIO VSU ERAT.

COchlea hæc rotunda eſt (inquit idem Rondeletius) & reſta intorta & magna admodum, adeo vt ſit quæ aquæ quatuor libras capiat. Obid eam eſſe puto, quam Plinius memoriæ mandauit in Oleario vſu fuiſſe, quod ea oleum decapularent, vel ea in vſus quotidianos oleum haurirent, cuius figura ad id percommode quadrat, quemadmodum vaſis eius, quod arytænam vocant, veluti roſtro prominentiore ad hauriendum, fundo cauo & capaci ad retinendum Huiuſmodi Cochleam etiam aurifices, additis anſa & baſi in vtecos efformant eleganti artificio, quod eam contra venena aliquid valere credant. Magnitudo. Arytæna.

CAPVT XXXIII.

DE COCLHEA DEPRESSA.

CVm ſuperiori Conchylio ſimilis eſt iſthæc, quam Rondeletius Cochleam depreſſam vocat, ac ſic de ea ſcribit: Operculum Cochleæ cælatæ refert Cochlea, quam hic repræſentamus, (repræſentat autem hanc) quę concaua eſt, & carnem intus habet. Simillima eſt Cochleis terreſtribus, quæ aliquando in terra effoſſa reperiuntur. Altera parte plana eſt, altera excauata in voluminibus, quæ initio parua paulatim creſcunt ad foramen vſque. Sic ille addita hac figura: cui ego adieci aliam quæ tota eſt ferruginea. B

CAPVT XXXIV.

DE COCHLEA RVGOSA, & vmbilicata.

ARugis, quibus tota huius Cochleæ reſta per tranſuerſum ducta eſt, ita elatis vt & ſtriata dici poſſit nomen obtinuit. Colore intus eſt albo, floris flaueſcente, valde fragili. Turbinis clauiculæ in acumen non deſinunt. Pars ſuperior longius procurrit. Foramen valde apertum & longum. Hanc tertiam eſſe nautili ſpeciem ab Ariſtot. proditam falſo (ſecundum Rondeletium) tradidit Bellonius. Duas enim tantum polyporum ſpecies Conchis concluſorum ponit Ariſtoteles, vt ante oſtendimus. Neque vllus eſt qui viderit in ea Concha nautililum, qui minor eſt, quam vt tantam Concham ſecum trahat, cuius etiam ſtructura à facili naratione aliena eſt, ob tranſuerſas rugas, cum in marinis animantibus hoc diligentiſſime cauerit natura, ne quid eſſet, quod natationi moram aut impedimentum afferret. Ex hoc genere vel conſimilis ſaltem eſt iſthæ à me adiecta. C

CAPVT XXXV.

DE COCHLEA VMBILICATA.

HÆc quoque Cochlea in ſatis inſignem magnitudinem excreſcit, quæ turbinata eſt, & in medio vmbilicata. Variæ vario ſunt colore. Aliæ enim nigricant, aliæ cineo ſunt colore, aliæ maculoſæ Proxime accedunt ad formam Cochlearum terreſtrium paruarum, quæ conglomeratæ fæniculi craſſioribus caulibus adhærent, quæ etiam præter reliquarum Cochlearum terreſtrium naturam vmbilicatæ ſunt, carneque ſunt bona Cum hac Rondel. Cochlea non paruam ſimilitudinem gerunt tres iſtæ à me adiectæ Cochleæ. Inter vmbilicatas hæc quoque fuerit, longior & multis anfractibus contorta, quorum longitudo & obliquitas in cauſa eſt, quo minus vmbilici extremum perſpici poſſit. Teſta lævis, & quaſi cornea, vel vnguium ſubſtantiæ ſimilis. D

CAPVT XXXVI.

DE VMBILICO.

EX Ciceronis loco, qui eſt libro ſecundo de oratore, Rondeletius vmbilicos Concharum ſiue Cochlearum ſpecies eſſe aſſerit, id quod verum eſſe indicat etiam (inquit) ipſa rerum natura, ſint ſpeciem diuerſam exhibet earum, quæ præter foramen illud quo Cochleæ ſaxis inhærent, quoque corpus exerunt: alterum habent vmbilico ita ſimilem, vt nullus ſit qui has viderit, qui negare poſſit vmbilicatas merito vocari. E

Cochlearum an ſint ſpecies.

Id foramen profundum conuolutionum veluti centrum eſt, vel circa quod anfractus Cochleę conuoluuntur, veluti circa αὐχένα κόχλιον. Hac de cauſa vmbilicus vocatur: nam metaphorice vmbilicus dicitur, quicquid in aliqua re medium eſt.

Nominis ratio.

Hic vmbilicus in Cochlea quam hic exhibemus, manifeſtiſſimus eſt. Cochleæ quam cælatam prius nuncupauimus ſimilis eſt, figura differt, colore & cælaturis. Nam picta quidem eſt varie,

est varie, quod lineas quasdam purpureas habet, densa ac spissa, lumine immisso varietatem colorum iucundam repræsentans: Hæc ille, cum cuius icone non parum habet similitudinis istæ à me adiecta.

Duorum à Rondel. expressorum descriptiones.

Depinxit & descripsit nobis idem Rondeletius, cui fere omnes istas figuras debemus, duos hosce vmbilicos alios, vnum diuersicolorem, alterum valde exiguum. Prior mira varietate à natura distinctus est, scilicet nigris, rubris & albis tuberculis corallorum omnium colorem & naturam referentibus superiore parte latior est, mox in turbinem desinit. Alter vmbilicus est valde exiguus ciceris magnitudine, aliquando paulo maior, qui in spongijs reperitur, veluti granulis rubri coralli æmulis conspersus. Inter vmbilicum & foramen quo corpus exerit, testam incisam habet: incisuræ operculi vice sunt.

CAPVT XXXVII.

DE COCHLEA ECHINOPHORA.

QVamuis paruis Buccinis figura similis sit hæc Cochlea; quam Echinophoram ab asperitate nominauit idem Rondeletius: nos quoque hic potius quam inter Buccinas, eius iconem proponemus. Tota enim tuberculis siue aculeis conspersa est.

Operculo vero, succo, substantia, à paruo buccino non differt. Rondeletius hanc iconem proposuit: nos duas adiecimus.

CAPVT XXXVIII.

DE COCHLEA CYLINDROIDE.

CVm adeo fœcunda sit natura in turbinatorum & Cochleárum varietate, vt omnes nominibus exprimere perdifficile sit, quod etiam veteres non fecerunt, alioqui rerum indagatores seduli, & in nominibus inueniendis fœcundiores; Rondeletius tamen distinctionis gratia, atq; vt aliæ ab alijs internoscantur, nomina posuit, quæ præsertim figuram exprimant, vt in ea fecit, quæ hic à nobis proponitur, κυλινδροειδής que vocatur à figura cylindro proxima. Pyramidem etiam refert. Pyri modo turbinata est punctis varijs notata subcastaneis, magnitudine ac crassitie pugni, quamuis Rondeletius pollicis crassitudinem vix superare velit. Crassior etiam est altero loco posita, turbine acuto.

CAPVT XXXIX.

DE COCHLEA LÆVI TVRBINE obtuso.

HÆc postrema Cochlea, quam læuem turbine obtuso Rondelet. vocauit, polita admodum est atque in turbinem oblongiusculum desinens, sed obtusum. Operculo tegitur. Testa est crassiore quam cæteræ, carneq; minus dura. Frequentissime circa Lerinum insulam capitur, eodem teste.

CAPVT XL.

DE ECHINIS.

ÆQVIVOCA.

EChinus Græcis, auctore Suida, nomen est vasis ex æte, aut opere figulino, in quod tabulæ ad iudicium pertinentes (testimonia, vel testium dicta) conijciebantur, alias coniecta signabantur: eius mentio fit apud Demosthenem, Aristotelem, & Aristophanem. Chytræ id est ollæ genus Echinus est Polluci, pariter & lebes σκεῦος μαγειρικὸν καὶ λοπάς, Hesychio, & Varino, Ἐχῖνος βαθύκοιλος, leberem interpretatur Etymologus. Apud *a* Horatium interpretes Echinum aiunt esse vas æneum, in quo calices lauantur quod etiam trisilla vocetur. Hadrianus *b* Turnebus mauult legere trichila, vt eo, inquit in epigrammate, quod Maroni adscribitur, & Virgilius. *Trichila vmbrosis frigida arundinibus*, adducens etiam locum apud *c* Columellam. *Sub trichila manantem serpit ad vndam*: alij vitream ampullam, alij scorteam explicant. Ego (inquit) *d* Hadrianus Turnebus, vas aquarium rotundum lagenæ simile, aut ampullæ crediderim, vt guttum vinarium, vt *e* Varro docet: patera autem ad libandum vtebantur, & interdum post libationem ad bibendum. Hoc mihi in mentem veniebat; quod de hoc loco dicerem, quem Echino spinosiorem, & aculeatum magis esse & ipse sentio, & intelligo multis *f* videri: sed nec illud omittam Porphyrionem perspicue legere Echino, cum explicet propter Echinum astat vilis guttus, qui & Echinum vult hic vitream esse ampullam, & aquarium vas existimasse videtur: aquam enim limpidam nitido vitro perlibenter infundimus: nomen habere videtur à rotunditate Echini se in pilam colligentis.

Ollæ genus.

a Lib. 1. Satyr 6.

b Aduers. li. 9. ca. 19.

Trichila.

c Li. 10. de Cult. Hort.

d ibidem.

e Lib. 4. de ling. lat.

f In Horat. lib. 1. Sat. 6.

Echinus Ciuitas.

g Lib. 1.

Echini ciuitatis meminit *g* Strabo. Supra Phalarum etiam, vt idem inquit, à mari ora vrbium XV. stadia L. imminet. Inde porro nauiganti stadia c. Echinus incumbit. Plinius Acarnaniæ oppidum esse scribit. Echinon Vrbs est Thraciæ, ad Pegaseum sinum.

A Erinos apud Galenum herbæ species est, quam sic etiam vocat Dioscorides: sed in codicibus vetustis non Erinos, sed Echinos legitur. Quercuum κόσσαροι, idest particulæ quædam, ceu nucamenta, quæ ex ramis earum dependent Echini vocantur ab Hesychio: cui etiam Platani fructus vocatur Echinus, & castaneis sui sunt Echini, eo enim modo, quo Echini marini aculeis armati sunt. Herbæ quoq; apud Hippocratem fit mentio Echini dicti, vt ait Massarius, Idem Echinum oleæ genus interpretatur, tanquam ex Polluce, Hesychio etiam est εἶδος ῥοιῶν id est, mali Punici genus Est præterea Echinus pars ventris ruminantium, ἢ ἐλάφου νήδυω τοῦ δηκηλέστατον ἐχῖνον, Ἄλλοι δ' ἐγκατόστομα κεκρύφαλον. Nicander in Theriacis. Scholiastes ἐχῖνον interpretatur πολύπτυχον (πολύπτυχον mauult legere Zoographus, suosq; Germanos hanc vẽtris partem multiplex vocare ac proprie de Boue dici subiungit. Est postremo Echinus animal quadrupes terrestre apud Aristotelem. Theodorus veteres secutus Erinaceum conuertit, & in aquatili nomen græcum retinuit, Plinium, vt Zoographus putat, secutus, qui Echinum vocat, Sed nunquid nomen hoc alia obtineat adhuc significata; latius, vbi de Echino terrestri, nempe Erinaceo (Deo fauente) agemus, inter quadrupedes explicabimus.

Herba Erinos.

Echinus oleæ genus & mali Punici.

Erinaceus Gazæ.

B

SYNONYMA.

EChinum cum Echeneide pisciculo recentiores nonnulli admodum inepte confundunt. Echinus nanque cum carcat brãchijs, piscis proprie non est dicendus. Græcis dicitur ἐχῖνος ἀπὸ τοῦ ἔχειν ἑαυτοῦ τὴν σαρκῶν ἀφανῶν νῶτον: vel per antiphrasin, ἀπὸ τοῦ μὴ δυνάσθαι ἔχειν τὰς ἀκάνθας, ὅ ἐστιν ἀκρόστητος, quod teneri ob aculeos non possit. Commune id nomen tum terrestri, tum aquatili est. Latini veteres, vt dixi Ericium, & Erinaceum de terrestri dicunt, de Marino vix vnquam, sed Græcum nomen seruant Echinum non esse Erinaceum marinum aduersus Albertum imperite adnotauit Niphus: sed esse veluti castaneum (castaneæ) catdum, plenum rubro humore, alibi etiam Echinum marinum, vulgo Carduum (carduum potius) marinum appellari scribit. Italis vocatur Riccio, vel Rizzo de mare, Zino, lo incino; vel vt vocauit Scopa Grammaticus l'Incino de mare, Bogancitola: & genus Cancronem facit inepte Albertum, vt inquit Zoographus, & huiusmodi solœcos auctores secutus. Liguribus Zinzin dicitur. Hispanis Erizo de la mar. Echini à nostris, inquit Rondeletius Vrsins appellantur corrupto ex Erinaceis vocabulo, ab alijs Castagnes de mar, quod veluti castaneæ echinato calyce contecti sint, à Masiliensibus Vrsins, & Dulcins, qui sint edules, etiam si dulces non sint, sed salsi, & subamari: maiores quiq; edendo non sunt, Rascasses ab ijsdem appellantur. Hos nostri Migranes vocant, quia cũ detriti aculei deciderint, putaminibus malorum Punicorum similes sint. Quidam Oceani accolæ Herisson de mer appellarunt, à Belgis seeegel vocari audio, Germanis Meerigel.

Echinus ab Echeneide differt.

Etymon.

C

Carduus marinus.

GENVS, DIFFERENTIÆ, FORMA.

EChinum ex Testaceorum genere esse, contra Rondeletium ex Aristotele supra demonstrauimus, qui eos locorum ratione potissimum differre iuuit Scribit *a* enim Echinos alios nasci circa Toronem, qui candidi sunt, & spinis, & testa, & ouo, augerique forma productiore, quam cæteri, & spinam ijs esse paruam, nec rigidam, sed molliorem: nigra autem illa (quæ carnis loco esse dixerat) ori applicara, plura à se disiuncta, & ad foramen exterius coeuntia. Et Eratosthenes, vt auctor est *b* Strabo in Insulis ante Euphratem miræ magnitudinis cancros, & Echinos inueniri air: quorum alij pileis maiores sint: alij δικότυλοι id est, binas cotylas capiant. Et in mari Indico Purpuras, & Buccina tanta esse tradit Aelianus, vt facile congium capiant: & Echinorum testas similiter, καὶ βόρυτοι, inquit, καὶ τῶν ἐχίνων τὰ χελώνια δύνασθαι αὐτοσοῦτον χέειν Circa Daniam, Noruegiam, & alibi Echinum reperiri author est Zoographus, qui rotunditate figuræ, præsertim aculeis dempris, & magnitudine malum marinum referat. ideoque Seeapfel à Germanis nuncupari, quod malum marinum, vt inquit ille, sonat. Idem ad summum instar magni mali in Oceano Balthico inueniri refert ex auditu, durum, punicei fere coloris, & spiculis ademptis maculosum, nullum eius vsum esse, sed pro ornamẽto in domibus suspendi Forte & coloribus differunt, nam Nicolaus Perottus. Vidi, inquit, & sæpe piscatus sum piscem hunc (Echinum improprie vocat piscem, etenim sanguine caret, itemq; branchijs, quæ quidem in definitione Piscis ab Aristotele ptolata includuntur) in scopulis quibusdam maris nostri aquã contectis apud Antij reliquias, & iuxta Baias purpureo colore, ac viridi mixto: vsque adeo grata oculis ea varietate, vt si colores durarent; nulla esset cum gemmis comparatio: sed mortuo pisce colores tabescunt. Hæc ille: Haberi deniq; & fluuiatiles Echinos tradidit Hermolaus & Massarius ex Paulo Aegineta sã vero alij esui sunt; alij vero non item. Differunt & motu apud eundem, nam agilius mouentur qui edules sunt. Theophrastus ἐχινοὺς tres species facere, tertiamq; ceu magnitudine, & crassitudine præstantem ὀλοέχινον dici Varinus scribit. Verum *c* Theophrastus non Echini sed quarum, tertia maior holoschenos, ὀλόχοινος dicitur Aristoteles & ex eo Athenæus Echinorum genus quoddam βρύστον nominãt, vel vt scribitur etiam in lexicis græcis Bryrtum, quam vocem alij genus esse Echini pelagij: alij piscem esse dicunt, aliqui, vt Hesychius

D

a De histor. anim. 5.

b Lib. 16.

Magni vbi

Circa Daniã, & Noruegiam reperiri.

Malum marinum Germanis quid

E

Varini error.

c Lib 4. de hist. plant. c 13.

Echinus.


Echinus spoliatus à suis spinis. 4.
2.
Echinus integer. Meer Igel. 1.
Echinus in duas partes dissectus. 3.
Echinus lapis spoliatus a spinis. 5.
Echini superficies ex Zobgrapho. 11.
Echinus cum spina adiuncta. 6.
Echinus Spatagus, & Brissus Rondel: 7.
Echinus spatagus authoris. 8.
9.
Echinometra Rondeletij. 10.
TAB: X.
Echini quintum genus Rondel. 14.
Echinus e mari rubro aculeis longissimis, prona parte pictus. Igel aus dem Zobten Meer. 17.
13.
Orbis Echinati pars prona & supina. 12.
Echinus idem, supinè pictus. 18.
Echinus marinus ferrugineus. 15.
Echini species oblonga aperta. 16.
Echinometra amethestini coloris. 21.
Echinometra authoris. 19.
Concha margaritifera nostra. Perlen Muschaln. 24.
Echinometra spinis denudata. 20.
27.
Echinometra maxima pelegica Sardica. à D: Castellette. 22.
Concha argentina cum lecto margaritarum
Concha Margaritifera colore rubeo flameo cum rudimento perlarum. 25.
26.
23.
1
2
3

βρύωνος.

Βρογχόνη

d Li. de par. anim.

Echinometræ ab Echinis vt differant.

e Li. 4. de partibus.

f Lib. 13.

Cato.

Echini edules, & non edules.

Color.

g Ex Arist. 4. de histor. animal.

Ouatius Echinus vnde dictus.

Descriptio

Fotma.

Os.

Dentes.

Ossicula.

h Lib. 4. de hist. anim.

Catuncula linguæ vice.

Excremēta Oua.

i Li. 4. de hist. an. c. 12.

Quādo meliores.

sychius & Vatinus tribus syllabis Βρογχόλω scribunt. Βρυτίνη quoque animal quoddam est Hesychio. Ἀβρυτοὶ Echinorum marinorum genus eidem Hesychio. Et alibi Ἄμβρυτοι (Hesychio τ duplex habet) Echini quidam matini, quos Aristoteles βριώνας (imo βρύωνας legit Zoographus) vocat. Sed hæc vocabula, inquit, corrupta videntur ab Ἄβρωτοι, sic enim nominat Aristoteles Echinos qui edendo non sunt, de quibus etiam Michael *d* Ephesius quærit, quomodo (inquit) Aristoteles, Echinos calidiores, qui etiam ad motum agiliores sunt, pleno excrementis, ideoq; cibis ineptos esse dixit? nam si calidiores sunt, melius eos concoquere, & excrementorum minus habere par erat, nec esse ineptos cibo, an dicendum calidos quidem esse, sed voraces, & præ copia ingestorum, quæ calor natiuus eorum vincere non potest, crudítatem in eis fieri? Echinometras quoq; inter Echinos adnumerari patet: etenim ratione magnitudinis duntaxat differunt Aristoteles (inquit Gillius) dicit Echinometras cæteros magnitudine calycis superare. Echinomettas Plinius spinis longissimis, & calycibus minimis descripsit, quod quidem ipsum mihi vero similius videtur, cum ab aculeis nomen omnes Echini traxerint, rectius nominātur Echinometræ, qui aculeorum proceritate præstant, quam ob magnitudinem calycis. Ex eo genere maximi, vt vidimus, minimis aculeis sunt: hos Massilienses vocant Rascassos. Huiuscemodi vidi, qui quoquouersus palmos dirigeres, plusquam duorū essent palmorum crassitudine: alium etiam inspexi calyce exiguo, & aculeis digiti longitudinem superantibus, longitudine aculeorum præstantes. Hæc ille. Nos vero cum Rondeletio. & Bellonio potius Aristotelis sententiam secuti Echinometras ab Echinis calyce duntaxat, non autem aculeis differre asseueramus Echinus maris (inquit *e* Aristoteles) omnium maxime à natura munitus est: quippe qui testa vndiq; spinis frequentibus circumuallata cæletur: quam rem peculiarem hunc in genere testato sortiri diximus. quod quidem hoc distycho expressit *f* Martialis.

Iste licet digitos testudine pungat acuta
Cortice deposito mollis Echinus erit,

Echinum, inquit Albertus ex Plinio, habere catnes rubentes, sicut minium. cum tamen Echinis carnem omnino neget Aristoteles. Non omnibus, inquit Plinius, idem vitreus (minij potuit hic forte Albertus legere, vt adnotat quoq; Zoographus) color. circa Toronem candidi uascuntur &c. Tribuit pariter partes quasdam Echino Albertus, & hunc sequentes scriptores, quas Echeneidi conuenire conspicuum est. Bellonius Echinos alios edules facit, alios vero nequaquam. Edules inquit, maiores quidem aculeos habent, crassitie autem minores sunt, vixq; grandis gallinæ ouum magnitudine excedunt. Diuersa in his colorum varietas, & mutatio multiplex. alij enim omnino nigri, alij albi, quidam vitrei, alij ruffi, aut flaui, alij gemmarum nitore conspiciuutur: quidam sunt cyanei, alij purpura splendent, subinde circumagentibus se igniculis micantibus ad aculeos scintillæ modo. sic ille. Echinorum genera à me obseruata post memorabo, cum prius Rondeletij & Bellonij descriptiones attulero. Primum Echini genus (inquit *g* Rondeletius) quod cibo idoneum est, in quo oua multa, & magna sunt, esculentaque non solum in maioribus, sed etiam in minoribus: statim euim parui ouis pleni reperiuntur: & maxime plenilunijs diebusq; tepidis reddūtur pleniores Ab ouorum multitudine, & magnitudine ouarium hunc Echinum appellat Hermolaus. Forma eius in rotunditatem conglobata est, dempta vna parte parum compressa, in qua os est rotundum quinq; dentibus incuruis intus cauis, & in idem punctum coeuntibus munitum: ij quinq; maxillis internis connexi sunt, quæ ab ore intus erectæ, ex acuto in latum tendentes, & ambienti calyci non continuæ: tam mirabili, stupendoq; artificio sunt constructæ, & cælatæ, vt nihil sit in toto mari elegantius, spectatuq; iucundius. Quinque igitur sunt ossicula minora, tenui membrana alligata, id totum est quod comparat *h* Aristot τῷ λαμπτῆρι μὴ ἔχοντι τὸ κύκλῳ δέρμα, idest latetnæ quæ pellucida aliqua pellicula siue membrana circūdata non sit. Inter dentes interna catuncula quædam est, quæ linguæ vice est, mox iungitur gula, quæ in intestinum desinit, longum per testam stellatim dispositum, eius tenuibus fibris suspensum, tandem in paruum foramen terminatur, quod foramen ad egerenda excrementa destinarum est, ex aduerso oris situm, ita vt os in terram versum sit, excrementi foramen supra habeatur. partus enim ex imo petitur, vnde fit, vt os ad partum sit versum; excrementum vero superius parte prona testæ contineatur. Excrementa rotunda sunt exiguarum pillularum instar. Qualis intestinorum, talis ouorum ordo est. nam inter nigrum id quod carnis vice est, & intestinum oua flaua cernuntur, quæ sola eduuntur cruda, oriq; grata sunt, etiamsi salsa, & subamara sint. Sunt quidem omnibus Echiuis oua, inquit Aristoteles, sed nonnullis exigua, nec cibo apta (nisi in hoc Echino. Et *i* alibi: omnia testacea vere, & autumno ea, quæ oua appellant, habent: Echini vero edules, his quidem temporibus ouorum copia abundant, sed & omni alio tempore habent, nec vnquam ijs carent, ac maxime plenilunii s diebusq; tepidis restituuntur, reddunturq; pleniores, præterquam illi, quos Pyrræus fert Euripus: nam illi hybernis mensibus meliores sunt, parui quidem. sed pleni ouorum. Testa tota intrinsecus foraminibus paruis plena est, per quæ mouendi facultatem netui aculeis suppeditant: extrinsecus in exigua tubercula eriguntur aculeorum cotylem excipientia, vinculo, membranula scilicet obligata, vt in orbem moueri possint. Talis radii cum brachio articulatio. Aculeotum igitur caput cauum est, crassius & in acutum illi desinunt. His in gyrum mouetur. Hoc est admirandum Dei Opt. Max. in hoc animante opificium, quod vt clarius perspiceretut, superiore loco Echinum integrum, inferiore directum in partes duas depingendum curauimus, vt quantum pictura plana assequi pictor potuit, internæ huius Echini partes intelligi possent. Hactenus de primo genere Rondeletius.

Habes item Echini iconem spoliatum suis spinis, eundemque spina præditum, nec non Echinum lapideum.

Spatagus & Brissus Rondel.

Secundi, & tertii generis Echinorum eodem authore breuiter Aristoteles meminit his verbis ἄλλα δὲ δύο γένη τὸ, πῶν ἀπαπάγων (vt Athenæus citat libro 3.) καὶ τὸ πῶν κοιλόμβων βέλεσιν, γίνονται δὲ ἔνιοι πελάγιοι, καὶ ἀπαύνιοι Secundum ac tertium Echinorum genus, Spatagi, & Brissi. quæ genera pelagia sunt, raraq; inuentu. Ex his Aristotel verbis, inquit Rondeletius, neq; ex vllo alio auctore vetere notas aliquas colligere possis, quibus hos Echinos ab aliis differre intelligas Sed cum Echinum, quem hic exhibemus, pelagium, & inuentu rarissimum esse certo sciam, qui ab Echinometræ, Echini ouarii, Echini parui, noris à veteribus traditis facile distinguatur, non dubitaui pro Spatago vel Brisso proponere. Hic igitur Echinus, siue Spatagus, vel Spatangus (vtroq; enim modo legitur) siue Brissus, minus rotundus, quam superior, à cordis figura non valde recedens, aculeis patuis, & raris septus, altera parte, in qua scilicet os est, magis planus, quam superior. os dentibus carer: verum maxilla inferior superiore prominentior est, ad hauriendum aquam, arenamque accommodata: his enim, & luto, vescitur. In interiore testa nulla talis spectatur fabrica, qualem in Echino ouario descripsimus: sed est intestinum conuolutum, aqua, & arena plenum, neque oua, neque nigrum illud continet, quod carnis loco est. Hæc ille exhibita præcedente icone, cui non absimilem adiecimus.

Echinometra Rondel Ottus.

Quartum Echiuorum genus (inquit idem Rondeletius Echinometram numerat Aristoteles, quasi matrem, aut matricem dicas Echinorum, inquit Gaza, quanquam sciendum est, in hoc genere marem à fœmina non distingui: neq; enim ex fœmine, vel ex ouo generantur, sed sponte oriuntur, vt Ostracoderma. Echinometras ab aliis omnibus magnitudine distinguit *k* Aristoteles: ἐπὶ αἱ Ἐχινομῆτραι κοιλόμβῳ μεγέθει πάντων μέγιστα sed hanc magnitudinem non ad corpus seu calycem, verum ad spinas refert Plinius, quum scribit: Ex his Echinometræ appellantur, quotum spinæ longissimæ, calyces minimi. Cuius sententiam Gillius Aristotelis sententiæ præfert his verbis. Aristoteles dicit Echinometras cætetos magnitudine calycis superare. Plinius Echinometras spinis longissimis, & calycib. minimis descripsit: quod ipsum mihi vero similius videtur, cum ab aculeis nomen omnes Echini traxerint, rectius nominantur Echinometræ, qui aculeorum proceritate præstant, quam ob magnitudinem calycis, Ego vero à corpore siue calycis potius, quam aculeorum proceritate Echinometras dici existimo, cur enim Echinorum matrem, vel matricem ab aculeis longis nominassent veteres, cum sit aliud quantum scilicet genus paruo calyce spinis longis durisque? hoc quidem genus pro Echinometra vsurpasse videtur Plinius, & cum secuti contra Aristotel mentem, cum perspicue vtrunque genus separet Quare Aristotelem hic sequendum censeo, ex quo sua transcripsit Plinius. Aristot. igitur Echinometram hic exhibeo, quæ magnitudine reliquis prestar, adeo vt ambabus manibus qua quauersum extensis capi vix possit: aculeisq; est mediocribus. Internæ partes ouariis Echinis similes sunt, demptis ouis, siue flaua illa parte eduli, quæ exigua est, & plane exucca Hæc de Echinometra ille, qui & quintum genus exhiber, & describit, vt modo, cum prius quæ de Echinometra tradit Bellonius, transcripserimus Zoographus hanc Echini superficiem pinxit, mihi Echinometræ videtur, cum qua icone quadrat aliquo pacto hæc mihi à Iosepho Casabona Belga horti Pisani præfecto, orbis Echinati nomine missa

Echinometra Bellonii.

Cæterum Bellouius sic habet, Echinometræ appellantur, inquit Plinius, quorum spinæ longissimæ, calyces minimi. Ego vero Aristotelis sententiam secutus, Echinometras cæteros Echinos calycis magnitudine superare asseuero, minimisque aculeis esse præditos, breuibus, & obtusis interceptos spiculis, colore ad extrema albicantibus, ad radices liuentibus, & ex purpureo nitentibus. Horum autem testa cinerea est, pugni, aut oui anserini magnitudine, rapi modo in vastitatem extuberans: vt quo antiquiores euadant, eo maiores reddantur, parte prona planæ, supina autem rotundæ. Pelagiæ magis sunt Echinometræ. quod autem reliquis maiores sunt, ideo cæteris anteponuntur. Longuriis longioribus nautæ multo egent magis, quam in aliis Echinis: siquidem Echinomettæ altiori gurgite merguntur: quas in Insulis maris Aegæi tanta crassitudine profecisse contemplatus sum, vt ad crassitudinem binorum pugnorum extuberauisse viderim: rariuscule quam alii Echini capi consueuerunt, sed quo maiores sunt, eo delicatiores existimantur. Sic ille.

Descriptio

Echinus Rōdeletii.

Quintum Echinorum genus, id est, quod saxo inhærens tepresentabimus ex Rondeletio calyce patuo, spinis longis prō corporis ratione, & dutis, quo ad vrinæ destillationes fœlici successu sum vsus, vnde affirmare non dubitamus id esse quintum genus Echinorum, de quo sic *l* Aristoteles. Genus irem aliud est minutum spinis longis, prædurisque gigni in alto gurgite solitum, quo nonnulli ad stillicidia vrinæ medicamento vtuntur. Aristoteles author est Echinos alios nasci circa Toronem, qui candidi sunt, & spinis, & testa, & ouo augentur fotma productiore, quam cæteri, spina ijs parua, nec rigida, sed mollior: nigra autem illa ori applicata, plura à sese disiuncta, & ad foramen exterius coeuntia. Hæc itaq; omnia Rondeletius.

Arist. & Plinius discrepant.

l Li. 4. de hist. animal cap. 5.

De eodem, vt videtur, sic scribit Bellonius.

Echinus minor Bellonii.

Genus Echinorum aliud est (inquit Aristoteles) minutum, pelagium, spinis grandibus, longis, prædurisque modo pene lapidis, gigni in alto gurgite solitum, quo nonnulli ad destillationes vrinæ vtuntur. Vulgus cum Italicum, tum Gallicum, arque eriam Græcum vn Iudeo vocat, quod perperuo nigrescat, sordescat, & gustus ingrati percipiatur. Passim reperitur: quod aliter Brissis, & spatagis euenit ex Philosophi sententia. Hic porro minimus Echinus reliqua genera spinarum longitudine superat: neque colorem, vt illa varium habet: testam iuglande maiorem non promit, estque reliquis omnibus viuidior Nam si supinum ponas, mox suas spinas deprimit, & se in pronam pattem conuertit.

Proboscides. Dentes.

Plures habet, quam alij proboscides: idcirco citius repit, firmiusque hæret: oua non fert, vt alij, sed sanguineum quiddam nigrũ saniei simile, quo manus cruentat, atq; inficit Dentes iridẽ in verticilli modo habet quinos, circulari ordine dispostros, vt & cæteri. quibus algas, saxa & conchyliorum testas arrodit. In interna eius parte multos neruos annexos cernas: ex quo indigenæ coaceruaram dentium congeriem ita cum neruis exiccari sinunt, vt anuuli vice ad signandum panem vtantur: refert enim quinque folium, vel quippiam simile affabre delinearum. Veutrem in quinque partes distinctum habent, perinde ac si plures illis ventres essent, membrana quadam obducti. Ab oris autem verticillo ventres illi testæ quoque appensi ad foramen excrementi coeunt, sed disiuncti sunt, & quasi interuentu liminum discriminantur. Totidem promuscides habent Echini, quor in testis foraminulis pertusis apparent. sunt enim vltra sex millia in quolibet Echino. Hucusque Bellonius, qui & alium maximum Echinum vidit in rubri matis littore, inter fontes amaros, & vrbem; quam vocant el Tor, prona parte planum, superiore gibbum, semipedem latum minus, quam alii rotundum, paucioribusque ac minus frequentibus aculeis aut spiculis præditum: cuius os in terram conuersum esset, super quo excrementorũ exitus appareret. Zoographus prẹterea cuiusdam Echini superficiem pinxit, quam se Venerijs vidisse testatur: nos eam quoque hic exhibemus, præserrim cum & à nostris & aliorum iconibus diuersa videatur.

Echinus semipedẽ latus.

Echinorũ ab auctore obsetuatorum descriptiones

Nostrorum modo Echinorum prima figura ouata est, colore ferrugineo ad uigrum vergente præsertim ad superficiem, in centro albicat, aculeis longis, sed exilibus & in eorum summitate puncti quidam paruuli sunt coloris cærulei. Secunda icon Echini est aperti intetna ostendentis, figura quodammodo oblonga, intus apparer quid flauum, vel oua si ita mauis appellare. Tertia est Echinorum maris rubri figura aculeis longissimis ferrugineis ad rubrum vergentibus paruo calyce quorum quidem picturam Bernardinus Castellettus Genuensis aromatarius sagacissimus nobis impartiuit: deinde quartum datut Echinorum genus Aristotelis, quod Echinometram vocat, quasi matrem, aut matricem dicas Echinorum, vt inquit Gaza. Verba, quæ ad eius descriptionem pertineut supta scripsimus ex Rondeletio: nostram vero ponimus iconem, quæ aculeis prædita est, licet non admodum longis, colore rora est fertugineo. Sequitur hanc alia spinis enudata, quæ magnitudine à priore non differt: extrinsecus est scabrosa, colorisque ferrugiuei; Tertia magnis, longisque aculeis insiguira coloris tota est amethistini. Postremo loco Echinometram omnium maximam damus, quam nobis idem Bernardus Castellettus Genuensis humanus pariter atque rerum naturalium peritissimus, meique amautissimus communicauit, magnitudine fere puerorum capitis, eaque quæ in Tyrrhenò, & Hadriatico mari nascitur, maior, tantæ capacitatis, vt quinque aquæ libras caperet, in superiore parte gibba, & rotunda, in inferiore vero quodammodo plana. Circunferentia duorum dodrantum & palmi. Eundenter in hac apparebat calyx, iu parte anteriore albus, in quinque ceu ventres, vt in Melopeponibus diuisus, quorum singuli tres habẽt tænias, quarum media est tanquam sutura, quæ partes separat, & facillime aperitur, aperta refert figuram serræ; nam coniunguntur illæ tenia per symphysim. Binæ aliæ illæ teniæ, quas dixi huiusce secturæ esse, sunt colore quasi castaneo, crebris foraminibus pertusæ, quæ tamen nisi expositæ aeri nou apparent quintuplo maiores ea sutura. Os erat iu parte inferna, vt ècontra in superna excrementorum est exitus, vt in alijs turbinatis.

Primum genus. Secundum

Echinometra prima,

Capacitas, Circunferentia.

Os, Dentes. Pars exterior denudata.

Dentes habebat quinos, concauos, figura triaugulari. Tota exterior testa à spinis denudata, ferrugineo colore est, & in ea serræ erant maiores, & minores, colore flauo, sed transuersales illæ, quæ parallelæ erant intus, extra quidem quoque apparent, sed figura diuersa. Sunt enim in medio latiores, in extremo angustiores, & vbi latiores, ibi tuberculorum adinstar verucarum plenæ qualia etiam in interuallis conspiciuntur, sed minora. In quibus hoc quoque nota quod prope os maiora crebriota sunt, & paruæ illæ non conspiciuntur. Omnium Echinorum minimi sunt, & cum quintaspecie à Rondeletio picta conueniunt hic nouissime positi.

PISCANDI RATIO.

Edules qui piscandi

Echinos edules, & non edules reperiri diximus. Hos nulli sunt qui piscantur, cum edendo non sint. Illos (inquit Bellonius) piscatores venantur hoc pacto. Manum feream conto longiore alligant, vel tridentem, cuius incurui sint dentes. Hanc manum Echinis submouent, vt eos ab imo in sublime attollant, qui suis promuscidibus sese ita stabiliunt, vt plerunque piscatores testam prius atterant, quam inde inregros diuellere possint, idem refert in suis obseruationibus se vidisse eodem, quo Ostrea modo Echinos capi.

NATVRA. GRESSVS.

Aculeorũ in Echinis vsus

PRouida, & benigna natura spinas seu aculeos Echinis videtur tribuisse, quo à piscatoribus se possint rueri, φ quidem testatur Athen. dum inquit: Echini tum terrestres tum marini spinarum suarum obiectu, & rigore ceu vallo quodã sese tuentur, quomiuus capiantur. Mirum vero est, quod de his tradidit Aristoteles: Eorum scilicet corporis pattes dissectas rursus coire, & redintegrari. Idem quoque scripsit Ælianus fortassis ex Philosopho, sed clarius: euius hæc sunt verba. Echinos marinos viuentes obductos testa, atque aculeis communitos, si quis contriuetit, & alia separarim ab alijs fiusta in mare abiecerit; hæc tamen cohærentiam, & coitionem inter se faciunt, & affinem partem recognoscunt, & applicata cohærescunt, velutiqus conseruntur simul, & naturali rursus quadam conciliatione (mirum dictu) integrantur. Eadem plane & Philes cecinit. Quod ad gressum modo attinet. Echinis spinæ (Plinio auctore) pro pedibus sunt. ingredi & his in orbem volui. itaque detritis sæpe aculeis inueniuntur. id quod ante eum Aristoteles optime tradidit. Spinis suis (inquit) Echini vtuntur petinde ac pedibus his enim nitibundi mouentur, sedemque permutant. & alibi: Echinorum spinæ vicem pedum eis præstant, non villorum, vt Erinaceis (terrestribus nimirum) Idem agilius, & freqùentius moueri qui sunt cibo idonei restatus est, cuius rei argumentum, ait, quod semper aliquid alga suis spinis implexum gerant.

DENOMINATA.

PLura inuenio ab Echinis denominata, quæ omnia quoad fieri porerit, recensebimus. Conchæ genus apud a Plinium Echinophora nuncupatur. Est polsuci auriculæ pars Echinisous dicta ἡ πρὸς τοῖς κυψέλοις κοιλότης id est proxima circa vel anre foramen auris concauitas; media inter foramen (quod κυψέλας vocant) licet etiam sordes eo contentas hac voce significent) & auriculam Vbi apud Plinium legitur: Ceras ex omnium arborum satorumque floribus apes confingunt exceptarumice, & Chenopode Echinopode legit Zoographus, licet, iuquit, herbam quandam suibus venenosam nostri Chenopodem, id est Anseris pedem vocitant. Bellonius in singularibus snis obseruationibus herbam vulgo Echiuopoda, vel Cachynopoda dictam iu Lemno abundate scribit, quam incolæ in lignorum inopia vrant. Echinopus genus est spinæ sic dictæ quod pedes ingredientium super ea detineat, & remoretur: vel quod marini pedibus similis sit, Πόσι habetur, Etymologo auctore, λυκόφανον, τὸν ἐχινοπόδα μεσλωίοι, vt ait Hesychius. Folia Glycyrrizæ Plinio sunt Echinata: Zoographus vero σχοινῖ e. lentisci folia glycyrrhizã habere auctor est, non ἐχίνου, nec ἐχινώδη, cui subscribo. Sunt etiam lapides ab Echini, quã repræsentant forma. Echinites dicti, quales plures in Musæo habeo. Echinæ vel Echinades Insulæ quædam reperiuntur: de quibus c Homerus:

Echinata folia.

Echinades insulæ.

c *Iliad. B.*

Οἱ δ' ἐκ Δυλιχίοιο, ἐχινάων θ' ἱερῶν
Νῆσοι κοιναίεσι πέρλω ἀλὸς ἠλιδόω αὔτε,

Vbi Eustathius: Rectus inquit, est ὀχίνη apud posteriores autem Homero ἐχινὰς, seu deriuatum ab ἐχίνη, siue diminutiuum. Echinadum incolæ vr refert Varinus, Epei dicebantur. Apparet autem, Eustarhio, & Athenæo auctoribus, ah Echinorum copia nomen eis esse factum. Sinope, inquit d Strabo, sira est in collo pene insulæ cuiusdam: cuius litora petrosa sunt, & fossas quasdam in petris excauaras habent, quæ mari tempestate elato complentut: quam ob causam non facile adiri possunt: & insuper quod petrarum superficies omnis sit ἐχινώδες (id est aspera, & acuminata: interpres Eechinorum plena vertit) nudo pedi inaccessibilis.

d *Lib. 12.*

PRÆSAGIA.

Tempestatem præsagiunt a *Lib. 2.*

EChini affigentes sese, inquit Plinius, aut harena saburrantes tempestatis signa sunt; quod vbi videre naurici, pluribus auchoris nauigia infrænant, teste eodem auctore. Et Massarius ex a Oppiano tradir Echinum præsagire tempestates, & lapillis operiri, ne agiratione procellæ spinas atterat. Atqui, inquit Zoographus, Oppianus nihil de spinarum attritioue, sed ne in litus a fluctibus eijciantur metuentes, lapide vnumquemque dorsum suum aggrauare scribit, κάτοισι δ' ἀμφικλίνασιν ἑκάστῳ λαᾶν: ὅσσον βαρύδοντα πρὸς σφετέρησιν ἀκάθαις Ῥηϊδίῳ φορέοισιν, &c. Idem ex eodem, vt apparet, Oppiano prodidit Aelianus. Fluctus, inquit, & tempestas ad terram Echinos deuoluens è mari funditus in aridum expellit, & violenter allidit, si eius periculi metuentes, cum sentiunt mare inhorrescere, & ventorum acerbitate procellas cieri, suis spinis lapillos ad gestaudum faciles tollunt, vt libamentum ac firmamenrum habeant, vt ne procellarum incursus, ac sue eiectionis periculum, à quo sibi timent, subeant. Et b Plutarchus hisce verbis, Simone Gryneo interprete, Echini marini quoties æstum procellasq; præsensere, saburra grauant sese, ne propter leuitatem iactentur, neue tempestate iam ingruente auferantur, sed

b *Lib. vtra Animal.* Saburrant se rempestatis tempore.

sed petris firme inhærcant. Et eos secutus Ambrosius, Echinus, inquit, in mari cum ventorum procellam præsenserit, calculum validum arripit, eumq; velut saburram vehit, & tanquam ancoram trahit, ne excutiatur à fluctibus. sicq; qui non potest se suis viribus liberare, alieno regitur pondere. quo indicio etiam nautæ velut signum futuræ perturbationis capessunt, & sibi præcauent, ne hos imperitos turbo inueniat. Hæc frustra credi auctor est Bellonius addita ratione: nam, inquit, quum tam multis promuscidibus muniti sint, à fluctu minime volutari possunt: neque spinas, vt creditum est atterunt.

MORALIA.

Tyranni natura.

LVcianus probans Tyrannum quo senior est, eo magis exacerbari, inter alia præclara Echinorum producit exemplum, qui quo plus habent ætatis, tanto testa sunt asperiore

PROVERBIA.

Echino asperior.

Ἐχῖνος τραχύτερος. idest *Echino asperior*, in hominem intractabilem, ac insuauibus moribus. metaphora sumpta est ab vtroque, marino scilicet, & terrestri. Vterque enim est asper: sed hic toto corpore non est asper: ille autem vtique περὶ δὲ δύω ἰχῖνοι ἐς φιλίαν ἔλθοιεν, ὁ μὲν ἐκ πελάγους, ὁ δ' ἐκ χέρσου. idest *Prius Echini duo inierint amicitiam, alter è mari, alter è terra*, de ijs, qui moribus, ac studijs inter se sunt, ita diffidentes, vt nulla spes sit aliquando necessitudinem inter eos coituram. *Echinum leuigauerit*, quo significatur aliquid nunquam futurum, tanquam de ἀδυνάτῳ quopiam

HIEROGLYPHICA.

Homo difficilis & morosus. a *Li. 28. hieroglyph.*

HOminem difficilem, atque morosum, qui cum difficulter, vel nulla vnquam ratione consuetudinē inire possis ex Hieroglyphico Echini marini, teste Pierio *a* Valeriano, monstrabant quippe quem quaqua tractare volueris, asperitate renitentiaque horridum experiare, atque itidem ex hoc asperitatem eam, quam Horatius damnat, agrestem, inconcinnam. atque grauem per hoc animal notabant. Item iudiciorum seueritatem picto Echino, designare licebit Etant euim apud veteres vasa, ahenea, aut opere fictili facta Echini nomine nuncupata, quæ animalis istius imaginem referebant, quorum in iudicijs vsus erat, in quæ testium dicta scriptaq; iudicia conijciebantur: ex quo significabatur non licere cuipiam impuue illis manus admouere, neque inuertere, aut immutare quicquam sine graui supplicio. Sunt etiam qui per Echinum nauigationem tutam intelligant. Ille siquidem imminentem tempestatem præsentiens attractis lapillis sese munit, arenaq; nauium instar saburrat, ne vi fluctuum vlla vexari, iactariue possit. Ad hæc macilentissimum hominem per idem animal intelligebant, cui quidem sit hoc peculiare, vt nullam intus carnem contineat, foris, & spinulas, & crustam tantum habeat. Huc accedit quod integrum cibo eum abstinere aiunt. Postremo exercitum, aut quid huiusmodi ex dissipatis reliquijs instauratum, si quis pingendo significare voluerit, non imperite Echini marini dilaniationem quandam figurabit. Ille enim in frusta discerptus, si proijciatur in mare, confluentibus sponte in vnum partibus, iterum committitur, & efficacissime solidescit.

Iudiciorū seueritas.

Nauigatio tuta.

Macilētus homo.

Exercitus instauratus.

EPITHETA.

EChinum marinum dixit Horatius. Sed differentia vtens, non epitheto Apud Textorem dicitur hirtus, asper, volubilis, ruber, æquoreus. Sequentibus vero epithetis circunscribitur apud auctores: vt cum ὀκρυόεις, ὀξύκηρος vocatur Oppiano. Αἰθής Nicandro, Scholiastes interpretantur, cuius caro sit ruffa, aut rubra, Ἐρυθρὸς καὶ πυῤῥὸς κατὰ τὴν σάρκα.

VSVS IN CIBIS.

a *Lib 4 de partibus anim.*

NIhil habere carnis Echinos *a* Aristoteles nobis scriptum reliquit, licet Plinius, & scholiastes Nicandri Echini carnes nominent, oua nimirum eorum, & partem esculentam intelligentes. Oua vero ex Aristotele Echinis omnibus sunt, sed nonnullis exigua, nec cibo apta, de ijs nempe Echinis intelligens, qui ab eodem ἄδωτοι id est cibo inepti (vt diximus ante) nuncupantur Plinius oua tradit plenilunijs habere hyeme. Sed Aristoteles nullo tempore, inquit, ouis omnino carent, sed maxime plenilunij diebusq; tepidis redduntur pleniores: præterquam ij, quos Pyrrhæus fert Eripus; nā illi hybernis mensibus meliores sunt Quod ad nutrimentum attinet, id exiguum, & humidū præbent: (Mnesithæo auctore) ventrem tamen soluunt, & vrinam promouent. Idem *b* Celsus, & Galenus tradidere: & Dioscorides. Marinus, inquit, Echinus stomacho ventriq; vtilis est, vrinam cit. Qui sint comedendi, & quid præstent nobis, recte Galenus expressit Echini ex mulso, ait, eduntur & garo, alui subducendæ gratia. *c* Paranturq; in patinis, ouis, pipere, melleq; iniectis. Imbecillis sunt alimenti, ac medij inter ea, quæ humores extenuant, ac densat. *d* Athæneo ex Diphilo, Natali de comitibus interprete, Echini sunt teneri, bonumq; habent succum, viroſi sunt, facile cortum-

Echinorū nutrimentū exiguū.

Oua quan tenuante victu.

b *Lib. de at victu.*

Stomacho & vētri vtilis.

Qui comedendi.

c *Lib. 3. de alim. facul.*

d *Lib. 3.*

A puntur. Si cum oxymelite, apio, & mentha comedantur, stomacho sunt vtiles boniq; succi, & dulces. Lemores sunt inter hos rubicundi, melini (μελίνοι, id est lutei, Natalis vertit flaxinei: quod non probatur: verterem flaui) crassiores, & qui cum raduntur, lacteum quiddam emittunt. Eorum qui circa Cephaleniam, Icariam, & Hadriam nascuntur, quidam sunt subamari, qui circa Siciliæ scopulum capiuntur, ventrem soluunt. Hæc ille. Echinos ventrem deijcere omnes fere scriptores adnotatūt, Galenus, Paulus, Aetius, & Plinius secundus inter cæteros multis verbis ius præsertim eorum commendant: quo vocabulo aquam internam esse intelligendum putat Zoographus. nam nisi recentes, & crudi non sunt edendo, vt inquit Bellonius, digito, vel pane atteriait, atque diuelli, vt liberius absorberi possint, emundata aqua, ac stercoribus, quibus (vt ostrea) interdum scatent. Ea autem oua gustui dulcia sentiti, ceu ricini pulpam. Et Nicolaus Perottus. Scinditur, inquit, Echinus leui percussu, hirta testudo (cortex Echini) in duasq; partes diuiditur: abijcitur altera: altera vero leuiter aqua abluitur. decidunt sordes, quæ in ijs pro visceribus sunt remanent quinque partita oua, subruffa, ad stellæ imaginem formata, hæc cruda sumuntur, sapore non iniucundo, quamuis nescio quid amaritudinis habeant. Condiebantur etiam eiusmodi oua quod testatur Palladius. Mense inquit, Decembri, quibus lirus in fructu est, vbi Lunæ iuuabit augmentum, quæ omnium clausorum maris animalium, atque concharum iubet incremento suo membra turgere, Echini carnes salibus condire curabunt, quod solito more confiteitur. Hanc quoque rem per omnes menses bene faciemus hybernos. Vbi coxeris eos, pipere, & croco aspergi iubet Platina. olim ante cœnam, inquit Rondeletius, Echini integri, & crudi cum ostreis, spondylis, pectunculis apponebantur, quia horum succus aluum ciet. vnde Athenæus ex Demetrio Scepsio festiuam narrat historiam de co qui Echinos integros deuorare voluit. Laconem, ait, ad cœnam vocatum appositis Echinis, qui quomodo edendi essent cum ignoraret, ac quomodo alij ederent, non animaduerteret, vnum in os immissum cum testa dentibus comminuit, & stridere fecit. Cum igitur os misere discruciaretur ob duram cibi asperitatem: ô sceleratum, inquit edulium, neque nunc te omittam, emollitum, neque posthac vnquam sumpsero. Nostri lapide testam frangunt, & flauam, siue croceam partem id est oua edunt. Et in nobilium cœnæ apparatu ponebantur primi, vt notat Dalechampius in Plinium. Et quo die Lentulus flamen Martialis inauguratus est, cœna hæc fuit: Ante cœnam Echini, Ostreæ crudæ &c. vt auctor est *e* Macrobius. Echinus (auctore Plinio medico) ex interuallo manducatus phreneticis, ac Epilepticis aptus est stomacho, & vrinam mouet. Melancholicorum quoque cibus est idoneus. Et Dioscorides iis, quibus atra bilis stomachum infestare solet, pisces in aquis pectosis degentes, & erinaceos recentes conuenire scribit.

Ventrem soluunt.

Ius Echinorum quid.

B

Condiunt sale.

Echinum integrum deuorauit Laco.

C

e *Lib. 3. Saturna. c. 13.*

Ad Epilepsiam & Phreniticis

VSVS IN MEDICINA.

EChini inquit *a* Plinius viuentes tusi, & ex vino dulci poti egregie profluuia purgant. Idem contra Doryenium, refert, Echinos maxime prodesse, & ijs, qui succum earpasi biberint, præcipue iure sumpto. Eos etiam aduersus eadem Nicander, & Scholiastes commendarunt. Contra Donycnium (inquiunt) succurrunt animalia quæ in littore, & petris marinis degunt, vt gobij, & huiusmodi siue cruda, siue elixa, testaue edantur, sed multo magis iuuabant in cibo strombi, Echiui &c Quidam recentiores Echinum cum Echineide confundentes, vim ei venenosam attribuunt, quod tamen à veteribus nusquam scribitur, quanquam *b* Arcesilaus Batti Eudemonis filius (Plutarchi auctoritate) cum in lethalem morbum incidisset, marino echino in potionem per Learchum ei tradito, ad mortem compulsus est. Testæ crematæ cinerem scribit *c* Dioscorides, sordida vlcera expurgare, idem præstare echinum cum testis crematum dicit Aelianus. Et Plinius luxuriantem carnem reprimere, eorum testas contusas, & ex aqua illitas incipientibus panis resistere: ijsq; nimirum testis, ex aceto illis (adpositis Marcellus) strumus curari (discuti Marcellus) *d* Galenus erinacei vtriusque tam marini, quam terrestris, testæ potissimum, & aculei cinerem facultatis ait esse tum detergentis, tum detrahentis, itaq; eo quidam ad excrescentia, & ad sordida vsi sunt vlcera. Ad capitis vlcera manantia valere se esse expertum auctor est Rondeletius, & ad eadem Paulus Aegineta commendat. Ex eodem cinere fieri dentifricia, idem asserit. Ad Dysuriam id est vrinæ difficultatem, & calculum echinos, inquit Marcellus, tere cum aculeis suis, & ex mulsa frequentet accipito. Inter medicamenta psoras abstergentia commode testam crudam inassatam idem admiscerri tradit. Ad alopecias testas *e* Galenus commendat ex Sorano. Oportet autem (inquit) & partem affectam præfricare, vel per alcyonium vstum, donec morsum præsentiscat, vel per echini marini vsti cinerem linteolo inuolutum, donec locus rubesiat, & paulo post: echinorum marinorum testas vstas ex melle, & aceto prærasis illine Ad idem quoque valere testas ex proprtia experientia nos docet Nicolaus Myrepsus. Testa, inquit, Echini marini vsti, muscerdarum, itidis singulorum vncia, bene contusa irrigato cum oleo omphacino, & vtere. Hoc in vulnerum etiam cicatricibus pilos creat, sic ille & rursus, aut Echinorum marinorum testas crematas bene tritas irrigato cum melle, & illine. Aduersus abortum Echinum valere Aetius tradit his verbis His quæ ob naturalem retentricis facultatis imbecillitatem abortiuntur, innata quadam proprietate Erinacei terrestris corium crematum opitulatur, si aqua, aut vino dilutum propina-

a *Li. 32. c. 10*

Contra Doryenium.

Venenatū non esse.

b *De Vins. mul.*

c *Lib. 2. c. 1.*

ad sordida Vlcera.

Ad strumas.

d *Lib. 11. de facult. medic.*

Ad Capitis vlcera.

Ad Dysuriam

Psoras abstergit testa

Ad Alopecias,

e *Lib. 1. de compos. sec. loc.*

Aduersus abortum.

propinetur, & pudendi mulieri orificio illinatur, idem poteſt Echinus Marinus, & Mitulæ viuentes vſtæ. Hæc ille, licet autem ſuſpicari, inquit Zoographus, vt Echeneidem aliqui credidetunt alligatam partus continere ad maturitatem, ſic eandem contra abortus vim Echino etiam adtribuiſſe, occaſione à vocabulo ſumpta ἀπὸ τοῦ ἔχειν, ac ſi uon ſolum naues illa retinere, hic vero ſuis infixa aculeis. ſed omnino arcana quędam cohibendi vis vtrique ineſſet. Et huiuſmodi quidem ſuperſtitiones in alijs quoque rebus innumerę ſunt Contra vrinæ ſtillicidia optimi ſunt Echini, teſte *f* Philoſopho, quem locum citans Matthiolus reprehendit Paulum Iouium, qui in ſuo libro de Romanis piſcibus Echinometram Ariſtoteli deſtillationibus vrinæ opitulari dixerit. In cauſa eſt frigiditas, inquit, non ſolum, vt pilus, ſed etiam cutis terrena duraque euadat: indicium vel echini Pelagij (πόντοι) faciunt: quorum vſus contra vrinæ ſtillicidia eſt, quippe qui frigiditate maris præalti, in quo degunt (ſexaginta enim, atque etiam amplius, paſſuum gurgite otiuntur) ipſi quidem exigui ſint, ſed aculeos grandes, duroſq; gerunt, cauſa magnitudinis eſt, quod incrementum corporis in ipſos conuertitur. Cum enim parum calotis obtineant, neque concoquere poſſint, multum ob eam rem habent excrementi: aculei autem, & pili, & reliqua generis eiuſdem excremento naſcuntur. Duri vero & rigidi modo pene lapidis conſtant propter frigus, & gelu. Hoc genus Echini, inquit Niphus, medici conterunt, vt ſcribit Philoponus, ac ſtranguria laborantibus humori alicui admiſcentes in potu tradere ſolent. Ad expellendas ſecundas *g* Hippocrates Echinos Marinos tres tenuiter tritos in vino odorato bibendos dari iubet. Echino Marino ſi corpus ſcabie infectum perungatur, ad ſanitatem redire prodit Aelianus; Et Echini combuſti ciuis illitus lepram ſanat, vt Kitanides mouet, & omne vlcus illico ad cicatricem reducit. Alopeciam quoque, teſte eodem, cinis ſanat, & denſat cum adipe vrſino, vel Delphino, aut Porcino illitus. Echini Marini apud *h* Galenum recipiũtur in medicamento quodam, quod caluitium prohibet, & pilos generat. Ibidem cum medicamenta quædam pilos diſperdentia ex comptorijs libris enumeraſſet, ſubiungit. Quin & fortiora his componunt, ex Echinis Marinis nimirum & Salamandra in oleo coctis, ammiſcent autem ipſis & Alcyonia, & Saudatachen, & quæcunque alia eius generis exiſtunt. Cutem in alopecijs replere cinerem Echini cum carnibus ſuis cremati, ait Plinius, qui etiam contuſos cum ſuis ſpinis & è vino potos ad pellendum calculum probat, modis ſingulis (inquit) hemina bibitur, donec proſit: & alias in cibis ad hoc proficiunt. Ventrem mouere Echinos ſupra diximus, idque multi auctores ſcripſere, inter quos Trallianus Epileptici ſi ex Echino, inquit, ſumere per interualla cupiant, non alienum eſt, quippe habet aliquid ventri ducendo, ſtomachoque firmando & vrinæ citandæ commodum, & rurſus, eorum, qui vomica (empyemate) laborant, ſi ſordidum vlcus fuerit, vt puris euacuatio promoucatur Echinum eos ſumere non prohibeto, & in diabete Echinum eſſe cauendum monet. Aretæus in curatione Elephantiaſis: In cœna, inquit, apponantur marina quotquot ventrem ſubducunt, oſtrea, Echini, &c. Echinos ex aceto Epinictidas tollere, author eſt Plinius. Eoſdem quoque, vt idem ait, comburi cum vipeninis pellibus, raniſque & cinerem aſpergi potioni iubent Magi claritatem viſus promittentes. Morſis, inquit Rufus, à cane rabioſo in cibo Echini proſunt recentes cum vino mulſo. Aetius in cura colici affectus à frigidis, & pituitoſis humoribus remedium affert ex quibuſdam oſtreaceis, & inter ea quoque ex Echinis. Ex oſtreorum genere, inquit, purpuræ, & buccina reliquis præferenda ſunt: deinde Pelorides præſtant: poſtea Echini recentes, deinde quæ proprie oſtrea vocantur, reliqua vero relinquenda ſunt. Trallianus in eodem affectu nimirum colico, ſumuntur inquit, piſces duriore carne, vtilis & Echinus eſt: vt qui præterquam quod contemperet, refrigeretque propterea etiam ſtomacho gratus eſt, aluumque, & vrinam mouet: quibus nihil eſt præſtantius Ad ſtomachum hebeſcentem Echinum Marinum haud parum proficere, & veſicam vacuam facere *i* Ælianus pariter ex alijs affirmauit. Atque hæc ſunt quæ fere de Echinis Marinis exarata apud ſcriptores inueni.

Echineis ad partum retinendũ.

f De gener. anim.

Ad ſecundas expellendas.

g Lib. 1. de morb. mulier.

Ad ſcabiẽ.

Ad lepram

h Lib. 1. c. 1. de compoſ. med. ſec. loc.

Ad calculum.

Ad canis rabioſi morſus.

i L. 14. c. 4.

DE CONCHYLIIS DITHYRIS *ſiue biualuibus,*

ET PRIMVM

DE CONCHA MARGARITIFERA, *ſeu berberi.*

CAPVT XLI.

ORDINIS, RATIO.

INter biualuia, ſiue, vt philoſophus vocat, δίθυρα, de quibus nunc ſcribendum eſt, ita poſtulante ordine, concharum genus cæteris præferendum videtur. Non enim Conchæ nomen vniuerſaliter pro omnibus teſtatis nunc accipimus, ſed pro ijs potiſſimum quæ inter ea duabus teſtis ijſque leuibus præditæ exiſtunt. De cæteris conchæ ſignificatis plene ſupra dictum eſt. Cæterum cum varia ſint concharum genera, illæ iure omni merito cæteris præferentur, quæ margaritas ferunt, margaritiferæ inde nuncupatæ.

SYNONYMA.

EIuſmodi Conchas. Galli teſte Rondeletio Nacre de Perles, Italiani madre de Perle, hoc eſt matres perlarum vocant & vtroſque imitati Germani & Belgæ Peerlemutter; quod frequentiores & meliores Vniones in his, quam in alijs Conchis aut Oſtreis inueniantur. Perlam enim hæ nationes vocant Vnionem Latinis & Græcis Concha Margaritarum ſeu Vnionum, & Concha Indica dicitur, quod apud Indos plurima naſcatur, apud quos βέρβερι dictam fuiſſe, Androſthenes in Indiæ nauigatione ſcribit, citante hunc Athenæo: Berberi inquit Gillius ab Arriano vocantur noſtræ matres Perlarum Itinerum Indicorum ſcriptores iſti hodie Concham grandiores baccas ferentem Cheripo in India appellari tradunt. Sunt qui Concham Cytheriacam Martiali dictam eandem exiſtiment. Nobis autem, quod & Zoographo placuit Cytheriaca non alia videtur quam Venerea, à quibuſdam dicta Concha, vulgo Porcellana. Concham ipſam Margaritiferam, inquit Zoographus ſi de genere biualuium ſit, Germanice vocabimus Perlemuſches, ſin Cochlearum genus Perleſchneck: qualis eſt Cochlea Margaritifera.

Mater perlarum.

Concha Indica.

Concha Cytheriaca quæ Martiali.

GENVS. DIFFERENTIA. *deſcriptio.*

COncharum quæ margaritas ferunt Plinius (libro 32. cap. 11.) multa genera recenſet, cuiuſmodi ſunt, pentadactyli, melicembates, echinophoræ & permultæ aliæ. Recentiores quoque infinita numerant. Sunt enim vt ait Albertus, quæ margaritas, ſunt quæ non ferunt, quamuis omnes Conchæ habeant aliquid de natura margaritæ Nos hic de vulgo Margaritifera vocata agimus, quam Androſthenes apud *a* Athenæum in Indiæ nauigatione ad hunc modum deſcribit: Oſtreum aſpectu Pectini ſimile, Concha non ſtriata, ſed plana, ſpiſſa, (λεῖον τὸ ὄστρακον ἔχει καὶ δασύ: quod non fideliter tranſtulit *b* Plinius, hirſuta Echinorum modo; idem quoque non ſtriata ἢ ἀλφιτογλύμμον inſecta vertit) non vtrinque autrita Pectinis modo, ſed vna tantum parte. In eius carne gemina concreſcit, vt in ſuilla grando: modo colore adeo ſimilis auro; vt cum eo collata, non facile internoſcatur, modo argentei coloris: modo omnino alba & oculis piſcium ſimilis. Concha quam Rondeletius depingit pro matre Vnionum, magna eſt, modice caua, ſpiſſa, figura Pectinum æmula: vna enim parte aurum habet, & foramina parua, quæ non permeant. Altera rotunda eſt, argentei coloris & ſplendoris, maxime, in interna parte, externa nonnihil flaueſcit Tota læuis vnionum modo. Hæc ſane Concha cũ ſuperioribus Androſthenis verbis tam bene conuenit, vt certo mihi perſuadeam, veram eſſe antiquorum Concham Indicam, quæ βέρβερι olim in India dicebatur, in huius teſta vniones adnatos ſæpe cernere licet, veluti in ea, quam hic appingi curauimus, hæc interdum tam grandis in India reperitur, vt referant inuentam in mari Inſulæ Bornæi cuius caro pondo ſeptem & quadraginta librarum pependerit. Differunt quodammodo ab ea quæ hic ſubijciuntur rudimentis item ambæ prægnantes, quarum prior tota eſt argentea, altera colore rubicundo flammeo micat.

a Lib. 3.

Deſcriptio

b L. 9. c. 35.

Conchæ margaritiferæ Rondeletij deſcriptio.

Magnitudo.

VSVS IN CIBIS ET VARIIS.

HArum carnes quandoque ab Indis crudæ, quandoque aſſæ comeduntur, vt apud nos Oſtrea, guſtu ſuaues palatoque gratas aſſerunt. De ijſdem fortaſſis hæc Diodorus Siculus: Ichtyophagi cum per tempeſtatem piſcari non poſſunt. Conchas legunt petimagnas, quarum teſta ſaxis attrita, interiore carne cruda, ſapore Oſtreis perſimili veſcuntur. Teſtæ harum Concharum ad varia ſuppellectilis genera, ornatuſque eximios ſeruiunt Indis Nam & capſæ, pocula, cochlearia, menſæ, ſcipiones mulierum, tabulæ luſoriæ & aliæ hiſce Oſtrearum teſtis ornantur. Enimuero ex China multa talia figuris, floſculis ac imaginibus decorata in Luſitaniam aliaſq; partes deferuntur, præcipue tamen in India expetita, vbi nulla pœne domus eſt, quæ non aliquid elegantiarum habeat ex hiſce Oſtreis. Indorum quoque mulieres armillas ſiue monilia eiuſdem operis amant, ac, vt refert *a* Hugo Linſchotanus, in pretium virginitatis etipiendæ ſedulo depoſcunt. Conchæ inquit Albertus, habent teſtas ſubtilis & tenuis labij in extremo, vbi coniunguntur: aliæ perquam denſas: Vt genus illud, è cuius teſta fiunt monilia & manubria cultellorum; quæ ſane Albertus mihi videtur de noſtris Conchis ſcripſiſſe.

Carnium eſus.

Suppellectilia ex ea fiunt.

a Nauig. c. 84.

CAPVT XLII.

DE MARGARITIS.

ORDINIS RATIO.

NVnc tempeſtiuum eſt de Margaritis diſſerere, tanquam prædictarum Concharum filijs. Nam quamuis omnia fere biualuia has producant; tamen plurimas atque optimas eæ conchæ, de quibus iam egimus. Eundem ordinem doctiſſimum Rondeletium obſeruaſſe video; non alio; quod ſciam, argumento ad id compulſum.

Margaritas quæ proferant.

sum. Vtilitates quoque summæ, quæ ex hisce emanant cum ad salutem humani corporis, tum vero potissimum ad ornatum principum & nobilium matronarum, item insignia ac memoranda pretia earum cupiditatem hoc loco tractandi nostram auxerunt, quanquam non me latear, qui ceu nimium seueri, ac φιλοκοσμίας osores, vniones principum luxus, mulierum cupedias deliciasq; lictores & superbias appellarunt, cum natura ad perpetrauda vitia nihil prorsus generet.

ÆQVIVOCA.

a Lib. 1. Margaritæ arbores.

AVtor *a* libri de plantis, qui Aristoteli falso adscribitur, arbores Ægypti recenset, quas vocant Margaritas, earumq; fructus è radice suspendi aiunt. De ijsdem hæc scripsisse videtur Plinius. In meridiano orbe præcipuam obtinent nobilitatem palmæ Syagri, proximamq; Margarides, Eæ breues, caudidæ, rotundæq; acinis quam balanis similiores. Quare & nomen à Margaritis accepere. Vna earum arbor in chora esse traditur, hæc ille. Meminit & earum Aelianus. Galli Margaritam vulgo vocant florem vrbanum, quem medici quidam vulgo primulam veris, vel consolidam minimam nuncupant, nos bellidem minorem Plinij Margaritam Bononia Nomiuatur etiam Margarita insula in Indico mari à Petro Martyre & vulgo Cosmographis insula Perlarum, propter magnam Vnionum copiam, quæ circa eam reperitur. Margarita Indica terrena *b* Aeliano dicitur naturam habere non propriam, sed fœtura esse crystalli, non gelu concrescentis, sed fossitij. Ad quæ hæc annotat Zoographus: Crystallus quidem in alpibus nostris foditur, eaque maior & pulchrior est, quam quæ saxis aut rupibus aduascitur: & Beryllus lapis cum crystallo similis est, tum nomine ad Perlam, id est, Margaritam accedit: sed figura & magnitudine neutra Margaritæ respondet. Margarita nomen proprium sexui muliebri in baptismo imponi solitũ, à Margarita factum videtur, & à pulchritudine, blanditijs & amoribus penitus profectum. Vnio dicitur alterum cepæ genus, capitatum, quod fere circa ceruicem in caput extuberauit: in cuius nominis ambitu est, quæ simplex non stuticauit, nec habuit sordes adhærentes, vt testatur * Columella: Marsicam simplicem, inquit, quã vocant Vnionem rustici, eligito. Galli de cepis hodie hoc nomen seruant. Vnionem feminino genere recentiores quidam, pro concordia posuere, nescio num & Veteres.

Bellis minor. Margarita insula.

b Li. 15. c. 8. de animal. Chrystall°. Beryllus.

Vnio cepæ genus.

* Lib. 1. de re rust.

SYNONYMA.

GRæci plurimis modis Margaritam vocant. Theophrastus, Aelianus & Arrianus μαργαρίτιν masculino genere. ἡ μαργαρίτης λιθος dicitur Androstheni apud Athenæum, nisi ibidem μαργαρίτης rectius scribamus, vt apud *a* Theophrastum πλουσιωμαζομένων δὲ λίθων ἐστὶν ὁ μαργαρίτης καλούμενος. Id est. Ex admirandis vero lapidibus is est, qui Margarita vocatur. Patet igitur, Cardanum vehementer ineptire: qui negat Margaritas esse lapides proprie: quoniam & celerrime senescunt, & alia quædam lapidũ naturæ dissentanea habeant, cum hic Theophrastus inter lapides πλουσιωμαζομένων numeret, & Androsthenes apud Athenæum μαργαρίτον λίθον vocet. Μάργαρον neutro genere ex *b* Pausania adfertur. & μάργαρος ἰνδὸς ex Aeliano, & Iohanne Tzetze. Hanc ipsam gemmam vocari etiam Ἰνδικὸν λίθον aiunt & Luciano λίθον ἐρυθρεῖον. Margarita à latinis authoribus semper fere masculino genere profertur, rarius neutro. Varro vtroq; genere & Margaritam & Margaritum dixit, vt Nonius Marcellus annotauit. *c* Macrobius Augustum refert in epistola ad Mœcenatem, quem familiariter amabat, vt insolentem eius & affectatum sermonem notaret, hanc clausulam adiecisse: Vale mel gentium: ebur ex Hetruria: Tybeberinum Margaritum. Solinus etiam affectatæ dictionis author Margaritum genere neutro dixit. Sed & D. Hieronymus fulgens Margaritum. Sunt qui ex *d* Arriano tradant Margaritas lingua Indica sic appellari: verba Arriani hæc sunt: Hoc quoque aliæ Indorum gentes de Hercule affirmant, quod cum mare Indicum & terram vndiq; peragrasset, pu. gassetq; eam omni vitio, in mari inuenerit cinædum (κίναιδον, Bartholomæus Fascius Margaritam vertit: sed Indi forte Margaritam Cinædum vocant, vt ex sequentibus colligimus) ornatum muliebrem: quales qui ad hæc vsque tempora lucri caussa merces inde deferunt, multo studio comparare solent. Sed & ex Græcis olim, & Romani hoc tempore, quicunque diuites & beati putantur, maiore etiam studio sibi comparant: margaritam scilicet è mari, quam Indorum lingua sic (cinædum scilicet) nominat. Earum vero pulchritudinem admiratum Herculem, ceu ornamenti maxime decori gestatu vndecunq; ex mari quas filiæ (Pandeæ) ornandæ donaret, conquiri iussisse Margaritas. Ex his Arriani verbis iudicent studiosi, Cinædusne, vt Zoographo videtur, an Margarita, vt quibusdam alijs doctis viris, Indicum nomen sit huius gemmæ. Isidorus Latiuum nomen non Indicum Margaritam facere videtur, dum à mari hoc nomen deducat. Sic enim *e* scribit: Margarita gemmarum candida prima: quam inde Margaritam aiunt vocatam, quod in Conchulis marinis hoc genus lapidum inueniatur. Margarita corripit secundam & tertiam producit: vnde quidam sic cecinit.

a Lib. de Lapid. Cardani ineptiæ.

b In Arcad. Indicus lapis. Margarita. Margaritũ

c Satur. 2. 4

d Lib. 8. de reb. Ind.

Cinædus.

Margarita. vnde dicta

e Li. 15. orig. Prosodia.

Placet nidore margarita lacteo.

Versus est iambicus trimeter. Vniones quoque vocantur, quod nomen Aelius Stilo Varronis magister Iugurthino bello impositum maxime grandibus Margaritis, teste *f* Plinio, prodidit Deo

Vnio.

f Li. 9. ca. 35.

A omnis, inquit idem, in candore, magnitudine, orbe, læuore, pondere, haud promptis rebus, in tantum vt nulli duo reperiantur indiscreti: Vnde nomen Vnionum. Quæ verba Plinij non bene intellexit Solinus eius abbreuiator, dum sic scribit. Nunquam duo simul reperiuntur: vnde vnionibus nomen datum. Nam indiscretum Plinio est indifferens, indistinctum, aut prorsus simile; quo vocabulo & alibi in hac significatione vtitur: Imagines, inquit, adeo similitudinis indiscretæ pinxit, vt &c. Sane duos nunquam in vna Concha reperiri Vniones simul verum non est: cum simul vinuumeræ quandoque referantur, vt postea referemus. Singuli quidem & discreti, hoc est non cohærentes inter se reperiri solent verum non ab eo Vniones dictos. Plinius igitur innuit: sed quoniam nullus alteri ita similis inueniatur, quiu vel magnitudine, vel colore, vel figura, vel alio quopiam discrimine differat. Quanquam & hæc Plinij verba leguntur cohærentes: Videmus in Conchis hac dote vnguenta circumferentibus, vbi cohærentes pro eo quod est suis Conchis & testis adnates Vniones accipit Zoographus, non ipsos inter se concretos. Aliud sensit Marcellinus his verbis: Testæ rore grauidæ Margaritas edunt minutas binas aut ternas: vel Vniones sic appellatos quod eius tetræ (eiusmodi) Conchulæ singulas aliquoties pariant, sed maiores. Baccam pro vnione acceperunt probatissimi authores.

Vnionis etymon. Solini error.

Indiscretus quid Plinio

Plures quã vnus in vna concha.

Plinius explicatus.

B

Baccea pro vnione.

* Virgilius:

——Nec Indi
Conchea bacca maris pretio est

Et Horatius:

Filius Ægopi detractam ex aure Metella,
Scilicet vt decies solidum absorberet, aceto
Diluit insignem baccam.——————

* In Culice

Generali etiam nomine vocamus lapillum Margaritam. Nam lapillus & gemmarum Margaritarum commune est nomen, subintelligiturque pretiosus, quod si maiusculi fuerint, pretiosi lapides dicuntur, vt author est Petrottus. Nam quod Seruius scribit gemmas diuersi coloris esse: Margaritas vero albas: vel gemmas integras: Margaritas vero pertusas, plane est ridiculum. Sabinus Iurisconsultus Margaritas scribit lapillorum nomine non contineri: sed hoc falsum esse multorum exemplo declarare possimus. Curtius: lapilli auribus pendent: Idem alibi: Pendebant ex auribus insignes candore & magnitudine lapilli. Horatius:

Lapillus. Pretiosi lapides. Seruij ineptiæ.

C

Nec magis huic intra niueos viridesq; lapillos.

Vbi profecto de Margaritis & Smaragdis intelligit, lapillos Erithræos vocat Mattialis, & gemmas Erithræis erutas vadis. De Conchis Margaritiferis, inquit Isidorus, tradunt, qui de animantium natutis scripseruut, quod noctu littora appetant, & ex cælesti rore Margaritam concipiant, vnde & Eccœole nominentur. Alibi autem nusquam inuenire est Eccœolæ nomen, & fictum videtur, ac innuere Margaritas ex cœlo à sua Concha concipi. Arabice dicitur Margarita Hager (id est lapis) Alulo siue Albalo, Syluatico, vel vt Monachi interpretes Mesuæ legunt, Albato, & Albaro. Alioffar voce minores Margaritas intelligunt etiam Arabes voce corrupta, vt scribit *h* Iohannes Fregosus Hispanus medicus insignis, ex Iulfar portu matis Persici, vbi præstantiores generantur. Eodem vocabulo vtuntur & hodie Lusitani. Nam Iohannes *i* Hugo Linschotanus tradit baccas maiores Lusitanos Perolas appellare; minores Aliofar, Arabes Lulu: Persas vero, & cæteros Indos Motii, Malauates Motu. In Insula Cubagua Indiæ Occidentalis, Paria & Curiana regionib. dicuntur Vniones Thenoras & Conscias, aliisque nominibus pro linguæ varietate, vt Petrus Martyr, aliique itinerum in Indiam hanc scriptores prodiderunt. Hodie in Græcia Μαργαριτάρι dicitur. In Italia Perla vulgo vel perna vt quidam scribunt. Gallis Germanis, Anglis, Belgis Perle. Hungaris Dragako, Gyongy. Polonis Perl'a.

Erythræi lapilli.

Hager.

h De Indic. medic. c. 11. tract. 1.

i Capit. 89. Nauig. in Indiam. Ortũ

D

QVID SINT.

MAtgaritam *a* Tertullianus pustulam Conchæ siue duram & rotundam verrucam esse ait. D. Hieronymus rubri maris gtana vocat. Vlpianus vult nec gemmis cõtineri nec lapillis, quia apud rubrum mare crescit & coalescit Concha. Dubitarunt etiam summi viri, sit ne Margarita Conchæ pars, an excrementum, an vero morbus. Dicitur apud *e* Philostratum lapis, qui in Ostrea cordis locum habet. Ossa Vniones appellauit Chates Mitylenæus apud Athenæum his verbis. Chates Mitilenæus libro septimo historiarum Alexandri ait: Capitur vero in Indico mari & circa Armeniam, Persidem, Susianam, Babyloniam Ostreo quiddam simile, quod magnum (ἱδρὸν vegetum & plenum) est & oblongum habetq; intus carnem multam, albam, suauissimi odoris, cuius exempta ossa Margaritas vocant, ex quibus monilia componunt &c. Quæ sane sententia prorsus à veritate aliena est. Nam si vniones Ostreorum ossa essent, ij semper in omnibus Ostreis reperirentur, vt inquit Rondeletius, cum ossa ad corporis fabricam necessaria sint, veluti partium reliquarum fulcra, quod falsum esse docet experientia. Idque contra Ostreorum naturam est, qua similiter atque crustata molle intus habent nec durum quidquam sed foris, vt recte scripsit Aristoteles. Fuerunt qui existimarint Concharum veluti nucleos esse. *d* Plinius partus: alij Concharum grandinem, quorum opinio multis & Rondeletio admodum arridet, vt postea dicetur plauius, cum de generandi modo sermo fiet.

a Lib. de habitu muliebri.

Pustula Conchæ.

b Li 19. D. auro & arg loq.

Rubri maris grana.

Nec gẽmis nec lapillis contineri.

E

An pars Cõchę, an morb. an excrementum.

c Li. 3 c. 27. Ossa non esse.

d L. 9. ca. 35.

GENVS. DIFFERENTIA. descriptio.

Solidum corpus.

CORpus Vnionum ſolidum eſſe manifeſtum eſt, quod nullo lapſu frangantur teſte *a* Plinio. Differunt in primis magnitudine, colore, figura. Magnitudine; ſunt enim maiores, minoreſque. Petrus Myttyr: In eodem, inquit, ſinu (noui orbis) aiunt grandiorem quandam eſſe inſulam, in qua Conchylia gigui feruntur vmbellam æquantia magnitudine: à quibus vniones, Conchyliũ corda, eruuntur, faba & interdum olea (oliua) grandiores: & quos Cleopatra optare potuiſſet. Et alibi: Ad inſulam Solon, inquit, Caſtellani Margaritas magnitudine ouorum turturum, aut aliquaudo gallinarum, reperiri intelligunt: ſed propter anni tempus non ceperunt. Oſtreum tamen cepiſſe ſe teſtatur, cuius caro ſeptem ſupra quadraginta librarum fuerit, vt Maximilianus Tranſyluanus ſcribit Hæc ille Itaque non vſque adeo mirum videri debet, tam magnos reperiri vniones. Ex Vnionibus quos à rege inſulæ Indiæ Occidentalis Eubaguæ acceperat Gaſparus Morales, vnus erat magnitudine nucis, venditusque in Darien auctione habita caſtiliauis (genus eſt monetæ Hiſpanicæ) mille ducentis huncque pependiſſe ait Gonzaluus Ouiedus ſiliquas triginta & vnam. Alioquin maiores Cubaguæ inſulæ raro excedunt quinque ſiliquas. Idem Gonzaluus Ouiedus Panamæ (ciuitas eſt Indiæ Occidentalis) Vnionem magnitudine pilæ arcus, rotundiſſimum, pondeteque ſiliquarum viginti ſex venditum ſcribit. Sunt Conchæ margaritiferæ prope inſulam Borneo dictam, Vniones ex illis oui gallinacei magnitudine & regis corona quoſdam æquare anſerinum ouum memoriæ prodirum eſt, tantaque rotunditate vt mẽſę impoſitos vno in loco haud maneant; ſed continuo tanquã argentum viuum moueantur. Tam magni ſane rariſſimi ſunt, & ad noſtros principes adhuc nondum perlati. Vltra ſemiunciales inuentas negant teſte Solino. Petrus Alfonſus Nignus & ſocij, cum ex Curiana diſcederent, ſex & nonaginta ſe libras vuionum octunciales, pretio forte quinque ſolidorum comparaſſe cognouerunt. Vnionum multi auellanas æquant, orientalibus ſimiles: ſed quoniam male perforati, non tanti pretij ſunt Me præſente, inquit, *b* Petrus Martyr, cum apud illuſtrem Mithynæ Sydoniæ ducem inuitatus prandérem Hiſpali, vnam (vnum dicere debuit, ſi vnionem intelligit; ſed de vno incredibile hoc pondus eſt: forte vna legendum nam pluralis numerus mox ſequitur) ſupra centum vncias veuum ad eum tulerunt. Sua profecto pulchritudine ac nitore, me delectarunt. Sunt qui Niguum ſerant non in Curcana, quæ ceutum viginti amplius leucas diſtat ab ore Draconis: ſed in Cumaua & Manacapana regiunculis, ori & Margaritæ inſulæ vicinis, vniones habuiſſe: negantque Curianam feracem Margaritis. Sed hi in Conchis Margaritiferis Teſtatur Theophraſtus apud Athenæum magnitudinem vnionis, qui in oſtreo Pinnæ ſimili naſcitur amplioribus piſcium oculis par eſſe. Colore quoque plurimum variant. Androſthenes in Indiæ nauigatione apud Athenæum ait: alias Margaritas aurei coloris eſſe & vſque adeo, vt ab auro vix dignoſci queant ſi propius ad id admotæ ſint alias argenteas, oculiſque piſcium ſimiles Propius ijs color ſplendidus eſt. *c* Theophraſtus enim ad hunc modum ait: Inter illa quæ miramur, eſt profecto Margarita, natura pellucida, è qua pretioſa monilia fiunt. Coloris ſunt Margaritæ, inquit Alberrus ac ſi parua lux penetraret in multum album, & ideo nitentes. Sunt & ſuffuſco colore atque liuenti, item ruffi & parui, quales circa Boſphorum Tracicum reperiuntur teſte *d* Plinio, qui etiam grandini ſimiles, quaſdam memorat & euormes, fere coloriſque marmorei, aliqui legunt concolores marmori. Figura aliæ ſunt rotundæ, aliæ oblongæ, planæ ab vna parte, altera concauæ, tuberibus inæquales, quædam pyri forma aut ouali. Horum quibuſdam idcirco diuerſa nomina. Elenchos appellant, ait *e* Plinius, faſtigiata longitudine alabaſtrorum figura in pleniorem orbem deſinentes: vbi Maſſarius Elenchi, inquit, ſunt Vnioues facie turbinata, vt ex amplo ſcilicet in tenue deficientes, quos pyra modo vocant. Et rurſus: Elenchon Græci Indicem interpretantur: cuiuſmodi eſt apud Plinium primi libri inſcriptio. Nam & libros Elenchorum ſcripſit Ariſtoteles Alabaſtrum vero erat vas vnguentarium forma turbinata, ſine anſulis, quod ex lapide alabaſtrite onyche antiquitus appellato, fiebat, quoniam, vt inquit *f* Plinius, optime vnguenta incorrupta in eo ſeruari dicitur. Perortus putat haſce Margaritas Elenchos dici, quod quomodo libiorum indices & pulchritudine ac varietate colorum, & magnitudiue litterarum libros exornant, & res alias ſui indices: ita hi geſtantium habitum illuſtrare & quaſi indices eorum videantur eſſe Iuuenalis:

Auribus extenſis magnos commiſit Elenchos.

Magna eorum ſtultitia eſt qui Cylindrum, & Elenchum idem eſſe putant Quippe Cylindri lapilli ſunt teretes, hoc eſt oblongi atq; volubiles, inſtar eius columellæ, qua æquandis areis vtimur Huiuſmodi enim formam Cylindrium vocamus, ἀπὸ τοῦ κυλίειν à voluendo.

Area tum primum ingenti eſt æquanda Cylindro.

Atque tali forma non reperiuntur Margaritæ quas natura non ars, facit. Etenim ſi artificium addas, ſtatim deficit fulgor, in quo omnis earum dos conſiſtit. Cæteri vero lapilli magna ex parte fieri teretes poſſunt: vt pura berylli, ſmaragdi, & alii ſimiles: quos non auribus ſuſpendere mulieres, ſed circundare collo, & innectere monilibus, ſiue aliis ornamentis conſueuerunt. Iuuenalis:

Tu nube atq; tace, donant arcana cylindros.

Idem alibi:

Nil non permittit mulier, ſibi turpe putat nil,
Dum virides gemmas collo circumdedit.

Elenchum inquit Baÿſius, Galli Poyrette vocant. Elenchorum meminit Iureconſultus in l. Pediculis, parag. finali, hoc tractatu. Cum autem ait Plinius & proceribus ſuã gratia eſt; de illis fortaſſis ſentire videtur, quos cylindros Paulus vocat in l. Pediculis ad finem in eodem. Siquidem cylindri ſunt teretes & oblongi, fiebantque etiam ex alijs lapillis *g* Plinius vbi de beryllis: Indi mire gaudent longitudine eorum. Et mox ſubdit: Ideo cylindros ex ijs facere malunt, quam gemmas: quoniam eſt ſumma commendatio in longitudine, Hactenus Plinius Quibus Plinii verbis intelligere eſt: cylindros & Elenchos in eo differre, quod Elenchi ſint faſtigiatæ longitudinis: Cylindri vero procititatis æqualiter orbiculatæ Quod ſi verum eſt, noſter Sipontinus iſta non ſatis perceipiſſe videtur. Conchis interdum adhæreſcunt Margaritæ, quæ non niſi lima auferri poſſunt: hæ *h* Plinio teſte Tympana appellantur. Codices antiqui vt annotat Maſſarius, Tympania ſcriptum habent, vt ſit à tympano: quemadmodum inferius Crotalia à crotalo, non crotala nuncupauit Eſt autem Tympanum inſtrumentum ex vna parte tumidum & rotundum, ex altera planum membrana clauſum intus vacuum, vulgo vaccatum vocatum: quod baculo feritur cum turmæ equitum ad pugnam concitatæ ſunt. Inde Margaritæ quæ ab vna parte tumidæ ſeu rotundæ ſunt, ab altera plauæ, à tympanorum ſimilitudine tympania nomiuantur. Feneſtella (qui nouiſſimo tempore Tyberii Cæſaris claruit) Tympana ſcribit ſe iuuene appellata patinas, lances quas antiqui Magidas appellaueruut Tympanorum Vnionum meminit etiam *i* Paulus Iureconſultus Nos præter has à Plinio commemoratas differentias formarum, multo plures obſeruauimus hac tabula depictas, à Petro Stephanone antiquitatum ſtudioſiſſimo mihi benigne communicatas. Qui primo & ſecundo loco ponitur, triorchitem Vnionem nominaui, priapum triorchitem æmulatur. habebat enim tres teſticulos ad inſtar triorchis herbæ, & inter illos erat hoc diſcrimen, quod duo eſſent perfecti, tertius adhærebat dextro teſticulo in poſteriori parte, oblongam quodammodo figuram gerens. In anteriore parte videbatur habere foramen, vel ſaltem figuram foraminis, pendebat vndecim ceratia. Tertius præ ſe ferunt partem racemi vuæ labruſcæ nuncupatę, & cadmię botritis Dioſcor. Sed tertius inęquales habebat Vniones magnitudine, tres inuicem coniunctos eiuſdem fere magnitudiuis, quib. adhærebant nonem imperfecti alij figura trigona, vna cum maioribus; decem ſiliquas pendebat. Octauo autem loco depictus octo habebat Margaritas, veluti acinos, coniunctas vt prorſus æmularetur etiam grana malorum punicorum, licet maiora eſſent, ſed inter ſe fere eiuſdem magnitudinis. Ideoque botrytem nuncupaui ſimpliciter, vt alterum botrytem inæqualem: erat hic pondere viginti ſex ceratorum. Quarto & quinto loco depingitur is qui priapum cum duobus teſticulis, & ſcroto imitabatur. Teſticulorum alter altero maior erat. Qui inde ſequebatur, extrinſecus in principio figura erat hemiſpherica. Erat autem eiuſdem coloris & ſplendoris cum primo loco delineato, pendebat ſiliquas decem & nouem, & granum vnum. Sequitur deinde Scolocites à Vemis repentis arcuatim ſimilitudine. poterit & Sauriles appellari: ſimilis enim eſt lacerti fœtui perfecto, cum in eo conſpiciantur rudimenta quædam quatuor pedum, capitis & oculorum. Erat hic pondere vnius ſiliquæ duotumque granorum. Eiuſdem generis eſt & vndecimus. Nonus & decimuſ quartus prorſus vermiculum illum, qui oritur in pericarpio, ſeu fructu ipſius diſpaci æmulantur. Vnicum duntaxat vterq; teſticulum habet: & granum vnum pendet. Decimus & duodecimus vocari poſſint Cynoſorchites Duo n. huic adhærent teſticuli, vnus maior altero. Erat pondere duorum granorum cum dimidio. In vltimo, qui ab vna & altera parte depingitur, tredecim erant Margaritæ ſimul iunctæ, quæ ſquamas referebant quorundam piſcium, inde ſquammoſus Vnio dictus longus erat duos digitos per transuerſum, latus digitum dimidium, pendebat granum vnũ, & ſiliquas ſex. Conſtant autem Margaritæ multis veluti corticibus, vt tunicatæ plantarum quarundam radices. Tetigit idipſum *K* Plinius his verbis: Sani quidem partus multiplici conſtant cute non improprie callum vt exiſtimari corporis poſſet. Itaque putgantur à peritis. ex hac Margaritarum conſtitutione cauſſam coloris variegantis excogitauit Cardanus, ad hunc modum ſcribens. Colos eis, inquit, vt Pſeudopalo, ſcilicet qui ex aſpectu mutetur. Cauſſa eſt, quoniam ex corticibus conſtant Margaritæ: quæ ſuperficie vna politæ ſunt, altera rudes Experimentum ſume pluribus ſpeculis ſimul iunctis eodem ordine, ita vt nitida ſuperficies tegat rudem alterius Inde ſi paruas eas finxeris, atque adeo tenues, vt ſolum ſcabrum non diuiſum aut varium corpus efficiant: intelliges tandem qua de cauſſa aſpectus ratio colorem ac ſplendorem mutet. Colos tamen Margaritæ plerunque eſt candidus, nitidus, modice fuſcus, hunc à ſuis Conchyliis mutuatur Hactenus ille

Solidum corpus.
a L. 9. c. 35.
Magnitudine differunt.
Margaritæ magnæ:
b Decad. 1. lib. 8.
Color.
c L. de lap.
d L. 9. c. 35.
Elenchus.
e L. 9. c. 35.
Alabaſtrũ.
f Lib. 36.
Elenchi cur Margaritæ dicantur
Cylindrũ ab Elẽcho differre.
Dos earũ in fulgore,
A
B
C
D
E
Poyrette.
Cylindri qui.
g lib. 37.
h lib. 9. c. 35
Tympana.
Tympania
Tympanũ quid.
i L. de Pediculis.
Vnio triorchites.
Botrites.
Priapites.
Scolocites
Cynoſorchites.
Vnio ſquãmoſus
K L. 9. c. 35
Cur color. mutetur
Color verus Margaritarum & vnde.

LOCVS.

NOn eſſet à vero equidem alienum dicere, vbi mare, ibi quoque Margaritas inueniri, quamuis non eadem vbique copia ſit, atque præſtantia. Fert inquam eas Europa, Aſia, Africa & India Occidentalis, quod ex ſubſequentibus teſtimoniis facile fiet cuiuis manifeſtum. In Britannico Oceano copioſiſſimas eſſe refert

Vbi mare, ibi & Margaritæ.
In Britannia.

a Lib. 14 c. 6 Orig. fert a Isidorus: Gagales lapis, inquit de Britannia, ibi plurimus, & Margaritæ. Et b Ælianus: Idem (nimirum Vnio) in Occiduo Oceano, vbi existit Britannia, nascitur: sed magis fului coloris est minusque splendidus. Et Tacitus, de vita Iulij Agricolæ. Fere, inquit, Britannia & aurum, & argentum & alia metalla gignit, & Oceanus Margarita, sed suffusca & liuentia. * Suetonuis scribit C. Iulium Cæsarem in Britanniam nauigasse, spe Margaritarum, quarum amplitudinem conferentem, interdum sua manu exegisse pondus. Diuus Iulius, ait c Plinius, thoracē quem veneri genetrici in templo eius dicauit, ex Britannicis margaritis factum voluit intelligi. Idem de vnionibus. In Britannia paruos & decolores nasci, certum est. Cecinit hoc quoque Iohannes Tzetzes.

b Lib. 15. de animal. 8.
* In Cæsare
c L. 9. c. 35.

Ἐν Βρεταν̃οῖς δὲ γίνεται, καὶ χώρᾳσι ταῖς ἑτέραις
Τῇ μὲν ὠχροί, τῇ δὲ κίρροι, καὶ τῇ τῶν κογχοσφαίρων. Id est.
In Britannijs autem fiunt, & regionibus alijs,
Alibi quidem pallida, alibi autem ruffa, & alibi non bene rotunda.

In Scotia. In Scotia plurimas repetiri ex his Boethij Scoti verbis liquet: Cōchæ, inquit, quæ totno fastigiatas à capite testas habent, maculisq; aspersas, longo interuallo reliquas (vt etiam fœtum sileam) superant. Quippe adeo nonnullis in locis delicatæ, vt non immerito apud veteres gulæ primatum obtinuerint: vt viduatum vulgo cupediæ (Sophron σωλῆνες id est digitos Conchaium generis χρῶν γυναικῶν λίχνοιμον nominat) sint: quāquam in quibusdā fluminibus, idq; præsertim Dea Donaq; esui inepte iudicentur. Hę apud nos magno numero repertæ, limpidissimis purissimisq; amnibus, ac nullo vnquam limo turbidis, qua profundissimi sunt agere gaudent: in eisque solis Margatitas concipiunt. Et paulo post: Sunt etiam eiusdem fere generis Conchæ in oris Hispanicis, quatum testas qui peregrinra Diuo Iacobo redeunt, adfetunt, propterea quod aqua salsa viuant. Nam & circumquaque iu littoribus Scotici maris ingens natat, sed sterilis multitudo. Et Cardanus ait: Constat in Oceano, vbique inueniri posse, cum & in meridionali plaga tanta sit illarum copia, & sub septentrione in Scotia plurimæ inueniantur. Vidi in capite puellæ Edimburgi è Scotia sertum è septuaginta circiter Margaritis Scoticis, & pari & insigni magnitudine. Sūt etenim & ipsę cadidę, rotundę, lucidę, vt Indicę: iplēdore tamēn & magnitudine Iudicis inferiores, nā Scoticę quę maximæ sunt, vnguis minimi digiti magnitudinem vix vnquam superant. Vidi etiam Mediolani è Scotia delatas, nec vile illis pretium: nec tam ingens vt Indicis. Cur autem non nisi in Oceano, nec in temperatis illius regionibus, vt neque in Gallijs aut Hispanijs: caussa est quoniam calor maior est iu his regionibus, aut à continente, aut propter antispasim (per antiperistasim potius) vt in Scotia: à continente vero vt in India: hæc Cardanus. Autor est Olaus Magnus nobiles Margaritas in Gothia, Suedia & Finlandia, septentrionalibus regionibus capi. Est fluuius qui alluit pagum Hussinez in Bohemia, abundaus magnis lapidibus & pisce Truta copiosus. Præterea æstate accolæ solent ex eo aceruos Concharum eijcere, è quibus Perlas eximunt, alias maturas & splendidas, quæ etiam annulis includuntur: alias immaturas, quæ medicis vsui sunt. Immaturas aliquando anatibus deuorandas obijciunt, & aluo redditas splendidiores colligunt, vt testatur Zoographus. Est apud Volgesum montem in Lotharingia amnis Margaritatū ferax. Iuba in Bosphoro freto vniones nasci scribit teste d Æliano. Abundant ijsdem Persici sinus plurima loca, vnde qui deferuntur Orientales dici cæpti. Hic enim sinus Orientalis est cum nostra Europa comparatus. Est terra Ormutij regno subdita, quam vocant Fulfar, populosa: vbi & magnos & paruos frequentissime piscari tradunt. Nearchus, vt est apud e Strabonem in Persicæ nauigationis iuitio, insulam esse in qua multæ & petrosæ Margaritæ gignantur, tradit, in alijs vero claros & pellucidos lapillos reperiri: Et Isidorus Characenus in descriptione Parthiæ Persici maris insulam quandam memorat, in qua Vniones plurimi reperiantur. Hanc annotat Dalechampius in f Athenæo hodie vocatam Ormuz, Capiuntur autem maximi vt refert g Ludouicus Barthema prope Ormutium tribus diebus itineris. Est fortassis locus hic Insula Baharem hodie nuncupatus, circa quam multæ inueniuntur Margaritæ paruæ & magnæ. Incolæ ex earum piscatione multum lucri vtilitatisque capiunt. Rex enim huius insulæ, qui paret regi Ormutij, alijque mercatores Ormutienses eo proficiscuntur emendi Margaritas caussa pro vniuersa India alijsque locis, quæ eas desiderant, etiam pro regno Narsinga nominato. Persæ quoque hanc frequentant & Arabes, & quamuis vbique in sinu Persico vniones reperire est, veluti in Catyffa & Camoton ac Iulfar; non tamen ea copia, qua circa Baharem, vt refert Eduardus Barbarossa. Ideoque eo rex Lusitaniæ, qui piscationi Margaritarum præsit, mittit. Ad Bataren vicum maritimum adferuntur Margaritæ multæ & egregiæ, Artianus in Periplo maris rubri. Aliemen est regio, inquit Andreas Bellunensis, quæ incipit ab exitu sinus maris rubri vsque ad principium sinus Persici: in quo est dictus locus duo maria, non multum distans ab insula Ormus, & in loco duo maria dicto expiscantur Margatitas cæteris præstantiores. E regioue Vrbis Colon ciuitas est, quæ appellatur Chail distans à Calecutio quinquaginta quatuor miliaribus, piscantur & hic Margaritas incolæ. Capitur in Indico mari circa Armeniam, Persidem, Susianam, & Babyloniam Ostreo similis Margaritifera Concha. Theophrastus, in Iudia, inquit, & insulæ quædam maris rubri Margaritam ferunt. Idem tradit h Philostratus atq; i Pliuius, qui & in profundo maris rubri quæri ait præstantissimi nitoris, spleudorisque Quamobrem D. Hieronymus rubri maris grana vocat Margaritas. & Martialis Erythræos lapillos, & gemmas Erythræis etutas vadis. De Margaritis k Plinius: Indicus, inquit, has maximè mittit Oceanus inter illas belluas tales tantasque, quas diximus, è tot maria venientes, tam longo terrarum tractu, è tantis solis ardoribus, atque Indis quoque in insulas petuntur, & admodum paucas Fertilissima est Taprobane & Toidis vt diximus in circuitu mundi: item Perimula promontorium Indiæ. Hic pro Toidis quidam manuscriptus codex legit Trois, alius vetus Stoidis: quam lectionem admodum probo. Nam de eadem insula sic l alibi. Ab horum (sinus Arabici & Persici) tractu Indiam versus Cassandius deserta insula. L. M. pas. traditur: iuxtaque eam freto interfluente Stoidis quæstuosa Margaritis. Perimulam hoc etiam loco promontorium Indiæ facit. m Æliano Perimuda Vrbs Indiæ est, cuius incolæ Ichthyophagi Margaritas retibus comprehendiut. Vnde cecinit Iohannes Tzetzes:

d L. 15. c. 8. In sinu Persico.
e Lib. 16. Geograph.
f Lib. 3.
g L. de Pers. cap. 2.
h De vita Apoll. lib. 3.
i L. 9. c. 35.
k L. 9 c. 35.
l L. 6. c. 25.
m 15. c. 8. de Animal.

Ἐν τῇ θαλασσῇ τῇ Ἰνδῶν, ἐν νήσῳ Περιμούδῃ
Καὶ νήσῳ τῇ Ἐλύρᾳ δὲ καὶ πσιν ἄλλαις νήσοις
Ἐν ἀβαθεῖ θαλάσσῃ δὲ, καὶ γε κοθαρωτάτῃ
Ὀστρέοις (Ὄστρεα) λόγος φύεσθαι, ἀκύει τοὺς Μαργάρους.
In mari Indorum, in insula Perimude,
Et vero insula Elyra, & quibusdam alijs insulis,
In non profundo mari autem, atq; purissimo,
Ostrea rumor est nasci, quæ pariunt Margaritas.

Taprobane. Megasthenes apud Plinium incolas Taprobanæ (ea insula est maxima Indiæ subiacens ad Eurum, ex quo Oceanus Indicus influit teste n Isidoro) auri Margaritarumque grandium fertiliores, quam Indos esse scribit. Plurimas etiam maximasque gignere scribit Solinus hanc Insulam: & Isidorus totam Margaritis repletam esse. o Philostratus: In Biblo, inquit, parua insula Indiæ capitur in Ostraco albo lapis Margarita, quæ in Ostreis locum cordis dicitur obtinere. Tylos, insula ex aduerso regionis Atenes plurimis Margaritis celeberrima cum oppido eiusdem nominis narratur à p Plinio Ptolemæus Tyros habet. India maior (inquit M. Paulus Venetus) in regna quinque diuiditur. In primo eius regno nomine Var, inueniuntur Margaritæ in maxima multitudine. Nam est ibi inter continentem & insulam quandam sinus maris ferme vadosus: quippe qui in aliquibus locis profunditatem habet decem passuum, in quibusdam trium & duorum, vbi leguntur Margaritæ. q Idem in Zipanga insulæ Indiæ Orientalis magnam copiam Vnionum rubrorum & rotundorum esse scribit, prægrandiumq; qui tanti valent, quanti albi, & etiam pluris. Et r alibi prouinciæ Thebeth, inquit, adiacet ab occidente prouincia Caniclu, quæ regem habet tributarium magno Cham. Est ibi lacus, iu quo tanta est Margaritarum copia, vt pretium earum omnino vilescceret, si pro arbitrio hominum asportari permitterentur, quare capitis pæna cautum est, ne vllus in hoc lacu piscari absque magni Cham venia ausit. Manlacus & Indiæ, vt citat ex Obscuro Zoographus, & alius Lama dictus, in vtroque piscantur Perlas Alterutrum fortassis tetigit hic M. Paulus Veuetus. In Chinæ quoque pluribus regionibus reperiri aiunt: non tamen admodum rotundas. Est Ainam insula in Cantam maritima Chinæ parte, vbi eædem inueniuntur, Maarazia ciuitas paruis & magnis abundat. Regnum autem Cochinchina paucas habet. Vltra Chinam incolunt Chenchij populi, apud quos etiam margaritæ reperiuntur. Prope Zeilan insulam locus est in mari eleuatus; hunc aqua decem & duodecim cubitos alta superfluit, inque huius fundo abundantissimi sunt, tum maiores, tum etiam minores, lectissimæ rotunditatis, & formæ pyri. Inter hanc insulam & Comorini promontoriū magna quotannis numerosaque captura. Hic à Lusitaniæ rege dux constituitur, cum quatuor millibus, aut amplius vrinatorum, qui ex hac piscatione tantum victum parant, sæpenumero ingenti cū periculo à piscibus quos Tubarones vocant siue Hayos. Generantur etiam in insula Burneo rotunditate, colore, magnitudineq; cōmendabiles. Huius regi parent duę insulę Zolo & Tagina: idq; hac de caussa. Rex Burnei filiam harum duarum insularum regis in vxorem duxerat. à qua cum intellexisset patrem eius vniones duos maximos habere, bellum mouit patri. Itaq; noctu facta classe cum centum nauib. quas praos ibidem vocant, in Zolum ingressus regem duosq; eius filios captiuos abduxit: & in carcere tam diu detinuit, donec Vniones pro redemptione daret rex Zoli, atq; vtriusque insulæ dominatum. In Paria & Curiana Noui orbis regionibus Vniones abuudare s Petrus Martyr testatur. Christophorus Columbus in Paria regione torquatos atmillatosq; tam viros quā fœminas repperit. Cæterum Petrus Alphonsus Nignus in sua nauigatione Cumana & Manacapana regionibus postergatis, in regionem incidit, quam Curianam vocari ab incolis ipse refert. Vbi in littore pro tintiuabulis, aciculis, spintheribus, atmillis, vitreis calculorum sertis, annulisque & alijs eiusmodi institorum mercibus, cum incolis in horæ momento, Vnionum, quos collo & brachijs appensos gestabat, vncias quindecim permutant Certatim incolæ Vniouum serta, nostratum mercium cupidissimi ferebant. Tumaccus regulus, inquit t Petrus Martyr, in Noui orbis parte Vascho Nunes (qui magnam remotissimamq; regionum illarum partem Castellæ regis nomiue occupauit) præter autum, munera attulit ducentos quadraginta egregios Vniones è minutis autem copiam maiorem adferri iussit. Vniones nostri admirabantur, licet nō rite candidos: quia è Conchis illos minime eruūt, nisi prius assis, quo facilius sese ipsæ aperiant, & caro inclusa sapidius coquatur Tumaccus ergo tāti facere Vniones, nostros inspectans: familiatib. suis vt piscationi se accingāt, imperat. Dicte parent. Quarto abinde die egtediūtur: libras octunciales Vnionū adferunt duodecim. Et paulo post: In eodem sinu aiunt grandiorem quandam esse insulam, in qua Conchylia gigni feruntur vmbellam

Tubarones pisces.
s Ocean. dec. lib. 8.
t Ocean. dec. 3. l. 1.

æquantia magnitudine: à quibus Vniones, Conchylium corda, cruuntur, faba & interdum olea grandiores: & quos Cleoparra, optare potuiſſet. hæc ille. Narrant & alias inſulas & maria Indiæ Occidentalis Nauigatores, in quibus ijdem reperiuntur, vt Cartagenam insulam, & Cubaguam, quæ in mari del Sur dicto ſita eſt, vbi frequens eſt piſcatio, vnde hodie inſula Perlarum ei nomen. Gaſparus Morales cum diuturno bello tandem regem huius inſulæ Perlarum ſuperaſſet, coegit hunc ſingulis annis regi Hiſpaniarum perſoluere centum libras Vnionum. Vnde manifeſtum eſt copiam ingentem horum in hac inſula eſſe. Concludamus igitur non modo in mari, ſed etiam in fluuijs, & vbicunque ſunt Conchæ Margaritas reperiri. Nam quamuis in temperatis regionibus, vt in Gallia & Hiſpania gigni ſint qui negent: viſa tamen eſt in Tago flumine Toleti Concha ex iis quæ ibi naſcuntur, cum præceſſiſſet magna quædam ſiccitas, vt teſtatur *u* Fregoſus, Margaritam ferre.

Inſula perlarum.

u De medic. Ind. Hiſtor. tract. 1. c. 11.

PISCANDI RATIO.

NE quis igitur miretur tam ingens earum pretium, quod mox ſupputabimus, è tam longinquis regionibus aduenientium per tot terras, & maria parum cognita nobis, neceſſe eſt pericula meminiſſe quibus ſe piſcatores ſubiiciunt, maris profunda loca, ditoſque & crudeles piſces, quos Tubarones vocant, Concharumque auaritiam, ſi modo vera ſunt, quæ de ea optimis authoribus recenſeurur. Ait Iſidorus Characenus in deſcriptione Parthiæ apud Athenæum circa ambitum Perſici maris inſulæ cuiuſdam vbi magna Vnionum copia ex arundine temporarias caſas exttui, è quibus in mare deſiliant ad vlnas viginti, Conchas tanrum duplices reportaturi. In magno verſari periculo qui Margaritas venantur, cum in hiantem Concham recta manum indiderint. Illa enim compreſſa incluſos digitos abſcindi, quibuſdam eo cruciatu conteſtim morienribus. Hoc ipſum *a* Plinius quoque teſtatur: Conchæ ipſam, quum manum (piſcantis) videt, comprimere ſeſe operireque opes ſuas, gnatam propter illas ſe peti: manumque ſi præueniat acie ſua abſcindete, nulla iuſtiore pœna, aut alijs munira ſupplicijs. Aelianus eriam tradit iu mari tubro Conchas quaſdam, quamcunque piſcatoris natantis partem labris ſuis (marginibus teſtæ acutis) apprænenderint abſcindere. Miror itaque Rondeletium doctiſſimum alioquin vitum, hæc fabuloſa putaſſe, ac Plinij verbis contradixiſſe, cum & Hiſpani, qui noſtro ſeculo nouum orbem nauigare cœperunr, referant, teſte Cardanò, præeiſas quandoque manus à Margaririferis Oſtreis: imo & ab hoc edictum pierate plenum à Gæſare ſuo emanaſſe. Quocirca nequis menrem Conchis ineſſe dicat, vt Plinium ſcripſiſſe putauit Rondeletius, cum Conchis omnibus tactus rantum ſenſus, atque guſtatus parum exquiſitus à natura attriburus ſit, aliorum omnium ſenſuum ſiut experres farendum eſt oratorie hæc à Plinio dicta, gnara propter illas ſe peti: vtrumque eſſe Conchas haſce vnionum feraces reſtam vtramque comprimere, ſi rangantur; quod eriam in alijs quibuſdam Conchis obſeruatum eſt. A piſcibus quoque piſcatoribus periculum impendet, quos canes marinos appellaſſe viſus eſt *b* Pliuius his verbis: Inrerſcopulos maior pars inuenitur, ſed in alto quoque comitantur marinis cauibus, nec tamen aures feminarum arcentur. Meminere & nauigationum Indicarum ſcriptores piſcium quas Tubarones & Hayos nũcupant Indi magnã cladem apud Commorini caput (vbi Regia piſcatio eſt) quotannis adferre Conchas quærentibus; maris quoque violeutiam multos abſorbere. Hiuc quotidiani mulierum ploratus ſuper filiorum ac maritorum funete, cum rameu uec ideo piſcationem omittant, partim ob Luſitanorum metum, à quibus impelluntur, partim ob pauperiem quam ita ſolautur, inductilucri cupiditate, quę nullam periculorum conſiderationem adhibet, etiam ſummo alias in vitæ diſcrimine. Ob hæc itaque pericula vatii piſcandi modi inuenti ſunt, pro regionum diuerſitate. Vt retibus olim capiebantur, audi *c* Arrianum Megaſthenes, inquit, ſcribit Conchas, in quibus Margaritæ gignuntur, retibus capi circa Indiam. Gregatim autem multas in illo, mari veluti apes depaſci, regemque ſuum habere aut teginam, ac ſi contiugat regem comprehendi à piſcatoribus, facile reliquum etiam examen circundari reti. At ſi rex effugerit, reliquas capi nõ poſſe, earum carnes Indos corrumpi ſinere, oſſe ad ornatum vti. Quidam tradunr, inquit Plinius, ſicut apibus, ita Concharum examinibus ſingulas magnitudine & vetuſtate præcipuas eſſe veluti duces, miræ caueudum ſolertiæ; has vrinantium cura peti, illis captis facile cæteras palantes reribus includi. Multo deinde obrutas ſale in vaſis fictilibus, exeſa (alias eroſa) carne omni uucleos quoſdam corporum, hoc eſt vniones deſcidere in ima. Eadem *d* Aelianus his verbis: Indica Margarita hoc modo capitur. Vrbs eſt nomine Perimuda, cui eo tempore cum in Bactris Eucratides regnaret; Soras ex genetis regij ſtirpe narus imperauit. hanc quidem ipſam ichthyophagi incolentes Margaritas retibus in orbem circa littus ampliſſimum extenſis, compræhendunt. Margaritiferæ Conchæ magnorum Stromborum ſimilitudinem gerentes, gregatim natant, & quemadmodum apum examiua reges, ſic eæ habent tum coloris, pulchritudine, rum magnitudine præſtantes. Summa autem contentione vrinatores ideo certant ad capiendum gregis ducem, quod eo captum cunctum regem rectione orbatum, non loco ſe mouentem aſſequuntur. Quam diu quidem rex fugiendo elabi poteſt, ſapienter eas regit & conſeruat. Iam porro capras in paruulis dolijs ſale condiunt: vbi cum contabuerit caro, & defluxerit, Vnio ſolus relinquitur. Idẽ alibi: Bona tempeſtate & tranquillo mari Conchæ Margaritifetæ capiuntur: eas poſteaquam piſcatores comprehenderunr, ab illis Margaritas libidinoſorum animorum illecebram eximunt. Si quis à latere Conchæ manum ſubijciat, facile à ſaxo auelli ſcribit Iſidorus Characenus in deſcriptione Parthiæ. Hæc fere veteres de capturæ ratione tradunr: recentiores alia. Ormus vrbs, inquit *e* Ludouicus Romanus (tradam enim primum piſcandi modum apud Orientales) inſula ſita eſt. Procul illinc itinere dietum ttium leguntur Conchæ, quæ pariunt margaritas venuſtiores, grandioreſque cæteris baccis. Sunt ibi nonnulli qui piſcatu Concharum victum quæritant. Hi vecti cymbis in mare iactum faciunt ptægrandis ſaxi dependente fune: idque fit ab gemina cymbæ parte, vt vtrinque iactis iu profundum lapidibus conſtabiliri nauis non aliter, quam ſi in anchoris foret, poſſit. Firmata ſuo pondere cymba, alius cui id munus obtegit, in æquor iacit funem ſaxo dependente. In naui media alius, mantica in pectus tetgumque dependente, alligaro pedibus lapide, ſe vibrar in pelagus, ſubtuſque aquas vrinantium more natat: actuſque in profundum in paſſus quiudenos, tantiſper vrinat, donec legerit Conchas, in quibus deliteſcunt Vniones ac Margaritæ, collectas manricæ indit: lapidemq; protinus quo pedes grauabanrur, abijcit, funique innixus in ſuperiora euadit. Quibus partim ſubſcripſit: partim & alia inſuper addit Iohannes Hugo Linſchoranus de *f* Ormutianis Margaritis ſic loquens. Eas vrinatores aquam decem aut viginti vlnarum ſpacio ſubeuntes piſcanrur. Oſtreis Margaritæ continentur, quæ maiores habent; ſupernaraut aliquantulum; Minores Alioffar dictæ in fundo maris fere reperiuurur. Vrinatores nudi ac cophino ſuccincti eunndem confeſtim implenr, ſcaphiſque inferunt, paratis ad illum finem, in quibus diſpoſiti, vrinatores exoncrant. Oſtreæ mox in terram abiectæ ſolique ſiccandæ expoſitæ ſponte reſeratæ baccas manifeſtaut. Completa eius diei captura piſcatores cuncti cum duce, militibus, coadiutoribus, & tutoribus regijs conueniuut, ipſamque prædam diuidunt. Prima regi portio cedit, ſecunda duci & militibus, rertia Ieſuitis, qui ibi clauſtrum habenr, eamque prouinciam ad Chriſtianam fidem perduxetuut quarta vrinatoribus ſumma cum æquitatis diſtributiuæ cura, Hæc ille Æſtiuo autem tempore hæc piſcatio celebratur, apud Commorini caput. Similis fit piſcatio prope inſulam Dialaccia dictam, Coromandel, & Zeilam quam Andreas Corſalus Taprobanam purat antiquis dictam fuiſſe. Hanc idcirco ſingulis annis bis adeunr Mauri, aliæque gentes quæ vrbem Cael regi Coulami ſubiectam incolunt. Nec aliter piſcanrur in India maiori ſita verſus orientem. Hæc (teſte M. Paulo Venero) in regna quinque diuiditur, in primo eius regno nomine Var, inueniunrur Margaritæ in maxima multirudine. Nam eſt ibi inrer continenrem & iuſulam quandã ſinus maris ferme vadoſus; quippe qui in aliquibus locis profunditatem decem paſſuum, in quibuſdam rrium, & duorum, vbi leguntur Margariræ. Conueniunr illic multi mercatores, adducentes multas naues, magnas & paruas, & conducunt multos homines qui in profundum maris ſe dimittanr, piſcenturque matinas Conchas, ex quibus vniones colliguntur. Porro piſcatores illi quando aquam amplius ferre nequeunt, enatant; & rurſus ſe præcipites danr in mare, quod per diem multis replicanr vicibus. Sunt etiam in ſinu illo grandes piſces, qui homines facile occiderent, niſi huic periculo ſuccurreretur iu hunc modum. Conducuntur à negotiatoribus magi quidam qui Arabiaim dicuntur: & hi incantationibus ſuis, & diabolica arte coniurant piſces illos, vt neminem lædere poſſint. Nocte vero quando à negotiatoribus Magarirarum piſcatio intermittitur, relaxanr magis coniurationem ſuam, ne fures nocte ſine periculo ſeſe in mare demittant, & tollaut Conchas cum Margaritis. Fit autem hæc Vnionum piſcatio uõn per torum annum, ſed duntaxar per Aprilem & Maium Verum in rantillo tempore colligirur immenſa Margaritarum multitudo. Soluunr autem mercatores ex eis regi decimam partem: Magis vero tribuunr vigeſimam partem & piſcatoribus quoque commodam præbenr mercedem. Cæterum à medio Maij Margaritæ non inueniuutur amplius in illo loco: ſed in alio quodam, qui trecentis miliaribus ab iſto diſtar & ibi colliguntur per Septemb. & Octobr. Vaſchus Nunney (qui caſtellæ regis nomine magnam remotiſſimamque noui orbis partem occupauit) Chiapen & Tumaccum (regionum qnarundam Noui Orbis ad meridiem regulos) retia habere & piſcaria Conchatum Margaritas gignentium littora pro prædijs, inrellexit, quas ranquam è viuariis eripiunt regulorum egregij vrinatores; ad id exercitium à teneris educati, ſed quieto tranquilloque mari littus æſtu deſerenre, quo facilius ad earum ſtationes ſubmergi queant. Et quo maiores Conchæ ſunr, eo profundius inhabitant: minores vero, vti filiæ, propiotes aquæ margini: minimæ vti neptes, ſupercilio viciniores degunt. Ad ima Conchylia ad menſuram ſtaturarum virilium, trium & quatuor inrerdum, deſcendunt. Ad filias aur ucptes dimidio femore tenus & minus aliquando, ſubnatant: Quatum etiam poſt ſe datum à ſeris tempeſtatibus, æquor, mulritudinem in arena ab vndis proiectamq; in littus reperiunt, & in arena legunr, minutis baccis, vt narrat Petrus Martyr. Itaq; in vtraque India aut vrinaudo capiunrur aut reti, qui, poſtremus piſcandi modus non vſq; adeo laudatur: non quia paucas Conchas ita capiant (contra n. eucnit) ſed quod metus ſit vbi tor capiũtur, mare ſterileſcar aut paucas amplius producat. Narrant n. in Cubagua inſula Occidentalis Indiæ, cum reti annis aliquot continuis magnam Coucharum copiam cepiſſent, paucas poſt aliquot ſubſequẽtes annos apparuiſſe nec rã celebrem vtilem que

pericula piſcatorũ

Vt manus mordeant Conchæ.

a L. 9. c. 35.

Contra Rondelet.

Concharũ ſenſus

Canes marini.

b L. 9. c. 35.

Turbarones & Hayos piſces.

Retibus capiuntur.

c De rebus Ind. li. 8.

d Lib. 15. de anim. c. 8.

e L. 3. de rel. perſ. c. 2.

Piſcandi modus apud Orientales.

f Nauig. Ind. Orient. cap. 84.

Taprobana.

Vt contra piſces ſe defendunt

Tempus piſcandi

Cur non amplius retibus piſcentur.

vtilemque fuisse piscationem. Circa autem insulas grandes Vci-que dictas, quæ sitæ sunt vltra promontorium S. Sebastiani, satis copiose inueniuntur Vniones. eos tamen non eximunt, vt in prædictis regionibus. Conchas enim quas è mari accepere, primum coquunt, atque ita Vniones paruos magnosque & rubros & multos accipiunt: certumque est multos hic inueniri, maiorque inde haberetur copia si recte è Conchis eos eximere scirent, vt in aliis regionibus faciunt. Vbi Americus Vesputius testatur eas nisi bene maturi siut & cadant ex Conchis, non esse perfectas, & consumi paruo tempore; hocque respectu habito debere colligi quando volunt excidere. Conchas margaritiferas piscandi modum, qui apud Scotos in vsu est, describens Boethius, ait: Sensus illis tam acutus inest, vt si altiorem in littore astans vocem emiseris, aut lapillum quantumuis minutum in aquam coniceris, repere se subtrahentes subsidant vniuersæ. Ea enim illis thesauri custodiendi naturalis indita est solertia, haud ignorantibus videlicet quanti sit pretij apud mortales, luxus ex fœtu suo comparatus. Itaque piscantes quoque id maxime obseruant, vt primo attractu testas coniunctas arctissime detineant, protinus illis alioquin Vnionem euomituris. Quaterni aut quini humerorum tenus flumen ingressi, atque in orbem stantes contum alterutra manu, quo firmius consistant, fundo fixum teneut. Inde oculis per aquæ limpiditatem prædas collustrantes, pedum digitis (nam manibus id fieri prohibet altitudo) testarum torturas placide comprehendunt, atque astantibus vacua manu excapiendas præbent Hæc Boethius ex antiquis, vt apparet, mutuatus.

Piscatio apud Scot.

Concharũ Margaritiferarum solertia.

ORTVS, GENERATIO.

IN quot Concharum diuersis speciebus ab authoribus vniones nasci dicantur, & in qua parte, item quomodo generentur, age videamus. Res enim hæc cum sit difficilis & controuersa satis, diligenter à nobis examinanda est. Certum est in Concha margaritifera proprie dicta seu Matre Perlarum optimos atque plurimos nasci. Rondeletius ex Plinio in Concha echinata, quam postea depictam atq; descriptam exhibebimus, Vniones reperiri testatur. Hic obiter annotat Zoographus, Plinium & Androsthenem de eadem plane Concha sentire ipsi videri, non de diuersis, vt putauit Rondeletius. Sic enim *a* Plinius: Iuba tradit Arabicis (margaritis) Concham esse similem Pectini insecto (id est vt ille interpretatur, aliter quam Rondeletius, non secto, non cælato. ὁ δὲ γλυπτὸν. οὐ ἀλλὰ λεῖον τὸ ὄστρακον ἔχει, inquit, Androsthenes) hirsutam Echinorum modo. Pro quo Androsthenes dixit, ὅπ δασὺ τὸ ὄστρακον ἔχει. Græcis enim δασὺ hirsutum, non spissum significat. Addit & aliud ex Androsthenis eodem loco translatum. Vnionem in carne ipsa esse grandini similem. Quamobrem dubitat Zoographus an recte Rondeletius Plinij verba de Concha Echinata accipiat. Androsthenis vero verba de Berberi: cum vel Plinium vel Iubam ex Androsthene sua mutuatum appareat, (vel contra:) & cætera quidem recte translata videntur, sicut & δασὺ hirsutum: echinorum autem modo, de suo adiectum, quasi hirsuta aliter esse nequeant, nisi Echinorum modo rigeant. Nec est quod aliquis testam simul hirsutam læuem esse miretur: cum læuitas ad superficiem pertineat, hirsuties ad enascentem materiam. Sic & Mytulorum quorundam testa læuis hirsutaque est. Sed cum Berberi Rondeletij hirsuta non sit, rem in medio diligenter existimandam relinquit. Interim Concham echinatam vocari, quam sic apte Rondeletius à re ipsa vocauit, probat. An vero Plinij Concha hirsuta sit Echinorum modo, dubitat. Nascuntur Margaritæ, inquit, Cardanus, ex Conchylijs rotundis nobiliores, sed tamen minus rotundæ: aliæ ignobiles rotundæ ex oblongis, quasi contraria ratione, striatum est genus vtrumque Conchyliorum, & in imo mari moram ducit. Et rursus: Ignobile Margaritarum genus ex Nacaronibus (sic enim ostrea vocant longa: seu melius dicam Conchylia quod striata sint) nascitur. Bellonio Nacre de Perle Vulgo Gallice appellatur Margaritifera Cochlea. Sed Nacaro Cardani alius videtur, cum Ostreum longum esse dicat, in quo reperiantur Vniones. Bellonij Nacra rotundior est, nec ferax Vnionum, Rondeletio affirmante, quare potius fuerit Berberi, quæ Concha est oblonga, & à Rondeletio similiter Nacre de Perles vocarur Gallice pro Matre Perlarum. Conchæ quæ torno fastigiaras in capite testas habent maculisque aspersas, apud Scotos magno numero in limpidissimis purissimisque amnibus, ac nullo vnquam limo turbidis, qua profundissimi sunt, reperiuntur, Margaritas concipere, vt Boethius tradit: Vniones, inquit *b* Plinius in nostro mari reperiri solebant, crebrius circa Bosphorum Thracium; ruffi ac parui, in Conchis quas Myas appellant. Minutos Vniones ex Mytulorum Conchis se extraxisse scribit Syluius. Dalechampius ad ea verba Plinij: Ruffi & parui, in Conchis quas Myas appellant; hoc adiecit scholiolum: Tales hodie reperiuntur in gelidissimis quibusdam Auernorum riuis & torrentibus. In riuis etiam & fluuijs Musculos Mytulosue aliquando Margaritas ferre audiuit Zoographus circa Horenbach Germaniæ oppidum. Chares Mytilinæus nasci quoque scribit in Concha simili Ostræo, quæ sit ἀδρὰν καὶ πεπυκνὴν: id est plena, vel crassa & oblonga: caruem continens magnam albam & valde odoratam, videtur autem Berberi dictum alijs intelligere. In Acarnia quæ vocatur Pinna gignit Vniones teste *c* Plinio. Theophrastus apud *d* Athenæum nasci in Ostreo Pinnæ simili, sed minore Margaritam tradit. In Pinnis quibusdam Indicis quæ in mari Orotignæ & insularum quæ in eo sunt, Chira videlicet, Chara & Procosi, inueniuntur, quarum descriptionem in capite de Pinnis trademus, nascuntur Vniones non admodum boni laudatique coloris. Ruffi enim sunt, aut ex rubro nigricantes, & interdũ nigri fere. Inueniuntur & albi, sed non probantur. Hos tamen non negligunt Indi, vbi Pinnas has aperuerunt. Præstantioribus enim Margaritis miscent, vt sic pondus & copiam augeant; veluti si quis tritico hordeum aut auenam misceat. Sed mercatores exercitati has fraudes facile nouere: quocirca minoris emunt. In sua tamen specie rotunditate sua cum cæteris certant. Quod mirum multis videtur, cum Pinnæ sint oblongæ, & in alijs pinnis oblongi sæpius inueniantur, vt in rotundis Conchis seu Ostreis plerunque rotundi. Plinius Cochlearum Margaritiferarum multa genera esse scribit, cuiusmodi sunt, Pentadactyli, Melicembates, Echinophoræ & permultæ aliæ. Narrant & Cochleas margaritas ferentes, & Muricis genus Orientale, margine seu labro in latum se protendente, roseo intus colore: Vidit Zoographus genus Conchæ Margaritiferæ argento conclusum, speciem vsumque poculi præbere: pede nimirum addito ex argento, & labris eodem intectis Concha tota forma fere nauiculam præ se fert, & interstitia quædam tabulatorum instar intrinsecus habet, in summo operculum membranæ instar obtendi audiuit: quæ sane descriptio Conchæ Nautæ seu Nautili nostri alterius oprime congruit. Aelianus in India Margaritiferas Conchas magnis strombis similes facit: Ex quibus liquido falli constat Rondeletium, qui asserit Vniones in biualbibus tantum Conchis gigui. Quocirca cum Plinio concludamus: non vnico in Conchæ genere nasci: sed testatorum, quæ Vniones habent, alia esse Strombode, alia biualuia: quamuis in his frequenter inueniantur; in illis autem perquam raro. In Ostrei carne eos gigni Androsthenes est autor: Cardanus *e* in testa: Plinius: Non semper, inquit, in media carne reperiuntur, sed aliis atque aliis locis. Vidimusque iam in extremis etiam marginibus veluti Concha exeuntes, & in quibusdam quaternos quinosque. Et: Crassescunt etiam in senecta, Conchisque adhærescunt; nec ii sauelli queunt, nisi lima. Quibus vna tantum est facies, & ab ea rotunditas, auersis planicies, ob id tympana nominantur. Tympania hic quatuor syllabis legit. Græce mauult in prima inflexione generis masculini τυμπανίαν, & κροτοπαλίαν μαργαριτῶν dicere Zoographus. Cæterum quatuor aut quinque in vnica repertos Concha, non est mirum. In India euim cum Conchas aperiunt, præter aliquot mediocris magnitudinis vniones inueniunt etiam multos veluti minuta grana, aut arenulas. Narrat Americus Vesputius se in quibusdam Ostreis Indicis centum & triginta, in quibusdam vero pauciores reperisse. Porro, quod ad eorum originem attinet, varia est super ea autorum sententia. *f* Plinius sentiens alios esse Concharum partus, alios vero abortus, è rore nasci ex quorundam sententia refert. Verba eius adscribam: Has (Conchas) vbi genitalis anui stimulauerit hora, pandentes sese quadam ossitatione, impleri roscido conceptu tradunt, grauidas postea eniti, partumque Concharum esse Margaritas pro qualitate roris accepti: si purus influxerit, candorem conspici; si vero turbidus, & fœtum sordescere, eundem pallere, & cœlo minante conceptum, ex eo quippe constare, cœlique eis (Manusc. cœli quietis) maiorem societatem esse, quam maris: inde nubilum trahi colorem, aut pro claritate matutina serenum. Si tempestiue satientur, grandescere, & partus. Si fulguret, comprimi Conchas ac pro ieiunij modo minui. Si vero & tonuerit, pauidas, ac repente compressas, quæ vocant physemata, efficere, speciem modo inani inflatam sine corpore; hos esse Concharum abortus. Hactenus Plinius, qui cum ijs quæ ab Isidoro Characeno apud *g* Athenæum dicuntur, non consentit. Sic enim scribit; Aiunt cum sæpe tonat, & imberlargior effunditur, tum magis Pinnas concipere, Vnionesque plurimos generari, & insignis magnitudinis. Hyeme in profundos maris gurgites pinnas demergi solitas; æstate vero adnarantes hiare noctu, diuque compressas; quotquot scopulis saxorumue cauis sese affixerint, radices agere, & ibidem cõmorantes Vniones parere. His hęc contiuuo idem subiungit; Easdem cibum capere, ac fœrificare sui parte, quæ carni adhæret; huius etiam Conchæ ori adnasci, quem Pinnophylacem vocant paruo Cancro similem, brachiis in forfices bifidis, qui hospiti cibum curet; caruem ab ore veluti radicem quandam pertingere ad Concham vsque mediam, iuxta quam Vnio genitus in solida Conchæ parte augescit, & alitur quamdiu adnexus fuerit; cum vero abscissuram gemmam carò subnascens molliter præsectam à Concha separauerit, amplecti quidem & retinere seiunctam, verum nihil alere præterea, sed læuiorem, nitidiorem, puriorem efficere. Ex quibus patet Margaritam partum Concharum esse, non autem concipi ex rore, vt Plinius tradit, & eum imitatus *h* Solinus. Conchæ, inquit, sunt, in quibus hoc genus lapidum requiritur, quæ certo anni tempore luxuriante conceptu, sitiunt rorem velut maritum, cuius desiderio hiant. Et cum lunares maxime liquuntur aspergines, oscitatione quadam hauriunt humorem concupitum Sic concipiunt, grauidæque fiunt; & de saginæ qualitate reddunt habitus Vnionum. Nam si purum fuerit, quod acceperint, candicant orbiculi lapillorum, si turbidum, aut pallore languescunt, aut ruffo innubilantur. Ita magis de cœlo, quam de mari partus habent. Denique quoties excipiunt matutini aeris semen, fit clarius Margaritum: quoties vespere, fit obscurius. Quantoque magis hauserit, tanto magis proficit lapidum magnitudo. Si repente micauerit coruscatio, intempestiuo metu comprimuntur: clausæque subita formidine vitia contrahunt aborriua. Aut enim perparuuli fiunt scrupuli, aut inanes Conchis ipsis inest sensus, partus suos maculari timent, cuiusque flagrantio-

In quibus Conchis generẽtur.

a L. 9. c. 35.

Concha echinata cur dicta.

Nobiliores & ignobiliores vnde Nacaro.

Cochlea margaritifera.

Myes.

b L. 9. c. 35.

Ex concha simili ostreo.

Pinna.

c L. 9. c. 35.

d Lib. 3.

Cochleæ Margaritiferæ.

Nautili descriptio.

Qua Conchæ parte.

e L. 9. c. 35.

Multi in vna Concha.

Generandi modus.

f L. 9. c. 35.

Ex rore.

g lib. 3.

Quando plures generantur.

Non nasci ex rore.

h Cap. 56.

grantioribus radijs excanduerit dies, ne fuſcentur lapides ſolis calore, ſubſidunt: & ſe profundis ingurgitant, vt ab æſtu vindicentur. Huic tamen prouidentiæ, (videtur quippiam deeſſe) ætatis opitulatur. Nam candor ſenecta diſperit: & grandeſcentibus Conchis grandeſcunt Margaritæ Hueuſque Solinus, ex quo hęc Marcellinus: Teſtæ rore grauidæ Margaritas edunt minutas, binas, aut ternas: vel Vniones ſic appellatas, quod eius terræ (eiuſmodi) Conchulæ ſingulas aliquoties pariunt, ſed maiores, idq; inditium eſt ætherea potius deriuatione, quam ſaginis pelagi hos oriri fœtus, & veſci: quod guttæ matutini roris ijſdem infuſæ, claros efficiunt lapillos, & teretes: veſpertini vero fluxuoſos contra & rutilos, & maculoſos interdum. Minima autem vel magna, pro qualitate hauſtum figurantur caſibus variatis. Concuſſæ ve-
Ex fulgure i *Chel.* 11. 375.
,, ro ſæpiſſime metu fulgurum inaneſcunt, aut debilia pariunt,
,, aut certe vitijs defluunt abortiuis. Hæc ille Sed quæ de fulgure cum Solino ait, non conueniunt cum ijs, quæ Aelianus, & *i* Iohannes Tzetzes ſcribunt. Ille enim ait Margaritam maris fœturam eſſe, & ex quorundam opinione ad partum deduci, cum in apertas Conchas fulgura affulſeriut: hic autem eorum opinionem recitat, qui ex fulgure naſci putant, conglobatique ſtatim cum
A
fulgur in Conchas eiuſmodi hiantes fulſerit: verſus eius hi ſunt de Margaritarum generatione:

Δίτθες δὲ λόγους λέγουσι τῆς μαργαρογονίας
Οὓς μὲν γὰρ τούτων λέγουσιν ἐξ ἀστραπῆς γίνεσθαι,
Οὓς δὲ μοι πάλιν λέγουσιν εἶναι χειροποιήτους,
Καὶ πρῶτον μοι κατέκουσε τοὺς ἀστραπῆς μαργάρους,
Φασὶ τινὲς τὰ Ὄστρεα πῶτε τὰ τῶν μαργάρων
Ταῖς πτύχας ἀναπτύξαντα, μέσον κυεωγμένα.
Τῆς ἀστραπῆς σκηψάσης δὲ μέσῳ πτύχων ἐκείνων,
Εἶναι γὰρ ἐφλω ἀβαθῆ τὸν θάλασσαν ἐκείνω
Εὐθὺς σφαιροῦσθαι κατ' αὐτὰ τὰ Ὄστρεα, μαργάρους.

Id eſt.

Duplicem autem rationem tradunt Margaritarum generationis.
Aliquas enim harum dicunt ex fulgure naſci,
Aliquas autem rurſus mihi dicunt manu fabricatas,
Et primum mihi audi fulguris Margaritas,
Aiunt quidam Oſtrea hac Margaritarum
Plicas cum explicauerint, manere aperta.
Fulgure enim irradiante medium plicarum illarum,
(Eſſe enim dixi non profundum mare illud)
Statim rotundare per ſe Oſtrea Margaritas.

Refutatio de rore, & fulgure.
Verum vtraque hæc opinio, ſic facile conuellitur. Quomodo ad Oſtreas peruenire roſcidus aer poteſt, ſi altius in mari immerſæ ſint, quam decem, & duodecim orgyas, ad quas vix ipſi ſolares radij penetrare poſſunt, ſane proditum eſt Conchas eas, quæ in profundo maris degunt producete Margaritas maiores, quæ in maris ſuperficie minores, cum contra euenire deberet, ſi huic o-
k *Lib. 9 ca.* 35.
pinioni credamus. k Plinius præcipuum candorem cuſtodire pelago altius merſas, quam vt penetrent radij tradit. In quem locũ hæc Maſſarius. Videtur, inquit Plinius, ex verbis, quæ paulo ſupra retulit, ſibi ipſi contradicere: nam ſi Conchæ hæ Margaritiferæ altius, & in profundo maris ſtabulentur, vt hic libro tricesimo tertio teſtatur, vbi ait: Vt iam minus temerarium videatur è pro-
,, fuudo maris petere Margaritas, tanto nocentiores fecimus ter-
,, ras: quo pacto tanto aquæ interuallo pandentes ſeſe quadam oſcitatione impleri roſcido conceptu, & pro qualitate toris accepti Vniones candidi, & ſordidi arque pallentes fieri poterunt? Propterea cum in fundo maris Conchas degere ſecundum naturam
Ex carne generari.
ſit, cenſeo Margaritas neq; concipi, neq; eiuſmodi qualitates roſcido humore ſuſcipere: ſed ex carne ſua generari, qualitatesq; eiuſmodi eius per ætatem accidere. Hæc ille; cui Cardanus adſtipulatur. Fabuloſum, inquit, eas ex cæli rore concipere. Itẽ Rondeletius ſuperiora Plinij verba cũ recitaſſet de generatione Margaritarum, & Concharum earundem falſam eſſe opinionem, quã tradidit Plinius, confirmat: nimirum Margaritas eſſe Concharum partus, & ex roſcido ſucco genetari. Etenim, inquit, teſta ſilicea intecta omnia ſponte, & non ab alijs procreantur: neque aliud
Nõ eſſe partus Oſtreorum.
quicquam procreant. Neque idem partus à diuerſis editur, quemadmodum Vniones à diuerſis ſpecie Conchis, ſiue Oſtreis Adde quod omnia, quæ procreant, ſtatis quæque temporibus fœtus ſuos concipiunt, & emittunt in lucem, cum in varijs Oſtreis aliquando Vniones reperiantur, aliquando nulli: modo hoc tempore, modo illo. Ægyptij hodie externis mercatoribus in Ægyptum proficiſcentibus, narrant de piſce columbo, quem orbem
Piſcis columbus.
vocauimus, eadem fere quæ Plinius de Conchis Margaritiferis, eum ſcilicet ore hiante rorem excipere, ex quo deinde Vniones efficiat. Sed fabuloſa ſunt iſta, neque enim vnquam in eiuſmodi piſce inuenti ſunt Vniones, neque roshauſtus non poſſet non in
Alia refuta
Ventriculo immutari, & concoqui, vel vua cum excrementis ario non na
lijs excerni. Hactenus ille. Nauigatores iſti Indici alias rationes
ſci ex rore.
adinngunt, quo minus credant lapillos hoſce ex rore naſci, in Concha vna plures reperiuntur, non plane eiuſdem magnitudinis, coloris, formæque: quod fieri debuiſſet, ſi ex rore generarentur. Et cum tradant ex puro rore candidos naſci, ac nitidos, ex turbido vero palleſcentes, nec tanto ſplendore uitoreque præditos, quam nobis dabunt rationem opinionis huius aſſertores ni-
l *Hiſt. Ind. lib.* 19. *c.* 8.
grarum Margaritarum, aut aliorum colorum? Nam *l* Gonzaluus Ouiedus tradit ſe Margaritas habuiſſe colore nigras, vt eſt carbo, fuluas, ſplendentes, vt aurum, ſine ſplendore, ſeu obſcuras, coa-
Cõciliatio opinionũ.
gmentatas denſaſque, ad cæruleum vergentes colorem, item ad viridem, & alijs coloribus præditas. Quidam ex recentioribus, vt antiquos cum iunioribus conciliet, originis diuerſitatem diſ-

A ſimili earum geneſi acceptam referunt, non autem auctorum ignauiæ, aut oſcitantiæ. Nec enim video, inquit *m* Franciſcanus Rueus, cur cuiquam mirum videri debeat, ſi pro diuerſa cœli conſtitutione illarum generatio variet. Quid namque prohibet aliter naſci eas, quæ ab Erythræo mari, quæ vel à Taprobanæ, & Toidis, vel etiam ab Arabiæ petuntur littoribus? ſecus autem quę à Paria vicinisq; Auſtrinis, vel etiam Occiduis ſeptentrionalibuſque Oceanis ab edoctis vrinarijs ſolerriſſima petuntur arte. Proinde Plinium rerum naturalium peritiſſimum nullius inſcitiæ, aut negligentiæ inſimulandum cenſeo, quod de Margaritarum natalitijs aliter ſcripſerit, quam Auſtrinarum, Occiduarumque nuper inuentarum regionum luſtratores, quorum monimenta prætereo, ne prolixior ſim. Sat namque nobis in præſentiarum fuerit apud omnes conuenire, Conchas pro ſua ætare, ac magnitudine maiores, pro roris vero (appetente genitali tempore) concepti puritate, vel obſcuritate generoſiores, vel ignobiliores eniti. Qua ratione vberiorem has cum cœliaca natura, quam eum æquorea conſenſum, & cognationem obtinuiſſe manifeſtum puto. Hæc ille, cuius conciliatio nullius plane apud me eſt momenti. Nam quamuis in quibuſdam rebus regionum, & locorum diu-
B
Fulgurę non naſci.
erſitas diuerſos generandi modos proferat: tamen rationes prędictæ non patiuntur Margaritas è rore naſci: quemadmodum neque à fulgure, quod reprobauit *n* Iohannes Tzetzes, aſſerens, putare ſe in mari generari lapillos quoſdam, qui cum in Concham eeciderint huius teſtæ læuitate nitoreve acquirere ſplendorem, ſicq; fieri Vniones: verſus eius clarioris doctrinæ gratia adferam:
n *Chel.* 11. 375.
Tzetzis opinio.

Ἐγὼ τὸ φυσικόν μὲν τῆς ἀστραπῆς οὐ φέρω
Ἔγγυς μύθων δὲ δοκῶ τοὺς ἐξ ἰχώρων πάλιν.
Λέγω δὲ ἐπεὶ τὸν θάλασσαν εἶναι καθαρωτάτην,
Καὶ τὸς ὀκῶσε λαίγγας ποιῶν δρυοχρόους.
Καὶ λέπη τῶν Ὀστρέων δὲ πύπτων τῶν μαργαρίδων,
Γυγχάνειν ἀργυρόχροα, κὲ χροὰς τῆς μαργάρων
Ὅσαι δὲ λαίγγες ἐντὸς πίσωσι τῶν Ὀστρέων,
Γίνονται λαμπρότεροι τὸ λείῳ τῶν Ὀστρέων
Καὶ φίλψιν δὲ λαμβάνουσι, καὶ μάργαροι καλοῦνται.

C

Id eſt.

Ego autem illud naturale fulguris non tolero,
Finitimum fabulis autem arbitror illud ex ſanie (rore) rurſus.
Dico autem illic mare eſſe puriſſimum,
Et illic lapillos facere argentei coloris.
Et putamina vero Concharum, harum Margaritarum.
Quotquot autem lapilli intra ceciderint Conchas,
Fiunt ſplendidiores lauore Concharum
Et ſplendorem accipiunt atq; Vniones vocantur.

Sed hæc opinio, quamuis magis prædictis probabilis videatur, Refutatio
necdum recipienda videtur. Nam in Concharum carne interdum opinionis
inuentos Vniones cum legimus, rotunditate inſigni, & ſplendo- Tzetzæ.
re. Igitur penetrare carnem quamuis mollem non poſſunt. Præterea teſtis Concharum plurimos adnatos fuiſſe cernimus: vnde Cardanus non admodum inepte è teſtis Margaritos originem trahere ſuſpicatur his verbis: Generari Margaritas in teſta, non in "
Cardani opinio è teſtis otiti.
carne, ſubſtantiæ primum ſimilitudo oſtendit. Viſa eſt etiam "
Margarita teſtæ ſuæ iuncta: & ob id teſtæ earum intus inæquales
D
ſunt. Margaritæ ipſæ forma diuerſa, pleræq; tamen ad rotunditatem vergunt: & quo maiores fuerint, referunt eo limbo eſſe propinquiores: & alibi: Vidi ego nuper fruſtum matricis, in quo plures Vniones intus concreti erant, non ſecus, ac lapidum coagmentis (quæ rochas, id eſt conos, à figura vocant) gemmæ. Nam profundiores aliæ, aliæ altiores, rotundæ, planæ, informes, veluti in cinere caſtaneæ, ita in matrice ſepultæ eraut. Veriſimile igitur eſt, poſtquam ab initio tam facile auelluntur, expreſſum liquorem è teſta veluti guttas in rotundam formam cogi. Inde facta additione ex eodem lento humore per cortices augeri, atq; concreſcere, demum forſan electas alia Oſtrea producere: veluti piſcium oua piſces. Et vtcunq; ſit, prægrauatas magnitudine teſtas illas ſponte eijcere. Non ſunt tamen Margaritæ duritia lapidea, neque ſcio quicquam quod in animali durius otiatur Vmbilicis marinis.
Androſtheni opinio.
Hactenus Cardanus. Androſtheni Rondeletius aſſentitur: is "
o *Lib.* 3.
autem apud *o* Athenæum, air τὸν λίθον ἐν τῇ σαρκὶ τῇ Ὀστρέου γίνεσθαι ὥσαυτῶς ἐν τοῖς σύκοις τὸν χάλαζαν, id eſt. in carne Oſtrei gigni Vni-
p *Lib.* 9. *ca.* 35.
onem, quemadmodum in ſuum carne grandinem. Idem Iu- "
E
ba tradit referenre *p* Plinio, Arabicis Concham eſſe ſimilem pectini inſecto, hirſutam Echiuorum modo, ipſum Vnionem carnis grandini ſimilem. Hanc nos ſententiam tuemur, & Indorum auctoritate confirmabimus, præſertim qui Cubaguam inſulam incolunt. Hi enim Vniones in Conchis eo naſci modo tradunt, quo oua in Gallinis. Nam in gallinis grandiora pro-
Generari vt oua.
peque matura foramini propinqua ſunt, vt excludantur citius ijs qui minora ſunt minuſq; matura, & in vteri interioribus recondidita. Ita quoque Oſtrea hæc Margaritas ferunt magnas prope teſtarum ora, paruas interius magis, vt mirum non ſcripſerit Plinius, partum Oſtreorum Vnionem eſſe. Quidam non ineptę lapidum in diuerſis animalibus naſcentium generationi comparant
Compatatio.
horum originem. Inter quos eſt Rondeletius, & *q* Alexander Benedictus, qui ſic ſcripſit: Vidimus lapides ex veſica eiectos magnitudine oui gallinacei: quos paulatim viſcoſa materia obducta, "
q *Lib.* 32 *de cur. mor. ca.* 34.
veluti in cruſtas varij interdũ coloris, igneus calor indurauit: atq; ita increſcere ſenſim traduntur. Margaritę etiam in Conchis co "
modo fieri traduntur, gemmarijs varios velut in cœpis cortices "
torno detegentibus. Et Rondeletius: Eadem ratione, inquit, "
atbi-

arbitror Vnionem in Conchis concrescere, qua grandinem in porcis, calculum in renibus, vel vesica. Quo anno hæc scriberemus mortuus est quidam, cui in altero rene erat lapillus tot particulis constans, quot in rene venularum erant ramuli, quarum particularum lapilli, extremum veluti caput marmoris rotundi, & candidi frustulum referebat, vel Margaritæ maiusculæ figuram, & splendorem, id ex pituita vitrea concretum fuisse existimo. Quare nec mirum si in Ostreis, & Conchis senescentibus Vniones reperiantur. Talia Rondeletius. Mollis est vnio in aqua, & vbi ex ea eximitur, indurescit veluti corallum, vt referunt nauigationum Indicarum scriptores. Idq; est, quod his verbis dixit Plinius: In aqua mollis Vnio protinus durescit. In mari del Sur dicto scriptit Gonzaluus Ouiedus inueniri Vniones centum pyri forma, antequam vnus rotunda Iucolæ Cubaguæ insulæ, quæ in Occidentali India sita est, asserunt Ostrea Margaritas ferentia certis temporibus producere certum humorem rubrum, & sanguineum in tanta copia, vt tingant, & inturbent aquam eodem colore. Nemo tamen recte existimabit hunc humorem esse materiam, ex qua fiant Margaritæ, quia in nullo alio loco, vbi Margaritæ abundant, hoc obseruatum legi. Certum autem est succum aliquem clarum tenacemque esse. Illud quoque refert ad harum χρῆσιν, quod Au,, drosthenes in descriptione Parthiæ tradit apud r Athenæum. ,, Pinnarum, quæ in alto degunt clarissimos esse Vniones, puriores, grandiores: contra illarum, quæ per æquoris summa fluitant, & sursum euehuntur minores, colorisq; nubili, quia solis radijs percutiantur. Quæ etiam s Plinius de vnionibus in Conchis Margaritiferis nascentibus confirmat his verbis: Miror ipso tantum eos cœlo gaudere, sole rubescere, candoremq; perdere, vt corpus humanum. Quare præcipuum custodiunt pelagiæ altius mersæ, quam vt penetrent radij. Non etiam illud, inquit Aelianus, me fugit, auulsis his lapidibus (vnionibus è Conchis) quasi redemptionis pretio persoluto, Conchas liberas dimitti, iterumq. Vniones ,, renasci, Quod si priusquam lapis eximitur, huius altrix bestia ,, moriatur, vna cum carne putrescere, & perire dicitur.

Grando, vt in potcis concrescat

Molles in mari Margaritæ.

Materia vnionum.

r *Lib.* 3.

s *Lib.* 9. *cap.* 35.

NATVRA.

Aceto dissoluuntur.

a *Lib.* 8. *c.* 3.

EX historijs, quas infra recitabimus, cum de luxu agemus, liquet Margaritas aceto dissolui. Vnde Pausanias: Τὰ μάργαρα ἀπόλυσις ὑπὸ τοῦ ὄξους dixit a Vitruuius. Aceti vis dissipat, & dissoluit ouum, plumbum, æs, item Margaritam. Et obscurus quidã: Margaritæ velut testa oui aceto mollescunt, & resoluuntur. Distillantur etiam, & colliquantur, quæ lapidea sunt, inquit Cardanus, sed molliora, vt Margatitæ, coralli, Smaragdi. Vt ergo Margaritas dissoluas (nam hoc propono, quia expertum est) ipsas integras laua, succumque limonum bis, aut ter cola, inde merge, & soli ,, expoue: in quinque aut sex diebus colliquantur, vt meiis, quod ad substantiam attinet, similitudinem referant. Ego si hoc olim nouissem, diues paucis diebus euasissem. Hoc enim intellecto, quod nuper sciui, atq; alio secreto, quod experientia didici, poteram sex millia coronatorum in quadraginta, vel paulo pluribus diebus superlucrari. Existimo, sed non sum expertus, aceto distillato eas etiam posse liquari. Paucis adiectis etiam aurum his ,, dissolui posse affirmant. Huc vsq; Cardanus. Zoographus dum hæc scriberet Vniones aliquot perexiguos filo æneo insertos aceto satis aspero ad dies decem macerauit. Vnde emolliti quidem sunt & friabiles facti, præsertim superficie: pars inferior durior quidem remansit, sed & ipsa digitis atteri poterat, in fundo vasis arenosa asperitas videbatur, sicut in matulis calculosorum. Emolliuntur igitur aceto, & resoluuntur Vniones, non liquantur, aut contabescunt. Nam quæ propriè liquari dicuntur, hinc per se vi caloris, ea tota in liquorem abeunt: sedimentum enim, vt dixi, arenosum in fundo relinquunt, vel totæ potius in arenam resolutæ subsident si tempore longiore nimium relinquantur. Acetum distillatum vim pristinam, sicut saporem odoremve seruat: vt proculdubio eadem omnia, quæ non distillatum, præstet: sed purius subtiliusque est. Zoographus ante multos annos in cineribus distillatum, ter repetita distillatione acetum, seruat. Non vehementius tamen inde, quam acetum aliquod acre ante distillationem, factum ipsi videtur. Quocirca Cleopatræ Margaritam tam cito dissolui potuisse valde miramur. Acerrimum tunc illud acetum fuisse oportet, quale in nostris regionibus, non reperitur. Conchas quasdam (rugatas Rondeletij, vel similes) artifices alibi, vt Venetijs, superficie externa, quæ tusca & aspera est, præ mollita nimium aliquo liquore, lixiuio acri forte, ita expoliunt, vt pulcherrime niteant. Cochleæ cælata testa, inquit Rondeletius, in aceto macerata, superiore veluti cute, vel crusta spoliatur, redditurq; Cochleæ Margaritiferæ modo spleudens, nitida, & Vnionis modo colorata. Et Syluius ait: Dissoluuntur aceto forti præsertim distillato, vel succo limonum (pro eo inquit Zoographus, nobis succum berberis accipere licebit) Margarita, testæ ouorum, lapides renum, vesicæ corallum vtrumq;: eo post siccata prompte friantur. Sed aliud est dissolui, aliud friabile reddi.

Vt dissoluantur.

Non liquãtur.

Liquari, quæ dicantur.

DENOMINATA.

Margaritarius.

a *Li* 32. *c.* 11.

MArgaritarius est negotiator, magnoq; Margaritarum, apud Firmicum. Calepinus μαργαριτέμπορον exponit Græce. Potest etiam dici Græce μαργαριτοῦς, vt πορφυροῦς. Margaritifer qui fert Margaritas. a Plinius: Concharum genera inter quæ & Mar,, garitiferæ Cochleæ. Apud Lexicographos inuenio ἀμάργαρος Margaritis carens, sed sine autore.

A

HIEROGLYPHICA.
symbolica.

Μάργαρίται δηλοῦσιν δακρύων ῥοῦν, id est, Margaritæ denunciant lachrymarum fluxum. Senarius est Onnocritus apud Suidam. Visos in somnis Vniones lachrymarum profluuium portendere tradiderunt Artemidorus, & alij. Inde a Pierius Valerianus in Hieroglyphicis Vniones, vel Concham eorum, pro lachrymarum symbolo accepit; forte quod lachrymarum guttæ, Vniones magnitudine, perspicuitate, & orbe suo referant. Cumq; eiusmodi somnium aliquando ipsi contigisset, resq; post modum subsecuta esset, hoc verum meminit:

Visus eram niueos manibus tractare lapillos.
Vnio in hunc iactus gemma micantis aquis.

Vniones, teste eodem, qui nihil præter nitorem, & læuorem ostẽdunt, significant venustatem. Idcirco Veneri in ornatu inter cæteras gemmas Vniones præcipue deberi putant: virilior enim paulo ex reliquis gemmis ornatus, Vniones plane fœmineus est. Cæsarem Veneri genetrici ex Vnionibus Britannicis thoracem consecrasse b Plinius refert. In Euangelio Margarita significat premium, quod recte facientibus effertur, vt idem tradit. Sed rectius verbum Dei mihi exposuisse videtur c Clemens Alexandrinus his verbis: Maximi autem pretij Margarita mundum muliebrem per summam lasciuiam mirandum in modum inuasit: ea autem ,, nascitur in quodam Ostreo pinnis non absimili: magnitudo au,, tem eius est, quantus permagnus piscis oculus: nec pudet miseras totum suum studium in hoc Ostreo ponere, cum eis liceat sancta ornari gemma, nempe verbo Dei quod vtiq; scriptura appellauit Margaritam qui est, ellucidus, & purus Iesus, qui est in carne contemplator oculus, qui est ratio, qui perspicuus, per quem caro est pretiosa, quæ aqua regeneratur. Illud enim Ostreum in aqua natum carnem contegit: ex ea autem Margarita concipitur. Saluator noster apud d Matthæum: Ne detis quod sanctum est canibus, neq; proieceritis Margaritas vestras ante porcos: ne quãdo hi conculcent eas pedibus suis, & illi versi in vos lacerent vos. e Et rursus: Simile est regnum cœlorum homini negotiatori, quæ,, renti bonas Margaritas: qui cum inuenisset vnam pretiosam Margaritam, abiens vendidit omnia quæ possidebat, & mercatus ,, est illam. Ἐν πολλοῖς γάρ, inquit f Clemens Alexandrinus, τοῖς μαργαρίταις τοῖς μικροῖς ὁ εἷς, ὃν οὐ πολλῇ τῇ τῶν ἰχθύων ἄγρᾳ ὁ καλλιχθὺς ἀκλάμπει. Id est, inter multas paruas Margaritas, vna resplendet præ cæteris, & in fœcunda piscium venatione Callychthius.

Insomniũ.

a *Lib.* 41.

Lachrymarum symbolum.

Venustas.

B

b *Li.* 9. *c.* 35.

Præmiũ recte facientibus.

c *Pædag. li.* 2. *c.* 12.

Verbũ Dei.

d *Cap.* 7.

e *Matth. c.* 13.

C

f *Strom.* 1.

MORALIA.

SAnctissima Virgo, & mater Dei nostri perquam apposite Margaritæ assimilatur. Et enim vt Margarita inter cæteras gemmas candore, claritate, perspicuitate, rotunditate, vnitateque vnde vnio vocatur, præcipua habetur, & cor roborat; syncopen, & animi defectum curat: ita etiam hæc sanctissima Virgo immaculata vere candida est propter puritatem, & virginitatem, clara propter honestatem, perspicua, ac resplendens propter veritatem: eius enim intima videri poterant: rotunda propter obedientiæ bonorumq; operum celebritatem: vnica, & præ cæteris præcipua, propter singularem ac eximiam sanctitatem. Animum addit timidis peccatoribus, & tremorem, tristitiamque ne damnati moriantur pellit. Recte itaque sapuit, qui inuenta tam pretiosa Margarita, omnia bona sua vendidit. a Ideoque dicitur Virgo singularis: vna columba.

S. Virgo Margaritæ similis.

D

a *Can.* 6.

LEGES.

VLpianus Digestorum nono ad legem Aquiliam, ita inquit: ,, Si maritus vxori Margaritas extricatas dedisset in vlli, easq; ,, inicio vno perforasset, vt pertusis in linea (filo) vterentur, tene,, rur lege Aquilia. Sed apertius a alibi: Si linea Margaritarum fur,, rep ta sit, dicendus est numerus. Cælius Rhodiginus, Extricatos, inquit Vniones iureconsultis dici opinantur, perpolitos, & ab genitiuis maculis depuratos. b Adrianus Tumebus libenter assentitur Accursio, vt extricatæ sint Margaritæ, quæ sueris intricatæ non sunt, sed extra lineam, & tricam per se separatæ sint: extricatas enim Iurisconsultus, opponere videtur ijs, quæ in linea habeantur. Robertus Constantinus extricatas interpretatur, non pertusas, nec in linea, ἀπολελυμένας. Scribitur c in lege Seia. Seia Vnionem cum hyacinthis legauit: postea Vnionem soluit, nec vllum mortis tempore inter ornamenta sua Vnionem reliquit: quæsitum est, an hæres æstimationem rei, quæ in hæreditate non est, præstare debeat.

a *Digest. de fur lib.* 47.

Extricati Vniones. quid.

b *Aduers li.* 27. *ca.* 31.

c *ff. de aur. & arg.*

E

EPIGRAMMATA.

GEllia Vniones tam perdite diligebat, vt negaret se amplius victuram, si eos amitteret: a Martialis igitur optat hoc ce pigrammate manus furaces Annæi Sereni: vt Vnionibus suppreptis, Gellia occidat:

Non per mystica sacra Dindymenes,
Nec per Niliaca bouem iuuenca.
Nullos denique per deos, deasq;

a *Lib.* 8 *Epigram.*

Iurat Gellia: ſed per Vniones.
Hos amplectitur, hos deoſculatur:
Hos fratres vocat, & vocat ſorores:
Hos natis amat acrius duobus.
His ſi quo careat miſella caſtu,
Victuram negat eſſe ſe nec horam.
Eheu quam bene nunc, Papyriane,
Annei faceret manus Sereni.

Hoc alio Epigrammate à Lino Pædagogo liberto Poſthumillæ, qui tantæ erat apud Patronam gratiæ, vt ei committeretur gemmæ concubini totum penus, Poeta idem geminos poſcit, & cum videatur velle pueros, petit Vniones:

Crinita Lina Pædagoge turba,
Rerum quem dominum vocat ſuarum,
Et credit cui Poſthumilla diues
Gemmas, aurea, vina, concubinas:
Sic ſe perpetua fide probatum,
Nulli non tua præferat patrona:
Succurras miſero precor furori,
Et ſerues aliquando negligenter
Illos qui male cor meum perurunt:
Quos & noctibus, & diebus opto
In noſtro cupidus ſinu videre,
Formoſos, niueos, pares, gemellos,
Grandes non pueros, ſed Vniones.

Poetæ acumen. Acumen poetæ ex eo eſt, quod ad exitum vſque Epigrammatis habet lectorem ſuſpenſum, quaſi petiturus ſit concubinos, cum tandem petat Vniones.

EPITHETA.

MArgarita Indica, fulgeus, apud Rauiſium textorem. His & alia ex locis, & notis electionis, & præſtantiorum addere licet. Iulius Cæſar Scaliger:

Aut Vniones lucidos, graues, grandes,
Quos dira collo fert hyena rugoſo.

PROVERBIA.

SI tanti vitrum, quanti Margaritum. D. Hieronymus in epiſtola quadam ad Demetriadem virginem: ſolent miſeri parentes, & non plenæ fidei Chriſtiani, deformes, & aliquo membro debiles filias, quia dignos generos non inueniunt, virginitati tradere: ſi tanti, vt dicitur, vitrum, quanti Margaritum. Vtitur eodem prouerbio idem Hieronymus compluſculis alibi locis: vſurpatur & à Tertulliano in libello ad Martyres. Hoc edicto ſumma rerum inæqualitas ſignificabatur. Si tanto ſtudio curas, vt viuat corpus, quam eſt danda opera, quo viuat animus. Si nihil non facis quo placeas homini principi, quanto magis enitendum, vt placeas principi Deo? Si tantis ſudoribus parantur opes perituræ, vel vſu, vel furto, cur non magis incumbimus, vt cæleſtes opes adcumulemus? In his & huiuſmodi locus erit prouerbio. *Creta notare* prouerbialis locutio eſt, pro eo quod eſt approbare: & carbone notare, quod eſt damnare. Propterea quod Pythagoras aiebat id, quod eſſet colore candido, ad boni naturam pertinere: quod atro, mali. Ad hanc formam pertinet etiam illud *Vnione ſignare*, quod ſæpius apud autores eſt, pro eo quod eſt inter felicia proſperaq; numerare: ductum à veteri ſuperſtitione, quæ vnumquemq; anni diem miſſis totidem in vrnam, aut vt apud Scythas, in pharethram, calculis ſignabat: quem arbitrabantur proſperum abijſſe, candido calculo, aut creta: quem egregie felicem, Vnione: contra quem inauſpicatum, nigro lapillo notabant. Hæc omnia autor adagiorum.

Creta notare, & carbone quid. Vnione ſignare.

ELECTIO.

a *Lib.2.de gem.c.13.* PRæferuntur, inquit *a* Franciſcus Rueus, candidiſſimæ, luci-
diſſimæ, rotundiſſimæ, læuiſſimæ, & minimi ponderis: maxi-
me autem ſi natura perforatæ ſint, Margaritæ. Verum ridiculum
b *Li.9.c.35.* eſt aliquas à natura perforatas inueniri Neſcio cur etiam præfe-
ratleuiſſimas, cum *b* Plinius magis ponderoſas laudare viſus ſit
his verbis: Dos omnis in candore, magnitudine, orbe, leuore,
pondere haud promptis, id eſt, vt exponit Dalechampius, haud
inuentu facilibus, ex mijs illis præſtantiæ notis omnibus in vni-
co vnione rebus, quibus ſanè verbis omnes laudes Margaritarum
complexus quam breuiſſime eſt. Eodem loco: In candore ipſo,
Indici notæ. ,,inquit, magna differentia, clarior in rubro mari repertus. Indi-
,,cus ſpecularium lapidum ſquamas aſſimilat, alias magnitudi-
,,ne præcellens. Summa laus coloris eſt exaluminatos vocari, &
,,proceritibus ſua gratia eſt, Elenchos appellant faſtigata lon-
Exaluminati. ,,gitudine, alabaſtrorum figura in pleniorem orbem deſinentes.
Hoc loco exaluminatos interpretantur quaqua verſum ſine fu-
ſco nitentes, & pellucidos, & ad aluminis colorem accedentes,
quod optimum cenſetur, cum candidiſſimum eſt teſte Dioſco-
c *Lib.5.ca.* ride. *c* Color igitur non omnibus idem, qui & penes regiones ad-
123. modum differt, vt etiam magnitudo. Nam circa Boſphorum
Colore variant. Thracicum ruſſi ſunt, & parui. In Acarnia coloris marmorei. In
Britannia decolores, In amni apud Volgeſum montem in Lotha-
ringia non admodum ſplendidi. Vnde fit vt penes regiones loca-
que, in quibus naſcuntur, eorum laudes his verbis proſecutus ſit

A Aelianus: *d* Optimus Indicus, & in mari tubro procreatus exiſti- d *Lib.15.*
matur. Idem in Occiduo Oceano, vbi exiſtit Britannia, naſci- " *de anim.c.3*
tur: ſed is magis fului coloris eſt, minuſq; ſplendidus. Iuba in "
Boſphoro etiam freto naſci ſcribit, qui & Britannicis inferiores "
ſint, & cum Indicis, & Erythræis uullo modo comparandi. Ho-
die quoq; optimi cenſentur Vniones Orientales, atq; inter hos ij Orientales
qui inter Ormutium, & Baſſoram in ſinu Perſico inueniuntur.
Qui inter inſulam Seylan, & Commorini caput habentur, cedunt
his pretio, & à peritioribus facile cognoſcuntur, item qui circa
Inſulas Borneo, & Aynon inueniuntur, vilioris etiam pretij ſunt.
Itaq; Ormutanæ cæteris præſtantiores iudicantur Orientalibus.
His etiam cedunt ſplendore, & claritate qui ex Occidentali India
portantur. Nam Orientales lumine ſincero illuſtres ſunt. Occi-
dentalibus triſtis quædam & nebuloſa ſinceritas ineſt Ideo illis Ex Occidẽ
pretium maius. Habet tamen etiam Occidentalis ora quoſdam tali India.
qui non cedunt Orientalibus, ſed admodum paucos. Pondero ſi
quoq; commendatiores Pondus ad hoc æui, inquit Plinius, ſemi- A pondere
unciæ, pauci ſingulis ſcrupulis exceſſere. Ex Indicis nunc ponde-
roſiſſimi pendere viſi ſunt centum ſexaginta grana hordei, ſili-
quas triginta, & viginti ſeptem ſiliquas. Maximos duos poſſedit
B Cleopatra Ægypti regina per manus Orientis regum ſibi tradi- Cleopatræ
tos Rex Bornei oui anſerini magnitudine. Margaritæ magnitu- vniones.
dine paruæ nucis auellanæ, quam leptocaryon vocant Græci, &
egregie rotundæ nominantur apud e Heliodorum Ad hæc mul- e *Aethyop.*
tum confert maturitas Aiunt enim quo maturiores ſint, eo albi- *2.*
ores, & magis ſplendidas eſſe, translucidas, minuſq; referre colo- A maturitate.
rem Conchæ, qui aliquando arcum fere cæleſtem refert varian-
tibus pro diuerſo ad lucem poſitu coloribus, rutilo, cæruleo, ſub-
uiridi. Itaque Americus Veſputius, ſic de Vnionum maturitate ad
regem ſuum ſcribit: Nouerit maieſtas veſtra, quod niſi perma- "
turi ſint, & à Conchylijs, in quibus gignuntur, per ſeſe excidant,
omnino perfecti non ſunt: quinimo in breui, vt ſæpius exper- "
tus ſum, emarceſcunt, & in nihil redacti ſunt Cum vero matu- "
ri fuerint, in Oſtrea ipſa inter carnes, præter id quod carnibus "
ipſis hæreant, ſe ſeparant: huiuſmodi optimi ſunt Hæc ille. Ad- "
dit etiam inter probitatis notas Iohannes Fregoſus, ſi facile in a-
C ceto liquefiant. Refert etiam ex qua Concha exemptæ ſint. Nam
quæ in India Occidentali in Pinnarum quodam genere naſcuntur
turbido ſunt colore, obſcuro, ruſſo, & quamuis candidæ quæ-
dam in his inueniantur, tamen non commendantur. Inter Con-
chas optimæ habentur læues, & albæ, quales pro Conchis Mar-
garitiferis exhibuimus.

PRETIVM.

PLinius *a* cum de luxuria, quæ ex mari petitur, dixiſſet: Prin- a *Li.9.c.35.*
cipium ergo, inquit, columenq; omnium rerum pretij Marga- b *Li.37.c.4*
ritæ tenent. *b* Alibi, proximum adamanti apud ſuos Romanos "
Indicis Arabiciſq; Margaritis ſtatuit. Et alio rurſus in loco: Linũ,
inquit, quod ignibus non abſumitur, in deſertis Indiæ cum in- "
uentum eſt, æquat pretia excellentium Margaritarũ Androſt "
henes ſcripſit in Aſia (nam locus erit pretij æquus æſtimator) Per-
ſidę, & alijs Orientis regionibus tanti vniones pretij fuiſſe, vt pa-
ri auro rependerentur. Megaſtenes, teſte *c* Arriano, tradit apud c *Lib.8.*
Indos ter tanto auri puriſſimi (nam hoc Indi quoque fodiunt)
D pondere æſtimari, ἕνεκα τελετάσιον καὶ χρυσίον τὸ ἄπιφθον. Arabiæ
(audi Plinium) fælicius mare, quam continens eſt: ex illo nam- "
que Margaritas mittit: minimaq; computatione millies cente- "
na millia ſeſtertium annis omnibus India, & Seres peninſula illa "
mperio noſtro adimunt. Tanto nobis deliciæ, & fæminæ con-
iſtant. Quota enim portio ex illis ad Deos quæſo iam vti ad infe-
ros pertinet? Alexander Seuerus teſte Aelio Lampridio gemmas ſi- Vniones
bi oblatas vendidit. Et cum quidam legatus Vniones duos vxori venditi ab
eius per ipſum obtuliſſet magni ponderis, & inuſitatæ menſuræ, Imperatore.
vendi, eos iuſſit: qui cum pretium nõ inuenirent: ne exemplũ ma-
lum à regina naſceretur, ſi eo vteretur quod emi non poſſet, inau-
ribus Veneris eos dicauit. Cęſar, vt ſcribit Suetonius, ante alias di- Vniones
lexit Marci Bruti matrem Seruiliam, cui primo ſuo conſulatu ſe- donati.
xagies ſeſtertium Margaritam mercatus eſt Quod hic dicitur de
Margarita ſexagies ſeſtertium coempta, fidem facit dicto Plini-
ano de Margarita Cleopatræ centies ſeſtertium æſtimata, id eſt, d *Lib.2.de*
aureis ducentis quinquaginta millibus. *d* Budæus, cum inquiretet *aſse.*
an id verum eſſe potuerit, ſic rationem ducebat, Dotem omnem
Margaritarum, vt Plinius inquit, & gemmarij noſtri confirmant
in candore, in magnitudine, & orbiculari forma, in læuore, & põ-
E dere eſſe ſcimus. Candorem noſtri nitorem Indicum intelligunt.
Quare in Vnionum indicatione omnia hæc obſeruant Cum hęc
proderem, percunctatus ſum à gemmario quodam primi nomi-
nis mihi familiari, quem vidiſſet vnquam pretioſiſſimum Vnio-
nem, quantum pendere meminiſſet. Cum de hoc verba facere-
mus, & ille trecenarios ſe vidiſſe reſpondiſſet, idq; vt memora-
bili in præcipua bouitate commemoraret, interſermonem adue-
nit gemmarius alter, qui dixit pridie ſe vnum tenuiſſe quadra-
ginta ceratia pendentem. Hoc enim verbo in gemmis appenden-
dis vtuntur, quod infra à nobis exponetur. Is igitur cum rei per-
noſcendæ cupidum me videret, ait ſe poſtridie mihi eum oſten-
ſurum in manibus incluſoris, aut vaſcularij, qui illigandum cum Margaritę
monili conduxerat. Ea die ad conſtitutam horam non affui. ter- inſignis
tio die cum veniſſem ad eum, comperi ab incluſore redditũ, cæ- pondetis.
terum eum eſſe in dactylotheca principali, trib. aureorũ millibus
emptũ, auellanæ magnitudine, orbiculatũ, eximię pulchritudi-
nis, põdere, vt dixi, quadragenariũ. Ab alio gẽmario audiui vnam
ſe Marga-

se Margaritam tenuisse, exquisita bonitate, pondere tricenariam, quatuor millibus aureorum emptam à duce Borboniana Ludouici regis vndecimi filia Et paulo post: Sed Plinius de Vnionibus loquens, Pondus, inquit, ad hoc æui semunciæ pauci singulis scrupulis excessere. Hoc pondo sex & octoginta ceratia, & bessem ceratij æquat, cum in vncia centum & sexaginta sint ceratia, & viginti in drachma. Non mirum igitur est, si Vnio omnis æui maximus, & omni dote probitatis præstantissimus, tanti ea ætate æstimatus est, qua mundus auro, & argento exuperabat. Et rursus paulo infra, cum ea Plinij verba adduxisset, quæ nos iam citauimus, hæc subdit. Ergo cum eo tempore Vnionum inter gemmas prima, aut certe secunda esset indicatura, tuncque rerum pretia ad summum licitationis peruenissent, & ille Cleopatræ Vnio ponderc altero tanto præstaret, quem pretiosissimum memoriæ nostræ Vnionem gemmarum institores meminerunt, atque eo amplius scrupulo: non abhorrere à fide puto tanti æstimatum esse: simul quod omnibus numeris commendationis absolutus erat, simul quod ad culmen probationis, & primatum peruenerat, & ita inclaruerat fama, vt natura specimen sui fecisse in duabus Margaritis æstimaretur, vt ex Plinio apparet. Huius pretij ratio sic arbitror iniri potest. Quum ex illo gemmario quærerem, quanti ex formula æstimaretur plurimo Margarita, quæ pondere quaternaria, & qualitate prima esset: triginta, inquit, aureis eiusmodi emptam vidimus. Quid octonariam, inquam, eiusdem notæ quanti æstimares? ait minimũ ducentis. Cum vlterius rogitando per accessiones pergerem, ita respondit, vt intelligerem accessionem pretij deinceps ex pondere, non ex numero, sed proportione fieri: vt quomodo duplicando ponere supradicto octonaria Margarita paulo minus septuplex quaternarię æstimatione facta esset: sic in duodenaria, & vicenaria, & vlterioribus maiore deinceps maioreque rursum versus incremento pretium augesceret. Qua ratione si pretium Plinianæ statuamus, in immensum quoddam pretium abibit taxatio. Maius fortasse miraculum sit Cæsarem centem quinquaginta millibus Vnionem vnum emisse, vt adulteræ donaret. Hactenus Budæus. Porro Vnionem Cleopatræ ad monetam suam Lusitanicam computans Fregosus, ait valuisse ducenta quinquagiuta millia ducatorum. *e* Iohannes Hugo Linschotanus Vnionem perfectum ex omni parte, qua splendoris, qua luminis sine puteolis, sphærica forma, aut in pyri speciem probe tornata, qui lati vnius ducatum vnum fere valere à gemmarijs est edoctus. Atque hinc, inquit, computatio deducetur, vt in adamante, carbunculo, & smaragdo, ablata semper pretij parte, pro vitiorum, aut puteolorum, aliarumque improbitatum nota. Cõstituta ergo rite æstimatione pondus ipsum reputa, ac tum procedes in pretio, eodem plane modo, quo in rubinis, & adamante fieri assolet. Etenim Margaritarum lineas, ita æstimabis, si maiores, ac elegantiores plures sint, non improbabis; nam ob multitudinem pares esse non possunt, ac bonitate maiorum facile minorum prauitas vincitur; sin è contra appareant, tum, quod aiunt, ex manibus paleis trituram frumeni feceris Mirantur itinerum Indicorum scriptores, non maioris apud nos Europæos Margaritas esse pretij, quam sunt, cum magni sint apud Ormutanos, vnde per diuersas terras ad nos adferuntur. Cæterum Ormutij; cribris ex bractea factis Margaritæ venduntur, rotundis ea sunt foraminibus, in quæ distincta vicissitudine quadam subeunt foraminum: etenim alia grandiora sunt, alia minora, octo fere in species diuisa, ex quibus baccæ, quæ cadunt, diuersa item pretia nanciscuntur Minutæ illæ, siue Margaritarum quisquiliæ Alioffar dictæ ad vnciæ pondus venduntur, & à Pharmacopolis, Venetiis allatæ emuntur, parui in India pretii. Pharmacopolæ nostri, inquit, Zoographus, Vnionum minimorum vilissimorumque vnciam emere se aiunt denariis argenteis octonis. Elegantiorum vero quibus ad virginum, & matronarum ornamenta quædam, vestium dico, & tæuearum, aut mitrarum, aurifabri vtuntur, vncia denariis fere quadraginta octo venit. Hæc ille. Vniones exigui autem in Æthyopia tanti fiunt quanti aurum.

Pondus

Cleopatræ gẽmæ pretij ratio.

e Nauig. in ind. Orient. cap. 91.

Pretia ex cribrorum foraminib.

Alioffar.

VT POLIANTVR.

Cur vilescant.

VEtustate, & continua gestione pondus coloremque mutari, & pretium vilescere notum est: idque Plinius *a* non ignorauit. Alexander Polyhistor, & Sudines senescere eos putant, coloremque mutare, atterique nisi sedulo habeautur Pondus nullis remediis restitui potest, sed nitor. Indi in oriza non nihil contusa cum sale fricant aliquamdiu, vnde perpetuus decor ille, & eximia claritas. Auerroes Arabs magni nominis philosophus, & medicus scribit, si dentur comedendæ columbis, clariores, & puriores reddi: sed occidendas esse statim vbi deglutierint; diutius enim in ventriculis detentas, pondere, & pretio imminui, plusque damui, quam lucri accipere. In Bohemiæ fluuio, qui pagum Hussinctz alluit inuentas Margaritas in Conchis quibusdam immaturas accollæ aliquando anatibus deuorandas præbent, & vbi aluo reddiderint, splendidiores colligunt. Cum eximi debent, caueut ne aere tangantur, & illico ore excipiunt. Saliua enim ablutæ constantius splendorem seruant. Fit iusuper interdum, vt maculam quandam in superfice habeat, vnio, aut pilum, aut aliud quippiam, quod splendorem pretiumue diminuat. Ideo gemmarii tunicam primam Vnionis auferunt, habet enim plures tunicas, siue cortices, vt cepæ, veluti dictum est. Sed gemmarius, qui hoc opus aggreditur certus esse debet tunicas interiores maculis, aut pilis carere, quod facile cognoscet, si Vnionem digitis summis, solis splendori lucido cælo opponat, nam ita omnia vitia facile videbit,

a *L. 9. c. 35.*

Pondus nõ restituitur.

Vt nitor restituatur

Vt pilus auferatur.

Vnionis cortices.

A veluti sunt rimæ: quandoque enim rupti Vniones sunt parte interna, cum foris summę sint probitatis quamuis ad naturalem primumque nitorem, nunquam redigi possint. Quod & Ælianus docuit his verbis: suapte natura rotundus, & læuis est, probeque circumsctiptus: si quem ex eis velis affabre aliter quam natus est expolire, is artificium prodit: non enim cedit, sed asper fit, & se fraudibus atque insidiis ad speciem indicat attentari.

Natutalis nitor non restituitur.

VT ADVLTERENTVR.

IOhannes Tzetzes *a* Vniones factitios τυπωτὺς, id est, formatos vocat, atque χειροποιήτους, id est, manufactas, his versibus:

Τὺς τυπωτὺς δὲ μαθὼν ἀνεύρων καὶ χειροποιήτους
Τὶ σιδηροῦ τυπάριον εἰς σφαίρωσιν μαργάρων
Κρατῶν, καὶ ὀβελίσκον δὲ, ὅπης θηρᾶ μαργάρους,
Εἰσέρχεται, καὶ τίθησιν ἔγγιστα τοῦ Οστρέου
Τὸ σιδηροῦ τυπάριον, τὸν δ' ὀβελίσκον νύττει
Τὸ Ὄστρεον, σπερίει δὲ τὶ ὡς ἰχὼρ ἐκ τούτου.
Οὗτος χεῖν καὶ τυπῶν, μαργάρου πῆξιν φέρει.

a *Chel. II. 375.*

Vniones manu facti formatiq;.

B Idest.

Formatas autem disce nunc, atq; manufactas.
Ferrum quodpiam formatorium in rotunditatem Margaritarum
Tenens, atq; veru quicunq; venatur Margaritas,
Ingreditur, atq; ponit prope Ostreum,
Ferrum impressorium, veru autem pungit
Ostreum, effluit autem quippiam veluti sanies ex hoc,
Quod fusum, atq; formatum Margarita coagulum fert.

Et paulo post:

Καὶ τεχνικὺς ἐπίσταμαι μαργάρους ἐκ μαργάρων,
Μικροὺς μαργάρους θραύοντες, καὶ λύοντες ἐν τῇ τέχνῃ
Ἄλλους σφαίρουσι μείζονας.
Et artificiosas scio Margaritas ex Margaritis,
Paruas Margaritas, frangentes, atq; resoluentes arte,
Alias rotundant maiores.

Mutuatus autem hæc videtur Tzetzes ex *a* Philostrato; non satis plene tamen. Quare ipsa Philostrati verba, Zenobio Acciolo interprete, ad Græcum exemplar à Zoographo emendata ponemus:

a *L. 3. de vita Apoll.*

C Dignum quoque, inquit, existimaui, quæ de altero Margaritatũ genere (arte facto scilicet: nam naturales calculos in Conchis quibusdam albæ testæ, circa Byblum paruam Indiæ insulam reperiri, qui in Ostreis illis locum cordis obtineant, paulo ante dixerat) traduntur, non prætermittere: quandoquidem nec ipsi Apollonio res visa est læuis sed auditu iucunda, & mirabilium omniũ mirabilissima. Nam qua parte insula pelagus respicit, immensa, est maris altitudo. Fert autem Ostreum in testa alba (ἐν λίτῳ λευκῷ) quadam pinguedine referta. Lapidem autem nullum producit. Inde maris tranquillitatem obseruant, & aquæ superficiem etiam ipsi olei effusione lænigant. Tum ad Ostrea capienda ingreditur aliquis, ita instructus paratusque, sicut qui spongias colligunt. Est autem ei ferreus later (πλινθὶς σιδηρᾶ, non πλίνθος, vt interpres legisse videtur. Est autem πλινθὶς, vt quidam dicunt, scapellum quo cementarij vtuntur ad æquandam, & poliendam laterum scabritiem: vel, vt alii interpretantur δεκὰς, id est, pugio maior, & quadratus instar trabis Alii assetculũ esse putãt, vel tabulam, qua mulieres lanam vellentes, vtuntur Gybertus Longolius,) & alabastrum vnguenti: atque ita prope Ostrea considens Indus vnguento, quasi esca ad fallendum vtitur: namque illo perfusa

πλινθὶς

D Ostrea sese aperientia inebriantur. Tunc ferreo stylo perforata quasi saniem quandam emittunt. Hanc venator ferreo latere excipit: qui in varias multiplicesque formas concauatus est; ea vero postinodum sanies lapidescit: atque in modum naturalis Margaritæ albus ille sanguis obdurescit. Et hæc est, quæ ex rubro mari colligitur Margarita. Huic autem venationis generi etiam Arabes intendunt, ex opposito maris habitantes, hæc Philosttatus. Cæterum, quod Tzetzes scribat ex Margaritis confractis fingi Vniones, non mirum videtur, cum *b* Cardanus scribat è Concharum testis fieri his verbis: Non læuis est lucri seplasia, cum ex Concha Margaritarum pulcherrimi fingantur Vniones. Adeo autem recte fraus hæc succedit, quod nec a gemmariis dignoscuntur color, splendor, substantia, pondus respondent. Sunt qui etiam ex duobus frustis ob Conchæ tenuitatem Vniones conficiunt. Dum hæc scriberem lis agebatur de Margarita sexaginta octo aureis empta à gemmario, quæ ex Concha facta erat: pretium æstimationis aurei ducenti. Sperabant imponere Germanis, aut Gallis: quod ingenio, & arte minus valeant. Item

b *L. 7. de var.*

Ex Conchatum testis.

E *c* albi: Nuper, inquit, inuentum est, quod vidi, vt Margaritæ fiant adeo viris similes splendore, vt si forma, quæ solum dimidiũ orbem implet, non obstaret asperitas quædam, omnino pro veris atq; optimis eis assimilarentur. Quoniam solum iuxta littus maris effici illas posse affirmabat (qui hanc artem callebat) solumq; vere: & hemicycli, vt dixi, forma: coniectura assequor ex lapidibus Astacorum, aut Pagurorum, vel eius generis illas confici. Coquebat autem eas cum aqua. Liquorẽ circumponens illum à quo tam splendidæ cuaderent. Certe si rotundæ pro dimidiis fieri possent, etiam ipsos gemmarios fallerent: quando & nunc egregia opera inserantur. Quod veto optimum est, tarde senescunt multis annis splendorem seruantes. Leues sunt & etiam pondere ipso parum à natiuis differunt. Cum vero peteret centum coronatos vt doceret, non tanti hoc existimaui, vt doceret fallere. Sed constat originem hoc adulterinum à talcho ducere. Conchas palustres aliqui in acri lixiuio coquunt, donec nigri earum cortices separari

c *L. 10. de var. rer.*

Ex oculis cancrorũ

Ex Concharum paluſtriũ teſtis.

poſſint: reliquum album contundunt, & rore inter Pentecoſten, & Auguſtum collecto diſtillatoque excipiunt, ſubigunt, & globulos minutos formant, pertunduntque acicula, & filo inſertos ad ſolem indurant Margaritæ oculi labracis à Kiranide uominantur: vnde arbitror eſſe qui ex humore cryſtallino oculorum piſcium quotundam, vt pote albo, ſolido, rotundo, & magnitudine mediocres Margaritas referente, eas mentiantur. Ficti enim poſſe putant, vt præparatione aliqua translucidus is humor reddatur, ſicuti in viuo erant piſce. Nam & *d* Antonius Mizaldus Margaritas, ſic fingere docet: Accipe, inquit, candidos lapillos ex capitibus. & oculis piſcium: quos munda, ſicca, puluera, & agitatis, deſpumatiſque ouorum albuminibus excipe miſce ac tamdiu moue, donec fiat veluti mala, & ſpiſſamentum: ex quo Vnionum corpuſcula, dum recens, & tractabilis eſt materia effinge, & ſeta ſuilla, vt fiat foramen, transfige, tum demum reſiccata coque in lacte vaccino, & ſecreto loco procul à ſole, & puluere iterum ſicca, donec perfectam duritiem inducrint. Videbis, quod placuiſſe queat Maſſarius ſcribit ſuo tempore Murianenſes vitreos Vniones adulteraſſe; primum Vniones vitreos vacuos, ſed translucidos feciſſe, deinde materia impleſſe qua ſplendidi, & Vnionum coloris reddeierentur in tantum, vt vix à veris Vnionibus diſcerni poſſent. Quapropter fuiſſe decem virorum decreto veteros. Sunt & foſſiles quædam, & ſubterraneæ Margaritæ cryſtalli fætura teſte Ælíano. Aiunt in Cambaia eſſe qui gemmas, & Vniones faciunt, quos veros putares; ſed quomodo, nondum ſcitur. Poſſet etiam quiſpiam rudioris ſemina lithoſpermi vendere pro Vnionibus, qui hæc Plinij *e* conſideret: Inter omnes, inquit, herbas lithoſpermo nihil admirabilius Aliqui ægonychon vocant, alij Dioſpyron, alii Heracleon. Herba quincuncialis (quinq; caulibus manuſc.) folijs duplo maioribus, quam rutæ, ramulis ſurculoſis, craſſitudine iunci: gerit iuxta folia ſingulas veluti barbulas, & earum in cacuminibus lapillos candore, & rotunditate Margaritatum, magnitudine ciceris, duritia vero lapidea. Ipſi qua pediculis adhærcant, cauernulas habet & intus ſemen. Naſcitur, & in Italia; ſed laudatiſſimum in Creta. Nec quicquam inter herbas maiore quidem miraculo aſpexi. Tantus eſt decor velut aurificum arte alterius inter folia candicantibus Margaritis: tam exquiſita difficultas lapidis ex herba naſcentis.

Oculi labracis

Ex oculis piſcium

d *Memor. cent.* 1.

Ex vitro

Margaritæ foſſiles.

e *Lib.* 27. *cap.* 11.

Lithoſpermi forma

VSVS IN MEDICINA.

Perforatas male præferri.

Vbi perforentur.

MEdicorum qui medicamentis ſuis Margaritas miſcere cupiunt, Intereſt ſcire, quales nam accipere debeant Sunt enim perforatæ, & non perforatæ. Perforatas natura præferri cæteris, quod per foramen excrementis ſint purgati, non bene putat Syluius, vnaque cum eo alii doctiſſimi viri. Nam omnes perforantur arte, idque magna ex parte in Babylonia, quo ex Ormutio aliiſque Indiæ vicinis regionibus deferuntur. Syluaticus, quæ ad remedia requiruntur, non perforatas intelligi ſcribit. Eſſe & obſcuras quaſdam ſubcitrinas non perforatas, quæ perforatis æquipollent. Idcirco eligendas eſſe claras, & albas; obſcuras, & quaſi albidas, hoc eſt pallidas non eſſe miſcendas medicamentis. Maturæ, inquit Albertus, ſplendent & translucidæ ſunt ad ornatum eligendæ minus maturas aliqui in medicina præferunt. In iunioribus Conchis repertæ meliores ſunt hodie in Bohemia immaturæ medicis ſunt vſui: maturæ autem, & ſplendentes annulis includuntur. Zoographus tradit pharmacopolas compoſitionibus quibuſdam medicis addere Margaritas minutas, phrygonibus inutiles & fæminarum deſideriis ineptas. Sed Serapio Margaritæ, inquit, eligendæ ſunt maiuſculæ, claræ, læues, nõ angulosæ. Frigidę, & ſiccę ſunt in ſecundo gradu cum pauca ſubtilitate ſecundum Raſin: quod verius videtur, quam quod Iſaac Eben Amram ſcribit, in omnibus qualitatibus primis eas temperatas eſſe. Deſiccant humiditates. Diſſoluuntur, & linitur baras, (baras vel albaras Arabice, eſt leuce Græcorum, id eſt, vitiligo profundior, Manardo) cum eis ſtatim eam abolent. Quod ſi quis ſodam (id eſt capitis dolorem) patiatur, propter dilatationem neruorum opticorum, & fiat capurpurgium cũ iſta aqua, ſtatim ſanatur. Oculorũ humiditates deſiccant: roborant enim neruos per quos humiditas ad oculos defluit: eorumque obſcuritatem albedinem (nubeculas) & ſordes emendant. Quidam ad hæc vitia renuiſſimo earum puluere vtuntur, quem oculis inſpergunt. (Ego hunc puluerem alicui aquæ immiſcerem) & collyrium faciunt, vites, ſpiritus, cor & omnes corporis partes principes reficcant; quod humiditates earum redundantes abſumant. Antidotis viſcerum admiſceri, ait Serapio, ac vim eorum augere: ſanguinem euim tenuiorem reddere. Corroborare: quamobrem conueuire in eius debilitate, tremore aliiſque ſymptomatibus, quæ melancholicis affectibus ſuperuenire ſolent, vt ſunt timores, & cardialgiæ: ſanguinem enim craſſum, & fæculentum clarificare Margaritæ, inquit Auicenna, ſimiles ſunt carabe (electro) natura, & luciditate: ſed efficaciores ad roborandum, quam carabe: & ineſt eis proprietas valde magna, & libro de virtutibus cordis, cor confirmare ait: quibus alij addunt putredini, circa hoc viſcus nobiliſſimum exiſtenti reſiſtere: & quia frigidi, & ſicci ſunt, febricitantium remedijs adhiberi. Vnde non mirum eſt à vulgaribus peſtiferiſque morbis defendere. Diarhœis, lienterijs, ac ſanguinis fluxui nimio, vt menſtruorum quoque non parum confere. In locum earum, inquit rurſus Serapio, ſuccedere poteſt tantundem, & dimidium ponderis, è Conchis earum magnis, & ſplendidis: vt pro drachma Margaritarum Conchæ partis, ſcilicet interioris, quæ ſola ſplendet, ſeſquidrachma. Ex Græcis antiquis pauci earum meminere. Ingrediuntur Vniones in compoſitione antidoti autei Alexandrini deſcripti ab Actuario. Perforati, & non perforati, emplaſtro ad cordis ſyncopen, & imbecillitatem corporis apud Nicolaum Myrepſum, Galenus, & Dioſcorides nullam inter medicamenta horũ mentionem, quod ſciam, faciunt. Recentiores duas antidotos habent Pharmacopæi Diamargaritum frigidum, & calidũ: quarum prior frequentiori in vſu eſt: atque alia, quæ manus Chriſti perlata dicitur. Solent Pharmacopæi in marmoreo mortario in puluerem redigere, ne aliquid, vel coloris, vel ſubſtantiæ, vel ſaporis ingrati à metallico contrahant. His dentes albidiores fieri traditum eſt: ſed idem teſtæ Concharum, & Oſtreorum, in quibus inueniuntur, præſtant. Ex eis autem oleum confici docet Iohannes Guintcrius *a* Audernacus: Primum in puluerem, inquit, rediguntur, & vitro oris anguſti induntur, perfunduntur que acto diſtillato optimo, ita vt ad duos digitos ſuperemineat: deinde in cineres calidos ponuntur, donec ſoluantur: poſtea quod ſolutum eſt in balneo exſtillatur ad ſicciratem vſque, & ſuper calcem hanc Vnionum aqua pluuialis ſtillatitia fuuditur, rurſuſque diſtillatur, dum omnis humor emanarit: tunc iterum affunditur recens aqua ſtillatitia, iurſusque detrahitur, vt antea: atque is labor ter quaterue repetitur, quo ad nihil aceti ſubeſſe percipiatur, tandem puluis, ſiue calx Vnionum, aut in loco humido ſupra marmor diſſoluitur, aut ex ſpiritu vini maceratur, diſtillaturque donec in liquorem olei inſtar redigatur: cuius grana ſena ex humore aliquo ad reſolutionem neruorum, conuulſionem, marcorem ſenilem, & phrenitidem dantur: corpus ſanum conſeruat: læſum priſtinæ ſanitati reſtituit: lac muliebre emendat, augetque naturalium partium vitia, & ſemen corrigit: abſceſſibus vlceribuſque exedentibus, cancro, & hæmorrhoidibus medetur. Calcem Margaritarum hoc modo parandam docet Andreas *b* Libauius: Margaritæ aceto præmaceratæ, & friabiles factæ, potiſſimum tamen limonum diſtillatione, rectius calcinantur iuſto igni reuerberij, in quo interdum etiam ad rubedinem vſque detinentur, indeque in læuorem ducuntur. Liquorem perlarum idem ſic fieri iubet: Margaritas, inquit, macera aceto forti, donec fiant friabiles. Tritas cum oui albo compone in globulos, quos calcina in reuerberio. Subtilitatem extrahe per vini ſpiritum. Quod non exit, calcina denuo. Spiritum abſtractum coagula in alcali, quod ſolue per deliquium; & vt ſoluatur facilius, torre ad ignem probe, poſteaque læuiga exactiſſime. Sed variant artifices admodum in magiſterio perlarum, vt ibidem annotat Libauius. Quidam acetum deſtillatum exaſperant ſale ammoniaco. Hoc puluerī perlarum affundunt ad quatuor digitos. Locant in balnei digeſtione. Inde deſtillatur acetum. Affunditur aliud vſque ad octiduum. Deſtillatur puluis, edulcoratur Sed hic, vt liqueſcat calcinandus eſt, quanquam ab alijs etiam ſine calcinatione per ſpiritum duntaxat vini extrahatur particulatim de more, & quod non exit, id cotrodunt iterum aceto, ſubriliantque, donec totum pondus traductũ, & attenuatum ſit, abſtracto per diſtillationem lentam ſpiritu, toſtus puluis læuigatur, & ſoluitur. Dicitur peculiari cum aceto, quod radicatum dixerit, in hunc modum confeciſſe: è tartaro calcinato per acetum diſtillatum extrahe alcali. Extractionem diſtilla per retortam bis in arena, primum mediocri igni, donec aquoſitas exierit. Si materia quaſi intumeſcit, mutato receptaculo, auge ignem. Prodit radicatum. Hoc Margaritis affunde ad duos digitos. Solue, ſolutionem coagula Puluerem læuiga, & per deliquiũ in cella ſolue. Antequam autem læuiges, quater edulcora eum aqua ſtillatitia fontana. Thomas Mouſetus in epiſtola ad Monanium improbat calcinationem per acetum, quod eius vis nequeat elui. Sed ſi addatur calcinatio per ignem, nihil vitium eius poterit remanere, præſertim cum etiam empyreuma eluatur. Ipſe præſcribit talem modum: Tuſas Margaritas in puluerem impalpabilem læuiga. Extrahe vini ſpiritu nobiliſſimo ad quinque digitos affuſo, & digere in balneo per menſem, donec coloretur ſpiritus. Tunc transfunde eum, reponeque alium, & procede eodem modo, donec non coloretur amplius. Coagula, & coagulatum aqua deſtillata ter ablue. Hæc potius eſt extractio eſſentiæ, quam magiſterium. Conſultius autem eſt, ſi perlæ ſunt puræ, & nobiles, magiſterio vti & rotas exaltare. Neque enim videtur opus eſſe extractione eſſentiali, cum ſint extractum naturale, niſi tamen impuritates adhæreant. Pro aceto vſurpant alii ſuccum limoniorum deſtillatum, & berberum clarificatum, vel aquam ſalis gemmæ, vel ſpiritum vini alcaliſatum. Sed vt diffluant in liquorem, calcinatione, & læuigatione opus erit. Illis in puluerem duntaxat rediguntur, hæc ille.

Immaturæ quibus ex vſu.

Quæ eligendæ

Margaritarum vis, & temperies.

Ad cordis affectus:

Succedaneum

Oleum ex vnionibus

a *De med. vet. & nou. dialog.* 7.

Calx Margaritarum, vt fiat.

b *L.* 2. *Alch. tract.* 1.

Liquor Margaritarum.

Calcinatio per acetũ improbata

VSVS IN VARIIS.

luxus.

MArgaritas *a* inquit Plinius Romæ in promiſcuum, & frequentem vſum veniſſe, Alexandria in ditionem redacta: primum autem cæpiſſe circa Syllana tempora minutas, & viles Feneſtella tradit, manifeſto errore, cum Ælius Stilo Iugurthino bello Vnionum nomen impoſitum maxime grandibus Margaritis prodat. Et hoc tamen æternæ prope poſſeſſionis eſt. Sequitur hæredem, in mancipatum venit, vt prædium aliquod. His magnam veteres exercuere luxuriam atque nefandam, non modo in ornatu, ac veſtibus ſumptuoſiſſimis fœminarum, ſed etiam in ſplendidiſſimis conuiuiis, vt ex his tribus exemplis, quæ narrat Plinius, licet intelligere, Lolliæ Paulinæ diuitis, Cleopatræ, & Clodii Tragœdi Æſopi filii Loliam Paulinam, inquit,

a *L.* 9. *c.* 35.

Quando Romæ in vſu eſſe primum cæpere.

Lolię Paulinæ luxus in margaritis.

inquit, quæ fuit Cai principis matrona, ne serio quidem aut solenni ceremoniarum aliquo apparatu, sed mediocrium etiam sponsalium cœna, vidi Smaragdis Margaritisque opertam, alterno textu fulgentibus, toto capite, crinibus, spiris, auribus, collo, manibus digitisque: quæ summa quadringenties sestertium (alias H.S. & similiter in sequentibus ter) colligebat: ipsam confestim paratam nuncupationem tabulis probare. Nec dona prodigi principis fuerant, sed auidæ opes, prouinciarum scilicet spolij partæ. Hic est rapinarum exitus: hoc fuit quare M. Lollius infamatus regum muneribus in toto oriente, interdicta amicitia à Caio Cæsare Augusti filio, venenum biberet, vt neptis eius cccc. sestertium opera spectaretur ad lucernas. Computet nunc aliquis ex altera parte, quantum Curius, aut Fabritius in triumphis tulerint: imaginetur illorum fercula ex altera parte Lolliam, vnam imperij mulierculam accubantem: non illos curru detractos quam in hoc vicisse malit. Nec hæc summa luxuriæ exempla sunt. Duo fuere maximi Vniones per omne æuum; vtrumque possedit Cleopatra, Ægypti reginarum nouissima, per manus Orientis regum sibi traditos. Hęc cum exquisitis quotidie Antonius saginaretur epulis, superbo simul ac procaci fastu, vt regina meretrix, lautitiam eius omnem apparatumque obtrectans, quærente eo quid asstui magnificentię possit, respondit, vna se cœna centies sestertium absumpturam. Cupiebat discere Antonius, sed fieri posse non arbitrabatur. Ergo sponsionibus factis, posterio die quo iudicium agebatur, magnificam alias cœnam, ne dies periret, sed quotidianam Anton. apposuit, irridenti computationemque expostulanti. At illa corollariũ id esse, consumptarumque se ea in cœna taxationem confirmans, solamque se centies sestertium cœnaturam, inferri mensam secũdam iussit. Ex præcepto ministri vnum tantum vas ante eam posuere aceti, cuius asperitas visque in tabem Margaritas resoluit. Gerebat auribus tum maxime singulare illud, & vere vnicum naturæ opus. Itaque expectante Antonio, quidnam esset actura, detractum alterum mersit, & liquefactum absorbuit. Iniecit alteri manum L. Plancus iudex sponsionis eius, eum quoque paranti simili modo absumere victumq; Antonium pronunciauit homine irato. Comitetur fama Vnionis eius parem, capta illa tantę quęstionis victrice dissectum, vt esset in vtrisque Veneris auribus Romæ in Panthco dimidia eorum cœna. Non ferent tamen hanc palmam, spoliabunturque etiam luxuriæ gloria. Prior id fecerat Romæ in Vnionibus magnæ taxationis Clodius Tragœdi Aesopi filius relictus ab eo in amplis opibus hæres, ne in triumuiratu suo nimis superbiat Antonius, pene histrioni comparatus: & quidem nulla sponsione ad hoc productus, quo id magis regium erat, sed vt experiretur in gloria palati, quid saperent Margaritæ: atque vt mire placuere, ne solus hoc sciret, singulos Vniones couiuiis absorbendos dedit. Huc vsque Plinius. Eorundem exemplorum detestandæ luxuriæ alii auctores quoque meminere. Solinus scribit Lolliam Paulinam Cai principis coniugem habuisse tunicam ex Margaritis sestertio (sestertiorum Hermolaus) quadringenties æstimatam: atque Plinius non tunicam, sed ornatum capitis, colli & manuum eam habuisse tradit. Idem Solinus (teste Hermolao) Manlium, non M. Lollium: item filiam eius non neptem, fuisse Paulinam tradit, exemplaribus, vt arbitror ambustis: de hoc Dion itemque Tacitus. Lollia, inquit, Paulina. M. Lollij consularis filia, Suetonius: Lolliam Paulinam Cai Memmij consulatis exercitum regentis uuptam. Plinij verborum de Cleopatræ, & Antonii sponsionibus super epulatum magnificentia paraphrasim contexuit *b* Macrobius: hoc interest, quod Vnionem à regina absorptum, non quadringenties, vt Plinius, sed centies sestertium valuisse scribit. De Aesopi Tragœdi filio *c* Valerius Maximus quoq; meminit, idem referens. *d* Horatius:

Filius Aesopi detractam ex aure Metellæ,
Scilicet, vt decies splidum absorberet, aceto
Diluit insignem baccam, qui sanior, ac si
Illud idem in rapiam flumen ac eretue cloacam.

Cæcilia Metella (inquit Acron) filia Metelli, Aesopum actorẽ tragœdiarum ditissimum adamauit. Eius vxoris, ac Æsopi filius dives, & luxuriosus fuit, qui gemmam triuit, & misit in poculum, vt videretur decem millia deuorare, quo suas posset deuorare diuitias. Porro cuiusmis conditionis fæminis olim omnibus corporis partibus adhibitisse crinibus, spiris capitique toto, collo, manibus, pedibus, traditum est. Digitis hoc (inquit *e* Plinius de Vnionibus) suspenděre binos, ac ternos auribus fæminarum gloria est. Vnde Petronius Arbiter tribaccam Margaritam vocauit.

Quo Margaritacura, tribacca, Indica
An vt matrona ornata phaleru pelagijs
Tollat pedes indomita strato extraneo.

f Iuuenalis

Cum virides gemmas collo circumdedit, & cum
Auribus extensis magnas commisit Elenchos

Video Vniones singulos, inquit *g* Seneca, singulis auribus comparatos: ita enim exercitatæ oneri ferendo sunt. Iunguntur inter se, & insuper alii bini superponuntur. Non satis muliebris insania viros subiecerat, nisi bina, ac terna patrimonia auribus singulis pependissent. Hos binos, aut teruos Vniones sibi iunctos Crotalia appellarunt veteres. Nam paulo post citata verba Plinius dixerat: Subeunt luxuriæ eius nomina, & tœdia exquisita perditiore portatu: Siquidem cum id fecere, Crotalia appellant, seu sono quoque gaudeant, & collisi Margaritarum. De his, & Elenchis hos versus Martialis ad Manmurram volunt iuelligi:

Et virides picto gemma numerauit in auro
Quidquid & in nivea grandius aure sonat.

Cleopatræ luxus.

Clodij Tragœdi Aesopi filij luxus.

b *Sat.* 3. 17.

c *Lib.* 9.

d *Ser.* 2. 3.

e *L.* 9. *c.* 35. Margarita cur tribacca dicta.

f *Saty.* 6.

g *Lib.* 9. *c.* 7. *de benef.*

Crotalia, quæ.

A Calceabantur etiam olim Margaritis; in tantum creuerat luxuria: Quin & pedibus, inquit Plinius, nec crepidarum tantum obstragulis, sed totis socculis addunt. Neque enim gestare Margaritas, nisi calcent, ac per Vniones etiam ambulent, satis est. Tertullianus: *h* Latent in cingulis Smaragdi: Gylindras vaginæ suæ solus gladius sub sinu nouit: & in peronibus Vniones emergere delluto cupiunt. Sic & Manilius *i* de Margaritis, & aliis gemmis canit:

Perq; caput ducti lapides, per colla manusq;
Et pedibus niueis fulserunt aurea vincla.

Chares Mitilineus apud Athenæum refert ex Margaritis fieri etiam apud Persas, Medos: Asiaticos, inaures, monilia. & armillas, brachiorum pedumq; ornamenta, pluris æstimata, quam quæ ex auro conficiantur. Nec apud Romanos primariæ locupletesque matronæ vittis, stola, stellis, & lecticis Margaritis per ornatis splendebant, sed etiam pauperes, vt etiam nostra tempestate.

——— Quarum nec vitta ligatos
Attingit crines, ne stola longa pedes.

Vt cum Nasone loquar. Affectantque (vetus lectio cupiuntque) iam, inquit Plinius, & pauperes lictorum fœminæ in publico esse dictitantes, hoc est, vt doctissimus exponit *k* Adrianus Turnebus, B pauperes fæminæ gaudent Vnionibus, quod in publico cum sint ipsis de via discedatur, videantutque diuites, vt Margarita pro lictore sit, & turbam summoueant. Idem enim fuit lictorum officium. Horatius:

——— Neq; consularis
Summouet lictor miseros tumultu
Mentis

Quidam docti, quos & Zoographus secutus est licitatorem legunt, quasi emptorem pudicitiæ matronalis, verbis vim afferentes, & pro arguta elegantique sententia turpem commiscentes. Manusciptus legit lectorem: alij codices lectiores. Atque hæc de Margaritis, siue Vnionibus.

h *Lib. de hab. virg.*

i *Lib.* 5.

Pauperes etiam mulieres gemmis ornatę

k *Lib.* 15. *aduersc.* 10

Lictores cur Margaritæ.

Plinius correctus.

CAPVT XLIII.

DE CONCHA IMBRICATA *Rondeletii.*

C Concha hæc, inqnit Rondeletius, est distinctione testæ imbricatim vndata, vt loquitur Plinius, quamobrem Concham imbricatam vocauimus testa enim ad vndarum sese attollentium similitudinem distincta est, quæ distinctiones cum aliæ aliis insideant imbricum modo, Concha imbricata dicitur, quemadmodum & à Vitruuio imbricata cæmenta: Incerta, inquit, cæmenta alia super alia sedentia inter se imbricata, non speciosam sed firmiorem quam reticulata præstant structuram. Imbricata, inquit Budæus, appellat inter se hærentia imbricum modo. Sunt autem imbrices tegulæ curuæ, quarum aliæ aliis imponuntur ad arcendas à tectis pluuias. Easdem Conchæ huius distinctiones non ineptę squamis compares, sic enim squamæ piscium rotundæ dispositæ sunt. Concha hæc magna est, & lata ambitu inferiore, laciniosa, ac eo firmiter cohærente. Testa dura est, intus læuis. Caro dura, ac concoctu difficilis, alioqui superioribus similis. Frequens est Concha in Oriente, reperitur etiam in Oceano. A Græcorum vulgo Aganon vocari audio & à Caloieris Arabiæ, id est, Cœnobitis qui illic sunt, Tridacnam. Verum Tridacna, D quorum meminit *a* Plinius, esse non possunt. Sic enim ille, cum de Ostreis loquitur: In Indico mari Alexandri rerum autores pedalia inueniri prodiderunt. Nec non inter nos nepotis cuiusdam nomenclator Tridana appellauit: tantæ amplitudinis intelligi cupiens, vt ter mordenda essent. Ex his verbis nihil aliud recte colligas, quam Ostrea in India valde magna reperiri, vbi omnia grandiora esse, quam apud nos sæpe diximus: quæ magna Ostrea quidam Tridacna appellauit quia non nisi tribus morsibus deglutiri possunt. Hæc Rondeletius. Nos veram hic Concham Tridacnen repræsentare exterius, & interius putamus. Est enim hæc pedalis longitudinis, testa vndata, & scabra, vt Rondeletij, sed magni ponderis. Pendet enim eius vtraque testa quindecim libras medicas; eo loco quo sibi inuicem connectuntur singulæ duos digitos per transuersum crassæ, intus candicant, & glabræ sunt. Allata mihi est ex mari rubro. Imbricata minor dici poterit, minor ista longe, ea nempe magnitudine, qua hic proponitur, cætera non absimilis præcedenti.

Nominis ratio.

Imbricatũ quid.

Imbrices quid.

Descriptio

Aganon Tridacna Plinii

a *L.* 32. *c.* 6.

In India omnia, quam apud nos maiora.

Tridacnæ authoris descriptio.

CAPVT XLIV.

DE CONCHIS STRIATIS.

E Conchas striatas tres has nobis exhibuit Rondeletius, quarum prima ea est, quæ communi nomine à Monspelienſibus Coquille vocatur, ab Italis Cappa tonda, à rotunditate. Duabus enim testis constat multum cauis, & in dorsum multum elatis, vt ad rotundam figuram multum accedant: intus læues sunt, foris striatæ, Pectinum modo, in ambitu serratæ. Harum aliæ sunt albæ, aliæ nigricant, aliæ flauescunt, per ginglymum colligantur: vtriusque enim testæ apophyses sese inuicem subeuntes coniunguntur. Caro dura est, difficilis concoctu. Ius ex ea aluum soluit. Ex Concha hac & cæteris quæ sequuntur vstis, & in cinerem redactis dentifricia optima conficiuntur. Altera Concha striata

Cappa tonda

Colore differunt.

Caro

TAB: XI.
Concha imbricata Ronteletij
·1·
Tridrachnes pars exterior.
·2·
Concha imbricata minima
·4·
Tridachnes pars interior.
·3·
Concha striata longa. eiusdem.
Concha striata Rondeletij altera.
Concha striata Rōdeletij prior.
·5·
Concha striata nostra.
·6·
Concha striata rotunda nostra.
·7·
Concha striata rotunda Zoographi.
Concha striata rotunda alia cum tubulis.
·8·
Concha candida Vnica falcis castanei coloris.
·10·
Concha striata nostris prima.
·9·
Concha striata secunda
·11·
Concha niuea striata.
·12·
Concha striata quadruplici fascia castanei coloris.
·13·
Concha striata pectiniformis.
·14·
Concha echinata nostra clausa.
·16·
Concha echinata aperta.
·17·
Concha echinata seu striata.
·18·
Concha echinata
·19·
Conchae striatae species tres aliae cum animali suo.
·15·
Concha longa vera plinij cum animali.
·24·
Concha longae authoris aliae
·25·
·26·
·27·
·28·
Concha echinata Zoographi
·20·
Concha squamosa. Schuppechrittschal.
·21·
Concha longa Rondeletij Langlechtechttschal
·22·
Concha longa Zoographi.
·23·

striata priori similis est, nisi quod illa aliquot lineas tantum à latere ad latus per striarum transuersum ductas habet. hæc non lineas simplices, sed virgas latas sicuti fascias per transuersum ductas habet. Est etiam ruffa, vnde Concha striata, fasciata, & ruffa dici potest. Tertia Concha striata cæteris longior est, oui figura testis multum cauis, canaliculis patum profundis, aliquot lineis per transuersum ductis. Cùm qua non parum similitudinis habet hic à me adiecta, colore caudido: prone datur & supine His striatis Roudeletij subiecit speciem illam Zographus, quam Venetijs rotundæ nomine pictam accepit Istiusmodi Concham à figura quam habet cum bucardio lapide, bucardiam nominare soleō. Colore est (de mea loquor, nam Zographi Concham, licet eandem arbitrer, non vidi:) candido, fascijs vero cinereis, strijs ferrugineis. Ex eodem plane genere est altera subsequens, nisi quod tuberosa est. Nos etiam alias adiungemus depictas, quæ & colore, & magnitudine striarum, ac fasciarum positu differunt ac colore. Prior exterius exochas habet, & fascias quatuor nigricantes. intus tota candida. Altera etiam exochas habet, & parte superiori qua connectitur, colore est ferrugineo, intus albo & viridi. Sequitur has Concha striata candida & admodum lucida, fasciam in medio habens latam castanei coloris, cuius medium percurrit linea castanei coloris valde saturati: circumferentia fasciæ tota est ferruginea: intus vero tota alba Huic valde similis quæ deinceps depingitur, magnitudine nimirum, exochis, atque strijs. duas habet fascias tenues: alioqui tota niuea. Quæ deinceps depicta est quatuor habet fascias castanei coloris intus tota candida Striatis item adiungenda istæ Concha Pectiniformis, tota ex cinereo lutescens, fascijs tribus ornata ochreis. Necnon & ista, extra ferruginea, intus albo, & purpureo violaceo varia, intus animans conspicitur, luteo, cæruleo, & rubro varium. Huc denique pertinent Conchulæ striatæ binæ postremæ, quarum prima colore prorsus est ferrugineo, altera ex luteo cinerea, strijs cinereis, fascijs fuscis, rubeisque.

Concha striata, fasciata, ruffa.

Cap. XLV.

DE CONCHA ECHINATA.

Echinatam Concham, inquit Rondeletius, ab asperitate vocamus, sicut aculeatam ab aculeis vocare possimus. In hac Vniones reperiri testatur *a* Plinius. Nam & Iuba tradit Arabicis esse Concham similem Pectini Insecto, hirsutam Echinorum modo, ipsum Vnionem in carne ipsa esse grandini similem Hæc Cōcha Pectini similis est, testis admodum concauis, striatis, in ambitu incisis. In strijs siue exochis eminent aculei frequentes, incurui, certis interuallis à se dissiti, qui si vi, aut alia ratione excideriut, vestigium sui relinquūt. Quod à me temere dictum non est, sunt enim qui putant Conchas omnes striatas aculeis illis armatas esse, sed crebro attritu & maris iactatione rumpi, quod falsum esse experientia docet. Nam in Echinatis fractorum aculeorum vestigia semper apparent: Conchas vero striatas eautum etiam post magnas procellas in littore sæpissime videas sine vllis aculeis, eorumue notis. Vidimus etiam sæpe Conchas striatas sine vllis aculeis retibus captas. Quare hanc à cæteris differre certum est, asperitate & aculeis, carne vero interna substantia plane similis est, Hæc Rondeletius, cuius iconem addere superuacaneum existimaui, cum ex eo sit genere, quam hic claussam vtraq; testa, mox apertam repræsentamus. cui & aliam adiunximus aculeis albis, fascijs quinque. quatuor tenuioribus & luteis, vnà lata castanei coloris. Notandum autem est aculeos esse in exochis, & non in strijs seu canaliculis: præterea eos omnibus, quas hactenus vidimus, superiori parte testatum, qua sibi inuicem connectuntur, deesse mira naturæ prouidentia. siquidem si hac parte fuissent, liberæ testarum apertioni impedimento fuissent. Quam hic cum animali appinximus, aculeata maxime omnium quas hactenus conspeximus, existit, ferrugineis aliquot fascijs insignita exterius est. His adiungere volui eam quam Zographus Venetijs accepit, non putat tamen in Adriatico aut, mediterraneo mari inueniri, sed Orientali Oceano Testæ vtræque inquit, figura tum foris, tum cauitate interua, quæ caput versus recurua est, inuicem similes sunt hoc pulchrum in eis: tribus in summitate articulis ginglymo iunguntur, ita vt eminentes vtrinq; mucrones mutua insertione vterque in oppositæ testæ acetabula, cohæreant: atq; ita fit vt quoniam Concha tota alternatim & strijs eminentibus exasperatur, & canaliculis cauis (quos & striges vel strigiles dixeris) sulcatur, infima parte strigiles oppositis committantur & respondeant strijs, his prominentibus, illis subeuntibus.

Nominis ratio.

a Li. 9. c. 35.

Aculeos omnes habere falsum.

Cap. XLVI.

DE CONCHA SQVAMOSA.

Hic Concham delineatam exhibeo, à nullo adhuc quod sciam, authore visam, quam squamosam nuncupaui, propterea quod strijs seu lineis semicircularibus, squamarum in modum sit exornata Huius icouis particeps fum factus à nobilissimo atque doctissimo plenoque humanitatis viro Daniele Barbaro olim Aquilegiæ Patriarcha vigilantissimo.

Cap. XLVII.

DE CONCHIS LONGIS.

Conchas longas duas enumerat & describit Rondeletius. Prior duabus magnis & longis constat testis. Chamæglycimeridi similis est sed testæ multo spissiores sunt, magis rugatæ, colore vario, in ambitu rubescente, in medio albescente, intus candido cum læuitate. Ex qua calx conficitur: & optima dentifricia ex eius cinere parantur. Altera, quam Concham longam Plinij Rondeletius existimat, quod nulla sit hac longior & strictior, testa est alba, aspera, lineis multis & diuersis distincta. Qua parte replicatur, foramina multa habet, ordine disposita Monspelieuses Culliet vocant frequenter iacentes reperiuntur in littore prope Massiliam. Hanc Bellonius Dactylum seu Vnguem existimauit, sed falso, vt recte contra eum scripsit Rondeletius. Neq; enim audiendi sunt, qui his quinq; vocibus, Aulo, Dactylo, Solene, Douace, & Concha longa, Plinium seorsum ad hunc piscem significandum vti volunt. Neq; illud recte ab alijs scriptum est, Digitos Conchas longas vocari. Nam *a* Plinius diuersis in locis de his locutus est, vt de diuersis rebus. Iecinoris doloribus, inquit, Scorpio marinus, in vino necatus vt deinde bibatur: Cōchæ longæ carnes ex mulso potæ, cum aqua pari modo, aut si febres sint, ex aqua mulsa Deinde multo post: Mares alij Donacas, alij Aulos vocant fæminas Onychas. Vrinam mouent mares dulciores fæminæ sunt & vnicolores. Verum de hoc Plinij loco quid Rondeletius & ego sentiamus postea planius exponemus. His longis Conchis Zographus eam speciem adiunxerat quæ in dulcibus aquis reperitur: cuius testam altera eius parte interna expressam exhibet. alteram non vidit: sed binas similes esse putat, & ginglymo articulari superficies externa scabra est, vt ait, qua demptæ interior leuis candicat, Margaritiferæ Conchæ instar: & si bene, inquit memini, in his etiam Conchis Margaritas exiles iuueniri aiunt Ego quinque species longarum obseruaui, quarum quæ prima tabula exhibetur omnium maxima, meo iudicio vera Plinij Concha longa fuerit, colore est extra albo fuscoq; varia, intus fere roseo colore. Animante suo prægnans est. In secunda tabula prima, ea est quam Roudeletius alteram constituit. hæc enim Gallis Collier à figura Cochlearis, quæ est in summitate, dicitur. Quinq; digitorum est longitudine, latitudine pollicis. Testa est tota alba, lineisque multis transuersis, longisq; distincta. qua parte replicatur; foramina multa habet, ordine disposita vt in aure matina: quæ à natura fortassis facta sunt, vt aer ingrediatur perspirabilisque sit Concha apparent enim hæc foramina interiora Conchæ penetrare, vt in eiusdem Conchæ interna parte secundo depicta loco videre licet. Secunda priori similis est, nisi quod longe latior sit, foraminaq; plura in parte habeat superiori. parti internæ inluat quidam exigui sinus, in quibus animalcula latuisse aliquot verisimile est. Postrema minor superioribus est, sed nulla habet foramina.

Cullier. Vnguis siue Dactylus Bellonij.

a Li. 32. c. 9.

Cap. XLVIII.

DE CONCHA PICTORVM.

Inter Conchas, inquit Rondeletius, eam numerat Aristoteles, qua pictores vtebantur non in diluendis aut asseruandis coloribus, ad quam rem hodie pictores Musculorum testis vtuntur: sed cuius testæ radebantur, quod conficiendis coloribus vtiles essent, ne quis existimet ex iuterno corpore saniem aliquam veluti ex Purpuris aut Buccinis infecturæ vel picturæ vtilem colligi Verba sunt *a* Aristot. Ὧν δὲ οἱ γραφεῖς ὀστρέῳ χρῶνται πάχεσι πολὺ διαφέρει, καὶ ἔξωθεν τοῦτο τὸ αὐτὸ ἐπιγίνεται εἰσὶ δὲ τὰ τοιαῦτα μάλιστα τοῦ τῆς πίνης τοῦ τοῦ κυρίου. Concha quæ pictoribus vsui est, crassitudine plurimum excedit: & florem illum non intra testam, sed foris habet, reperitur id genus maxime circa Cariam. Huiusmodi est Concha, quam hic proponimus, testis spissis, intus læuibus, foris inæqualibus & asperis, Cinnabaris aut Sandarachæ colore, figura Spondylorum aut minorum Ostreorum. Hanc accepi à Guilielmo du Choul Allobrogum præfecto. Hæc Rondeletius. Ego aliam addo vna cum animali depictam à Daniele Barbaro Patriarcha Aquilegiensi, mihi missam, cuius testa est musco obsita.

a Hist. 5. cap. 15.

Cap. XLIX.

DE CONCHA CORRALLINA

Rondel.

Conchæ supradictæ (nimirum pictorum) similis est hæc quæ in mari nostro reperitur, colore scilicet. rubra enim est, corallum plane imitata, vnde Corallinam nuncupauimus, figura dissimilis: externa enim testarum parte Pectinem referr: nisi quod hæc striata non est, sed lineis tantum aspera, & tuberculis rubris inæqualis, intus læuissima, candidi marmoris colore. Spondylorum modo colligantur testæ vinculo nigro: tenues sunt sed satis duræ. Caro dura,

TAB: XII.

Concha corallina tuberculis rubris mucrsa. parte candida, & ora purpurea.
Corallen Meuschaln mit Zobten flecken

·4·



·5·

Concha pictorum Rondeletij
Mahlen Meuschaln
·1·



Conchae pictoricae similis musco obducta.
·2·

Concha corallina aspera.

Concha corallina nostra.
Corallen Meuschelln
·3·

Concha corallina Rondeletij.



Concha rugata Rondeletij
·6·

Balanius Bellonij
·11·

Concha rugata Ronb.
·7·

Concha rugata nostra.
·8·

Concha rhomboides Zoographi.
·12·

Concha Rhomboides nostra.
·13·

Concha rhomboides Rond.
·10·



Conchula rugata Zoographi.
·9·

·14·

·15·



Concha crassa tasta Rondel.
·23·



Concha fasciata nostra prima.
·24·



Concha fasciata Ronde.
·19·

Concha galades Rondeletij
·18·



Concha romboides nostra alia hirsutior.

Concha fasciata nostra tertia.
·26·

Concha fasciata nostra secunda.
·25·

Concha fasciata nostra authoris secunda.
·21·



Concha fasciata authoris prima.
·20·

·17·



·16·

Concha fasciata nostra quarta.
·27·

Concha fasciata nostra quinta.
·28·

Concha fasciata authoris aliae.
·22·

Concha tenuis testae Meuschal mit dünnen Schalen.

Concha fasciata nostra septima.
·30·



Concha fasciata nostra sexta.
·29·

·34·

Concha clathrata Crassa testâ.
·31·

·33·



Concha clathrata crassa testa maior.
·32·



odore viroso, sapore salso. Raro repetitur hæc Concha, & vix nisi post diutinos Austri flatus, & Caniculæ exortum in littus eijciatur. Simillima nisi eadem est, à me apposita: quæ vero secundo loco picta est ex eodem genere est, cæterum Echinata ac velut foraminibus peruia. Postrema prone item & supine picta, cum Rondeletij Concha eadem est, intus nimitum candida, extra coralli modo rubra.

CAPVT L.

DE CONCHA RVGATA, *idem.*

MAgna hæc Concha, & lineis multis & elatis per transuersum ductis, valde rugata est: testis valde spissis, intus leuibus & splendoris argentei, qua parte Concham Margaritiferam, matrem Perlatum vulgo dictam refert; per ginglymum articulatur: testarum enim in summo apophyses vicissim recipiunt & recipiuntur: quibus accessit vinculum robustum, dicas esse dentes pectinatim coeuntes Testæ ob spissitudinem in laminas & frusta dissecantur; ex quibus sphetula precum conficiuntur, & dentiscalpia, quemadmodum ex matre Perlatum, sed non adeo splendida. In hac Concha Vniones reperiri, non dubito.

CAPVT LI.

DE CONCHVLA RVGATA.

NOn ab imo ad summum, inquit Rondeletius, lineas ductas habet hęc Conchula, sed à latere ad latus multas veluti rugas sparsim & sine ordine: quarum quædam imperfectæ sunt, & in mediam testam desinunt. Testæ non sunt tumidæ & in dorsum elatæ, quemadmodum striatæ omnes; sed depressæ colore vario; sunt enim ex albo cinereæ & ad liuidum accedentes. Labra testarum crassa sunt & tam arcte connexa, vt sine vi non aperiantur, facilíusque rumpantur testę quam patefiant, quod à Chamarum natura prorsus alienum est, quarum testæ hiant. Vnde eos errare cõstat (Bellonium taxat) qui hanc Conchulam pro Chamepeloridẽ exhibent. Hæc Concha arenę modicum recipit per rimam: aquam fugit ore quod illic situm est, rotundum & in ambitu sinuosum. Has Conchas Veneti Biuerones, & Piuerones vocant, Massilienses Clonissas, Ligures Arsellas. De eadem hæc Bellonius. Regias aut basilicas Chamas Galli Pelourdes, aut Peloridarum vocem accedentes dixerunt (Rondeletius mox Conchulam vatiam Gallicè Pelourde nominat, & è luto erui scribit (Massilienses Clonissas, Veneti Biueronos, Genuenses Arsellas, Hispani Armillas: Anconitani, Rauennates, & Ariminenses Pauerazos, quasi pauperculos nominant, quod illic nimium populatis; pauperibusq; offerri solita sit. A luto autem in quo tum manibus, tum retibus euertuntur, nomen habent: πολὸς enim lutum est (Reprehendit hanc etymologiam Rondeletius, vt postea audiemus.) Alij dictas à Peloro monte Siciliæ volunt. Differt autem à Calcinellis (Chamis pipeperatis) quod turbinatiori & grandiori corpore constent. Calcinellæ enim (quæ & Biuerazæ dicuntur) compressiore sunt forma, testa translucida ac multo quam Chamæleios teneriores. Media autem est inter asperam & læuem constitutione & natura. Non enim ita horret vt aspera: neq; ita glabrescit vt læuis. Albo præterea ac fuluo emblemate distinguitur: vnde Cappatozolam (Chamam læuem quoq; Capparozolam vulgo dici, alibi scribit, quæ quidem Venetijs Cappæ grossæ & Rozzolæ vulgo dicuntur, ab eruditis quibusdam illic Pelorides existimantur, & à Græcorum vulgo hodie ὀρυκτὰ dicuntur, hoc est fossiles, nam in fundo seu limo maris à fodientibus eruuntur. Testam earum læuem & albam esse arbitratur Zographus) dici puto, quod ex rubro subfulua sit: Eius autem caro durior est quam læuium Tellinarum & Peuarazarum. Emollite aluum traditur. Sed & Diphilus copiosum bonumq; succum gignere tradit, & stomacho gratum, nec facile excerni. Hæc Bellonius. Conchulæ rugatæ Rondeletij, aut eandem, aut plane similem apposuit hanc depictam Zographus. Ex eodem genere est, à me adiecta alia.

Vtà Calcinellis differant.

CAPVT LII.

DE CONCHA RHOMBOIDE, *vel musculo striato.*

QVam hic modo ex eodem Rondeletio repræsentamus, Veneti Mussolo vocant; Græcorum vulgus Calagnone, apud Monspelienses ἀνώνυμον est. Falso Βάλανον quidã (Bellon intelligit) vocant: nã nihil similitudinis cum quetnis glandib habet; neq; in saxorum rimis nascitur, φ temere nonnulli asserunt, neq; testa læui contecta est, neque huius caro tenera est, neq; palato grata, quod de balanis scripsit Athenæus, sed dura, virus olens, atque insuauis. Opinionem etiam eorum, qui Spondylum appellant, satis refellit testarum connexus: de quo in Spondylis dicemus. Huius nomen nullum equidem apud veteres reperijt: quare musculum striatum recte dici posse putat, quod testa sit musculorum marinorum testę simili, sed spissiore ac firmiore, Præterea pars qua cohærent testæ,

Contra Bellon. Balanum non esse.

Spondylũ non esse.

A recta est, fere veluti in musculis, altera parte rotunda: recta fere inquam, dempto testarum capite, quod in angulum satis prominet, vt figuram rhomboidem satis apte tota testa repræsentet, vnde concham rhomboidem proprie appellari posse putat. Ab angulo capitis testarum ducuntur paruæ striæ, aliæ rectæ, aliæ obliquæ. Tota Concha nigricat. Dura est admodum carne, si cum alijs musculis comparetur. Rara est hæc concha; quod in alto mari degat. Hæc ex Rondeletio. Bellonius, vt dixi, balanum Græcis dici ait, Latinis glandem. Balanos (inquit) in genere testatorum annumerauit Aristoteles Nascuntur vt Thytya, circa rimas cauernasque saxorum quibus multum adhærent immobilesque sunt, testa læui contecti. Vulgus Græcum Calognones vocat: Veneti (apud quos frequentes sunt, Mousolos, dum fortasse mytulos dicere student: Sunt enim his satis similes Porro quercinæ glandis formam habent, vnde & balani & glandes Græcis ac Latinis dicti Sunt qui Spondylos Latinis vocari putent. Plinius vero ad diuersa animalia vtrumque nomen transfert. Columella inter concharum genera annumerat Paulus concharum genus cõdylos vocari scribit, quos B tu fortassis Spondylos dixeris. Athen à locis (inquit) sortiti sunt discrimina balani: quandoquidem in Ægypto optimi gignuntur, & suauissimi, tenelli, oriqũ ac ventriculo grati: qui & succum & alimentum præstant copiosum Decoctum eorum (vt prodit Xenocrates) aluum ciet: qui vero saxis non adhærescunt; acres sunt ac medicamentosi, magisq, aluum perturbant: atque vrinam minus concitant. Galenus eos in cibo præcipue commendat, qui eo loci prouenium, vbi aquæ marinæ admiscetur fluuiatilis, saxisque adhærent: ij namque (inquit) dulces & habiliores, plenioresque copiosum præbent succum, quo & abunde nutriunt, aluumque promouent, ori ac stomacho pergrati, teneriorem que habent carnem, & vrinam cient. Hæc Bellonius, quorum ea quæ ex Xenocrate ac Galeno recitat, referenda sunt ad veros balanos, de quibus nos postea. Iconem vero Bellonij omnisimus nequaquam, quia, vt vides, dissimilis est illi quam Rondeletius exhibuit, diuersaque ab ijs quas ego hic à me obtentatas depinxi. Bellonij concha testis est breuioribus & obtusioribus, non ita in angustum ab altera parte exeuntibus, Zoographus eiusdem generis pinxit hanc etiam concham Venetijs ad viuum effictam hac forma. Conchis istiusmodi generis addi possunt, quas hic ego addidi à nemine etiamnum pictas. In prior pars quæ cohæret testæ, recta est vt in musculis, dempto testarum capite, quod in angulum satis prorumpit vt merito rhomboides dici queat; altera pars rotunda est. Ab angulo quem dixi striæ sunt, & rectæ & obliquæ. Tota concha nigricat, partim ferruginea est: intus candicat Picta est pars conuexa, & concaua. Alia minor est; subhirsuta in quodam loco more musculorum; cætero excepta magnitudine superiori fere similis. Addidi præterea bina alia Conchatum rhomboidum genera, coloris ferrugineì, fere ad roseum inclinantis: vtraque etiam hirsuta est, prior autem vndiquaq;, altera inferius tantummodo: priori plures sunt fasciæ nigricantes: in altera tres tantum, eæq; ferrugineæ: postremo in capite differentia est penes magnitudinem, vt pictura repræsentat.

Nominis ratio.

Balani vt nascantur.

Icon Bellonij dissimilis à Rõdeletij.

CAPVT LIII.

DE CONCHIS LÆVIBVS.

D POst Conchas asperas, striatas, rugatas, quas iam executi sumus, agit Rondeletius de læuibus, & non striatis, quoniam communis præceptor a Aristoteles eas eo modo distinxerit, diuiserit q:. Ἐπὶ δ' αὐτῶν (inquit) τῶν ὀστρακῶν διαφορὰ πρὸς ἄλληλα εἰσὶ τὰ μὲν γὰρ λεῖα ἐστιν, ὥσπερ σωλὴν, καὶ μῦες. καὶ κόγχαι ἔνιαι αἱ καλάθραι γαλάδες. Τὰ δὲ τραχέα εἶναι τὰ λιμνόστρεα καὶ πίννα, καὶ χθὶν κόγχων ἔνια, καὶ κήρυκες, καὶ τριτῶν τὰ μὲν ῥάβδωτά ἐστιν οἷον κτεὶς, καὶ κόγχων τὶ χθὶ, τὰ δὲ ἀῤῥάβδωτα, οἷον αὐτὴ πίννη, καὶ κόγχων τὶ χθὶ. Quem locum Gaza iudicio Rondeletij non satis expressit hoc modo. Ipsarum etiam testarum magna varietas: nam aliæ læues, vt vngues, Mytuli, & Concharum quædam, quas galadas appellant, Aliæ scabræ, vt Ostreæ, Pinnæ, & Conchæ nonnullæ & Buccina: quædam etiam pectinatim diuisæ, vt Pectunculi & Concharum nonnullæ. Aristoteles testas diuidit in læues & asperas: rursus asperas, in virgatas & non virgatas. Sunt igitur (inquit Rondeletius) testæ quædam asperæ, & nõ virgatæ, vt pinnarum testę Sunt quædam asperæ & virgatæ; vt Pectinum testæ, quare sic vertendum fuerat: Testarum magna est varietas, aliæ enim læues sunt, vt vngues, Mytuli, & Conchæ quædam quæ galades nominantur: E quædam asperæ, vt Limnostrea & Pinnæ & Conchæ nonnullę. Et asperarum quidem aliæ sunt virgatæ, vt Pecten, aliæ non virgatæ, vt Pinna. Hactenus Aristoteles, qui virgatas testas appellat, non simplicibus lineis aut tuberculis, sed virgis elatis & strijs asperis, de quibus & de alijs aliter asperis iam diximus. Læuium inter se differentia est à magnitudine & paruitate, à crassitudine & tenuitate testæ, à colore. Quædam enim totæ nigræ sunt, quædam albæ, quædam nigris lineis distinctæ, aliæ purpureas, transuersas & rectas lineas habent: de quibus deinceps.

a Li. 4. Histor. cap. 4.

Concharũ diuisio.

Gazæ lapsus.

Læuium differentia

A

CAPVT LIV.

DE CONCHA GALADE, ET CONcha nigra Rond.

CONchæ γαλάδες (inquit) Latinum nomen nullum inuenerunt quare Gaza Latino (Græco potius) nomine vſus eſt. Has inter læues numerat Ariſtoteles, vt ſuperiori capite protulimus, fortaſſe à lacteo colore dictæ ſunt γαλάδες. Sunt enim candidiſſimæ; maximæ, & læuiſſimæ. Nonnullæ parum purpuraſcentes, quædam flaueſcentes reperiuntur, ſed intus omnes candidiſſimæ ſunt. Caro alba eſt, dura, concoctu difficilis, ſuccum craſſum gignit, ius ex his aluum mouet, ſi per ſe coquantur, vel ſine multæ aquæ admiſtione. Satis raro capitur. His Conchas nigras opponimus, quas propria pictura non egere exiſtimauimus, quod ſuperioribus plane ſimiles ſint, niſi quod intus & foris nigricant, caro quoque minus candida eſt. Vtraque non admodum coneaua eſt, & teſta vna cauitate ſua alterius apophyſim recipiente ſitmi colligantur. Hæc ille poſita hac icone.

Etymon. Color. Caro.

B

CAPVT LV.

DE CONCHA FASCIATA eiuſdem.

SVperioribus duabus ſimilis eſt Concha, quam hic repræſentamus ex eodem Rondeletio, niſi quod paulo latior eſt, quod læuibus videtur peculiare. Præcipue quinq; veluti faſcias latas à latere ad latus ductas habet, ijs ſimiles, quibus puellæ noſtræ (inquit) capillum redimere ſolent, quas vittes appellant, id eſt, vittam, vnde & hauc Concham coquille vittade nuncupant. Inde Latine faſciatam vocauimus, non inepte, vt arbitror Teſta eſt admodum læui, dura, marmorea. Hæc ſucco & ſubſtantia à ſuperioribus non differt. Huic ſimilem plane adiungimus, quam ob id peculiariter non depinximus. Differt tantum lineis purpuraſcentibus, quas per tranſuerſum ductas habet à ſummo ad imum, alias partim flaueſcentes, partim albas, intus tota violacea eſt. Teſta eſt læuiſſima, ſi qua ſit alia, tenuis. Vna linea caua alterius teſtæ longam apophyſim excipit, & ſic arcte colligantur. Sic ille. Adieci hic duas alias icones. Prior nullam habet aſperitatem & vndiquaque leuis eſt, candida, ſed nigerrimis faſcijs adornata, vt pictura indicat. Altera Concha ſiue forte chama tota candicat, faſcias habet tres nigricantes, vt icon demonſtrat. Huc deniq; pertinent tres iſtæ poſtremæ, quarum binæ roſeo, ſubcæruleo & albo variant, & velut denticulos inter zonas habent violaceos. Tertia denticulis carens, ab vno latere coloris eſt ferruginei, cætera cinerea, ſtrijs & faſcijs fuſcis.

Etymon.

C

CAPVT LVI.

DE CONCHA CRASSÆ TESTAE. & Conchis variis

RONdeletius eiuſcemodi Concham, quam iam ex eo depinximus, à Galade, & chama aſpera, neq; vita aut ſubſtantia differre ait, ſed craſſitudine tantum teſtarum: differunt tamen etiam ratione faſciarum, quæ in illis ratiores & latiores ſunt, in his plures & vnica tantum liuea conſtantes. Hæ præterea lineis aliquot à latere ductis diſtinctæ ſunt, nihilominus tamen læues. Ex his vſtis & in cinerem redactis Rondeletius præſtantiſſimum antiſpodium fieri ſcribit, quod in Spodij veri vicem commode vſurpatur. Fieriq; ex his dentifricia & exſiccantibus admodum medicamentis vtiliſſime admiſcentur, fieri denique ex ijſdem calcem. Ego huic Rondeletij figuræ quinque alias addidi, licet fere diſſimiles: craſſas enim teſtas habent. Prior faſcias habet nigras, interualla vero partim candicant, partim purpuraſcunt, ſicut etiam lineæ quædam eodem colore decorantur. Intus tota candicat. Altera lineis per tranſuerſum ductis, nigris: intus candida. Tertia denſam admodum & opacam habet teſtam colore nigro in ſuperiori & anguſtiori parte: cætero ſubtubet & ad ferrugineum vergit. Quarta multo præcedentibus craſſior, nigra infra, candida ſupra: faſciæ infra denticulatæ ſunt. Quinta ſecundæ quodammodo ſimilis eſt. Similis vero in primis Rondeletij iconi eſt muſculus eiuſdem, vt proprio loco videre licet, ſed is teſtam habet tenuem & ſubtilem Craſſas etiam teſtas habeut binæ iſtæ Conchæ nigro, albo & ſubrubeo variæ, vti quoque iſtæc clathrata, cólore fere ſubroſeo: craſſiſſimam vero omnium clathrata poſtrema colore tota ferrugineo.

D

E

CAPVT LVII.

DE CONCHA TENVIS TESTAE.

TEnuis teſtæ Coucham nominare libuit eiuſcemodi Conchã à teſtæ tenuitate ac fragilitate. Genuenſibus Datteri dicuntur, forte quod Dactylorum more inuicem hæreant. Vnde ex Mytulorum genere eſſe apparet. Extra colore ſunt fœdo, lutulento, cinereo, intus argenti modo reſplendent. Pinguntur hic aliquot inuicem adhærentes, atque vna ſeparatim aperta, quo modo alas auium exprimunt. Debeo hoc Couchæ genus Bernardo Caſtelletto Genuenſi, cuius viri humanitatem & indefeſſam ſtudioſos iuuandi voluntatem nunquam ſatis laudare poſſum.

CAPVT LVIII.

DE CHAMIS IN GENERE.

SYNONYMA.

Nominis ratio.

Pro Vaſis genere.

Concha ceramiſ.

χημεία.

Chameleos, Chamepeloris.

Hiatula.

Chamæ peuerazę vnde dictæ.

XΉμη Suidæ oſtrei genus eſt. Alibi vero χημὼς ab eo exponitur ὁ ἰχθύς, id eſt, piſcis, ſed corruptum eſſe tum vocabulum, tum interpretionem arbitratur Zographus: quoniam χήμας boni authores paroxytonum ſcribunt in accuſandi caſu multitudinis, non pro piſce, ſed pro Conchis. Varino χήμη, eſt χάσμη, id eſt, oſcitatio. Plinius ſane Conchas Margaritarum pandere ſe dixit, quadam oſſitatione. Vtrumque fieri videtur a verbo χάινειν. A χάω enim, χῶ quod eſt χωρῶ (hoc eſt capio) fit χάινω, vt a χέω, χεάνω, ῥῶ ῥαίνω. Ab eodem verbo χῶ fit ſecundum Euſtathium etiam χήμη, τὸ ὄστρακον, ἀπὸ τοῦ κεχηνέναι vt patet (inquit) ex Athenæo. Sed videri poteſt (vt Zographus iudicat) Chamæ a verbo χῶ deriuari in vtrauis ſignificatione: hoc eſt, ſiue quoniam hiant, ſiue à capacitate. Caua quidem, & capacia omnia, hiare videntur: ſicut & caua animantium ora hiant, cum accipere aliquid aunt: & licet Conchæ omnes, tum cauæ, tum ad capiendum aptæ ſint, Chamis tamen priuatim hoc nominis contigit, forte tanquam maiuſculis, & capacioribus Galenus in Gloſſis χήμλω κεραμίδα, τὴν κοιλοτέραν κόγχλω, καὶ μείζονα: nimirum pro vaſis genere, capaciore, quam Concha communis ſit. Cæterum pro κεραμίδα (κεραμὶς, vel κεραμὶς, nihil quam cauernam ſignificat) legerim ego (inquit) κεραμίδα, hoc eſt figlinam, vt Concha figlina (à figulo facta) maior intelligatur, quam marina, & naturalis Concha, nam in eodem libro, ſic habet Galenus, κόγχλω κεραμίδα, ἡδὺ πλέον δηλοῖ τὴς κεραμίδος: hoc eſt, Concha, ceramis idem, quod ceramis ſimpliciter ſonat Sic & latine vas figulinum, aut figliuum ſimpliciter dicas nihil intereſt Hæc Zographus. χημείαν interpretantura liqui argenti, & auri præparationem, quam vulgo chymiſticam, vel alchymiſticam autem nominant: quaſi à chymis, & liquoribus quos parat, nomen hoc tulerit. Sed χημεία cum ἦτα habeat in prima, aliunde dicta fuerit, forte quod vaſis illis, quæ vulgo crucibula nominant, fundendis metallis idonea, ſubinde vtatur. Hæc enim χήμας, & χήμας κεραμίδας vocari. Latine efferri poteſt Chama, aut Chama, aut Cheme, & diminutiuum, chamula, vt à Concha conchula. Apud Plinium compoſita videntur chameleos, chamepeloris, &c. quæ quidem Græca ſunt, & Græcis in compoſitione non vſitata, quod ſi quis ita voluerit vti, caſus obliquos etiam ex integre inflexis componat, vt chameleon dicat, & chameleas, &c non vt quidam recentiores chameleon, & chamęleos, inepte. Sed omnino præſtabit diuiſis vocabulis efferre. Chama fœmininum eſt. λεῶν, id eſt, læuis, communis generis, Attice: communiter maſculinum eſt, & fœmininum facit λεία, quare, & χήμη λεῶν, & χήμη λεία recte dixeris. Gaza non modo Chamam teſtaceum animal hiatulam conuertit, ſed etiam chamem piſcem alicubi ſimiliter. Nos Græca vocabula retinere præſtiterit. Plinius etiam aliquando cluſiles mordaceſq; Conchas ceu mitulos vocaſſe videtur. Scribit enim in purpurarum naſſis eas ineſſe, quod Oppianus de Strombis, & chamis, ait In exiguis naſſis inquit:

Στρόμβους συγκείλαντες ἅμα χήμησι πίδεντες.

Bellonius vulgus Gallicum in chamis nominandis, cũ Italico conuenire tradit: ſiquidem noſtri, inquit, maiores chamas des flammes, minores vero des flammettes nominant, quod cum iure incoctæ, non ſecus ac piper fauces, & os inflammare ſoleant. Italicum vulgus maiores chamas Peuerazas, quaſi piperatas, nominat minores vero Peuerones, quod piper haud tantopere redoleant. (Rondeletius conchulas rugatas, quas ſupra exhibuimus, à Veuetis Pinerónos dici ſcribit.) Harum enim è mari recens aduectarum carnem quicunque paulo liberalius deguſtauerit, quendam ſiporem in eis gratum, ſed gulam prouocantem, ac piper redolentem comperiet. Cæterum, quæ chama Latinis dicitur, eadem Latinis cappa, Gallis autem coquille appellatur. Alias autem his congeneres Itali addito cognomento cappas ſanctas, capperozolas, cappas longas, & huiuſmodi vocabulis nominant, de quibus eſt ſeorſim diſſerendum. Hucuſque Bellonius. Et in ſequenti capite de piperata chama rurſum: Chamam piperatam Veneti Beuerazas, vel peuerazas vocant ad diſcrimen maiorum, quas Biueronos appellant. Sed ſi vel Beuerazæ, vel peuerazæ dicuntur, quod fauces inflamment, & piper redoleant, vt ille vult, cur eſt itaque quod pipere condiantur: hoc enim eſſet oleum addere igni: quamobrem

quamobrem ita dictas puto, quod pipet pro condimento, eis adhibeatur. Zoographus Germanice Mascheln dici posse ait: attameu id nomen nimium patere: contrahi autem, si differentiam addamus, ita vt Conchæ proptie dictæ, cognominentur rotundę, runde Muscheln: chamæ vero longæ, lange Muscheln. Licereque & Italos imitari, Pfeffer Muschelu: vel etymologiam Græcam, Gynmuscheln, (vel euphoniæ gtatia, n in m mutando Gym Muscheln,) uam gyuen, vel ghinen nobis, inquit, hiare est, verbum (vt apparet) à Græco χάινειν desumptum. Spartianus Ostreas, & Liostreas cum dixit in Heliogabalo, chamas tracheas, & chamas leas intellexit, inquit Hermolaus, etiamsi lithostreæ scriptum erat? id ex Atheneo sumitur, qui ait, chamas Ostrea tracheas quandoque dictitata.

GENVS. DIFFERENTIAE. *forma.*

a L. 15. c. 12.

Chamarũ varietas.

SVper Chamarum diuersitate hæc omnia nobis reliquit a Aelianus: Chamæ marinæ, & variæ & multiplices sunt: aliæ asperæ, aliæ lenes; quædam digitorum compressu confriuguntur: aliæ vel saxo ęgre conteruntur Quædam ipsarum nigerrimę sunt, nonnullæ argentei coloris similitudinem gerere videntur, aliæ vtroque colore mixto insignes Ac quemadmodum earum est varium & multiplex geuus, sic multas, & diuersas sedes habent. Quędam enim in littoribus dispersæ iacent in arena, vel in limo quiescunt. nonnullæ sub algam subiciuntur, aliæ in limo commorantur: aliæ saxis tanquam mordicus adhærent. Æstiuo tempore, cum incipit messis, in Istrico mari gregatim natant, & leuiter feruntur, cum ante id tempus sua sibi mole graues efferri non possent. Euri, Boreæ, & Austri idcirco fugientes sunt, quod eos ventos ferre non possint Contra ex tranquillo mari mirifica voluptate afficiuntur, & Fauonij mollibus auris afflari gaudent: camque ob rem in latebras abditæ, & suis conniuentes testis, cumà tempestatibus mare seuiunt conquiescere, & Fauoniũ flare, tum relictis sedibus, ad summam maris aquam natant, & apertis testis eminent, (sic tanquam, vel spousæ è thalamis prodeunt, vel rosæ ad Solis radios exporrectæ ex inuolucris, seu calycibus suis crumpunt,) & quiescentes ventum expectant placidum, ac secundum, qui si contigerit, alteram Concham substernentes, alteram erigentes, hac pro velo, illa pro naui ad nauigandum vtuntur, vt si eas procul videas, sic per tranquillum mare natantes, classem nauium existimes. Quod si nauem ad se accedere sentiunt, aut belluæ impetum, aut valentioris piscis natatione metu perculsæ contractis vno impetu testis, frequentes delabuntur, & occultantur. Hæc omnia Ælianus. Athenæus quoque varias differentias ponit in tertio, Hicesius, Erasistratus (inquit) Chamarum alias dicit vocari asperas, alias regias; asperas quidem mali esse succi, pauci excrementi, facile excerni, ipsis pro esca eos vti qui purpuras piscantur. Læuium autem præstantiæ differentias magnitudine æstimari. Et aliquanto post ex Diphilo: Chamarum crassiorum (χημῶν δὲ τῶν παχεῶν) quæ paruæ sunt, & tenui carne (Ostrea vocantur) stomacho gratæ sunt & excretu faciles. Crassas v. quas & regias & pelorias appellant, multũ nutriunt, difficile excernuntur, boni sunt succi, stomacho cõueniunt, præsertim magnæ. Priore loco chamæ in asperas, & regias diuiduntur; videntur q; læues pro regiis accipi. Posteriore in crassas paruas & crassas magnas, quæ cum læuibus eædem videntur. A Plinio species hæ numerantur, Chametrachea, chamæleos, chamæpelorides, generis varietate distantes, & rotunditate, chamæglymerides. Rondeletius ita distinguit; vt chamarum aliæ læues sint, aliæ asperæ. Læuibus chamæpelorides, & chamæglycymerides subiungit Quid vero chamis sit proprium, quo à Conchis quibus in multis similes sunt, distinguantur, sic inquirit idem Rondeletius Athenæus, τῶν δὲ χημῶν μνημονεύει Ἴων ὁ Χῖος ἐν Ἐπιδημίαις. καὶ ἴσως ἔτυς ὀνόμαζαι τὰ κογχύλια πτερὰ τὰ κεχηνέναι: id est, Chamarum meminit Ion Chius in Epidemijs, quæ fortassis χήμαι à Græcis nominatæ sunt ἀπὸ τοῦ κεχηνέναι, id est, ab hiando. Id etymum secuti quidam Hiatulas latine appellant: sed cum eadem voce etiam channæ nuncupentur, quæ à Chamis maxime distant, vt in priore operis nostri parte ostendimus, tutius esse puto Græca appellatione vti, Plinij exemplo, à quo chamæ nomiuantur, & chamæpelorides, & chamætracheæ atque aliæ eiusdem generis. Chamæ igitur, etsi Concharum generi subsint, hoc tamen à cæteris Conchis distabunt, quod sempet hiant, & testas apertas habent Quod ad formam earum attinet, cum tanta sit earum varietas, & tam parum certas, & distinctas notas nobis super eis veteres reliquerint, doctissimus Rondeletius, certe aliquid de iis velle statuere, perdifficile esse recte quidem iudicauit, cæterum non erat propterea temeritatis, ac immmodestiæ accusandus Bellonius, quem (vt solet) tacite mordet, quod pro chamis Concha speciatim dictas vsurparit: nam & veterum quidam id fecere, vt Galenus in glossis, κόγχον, τὴν κόγχλιν τὴν χήμιλιν dixit: idque Varinus repetit: apud quem alias etiam quemadmodum quoque apud Hesychium Conchas inuenio interpretari χήμας. Idem Rondeletius in capite de chameleia: Chamas easdem esse cum læuibus Conchis, quæ γαλάδες dicuntur, falsum esse ait, quoniam Aristoteles (cuius verba supra citauimus) à Conchis chamas seiunxit. Sed Aristotelem aliquis dixerit (inquit Zoographus) Conchas à chamis distinxisse quidem, sed specie potius, quam genere, & nihil prohibere, idem nomen tum generi toti, tum speciei sub eo vni attribui. vt inualidum hoc Rondeletij argumentum sit. Cum itaque vix vnam nobis notam reliquerint antiqui, qua chamas in Conchis distinguat, Marcellus Virgilius Græce, & Latine peritissimus in suis in Dioscoridem commentariis, ab iis abstinuit, earundem distinctiones peritioribus relinquens. In genere (inquit) minorum ostreorum chamæ sunt, tanta cum alius affinitate, vt facile in antiquis scriptoribus confundatur eatum historia. Nihil difficilius iu tota huiusmodi rerum commentatione, quam in appellationibus his concordem veterum historiam ostendere. Obid peritioribus relinquemus. Hactenus Marcellus. Quapropter minime etiam miratur Hermolaum Rondeletius, virum optimarum rerum cognitione præstantem in suis in eundem Dioscoridem corollarijs de ostreis, & conchyliis paucissima scripsisset, opia & varietate eorum, vt opinatur, deterritum. Ego à Conchis, hiantibus oris discerni chamas existimem, cuius opinionis quoque fuisse videtur Andreas Matthiolus; qui sic nobis de eisdem scriptum reliquit: Quanquam chamæ inter cætera Conchyliorum genera longa descriptione ab Atheneo referuntur: nihilominus tamen tot huiusmodi testaccorum habentur species, vt non facile sit eas inter se distinguere. Cæterũ præter cæteras Conchas id sibi peculiare asciuere chamæ, quod plerumque in littore hiantes inueniuntur. Idcirco eas recte chamas dici posse putauerim, quæ in marinis oris, pandentes sese, læui testa contectæ reperiuntur. Harum quamplurimas ipse vidi in Adriatici littore, Verum quoniam nulla alia facultate sunt præditæ, præter eas, quibus & reliqua Concharum genera commendantur; ideo non est, vt plura de his dicamus. Hucusq; ille. Quemadmodum veto hient chamarum genera, in singularum fere historia patebit.

Gregatim natant. Ventos quos nam fugiant.

Cautio, & sagacitas natutæ.

Differẽtiæ ex Athenæo

Differẽtiæ secundum Rondeletium.

Chamæ nomen à Latinis vsurpandũ.

Bellonius defenditur

Hermolaus.

A Conchis oris hiantibus discerni Chamas.

VSVS IN CIBO.

CHamæ Ephesiæ commendantur ab Archestrato, vt & mituli (μύες) ab alijs: de quibus Hicesius: Mituli (inquit) Ephesij, & similes eis succi bonitate, vt pectinibus præstant, ita inferiores sunt chamis. Athenæus aluum simul & vrinam cicere scribit è cõchyliis præcipue mitulos, ostrea, pectines, chamas Dioscorides vrinæ non meminit, sed chamarum, aliarumque conchularum in exigua aqua decoctarum vis aluum mouere ait, & cum vino assumi. Brasauolus chamas dicit esse paruas Conchas, quæ passim peuerazæ vocantur; & ex his, vel tellinis, (quæ vulgo peueracinæ) vel illis, quæ cauæ vulgo vocantur, circiter triginta in quatuor aquæ vncijs ebulliri, vt ab ipsis aqua marina exeat, quæ aquæ miscetur: postea cum decoctæ fuerint, ius in cyathum fundi, & optimi vini dimidio cyatho addito, bibi: idemque ius solum sine vino præstare: atque id non solum ratione salsedinis vel aquæ matinæ, sed quia concharum etiam substantia emollientem quandam naturam habeat. Sic fere ille.

Aluum, vs mouent

CAPVT LIX.

DE CHAMIS IN *specie.*

ET PRIMVM,

DE LAEVI.

CHameleia à testæ læuitate (inquit Rondeletius) nomen inuenit. Testa duplici constat, Conchis læuibus, quæ galades dicuntur, similis est. Ab his testarum fragilitate differt: digitorum enim compressu frangitur facile, quod in Conchis, & pectinibus non euenit. Intus & foris candidissimæ sunt, caro quoque intus candida, in qua duo foramina cernuntur: alterum os est, alterum excrementi meatus, vtrumque sinuosum est, vt dilatari, & constringi possit, hoc ad attrahendum aquam, illud ad reiiciendum excrementum. Habet & μήκωνα, vt Conchæ cæteræ. Latere magis protuberante semper hiat In arena cum tellinis capitur, qua de causa sæpius aqua pura elui debet, ad arenam expurgandam, qua expurgata dulcis est, & tenera, alioqui vix edi potest. De eisdem Bellonius sic scripsit. Omnium Conchatum albissimæ sunt, quas Chameleias Græci vocauerunt: Galadæ autem Aristoteli (vt reor) dicuntur. (quam opinionem reprobat Rondeletius, cuius Concham Galaden supra depinximus. Tantam magnitudinem adipiscuntur in Oceano, vt quaternorum digitorum latitudinem senorum vero longitudinem exuperent. Quæ res multo perspicacius innorescet ex ijs, qui à Diuorum Iacobi, aut Michaelis persolutis votis rẽdeuntes, testas ea qua dixi magnitudine de suis pileis appendunt. Frequentius Romæ, quam in quauis alia vrbe diuenduntur cum tellinis, ac pectinibus: magnitudine quidem iuglandis, corpore fere obiculari, glabro, fragili, pellucido, rotundo, labris ac testa tenuibus, læuibus, non autem denticularis. Facile à calido tanguntur: quamobrem mox hiantes sua labra panduut: quo fit vt parum diu absint à mari, quin exanimentur, leuique illisu frangantur: suam quoque aquam facile amittunt, multasque arenulas recipiunt, à quibus quod elui difficile possunt, vulgo respuuntur: Sed recentes, & adhuc viuæ; tellinis certe posthabendæ non sunt. Indiginæ caparozas vel caparozolas vocant Nam cappæ nomine Itali chamas intelligunt. Moueri autem à se chamæleias, ac sedem in littore mutare, compertum habeo, quæ res ei innotescet, qui has in vase aqua oppleto immer-

Descriptio

Caro

Os

Excremẽti meatus.

Latere capiatur

Galadæ quæ

Magnæ in Occano.

Caparoza.

Sedem mutant.


Chamœlea Rondeletij Ein Meuischeln.
Chamelearum albarum quatuor differentiæ.
Chama nigra latis: & altera subflauia
Chamulæ parues tres differentiæ.
·1·
Chama glycymeris Bellonij
·2·
Chamulæ aliæ exiguæ.
Chama nigra Rondeletij Schwartze Ein Meuischal.
·3·
Chama glycymeris Rondeletij.
·4·
Chamæ glycymeridi similis, seu maioris mytuli species.
·5·
TAB: XIII.
Chamæ glycymeridis alterius authoris parsexta.
·6·
Chama Peloris Rondeletij
·8·
Chamæ glycimeridis alterius authoris pars conuexa.
·7·
Chama peloris Bellonij.
·9·
Concha rugata, vulgi. pauarazzo.
·10·
Chama aspera Bellonij.
·11·
Chama aspera Rond.
·12·
Concha rugata altra Bellonij. seu Chama aspera
·13·
Chamæ striata species
·14·

immerserit, quod Veneti plerumque faciunt, vt minus exanimes seruent, neve arenis conspurcentur, aut deteriores euadant. Aetius Dioscoridem, ac Galenum secutus, chamulas vocauit. Chamarum (inquit Dioscorides) conchularumque exigua aqua decoctarum ius, aluum ciet: quæ tamen appellatio non minus patet, quam Ostreorum. Omnia enim testa contecta comprehendit: quinetiam pro testa ipsa nonnunquam accipitur. Conchylia Plinius medicus lib 5. c. 1 appellat Nihil (inquit) ex eis, quod pingue est sumant, vt Ifices, pectines, & Conchylia. Aetius lib. 2 Minorum (inquit) erinaceorum & Conchularum, vetustorumque gallorum iura ventrem deiiciunt. Porro Conchylia quædam Herodotus in montibus Ægypti nasci, ac procreari tradit. Hucusque Bellouius, sed iconem non exhibet. Habebis itaque hic prius chamen læuem Rondeletij. Addo ego aliquot alias species, inter quas, priores candidæ sunt, ac inter eas prior quinque habet fascias, minutissimasq; alias quasdam strias Altera diaphana est, maioresque habet strias. Eædem in tertia magis sunt euidentes. In quarta striæ illæ non sunt transuersales, sed per longitudinem. Quæ subinde datur, colore est nigro, altera subflauo, vtraque lineis transuersalibus. Aliæ quoque tres albæ sunt. Earumque prior in summitate nonnihil possidet flauedinis, altera nonnihil coloris castaneorum, tertia tota candida, ac diaphana. Addidi præterea multas alias admodum pusillas, quarum quatuor priores albæ sunt: sed aliæ crassioris testæ, aliæ tenuioris, aliæque diaphanæ, aliæ densæ. Inter quinque alias, quæ sequuntur, prima etiam albicat, & lineas habet admodum exiles eiusdem coloris; altera item alba oras habet castanei coloris, tertia lineas habet nigras: quarta Rondeletij chamam imitatur, sed minor est, & plures habet lineas: quinta castanei est coloris, cum fascijs quibusdam albis, vt icon ostendit Quatuor aliæ, quæ insequuntur, non omnes eiusdem sunt coloris. Prima enim, & secunda flauescunt, tertia & quarta, albo nigroque variant Postremi quaternatij duo lineas habent rectas more pectinum: duæ alteræ omnium postremæ albæ, eo modo, vt vides, variant.

Conchylia

Ventrem deijciunt.

Conchylia in montib. Ægypti.

CAP. LX.

DE CHAMA PIPERATA. *Bellonij.*

CHamam piperatatam (inquit Bellonius) Veneti Beucrazas, vel Peuerazas vocant ad discrimen maiorum, quas Biueronos appellant. Palustre est concharum genus in cœno degens, quod Anconitani, & Rauennates chalenam, vel chalcenam, nomine à chamula detorto vocitant. Biueroni autem dicuntur, vel quod ob piperis saporem sitim excitent (nos hoc redarguimus supra) vel quod illa perpetuo bibant, neque diu sine aqua seruari possint, atque in forum allatæ, & aquæ immersæ, geminam atque oblongam exerant ligulam, vt Cochleæ modo perpetuo sitientes moueri percipiantur. Supra modum fragiles habent testas, læues ac compressas, non autem vt aliæ Conchæ orbiculares: verum vsque adeo tenues, vt transpareant. Cardinibus uon iunguntur inuicem infarctis, sed neruo, vt ostrea Labra non habent crenata, sed læuia, magisque in rotunditatis ambitum circiunautur, quam tellinæ.

Chalena, & chalcena.

Biueroni vnde dicti.

Testæ.

Labra.

CAP. XLI.

DE CHAMA NIGRA, SIVE *glycymer. de eiusdem Bellonij.*

EST & alia læuis Chama (inquit idem Bellonius) à cæteris hoc distans, quod cum læuis sit, tamen & robore testæ cum aspera facile certare potest. Clonissa quidem maior est, & plerunq; nigricat. Cardinibus quoque, quibus valuas coniunctas habet, à prædictis etiam differt.

Præterea non ita vt prima læuis in rotunditatem turbinatur, nec vt Peloris plana est. Crenas haud ita profundas in labris habet Quum aurem Ælianus in chamis quasdam esse nigras, ac reliqua genera alba esse protulit, hancque vnicam pro maiore testæ parte nigricare videam, facile mihi fuit coniicere, hanc Ælianiani chamam esse, ac fortassis antiquorum glycymeridem. Nam & Peloride maior est, & dulcior: neque piperato gustu percipitur Hactenus Bellonius. Cæterum Rondeletius chamam nigram à glycymeride distinguit, & longe alias quam Bellonius, chamas depinxit, vt iam patebit.

Chamæ Ælianiani, & antiquorũ glycymeris.

CAP. LXII.

DE CHAMA NIGRA. *Rondeletij.*

ÆLianus Chamas marinas varias, & multiplices esse tradit: nam aspera sunt, inquit, aliæ læues: & hæ quidem digitorum compressu confringuntur, illæ vero vel ægerrime conteruntur. Quædam ipsarum nigerrimæ sunt: nonnullæ argentei coloris similitudinem gerere videntur.

Ac quemadmodum earum est varium, & multiplex genus, sic multas & diuersas sedes habent. Ex his colligunt nonnulli (inquit Rondeletius) chamas pro Conchulis accepisse, quæ colorum varietate à sese distant, sed non recte, vt ego quidem sentio: nam sunt vt Conchulæ, ita chamæ variæ, albæ, nigræ, ex albo rubescentes, aliæ fractu faciles, aliæ difficiles. Idem de Cochleis, & pectinibus vere dicitur Quare inepte fecerunt, qui Concham nigram (Bellonium taxat) pro chama nigra exhibuerunt, cum Conchæ rotundiores chamis esse solcant, neque hient; chamæ vero testa sunt longiore, qualis chama nigra, quam hic proponimus, testis oblongis, læuibus, duris, spissisque ac veluti marmoreis.

Contra Bellon.

CAP. XLIII.

DE CHAMA GLYCYMERIDE eiusdem.

CHamarum generi γλυκυμερίδες accedunt, Plinij & Macrobij testimonijs. Chamæ glycymerides (inquit Plinius) quæ sunt maiores, quam pelorides. Macrobius in cœna adijciali Lentuli flaminis appositas fuisse dixit, & ne quis easdem esse pelorides, & glycymeridas existimet, maiores scilicet chamas, legat Macrob. lib. 3. Saturnal Ante cœnam, inquit, Echinos, ostreas crudas quantum vellent, peloridas, Spondylos, &c. Paulo post alia edulia enumerans, glycymeridas, vrticas, &c. Sunt autem glycymerides dictæ à dulcedine, vt opinor, quod sapore sint dulci, minusque salso, quam reliquæ. Sunt qui glycyamaridas vocent, quasi ex dulci amaras. Quod si ita sit, compositum nomen ex Græco, & Latino fuerit, quam compositionem improbat Quintilianus Glycymerides igitur chamæ sunt maiores, quam pelorides testa oblonga, mytulorum fluuiatilium testæ modo, sed duriore, & spissiore, rugosa, non tamen ob id aspera, ex albo ruffescente, carne & succi bonitate peloridi similes Easdem esse puto cum ijs quas pelorides maiores Athenæus vocat. Hermolaus Barbarus conijcit apud Plinium post verba hæc, Chamæ glycymerides, quæ sunt maiores, quam Pelorides, pro colycia, siue coryphia, legendum corycia ex Athenæo, qui scribit Conchas quasdam à Macedonibus vocari κορύκους, quas Athenienses κρείους nominant. Sed vt apud Plinium legendum sit, non potes corycia ad chamas glycymeridas referre: sic enim Conchas asperas vocari scripsit ex Hegesandro Athenæus. Ἡγήσανδρος δ' ἐν ὑπομνήμασι τὰς τραχείας φησὶ κόγχας ὑπὸ τῶν Μακεδόνων κορύκους καλεῖσθαι, ὑπὸ δ' Ἀθηναίων κρείους Hegesander in commentarijs, ait Conchas asperas à Macedonibus vocari corycos, ab Athenienſibus κρείους, id est, arietinas Hæc itaque ille exhibita hac icone; cui ego binas hasce addidi multo quidem maiores, sed cætera non multum dissimiles, quanquam capite differre quodammodo videantur.

Etymum.

Descriptio

CAP. XLIV.

DE CHAMA PELORIDE.

DE hoc Chamarum genere inter Bellonium & Rondeletium non conuenit. Ego quæ vterque de eo scripsit, adferam, cum præterea quod dicam, non habeam Peloridas Athenæus, (inquit Rondeletius) vno loco à Chamarum genere segregasse videtur ex sententia fortasse Philylij. Αἱ δὲ πελωρίδες ὠνομασθῆσαν παρὰ τὸ πελώριον, μεῖζον δὲ ἐστὶ χίμης παρηλλαγμένον Pelorides vocatæ sunt à dictione πελώριος: maiores enim sunt Chamis, & ab ijs diuersæ. Alio loco ex Diphilo pelorias Chamas crassarum speciem facit, quas & tegias appellat, quæ & maiores sunt Chamas etiam Peloridas appellat Plinius. Hos sequimur ad Chamas peloridas, siue pelorinas, à magnitudine dictas fuisse cum veteribus existimamus, id quoque innuit Athenæus priore loco modo citato: nam πελώριον siue πέλωρον significat τὸ μέγα καὶ τεράστιον, id est, magnum & prodigiosum. Vel dictæ sunt pelorides à Peloro Siciliæ promontorio, quod iuxta illud pelorides optimæ reperiantur. Iulius Pollux de ciborum antiquorum præstantia verba faciens. Ἰσχύον δὲ ἐπὶ παρὰ τοῖς παλαιοῖς οὐδὲ κιμῶν μύραινα ὁ πορθμὸς καὶ κύραινα παρτηνία, καὶ θύννος τυρίος, καὶ κεφαλὸς ὁ σκιάθιος. καὶ ἔλαφος ὁ μήλιος, καὶ κόγχαι πελωρίαι, ὅθεν ἴσως καὶ νῦν καλουμένας πελωρίδες ὠνομασθῆναι. Apud veteres in pretio fuit muræna ex freto, & muræna Tartesia, placebat thynnus Tyrius; & mugil ex Sciatho, hœdus ex Melo, Conchæ etiam Pelorinæ, vnde forte nomen adeptæ quæ nunc pelorides vocantur.

Segregatæ à Chamis.

Vnde dictæ.

Ex his apparet insignis error eorum, qui scribunt peloridas nomen habere à luto, in quo tum manibus tum retibus euerruntur: pilos enim lutum est (sic enim scripta verba reperio) πηλὸς quidem lutum est, à quo πηλωρίδας & πηλωρίας dixisse oportuerat, non πηλωρίδας & πηλωρίας & πηλωρίας, sicuti omnes extulerunt. Præterea illud è memoria exciderat, aut fortasse ne legerant quidem quod scripsit *a* Aristot. Conchas, Chamas, Pectines, Vnguces, locis arenosis prouenire, non cœnosis Sed omissis omnibus rem ipsam depingamus.

Error quorundam.

a Li. 5. hist. c. 5.

Chama peloris duabus Conchis constat; quæ nunquam ita iunguntur, quin semper hient & viuo & mortuo animante etiam sine calidi contactu. Eæ oblongæ sunt & læues; ex albo purpurascentes, in medio connexæ. Caro intus alba est, quæ etiam contracta tota testa vix capi potest, extenta longior multo est, rotunda, spissa, pudendo virili non absimilis; digiti medij crassitudine.

Descriptio Testa. Caro.

Fotamina otis & excrementi.

Paloutde Santonum Caro.

ſitudiue. In extremo altero foramina duo apparent, altetum oris eſt, rotundum, altetum excrementi. Santones Conchæ ſtrictæ & non hiantis ſpeciem palourde appellant, quæ vox à peloride deducta eſſe videtur. Sed ea chama peloris non eſt, cum magna non ſit, neque hiet. Caro pelotidis duta eſt, ob id difficile excernitur. Hactenus ille: Palourde autem Santonum eſt Conchula rugata Bellonij. Eſtque alia peloutde à Gallis ad mare mediterraneum dicta, nimirum Conchula vatia Rondeletij, cuius chamæ peloridis hic iconem exhibuimus ab eo mutuatam: item aliam ex Bellonio, ſed toto cælo diuerſam, Regias & baſilicas chamas (inquit hic) Galli Pelourdes, ad Peloridarum vocem accedentes dixerunt, Maſſilia cloniſſas, Veneti Biuetonos, vel Piueronos, Genuenſes Aſellas, Hiſpani Armillas, Anconitani, Rauennates & Ariminenſes Pouerazos, quaſi pauperculos nominant, quod illic nimium populatis pauperibuſque offerri ſolita ſit. A luto autem iu quo tum manibus, tum retibus euertuntur, nomen habent: pilos enim lutum eſt. (Hoc etymum Rondeletius reprehendit.)

A Calcinellis, vt differant

Alij dictas à Peloro monte Ciliciæ volunt Differunt autem à Calcinellis, quod turbinatiori & grandioti corpore conſtent Calcinellæ enim) quæ & Beueraze dicuntur) compreſſiore ſunt foma, teſta translucida, acmulto quam Chameleios tenerriores. Media autem eſt inter aſperam & lævem conſtitutione & natura. Non enim ita hotret, vt aſpera, neque ita glabteſcit vt lævis: albo prætetea ac fuluo emblemate diſtinguitur: vnde caparozolam dici puto, quod ex rubra ſubfulua ſit. Eius autem caro durior eſt, quam lævium Tellinarum & Peuarazarum. Emollire aluum traditur. Sed & Diphilus copioſum bonumque ſuccum gignere tradit, & ſtomacho gratum, nec facile excerui. Sic Bellonius. Seruant autem idem nomen apud nos Rauenna delatæ, eduntur que in aqua elixæ vna cum petroſelino & pipere, additoque cumiure pane inferuntur, gratæque quidem ſunt, ſed lutum vel arena obſtat, quominus ſapot reſpondeat. Labra earum ſunt craſſiuſcula & tam arcte connexa, vt niſi vi apetiantur, & ſæpe etiam rumpantur prius quam os aperiant.

Copioſum ſuccum generant.

Coquendi modus.

CAP. LXV.

DE CHAMA ASPERA.

A lęui quid differat.

CHama trachea authore eodem Bellonio, valuas eodem modo quo lævis tornatas habet, eſtque rotunditate pene orbiculari conſtructa: hoc tamen inter ſe differunt, quod illa lævi quidem teſta, hæc veto, aſpera claudatur, Pectinis modo ſtriata: ſed Pecten rectas habet ſtrias, illa vero tranſuerſas, crebras & profundas. Dura eſt admodum Chamarum aſperiorum teſta, ſi cum lævibus conteratur. Ea enim non niſi valido ictu coufringi poteſt cum tamen aliorum fere omnium lęuium debili digitorum compreſſu apetiri poſſit. Chama prætetea trachea in arena circa littora repetitur: extremas enim iniurias ob teſtam dutiorem minus reformidat Labra haud quaquam in gyrum (vt pecten) denticulata, ſed Mytulorum more lævia habet, moueturque vt limax, vt eius Concham nonnunquam ptofundius ſaburrantem conſpexerimus Fortibus namque ſpondylis c[illegible]ſtat, quibus teſtas mouendo etiam per arenam lumbricorum [illegible]e conſcendit. Quamobrem Iceſius carnem eius duriuſculam, mali ſucci, parum nutrire, facile excetni, mariſque ſalſuginem referre ptonunciauit. Diphilus autem ſtomacho gratam eſſe tradidit: cuius ego ſententiæ expertus facile aſtipulor. Hæc itaque Bellonius appoſita hac icone. Cæterum Rondeletius longe aliam aſperam Chamam depinxit, qualem ſcilicet hic quoque expreſſam ex eo damus, additis prætterea iiſdem quæ ſuper ea ſcripta reliquit. χάμαι τραχεῖαι (inquit) aſperæ à teſtarum externa parte dictæ ſunt, ob lineas tranſuerſas, obliquas multas, cauas eamque ob cauſam muſco ſæpe oppletas Superiorum (glycymetidum) modo oblongæ ſunt, intus læves. Carne ſunt mali ſucci, pauci nutrimenti, ad excretionem facili, qua tamen delectantur Purpuræ; vnde pro eſca vtuntur ea Purpurarum piſcatores, vt ante ex Athenæo diximus. Simillima, niſi eadem cum Bellonij icone eſt quam uos adiecimus. Cum Rondeletij vero icone quodammodo conuenit ſecunda & tertia in hac notiſſima tabella expreſſæ prima vero ex lævibus eſt.

Teſta.

In arena circa littora reperitur.

Caro

Rondelet. icon.

CAPVT LXVI.

DE OSTREIS.

Luxus veterum

QVanti fecerint Romani Oſtrea, & in quo honore fuerint, cum illorum res magnitudiuis atque luxuriæ teneret faſtigiũ nonnullis hic veterum ſcriptorum authoritatibus demonſtrabo, antequam ad ſynonyma, naturamque Oſtreorum accedam. Fuere autem in tanta exiſtimatione apud gulæ ptoceres, vt in remotiſſimas à mari regiones ligneis lacubus apportarentur: Brundoſioque in primis in Lucrinum lacum transferebantur, quia mirificebi pinguefcebant. Plinius author eſt Sergium Oratam ptimum omnium Oſtrearum viuaria inueniſſe in Baiano, ætate L. Craſſi oratoris ante Marſicum bellum: nec gulæ cauſa, ſed auaritiæ, magna vectigalia tali ex ex ingenio ſuo percepiſſe, vt qui primus penſiles (inquit) inuenit balineas: ita mangonizatas ſubinde vendendo. Cæterum Valerius *a* Maximus eundem Sergium luxuriæ exemplar ſummæ, non auaritiæ propoſuit, de luxuria

Viuatia Oſtrearum quis primũ inuenerit.

Penſiles balneæ.

a *L. 9 c. 1.*

A ſcribens. Caius Sergius Orata (inquit) penſilia balnea primus facere inſtituit: quæ impenſa lævibus initijs cæpta, ſuſpenſa calidæ aquæ tantum non æquora penetrauit. Idem videlicet ne gulam Neptuni arbitrio ſubiectam haberet, peculiaria ſibi maria excogitauit, æſtuariis ſibi intercipiendo fluctus, piſciumque diuerſos greges ſeparatis mollibus includendo, vt nulla tam ſæua tempeſtas incideret: qua non oneratæ menſæ varietate piſciculorum abundarent. Ædificijs etiam ſpacioſis, & excelſis, deſerta ad tempus ora Lucrini lacus preſſit: quo recentiore vſu conchyliorum fruereiur, vbi dum ſe publicæ aquæ cupidius immergit: Conſidij Publicani iudicium nactus eſt. In quo Lucius Craſſus aduerſus illum cauſam agens, errare amicum ſuum Conſidium, dixit; quod putaret Oratam remotum à lucu catiturum oſtreis; namque ea, ſi inde petete non licuiſſet, integulis teperturum. Huic nimirum magis Aeſopus Tragœdus in adoptionem dare filium ſuum, quam bonorum ſuorum hæredem relinquere debuit, non ſolum perditæ, ſed etiam furioſæ luxuriæ iuuenem, quem conſtat cantu commendabiles auiculas immambus emptas ptetijs, in cœna pro ficedulis ponere: acetoque liquatos magnæ ſummæ vniones potionibus aſpergere ſolitum. ampliſſimum patrimonium tanquam amaram aliquam ſarcinam, quam celerrime abijcere cupientem, quorum alterius ſenis, alterius adoleſcentis ſectam ſecuti, longius manum potrexerunt, neque enim vllum finitur vitium ibi, vbi oritur. Inde ab Oceani littoribus attracti piſces, inde infuſæ culinis atce, cenſibuſque edendi atque bibendi voluptas reperta eſt Hæc omnia Valetius, ex quibus non auaritiæ cauſa, ſed luxuriæ viuaria illa feciſſe Oratam diſcimus. quamobrem proſequamur. C. Plinius Neposin prima doctiſſimatum ſuarum epiſtolarum libro eaſdem delicias oſtrearum oſtendit, nam cum Septimiũ Clarum inuitaſſet ad cænam, & non veniſſet: At tu (inquit) apud neſcio quem oſtrea, vuluulas, echinos, Gaditana maluiſti, dabis pœnas, &c. Eleganter etiam M. Tullius in epiſt. 107. ſeſe qui oſtreis, & murœnis facile abſtinebat, à beta, & malua deceptum eſſe dixit: & mulier, vt Iuuenalis canit in ſexta ſatyra

Æſopi tragœdi filij. luxuria.

A beta, & malua decepti.

Inguinis, & capitis, quæ ſint diſcrimina neſcit
Grandia quæ mediis iam noctibus oſtrea mordet.

Horatius *b* quoque ſatyra in luxu perditos conſectipta oſteudens hominis ſobrij, & frugalis cenſuram ſummis aſſentionibus eſſe probandam, luxurioſi vero prorſus abominandam, vt cuius iuditium vna cum corpore, & animo ita ſit oppletum crapula, & oppreſſum, vt ad veri cognitionem ſeſe nequeat erigere, dum nunc huc nunc illuc eius ſententia in palato gratificando nutet, ait inter cætera etiam hoc:

b *L. 2. Sat. 2*

——— Non in caro nidore voluptas
Summa, ſed in te ipſo eſt. tu pulmentaria quare
Sudando: pinguem vitijs, albumque nec oſtrea,
Nec Scarus, aut poterit peregrina iuuare Lagois.

Martialis quoq; quoties oſtreorum meminit, ea fere ſemper cum aliis cibis euumerat, qui in haud minori erant pretio, vt in primis iu Ligurinum ſcribens in tertio,

Fugerit an menſas Phœbus cœnamq; Thyeſta
Ignoro: fugimus nos Ligurine tuam,
Illa quidem lauta eſt, dapibusq; inſtructa ſuperbis
Sed nihil omnino, te recitante, placet.
Nolo mihi ponas rhombum, nullumq; bilibrem
Nec volo boletos, oſtrea nolo: tace.

Poſt turſus eodem libro in Ponticum qui cum lata eſſet lex à Domitio, vt ſublatis ſportulis amici ad rectam cœnam vocatentur, hac lege coactus iam non dabat ſportulam Martiali, ſed inuitauit appoſuitque ei viliſſimos cibos, ſibi vero optimos: vnde conqueritur poeta, ſi ſtudem fieri legi, cum non detur ſportula, dari cœnam a Pontico non meliorem ſportula, cum tamen legem tulerit imperator, vt melius cænatent clientes, quam olim ſolebant acceptis ſportulis: Cauit itaque.

Cum vocor ad cœnam, non tam venalis, vt ante
Cur mihi non eadem quæ tibi cœna datur?
Oſtrea tu ſumis ſtagno ſaturata Lucrino
Sumitur incijo mytulus ore mihi.
Sunt tibi boleti, fungi ſi ego ſumo ſuillos,
Res tibi cum rhombo eſt, at mihi cum ſparulo.
Aureus immodicis turtur te clunibus implet,
Ponitur in cauea mortua Pica mihi.
Cur ſine te cœno, cum te cum Pontice cœnem?
Sportula quod non eſt, proſit, edamus idem.

In ſeptimo v. ſuorum etiam epigrammatum Papili munera, quia veneficus erat, ob veneni ſuſpitionem ſpernit, Ea autem erant ſumen aper, lepus, boleti, mulli, & Oſtrea, qui omnes cibi apud ganeæ ſtudioſos in ſummis habebantur honoribus, ac delicijs.

Cum Sexetani ponatur cauda lacerti
Et bene ſi cœnas, conchis inuncta tibi eſt.
Sumen, aprum, leporem, boletos, oſtrea, mullos
Mittis, habes eor nec Papile, nec genium.

Iam vero in nono in fictos inuectus amicos atque ollares, oſtendere volens guloſos non poſſe eſſe amicos, quippe qui cibos, non fidem ſectentur amicitiæ, canit,

Guloſi nõ ſunt amici.

Hunc quem cœna tibi, quem menſa parauit amicum,
Eſſe putas fida peſtus amicitia?
Aprum amat, & mullos, & ſumen, & oſtrea: non te
Tam bene ſi cœnem, noſter amicus eris.

Inſuper libro duodecimo in Lentinum ſcribens, cuius gulam accuſat, vtpotę qui febricitans nullo genere deliciatum abſtinebat, conquerebatutque quod febris non diſcederet: cui poeta reſpondet eam

det eam recte agere, tam opulentum, & delicatum dominum habeat.

Quare tam multis à te Lentine diebus
Non abeat febris, quaris & vsq; gemis?
Gestatur tecum sella, pariterq; lauatur,
Cœnat boletos, ostrea, sumen, aprum.
Ebria Setino fit sæpe, & sæpe Falerno
Nec nisi post niueam Cacuba potat aquam.
Circumfusa rosis, & nigra recumbit amomo,
Dormit & in pluma, purpureoq; toro.
Cum sic tam pulchre, tam belle viuat apud te
Ad Dammam potius vis tua febris eat?

c L. 6. fast. Tantopere verò inhiabant ostreis Romani, vt c Ouidius in fastis de aureo sæculo agens dixerat ceu quid admiratione diguum.

Ostreaq; in conchis tuta fuere suis

Romani, vt ostreis inhiarint. innuens suo tẽpore minime tuta esse, sed placere omnibus, ac summa ab omnib. industria nullibi non in quocunq; tandem orbis angulo inquiri, & vbi ea negauerat natura, non enim eadem fert omnia tellus, importari solere quod non obscure etiam docuit Dipnosophista Athenæus, qui referente doctissimo Iouio tradidit Apicium nobilem parasitum, qui superioris (Apitij) nomine appellari promeruit, vasis summa industria fabricatis ad Traianum in mediterraneis Mesopotamiæ contra Parthos bella gerentem, recentissima ostrea detulisse. Apud eundem Athenæum alius parasitus nomine Dromeas interrogatus, in vrbe an apud Chalcidem lautius pararetur conuiuium: respondit proœmium Chalcidensis cænę gratius esse toto conuiuij in vrbe apparatu. Vocabat autem (inquit Athenæus) cænæ proœmium, δεῖπνυ πρόοιμιον, copiam & varietatem ostreorum. Eodemque modo alius quidam apud eundem: primum, inquit, ostrea vide, & echinos: quæ quidem proœmium sunt. δεῖπνυ χαριέντως πεφυπανδρῶμυ d Macrob. præterea locuples testis est ostreorum vsum fuisse in prima Romanorum cæna: nam & hoc apud eum inuenio: Quo die Lentulus flamen Martialis inauguratus est, cæna hæc fuit: Ante cænam, echinos, ostreas crudas quantum vellent, peloridas, spondylos, patinam ostrearum, &c. Quam vero Tyberij principis palato arriserint istiusmodi conchylia, colligere licebit ex Suetonio e Tranquillo, qui attestatur Tyberium Asellio Sabino sestertia ducenta donauisse pro dialogo, in quo boleti & ficedulæ, & ostreæ, & Turdi cerramen induxerat. Elegantissime Plinius ironicẽs ait: Ex horto plebeia macellum quanto inuocentiore victu? Mergi enim credo in profunda satius est, & ostreorum genera naufragia exquiri. Denique f Iuuenalis non incongrue canebat:

Cænæ proœmiũ quid Dromeæ parasito.
d L. 3. Saturn. 13.
Tyberius vt ostreis delectaretur.
e In Tyberio cap. 42.
f Saty. 8

Dignus morte perit, canet licet ostrea centum
Gaurana, & Cosmi toto mergatur abeno.

Possim vero multa præterea ex authoribus classicis adferre, quæ ad ostreorum encomia pertinerent, sed quia hæc paucula satis esse posse confido, itaque hic vela contraham.

SYNONYMA.

Ostrea pro genere vniuerso testaceorum

BIualuium testa duriore contectorum maior pars authore Pet. Bellonio, ostreæ vel ostrea Latinis dicuntur. Sed ostrea pro genere vniuerso testaceorum sumi Rondeletius docet, vt in superioribus, vbi de testatis in geuere egimus, videre licet, vbi etiam quid Græcis sit ὄστρεον, & ὄστρειον, satis superque scriptum à nobis est: non raro in primis totum genus ostracodermorum complecti: sic n. vt hoc hic obiter inseramus, Suidas echinum θαλάττιον τὸ ὄστρεον esse tradit, & Hesych. ὄστρεα τὰ κογχύλια, μυάκια θαλάσσια.

Etymon. Sicut autem Latini à testa testudinem: sic quoque Græci ὄστρεα ἀπὸ τοῦ ὀστέου κα nominauerunt: quanquam Eustathius ab ὀστέον (quod est os, quod testa veluti ossea tegatur) abundante rho dictum cum Varino velit. Græci nunc vulgo ἀστρέιδα vocant, Psellus ostridia, interprete Valla, voce vt apparet, diminutiua. Inuenio etiam apud Hesychium ὑπακὸς pro ostreo. Italis ostreghe dicuntur, Hispanis ostia de la mar, Galli, vt innominatus quidam scribit, Onitres, & alicubi Itrre alle calle: sed communiter testante etiam Rondeletio Gallo Huistres vocant, Mompelienses priuatim Peires, Oftres, Flandri, & alii Germani inferiores, Oesters, Angli non diuersa voce Oysters. Putat Zoographus apud Belgas etiam ijterle vocabulum diminutiuum nonnunquam vsurpari: super quo nomine cum Belgam consulerem, respondebat prorsus sibi esse incognitum, Albertus, citante Zoographo, alzum ex Auicenna interpretatur ostreum. Antiqui secundum Syluaticum ostrea est, item Caugilen, (Caugilel vero nominer Auicenna. 2. 537 videtur autem nomen corruptum à conchylijs) item Latalus Alibi etiam habet. Ostracorum siue conchyliorum, quædam sunt magna, quæ dicuntur Arabice Barcora, (hoc & Serapio habet:) quædam parua, quæ Arabice dicuntur Sades, (Sadaf quidem pro limace, & pro purpura accipitur.) Alibi rursus canifis exponit ostrea: Auicenna verò alibi carnfis habet. Et canifeties secundum veterem Auicennæ glossographum, & Gaugiel est species ostraci, idem quoque Seigi interpretatur genus ostracorum, aitque esse venereum. Latini ostreum neutro genere, & ostream fœminino dicunt; Lucilius, Plinius, & Iuuenalis ostreum dixerunt, item Varro citante Nonio; Non posse Ostrea se Romæ præbere & echinos: Lucilius. Quid? ego si cerno Ostrea, cognorim fluuium, limum ac cænam sapere ipsum Quo loco Nonius. Ostrea (inquit) neutro genere. Sed idem quoque Lucilius in fæminino genere dixit:

Asrei2a. Ostridia
Alzum. Antiqui Gaugilen Latalus. Barcora.

Ostrea nulla fuit, non purpura, nulla peloris

Item alii, vt Plautus in Rudente:

Echinos, Lepades, Ostreas, Balanos captamus

Turpilius Demetrio: *Macta cooperta agein oras Ostreas.* Et Varro: Nec Ostrea illa magna capta quinit palatum suscitare. Asranius quoque Ostreas marinas dixit: Cicero in eodem genere vsus est. Tanquam posset (inquit) vel in tegulis proseminare Ostreas, a Isidor. v. distinctionem adfert hanc, vt Ostrea in genere neutro, carnes in fæminino dicantur geuere; quod sane vix ex superioribus colligas. Qui volet tamen ita distinguere, poterit.

a L. 12. c. 6. Ostreũ ab Ostrea distinguitur.

GENVS. DIFFERENTIAE. LOCVS forma. descriptio.

OStreæ multorũ (inquit Bellon.) sunt generum, tum ipso oculo nonnullis asperiore ac magis scaoro, tum etiam ipsa magnitudine inter se dissidentium. Grandes enim sunt quæ pelagiæ ex Oceano Lutetiam adferuntur. Sed cum præ testæ nimia mole ichthyopolas prægrauare soleant, neque longius in mediterranea loca deferri possint, carnosam partem seiungunt, ac sine testis mittere consueuerũt: quod raro aut nusquam in Græcia, rarissime in Italia fieri solet. Nam quæ à Brundusio in Lucrinum lacum transferebãtur, vt veluti dulcium aquarũ gaudentes aduentu pinguescerent, integræ cum testis diuendebantur. Discrimen autem Ostreorum facere solent nationes ac littora, vbi allbi meliora inueniantur Optima sunt quæ iuxta paludes ac fluuios reperiuntur: maiora euim, dulciora, meliorisque succi. Quæ vero ad littus marinum, aut inter saxa reperiuntur, vbi deest limi aut aquæ dulcis copia, praua sunt, dura & gustu amara, mordacia, cibo ingrata. Hucusque Bellonius. Rondeletius quoque differentias sumit à loco, à testarum varietate, à carnis substantia. Esse enim quædam, quæ in stagnis marinis nascuntur, quædam in ipso mari. Illa (inquit) λιμνόστρεα vocat Aristoteles, apud quem aliquoties λινόστρεα perperam legas pro λιμνόστρεα: quæ à loco nomen habent: Λίμνη enim stagnum significat, vnde λιμνοθάλασσαι marina stagna à Galeno dicuntur. Gaza semper ostrea & ostreas conuertit, non satis recte meo quidem inditio, cum stagni ostrea dicere debuisset: Hanc differentiam non omisit b Athenæus quum dicit: Τὰ δὲ ὄστρεα γίνεται μὲν ἐν ποταμοῖς, καὶ ἐν λίμναις, καὶ ἐν θαλάσσῃ. hoc est: procreantur ostrea in fluuijs, in stagnis, & in mari: c Aristoteles Τὰ δὲ λιμνόστρεα καλεῖται, ὅπου αὐ βόρβορός ἐστι, ἐν τούτοις σωίζεται πρῶτον αὐτῶν ἡ ἀρχή. Limnostrea quæ vocantur, ibi primum sui originem capiunt, vbi cænum est. Pluraque sunt loca quibus Limnostreorum meminit Aristoteles. Quæ vero pro Limnostreis Rondeletius depingit, ex duabus testis componi ait modice concauis, & parum in dorsum elatis, foris inæqualibus & asperis, & in tenues laminas facile sectilibus, intus læuibus, candidis. Testas patnas esse, carnem mollem, suauem concoctu facilem: maioremque in his quam in alijs ostreis, quorum testæ multo ampliores sint. Huiusmodi ostreas esse in ostijs Rhodani antiquis; ob immuratum Rhodani alueum: vendique etiam huiusmodi Lutetiæ ex Sequanæ ostijs, & Burdigalæ. Cur vero dulciores sint, in causa esse putat aquæ dulcis admistionem. Gaudent euim dulcibus aquis (inquit d Plinius) & vbi plurimum influunt amnes, ideoque pelagiæ paruę sunt & rariores. Illud vero (inquit idem Rondeletius) diligentius excutiendum est, maiorane pelagicis Ostrea quæ in stagnis marinis, aquisue ex dulci permistis proueniunt. Athenæus: Ostrea nascuntur in fluuijs, lacubus & mari. Marina optima, quando lacus aut fluuius ex proximo influit; tuuen. fiunt boni succi, maiora dulciora. Quæ v. in littoribus (πρὸς ἠόσι) & saxis limi & aquæ dulcis expertibus gignuntur, parua sunt, dura, acria, (δηκτικά.) Verna quæ capiũtur æstatis principio meliora sunt, maris humore plena (πλήρη, θαλασσίζοντα legitur Græce, Zoographus πλήρη hic forte oportere interpretari ait plena, pro carnosis, vegetis, succulentis, id est, non siccis nec duris: θαλασσίζοντα vero ad saporem pertinere, quæ mare resipiant;) cum dulcedine ventriculo vtilia, aluo facile deijciuntur. Loci igitur commoditas & alimenti copia hæc Ostrea grandiora & meliora efficit. His contraria, pelagia Ostrea, parua & rara e Plinius causam hanc reddit: Grandescunt quidem syderis ratione maxime, vt in natura aquatilium diximus. Sed priuatim circa initia æstatis multo lacte prægnantia, atque vbi sol penetrat in vada Hæc videtur causa, quare minora in alijs locis reperiantur: opacitas enim prohibet incrementum, & tristitia minus appetunt cibos Hæc ille, & rursus: Ostrea quæ neque in stagnis, neque in fluuiorum Ostijs, sed procul ab aquis dulcibus inueniuntur, marina siue pelagia nominantur. Sunt persæpe multo maiora ijs quæ in nostro Mediterraneo capiuntur; aliquando multa simul connexa, & supra se posita. Inter hæc repunt Scolopendræ, & vermes in canaliculis inclusi viuunt. Testæ foris sordidæ & luto obductæ, & ex crustis multis siue laminis constantes, intus læues & albæ: Caro mollis: circa eam fibræ multæ veluti fimbriam constituentes, eam aliquando ambiente purpureo crine, quæ præstantiæ nota est, authore Plinio: Addunt (inquit) peritiores notum, ambiente purpureo crine fibras, eoque argumento generosa interpretantur, calliblephara appellantes. Nostra pallida sunt testa, alibi colore differunt. Variant colori bus ait Plinius, rufa in Hispania, fusca in Illyrico, nigra & carne & testa Circæis. Talia nonnunquam venduntur Burtigalæ, Medokina à loco vicino Medoe appellato, allata. His caput nigrum est, caro minus candida. Palma mensarum diu illis tributa est, vt scribit Plinius: sunt apud nos in pretio. Et quemadmodum diuersorum in procreandis Ostreis olim diuersæ erant laudes quas prose-

Testa.
Magnitudine.
Dulci aqua gaudent.
Optima vbi.
A loco.
b Lib. 3.
c L. 5. Hist. cap. 15.
Rondelet.
Limnostrea quadulcior aliis.
d L. 32. c. 6.
Marina quando optima.
Pelagia quæ dicantur.
Magnitudo.
Colore variant.


TAB: XIV.
Ostrea stagni marini Rondeletij. Ostreen. 1
Ostrea hic secundo loco posita, cum Rondeletij icone conuenit: altera D: Antonij Gigantis Forosemproniensis nunere Lectoribus communicata. 2
Ostera Rondel: marina. 3
Ostrea alia marina, Zoographi. 4
Ostrea sylueſtris Rondeletij Wilde Oſtren. 5
Ostrea Gaideropada Bellonij, siue Spondylus Rondeletij. 6
Spondylus Rond: siue Ostrea gaideropoda Bellonij, Rondeletio.
Spondylus authoris primus. 9
8
7
Pecten primus authoris cum suo animali. 16
Spondylus authoris Vtraq; facie pictus.
Ostreacea annexa baculo. 12
Spondylij alij. 01
Pecten alter Rondeletij. 13
15
14
11
Pectinis eiusdem testa. 17
Pecten Versicolor. 18
Pectunculus Zoographi. 23
Pecten minor casseneus cum animali. 19
Pecten minor clausus 20
Pectinum auricularum figura differentium species quinque. 21
Pectines authoris alij. 22
Pecten asper.
Pecten eburneus 24
Pectunculi alij auricularum figura Varianies. 26
Pecten varius 25
Pectines figura Chamie.

prosequitur Plinius; ita nostro ęuo cupediarum amatores Ostreorum censuram faciunt: sunt enim vt Horatii verbis vtar.

Ostrea qui callent primo deprendere morsu,

Britannica optima. f. *Saty.* 4.

& acria à dulcibus statim discernunt. Britannica omnibus præferunt, Santonica magis salsa & acria iudicantur, Britannicis Burdigalensia succedunt, inter quæ Medokina nigra, suauitate præcellunt: quemadmodum Circæa, quæ nigra sunt, ab *f* Horatio commendantur.

Lubrica nascentes implent conchylia luna,
Sed non omne mare est generosa fertile testa;
Murice Baiano melior Lucrina Peloris
Ostrea Circæis, Miseno oriuntur echini,
Pectinibus patulis iactat se molle Tarentum.

Plinii vero locus, quem citat Rōdeletius in suum sensum, est iste. Dicemus & de nationibus, ne fraudentur gloria sua littora, sed dicemus aliena lingua; quæque peritissima huius censuræ in nostro æuo fuit. Sunt ergo Muriani verba, quæ subiiciam: Gyzicena maiora Lucrinis, dulciora Britannicis, suauiora Edulis (Getulicis Massarius) acriora Lepticis, pleniora Lucensibus, ficciora Coryphantenis, teneriora (tenuiora Massarius) Istricis, candidiora Circiensibus. Sed his neque dulciora neque teneriora esse vlla compertum est. Sic Plinius. Abydena ostrea olim à ganeonibus celebrari solita memorat Clemens in Prædagogo: Inuenioque apud Atchistratum: Τῶς μῦς Αἴνῳ ἔχει μεγάλως, ὄστρεα δ' Ἄβυδῳ, quod forte Ennius poeta antiquissimus sic vertit:

Abydena Ostrea.

Mures sunt Aeni, aspra ostrea plurima Abydi.

Britannica.

Alibi Plinius Britannica non parum cōmendauit: inquiens. Nōdum Britannica seruiebant littora, cum (Sergius) Orata Lucrina (scilicet littora) nobilitabat: postea visum tanti in extrema Italia petere Brundusiū Ostreas: ac ne lis esset inter duos sapores, nuper excogitatum famem longæ aduectionis à Brundusio compascere in Lucrino. Polydorus Virgilius quoque Ostrea non alibi delicatiora, nec plura quam in Anglia siue Britānia esse scribit. Lucrinus vero lacus omnium celeberrimus apud veteres est quod ibi Brundusio aliisque locis transferebantur, quia meliora fiebant, atque pinguescebant: eorumque ibi nutritorum laudabiliora erant, quę capiebantur, vbi dulcis admiscetur aqua, maximeq; in dulci portu, qui nunc portus Phanarius appellatur, quem intrat amnis Acheron ex Acherusia palude profluens; vnde dicebat Martialis:

Lucrinus lacus.

Ostrea tu sumis stagno saturata Lucrino.

Peregrinantur.

Gaudent aūt, vt ait Plin. peregrinatione, transfetriq; in ignotas regiones. Atq; ita Brundusina in Auerno compasta, & suū retinere succū & à Lucrino adoptari creduntur. Forte ēt limosus fuerit. Limosa n. regio maxime idonea est Conchyliis, Muricib. & Ostreis vt ait Columella. Est autem Lucrinus lacus Campaniæ (inquit Massarius) in sinu Baiano contra Puteolos, propinquus, vt dixi, Auerno lacui, ita dictus à lucro propter multitudinem piscium, qui ibi capiuntur. Apud Cumanos quoque præstantissima Ostrea inueniri author est Strabo in quinto suæ geographiæ. Et in Hellesponto, phyco, id est alga nutriuntur dicente Aristot. *g* Iacobus Sanazarius, nescio ex quo cecinit:

Alga nutriri. g *Eglo.* 2.

Ostrea Misenis pendentibus eruta saxis
Mille tibi misi:

nam Horatius Miseno echinos oriri dicebat. & Ostrea Lucrina vocauit: *Nōme Lucrina iuuerint Conchylia.* Ita & alii. Perron. Arbiter.

——Lucrinis
Eruta littoribus vendunt Conchylia, canas
Vt renouent per damna famem

Post hæc inuenta fuisse putat Britannica Massarius, eaque Iuuenali Ruputina dici ab oppido littorali. *h* Iuuenalis versus suur

h *Sat.* 4.

——Circeis nata forent, an
Lucrinum ad saxum, Ruputi noue edita fundo
Ostrea callebat primo deprendere morsu.

Cælius Calcagninus in quinto suarum epistolarum super differētiis, quæ à locis capiuntur, nonnulla hæc habet: Ostreis suburbanis (circa Venetias) & Adriaticis (inquit) Bembus palmam dedit, qui forte idem de Ostreis putauit, quod de Lupis inter duos pontes captis Romani existimauerunt: quos ea ratione meliores palatoque aptiores pronuntiarunt, quod propinqua illuuie, quæ ex cloacis & foricis defluit, saginentur. Etsi non me fallar, Plinium Ostrea neque in luto capta, neque in arenosis cōmendasse. tametsi ego in Bembi gratiā, longe diuersum putem an in luto, an in pingui pabulo quis capta dixerit. Illic spurca & immunda, hic pleniora habilioraque efficiuntur. Adde quod iu mari nata, aquis vero dulcibus educata, primo censu habentur. ex quo fit, vt optima iudicentur, quo in iis aluntur locis quo flumina inuehuntur; qualia suburbana Venetæ vrbis videmus, quæ multis fluminibus alluuntur: quæ res potest Ostrea reddere multo commendatiora. Hæc illa sunt scilicet, quæ gloriam mensis pepereruut: quorum spondylus (ita carnem interiorem vocamus) plus habet calli. Hæc sunt denique quæ vulgato prouerbio, viduarum cupedias appellauit antiquitas. Hæc Calcagninus. Extat & epistola Ausonii super his Ostreis ad Paulum, quam præterire nefas sit:

Ostrea tu sumis stagno saturata Lucrino.

Ostrea suburbana cur meliora.

Lupi vbi meliores.

Spōdylus quid in ostreo.

Ostrea nobilium canis, sumptuq; nepotum
Cognita, diuersoq; maris defossa profundo
Aut refugus nudata vadis, aut scrupea subter
Antra. & muricens scopulorum mersa lacunis
Qua viridu muscus, qua decolor alga recondit,
Qua testis concreta suis, ceu saxa cohærent:
Qua mutata loco, pingui mox condita limo
Nutrit secretus conclusa vliginis humor,
Enumerare iubes, vetus ô mihi Paule sodalis
Assuefacte meis ioculari carmine nugis.
Aggrediar: quamuis curam non ista senilem
Sollicitent, frugiq; viro dignanda putentur.
Nam mihi non saliare epulum, non cœna dapalis
Qualem Penelope nebulonum mensa procorum
Alcinoiq; habuit nitida cutis vncta iuuentus.
Enumerabo tamen. famam testesq; secutus,
Pro studiis hominum semper diuersa probantum:
Sed mihi præ cunctis ditissima: quæ Medulorum
Educat Oceanus, qua Burdigalensia nomen
Vsque ad Cæsarias tulit admiratio mensas,
Non laudata minus nostri quam gloria vini.
Hæc inter cunctas palmam meruere priorem
Omnibus ex longo cedentibus. ista & opimi
Visceris, & niuei, dulciq; tenerrima succo.
Miscent æquoreum tenui sale tincta saporem.
Proxima sunt quauis, sed longe proxima multo
Ex interuallo, quæ Massiliensia portu:
Qua Narbo ad Veneris nutrit: cultuq; carentia
Hellespontiaci, qua protegit æquor Abydi:
Vel quæ Baianis pendent fluitantia palis:
Santonico, qua tecta salo: qua nota Genonis:
Aut Eborum mistus pelago, qua protegit amnis.
Vt multo iaceant algarum obducta recessu
Aspera, qua testis, & dulcia farris opima.
Sunt & Aremorici qui laudent ostrea ponti.
Et qua Pictonici legit accola littoris: & qua
Mira Caledonius nonnunquam detegit æstus.
Accedunt, qua fama recens Byzantia subter
Littora, & insana generata Propontidis acta
Promoti celebrata ducis de nomine, laudant.
Hæc tibi non vates, non historicus, neque toto
Orbe vagus conuiua loquor, sed tradita multu:
Vt solitum: quoties dextræ inuitatio mensæ
Solicitat lenem comi sermone Lyæum.
Hæc non per vulgum mihi cognita, perque popinas,
Aut parasitorum collegia Plautinorum:
Sed festos quia sæpe dies partim ipse meorum
Excolui, inque vicem conuiua vocatus adiui.
Natalis si forte fuit solemnis amico,
Coniugioque dapes, aut sacra repotia patrum
Audiui meminique bono laudare frequenter.

Quemadmodum itaq; ostrea (vt ex ante dictis videre licet) gaudent (Plinij verba sunt) dulcibus aquis, & vbi plurimum influūt amnes: ideoq; pelagia parua, & rara sunt; gignuntur tamen etiā in petrosis, carentibusque aquarum dulcium aduentu, sicut circa Grynium, & Myrinam. Author præterea est Aristoteles, ostrea licet victum in humore exerceant, nec foris viuere queant, nihil tamen vel aeris, vel humoris recipere. Mirum vero quod refert (ex *i* Athenæo) Pertus Gyllius, posteaquam (sicut ait Nicolaus Damascenus lib. 104. hist.) ad Appameam Phrygiæ vrbem, Mithridatici belli temporibus è motu terra discessisset, lacus qui ante ibi nulli comparuissent, repente extitisse, fluuiosque & fontes nouos ex ijsdem locis terræ motu excitatos fuisse, veteresque multos exaruisse. ac nimirum plurimam aquam, tum dulcē, tum salsam, tametsi ab eis locis mare lōge abesset, ex visceribus terræ, sic emanasse, vt tractum vniuersum illum tum ostreis, tum alijs pijscibus marinis referserint. Atque hæc de locorum diuersitate dicta sunto. Altera erat differentia penes colorem. Plinius enim coloribus variare scribit, nempe ruffa esse in Hispania, fusca in Illyrico, nigra & testa, & carne Circæis. Inuenio, & apud *k* Aelianum, maris rubei ad Arabiam pertinentis ostrea flammeis illustrari zonis, ea vt diceres varij coloris temperatione ad iridis similitudinē accedere, adeo lienis perpetuo ductu æq; inter se distantibus distingui atq; describi. Iā vero meliorū ostreorū notas authores has ponunt, vt Plinius: Præcipua (inquit) habentur, in quacunq; gente spissa, nec saliua sua lubrica, crassitudine potius spectanda, quam latitudine, neq; in luto capta, (etsi Veneti ea cæteris antecellere opinentur) neq; in arenosis, sed solido vado, spondylo breui atq; non carnoso, nec fibris lacinioso, ac tota in aluo. Addunt peritiores notam, ambiente purpureo crine fibras, eoq; argumento generosa interpretantur, calliblepharas appellātes. Iouius maxime probari tradit, quæ magnarum nauiū carnis adhærēs, & ab vrinatoribus de manu colligunrur. Sed Grapaldus, omnia (inquit) tunc in cibis mel ora existimantur, cum oua appellata habuerint, quæ tamen nihil ad generationē conferunt, sed indicio sunt melioris nutricationis, veluti pinguedo in sanguineis, vt *l* Aristoteles asserit. Quod ad formam ostreorum attinet, Bellonius inter biualuiū genera hoc peculiare ait esse ostreæ, pectini & pectini, vt pattem habeant pronam, & supinam, quarum altera sit turbinatior, ac prærumida, altera vero plana. Plinius alibi l are. originem atque genituram conchæ, quæ Margaritas fert, esse ait haud multum ostrearum conchis differentem: Alibi quoque tethya ostreæ similia esse scripsit. Et Hegesander apud Athenæum hepatum piscem in capite duos lapides habere, colore splēdoreq; ostreis similes Capita ostrearum generi nulla autore eod. Plinio: nulla. *m* Galenus ostreis pilos esse negat, sed melius Plin. oculis carere ostreas omnes dixit. Eidem prærerea ostreorum præcipua spon-

In petrosis etiam nasci. *i Li.* 8.

Lacus ex terræmotu.

Coloris differentiæ. *k Li.* 10. *c.* 13.

Meliorum notæ

Calliblepharas. *l Lib.* 3. *de gene anim.*

Ostreæ, & pectini quid peculiare.

Lapides in capite Hepati.

Capita nulla.

m Lib. 2. *de sem. c.* 5.

dylo breui ſunt, atq; non carnoſo, nec fibris lacinioſo, ac tota in aluo. Perottus ſpondylum in oſtreis dici ſcribit calloſum illud rotundum albicans, quod intus habent in medio, à ſimilitudine ſpōdyli, quod nos verticulum dicimus appoſitum fuſis, vt melius nendo vertantur: nam reliqua carō circumſpetſa, lacinia dicitur. Quod ouū vocatur, Wottonus nō ſempet, ſed vere habere oſtreas aſſerit: moxq; procedente tempore minui, demumque totum fere aboleri. Ariſtoteles illud in altera tantū parte eis fieri voluit, idēq; eſſe quod echinos habere alias dixerat. Eodē authore oſtreę meatum habent quo excrementum ſecedat parte ſupetiore. Idē Ariſtoteles teſtas ijs tribuit ſcabras, alibi etiam labra eraſſa. Et Plinius quædam ſilicum duritia tegi, vt oſtreæ & conchæ, dixit. Cur vero dura ſint, diſputat aduerſus Cardanum doctiſſimus Scaliger, cuius verba minime præteriunda cenſeo. Ais (inquit) alg im mollem: vt maris euitet impreſſiones, cedenſque vincat. Sic enim poliendo ſunt iſta tua, & aſpera, & mutila. Et addis: Conchylia in imo manent, & craſſa ab initio creantur. Dic igitur quare craſſa ab initio facta ſunt. Etenim ſi admittis inter tua hæc illuſtriora: ſuccedanea noſtra dicam. Quia cum futura eſſent immota oſtrea, parandum eis fuerat munimentum. Mollia igitur ipſa intus, opus habuere duritia exteriore. Ita oſſa, tum alijs tum ſepiæ conſtituta fuerunt intus ad conſiſtendum. His extra, & ad eundem finem, & ad molliriem tuendam. Quæ proportio etiam in multis fructibus eſt. Vt quibuſdam interna, alijs extima ſua ſit duritia. Ita alijs alia adiunxit præſidia: alijs denegauit: vt pulmonibus marinis, ob vtilitatem. Echinis, ne ad duriora afflictarentur, cirros pro anchoris. Lepori marino admirabilem facultatem. Is tametſi eſt informis, ac mollis carō: tamen nullis tempeſtatum agitationibus, ita ſupetatur, vt in litus eijci poſſit. Quib. vero nō fabricauit munitiones, ijs artem dedit, qua ſibi fabricata compararent: vt carcinadi: vacuas enim indigenis conchas, & quærit, & inuenit, & ſubit, & ſubinde mutat, ſi ita ei facta ſit acceſſio corporis, vt prioribus ædibus capi nequeat: eatus, & inquilinus, & œconomicus, magiſtra natura.

Oculis carent. Lacinia quid. Ouum. Excremēti exitus. Cur dura teſta tegantur. Fructuum duritia. Echino cur cirri. Leporis marini admirabilis facultas.

GENERATIO.

OSTreotum ortus cauſa putredo quędam eſſe videtur. Etenim philoſophus, qua cœnum, ibi orig nē earum cōſiſtere teſtatur: & alibi in limo cœnoſo oriri ſcripſit. Apud quem pluta de oſtrearū generatione leges circa finē libri tertij de generatione animaliū, quæ omnia nos ſupra citauimus, & hic nō repetimus. Plinius Ariſtoteli ſubſcribens: Quæ ſiliceo tegmine (inquit, operiūtur, putreſcente limo prouenīūt, aut ſpuma circa naugia diutius ſtante, defixoſq; palos, & lignum maxime. Alibi tamē in petroſis carentibuſq; aquarū dulcium aduentu oſtrea gigni tradit. Quid mirum ſi ex limo naſcantur, cum ſexu carere oſtreas cōſtet, cuius quoque rei teſtis locuples eſt Plinius his verbis: Sexus diſcrimen in eis non eſt: neuttum eſt, & oſtreis genus, & cæteris adhærentibus vado, vel ſaxo. Et *a* Oppianus:

Eſt non diſtincto ſemper leuis oſtrea ſexu
Nos inter piſces, nec mas, nec fœmina nota.

Ex quo Gyllius, oſtrea (inquit) neq; coitu neq; parēte procreantur, ac nimirū omnia ex cœno naſcuntur. Illorū enim neq; fœmina neq; mas diſtinctus eſt, ſed eiuſdē naturæ ſunt, atq; adeo inter ſe ſimilia, vt nō marē à fœmina internoſcere poſſis. Nihilominus *b* Ariſtoteles alibi ſcripſit, oſtracodermorū naturā cōſiſtere partim ſponte, partim emiſſa à ſe aliqua facultate, quanquam ea ſępe ſponte oriantur. Quæ tamen ſententia ſuperioribus contraria nō eſt, fieri enim poteſt, vt quæ ex putri nata ſint, ipſa deinde quid prolificū obtineant, licet interim non coeant, vt in hiſce animalibus vſu venit: quibus ſcilicet ineſt humor quidā candidus: Plinius lac appellat: Grandeſcunt quidē ſyderis ratione maxime, vt in natura aquat. liū dixīmus: ſed priuatim circa initia æſtatis multo lacte prægnantia atq; vbi Sol penetrat in vada. Et alibi. Nuper cōpertū in oſtrearijs humorē oſtreis fœtificū lactis modo effluere. In eo itaq; ineſt vis illa ex qua partim generantur. Petrus Gyllius vir eruditus, & fide dignus affirmat ſe de viris nō paucis ſpectatæ fidei accepiſſe Byzantinos oſtrea ſerere, & eorum quaſi lac ſeminare: Idipſum enim in aquam abiectum ad ſaxa ima adhęreſcere, & oſtrea fieri. Sic ex decocto fungorū in terrā ſpiecto fungi enaſcuntur. Iam vero cur ſyderis ratione grandeſcant, & decreſcant & quod id ſydus ſit, ſcire non eſt inconueniens: Sydus id Luna eſt, quæ accreſcens omnia implet conchylia. *e* Cicero. Oſtreiſque & conchylijs omnibus contingere, vt cum Luna pariter creſcant pariterque decreſcant. Lucilius apud Aulum Gellium,

Luna implet oſtrea, & implet echinos, muribus fibras.

d Plinius: Iam quidē luuari poteſtate oſtrearum, conchyliorumq; & conchatum omnium corpora augeri, & rurſus minui Sic ille. In cauſa ſunt proprie Luuæ effectiones, quæ ſunt rigare, & modico calore humectare. Luna igitur humores alit. & regit, quēadmodū Sol ſuo calore fœcundat omnia: quoniam omnium vita oritur à calidi, & humidi cōmiſtione, & fouetur vtriuſq; tēperamento. Sol maſculum ſydus, matiſque vicē gerit: Luna, fœminæ; fœmineum enim ſydus eſt, & molle atq; nocturnum, ſoluit humorem, & trahit, nō aufert, vt ait Plinius. Sed Lunæ corpus craſſius, (quia elementis vicinius) nō ſuo lumine, non ſuis radijs, ſed Solis luce, ac radijs, perfuſum, ac accenſum, vires ſuas in inferiorem hunc orbē immittit. Quare cum varie Solis radios excipiat, varie quoq; tēperatas eſſe eius vires, & effectiones eſſe neceſſe eſt. Itaq; ea abunde à Sole illuſtrata, corpora quoq; humentiora ſunt. & cōtra. Neque id ſolum in oſtreorum, vel cruſtaceorum, aut aliorum animalium corporibus, ſed etiam in noſtris efficitur. Vnde prudentes chirurgi trepano caput vix aperiunt, plena Luna; quia tum cerebrum diffundi magis, & totam etanij capacitatē impleri compertum eſt. Idē in medulla oſſium cernitur. Morbis pituitoſis obnoxij, huius ſyderis vim ſentiunt, ac vna cum eo pituitam augeri experiuntur. Sani vero, & non animaduertentes, has atque alias leuiores immutationes non percipiunt. Addit Bellonius oſtrea grandeſcere ſyderis quidem ratione, ſed priuatim circa initia æſtatis, vbi Sol penetrat in vada.

In cœno naſci. Sexu carent. *a Li. 1. de piſcib.* *b Li. 3. de generat. ca. 11.* Lac oſtreorū. Byzantios oſtrea ſerere. Fungi vt naſcātur. Syderis ratione, vt grādeſcāt. *c Li. 2. de diuinat.* *d Li. 2. c. 41* Lunæ, ſoliſque natura. Chirurgi, quando trepano ſecutius vtantur.

SENSVS. MOTVS. VICTVS.

AVthor libri de anatomia vinorum, oſtrea ait nō habere ſenſum, præterquam tactum. Et Plinius tactus ſenſus omnib', inquit, ineſt, etiā quibus nullus alius, nā & oſtreis, & terreſtribus, vermibus quoq; exiſtit Et alibi: ſilicea teſta incluſis fatendum eſt nullum ineſſe ſenſum, vt oſtreis. Et rurſus: In marinis oſtreis auditum eſſe non eſt veriſimile, ſed ad ſonum ſe mergere ſolent, ideo & ſilentium in mari piſcantibus. Carent præterea motu, quod meminit Ariſtoteles, inquiens: Nō deſunt cōplura, quæ cum ſint abſoluta, mouere tamen ſe nequeant vt oſtreæ. Quod ad victum attinet, aqua marina, & limo etiam paſcuntur, quin & rore, quare ἐξοχήν & oſtrea Oppianus dixit, id eſt, roſcida. Scaliger vtriuſq; meminit: In aere (inquit) & aqua, quæ cibum capiant, nondum memini, niſi oſtreas putemus cum alijs rore ali nihilominus, quā limo, & aqua marina.

Auditum non habere. Rore paſci. *Exerc. 197.*

ANTIPATHIA.

HOſtes eſſe oſtreis cancros inuenio, & Stellas marinas. Cācri oſtrearum carnē mire appetunt, ſed ipſa præda potiri, ppter indumētum teſtæ difficulter queunt. Nam teneram carnē quodā quaſi ſepto natura non facile frangendo munijt, quumq; duæ cōcauitates accurate ſibi inuicem iunctę oſtreum ipſum cōplectantur, neceſſario chelæ cancri nihil efficere poſſunt. Quid ergo molitur? Quum oſtreum in locis vento non expoſitis cum voluptate percaleſcere, ſuaſq; plicas ad radios Solis aperire videt: tum vero clanculum iniecto calculo, quominus eas rurſum claudat, impedit; quodq; viribus nequit, ſolertia quadam perficere deprehenditur. Ea verſutia eſt animalium, quæ neq; rationis, neque vocis vſum habent. Meminit huius quoq; verſutiæ diuus Ambroſius his verbis: Cancer oſtreis veſcitur, ſed quia oſtreum clauſum, nulla vi aperiri poteſt, periculoſumq; eſt, ſi chelam eius includat, adargumēta cōfugit, & inſidias noua fraude molitur. Explorat enim ſi quando oſtreum, remotis in locis ab omni vento, contra Solis radios diptycum illud ſuum aperiat, vt aere libero viſcerum ſuorum voluptatem quandam capiat: & tunc clanculo calculum immittens, oſtrei concluſionem impedit: ſicque aperta clauſtra reperiens, tuto chelas impendit, viſceraq; intetna depaſcitur. Eundem præterea dolum author de natura rerum ex Ambroſio, & Iſidoro, ſic recitat. Cum teſtas aperit oſtrea, vt clementioris auræ delicijs glorietur, cancer inſidias ei repentinas prætendit, & lapidem inter eius reſtas proiicit, ne illas coniungere poſſit, & ſic oſtreæ carnes corrodit. Oſtrea quidē in ſicco iacens, iam vt in domo Conchas tenet, tēpore acceſſionis maris. Alii oſtrearum hoſtes ſunt ſtellæ marinæ molli cruſta intectæ, vero tam crudeliter (vt *e* Aelianus ait) inimicæ, vt hæc ipſa exedant, & conficiant. Ratio inſidiarum quas eis moliuntur, eiuſmodi eſt. Cum teſtacea ſuas patefaciant Conchas, cum vel refrigeratione egent, vel vt aliquid pertinens ad victum incidat: eæ vno de ſuis, ſiue cruribus, ſiue radiis intra teſtas oſtrei hiantes inſito eas claudi prohibens, carne implentur.

Cancri hoſtes oſtreas vt capiant. Stellæ oſtreas deuorant. *e Li. 9. ca. 22.*

GRYPHVS.

Γρυφώδης illud in Epiſtola Auſonii arithmetica ad Theonem, de oſtreis ad ſe miſſis legitur:

Aut ter, vt Aeolidi menſis tenet ignicomus Sol.

Innuit, vt exponit doctiſſimus Ioſephus Scaliger, ſibi tot oſtrea miſſa, quot menſet tenet Sol, ſi ter tot menſibus conſtet annus, quot olim in Aeolide conſtabat. Decem enim menſium, nec amplius, annum apud Aeolas fuiſſe tempore Homeri veteres Græci teſtantur, vt & apud Romanos ſub Romulo.

Menſibus decē olim conſtabat annus.

VSVS INCIBIS.

BEllonius omnium aliorum teſtatorum Galeno oſtream nobiliſſimam haberi ait, Galeuiq; ſententiam à Corn. Celſo cōprobari, eo vero maxime, quod aluum mouere dixit. Sed Galenus in libro de boni, & vitioſi ſucci nutrimentis oſtreorum carnem humidiorem, & tenaciorem eſſe docet, admodum craſſi ſucci, & partes eorum ſolidiores ſerius ob craſſitudinem concoqui, ac generare humorem crudum, craſſum ac frigidum. Verum quidem eſt, quod Celſus aluum mouere dixerit, ſed ait præterea facile intus corrumpi. Connumerat tamen etiam oſtrea inter ea, quæ ſtomacho apta ſunt. In vniuerſum (inquit Iouius) oſtrea, vt ait Galenus, ſalſum humorem aggenerant, præſertim ſi cruda comedantur: propterea tenuiginem in ſalacibus plurimum adaugent. Platina etiam ea, quod demortuam Venerem excitant, apud lautos, & libidinoſos in pretio eſſe ſcripſit. Multum præterea oſtreorū eſum idem Galenus damnat in libro de attēuante victu, eumq; ſenibus interdicit in quinto de tuēda ſanitate, & in conſilio pro pueto epileptico, oſtrea omnia ei cauēda præcipit.

Qualem ſuccum generent. Venerem excitant.

Aerius

Aetius quoque Galeno præceptori ſubſcribens, buccinas, purpuras, chamas, patellas, pectines, & omnia teſta intecta, vt etiam oſtrea, multum craſſi ſucci alimentum gignere ſcribit. Patellas Hiceſius facilius excerni tradit, quam chamas: oſtrea vero minus his alere, facile replere, excernique promptius. Athenæus de oſtreorum ſubſtantiis ex Mneſitheo: Mneſitheus Athenienſis (inquit) libro de cibis ait: Oſtrearum, concharum, muſculorum & ſimilium carnem vix concoqui, ob ſalſum humorẽ, qui in ipſis ineſt. Quãobrem qui cruda eduntur, ob ſalſuginem, aluum ſubducere, cum vero elixantur, ſalſuginem ſuam, vel omnino, vel magna ex parte ex humore quo incoquuntur, deponere. Itaque oſtreorum decoctum (inquit Rondeletius) perturbat, & citat aluum. Elixa vero eorum caro humore ſuo deſtituta, murmura excitat. aſſa autem, modo recte id fiat, noxia minime eſt. Etenim igne victa non perinde ac cruda concoctu difficilis eſt, exiccato humore, qui in ipſa inerat, quique ſolutam aluum reddebat. Alimentum humidum concoctu contumax oſtreum omne præſtat, nec facile ad vrinæ excretionem. Atque ita Celſo, Aretæo, & Plinio medico aluum mouere oſtrea dicuntur, nam & Galenus in tertio de ſimplicium medicamentorum facultatibus conchularum maris cæterorumque oſtreorum ſuccum, plane tum ſalſum eſſe, tum ventrem ſoluendi vim obtinere ait, quamuis eo tum caro (inquit) ventrem reprimat. Additque verum quod dicit deprehendi ſi ea quoque quo modo braſſicam cenſuit, præparate non gtaueris. Et in tertio de facultatibus alimentorum ſcribit omnium oſtraco dermorũ cõmune eſſe, ſuccum ſalſum in ſe habere, quo venter ſubducatur: ſed ratione maioris, & minoris differre. Oſtrea enim molliſſimam omnium carnem habent: chamæ aſtem paruæ, ſpondyli, ſolenes, purpuræ, buccina, atque alia huiuſmodi duram. Iure igitur oſtrea venterem quidem magis promouent, minus alimentum corpori ſuppeditant. duriora vero concoctioni magis reſiſtunt, & magis nutriunt, & hæc quidem coquuntur, oſtrea vero non cocta eduntur. Sed quamuis, quæ hactenus diffuſe ſatis ſuper horum oſtreorum alimento dicta à me ſunt, ſufficere poſſint: adferam tamen integrum caput ex Iulio Alexandrino qui in decimoquarto de ſalubribus, capite decimotertio elegãter docet oſtrea, quod alimẽtum exhibeant, aut quem humorem generent; & de humoris crudi vitrei, glutinoſi, compoſitique ex his, differentijs, & natura ſic ſcribit: Iam teſtacea, quæ ὀστρακόδερμα Græci vocant, oſtreaque in primis, aut ſola, aut maxime inter hæc eſculenta, ſalſum itidẽ cũcta ſuccum obtinent, deiiciendæ aluo idoneum. Hiatulęa. & ſpõdyli, & ſolenes & purpuræ, & buccinæ duriore omnes, quam oſtrea carne conſtant: idcirco minus quoque edules atq; ad vſum potius medicum adhibitæ interdum quoties ob praui ſucci alicuius præſentiam, qui vel ventriculum, vel tunicas eius occupet, aut aliunde etiam, maxime vero ex iecore eo confluat, aſſumptus corrumpitur in ventriculo cibus. Neque n. duritia illa inter concoquendum prompte in corruptionem humoris, quicuuque ille fuerit, trahetur: quin ne trahantur alia, obſtabit, & humorum in totum putrefactioni reſiſtet: magis autem ſi ſecunda tertiave elixatione ſalſedinem humoremq; omnem corrumpi facilem eductũ depoſuerint, tunc concocta id genus teſtata nutribiliora, firmius in alimentum corpori elargita, fient: ſed crudi tamen plurimum quẽ ſic vocant, ſucci gignent interea. Nam oſtrea ipſa, vt minus alant at ob multam carnis mollitiem elixa concoctu faciliora ſunt, ac pituitam potius, quam crudum illum, quem diximus, humorem procreare ſolent: qui ne ipſa quidem tamen à pituitæ natura diſceſſit, ſed inſigni frigiditate, ſubſtantiaque fuſi vitri in modũ glutinoſa craſſaq;. Crudus vitreuſque à noſtris: ὑμρὸς, & ὑαλώδης Græcis dicitur, ſi modo pro eodem ducendus eſt is atque ille humor, (vitreus dico, & crudus) ac non potius alius atque alius. Vterque quidem cruditate damnandus, ſed in altero lentities cum frigiditate inſigni, in altero craſſities, in vtroque autem cruditas ſit. Quę in vnum quoq; ſæpe inter ſe conuenire poſſunt qualitates eunctæ atq; tunc humorem faciẽt ὑαλώδη primum Praxagoræ dimũ: tum deinde Philippo, ſeu potius Philotimo, inſecutiſq; Græcorum medicorum ætatibus crudum, craſſum, viſcidumque: eiuſmodi prouenire corporib. in non valentiſſimo ventriculo ex ſuillæ carnis eſu, aut azymo, aut non ſale ſatis condito pane, ſubcineritioq; atque ex caſeis inueteratis quibuſdam, & huiuſmodi multis, poſſit. Hunc κραλώδη non minus appellatum fuiſſe inuenio authorib. eiſdem, glutinoſum ſcilicet, ex craſſo, & glutinoſo compoſitum, qui obſtructiones maxime, ac maximas efficere ſolitus ſit nec diſſecantibus tantum, qua craſſus, ſed abſtergentibus præterea, qua viſcidus renaxque, indigeat, ſicuti plane, qua crudus, maiore concoctione. Alius eſt humor, vnde epialis ſæpe febribus origo & colicis cruciatibus: præſertim vero ſi lentore, frigiditateq; immodica ſuperet, vt ſubſtantia, ac colore vitrum referat: frigiditatis aũr tm cõceperit, vt nec intra corpꝰ, vbi calida omnia natiuo calore cõcaleſcũt neq; motu extra delatus potuerit, ac vel excernẽtib. frigidꝰ excernatur, & tangere volentibus appareat: is ὑαλώδης ꝓprie habebitur, ex frigidiotum eduliorum cruditatib. quandoq; collectus. Sicuti crudum proprie dicemus, frigidarum, craſſarumque partium humorem, nec magnopere glutinoſum: qualem nobis largitur frequens leguminum, vt macerati lupini, aliorumque quorundam; ac recenris, ſed non omnis tamen generis, caſei: multarũque prætetea edulium, ipſorumquemet, de quibus nunc ſermonẽ inſtituimus, teſtaceorum, ſed duriore tantummodo carne præcatorum, vſus. Nam oſtreorum proprie ſic vocatorum, ſiue oſtrearum malis alimentum, quia molliſſima caro, pituitam potius exhibuerit, illam ipſam quoque frigidam omnino, atque etiam crudam dicendam, quando vlteriore cõcoctione ſanguificari poſſit: ſen bene humidum, & cum flatulento ſpiritu. Crudus, autem, quẽ proprie ita vocari dicebamus, humor ille, frigidus craſſuſque eſt, ex duræ terreſtriſque ſubſtantiæ alimento, quod neque in ventriculo, neque in iecore deinde iuſtam concoctionem acceperit, procreatus: ſicuti vitreus item crudus, frigiditate etiam immenſa, & glutinoſitate conſtat, atque ambobus in vnius eſculenti ſubſtantiam coeuntibus, frigidus, craſſus, glutinoſuſque exiſtet, crudus, & ipſe merito exiſtimatus dictuſque humor. Elixorũ oſtreorum iure emolliri aluum diximus: quod verum eſt, profecto ita, eductoque elixatione, ſalſuginoſo ſucco: quo facto, reddetur caro corrumpi quidem difficilior illa, at eadem ratione confici quoq; contumacior, & qua ſiſtatur venter, præſertim teſtaceorũ durioris ſubſtantiæ ſi fuerit. Nam oſtrea molliſſimæ carnis, vel cruda deuorata multis concoquuntur hodie etiam: multo mãxima tamen pars melius, ſalubriuſque aur elixant, aut in craticula addito aromate multo, ac ſalis momento, ſed teſtis tamen ſuis non auulſa, leuiter torrent. Mandi ea irritandæ Veneri, & tentigini producendæ, nimis creditum hodie receptumq; eſt, non obſcura ratione flatulentiæ, ex pituitoſa materia excitatæ, ſaleque & calorificæ aromatum facultatis vi, aucta, adiutaque ſalacitate. Hæc omnia itaque Iulius Alexandrinus: Ex quibus, ſicuti quoque ex præcedẽtibus, & cruda, & cocta edi ſolere cõſtat. Plinius ſane cruda oſtrea ſtomachum vnice reficere, faſtidiis mederi, ac leuiter aluum mollire ſcribit. In pontificali cæna apponebantur reſte *a* Macrobio ech ni initio & oſtrea cruda. Sic & Galli, ſi Rondeletio credimus, non ſolum echinis, & limnoſtreis, ſed & oſtreis marinis, & lepadibus crudis veſcuntur; Conchis vero ſtriatis; pectinibus nõ niſi coctis. Qui lauritiæ popinali ſtudent, inquit Bellonius, in teſtis ſuis ſuper cratem addito butyro in aqua, quam continent, incoqui curant, quibus minimum piperis addunt, vt tentiginem ſalacem adangeant. Noſtri coqui etiam ita fere coquunt. Plantina non parũ diſcrepat, oſtrea cocta inquit, in carbonibus atque teſtis exempta frigi in oleo, & aromatibus & agreſta ſuffundi poſſunt. Olim garũ addebant, quod meminit Martialis:

Ebria Baiano veni modo concha Lucrino.
Nobile nunc ſitio luxurioſa garum.

b Apicius vero in oſtreis (inquit) liguſticum oui vitellum acetũ oui liquamen, oleum & vinum: ſi volueris, & mel addes. Qui modo edere ea volet, Lunæ motum obſeruet, hoc eſt ea creſcente, ea edat, ea enim ſeneſcente longe ſunt deteriora: quod dilucidiſſime innuit Gellius in vigeſimo: Oſtreæ cum appoſitæ fuiſſent, & multæ, & inuberes, macræque eſſent. Luna (inquit Annianus) nunc videlicet ſeneſcit, ea re oſtrea quoque ſicuti alia quædam, tenuia, exuctaque ſunt.

VSVS IN MEDICINA.

NOn ſolum in cibis, ſed etiã in medicina magnæ ſunt oſtreorum dotes. Si in Conchis ſuis decoquantur, vti clauſa peruenerunt, mire deſtillationibus prodeſſe Pliniũs tradit: Marcellus vero ita vt lecta ſunt, adhuc teſtis ſuis clauſa in carbonibus coqui atque ita cibo dari ei, qui narium grauedinem patitur. Idem Plinius oſtrea cocta cum mulſo, teneſmo qui ſine exulceratione ſit, liberare voluit: quod ſane nimis late accepit Marcellus, inquiens oſtrea ex mulſo, & pipere cocta, vtiliter contra teueſmum accipi. Peculiariter vero contra leporis marici venena oſtrea aduerſantur, ſi eidem Plinio credimus. Stomachum (inquit idem) vuice reficiunt, faſtidijs medentur. Additque luxuria frigus obruts niue ſumma montium, & matis ima miſcens. Gariopontius hydropicis etiam oſtreas dari iubet: Et Trallianus in colico affectu piſces duriore carne prædito, & ex teſtaceis pectines, & oſtreas. Teſta vero eorum maiorem longe quã ipſa caro vſum apud medicos habet, vſta & non vſta. Eam ſicciſſimam eſſe Galenus in ſecundo de temperamentis dixit. Labiorum vlcera, & omnia maligna ſanans medicamentum, ex Nicolao Myrepſo: Oſtrea vſta tenuiſſime trita inſperge. Ego vero uou vſtis contritis vſus ſum, & bene ceſſit. Ad procidentem ſedem, ex Aetio: oſtreorum teſtas crudas tritas, & ſubtiliſſimo cribro excuſſas appone. Ad perniones: Sextus Plaronicus ſepum ceruinum combuſtum ſimul cum oſtrea teſta minuta commixta, & factum quaſi malacma imponit, & mire ſanare ait. Vegetius in ſecundo de veterinaria, ad vulnera iumentorum oſſa ſepiarum, & teſtas etiam oſtreatum in puluerem redigi iubet, & ærei quoque vaſis fuliginem pariter miſceri; eaque bene tunſa ſi frequenter aſperſeris, ſiccatum vulnus ducere celerius cicatricem. Oſtreorum teſta vſta authore *a* Galeno, ſimilis eſt faculta tis buccinorum teſtis, tametſi etiã ſubtilioris: immo vt certius veriuſque (inquit) dicam, minus craſſæ. Nam terrenã duramq; corporis ſortita conſiſtentiam concretionemque impendio omnia craſſarum ſunt partium, itaque accurate calæuigare neceſſe eſt. Cum autem dicimus horum aliud alio eſſe renuius (cum tamen omnia craſſa ſint, ſed alia magis, alia minus,) ita accipiendum eſt, vt ſi Vlyſſem Therſite dicamus maiorem, cum tamen vterq; fuerit paruus. Cæterum omnia id genus, vt & antea eſt dictum, cogendi quandam in ſe facultatem obtinent: per quam condenſata eorum eſſentia, dura, terroſaque ſunt reddita; quã vbi per vſtionẽ depoſuerint, cõtrariã aſciſcũt facultatẽ, quã vocãt digerẽtẽ. Porro ſi laueris ea, vſteriſq;, (ſic Græcus textus habet, ſed pſtat (inquit Zoographus) legere, ſi vſteris laueriſq;: prius enim vrũtur, deinde lauãtur huiuſmodi medicamenta, ignea in aquã natura depoſita, ipſam efficiũt cum tenuitate excalfaciẽtẽ, adeo vt & putrefaciat.

Aluum mouent.

Cruda quoque eduntur.

Facile cõcoquũtur. Pituitam generant.

Humor ex quo febtis epiala.

Crudus humor qui.

a *Li. 3. Saturnal.* Oſtrea cruda in principio cœnæ põtificalis.

b *Li. 9. c. 6.*

Ad deſtillationes. Ad grauedinem narium. Ad teneſmum. Ad hydropem. Ad labiorũ vlcera. Ad procidentem ſedem. Ad perniones. Ad vulnera iumentorum.

Li. 11. de ſimpl.

Sed nonnunquam teliquum illud terrenum eſt, morſus expers: id quod maxime implendis cicarricesq; claudendis vlcerib. humidis eſt vtile, Igitur teſta eorum, quæ peculiariter vocantur oſtrea, cõbuſta vtor ad diuturnas exfluxione, ægreque carne implebiles cauitates, nempe quæ fiſtuloſæ ſunt atque profundæ, eam foris cum ſuillo adipe veterato (vulgo axungiam nuncupant) circumponẽs. At in ſinũ ipsũ aliquid eorũ, quę talia carne implẽt, immirto: quale eriã eſt vſtũ diaphanes: q; ſpecariũ (lego ſpeclariũ, nomine deprauato Latini enim ſpecularẽ lapidem nominant: interpres Latinus in margine diuerſam lectionẽ aſcripſit, æs vſtũ dyphryges,) nominãt. Parẽ in genere facultatẽ habẽt, & cæterorũ oſtracodermorũ teſtæ deuſtæ; maxime vero (vt dixi) oſtreorũ; deinde buccinorũ, & purpurarũ. Itaque cinis eius generis emplaſticis miſcetur facultatibus digerentibus, & cum quouis adipe digerit. Sed quoniam vetus plus digerit, illi magis miſceri ſolet. Porro potentius hoc medicamen digeret, ſi acrem illi adipẽ quempiã miſcueris: de quib. ſuperius determinatũ eſt. Quin & denres ſplendidiores talium omniũ cinis efficit nõ tantũ extergendi potentia, ſed & aſperitate ſubſtantiæ, velut & pumex, & teſta clibani. Verũ in vſu eiuſmodi nõ eſt neceſſe, quæ ſic vſta ſunt, admodũ læuigare. At in vlcerib. rebellib. ptæ omnib. diligenter ſunt lęuiganda, ac inſpergẽda. Porro excreſcentiã carnis mediocriter exterunt, cõprimuntq;. Ad hæc cũ ſale omnia id genus vſta dentiũ ſmegma reddunt efficacius, adeo vt nõ modo laxiratem mollitiemq; gingiuarũ deſiccet, verum etiã vlcera purteſcentia adiuuet. Hæc omnia Galenus. Emplaſtro albo Ariabarzanio, quo Xenocrates abſceſſum iã inalterarum circa tarſum diſcuſſit. apud eundem in primo apud Galenum de compoſitione ſecundum genera, cap. 16. buccina vaſta inijciuntur. Vbi Galenus: Valide (inquit) exſiccat ob buccinorum cinerem additũ, nõ diſſimilis aurẽ quodammodo faculras eſt, & purputis, & oſtreis concrematis. Notũ eſt autem ſine carnib. horũ animalium teſtas concremati. Mox etiam cap. 18. oſtrea concremata, purpuras, buccina & ſepiæ parrem oſſeam cum ijs recenſet, quæ propoſiti emplaſtri (aduerſus vlcera cacoethe, & deſypulota) candotem tucri poſſint. Et rurſus in primo capite lib. quarti: Buccinotũ teſtas concremaras, purputarũ oſtreorũ, aliotumq; id genus ſi aridas vlcerib. malignis, ac cõtumacib. inſperſeris, mirifice videbis citra mordicatiouẽ ea deſiccari. Puluis ex oſtreis. Cadmię thuris ſingulorũ vncia ſemis, oſtreorũ vſtorũ vncia vna ſemis: ſic ille, ſed vſum eius nõ explicat: videtur aũt vtiliter inſpergi poſſe vlcerib. malignis, & dyſepuloris. Gal. alibi teſtas vſtas, tũ buccinorũ, tum purpuratum, aliorumq; oſtreorum. pharmacis pilos attenuãtibus adnumerat. Ex oſtreis combuſtis, & fermento medicamentum pro humore ſuppuraro ab eodẽ in ſecundo de arte cutatiua ad Glauconẽ deſcribitur. Plinius ſcribit veteri vrinæ miſceri cinerem oſtreorum aduerſus eruptiones in corpore infantium, & omnia vlcera manantia. Idẽ cinis ſi Marcello credimus, cũ melle impoſitus parotidas cito ſoluit. Emplaſtra (inquit *b* Galenus) quæ ſimplices parotidas curãt, laxaroria appellata, omnib. nota ſunt. Exempla ipſorum ſunt; Emplaſtrum Mnaſeæ, & φ ex ſuccis conſtat, & quod ex ptiſana. His adhuc molliora ſunt cerati forma, tũ ex butyro, tũ ex oeſypo conflata, oſtreis aut buccinis, aut purpuris vſtis addiris, adipeque porcino, ſingulis quadrantis pondere. Præſtat & hoc, butyri vnciã vnã, ceræ ſextantem, & vnciæ dimidium, oſtreorũ vſtorum, quã tenuiſſime rritorũ ſextanrẽ: liqueſcibilia liquefaciro, oſtreaq; infarcito, ac vniris vritor confidenter. Efficaciſſimum hoc ad parotidas. Et paulo ſuperius: Buccinis, purpuris, & oſtreis vſtis, in dureſcentibus, ac vetuſtis parotidibus vti oportet. Eſt enim pharmacum, quod omnẽ afflictionem, & aerimoniam mitigar, & diſcurit, non ſolum ſi melle quis eorũ cinerẽ imbuat, ſed & multo magis ſi adipem ſuillum inſulſum, vetuſtum & à fibris depuratum admiſceat. Citra omnem enim moleſtiam omnes inueteraras inflammationes diſcurit, eriamſi ex rheumatica affectione ſint oborræ. Idem eodem libro buccina marina, aut purpuras vſtas melle aut axungia exceptas imponi præcipit parotidibus, & confeſtim diſcutiendas iri aſſerit, idemque oſtreorum teſtam vſtam, & cum melle impoſitam facere. Alibi denique vim eandem prope teſtis purpurarum, buccinorum, & aliorum oſtreorum tribuit, oſtrei nomen generalius accipiens: quamobrẽ ſi quid remediorum in vna aliqua ſpecie omiſſum videbitur, in alterius hiſtoria requiratur. Marcellus Empiricus cinerem harum teſtarũ ſi in morem ſalis pane colligatur, & vorerur, ſtatim ad remouendam grauedinem narium proficere ſcribir: nec non cum melle illitum tenuiſſime contritum, vuæ prodeſſe. Plinius medicus citante Iouio oſtreotum teſtas ambuſtas dyſenteticis prodeſſe tradit, Aliud ad dyſentericos ex Marcello Empirico: Succinum de ceraſo ſyluatica exures, & de teſta oſtrei æque facies, paribuſque menſuris puluerem tritum, cum melite (forte oxymelite, aut tale quid legendum) aut eum vino auſtero, ferro candenti calefacto, bibendum dyſentericos dabis, mire proderit. Ad coli inteſtini dolores ex Galeno: oſtreorum *c* teſtæ crematæ, & tritæ potui dentur: duarum ligularum modus ſit ex calentis aquæ cyathis tribus. Rõdelerius experientia competit ex cinere, ſiue ex calce teſtarum oſtreorum factam aquam lixiuã ad minuẽdos tumores οἰδηματώδεις pedum, & genuum plurimum conferre. Exiecat enim, inquit, multum digerit, & calfacit ſi poſt vſtionem cinis non lauerur, lorus minus calfacit. Cum itaque & è teſtis vſtulatis optima calx fiat, Bellonius cinerem oſtreorum eadem cum calce facultate pollere arbitratur. Pro buccinis oſtrea ad remedia aſſumi licere, & ex ſuperioribus conſtare poreſt, & in tabulis αἰνιβαλλομένων legitur.

Ad caua vlcera.

Dẽtes ſplẽdidos reddit.

Ad dentes dealbãdos.

Ad parotidas.

b Lib. 3. de comp. ſec. loc. 6. 2.

Ad nariũ grauedinẽ.

Ad coli dolores.

c Euporiſt. 2. 48.

A

B

C

DE OSTREIS SYLVESTRIBVS.
Cap. LXVII.

OStrea (inquit Rondeletius) reperiuntur in noſtro mari, quæ a vulgo Scandebec vocantur, propterea quod ſapore ſunt, acri: ob id delicatorum labta nimium calefaciunt, & vlcerant: nã Scandebec, idem eſtq; roſtrum vrens. Teſta conſtat pelluciendo partibus quibuſdam flaueſcenre, alijs purputaſcente, foris crinita, & criſpa, intus ſplendida, læuiſſima, candidiſſima. Caro parua, ſalſa, ſubamara atque inſuauis eſt: quare etiam à plebe negligitur. Hanc oſtreorum ſpeciem eſſe puto ſimilem ijs, quæ tradit Plinius *a* gigni in petroſis, carenribuſque aquarum dulcium aduentu, ſicut circa Grynum, & Myrinam, vel potius oſtrea eſſe ἄγρια, quæ vocat Athenæus, *b* Γίνεται δὲ πινα καὶ ἄγρια λεγόμενα ὄστρεια. πολύπτοφα δ' ἐστὶ καὶ βραμώδη, πρόσεστι δὲ σύπελη κάπα τῶν μύων. Sunt quædam oſtrea, quæ ſylueſtria nominant, multi alimenti, ſed virus olenria, & ori ingrata. Teſta ſylueſttium oſtreorum in fucis mulierum, lapidis ſpecularis vice vſurpari poteſt, & exiccantibus puluetibus vtiliter admiſceri. Hactenus Rondeletius.

Scãdebec oſtrei deſcriptio.

a Lib. 32. cap. 9.

b Lib. 3.

DE OSTREA GAIDEROPODA.
BELLONIO APPELLATA.
Cap. LXVIII.

Etymon.

ESt genus quoddam Oſtreæ vulgo cognitum in Græcia (inquit Bellonius) quam Gaideropodam vocant, quaſi pedem aſini dixeris. Cautibus adnaſcitur: non enim more Oſtrearum ſolura in ſalo iacet: ob id in eo tantum mari quod nunquam æſtu reciprocatur, innaſcirur. Aegæi aurem maris, Helleſponti, Propontidis & Ponti ora (oræ, littora) non augentur, neque decreſcunt, ſed perpcruo in eadem altitudine permanent. Nam inde aquę deorſum ſemper delabuntur, eandem plenitudinẽ ſemper obrinenres. Non eſt omittenda (inquit Plinius) multorum opinio, Priuſquam digrediamur à Ponto, qui maria omnia infeticra illo capite naſci, non autem Gadirano freto, exiſtimauere: haud improbabili argumento: quoniam æſtus ſemper è Ponto ptofluens, nunquam reciprocetur. Quanquam aurem Oſtrea hæc ſcopulis hæreant, cluſilem tamen & reſeratilem reſtam habent, & à ſaxo niſi magna vi percutiantur, dimoueri vix poſſunr. Quoniã vero multum profunde immergunrur, indiginæ longurios ferro muniunt, quibus ſerijs ictibus valido mucrone Concham quatiunt: quam vel confringunt, vel, ſi integram deturbent, rupis partem aliquã ſecum auferunr: vix enim alias cedetet, deinde manu ferrea eodẽ lõgurio indita, è maris fundo in ſublime attollunt. Quod autem a qua per fauces Boſphori Thracij deorſum tanro impetu feratur, ſignum eſt locum illũ Gaditano eſſe altiorem: nam ſi æqualis foret, haud equidem tanto impetu dilaberetur. Quemadmodum autem Græcorum Gaideropoda à vulgari noſtra Oſtrea ipſa forma differt, ſic etiam guſtu ingrara, dura, amara ac nauſeabunda percipirur. Huius teſta aut concha eximio naturæ artificio ſuperior inferiori infarcta eſt vr quibuſdam veluti cardinibus annexa, nigroque netuo in eius medio inter rubercula & ſinus coaptato vincta ac conſtricta eſſe videatur. Tubercula quoque ſuperiora duobus acetabulis inferioribus, bene correſpondent, vt & inferiora ſuperioribus, quæ in noſtra vulgari oſtrea deſunt, Proinde apetras Gaideropodas, ſi quis attente intuebitur, in his branchias (hoc certe ridiculum eſt, nullum enim ex teſtaceis habet) & ſtomachum, & reliquas partes nuttitorias contemplabitur: immo etiam auriculas fungi criſpi figuram referentes, magnitudine grandioris acetabuli polypi, quæ dilatari, ac contrahi ſoleat: vmbilicum vulgus oſſe putat. Hæc oſtrea alijs carnoſior eſt, minus tamen guſtui grata. Nam venter eius atque hepar peſſimi ſunt ſaporis. Cæterum nulli etiam in hac cancelli, ſeu pinnoteres reperiunrur. Hæc omnia itaque Bellonius. Rondeletius eiuſcemodi oſtracodetmi genus ſpondylum eſſe conijcit, & de eo ita ſcribit, In oſtrocodermorum generibus recenſentur à Galeno, Plinio; & alijs, ſpondyli, ab Athenæo τραχήλοι nuncupari, à Græcis hodie Gaideropa, ob magnam ſimilitudinem, quã cum aſini vngula habent: daideron enim hodie aſinum vocant. Galeni interpres ἀστραγάλους vertebras conuertit, ſed vtendum nomine græco cenſeo, Plinij exemplo qui aliquot locis ſpondylium vocauit, & Macrobij, quum ſpondylos inter eænæ pontificalis prima fercula numerat: Item Columella cum reliquis teſtaceis ſpondylos recenſer. Spondylus duplici reſta conſtar intus eaua, & læui: foris ſcabra, ad vngulæ aſini formam rorundata, latiore parte, quæ & inferior dici poteſt, tenuior eſt, & multo minus denſa, minus cõcaua, arcta valde & firma articulatione connexa: vrriuſque enim reſtæ binæ apophyſes ſunt, ſiue rubercula, quæ binis acetabulis viciſſim recipiunt, & recipiuntur: vinculo medio, nigro & valido cohærent. Caro interna oſtreorum carni ſimilis eſt: circa hanc ſimbriara eſt membraua. Branchias ſpondylis falſo nonnulli tribuunr. Omnia enim oſtracoderma ſanguinis expertia, & exiguo calore prædira roto corpore per ſenſum fugientes cutis meatus κατὰ διαπνοὴν reſpirant. (Taxar taeite Bellonium Rondeletius, ſed Ariſtoteles ſic ea refrigetari dicit, non reſpirare (quemadmodum inſecta authore Ariſtotele. Intus caro eſt ſaris multa, ſed durior, virus olens, inſuauis, & ingrata.

Teſta quę.

Teſta.

Caro.

Venter.

Hepar.

Spõdylus Rondel.

Deſcriptio.

D

E

Galenus

non respirare) quemadmodum insecta authore. Iutus caro est satis multa, sed duriot, virus olens, insuauis, & ingrata. Galenus libro tertio de facultatibus alimentorum inter ostracodcrma, quæ dutam habent carnem, re censet. Spondyli saxis adnascuntur, & ita hærent, vt non nisi malleo, aut fracta saxi parte capiantur. In mari nostro pauci reperiuntur. Ego in saxis Fresconijs Agathensis sinus reperi, sed ij parui sunt: ita hærent, vt in littus reijciantur. Testa crassiorum est partium, quã testa ostreorum. difficilius vritur, magisque ad lapidis naturam accedit. In spondylis cancri parui reperiuntur, quemadmodum in ostreis, & myrulis marinis. Horum nullam quo d sciam mentionem fecit Aristoteles. Athenæus lib. 3. τραχηλον, ἀπὸ τῆς τραχύτητος, id est, ab asperitate, mea quidem sententia, appellauit. Spondylos veros à nobis exhiberi ostendit firmior in his, & magis exquisita testarum articulatio, quam in vllo alio ostracodermorum genere; à qua spondyli nomen sortiti sunt: quod vertebrarum spinæ modo firmissime articulati sint: quæ vertebræ σπόνδυλοι à Græcis dicuntur. Hactenus ille, cum cuius spondylo maximam similitudinem gerit, qui hic à me additur: intus candidus, extra purpurascens. In secunda tabula quatuor proponuntur, colore albicante: tertia ostrea prout sæpenumero baculis, vel alij rei adhærent ceu Zoophyra. Addidi, & aliud elegans spondyli genus prona, & supina parte depictum. Plurimis extra tuberculis præditum est obtusis, ab vno latere rubicundis, ab altero inter viridem & cæruleum ambigentibus, quibus tamen rubra etiam permiscentur tubercula: summum caput, seu vertex candicat. Intus circulus satis conspicuus colore viridescente totam fere concham prope extremitatem ambit: dein color sequitur eastanearum, deiu albus & subuiridis. In medio velut vmbilicus est, vt icon indicat, ex iisdem coloribus, addito etiam luteo constans.

Spondyli saxis adnascuntur

Spondyli authoris

CAP. LXIX.

DE PECTINIBVS.

ÆQVIVOCA.

Pectinis varia significata

Κτὶς siue Pecten etiam dicitur, quo capilli pectuntur, & extendũtur: quod Eustathius sic Græce nominari scribit παρὰ τὸ σκτείνειν τὰς τρίχας. In Dictionariis Hesychii, & Varrini legitur, κτὶς κτενὸς τὸ κτένιον, παρὰ τὸ σκτείνειν τὰς χεῖρας, ἢ τὰς τρίχας. quod manus, aut pilos extendat Iidem Grammarici κτίνας exponunt τὰς τῶν χειρῶν καρπὸς, καὶ τῶν ποδῶν, καὶ τὰ στῆθη. hoc est manuum carpos, & pedum, item pectus, sed Zoographus metacarpia potius, sic dici putat: ita vero dici scribunt ἀπὸ τῶν εἰς τὰς τρίχας ἐπὶ τηδείων κτενῶν: hoc est ab instrumentis quæ apta sunt ad pectendos pilos. Iidem etiam sic nominari scribunt τὰς νοτιαίας πλευρὰς, spurias dorsi costas. Dicuntur quatuor illi dentes anteriores, qui interiecti inter duos caninos dentes naribus subsunt πεμεῖς, ἀλκαστῆρες, γελασινὸι teste a Polluce, item κτενὲς hoc est occisores, ὅτι κτείνασι ὃ ἂν λάβωσι, quia occidant, quod capiunt. Κεὶς dicitur etiam τὸ ἐφήβαιον, pubes, ἢ τὸ μόριον τὸ αἰδοῖον, aut pudendum. Latini etiam Pectinem sic vocant. Iuuenalis.

a Lib. 2.

Pro pube

Inguina traduntur medicis iam pectine nigro.

Κεὶς μόριόν τι τῶν κρυπτομένων τοῦ ἀνθρωπείου σώματος ἀφ' οὗ τὰ ἐφεῖ αὐτὸ ῥαβδώματα ὕστερον καλέμενον, inquit Eustathius: id est, pars quædam corporis humani occulta, sic dicta à virgulis, quæ circa eam sunt. Pecten à Latinis Grammaticis exponitur musicum instrumentum, quo cytharam pulsamus. Virgilius: b

Pro musico instrumento.

b Aeneid.

——— Iam pectine pulsat eburno.

Græci videntur in cythara, testitudine, aut alio quopiam simili musico instrumeno collum appellasse: κτένια, inquiunt, τῶν κιθαρῶν, ὁ ὑπερέχοντες ἀγκῶνες λέγονται. c Statius Papinianus:

c 2 Achil.

——— Nunc obuia versa
Pectine Amazonio modo, quo citat orbe Lacenas
Delia.

d Aduers. lib. 16. c. 30.

Ad quos versus hæc annotat d Adrianus Turnebus: Pecten enim Amazonius videtur chorus fuisse, quo inter se pectinatim implexæ consertæque recta serie puellæ in Amazonum modum saltabant. Pecten etiam instrumentum dicitur quo pannus nuper contextus, raditur: Germani, & Belgæ à carduo vocant carden. Item quo linum, & cannabis depectitur, & purgatur. Dicitur etiam cratis dentatæ genus stylis ferreis ad colendam terram, & ad metendam segetem. e Columella: si autem metendi genera complura multi falcibus verriculatis, atque iis, vel rostratis vel denticulatis medium culmum secaut, multi mergis, alii Pectinibus ,, spicam ipsam legunt, idque in rara segete facillimum, in densa difficillimum est. f Ouidius:

Pecten Amazonius quid.

Pro crate dentata

e L. 2. c. 21.

f 1 de rem. am.

Temporibus certis desectas alligit herbas,
Et tunsam raro Pectine verrit humum

A Plinio etiam dicuntur Pectines in arboribus, & earum materia per longitudinem rectæ Pectinum modo lineæ, & interuallà, Græcè κτενόνες, vt dum inquit: Fagis pectines transuersis Nam in quibus variant pectinum illorum lineæ, adiicere Plinius solet aliquid quo varietas illa possit indicari, obliquos, crispos, nodosue dicens. Germani in ligno hos veluti neruos, appellant annos. Sunt autem venæ, seu fibræ, & diuisiones in lignis pectinum modo, hoc est ἀλφύσεις. Intelligitur quoque non infrequenter instrumentum textorium eodem nomine, sic dictum quod fila in telis figat. Virgilius:

κτενόνες

Arguto coniux percurrit pectine telas.

Et Polluci ποικίλκτενα (Zoographus legit πεντάκτενα) Χιτώνισκοι παρὰ τὸν ὦον πορφύρεον ἔχοντες, πέντε κτένισιν σύνφασμένοι id est, Tunicæ quod oram purpuream habentes, quinque pectinibus texebatur. Apud Galenum libri de fascijs caput centesimum, & decimum inscribitur pecten, seu vinculum suspendens ad colem. Pecten Veneris herba, quoque Plinio dicta à pectinum similitudine.

Pecten Veneris.

SYNONYMA.

QVod Latinis Pecten, Græcis κτὶς dicitur, Gazæ modo pecten, modo pectunculus, vt vbi a Aristoteles air: τῶν δηλύων τὰ μὲν ἐστι ἀνάπτυχα, οἷον εἰ κτένες. Biualuis generis pars clusilis est, vt pectunculi. Et paulo post: Ἔστι τὰ μὲν κοχλιώδη αὐτῶν ἐστιν, οἷον κτὶς: Item aliæ se mouent, vt pectines. Sed hæc varietas, inquit Rondeletius, ambiguitatem parit: sunt enim pectines, & ab his diuersi pectunculi a Latinis dicti. Plinius manifeste pectunculos à pectinibus disiungens, videtur pectunculos pro tellinis vsurpasse, vt Hermolaus annotauit. De alijs pectunculis infra dicemus, hæc Rondeletius. Sed Theodorus, Plinium in hac interpretatione est imitatus, qui pectinem & pectunculum pro eodem accepit; vt vbi sic loquitur: Lolligo etiam volitat extra aquam se efferens, quod & pectunculi faciunt, sagittæ modo, nam hoc Aristoteles τοῦ κτενοῦς scripsit. Idcirco dicimus Plinium pectunculum, & pectinem interdum promiscue nominare, & interdum distinguere, pectunculosque pro tellinis accipere. Trallianus quoque κτένια diminutiuo nomine appellans, ipsos simpliciter κτένας, id est, pectines intelligere videtur. Pectunculi, inquit Zoographus, vt ipsum nomen loquitur, exigui pectines sunt: quod bifariam intelligi potest, vt & pectines maiores antequam excreuerint, sic appellentur, & species peculiaris semper parua, qualem Rondetius depinxit vna tantum parte auritam. Pectunculos nominat Columella, item Nonius Marcellus inter ea, quibus similitudo nomen fecit. κτένες pisces dicuntur ab interprete Nicandri pisces marini ob similitudinem manuum, & pedum. Porta Neapolitanus pectinem sic dici voluit à figura pubis, cum potius verisimile sit ab huius testati figura pectinem fuisse nuncupatum. Pectinum genus, inquit Gyllius, striatum, id est, pectinatim diuisum, à rugis illis, siue imbricaturis nuncupatur. Lenguados vulgo in Hispania dici testis est Alphonsus Tostatus. Germani, inquit Zoographus Conchas biualues omnes generali vocabulo vocant Muschelen, & Moschlen: vt pectines, Chamæ, &c. Pectines vero priuatim D. Iacobi Conchas. Iacobs Muschlen. Angli vero Musckels peculiariter nominant Conchulas illas quas Bellonius mytulos: Pectinem autem à Scalope, Scalop. Magno in errore versatur Albertus, & recentiores, qui pectines pro passeribus (id est, planis piscibus illis quos vulgus Germanorum platessas nuncupat) accipiunt. Pectinum generis, ait Gyllius, quidam arbitrantur eas esse, quas vulgo appellant Conchas S. Iacobi, sed aliæ Oceani littoribus Gallicis cognitæ habentur. Piscatores Massilienses pectines vocant Larges Coquilles, alii Coquilles de saint laques. Itali Cappe sante. Reliqua synonyma cuique generi propria mox in descriptione adferam.

a Hist. 4. c. 4

Gaza defenditur

Pecten à pectunculo differt.

Pectunculi qui.

Pectinis etymologia

Lenguados.

Alberti error.

GENVS. DIFFERENTIA.

descriptio.

SVnt autem pectines biualues, & clusiles teste Aristotele, seque concludendo tuentur. Pectinatim eis diuisæ testæ sunt. a Reserratiles item sunt: Nam ab altero latere nodo ligantur. κτὶς, inquit, Athenæus ex Aristotele, τραχυόστρακος, ῥαβδωτός. Ouum dictum altera tantummodo parte eis fit. Massarius Conchas esse striatas scribit, testis biualuibus, altera tamen tumida, altera plana, binisque auriculis angularibus. Qualis sit pecten, inquit Rondeletius, ex nullo melius quam ex b Athenæo cognoscemus, quo loco ostreum (Berberi) in quo nascuntur Margaritæ pectini confert Εἰ δὲ ἡ ῥαφὴ τοῦ Ὀστρέου ὄψις παραπλησία τῷ κτενὶ: ἐδιέγλυπται δὲ, ἀλλὰ λεῖον τὸ Ὄστρακον ἔχει, καὶ ὅλον: ἐδέ ὥπα ἔχει δύο, ὥστερ ὁ κτὶς ἀλλ' ἕν. Ostreũ aspectu pectini simile est: testa non cælata, sed læuis est, & spissa: neq; vrrinque aurita est pectinum modo, sed altera tantum parte. Ex his liquet pectinem duabus constare Conchis striatis, vtraque parte auritum esse, quod non non huic tantum competit, vt peculiariter auritum pectinem nominare o porteat (quod Bellonius facit) sed alteri etiam pectini, & pectunculo. Plura enumerantur pectinum genera, quam duo, aut tria, quæ partim magnitudine, partim colore figuraque variant. Sunt enim ruffi, candidi, varij, item candidi atque lati à Xenocrate commemorati. Pectines quidam, inquit c Aristoteles, magni, sunt, quibus altera valuularum latior veluti tegmen superposita est. Sunt item qui vtraque parte auriti sunt, vt pectunculi, alii vnica, quidam nulla, si Bellonio picturæ credendum sit. qui pectunculum suum, sine auriculis depinxit: capite testæ ita se colligente, vt in Tellenis, & Chamis; eam omisimus. Cæterum, vt abijs, qui vtraque parte auriti sunt, incipiam, sciendum est quosdam vtrãque aurem æquali habere magnitudine, vt priores duo, quorum iconem Rondeletius exhibuit, & alij si qui sunt quos nos depictos subiungemus, inter quos etiam quidam aures minores habent, quam caput testæ quidam tam magnas, vt ab vna aure ad alteram ducta linea caput testæ non tangat, sed potius emineant aures: alii rursus vna aure minores, & veluti mutyli. Pectinem priorem suũ sic describit Rondeletius Testa vtraq, primum strictior, qua parte aurita est, deinde amplificata in orbem circuma-

b Lib. 3.

Genera.

c Hist. 4.

circumagitur: altera modice caua, & in dorſum elata, altera plana, veluti altetius operculum. Vinculo nigro, & neruoſo colligatæ ſunt. Vtraque ſtriata eſt, à ſtrictiori parte ſtriaturæ incipientes ad imum marginem deductæ ſunt, ſed ita vt in eo ſtriæ, ſiue exochæ magis promineant, quam ſtrigiles, ſiue canaliculi: quibus fit vt pectiuis teſta laciniata ſit, & hac parte firmiter cohærens Præterea ſtriæ, ſiue exochæ lineis a ſummo ad imum ductis ornatæ ſunt, quæ duabus tribuſve alijs interſecantur à latere ad latus ductis verſus ſtrictiorem partem. Iutus carnis multum eſt, quæ circa medium etiam carnoſum, longum, tenerum alligata apparet. Ineſt in carne particula luteum ouorum colorem referens. Spectantur μήκων, & os tubæ modo factum, atque inteſtinum tenue luto plenum Tota cato in ambitu membranam habet veluti fimbriam verſicolorem, ex qua ſila multa, & tenuia dependent. Alter autem Rondeletij pecten idem cum ſuperiori fortaſſis cuidam minus diligenti inſpectori videbitur; ſed re vera differt: idcirco eius iconem hic apponimus: Nam latiores, & ampliores aures habet, eſtque toto corpore longiore ſtrictioreque, quam ſuperior. Præterea hic teſtam vtramque pectunculorum Burdegalenſium modo concauam habet, ſuperior alteram duntaxat concauam, alteram planam. Poſtremo hic Concharum quarundam rugoſarum ritu rugas, ſiue ſtrias, & exochas ſimplices habet, prior vero ſingulas ternis, & quaternis lineis à ſummo ad imum ductis ornatas. Hunc pectinem Itali Romiam vocant, quod qui è Compoſtella redeunt (quos etiam Romious lingua noſtra vocamus) pectines eiuſmodi multos pileis affixos geſtant. De pectine aurito, quem ſimpliciter pectinem vocauit Rondeletius, hæc Bellonius: In Concharum genere. (Nam pectines Concharum generi attribuit Plinius) ſolum Pectinem altera parte plauum agnoſcimus: cuius parte ſuperiore teſta tumida, binis vt plurimum auriculis iuſignita, emergit: atque ita ſtriata quemadmodum teſtudines rugis imbricatæ, quæ Nichia dicuntur. Pectines in biualuium genere, poſt pinnam maioribus Conchis præditi ſunt: quas habent ſcabras, reſeratiles, & clubiles, nullis cardinibus pixidatim infarctis coniunctas, ſed neruo tantum nigro, (vt in Oſtreis videmus) obfirmatas. Parte plana tanquam prona ſolo accubant: ſupina enim tumida aures vtrimque habet, per quas exerere linguam Ariſtoteles tradit. Hæc ille Nos his aliquot ſequentibus tabulis auritorum vtraque parte pectinum quotcunq; vnquam obſeruare contigit, imagines exhibemus. Primo igitur loco ponitur pecten priori Rondeletij ſimilis, (cuius idcirco imaginem omiſimus) primum apertus cum animali, mox eius teſta, quæ ferruginei diluti eſt coloris, faſcijsq; ferrugineis. Ex eodem genere eſt, qui hunc ſequitur, minor tamen, verſicolor, nempe albo fuſco viridi præſertim in faſcijs & auriculis, & purpuraſcente colore variegatus, & qui tertius eſt, cum animali, & eius teſta, colore eſt caſtaneo. In ſecunda tabula priori numero notatur is qui autem vnam altera multo maiorem habet: nec extremitate ſua cum teſta connata, vt duo alij, qui eadem tabula videntur: paruus eſt hic ſua natura, & raro maior quã depictus conſpicitur: albus, & ſubuiridis aliquantulum parte ſuperiore. exochas habet magnas, & craſſas proportione canaliculorum, quibus inſculptæ ſunt à natura ſtriæ à ſummo ad imum tendentes. intus autem prope auriculas colore eſt aliquantulum caſtaneo, cætera albo. Secundo numero oſtenditur priori ſimilis colore, & forma auriculatum, ſed exochas non habet bifidas, vt ille. Qui deinceps additur auriculam quidem maiorem habet altera, foris colore eſt prorſus caſtaneo. exochis eſt, & ſtrijs tranſuerſis inſignitus, inq; multis locis aculeis paruis munitus Intus eſt colore argenteo ad ſubcæruleum tendente, licet in medio aliquibus in locis circumcirca ſit colore caſtaneo ſplendido. Quartus autem vnam altera maiorem habet, nec extremitate teſtæ adnatam maiorem. exterius crocei eſt coloris: intus vero candidus. exochas habet lineolis tranſuerſis refertas. quatuor faſciæ amplectuntur teſtæ partem ſuperiorem. Quintus tertio ſimilis, ſed ſtriis tranſuerſis caret. Niger eſt, qui in tertia tabula primus pingitur longitudine palmi, latitudine vero fere æqualis, aure inſigni, & prominente extremitate ſua, alterius auris veſtigium quoddam paruum Exochas habet rotundas maiores canaliculis, quas lineæ tranſuerſæ ambiunt. Secundus colore eſt ferrugineo, in vtraque valua exterius multis aculeis aſper. Auriculam vnam habet inſignem, altera parum eminet. interius in circumferentia colore eſt ferrugineo. ſuperiori parte ſubcæruleo colore ad argenteum tendente, habet & exochas ſtrijs iuſignes. aculei autem ex ſtrijs emergunt,

Tertius autem vnam altera maiorem habet Longitudo æqualis latitudini, menſura duorum digitorum & dimidij. Exochas ab vna parte habet notabiles ſtrias vero latiores inter exochas ſtrijs coloreluteo. Interior quoq; pars habet multas exochas, quæ ſunt longe anguſtiores ſtrijs, & lucent. In medio duarum auriculatum eſt foramen, cui vinculum inſeritur, quo connectitur vtraq; teſta, clauditur, & aperitur. Quartus habet aures fere æquales, exochas ſubcinereas albicantes, ſicut & ſtrias. Intus in ſuperiori parte nigricat, cætera colore ſubcæruleo, & albo depingitur huius teſta parte interiore, & exteriore. In quarta tabula primo, & ſecundo loco depingitur pectinis teſtæ pars interior, & exterior. Huius teſta rota candicat, & pellucet: exterius glabra, ac lævis: interius eſt exochis, aut lineis eminentibus parum, ac tenuibus, vt numero primo licet in tabula conſpicere. faſcias exterius habet nigricantes tres, aut quatuor. Aures ei ſunt æquales, & exigui.

Tertio numero ſignificatur pecten cuius pars exterior, & ſuperior rubet, exceptis duabus auribus, quæ in extremo albæ ſunt: tota vero circumferentia alba eſt, latitudine fere digiti. interius tota albicat. exochæ lineam vnam, aut alteram habent per longitudinem, quam pictor non expreſſit. Quartus eſt ſubalbo, & ſubrubro colore. Auriculam habet altera multo longiorem, cuius pars extrema à teſta ſeparatur: exochas habet rotundas per quas lineæ à ſummo ad imum percurrunt duæ, tres & quandoque quatuor: ſtrias habet pariter rotundas paruulis quibuſdam exochis inſignitas. Circumferentia intus alba, & lucida eſt, reliqua vero pars ad ſubnigrum tendit, faſciæ ei ſunt quatuor ad caſtaneum colorem tendentes. Auricularum color à parte interiori, quæ longior eſt, vbi pectini adhæret alba à reliqua, quæ prominet pars caſtanei eſt coloris, vt & altera tota auricula Sequitur deinde pectem aure altera maiori, & extremitate ſua teſtæ adnata. huius tota pars concaua, & exterior eſt caſtanei coloris. Sed exterior pars cum alcyonio adherente, tuberculis paruis tanquam verrucis inſignita: ſupra prope aurem maiorem aliquid mineacei coloris videre licet. Poſtremo loco conſpicis pectunculum, hoc eſt pectinem altera parte auritum. Croceus eſt, longitudine duorum digitorum, & dimidij latitudine duotum, auriculam vnam habet ſatis latam proportione animalis, rudimentumque tantum alterius, exochas rotundas, & ſtrias per tranſuerſum plures valde exiguas. colore mineaceo inſignitur exterius, interius albido, lineis quibuſdam per longitudinem tranſcurrentibus mineaceis. Cognatus huic is quem ex Zoographo depingimus, ſine deſcriptione.

Habes deinceps Pectinem totum eburnei coloris, præterquam in ſummitate, vbi macula quadam condecoratur rubra, cui item alia lutei coloris macula inſidet. Aſper eſt, qui eburneo illi adiectus eſt colore ſubfuſco. Auriculas exiguas æqualis magnitudinis habet Pecten ſubſequenti deinde tabella adiectus, extra cinerei coloris, intus ſuperiori ora nigricat: cætera ex ſubcæruleo ac albicante varius. Candidi ſunt duo vltimi Chamæ quodammodo figura. Verius ſaue mihi dicentur pectunculi, qui poſtea vltima tabula depicti conſpiciuntur, minores omnibus cætetis. Pectunculi enim, vt nomen ipſum loquitur, exigui ſunt pectines. Quod bifariam intelligi poteſt vt & pectines maiores antequam excreuerint, ſic appellentur, vel ſpecies peculiares ſemper paruæ, quales in hac tabula proponuntur. Omnes quo ad teſtam tenues ſunt, auriculis, & colore differentes. Quidam enim lacteì, quidam rubri, quidam caſtaneo, & albo colore variegati magnitudine quoque diſcrepant. maximi ſunt latitudine digiti, reliqui minores. mineaceo eſt colore, qui quarto loco exhibetur: ſtrijs ſeu exochis tam exiguis, vt vix conſpiciantur. Rondeletius pectunculum facit, talem qualem ſecundo huius tabulæ loco oſtendimus.

Sed cum tribus faſcijs, item altera parte auritam, aliquando dextra, aliquando ſiniſtra, vt noſtet. Concham ſtriatam habet vtramque cauam. Rondeletij autem aliquot aculeis eſt armata. hos pectines exiguos in Aquitania vocant Petoncles: in Normantia Hannons. Romæ Gongolæ, quaſi Conchulæ: ſunt enim ſemper parui, præſertim in Mediterraneo mari, in Aquitanico littore maiores. Alijs dicuntur Coquilles de ſaint Iaques, quemadmodum magni pectines A Chamis trachæis, inquit Bellonius, hoc diſcrepant, quod Chamæ tranſuerſas lineas, pectines autem labra in gyrum crenata oſtendant. Sunt qui ſancti Iacobi Conchylia vocent, Anglicum vulgus Cochles. Romani ruſtici, qui Chamas læues, & tellinas ex mari in forum piſcarium adferunt, eos quoque ad menſuram tellinarum modo diuendunt, quos & Conchulæ nomine vocant, ſed Gongolam pronunciare malunt: Hæc Bellonius, qui pectunculum neutra parte auritum depinxit: capite teſtæ ita fere ſe colligente, vt in Tellenis, & Chamis.

Cato.

Pecten Rõdeletij alter,

Romia.

Deſcriptio ex Bellonio.

Teſta qualis.

Pectines alij authoris

Pectunculi qui dicantur.

Vt à chamis trachæis differant.

LOCVS.

MYtuli & pectines, teſte *a* Plinio, ſponte in arenoſis locis proueniunt. Columella de piſcibus loquens ait: Limoſa regio idonea eſt educandis Conchylijs, & oſtreis purpurarumque tum Conchatum pectunculis. Capiuntur in ſinu Aquitanico frequenter pectunculi, vbi maiores ſunt, quam in Mediterraneo mari, quanquam & hic copioſi, vt in Normannnia. Pectines ferramento quodam capi abradendo tradit Ariſtoteles.

a Lib. 9. ca. 51.

Capiendi ratio.

SENSVS, VOLATVS, natura.

VIſum habere & oculos, videtur ex *a* Plinio probari poſſe: de animalium oculis ſic loquens; Non omnibus animalium hi. Oſtreis nulli: quibuſdam Concharum dubij: Pectines enim ſi quis digitos aduerſum hiantes eos moueat, contrahuntur, vt videntes. Video dubitatum à doctis, num pectines volent. *b* Ariſtoteles id affirmat, ſic inquiens: Generis teſtati, & expedis pecten potiſſimum plurimumque ſe mouet volatu. Nam & purpura, & eius ſimilia parum admodum progrediuntur. Vnde *c* Plinius: Loligo etiam volitat, extra aquam ſe efferens, quod & pectunculi faciunt, ſagittæ modo. Vbi notandum Plinium ita intelligendum eſſe, vt dicat pectunculos volare, non autem extra aquam ferri, vt Loligines: Nam pectinum volatum ab auium atque volantium quorundam aliorum piſcium differre author eſt *d* Ariſtoteles, ita ſcribens: Cartilaginei generis nonnulla ſtridere videntur; Verum ab his vocem emitti vllam recte dici non poteſt

a Lib. 9. ca. 36.

An oculos habeant.

An voleut.

b Hiſtor. 9. cap. 37.

c Li. 9. ca. 39.

Volatus.

Plinius exponitur.

d Hiſtor. 9. cap. 9.

Stridor.

potest: at sonum, siue strepitum reddi vere dixeris Nam & pectines, quoties per summa humoris nitibundi feruntur, quod volitare dicunt, stridere sentiuntur. Idcirco Massarius ad ea Plinij verba: Aquatilium pectines stridere cum volant, traduotur; hæc commentatur. Quoniam sua cuique potest esse sententia, ego nõ existimo pectines volare posse per aëra. Cum enim callo illo interiori ambæ testæ adeo cõnexæ sint, vt difficile diuelli queant, non possunt ita libere aperiti, vt volare valeant. Quamobrem volare hoc in loco pro saltire celeriter in modum volatus, & discurrere de loco ad locum potius interpretatur. Pectines enim tanta velocitate dehiscunt: vt ex vehementi repercussione saliãt, & superiactent, vt quasi volare videantur. Hæc Massarius, secutus Aristotelem, qui sic *e* scribit, de animalium testatorum differentijs tractans: Item, inquit alia se mouent, vt pectines, quos etiam volare nonnulli aiunt: nam de ferramento, quo capiuntur, sæpe dissiliunt. Idem pectines tradit aliquandiu in arena (alias in secessu) latere veluti purpuras; vnde Plinius: Pectines, inquit, in mari ex eodem genere habentur, reconditi, & ipsi in magnis frigoribus.

Stridor.

Plinius explicatur.

e Hist. 4. c. 4

ORTVS. GENERATIO.

Oua quæ.

QVÆ autem oua appellantur in pectinibus, quamuis vere ijs insint, moxque procedente tempore inuuantur aboleanturque, tamen nihil ad generationem conferunt, sed indicio sunt nutricationis melioris, quale in sanguineis pingue est. Proueniunt itaque sponte, vt *a* Plinius tradit ex *b* Arist. qui sic inquit: Pectines locis arenosis sui ortus initia capiunt. Anno autem perficiuntur, vt idem de testatis sic loquitur: Omnia id genus celeri incremento augentur, sed præcipue purpuræ atque pectines: quippe quæ anno perfici possunt: Generantur, *c* eodem teste, plurimi temporibus pluuiosis, quemadmodum & plurimis alijs testatis accidit. Nam squallore pectines magis trahunt russum colorem. Iamque in Pyrrheo Euripo pectines aliquando defuerunt, non modo propter ferramentum, quo piscatores abradendo vbertim caperent, verum etiam propter siccitates.

a Li. 9. c. 31.
b Hist. 5. c. 15.
c Hist. 8. c. 20.

NVMISMATA.

GOlzius inter numismata Pisaurensium argenteum habet, in cuius vna parte est Pegasus cum his literis ΠΙΣΑΥΡΙΩΝ, ab altera parte Neptunus Nereo insidens, sub quo pecten expritmitur, & à latere hæ literæ ΔΗΛΧ. In Tarentinorum quodam argenteo nummo idem pecten cernitur cum Neptuno Nereo insidente, dextraque tenente iridẽtem, sinistra Polypum cum hisce literis ΤΑΡΑΣ Idem quoque pecten in alio eoruodem argenteo nummo cernitur solus ab vna parte, ab altera Neptunus insidens Nereo dextra tenens iridentem, sinistra Polypum, his adscriptis literis ΤΑΡΑΣ Nam Tarentini Neptunum pro deo tutelari colebant, & à Taranto Neptuni filio nomen fluuio, & vrbi factum gloriabantur; idcirco Polypo, ac pectine, & Nereo indicare voluerunt Neptuni in mari potentiam.

VSVS IN CIBIS.

Electio.

TAM fuere in mensis celebres apud antiquos, vt scribat etiam Athenæus, non omissos fuisse in Coiys conuiuio. Eligebantur autem ex Methymna, vt idem ex Phyllij, siue Phrynichi, siue Aristophanis comedia vrbes inscripta tradit. Clemens quoque *a* Alexandrinus, & Pollux auctores sunt pectines Methymneos à plerisque gulæ amatoribus suis temporibus expeditos Inter cœnarum ciborumq; exquisitas delicias comprehendit pectunculum Chium M. Varro in satyra, quam περὶ ἰδιωμάτων, id est, de cibis peregrinis & lautitijs inscripsit, vt testatur *b* Gellius Laudantur etiam Tarentini: Horatius:

Pectinibus patrijs iactat se molle Tarentum.

Quæ erit fortasse ratio, cur in numismatibus Tarentinorum frequenter inueniantur: Apuleius versus hos Ennij corruptos citat:

Mures sunt Æni, aspera ostrea plurima Abydi,
Mus Mytilena est pecten Curadrum, quæ apud Ambracia amnes.

Qui aliqua ex parte restaurari possunt ex Archestrati apud Athen. versibus, vnde etiam translati sunt:

Τὺς μὴς Αἶνος ἔχει μεγάλους, ὄστρεια δ' Ἄβυδος,
Τὰς Ἄρκτυς Πάρος: τὺς δὲ κτένας ἡ Μιτυλήνη
Πλείους δ' Ἀμβράκια παρέχει.

Id est,

Mures Ænus habet magnos, & ostrea Abydus,
Vrsos Parium: Pectines vero Mitylene,
Plurimos vero Ambracia exhibet.

Pectines optimi qui.

Xenocrates: Pectines, inquit, optimi sunt, qui ad iustam magnitudinem peruenerunt, caui, colore nigriore: præstant autem vere, ac æstate, siquidem eo tempore ad Lunæ incrementum maxime augentur. Omnibus autem antecellunt Mitylenei magnitudine, natura, humoris bonitate. His similes Ionium mare iuxta Illyrida, Hetruriam, Salonas, & Latium producit. Iam vero & Chios, & vicinæ insulæ, item Alexandria eiusmodi pisces ferunt. Pontus quidem etiam multos fert; sed minutos, & qui ægre augeantur. Hæc Xenocrates. Aristot. autem optimos esse censet, cum grauidi sunt, vt alia testata & crustacea. *a* Galenus pectines crassi admodum succi esse scribit. Quidam Myas, seu Mytulos Ephesios eisque similes succi bonitate, vt pectines superare; ita cedere Chamis. Hicesius autem Chamis alere vberius, succi autem peioris esse, & excretioni minus faciles. Vnde Trallianus podagram pituitosam præcessisse conijcit plurium pectinum, & buccinorum vitiosos succos generantium frequentem vsum. Stomachio (ait Cornel. Celsus) apti sunt ex media materia pisces, ostrea, pectines, murices. Et Archigenes apud Galenum pectines connumerat ijs, quæ stomachicis in cibo conueniunt. Galenus succum eorum aluum ducere, non

a Pædag. l. 2.

b Noct. Att. lib 7. c. 16.

a De anim. bon. & mali succi.

A ,, aliter quam lactis serum tradit Idem confirmant Galenus, & Dio-
,, cles Charystius. De eorundem faculrate coquendiq; modo hæc Xe-
,, nocrates: Dulces sunt, ac faciliu, quam ostrea concoquuntur. Ex aceto sumpti ad excretionem accommodantur, & cum ex posca concoquuntur, dulcedinis participes sunt, quam assando deponunt; pari quoque modo contriti aluum soluunt: idque siue recentes, siue vetusti fuerint. Parum autem vrinam cient, qui buxei coloris sunt, sicut ostrea non facile corrumpuntur. Elixi assatis ad aluum ducendam aptiores sunt: quique magis assati sunt, minus succi habent, & difficulter excernuntur. Existimandum quoque est, eos qui in suis testis assantur, minus huiusce incommodi habere, & facilius alere, & minus eos perturbare: valentiores autem assati suot: quippe expurgati plane pureq; fuerint, ij gratioii sunt, & facile concoquuntur, & testaceis antefeterendi sunt illi, qui sale conditi sunt, nec admodum perturbant. Natiuam autem dulcedinem in muria conseruant, & vrinam mouent: ac candidi quidem, & lati, sunt dulciores: atque albi sunt duri: (Diphilo tamen candidi molliores sunt) ruffi vero sunt virosi, & vrinam cient: varij autem medij sunt, & eorum aliqui fucis sunt similes: qui per se dati difficulter concoquuntur, & tamen vrinam mouent. Hæc ille. Wottonus testatur pectũculos facilius concoctionem assumere, quam ostreas sapore esse dulces: at nimiam illam dulcedinem coctione exuere. Aluum magis mouere virulentos assis: & quo magis assentur, eo minus succi congeniti relinqui, minusque aluum tentare: sed si in testis suis assentur, magis nutrire.

B

VSVS IN MEDICINA. *& alijs.*

TRallianus in colico affectu dari iubet. Idem in cardialgia conuenire eos scribit. Et alibi in vomica, seu empyemate, si salsus & biliosus humor est, præbet. Rursus idem Tympanius raro, & voluptatis gratia offert. Ego eos sæpius præbeam: Nam auctore *a* Plinio vrinam cient, & quæ in vesica sunt, modice deterguntur; quanquam in hoc morbo magis flatus, quam humor abundet. Xenocrates scribit pectines remedio ijs esse, quorum vesica vlcerib scatet, quod ea expurget Quidam practici in febris biliosæ declinatione pectines cõcedunt. Ad Venerem excitandam non minus valent, quam ostrea, quorum species sunt, teste *b* Iohanne Baptista Porta Neapolitano. *c* Plinius pectunculos salsos trituosque cum cedria pilos palpebrarum euellere auctor est. Contra Dorycnium in cibo iuuant pectines, vt cecinit Nicãder. Pharmacopæorum vulgus pro Concha Veneres pectines vsurpat, vt ait Rondelet. Pectinum maiorum vsus alicubi est in templo ad sal continendum, quo consecratur.

a Li. 32. c. 9.

b Lib. 3 c. 44 Pytog.

c Lib. 32. c. 7

C

CAPVT LXX.

DE MVSCVLIS. ÆQVIVOCA.

VOcis huius homonymia impedit, quo minus intelligamus, quid auctores intelligant per musculum, de quo modo à nobis sermo instituitur. Etenim μυσίκητον apud Aristot. musculum reddit Theodoricus Gaza Plinium secutus. Genus id est piscis, qui vt inquit *a* Claudianus, paruo moderamine caudę iter regit, ne Balęna in scopulos impingat. quãquam Bellonius Balænæ partem quandam, quam gerit ad iter prætentandum Aristotelis musculum esse putet. Prætenturas, inquit, quas ante oculos habet Balæna, musculum Aristoteles nuncupauit, quem etiam Oppianus veluti quendam alterum piscem esse cecinit.

Mysticetus.

a Lib. 2. in Eutrop.

Musculus balænæ.

D *Hac ratione, inquit, comes cunctis ductor q; viarum*
Musculus est paruus visu, sed corpore longo
Et tenui cauda paulo semotus ab illo
Præcedit.

Et paulo post:

Hunc piscem vero ductorem nomine dicunt.

Cætetum Roadeletius *b* Aristotelem, ne per somnium quidem id vnquam cogitasse dicit, neque musculi nomine vti, sed Gazam ex Plinio, quem σιαλαφάδητος, inquit, legisset, in tam fœdum errorem haud incidisset. Eius enim verba sunt. Musculus etiam piscis pilos in ore intus habet vice dentium. Aristoteles μυσίκητον nominat. Cum vero hoc solo loco musculi, siue μυσικήτη mentio fiat, quis inde colligat, inquit idem Rondeletius, partem Balænæ, scilicet assulas illas musculum vocati? neque Plinius tribus in locis, quos citauimus, musculum partem Balænæ facit, sed belluam marinam Ex his autem latinis versiculis satis liquet eum nunquam Oppianum legisse qui tantum abest, vt Balænæ partem musculum faciat, vt musculum ne nominet quidem, sed piscem alium esse dicat, qui Balænis iter præmonstrat. Hæc ille. Musculus præterea apud *c* Cicetonem est mus exiguus: quam homonomiam vitatuius Gaza, apud Aristotelem μῦς δορκάδος, interpretatur sorices, & μῦς ex testaceis Mytulum, siue musculum maiorem; sed quẽ Aristophanes *d* vocat μῦν, murem, seu soricem animal notissimum significat. Sunt alioquin musculi, vt Plinius *e* refert, & à medicis accipiuntur, partes corporis carnosæ, neruorum fibris motus gratia circumiectæ, venisque, & arterijs conspersæ, his ad natiui caloris custodiam, illis ad alimenti distributionem, quæ omnia tenuis complectitur tunica, musculum definiens, qui μῦς etiam Græcis appellatur Habet præterea musculus nomen in artificiatis, nam antiqui conficiebant instrumenta quædam in bellis, quæ musculos appellabant, cuius meminit Isidorus, *f* musculus est, inquit, similis cuniculo, quo murus perfoditur, ex quo & appellatur quasi munusculus. Ponuntur icones à Roberto *g* Valturio machinatuiu quarundam, quas musculos, vt is refert, vocabat antiquiras; ipse vero machinas minores appellat, quibus protecti

Musculus nõ est pars balænæ.

b Lib. 16. c. 11.

Cõtra Belionium.

c Li. 2. de diuin.

Mus exiguus.

Sorices Gazæ.

d In vesp.

e Li. 2 c. 11.

Musculi medicis, q. Muscul. instrumẽtum bellicum.

f Li. 18. c 11.

g De re militar. c. 4.

E

tecti bellatores ſudibus præmunitas oppidorum foſſas demolirentur, quibus turris ambulatoria iungeretur, ſine impedimento ad murum.

SYNONYMA.

MYias, iſtiuſmodi teſtacea Plinius quandoque vocat, quandoque Myiſcas, nonnunquam myſcos, ſæpe etiam muſculos, Athenęus μύας (vt nobis certe oſtendunt ſapor dulcior in his, & ſuauior, quam in mytulis, item paruitas, rotunditas, teſta hirta, atque alia, quæ à Plinio & Athenæo hiſce tribuuntur.) Ariſtoteles *a* ἐλάττους μῦες, qui plurimos, auctor eſt, circa vnum principium aliquod adnaſci, quod quoque conuenit. Rondeletius etiam μῦες in fœmININO genere Athenæo, appellari putat. Maiores his mytuli vocantur, Dioſcoridi μύακες, de quibus poſtea dicemus. Hermolao tria genera animalium, dicuntur μύες, nimirum teſtudines, ſed tunc non μῦες in plurali, ſed μῦδες, & ἐμῦδες vocati. Genus hoc, inquit, mus aquatilis, & lutatia teſtudo vertitur à Theodoro Gaza, à Plinio quandoque mus marinus: alterum eſt inter piſces; tertium inter oſtreacea pro muſculo, tum minore, tum etiam maiore. Μύδιον Græci hodie vocant muſculum, forma pariter diminutiua à μῦς: eruditi proferre poſſent μυΐδιον, & melius, vt putat Zoographus, Nos, vt dictum eſt, muſculos ſimpliciter minores appellamus. Italis, & præſertim Venetis Concholæ vocantur, Gallis Moules, Germanis Moeſchelen. Belgis Moſſelen. Angli muſclis non communiter omnem Concham, ſed proprie & peculiariter paruam nigricantem appellant.

a 3. de gen. anim. c. 11.

Mytuli.

Μῦς tria ſignificat Hermolao.

Mus marinus.

GENVS, DIFFERENTIÆ, *Deſcriptio.*

VOcantur, inquit Rondeletius, noſtræ plane opinionis aſſertor, muſculi ad differentiam maiorum, quos mytulos vocant; differunt enim tantum magnitudine & rotunditate, quam differentiam ex Plinio, *a* vt arbitror, is attulit, qui muſculos diuidit, in mytulos, qui ſalem, vtruſque reſipiunt, & myias, quæ rotundæ ſunt, & minores aliquanto, atque hirtæ, tenuioribus teſtis, carne duriores. Rondeletius, poſita etiam icone, talem affert deſcriptionem Sunt ex oſtracodermorum genere, quæ tenui teſta, & duplici contegunturi, circa ſaxa, aut lignа naſcuntur pilis, & veluti lana alligantur. Teſta foris nigra, fere ſemper vel muſco, vel lanugine obducta, intus læuis, & ſplendens, ex albo cærulea, parte acutiore craſſior, & ſpiſſior, reliquo ambitu rotundo tenuior. Caro intus pallida, cum non cruda eſt, cocta vitellis ouorum ſimilis, in ambitu fimbriata, in ea foramen eſt euidens ad attrahendam aquam, neque enim per villos attrahit, quod ineptiſſime quidam aſſerunt, lanæ illius, ſiue byſſi vſum ignoraures, in media carne eſt particula carnoſa linguæ ſimilis: ineſt, & mutis, & pituita quædam glutinoſa, callo albo adhæret. Hactenus ille. Multos iſtiuſmodi muſculos in mari reperiri, & in aqua dulci ſtagnante; nunquam vero fere in rapidis fluminibus, idem atteſtatur. Cærerum muſculorum aquæ dulcis iſtiuſmodi iconem ex eodem ni fallor, Zoographus proponit. Duplici (inquit) conſtant Concha tenui, & fragili, foris nigricat, & veluti ex multis additamentis conflata eſt; ob id aſperior. Intus læues ſunt, ex cæruleo nigricantes. Carne ſunt dura, concoctu difficili, mali ſucci, quo fit, vt qui ijs copioſius veſcuntur, in febres incidant.

Vt differat.

a Lib. 32. c. 9

Rondeletij deſcriptio.

Teſta qualis.

Caro.

DENOMINATA.

AB huiuſmodi conchylij genere multa inuenio denominata, ſed non admodum ab auctoribus vſurpata. Τὸ μυὸς à muſculo nimirum diminutiuum eſt μύσρον: hæc autem diminuendi forma non eſt admodum vſitata, ſimpliciter vero deriuata talia multa exiſtunt, vt σείρον, σίγηρον, μίστρον. Pollux τὸν μύσρον genere maſculino dixit cum acuto in prima: quæ, cũ natura longa ſit, videtur in recto circumflectẽda, & ijs caſibus, qui vltimam corripiunt. Μύσρα, & μύσρια Euſtathio idem ſunt, vt vult Zoographus, quod μυείλαι ὁ ἔπι κοῖλος ψωμὸς πρὸς ἄρυσιν ψωμῶν ἐπιτήδειοι. Μυσρεκτῶλαι apud eundem Pollucem à μύσροις diminutiuo dicuntur. Μύσιλη quoque, vt mihi videtur diminutiuum, eſſe poteſt à μῦς fœmININO, vt μυπλὸς à maſculino, hinc verbum μυσιλᾶσθαι Euſtathio, ἀμφιμισιλῶν δρύεσθαι, ἢ τὸ κοιλαίνειν ὑπὸ ψωμῶν, μυσίλμης, ὁ μυσίλων ἅλμης, καὶ ὅσα τῶν δύο τελεσταίων ἢ ἐποπόνους ζῶν.

D

Myites lapis.

Myites cuiuſdam eſt lapidis genus, muſculi ſpeciem præ ſe ferens; huius, vt inquit Georgius Agricola, duplex eſt differentia, oblongi videlicet, & pectinis modo rotundi, hunc colore cinereum in Chattis ad Spangerbergum arcem reperiri, vbi & trochitas: & in Saxonibus ad Hildesheimum in lapidicinis eius tractus, qui eſt vltra montem Mauricij, illum modo ſubfuſcum, modo ſubflauum effodi ex mœniorum foſſa Hildesheimæ vrbis, qua ad Septentriones ſpectat. de his poſtea inter foſſilia loquemur.

VSVS IN CIBIS.

E

Epheſij marini.

MVſculi vbiq; fere in cibum cedunt, ſed optimi ſunt Epheſij: marini commodum ſatis præſtant nutrimentum: Qui in aqua dulci captantur, carne ſunt dura, concoctu difficili, praui ſucci, quo fit, inquit Rondelet. vt qui ijs copioſius veſcuntur, in febres incidant: laudabiles admodum ſunt, qui in inferiore Germania capiuntur ex Oceano Germanico. Sunt etenim hi guſtus ſuauiſſimi, elixantur, vt retulit mihi vir quidam non indoctus in aqua, additoq; poſtea pipere, butyro, & modico aceti comeduntur. Sunt plerumq; in vſu maiores, cum tamen minores non ſpernantur, etſi minoris ſunt nutrimenti, quod innuit etiam Athenæus, *a* οἱ δὲ ἐλάττονες, inquit, τῶν, καὶ δασεῖς ἔξωθεν, ἁρπακώτεροι, μᾶλλον εἰσὶ καὶ σύχυλώτεροι τῶν σκιλλοῦν, σύστροφώτεροι δὲ καὶ τὸ μέγεθος ἐλάττονες τοῖς ἰχθύσι τοῖς τοιούτοις.

Coquendi ratio.

a Lib. 3.

A

νεθυς καὶ τὸ γένι ὄντες πιεστοί, hoc eſt, minores & veluti hirti, magis vrinam prouocant, & melioris ſunt ſucci ijs, qui ſquillæ ſimiles ſunt, minus tamen alunt, quia minores, & quia natura ſunt huiuſmodi, & aliquanto poſt. Αἱ δὲ μῦες καὶ τῶν μυῶν ἐστὶ μικρότεραι γλυκεῖαί τε, καὶ σύχυλοι εἰσὶ κατὰ πόσιν καὶ τρόφιμοι, quæ myes dicuntur, alijs minores ſunt, dulces, boni ſucci, ſatis inſuper nutriunt.

VSVS IN MEDICINA.

QVÆ Dioſcor περὶ μυάκων, Plinius fere de mytulis retulit; Verba Dioſcoridis ſunt: Μύακες, *a* inquit, καίοντες τὸ αὐτὸ δρῶσι τοῖς κήρυξιν. ἁλμυρίζοντες δὲ πολύβιοι ὡς μόλιβδος χρησιμεύουσιν, εἰς τὰ ὀφθαλμικὰ σκωμμίλιτα. σκληκύνοντες παχύτητας βλεφάρων, καὶ σμήχοντες λεύκωμα, καὶ τὰ ἄλλα ἐπισκεδῶντα τοῖς κόραις. ἡ δὲ σὰρξ αὐτῶν κυνοδήκτοις ἐπιτίθεται ὠφελίμως. Quæ ſic *b* Plinius: mytuli quoque & murices cinere vim cauſticam habent, & ad lepras, lentigines, maculas; lauantur quoque plumbi modo ad genarum craſſitudines, & oculorum albugines, cal g neſque, & in alijs partibus ſord da vlcera, capitiſq; puſtulas: Carnes vero eorum ad canis morſum imponũtur. Ad ciendam aluum, & vrinas multum præſtare muſculos vult Athenæus, quod etiam oſtẽdit Celſus *c* inquiens, muſculi, oſtrea, pelorides, echini, & omnes fere conchulæ aluum mouent, cum veto marini capiantur, & fluuiatiles, vtriſque vti poſſimus. Marcellus Empiricus muſculum marinum tritum ex oleo vetere talorum tumoribus, & doloribus impoſitum mederi ait. Aquatiles itidem, vt nobis Zoographus refert, ex Hippiatrico lib. Germanico, laudantur ad infirmos & caliginoſos oculos, & nebulas oculorum in iumento. vtuntur ſuper carbonibus, & corium extrinum detrahitur, vſque ad medium, quod album apparet, additur Zinziber, & calchantum, paribus portionibus, & ex his mixtis pollinem in oculos equi inflato, prodcrit.

a Lib. 2. c. 7.

b Lib. 21. c. 9

Cauſticus eorũ cinis.

B

c Lib. 11.

Ad caliginoſos oculos.

CAPVT LXXI.

DE MYTVLIS. SYNONYMA.

MύακΑ vocat Dioſcor. concham ipſam ſive teſtam huiuſce mytuli, cuius eſt hiſtoria recenſenda, vt vbi habet: ἄπτυα μύακι τὸ ἐπιλεον ἔλαιον, id eſt, concha tollito innatans oleum. Et rurſum: εἰς μύακας τοῦ λιπαρείαν ἀναλαμβάνουσι. exiſtimo ego de maioribus intelligere, C cum minoribus aptiores ad oleum innatans excipiendum exiſtãt, præſertim quod maiores in hoc genere conchas Plinius vocet mytulos, Otibaſius myacas, Athenæus., vt refert Wotionus, μύας σκιλλώδεις; Verba hæc ſunt apud Athenæum: Τῶν δὲ μύων οἱ μὲν Ἐφέσιοι, καὶ οἱ τούτοις ὅμοιοι τῇ σύχυλίᾳ, τῶν μὲν κλεινῶν βελτίονες, τῶν δὲ χρηστῶν λειπόμενοι: ἁρπακώτεροι δὲ μᾶλλον, ἢ ἐπὶ τοῦ κοιλίαν φερόμενοι. εἰσὶ δ' αὐτῶν ἔνιοι καὶ σκιλλῶδεις, κακοχυλοί τε, καὶ πρὸς τοῦ γεύσιν ἀπιθεῖς, οἱ δ' ἐλάττονες τούτων καὶ δασεῖς ἐξωθεν. ἁρπακώτεροι μὲν εἰσι καὶ σύχυλώτεροι τῶν σκιλλωδῶν, ἀστροφώτεροι δὲ μὲν τὸ μέγεθος (ἐλάττον) ἢ τῷ χρόνῳ ὄντες τοιοῦτοι. hoc eſt; ex mytulis Epheſij, & qui ſucci bonitate eis pares ſunt, tanto ſunt chamis inferiores, quanto pectiniõus præſtant. Vrinam magis, quam aluum cient. Sunt qui ex eis ſcillam reſipiant, mali ſucci, & guſtu ingrati: qui vero his minores ſunt (muſtulos intelligit) ijs, qui ſcillam referunt, & vrinam magis promouent, & ſuccum generant probiorem, minus tamen nutriunt, cum paruitatis ſuæ cauſa, tum ſui generis natura. Hæc ille; ex quibus facile conijcio mytulos ſcillodes nuncupaſſe ab ingrato admodum ſapore, qualis ſane ſcillæ eſt, nam & ipſe habet πρὸς τὴν γεῦσιν ἀπιθῆ. Μύας πυελώδεις Theodorus Gaza apud Ariſt. mytulos ſoliatos reddit à figura. Niphus mytulos latioris vel ampliorис conchæ. Sed eos Rondelet. reprehendit, & in imo maris, ſiue gurgite naſcentes conuertit, quoniam Gaza eodem apud *a* Ariſt. loco πυελώδεσι τόποις interpretatur gurgite. Cum vero, inquit Zoograph. non gurgitem tantum Gaza eo loci verterit pro hac voce, ſed (oſtrea naſcuntur) alia vadis, alia gurgite, mallem ibi legere non πυελώδεσι, ſed omnino πηλώδεσιν, id eſt, limoſis, nam vt hoc in loco, ita rurſus in eodem cap. Ariſtoteles triplicem natalis ſoli differentiam facit. Οστρακώδη inquit, omnia naſcuntur ἐν τῇ ἰλύϊ, ἐν μὲν τῇ βορβορώδει τὰ ὄστρεα. ἐν δὲ τῇ ἄμμῳδει κόγχαι. πρὸς τὰς σηραγγίας δὲ τῶν πετρίδιων, τὰ θεία, καὶ βάλανοι: Πύελος non modo ſolium, ſed alia vaſa diuerſa ſimilis figuræ ſignificat, quæ, quoniam nihil ad nos ſpectant, alios lector adeat ſcriptores. Concham marinam oblongiorem Hippocrates vocat μύακα, vt monet Galenus in gloſſis, & Varinus, οἱ πολλοὶ, ait, μύακα προσαγορεύουσι, multi myacem appellant; μύακα καλοῦσιν legit Zoographus (hoc enim ipſe Hippocrates vtitur) non προσαγορεύουσι Mytulos vocat Bellonius κωνώδεις, ſed rectius σκιλλώδεις legit Zoographus, quod vel mihi magis arridet, præſertim cum ſcillam eos reſipere ſupra ex Athenæo dixerimus. Idem Athenæus tradit Tellinam vocari à Romanis μύτλον, (ego μύτυλον potius legerem.) cui etiam ſententiæ hæret Auguſtinus Niphus. Matthiolus vero in comment. ad *b* Dioſcoridem multis rationibus probat tellinas à mytulis longe differre. Non deſunt, inquit, qui mytulos, & tellinas Idem eſſe cenſeant, in quam ſentẽtiam potiſſimum veniſſe comperio Paulum Jovium virum apptime eruditum: quippe qui libello, quem de piſcib. Romanis edidit, malit (etſi medicus eſſet) cum Athenæo errare, quam cum Dioſcoride recte ſentire, ex cuius ſcriptis ſatis aperte conſtat, aliud eſſe mytulos, aliud tellinas: nam præterquam quod de his duobus diuerſis capitibus ipſe diſſeruerit, differentes etiam vtriſque reddidit dotes, haud neſcius illis ineſſe differentiam. Idem ſimiliter ſenſit *c* Galenus, qui cum de viperis diſſerat eodem capite mytulorum etiam meminit, tellinarum vero particulari capite ſingulis proprias, & diuerſas reddens facultates. Non ſecus ac illi ſenſit Paulus Æginera, fidelis nempe vtriuſque ſectator; quamobrem dicendum putauerim, differentes nimirum eſſe mytulos, & tellinas.

Ad oleum rollendum apti.

Mytuli ſcillodes vnde dicti.

Mytuli ſoliati.

Gazę error.

a Lib. 5. de hiſt. anim. c. 15.

Ariſtotelis locus correctus.

Bellonij error.

b Lib. 1. c. 4. & 6.

Tellenæ à mytulis an differant.

Pauli Jovij error.

c Lib. 12. de ſimpl. med. faculs.

Notiſſi-


Musculi Rondel. Meüschaln.
1
Musculus alter.
2
Mytilus Rondeletij.
3
Mytili authoris.
Mytuli Matthioli.
Musculi authoris alij.
4
5
TAB: XV.
Mitili oblongi.
6
Mitilus (niger) cum stris flauis in superiori parte.
7
Tellina tertia.
10
Tellinæ congeneres.
11
Tellina 2. Rond.
Tellina 1. Rond.
8
Tellinarum species Zoographi.
9
Balanus Rondel. Meerflicheln.
Tellinæ alliæ colore, & magnitudine diuersæ.
12
Ballani secunda species Rondel.
17
Tellinæ cum dentalibus.
13
Balani alij à D. Ant. Gigante communicati.
19
Balani rubei.
18
Balani, siue polycipedes alij.
20
Tellinis congeneres.
14
15
Pholas concha alia.
26
Pholades authoris in saxis hospitantes
25
Pholades Rondeletij.
24
21
22
23

Notiſſimæ illæ ſunt, præſertim Romæ, vbi plurimæ venales circumferuntur, quod edendo ſint, & oti admodum gratæ, ſi tamen ab arena optime repurgentur. Cæterum quales mytuli ſint in Italia, qui hac noſtra tempeſtate explicauerit, inueni neminem, præter vnum Maſſarium Venetum, qui eos mytulos putat, quos Hadriatici accolæ vulgo appellant muſciuoli; quaſi muſculos dixerint, cuius opinio nobis maxime probatur, quippe quod & forma, & nomine conchylia ita vocata legitimos referant mytulos. Sunt enim tellinis paulo maiores, teſta exterius lineis quibuſdam ſcabra, intus vero pellucida, & tota pondere leuis. Hucuſque Matthiolus. Latinis vocantur pariter, & Italis mituli: ſic enim ſcribitur in noſtro Plinij codice, quaſi à Græco μιτύλος, quãdoquidem ita à nonnullis Græcis ſcriptum reperio, v in u conuerſo, à μῦς fit diminutiuum μυτύλος, vt à ναῦτης ναυτύλος. quare latine etiam vel mytilium recte ſcribemus, vel mutilum u pro ypſilo ponentes, ſi quis tamen mitulum vitandæ cauſa homonymiæ, (quoniam adiectiuum quoque latinis mutilus eſt,) ſcribere malit, per me, inquit Zoographus, quidem licebit. Arabibus dicuntur Amarchas, Hiſpanis Mixilhus, Luſitanis Mexila, nigricans potiſſimum, Gallis Muſcles, Germanis Muſchlen, ſed quoniam nomen hoc cõuenit, & minori, & maiori, Zoographus ita appellat maiores, minores kleine ſchwartze Muſchelen. Belgæ, vt audio, etiam magnitudinis tantum habita ratione nomen non mutant.

Amarchas.

GENVS, DIFFERENTIÆ, Deſcriptio.

Mytuli fluuiatilis deſcriptio.

CApiuntur Mytuli tum in mari, tum etiam in fluminibus. Bellon. Mytulos fluuiatiles Inſubribus Squiozole vocari, & matinis aliqui ſimiles eſſe ait, niſi magnitudine different, & ſubrecti apparerent, atque humi pinnæ modo infigerentur. Sedentque non mutare, grandi hiatu ſuas teſtas pandere, eaſque reſeratiles, cluſile ſque habere, tenues, intus glabras, pictorum colotibus accommodatiſſimas. guſtus ingrati peteipi, ex quo μύες κιωάδες (imo σκιωάδες, hoc eſt, ſcillæ ſimiles) ab Athenæo vocari putentur, ac ſi Mytulos eaninos dicat. Marinum autem villos habere extrorſum more pinnæ, ab ea parte teſtæ, qua ſcopulis hæret, per quos alimentum (quod argutii Rondelet.) exugat, atq; arenulas, & matina deiectamenta attrahat. hinc que fieri, vt qui locis arenoſis creſcunt, aut inter teſtas figlinas gignuntur, deteriores euadant, qui vero algoſis tractibus nutriuntur, meliores, ac multo grauiores ſint, vbi multa dulcis aqua marinæ permiſcetur. Mytuloſque cancum pinnæ modo in concha nutrire, orbiculatem, paruum, ſuis ſic membris abſolutum, vt & incedat, & alatur, & oua excudat grandiſete multa maiora, & craſſiora. humi accubare, cum tamen glandes, ſiue muſcioli adhærendo pendeant. Differunt ab alijs oſtracodermis teſte a Ariſtotele, craſſitudine & tenuitate, tum totius, tum etiam partis, velut labrorum. Alijs enim ex biualuibus craſſa, vt oſtreis, alijs vt mytulis tenuia. ratione etiam teſtarum, quarum magnam varietatem reperiti in hiſce teſtaceis auctor eſt, ita vt Mytulis, vnguibus, & quibuſdam alijs conchis, quas nonnulli galadas vocant, ſint læues, oſtreis, pinnis, buccinisque ſcabræ. Ipſimet vero mytuli inter ſe differunt magnitudine, vt antea diximus: etenim in maioribus cancellos ſcribit idem auctor inueniri, cum minorum teſtæ eos non caperent. cluſiles enim omnes ſunt, vt & biualuis generis omnia, quæ parte altera ligata, altera ſoluta conſtaret, vt concludi poſſint, & aperiti, concludendo autem ſe tuentur, vt b Ariſtoteles loquitur. Plinius etiam alias differentias poſuit, quibus ſcilicet à muſculis diſtinguantur. Hæ ſunt magnitudo rotunditas, guſtus; ſalem enim virusque reſipere mytulos ait: ea vero eſſe magnitudine, qua eſſe legitur nonnunquam in communi textu, c nullo pacto ad veritatem accedere videtur. Legitur enim ibi Mytulos ternas heminas capere quidam aſſeruit, cui ſi fidem tamen adhibens Simõ Maiolus in eo lib. quem Dies Caniculares inſcripſit, loquens de mugitu Aquatilium, & præſertim conchyliorum, prædictam Plinij auctoritatem adducit. Quædam, inquit, conchyliorum reperiuntur in Nilo, quæ mugitum emittunt, non ſine admiratione, vt teſtatur Strabo libro 17. nam is mugitus non adeo exiguus eſt, qualem edere poſſunt conchylia, quæ quotidie proſpectamus: nam quædam ſunt eorum generis ingentia valde. Mytulos enim p ſcis conchatum genere inuentus eſt capax fuiſſe heminarum quatuor (trium heminarum legitur in noſtro codice) vt tradit Plinius, vnde conjicere licet conchas, quæ mugitum in Nilo emittunt, eiuſmodi eſſe, ac maioris amplitudinis. Hæc ille. Cætetum alij eo loco pro Mytulos legunt Vitulos, quod ceu ineptum improbat Dalechampius in ſcholijs. Rondeletius cap. de Phoca reponendum cenſuit Lepores marinos, quod neque multum probatur ipſi Dalechampio. Ego etiam Mytulos legerem, ſed voce ea non ſpeciem hanc teſtacei, de quo agimus, ſignificari putem, ſed generice accipi quo qualibet concha magna. Nam & Μύακα Dioſcorides pro ipſa teſta accipit, vt ſupra à principio diximus. Quod modo ad ſpecies Mytulorum, attinet, ego inuenio multas, licet vnius tantum iconem poſuerit Rondeletius, qui non alijs verbis deſcribit, quam Plinij, nimirum quod magnitudine ac rotunditate differant à Muſculis. Andreas Matthiolus quinque depinxit ſine vlla deſcriptione. Quibus & alios nos addimus. Primo loco Mytulum mediocrem ſubnigrum prone, & ſupine: ſecundo alium paruum: tertio anguſtum coloris caſtanei: quarto Mytulorum quatuor alias differentias: quinto & vltimo loco habetur Mytulus niger cum tuberculo adnato. In altera tabula habentur primo loco Mytuli multi ſimul conuncti ſupra oſtreaceum. Secundo Mytulorum glabrorum minimorum duæ differentiæ. Tertio Mytulus fluuiatilis maior. Altera figura vnius tantum Mytuli minoris fluuiatilis icon. In altera figura Mytulus eſt maior niger cum ſtrijs flauis.

Marini deſcriptio ſecun Bellon.

Deterior vbi naſcatur.

a Lib. 4. de hiſt. anim. c. 4.

Labrorum differentia.

Cancelli in quibus reperiantur.

b De part. anim. c. 5.

Salẽ & virus reſipiunt Mytuli.

c Lib. 32. c. 1.

Magnitudo.

Rondelet. error.

Auctoris Mytuli.

GENERATIO.

MYtulos Plinius, quemadmodum & Pectines, ſponte naturæ in arenoſis prouenire tradit, quod & Philoſophus ſcripſit. Sed non prouenire ſemper ex putredine ortum habent, ſicuti Maſſarius etiam ſenſiſſe a Ariſtotelem tradit his verbis. Natura teſtati generis conſiſtit partim ſponte, partim aliqua ab ipſis emiſſa facultate, quanquam ſæpenumero ea quoque ſponte in oriantur conſtitutione. Sed generationes Plantarum accepiſſe hoc loco congruit. oriuntur enim earum aliæ ſemine, aliæ auulſione, nonnullæ etiam ſobole, vt cepæ. hoc igitur tertio modo Mytuli gignuntur, quippe minores ſub nde iuxta principium adnaſcuntur. Bucina, & Purpuræ, & quæ fauate dicuntur, quaſi à ſeminali natura humores quoſdam mucoſos emittunt. Semen veto nullum eſſe eorum putandum eſt, ſed modo quo diximus, quamobrem larga eorum copia prouenit, cum primum conſtitetit aliquid. hæc n. omnia vel ſpõte vt oriantur, euenit: itaque ratione tunc magis cum origo præceſſerit, conſiſtunt: aliquid enim excrementi ſingulis proficiſci credendum merito eſt ab eo principio, cui ſoboles quæque adnaſcitur. Sed cum ſimilem habeant facultatem cibus, excrementumque cibi, fauanium ſubſtantiam ſimilem eſſe conſtitutioni primæ conſentaneum eſt, quapropter excremento hoc gigni probabile eſt. Quę autem vel ſobolem nullam procreant, vel non fauant, eorum omnium ortus ſpõtinus eſt. Cum igitur dicat eorum, quæ ſobolem nullam procreant, vel non fauant, ortum ſponteum eſſe, Mytuli, qui ex ipſo b Ariſtotele, ſobole genetantur, & fauificate ſoliti ſunt, non ſponte proueniente; Hactenus Maſſarius.

In arenoſis prouenire.

a 3. de gene. anim. c. 11.

Sobole prodo ueniunt.

b De hiſt. anim.

VSVS IN CIBIS.

VTroſque Mytulos, maiores nimirum & minores in cibos venire competit, maiores duri ſunt, vt recenſet Wottonus, ex Oribaſio, concoctioni reniten es, ſanguinemque procreant craſſum, & pituitæ multum, & uceum denique non adeo probum; copioſe tamen alunt, ventrem & vrinam ciant. Hi quoque ſi aſſentur ſitim, vehementer excitant. ſi vero elixentur, & actionibus quibuſdam, vt ſiuapi, naſturtioue condiantur, non adeo virus reſipiunt, licet eos ſcyllam virusque redolere ex Athenæo ſupra docuimus. prodiuerſitate loci etiam vbi naſcũtur diuerſam ſortiuntur bonitatem; nam deteriores eos eſſe ad cibum, idem Wottonus ſubiungit, qui in locis arenoſis, aut inter teſtas figlinas prouenium, quam qui in algoſis gignuntur. a Plinius etiam non omni tempore anni eandem bonitatem ſeruate tradit, Myaces, inquit, gratiſſimi ſunt autumno, & vbi multa dulcis aqua miſcetur mari, ob id in Ægypto laudatiſſimi. Procedente hyeme amaritudinem trahunt, coloremque rubrum. Eiuſmodi acrimoniæ cauſa fauces ab eis vexantur, gula, & arteria exaſperatur. hi tuſſim ſiccam & raucedinem efficiunt, vocemque obtundunt. Hæc ille, non vni ſpeciei, vt ſentit Wottonus, ſed Myacum, id eſt, Mytulorum generi tribuẽs, ſed Wottoni ſententiam Zoographus neutiquam probat, quoniam, inquit, ſi Plinius Myacum generi toti hæc tribuat, non recte facit. ex maioribus enim duntaxat hæc mala ſentiuntur. Optimum quoque Mytulos ſaporem habere, quando oua illa ſic vocata continent, quę auctore b Ariſt. nihil ad generationem faciunt, ſed in dicio ſunt melioris nutricationis, quale in ſanguineis pingue eſt. Quamobrem per id tempus guſtu præſtant, ciboque laudantur: argumento quod & pinnæ, & buccinæ, & purpuræ cõtinent quidem ſemper ouum illud appellatum, ſed alias maius, alias minus. Sunt etiam quæ non ſempet, ſed vere id habeant: mox enim tempore procedente minuitur, demumque totum aboletur, vt Pectines, Mytuli & Oſtreæ. Hæc Ariſt. c Martialis etiam inter cibaria huiuſmodi exangue, ſed patui pretij recenſet hoc verſu:

Sumitur inciſo Mytilus ore mihi.

Ius illorum, ſiuti & Concharum corpus augere teſtatur Plinius, quod etiam ſuibus præberi, indeque pinguſcere auctor eſt d Leuin. Lemn. Conchatum, inquit, hoc genus, quo littora, oraeq; maritimæ apud nos ſcatent, Mytulos vocant Muſſcleh, mirifice ſues teſicit, ſi affluentiore liquamine hu usdecoctum ijs obijciatur.

Duri maiores.

Aſſi ſitim excitant.

Deteriores qui.

a Lib. 32. c. 9

Nocumẽta.

b De gen. anim. lib. 3. c. 11.

In cibo quã do dantur.

Ouũ quando habẽt.

c Lib. 3.

Sues vt pinguefiant.

d Lib. 3. de occult. nat. mirac. c. 7.

VSVS IN MEDICINA.

IIſdem fere facultatibus pollere mytulos; quibus & muſculos in præſenti capite à nobis recenſebitur. Verum quod illorum carnes ad canis morſum valere velit Dioſcorides, id non probat Galen. Τῶν δὲ μυάκων, inquit, ἀερμόζειν ἔλκεσιν ὑπὸ κυνὸς δακόντος γεγενόσιν, ἐγὼ δ' ἀδεμίαν δύναμιν ἧς δεῖται τὰ τειτοῦτα τῶν ἑλκῶν, ὥσαυτως ὑπὸ λυσσῶντος κυνὸς δακόντος γενόμενα. Id eſt. Porro mytulorum carnem traduntur vlcetibus à mordente cane inflictis competere: ego vero nullam inſignem facultatem inuenio, quam requirant id genus vlcera, tanquam ea, quæ à rabido cane mordente ſint inflicta. Ad vulnera vero valent. Nam & Marianus Sanctus in compendio ſuæ Chirurgiæ habet hæc verba. Ex Conchis marinis foris nigris, intus ſplendidis (Zoographus qui hunc locum adnotauit, dicit myaces velle intelligere) ad conſolidanda vulnera remedium pulchtum eſt. Multas tribuit vires a Plinius mytulorum iuri, quas omnes ex alijs ſe accepiſſe docet. Myacum, ait, ius traditur aluum, & veſicas exinanire, & interanea diſtringere, omnia adaperire, renes purgare, ſanguinem, adipemque minuere: itaque vtiliſſimi ſunt hydropicis, mulierum purgationibus, morbo regio, articulari, inflationibus. item prodeſſe felli, pituitæque pulmonis, iocineris, ſplenis virijs, rheumatiſmis. fauces tantum vexant, vocemque obtundunt, quod ſupetius nos diximus. Vlcera, quæ ſerpant, aut ſint purganda, ſanant. Item carcinomata: cinis eorum potus emendat caligines, gingiuarum, & dentium vitia, etuptiones pituitæ, & cõtra Dorycnium, aut Opocarpathõ antidoti vicem obtinent. Hæc omnia ille. Præterea, de horum

Ad canis rabidi morſus non valere.

Ad vulnera glutinanda.

a Lib. 32. c. 9

Iuris vires.

Ad vlcera ſordida, & ſerpentia.

Ad gingiuarum & dentium vitia.

de horum animalium facultatibus in vsu medico, uonnulla tradũtur à Kiranide. Hic enim eorum decocto cum smirnijs, pomis, & Apijs cum vino poto Ischiadicos cutati ait, potumque ius mollire ventrem; testas combustas, & in pollinem redactas apostemationes sistere, & cicatrices ferre, (auferre) cum melle vero illitas crassas palpebras attenuare, & leucomata. eadem in summa, inqt, quæ buccina prẽstant, oportet autem lauare cinerem aqua. *b* Cato quoque in descriptione ad aluum deijciendam iurer cæterea reponit mutulos, mytulos legit Zoographus. Atque hęc de vsu eorum medico. Vtuntur vero etiam eius concha ad excipiendum oleum loco cochlearis, vt annotauit etiam *c* Dioscorides de cicino oleo. Ὀζαῦ ᾧ αὐσί τ' ἐν αὐτοῖς ὑγρότητα πᾶσαν ἄφας τὸ λέβητα ἀπὸ τοῦ πυρὸς ἀπόψα μύακι τὸ ἐπιπολέον ἔλαιον καὶ ἀποπίπτει: vbi insitum prorsus humorem reddiderunt, sublato ab igne vasę, innatans oleum mytuli concha tollitur, & reconditur, & mox de oleo Amigdalino Εἰπὼν ἀποθλίβων πρὸς πολάκα ἐξίπτα, καὶ τὸ ἀπὸ τῶν δακτύλων εἰς μύακα ἀναλαμβάνει, mox tabellis premitur, & quod digitis læsit; mytuli concha excipitur.

Ad ischiadicos.

b *Cap.* 158.

c *Lib.* 1. *c.* 38.

Vsus aloeum excipiendum.

CAPVT LXXII.

DE TELLINIS. SYNONYMA.

Tellinæ & mytuli confunduntur.

DE Tellinis diuersas inuenio opiniones. Eteuim Athenæus eãdem cum Latinorum mytulo (sic enim pro μύτλον legit Hermolaus) esse opinatur, mytulumque & Tellinam, de quibus nos capitibus separatis loquimur, inuicem confundit. Nos Aristotelis μύας, & Dioscoridis μύακας; mytulos Plinio dici putamus: nam præterquam quod Dioscorides diuersa faciat capita, diuersas quoque illorum tribuit facultates. Plinius pectunculis, quæ Dioscorides Tellinis tribuit, videtur enim pectunculos pro Tellinis accepisse. Marcellus vero Dioscoridis interpres Tellinas opinatur eas Conchulas esse, quas etiam nunc Tellinas Romani vocant, Aristophanes Grammaticus citante Petro Gilio, Tellinas dicit patellis similes esse, eisdemque pueros pro cornibus vti solitos fuisse: à quibus, inquit ille, longe diuersæ sole clarius videntur esse; Zoographus Rondeletij, & Bellonij sententiæ subscribit, qui Tellinas faciunt, quas & Galli Narbonenses, & Romani etiamnum sic vocant. Tellinarum alicubi meminit Martialis, vbi quoque interpretes perperam mytulos interpretantur. Dicuntur Tellinæ à crescendi celeritate, ὅτι πάχεσι γίνονται τέλειαι, ocyssime enim perficiuntur; quod Aristoteles præterea pectunculis, ac purpuris etiam commune esse ait, anno enim magnitudinem totam implent, τελλῖναι, μυτίλοι, & ξιφύδρια à Wottono ponuntur pro synonymis. Nos vero τελλῖνη & ξιφύδριον tantum: sic enim & hodie Græci vocant, Romani vetus, vel Græcum mauis vel Latinum nomen retinent, Telline dicentes. Veneti piscatores vocant Capparazzole, siue capparole, Hermolao teste à capparis similitudine. Nos Bononieuses vocamus Calciuelle. Arabice dicuntur Sedef, & Talsam, Hispanice Btignigois, Gallice Flion, has non agnouisse Lutetiam refert Bellonius: raro etiam à Massiliensibus visas apud Lesbi incolas Chinades vocantur: nomen autem Germanicum Tellinas præter Conchularum commune Zoographus ait se non inuenisse.

Etymon.

Calçinelle.

Chinades.

GENVS, DIFFERENTIÆ, Descriptio.

a *Lib.* 3. Marinæ, & fluuiatiles.

TEllinarum duo genera sunt *a* Athenęo, marinę nempe & fluuiatiles, vel quæ in fluuiorum ostijs reperiuntur. Τελλῖναι, ait, γίνονται μὲν οὖν καὶ πάνυ πολλαὶ, τῶν κατὰ μὲν τὸν Νεῖλον ἀναβάσιν πληθύουσιν, ὧν λεπτότεροι μὲν εἰσιν αἱ βασιλικαὶ Δαμασηνικαί τε καὶ κεφαῖαι, ἔπι δὲ καὶ τρόφιμοι, αἱ δὲ ποτάμιαι γλυκύτεραι, id est, Tellinæ in Canopico ostio multæ sunt, & in Nili ascensu, (sub Nili inundationem vertit Zoographus, sed idem diuersis verbis mihi dicere videntur,) quarum quæ tenuiores sunt regiæ vocatæ, aluum cient, ventriculo graues non sunt, præterea bene nutriunt; fluuiatiles autem dulciores sunt. Hæc ille. Tellinæ autem fluuiatiles, auctore Oribasio maiores sunt, & plus succi habent, qualea ait Ægyptias esse. Basilicas, id est, Regias Athenæo dictas, Rondeletius suspicatur maiores & fluuiatiles, sicuti Basilicas nuces dicimus pro iuglandibus, & vulgo chartam regalem, siue Basilicam, quæ maxima est, cognominant. Athenæus vero, cuius Græca verba recitat Rondeletius, pro prima Tellinarum specie, Basilicas facit marinas λεπτότερας, id est, tenuiores, vel simpliciter minores (Hermolaus vertit tenuiores, exiliorésque) aitque esse minus dulces, magis ad alui solutionem salsedine nimirum sua, idoneas. Quanquam autem fluuiatiles, vel propter magnitudinem, vel quia in cibo dulciores sunt, regiarum cognomen potius mereri videantur: minores tamen sic appellari etiam sentit Zoographus, (quæ opinio nobis quoque maxime probatur) subdens Basilicas & matiuas esse salubriores (præsertim quæ in arenosis fluctibus obnoxijs litroribus degunt, vt fere solent) quam fluuiatiles: quæ improprie sic dicuntur, cum non tam in ipsis fluuijs, quam eorum ostijs, vbi plurimum cœni aggeritur, reperiantur. Quod autem salubriores sint, vel inde etiam liquet, quod aluum subducant, quod in sanitatis tuendæ ratione valde salubre est, id vero fluuiatiles non item facere comperrum est. Hæ quidem cum dulciores sint, nutrire quidem amplius, sed citius saturare, & fastidium sui inducere possunt.

Tellinæ regiæ.

Fluuiatiles quales.

Basilicæ siue regiæ quales.

Basilicę marinæ Athenæo.

Bellon. descriptio.

Bellonius quoque de minoribus loquens, Basilicas nominari vult, nulla vero addita icone; sic describit: læuis est Tellinarum

A testa, candida, nequaquam striata, crenulis tenuissimis denticulata, in longitudine diffusa, & angusta, mediocriter forris, & quodammodo teres. Sic ille. Rõdeletius expressis etiam iconibus, duas differentias se in Agathensi sinu reperisse scribit, minorem & maiorem, rufsi coloris. Priorem sic describit. Duplici testa constat, sinue concha, vtraque simili, læui, valida, & satis spissa, in ambitu serrata, qua de causa ad vnguem coniunctæ sunt. Intus leuiter cauæ sunt, caro alba, in qua μήκων cernitur. Alterum Tellinarum genus, inquit, in littore Agathensi ad ostium Eraris fluminis inueni supetiori simile, nisi quod testa sit maiore, tenuiore, minusq; spissa, & ex rubro flauescente parte, qua testæ colligantur, in acutiorem angulum desinente. Addit præterea tertiam Tellinarum speciem, quæ cum figura superioribus sit similis, merito tertij earum generis eam esse putat, & inter tellinas connumerat. his tanrum differre dicit, quod colore sit candido, testa perspicua; & pellucida, ex additamentis mulris conflata, intus læuissima. Tenuis admodum, & ambitu magis rotundo. Huic Tellinæ non absimiles sunt binæ istæ à me appositæ, licet minores. Ponuntur præterea à Zoographo Conchularum quarundam icones, quas Venetijs à se accepisse refert, Tellinarumq; nomine meteri, & magis quidem illam, quæ A. literę subijcitur: quamuis eam aliqui pro Conchę Peloridis specie accipiant. alteram, sub litera B. Venetos Peuerazzam à pipere cognominasse prædicar. Nos aliquot ponimus tabulas, in quarum prima habes duas Tellinas foris candidas, læues, modice flauescentes, in ambitu non serratas, parum cauas, intus autem magis ad flauum tendeutes. Secundo loco suut quiuque aliæ magnitudine inter se differentes, in altera tabula primo loco est Tellina cum duobus dentalibus: testa albicat, eiusque superficies & ambitus flauescit, læuis, neque serrata. secundo est Tellina; cum deutalibus, quam Basilicam, seu regiam appellarem, a priore non multum differt, nisi quod rotundior appareat. Ex Tellinarum geuere etiam videnrur esse quatuor postrema tabula expressæ. Prior earum partim candicat, partim flauescit, diaphana, & fragilis admodum. Altera subcastaneo & albo colore est. Tertia & quarta similes, cinereæ, lineis purputeis transuersalibus. Quas vero ex Zoographo me dareiam dixi, habebis in calce operis.

Duę species earumq; descriptiones ex Rondel.

B

Peuatazza.

Auctoris Tellinæ.

VSVS IN CIBIS.

C QVantopere commendentur Tellinæ in cibis, & quam palato gratæ sint, satis testatur earum sapor, qui cum cæteris sui generis de saporis principatu contendit. Tellinæ, inquit *a* Oribasius, aluum subducunt; fluuiariles maiores sunt, & plus succi habent, quales Ægyptiæ sunt: elixatæ dulces sunt, earumque ius aluum soluit, clausæ vero sale sparguntur, & per testas humorem trahunt. Frigida lauantur aqua, & ex oleo, & aceto, vel menta, vel ruta comeduntur. qui aluum soluere voluerint, eas solubili apparatu cum oleribus condient: quæ florem ætatis agunt, si comedantur vere, suut optimæ. Idem de ijs recenset *b* Xenocrates, aluum subducere, locisque arenosis prouenire, & portubus vndis agitatis, & quas ex Oribasio diximus, dotes, illis inesse. Addit Bellonius esse earum carnem molliorem, quam reliquarum conchularum, harum quæ paulo plus extra aquam manserunt, testas pandere inquit (forte, testæ se pandere, Zoographus) hiantesque arenulas excipere solete, de quibus Romani merito conqueruntur. Quamobrem multo meliores sunt in vrbibus, quæ in mari abluuutur, vt Venetijs, & Ianuæ Romæ rustici in saccis per Vrbem Tellinas circumferunt; quas modiolis diuendunt. Cum enim exiguo corpore constent, nec facile aperiantur, gustuiq; gratæ sint, miruni in modum ob id expeti, bellariorumque loco assumi solent, cuius etiam meminit Iouius his verbis. Paruæ illæ Couchulæ à veteribus Latinis mytuli, à Romanis, aut hodie Græco nomine Tellinæ nuncupatæ, (quam sententiam capite de mytulis ex Matthiolo improbauimus) bellariorum locum obtinent. Sunt enim gratæ gustui: verum arenulis scatent, & propterea calculosis officiunt. Hæc ille. Veneti Ichthyopolæ aqua marina demersas in lagunculis solent adseruare. Viuunt enim in arena, ob id nisi priusquam coquantur, diutius in aqua agitentur, vt arenulæ excidant, vescentibus molestæ sunt: parum etiam sunt coquendæ ex acero, vel omphacio: cum pipere esæ, appetentiam excitant. Meminit etiam Matthiolus postra illarum icone in commentario ad Dioscoridem capite de Tellinis, vbi inquit, notissimas esse in Italia Tellinas, præsertim Romæ, vbi plurimæ venales circumferuntur, quod oti sint valde gratæ, easque vero ab arena optime repurgari etiam iuber. Iam vero earum carnem difficile coqui tradit † Castor Durantes, ventriculoque esse noxiam; de fluuiatilibus forte intelligit: erenim marinæ, & inter has tenuiores, quas Basilicas (vt iam multories diximus) vocat Athenæus, stomacho graues non sunt, teste vel eodem auctore. Fluuiariles autem dulciores dixit, has iraque ventriculo minus conuenire non ab re putari possit: nam sitim excitare eas, calculosqu: giguere idem auctor est: contra illas, si optime ab arena purgentur, & cepis frixis, viuo modico perroselino, & aromatibus condiantur, præstantiores esse, ac salubriores, potissimum senibus, omnibusque pituitosis, hyemis tempore magis conuenire, maxime vero maiores, atque recentiores cæteris antecellere. Recentes, inquit *c* Dioscorides Tellinæ aluo vtiles sunt; sed maxime ius earum, salitæ vruntur, tritæ in cinerem, & cum cedria instillatæ auulsos palpebrarum pilos renasci non patiuntur, quod postremum etiam rerigit *d* Galenus ab ipso Dioscoride forte mutuatus, Tellinas salsas (περιχρῆς) vstas cinerem relinquere aiunt, causticum: adeo vt is cum Cedria mixtus, & instillatus, euulsos radicitus palpebratum pilos renasci prohibeat.

a *Coll.*

Aluum soluunt.

b *De Aqua. til.*

Caro molliorreliquis Conchis.

Cut lauentur.

Difficile cõcoqui.

† *In Thes. sanit.*

Ventriculo noxiæ fluuiatiles.

c *Lib.* 2. *c.* 8.

d *De simpl. med.* 11. 38.

e Lib 4 de compos. secun. loc. e Idem alias ad pilos inutiles, & pungẽtes in palpebris, euulsis mox oblini iubet. Earundem tenuissimum puluerem Atchigenes apud eundem commendat, sed cineris, quam pulueris vis maior futura videtur. Cinerem earum casum pilorum in palpebris prohibere tradit Iouius ex Oribas. non admodum recte, vt putat Zoograph°; quibus vacat, apud Oribasium inquirant. Eum autẽ reperio Telinas, (Tellinas per l. duplex legerem) vel Xiphydria ad aluum subducendam celebrare, idque ante scribit senex f Hippocrates. Mytuli, ait pectines, ac Tellinæ magis aluo secedunt, quam purpuræ, pinnæ, patellæ, buccina & ostrea, ipsa quidem sicca sunt, succi autem ipsorum aluum mouent. Idem sensit Aretæus, qui in curatione elephantis in cœna apponi iubet marina, quotquot ventrem subducunt, Tellinarum iuscula, ostrea, &c. Idem in iliaco affectu; aut medicatio (inquit) fiat cum iure aliquo aluum subducente, cochleæ valde elixæ, & ipsarum succus, aut Tellinarum. Hæc sunt, quæ spectant ad vsum medicum. Sunt præterea pueris in vsu Tellinæ, vt & lepades, ad tubæ sonum imitandum, referente g Athenæo, cuius hæc sunt verba, interprete Rondeletio: Callias Mityleneus ,, libro de Patella Alcæi, apud Alcæum odam esse scribit, cuius ,, initium est Petræ, & cani matris filia: ad cuius finem scriptum est. Ex patinis animum recrees, ô marina patella. Quo in loco pro Ἀσπὶς, id est, patella, Aristophanes legit χέλυς, id est, testudo, aitque Dicæarchum non recte legisse Ἀσπάδας, ijsque ori admotis puellulos sonare, & lasciuire, quemadmodum Tellinis solent procaces adolescentuli. Sopater Phlæacographus. in comedia, quæ inscribitur Eubulotheombrotus, scribit. At resiste, è Tellina repente ad meas aures suauis quidam sonus illapsus est.

f Lib. 2. de Diet.

g Lib. 3.

CAPVT LXXIII.

DE BALANIS, ÆQVIVOCA.

Nominis ratio. BAlanum Latini vocant, quod Græcis Βάλανος dicitur, animal ex aquatilium genere, quod ἀπὸ τῆς πρὸς δρύινας βαλάνους. vt refert Athenæus, nomen sumpsit. Cæterum, Βάλανος significat multa, quæ omnia, quoad fieri poterit, paucis persttingam: omnia scilicet, quæ apud nos glandis vocabulo comprehenduntur: præcipue tamen ita Dactyli appellantur, vt oliuæ, etsi quæ sint alia, quæ nucleos intus habent. Accipitur apud Theophrastum a Βάλανος pro arbore quadam, de qua plura apud eum inueuies. Præterea eam quoque, quæ glandes ferr, Balanum appellari volunt: proprie vero quercus fructus est, quem nimirum glandem Latini dicunt, & ad similes arborum fructus transfertur (imo Marcellus tradit fructus omnes longiores hoc nomine contineri: sed etiam Glandis appellatioue apud Iurisconsultos omnes fere fructus, vt quidam tradunt) accipiuntur, vt Βάλανοι δρύινοι glandes quercinæ, & Βάλανοι sunt Σαρδιάνοι Castaneæ, (vt Plinius docet,) etiam est celebris Βάλανος μυρεψικὴ, quam Plinius, vt Aetius μυροβάλανον voce composita dicunt. Glans vnguentaria, fructus arboris myricæ similis, magnitudine auellanæ nucis, quæ quod in Æthyopia, Ægypto, Arabia, & Petra oppido iuxta Iudæam nascatur; Αἰθιοπικὴ, Θηβαϊκὴ, Ἀραβικὴ, Πετραία, Συριακὴ, Αἰγυπτία dicta est vt recenset Gorræus, addens falso quosdam opinari esse eam, quæ hodie nux muscata nominatur. Est item βάλανος Gorræo extremi penis carnosa substantia in glandis similitudinem facta, vtrumque penis meatum, quem natura vrinæ, & semini communem effecit, complectens, & ambiens, vnde βαλανοειδὲς, glandiuorum Diogenes Cinædum quẽdam appellasse fertur, quo sensu Martialis quoque pastas glande nates dixit. Apud medicos suppositorium Barbaris vocatur, quod in glandis formam efficitur, ad deijciendam aluum, Græci Balanum, Latini glandem etiam vocatunt, sed eo significatu pro collyrijs abusum esse Columellam, Cæliumq; b Aurelianum medicum, tradunt lexica. Est Βάλανος etiam μοχλὸς obex pessulus, licet Aristophanis Scholiastes velit esse τὸ βαλλόμενον εἰς τὸν μόχλον σιδήρεον, quod & μάγγανον vocetur. Est postremo Balanus nomen Vrbis in Epiro.

Balani quæ vocentur.

a Lib. 4. c. 2. Balanus arbor.

Glans vnguentaria.

Βαλανοβόρος. Cinædus.

b Lib 2 c. 6.

SYNONYMA.

Pholades an Balani. QVas Rondeletius Pholades vocat, Balanos quidam esse iudicant, mihi differre videntur, atque iccirco separatim de ijs agam. Quæ hic pinguntur testacea Græci nostræ ætatis, adhuc antiquo nomine, Balanos vulgo nominant, Plautus, Columella etiam Balanos à glandium similitudine. Læues sunt, vt inquit Petrus Gillius, & in cauernis saxorum stabulantur. Veneti non recte Dactylos vocant. Ab Aristotele inter testacea numerantur, βάλανοι, & glandes conuertit a Theodorus Gaza, sed ex eo non possumus, inquit Rondeletius, colligere, quid hodie glandes appellare possimus: earum enim meminit breuiter. πρὸς τοῖς πέραγγας δὲ τῶν πετρηδίων τίθεται, καὶ βάλανοι, Rimis, cauernisque saxorum vertibula generantur, & glandes. Bellonius Pollicipedes vocat, quia vulgo poulsepieds dicuntur, quod pollicum in pedibus similitudinem habeant: racematim, inquit, Oceani cautibus adhęrent, & nomen antiquum nullum habent.

a Lib. 5. de hist. anim. c. 15.

Pollicipedes.

Zoographus Meercicheln posse nominari putat.

(:)

GENVS, DIFFERENTIÆ, FORMA.

A IN Ligustico littore musculorum est genus quoddam, inquit Rondeletius, in saxis latens, nonnulli glandes veterum esse putant, sed pholades esse potius existimauerim, de quibus postea dicemus, si quis tamen nimis perfracte defenderit glandes esse, non refragabor. Libere dicam quid sentio. duo, mea quidem sententia, Duo glandium genera sunt, vnum quod in Gallia, & Britannia nostra prussepiez appellant. Pollicipedes nominant quidam, quod pollicum in pedibus similitudinem habeant, quod nomen, eiusq; interpretationem non probo. Id genus glandem esse colligimus, quod illi cum glandibus magna sit similitudo. Nam vt glandis quercus, vel Ilicis pars prior læuis est, & in acutum tendit, posterior aspera, sic hæc, quæ saxo affixa exhibemus, posteriore parte, qua saxis hærent, rugosa sunt, & aspera, glandiumq; caliculis posteriorem earum partem arcte retinentibus, simili. Plura ex vna radice pendent è saxorum rimis. Ex testaceorum genere sunt: pars enim prior lõga, rotunda, ex duabus testis componitur, colore, & leuitate vnguium, in medio rimula est, ex qua capillamenta quædam veluti B pluma rubescentes prodeunt. Concha vna veluti ex multis acutis vnguibus constat, tota in quinque digitorum longitudinem accrescit, crassitudine sunt pollicis in Hispania: in Britannia nostra sunt minores. Pars posterior, quæ saxo alligatur, corio duro, asperoq; potius, quam testa constat, ex nigro flauescit. Hæc omnia ille. Addens præterea speciem alteram paruam; glandes hæ, inquiens, si cui non placeant, alias propono, quæ glandibus fructibus similiores sunt. Nascuntur in saxis, & in rimis nauium, quæ diutius immotæ vno in loco manserint; adnascuntur etiam mytulis. Vidi equidem mytulos, vetustos, & mortuos totos istis glandibus operros, & naues præ vetustate putres, quibus frequentissimæ adnatæ fuerant. Hæ glandes striatæ sunt, foramen habent, è quo veluti frondem emittunt, multę simul nascuntur. Intus patum carnis cõtinent, paruæ semper manent. Quamobrem has paruas glandes, illas magnas appellare possumus. Nostri prorsus negligunt, ac ne degustant quidem. Sic Rondeletius. Differentiam quoque ratione magnitudinis agnouit a Athenæus: etenim esse alias alijs maiores. Αἱ βάλανοι, ait, δὲ εἰ μείζονας ἐνέκκειντοι, καὶ δύσπεπτοι. Glandes, id est, si maiores fuerint, aluo facile subducuntur, & placent palato. Eodem auctore, βάλανοι ἀμφέρουσι παρὰ τοὺς τόπους, αἱ μὲν οὖν εὐγόστοι γλυκεῖαι ἀπαλαὶ, δύσπεπτοι, θρεπτικαὶ πολύχυλοι, ἐρεπτικοὶ, δυκρίλιοι. αἱ δ' ἄλλαι ἀλυκώτεραι. Glandes pro locorum varietate differunt. Ægyptiæ dulces sunt, tenerę, oti gratę, copiosi nutrimenti, multi succi, vrinas cient, aluum soluunt. Aliæ magis salsæ sunt. Eadem locorum differentia alijs etiam competit. Quemadmodum n. Ægyptiæ glandes ad Nili ostia captæ dulciores sunt, copiosiorisque nutrimenti, & succi; ita ostrea in ostijs Rhodani, Sequanæ, Garunnæ capta, dulciora sunt alijs, quæ procul ab aquis dulcibus capiuntur, ac proinde hæc, quod magis salsa sint, magis aluum solicitant, minus nutriunt. Quas Bellonius pro Balanis repræsentat icones, nos inter Cõchas Rhomboides posuimus: de ijs autem habet hæc verba. Plures ab vno exortu coagmentantur, veluti si quispiam fingat aliquot ocreas simul alligatas, de quodam loco editiore pendẽre, quarum soleæ deorsum sitæ sint, minoris digiti crassitudinem habent: quinque digitos longi sunt, ac magno acetuo simul coagmẽtati, ab eodem exortu, saxo fitmiter adhærentes, teretes, nigro corio vestiti: quorum extrema, seu capita eodem modo prominere videntur, quo pes tibiæ alligatus est: in qua quidem extremitate rima inter duo duriora veluti testacea ora apparet, cui branchię subsunt. Hæc ille. Duæ à nobis tabulæ Balanorum hic exhibentur, in D prima habes Balanos multos modice rubescentes simul adnatos; in reliquis à supra allatis descriptionibus non differunt. Secundo loco sunt alij Balani à D. Antonio Gigante mihi communicati à prioribus haud longe dissimiles, nisi quod in his color rubeus non appareat, ptæterea striati sunt, foramen habent, ex quo frondem quam vocant, non vt priores, emittunt. In altera tabula primo loco ostreaceum exprimitur, quod polyceps appellari merito potest, quoniam velut ex multis Balanis cõpactum est, figuramq; habet Balani, (quare inter Balanos mihi videtur adnumerandum,) læue, rubescens, cæterique prædictis simile. sequuntur postea alij simul coniuncti cuidam conchylio extrinsecus colore rubescente. Tertius polyceps ab hisce non differt. Quarto & postremo loco habetur Balanus, seu polyceps sessilis in parte inferna, vbi insidet, maximum habet foramen.

Differentiæ à loco.

Mitulis adnascuntur.

Ostrea vbi meliora.

Icones Bellonij consideratæ.

Tabulæ ab auctore editæ considerantur.

VSVS IN CIBIS.

E NON tãtum esui esse balanos, verum etiam gratos esse palato, nobis Epicharmus scriptum reliquit, qui in nuptijs Hebæ tãquam in lautissimis epulis nominat κοχύλια, λεπάδας, πηθυώνας & βαλάνους; & Macrobius in conuiuio, quo Lentulus flamen Martialis inauguratus est, Balanos nigros & albos inter alia testata recenset; In Hispaniæ parte ea, auctore Rondelet. quæ Oceano alluitur, & in Normania, & Britannia frequentissimi sunt, perque vicinas vrbes, pagosque diuenduntur. Mulieres, & delicatiores homines alia fastidienres cibaria, hoc edulij genere delectantur, & qui Veneri dediti sunt. Elixantur in aqua, ius quod intus est, sugitur, tum priore parte cõtorta, & disrupta, caro extrahitur, & ex aceto editur. Bellonius quoque Armoricos littorales refert, magnam horum copiam in pagos, & vrbes vicinas conuehere, illosque vili pretio diuendere. Esse autem optimi saporis, ac mirum in modum fastidia stomachi subleuant, vt etiam mulierum malacijs accommodentur. Elixi ex aqua salsa, pulpam habent duriusculam, quam aufe-

Vbi frequẽtissime vendantur.

Vt eoquantur.

Vt elixẽtur.

auferunt sinistra tenentes radicem, ad quam alligantur, dextra vero caput arripientes: quod posteaquam cõtorserint, pulpam à theca extrahunt, vt ambiens corpus reliquatur vacuum calami modo. Pulpa autem, quæ inde egressa est, lumbrici modo oblonga, rubra, teres, acero piperato maceratur, ac manditur. Balanos præterea, scribit Archigenes apud *a* Galenum, stomachicis conuenire, idemque iam ostendimus ex Bellonio.

a De cõpos. med. lib. 8.

CAPVT LXXIV.

DE PHOLADE. ÆQVIVOCA.

Pholas qd.

PHolas dicitur, quod antris & latibulis conditur, vel quod in caueuis & lustris delitescit, vnde Suidæ ex Babrio afferenti φωλὰς est σπήλαιον κρυπτὸν, spelunca abscondita, antrum, occultum, latibulum, & huiusmodi. Deducitur autem à φωλάζω, vel φωλέω verbo, & φωλεύω, quod significat specu lateo, vt primitiuum φωλεὸς, siue φωλεὰ, id est, specus, latibulum, lustrum. φωλεῖν & φωλεύειν dicuntur, auctore Eustathio, aues, reptilia, vrsæ, aliæque animantes, cum in terra, saxis, alijsue latibulis conditæ ad aliquod tempus latitant, frigoris aut æstus vitandi gratia: vnde etiam vrsæ Græcis φωλάδες cognominantur. Suidæ rursus φωλὰς est εἶδος νόσου. De Pholade verò conchylio, eiusque synonymia nihil fere inuenio cum apud Græcos, tum apud Latinos. Rondeletius in quibusdam Italiæ littoribus, dici testatur Balanos, sed differunt, quamobrem de Pholade separatim tractauimus.

Vrsæ cur pholades dictæ.

GENVS, DIFFERENTIÆ, *Forma.*

QVale sit ex Testatis, quod φωλὰς Græci vocant, solus Rondeletius, adhibita etiam icone, studiosis communicauit. Ita in saxis latet, inquit, vt saxo vndique contegatur, per foramen duntaxat exiguum, & sensui vix patens aqua nutritur. Testis constat duabus, longis, non in latum extensis mytulorum modo, sed rotundis. Intus eadem fere est caro, quæ in mytulis. In saxis adeo duris nascitur, vt nounisi ferreo malleo diffracto saxo distrahatur. Sunt qui putent in saxis aquæ salsæ vi excauatis prouenire, alij iuluto, in saxorum cauernulis acerùato. Ego crediderim in saxorum cauernulis, vel vi, vel natura factis, aquæ marinæ appulsu procreari, atque in concham verti, quæ cauitatis, siue foraminis figuram seruat. Vidi huiusmodi conchas in portu Veneris. Missum est ad me alio ex littore saxum, cuius partem hic expressi, in quo nullæ rimæ, nullæ cauernæ, sed foramina tantum apparebunt tam exigua, vt vix acum admitterent. Eo igitur ictibus multis confracto cauitates internæ multæ etant, vario situ, & diuersæ magnitudinis; in quibus Conchas istas reperi, quas cum saxo depictas exhibeo. Quare figuram diutius contemplatus, antiquorum Balanos non esse iudico, sed φωλάδας, de quibus hæc Athenæus libro tertio. Αἱ δὲ φωλάδες πολυτροφότεραι, βρωμώδεις δὲ. Pholades multum alunt, sed virus olent. Et: Αἱ δὲ φωλάδες δύσοσμοι, βρωμώδεις δὲ καὶ κακόχυλοι. Pholades palato suaues sunt, sed virus relipiunt, & mali sunt succi.

Testa. Caro. Saxis vt innascantur. Rondeletij opinio. Balanos nõ esse. Multum nutriunt.

Primum huic sententiæ meæ aptissime quadrat nominis ratio: Nam vt φωλάδες dicuntur feræ, quæ in lustris degunt, λαθὼ δ' φωλεύειν, quod latere significat, ita nihil in marinis rebus reperias; quod penitus in saxo lateat, sicuti conchæ; quas proponimus, deinde notæ Athenæi his propiæ sunt: nam virus olent, & mali succi sunt. Harum nullus, quod sciam memiuit præter Athenæum. Hæc omnia ille. Nostra Pholadum icon ab illa Rondeletij nihil, vel parum differt. In saxis enim latent, earum restæ (duabus autem constaut) coloris sunt rubri ad album tendentes, longæ, & rotundæ: in reliquis similes illis; quas posuit Rondeletius. Nos quoque supra de eiuscemodi testaceorum orru multa diximus ex Goropio, quæ hic non repetimus. Cum Rondeletij figura conueuit, vt dixi, quæ hic à me adijcitur: & nescio num etiam isthæc altera quinque digitos longa, cinerea.

Nominis ratio. Virus olẽt.

CAPVT LXXV.

DE SOLENE. ÆQVIVOCA.

CAnalem, siue fistulam, vt in aquæ ductu σωλῆνα vocauit Plutarchus in libro, qui περὶ φιλοπολεμίας inscribitur; ὥσπερ οἰκεῖα μεσοῖ σωλῆνες ὕδατι ἀναλαμβάνοντες εἰς ἑαυτὸς ἀλλ' ἕκαστος, εἰς ἕτερον ἐξ ἑαυτοῦ μεθιείς. Σωλὴν etiam, siue Σωλὴν μηχανικὸς Chirurgorum instrumentum est rotundum, oblongum, cauum, in quod eius, aut femur fractum conijcitur, & continetur: simile quidem glossocomo, sed figura differens, teste Galeno comm. 2. εἰς τὸ περὶ ἀγμῶν, quo loci Hippocrates de eius vsu multa disserit. Ab Anatomicis præterea σωλὴν ad canalis fictilis similitudinem dicitur medium foramen, quo omnes ceruicis vertebræ peruiæ sunt, & spinæ medulla à cerebro descendit, id quod alio quoque nomine ἱερὸν σύριγξ appellatur, vt scribit Gorræus.

Sacta fistula.

SYNONYMA.

ΣΩΛΗΝΕΣ, à Græcis vocantur istiusmodi testacea, vt diximus, item αὐλοὶ δόνακες, ὄνυχες, nec non & δάκτυλοι, quorum synonymorum omnium Plinius meminit his verbis. Solen, siue Aulos, siue Donax, siue Onyx, siue Dactylus: dicitur autem Solen à canalis, siue tubi similitudine, αὐλὸς tubæ modo excauatus, Δόναξ à figura atundinis crassæ, concauæ, apud amnes nascentis, quæ δόναξ, & Cypria arundo nominatur referente *a* Dioscoride. Ὄνυξ vero, id est, vnguis ab extremis, tennirate, & figura vnguibus simili, vel à testæ colore, & substantia vnguibus nostris non dissimili. At ὄνυξ itidem apud *b* eundem pro re longe diuersa sumitur, δάκτυλοι cur dicantur, habemus ex *c* Plinio. Concharum è genere, inquit, sunt Dactyli ab humanorum vnguium similitudine appellati. Σωλὴν apud Eustathium dicitur οὐκ ἀπὸ τοῦ ὅλος σωλῶ, & per crasin σωλῶ Epicharmo autem Σωλῆνες μακροκόγχυλοι vocantur; sic enim legitur apud Arhenæum; latine teretes, longi, & viles dici queunt à Sophrone μακρομικόγχαι, id est, longæ conchæ. Latinis parum murata Græcorum voce Solenes dicuntur, quos etiam Gaza modo vngues, modo digitos in vrroq; Plinium secutus vertit, vt scribit Hermolaus. Dotoli nomen à Græco Dactyli; detortum Zoographus credit. Genus id Concharum, inquit, quod à nostris spoletta vocatur, aliqui Spõdylos, alij Dactylos marinos esse volunt. Zoographus spoletta vocabu um accedere ad Germanicum spulen air, quod cannam vel arundinem significat: proprie vero internodium, quo filis agglomerandis vtuntut textores: cuius figuram plane reddit istiusmodi concha. A Venetis hodie Cappæ longæ, vt scribit Gillius dicuntur, qui accolunt, (inquit) Adriaticum sinum Cappas longas nominant. Vocantur, & pesce Canellla Bonouiensibus, cuius synonymi forte meminit Albertus, ostrei genus, inqt, inuenirur in mari Italico, quod vocatur canna, propter suę couchę similitudinem ad cannam. Ragusinis Parszi; quia Pars eorum lingua digitum sonar. Gallis Couteaux, quod cultri manubrium referat. Normanis mansotz, & manchotz, quod gladij capulum repræsentet. Anglis Pitot, vt vult Bellonius, vel vt Rondeletius Pirot, sed Zoographus ex Ioanne Fauconero Anglo intellexit, Bagsysh potius dici. Wallis in Anglia Thyinby.

Solen. Donax. *a Lib. 1. c. 115.* Vnguis cur dicatur. *b Lib 11.* Dactyli. *c Li. 9. c. 61.* Etymõ vocis Solen.

GENVS. DIFFERENTIÆ. FORMA.

BEllonij Dactylum, seu Solenem marem; Rõdeletius concham alteram longam nominat (& nos supra eam etiam inter conchas exhibuimus) Solenisque speciem esse inficiatur. Fœminæ vero, quia nihil à Solenibus differt, tantum hic ponemus iconem, sic autem eam Bellonius describit. Fæminæ (à maribus tribuens differentiam) sinuosam ea parte concham habent, & foramen amplum: posteriore autem (qua conchæ cardinibus, seu neruis inuicem fulciuntur) aliquid gerunt muliebri pudendo simile. Hæc ille. Plinius, & Athenæus alios fœminas nuncupant, non quod ad procreationem semen sœtificum hic emittat, illa recipiat. etenim cõchæ, Chamæ, soleues, pectinesq; locis arenosis sponte proueniũt. Rõdeletius, qui vtramq; speciem iconibus expressit, Solenem marem hodie nullam nationem à fœmina distinxisse scribit. Athenæus vtrunque ijsdem nominibus appellat. Plinius inter nomina discrimen facit: nam mares Solenes, Aulos, Donacas vocat: fœminas Onychas, quam differentiam non improbat Rondeletius. Est igitur Solen mas, inquit hic ex Concharum longarum genere: duplici constans testa, læui, tenui, altera tantum parte colligata nigro vinculo, etiamsi aliter scribat *a* Aristot. Cum enim δθύρων alia fiat altera parte ligata, altera soluta, vt claudi, & aperiri possint; alia vtroque latere connexa, in his postremis Solenas numerat; cum cõtra semper altera parte solutos videas; neque in ea aut vinculi, aut articulationis vllius vestigium. Dodrantali sunt longitudine, pollicis crassitudine, harundinis modo caui; extremis duobus semper apertis: anteriore caput extrit, & tetrahit testudinis ritu, secũdum testæ longitudinem carnem protensam habet. Testa cæruleo est colore, lineas euidentes habet per transuersum ductas; qua parte colligatur, crassior est, alijs partibus in tenuem substãtam desinit; sicuti mytuli. Aqua & arena viuit. Sic ille, subdẽs Solnem matem à se fere fuisse repræsentatum. Arhenæus, inquit, maris testam cærulei esse coloris scripsit: ar eius verba illos aperte reellunt, qui cõchæ alterius longæ speciem pro Solene mare depinxerunt. (Taxat Bellonium, qui Cõcham aliam pro Solene mare dolit, nullo pacto inter Solenes numerandam) ea enim tota candida est. De fœmina verò hęc habet verba. Onychas appellat Plinius Soleues fœminas, quæ colore, sapore, magnitudine à maribus differũt; in alijs omnibus similes. Testa lineis cæruleis distincta non est, ob id Plinio vnicolores dicuntur. Caro dulcior est, maribus minores esse solẽt. Solenes vtrique in arena defixi viuunt, ferreo instramento ex ea eximuntur. Hæc de ijs Rondeletius. Fœminas in arena stare Bellon. quoque tradit; sed cum omnia silent, sursum è profundissime foramine emergere, & in id (tanquam strepitum audientes) protinus sese abdere, vnde postea nisi palla ferrea in transuersum supposita, ac profundissime impacta auelli possint, id quod Plinius, & ante eum Aristoteles intellexit, Solenes fugere scribens admoto ferramento; subtrahunt (inquit) sese inferius, & subsidunt ad ima. Nos maris tantum iconem ponimus, qui à Rondeletij Solene mare aliquantulum differt: est enim lineis miniaceis per trãsuersum variegatus; in altera quoque conchæ extremitate linea lutea apparet: magnitudine ęqualis Rondeletij Solenis. Habes postremo iconem Cappæ longæ, vt vulgo Venetijs vocant, quo nomine Venetis: eum Zoographus pingendam curauit.

Soleñ mas Bellonij. Sexus distinctio. Soleñ mas quid. *a Lib. 4. de hist. c. 4.* Cõtra Aristot. Longitudo. Testa. Cõtra Bellonium. Soleñ fœmina. Testa. Caro. In arena viuunt. Instrumẽto admoto fugere.

Solen fœmina Bellonij.
Spülen weiblin. 1.
Solen mas Rond: nu. 1
2.
Solen fœmina Rondel. nu: 2.
3.
Solen mas authoris.
4.
Pinna magna Rondel.
Steck Müschel.
6.
Pinna parua Rond:
7.
Pinna Bellonij.
8
Pinna Zographi.
9.
Pinna aculeata authoris.
10.
Cappalonga Vulgo Venetijs dicta.
5.
Pinna parua Rond. similis.
11.
Pernoe genus.
12.
Pinnæ authoris quarta pars supina.
13.
Pinnæ quarta pars Conuexa.
14.
TAB: XVI.
Pinna allia cum tubere adnato.
15.
Conchæ anatiferæ trunco adhærentes ex Lobelio.
17.
Patellæ authoris aliæ.
20.
21.
Conchæ anatiferæ ex arbore dependentes.
Meüscheln, so Enden tragen.
16.
22.
23.
Patellæ authoris diuersæ.
Bocks augen.
19.
Conchæ aliæ anatiferis similis.
18.
Patella Cypria maior striata. nu. 1
24.
Patella Cypria maior non striata. nu. 2
25.
Lepas, siue Patella Bellonij
26.

VSVS IN CIBIS.

MAribus Plinio teste facultas inest ciẽdæ vrinæ, fæmlnæ dulciores sunt, Athenęus eosdẽ calculosis, & difficile meientibus vtiles esse tradit; cademq; quæ Plinius, de iis habet, vt ex eodẽ auctore vterq; transcripsisse videatur. inquit enim Athenæus; Solenes à quibusdã vocati, à nonnullis δύναχες, & αὐλοὶ & ὄνυχες succi multum suppeditant. sed mali, & glutinosi. Mares quidem virgati sunt, & cærulei coloris, calculosis, & ægre meientibus perutiles sunt. Fœminæ vnicolores sunt, & dulciores. Sumuntur frixi, & elixi. meliores sunt in prunis tosti quoad hient, qui hos piscantur solenistæ dicti fuerunt, vt narrat Phanias Eresius in libro, cuius titulus est, Tyrannorum in quos vindicatum est cædes, his verbis Philoxenus Solenistès ex tribuno plebis factus est tyrannus, initio piscationẽ victitans, & Solenas venari solitus, occasione vero data mercaturam exercẽs facultates sibi parauit. Rondeletius cũ sale, aceto, & oleo edi ait, alii oleum improbant ob eius lentorem & ad glutinosi eorum succi attenuationem acetum, & sal multo magis conferre aiunt. In prunis tosti deteriores sunt, quia magis exsucci, duriores, & sicciores. Illud diu mihi peperit difficultatẽ quod Athenæus, & Plinius tradiderunt, nimirum Solenes vtiles esse in cibo calculosis, & vtinas mouere, cum ipse Athenæus scripserit, mali succi esse, & glutinosi, atque id experientia confirmet. Talis enim succus calculum generare, & vtinam retinere potius quam promouere aptior est; quamobrem de iure id accipiendum potius cũ Rond. existimauerim, quod ob salsuginẽ suam, & acrimoniam præstare illud possit. Ego, inquit Rondeletius, testarum cineribus ad idẽ malũ vti mallem, insigniter n. attenuant, incidũt & exsiccant, quod si timeatur in exsiccando morsus aliquis, prius sunt lauãdi. Sic ille. Solenas fœminas vix edi posse, nisi optime ab arena repurgatas (multam n. deglutiunt) testatur Bellonius. In ore mandentium eos relucere Plinius scriptum reliquit. His natura inquit, in tenebris remoto lumine alio fulgore clarere, & quanto magis humorẽ habeant lucere in ore mandentium, lucere in manib. atq; in solo, atq; veste decidentibus guttis vt procul dubio pateat succi illam naturam esse, quam miremur etiam in corpore. Hucusq; Plinius. Huius splendoris caussam etiam glutinoso Solenis succo adscribit Rond. siquidẽ quæ tenacia, & veluti glutinocõpacta sunt, ea læuia, æqualia, atque perpolita esse solent, atque ob id relucentia, vt pix, asphaltũ, albumen oui, quæ pro fecto sententia non videtur improbanda. Solenas in cibi vsum venire certũ est plerumq; vero eos pauperes comedunt: diuitibus tamen etiam grati, quia dulces viduarum cupedias eos vocat Sophron. *a* Galenus dura carne esse dicit, & ob id difficulter concoqui. Proprium hoc Solenibus, atque putpuris est, vt refert Nicesius, quod cum in iusculo coquuntur id crassius reddant. Vsum in medicina Solenes habere haud competio, in suffitu tamen contra languorẽ morbi pestilẽtis, inter alia Vegetius vnguem matinum admiscet, sed hoc de conchylii, purpuræue operculo potius, quam de hac concha putem intelligendum. atque hæc de Solenibus.

Solenistæ qui.

Tosti supet prunas deteriores.

Dubitatio ex Athenæo cõtra Plinium.

Solutio.

Testarum cinis.

Solenes fæminæ, vt edendæ.

In tenebris lucẽt. Splẽdoris ratio.

Viduarum cupediæ.

a Li. 3. de alim. facult.

Ius crassius cedunt.

DE PINNIS. Cap. LXXVI. ÆQVIVOCA.

SVnt præter hocce ostraceum, de quo modo dicemus, pinnę etiam auium, siue pennæ à plumis maguitudine tantũ differentes. Suntq; piscium quoque pinnæ quarum adminiculis veluti remis in natando vtuntur. Postremo pinna quoduis acutum denotat, vnde & murorum summitates pinnæ dicuntur.

Pinnæ auium & piscium.

SYNONYMA.

LAtini, seruata Græcorum voce quibus πίννη & πίννα dicitur, Pinnam nuncupant. πίννη autem à sordibus forte dicta quib. semper obducta est: siquidem πίνος significat sordes, vt πίναρὸς sordidũ. Isidorus apud Athenæum in recto πίννα, & in accusandi casu πίνναν dixit. ab vtroque fit genitiuos per η. non πίνναι, vt apud Suidam legitur in πιννοτήρης, adnotante Zoographo. Oppiano, & in lexicis græcis Hesichii, & aliorũ πίννα im proprie piscis dicitur, cum potius sit, vt in iisdẽ scribitur, ὀστρεῶδες κογχύλιον. alicubi male per ν simplex scribitur πίνα. cum ostreis à Crantino nominantur πίνναι. Hermolaus Concham Ægyptiam cognomine patalios à Democrito Pinnam vocati scribit. Adnascuntur Pinnis quædam fila instar villi, vnde Genuẽses Pinnã lanam appellant, eodẽ forte modo, vt sentit Zoographus, veluti arbor Agnus Castus à quibusdam recentiorib. latina voce subiuncta præcedentem græcam interpretante, Siculi etiam lanam pinnulam vocant. Pernam Neapolitani. Veneti Astutam nomine multis aliis conchis communi. Massilienses Nacre. Apud Germanos cum non habeat nomen, Zoographus ein Steckmuschel appellari posse ait, quod altera eius pars acutior fundo infixa sit.

Etymon. Ortographia.

Concha Ægyptia parãlios dicta.

Pinna lana Genuensium.

GENVS, DIFFERENTIÆ, FORMA.

PInnæ ex duabus testis componuntur, & à mytulorũ figura nõ admodum differunt. Cancri etiam, vt in mytulis gurgitum, in his hospitantur, Rondeletio teste, qui tantam Romæ se vidisse scribit, vt ad cubiti magnitudinem accederet, Isque tres Pinnarũ differentias agnouit magnitudine differentes quarum minimam Pernam appellauit. Sic autem describit. Mytulis quodammodo similis est, nisi quod strictiorem partem multo magis acutam, & longam habet, quoniam in arena, vel in cœno affixa viuit. Testa foris aspera est, colore fusco, intus viridi, & argentei splendoris, si in arena vixerit Pinna, si in cœnõ, colore est magis flauescente, & minus splendente. Ab inferiore, & strictiore parte in amplam latitudinem extenditur, illic arctissime clauduntur testæ. Hic facile discludũtur. Intus multum est carnis, cuius omnes fere partes indiscretæ sunt, veluti in mytulis. Hæc ille. Ponit præterea alterius Pinnæ iconẽ, quam quod Plinii Pernæ descriptioni maxime cõueniat, Pernam ei vocari asserit. Natura, inquit, in Concharũ varietate lusit, vt ex vnius generis fotmis pluribus, veluti Tellinis, ostreis, myacibus liquet, de quibus prius diximus. Sic Pinnarum vnicum genus non est. Pinna enim altera est, quam hic proponimus, vt ex figura perspicuum est. Perna à Plinio vocatur. Pernæ, inquit, Concharum generis, circa Pontias insulas frequentissime stant velut suillo crure longo in arena defixæ, hiantesque qua limpitudo est, pedali non minus spatio. Cibum venantur. Dentes in circuitu marginum habent pectinatim spissatos. Intus pro spondylo grandis caro est. Quæ omnia ei, quam expressam hic proponimus, maxime competunt, præsertim figura suilli cruris, vnde nomen habet: dicuntur n. Pernæ tam priores, quam posteriores coxæ porcinæ salitę. sic ille, addens eius generis hanc esse Pinnam in qua vniones nasci ex Theophrasto tradit Athenæus. Eius verba græca ita recolimus. Θεόφραστος μὲν οὖν τῷ περὶ λίθων γράφει ὅτιος. πῶν θαυμαζομένων δὲ λίθων ἐπὶ τὸ μεγαλόπρεπες καλέμενος, διαφανὴς μὲν τῇ φύσει. ποιεῦσι δ' ἐξ αὐτῶν πολυτελεῖς ὀγμοὺς. γίνεται δ' ἐν ὀστρέῳ τινὶ παραπλησίῳ τῇς πίνναις, πολλῷ ἐλάττονι. μέγεθος δὲ ἡλίκον ἰχθύος ὀφθαλμὸς σύμμετρόθης. id est Theophrastus libro de gemmis scribit ad hunc modum. Inter gemmas pretiosas magaritæ sunt natura pellucidę ex quibus fiunt sumptuosissima monilia. Eas generat ostreũ Pinnis simile, sed minus, tam magnas, quam est magnus piscis oculus. Huiusmodi autem pinnam paruam in Gallico mari repeiiri, & in ea paruos vniones, refert Rond. Intus ait, caro superiori similis, nisi quod trachelo caret, id est media illa parte duta, & neruosa. Tota igitur intus mollior est, & ad coquendum facilior. Hoc illud est, quod intelligit Plinius, cum dicit: Intus pro spondylo grandis caro est. Spondylum appellans eallum, seu carnem duriorem, & interiorẽ ostreorum, quo nomine alibi vsus est, quũ loquitur de specie ostreorum, neque in luto capia, neq; in arenosis, sed solido vado, spondylo breui, atque non caruoso, nec fibris laciniosa ac tota inaluo. Tertia eiusdem Rondeletii minor est figura, victus ratione, & byssо similis priori: atq; magnitudine differens, & eo, vt inquit ille, quod anteq̃ & acuta & stricta parte in amplitudinẽ extẽdatur, excauata est. In cœuosis, & arenosis viuit defixa, carnem intus duram habet, quæ virus resipit. Bellonius binas pinnarum species alteram minorem alteram autem maiorem nouit. Minoris iconem exhibuit, quæ vero ex tribus Rondeletii ior & minor sit, ignoratur: videtur n. ab omnibus differre. Icon quam exhibet, ad pinnam magnam Rondeletii accedit: nisi quod in summa concha, qua latissima est, paruus quidam circulus est, quem alius paulo maior ambit: & ab eadẽ parte ad imum lineæ aliquot recte descendunt, per media vero liuearum interstitia, multi exigui circuli, ô vocalis qua scribi solet, circumferentia paulo maiori, deinceps per interualla digeruntur. Testam intus argentea testitudine resplendere ait: minorem foris magis albicãte, intus autem ad cœruleum accedere. Cæterum qui pinnam nunquam viderit, inquit, mytulum pedem longum, & semipedem latum sibi confingat oportet. Pinna enim eodem circino, quo mytulus (quam Moulam vocamus) ornata est: atque eiusdem coloris testam habet. Minor itaque mollibus in gyrum spiculis obtusis hirta est, valuasque continuo cardine toto latere annexas claudit, ac reserat, qua inquam parte planior esse constat, qua autem parte sese in latum expandit, eadem byssum, i. laneum villum (mytuli modo) continet: quem ternis digitis longiorem exerit. Est autem veluti capillamentum quoddam coaceruatũ prædurum ac nigrum quod lapillis affigitur, limumque, ac spurcitias inde ad stomachum attrahit. Nam cum pinna longa sit, & subrecta stet turbinatiorem partem suffixam habet: latiorem a. sursum ex aqua attollit, præcipuamq; internæ partis humo propinquiorẽ ostendit. Nam & maior pinnæ capacitas in sublime attollitur: in qua etiam plerunque tres pinnoteres videas; aliquando duos, vt plurimum vnum. Idem Bellonius pinnam maiorem nomiat Pernam, quæ Rõdeletio pinna minor est, cui Zoographus assentitur. Maior inquit Bellonius pinna pelagia est, rugis profundis catet; duriore testa contegitur, bipedalis sæpissime inuenitur: Pinnophylacẽ, vt minor alit: vliginoso, ac palustri tractu nascitur, profundiore gurgite immergitur: multum ingrati saporis. Similem fere pinnam cum Bellonii icone à Corn. Sittardo quondam se accepisse scribit Zoographus, eam ex eodem hic expressimus. Nos pinnarũ quatuor species ponimus. primo loco est pinna aculeata dodrantis vnius longitudine, testa foris rugosa, intus glabra, coloris rubei. Secundo pinnæ paruæ Rond. similis cum capillamentis in acuta parte, quam Pernam esse perperam putauit Bellonius. Tertio pinnæ Pernæ forte genus, cum setis illis vt vocant testa foris scabra, vt Aristoteles voluit. Quarto loco exhibetur alia pinna parte interna & externa depicta testa foris fusca, rubra; & aspera intus sanguinei, & cœrulei coloris, in ima parte acuta quæ sensim in amplitudinem extenditur. Postremo loco datur pinna cum tubere verrucoso intus adnato.

Tres Pinnę Rondeletio differentes.

Testa.

Color.

Pernæ Plinii.

Dentes.

Pinna margaritifera.

Theophr.

Locus.

Spõdylus.

Bellonii pinna maior & minor.

Pinnæ quid similitudinis cum mytulo.

Byssum seu lana.

Pinnotẽres vbi lateant.

Icones auctoris.

NATVRA, MORES.

QVomodo pinna in cibo sibi comparando semper comitem, ac sociũ Cancellum, vel Squillam fertur habere, & quomodo id refellat Rondeletius, supra, pprio loco videlicet. Cum aũt in terram defixæ sint, pabulum per eas setas (quas Aristot. Byssum vocat)

Vt sibi victum quęrant.

vocat) allicere ſcribit Bellonius, quod improbat Rondeletius. Sua ſede nõ dimouentur, quin pereant: niſi iterum eodem ſtatu, humi defigantur. Nam cũ eis natura hæc inſit, vt rectas ſtare, & per villos arenulam attrahere neceſſe ſit, iacentes viuere non poſſunt, hinc eſt quod ab Ariſtotele ambigitur animal ne ſit pinna, an planta, hiſce verbis. Sunt enim matis nonnulla, quæ ambiges animale ſint, an planta: hærent enim & detracta plura, & id genus pereunt. Pinnæ quoque naturam optime his verſibus Philes expreſſit, in cuius teſta & vniones, & byſſum reperiri teſtatur.

Genus oſtreorum eſt pinna, quæ plicis domum
Hiantibus recludit, in qua conditur
Per aquasq; fuſa porrigit carunculam,
Quæ corpus ambit molle, caſſum humile
Quo mœna ſi decepta credula aduolet,
Conuictor eius, atque cuſtos pinnoter
Illam admonet morſu leui caruncula,
Hæc monita pandit amplius ſinum, irruens
Hoc implicatur mœna non ſat prouida.
Pinnæ quod humidum effluit de viſcere.
Qui fulgur æquet, fit lapillus lucidus,
Sed vnionis induit tandem iubar.
Vis promouentis ſi caloris appetat.
Quin & pilorum pinna germen byſſinum
Fert, ſtamine haud araneorum diſcrepans.
Cuius nitor, ſubtilitasq;, cirrulis
Addit puellarum venuſtatis decus.
Lenocinandis perquam idoneum procu.
Natura cancrum marcidam deponere
Teſtam, magiſtra docuit haud incallida.
Oeſtro ciente, nam penitæ pruriginis.
Mouetur vndiquaq; victus gratia:
Ingurgitationeq; aliuum turgidus,
Diſrumpit arctæ tegminis ligamina,
Sic inuolucrus ergo decidentibus.
Nudus laborans quippe morbo obnoxius,
Os abſtinet guſtu cibi diutine.
Mox integer recente pelle, veſtitur
Præſenti arena, qua iacens lecto vſus eſt.
Sed glutinato ritè rurſus tegmine.
Prorepit ipſum pabuli quo fert amor.

L O C V S.

Concha Ægyptia Paralios. *a Com. in 9. Plin.*

IN Acarnania quam vocant, Pinnam oriri, & vniones gignere Plinius teſtatum reliquit. Democritus appellat pinnam Concham quandam Ægypriam, quam Paralion cognominant: verum hanc in rellexiſſe *a* Plinium negat Maſſatius, cum in Acarnania, nõ in Ægypto reperiri tradat, ſed potius pinnam cõcharum generis, quæ in arenoſis, limoſiſq; ſubrecta ſemper naſcitur, teſta ſcabra, intus pellucida, nec vnquam ſine comite. Africanas pinnas multo maiores, quam circa Europam eſſe ſcribit Zoographus ex auditu. In Oceano an ſint, nec ne, ambigitur, quandoquidem Bellonius Lutetiæ nunquam haberi tradit: & Rondeletius in locis, in quibus mare fluit, ac refluit, vix reperiri, quod circa Oceanum contingere videtur. Pinna quæ, vt inquit Bellonius, raro ſemipedalem (ſeſquipedalẽ forte, vt notat Zoographus, nam ſuperius ſic ſcribit. Qui pinnam nunquam videtit, myrulum pedem longum, & ſemipedem latum fingat, &c.) excedit longitudinem, & Neticos habet: quos nounulli, vt Plinius in perna ſpondylos (aliter ſpondylum in pinnis Rondeletius interpretatur) vocant, quibus vtraque valua ſoluitur, ac contrahitur. Venetijs non viſitur: ſed in Propontide ad latera eius ſinus, qui Nicomediam fertur, qua terram pertingunt, frequentia magna exiſtit. In ruinis ciuitatis Nicomediæ pinnas quoque, ſeu pernas reperiri refert idem Bellonius in ſuis obſeruationibus defixas, & erectas.

In Oceano an ſit ambigitur.

HIEROGLYPHICA.

a Lib. 2. 8. Petulans, & laſciuus ab ineunte ætate.

PInna fœtus ſuos oſtentans, Hieroglyphicum erat apud Ægyptios illius (vt Pierius Valerianus *a* author eſt) qui ab ineunte ætate cœperit in petulantia laſciuire, & munera Veneris exercere. Conchulæ enim huiuſmodi in concha genitæ, antequam excludantur, intra ſe quamprimum coire dicuntur, vt non immerito concha ipſa ſit Veneri dedicata, atque eam ex concha genitã veteres fabulentur. Ego non omnes conchas promiſcue Veneri ſacras fuiſſe comperio, verum quaſdam elegantiores tantum.

VSVS IN CIBIS.

a Lib. 18. c. 25. Ouum. *b Lib. 5. de hiſt. c. 5.* Optimæ quæ.

PInnas vt & alia oſtreacea in cibi viſum venire, & multum prębere nutrimenri, tradidit *a* Athenæus Αἱ δὲ πίνναι, inquit, ὀρεπκαὶ, τρόφιμοι, δυσπέπτοι, δυσαυάδοτοι. Pinnæ vrinas pellũt, multũ alunt, difficile concoquuntur, & diſtribuuutur. Ouum, φ eas cõtinere ſemper ex *b* Ariſtotele patet, aliquando maius, aliquãdo minus pro lunari poteſtate, vt in echinis, oſtreiſque, non ad generationẽ cõfert, ſed melioris tantũ nutricationis indiciũ eſt, ſicuti in ſanguine præditis pingue. Eſſe melioris hyeme elixas; & aſſis auctor eſt Rõdeletius. Sunt qui vino, & aceto maceratas mollescere aiunt, ſed flatus gignere, φ verum eſſe nõ poteſt, cum vinum flatus diſcutiat; niſi ea ratione, qua humidiora fiũt, flatus gignere dicantur. Wottonus ex Oribaſio (ni fallor) multa de pinnarũ dotibus, & quæ in cibis eligi debeant, recolit. Pinnæ (inquit) optimæ ſunt tenellæ, plenæ, carnoſæue, quæ in limoſis, herboſiſq; (πιναγώδεσι) vadis gignuntur: & vbi mari dulcis aqua miſcetur, & locis tranquillis, ac ventis carentibus: teneriores enim hic naſcuntur, quã vbi fluctibus agirantur. Grandioribus paruæ: & quæ vere, & æſtate capiuntur, alijs præſtant. Sunt enim & ſuauiores, & pleniores. Quæ magnitudine media ſunt, carnem quidẽ habẽt mollem; candidam, ac dulcem: collum (τραχήλου) autem durum, concoctu difficile, corruptionique renitens: collo namq; corpus reliquum facilius corrumpitur: elixis aſſæ duriores euadunt, præſertim ſi vino fuerint aſperſæ. Earum autem caro, quæ in vino, & aceto maceratę ſunt, mollior eſt, ſed flatus genetat. Hactenus ille. Multis modis pinnas edi poſſe vult Bellonius. Sunt, ait, qui teſtas modico pipere, & butyro addito ſuppoſitis prunis incoquant, quẽ ego modum meliorem eſſe puto; eæ namq; quæ ex iure incoquuntur, guſtui non ita placent. Quod ſpectat ad vſum medicũ ſtrombos, pinnas, & echinum contra Doricnij venenum præſtare habemus ex Nicandro. Earum quoque teſtæ eandem cum mytulorum teſtis habent facultatem.

Meliores quæ.

Quot modis edũtur.

DE BYSSO.

Cap. LXXVII.

SYNONYMA.

Buz. Scheſch. Creſpe.

CVm in ſacris atque etiam in profanorum libris byſſi, byſſinarumq; veſtium ſæpe fiat mẽtio, variæque Theologorum, atque aliorum ſuper eo ſint opiniones, haud ab re, quin operæpretium fore duximus de eo quid breuiter dicere. Latinorum byſſus, vt & Græcorum βύσσος à Buz Hebraico dici apparet, In trilingui lexico Scheſch etiam pro byſſo legitur. Apud Italos nomen non habet; poſſumus tamen vocare byſſo. Gallice, vt citat Zoographus, interpretantur creſpe.

DIFFERENTIÆ.

Byſſus terrenus, & marinus. *a Lib. 9. c. 1.* Byſſus quid Cardano. *b Lib. 9. c. 1.* Goſſipiũ, ſeu xylon. Byſſus arboreus. Lini, non lanæ ſpecies byſſus. Byſſus marinus qualis. Mytuli byſſum gignunt & vt à byſſo pinnæ differat.

DVplicẽ eſſe byſſum, terrenũ videlicet ac matinũ, apud ſcriptores inuenio. De terreno ſic *a* Plinius. Asbeſtino (inquit) lino principatus in toto orbe, proximus byſſino, mulierum maxime delicijs, circa Elmim in Achaia genito, quaternis denarijs ſtipula eius permutata quondam, vt auri. Hoc genus forte intellexit Cardanus byſſinum lini ſpeciem eſſe ſcribens, tenuiſſimam, validam, & ſplendidam, vel forte quod in arbore naſci ſcribit Philoſtratus. Homines, inquit, qui ſecundum Indum flumen habitant lineis amiciuntur veſtibus: etenim linũ in agris plurimũ naſcitur, calceamẽta geſtant ex papyro, nobiliores byſſo induuntur. Byſſum vero ex arbore naſci ferunt, quæ baſi quidem populo ſit perſimilis; folijs vero ſalicis. Plinius quoq; non ſolum vocauit, quod ex herba contuſa netur, ſed etiam φ ex fructicibus, & arboribus carpitur. Superior (inquit) pars *b* Ægypti in Arabiam vergens, gignit fruticẽ, quẽ aliqui goſſipiũ vocant, plures xylon, & ideo lina inde facta xylina. Paruus eſt, ſimilemq; barbatæ nucis defert fructũ; cuius in exteriore bombyce lanugo netur. Sic ille. Lini genus eſſe byſſum tradidit Iulius Pollux. Porro byſſina quoq; & byſſus, inquit, lini q̃dam ſpecies apud Indos. Hunc apud Ægyptios ex arbote quædam lana fit, ex qua veſtem confectam lino maxime ſimilẽ eſſe quiſpiam dixerit, ſola denſitate excepta: dẽſior enim arbore fructus enaſcitur, nũc ſimilis, duplici munitus cortice, qua dirempta, poſtquam inſtar nucis floruerit, interius hoc quod lanam refert, eximitur, vnde ſubtegmen cõficitur, ſtamen autẽ illi ſubtendunt lineum. Byſſum non alia Græciæ parte naſci prodidit Pauſanias, q̃ in Elide tanta tenuitate, vt ne Iudaica quidẽ byſſo cedat, etiamſi colore minus refert, quam Iudaicus, qui colorẽ, & ſplendorẽ auri referebat. Erat igitur lini, non lanæ ſpecies, vt ex Plinio, & Pauſania clatet in Græcia, & Iudæa naſcẽtis. Byſſus vero marinus molliſſima, & delicatiſſima lana eſt, & à iam dicti ſimilitudine nomẽ habet: de hoc Rondeletius. Byſſus, inquit, marinus ex pinna delicariſſimus & molliſſimus ſericæ lanæ cõparandus colore fuſco, à ſimilitudine byſſi Græci, vel Iudaici ſic nominatus; prius enim cognitæ ſunt diuitiæ terrenæ, quam marinæ, quẽ dubito non pretioſarum veſtium textu additum terreno. Mytuli quoq; byſſum gignunt, ſi modo ſetas illi byſſi nomine mereri dicamus; ſed tam differt à pinnarũ byſſo, quam ſtuppa cannabina à tenuiſſimo & delicatiſſimo ſerico. Eius magnitudo pinnarum magnitudini reſpondet: in maximis enim pedem vnum longus eſt, in al js breuior. Hucuſque ille.

COLOR.

a Lib. de oracul. defectu.

IN ſacris litteris, inquit Zoographus, byſſi colorẽ aliq pro cãdido accipiũt: φ is fortè natiuus ſit eius color, antequã tingatur, ſed authores nõ ita vſurpant. Cardanus calorẽ lini eſſe dicebat, & parũ à glauco differre. Scaliger ſub ſpeciebus flaui repoſuit. Aureo, inquit, proximũ ſtatuunt biſſinũ à byſſo lini genere: nunc quoq; ex ſericis filis crudis quiddam ſimile texunt, φ ſaltem de Iudaico byſſo verum eſt, hunc enim auri colorẽ, & ſplendorẽ referre Pauſanias narrat. Heſychius purpureũ interpretatur. Varrinus Coccinũ, vel pro hyſge vſurpatũ forte ex *a* Plutarcho. apud quẽ legitur. Ἄλλα γὰρ ἄλλοις οἰκεῖα· καὶ τοῦ σφόδρα· καπίστῳ τῆς μορφοφύρας ὁ κύαμος· τῆς δὲ κόκκου τὸ νίτρον δοκεῖ τοῦ βαφῶν ἄγειν (Zoograph. mauult αὔξειν) μεμιγμένον βλύσσῳ δὲ γλαυκῆς κρόκου κομιζόντων, ὡς Ἐμπεδοκλῆς εἴρηκε. Quod ſi itaq; croco admiſcebatur, veriſimile eſt croceã vel omnino, vel aliqua ex parte eã tinctura fuiſſe, quãuis neceſſariũ nõ eſt: potuit enim exiguũ aliquid croci glauci (ſplẽdidum interpretor) admiſceri ad excitandũ ſplendorem, vel alium quempiam colorem inducendum: mixturæ enim ratio aliqd plerumq; & ab his, vnde miſcetur diuerſum producit. Hoc ſaltẽ certum eſt, byſſum

byssum (vt & aliapretiosa lini genera, & sericum) putpura tingi solere, cuius perquam splendidum fuisse colorē legimus, quamuis tamen poterat alijs coloribus tingi. Cocco (inquit *b* Plinius) tinctum, Tyrio tingete, vt fieret bisbyssinum: quo loco Massatius, antiqua, inquit, lectio, vt fieret byssinum (in nostro eodice habetur hysginum) scilicet coeco, & Tyrio. Hermolaus vero mauult legere bisbyssinum, vt duplex sit, vnum naturale, & suæ pulliginis ex bysso lino, aut lana illa pinnali, quæ byssus etiam vocata est; alterum tinctutæ artificio factum, vt docet Plinius hoc loco: etenim Tytio primum tinctus, mox & cocco tingere mos erat: & è contta cocco tinctum tytio tingere, vt fieret byssinum. Massarius ex pinnæ villo, siue lana illa pinnali vestes fieri scribit; Byssum autem esse coloris, inquit, lutei, ac pellucidi. Ego byssum proprie dictum candidum, ac splendidum; qui pinnæ adhæret splendidum, ac fuluum ad castaneum vergentem obsetuaui.

b Lib.11.c. 41. Plinij locus notatus, & explicatus.

ORTVS.

Aristotelis locus cōtrouersus.

AN ex bysso pinnæ, vt videtut Aristoteles tradidisse; an è contra byssus ex pinna oriatur, iam videamus. Etenim Aristotelis verba multos hucusque exercuerunt: istæc autem sunt. *a* Αἱ δὲ πίνναι ὀρθαὶ φύονται ἐκ τῆς βύσσου. Pinnæ, id est (Gaza interprete) erectæ locis arenosis, cœnosisque ex bysso, id est villo, seu lana illa pinnali proueniunt. Athenæus hæc verba repetens βυθῆ habet pro βύσσου: ita vt pinnæ recte nascantur è vado, vel è profundo. Plinius ea præterijt. Rondeletius cum Theodoro Gaza βύσσον legit, & ex bysso conuertit, & vocem βυθῆ in Athenæo corruptā iudicat. E contra Zoographus, lanæ, inquit quoddam rudimentum pinnis adnasci video: quod tamen an byssi nomine probe vocetur, dubito. Solus, quod sciam, Aristoteles eius meminit, idq; semel tantum, hoc scilicet loco, si modo recte illi sic interpretantur. Sed byssus quum pro lana accipitur, fœminini generis est: itaque legi oportetet ἐκ τῆς βύσσου. ἴωνες τὸν βυθὸν, βύσσον (malim βυσσὸν) λέγουσι. Scholiastes Aristophanis: Athenæi lectioni fauet articulus masculinus τοῦ & patum refert βυσσῆ. an βυθῆ legas: eadem enim horum significatio vocabulorum est apud Græcos, vt & faciliis est à ὀρινθ, vel contta, transitus librariorum. Ego Zoographo subscripserim: nam Pinnas è vado (cui sua radice adhærent) nasci constat: à vado enim recta procedunt, sed villus ijs est ad latera; Villum itaque potius è pinna oriri existimauerim, quam pinnam è villo. Præterea villus hic pinnæ subseruit, & vtilis est eam alligando: item superiorem, ac latiorem partem apetiendo recludendoque, non alimenti hauriendi caussa, vt Rondeletius credit. Neque vt per id capillamentum limus, ac spurcitiæ attrahantur: nam circa os positus non est, sed vt veluti è medio ventte netuosæ substantiæ alligentur.

a Aristoteles tradidisse.

Gaza.

Rōdeletij opinio.

Zoographi opinio.

Vsus villi pinnæ.

Contra Rondeletium.

VSVS.

VEstes, & cætera ornamenta byssina, quæ meo iudicio ex lini ea specie quam supra meminimus fiebant, veteribus ceu pretiosissima habebantur, & in summo honore, vt multis in locis meminit scriptura sacra, & priuatim de diuite illo in Euangelio, qui induebatur purpura, & bysso. Etat, vt refert *a* Tiraquellus ex Philostrato, moris apud Indos bysso nobiles tantum induere: habebatur enim pro nobilitatis insigni. Nominatim ex bysso cōficiebatur quoq; vestis quædam, quam vocabant pileum rotundum (teste *b* Isidoto) quasi sphæra media caput tegens sacerdotale, & in occipitio vitta constrictum. Gtæci, & nostri tiaram, vel galeam vocant. Erat præterea byssina vestis eandida confecta, ex quodam genete lini grossioris, Sunt enim (inquit auctor idem) qui genus quoddam lini byssum esse putant.

a De nobil.

Pileum rotūdum.

b Origen. lib.19.c.19.

MYSTICA. MORALIA.

Corpora casta.

TAbernaculum (inquit Deus Opt. Max. in sacris Biblijs) ita facies: decem cortinas de bysso retorta, &c. quo in loco Venerabilis Beda, byssus, inquit, quæ de terra longo exercitio siccandi, tundendi, purgandi, coquendi & nendi gramineum solet perdete, & candidum in se recipete colorem, corpora designat castitatis nitida decore: quem cum carnis quidem illecebris magno continentiæ labore, quasi natiuum exudant humorem, atq; ad decorem Deo digni puritatis solerti ieiuniorū, & vigiliarum, orationum, & lectionis, patientiæ, & humilitatis instantia perueniunt: de quibus recte possit illud *a* Apostolicum dici, an nescitis, quoniam membra vestra templum sunt Spititus sancti, qui in vobis est? Retorquetut autē hæc byssus in cortinas tabernaculi: quoniam nō modo lumbos carnis, verū etiam, vt Petrus, 1. Pet. 1. lumbos mentis nostræ in sobrietate succingamus, vt videl. & carnē à lasciuis motibus, & cor ab illeecbrosis refrenemus cogitatib. *Byssus quoque vt purpura indumentum eius:* quæ vetba idem venerabilis presbyter sic exposuit. Byssus, inquit, in castitate puræ cōuersationis, purpura in effusione preciosi sanguinis. Byssus namque candidi coloris est: purpureus color, & de sanguine animanris, quod purpura vocatur, conficitur: & ipse sanguinis habet speciem. Meminit etiam byssi alibi sacra scriptura.

a 1. Cor 6.

DE CONCHA ANATIFERA.

Cap. LXXVIII.

COnchę Anatiferæ, seu potius Anseriferæ ex arbore dependētis iconē in tertio nostro de auib. volumine exhibuimus atq; hic iterū exhibemus. Alij vt Matth. Lobelius in secūda parte iconum, stirpiū suarū nō ex arbote dependētes pingūt, sed trunco simul adhætentes, quos etiam imitati voluimus, ne quid vnquā in nostris desit lucubtationibus, quod è lectorum re esse possit. Habes primo loco Concham Anatiferam tribus patribus constantē cum vmbilico annexo: Alteta item vmbilicum habet adnexum, sed quinq; partib. composita est. Tertia aperta est, eiq; vmbilicus inseritur. Quarta testa etiam quinq; partib. constat, hiulca est ea parte qua primū plumulæ prorumpunt. Quinta fœtum intra valuas situm ostēdit. Sexto loco exhibetur embrio, seu fœtus imperfectus è valuis exemptus. Septimo, & nouissimo loco datur Bernicla auis adulta, ex eiusceмodi concha nata. De qua vide nostrā ornithologiam. Habes postremo alias conchas Britannicæ conchæ similes, & forte congeneres.

DE VNIVERSALIBVS

ET PRIMVM.

DE LEPADE SIVE PATELLA.

Cap. LXXIX.

SYNONYMA.

B LEπάς dicitur Græcis. Galenus in glossis, vbi ab Hippocrate Lepades nominantur, exponit conchas saxis adhærentes. Ita quoq; facit Varinus. Cū animal significat, vltimā acuit: nā penultimam acuens, λέπας promontorium significat, aut montanā asperitatem, vt Ammonius, & Cytillus obseruarunt. Theodotus Gaza apud Aristotelē vertit Patellā, à vasis escarij similitudine, vt Rondeletius autumat. Zoographus Lepades dictas credit, quod sint petrarum in mari quasi λεπίδες, id est, squamæ quædā: & petræ eū eis spoliantur, veluti λέπεσθαι ἢ λεπίζεσθαι, videantur, hoc est, desquamari. A Plauto vocatur Lopas in Parasito medico, vt Nonius citat, nisi locus mendosus sit: Habemus echinos, lopadas, ostreas, balanos captamus, conchas vrticas marinas. Græcis etiā πωμάπα vocantur, vt Zoographus autumat, ex hoc Tarentini: De nassis, quemadmodum scriptum inueni in dogmatib. ichthyophagorū: In vas quo piscantur patellas (Andreas Lacuna vertit vmbilicos) saxis hærentes (τὸν τῆς πέτρας λεγόμενα πωμάπα) & carūculas earū accipiens conijcito, & venator. Vulgus vero Græcorum hodie Petaglida appellat: Veneti parū mutato nomine pātalena. Scholiastes Nicandri, vbi, hic τήθηπι γεραιόμβυα μενοῖσι, id est, Tethea in bryis (herbis marinis) crescentia, vel capienda: Tethea (inquit) vocat patellas feras, quæ nos ὠπία, Aristoteles autē ὄστρεια: sed ὄστρειον nomen ad omnia testacea pertinet, & Tethea speciem à patellis feris diuersam constituunt. Otia vero nominantur à Plinio capite prostremo libri trigesimi secundi. Et patellam feram aliqui marinam aurem appellant. Græci otion, & otarion. Aporiais de qua inter mutices diximus, muricum, non patellatū, vt Bellonius putauit, generis existit. Nubes, inquit author de natura rerum, secūdum Aristotelem est piscis in aqua viuens, applicatus ad petram, à qua non discedit, nec separatur, nisi per attractionē inspirationis concitus. Sic ille, qui patellamne, an aliud animal petris adhærens hoc nomine intelligat, Zoographus inquirendū proponit. Patella Hispanice dicitur Almeia, apud Lusitanos Bregigā. Ligures, & Masilienses hac ætate eriam patellas vocare, ait Gyllius: sed Rondeletius à Masilienfibus & Mompelienfibus lapedo dici testatur, à Gallis oeil de buoc, hoc est hirci oculum, à Normannis berdin, & berlin. Angli dicunt à Lympyne, vel à Lempet.

Patella Gazæ.

Lepas.

Plauti locus suspectus.

Petaglida.

Tethe.

GENVS. DESCRIPTIO.

LEpadē esse μονόθυρον, hoc est, vniualuē habemus apud Aristotelē. Vniualue genus (inquit) quod saxis testa in dorsum data adhęret, seruari potest, fitq; alieno septo quodāmodo biualue, vt quæ patellæ vocantur. Quamobtē, vbi apud Athenæū legitur alieubi ex Aristotele, λεπάς δίθυρον, καὶ λειόστρακον, lege μονόθυρον. Idem Aristoteles citante Rondeletio lepadū duarum meminit; lepadis simpliciter nominatæ & λεπάδας ἀγρίας, quam vocant nonnulli θαλάτιον ὄς, id est aurem marinam. Diphilus vero apud Athenæū lepades distinguit magnitudine, inquiens quasdam esse paruas, quasdā esse ostreis similes: sed & hoc postremū genus de magnis, siue sylueſtribus intelligendū esse recte mihi iudicasse Rondeletius videtur. Magna quidē ex parte paruulæ (inquit Wottonus) gignuntur lepades, q̄ tamen nōnunquā ostrearū magnitudinem æquant; maxime autē in Indico mari, vt & alia omnia inueniū tur. Quod autē ad formā attinet, Aristophanes Grāmaticus, lepades similes esse dicebat tellinis. Sed tellinæ biualues sunt. Aristoteles inquit lepadibus siue parellis alterā partē superficiei detectā earnem ostendere. Et alibi: Patellis os versus terram esse, & excrementum exitum superius haberi: papauer suum item esse in imo, hoc est, in suo fundo. Bellonius scribit tantā esse magnitudinem, quanta, extrema oui putaminis pars abscissa esse potest: colorem testarum liuere, vel cinereum esse: cornuaque vt limax, exerere, & os, & caput habere huic persimile. Rondeletius diligentissimus, & maiorem, & minorem descripsit, & depinxit maiorem saxo hærentem, eandemque saxo auulsam, & inuersam, siue supinam, eius icon post inter vrticas dabitur. Nos præter magnas; & paruas, mediocres quoq; addidimus quarū quæ in prima tabula proponuntur, cū Rondeletij icone cōueniunt: quę vero in secunda pictæ sunt, alterius sunt figuræ. Habes deinceps patellam Cypriam maiorem striatam, item aliam non striatam. Maiorem suā sic describit Rondeletius: Lepas igitur è testaceorum est genere: cuius partem alteram testa integit, alteram saxum cui hæret vndiquaque, vt ab extetnis iniurijs tuta sit. Pars anteriot est quam

Athenæus cortectus.

Lepas fera.

Forma.

Os.

Papauet.

Lepas maiot. Rond.

ſaxum operit, poſterior quam teſta: interiorem voco eam, in qua os, & cornua ſunt oculorum vice: ſubeſt caro dura qua maxime ſaxo hæret, quæ ſcuti picti formam refert. Os ſuperiore in loco manifeſtum eſt, inferiore ori aduerſo, excrementi meatus, non in teſta, vt in ea quæ agria dicitur. Os venter ſequitur, in eo eſt μήκων, in imo ventre etiam pars, quæ ouum appellatur. Teſta nõ exquiſite rotuuda eſt, ſed inæqualis, intus læuis, foris parũ aſpera, cui aliquando muſcus innaſcitur, gibba in ambitu liueſcens, & ſtriata, intus caua: carnoſam fimbriã habet in corporis ambitu quam expandit quum hæret, ſoluta contrahit. Ad hoc genus lepadis redigenda eſt lepas maris rubri, Bellonij, de qua ita ſic: Rubri maris patella, cautibus vt cæteræ adhærens: ſed præter has tabellis (quas in tergore gerit) corneis numero octonis, transuerſis loricæ modo cõtegitur, atq; vndecũq; cartilagine obſepta eſt, multis ſpinulis horrida, ijs perſimilibus, quæ in ſtellis marinis viſuntur: ſeſquidigitum lata eſt, ternos vero longa. Difficile à ſuo ſcopulo vulgaris patellę noſtrę modo auferitur. Eius caro rubri limacis colorẽ, ac naturã habet, eſturq; cocta, vt patella vulgaris. Hæc Bellonius. Iam vero Rondeletius cum res marinas etiã minutiſſimas diligẽti indagatione perſequeretur, lepadẽ paruam ſaxo hærentem deprehendit, quam (vt dixi) à ſaxo auulſam repræſentaui: Teſta (inquit) vna integitur: alterius vice eſt ſaxum, cui affixa eſt. Teſta media nucleis pinearum nucum figura ſimilis eſt, & æqualis. Ex multis laminis paruis conſtat: carnem intus habet, ſed ob paruitatem partis vix diſcernuntur. Hanc exiſtimat eſſe lepadẽ paruam Diphili apud Athenæum, quod ſemper parua maneat, nec vnquam ad ſuperioris etiam mediocris magnitudinem accedat. Ex quibus omnibus clariſſime liquet error authoris adagiorum, qui in explicatione huius prouerbialis ſententiæ, *lepadis more adhæreſcit*, lepas (inquit) concharum genus, quod capillamentis inter ſe cohæret, quo tutius ſit aduerſus vndarum motus. Hoc enim falſum eſſe docet experientia: neque enim lepades inter ſe cohærent, ſed tantum ſaxis ſparſim affixæ ſunt. Adhæc ὡς λέπας προσίχεται, melius ſpeciei nomine conuertas, quam generis, vt ille facit: Oſtrei in morem hæret: neque enim oſtrea alia eodem modo hærent, quo lepas.

Lepas maris rubri Bellonij.

Vt comedatur.

Lepas parua Rond.

Lepas parua Diphil.

Authoris adagiorũ lapſus.

LOCVS. NATVRA.

Lepaduſa inſula.

PAtellas aiũt multis vrbibus ad mare ſitis ſolere in magna quãtitate videri, in mediterraneis vero raro. Lepaduſæ, λεπαδῆσαι insulæ quædam dictæ ſunt teſte Athenæo, à lepadum circa eas copia. Codex impreſſus alpha habet in prima: ſed aut omicron, aut epſilon legendum & ſi duplex. Eſt enim contractio pro λεπαδήεσσαι, Euſtathio teſte. Rondeletius aſſerit permultas reperiri in ſaxis littoris Aquitanici, & Britanniei, nimirum maiores; in Maſſilienſis atque Agatenſis ſinus ſcopulis minores. Ariſtoteles author eſt lepades à ſaxis ſolui, paſtus quæritandi gratia; idq; bis terue repetit. Id tamen Rondeletio vero conſentaneum eſſe non videtur: nullis enim (inquit) ad natandum pennibus prædita eſt, niſi temere huc & illuc iactata vndis ſeratur, neq; victus illi quærendus: nam maris ſpuma, & aqua veſcitur, qua alluuntur ſaxa. Quod ſi aqua allui ſaxa deſinant ea, quæ in teſta relicta eſt abſumpta, contabeſcere, & emori tandem neceſſe eſt. Ariſtoteli fauet Bellonius, qui ſcribit, patellas quamuis ſaxis adhærendo viuant, tamen cochlearum more ſerpere poſſe, eaq; relicta in paſtum ferri, & alio tranſire. Ego Rondeletio aſſenſerim, putauerimq; perpetuo ſaxis affixas eſſe, quod non obſcure ionuit Theophraſtus in quarto de hiſtoria plantarum, inquiens, quercus & abies marinas, radices non habere, ſed adhærere ὥσπερ αἱ λεπάδες, ſicuti lepades. Itaque perquam facete, ac eleganter facetiſſimus Comicus Ariſtophanes dixit in vetulam, quæ ægre admodum à iuuene diuellebatur.

In ſaxis inueniri.

An à ſaxis ſoluatur.

Cochlearum more ſerpere.

Ὡς δυστυχὴς ὦ Ζεῦ βασιλεῦ τὸ γραῦδιον
Ὡ'ππερ λεπὰς τῷ μειράκιῳ προσίχεται.

Quæ ſic author adagiorum vertit:

O Iupiter, quam fortiter concha modo
Iſtac anicula adhæret adoleſcentulo.

Vbi nota, quod pro λεπὰς concham reddidit. Si ſe tangi ſenſerit lepas, ita fortiter tunc ſaxo ſeſe applicat, vt nunquam auellas. Cultro igitur (inquit Rondeletius) aut aculeato ferro opus eſt, inter ipſam & ſaxum immiſſo. Quum multæ ſaxis affixæ ſunt, capita clauorum ſaxis infixorum eſſe diceres. Tradit Bellonius, cum ad oras Oceani Armoricorũ vulgus cautes harum admodum feraces in littore videat, pueros indigenarum incuruum ferrum dextra tenẽtes, incautis ſupponere, vt in cauſtrũ, quod ſiniſtra ferunt, melius deturbent. Nam ſi lepadẽ tetigerint, eam ilico ſaxũ tam arcte cõplecti, vt inde amplius diuelli non poſſit. Cum autem tantum legerint, quantũ ferre poſſunt, tum ad vicinos pagos atque vrbes circumferre. Fuit eiuſmodi auulſio lepadum etiam antiquis nota, vt licet videre apud *a* Aelianum, qui ſic ſcribit: Patellas non ſane à ſaxis auellas, ne Milonis quidem digitis, qui puncum malum cum apprehendiſſet, arcte adeo comprimebat, vt nõ aduerſariorum quiſquam poſſet extorquere è manu. Eas autem quicunque de ſaxo, ad quod adhæſerint, abſtrahere aggreditur, magna quidem voluptate, ex earum comprehenſione afficitur, quod manibus nitens, ſperat ſe præda potiturum: veruntamẽ earum compos fieri nequit: tandem aliquando ferro abtaſæ abſcinduntur à ſaxo.

A ſaxis, vt diuellatur.

a Lib. 6. c. 55.

Milonis fortitudo.

VSVS.

Crudæ eduntur.

CRudæ lepades à piſcatoribus, & matis accolis teſte Rondeletio eduntur, Ius ex eis aluum ciet. Coctæ meliores fiunt, & concoctu faciliores, modo non nimium decoquantur: ſic enim duriores, difficiliorique decoctionis fiunt, vt omnia oſtracoderma. Quæ poſtrema fere ſumpta ſunt ex Diphilo apud Athenæum cuius hæc ſunt verba Græca: Εἰσὶ δὲ σκληραὶ καὶ ὀλιγόχυλοι, καὶ οὐκ ἄγαν δεομείας· ἥδυσμοι δὲ καὶ εὐκατέργαστοι. ἐφθαὶ δὲ ποσῶς, εὔσομοῖ. hoc eſt duræ ſunt, pauci ſucci, & non admodũ aeres: ſed gratæ ori, & faciles concoctu: elixæ aliquantulũ ſuaues ſunt. Wottonus pro εὐκατέργαστοι, legit εὐκατέργαστοι, mendum eſſe ſuſpicans, vertit enim ſic: Carnẽ habet lepas duriã, concoctu difficilẽ pauciq; ſucci; elixę, cõdimento redduntur gratiores. Eſt prætetea vſus lepadum ad capiendos piſces, vt videre licet ex hoc Tarentini. Obſonij Stolatos (Σπολάτος) dicti præparatio in mari, cuius vi in vnum locum ſtatim omnes piſces conueniunt: Ex mari patellas (λοπάδια) accipito, earum ſcilicet, quę circa ſaxa naſcuntur. quarum quidem contundens carnem, exprimenſque ex ea in teſta aliqua inſeribito, quæ ſequuntur: ſubitoque non ſine maxima admiratione videbis piſces in vnum locum fluere confertim: Sunt verò ipſa nomina, Γ'αὼ, σαβαώθ, quibus ſanè ichthyophagi vtuntur.

Ad capiẽdos piſces.

PROVERBIVM.

Patellæ modo hærere.

Ὥσπερ λεπὰς προσίχεται, *Lepadis, vel Patellæ in morem adhæret:* prouerbialis locutio eſt apud Ariſtophanem, pro eo quod eſt renaciter, & omni ſtudio alicui rei deditus eſt, & immoratur aſſidue.

DE AVRE MARINA SEV PATELLA FERA RONDELETII.

Cap. LXXXI.

AVris marina, quæ & λεπὰς ἀγρία ab Ariſtotele dicitur, non ſatis recte à recentioribus (Bellonium intelligit) patella maior appellatur. Quum enim maior dicitur, magnitudine tantum à minore lepade iam deſcripta differre intelligitur: at magnitudine ſola non differunt, ſed alia multo illuſtriore nota, ſcilicet forma. Hoc tantum vtriſque commune eſt, quod vnica teſta cõſtent, carnoſa parte ſaxis affixa: quam ob cauſam lepados nomine Ariſtoteles donauit. Præterea differt à ſuperiore, excrementi meatu, vt annotauit Ariſtoteles: τῇ δὲ ἀγρίᾳ λεπάδι, ἣν πινὲς καλοῦσι θαλάττιον ὄς, ὑποκάτω τοῦ ὀστράκου ἡ ἀφέπτωσις ἐξέρχεται. πετρήματα γὰρ τὸ ὄστρακον. Patellæ feræ, quam aurẽ marinam quidam appellarunt, parte ima teſtæ excrementum egeritur, qua foramen habetur. Teſta huius caua eſt, argenti vel vnionum colore: foris gibba, lineis multis depicta: parte vna cochleatum modo clauiculatim contorta, à qua foramina incipiunt, initio parua, quæ deinde magis, ac magis augentur. Hic annotare oportet aurẽ marinam appellari, ob magnam cum aure noſtra ſimilitudinem, vt pictura perſpicue oſtendit, quæ tamen diuerſa ſit ab aure Veneris, quam ὠτάριον, ſiue ὡς Ἀφροδίτης ab Aeolibus vocatam fuiſſe ſcripſit Athenæus. Haud bene ratiocinatur author libri de aquatilibus (Bellonium rurſus intelligit) patellam quam maiorem vocat, Aporrhaidẽ Ariſtotelis eſſe, ex eo quod more lepadum ſaxis adhærere ſcripſit. Sic enim & *a* Neritæ, quæ eodem loco, ſimiliter adhærere dicuntur. patellæ maiores eſſent. Hæc omnia Rõdeletius. Bellonius vero Zoographi etiam iudicio patellam maiorem vocat, & figuram quoq; adiecit, ab ea quam Rondeletius dedit non nihil diuerſam cũ alias, tum quod foramina plura quinis Rondeletius oſtendit. Maioris patellæ inquit Bellonius, cõcha aurificum officinas illuſtres reddit, apud quos maximi fieri ſolet, quam pellucidam, ac perpolitam in tenues laminas diſſecant, vt inde elegantiſſima vaſa incruſtent. Vniualuis eſt ac quadruplo cæteris maior, magiſque in latitudinem ſe effundit: quinque autem habet foramina, per quæ & vſus aquam admittit, atque expellit, vnde hanc Ariſtoteli Aporrhaim vocatam fuiſſe ſuſpicor (Hoc non temere reprehendit Rondeletius) Eam enim more lepadum ſaxis adhęrere ſcribit: Natices (inquit quarto de hiſtoria) ſaxis adhæreſcunt more patellarum, & aporrhaidum. Theodorus muticem interpretatus eſt. Sic ille. A Rondeletij icone nihilum quidem differunt autes iſtæ, quæ in hac tabula exprimuntur num. 1. 2. 8. 9. & quæ prone & ſupine in ſecunda tabula exhibetur. Sed quia, & longe minores inuenianturque, itaque has etiam depingere libuit.

Contra Bellonũ.

Autis marina cur dicta.

Auris Veneris.

Maioris patellæ Bellouij deſcriptio.

a Lib. 4. hiſtor. c. 4.

DE CONCHA VENEREA.

Cap. LXXXII.

VNiualuibus potius, quam vel biualuibus, vel turbinatis adiicere placet iſtiuſmodi conchaeum genus, cum quia turbine carent, tum quia vnica licet rotunda velut valua conſtent.

SYNONYMA.

PAſſim in omni fere Italia eiuſcemodi genus conchæ venditur, emiturq; à mulierculis ad polienda ſua ornamenta linea, vt ſplendeant, quamobrem Bellonius læuigatorias, vel læuigatas appellauit. Gallis dicitur porcellaine, vnde vulgus etiam porcellanam concham vocat: ſed quare hoc nomine veniant, haud ſatis liquet. Zoographus in omnire obſcura indaganda, eum diligentiſſimus, tum laborioſiſſimus, id ſibi non conſtare aſſerit: quanquam & Græci (inquit) χοιρίνας (de qua voce mox) vocarunt. Coniicit autem nomen hoc eis factum à quadam oris ſuilli ſpecie, quam parte ſui inter labra denticulata deh ſcente, vel potius altero extremo reſte, nempe acutiore, & eminentiore roſtri ſuilli inſtar, quodammodo referunt. ἢ διὰ τὸ μαλθακὸν γυναικεῖόν πως ἐοικέναι. τῇ τε μεπαξὺ τῶν χειλῶν χισεῖ· καὶ τῇ ἐνδοτέρῳ κοιλότητι, τῇ μήτρᾳ, vnde & vterinos calculos, q in hoc genere cãdidi, & minores ſunt, vulgus noſtrũ appellat. & q figura quodammodo vterũ referant, ſuper-

Concha læuigata.

Porcellana concha cur dicta.

Calculi vterini.

TAB: XVII.

Patellæ feroæ siue Aures marinæ.
Meer Ohren.
1. 2.

Otion siue auricula alia.
10.

Concha Venerea 1. Rond: Porcelan Meusch.
11.

Concha Venerea Zoographi.
12.

3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

Concha Venerea minor rissa Zoographi.
13.

Concha Venerea 2. Rond:
14.

Concha Venerea 3. Rond:
15.

Concha Vener. 4. Rond:
16.

Concha Venerea authoris prima.
17.

Concharum Venerearum decem species.
2. 1.

Conchæ Venereæ quinque priores.
19. 18.

Concha Persica minor.
Kleine.
26.

24.
4. 3. 6. 5. 9. 8. 7. 10.

21. 20.

Penicillus marinus Rondeletij.
Meer Bensel.
27.

22.

Concha Persica maior.
Rose Persianische Muschel.
25.

Tubuli alij ab authore obseruati, in quibus vermes delitescunt.
28.

23.

29.

30.

Vermes in tubulis delitescentes Rondeletij.
32.

Tubuli alij parui in quibus etiam vermes delitescunt.
33.

31

ſuperſtitioſi homines corpori appenſas veteri morbis ſalutares mentiuntur. hæc ſuperſtitio, & vt in alijs pleriſque amuletis, luxuriæ ſuperbiæque prætextus eſt, quæ vt hęc & alia ornamenta ceu valetudinis gratia, auro argentoue incluſa, collo pendentia oſtententur, efficit: amatorum veriusinuitamenta in mulieribus quæ venalem ſuam pudicitiam hac hedera prodũt, quam ſanitatis tuendæ inſtrumenta, aut amulcta morborũ. Sed redeo ad propoſitum, ſuper etymologia huius vocabuli. Mulieres (inquit Varro) noſtræ nutrices maxime naturam qua fæminæ ſunt appellant porcum, & Græci eadem ſignificatione chæron, ſiue (vt Athenæus inquit) delphaca, vt copioſius in philologia de ſue oſtendimus. Sunto igitur dictę porcellanę διά τινα αἰτὸς τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον ὁμοιότητα donec alius certiora afferat. Bellonius porcellanæ nomen à purpura detortum videtur innuere. Purpurarum teſtas (inquit) Itali porcellanas vocant, quo etiam nomine conchylij genus omne intelligunt. Fiunt & globuli, quibus ſuas preces mulierculæ nuncupare ſolent, ex teſtis maiorum purpurarum, aut muricum, Galli pate noſtres de porceleine vocant. Hucuſque Zoographus. Cochleam margaritiferam vulgo dictã ab vnionum colore ſplendoreque (nam vniones in ea non reperiuntur, ſed in iis, quæ conchis binis conſtant) quam nos nautili ſpeciẽ ſupra conſtituimus, Bellonius etiam porcellanam vulgo vocari ab artificibus ſcribit, quod muricis conchæ (quam ſimiliter porcellanam nominant,) formam habeat. Cæterum videamus nunquid nomen apud veteres habeat elegantiſſimum hocce conchylii genus. Hermolaus Barbarus Plinii librum trigeſimum, & ſecundum emendans, pro Veneri cymbia, legi poſſe cenſet, Venereæ, Senecam citans: Venereæ (inquit) ſpondyli, & oſtrea. Rondeletius Venereæ cõchæ nuſquam alibi mentionem factam fuiſſe nouit, putatque eam eſſe, quæ apud Gnidiorum Venerem colebatur, vnde coucha, vel cochlea Venerea dicta ſit, quam deſcribit *a* Plinius ex Mutiano, qui muricem (vt poſt patebit) nominabat, & remoram. Nauigant (inquit *b* Plinius) Neritæ (alias Venereæ) præbenteſque concauam ſui partem, & auræ opponentes per ſumma æquorum velificant. Vbi in annotationibus ſuis Gelenius: Rectius legitur Venereæ. Sunt enim conchæ non gratæ modo Veneri, ſed etiam cognatæ, ob cõmunem è mari originem: celebriſque eſt eius deæ effigies atque haud ſcio, an ex hoc ipſo genere, pede premens. deinde mitum quod non conuacauam partem auræ præbeat concha, ſed diuerſam, cum concaua ſit velificationi aptior. Sequendã igitur & hic, vetera exemplaria: Nauigant ex his Venereæ, præbenteſque concauam ſui partem, & auræ opponentes per ſumma æquorum velificant. Sic Gelenius. Et ſane à pulchritudine, ſplendoreque & læuore quæ dotes Veneri formoſique corporis præcipue ſunt, nomen hoc merentur præ cæteris conchis. Indocti quidam ſuperiore ſæculo, vt Syluaticus, & alii, vt inepte ſcribebant, Veneras, Soneras; ita etiam imperite interpretabantur pro conchis quas peregrini à D. Iacobi ſepulchro auferunt, hoc eſt, pectinibus. *c* Martialis κατ' ἐξοχὴν concham ſimpliciter nominare videtur:

Lævis ab æquorea cortex Mareotica concha
Fiat, inoffenſa curret arundo via.

Hunc enim vſum Conchæ Venereæ peculiariter Plinius tribuit. Forte etiam eſt Concha Erythræa, cuius fit mentio apud Hedylen poettiam, ſcribentem de Glauco marino dęmone veniſſe eum in antrum Scyllæ, cuius amore captus erat,

Ἦ κόγχῃ δώρημα φέρουσα ἐρυθρείης ἀπὸ πέτρης
Ἦ τὴς ἀλκυόνων παῖδας ἔτ' ἀπτερύγας.

Abundat autem aliquid in hexametro. Veriſimilis omnino hæc cõiectura eſt, cum & Bellonius iſtæc conchylia in mari Erythræo ſeu rubro copioſe piſcari atteſtetur in hiſtoria aquatilium, & in ſecundo libro de iis, quæ in peregrinationibus ſuis obſeruauit, ſcribat Carolo Cluſio interprete, ad mare rubrum vicum eſſe nomine Tor, ibique viginti camelos onuſtos cõſpexiſſe his conchyliis rotundis, quibus claues in Europa appendi ſolent. At Cairi incolas iis vti ad læuigandam & expoliendam papyrum atque telas coloribus permixto gummi infectas. Belliculli marini quoque à medicis, & pharmacopolis dicti, eędem videntur conchulæ. Siquidem de eis ſcribit Aggregator ex libro Circa inſtans, id eſt Platearii de ſimplicib. med. Belliculi marini ſpecies ſunt conchyliorum alborum oblongorum magnitudine caſtaneæ patuæ, quæ dicuntur porcellanæ, & adferuntur è regionibus tũc marinis. Ego apud Platearium in littera B. cap. 11. nihil huiuſmodi, ſed hæc tantum verba reperio. Belliculi marini frigidæ, & ſiccæ naturæ ſunt, exceſſus eorum ab authoribus non exprimuntur. Sunt autem quaſi vmbilici, & circa littora maris inueniuntur. Vnguentis ad faciem clarificandam miſcentur, vt vnguento citrino. Eſt autem vſus eorum ad faciem talis. Puluis ex eis tenuiſſimus ſubigitur cum adipe gallinaceo liquato ad modũ vnguenti. Seruari diutiſſime poſſunt tanquam lapides. Syluaticus belliculos ſiue bellericos marinos, Arabice ſcribit dici aſtor, vmbilici humani ſpeciem referre, eſſe autem lapides paruos, qui inueniuntur in littoribus maris cohærentes, ſicut dentales. Nicolao Myrepſo in vnguento citrino, vel è citriis dicto, ad varia faciei viria abſtergenda inter alia nominantur ὀμπιλίκινοι θαλάσσιοι. Quidam Vmbilicos marinos vertit. Barbari medici (inquit) belliculos nominant. Sunt autem lapilli ex eorũ traditione ex gui, & candidi, in littore maris reperti, vmbilicum hominis referentes, abſtergendi facultate præditi. Cæterum in opere de compoſitione medicamentorum belliculos ſiue Vmbilicos marinos interpretatur fabas marinas vulgo dictas; in qua ſententia ante ipſum fuit Cordus; qui porcellanam hanc nomen vulgo agnoſceretur. † Ariſtophanis verſus ſunt.

Cochlea margaritifera porcellana dicta.

Concha Venerea.

a Lib. 9. c. 25.

b Li. 9. c. 33.

c Lib. 14. 209.

Bellicuſi marini.

Vmbilici marini Aſtor.

Ὁ δ' ἄκει Θ ὀρεῶν πεπιγραφός Θ, δρεχάων χιμαῖρ λάμπρ Θ,
Ὁ ν χοιείνων (forte & hoc excipiendum fuerit è nominibus ſecundæ declinationis genitiui pluralis vltimam non circumſtectentibus) ὄζων, ἅλμα ατ ὀδῶν, σμύρνη καὶ ἁλμπ Θ. Vbi Scholiaſtes, Choerinæ, (χοιείναι) Conchæ (inquit) quædam marinæ ſunt, quibus vtebantur Athenis, ante calculorum vſum inductum. Idem Suidas repetit, & inſuper: χοιείναι δὲ ἡ τελὲ τῶ χοίρε ὅτω κιτῶ διὰ τῶν ſαυίδων μετὰ χοιείνης ἐξεκλθεῖν: qui verſus in Veſpis Ariſtophanis legitur, & hi paulo ante:

Ἢ δῆτα λιθόν με πόιησον, ἐφ' ᾧ
Ταῖς χοιείναις ἀριθμεῖσι.

In eadẽ fabula χοιροθλίψ vocatur ὁ φιλοδικαστὴς, qui Choerinas conchulas ad ferenda ſuffragia ſæpe manibus premat. alii interpretãtur eũ qui χοῖρον (τὸ γυναικεῖον μόριον) cõtrectet. Heſychius χοιείνας, calculos marino (ψήφους θαλασσίας) interpretatur, cum non calculi, ſed conchulæ fuit, quæ calculorum vicem in ſuffragiis olim obtinebant: quod Pollux etiam teſtatur: Πάλαι γὰρ χοιείναις ἀντὶ ψήφων ἐχρῶντο, αἷπερ ἦσαν κόγχαι θαλάσσιαι. χοιείναι Athenæo ſunt placentę ἀθλαι πλεκτὴ τῆς πανηγύρεσι τῷ διαχειρωτήσωιτ. Ab eodem in decimoquarto nominantur χοιείναι (proparoxytonum) placentæ quarum Iatrocles in libro de placentis meminerit. Porro porcellanam minimam aliqui hodie, referente Zoographo, coruinam aut coruiolam vocant tanquam è coruo piſce deſumptam: cum in coruo piſce lapillus longe alius reperiatur. Sed coruinæ vocabulum abiiſs, qui pro lapillo è coruo piſce accipiunt, proprie accipi videtur: abiiſs vero qui pro porcellana à Græcorum Choerina detortum. Alhuda eſt genus conchyliorum vt exponit Andreas Bellunenſis, quæ appellantur porcellatæ. Sic exponitur tertio canone Auicennæ, capite de cura apoſtematũ in radice auris: & tertio canone, capite de cura aſcitæ, Itẽ canone 3. Fen. 21 tra. 3. c. 24. de curatione fluxus ſanguinis, & menſiũ, legitur alhuda: vbi Cremonẽſis non recte interpretatur conchulas quæ adferuntur à S. Iacobo.

Dentaliũ quid Cordo.

Matriculi.

Ariſtoteles cur hãc Concham pterierit.

† *In Equitibus.*

Cortina.

Alhuda.

GENVS. FORMA. DESCRIPTIO.

MVtianus (inquit *a* Plinius) muricem (ſic enim illi vocari, ex Rondeletio ſupra diximus) eſſe latiorem ait purpura, neque aſpero neque rotundo ore neque in angulos prodeunte roſtro, ſed ſimplice concha, vtroque latere ſe colligente: quibus inhærentibus plenam ventis ſtetiſſe nauem portantem nuncios à Periandro vt caſtrarentur nobiles pueri: conchaſque quæ id præſtiterunt, apud Gnidiorum Venerem coli. Quam deſcriptionem nulli melius quadrare contenderim (inquit Rondeletius) quã ei conchę, quam porcellaine vocamus, nonnulli læuigatoriã. Conuenit ea deſcriptio conchis Venereis omnib. & magnis, & paruis, & mediocrib. Teſtam præterea omnibus duram eſſe admodũ vel inde agnoſcas quod nunquam eam arroſam comperias, quemadmodum in aliis teſtaceis: quæ à tineis, vel aliis eiuſdem generis beſtiolis marinis corroſa vel perforata ſæpe videas. Tota intus candida eſt, foris varietate colorum inſignis, in diuerſis conchis. Belloniusquoq; nobis eam deſcripſit his verbis: Læuigatoria concha oualem habet formã: eiuſq; eſt politiſſima teſta atque æquabilis, nullis punctis (quod falſum eſt, quædã n. multa habent præſertim maiores, de quibus hic ſcribit Bellonius: aliæ quidẽ nullis, vt minores) diſtincta ac ſtellata, ore oblongo, parte prona patulo, in ambitu denticulato: in cuius lateribus breues canales videas per quos linguam exerit. Idem Bellonius harum concharum tres, aut quatuor differentias ſeſe cõperiſſe tradit, alias n. ingẽti dorſo tumere: alias vero oblongiore, ac veluti tereti forma protendi. Alias rurſus puſillas, alias magis capaces, minuſq; ſtellatas aut maculoſas reperiri. Totidem Zoographus, & Rondeletius genera, licet diuerſa depingũt deſcribuntq; ego plura obſeruaui & hic ẽt addidi. Rondeletii cõcha prior oui figura eſt purpura maior & latior: ſunt n. (inquit) quę in magnam amplitudinem accreſcant. teſta lęui, in cuius extremo vtroq; foramen eſt, alterum cibi capeſſendi gratia non aſperũ, non rotundum, ſed parum prominens, non tamen in angulos procurrens: alterum ad excrementa reiicienda: concha ſimplice atq; vna vtrimq; ſe colligente. quod vt intelligas, inquit Rondeletius, concipias animo concham ſimplicem per planũ extenſam: deinde vtramq; in partem reduci, & complicari, ad rotundã, ſiue ouatã cõcham efformandam. duobus extremis, quæ prius in plano oppoſita iacebant, nunc interſe iunctis, & cohærentibus dempta rima. quæ denticulis aſperiuſcula eſt: qua parte cõpreſſa eſt, & ſaxis adhæret in mari rubro, & Oceano. Hac eadẽ parte nauibus, vel earũ clauo

a Li. 9. c. 25.

Murex Plinii.

Teſta.

Color.

Concha prior Rõdeletii.

Remora Mutiani.

Porcellana ruffa Zoographi maior.

Porcellana ruffa minor Zoographi.

Altera species Rond.

Figura. Color. Testa.

Tertia species eiusdem.

Quarta eiusdem.

Genera ab authore obseruata.

Pars prona.

Dentes.

Tabula prima.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Secundæ tabulæ.

Prima.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

claũo affigi puto, atq; earũ cursũ remorari, esseq; Remorã Mutiani; cuiusmodi plures cũ inhæsissent, vt iã ex Plinio dictũ est, plena ventis stetit, nauis portans nuncios à Periandro, vt castrarentur nobiles pueri, ob eamq; causam Conchæ eæ apud Gnidiorum Venerẽ colebantur. Hucusq; Rondeletius. Quæ sequitur icon Zoographi est similis Rõdeletii, in hoc genere, vt putat, maxima, & in cotollario ruffam eã vocat, & sic describit. Porcellana ruffa dici potest concha ex genere illarũ, quæ proprie porcellanæ nominãtur, maxima, testa simplici vtrinq; se colligente, ita vt latus vnum in parte plana, vbi labrum denticulatum constituit, terminetur: alterum vero cui dentes, aut striæ longiores, ac minus prominentes introrsum conuertitur, & in sese conuoluitur, vt in cochleis. Superior pars gibba hæmisphærii figura, sed maior est, specie ouali: longiuscula n. est, & terminatur in partẽ alterã acutiorẽ, alteriã obtusiorẽ. Magnitudo est fere quę anserini oui. Nusquã inniti potest nisi parte plana, quæ candida est, vt intus quoque gibba, quæ hæmisphærium cõstituit, ruffa, maculis nigris distincta, sed paucioribus, minusque scite quam stellata. Læuitate ita resplendet, vt imagines reddat, sed obscure. Idem Zoographus aliã ruffam minorẽ appellat; parua est in hoc genere, quadruplo minor, aut amplius, quam stellata (de qua mox) oblongiuscula. Ventre (sic partem simam appellat) ruffo: qui in reliquis omnibus, quas vidit cãdidus est. In labris ẽt denticulatis striges ruffæ sunt, striæ candidę. Striam nominat, vt in columnis striatis Vitruuius partem eminulam: strigem vero cauã. Dorsum in summo varium est, albis, pallidis, & glaucis maculis. Vtrinque per latera glaucum: in imo ruffum. Pars interna candicat. Magnitudinem eius, & formam icone adiuncta aliqua ex parte ex eo reptæsentauimus. Quarta icon Rõdeletii est altera species Conchæ Veneræ, de qua hc breuiter ille scribit. Concham hãc raram non possumus non vocare Veneteę speciem, ob magnam & figuræ & naturæ affinitatem. Est n. oui figura, concha simplice vtrinque sese colligente. Vtrinque foramen vnum habet, inter hæc rimam. Ad vlcera, & ad alia exiccanda nõ minus probanda, quam superior. Varia quoqae est, sed ita maculas inspersas non habet, sed pro his lineolas. testa est tenuiore & minore, magisque perspicua. Tertiam speciem idem Roudeletius à se depictam non minus Venereis cõchis subiici posse putat, quã præcedentem, ob testam eodem modo vtrinque se colligentem & rimam inter foramina duo. Parte qua plana est, cõpressa est magis quam supradictæ altera magis rotunda. Maculis rotundis notata est, durior & spissior secunda, colore candido. Quarta species quã denique ex eo hic depinximus, semper parua, inquit, manet, superiorum modo rimam habet, & nulli rectius, quam concharum Venerearum generi subiici potest. Parte altera plana est, altera in tumorem elata, in qua circulus est aũrei colõris, alioqui tota foris candida est, intus cærulea. Testa est valde dura, eadem vi exiccãdi qua superiores. Quæ deinde pingitur, elegans genus est Venereæ Conchæ, oui anserini magnitudinem excedens, tota ex ruffo candicat, maculis per totum dorsum siue superiorem partem respersa aliis oblongis, aliis rotundis fere ferrugineis. Pars prona tota candicat ac nitet admodũ. Dentes siue striæ pro portione totius Cõchæ: breues, at profundæ. Macularum plane vndiquaq; expers est quam prioti loco tabula alia ostendit, magnitudine oui gallinacei, sed paulo oblongior, toto dorso vero ita ouo similis, vt primo intuitu aliquẽ fallere possit. Prona parte color castaneas ita refert vt eatũm corticibus obducta videatur. Dentes habet admodũ exiguos, quorum radices lutescunt. Intus testa caudida est. Secunda in hoc ordine, cum eã aliquando depingerẽ lutescebat, & maculis ornabatur subpurpureis: sed cum iu humidiori loco eã seruassent famulæ, supetiorem corticis cuticulã exuebat, & longe pallidior euaserat. Eius magnitudinem icon osteudit. Tertia ciusdẽ fere cũ prima in hoc ordiue magnitudinis, eodem etiam modo resplẽdet acmicat, sed densiot huic est testa, neq; vt in illa, diaphana; colorque in hac contrario se habet modo: nã toto dorso castaneus est, prona parte candidus. Maculæ per dorsum aterrimæ omnes rotũdæ, at inæquales. Quarta ex eo genere est, quam primũ separatim hic damus tota candicans ex ruffo, maculiq; tespersa subpurpureis aut amethestinis, quin etiã subcæruleis. Vtraq; præterea per dorsum lineam habet recta percutrentem, luteam, qua aliæ fere omnes carẽt. Quinta ac postrema in hac cadẽ serie coloris est cinerei, nonnullis ornata maculis siue asteribus nigris Adiecimus his coclear ex quodam elegantissimo genere Venereæ Conchæ confectum. Testa non vt in præcedentibus omnibus intus candida est, sed fere violacea, extra per dorsum castanea, sed modo albicãtibus modo flauescentibus maculis, rotundis, amplisque insignis, Zoographus stellatam per excellentiam vocat. Oui, inquit, gallinacei est magnitudine pene. Ex albo liuescit, hoc est ad cæruleũ colorẽ vergit parte cõuexa præsertim in summo: ad latera candidior: parte sima, candidissima. Intus quoq; subcærulea videtur testa, translucida sere. transparent enim stellæ siue maculæ partis gibbæ quæ multo plures in ea sunt, & situ splendoreque superioris (ruffæ maioris) elegantiam vincunt singulæ in medio sui atræ ambitu ruffæ pleræq; rotundæ, lenticularum fere magnitudine, quædã dimidia nullo ordine. Iam vero prior in secunda tabula, in qua nonnullas minores & minimas damus, tota candida est per dorsum tamẽ nõnihil ad cinerẽũ vergit. Altera splendidissima dorso est quasi amethestino, vti ẽt ab altero pronæ partis latere, vbi striæ potius quã dentes sunt, ab altero latere candicat. Tertia ruffa est, & est ex eo genere, cuius & iconem & descriptionem supra ex Zoographo dedimus sub lemmate ruffæ minotis. Quarta dorsum habet admodũ elatũ, coloris cinerei multis ac infinitis maculis punctisue ferrugineis refertũ. Pars prona est cãdidissima. Ad latera quoq; cãdicat, & maculas habet ferrugineas, maiores vero quam in tergore. Quinto & sexto loco imprudenter pictor adiecit cochleæ cylindroidis genus elegantissimũ, coloris: subcinerei maculis refertum quæ ad cæruleum vergunt & aliis striis oblongis eiusdẽ coloris: ambiuntque eam fasciæ duæ flauæ. Septimo numero exprimitur conchula Venerea splendidissima, prona parte ferruginea, qui quoq; color est in lateribus, sed dilutior. Dorsum ad cinereum inclinat. Octaua flauescit, & maculas obtinet ferrugineas minores in tergore, maiores à lateribus, prone candicat. Nono loco alia cochleæ cylindroidis minima ac elegantissima species tota cãdida striis siue lineis ambiẽtibus rubicũdis. Numero decimo prona & supina parte expressa ex iis est quam ex Rondeletio quarto loco depinximus rota cinetea per tergus, infra candida. Ex iisdem quæ vltimum ter depingitur, sed longe & splẽdidor & candidior. Hæc eadẽ minima vocatur Zographo, quæ inquit priuatim Mutterstein, hoc est calculus vteri, vel matricis à nostris vocatur, Lusitanis & Æthiopibus buzios: vndiquaq; alba est: nisi quod in dorso lineæ binæ flauent, in oualem fere speciem coniunctæ & dorsum ipsum inæqualius quam cæteris & gibbosum, ita vt illi quoque testa incumbere possit, sed oblique. idem per medium pallidũ est siue subluteum. Pars interior è roseo ad cæruleum tendit.

Quinta. Sexta. Septima. Vltima. Buzios.

VSVS.

Conchæ Venereæ testa aliquem habet in medicina vsum nam repetitur (inquit Rondeletius) in descriptione pilularum de bdellio, ad alui fluxus consttingendos, & intestinorum atq; vteri vlcera. Recipitur autem apud Mesuem & Serapionem: sed Monachi Mesuæi interpretes purpurarum testas aut matris perlarum (vt vocant) supponi iubent. Ego cum Zographo Rondeletii sentẽtiam porcellanas interpretantis amplector, quanquam pharmacopœorum vulgus pro Concha Venerea, Pectines vsurper. Oprima etiam ex eadem fiunt dentifricia, & vtilis est ad vlcera canthi oculorum, & ad ægilopas, resiccandi vim habet insignem sine caliditate. Bellonius tradit his rubri maris incolas magno labore in aceruos collectis, iugentẽ quæstũ ab iis qui Memphim adeũt, facere solere. His enim (inquit) Ægyptii sua lintea glutino imbuta læuigare atque expolire consueuerunt. Idem author est earundẽ apud Græcos & Turcas quoque chartis expoliendis vsum esse sed vulgus Gallicum talem vsum inexpertum habere, iisque tantum ad suspendendas claues, vel conficienda cochlearia vti. Sed Rondel. Italis & Græcis in eundem vsum cedere scribit. Est porro vsus iste antiquissimus & Plinio etiam notus, qui in decimotertio sic scribit: Chartarum scabritia læuigatur dente conchaue; sed caducæ literæ fiũt: minus sorbet polita charta, magis splendet. Hęc ille Huic eidem conchæ perforatę in altero extremo multi hodie claues, vt dixi, appendunt & zonæ accomodant, ob conchæ eleganriam & læuorem, ob quem nihil sordium colligit, neq; vestes atterit. Inuenio denique apud quendam Æthiopes ex rebus communibus vix quicquam tantopere curare, quam vt habeant conchulas porcellanas albas, quas Buzios (inquit) nominant: proq; iis vel aurum quandoque copiose permutare: aut pro iis filios suos parentes vendere. apud Thongrum Æthiopum regnum pro comperto hoc haberi. Eisdem loco moneræ vtũtur, vt Lusitanus quidam Zographo retulit. Affiguntur & locis ephippiorum ornatus gratia. Postremo Zographus scribit in eiuscemodi concha maiore faciem sculptam & pulchre expressam vidisse.

Ad alui fluxus. Pectines pro Concha Venerea vsurpati. Ad dentes dealbandos. Ad ægilopas. Ad chartam leuigandam.

DE CONCHA PERSICA. Cap. LXXXIII.

HOc quoq; Conchylij genus, quod ex Persia allatum Serenissimus Franciscus Mediceus Magnus piæ memoriæ Hetrurię Dux Secundus pro singulari sua erga studiosos, maxime vero eos qui naturæ rimantut arcana, humanitate mihi cõmunicauit, velut vnica tantummodo valua cõstans, inter monothyra siue vniualuia collocaui. Concha est maiori sui parte rubicunda; cætera candida. Margaritas proferre ex fide digno relatu idem Serenissimus vir affirmabat. Eiusdem plane generis est minor altera adiuncta Concha, tota cineritij coloris. Vtraq; nisi turbiue careret, ex Turbinatorum genere videretur. Vtriusq; icon subinde dabitur.

DE PENICILLO. Cap. LXXXIV.

TEstaceos istiusmodi tubulos Penicillos vocarunt nonnulli recentiores. Eos hîc potius quam in alia quauis operis huius parte posuimus, quod licet amfractuosi sint, turbine tamẽ careãt. Penicillos (putem) vocarunt, quod in eorum cauitate cõtineatur, quod similitudine sua Penicillos, quibus pictores vtuntur, qui ex caudarum extremitatibus fiunt, vel eos quibus albarium tectorio parietum inferunt, exprimant. Penicilli istius iconẽ mox ex Rondeletio exprimemus. Tubulus, inquit, est testaceus molli quadã & laxa substantia saxis alligatus, ita vt aquarum vndis cedat & agitetur. Cum id carnosum (quod nimirum intus latet) se exerit, frondem expandit, vt in pictura Rondeletius expressit. Icones duabus tabulis à me adiectæ ostendunt istiusmodi tubulos non eandem semper habere figuram. Huc quoq; pertinere videntur tubuli illi alij, in quibus vermes delitescere in Insectorũ historia ex Rondeletio retulimus, necnon & minores tubuli alij; quorum etiam iconem subinde dabimus.

VLYS-

VLYSSIS ALDROVANDI PHILOSOPHI ET MEDICI BONONIENSIS,

DE ANIMALIBVS EXANGVIBVS RELIQVIS QVATVOR,

Liber Quartus.

Qui est

DE ZOOPHYTIS, SIVE Plantanimalibus.

ET PRIMVM

DE VRTICIS.

Cap. I.

PROOEMIVM. ORDINIS RATIO.

QVę nec animalium, nec fruticum seu plantarum, sed tertiam ex vtroque naturam habēt, & vt loquitur Aristoteles, τὰ ἐπαμφοτερίζοντα φυτοῖς καὶ ζώοις, id est, Budæo, & Gaza interpretibus, ambigentia & plantæ, & animali, ζωόφυτα Græcis dicuntur. Latine ea nominare non possimus, nisi Plantanimes, aut Plantanimalia vocemus. Talia sunt Vrtica, Holothuria, Tethya, Mentula marina, Malum insanum, Cucumis, Pulmo & reliqua similia, quibus multi annumerant Spongias, quas nos inter plātas imperfectas collocabimus. Sextus Empyricus, non ignobilis philosophus, recenset Zoophyta, quæ ex igne generantur. Nam animalium differentias enumerans secundum varios generandi modos, sic loquitur. Eorum quæ absq; coitu generantur, alia ex igne eduntur, vt Zoophyta, quæ in caminis videmus: alia ex aqua corrupta, vt Culices, &c. sed quænā sint hæc Zoophyta, plane ignoro. Nam quæ hoc libro examināda proposui, omnia in aquis nascūtur, aut iis locis, quæ aquis quotidie perluuntur. Quæstio est de Vrtica, sitne animal, an Zoophytum, quæ sane controuersia hoc loco diluenda est, vt cur hoc in libro primū Vrticæ locum tribuerimus, eluceſcat. Ex recentioribus Bellonius Vrticam inter Molles pisces recensuit, infirmo argumento, nimirum q̃ Mollium more in obsoniis edatur. Rondeletius etiam animal esse imperfectum, idq; ex genere Mollium, non Zoophytou esse scribit: & idcirco Polypo, & Lepori marino subiūxit: maxime quod modo fronde expansa Polyporum instar pedes multos habere, modo fronde contracta massa tantum carnosa, informi (veluti Lepotis marini) constare videatur. Ex veteribus *a* Ælianus etiam Mollibus annumerauit: ait enim: Mollia ex aquatilibus vocantur, quæ ossibus, sanguine & visceribus carent, vt Polypus, Sepia, Lolygo, Vrtica. Eadem apud Galenum quoq; verba leguntur in Glossis, vbi μαλάκια, quæ sint, exponit. Zoophytis superiores perfectioresque existimat. Nos quidem *b* Philosophi verba hæc sunt: Quas autem Vrticas appellant, non testa operiuntur, sed exclusæ omnino sunt iis, quæ in genera diuisimus anticipiti natura hoc genus est ambigens & plantæ & animali. absolui enim & escam petere nonnullas, & sentire occurrentia posse, atque etiam asperitate corporis vti ad se tuendum, animalis est. At vero, quod imperfectum sit, & saxis celeriter adhæreat, nec aliquid excrementi emittat manifeste, quanquam os habeat, plantarum generi simile est. Vnde *c* Plinius: Equidem & hìs, inquit, inesse sensum arbitror, quæ nec animalium neque fruticum, sed tertiam ex vtroque naturam habent, Vrticis dico, & Spongiis: Hinc est fortassis, quod pediculos eius frondes potius, quam cirros appellarit. Spongus Zographus, nullum sensum inesse ait, ideoque Zoophytis inferiores haberi. Vrticas cum & sentiant, & insuper eorum animalium, quæ Mollia in mari vocant, naturam præ se ferant, Plin. vero atq; ante eū Aristot. Zoophytū faciunt Vrticā, addita ēt ratione Zoophytis annumerare malumus rationibus, & authoritate Aristotelis confisi, & quia quædam earum magis animalis naturam habent, quam ea, quæ saxis semper adhærent, idcirco primo loco de iis hoc libro agemus. Quod autem Vrticarum nullum genus Molle statui perfectum debeat, ex iis, quæ primo huius voluminis relata sunt in genere de Mollibus, facile licebit cognoscere.

Zoophytū quid.

Spongiæ.

Sexti Empyrici opinio de Zoophytis.

Zoophyta vbi nascārur.

Vrtica an Zoophytum.

Bellonij & Rondeletij opinio.

a *Lib.* 11. *de anim.c.*37.

b *De part.* 4.*c.*5.

c *lib.* 9. *c.*43.

Zographi opinio.

B

ÆQVIVOCA.

A Καλίφη, & κνίδη vocatur herba, tactu manum vrens, ideoque Latinis Vrtica nuncupata. Τὰς κνίδας, inquit *a* Athenæus, Eupolis in Autolyco vocat ἀκαλήφας, vt & Aristophanes in Phœnissis ἔχε τὸ πρῶτον πάντων ἵφυα φυῶσαι: εἶθ' ἑξῆς τὰς κραναὰς ἀκαλήφας, id est: Potuit omnium primum iphia gignere, deinde continuo mordaces Vrticas. Hac etiam voce idem poeta vsus est in Vespis. Pherecrates in Transfugis, Καὐ ἀκαλήφας τὸν ἴσον χρόνον ἐστεφανῶσθαι. Pari temporis spacio Vrticis coronari. Quæ omnia de Vrtica planta, non de marino Zoophyto intelligenda esse annotat Dalechampius. Suidas, & Scholiastes Aristophanis ἀκαλήφιον vocant genus Conchylij. Inter pres Nicandri præterea θαλάσσιον ὄρνιον, h.e. auem marinā. sed pro ὄρνιον reponendum

Vrtica herba.

a *Lib.*3.

Pro Conchylio.

dum censet Zoographus ὄστρεον: non quod Vrtica vero sit ostreum, sed quod ostreum fere aliqui esse putarint, & si testam habetet, inquit, ostreum esset. Eidem videtur *a* Aristoteles Vrticam Testaceis adnumerasse, quod de Testatorum victu agens inter cætera hæc quoque dicat. Ἔτι χαὶ ὁ ὥσπερ τὰ ὀστρεα ὑποχώρει ἔξω ἡ τροφὴ (id est, τὸ περίττωμα) πόρον. ἔστι δὲ αὐτὸς ἄνω. ἔοικε δὴ ἡ ἀκαλήφη ὥσπερ τὸ ἔσω εἶναι τῶν ὀστρέων τὸ σαρκῶδες: τῇ δὲ πέτρᾳ χρῆται ὡς ὀστρέῳ. Est igitur ei Vrticæ ceu inclusa ostrei caro: testam vero nõ habet, sed caro nuda est, & pro testa saxum, cui adhærет. Hinc aliquis inter Mollia, & Testata Vrticas ambigere coniecerit, illas dico, quæ saxis adhærent, aut semper, aut aliquando. Vrtica secundum aliquos est εἶδος μυίας, quam Aristoteles dixit hyeme edulem esse. Zoographo hic locus est suspectus, quod μυῖαι veto Muscæ insectæ sint, quas aliqui myiulos interpretantur, μυῖαν veto Muscæ insectæ; quanquam Rondeletius μυίας in eodem Concharum genere vocari putat.

a *Hist.* 8.c.2 An inter testata enumerarit Arist.

Aristoteles correctus.

SYNONYMA.

Etymum. A Καλήφαι, & κνίδαι dicuntur Vrticæ, tum herbæ, tum animalia, ab vrendo sic à Latinis dictæ, quod manum vrere videantur, si ea tangantur. Ἀκαλήφας nominauit Theophrastus, & Aristoteles modo ἀκαλήφας, modo κνίδας. Sed ἀκαλήφη Atticum est, nõ κνίδη, vt scripsit Zoographus, quod nomen etiam *a* Plinius in piscium catalogo recensuit. Cnide, inquit, quam nos Vrticam vocamus. dicitur autem κνίδη ἀπὸ τοῦ κνίζειν, hoc est, δηγμὸν καὶ κνησμὸν τινα ἐμπιεῖν τοῖς ἁπτομένοις χρῶσι, morsum, aut prurium excitare tangentium manibus. Eadem κνίδη per metaplasmum dicitur etiam κνὶς κνιδός. Eustathius. ὀδὴ κνίζω, καὶ τοῦ κνίδω ποιεῖ, καὶ μεταπλάσας κνίδα λέγει ὁ Ὀππιανός. In vulgari Lexico scribitur etiam κνήδη per η, quomodo scribi apud *b* Gazam annotant. Ea tamen scriptura, nec est apud Hesychium, nec Suidam, nec Etymologum. Nam κνηδῶντες apud Hesychium, non est suo loco, sed inter κνίδαι, & κνίδας; adeo vt κνιδῶντες pro eo reponendum videatur. Ἀκαλήφην quidam, vt annotauit apud Athenæum Dalechampius, interpretantur ἀπολέσαν τοῦ ἁφοῦ sensum cortumpẽtem, alij vt Athenæus ἀπαλοῦ τῇ ἁφῇ, id est, tactui mollem ac lenem per antiphrasin, cum sit aspera, & infesta. Quocirca ex hoc etymo manifestum euadit, deprauate in multis locis, apud veteres scribi ἀκαλύφη per υ præsertim cum in Etymologus, & Lexicon quoddam veius dicant κνήφη, & ἀκαλήφη in penultima per η ter bi: σίφη, & ἀχείφη (significans σκάφη) per ι. Quin etiam in lexico quodam veteri legitur Ἀκαλήφη τὸ μὴ φυτὸν ἀλλὰ ὕη. Τὸ ὑπαίθριον. ἀλλὰ ὑψηλό. Itidemque apud Hesychium ἀκαλυφῆ καὶ ἀκάλυφον, ἀστέγον ὑπαίθριον. hoc est sine tecto, sub dio. Et rursum apud Etymologum ἀκαλυφή, ἀστέγος ὑπαίθριος. Veruntamen pro ἀστέγον ὑπαίθριον scribendum potius videtur auctori Thesauri Linguæ Græcæ ἀκάλυφον. nam per ῶ scribitur ἡ καλύβη. quo tugurium significatur, ego nil mutandum censeo: nam ἀκάλυφον à litera priuatiua ἀ & καλύπτειν, quod occultare significat, detinet puto. Μητρίαλφα etiã appellantur Vrticæ matinę forrassis à similitudine quã habet cum pudendo muliebri: & Vrticarum genus semper solutum Galli impudico vocabulo vocant: Aristophanis iocus est in Lysistrata:

Etymum.

a *Lib.* 32.c.11 Cnide.

b *Lib.* 3. *Grã.*

Etymum.

Ἀλλ' ὦ πηῶν αὐδρειοτάτη, καὶ μητριδίων ἀκαλυφῶν.

Sed ô tethearum robustissima, & matercularum Vrticarum.

Matriculi. Matriculi nescio qui nominantur ab Ennio in Phagit. eis hoc versu, vt citat *c* Apulæius:

Purpura, Matriculi, Mures, dulces quoq; Echini.

Colycia, quæ Bellonio. Colyzena. Colybdena Caro marina. Iouij error. Bellonius Vrticas marinas antiquos Colycia, & Coryphia vocitasse scribit: sed nullum nominat auctorem. Nos Colycia (alia lectio Corycia, vel Corythia, vel Corophia) inter Murices meminimus numerari Vrticam hodiernis Græcis Colizenam vocari tradit Gyllius, quod (colis) id est, pedunculis suis firmiter Dolyporum more adhærescit. Bellonius Colycenam scribit, Rondeletius Colycænam. Colybdenam aliqui veterum pro marino pudendo interpretantur. In Italia multi antiquo nomine Latino Vrticam appellant, aliqui flammam maris. Caro marina apud Trotulam, quantum coniectura assequitur Zoographus, Vrtica est. Iouius Vrticas, & vrtibulos non sine errore eosdem tradit.

c *Apolog.* 1.

GENVS, DIFFERENTIA, *Descriptio.*

D Ifferunt Vrticæ magnitudine. Hinc duplex genus percipitur teste *a* Aristotel. alterum corpore paruo, quod cibo aptius est; alterum maiusculo duroque. Vita etiam aut moribus, seu loco: Inde tui sum duplex genus eodem auctore: Aliæ enim sinuosis adhærent, quæ nunquã à saxis absoluuntur, aliæ plana littora amant, quæ suis abiuncta sedibus vagantur: Et *b* alibi: Sunt item quæ adhærere soleant, (animalia) & quoties libuit absoluit: vt genus quoddam eius quam Vrticam vocamus: quippe cum nonnullæ ex ijs nocte absolutę pascantur. Ea sic ex eodem repetijt *c* Athenæus: Sunt autem Vrticarum duo genera: Aliæ enim in cauis abditę saxis, nunquam ab illis separantur: aliæ in planis, & æquabilibus scopulis commorantes huc illuc transmeant. Os in medio habet Vrticæ, vt tradidit *d* Aristoteles, quod in maioribus euidentius est, id anteà idem *e* Philosophus in medio corpore statuerat, & in maioribus dixerat esse euidentius. Ibidem etiam tradit, excrementum nulla in Vrtica cerni: sed hæc testipibus esse similem. *f* Alibi contra meatum, vt Ostreas habere scribit parte superiore, quo excrementum secedat Vnde Plinius: Ora (Vrticæ) esse traduntur (Dalechampius rectius legi putat, os enim radice esse traditur) excrementa summa tenui fistula reddi. Et eodem loco de Vrticis scribit: Carnosæ frondis his esse naturam, & carne vesci. Ex Aristotele procul dubio id trãscripsit Plinius, is enim rationem reddens, cur excrementa per superiorem partem emittant, more Ostreorum, subdit: Vrtica enim ipsa quasi Ostreorum caro esse

a *Histor.* 5. c.16.

b *Hist.* 1.c.1.

c *Lib.* 3.

Os.

d *Hist.* 8.c.2

e *Hist.* 4.c.6

Excremẽta.

f *Hist.* 8.c.2.

g *Li.* 9.c.45. Cur excrementa per superiora emittat.

A videtur inclusa saxo, perinde ac testa. Vrticarum plurimas species cõmemorat Rondeletius, quas sic diuisit: Vrticarum aliæ saxis, vel cuilibet alteri rei adhærent, aliæ minime. Rursus earum, quæ saxis, vel alteri rei hærent, aliæ perpetua stabilique sede illic degunt, quæ sunt Vrtica parua in rimis saxorum latitans; quæ Purpuris & Buccinis adnascitur: quæ cinerea est, longisque cirris constat. Aliæ sedes mutant, & libere per mare feruntur, natantque (& cum libet saxis hærent,) vt purpurea Vrtica. Semper solutæ, libetæque sunt eæ, quas vulgus Potes appellat: ex his vna est, quæ quatuor pedes, siue brachia habet: Altera quę octo, Polypi brachijs non valde dissimiles. De his omnibus exceptis solutis eodem ordine dicemus hoc capite ex Rondeletio, & si quæ species à nobis, aut ab alijs obseruatæ sunt, addemus, singulis genetibus; primum ab ijs, quæ saxis, aut simili rei adhærentes descriptionem incipiamus. Vrtica parua Rondeletij nucis iuglandis magnitudinem vix superat, ob id parua ab eo dicitur: Tota carnosa est, cirros breues habet, contracta recti intestini extremum refert, colore vario est. Quædam enim est viridis, alia cærulea, alia subnigra, sed punctis aliquot cæruleis, vel flauis, vel rubris notata. Massilienses Vrtigo vocant. Græcorum vulgus κολίκαιναν, & κολίκαιναν, à quo fortassis Normanni Cul d' asne, Burdegalenses Cubascau. Vrtica autem cinerea, sic appellatur a Rondeletio propter colorem: tenuis est admodum, quia frondem magnam, siue cirros multos habet, carnis parum. In saxorum rimis viuit: comam semper explicatam habet, nec vnquam contrahit: reuera tamen Vrtica est: acrius enim pungit, ac mordet, si diutius manibus contrectetur. Tertium Vrticæ genus, nostri, inquit Rondeletius, purpureum siue phæniceum Rosam appellant: alijs Posterol, quod cõtracta recti intestini extremum cum musculo sphinctere, siue podicem referat, quem Posterol nomine intelligunt, quod posteriore loco situs sit: alij Poussepie Brittannorum, alij Cul de cheual vocant. Est autem hæc primæ similis, nisi quod frondem, & longiorem, & copiosiorem habet. Cæterum Poussepiæ Brittannorum Bellonius Pollicipedes nominat, & vulgo apud Gallos Poulsepieds, ac eos sic vocari tradit, quos Rondeletius Balanos facit, quod pollicum in pedibus similitudinem habeant, racematim Oceani cauibus adhærentes. Idem auctor de Vrtica agens, duas tantum species Vrticæ prędictas Rõdeletij descripsisse videtur, dum sic de ea scribit: Hanc circa Normanniæ litus obscæno vocabulo Cul d' asne à cirrorum contractione, atque explicatione appellãt Græcum vulgus eum terrestrem Vrticam Zuchindas vocet, marinas tamen Colicenas nominat, aut, quum vocabulum imitatum, quo ipsas etiam marinas Vrticas Colycia, & Coryphia vocitabant. Maris potius deiectamentum quam magni fieri debeat. Plures eius obseruãtur species. Quædam enim rubro colore suffusa est, altera magis cærulea, granulis in gyrum circumsessa. Vtraque matinum tuber contracta refert, explicata cæsariem, totum corpus rotundum ambientem: nam infinitis cirris ad ennarum papilionibus, aut scarabæi crassitudine cõstat. Contracta porro Vrtica orbicularis est, aut teres: scopulis littoralibus (ijs potissimum marinis tractibus, qui ventorum impetum minus sentiũt) tam pertinaciter inhæret, vt nisi primo impetu diuellatur, vix postea nisi in frusta concisa dirimi possit, adeo suas trichas arctissime contrahit. Certum est Vrticas Cochlearum modo in mari serpere, aut moueri, sed id quidem parcius. Porro vtriusque moles magnitudinem iuglandis raro explet, cirros habet molles, duos digitos oblongos, tenerrimos, gracillimos, ac fragiles, insigni hac dote à natura præditos, vt quicquid attigerint, suis acerabulis tetineant. Hæc Bellonius, euius Vrticæ explicatæ, & contractæ icones etiam addidimus. Nos aliam figuram subiungimus, in qua contractæ Vrticæ species cernitur prone & supine depictæ. Hanc sequitur cinereæ Rondeletij congener. Saxis enim & hæc adnascitur, & colore cinereo est, cutis admodum tenuibus. Quæ deinceps depicta exprimitur in medio eatum trium, cum Rondeletij rubra conuenit: est enim ex purpureo colore violacea, sed quia nonnihil differre videbatur, eius iconem adiecimus. Prior forte fuerit ex leporis marini genere, colotis etiam partim purpurei, partim albi, nouissima pilei fere forma colore tota coccineo, excepta summitate, quæ est viridis cum nigra rotunda que macula. Quartum Vrticarum genus facit Rondeletius, quod instar Holothuriorum testis alienis adnascitur, & maxime purpureis. Pars exterior dura est, & rigidiuscula, spissiorque quam in alijs Vrticis, cirros breuissimos in ambitu habet, in exterioribus eius partibus filum longum deducitur purpureo colore, tam iucundo tamq; fluido infectum, vt cum preciosissimo purpuræ succo certet. Idcirco opinatur Rondel hanc Vrticam purpuræ adhærentem à cane Herculis demorsam fuisse, quæ iam excellẽti suauiq; colore rictum, dentesque canis illeuerit, vt negarit puella, quam deperibat Hercules, fore vnquam eum optati compotem, nisi prius eo colore infectam vestem dedisset. Inde purpuræ colorem inuentum fuisse. Etenim si mortuam purpuram dentibus arripuit canis, iam vita cum vita succus ille euolarat: si viuam, ea vndique ita munita est, tum testa clauata, tum capitis operculo, vt vndique ab omnibus iniurijs tuta sit. Præterea purpura tanta est duritie, vt dentibus canis robustissimi minime cedat. Fuit & in Lepade comperium Vrticam nasci: de hac ad me Neapoli scripsit Ferrantes Imperatus. In dorso esse sex rimas apertas stellam æmulantes: in medio dorsi foueam patuam, cum figura quadam inclusa Conchæ Rhomboidi simili, sustinerique à lateribus lepadis mediante membrana continua, & cauitatem, quæ est in animali, non habere aliud intermedium quam membranam. A parte anteriore conspici fructum Lepadis instar penicilli pictoris in et se reuoluti. Duas alias Vrticæ species nobis depictas exhibet Zoograph. sine vlla descriptione, à Cornelio Sittardo ad se missas ex Italia; opinor rectius ad primas à Rondeletio descriptas posse referri: vti etiam quam ego hic addidi colore ex albo & ferrugineo variam, triphei aspectu depictam. De solutis Vrticis sequenti capite trademus: nam ea, quæ de Vrticis commenta sunt à veteribus, potius ijs conuenire puto, & attribui, quæ alicui rei adnascuntur.

Differentiæ ex Rondel.

Vrtica parua.

Potes.

Vrticæ paruæ Rondel. descriptio.

Vrtigo.

Color.

Rosæ vrticæ genus.

Diuersitas.

Serpunt per marc.

Purpurę inuentio.

Purpura in Vrtica comperta.

Vrtica parua Rond: See Nesset. 1.
Vrtica cinerea Rond: 2.
Vrtica rubra Rond: 3.
Vrtica explicata Bell. 4.
Vrtica contracta Bell. 6.
Vrtica contracta nostra 5.
Vrticae species duae, quas in Italia pictas Zoographus accepit à Cornelio Sittardo.
Vrtica marina saxo innata. 7.
Vrtica quartae species Rondeletij. 8.
Lepori marino congener nu. 1.
Vrticae rubrae Rond. congener. nu. 2.
Vrtica pilei figura. nu. 3.
9.
10.
11.
12.
Vrtica quinta species Rondeletij 16.
Vrtica sexta Rond. 17.
Vrtica marina alia triplici aspectu. 14.
13.
Pilmo marinus Rondeletij. 20.
15.
TAB: XVIII.
Potta marina, vulgo prona & supina parte. 19.
Pilmo marinus Rondeletij
Pilmo marinus Matth. Meerlung. 18.
Holothurij prima species Rond: Spritzling. 21.
Holothurij altera species eiusdem 22.
Tethya Rondeletij. 23.
Tethyorum icones Zoographo à Cornelio Sittardo missae 24.
Tethya siue Ver. Bellonij. Tethya siue Vestibula aperta eiusdem. 26.
Mentula marina altera Rondeletij. 32.
Pyrum marinum Zoophyton. Meerpier. 30.
Malum granatum Zoophyton. Granatapffel. 28.
Tethyorum ab authore obseriato rum sex species. 27.
Epipetrum quorundam. 33.
Mentula marina Rondeletij. 31.
Epipetro Zoographi simile. 34.
Fungus marinus Zoophyton. Meer Schwam. 29.
Penna marina Rondeletij. Meer feder. 35.
Penna marina sanguinei coloris. 36.
Malum insanum marinum Rond: Meer Dollapffel. 38.
Vua marina Rondeletij. Meertraub. 37.
Cucumis marinus Rondelet. Meer kurbs. 39.
Manus marina Rond. Meerhandt. 40.

LOCVS.

DIversa diligunt loca, & in varijs generantur, secundum specierum diuersitatem. Quædam enim nunquam absoluuntur, sed saxis semper adhærent, reliqua quæ vagantur, littoribus & planis locis gaudent. Secundum Vrticæ genus Aristotelis, quod corpore est maiusculo & duro, circa Eubœæ Chalcidem gignitur teste *a* Philosopho. In Oceani saxis, & maxime in Santonico sinu frequens est Vrtica parua Rondeletij. Eius autem cinerea in scopulis Fresconijs Agathensis sinus repetitur, integra à saxo auelli non potest, tum quia tenacius hæret, tum quia mollior facile discerpitur. Rubra autem quam idem Rosam appellari scribit, saxis aliquando hæret, aliquando soluta vagatur. Vidit enim huiusmodi Vrticas cum alijs piscibus captas retibus, quod nõ contingeret si saxis perpetuo affixæ essent: quoniam cum hærent, potius discerpuntur, quam auelluntur.

a *Hist. 4. c. 6* Vrtica parua.

VICTVS.

PIsciculis forte incidentibus vescuntur teste *a* Aristot. Et *b* Plinius carne eas vesci scripsit. De saxo, inquit *c* Philosophus, quasi de testa viuit, & prænatantes pisciculos excipit, retinetque, sicut manu admota hominis agi dictum est, deuoratq; in hunc modum quæcunque nacta est esculenta. Absolui etiam saxis genus quoddam Vrticæ (vt modo dixi) notatum est, quod & echinos, & pectunculos, in quos offenderit, corrodit.

a *Hist. 8. c. 2*
b *Li. 9. c. 45.*
c *Hist. 4. c. 6*

ORTVS. NATVRA.

MOdus idem gignendi ijs est, qui testa inclusis: per rimas enim & cauernas, & fauces saxorum oriuntur, vt tradit Philosophus. Victum eodem auctore, quamuis in humore exerceant, nec foris viuere queant, nihil tamen vel aeris, vel humoris recipiunt. Cornelius Sittardus ad Zoographum scripsit Vrticas, quæ Cochleis & saxis adnascuntur, cum abtumpuntur, mutare colorem. Peculiaris eis modus venãdi pisciculos: teste Arist. Sentit Vrtica, inquit, & manum admotam corripit: adhærescitq; perinde ac Polypus suis brachijs, ita vt caro intumescat. Os medio in corpore cõtinet, & de saxo quasi de testa viuit: & prænatantes pisciculos excipit, retinetque sicuti manu hominis admota dictum: deuoratque in hunc modum quæcunque nacta est esculenta. *a* Plinius quoq; Aristotelem secutus ait: Contrahit ergo se quam maxime tigens, & prænatante pisciculo frondem suam sparsit, complectensque deuorat. Alias marcenti similis, & iactati se passa fluctu algæ viæ, contactos (contractos piscium quidam manuscriptis codex) attrituq; petrę scalpentes pruritum (Dalechampius legit petras scalpentes ob pruritum) inuadit. Eadem noctu pectines & echinos perquirit: dum admoueri sibi manum sentit, colorem mutat, & contrahitur. Tacta vredinem mittit, paulumq, si fuit interualli, absconditur. Hæc ille, qui & alibi aiebat vim illis mordacem prutitu inesse, eandemque quæ terrestris Vrticæ: quod ante eum scripserat *b* Arist. inquiens: Non ore, sed tactu totius corporis mordent (& prturitum excitant instar herbæ Vrticæ) quod & Scolopendræ marinę faciunt. † Ælian. non tam acrem vredinem concitare memorat, quam Scolopendram. *c* Oppianus:

Est infame pecus Ponti Scolopendra marina.
Corpore terrestri similis, sed damna doloris
Hac maiora facit, sed quis modo cominus illam
Attigerit, feruet fœda prurigine corpus,
Qualem Vrtica facit cognomine victa doloris
Piscanti infesta est

Quocirca Diphilus Siphinius apud *d* Athenæum tradit eos, qui Vrticam marinam colligunt, & conquirunt, manus primum inungere, ne prutitu aut vredine infestentur.

Victus.
Vt pisciculos venẽtur.
a *Li. 9. c. 45.*
Colorem quando mutet.
b *Hist. 9. c. 37.*
Pũgere more Vrticæ herbæ.
† *Lib 7. de anim. c. 35.*
c *L. 2 de pis.*
a *Lib. 3.*

PROVERBIA.

ARistophanes in Vespis iubet ἀπὸ τῆς ὀργῆς τὸν ἀκαλήφην ἀφέλεσθαι: hoc est, *ab ira auferre Vrticam*. Scholiastes interpretatur asperitatem & mordacitatem. Chrysippus apud *a* Athenæum ἀεὶ δ' καλῶ tradit huiusmodi sententiam: Μήποτ' ἐλαίαν ἔσθι ἀκαλήφην ἔχων χειμῶνος ὥρᾳ; id est, *ne quando comederis oleam, quum habeas Vrticam hyberno tempore*. Oportet illum sentire de herba, non de pisce, inquit auctor adagiorum: Nec vsum adagij video, nisi si quando significabimus extremam victus parsimoniam, vt nec vrticæ quidem adhibeatur aliquid condimenti. Mihi quidem, vti etiam Zoographo de Vrtica marina potius, quam de herba sentire videtur prouerbium. Herba nihyeme vel non extat, vel inepta est cibo per id tempus: Marina autem hyeme, & capitur, & commendatur, ac pro paradipnio habetur, seu condimento quodam, sicut & oliua: æstate autem inepta est esui, quod tunc marcescat, vt his verbis testatur *b* Philosophus: Sunt omnes hybernis mensibus carne constante, atque rigidiuscula: at æstate rarescũt & resoluuntur: præmadent enim & marcent, vt si tetigeris, facile discerpantur, atque dispereant. Denique nulla tantisper euelli integra potest: ac æstus impatientia saxa subire interius solent. Ὥσπερ ἀκαλήφας ἔσθίων πρὸ χελιδόνων ἔκλεπτες: id est, veluti *Vrticas edens ante hirundines furiaberis*: Chorus in Equitibus Aristophanis ad Alantopolam: Vbi Scholiastes: Ante hirundines dixit, quoniam post hirundinem (vere exacto) Vrticæ non sunt edendo. Sensus est acutissimo solertissimoq; ingenio, ac si Vrticas primo vere edisses: tanquam & illæ sua actimonia ingenium, sicuti & nasturtium, (acuant) furatus es: hoc est, callidissimus fures. quanquam autem Scholiastes, tum pro herba, tum pro marino animali Acalephas hic interpretetur, de herba tamen omnino sensisse videtur Comicus, vt placet Zographo, hæc enim dum tenera estvere primo editur, Vrtica marina hybernis mensibus in cibo præfertur.

Ab ira auferre Vrticã quid.
a *Lib. 10.*
De Vrticæ esu prouerbium.
b *Hist. 4. c. 6*
Caro earũ quãdo melior.

VSVS IN CIBIS.

COmedebatur olim Vrtica, vt nunc etiam: quanquam Pythagoras teste *a* Giraldo præceperit discipulis suis, vt abstinerẽt, quod Venereis stimulos afferre dicetetur; vel vt alij volunt, quod Hecatæ sacra sit. quemadmodum & trigla quoque. Philippides in Amphiarao apud *b* Athenæum:

Ὀστρέα ἀκαλήφας, λεπάδας παρέθηκε μοι
Ostrea mihi, Lepadas, Vrticas apposuit:

Quo die Lentulus flamen Martialis inauguratus est, cœna hæc fuit: Ante cœnam Echinos, Pelorides, Balanos, Vrticas, &c. Macrobius.

——— Mihi festa luce coquatur
Vrtica & fissa fumosum sinciput aure:

Iuuenalis, qui iubet his versibus vilem cibum parari; sed de Vrtica, an de animali accipiendi sint, dubitatur. Chrysippus, air Porphyrius, dicebat, suem non aliam ob causam à Deo factum esse, quam vt mactaretur (in cibum homini: vt vero iuris etiam, & veluti obiter accidentium cibotum (πρὸς παρεγκλειπνίων,) copia nobis deesset, omne genus Ostrea esse facta: item Purputas, Vrticas, & varias auium formas: Post æquinoctium Vrticarum genus esculentius esse scribit *c* Ælianus: intelligit autem æquinoctium, quod fit hybetno tempore, quo eas etiam summopere laudat *d* Aristoteles, vt dictum est. Et cum duplex genus Vrticarum statuat, vnum corpore paruo, alterum grandiori & duro, hoc cibo ineptius, quam illud esse tradit. Descriptus à Bellonio, præterquã quod exocœti, & mulli auidissime appetant, etiam Græci hodierno tempore libentissime comedunt ob lentam muccilaginem, quam limacum modo emittunt. In delicijs habetur Vrtica parua Rondeletij apud Santones, vbi frequens nascitur in saxis Oceani. Rubra autem ab eodem descripta esculenta etiam est, sed prædicta durior. Carne multo duriore est quartum eius Vrticæ genus, ideoque à mensis reijcitur. *e* Apicius in apparatu aquæ, sine aqua: Desuper, inquit, leuiter compones Vrticas marinas, vt non eum ouis misceantur: impones ad vaporẽ, vt cum ouis ebullire possit, &c. Huc referendus Plinij locus, vbi ait: Alex peruenit ad Ostreas, Echinos, Vrticas, Cammaros. Græci, vt auctor est Bellonius, hoc tempore plurimas Vrticas ligneo veru transfixas, & aliquantulum assaras primum ex sale & aqua feruefaciunt: deinde farina cõspergunt, & ex oleo vel butyro in sartagine frigunt. Apud Santones & Italos primum ablutæ, & leuiter coctę friguntur. Diphilus Siphinius apud *f* Athenæum, scribit Vrticam aluo ducendæ idoneam esse, prouocare lotium, ventriculum iuuare. Vrtica, & oua Echinorum, & eiusmodi, succum alimenti parcum & humidum præbent: sed qui aluum soluat, & vrinam moueat, Mnesitheus. Vrticæ, inquit Xenocrates, gratæ sunt ori, & stomacho non mediocriter ineptæ (gustui suaues, sed stomacho admodum insuaues sunt Wottonus: Diphylus tamen εὐστόμαχος facit, hoc est, stomacho aptos:) sed assatæ elixis accommodatiores (assæ elixis ad aluum mouendam magis idoneæ Wottonus, quod non probat Zographus.) Aluum cient, vrinamque magis mouẽt, quæ post purgationem exortæ iuxta calculos (quæ lapillis adhærent, vrinam magis cient, Wottonus:) lotę & perexiguo sali mixtæ, atque ita parum asperfæ sunt, vt mediocriter mandi possint, & assarione concretæ, aut verubus, aut circulis super carbonibus maluæ, aut sarmentorum, vt valenter soluant. Cum passo autem, aut vino mulso, gustum excitantes facile concoquuntur, facileque excernuntur, quæ vero ex passo & oleo elixantur, eum alio etiam condimento (forte sine alio condimento, Zoographus) id quidem seruant, vt lubricæ sint, attrahãt: sed & explent, & difficulter concoquuntur, & aluum magis relaxant, (quæ autem coquuntur in passo vna cum oleo, lubricum quidem illud retinent, aluumque cient: sed ventrem replent, & difficulter in ventriculo conficiuntur, Wottonus:) Hæc Xenocrates apud Oribasium interprete Ioanne Baptista Rasario.

a *Lib. de Pythag. Sym.*
Pythagoras cur nõ ederet Vrticas.
b *Lib. 3.*
Sus cur mactatus.
Quãdo sint meliores.
e *Lib. 7. de anim. c. 35.*
d *Hist. 4. c. 6*
Vrtica parua.
e *Lib. 4.*
Apparatus.
f *Lib. 3.*

VSVS IN MEDICINA.

VT pilos disperdant aliqui, teste *a* Galeno, medicamentum componunt ex marinis Scolopendris, Vrticaque marina, Stellis marinis, nitro, & amurca ad hæc mixtis. *b* Psilothrum esse dicit Vrticam marinam cum aceto scyllite, ad hoc in oleo coqui, ait Wottonus. Aiũt eandem in vino poram calculosis prodesse, vt auctor est Galenus. Caro marina miscetur à Trotula medicamento ad maculas oculorum. fuerit autem fortassis hæc Vrtica, quæ testam non habet, sed carnem nudam, interiori Ostreorum carni similem.

a *Lib. 1. de comp. med. sec. loc.*
b *Lib. 32. c. 10.*
Carnis vsus.

CAPVT II.

DE VRTICA SOLVTA, POTTA *Marina vulgi.*

SYNONYMA.

QVæ semper soluta per mare fluctuat Vrtica. Italis obscæna voce Potta marina dicitur, Græcis Mongi hodie inhonesto etiam vocabulo, quod, vt scribit Bellonius pattibus verẽdis admota, pruritum, ac Venerem, imo etiam ampullas excitet: Gillius turpi eo nomine in Italia idcireo appellari tradit, quod speciem quandam mulieris vuluæ repræsentet. Ligures hanc appellãr Capello di mare: Massilienses Capeau carnu, quasi dicas pileum carneum. Massarius, Gillius & Bellon. Pulmonem marinum nominant, contra quos recte disputauit doctissimus Rondeletius, vt postea clarius à nobis dicetur. A Germanis Oceano finitimis Meerschũ, vocari audio, & à Belgis Snotrolf, Sequabbe, Hispanis, vt notat Matthiolus Natura de Vieya, & Capacha de Velha.

Porta marina Mongi.
Pulmo marinus.

GENVS, DIFFERENTIA, Descriptio.

DE hac Gyllius in hunc modum: Cum iacent, omaso similes sunt: cum eriguntur pulmonet videntur, tanquam vitrum translucent: cum suspensi tenentur, quandam imaginem Polypi gerunt: nisi (quod) brachia tenuissima, & crassissima habent: Cum autem eos secuissem, nihil in ea parte, quæ Polypi ventri respondet, reperi: Vbi vero membratim dissecuissem, in ijs partibus vnde pedes exoriuntur, quosdam meatus harenarum plenos vidi. Adeo omnino lucidi, & tanquam vitrei sunt, vt sine sectione interiora omnia videre possis: ac quamuis fluctibus in littus expulsi, nullo negotio capiuntur, tamen cum non sint esculenti, à prætereuntibus præelare cõtemnuntur. Formam eis superne rotundam, inferne concauam esse refert Massarius, vt Conchæ videri possint: citros ex imo emittere ad modũ Polypi. Duo huius Zoophyti genera facit Rondel. Primum quintum Vrticæ genus octo citris, alterum septum, quatuor tantum citris præditum: primum sic describit: Pars vna veluti fungosa quædam massa, rotunda, caua, in medio perforata, purpurea veluti fasciola ambiente, pileum plane refert: altera parte Polyporum pedibus similis est: octo enim pedes habet crassiusculos, extremis partibus quadratos in acutum desinentes, nullas interiores partes distinctas habet. Corpore est adeo pellucido, & splendido, vt oculos offendat, & hebetet. Ad eam magnitudinem accrescunt, vt pileos, quibus viatores vti solent, superent. Alterum genus quatuor duntaxat pedes, seu frondes habens, qui foliis achanti comparari possint, est in altera parte lineis aliquibus stellatim dispositis. Huius generis illa quoque videtur, quam ita descripsit Bellonius: Mollis quidem & albus corpore cartilagineo, ac crystalli in morem pellucido, quod in mucorem facile resoluitur. Gibbam habet instar dimidiatæ spheræ figuram, glabram, pollicis crassitudine: cuius pars interna neruis rectis à medio incipientibus, quasi strijs fului coloris in gyrum radiatur, quibus se diffundit, & constringit: qua corporis commotione aquam concutit, & nunc in pronum, nunc in supinum effertur. Pinnarum vice pinnis tenuibus, atque ægre conspicuis in orbem communitur, vt Lepus marinus. Cruciformes quoque citros, striatos, crassos, in modum stellæ radiatos, numero quaternos, parte interna natationi accommodatos habet: quos vt exacte conspicias, erit in lebetem aquæ sincerioris cõijciendus: qui si supinus deuoluatur, multas fissuras in radice cirrorum ostendet. Os quoque habet parte prona situm, quo ea quæ venatur, absorbet, in quem vsum quatuor cirri ad eius latera subiacent, coloris sinopidis, quasi eius branchiæ essent vel intestina. Hinc fit, vt intuentibus pulmonem in mari paõulandi gratia diuagantem grandis videatur quasi pituitæ globus, qui vnicum tãtum colorem referret, nisi rubris illis quatuor circulis sigillaretur, & ea cruce, qua interna pars striata est, distingueretur, Hactenus Bellonius. Sed ad primum genus referenda est ea Vrtica, cuius iconem nobis exhibuit Matthiolus, sub nomine pulmonis marini, item ea, cuius nos picturam damus prone, & supine. Quanta autem sit hatum differentia inter se facile è pictura oculatus lector colligere poterit, ideo nos ab vtriusque descriptione supersedemus.

NATVRA.

Pruritum in pudẽdis tactu mouẽt. OMnes pruritum in pudendis, & vredinem in manibus mouent, & actimonia sua Venerem extinctam, & sopiam exeitant, qua maxime de causa cum Vrticis numerandæ sunt, teste Rondeletio. Bellonius Pulmonem suum nil præter aquam resipere ait: os tamen leui calore incendere. Naribus quoque admotum, marinum virus olere, sargos, melanutos, scaros, sparos, auratas, & id genus piscium eo vesci; in frusta descissum, ac in mare reiectum viuere nihilominus, ac moueri: extra mare autem exanimem apparere: Emortuum in alto mari, ac in littus reiectum, ttansparentis glaciei similem.

PRÆSAGIA.

a Cõ. in deos. lib. 2. c. 36. COnspectas plerunque vndis supernatantes futuram maris procellam præsagire *a* Matthiolus tradidit. Contra Bellonius mari commoto, & spumantibus procellis irritato deorsum ad imum ferri, pacato vero ac bene ttanquillo passim solutas vagari.

VSVS.

QVOD si ijs virgæ baculiq; perungantur, noctu facium accensarum more lucem eduat, vt idem auctor est.

CAPVT III.

DE PVLMONE MARINO.

a Lib. 5. hist. c. 15. INTER Testacea Pulmonem marinum habuisse videtur *a* Aristoteles. Nam quodam in loco tractans de Testaceis sponte prouenientibus (quod indicat initium sequentis capitis) Pulmonum mentionem facit, inquiens: Quin etiam qui Pulmones appellantur, sponte prouenunt: Sed ait Rondeletius hoc loco eodem modo Testaceos Pulmones intelligere oportere, quo Holothuria, Tethya, Stellas: id est
b Li. 9. c. 47 corio duro contectos. *b* Plinius hæc Zoophyta facit: Multis, inquit, eadem natura quæ fruticei, vt Holothurijs, Pulmonibus, Stellis.

Πνεύμονες dicuntur genera quædam in mari viuentia, sed absque sensu, Hesychius.

(:)

ÆQVIVOCA.

RAmices teste Nonio Marcello, dicuntur pulmones, vel hernia. Ramices. Plautus Mercatore: Tui causa rupi ramices, attum dum sputo sanguinem, & Varro Trihodite: Prius quam in Orchestra Pithaules inflet tibias domi suæ ramices rumpit: sed in ijs, quę hic adfert Nonius testimonijs, ramicis nomine non pulmo (hoc est, viscus illud leue, & spongiosum, in quod tãquam follem spiritus in respiratione recipitur, ad cordis temperandum colorem) sed bronchozele intelligi Zoographo videtur.

SYNONYMA.

ΠΑΛΜΩΝΕΣ Attice pro πνεύμονες dicuntur ab Arist. Latine Pulmones vocauit *a* Plinius: alibi idem Zoophytum Halipneumonem appellasse videtur. Germanis eiusdem significationis vocabulo Meerlung vocari poterit. Interpres Kiranidis pulmonem marinum exponit Cunnum marinum, sed sic nuncupant Vrticam solutam, de qua superiori cap. egimus. Vnde existimo hunc interpretem, vt multos alios, Cunnus marinus.
B nempe Massarium, Gillium, Bellonium, hãc Vrticam pulmonem marinum veterum (ineptissime tamen) putasse. Nam pulmo marinus, vel à pulmonum nostrorum figura, vel ab eorundem substantia laxa, & molli foraminulisque plena nominatus fuit: hæc autem Vrtica nihil cũ pulmonis figura, aut substantia simile habet. Præterea cum huius Vrticæ substantia perquam sit mollis, & pituitæ concretæ similis, quæ in aquam abit, in cinerem redigi, nec in aqua decoqui corpore aliquo superstite possit, verus pulmo esse non poterit, quem decoctum in aqua commendant medici, itemque eius cinerem. a Li. 9. c. 47.

DESCRIPTIO. NATVRA.

PVlmonis marini historiam adeo paucis complexi sunt veteres, vt quidnam sit à multis hactenus dubitetur, patet tamen ex prædictis carnosam esse substantiam. Nos, inquit Rondelet. cum illa quæ saxis affixa sunt, diligentius rimaremur, & cõtemplaremur, inuenimus substantiam quandam illis hærentem, corio duro & nigro intectam, intus mollem fungosam, & fistulosam, spongiarum aplysiarum modo. Ea in saxorum rimis nascitur, cuius imaginem non exhibemus, quia commode exprimi nõ potest. Vel pulmo marinus dici potest, corpus quod-
C dam rotundum, pilæ marinæ modo, virescens, foris substantia felito simile, intus totum fistulosum, veluti spongia aplysia. In mari aqua plenum est, & graue: extra mare in se concidit, & flaccescit: in saxorũ rimis delitescit, & inter algas. Ego potius has Vrticas puto, & ad eas hirsutas, quarum primo huius lib. capite mentionem fecimus, referendas. Nam pulmones per mare feruntur, vbi imminet tempestas, quod scripsit etiam *a* Plinius sic inquiens: Pulmones marini in pelago, plurium dierum hyemem portendunt. Et Ephesius interpres *b* Aristotelis de part. animalium, & ibidem etiam Philosophus, quãquam Zoophyta sint, & fruticis naturam viuant, non tamen adhærere scribunt, sed absoluta esse, sicut etiam in plantis quædam, vt epithymum, & epipetrum. Quid sit. Locus. a Li. 8. c. 35. b Lib. 4.

PROVERBIA.

ZΗΝ βίον πνεύμονος θαλασσίου. id est, *vitam Pulmonis marini viuere.* Prouerbium est in eos, qui ociosam & securam nimium, stolidãque vitam degunt, sine sensu fere, sine præsentione vlla futuri, sine præteriti temporis ratione. Potest etiam apposite dici in hominem ebriosum, & abdomini, καὶ ὑπογαστρίοις ἐπιθυμίαις (vt Aretes Cæsariensis loquitur) addictum, farcire corpus solum promptum, ingenij viribus nusquam vti. Plato, ζῆν ὃ τοῦ ἀνθρώπου βίον, ἀλλὰ τινος, πνεύμονος, ἢ τῶν ὅσα θαλάττια μετ' ὀστρέων ἔμψυχά ἐστι σωμάτων: Id est, Non hominis, sed pulmonis cuiuspiam vitã viuere, aut alterius marini generis, quod inter Testacea corpora animatum est. Vbi notabis hoc loco pulmonẽ inter Testacea à Platone poni. Vsus etiam est eodem proueibio Synesius Ptolemaidus. Episc. lib. de regno, βίον ζῶντας θαλαττίου πνεύμονος, id est, vitam viuentes marini pulmonis: loquitur autem de voluptarijs hominibus, qui in ganeæ libidinumq; vsu summum bonum ponunt. Βλάκα Græci hominem nimium simplicis stolidiq; ingenij appellant (metaphora ducta) à pisce quodam siluro simili, sed adeo vili inutilique, vt ne canes quidem gustare dignentur. Hinc 4. de Republ. (Plato nimirum) βλακικόν τε ἡμῶν τὸ πλῆθος. ὡς εἰλίζει τὴν πνευμονίαν, ἀπὸ τοῦ θαλαττίου ζῴου ὄντος αἰσθήτου. οἱ δ' ἀπὸ τοῦ τόπου τῆς Κύμης χωρίου τῆς βλακείας, οὗ μνημονεύει καὶ Ἀριστοτέλης, id est, Ignauia nostra seu stoliditas, quam quis pneumoniam dixerit, ab animali marino sensu carente, vel vt alij volunt, à regione prope Cumam Blacia dicta, cuius & Aristotel. meminit, Suidas. Vnde verbum βλακεύειν, exponunt pigritari, tardare ossitanter, negligenter aliquid facere, & forsan pulmo marinus quoq; quamuis animal esse videatur, tardius tamen & pigrius est, quam animalium naturæ conueniat: vt inde Plautus forte in Epidico dixerit: Vitam pulmonis marini viuere quid. In Philebo. Inter testacea ponitur. Pneumonia

Dij immortales socces tussi adimere pedibus.
E *Pulmo enim, quod perhibent, prius venisset, quam tu aduenisti mihi.*

Auctor adagiorum prouerbium accipit in homines lentos, & cessatores: opinor, inquit, quod pulmo, cum perpetuo moueat, nunquam tamen loco se promouet, quod de animalium respirantium pulmone intelligit. Zoographus ad pulmonem Zoophytum adagij originem referri posse arbitratur.

VSVS IN MEDICINA.

COmmendantur imprimis ad pilos euellendos, aut prohibendos, ne nascantur. *a* Plinius, Ieeur etiam (inquit) mixtaque cedria (psilothrum est) plumbea pyxide asseruatum. Ita pueros man- a Lib. 32 c. 10.

mangonizauit Salpe obstetrix. Eadem vis est Pulmonis marini. Idem quoq; tradidit *b* Ælianus, his verbis: Iam vero si quis qui nondum excessetit ex exttema puetitia, Thunni sanguine illinatur, nõ pubescet: hoc idem totpedo & marinus Pulmo efficiunt. Nam in aceto putrefactæ eotum carnes & mento aspersæ, fugam pilorum facere dicuntur. Pulmonis marini cinis alligatus, inquit Plinius, egregie profluuia purgat, hoc est, vt exponit Rondel. menses promouet. Idem tradit Pulmonem marinum decoctum in aqua calculosis mederi, pernionesq; emendare ex oleo, ad petnioues & podagras commendat Diosc. recenter illitum. Pulmo marinus impositus pedibus podagras & chymethla sanat: suffita vero ossa eius auertunt omne malum, sicut & Stella, ex Kiranide.

b *Li. de animal. 13. c. 27.*

Cinetis vis.

VSVS IN VARIIS.

Lignum si eo confricetur, ardete videbitur, teste *a* Plinio, adeo vt faculam ita præluceat; videtur dicere, inquit Zoographus; confricatum eo lignum ita ardere, vt sua luce faculam quoq; vincat. Thitini (lego Thyñi, nam & literarum ordo consentit, & mox plura sequuntur de Thyña) oculos & pulmones marini (marinos) si quis triuerit & conspexetit (conspererit) in tecto domus sero, putabunt qui in domo eruntur (vel vndecunque tectum aspicientes) se stellas videre. Si autẽ virgam vnxeris deambulans sero, cum luna non lucet, putabunt lumẽ de virga emicate. Si vero in muro vel in chatta depinxeris feram, aut imaginem aliquam videntes admirabuntut, *b* Kirauides.

a *Li. 32. c. 10*

b *Lib. 4.*

CAPVT IV.

DE HOLOTHVRIIS. SYNONYMA.

Holothutia à Thetyis differre facile ex Aristot. probari potest; difficulter ex eius interprete Theodoro Gaza: is enim quodam in *a* loco Tethyia vettibula & callos conuertit; Holothuria vero Tubeta, alibi Tethyia vertit callos: rursus alio in loco omnia hæc Latina nomina Holothurijs tribuit, insuperque de suo addit: Tota ipsa (Holothuria dico) simplici mitiorique testa opetta esse. Hæc itaque nominum confusio magnas tenebras doctis vitis, qui eius versionem sequebantur, offudit, Belloniumque errare coegit Holothuria & Tethya confundentem, item Massatium, quamuis hic diuersas res ex Pliuio sit suspicatus. Niphus non tantum cum Tethyis Holothutia, sed etiam cum Vrticis confudit. Ὁλοθύριον Hesychio & Varrino est genus animalis matinum. Vocabulum compositum esse appatet: sed vnde, nõ video, iuquit Zoographus. Θυραῖον & Θῦρον Hesychius interpretatur impetuosum, salieutem; bellicosum, audacem, fottem, magnum, validum, libidinosum, cupiditate in aliquid ptocliuem. Sic & Θῦρος Ἄρης dicitur, & θύελλος ἀλκῆς τῆς παλεμικῆς, ἀπὸ δ' θορεῖν ὅ ἐστι πηδῆσαι. Sed θορεῖς libidinosum significat, & θορήτρια ὀχείων & θορὸς genitutam. Holothutiorum quoque meminit Plinius, ac ea inter Zoophyta connumerauit: Multis, inquit, eadem natura, quæ frutici vt Holothurijs, Pulmonibus, Stellis.

Gazę incõstantia.

a *Lib 4. de part. c. 5.*

b *Lib 1. hist. c. 2.*

Niphi error.

Etymum.

GENVS, DIFFERENTIA, *Descriptio.*

Paucissima sunt ab Atistot. & Plinio de Holothutijs tradita, ab alijs nihil: quia in cibis non recipiuntur, sed in littoribus neglecta iacent. Saxis non hærent, qua in re maxime differunt à Thetijs: auctotem habeo *a* Atistotelem, qui sic scribit: Πολλά δὲ ἀπλέλυμμα μὴ ἔστιν, ἀκίνητα δ': οἷον ὄστρεα καὶ τὰ καλούμενα ὁλοθούρια: Multa saxis quidem soluta sunt, sed immobilia vt Ostrea, & quæ vocantur Holothuria. Aspeto corio conteguntut. Rondeletius duas nobis icones Holothutiorum exhibuit, cum his descriptionibus: Id genus, inquit, quod hic proponimus, altero exttemo obtusum est & planum, in quo tosæ pictæ imaginem sculptam esse dicas, cit ca quam sunt acetabula. Inde patua appendix & mollis dependet. Pisculentum odorem resipit, nec minus ingtatum, ac insuauem, quã Lepus marinus. Alteto extremo tenuius est. Intus partes omnes sunt indiscretæ. Inter matis purgamenta id tepperit; quod hic repræsentatur: quod quia vita, integumenti aspetitate & duritia partibus iuternis indiscretis cum Holothurio conueniat, Holothuriorum speciem esse putat. Altero exttemo caput discretum habere videtur rotundum, os in medio rotundum, rugosum, quod aliquando dilatatur, aliquando constringitur. Sequitur cotpus crassius aculeis multis rigens: videtur in caudam deficere, ex cuius vttaque parte duæ sunt appendices pedum, pinnatumue loco, sed differentes. Superiot enim strictior est, in ambitu iucisa, in acutum desinens, ad quam à cetuice producta est linea; alteta latior vbiq;. Harum beneficio motum aliquem habere videtur, cuius prorsus expers est primum genus: quod aliquando acetabulis suis, saxis hæret, sed soluitut. Secundum hanc speciem Rondeletij genitalis vitilis quaudam speciem præ se fetre ait Zoographus: vt Holothuriorum nomen dictum videti possit, quasi toto corpore ad huiusmodi speciem sit conformatum.

A Thetyis quid differunt.

a *Hist 1. c. 1.*

NATVRA.

Plantas potius esse Holothuria censet Aristot. quam animalia, sic enim loquitur: Quæ autem Holothuria vocant, & Pulmones, atque etiam pluta eiusmodi alia in mari, parum ab ijs (plantis) differunt, sua ipsa absolutione. Viuunt enim sine vllo sensu, perinde ac plantæ absolutæ. Nam in terrestribus plantis sunt nõnulla eiusmodi, quæ & viuant, & gignantur, aut in alijs plantis, aut absoluta, quale est quod Petnasus fert, vocatum à quibusdam epipetrum. hoc enim diu viuere potest, etiam à paxillis suspensum. Hæc ille.

CAPVT V.

DE TETHYIS. SYNONYMA.

Τήθυς, & Τήθυον tectius singulatis à Gtæcis effertur, vt τῆθος, & κρόμμυον. Pro τήθεια per ει apud *a* Atistotelem in penultima repono τήθεα, apud quem & τὰ τήθυα, & Ὁ τηθύς legimus. In *b* Plinij codicibus quibusdam leguntut Tetheæ in fœminino genere, vt musæ: Hæ, inquit, sugentes, &c. & *c* mox Tetheæ vtiles sunt. Et in piscium catalogo Tethea, vt Musa. Τίθη (per iota in prima, Zoographus mauult per ῖτα) κόγχυλια, ὄστρεα nominantur à Polluce. Τήθη τε γεραινόμορα μυίοισι, Nicander, id est, Tethe (vt Cete) quæ in musco, aut in algis crescũt, vel natant, aut capiuntur. Vocat autem Tethe, vt exponit Scholiastes, Patellas feras, quas nos Otia (id est aures) Aristot. vero ὄστρεα, & Homerus similiter communi nomine ὄστρεα. Homerus meminit τῶν τεθέων, iuquit *d* Athenæus, lege τηθέων. Nam sic Homerus:

a *Hist. 5. 1. c. 15.*

b *Li. 32 c. 9.*

c *Cap. 10. ibid.*

Tethe, quæ Nicandro.

d *Lib. 3.*

Πολλὸς δ' ἐν χρείσκεν ἀνὴρ ὀδὲ τήθεα δῦφῶν
Νηὸς ἀπηρώσκων. Iliad. II.

Quæ verba sunt Patrocli exptobtantis Cebrioni è curru deiecto tanquam vrinatori. Huuc locum commentans Eustathius: τήθεα, inquit, ab vrinatoribus contrectantur Ostreotum genetis, sic dicta à terra, quam Tethyn nominant. Sunt enim præ cæteris marinis natutæ terrenæ, propter ambieutis testæ duritiem: aut forsan nomiuantur à nutrice infautium, quæ τήθη dicitur: ptopter tenerum eius (corpus) velutique lacteum, & roscidum: qua ratioue eiusmodi (Ostrea) etiam ἐρσήεντα quidam cognominat. Quod ad Tethe quidem siue Ostrea attinet, antiquos aiunt non piscibus tantum: sed ẽt Ostreis in cibo vsos fuisse: quanquã is neque vtilis admodum neque dulcis sit: sed neque patabilis, cum è gurgitis vado, vbi iacent (ἐν τῷ βυθῷ κῷ βάθος: atque propric dicta Tethyia secundum Aristotelem saxis adhærent) non aliter quam ab vrinantibus auferri queant. Hæc ille. Et rursus à verbo θῶ θήσω, quod est lacto, deducuntur τήθη, & τηθίς, (quæ nomina auiam significant: τήθη aliquando nutricem quoque) & τήθεα quoque: quorum singularis casus, & rectus est τῆθος, Aristoteli vsurpatus his verbis: Πίννη, ὄστρεον, μῦς, κτεὶς κόγχη, λέπας, τῆθος, βάλανος. Et rutsus cum ait ὁ μὲν κτεὶς ἑρμαφρόδιτος, ῥαβδωτός, καὶ τήθος δ' ἀόδωτον, λόφοδακον. Hinc τήθη in multitudinis numeto casus contractus: vt cum scribit Athenæus: τὰ δὲ τήθη παρεκκεκοπα τοῖς ἀθηναιεμμόνοις καὶ πολυτεροφώτερα: & quoniam inde geuitiuus quoque formatur τηθεῶν, τηθῶν, sicut σηθέων σηθῶν: iocandi occasionem inde sumpsit Atistophanes in Lysistrata:

Odys. A.

Ὦ τηθῶν αὐθρεικοτάτη καὶ μετριδίων ἀκαλήφων.

de industria sic alloqueus, velnti amatas nuttices, ac matres. Sunt enim τήθεα veluti τῆθαι, id est nuttices μητρίδια. vero Vrticæ marinæ: hucusque Eustathius, qui τήθη quænam essent, ignorasse videtur, & ab Ostreis non satis distinxisse: sicut & alius innominatus Homeri Scholiastes, qui τήθεα nihil quã Ostrea, seu genus Ostrearum interpretatur: Et Nicandri etiam, qui τήθη putat patellas feras, à quibus ea plurimum differre collatis inuicem historijs liquebit. A Tethyio diminutiua vox videtur τηθωάκιον. Epicharmus apud *e* Athenæum τηθωάκια, cum Testatis alijs diuersis nominat. Latine vel Tethyum ttibus syllabis: vel etiam Tethus effertur duabus syllabis masculino genere, vt cetus. Gazam Holothutia, Tethya, tes diuersas, ijsdem Latiuis nominibus interpretando (Vertibula, Gallos, Tubeta) confudisse superiori capite monuimus. Tethyia, inquit Gyllius, Theodorus vertit Tubera, & Callos, & Vertibula. Tubera quidem, quod sic nullis fibris, quemadmodum Tubera tetrenanitantur. Callos vero, quod callosa materia tegantur.

Ab Ostreis differunt Tethea.

e *Lib. 3.*

Gazę error.

Iam nuuc Gtæci non Græco nomine, sed plusquam Barbaro Spherdocles (forte à sphæta, vnde & Vertibuli nomen Gazam finxisse conijcit Zoographus) nuncupant. Ineptius ij, qui accolunt Adriaticum sinum, ex eo Spongias nominant, quia cum premuntur tanquam spongiæ, sic aquam foramiuibus reddunt. Hoc genus piscium Massiliæ in vulgus ignotum à paucis cognoscitur. Quidam senes cum huius descriptionem sub eotum oculos subiecissem, & multum inculcassem, nominarunt Wichonos: Verumtamen ptopter tempestates hos mihi ostendere non potuerũt. Hactenus Gillius. Ab eo, ait Zoogr. quod spongiæ similitudinẽ quandam habent Tethe, muscoso (si bene memini) & fistuloso corpore; Veneti spõgias nominant vulgo sponge. Niphus alibi Vertibulum siue Tuber cum Vrtica confundit. Gallus vero, inquit; tanquam à Vertibulo separans, (cum alibi eundem faciat) ad magnitudinem iuglandis est: cuius durities media est intet testam, & cotium. Alibi Vertibula non recte Vrticas à nonuullis vocari scribit. Vertibulum, inquit, idem forma rotunda est, subter cum aliqua cauitate, crusta callosa, à qua & callus dicitur. Vulgo apud Tarentinos dicitur Verticillum; propter fotmam & patuos quosdam anftactus, quibus describitut. Tubeta à colore & tumote dici idem Niphus ait, & alibi. Tethya, inquit, apud nonnullos sunt Vrticæ atque calli quidam ad magnitudinem iuglandis; dutitie inter testam, & corium, colore subpallido, & tubenti, ea frequentet in Pyrgorum littore ad centuncellas reperiuntut: quæ sicuti palato & iucundissima,

Spherdocl.

Niphi error.

Verticillum

diſſima, ita & ſtomachis minime inſalubria eſſe conijcimus. Quidam conſundunt Vertibula cum Vrticis eadem eſſe volentes, ſed error eſt, cum diuerſa omnino ſint: Vertibula enim teſta ſcabra veluti corio integuntur, & pedibus carent, & mobilia ſunt. Vrtica vero (vti retulimus ex opinione Ariſtotelis) nullam teſtam habet, ſed corpus omni ex parte caruem præ ſe fert: & pediculos habet, vt Polypus, & ſaxis abſoluta vagatur: decepti forſan verbis Ariſtotel. octauo de hiſtoria dicentis: Nonnullorum natura corporis carnoſa eſt, vt eorũ, quæ Tubera (Tethyia) appellantur, aut Vrticæ, vbi duo geneta diſtincta intellexit, & non vnum, vt ſit ſenſus: Natura corporis nonnullorum eſt carnoſa, cuiuſmodi ea ſunt quæ Tubera, aut ea quæ Vrticę vocantur, Tethyiorum Germanicum nomen facit Zoographus Spruzling, quod eis compreſſis aqua tanquam per ſyringem, aut ſiphonẽ exiliat, vel Magling, quod caro eorum ventriculi figuram præ ſe ferat; vel Scvvumling, quoniam & Veneti ſpongias, ſeu ſpongiolas vocant.

Cum Vrticis confunduntur.

GENVS, DIFFERENTIA, *Deſcriptio.*

TOTA occuluntur teſta, quam læuem habent, vt nulla ex parte carnem detectam habeant, teſte Ariſt. qui idcirco Teſtaris adnumeraſſe viſus eſt, & *a* alibi: Quæ vertibula, ſiue callos ſpeciali nomine à tegminis qualitate appellamus (πὰ ζ κολυμβῶα τήθυα) naturam inter hæc genera (Teſtatorum) peculiarem, ſortiri notum eſt: ijs enim ſolis corpus totum tegumentum includitur, cuius durities inter teſtam & corium eſt: quamobrem more præduri bubuli tergoris (ὥσπερ βύρσει σκληρῇ) ſecatur. Adhæret id genus ſaxis ſua teſta duoq; ſepoſita inter ſe foramina exigua admodum habet, & viſum vix patientia, quibus humorem accipit, & reddit. Excremẽtum enim nullum in eo ſpectatur, quale in cęteris oſtreis, vel Echinæum, vel quod appellant papauer, continetur, nulli è cęteris ſimilis: in omnibus tamen ſui generis eadem. Diſſectis primum membrana neruoſa cruſta ambiente oſtenditur, qua Vertibuli caro ipſa continetur, nulli è cęteris ſimilis, in omnibus tamen ſui generis eadem. Adhæret hæc vtroque ex latere membranæ circumdanti, & corio: & qua adhæret arctius in partem vtramque eſt, videlicet qua teudit ad meatus ductos foras per cruſtam, quibus redditur & accipitur cibus, & humor, quaſi alterum ſit os, alterum oſſium excrementum delegatum. Nec modus idem, ſed alterum craſſius: alterũ tenuius eſt, cauumque intus vtrinque exiguo quodam interueniente contiuuo, humorq; in altero cauo conſiſtere ſolitus eſt. Pars vero alia, quæ inſtrumentalis, & ſenſualis ſit, nulla omnino percipitur, neque excrementum quidquam (vt dictum iam eſt) quo in cæteris more continetur. Colot vertibulis, aut pallidus, aut rubidus eſt. *b* Alio quoque in loco de ijſdem, ſic ſcripſit: Habet hoc genus animalis duo foramina, primamq; (ἀμφίρεσιν) vnam qua recipiat humorem cibo accommodatum: & qua rurſus emittat, quantum humoris reliquum ſit: nihil enim habere excrementi, vt cætera Teſtata hoc ſe habere oſtendit. Præcingitur autem per medium tenui quadam membrana, in qua vitæ principatum eſſe ratio congrua eſt. Hæc Ariſtotelis verba de rima, ſeu diuiſione Tethyorum Michaël Epheſius declarans, ait: πὰ ζ τήθυα πόρους μὲν ἔχει δύο· ἀμφίρεσιν ζ μίαν· ὥστε ζ ἂν εἰ νοήσαις ὑμενώδη σωλῆνα ἐξωγκωμένον, καὶ χίσαις αὐτὸν ἄκρθεν ἕως κάτω εἰς ἑκατέρω μέρος: hoc eſt: Meatus (ſeu foramina) quidem in eis duo ſunt, diuiſio autem vna, ac ſi fiſtulam aliquam animo concipias (non æquali, ſed) tumido corpore: eamque in alterutra parte ſcindas à ſummo ad imum. Contineri in Teſtatis id quod ouum etiam vocatur, eiuſcemodi cernere licet, vt tradidit Philoſophus. His hæc paucula Rondelet. addit: Ea, inquit, non ſolum pertis, ſed etiam Oſtreorum noſtrorum reſtis affixa ſunt, & in ijſdem veluti tumores duri eſſe cernuntur. Oui figura ſunt aliquãdo longiore. Teſta extra fuſca, inæqualis, & rigida, intus argentea, læuis. Tethyorum caro membrana alia alba inuoluta ventriculi formam refert, rotundam ſcilicet & oblongam, meatus craſſior, & amplior gulæ proportione reſpondet: alter minor podici. Vterque colore eſt rutilo, vel ruffo, reliquum corpus crocenm. Id totũ corpus corio nudatum ſeorſum depingẽdum curaui, quod ex duobus meatibus eminentibus, quos modo deſcripſi lector agnoſcet. Reliqua Tethya corio ſuo tecta adhæret. Quum digitis premitur, aqua per meatus exilit, alioqui ſenſum fugiẽtes. Alias Zoographus icones Tethyorum exhibet, quæ Cornelius Sittardus ad eum miſerat quatuor, quæ vel Tethya eſſe videntur, vel eorum naturæ propinqua. Duas maiores ſungos marinos eſſe, aut in Italia vocari addebat, teſtæ duræ incluſos. Colore, vt pictos accepit, ſunt vario, ſed magna ex parte fuſco, quæ vero in maxima virgæ, contextu quodam reticulato (eæ continuæ eſſe debebant) viſuntur rubræ. Minores duas vulgo nominari ſpecie, earum pictura foris fuſca hiſutaque apparet, ſubſtantia (vt aliquis coniecerit) coriacea: intus autem caua, & rubra. Ab his nonnihil differre, quæ Bellonius depinxit, facile quinis ex pictura videre poterit. Nos etiam Tethyorum aliquot obſeruauimus ſpecies, quæ forma tantum differunt, non alia parte ſingulari, ita vt merito tot ſpecies Tethyorum, quot formas ſtatuere liceat. Quæ primo depicta loco oſtenditur parte externa, & ſecundo parte interna pyri formam æmulatur, colore cineritio eſt: ablataque cuticula ſubſtantia apparet denſa poris exiguis, vixq; viſibilibus referta, per quos aqua attrahitur, & per vniuerſum corpus diſtribuitur. Duo grãdiora habet foramina: vnum oblongum; alterum rotundum: hoc aluo: illud ori reſpondere videtur: in his quandoq; conſpiciuntur Scyllari, Cancelli & alia Cruſtacea: item Trochi, Turbines aliaque parua Oſtracoderma. Tertio qui oſtenditur loco figura eſt mali; ſubſtantia eadem qua ſuperior. foraminibuſque duobus: totundo, quod maius eſt, oblongo quod minus: in eo ſcyllarus continebatur, quæ totum fere illius foraminis occupabar interuallum, cauda erat reuoluta: eumque idcirco tertio loco adpinximus. Quæ quarto & quinto oſtẽditur numero, ab Antonio Maria Lombardo pharmacopœo erudito Mutinenſi donata mihi fuit: figura eſt inæquali, tuberoſa: foramine vno oblongo maiori, quod in oppoſita erat parte, minori. in eo cõtinebatur Purpura, proportione magnitudinis Tethyi magna, vt etiam exterius corium eius penetraret. Septimo ordine oſtenditur Tethyum ſecundo ſimile, figura rotunda, ſed inferius compreſſa: foramen habet tam exiguum, vt vix conſpici poſſit, intus haber cruſtaceum aliquod, vt in partis ſuperioris foramine conſpicitur.

a *Hiſt.* 4. c. 2.

Excremẽtũ nullum habeat.

Color.

b *De part.* 4. c. 5.

Foramina.

Tethya Zographi.

Noſtrorum Tethyorum deſcriptio.

LOCVS. GENERATIO.

IN Oceano ad Gallicum littus frequentia ſunt: Pariſijſq; in foro piſcario ſæpe Oſtreorum teſtis adhærentia videre eſt. In Ægypto nulla inueniuntur: In Smyrna Aſiæ præſtantiſſima. Inter immobilia Teſtacea olfactum minime habere videntur teſte Ariſtot. qui etiam in rimis cauerniſq; ſaxotum generari tradidit: Nicand. inter muſcum & algas creſcere cecinit. Plinius Tetheæ, inquit, inueniuntur ſugentes in folijs marinis: Rondeletius pro folijs legit ſcopulis. Euſtathius τήθη ſic dicta conijcit à verbo θῶ, quod ſignificat θηλάζω, quod & pro lactare & ſugere accipitur. Wottonus hęc fere ex Xenocrate: Tethya gignuntur in cauernis ſaxorum: maxime vero in cœno, & littoribus, quæ phyco algaue marina abundent. Inueniũtur & in muſco marino, aut alijs in herbis folijſue matinis.

Præſtantiſſima vbi.

Etymum.

NATVRA.

DVbitari ſummopere poteſt, quam habeat naturam Tethya. Ego aliquando fui eius ſententiæ plãtas imperfectiſſimas eſſe, ſicut Spongias, & fungos: Itaque optime dixiſſe Plinium: Tethya fungorum verius generis, quam piſcium ſunt: Deinde nihil de animalis natura habere, cum nullum viſcus intus habeãt, ſed carnem tantum vniformem: Motum autem & ſenſum qui ineſt illis, ab interno prouenire, cum multa Conchylia & Cruſtacea intus habere ſępe conſpexerimus: à quibus ſcilicet motus prouenit, tanquam ſit in ſpongijs. Sed & *a* Princeps philoſophorum, parum à plantis differre eſt opinatus: Spongijs tamen viuaciora eſſe (ζωπυκώτερα) hoc eſt animalium naturæ propinquiora: Et mox: Tethyum igitur, inquit, & quidquid generis eiuſdem eſt, quia adhærẽdo tantummodo viuit, ſimile plantæ eſt: ſed cum aliquid habeat carnis, ſenſum aliquem habere videri poteſt. Itaque vtronam modo ſtatuendum ſit, incertum eſt, & paulo poſt cum dixiſſet nihil excrementi ipſis ineſſe, ſubdit: Ex quo fit potiſſimum, vt ex hoc, & quidquid ſimile in animalium genere eſt, plãta iure appellati poſſit: nec enim planta vlla habet excrementum.

Plãtas imperfectas eſſe aliquando putauit auctor.

Motus eorum ab externo prouenit.

a *De par.* 4. c. 5.

VSVS IN CIBIS.

A Ruſticis in foro piſcario vulgo diuendi ſolere magnitudine oui gallinacei, auctor eſt Bellonius. Et Maſſarius rubea Tethya cibo idonea eſſe: pallida vero aut ſublutea, amarulẽta recitat, tanquam ex Ariſtot: apud quem tamen id me legere non memini. Præſtantiſſima è Smyrna Aſiæ *a* Athenæus cum ex Niceſio (vt videtur) de Teſtatis quibuſdam dixiſſet, vt Purpuris, Buccinis, Phoioadibus, ſubiungit: Tethæ vero prædictis ſimilia ſunt, & vberius alunt. Plurimum dare alimenti tradit Xenocrates, coriaq; maxime eorum non confici. Secari etiam & lauari, ac liquore Cyrenaico, & ruta, muria, & aceto, vel ex aceto cõdiri: operæpretium eſſe ea cum viridi menta conficere.

Tethya rubea.

a *Lib.* 3.

Vt alant.

VSVS IN MEDICINA.

IIs ineſt ſapor ſalſus, cum amarore, ob quem deterget, flatus diſcutit, vt nõ ſine ratione ſcripſerit *a* Plinius: Tethya torminibus, & inflationibus ſuccurrere, & teneſmum diſſoluere renumq; vitia. in cibo ſumpta lateris dolores leniunt eodem teſte. Conferunt et iam iſchiadicis. ventrique ſuperiori vna cum ruta: item cachecticis quorum corpus macie conficitur cum ruta & melle. Contra Dorycnium iuuant in cibo ſumpto teſte Nicandro.

a *Li.* 32. c. 9.

Quib. conueniunt.

CAPVT VI.

DE MALO GRANATO, FVNgo, Pyro.

DAniel Barbarus vir cum humanitate, tum ſumma doctrina atque nobilitatis ſupremo ordine apud Venetos conſpicuus, tres haſce imagines ad me miſit ſub nomine Zoophyti, ſed quia aliquantulum à Tethyjs, ſcilicet radice in multas fibras diuiſa, differre videbantur, ab illis ſeparaui: ſubiunxi tamen, quod conijcerem ad eorum genus proxime poſſe referri. Terna habent foramina ſatis inſignia. Primum à ſimilitudine tum formæ, tum coloris malum punicum appellatur, eiuſdemque mali magnitudinem habet. Secundum ſungum tam exacte refert, vt non in mari, ſed terra natum videatur, vnde Fungus marinus appellatur, colore eſt cœruleo. Tertium pyrum à figura pariter dicitur, ſimilis fere cum ſungo coloris.

Danielis Barbari laus.

DE

CAPVT VII.

DE MENTVLA MARINA.

a Lib. 3. MEntulæ marinæ mentionem facit a Athen. ex Nicandro inquiens, Colybdenam Epicharmus dixit in ijs, quæ supra nos adduximus, mentulam, vt inquit Nicand. marinã, vel vt in Opsartyco Heraclides scripsit Squillam. Recitarat autem antea hæc Epicharmi: Ἐνὶ δ' ἀστακοὶ, κολύβδαιναι τ' ἔχουσι πόδας μικροὶ, τοὺς χεῖρας δὲ μακρὰς χἀρράβους τὠνομᾶ: Adsunt Colybdenæ & Astaci, quibus parui pedes, longaque brachia: carabos nuncupant. Rondelet.

Colicæna, Πειρὼ. Vrticam paruam hodie à Græcorum vulgo Colicęnam dici scribit: à Gallis culum asini. Πειρὼ nominatur à Numenio inter escas piscium vt videtur, & forte non piscis, sed insectum aliquod Zoophytum aquaticum fuerit.

Τοῖσι κεν ἄρμα πόνῳ παρατιλίσαιο δὲ μύρα,
Κόρδιλον ἢ πειρῶα, ἢ εἰναλίῳ ἐρπιλλαν.

Grammatici vt Varrinus Πειρίνα interpretantur testiculum, pudẽdum, πειρίνεον. Πηλὶν σημαίνει τὸν ὄρχιν, ἀπὸ τοῦ πείρω πειρὶν, καὶ πίρειν, ἢ παρὰ τὸ ἀστείρειν τὰ τέκνα. Hic conijci potest Pirena Numenij, pudendum marinum masculum, aut aliquam eius speciem significare. Holothuria vnde sic sint appellata, nondum inueni explicatum. Holothuria vnde dicta difficile est scire. θόρον inter alia impetuosum significat & salacem, id est, pcliuem ad libidinem: & θορνύειν verbum libidini operam dare, θόρος genituram. Holothuria à Rondelet. descripta, præsertim secunda species genitalis viris quãdam speciem præ se ferunt: vt Holothurium dictum videri possit, quasi toto corpore suo ad huiusmodi speciem Halesurion conformatum: vel Holothurium quasi Halothurium à mari. Halesurion pro genitali marino accipi videtur, quasi ἁλὸς οὐρὰ, id est, marina cauda; Vegetius quoque Zoophytis quibusdam marinis caudam adnumerat. Est & piscis nomen ædœon, quod & nos genitale nuncupamus marinum, à nonnullis Halesurion Græce dictum: Halesurion quanquam sunt, qui pro Callyonymo pisce capiant, Hermolaus in Corollario, quod si ab ἅλς, quod mare significat, compositum est vocabulum, vt videtur, ἁλοσόειον melius dixeris, vt Halosydna, Halosachne; nam Halipneumon à datiuo eius Halosydna. nominis componitur. Mentulę marinæ meminit Albertus: Sunt in mari, inquit, animalia quędam similia veretro virili: sed loco testiculorum habent alas crescentes, quæ prominentia sua efficiunt testiculos. Imperfecta sunt, tardi motus; nec viuunt nisi in aquã Pudendi quoque marini vtriusq; sexus meminit Apuleius in Apologia prima, nominat autem virile veretillam (malim Veretillum genere neutro, vt sit diminutiuum à veretro) & muliebre viaginal (forte virginale vel vaginal) quod ab indocto quodam inter fœmineum appellatum repræhendit. Hæc friuola, inquit, pleraq; in littoribus omnibus congestim, & aceruatim iacent. Et rursus Albert. Veretillum virile. Ostreum quoddam ait; vnius conchæ inuenitur, quod habet speciem virilis virgæ inferius: & aliud eiusdem generis, quod habet similitudinem vuluæ muliebris: non tamen hæc sunt instrumenta coitus in eis, sed partes corporis ipsorum, huius Ostrei Concha refert Cochleam, & est spinosa extrinsecus, vt cibo gratæ & delicatæ carnis: in eodem sæpius margaritæ reperiuntur: abundat autem in Margaritorum locus. littore maris Germanici & Flandrici. Rondelet. nullam eiusmodi Cochleam descripsit: sed quartam Vrticæ speciem, quæ instar Holothuriorum testis alienis adnascatur, & maxime Purpuris, quæ sunt Cochleę spinosæ Inquirẽdum igitur Vrticæne aut Holothurij aliquam speciem intelligat Albertus: cuius etiam alibi verba hæc sunt: Est genus quoddam Ostrei, cuius species vna Virgam, altera Vuluam præ se ferr: & vocatur apud Germanos inferiorum mariũ Billegen. Zoographo hoc nomen hactenus iuauditum, & eius ratio incognita. Zoophytum quod descripsere Bellonius & Rondeletius, apud Massilionses & Montispessulanos Mẽtula marina vulgo dicitur à similitudine: Itális vt Neapolitanis præsertim Cazomatino: Græcis hodiernis Psoli. Germani appellare potuerunt Meerschaam, Seeschaam, Seestert.

GENVS, DIFFERENTIA, Descriptio.

Rondeletius duas Mentulæ marinæ species facit: Prioris hæc est natura & historia. Quantum ad integumentum attinet, Mentula mar. prior Rondeletij. Testaceis annumerari debet, non Crustaceis, vt Mentula marina Epicharmi. Corio enim duro constat, vt Tethya. Quum viuit, intumescit, & distenditur: post mortem flaccescit. Foramina duo habet, quibus aquã trahit & reijcit. Partes internæ indiscretæ sunt. Multa huiusmodi Zoophyta circa Stœchades insulas capiuntur. Alterius Rondeletij descriptio. Varia sunt, alia viridia, alia nigricantia, alia flauescentia. De altera hæc scribit: Neque Zoophytum istud à Mentulæ contractæ forma multum distat, si eam cum scroto accipies. Ex dura quidem testa constat, sed veluti cartilaginea, spissa, rugosa, perspicua. Foramina à sese seiuncta duo habet, quibus aquam reijcit, quum comprimitur. Partes internas indiscretas habet veluti reliqua Zoophyta. De Bellon. descript Mentulæ mar. Genitali marino hæc Bellon. Exangue maris purgamentum est: solutum vagatur, sed eius ea est natura, vt à piscibus alijs minime tentetur, neque à quoquam in cibo expectatur. Littorale est neque alibi reperitur, quam vbi Patellæ, Ricini & Vertibula degunt. Genitale ex hoc dicitur, quod teres sit, pedem longum, & mediocris brachij crassitudine: distendit se & contrahit hirudinis in morem, Nominis ratio. vnde & ei nomen inditum est: quinetiam ruffi coloris est. Iners, nec nisi serpendo incedit, aspectu toroso, Nympheæ radicis similitudine. Semper ad ima sidit: nunquam natat: contrectatumque in seipsum contrahitur, ac cornu duritiem habet, vixque acuta cuspide pertundi potest: alioqui permolle, dum sua sponte mouetur. Suas Promuscides. promuscides, quando vult, exerit, atque ita constringit, vt ex pedali longitudine, vix sex digitos longum appareat. Acetabulis quæ in promuscidibus habet, lapidibus hęret: in quibus plusquam quãtuor millia nonuunquam annumeres. Ex anteriore autem capitis parte rursus crinitas emittit veluti arbusculas acetabulis plenas: quibus quidquid palpat, ad os adducit, quod tam amplum aperit, vt vel integram Conchulam admittat: vescitur enim omni Conchyliorum genere. Eius recrementa viscida sunt ac lenta, albissima, copiosa, qnæ tandem indurantur, vt cum fidibus de duritia neruea firmitate certare possint. Os in gyrum ossiculis dentatum habet, Os. præterea nullis ossibus alibi præditum. Ab ore gula in stomachum Victus. differtur, quomodo in Eriuaceo marino dictum est: reliqua vt intestina circumponuntur in gyrum, quæ vix obseruari possunt. Alia sunt purgamenta marina, quæ genitale viri imitantur tum specie, tum magnitudine, sed pinnis subnexis binis loco testium. Lumbricum marinum & terrestrem refert (id nimirum quod primo loco describit) nam Lumbricus sic se eõtrahit, vt ex sesquipedali fere longitudine orbiculatis fere fiat. Misit ad Zoographum aliquando Cornelius Sittardus, cum alijs quas Romę nactus erat picturis, pudendum aliqua ex parte simile illi, quod secundo loco Rondelet. Forma. dedit, colore luteo subuiridi. Massa quædam informis videtur, retrorsum vbi crassior alriorq; est veluti cornu paruum, rugosum, extenditur: opposita pars humilior seu iuglande foramen ostendit, idq; rubicundi coloris, si pictor non fallit. Hoc in Italia prope Romam raro capi, nec esui esse aiunt. Ab eodem accepit, quod epipetron vocabat. Epipetron. depictum id vt effigies repræsentat, massa quædam informis spongiosæ & cauernosæ substantiæ, sex digitos longa, sesqui digitum lata: inæqualis & tuberosa, multis seu acetabulis compacta: colore partim nigricans, partim rubescens & albicans alicubi. Hãc apud Zoographum picturam cum Bellonius videret, pudendum mariuum sibi videri dicebat. Nasci putat circa petras maris, eisque hærere, vt inde aliqui epipetron nominare voluerint. Sed Zoophytum hoc est. Veterum autem epipetrum herba, quam Aristotelis etiam suspeusam, multo tempore vigere tradidit. Cum Epipeotum. Zographi icoue conueuit Mentula marina à me adiecta, colore tora ferrugineõ.

CAPVT VIII.

DE PENNA MARINA.

APtius ac conuenientius nomẽ non inuenero, nisi hocce Zoophytum pennam marinam dixerim. Est enim pennis magnis, quæ in pileis gestari solent, perquam simile. Nostri tamen piscatores ob extremitatis alterius similitudinem, Mentulam alatam vocant. est enim ea pars pputio, id est, glandi similis, altera vero parte pẽnam refert. Pars illa crassior quæ glandis specie est, rimas aliquot habet, quales sunt branchiarum rimæ in galeis. Quæ pennam repræsentat, festucis tenuibus constat, quæ aluimini scissili similes sunt, ijs substantia alia quædam tenera innititur. Noctu maxime splendet stellæ modo ob candorem & læuorem. Rondeletius iuter Vrticas quoque exhibuit speciem vnam, quæ frondem pennæ fere instar explicat. Pennam mariuam aliam, rubentem, linea per medium caulem alba, fronde simili fere, sed parte altera, quæ fronde caret, longiore, simplici, nulla cum glande similitudine, Cornelius Sittardus olim ad Zoographum misit: his verbis adscriptis: Pẽnam marinam Aristot. inter Zoophyta collocat, hãc vidi ipse apud Gysbertum Horstium Romæ. Ego, inquit Zoographus, nec Aristotelem, nec alium queuquam veterem meminisse puto, hoc quidem nomine. Obseruaui Pennam marinam colore sanguiueo, nonnihil à Roudeletij differentem, cuius hæc est icon.

Penna cur sic dicta: Mentula alata. Alterius descriptio.

CAPVT IX.

DE VVA MARINA RONDELETII.

NOstri piscatores oua sæpiarum racematim compacta, à pediculo vno dependentia, earuudem atramento aspersa, Vuam marinam nominãt, de qua re dictum est, cum de Sepijs ageremus. Sed de ea Vua non loquitur a Plinius, cum scribit: Rerum quidem a L. 9 c. 10. non solum animalium simulachra inesse, licet intelligere intuentibus Vuam, Gladium, Serras. Sed eam vuam intelligi opiuor, quæ hic depingitur, quæ externa in parte vuæ flores optime expressos refert. Est autem oblonga quædam & informis massa, ex vno pediculo depẽdens Partes internæ indiscretæ sunt, inter quas aliquãdo reperiuntur veluti glandulæ paruæ, cuiusmodi vnicam seorsim depinximus. Hactenus Rondel. Vuam marinam in vino putrefactam, ijs qui inde biberint, vini tædium afferre, auctor est Plinius. Vuam marinam tusam & madefactam cum vino sufficienti da bibẽdam clam ieiuno tribus, & efficies vini fastidium Nicolaus Myrepsus, qui è testudine etiam simile remedium, cuius vim admodũ diuinam prædicat, affert. b Vegetius inter diuersas res marinas Vuã quoque adhibet in suffitu contra languorem morbi pestilentis. Vuam seu ampelon Græce aliqui vocant genus algę iu aquis dulcibus, quod florem fructumq; βοτρυδὸν, id est, racemi iustar congestum habet. Ampelis quidem & botrys Æliano inter algas sunt. Haffguffe in Occano Germanice dictum, magis refert fructum, quam piscem, vt audiuit Zograph. nimirum vt Cucumis & Vua Plinij. Sed Zoographus vocis huius Etymologiam nõ assequitur.

Vini fastidium vt paretur. b Veter. 4. c. 14.

Vuã

Vua piscis (nimium extenditur hic piscis nomen) est, ita appellatus, quod bottyonis, id est, racemi Vua similitudinem habeat, Massarius.

CAPVT X.

DE MALO INSANO MARINO.

CVM nullum nomen apud veteres recentesque scriptores reperiatur huius Zoophyti, à similitudine malorum insanorum, quæ Albergaines Montispelssulani vocant, alij Galli Pomes d'amours, mali insani huic nomen accommodauit Rondeletius. Vuæ marinæ species quibusdam videri posset, sed quia flores Vuæ nullos refert, verum foliorum potius, vel plumarum formam, quia etiam pediculo differt, dilucidioris distinctionis gratia ab Vua marina secreuit, & à similitudine mali eius terrestris, quod oblongius est (nam est & alterum rotundius) malum insanum appellauit. Facultate ab Vua marina non differt.

Nominis ratio.

CAPVT XI.

DE CVCVMERE MARINO.

A CVcumeris marini meminit *a* Plinius his verbis: Rerum quidem non solum animalium simulachra inesse in mari licet intelligere intuentibus Vuam, Gladium, Serras; Cucumim vero & colore & odore similem. Gillius, Cucumis, inquit, piscis à Plinio dicitur colore & odore Cucumeri similis. Sed is magis similis est ei, quem vulgo peponem vocamus: nisi arbitremur Plinium peruulgatum Melonem Cucumerem appellare, quod ipsum simile vero videtur legenti ea, quæ idem scribit de Cucumeribus, hæc Gillius. Is quem proponit Rondeletius, Cucumerem paruum colore, figura & odore refert. Digiti est crassitudine & longitudine, tuberculis aliquot aspersis, veluti in Cucumere terrestri paruo. Partes internas indiscretas habet.

a Lib. 9. c. 2.

CAPVT XII.

DE MANV MARINA.

B MANVS marina dicta à similitudine quadam, Zoophytum quoddam est, cuius picturam olim à Cornelio Sittardo accepit Zoographus, edendoque esse negabat, neque apud auctores de ea re reperisse se quicquam.

FINIS LIBRI QVARTI, ET TOTIVS HVIVS operis, ad laudem & gloriam Dei Omnipotentis.

INDEX

INDEX
SIVE ENVMERATIO ANIMALIVM, QVORVM HISTORIA IN HOC OPERE PERTRACTATVR.

Libri primi, qui est de Mollibus, Capita.

DE Mollibus in genere cap.1.fol.1
De Polypo c.2.3
De cæteris Polypi generibus c.3.16
De Sepia c.4.17
De Sepiola 2c.5.4
De Loligine maiori & minori c.6.ibid.
De Lepore marino c.7.28

Capita Libri II. qui est de Crustaceis.

DE Crustatis in genere c.1.f.33
De Locusta c.2.36
De Astaco c.3.40.41
De Leone, siue Elephanto c.4.41
De Astaco paruo marino c.5.44
De Cammaro siue Astaco fluuiatili c.6.ibid.
De Astaco Caraboeide c.7.47
De Gammaro terrestri c.8.ibid.
De Squillis in genere c.9.ibid.
De Squilla lata c.10.50
De Vrsa minore c.11.51
De Crangone c.12.52
De Squilla gibba c.13.ibid.
De Squilla parua c.14.53
De Squilla manti Rondel. c.15.54
De Cancris c.16.ibid.
De Cancro marino c.17.60
De Cancro Mæa c.18.62
De Paguro c.19.63
De Cancro Equite c.20.65
De Cancro flauo vndulato Rondel. c.21.67
De Cancro vario siue marmorato c.22.ibid.
De Cancris chelarum longitudine differentibus cap.23. ibid.
De Cancro cordis figura c.24.ibid.
De Cancro fluuiatili c.24.ibid.
De Crustaceis in conchis degentibus, & primum de cancris paruis c.25.70
De Cancello c.26.ibid.

Capita Libri III. qui est de Testaceis.

DE Testaceis siue Conchylijs in genere c.1.f.73
De Testaceis turbinatis in genere c.2.86
De Nautilo c.3.87
De Nautilo altero c.4.90
De Purpura c.5.91
De Buccino c.6.112
De Buccino paruo & striato c.7.115
De Murice c.8.ibid.
De Murice marmoreo c.9.116
De Murice triangulari c.10.ibid.
De Murice lacteo c.11.ibid.
De Murice purpureo Orthocentro c.12.118
De Murice Coracoide c.13.ibid.
De Aporhaide c.14 ibid.
De Conchylio c.15 ibid.
De Turbinibus c.16.119
De Turbine magno c.17.ibid.
De Turbine aurito c.18.ibid.
De Turbinibus tuberosis c.19.121
De Turbine anguloso c.20.ibid.
De Turbine muricato c 21.ibid.
De Turbine pentedactylo & tesseractylo c.22.ib.
De Turbinibus læuibus c.23.ib.
De Turbinibus inter spongias viuentibus c.24.ibid.
De Trochis c.25.123
De Nerite c.26.ibid.
De Nerua Æliani c.27.ibid.
De Nerite Bellonij c 28.124
De Cochleis c.29.ibid.
De diuersis Cochlearum speciebus c.30.132
De Cochlea cælata c.31.114
De Cochlea quæ erat in vsu oleario c.32.ibid.
De Cochlea depressa c.33.ibid.
De Cochlea rugosa, & vmbilicata c.34.ibid.
De Cochlea vmbilicata c.35.ibid.
B. de Cochlea Echinophora c.36.ibid.
A. de Vmbilico c.37.135
De Cochlea Cylindroide c.38.ib.
De Cochlea læui turbine obtuso c.39.ibid.
De Echinis c. 40. ibid.
De Conchylijs dithyris siue biualuibus, & primum de Concha margaritifera seu Berberi c.41.140
De Margaritis c.42.ibid.
De Concha imbricata c.43.151
De Conchis striatis c.44.ibid.
De Concha echinata c.45.153
De Concha Squamosa c.46.ib.
De Conchis longis c.47.ib.
De Concha pictorum c.48.ib.
De Concha corallina c.49.ib.
De Concha rugata c.50.155
De Conchula rugata c.51.ibid.
De Concha rhomboide vel musculo striato c.52.ibid.
De Conchis læuibus c.53.ib.
De Concha Galade & Concha nigra Rondelet. cap.54. 156
De Concha fasciata c.55.ib.
De Concha crassæ testæ, & Conchis varijs c.56.ib.
De Concha tenuis testæ c.57.ib.
De Chamis in genere c.58.ib,
De Chamis in specie, & primum de læui c.59.157
De Chama piperata c 60.ib.
De Chama nigra, siue glycymeride c.61.159
De Chama nigra c.62.ib.
De Chama glycimeride c.63.ib.

Index.

De Chama peloride c.64.ib.
De Chama aspera c.65.160
De Ostreis c.66.ibid.
De Ostreis Sylueſtribus c.67.166
De Ostrea Gaideropoda c.68 ibid.
De Pectinibus c.69.158
De Muſculis c.70.169
De Mytulis c.71.170
De Tellinis c.72.170
De Balanis c.73.174
De Phalade c.74.175
De Solene c.75.ibid.
De Pinna c.76.177
De Byſſo c.77.178
De concha Anatifera c.78.ibid.
De Lepade ſiue Patella c.79.ibid.
De Aure marina, ſiue Patella fera cap.81.
180
De concha Venerea c.82.ibid.
De concha Perſica c.83.183
De Penicillo c.84.ibid.

Capita Libri IV. qui eſt de Zoophytis.

DE Vrticis c.1.184
De Vrtica ſoluta c.2.187
De Pulmone marino c.3.188
De Holothurijs c.4.189
De Thetyis c.5.ibid.
De Malo granato, Fungo, Pyro c.6.190
De Mentula marina c.7.191
De Penna marina c.8.ibid.
De Vua marina Rondeletij c.9 ibid.
De Malo inſano marino c.10.192
De Cucumere marino c.11.ibid.
De Manu marino c.12.ibid.

INDEX

INDEX

IN PRÆCEDENTES LIBROS DE QVATVOR ANIMALIBVS RELIQVIS EXANGVIBVS,

LATINVS, GRÆCVS, HEBRAICVS, Arabicus, Indicus, Italicus, Gallicus, Hispanicus, Germanicus, Belgicus, Polonicus, Anglicus, Hungaricus, Bohemicus.

Literæ indicales vtramque respiciunt partem, numerus si ab vna non inueniatur, alteram lector consulere poterit.

A.

ADabortum remedium fol. 140 a
Academici polypus similes 11.c.d
Acatium 90.a
Acatos ibid.
Accipitres marini gregales sunt 27.d
Acetabula polypi qualia 5.a
Aceti vis 147.c
Ad Achores 85.e
Acipenseris auidissimus Gallonius 50.d & seq.
Aconitum cur cammarum vocetur 41.b. *eius radix qualis* ibid.c. 53.a
Adulatoris Hieroglyphicum polypus 13.c. *mores* ibid d. *polypo similis* 11.d
Aedœon 191.a
Ad Aegylopes remedium 30.e. 85.e 183.b
Aegilurus 36.c. *In Ægypto cur Conchylia reperiantur.* 79.b.c
Aenea habitus 92.d
Aethiopes, vt Conchis Venereis delectentur 183.c
Aganos, qua Concha 151.c
Alabastrum quid 142.d
Ad Album in oculo bouis 23.d. e
Alex quid 46. *gregalis est* 27.d
Ad Alopecias 23.c. 115.a. 139.e. & seq.
Alexandri magni luxus in purpura 92 a
Amantes sapijs capiendis comparati 19 c. *rem amatam subito reliquentium Hieroglyphicum* 12 a.b.
Ad Ambusta 115.b 131.e
Amethystus gemma 99.e *eius color* ibid.a
Amicum fictum, vt Loligo significet 27.b
Amoris coniugalis in viro firmi in muliere lubrici typus sepia 22.b. *eius firmitas per polypum notata.* 12.b
Amorge herba, qua 106.d. *lini genus est* 106.e *vnde dicta* 99.b
Ampelis alga genus 191.e
Amphidromia quando fiebat 15.a
Anatifera Concha historia, & icones 171.n.16. 17.
Anchusa radicis vsus 107.b. *qua vnguenta cetingerentur* 106.d
Ad. Anginam 69.e. ibid.c
Anguilla ex putredine 83.c
Anima omnia plena ib. b. *purpurea, qua* 108.b *eius vis polypo comparata* 11.d. *vt corpori inhaereat* 84.d
Animalia aquatilia cur pauca venenosa 30.b *exanguium quot genera. Arist.* 1.a. *sanguinea quæ ex putredine* 83.c
Animus terrenis affectibus mancipatus per Cochleam significatur. 128.c
Annus quot mensibus olim constaret 164.d
Anserifera Concha historia 179.e & *icones* 171. n.17. 18.
Antale quid & eius natura 97.d
Ad Anthracem 132.b
Aper ne in te impetum faciat 57.a. *quando cancros deuoret* 59.d *quibus sibi medeatur* 61.a.b
Apibus canceri, vt infesti 56 a.
Apes qualia appetant 82 d
Apitium quid 50 c d
Apitius squillarum caussa in Africam profectus ibid.
Aporrhades an è muricum vel lepadum genere 118.c. *eius historia* ibid. & ibid. a. *icon* 117. n.18. 19. *qua Bellonio* 180.d. *vt saxis hareat* 118 c
Aqua dulcis in mari 79 b
Aquatilium tegumenta 86.e
Aquila à polypo in aquam detracta 13 e
Ad Aranearum citrinarum morsum 69 a
Aranea marina Rondeletij descriptio 68.a *icon* 67 *Aristotelis, qua* n.5 6. *Alberto qua* 71 e
Araneus maribus 63.b *quid ita vocent Germani* 18.d. *qui Gallis* 62.e. *descriptiones eius* 67. *icones* ibid.n 7.8.9.10
Araneus piscis vbi venenum contineat. 30 b
Arcani reuelati typus 58 a
Ardeola cancros nidus cur imponant 57 a
Arethusa imago in numo Syracusanorum 14.c
Aristoteles correctus 2.b 5.a ibid. c. 20 b ib. a.20.c.27.c.45 d.48 c 70.c. 98 d 102 d. 103 c 185 a *Sepia comparatus* 21.c.
Aristophanes correctus 111 a
Aristula gregales sunt 27.d
Armillas quas Conchas Hispani ad Armos fractos 131.a.
Arsellas quas Conchas vocent Veneti 155.c
Ad Arthritim 69.c. 131.a
Arytana vas quale 134.a
Asinus marinus 4.d.e
Asiniculus quid Gallis 181 c
Astacenus sinus vbi 68.e
Astaci aquiuoca 40.e. *eius antipathia cum polypo* 42.b. *ab authore positi descriptio* 42.a. *icon* 38. *capiendi ratio* 42.d. *cum carabo confunditur* 41.b. *carnis bonitas* 42.e. *Chela faciem hominis ridiculam repræsentans* ibid.b *icon* 38. *Chela vsus pro salina* 42.b. *pro tintinnabulo* ibid. *coctus cur rubescat* 46.c. *cur raro viuus videatur.* 42.e. *cur Tarentini eũ numis suis imposuerint* ibid. c. *eius descriptio ex Bellonio* 41.d. *duodecim pedes longi, qui deuoratur à rhinocerote marino icon* 38. *Etymologia* 41 c.d. *genera eius quot, eorumq; differentiæ* 41.a. *hominẽ prehensum suffocantis icon* 38. *eo insignita numismata* 42.c. *eum male depinxit Bell.* 41.e. *eius natura, & mores* 42.e. *eum non nouit Cardanus, & cur* 41.c *pediculo maximo similis icon* 38. *pulmentũ vt ex eis fiat* 46.b. *qua loca ament* 42.c. *quando pariant* ibid.d. *quando senectute exuant* ib.a. *quem Hierogl. significent* ib. b *quib. noceant, & quibus prosint* ibid *Sexus* ibid. *Synonyma* 41.b.c & *inde. temperamentũ* 42.d. *vbi meliores* ibid. *vbi maiores* ibid. *eius vsus in cibis* ibid.e. *vsus in medicina* 143.b. *vt respirent* 42.d. *vt coeant* ibid. *vt à Locusta differãt* 36. d e. *vt inuicem pugnent* 41 d. *vt patriam ament* 42.a
Astacorum aliorum Leonis Rondeletij similium descriptio 44.c d
Astaci Corabocidis historia 47.c.
Astaci fluuiatiles an branchias habeant 45.a. *crustarũ fartura* 46.a *descriptio ex Rond.* 44 d. *ex Bellon.* 44.e. *Embiema* 46 d *genera* 45.e *icones* 38 *ex eius ius, vt fiat* 46.b. *eorum lapillorum vsus* 47 e. *vt à fœmina differat* 45.e *natura* 46 b *non omnes cocti rubescunt* 46.c. *ouorum facultas* 47.b. *ysperperam quidã ad pulmonum vitia vtuntur* 62.b *quando meliores* 46.e. *quando crustam exuãt* ibid.6. *qui meliores, & qui peiores* ibid. d.e *quot & quo loco lapillos habeant* 45.d e *Supina parte picti, & oua ostendentis icon* 38 *Synonyma* 44.c. *tẽperamentum* 46.c *ex eu torta, & alia esitia* ibid e. *vbi abundent, & vbi non sint* 45.a.b *victus* ib. b. c. *vsus in cibis* 46.d. *vsus in medicina* ibid. d. *vsus in varijs* 47.b. *vt aerem trahant* 45.a.b. *vt viui conseruentur* 46.e. & seq. *vt carnis auidi* 45.d. *vt capiantur* ibid. *vt coeant* 46.a
Astacorum mediæ magnitudinis descriptio 42.b *icon* 38.
Astaci parui Rondelet. descriptio, & icon 44 e & 38.
Astaci saxatiles, qui 45 e
Astacus vrbs 40.e. *Bithyniæ locus* ibid.
Astago quid Plinio medico 43.b *cur ita Locustam vocent Graeci* 36.c
Ad Asthmaticos 24.a
Astura quid Venetis 177 c
Athenaus correctus 10 d.10.d.35. b.43.b. 55.c. 46.a

Iudex.

46.a.98.d.114.b. locus corruptus animadversus 76.e. locus alius 20.a.b.
Atramentum quid in mollibus, & eius vsus 3 a
Atramentarius piscis qui 25.a
ad Atrophiam 46.e.47.a.
Auari polipis similes 12.c
Augusti iocus in emenda purpura 99.c. purpurã ipse emit 93.a. quo prouerbio delectatus 58.a
Auli, qua Concha 144.b.
Aulos quid, & vnde dicatur 175.e
Auris cauitas Concha dicta 75.a. eius dolorem 115 a. 116.e 119 b. ad eius vlcera 69.c
Auris marina 179.b eius historia 180.b
Auricula muris coccum proferens 106.c
Aurora cur purpureus rubor dicta 109 c
Ausonius correctus 18.b.

B.

Babylon cur purpurata meretrix 95.c.
Bacca pro vnione 142.e
Balani aquiuoca 174 c eius descriptio ibid. b icon 171.n.16.17.18. non esse Concham Rhomboidem 155.e. eius Synonyma 174.d.e. qua ita vocentur ibid.b.c. quot eius genera ibid.a. vnde dictus ib.c. eius vsus in cibis 145.a. vt nascantur. 180.d. vt coquantur 145 a
Balani Bellonij icon 154.n.11.
Balena capite carent 34. sub ventre duo habent foramina 5.e
Balnea pensiles 160.a.
Bdellium onyx vocatum 102.c.d
Bellis minor 141 e
Belliculi marini qua Concha 181.c.
Bellonij error 41.e 43.b. 65.e. 103.c.d. 189.b
Berberi Concha genus 140.a
Bernardi qui Gallus 83.c.d
Bernicla auis icon 176 n.17
Bisas quid 36.c. 63.b
Bisbyssinum 178.e
Biualua quid 77.a
Biualuium differentia ibid. d. diuersitas 76.e. vt à turbinatu differant. 77.a
Biuerones quas Conchas Veneti dicant 155.c
Blatta pro purpura Indica 101 c.d
ex Blatta Byzantia remedia 102.b. & inde Arabibus, quid sit & eius icon 119. eius vsus, & vires ibid. c.
Blatta Byzantia officinarũ, & multa de ea 101.d
Blatteus color ibid.
Bolbidia, qua Hippocrati 16.d.17.d
Bolbotyne 5.b
Bolitana. ibid.e. vbi non reperiantur 17.a eius vsus in cibis, & medicina, & vt praparẽtur ib.
Bolitana Bellonij icon 7
Bombylia ex genere polyporum 17.c
Botrys alga genus 191.a
ad Brassicam sylueftrẽ ab equo deuoratã 62. b.c.
Brissi echini forma, & icon 136.n.7. 137.n.8.9.
Bryttus quid
Bubalos cur Veneti Cochleas vocent 127.b
Bucca quid 113.b
Buchia ibid.b
Buccina aquiuoca 112.c. & 113.a. 114.e. quid proprie Latinis 113. b ex eu emanantis aqua vis 114.d. cur purpura filius dicatur 113.e. eius descriptio ibid.d. differt à Conchylio 96 c. à tuba, vt differat 113. b. Etymum ibid. a fauificat 104.b. eius generatio 114 a. 103.a. origrata sunt, & stomacho conueniunt 114. b. partes eius, qua meliores in cibo ibid.c. quando lateant. ibid. e. Synonyma 113 c. è turbinatorum genere sunt ibid. d. vsus in cibis 114.b. in medicina ibid.d.e. vt fauificent 114.a.
Buccinarum duarum Rondel. icones 89 n.17.18
Buccina alterius speciei ab authore obseruata icon ibid.n.20.
Buccina parua authoris icon ib. n.22.23 &c.
Buccina peregrina icon ibid n.21
Buccina oppidum 113.b
Buccina pastoralis ibid.b.
Buccini Zographi icon ibid.n.19.
Buccini parui historia 115.c. icon 89.n.25.
Buccini striati descriptio 115 c. icon 89 n.24.
Buccinus minor quid 113.b.
Buglossus lapis qui 81.e
Bufo viuus in medio marmore inuentus ibid. b.
Byssus an ex pinna, an contra pinna ex bysso oriatur 179.b.
Byssi color 178 d differentia ibid. b. diuersum esse à purpura 101. d. Lini, non lana species est ib. de eo mystica, & moralia 179. d. quid sit Cardano 178 b. Synon. ib. purpura tingebatur 178.e eo qui induerẽtur apud Indos 179.c. eius vsus ibid.
Byssus arboreus, & vbi nascatur 178.b
Byssus marinus quid ibid.

C.

Cadmi filias, quid vocet Ausonius 18 a.b
Cœlij error 108.e
Camenta imbricata, qua 150.e
Cœna Chalcidensis proœmium quid 161.b
Calaina vasa qua 108.a
Calamaria nomen perperã sapia tribuitur 18.c
Calamarus piscis cur Loligo dicatur 25.c
Calcha qua 99.e
Calcinellarum forma 155.c
ad Calculos 10.c. 40.d. 47 a. & ibid 60. ibid.c 69 e & seq. 131 .d. & ibid. a. 143.c. & seq. 187.c. ibid e
Calculi qui Conchæ dicti 75.b.
Calculus vterinus quid 180.e
Caligula cur Ptolomæum percusserit 93.a
Callimedon rhetor cur Carabus vocatus 36.c 40.c
Calli carnem nulla parte detectam habent 77.c vnde dicti 189.d.
Calliblephara, qua ostrea 162.e
Calua capitis Concha vocata 75.a
Calx ex buccina 115.b. ex Conchylijs 85.a
Cammarus, quid olim Romanis 48.e. & seq. eius historia 44.b. num gammarus fluuiatilis ib. à squilla parum differt ibid. in eius capite lapides 45.a. ex eis garum 46.b.c. non esse squillam 44.c
Cammarus Rondeletij 51.c.d.
Cammarum aconitum vocatur 41.a
Cancellari quid 57.e
Cancelli aquiuoca 70.e descriptio 71.a. & ibid. b. genera, & differentia ibid. b. c. in quibus mitulis reperiantur 172. c. eius septa qualia 70 e victus 72.c. vt sese tueant ibid. vsus in cibis, & alius ibid.d. vt à paruo cancro differat 71.b
Cancelli authoris icon 66.n.22
Cancelli alterius rubri icon ibid.n.25 26.
Cancelli alterius oblongi astaco fluuiatili similis icon ibid. n.27.28.29
Cancelli in buccina latẽtis icon ex Zographo ib.
Cancelli, seu Bernardi Heremita nudi imago ibid. n.23.24.
Cancelli vulgo Auena dicti icon ibid.
Cancri aquiuoca 45.e. an cerebrum habeatur 55.c. an caput, & collum habeant ibid. an cauda careant. ibid. b. de eo apologus 59 e. eius astus in capiendis conchylijs 57.b. ætas 57. c. eos capiendi ratio ibid in eius capite lapis, & eius facultas 60.c. carnis temperies 59.b. cur transuerse incedat 56.d. cur inter astra collocatus 59.d. cur ad lumen accurrat ibid.a cur lento gressu moueatur 56.e. cur in colico dolore prohibeantur 59.c cur non natent 37.e & seq. cur cauda careant 37.b. eum cur Hercules occidisse dicatur 59.a ab eo denominata 57.e eorum differentia varia. 56.d eos edentibus, qui similes 59.d.e. epitheta ibid. Etymum 55 e de eo fabula 58.e. fellis facultas 60. b. genera eorum quot. 56 b. gressus ibid d. Hieroglyphica 58.e. ijs inaquitans quid significet 59. d. de ingressu eorum prouerbium 59.c. ijs insignita numismata 57. b. eos lepori comparare quid ibid. moralia, & mystica 57.b. 68.d. maris, fœmina distinctio 57 e. natura, mores 57.b eos non nouit Cardanus 41.c non natant 56.d. oculorum facultas 60 .b. omnia crustacea hoc nomine comprehenduntur. 72.c. omnia crustata, sic vocat Plinius 33 b. partiũ enumeratio & vsus 56.c. pedes quot & eorũ vsus 55.e ab ijs præsagia 58. d. pro omni crustaceo accipitur 54.e. eum prorsus non procedere contra Rondeletium 57.d. de eo prouerbia 59. c. quando lateant 57. d. quando crustam exuant 35.b. quando in Scorpiones figurentur 57. b qua loca ament ibid. b. qui, & quãdo laudentur 59. c. qui decem qui quatuordecim pedes habeant 56.a. qui meliores 60 e. qui sacri haberentur Neptuno 64.a. quibus victitent 57.c quibus sensibus vigeant 56. c. cum quibus antipathiam exerceant 57. a. eum recta ingredi docere, quid 59.c. rotundi sunt 55.b. senectam exuunt, & quando 57.e de ijs somnia, quid indicent 58. d. ad splendorem accurrunt 78.e Synonyma 55.e. vbi pleniores Luna decrescente 62.a. venenosus, vbi 56.a. visi per somnũ quod signent 58.d. eorum visus obliquus 55.c vsus in cibo 59.c. in medicina ibid. d. in variis 60.c. vt oua edant 57.e. vt inuicem pugnẽt 57.b. vt ad electuaria praparentur 59. d. vt eoeant 57.e. vt ostreas vorent 58.b. vt coquendi 58 c. vt aquam recipiant 57.c. vt à locustis differant 55.b. vt ostrea capiãt 164.b. de vulpe, & eo apologus 60.e
Cancrorum brachychelorum descriptiones 68.b. icones 61.n. 9 10.11.66.n.13.14.15.16.17.18.19
Cancrorum chelarum longitudine differentium historia 68.e. & inde Cancri cordis figura descriptio, & icon 66.c
Cancri cursores qui, & eorum forma 56 b.
Cancer dapis affectator 70.b.
Cancri equitis aquiuoca, & Synonyma 65. d.e amphibius est. 65. d. cur sic dictus 56. b 65.e cur in terram egrediantur ib.d. cur non edules 68.b. descriptio 65.a.67.a. eius mira velocitas 65.d.e. natura, mores ibid. vsus in cibis, & medicina 67.b
Cancri errones, qui Oppiano ibid.
Caancri flaui vndulati Rond. icon 66.n. 2. descriptio 67.c.d
Cancrorum fluuiatilium caro qualis, & quantum ad phthysim valeant 62. a. cur canis rabidi morsui prosint 69. b. descriptio 67. d. e. ex eis electuarium ad marasmũ 46.d. de eis emblema 68 e. inuicem deuorant ibid.c. eorum natura ibid. oculorum vis 69.c. eorum salubritas 68 c. Synonyma 67. d vbi abundent 68. a. vbi non sint ibid. vis contra leporẽ marinum 32.b. victus ibid. c. vsus in cibis 68.c in medicina ibid.d. in variis 69.e vt capiantur 68.c vt coquantur ibid.c. vt à marinis differant 67 e vt vrantur 68.e.
Cancri fluuiatilis Matthioli icon 66.n.20
Cancer Heracleoticus cur sic dictus 64.b cur Gallus marinus dictus ib descriptio ibid. qui Scaligero 51.a vbi abundent 64.a. vt à paguro differant 62.b.c. prone, & supine picti icon 61 n.15. alterius descriptio 63.c. hirsuti prone, & supine picti icon 61.n.17.18
Cancri Heracleotici Rondel. descriptio 63 icon ibid.n.9.10.11.12
Cancrorum hirsutorum descriptiones 64. a. icones 61.n.19.20.21 25 26.
Cancri hirsuti, Somniolo Romæ dicti icon 61.n. 19 20.21. & n.22.23 24
Cancri hirsuti minoris icon ibid minime ibid.
Cancri in lapidem indurati vsus in medicina 62 d.
Cancer lapidosus, qui Alberto 45.a
Cancri latipedis descriptio 66.b. icon 66 n.1.
Cancrorum lutarium astus 67.a
Cancri macrocheli albicantis descriptio 67.b. icon 66.n.11.12. alterius prone, & supine picti 66.n.14.15.16.17.18. Alterius ex Zographo 67.c.d.
Cancri maia Synonyma, & historia 62.d.e vide maia.
Cancri maia congeneris asperitate tomentosa, icon 61.
Cancrorum marinorum astus in fugandis maris fluctibus 60. c. eorũ cineris facultas 62. b. & ibid. c. cur paguri dicti 62.a cur saxatiles dicti 60 b. descriptiones ib.e. diuersimode pingunt Bellonius & Rondeletius ib. eorum nomine quos cancros intelligat author 60. d quid Palladio 63.b Synonyma 60.d. vbi abundent ibid. b.c. vsus in cibis ibid. e in medicina 62. a. vt à fœmina distinguantur 60. d. vt à fluuiatili differat 67.e. vt coeant 60.d. vt coquantur ibid
Cancri marini Bellonij icon 61. alterius ab authore obseruati icon ibid.
Cancri minutioris brachycheli prone, & supine picti icon 67. n. 17.
Cancrorum occidentalis maris magnitudo 64 a
Cancri parui cur in pinnis degant 70 c. eorum historia 70. a. Hieroglyphica 70. d. natura, mores ibid.a. non prouenium sponte, sed coeunt 70.e
Cancri parui in pinnis viuentis Rondel. descriptio, & icon 66.n 21. prudentia, & solertia 70.a. vt generentur ibid. d. vt à cancellis differant ibid.c.71.b
Cancer ruber viuus, vt mensis apponi possit 46.c
Cancri saxei, & eorum generatio 81.b
Cancri stagni marini Rondelet. icon 60.e. & 61
Cancer terrestris 56 a
Cancri varij, & marmorati Rond. historia 86
ad Cancrum in mammis 47.d.e.
Cancer morb. cur sic dictus 55.a. tumor qualis 54

ad Can-

Index

ad Cancros vterorum 17.a.b
Candys vestis genus 95.d
Canis marinus 144.
ad Canis rabidi morsus 36.a.46.c.d. 60 a. 62.b & seq. 69.a.116.d.140.c. cur canis fluuiatiles eis prosint 69 e
Cantharus piscis locusta capitur 40.d vt capiatur 16.b
ad Capillos multiplicandos 130. b. vt flauescant 130.c.
Cappa longa qua Venetis 175.b. icon 176.n.4.
Capparozola 155.d
Carabis nomen loci 36.a
Carabus cum astaco confunditur 41.b Etymum 36.b.à locusta non differre ibid. quo astu capiatur à polypo 6.d.10.e.pro quibus animalibus apud Graecos accipiatur 36. a. b
Carabus caupo ibid.
Carabus insectum quale & vnde dictum 36.c.d
Carabus obsophagus qui ibid.
Carambis promontorium ibid.a
de Carabaso quadam 106.a
Carbone notari qui dicãtur 111. e. eo notari quid 148.d
ad Carbunculos 30.e.59.d
ad Carbunculos pudendorum 116.a
Carcharia piscis dentibus similes lapides, & eorum generatio 81.d
Carcinades qua animalia 58.a
Carcinia qui lapis 45.a
Carcinoma, & cancer morbus idem 54. e. ad id remedium 59.d.62.c.d.
Carcini Etymum 55. e. quid Simeoni Setho 63.a vt se tueatur 78.c
Carcinus Sophista 55.b.c. Tragicus ibid. Carcinias lapis ibid c
Cardanus astacum non nouit, nec cancrum 41.c d. eius error 33.a.41.c
ad Cardiacam 16.c
ad Cardialgiam 43.b.114.e
Cardinales cur purpuram gestent, & quando eis concessa 92.d
Carduus marinus 136.b
Carmesinus color vnde dictus 106.c
Carides vnde dicta 34.d.e
Caris fluuius 48 a
Caro marina quid Trotila 178
Carombotus 48.a
Carpasum quid 106.a
Cartilagineorum generatio 1 a
Castitatis typus 179.d
Catapodi quid recentioribus Graecis 4.e
Cauda marina quid 191.b.
Causia quid 95 a
Celeritatem significat Papilio 58.a
Cepanum generatio 103.c. genus quoddam Vnio dictum 142 a
ad Cephalaam 47.b
Cera 124.e
Cercopithecus pra fame caudam sibi arrodit 8.a
Cerij lentorem saliuare quid 104 b.
Ceruus cur cancros fluuiatiles quarat 69.e. 59. c. d. à serpentes deuorante comparatio 11.a
Ceryx quid Plinio, & Gaza 97. a. de eo iocus Stratonici 113.e
Ceteporphyrium 111 d
Cetula marina 113.e
Chalcedonius 101.e.102.a
Chalcena 159 c
Chalena ibid.
Chamarum cautio, & natura sagacitas 157.c earum historia in genere 156. b. & inde qua preferantur 157. b. quos ventos horreant, & quos ament ibid.b.earum varietas, & differentia ibid. a. b. vnde dicta 156. b. vt à conchis distinguantur 157.d. & c.
Chama aspera, vt à leui differat 160.b forma ib.
Chama aspera Bellon. icon 158.n.9. Rondel. ibid.
Chama aspera in medio silice 80.a.b
Chama glycymeridis Bellonij historia, & icon 159.d & 156.n 6.7.
Chama leuis descriptio, & historia tota 157.d & inde
Chama nigra Rondel. historia, & icon 159. e & 158.n.3.
Chama nigra, siue glycymeridis Bellonij historia & icon 159.d.& 158. n.7.
Chama Peloridis caro qualis 161.e. descriptio ib. icon 158.n.8. vnde dicta, ac tota historia 159 c.d. & inde, vt à calcinellis differant 160.a
Chama Peloridis Bellonij icon 158.n.9
Chama piperata historia 157.c. & inde
Chama rugata Bellonij, seu chama aspera icon 158.n.13. item aliarum
Chama vasis genus 156.c
Chamalea vnde dicta 157. d. diuersarum icones 158.
Chamaleon cur in colorem album non mutetur 15.c.cur se in alios colores mutet ibid.
Chamula 156.c.d.
Charmadium quid 136.
Charta, vt olim poliretur 81. a.b. ad eam leuigandam 183.c
Chela quid 34. c. vt Gaza interpretetur 37.c pars superior cur moueatur, inferiore immobili 95.e
Chelidon qui piscis 5.c
Chermes Arabum idem cum cocco Graecorũ 106. b c. qua herba eam producant ibid. a. b. vt à grano differat ibid.
Chiorum rempubl. indicat cancer in numo sculptus 58.b
Christus purpuram indutus, & cur 92.c. quid significet 110.d. est ipsa purpura ibid eius sanguinis exemplum purpura ibid.c.
Chœron quid 180 e. & seq.
Chœrina concha qua 182.c
Chroma radix 106.d.
Chromasinus color ibid.
Cicada Aeliani, qua Rondelet. 51.c. qua Scaligero ibid.
Cicada marina Bellonij descriptio 54.e
ex Ciconia pullo remedium ad paralysim 47.d
Contra Cicutam 114. e. & seq.
Cinadus cur glandiuorus dictus
Cinadus quid Indis 142.b
Cionia qua 98.c.114.d.
Ciris, vel cirrhis auis vnde dicta 2.b.c
Ciuada Rondelet. descriptio & icon 53.d
Ciuada vasconum 49.b
Classicum è conchis 85.a.b
ad Clauos extrahendos 47.b
Cleopatra gemma cur tam pretiosa fuerit 49.a cur vnionem deuorarit 151.b
Clodij Aesopi filij luxus 151.c
Clonissa 160.a quas conchas Massilienses ita appellent 155.c
Cnide quid Plinio 184
Cnipos qua animantia 60.c
Cocalia carnem testa habent inclusam 77.a
Cocalium quid 126
Coccum infectorium 105. d. coloris eius prastantia 96.b.
Cochlaea quid 158.a
de Cochlea enigma 128 e. eqtiuoca 155.d.ad alendas eas locus aptus 128.c.an oculis careũt 126.e. & seq. an caput habeant 127. a. antipathia 128.apud antiquos in cibũ venisse 390. e de eis apologus caro qualis 129. b cineris vis & vsus 131.d.e. coeunt 83. b. cornua quot 127 e. in cornibus earum arenulus quas dixerit Plinius ibid. a.cur cornua habeant 34.c.definitio 127. a. descriptio in genere 126.d. differentia à magnitudine 159. b. à colore ibid. à loco ibid penes regiones ib. eis diffidentior qui dicatur 132 c.epitheta 128.e. earum esus improbatus 129 c simi facultas 131.a.imbre maxime generantur 127.d. pra infidelitate domũ secum portant ibid. magna vbi 126.a. minuta, qua Plinio ibid. b. de eis moralia 128. b.c multifariam eas coqui 129. c. nuda vbi non sint 12 b a earum operculum quale 101.e. ortus earum an per coitum 127.c.partium interiorum enumeratio ib.c. prouerbia 132.b.qua Massario & eorum genus 86. a. b. qua meliores, 129. a. qua sylua ament, 127. e. qua stomacho apta 130.b qua & vt lateãt in terra & quando 126.127.e. qui ab eis abstineant 129.c quibus herbis infecta 128. a. b. rore victitant ibid. a. earum salina facultas, & vsus 131.b Solidi sunt nutrimenti 129.c.Synonyma 124. e. eas tarditate vincere qui dicantur 132. c. testa earum cur vrantur ibid. testa eiusq; nomina 127.b. cum testudine confundit Albertus 125.c.d. varia earum differentia ibid. ad vescendum vt praparentur 129 c. vita earum brevis 127.d. earum vita de quo dicatur 132. b. viuaria earũ apud veteres fuisse 128 b.qui primus ea instituerit ib. vnde dicta 86.b. 125. b. vocales vbi 126. a. vsus in medicina 130.a vsus in varijs 132. a. vt eas saginarent veteres 128.b. vt fugentur ibid. b. c. vt lacte pascantur 129 d. vt pulte ib. vt moueantur 126 c. vt eis similes Athenienses dicti 127.e.vt lauant 83. b.c.vt à strombis differant 86 b vt conseruentur 129.a
Cochlea acerata qua 126.c.d
Cochlearum Africanarum differentia ibid.
Cochlea cauatica natura 126.d
Cochlea cylindroidis historia, & icones 133.n 21 22. alterius forma, & icon 181 n 17 18.
Cochlea depressa descriptio, & icones 133.n.14 15
Cochlea duplicis ad instar quasi turbinis icon 133 n. 10.
Cochlea echinophora 126. b. eius descriptio & icon 133.n.19.
Cochlea Germana qua 126.b.c.
Cochlea leuis turbine obtuso forma, & icon 135 d. & 133. n 22.
Cochlea linusia vnde dicta 126 b
Cochlea lupinorum magnitudine 126.b
Cochlea margaritifera 90.e eius nomina 145.a
Cochlea qua erat in olearia vsu historia & icones 133.n.12.13.
Cohhlea rugosa, & vmbilicata historia, & icon ibid.14 alterius ibid. n.16.
Cochlea Seseli qua 126.d.
Cochlea sicula quales 126.b
Cochlea solitana qua, & vnde afferantur ibid.a
Cochlearum sylueſtrium differentia 126 d
Cochlearum terrestrium descriptiones, & icones 133.n.1.2.& n.4.
Cochlea Tyria 98.d
Cochlearum vmbilicatarum historia, & icones
Cochlis quid 124.b.c
Cochlon pro Cochlea marina 86 d
Cochlion quid 124.b
ad Coliticos affectus 43 b 50 a. 140 d 165.d
ad Coliticos dolores 47.a 131. b.c. 166.e.in ijs cur cancri prohibeãtur 59.c
Colora quid 41.a
Colossinus color qui 108 c
Colybdina quid 48.e. 185. d. mentula marina dicta ibid.
Colycia qua Bellonio 185. d. esse Aporrhaides 118 e. muricum genus 115.b
Columbum piscẽ non generare margaritas 146 d
ad Conceptionem 16.d. 50.b. eius principiũ 83.b. ad eam iuuandam. 112.d.
Concha charta politur 85.a. à Conchylio separata 74.g.cur Veneri dicata 84.b.cur lunata dicta Plinio ibid. b. ea d gni qui dicantur ib. c. eam diuidere quid ibid. d. earum diuisio ex Arist. 155. d. eas legere quid 84.c.omnes celerrimè crescũt 103.e ab ostrea distinguitur 74. d.ponitur aliquando pro Cochlea 75.b.pro Cochlea marina 86.d.pro ostrea 75. b. pro vase ib.c pro chama 157.e.pro vna specie 74. e. pro testa 74.e.qua Veneri dicata 140.e. qua apud veteris fuerint in pretio 177. d. quid simpliciter Martiali 173. b. ijs, referta loca longinqua à mari 82 b. eius significata 74. c. sensus 142.c silicum duritia teguntur 2. c. 87. d. vnde dicta 75. d. vt eas capiant polypi 10. a. vt à chamis differant. 157.d ibid e.
Concha aduena concello, seu Bernardo heremita plena icon. 66.n.23.
Concha Ægyptia Paralios dicta 177.e
Concha Anatifera historia 179. e. icones. 176. n.17.
Concha candida vnica fascia castanei coloris icon 152.n 10.13.
Concha ceramis 15.6.d
Concha chœriae qua. 153.c
Concha corallina historia 153 e. icones 152.n.1.2. 3.4.5.
Concharum crassa testa icones 152. historia 156.d.
Concha Cytheriaca qua Martiali 140.b
Concha echinata historia. 144. c. icones 152. n. 16.17.18.19.20.
Concha ericina 84 b
Concha erythrna qua 182.c
Concharum fasciatarum historia, & icones 15.b.& 154 n.19.20.21.22 23 24 & c.
Concha fossiles qua 155.d
Cõcha Galadis historia, & ico. 156. a. & 54.n.18.
Concha Herculea qua 97.d
Concha D. Iacobi 167 b
Concha imbricata historia, & icon. 152 n 1. minima ibid.n.4.
Concha Indica qua concha lauigata qua 80. e
Concharum lauiũ historia 155 differentia 15[illegible].a.
Concharum longarum historia 144. a & inde icones 152.n.25.26.27 18.
Concha longa Plinij vera forma 144.c.icon.152. n 23.24.

Index

Concha margaritifera cur non amplius retibus piscentur, 145.a. *descriptio*, 140 d. *differentia. & nomina*, *ibid. icones*, 136. *manus piscantium mordent*, 144.b. *solertia*, 145. a. *Synonyma* 140 b. *vbi retibus capiantur*, 144.d. *vsus in cibis, & alijs* 140.d
Concha pertica maioris, & minoris forma, 183. c. *icones* 176.n.25
Concha mensura genus 75 b
Concha nigra historia 156 a
Concha pictorum historia, 144.d. *icones* 154.n.1.2
Concha rhomboidu historia, & icon, 153. *non esse balanum, nec spondylum* 153. *icones* 154.n. 11.12.13.14.
Concha rugata historia, 155.a. *icones* 154. n.7.8. 9. 158 n 8
Concha saxis adherentes 179.e
Concha squamosa descriptio, 144. a. & *icon*, 152 n.21
Concharum striatarum historia 151.e.
Concha niuea icon, 152. n.12. *longa Rondeletij, & nostra icon* ibid.n.5.6.7
Concha striata pectiniformis icon ibid.n 14
Concha striata quadruplici fascia castanei coloris ibid.n.13.
Concha striata rotunda icon ibid.n.7.8
Concharum striatarum Rondeletij icon, *ibid.n* 5.6.7. *aliarum trium, in quibus sua coïsticiuntur animalia icones* ib.n 15.
Concha tenuis testa forma, 156.a. *icon* 152.n.33
Concha Venerea Aristot. incognita, 76. d. & *cur* 183. *descriptio*, 115.b. 182.c. *icones*, 81.n 11.12. 13.14 15.16.17.18.19 20.21.22. & c. *vnitalues sunt*, 76.b. *cur vnitaluibus adiecte*, 180.d e. *vbi abundent*, 183.c. *vbi moneta loco ibid. d. vsus* ibid.
Conchis quid 75 c
Conchida lapidem quê Megarensem vocent 81.
Conchites lapis vbi 83.d.e
Conchyle quid 76.b
Conchylegi 83.d
Conchyleguli qui 119.a
Conchylias lapis 83.d
Conchyliarius qui ibid.
Conchylia an videant, & audiant, 82. d. *caro eorum cur senibus inutilis*, 85.b *eorum à carnis bonitate laus*, 73.a. *cur crescente Luna nõ augeantur opinio Cardani*, 78.d. *Pierij*, 87.b *Basilij*, *ibid. cur in montibus, & alijs locis à mari disitis reperiantur*, 79. b. *cur lubrica dicantur*, 84.b. *cur poma maris dicta*, 73.b *ab ijs denominata*, 83.d *descriptio, & icon*, 119 b.117.n. 20. *historia in genere*, 73. & *inde. in ijs luxus Romanorum*, 73.b. *motus*, 82.e. *mugitum edentia vbi*, 77. e. *eorum nocumenta*, 85. *de ijs prouerbia*, 84. c. *subterranea vbi* 81. c. *testa facultas*, 119.b. *testa, vt comburantur* 85.d.e. *cineris vsus*, *ib. varia significata*, 115 b. *vbi maxima*, 79. e. *vbi non sint*, *ibid. viduarum cupedia sunt*, 93. e. *vsus ad agriculturam*, 85 a. *in varijs*, *ibid. in medicina*, *ibid. vt condiantur*, *ibid. d. vt nutriantur*, 79.a
Conchylium cum purpura, & buccina confunditur, 96.c. *ab ijs differt*, *ibid. quid sit*, 97.b 119.a. *eius varia significata*, 75. d.e. *pro colore sumi*, 118 c. *eius succus qualis*, 119. a. *eius succo lana infecta vsus, & vires*, 119.a. *Synonyma*, 74.c. *vnde dictum*, 76. a. *vsus in medicina* 119 b
Conchylij S. Iacobi 162.n.24
Conchylium Indicum quid 101.d
Conchyliata, & purpurea differunt, 105 b
Conchyta quid, 83.d 119.a
cum Congro bella polypo, 11.b. c. *cur locusta eum vincant*, 39.e. *eum cur metuat polypus ibid.d*
Consilij symbolum Pagurus 65 a
Consules Rom. purpurati sacra faciebat 93.d
Consulatus Romanorum insignia ibid.
Conuiciatores locustis marinis comparati 40.a
Conyza odorem mollium extinguit, 3. c. *quid præstet in polypis* 12.b.c
Corallum aceto dissoluitur 147.c
Cor sanguinis principium 83.c
Coruina siue Coruiola 182.d
Coruuli gregales sunt 27 d
Coturnices aues speculo capiuntur 19.d
Cotyledones quid in polypo 4.e
Crange Arist. qua 49.a 51.b.c
Crangonis historia, 51. a. *descriptio ex Rondeletio*, 52. b.ex *Bellonio*, *ibid. d. ex Zoographo*, *ibid.e. icon*, 38. *Synonyma*, 52.a. *vsus in cibis ibid. vt coquatur* ibid
Creta notare quid 148.d
Cribrum quid apud Ægyptios significaret sub sepia pictum 22.b
Croca quid 124.d
Crocodilus cur mandibulam superiorem moueat 55 e
Crotalia quæ veteribus dicta 35.b
Crustaceorum carnis bonitas, *ibid. e. caro qualis*, 77.a. *rubra est*, 34.d. *in Conchis degentium historia*, 70 a. & *inde. Crustam mutant & quando*, 35.b. c. *cur oua sub cauda ventri iuncta habeant*, 35. e. & *seq cur testaceis ea præferat author*, 33.a. *cur capite ea carere dixerit Galenus*, 34.b. *cur ossibus careant* 34.a *cur cornua habeant*, 33.a. *cur chelas*, *ibid. cur paruum caput, paruumque os habeant*, 34.d *cur in stagnis marinis gignantur*, 82.d.e. *dentes in ore, & in ventriculo habent*, 34. e & *quales*, 34.a. *eorum differentia*, 33. a. *ea dormire*, 34. *eorum genera*, 33.a. *historia*, *ibid. vsque*, 36. *lapides sub crusta habent*, 34.d. *mas à fœmina, vt differat*, 35. c. *mores, & ingeniũ*, *ibid.b. non respirant*, 35. b. *eorum oculi vbi, & quales*, 34.a.b. *oua qualia*, 35. e. *eorum oua cur imperfecta dixerit Aristoteles*, *ibid. eorum partus qualis*, *ibid. d. quæ sint Plinio*, 33. b. *quæ loca ament*, 35.a *quale caput habeant* 34 c. *qualia animalia*, 1.b. *quando pinguiora & meliora*, 35. d.e. *quas partes cum reliquis exanguibus communes habeant*, 34.b. *quib. vitanda*, 36.a. *quo æstuez venetur polypus*, 10 d. *quot pedes habeant, & cur*, 34 c. *sexu distinguit*, 35 d. *sexus præcipuum signum caudæ latitudo*, *ibid. a. sonum, aut vocem nullã edunt*, 35.a. *Synonyma* 33.b. *valent gustu, & odoratu*, 34.e. *eorum victus*, 35. a.b. *visus eorum hebes, & cur*, 34.e *vsus in cibis*, 35.d.e *in medicina*, 36. a. *vt coeant, & quando*, 35 d. e. *vt testaceis, & mollibus similia*, 34. a. *vt coquenda*, 35.e. & 36.a. *vt natent, & quæ eorũ*, 35.a. *vt pugnent & cum quib.*, 35 b. *vulua qualis* ibid.c
Cuarassa gammari genus in India in terra latitans 47.d
Cucumeris marini historia, 192.b. *icon* 186.n.39
Culices, quæ appetant 82 d
Culus asini quid 191.a
Cunnus marinus 188.a
ad Cutim tingendam 47.b
Cutiones, quæ animalia 4.b
Cylindri qui, 142. a. *ab Elencho differre*, *ibid e qui lapilli* ibid.
Cymbala cur Concha dicta 75 e

D.

Dactylus quid, 175. e. *quid Venetis* 147.d
Dactylus siue vnguis Bellonij 121.b
Dalechampij error 8.e.17.d.77.a
Danielis Barbari laus 190.e
Delphini corio tantum teguntur, 2 c. 86. d. *duo habent foramina, & cur*, 5. e. *in portum se conijcientes tempestatem significat* 27.c
ad Dentes dealbandos, 14.a. 47. e. 166.e. *ad eorũ dolorem*, 23.c. 60.a. *ad eos exesos*, 132. *ad eorum vitia*, 172.e. 183. b. *subterranei, & eorum generatio* 81 d
Dentale quid, & eius natura, 97. d. e. *quinque differentiæ depictæ* 89.n 7
Dentalium, 97.e. *quid cordo* 231.
Dentex cum polypo pugnat, 11.b *gregalis est* 27.d
Dentifricium ex murice 116.e
ad Dentitionem 60.a. 69.b 132.e
ad Destillationes 165.c
Diabolus polypo similis, 12.a. *sepia, vt similis* 21.
Diacarnij descriptio 69.b
Dialecticam discentes cancris similes vorantibus 38.a
ad Diarrhoeam 150
Didonis habitus 92.c
Digitos non esse Conchas longas 153.b
Diogenes Cynicus polypum crudum vorauit 19.
Dionysius purpuratus 92.d
Dioscorides correctus, 32.b. 114.d. *explicatus* 98.d
Diuites polypis comparati 12 a
ad Dolores mitigandos, 112. d. *aurium* 98. b. *capitis*, *ibid*, 98 e. & *seq. colicum* 97.e. & *seq dẽtium*, *ibid stomachi* ibid.
Dolosi homines per cãcros designati, 58.b. *vt vindicentur* 59.b
Domus cara, domus optima, prouerb. 132.c
Domiporta 125.c.d
Donaca quæ Concha 144.b
Donax quid 175.a. & *inde. cõtra Dorycniũ* 32 a. 40.d. 62.b. 112. d. 114. e. 139 190.d
Dromo cancri genus 95.e
ad Dysuriam 23.c. 139.d
ad Dysenteriam 40.d. 43.b. 166.d

E.

Ecœole 142 a
Echinades Insulæ 138 c
Echineides vsus ad partum retinendum 140.a
de Echinometra Arist. & Plinius discrepant, 134.c. *eius descriptio ex Bellonio*, 137. d. *icon*. 136.n.11.12.13. *ab Echino differt eius differẽtia* 137.a
Echinometræ amethestini coloris icon 136. n. 14 15.16.
Echinometræ maximæ pelagicæ icon ibid. n. 17
Echinometræ Rondelet. forma, & icon ibid. 9
Echinopos herba 138.
Echinorum aculeorum vsus, *ibid. aquæ ioca*, 115 d. *An turbinatis an vero crustatis annumerandi*, 86.a *in arboribus quid*, 135.a *ijs asperior qui dicatur*, 139. b. *carne carent*, 77.a 137.b. *caro eorum quæ*, 139.d. *crustis, & spinis teguntur*, 86.d. *cur cirros habeant*, 164 a. *eorum descriptiones ex Rondeletio, & Bellonio* 137.d. *ab ijs denominata*, 138.b c. *edules, & nõ edules, qui* 137 b. *epitheta*, 139.d *esus eorum quibus conueniat*, 139. b. *ex ijs garum*. 46.c *Hieroglyphica*, 139. *integri, item in partes dissecti icon*, 136.n.1.2. & c. *integrum qui deuorarit*, 139 *eos inter testacea enumerat Aristoteles*, 86.a.b. *inter crustacea à Plinio recensentur*, *ibid. d. eos lauigare quid*, 139. b *magni vebi*, 136.d. *eorum natura*, 83.b. *nunquam ouis carent*, *ibid a. olfactu carent*, 82.e. *ortus*, 137 b. *ab ijs præsagia*, 138. d. *oua eorum quando habeant nutrimentum exiguum*, 139 d. *ouorius, qui & cur sic dictus*. 137 d. *partes eorum dissecta vniuntur*, *ibid. eos piscandi ratio*, *ib. de ijs prouerbia*, 139.a *quando meliores*, 137.e *qui meliores in cibo*, 139. e. *quomodo inuicem differant*, 137. *spinis teguntur*, 2. d. *testarum cineris vis, & vsus* 139.c. *vsus eorum in cibis ibid. d. in medicina*, *ibid. c. vt ingrediantur*, 138. b. *vt contra tempestatis vim se muniant* 138. & *seq.*
Echini vel potius Echinometræ superficies ex Zographo 136.n.11.12.13
Echinus diuersi color ibid.
Echini lapides spoliati à spinis icon ibid.n.4
Echini ferruginei icon ibid.n.15.
Echinorum maris rubri icones ibid.n.22
Echinorum omnium minimorum icon ib.n.23.
Echini oblongi aperti icon ib.n 16
Echini quinti descriptio, 137. e. *icon* 136.n.13
Echini Spatagi authoris icon ibid. n.8.
Echini Spatagi, & Brissi forma, & icon, *ib.n.7.8*
Echini spinu spoliati, item alterius cum adiuncta spina icon ibid.n.6
Echinus ciuitas quæ 135 e
Echinus planta quæ ibid.a
Echinus vas quale ibid
Echinisicus quid 138.b.
Echinites lapides ibid.c.d
Eledona, 5.e. *quæ*, 17 a. *an cum aspiratione scribi debeat*, *ibid. Etymum ibid. eius descriptio*, *ibid. d.e Etymum secundum aliquos* 8.a
Elegini gregales sunt 27.d
Elenchus quid, 142. d. *quæ margarita*, *ibidem. cur margarita, ita vocentur. ibid & quæ* 148.
Elephanti cutis cur cancellata dicta 71.a
Elephanti historia, 42.b. *locusta similis est*, 37.a b. *cum Leone idem est* 43.e
Elephantes Plinij Astaci genus 41.a.
ad Elephantiasim, 140. c. *cur Alexandriæ frequens* 129.c
Embamma quid 116
ad empyema 47.a
ad Enterocelen 30.e. & *seq.*
Enthalium 97.e
Ephaptis vestis 95.b
ad Epilepsiam 47.a
Epipetri generatio, 189.e. *forma, & icon*, 186.n 33.34
Equi salitus vis, 47.d. *ad eius capitis dolorẽ* 69.d *purpura decorati, qui* 95.a
Equuleus Cochleatus 157.d
ad Equorum oculos lunaticos 47.b
Erinos herba 136.e
Erucarum cum cancris dissidium 57.a.b
Euripides cur à multis taxatus 91.e
Exercitus instaurati Hieroglyphicum 139.b.c

Faba

Index.

F.

Faba marina quid 182.d
Faba κύχ& dicta 75.c
ad Faciem dealbandam, 23.e. 115.a. 155.b. ad eius maculas, 116.e. 131.c. eius rubor purpura dictus 99.e
Farcimen teuthis dictum 28.b
Fauare, & fauificare quid 103 a
Fauaginis descriptio 103.e. icon 89.n.16.
ad Faucium asperitatem 130.e
ad Febres 69.d. tertianas 16.c
Felis marina 25.b
Felis marina Hispanica quid Belgis 18.d
Ferrugo Ibera 106.c
Festina lente, prouerbium vnde ortum 98.b
Fibri pedes quales 65 c
ad Ficos ani 132.b
ne Ficus fructum perdat 69.e
ad Fistulas 131.b
Fistula sacra quid 175.a
Flos Indicus purpura tingens 106 b
ad Fluxus alui, 183.b. muliebres, 69.b. albos 47.a. sanguinis, 60.a. & menstruorum 150.d. ventru 24.b
Fœneratores polypis similes 12.b.c
ad Fœtus mortuos eijciendos 69.b
Formæ multiplices in humore genitæ, 82.c. earũ dator quis 81 a
Formicæ equites cur sic dictæ 65.d.e
Formicæ, vt abigantur 132 a
Forum muricibus sternendum cur Cato dixerit 115.b
Fructum vt planta conseruent 60.c
Fucus quid, 110.b. pro flore purpuræ accipitur 99.c
Fucus Tengrius 102.b
Fullo insecti genus Gazæ 36.c
Fuluus color. qui 18.b
Fungorum mira procreatio, 164.c. vt multi nascantur, 104.c. vt subito, 103.b. marini Zoophyti icon 186.n 20
Furca quid Apuleo in crustaceis 34 d
Furuus color qui 18 b

G.

Gaideropoda historia, 186.b. & icon, 162.n.6
Galada quæ Arist. 158 d
Galenus correctus, 34.c. 50.c. eius error, 35.a. 55.c. inconstantia 75.b. eius locus quidam explicatus 72.e
Galloni gula in squillis 50.c.d
Gallus marinus, 28.e. cur ita vocetur cancer Heracleoticus 64.b
Gambarellus Italorum 48.a
Gambarella 44.c. 48.a
Gammari in cauda pinnas habent, 35 a collum eorum quale, 41.b.c. color qualis, ibid.a. cornua qualia, ibid. forcipes quales ibid. pedes quales. & quot, ibid. quid Gazæ ibid. b. quot dentes habeant, ibid. vt à locusta differat. ib.
Gammari terrestris historia 53 e
Gangrenam non esse cancrum 54.e
Garum ex gammaris 46 b
Gaza notatus 5.a. 1.a 2.0 b. 49.b. 48.b. eius versio correcta 65 c. eius error 75.a. 88.b. 189.d inconstantia 189 b
Gillij lapsus 5.a
Giluus color 2.b
ad Gingiuarum vitia 172.e. & seq.
Gladiolus Loliginis, vt à Sepio differat, 19.b quid in Loligine 2.b
Glandes olfactu carent 82 e
Glans quid iurisconsultis 174.c
Glans vnguentaria ibid
Glossopetrarum copia vbi 81.e
Glans, siue Balanus Bellonij 155.
Gnidius nodus quid Aujonio 18.a
Gobiones gregales sunt 27.d
Gossipium 150.a
Gopos quid Græcis recentioribus 17.
Gracculi gregales sunt 27.d
Grana quid Italis 106.b
Granata vrbs cur sic dicta ibid.a
Grando vt in porcis concrescat 147.a
Granum rubri maris quid 142.b
ad Grauedinem narium 166.d
Gressus muricati qui 116.b
Grex purpureus quid Martiali 109.c.d
Grumus quid 127.c
de Gula multati Hieroglyphicum 110.c
Gulosos, non esse amicos 160.e

H.

ad Hæmorrhagiam 131.a.b
Hæreticorum eloquentium purpura, & byssus signant, 110. Sepijs vt similes 21 c
Halesurion quid 191.b
Halidona 17.b
Halipneumon quid Plinio 188.a
Hamiota 83.d
de Hammonis templi loco primo consideratio 82.a.b
Hayi pisces natantibus infesti 144
ad Hecticam febrem, 46.e. 50.b. 53.e. 68.c. 69.e & seq.
Hedyporphyra 98.e
Heledone 5.b
ad Hemicraniam 112.d
ad Hepaticos 24 b
ad Hepatis inflammationem 130.c
in Hepati piscis capite lapides 163.e
Herba ex quibus purpura fit 105.d
Hercules cur cancrum occidisse dicatur, 59.a qui purpura inuentor 107.a
Hermolai error 71.d
Hesychius correctus, 55.b 95.e. eius lapsus 101.d
Hiatula quæ, 157.d. quid Gazæ 156.d
Hippocampus marinus, 65.e. eius venenum 23 c
Hippocarcini hispidi descriptio, 62.e. & seq. icon 61
Hippopotami corio, & cute teguntur 2.c. 86.d.e
Hirundo pelagia gregalis est 27.d.e
Hirundo piscis volat, 26.c. qualis 5.c
Hœdus, qui apud veteres fuerit in pretio 159 d
Holoporphyrus intus, extra leucoparyphus, qui dicatur 111.e
Holothurij Etymum 189.b. vnde dictum 191.a genus, differentia descriptio 189.c. icones, 186.n.21.22. natura, 189.e. Synonyma, ibid. b. à Tethyi differre, ibid. vt ab ijs differant, ibid. c
Hori lectio animaduersa 12.d
Humani generis Hieroglyphicum 84.d
Humor mucosus natura seminis 103.b
Hyacinthinus color 107.d
ad Hydropem 16.c. 69.a 131.b. 172.e. & seq.
Hyige quid 107.b
Hysginum quid 110 a. 106.c. quæ herba, 107.c
Hysplax 71.a

I.

Janum cur bicipitem veteres finxerint 68.a.b
Ignauia, vt cuidam per Loliginem exprobrata 27.b
In igne cur non generetur animal 82.d
ad Icterum 47.a
ad Ileum 40.c.d
Imbrices quid 151.c
Imbricatum quid ibid.
Imperantis suæ nationi typus 12.d.e
Impostores, dolosi, & perfidi per cancrum significati 58.b
Inconstantia Hieroglyphicum 58.e
In India omnia quam apud nos maiora 151.d
Indicum quid à purpurisso differat 110.a
Indiscretum quid Plinio 17.a
Infelices quos merito dixerit esse Æsopus 60.e
ad Inflammationem linguæ, & gutturu, 47.b & seq.
Insectorum sensus, 82.c. vt incrementa sumant 83.e
Insidiator naturam polypi imitatur 11.e
In somniorum interpres cur a polypis abstinere iubeatur 12.a
Intempestiue factum vituperabile 131.d
Inuidi locustis marinis similes. 40 a
Ionia, quæ 112.e. 114 c. & d
Iouij error 190
ad Ischiam 130.d. 190.
Iudæorum toga regia 91 d
Iudiciorum seueritatis Hieroglyphicum 139.b
Iulidis venenum 50.a
Iulis oppidum 90.c
Iumenta Luna decrescente imbecillora 78.d
Iuncus quid apud Ægyptios significaret, 22. a.b quot eius species apud Theophrastum.

L.

AD Labiorum vlcera 165.d
Labrax cũ squillis pugnat, 49 a. vt à squillu occidatur, 53. c. eius oculi margarita dicti 150 a
Lacedæmonij, quando purpura industrũtur. 152.c
Lacerna, quæ vestis, 94.a. Tyria, 103 a
Lacerta, 124.e. Cochleas odit, 128.a.b.
Lacerti gregales sunt 27.d
ad Lachrymas 132.a, earum symbolum 147 a
Lacinia quid in ostrea 163 e. & seq.
in Lacu, quæ non nascantur 94.e
Lacus terræmotu apparentes 82.b.c
Lagois peregrina 19.b
Lambini error 100.c
Lana non est in purpura, ibid. e. prius purpura tincta 104 e
Lana pinnula quid Siculis 177.d
Lana Tyria 103.a
Lapis Conchis refertus apud Megarenses, 81.d cur in mari rotundus fiat 78.c
Lapidem omnem mouere qui dicantur, & vnde 59.d
Lapides piscibus prægnantes vbi, & eorum generatio 81.b
Lapillus Erithreus quid, 142.a. quid generali nomine significet ibid.
Lari aues, vt Cochleas rumpant 128.c
Lasciui, & petulantis ab ineunte ætate Hieroglyphicum 178.d
Lecti stragulis purpureis ornati 96.c
ad Lentigines 131.b.c
Leo Astaco confunditur, 43 d. Astaci genus quale, 41.a. eius descriptio, 43.a.b.c. Etymum, ibid.d. Locustæ similis, 37.a.b. marini, & terrestris antipathia, 44.c. Synonyma, 43.d. eius varia significata 42 c. vnde dicatur 43.c. vsus in cibo, & alis, 44.d. vt ab Astaco differat 43.d
Leonis authoris descriptio, 44.a. icon 38.
Leo Plinij, qui Iouio 37.b
Leonem, & Elephantum Plinius separat 43.e
Leonem Plin. & Elephant. idem esse, 43.e & seq.
Leonis Rondeletij icon 38
Leo fontis custos qui 43.c
Leo serpens qualis ibid.c
de Lepade prouerbium, 180.e. vnde dicta, 179.a. vsus in cibis 180.d
Lepadis Bellonij icon 176.n.26
Lepas maris rubri 180.a.b
Lepas parua Diphili, ibid. b. Rondeletij, ibid. b.
Lepadusa insula vnde dicta ibid.b
ad Lepras 116.d. 131. e. 140. b
Leporem cancris comparare quid, 59.c. eum capit cancer, prouerbium ibid.
Leporarium Q. Fuluij 128.d
Leporis marini æquiuoca, 28.e. eius admirabilis facultas, 164 b. an peculiariter lædat pulmones, 31. cinreis vis, 30.a. cur massa informis dicatur, 29.d. eius descriptio, ibid. duplex est Alberto, 28.d. duo eius genera loco differentia, 29.c. b. eius genera, & eorum forma, ibid.a. eius historiam cur inter mollia ponat author 28.d. locus & victus 29.e. mollibus annumeratur, 1.e. & seq. eius pictura quid significet, 30 c. de eo prouerbium, ibid. c. Sexus distinctio, ibid. b. Synonyma, 29.a. tres eius species ex Rondeletio depictæ 7. eius vsus in medicina, 30.d. eius veneno qui vsi, 30. b.c. venenum, & eius curatio, ibid.c. & inde. veneni temperamentum, 31.c ad id remedium, 68. d. veneni sumpti indicia, 31. ex eo symptomata, quæ ibid. b. ad id remedia 31.c. 69.a.
Lepus marinus non venenatus 28.e
Leporis mar. veri icon, 7. alia species depicta, ibid num. 18 19
Leucoparyphus extra, intus holoporphyrus qui dicatur 111.e
Liberis quid 74.b
ad Libidinem excitandam 17.a.b. 23.d
Libri purpura ornati 96.d
Libum teuthis dictum 28.d
ad Lienteriam 150.e. & seq.
Ligombaudios quos Massilienses vocent 41.d
Limax. 124.e. an à Cochlea differat, 125.a. carnem habet testa inclusam, 77.e. Etymũ 96.e lapidis eius vis, & vsus, 132.d.e. eius metamorphosis 128 a eum metuunt simiæ, ibid.a b. ortus, 82.c. sale inspérso liquescit 128.b.e
Limaces agnici qui 92.e
Limacia 93.b c
Limbocarii qui 95.b
Limbus quid ibid.
Limnostrea cur dulciora alijs, 161.e quæ sint Rõdeletio ibid.b
Limus vestis genus 95 b
Lingua serpentina, qui dentes dicti 81 e

Linum

Index.

Linum Orchomenium 107.a
Linum Xilinum 178.b
Lustrea, quæ Spartiano 157.a
ad Lippitudinem 132.a
Liquari quæ dicantur 147.d
Literarum sacrarum Hieroglyphycum, 21.e. & seq.
Lithospermi forma 150 b
Loca modo terræ, modo maria secundum philosophum 79.d
Locusta æquinoca, 36. c. ætas, 37. d. *antipathiam cum quib. exerceat*, 39. e. *arma eius ad pugnã quæ*, 36. b. *asperitas corporis, & à quibus ea differat*, 37. a. *Astaco præstat*, 40. b. *ab autore posita descriptio*, 37 e. & seq. icon. 38 *carnis qualitas* 40 b *ex eius cauda æstia, ib. conditura, ibid. a. eius cornua qualia*, 37. b. c. & *eorum Synonyma, ib. d. crusta tegitur*, 2. d. 86. d. *cur caudam habeat*, 37. b. *cur crustam exuat*, 35. b. c. *cur gammaro præferat Arist.* 36. b *ab ea denominata*, 39 e. *dentes vbi*, 37. c. *descriptio ex Rondeletio, ib. d. eam dum decoquitur, ex aheno furatur polypus* 13. *de eius epitheta* 40. b. *etymum*, 36 c. *sorcipes habere, ib. e forma, ib. genera*, 37 a. b. *Hieroglyphica*, 40. a. *hostis est murenæ*, 11. c. *lapideam, quæ*, 40. d. *magna vbi, ibid. e. eius mutis omnium partium sapidissima, ib. a. mas, vt à fœmina differat*, 39. b. *moralia*, 40. a. *natura, mores*, 39. c. *nigricantes vbi*, 38. d. *in pretio habitas esse*, 40 d. *pugna cũ polypo*, 39. d. *quæ eligenda* 40. e. *quæ loca amẽt, & vt mutent* 37 b c *quando crustam exuant* 35. b. c. *quomodo ab Astaco, & gammaro differant*, 36. a. *quibus victitent*, 37. d. *quib. conueniant*, 40. c. *Synonyma*, 36. a. *testæ, seu crustæ vis*, 40. d. *in ea tria esse commoda, & quæ*, 36. c. *quot mensibus lateant*, 39. c. *vbi abundent*, 37. c. *cas vincit polypus, & quomodo*, 11. b. *vsus in cibis* 40. c. *in medicina, ibid. c. vt natent*, 38. e & seq. *vt elixentur*, 40. c. *vt à cancro differat*, 36. e. 7. e. *vt coquantur, & quæ coctura melior*, 40. a. *vt pariant*, 39. b. c *vt polypum odere*, 11. b. *vt capiantur*, 37. e. *vt pugnent*, 39. c. *vt coeant, & quando* 39. b. c
Locusta Insectum, 36. c *meretrix* ibid.
Loliginis æquinoca, 24. c. *ætas*, 16. d. e. *eius atramentum*, 25. a. *caro qualis*, 28. a. b. *cocta cur sub purpurea reddatur*, 26. c. *conspecta cur tẽpestatis dicatur pranuncia*, 27. c. d. *cur nigra Horatio dicta, ib. e. cur binas habeat promuscides*, 18. a. *in deliciis habitam esse, & etiamnũ haberi*, 28. a. *ab ea denominata*, 27. a. *epitheta*, 27. e. *etymum*, 25 e. *eius gladij descriptio* 25. d. *icones*, 7 nu. 18. *ex ea iscia*, 28. a. *magna, quæ*, 24. d. e *mas, vt à fœmina differat*, 26. e. *mores, & ingenium* 27. d. *eius maiorem, & minorem Plinius comprehendit*, 25. c. d. *oua qualia*, 27 d. *pedes ei quot & quales*, 18. b *pedum constitutio, & vsus*, 25. d. *præparatio*, 28. c. d. *promuscides, & earum vsus*, 25. d. *ab ea, quæ præsagia sumantur*, 27. c. d. *quæ loca amet, & vbi abundet* 26. e. *qua parte pariat*, 27. b. *quo tempore melior*, 28. b *Sepia æstuior est*, 27 e. *Squamis caret*, 25. a. *ab ea Symbola*, 27 b. *synonyma*, 24. e. *temperamentũ*, 28 a. *eius ventrem quid vocet Arist.* 25. a. *victus*, 26. a. *volatus, ib c. vsus in cibis*, 28. a. *vsus in medicina, & alijs*, 28. d. *vt coeat*, 26. e. & seq *vt farciatur*, 18. e & seq. *vt capiatur*, 26. a. b. *vt cõtra tempestates sese muniat*, 25. d. *vt à sepia differat* ibid.
Loliginis maioris authoris icon, 7. n. 11. & 12. *Salviani* ib. n 13
Loligines parua, & magna, vt coquantur, 28. a. b. *quæ æque eis conueniant* 25. d
Loliginis minoris Rondel. cum suo gladio icon, 7. n. 14. *descriptio ex Bellonio*, 26. c. d. *ex Rondel. ibid. synonyma* 24. e
Loliguncula quid 27. a
Lolij descriptio ex Bellon. & ex Rondel 27. a. b. c *eius duo sunt genera, ibid. gregales sunt*, 27. d. *Loligo maior est* 24. d. 25. e
Lolius rhetor qui 24. c
Lollia Paulina luxus in margaritis Locustis 156.
Loricarum inuentio vnde 36. b
Luculli luxus 91. d
ad Lumbricos 50. c
Lumen purpureum dictum 96. e
Luna vis in conchylijs, 75 e. *vis eius in his inferioribus*, 79. a *quid in testaceis, & alijs animalibus possit*, 78. c *eius natura* 164. e
Lupus marinus, qui dicatur Roma, 64. a. *Squillas deuorat, & ab eis superatur, & quomodo*, 49. a. *per squillam capitur*, 50. c. *vt eum occidat squilla gibba* 53. c. d
Lucem vt noctu edere possimus 246
Luxus veterum in ostreis 160. e
Lyra loco conchylia vbi 85. c
Lyra piscis lepus marinus putatus 28. e

M.

Macinetta cancri genus 60 e
ad Maculas corporis tollendas 23 d
de Maia varia opiniones, 62. e *vide Maia.*
Magaleb. 110. a
Magistratus dolosi typus 58. d
Maia descriptio tum maris, tum fœminæ, 62. b. c *etymum, ibid. d. e. interanea, quæ*, 62. b. *mares quando fœminæ ad cibum requirantur*, 63 d e *vbi abundent, & maiores sint, ibid. vt coquãtur, ibid. vt à pagiro differat* 62 b
Maia alterius descriptio, 63 b. *icon.* 61. *nu.* 5. *alterius plurimis spinis horrentis descriptio*, 63. b. *icon.* 61. n. 8
Maia Rondel quæ, 62. e. *eius descriptio*, 63. e. *icon.* 61. n. 12
Maledici Hieroglyphicum 110. c
Maligranati Zoophyti forma, 190. & *icon.* 186. n. 28
Mali punicæ quatuor species, quæ 32. c. d
Mali insani Zoophyti forma, 192. & *icon.* 186. n 38
Malignitas per Loliginis succum indicata 27. c
Malleoli gregales sunt ibid. d
Manus marinæ forma, 292. b. & *icon.* 186. *num.* 40
ad Marasmum 46. d
Marcelli error 101. b
Mare purpureum dictum, 108. d. & *cur*, 100 a. *eius epitheta*, 108. d. *vbi nigrius* 109. b. *eius Hieroglyphicum sunt Conchylia* 79. d
Margaritam aceto dissolui, 147. c. *eius æquinoca* 141. e *atra vbi*, 146. e. *ab authore obseruatarũ forma*, 142 b. c. *icon.* 140 n. 27. *ex ijs antidota*, 150. e *calcinatio per acetum improbata*, 150. d. *ex ijs calx, vt fiat*, 150. a. *ex carne generari*, 146. d *earum color*, 142. c. *color cur mutetur, ibid. d. colore variant*, 148. c. *cur elẽchi dicantur*, 142. d *cur vilescant*, 149 e. & seq. *cur tribacca dicta*, 157. e. *ijs cur se pauperes mulieres ornent*, 151. a. *ab ijs denominata*, 147. e *earum dos in fulgore*, 142. e. *electio*, 148. d. *epigrammata*, 147 e & seq *figura*, 142 d *genus differentia, descriptio, ibid. d. hieroglyphica*, 139. c. 147. a. *immaturis qui vtantur*, 150 c. *nitor naturalis earum non restituitur*, 149. a. *vt restituatur, ibid. d. de ijs leges*, 147. d. *in ijs luxus*, 151. a. *magna vbi*, 142. a *non esse partus ostreorum*, 146. d. *ex oculis piscium quales*, 150. a *ex ijs olcum, vt fiat, ibid. a. ouorum magnitudine vbi*, 142. c. *pilus, vt ex ijs auferatur*, 149. e. *eas piscantes, vt contra pisces se defendant*, 144. b *piscandi ratio*, 144. b. 145. a. *pondus earum non restituitur*, 149. d. *pretium*, 74. a. 148 d. 149. c. *de ijs prouerbia*, 148. c. *qua Concha parte gignantur*, 145. c. *eas, quæ Concha proferant*, 142, b. *quæ eligenda*, 150. c. *quando plures generentur*, 143. c. d. *quomodo primum Romæ ex vsu esse cœpere*, 150. e. *in quibus Conchis generentur*, 145. e. *quid sit*, 142. b. *ex rore, & fulgure non nasci*, 146 c *in somnis visa, quid portendant*, 147. a. *synonyma*, 142 a *earum temperamentum* 150. c. d. *ex testis oriri*, 146. d. *vnde generentur* 145 c. *vnde dicta*, 17 b. *vbi nascantur*, 84 b. *vbi inueniantur*, 142 e. *vsus earum in medicina*, 150 b. *vt ex testis Concha eorũ fiant*, 149. d. *vt perforentur*, 150. c. *vt dissoluantur*, 147. c. *vt aduliterentur* 149. a b
Margaritæ arbores, quæ, 142. c. *herbæ quæ* ibid.
Margarita Insula ibid.
Margaritarius 147. e
Margaritiferarum Concharum ortus, & generatio, 145. b. *vide Concha margaritifera.*
Margaritum 142 b
S. Maria Margaritæ similis 147 c
Massacara 51. b
Massarij error 103. d
Mastruca vestis, quæ 92. a
Matriculi, 186. d. *quod Ennio* 182. d
Melanurus piscis cur cum sepia confundatur 22. a
Melicembates 159
Mellis vis contra putredinem 105. b
Melonis pagina quid Ausonio 18. a
Memphidis cur Homerus non meminit 80 d
Mendacij Hieroglyphicum Sepia 22. a
ad Menses ciendos 16. d. 23. c. d. & seq.
Mens sancta per purpuram indicata, 110 a. *attonita consternatio per polypum notata* 12. e
Mentula marina historia, 191. a. *cur sic dicta, ib. a eius descriptio, ibid. c. genus, differentia, forma, ibid. d. & inde, ibid. b. icones*, 186. n. 31. 32. 33. 34
Menynx insula, quæ & vbi 102. a
Meretrices polypis similes, 12. a *purpuram vsurparunt*, 95. c. *Sepia, vt similes* 21. e
ad Merulas capiendas 50. c
Messacara 51 b
Miluus piscis volat 26. c
Mituli byssum gignunt, & vt à bysso pinna differat, 150 b. *ad canis rabidi morsus non valere*, 172. d. *deteriores vbi nascantur, ibid. c. eorum generatio*, 62. d. 103 b. c. *turis eorũ vires*, 172. d. *magnitudo* 172. d *qui Plinio*, 170. b 173. b. *ex putredine oriri*, 103 d. *quando in cibis dentur*, 172. d. *quando oua habeant, ib. qui præferantur*, 158. b. *salem, & virus respiunt* 172. d. *cum tellinis confundantur*, 173. b. *vbi meliores, & vbi pesores*, 172. c. *vbi generentur, ibid. a. eorum vsus ad oleum excipiendum*, 173 b *vsus in medicina, ibid. d. in cibus, ibid. c. vt ab alijs ostracodermis differant* 172. c
Mituli fluuiatilis descriptio ibid. b
Mituli marini descriptio ibid.
Mitulorũ Matthioli, & authoris icon. 171 n. 3. 4
Mituli Rondeleij icon, ibid. n. 2
Mituli scyllodes vnde dicti 170. c
Mituli soliati, qui Gaza ibid.
Molecca, qui cancer Venetis, 60. d. *vnde dicta*, 60 e. & seq.
Mœnam, vt pinna capiat 178 a
Mollium alueus, vbi 2. c. *eorum capillamenta, & vsus, ibid caput vbi habeant*, 2. c. *caro eorum qualis*, 3. c. 15. b. *de eorum coitu, partu & generatione* 3. a. *cur fistulam habeant*, 2. b. *cur pinnam, ibid. c. cur gulam, & obomasum*, 3. b. *cur parum viuant*, 3. e. *cur non sint in Ponto, ib a. cur sic dicta*, 27. c. & seq. *ab eis cur exordiatur author*, 1. a. *cur in salsis aquis gignantur*, 3. d. *cur in stagnis marinis*, 82. d. *cur parua sint*. 3 e. *cur frigoris impatientia, ib. cur diu coeunt. & quomodo*, 3. a. *cur atramentum effundant ib. cutis eorũ an cutis dicenda*, 2. c. *dentes quid vocet Arist. ib c. eorum descriptio, & partium anatome, ib. b. vt cum turbinatis conueniant*, 2. b. *excrementa eorum cur meatu ori vicino emittantur, ib. oua eorum num edantur*, 3. c. *mares eorum, vt à fœminis differant, ibid. e. natura, & mores, ibid os eorum, & rostrum*, 2 c *ossibus, & visceribus carent, ib. b. oua eorum vt augeantur*, 3. b *partes eorũ exteriores quales*, 2. b *interna, ib c. & seq pedes cur in parte priori* 2. d *eorundem constitutionis ratio, ibid. quæ mollia quibusdam dicantur*, 1. b *qualia animalia*, 1 b. *quando meliora*, 3 c. *quid sint*, 1. a. *quot pedes habeant & quales*, 2 a. b *quot rum genera Arist.* 2. a. *de eorum sensu*, 3 c. 82. c. *sexus*. 3 c. *somniant*, 3. b. *synonyma eorum, & etymum*, 1. a. *victus*, 3. d. *vsus in cibis* ib. c
Moneta loco Concha, quæ & vbi 183. c
Monstrosi piscis cuiusdam forma 5. d
Moram & cunctationem significat cancer 58. a
ad Morbos muliebres, 17. a. 23. c. d. 101. b. c. 131. d. e
ad Morbum regium 172 e. & seq.
Morosi hominis Hieroglyphicum 139. b c
Mortem qualem purpuream dixit Homerus, 99. c. *purpuream obire quos Homerus dixit*, 105 c d. *ea sublati qui dicebantur* 108. c
Mortui vnico ictu Hieroglyphicum, 110. e. *purpura induti* 95. d
Moschus vt vocetur Germanis 17 e
Moschites vnde dicta ibid.
Moschyta polypi genus ibid.
ad Mugiles capiendos, 50. b. c. *genus quoddam eorum ex turpedine*, 83. c. *eos venatur sepia*, 19. e. *quomodo* 21. d
Mulierum munus quid, 84. c. *ad earum morbos*, 16. d
Mullus cur sacer habitus, 30. c. *cur in Diana sacris artemisia gestaretur, ib. gregalis est*, 27. d. *ex iecinoribus eorum garum* 40. b. *lepores marinos venatur*, 30. c. *qui apud veteres fuerit in pretio* 159. d
Multipes quid Alberto 4. e

Mura-

Index

Muranam cur metuat polypus, 39.d.e.molli cute tegitur, 2.c. 86. d.e. *quæ apud veteres fuerit in pretio*, 159.c. *quæ loca amet*, 48. *quos polypos sectetur*, 17.a. *pugnat polypo*, 11.c. *in terram exeunt* 8.b
Mulieris marito suo contenta symbolum 130.a
Muricis aquiuoca, 115. d. *cineris vis*, & *usus*, 116.c.*cineris vis caustica*, ib. d. *inter Cõchas numerari*, 115.e. *Etymum*, ib.b.*denominata*, 116.a b.*epitheta*, ibid. a. *intortus*, *qui dicatur*, ibid.*nomen generale est* ib.a*b ostrino colore differt*, 99 b.c.*quid veterib.* 97.a *quid proprie*, 115. b. *sacer cur dicatur iurisperitis*, ibid.d. *vnde dictus*, 113. d. *vsus in cibis* 116.b
Muricum bellicorum tria genera 115 a
Muricis coracordis descriptio, & *icon* 117.n.16.17
Murices ferrei qui 115.e
Muricis lactei descriptio, 115. a. *icones*. *ibidem* 117.n.13.14.15
Murices marmorei cur sic dicti, 116.b. *descriptio historia*, & *icon* 117.n.1.2.3.4
Muricis Mutiani descriptio 182.c
Muricis purpurei orthocentri descriptio, & *icon* 117.n.15
Muricis triangularis descriptio, 116. d. *icon* 117 n. 10.
Muricis species appendicibus asperis, *collo rubro cinereo*, & *albo prone*, & *supine picta* 117 .n 8 9
Murex Tyrius 103.b
Murileguli qui 83.d
Muricatim quid 116.b
Muricatum cacumen quid 115.e
Mus marinus, 170. b. *in terram exit* 8.c
Muscardinus 87.e
Muscarolus ibid.
Musculi varia significata, 169.c. *vsus eorum in cibis*, 170.d. *vsus in medicina*, ibid.a. *vt coquantur*, ibid.e. *vt differant* ibid.b
Musculi Rondelet. descriptio, 170.b. & *icon*, 171. n.1
Musculi striati historia 158.e
Musculi Zographi forma, 170.c. & *icon*, 171. n.2
Musculus Balenæ quid 170.d
Muscus quid Massiliensibus 17.c
Musicæ harmonia capiuntur paguri 64.e
Mutis quid, 18 e. *non esse hepar*, 45. c. *quid in mollibus*, & *eius vsus* 2.e
Myace, *quæ Oribasio* 170. b. *quando optima* 172.b.
Myia, *quæ Plinio* 170.a
Myisce, *quæ eidem* ibid.
Myites lapis ibid.d
Myrrhina vasa vnde dicta, 91. a. *an eadem cũ Calainis* 108.b
Mysticetus 169 c

N.

Nacaro Cardani, *quæ Concha* 145.c.d
Nacra Bellonij, *quæ Concha* ibid.
Narica 123.b
Natex, ibid. *vt capiant* 82.e
Natura cuique dux ad viuendum 55.a
Naues Liburnicæ 90.a
Nauis Concha dicta 75.b
Nauigationis tuta Hieroglyphicum 139.c
Nauigia vnde inuenta 90.e
Nauplius Plinij 87.c.88 a.b
Nauplius polypo similis 18.e
Nauplius Mutiani 54 e
Nauta 5.e 87.c
Nautilus, *seu nauticus*, 5.b. *aquiuoce*, 54.b.*cirrorum vsus*, ibid. *Concha eius qualis*, 55.b.*ab eo cur inter testacea author exordiatur*, 54.a *eius descriptio*, ibid.d 55.d.*de eo Epigrammata*, 90.b.*genus*, *differentia*, 53.d.*eius secunda species*, *quæ authori*, 54.e.*polypo similis*, 55. b *quot eius genera* 54. *sponte nasci*, 90. a.*Synonyma* 54 c. *eius testa interioris icon* 89. *vbi venari non liceret*, 90. a *vnde dictus*, 88. a. *vt tempestatem vitet*, 90.c.*vt cum crustatis & mollibus conueniat*, 87.b.*vt nauiget*, 90.a
Nautili primi generis Arist. secundum Bellon & authorem icon 89.
Nautili alterius historia, 90.d.91.a. *icon*. 89.
Nautili ab Indis varijs imaginibus extimo cortici insculptis exornati icon ib.
Nautilus murrhinus 90.e. & *seq.*
Nautilus fabulæ genus 87.c
Nepa quid 55.a. 59 d. *eam imitari*, *qui dicantur* ibid.
ad Nephriticos dolores 16.c
Nerita an turbinatorum generis, 123.a.*eius forma*, & *descriptio*, ibid. b.*historia*, ibid.b.& *inde.earum nauigatio*, ibid.*sensus*, ibid.d.*vbi generentur* ibid.
Nerita Æliani quæ, *eiusque historia*, ibid. d. *icon* 122
Nerita Bellonij historia, 124. b. & *icon* 122
Nerita Rondel. item authoris icon ibid.
Neronis piscatio 93.a
ad Nerui dissectionem, 60.b.102.e. 112. e. *ad eorum vulnera* 131.a
Nigrum pro violaceo 99.e
Niphi nugæ, 75.c. *error* 189.b.189.d
Nodus Gnidius quid Ausonio 18.a
Nubes 179.c
Nympha Speusippi quæ 54.e

O.

Obstinati Polypis similes 12 b
Octopodi quid Græcis recentioribus 4.e
Octopoda pro polypo ibid.
ad Oculos caligantes, 130.c. 170.a.*ad eorum dolorem*, 114. e. *ad maculas*, 131.c. 132.b.187.c. *ad varia vitia* 23.c.d.e.
Occonomiæ typus polypus 12.d
Oleas, *vt ament polypi* 6.d.e
Olei vis contra putredinem 105.b
Onychæ, *quæ Conchæ* 153 b
Onyx an purpura tegumentum, 119.e. *quid*, 99. a. 101. d 119. a & ibid. c
Onyx gemma vnde dicta 101.e
Onychinus color ibid.d.e
Onychites ibid.e
Opistholia quid Thebanis 18 c
Oppiani lapsus 70.c
Orbis echinati icon 136.n.12
in Orci cancros adherere, *qui dicantur* 71.a
Os iugale cur cancer dicatur 55. a
ad Oris tetros odores 115.a
Ossa lapidea 81. d. *in terra etiam generari* ibid.
Osmylia descriptio 17 e
Osmylus, 5.b.*an idem cum ozena*, 16. e. *eius bonus odor*, 17.b. *cum Eledone confunditur*. ib. a. *eius descriptio* ibid.d.e
Ossole 5.e. *quod Gaza* ibid.c
Ostacus 41.b
Ostracinda ludos 83.e
Ostracites gemma 84.a
Ostracium. 119.a
de Ostracismo metaphora, 84. d. & *seq de quib. dicatur*, 85.d.*vt ferretur* ibid.e
Ostrea. & *ostreum quid differant*, 74. d. *aluum mouent*, 165. a.*antipathia*, 165.d.*aqua dulci gaudent*, 161.b.*carnem eorum*, *vt cancer depascatur*, 58 b. *in cano nascuntur*, 164. b.*colore variant*, 161. e. *cruda quoque eduntur*, 165. b.*cur dura testa teguntur*, 164.a *cur luna ratione grandescant*, ibid. d. e *cur roscida dicta*, ibid.a.*cur in lacum lucrinum transferrentur* 160.e. *cur apud lautos in pretio* 164 e *cur humanum genus eu simile esse dixit*, 84. d. *differentia*, 161 e.e.x *eiusgarum*, 46 b.*eorum generatio*, 164.c.*de eis gryphus*, 164.d. *lac eorum quid*, ibid, *meliorum nota*, 163.c. *eorum in morẽ adherere quid*, 54.e. *optima vbi* 161. a.b *quæ Aristot.* 74. c. *quæ Spartiano*, 157.a *quæ proprie ita dicantur* 76. e. *quæ celebrata*. 161 e.& *seq. qualem succum generent*, 164.d e. *quanti ea fecerint veteres*, 160. e. 161 a.b. *quos sensus habeant*, & *quos non*, 164.a *sexu carent*, ibid.c.*silicum duritia teguntur*, 2. d. 86.d. *à stellis marinis exediuntur*, ib. c. *suburbana cur meliora*, 163 d. *Synonyma* 161.c *testis ea tegi*, *quid significet*, 84 e. *vbi laudabantur*, 79. a. *vbi serantur*, 164. d. *vbi meliora*, 221.b.*vnde dicantur*.74 b.ibid.c d.*vsuarta eorum*, *qui inuenerit* 160. e. *vsus in cibis*, 164.d.*in medicina*, 165.c. *vt cancer ea capiat* 57.164.b
Ostreæ Gaidropodæ historia, 166.b. & *icon* 161 n. 6.
Ostrearum marinarum icones, 162.n.3.4. *quando optima* 161.c
Ostrea Ruputina, *quæ Iuuenali* 163.d
Ostrea pelagia, & *marina*, *quæ dicantur* 161.d
Ostreæ stagni marini Rondelet. icon 161.e & 162
Ostreorum syluestrium historia, 166. a. *icon* 162 n.5
Ostreum virgæ virilis specie 191 c
Ostreatum tergum gestare quid 83.e
Ostreosus 84.a
Ostrifer ibidem
Ostrum quid, 39 b. *qualis purpura*, ibid. c. *differentiæ à loco* ibid.d.*vnde dictum* 74.e.99.b
Ostrum Sarranum vnde dictum 98.c.99. b
Ostrum Sidonium vnde dictum 103.b
Ostrinus color à murice distinguitur 99. b.c
Otia quid Plinio 179.b
Oua malacoderma, & *Ostracoderma* 74.e
ex Ouo quæ animalia generentur, 83 d. *quid in testaceis* 78. a. & *seq.*
Ouum polypi 5. e.ibid.c.88.a
Oxybaphium quid, 99 d. *vnde dictum* 99.c
Ozena an cum Osmylo eadem, 17 e.*eius descriptio*, ibid *eam prosequitur murena*, ibid.a.*vbi abundet*, ibid *eius vsus in cibis*, & *vt preparetur* ibid.
Ozolis 5.b
Ozolus Bellonij icon 7 nu.4
Oxos 99.d

P.

Paguri aquiuoca, 63.e. & *seq.carnis qualitas* 65.c.*crustam*, *vt exuant*, 64 c. *cur sapientia ei tribuatur*, 65 a. *descriptio*, 63 c.*duo genera nota Scaligero*, 64.a. *duplex genus*, 56 d.e.*epitheta*, 65 b.*Etymum*, 63.a.*musicæ harmonia capitur*, 64.b.c.*natura*, *mores*, ibid.c *in numo Chiorum p.ctus*, 58.b *prone*, & *supine picti icon*. 61.n.13 14. *de eo prouerbia*, 65 a *eos qui simpliciter pro cancris accipiant*, 60.d *cum quibus pugnent*, 65. a. *eorum sapientia prouerb laudata*, 65 a.*in Scorpios mutari dicti*, ibid. *Synonyma*, 63.e.& *seq. vsus in cibis* ibid.c.d.*vt coquantur*, ibid.d.*vt musicam ament*, 64. e *vt à maia differant*, 62 b. *vt à cancro Heracleotico* 63. c. *vbi maiores* 64.a
Paguri authoris descriptio 64 b
Pagurus fluuiatilis qui Galeno 67.e
Pagurus qui Rondeletio, 62.d.*eius descriptio* ib.d
Paguri Veneterum descriptio, 63. *icon* 61.n 6. *fœminæ icon* ibid nu.7
Palladis vulnus fascia purpurea obligatum 58.e
Palmata toga quæ 94.a
ad Panos 116.d
Panthera, *vt capiantur* 16.c
Papauer quibus, & *quo loco* 78. b. *quid in mollibus Arist.* 3 b. *Polypi quale* 4.d
Papauerculum quid in bucina 47.a
Papilio cancrialis detentus quid significet 58.a
Papilla pilosa, *cancri genus* 64.e
Paralios, *Concha Ægyptia* 178.c
Paralurges 95.b
ad Paralysim 47.d
Parasiti cancris comparati, 68.d. *Cochleæ* 128 d *in eos emblema*, 46.b.ibid.c.*typus eorum polypus* 13.d
Parietaria vbi coccum proferat 106 b
ad Paronychiam 132.b
ad Parotidas 166.a
ad Partum accelerandum, 131 a. *ad continendum*, 59.e.*ad mortuum eijciendum* ibid.
Paryphis 95.c
Passionis dominicæ sacramentum, *vt purpura significat* 110.a
Pestinaca radij mira vis 10.e
Patellæ an vniualues, 76. b. *an à saxis soluantur*, 180 b. *esse vniualues*, 179. d. *genus*, & *descriptio*, ibid. *icones*, 176. n 19.20.21.22. 23. 24. *Locus*, *natura*, 180. b *eius more hærere quid*, ibid. e. *Synonyma*, 179 b. *vt à saxis diuellantur* 180.c
Patellæ Cypriæ striatæ, & *non striatæ icon*, 176 n. 24
Patellæ maioris Bellonij descriptio 180.c
Patella fera 179.e
Patellæ feræ Rondel. historia, 180. b. *nostra icones* 181.n.1
Patria nihil dulcius, 42. a. b. *eius amator per astacum designatur* ib. c
Pauaraxzos quas Conchas Anconitani vocent & *cur sic dictæ* 155.c
Peccatores locustis marinis comparati 40.a
Pechyalis 95.b
Pectinis aquiuoca, & *varia significata*, 167.e *an oculos habeant*, 168. d. e. *an volent*, ibid. *cur in Pyrrheo Euripo non sint*, 79.c.*pro Conchis Veneris vsurpati*, 342 d. *descriptio* 167. c. d. *Etymum*, ibid. b. *genera*, ibid. *in marmore pictus*, 88.d. *eius icon in numo Tarentinorum*

Index.

rentinorum, 14. c. 169. b. c. optimi vbi, ibid. c. subterranei vbi, 81. c. vbi generentur, 168. d. vsus in cibis, 169 c.d. vsus in medicina, ib. b. vsus in templis, ibid. vt generentur ibid.
Pectinum authoris icones 162. n 18. c. e n. 21. 22 32. 24 25. 26
Pectinis Rondel. icon. 162. n. 15
Pectinum vtraque parte auritorum descriptiones, 167. e. & inde
Pecten Amazonius quid ibid. d
Pecten Veneris herba cur sic dicta ibid. e
Pectunculus quid & vt à pectine differat ibid. a. b
Pecunia ex Conchylijs 85. b
Pelagium quid, 97. c. 99. c. eius pretium 91. b. c quid Plinio 97. c
Pelei, & Thetidis fabula 22. c
Penicillus marinus Rondel. 97. e. descriptio, 183 d. icones 181. n. 27 28. 29. 30. 31 32 33
ad Penis arrectionem 115. a
Penna marina forma, & icones 186. n. 33. 34 & 35. 36.
Perca in lapide, 80. d. sequitur sepiam, prouerb 22. e saxea, & earum generatio 81 b
Perdices Cochleas edunt 128. a. b
Persidi per cancros significati 58. b
Periculi Hieroglyphicum sepia 22. a
Perinesa vestiment aqua 95 b
Perisstomata conchyliata 96. b
Perlarum mater Concha, quæ dicta, 149. b. earum insula, quæ & cur sic dicta 141 e
Perna quid, 177. b. quid Neapolitanis, ibid. d. Plinij, quæ ibid. e
ad Perniones, 165. c. 62. c
Perotti error 115. e
Persarum regibus quam grata fuerit purpura, 92. a. de eorum veste dictum regis Æthiopum ibid.
Peruersos, & inemendabiles cancri per somnum visi significant 58. d
Petulantis, & lasciui ab ineunte ætate Hieroglyphicum 178. e
Peueroni quæ Concha, & cur sic dicta 156. d. e
Peueraccia vnde dicta ibid
Pharmacum pro quo colore sumatur 99. c. d
Phercœcon 125 d
Phicidissare quid 111 c. d
Philippus purpuram respuit 92. e
Philoxeni poetæ ridiculum testamentum, 15. b. c eius voracitas ibid. b.
ad Phlegmonem crurum, & pedum 131 a. b
Phœnix Achillis præceptor cur pagurus dictus 63. a
Phœnix qui primus purpuram gessit 92. a. 107. b
Phœniceus à purpura distinguitur ibid. c
Pholadis æquinoca, 175. a an balanus 32 4. e descriptio, 175. b. icones, 171. n. 1. 2. non esse balanos. 175. b. vnde dicta 114.
ad Phthisim 46. d 62. c. 130. a. b. 132. a. ib a
Phycis squillas deuorat 49. a
Phyllanthes herba ibid
Phyllanthion dyticon herba ignoratur ibid
Pica Astacos venatur 45 e
ad Pilarem morbum 62. d
Pileus ruber quando Cardinalib. concessus 92. c
Pileum rotundum 179 c
ad Pilos euellendos 30. d. e. & seq. 188. e. 187. c. 188. d. e
Ad eosdem è mammis tollendos 116. c
Pinna æquinoca 177. d. an sine cancro paruo viuere possit, 70. c. ex ea an byssus oriatur, 179 a. eius, & cancri parui societas, 70. a. b. vsque h. genera, & differentia 177. e de ea Hieroglyphica 178. d. meliores quæ, ibid. natura, & mores, 178. quot modis edantur. 178. a Synonyma 177. d vnde dicta ibid. vsus in cibis 178. d. e. vt mytulo similis, 177. d. vt mœnam capiat, 178. a. vt sibi victũ quærant. ib.
Pinna aculeata authoris icon, 176. n. 9. 10. 176. n 11. 12. 13 14. 15.
Pinna Bellonij icon ibid. n. 7
Pinna magna Rondel. icon ibid. n 6
Pinna margaritifera vbi 177. c
Pinna parua Rondel. icon 176. n 7
Pinna Zoographi icon ibid. n. 9
Pinna lana quid Genuensibus 177. d
Pinnophylax. 70. b
Pinnother ibid.
Pinnotheres ibid.
Pinnothera Etymum ibid. a. solertia ibid.
Pinnotheres Plinij 71. b. ibid. c
ad pisces capiendos esca ex astacis 49. b. 132. a 180. e
Pisces fluuiatilis ex putredine 83. b. c
Pisces quæ animalia improprie vocet Plinius. 1 a. polypi odore delectantur, 10. b. sanguine carentes Plinio qui ibid. squamis teguntur, 2. d. 86. d e. oua eorum vt fœcundentur, 20. e varias eorum figuras reperiri in saxis 49 c
Piscis monstrosi cuiusdam forma 5 d
Piscis sacer 76. a
Pisces testudinei qui ibid.
Piscis attramentarius qui 24. & seq.
Piuerones quas Conchas Veneti dicant 155. c
Placenta theutis dicta 28. e
Plantæ cur paucæ in mari gignantur, 82 c. terræ incolæ sunt, ibid d. vt generentur ibid. d
Planta animal seu planta animal quid 136
ad Pleuritidem 132. a. notham 47. e.
Plinius correctus 42. c. 60. d 102. d. 118. e. 113. e 131. b. eius error 5. d. 27. a 90. a. eius locus explicatus, 17. 20. e. 76. notatus, ibid. e. suspectus, 32. a. 90 c. male distinctus 49. d. cum Oppiano conciliatus 90. d
Plutarchi inconsiderantia, 81. e. & seq. eius locus de purpuris explicatus 105. e
Pluuia præsagium 58. d
Pneumonia quid 188. d
ad Podagram 131. a 132. a. 30. a. 189. a
Poesis per caput polypi notata, & cur 12. e. 14 a
Polliceps vnde dictus, 174. a. quid Bellonio ib. d
Polypi acetabula qualia, 5. a. æquinoca, 4. a. b e vs ambigua natura, ibid. a. 7. d. an brachia sua deuoret, eaque an renascantur, 8. b. c Aquilam vincit, & hominem interficit, 3. e Aquilam, vt in aquam detrahat, 13 e. atas, 10 a. an in omnes colores se mutet, 10. c. attramentum eius cuius coloris, 4. d. barba eius quæ dicantur, 5. a. bicubitalem quis vna mẽsa absumpserit 15 b. c. bis septem plagis percussus de quo dicatur, 14. a. b. de cæteris eius generibus 16. e. calliditas in re familiari 10. d capiendi ratio, 9 a. caput eius de quo dicatur, 14. e caro eius cauernosa est, 15. b. carnis temperamentum, ibid b. cerebrum ei duplex 4. d. de coitu, ortu & incubatu. 9. a. colores mutat 10. a. b. crudum deuorauit Diogenes Cynicus, 15 d eius cum conza antipathia, 12. b. cur nassis illinantur, 16. c. cur ἀωτόφαγος dictus, 8. b. cur septo careat, 4. c. cur in colorem album non mutetur, 15 d. cur minus attramenti quam sepia habeat, 4. e. in eo cur caput vocat, quod in cæteris mollibus aluum ibid. e. cur Veneri dicatus, 12. c. cur parum viuat, 10. b. c. cur crura eis prælonga, 18. b cur colorem mutet 15. a. cur Ioan. Grammaticus κηλοβύποδας dixerit, 8. a. ab eo cur inter mollia exordiatur author 3. e. cur minus attramenti habeat quam sepia, 18. c. & seq. cur circa Hellespontum non sint, & in ponto Euxino, 6. a. b. cur promuscide careat, 10 a. cur murænam & congrum metuat, 39. d. e. super eo epigrammata, 14. d. dedita opera colorem mutat, non per metum vt chamæleon, 15 c ab eo denominata, 11. c. eius descriptiones varia 5. e. elixi an assis meliores, 16. b. eius epitheta 14. e. de esu eorum qui abstinere iubebantur 12. a. Etymum, 4. d. ferocia, 6. a. de eius forma Cardani nugæ, 5. d. fistula vsus ibid c. d. fortitudo, 3 e. genus, differentia, descriptio, 4. a. genera quæ, 17. a. quot apud Arist. 5 b. gressus, natatus, 8. b. Hieroglyphica, 12. c. ingenium vafrum, 3 e. & seq. eo insignita numismata, 14. c. icones, 7. n. 1. 2. 3. instar eorum qui sese edere dicantur, 14. e. locustam ex aheno super ignem furatur, 13. d. mas vt à fœmina differat 9. d. matrem conficit, 11. a. mẽtem eius cur debeamus habere, 12. & 13 eius mentem obtinere qui dicantur, 14. b de eo moralia 11. c. d de eius moribus ingenio, & sagacitate, 10. d. eius mutationis tres causæ, 15. d. & e. nidus seu cubile, 9. c. nocumenta, 16. d. & ibid. e. non solum lapidum colorem imitatur, 10 d. e. nulla cute teguntur 2. c. 86. d. e. odoratu valet, 6. a. eius ouum quale, 9. e pedum constitutio 4. e. & vsus, 4. b. 5. b. & seq. per fistulam pariunt, 9. c. de eo problemata, 15. a. prouerbia 14 a. b. pugna cum locusta 39 d. quam caute hamum piscatoris circumrodat 10. b quando meliores. & quando deteriores, 15. a. quantopere esi libidinem excitẽt, 16. a. & cur ibid. qui ita prouerbialiter dicantur, 14. a. qui allegorice, 11. e. eos qui olim coluerint, 11. c. d. quibuscum pugnent, 11. a. quo loco gaudeant, & vbi non sint, 6. a. b. quo æstu capiat carabos, 6. d vt olitias edat, ib. quo æstu venetur crustacea 10. e. quot mensibus lateat, 9 a. sensus, 6. a. mortuum se se fingens, vt emptorem deluserit, 13 d. sexus, 9. d. stupiditas, 10 d. Synonyma, 4. b. tabe perit, 10. 11. in terram exit, 8. b. ad varios vteri affectus valet, 16. d. vbi magni, & vbi non 6. b vbi eum venari non liceat, 11 d. vbi boni & multi 13. b ijs veteres vsos esse in cibo ibid. a. victus, 6. c visceribus carec 4. c. vnde dictus 4. b. eius voracitas 6 c. vsus in cibis, 15. a in medicina 16 c. in externis, 16. b. vt à cæteris mollibus differant, 4 a. b. vt cõchas capiant, 10. a. vt pisces ibid. vt elixentur, 16. b. vt natent, 8 b. & seq. vt respirent ibid. d. vt præparentur, 15. e. vt coeant, 9 a. vt hyemale solstitium significare possint, 12. e. vt in varios colores se mutent, 6. a. b. eorum hecatombe quid, 14. a. vt magnitudine varient, 6 c. vt olitis captantur, 8. b vt ventum præsagiant 14 a
de Polypis maximis salsamenta furantibus admiranda historia 13. e. & seq.
de Polypo maximo, & monstroso memorabilis historia 6. d
Polypus Moschyta 17. c
de Polypo Septentrionali historia, eiusque forma 6. & seq.
Polypi tertia speciei secundum Rondelet. icon 7 num. 4.
Polypus morbus qualis, & vnde dictus, 4. a. ad eum remedium 16. c
Polypodine 5. b
Polypia 11. c
Polypodis herba vi cancer chelas deponit 57 a
Polypodium vnde dictum 11. c
Polyposus qui Martiali 4. b c
Pompa ad hauriendam aquam instrumentum 91.
Pompilus 5. e. & seq. 87. b. duos pisces significat, ibid. e. amor eius erga nautas, ibid c. fabula ibid. d e
Poma maris cur conchylia dicta 73. d
Porcellana cur sic dicta, 90. e. 91. a quid Itali sic vocent. 182 a
Porcellana concha cur sic dicta 181. e
Porcellana ruffa, 182. e. icon 181 n. 17
Porcellanica vasa cur sic dicta 97. a
Porcellionces, quæ animalia 4 a
Poressa cancri genus 56 e
Porcum quid vocent mulieres 181. e
Porci vt dolorem capitis sanent 69. d
Porphyra fabula 109. c. d
Porphyrio auis vnde dicta 108. d
Porphyra piscis ibid. e
Porphyris auis ibid. e
Porphyrites lapis ibid. d & 109. c. d
Porphyrium cete ibid. e
Porphyrus serpens ibid.
Porphyrusa vnde dicta 101. e
Potta marina vulgo dicta historia, 185. d. icon 18. 6. n. 19.
Præconis officia 112. e. & seq.
Præmium recte facientibus per margaritas significatur 147. b
Præsumentis nimium typus 59. d
Prætexta toga vnde dicta, 93. c. ea etiam vtebatur magistratus, 93. c. & seq. ea cur vterentur pueri ibid.
Prasinus Purpurio 39. c
Principẽ cur significet cancer fluuiatilis in somno inuentus 58. d
ad Procidentiam ani 158
Prodigi, & omnia consumentis Hieroglyphicũ polypus 12. c. d
Proditores polypis similes ibid. b
ad Profluuia 131. d. e. ad ea sistenda 59. e
Prudentiæ symbolum 65 a. 129. a
Pruna onchyina, 101. d. Segnina ibid.
ad Pruritas 131. e. & seq.
ad Psoras 131. e. & seq. 138. d
Ptolomæum cur percusserit Caligula 93. a
ad Pudendorum fistulas 11. c. d.
Purpura, vt purgentur quid offerendum 16. d
Pulicaria herba mollium odorem extinguit 3 c
ad Pulmones exulceratos 62. a. 69. d
Pulmoni marino cur tegmen natura negarit 78. c. an testaceum animal, an Zoophyton, 188. æquinoca ibid. e. inter testacea ponitur, ibid. c. descriptio, natura, 188 icon, 186. n. 20. eo qui pisces vescantur, 188. c Eius instar viuere quid, ibid. de eo prouerbia, ibid. c. Synonyma ibid. a

Index.

ma ibid.a. vsus in medicina, & in varijs ib.e icon 186.n 18. inuentio 185.d
Pulpus quid Kiranidi 4.e
Purpura æquiuoca, & Synonyma 96.c.d. ætas 103.e. vnde cognoscatur 67.e. aliquot icones 89.n 8.9.10.11.12.13.14.15 an lingua testas perforet 100.d. aqua dulci necantur 102.e. in arena aliquamdiu latent 102.a. capiendi ratio 104 e carne vtitant ibid c. ab eis celebrata loca, quæ 102.a. celerrime crescunt 103.e. cineris facultas 112.e. clarissima quæ dicta 99.d. eius color cur cæteris alijs coloribus prælatus 96.b. ea cur proceres vterentur 94.d. cur marinam sæpe nominarint veteres 105.d. cur regalis dicta 92.a. cur viuas capiãt 104 c cur plebeia dicta 94.c. cur magna copia, 82.e ab ea denominata differentia vnde sumantur 98 d. differt à conchylio 96.d. eius diuersæ partes diuersam naturam habent 112 a. differentia à loco 99.d. dibapha vbi 103.b. quæ 99 d. epithetha 110.e. 111.a. eam esse ex turbinatorum genere 97.c. Etymum ex Cimbrorum lingua 100 a. fauaginis earum 89.n.16. Floris Synonyma 99 a. Flos vbi 98.e florem sanguinis loco esse 99.a. pro flore accipitur, & pro veste eo colore imbuta 97.b. Flos vbi positus 104 c.d vbi colligatur ibid. floræ differentia à colore 99 c. fœtidis carnibus capiuntur 104.e. generatio duplex 103.a. genera, & differentia 97.c. eam gestare quibus prohibitum 94.c. Hieroglyph. 110.c. ignea, & ardens quæ dicta 99.c. inuentio 95.a. aduersus eam leges latæ 94.d. pro magistratu accipitur 93.c. magnitudinis diuersitas 98.d. in mensis vsus eius 96 b. de ea moralia 110.c. earũ motus 103 a.b. nigræ vbi rubræ vbi 97 c. non esse lanam 101.a. eam non omnes vsurpasse 91. per tot. non omnes eadem loca amant 102.e operculorum icon 117.n.20. operculi considera tio 101.d. ouæ earum non conducunt ad generationem 104.a partium descriptio, & examinatio 100.d. eam petere quid 92.b. pictorum qualis 105.c. eius pretium 91.c. de ea prouerbia 111.a. ad purpuram aliam dijudicanda ibid. d. ex putredine oriri 103.d. quæ regio ijs idonea 102.e. quando eam deponerent Romani 93.e. quando Cardinalibus concessa 92.c. quando fauificent 104.b. quando magna copia 103.c. qui prius eam gessit 92.a. ea qui vsi 91.c. quibus conueniant 112.b. regum ornamentum 91.e. Romanis erat per omnes vestes 93 a. inter suppellectilem sumptuosam enumerata 91.c. testæ vsus 11.e. eius tinctura cum mel, & oleum adderetur 105.e. tinctura ratio 104.c. cur iterabatur 105 a. trachelorũ qualitas 112.a. ex ea tributum 92.a. turbinatorũ nobilissimam esse 91.c. voraces esse 104 d ea viuacior qui 111.d. vsus, & dignitas apud Romanos 93.c. vsus in cibis 112.a. in medicina 11 e. eam vsurparunt meretrices 95.d. vt capiatur 110.c. eam vt. Phœnices capiant 104 a. eam vt amarent veteres 91.a. vt mare ament 102.e eius anni vt cognoscantur 103.e vt facerent Phœnices 104.d. vt coquantur 112.a. in vrtica reperta 185.d.
Purpura alba quæ Plutarcho 105.c
Purpura Alexandrina, quæ 99 d. cur sic dicta 95.d.
Purpura amethestina vnde dicta 99.e. & seq.
Purpura coa 102.b.
Purpura cærulea 100.a
Purpura dialucensis 102.b
Purpura hermionica 103 d
Purpura megalensis pretium 91.d
Purpura milibœa vnde dicta 102.d.e
Purpura militaris 94.d.e
Purpura Oebalia 102.b
Purpura patria 94.d
Purpura pentadactyli Bellonij icon 89 n.14 15.
Purpura mulierum 95.c
Purpura nigra pro qua sumatur 99.e
Purpura pelagia descriptio 87.e. & seq. icon 89.n.10.
Purpura præsidialis 94 e.
Purpura probiana vnde dicta 95.d. 99.d
Purpura stlataria quæ 93.c.d.
Purpura succubitana 103.b
Purpura Tarentina ibid.c. cur vilior Tyria 99.c
Purpura tanienses quæ 102.d
Purpura tyria quæ 103.a. qualis, & quæ melior 99.c.
Purpuraria officina 109.e
Purpurarius ibid.a
Purpurare pro nitescere facere 100 e
Purpurasco 109.b
Purpuratus ibid.a
Purpureus color qualis 107.d. idem cum coccineo 96.c.d. ex quib. cõchylijs colligeretur ib. à phœniceo distinguitur 107.d. pro purpurato accipitur ibid.a. pro pulchro ibid. à conchyliato differt 105.a
Purpurificium 109.e
Purpurina ibid.d
Purpurissum 109.e & seq. quid Plinio 105.c vt fieret 100 a
Pyri marini Zoophyti forma, & icon 190.d. & 186.n.30.
Pythagoras cur non ederet vrticas 107.e

Q

ad Quartanas 69.e
Quincilianus correctus 100.a
Quisquilium quid 106.d.

R

Racemus marinus vocantur ouæ sepiæ & cur 20.c.
Ramices pulmones dicti 188 d e
Regum ornamentum purpura 91.d.e. & seq. eos cur significet cancer marinus per somnũ visus 58.d.
Remora Mutiani 182 e
Rhomborum differentia ratione loci 64.a
Romanorum luxus in conchylijs 73.e qui prius purpura vsi 92 d. vt ostreis delectarẽtur 101. a b
Rondeletij error 1.a. 17.a. 17.b. 62.d.e. 64.a. 86. a.b.
Rosa vrticæ genus 186.b.
Ad Rubetæ venenum 69.a. 30.a.
Rubia color 106.c.
Ad Rubiginem aristarum 60.c.
Ruta polypos reddit immobiles 11

S.

Sacerdotes qui purpuram vsurparent 91.d.
Sacramentum dominicæ passionis, vt purpura significet 110.a
ad Sagittas extrahendas 69.a.b.
Sagula virgata 95.c
Saliuare 103.a
Saliuarius lentor quid Plinio 97.a
Ex Sandyce pretiosus color purpureus 306.c. & seq.
Sandyx Indica 99 d
Sanguinis principium 83.c. ad eum sistendum 19.c. purpureus 108.b. vnde dictus 98.a b.
Sanitas per testudinem significata vbi 58.c
Sapientia per pagurum, & cancrum vbi significata ibid.
Sar piscis & insectum 97.d.
Sarranum quid 99 c
Sardinia insula descriptio 111.a.
Sargiaci gregales sunt 27.d.
Satrapæ purpurati cur dicti, & prætextati 94.a
In Saxis varias reperiri figuras piscium 48.
Saxifraga coccum proferens 106 c
ad Scabiem 23.a. 47.b. 62.c. 140.b.
Scala cochlides quæ 158.
Scaligeri error 53 c.
Scarus piscis vnde dictus 48.c. lepores marinos capit 30 d.e
ad Scissuras ventris, mammarum &c. 130.d.
Scolecidata vestis quæ 106.c
Scolymi muricata cacumina 116.a.b
ad Scorpionis ictum 50.c. 59.d. 68 d. transuerse incedit 56.e vt domo expellatur 60.c. vt fugentur 69 e. vt simul conueniant 68.e
Scylla quid Plinio 48.b.
Scyllarium 49.e
Scyllaron, seu Scyllarion 70.b.
Scyllari, seu cancelli in nerita concha imago 66 n. 27 28 29.
Scytha cochleas auribus admouent, & cur 98 c
Contra Scytalis ictum 69.a.
Secale vbi coccum proferat 106.c
Secessus Hieroglyphicum 110.d
ad Secundinas 140.b
ad Sedem relapsam reducendam 131.b
Seditionis popularis studiosi Hieroglyphicũ 40 b
Ne Segetes ladantur 69.e
Seipsum non curantis Hieroglyphicum 84.d.
Senatus purpureus dictus 93.e
Sopaceus 21 b.
Sepedones quid ibid.
Sepia æquiuoca 17.c.d. ætas 19.a. amoris illecebris capitur 19.c.d. atramentum habet præ cæteris mollibus copiosissimum & cur 18 c.d pro atramento scriptorio accipitur ib. a eius ars in piscando 21.e. astus in effundendo atramentum ibid. a atramenti vsus ad scribendum 24.c.d. vt homines nigros faciat ib.e bima, tum vix excedunt. 19.a. caro eius qualis 22.b c. coitus 20.e. cur & quando atramentum emittat 21 cur fugitiuam vocarit Nicander ibid. cur crura ei breuia 18.a. cur Loligini præferat author. 17.c. cur plus atramenti, quam polypi habeant 4.d. cur binas habeat premuscidas 18.e. & seq. ab ea denominata 21 b. eius descriptio 18.e. epithetha 22.e. Etymum ridiculum 18.c. fœmina icto mare fugiunt 21.a. fœtus eius, vt ex ouis exeant 20.d. eius fistula vbi 18.c. Hieroglyphica 21.e. & seq. hominem significat qui expectationem aliorum de se fallit ibid. magis Loligine quam polypo similem esse 18.a.b. mares fœminæ opem ferunt, & quando 21 a. mas vt à fœmina differt ibid. cum melanuro pisce cur confundatur 22.d. de ea moralia 21.c. mores, ingenium 21.a. oculi pro vnionibus venduntur 24. ore non coeunt 19.e. ossis, aut testæ duplex substantia, & eius facultas 23.b ouæ eius qualia. 20.c. eorum forma ibid. eorum exacta descriptio 20.c. icon 7.n.7. eua, vt fœcundæ reddantur 20.e ouis diligenter incubat ibid.c cur racemus marinus, aut vua marina dicta 20.c. cur racematim cohærent ibid. partus per fistulam 20.a. pedes quot, & quales 2.e 18.b. eius pedes quos vocet Plinius ib. ijs pisces capiuntur 14.c. de ea prouerbia 22.e premuscides eius quales 18 e. & seq. earum vsus 21.d quæ loca amet 19 d. quando edirentur 22.a. eu qui similes 21.d. quomodo pariat 20.e. quo loco ibid d. quo tempore ibid. d. speculo capitur. 19.d. Synonyma 18.b.c. ex eius testa remedia 23 a. vbi abundent & vbi maiores 19. d. eius venenum 24 d.e. victus 19 e. vsus in cibis 22.a. in medicina 23.c. in varijs ib.c. vt capiatur 19.b vt contra tempestates sese stabiliat 21.a. vt elixetur 22.d vt nunc Romæ coqui præparent 22.e 23.a. vt Græce & Latine scribi debeat 18.b.c. vt polypo similis ibid. e. vt præparetur 22.b. vt sapidior fiat 23 a b
Sepiæ Saluiani supinæ icon 7.n.5. pronæ ibid n.6
Sepia mons 17.d. & 18
Sepiæ mulier ibid.a
Septias oppidum vnde dictum ibid.a
Sepia promontorium 17.d.
Sepiola 21.b caro eius qualis 24 a nominis ratio ibid.b.
Sepiola Rondel. historia 24.a. & icon 7.n.8.
Sepinum quæ vrbs Ptolomæo 18 a
Sepium quid 2.b. 19.a quid Volaterranus inepte vocarit 19 c. cur polypus eo careat a.b. eius descriptio 19.c vt à gladiolo differat vsus eius apud aurifabros 24.e
Septius vrbs 17 e
Septussa insula ibid. vnde dicta 21 b.
Sepulchra quæ conchylia dicta 76.c.
De Serpente & cancro Apologus 59.b. à cancris qui sibi metuant 68 c
ad Serpentium ictus 59 d ibid. d morsus 47.b
Serpentes saxei vbi, & eorum generatio 81 a
Sexus in vtero grauidæ, vt cognoscatur 123.c
Sigillæ conchis inclusæ 89.b
Simia cur transuerse incedat 56 c d Limaces metuit 118.a.b. purpura a de quo dicatur 111.b.
Simulatoris Hieroglyph. polypus 12.e
Sepia 18.b.c
Sipuntum vrbs 17.e
Sipus vrbs ibid.
Sisira quid 59 a
Sisyrna quid ibid.
Smaragdus aceto dissoluitur 147.c
Solis cursus per cancrum significatus 59.a. eius & lunæ natura 164.e quando loco vix moueri videatur 12.c.d
Solstitij hyemalis typus ibid.
Solenes an vniualues, an biualues 76.e testarum cineris vsus 177.b. eius varia significata 175.d. genus quoddam in lapidibus durissimis 81.c. Synonyma 175.e vnde dicatur ibid. vsus in cibis 177.a.
Solen mas Bellonij 135.b. eius descriptio 175.c & icon 176.n.1.
Solenum aliarum icones ibid.n.2.3.4 5.
Solenesta qui 177.a
Sophista Hieroglyphicum 58.e & seq.

Index.

Spadiceus color à phaniceo differt 107.d
Spatagi echini forma, & icon 139.n.7. 136.n.1. 2.3.4.5.6.7.8.9.
Spondylus quid in ostreis 163 d.e
Spondylum non esse concham rhomboidem 158.e saxis adnascuntur 166.e & seq.
Spondylorum authoris icones 162. n.11.12.13.14.
Spondyli Rondeletij icon 162. De Spongijs opiniones 153.d quid maris Adriatici accolis 189.d
Ad Sputum educendum 190.e
Squatina aspera cute tegitur 2. d.colores mutat. 21 a
Squilla aquiuoca 47.e an chelas habeat 48.c antipathia.49.a cur multes habeat pedes 48. b. cur Venerē excitet 50.b.in deliciis fuisse. ibid.e denominata 49.e descriptio in genere. 48. d.e differentia ib. epitheta 50. a genera quot 48. mas vt à fœmina differat 49. e. ea prouerbiū. 50.a qua loca amet.49.c. quæ cornua habeat, & qua non.40.d quale ouum pariat 49.c.quibus victitent 48. e quibus auxilietur 50. a Squillis quid proprium 48 c.Synonyma ibid.b. temperamentum. 50. a tanquam pretiosissimus piscis à quibus nominetur 50. a. b. vbi hoc nomine campana vocetur. 47. e. & seq. vbi magna, & vbi multa 49.e. vbi maximas chelas habeant 48. c. vsus in cibis 50. b. vsus in medicina & alijs ib. b. vt à cancris, & reliquis crustaceis differant. 48. b. vt capiantur 49.e. vt à gammaro differat 48. e. vt coeant.49.c.vt coquantur. 50.a
Squilla fluuiatilis 44.c
Squilla fluuiatilis Bellonij descriptio. 53.d
Squilla gibba authoris icon 38 n.25
Squilla gibba Rondel.icon 38.n.20.
Squilla gibba Zographi forma 53. a. b. icon. 38. n 21.22
Squillæ Indicæ, vt inuicem differant. 48.e
Squilla mantis coitus, partus, vsus 54. d. cur sic dicta ib. descriptio ib. e. ex Bellonio, & Rondeletio.54.b icon.38.n.25. Synonyma 54.c.
Squilla mantis Rondel.historia ibid.
Squilla minima, quæ Scaligero.53.e. d. eius icon. 66.
Squilla lata aquiuoca.50.d.e.coitus, partus 51.a descriptio ex Rondel. 51. c. Etymum. 51. a cur qua loca amet.i.Synonyma.i.vsus in civis 1.b.
Squilla lata authoris icon 38.n.16.
Squilla lata maioris descriptio ex Bellonio 57 e
Squilla lata Rondel.icon 38 n.17.
Squilla parua 70. b. eius genera.53 e.d.quæ Ciceroni, & eius solertia 70 b.Synonyma 53 a.vbi degat, & capiatur 53.e.54.vsus in cibo, medicina & alijs 54.a.b.
Squilla parua Rond.icon. 38 n.23.
Squilla parua Zographo Venetijs missa icon 38. n.24.
Squilla quæ herba Hetruscis 106.a
Stellæ marinæ ostreas exedunt 164.c
Sternion quid Tralliano 56.a
Strabelus 119 86.
Ad Strangulationem vteri 119.b
Ad Stranguriam 62.c.59.e.& seq.
Strobilus 86.d.
Strombi qui 74.e.119 c. quid in genere sumptus 86. b. pro testa exteriori, & pro toto animali sumitur. 87 a differunt à cochleis marinis. 86.b.vnde dicantur. ibid.
Strombi terrestres 173.b
Ad Strumas 22.c 30 e 69.b.126.b.139.e
Suida lapsus 101.d
Suas limices edunt 128.a.b Mytulorum iure pinguescunt 172.c
Ad Suspiria 130.c
Syleson vt rex Sami factus 92 b 49.c

T

TAlpa vt meatum suum relinquat. 47.b
Tapetes purpurei 96.b
Tarditatis symbolum 120.d
Taurus insecti genus Gazæ 36.c
Ad Tela extrahenda 23.a
Tellina an à mytulis differant.171. d eum mytulis confunduntur 173. b. earum caro mollior quam reliquorum conchyliorum 173. c. d.cur lauentur ib.d. descriptiones earumque icones. 173.b. c. fluuiatiles quæ 173. d fluuiatiles ventriculo noxia 173. d.e earum genera quæ 173.d. eis ad quid vtantur pueri 174. b.regia quæ 173 d.Synonyma 173. a de ijs varia opiniones vnde dictæ ib b.vsus in cibis ibid.e
Tempestatis signa 27.c.83.c.138.d
Templa deorum purpureis vestibus ornata. 91.c
Ad Tenesmum 489.c.190.d.
Ad Tertianas 69.b.c.
Testæ conchyliorum, vt vrantur 65.e cur in summis alpium iugis. 80.b. cur in mari rotundæ fiant. 78.c
Testacea an oculos habeant. ib. e. & inde Caro eorum qualis ibid. a. carnis nomina ib.b. eam Luna decrescente minui, augeri crescente ib. b.c & inde cur os infra, supra verò excremētorum foramen habeant 87 e cur testam non mutent 35.c cur crustaceis ea præferat author 33. a cur postremo loco de ijs agatur 73. a cur in stagnis marinis gignantur 82.d.e cur plantis viuaciora ib.c. cur aluum cieant, & quæ & quæ non 85. e cur in montibus reperiantur philosophica ratio 80. d. & seq. cur quandoq; viua quandoq; verò eorum testæ tantum nascantur 81. a. b. cur omnia caput habeant infra 77.c.cur in montibus reperiantur. 80.e cur pauciores habeant partes 77.c.cur testam habeant, & cur eam non mutent. 78. b.eorum differentiæ 76. c. d. & seq. vsq; ad 77. eorum diuisio 86. b. cur alia striata, alia striis careant 78.c epitheta.84.a fructibus comparantur 72. a generantur duobus modis 82.e generatio eorum quibus comparetur. ibid. c genitalem partem non habent 83. e grauida dicuntur, & tamen non coeunt. 82.a.b.ab eis Hieroglyphica 84. d. non coeunt. 82. a eorum oua generationi inepta. 83. a eorum mira varietas 76. c. partium internarum descriptio. 77 b.c.& inde earum differentia 77.c earundem forma, & vsus 78.e & inde, quæ eorum carnem habeant. 87. b. quæ aluum & vtinam facilius moueant 85. c. quæ lateant 83.a quæ papauer habeant 77. e & seq. quæ carne vescantur 79. b. quæ sedem mutent, & quæ non 76.e.quando pinguiora 35. d. quando meliora 85.b.quando bene aut male sese habeant 83. b quando oua vocata habeant, & quæ & quæ non ib.quali a animalia 1.a.eorum quartum genus 76.b.c.quibus sensibus careant, & quibus non 82. b. sponte oriuntur 83. e sensibus exterioribus non carere 82. e eorum temperies.83.b testis tegi quid significet 84. e cum tonitru quandam antipathiam habent. 83.d. vbi nascantur 79.d. vbi coeant. 82. b vsus in cibis 85 a vt crustaceis, & mollibus similia 2. c. vt inter se differant. 77.b. vt augeantur 83.d. e vt mare ament 79. d. vt loco differant 77.d.vt se tueantur ab ambiente periculo. ib. a crustaceis, & mollibus similia 78.b
Testiculi conchij inclusi.85. b ad eorum decidentiam 131.b
Testudines cortice tegantur 87.d 189.c b.cur testam non mutent. 35.c. vbi sanitatem significent 58 c
Testudines dictæ conchyliæ 86.d.e
Testudineipisces qui 76.a
Testum quid Columella vocet in septijs 19 b
Tethe quæ Nicandro 189.a
Tethus, quid ib.c
Tethea quid 179 c
Tethyra excrementum nullum habent. 190 b. genus, differentia, descriptio. ib. b.c. & inde eorum icones. 186. n 23. 24. 25. 26. eorum locus & generatio 190.a motus ex extremo prouenit.ib.b. eorum natura ib. optima vbi ibid. quartum testatorum genus 76.b. quibus conueniant 190. d eorum vsus in cibis ib. c in medicina. ib.d. vnde dicta 189. b vt alant 190 d
Tethya rubra cibo idonea ibid.
Theuthide egere qui dicantur 28.a
Teuthis ciuitas Arcadiæ 24 d
Teuthis libi nomen 28.e placenta genus 24.d
Ad Tineas 50 b
Tinctura Cyzenica quem denotet. 111.c
Tinctura sardonica de quo dicatur ib.d
Tinctura ex vermiculo quid in sacris litteris 106.a
Titus Imp.leporis marini veneno extinctus.30.c
Toga palmata quæ 1.94.a
Toga picta quæ 991.a
Toga prætexta quæ 93 c
Toga regia quæ 91.d
Tolleno machina qualis 124 a
Tormenti genus cochlea dictum 124.a
Ad Tormina 16.c.190.d
Trabearum genera 94. b vestis regia est. 92 e
Trabeati qui ib.a
Tribuli herba cur sic dicta 115.a
Trichia morbus qui 69.d
Trichilla quid 136.d
Tridocna quæ 151. e ab authore posita descriptio ib.c.icon.52.n.2.3.
Tripsichros 5.c
Trifilla vas quale 136.d
Tritones argentei 113.a cum buccinis in fastigio Saturni 113.a
Trochalus quid 124.c.
Trochorum icones, & historia 123.a & 122. Nilotici icon. 117.
Tubarones pisces natantibus vbi infesti 144.c
Tubera vnde dicta 189. d. carnem nulla parte detectam habetur 77.c
Tubulorum in quibus vermes delitescunt, icones n.27.28.29.30.
Tunica lati claui vnde dicta 93.c
Tunica palmata quæ 94.
Turbo quid authori 86. d. 119. c vt à cochleis differant. 86.a
Turbinis angulosi descriptio, & icon. 117.
Turbinum auritorum authoris descriptio 119. e. d.icones 120.121.a
Turbinum lauium descriptio 112.a icones 122.
Turbinis magni descriptio.119 d.icon. 120.
Turbinis muricati descriptio.& icon. 120.
Turbinis pentadactyli & tessorodactyli descriptio, & icones ibid.
Turbinum inter spongias viuentium historia 121.b icones 112.
Turbinum tuberosorum historia, & icones 120.
Turbo lusorius 86.d
Turbinata qualia 76. a. 86. a carnem testis habent inclusam 77. a eorum excrementa cur meatu ori vicino emittantur. 2. a eorum historia in genere. 86. a & inde differentia 77. d.descriptio ib.d.genera quot 86. e omnia non habent volutam, seu turbinem ib.partium earum internarum vsus, & historia 87. b. c quid amari habent ibid. a quid eis proprium ib. d.quid peculiare 86.a quomodo coeant. ib. b.quomodo crescant. 87. d. eorum Synonyma. 86.a vt moueantur 110.h cur biualuibus assimulentur 77.a operculi vsus 18.a vt cū mollibus, & crustatis conueniant 96. e vt à biualbibus, & vniualuibus differant 77.a 87.a
Ad Tussim 115.b.130.e & seq.
Tyberius vt ostreis delectaretur 161.b
Tympania, quæ magarita dicantur. 142.b.
Tympanum, siue tympanium quid. ib.a
Tyranni in ciues Hieroglyphicum 40. a.b eius natura 139.b
Tyrannidis typus 12.e
Tyrij cur diuites facti 91.b
Tyriam, & hystus quid 99.e
Tyrium quid 99.d

V

VAsa Calaina quæ 108.a
Vela Carbasina 106.a
Velis purpureis qui vsus 93.a
Ad Venena 60.a.68.d.112.d.
Venenum Tyrium quid 99 d
Veneti patritij quibus vestibus vtantur. 95. a qui & quando purpurati incedant ibid.c
Venti præsagium 14.c 50.b
Ad Venerem ciendam 16.d.31.32. 30. 85.c.188.c testudinem calcens pict. 84.b.c
Venustatis symbolum 147.b
Ver cur purpureum dictum 96.a
Vermis 124. e ex eo quæ generentur. 83. e vt augeantur ibid.d
Vermium in tabulis delitescentium icon.181.n.32
Versus retrogradi camiri dicti 55.c
Vertibula carnem nulla parte detectam habent 77.b.c eorum forma 189. e & seq. cum vrticis confunduntur ib. olfactu carent 82.e
Verticillum 189 e & seq.
Vestis purpurea centum, & viginti talentis vendita 95.a dijs oblata 91. d. vtrum olim ex lana aut serico. 96.a.b
Vestis virgata 95.b.c
Vestes virriles à colore dictæ quæ ibid d
Vestimentum Tarentinum 103.c
Victoria vti nescius per polypum, & congrum notatus 12.d
Viduarum cupedia 177.b
Ad Vini tædium inducendum 191.e
Viola nigra, vt Virgilio dicantur 44.b
Vipera capitis mira facultas 112.b ad morsum eius 60.e eius oua qualia. 1.b
Virga dicta vbi purpurea 97.b
Visas quid 36.c

Vitam

Index

Vitam hominum tinctura notari 111.c
Vituli marini corio, & pilo teguntur 2.d.86.d
Ad vlcera cacoethe. 102.b.c *capitis.* 116.e *maligna* 86.a *pudendorum* 47.e *sordida* 139.c.173.a *vteri & intestinorum* 183.b
Vlysses cur sapiens existimatus 13.b
Ad Vmbilicos infantum eminentes 130 c 132.a
Vmbilicus Gazæ quid 125.a *quid Ciceroni* ib.b
Vmbilici marini qui 179.a *eorum historia, & icones* 134.e
Vmbilicus lapis qui 124 d
Vmbo concha vocatus 75 a
Vnguis quid, & cur sic dictus 119.c.d
Vnguis, siue dactylus Bellonij qui 153.b
Vnguis odoratus, vel aromaticus 102.c
Vngula aromatica 119.b
Vnionum color cur mutetur 142.d *& qui verus.* ibid. *cortices* 149.a *exaluminati qui dicantur* 148.e *eorum materia* 147.b *ostreorum ossa non esse* 142 c *plures quàm vnus in vna concha* ib.d *quindecim icones* 136.n.27 *eo signare quid* 148.d *Synonyma.* 142 a *venditi ab imperatore* 167.b *vnde dictus* 142.d *vt poliantur* 149.d
Vniones manufacti formatique ib.a
Vnio cepa genus 142.a
Vnualue quid 76.a *vt à turbinatis differat* 77.b.de ijs digressio 76.a
Voca gregales sunt 27.d
Volita quid 98.b
Ad Vomicam 140 c
Ad vomicam stomachi 160.d.e
Vrinam cientia 23.d. *&* ib.e.47.a *ad eius difficultatem* 138.a 69.b *ad eius profluuium* 47.a *cam mouentia.* 23.d. *ad eius retentionem* 47.a *stillicidia* 140.a
Vrsa cœlestis duplex 50 e
Vrsa cur sic dicta 51 a *eius historia* 50 e
Vrsa maior cur sic dicta 51.e *de ea opiniones* 51.a
Vrsa cur pholades dicta 175.
Vrsa Aristot. quæ secundum Scaligerum 49.a
Vrsa locusta genus est 37.a.b *eius genera* 51.c
Vrsa minoris historia 51.b.c.*descriptio* ib.
Vrsi aquiuoca 50.d *cur transuerse incedat* 56.c.d
Vrtica aquiuoca 185.b. *an inter testacea numerarit Aristoteles* ib. *an Zoophyton.* 175.d *caro earum quando melior* 187.d *cur excrementa per superiora emittat* 185.a *ab ijs cur Pythagoras abstineret.* 187.e *descriptio* 185.e *& seq. differentiæ* 185.d.e *de esse earum prouerbium* 187.c *Etymum.* 175.h *eam ab ira auferre quid* 187.c. d *ortus* ibid.b. *ex ijs garum* 46.b *mollibus annumerata.* 1.a *cur ex ijs non sit* ib.*de ijs prouerbium* 187 c.d *qua loca ament.* 177 a *quando colorem mutent* ib.b.*quando meliores* ib.a *quibus viuant* ib.a.b *pungunt more vrtica herba* ib.c. *Synonyma* 185.a *variarum icones* 186.n.1.2.3.4.5 6.7.8.9.10.11.12.13 14.15.*vbi eis situm os* 187.e *vsus in medicina* ibid.b. *vt colligatur* ib.c *vt pisciculos venetur* ib.*vt nutriatur* 78.a *Zoopkyton esse* 184.b
Vrtica animal purpureo filo 107.c
Vrtica parua vbi in deliijs. 187.a *Rondel. obseruata descriptio* 185.a
Vrtica quinta, & sexta Rondeletij icones 186.n.16.17.
Vrtica soluta historia 187.c.d *descriptio.* ib.a *natura* ib *ab ea præsagia* ib. *pruritum in pudendis tactu mouet.* ib.*Synonyma* ibid.
Vrtica herba vnde dicta 184.b
Vua alga genus 191.c
Vua marina historia ib.*& icon* 186.n.39.36.*facultas* 191. d.e *Vua purpurea cur sic dicta* 109.a
Ad Vuas 166.d.
Vua marina Plinij 20.c.
Ad Vulnera glutinanda 112 c.d.172.d
Ad Vulnera tumentorum 165.d
Vulpes pedibus ab Astaco detenta capitur 44.c.de ea, *& cancro Apologus* 60.e
Vvichoni qui Massiliensibus 189 d

X.

Xylon 141.a

Z.

de Zoophytis cur in hoc opere agat author 1.a *vbi nascantur* 184.a.*quæ* ib,b.*de ijs varia opiniones* ibid.a
Zygena horrenda 43.b

Græca.

Ἀβρότων 125.c
Ἄβρυλος. 136.c
Ἀγράδες 125.e
Ἄερωπος ibid.
Ἀιγιλοῦρος 36.c
Ἀκαλίφη, eiusque significata 184.c
Ἀκρις 36.c non est locusta marina. ibid.
Ἀκροπορφύρος 107.b
Ἀλαβαῦδες 55.a
Ἀλάκη ibid.e
Ἀλιπόρφυρα 95.d
Ἀμικα ib.b
Ἀλοσύριον 191.b
Ἀλουργὶς 95.d.99.c
Ἀμαξας 50.e
Ἀμάργυρος 147.c
Ἄμβρυξι 136.e. & seq.
Ἀμόργεια qui color 106.d
Ἀμοργὶς ibid
Ἀνάρτης 123.c
Ἀναείτης ibid.
Ἀνθινὰ 99 a
Ἀνόστος pro polypo accipitur, 2. b.eius epitheton est 14.c
Ἀνχαλι 92.a
Ἀπορφύρος 107.b
Ἀπόσφαγμα 19.a
Ἄρκτυ varia significata 50.e
Ἀσβόλη 55.a
Ἀστακὸς auris pars caua 41.b
Ἀστερίδια 161.d
Ἀστέρες echini qui 137.a
Αὐλὸς quid Aristot. 2.b 27.
Ἀχραδάμυλλος B. 125.e
Βάλανος quid 174.c
Βαμβαδόνες 29 a
Βατάνια quæ Hesychio 16 a
Βεβραδόνες 29 a
Βδέλλιον 95.b
Βοῦθος ibidem
Βλάκα quem Græci vocent 188.d
Βλακοῦν quid ibid.
Βλάττον, & βλάττον βηζαντιον 119 b
Βλάττος. & Βλαττίον 101.a
Βλάττος βυζαντίος ibidem
Βολίταινα 17 b.& ibid d
Βολβίτα quæ secundum Galenum ibid
Βολβιτίνη ibid.
Βρογχόνη quid 136.d.e
Βρύος echini genus ibid.
Βουτίνη ibid.
Βύσσος vnde dictus 178.b

Δ.

Δάκτυλος quid 175 c.
Δελιδόνη 17.b
Δυστοκὶς 109.c
Διαπορφύρος 107.b
Διερὸν πῦρ 99.c
Δίπορα quæ 76.a
Δόναξ quid. 75.d
Δρόμιον 65.e

E.

Ἐθνεα ὀστρακόδερμα 74.b
Ἐκληρόδερμα ibid.
Ἐλεδανὸς 17.a
Ἐλέφας poculi genus 43.d
Ἑλικοειδῆ 86.a
Ἕλιξ quid 5.b.98.a
Ἐμβρόντιον 95 b
Ἐμπορφύρος 114.e
Ἐυχλώρος 53 a
Ἐξοστρακισμὸς qui ludus 85 c
Ἐπιβάθρα 124 e
Ἐπιπορφυρίζω 109.d
Ἐπιπορφύρος 107.c
Ἐπιστρακίζειν 85.d
Ἐπιστρακισμὸς ibidb
Εὐῶδες quid Diosc. 119.d.
Ἐφαπτὶς 95.b
Ἐχῖνος eiusque etymum, & tota historia 136.b. & inde

Z.

Ζαγρὰ 17.c
Ζωωφυτὸν quid 185

H.

Ἡδυπορφύρα 98.e

Θ.

Θαλάμη Τουκιαποδίου 54. 90.d
Θηρίον 55.a
Θόλος quid Græcis 4.e
Θόλον quid in mollibus Aristoteles vocet 3 a
Θουραῖον siue δουρὰν 189 b.c
Θουρίον quid 188.b

I.

Ἴονια 98.c.114.d
Ἰόζωνος 108.a
Ἵπποις cancri cur sic dicti, & eorum historia 65.e.& seq.& inde
Ἰχθὺς ἱερός 54 d
Ἰεννὰ 108.a

K.

Κάβειρος 55.a
Καβούρος 41.d
Καγκελιώτη 71.a
Κάλλη vestis 95.e
Καλχαίνειν quid 99.e.109.b.115 d.e.
Κάλυξ 99.e.119.e
Κάλυκη quid ibid. 99.e
Κάμμαρις quid Galeno 54.c
Κάμμορος 41.c
Κάμμορον quid 44.b
Κάνθυς vestis 95 d
Καρδίον 39.e
Καρδίς, 40.d.quid Tralliano 36.b.
κάρδος vnde dictus ibid.
Καρδός Insectum cur sic dictum. ibid.c
Καρδοῖδης 39.e
Καρδοειδὴς. ibidem. quid Aristoteli 48.b
Καρίδες Insula quæ, 48. a. oppidum quale ib.
Καριδάριον 49.d
Καρίδιον, 48 a.49.d. 70.b. differt à Scyllaro 53.a
Καριδιῶν quid 49.e
καρὶς vnde dictà, 48.a. Etymum 34.d
Καρίδες abscessus quales 48. a
Καρκινάδης 58.a
Καρκινὰς 71 b
Καρκῖνος quib Græcis 33.c
Καρκίνου æquiuoca 44.c
Καρκινος θαλάσσιος 60.d
Καρκίνος μίκρος 70.b
Καρκίνος ποτάμιος 67.d
Καρκινῶνας 57.c
Καρκινάδης 58.a
Καρκίναμα quid, 54. e vnde dictum 57 c
Κάρπασον 106.a
Κάρχα 55.a
Καταφυσῶν quid Arist. 20a
Καυσία 95.a
Κάχλαξ 124.d
Κεγχρίνης Serpens qui 41.c.
Κηρὸς quid 104.b.c
Κηραφὶς 36.c
Κηλάζειν quid 103.a.b
Κηρύκιον 113.a
Κήρυκος etymum ibid. & seq.
Κηρός 124.c
Κήρυξ, & eius varia significata 112.e
Κήρυξ auis 113.b.
Κιγκλίδα 71.a
Κίναιδος quid Indis 142.b
Κίονια quæ 98 e
Κιρρὸς qui color 2.b
Κνίδη, eiusque significata 87.
Κονδύλιον 76.b
Κογχαλίζειν 83.d
Κογχάριον 75.d
Κογχία ibid.
Κογχοειδῆ 74.a
Κόγχος 74.b
Κογχύλιον 75 d e
Κόγχυς ibid.d
Κογχυλαγωγὶς 83.e
Κογχύλη 75. d.118.e
Κογχυλίας λίθος 83.d
Κογχυλιοδυτὴς ibid.
Κόκκος βάφικη 105.e
Κόκλακες 124.d
Κολίκια 185.a.b
Κολοβοποδαὶ cur polypi dicantur, 8.a
Κολόβιος χρῶς color 108.c
Κολύβδαινα 34.c
Κολυσπερέπτος 125.a
Κολχάδες 124.d
Κόλχακες ibidem
Κορύκοι quæ conchæ 159.b
Κουρὶς 48.b c
Κόχλαξ 159.
Κοχλίας ibid.
Κόχλος quid ibid.115.d
Κράγγη Arist. quæ secundum Scaligerũ 49.a
Κράγων 52.a
Κρεῖος 115.b c. quæ concha 147.a
Κρόκη 101.b
Κροκοδισμὸς ibid.
Κροκύλεγμος ibidem
Κρόκυς quid Galeno 100 e
Κτὶς quid, & eius historia, 167. c. & inde
Κτίνια ibid.b
Κτηδόνες ibid.
Κυανὸς de quibus coloribus dicatur 44.e

Index

Κυμματόφορος 74 b
Κωλὶς 48.b
Κώρυζ 115.c

Λ.

Λαγῶος θαλάσσιος 29.a
Λεσχηνής 74 b
Δεῖμα 125.a
Λεπὶς quid, & eius historia 179.b & inde
Λέων pro elephantiasi, 43 d Saltationis species ibid.
Λιθρῶνα 74 b
Λίγνος quid 111.d
Λιχάδες 74.b
Λίθος ἐρυθραῖος 142 b
Λιμνόστρια quæ Arist. 161.b. c

M.

Μαία, etymum & historia tota 62 e
Μαλάκια quæ Græcis 1.b
Μαλακόδερμα non dici mollia ibid.
Μαλακόστρακα, 33.b.cur sic dicta ibid
Μαργαρίτη 142.a
Μαργαριτοῦς 147.e
Μαργαριτέμπυρος ibid.
Μαργαρίτης λίθος 142.a
Μάργαρον ibid.
Μαργαρος Ινδὸς ibidem
Μάστλης quid 50
Μέλαν quid in mollibus vocet Arist. 3.a
Μελικηρίδες 53 b
Μελικηρῶν 103.a b
Μελίνη quid 5.c
Μήκων quid Arist. 3.a. quæ animalia id habeant 78 a.b
Μητρίδια 185.a
Μονοθύρα 76.a
Μπελίεμνοι θαλάσσιοι 182.d
Μύα quid Arist. 169 173.b
Μνάκα quid Diosc. ibid.
Μύακες quæ Diosc. 170
Μυῖδιον 170 b
Μύδιον ibid
Μυκτὴρ quid Arist. 2.a
Μῦς tria significat Hermolao 170
Μῦς σκυλώδες quid Athenæo ibid c
Μηρίλη ibid d
Μυσίκητος 169 c
Μυσελοπῶλαι 170.c
Μῦστρον ibid.
Μῦπς quid, 18 e quid in mollibus & eius vsus 2.d

N.

Ναῦπς 87. b.c
Ναυπικὸς ibid.
Ναυπλος, & eius varia significata ibid.
Νειρίτης 123 d
Νηρίτη, eiusque historia 123.d
Νήριστον quid ibid.
Νηρὸς ibid.d
Νῆστος vestis 95.d

Ξ.

Ξιφίδριον 159 d
Ξιφύδριον quid 173.b c d
Ξυστὶς vestis quæ 95.d

O.

Ὀζαινα 17.b
Ὀζολὶς etymum ibidem
Ὀλοθούριον 189.b
Ὅλος 18 e
Ὀνίσκους quæ animalia Græci vocent 4 b
Ὄνος pro polypo ibid e
Ὄνυξ quid 175.c
Ὄσμυα 17 b
Ὀσμύλη 17 b
Ὀσμηλίδια ibid.
Ὀσμυῶα 17.d
Ὀσμύλος vt scribi debeat ibid b
Ὀστλίγγα quid in mollibus 2.d 25.a
Ὄστρακα 54.b
Ὄστρακον quid in sepijs vocauerit Athenæus 19.b
Ὀστράκηρα 74 b
Ὀστρακίνδα, 83.e.ludus qui 85.d
Ὀστρακισμὸς qui ludus ibid.c
Ὀστρακόδερμα cur sic dicta 33.b 74.b
Ὀστρακόδερμοι ἰχθύες ibid.b
Ὀστρακόρινα ibid.
Ὀστρακώδη ibidem
Ὄστρεα quæ Arist. 74.c
Ὄστρεια ibid.
Ὀστρεώδη ibid.b
Ὀστρίδια 161.c
Ὄπρον 18.e
Ὀυς Αφροδίτης 180.c

Π.

Παγοῦρα 63.a
Πάγουρος ibid
Παραλούργες 95.c
Παραλουργίς ibid.e
Παρύφες ibid.c
Πάρυφος ibidem
Παργοῦρος 63.b
Πειρὼ quid Numenio 191 a
Πελώριον, siue Πέλωρον, quid 159 d
Πέμμα quid 14.d
Περιβόλαια 95.c
Περινήχλες ibid.
Περικόχλιον 124 e
Περίνηστα 95.b
Περινήστατα ibidem
Περιπορφύρος 107.c
Πετραῖος polypi epitheton 14.e
Πετροφυὴς polypi epitheton ibidem
Πήλος quid 155.c.159.d
Πηχυαλὲς 95 c
Πιλὸς 125.d
Πίνα siue πίννη quid 177.d
Πινοφύλαξ 70 b
Πινοδήρης ibid.
Πίνος quid 177.d
Πλοῦμονες 188 a
Πλινθὶς quid 149 c
Πλοχμὸς 5.b
Πνοῦμονες qui Hesychio ibid.e
Πολιπόδια 4.c
Πολύπους ibid.
Πόλυπος ibid
Πουλυπόδης 4.d
Πολυποδώδης 11.c
Πολυποδίνη ibid.
Πολύχρεος polypi epitheton 14.e
Πομπτίας 125.d
Πομπίλος 94.
Πορφύρα 97 b
Πορφύρεος 107.c
Πορφυρέων 109.c
Πορφύρεος 107.b
Πορφυρεῶν 109.e
Πορφύρους 107.e.109.b
Πορφυρέα ibid.c
Πορφυροδυομφός 107.a
Πορφυροδυταὶ ibid.
Πορφύρια μίκρα 97.b
Πορφύρις 99.c
Πορφυρίων 109.b
Πορφυρίς 95.c.d 108 c
Πορφυρίζω 109.e
Πορφυρίτη ibid.d
Πορφυρίτης 108.d
Πορφυροβάφος 107.e
Πορφυροβαφεῖα 109.e
Πορφυροειδὴς 107.b
πορφυρέεις ibid.
ποιφυρόκαυλος ibid.
πορφύρω 108.e
πορφυρομιγὴς 107.b
πορφυρώματα 109 d
πορφιρόπολις 107.e
πόρφυρος serpens 110
πορφυρίων 108.d
πεῦθμα quid 5.b
πύελος quid 171.c
πύλη 36.d
πύξαρις 55.e
πυρόεγα ibid.b & 63.a
πώλυπος 4.c
πώλυψ ibid.
πῶμα 101.e
πωμάτα 179.b

P.

Ρίνος 101.b

Σ.

Σάλιγγα 125.a
Σάλπιγξ 113.c
Σαπιδία 21.b
Σαρόγης 95 b
Σέμελος 125 c
Σέπελος cochlea quæ 125.b.& seq.
Σελάτης 125.d
Σηπιδόνα quem Græci vocent 18.b
Σηπία vt scribendum ibid.
Σηπιαλὶς 21.c
Σηπιὰς promontorium vnde dictum 17.e
Σηπιδάριον 21.c
Σηπιδία ibid.
Σήπιον quid 19 a
Σηπιοπνὸν 21.c
Σήρ quale animal 97.c
Σοῦλος 125.d
Σκιφύδρια ibid.
Σκολιὸς polypi epitheton 14.e
Σκύλαρον differt à Caridio 53.a
Σκίλλα 48.a
Στρακόηλος quid Hesychio 86.d
Στράτιλος quid Suidæ, ibid. pro buccina accipitur 113.b
Στρόμβοι qui 119 c
Στρόμβος pro buccina,113 b.c.generice sumptus quid 86.a
Στρομβώδη 76.a 86.a
Στυππηρία 99 a
Σωλὼ quid, eiusque historia 175.d

T.

Τέυπλι 97.a
Τέπλιξ ὀνάλιος 51.e
Τοῦθίδιον 27.a
Τοῦθιδὶς varia significata 24 e
Τοῦθὶς 25 a
Τοῦδώδη mollia vocata, 1. b. quæ vocentur Athenæo 27.a
Τοῦθος, & πευτὶς vt differant 25.a
Τοῦθος Loligo maior est ibid.
Τήθη vnde dicta, 190. a quæ Nicandro 198.c
Τῆθος, siue Τήθυον, & eius historia, 189 a& inde
Τηθωνάκιον 189.e
Τρεψίχραις 5.d 14 e
Τρόχος 115 e
Τριψίχρως 5 d
Τριχία qui morbus Arist. 69.d
Τριχώδη quid Aristot. in mollibus 2.e
Τρόχαλος quid 107.e

Υ.

Ὑποπόρφυρος 107.c
Ὑποπορφυρίζω 109.e
Ὑρπικὸς 161.c
Ὑσγὴ 107.b
Ὑσγινον ibid.

Φ.

Φαρμακῶνες 99.c
Φαρμάξαι ibid.
Φερέοικος 125.d
Φικιδίζειν 111 c
Φιλοδικάστης 180
Φοινικὶς, 95.c.111.b. quæ vestis 92.d
Φοινικίζειν quid 111.c
Φόινικις 99.c
Φορφυρανθὴς 107.b
Φυσητὴρ quid 2.c

Χ.

Χῆλας quæ Græci vocent 34.c
Χήμηα quid 156.b c
Χήμη quid ibid.
Χίπων πλατύσημος 93.c
Χλάρος 124.d
Χλωροκαρίδες 53.a.b
Χλωροκυρτίδες. ibidem
Χλώρος color duplex ibid.
Χοιρίναι 183 c
Χοιροθλίξ 182.d.e
Χολὴ quid Nicandro 19.a

Ψ.

Ψεκάδιον quid 127.

Ω.

Ὠον πολύποδος 84 b
Ὠπάριον 180.d
Ὠπα quid 179.b

Græca recentiorum.

Αρμφισάρι 90.
Calagnone 154
Caramis & Camaridia 44.c
Carida & caramidia, & caramis 52.b
Chinades 173 e
Κοχλίος 115.a
Colizena 185 c.d
Lichuda, vel Luzuda 41.e
Μαργαριτάρι 141.c
Mongi 187.d
Peraglida 179.b
Psoli 191.a
Σάλιγγα 125.a
Spherdocles 189.d
Strophylida 113.b.c
Φήκινον ibid.b
Zuchinada 185.b

Hebraica.

Argaman, & Argeuan 99.a b
Buz 178.b

Chomer,

Iudex.

Chomet, Chumeta 124.e
Limaza ibid.
Lul ibid.
Mesibasa ibid.
Sachel ibid.
Sachul ibid.
Schesch 178.b
Tibelela 124.e

Arabica.

A Chasar 102.a.b
Adfar althaib ibid.a
Affaratib ibid.b
Alarginam 97.d
Abaso, Albato, Albaro 142.a
Alhuda 182
Alcoffar 142.a
Alulo ibid.
Alzum ib.d
Amarcas 172.a
Antiqui ib d
Astor 182,d
Athfaratheb 119.b
Aunici 124 e

B.

B Alanrhan 101 e & seq.
Barcora 161.d

C.

C Anifs 161.d
Canissem 56 b
Carasis 161.d
Casia 124.e
Caugiles, caugilen 161.d
Ciceros 113.d
Coliris 124 e
Conada ibid.
Cotia ibid.
Curasie 102.a

D.

D Aablectos 102 b
Dafarbachali ibid.

E.

Egedde 102 b

F.

F Anage 18.c
Funoblaron 102.b

G.

G Afecol 102.b
Gaugiel 161.d

H.

H Aalcena 124.e
Hafesol 102 b
Hager 142.a
Halzum 124 e
Hiobothor 102.b
Hudal ibid.

K.

K Eiben 55 c
Kermes 105.e
Kuactil 102.b

L.

L Atalus 161.d
Lischmar 124 e
Luhentia ibid.
Lulu 141.c

P.

P Alpar 79 d
Pulpia ibid.

R.

R Athiaha 55.c
Reiben Auicennæ ibid.
Remigi ibid.
Rubien 18.c

S.

S Adaf 100
Sades 161.d
Sarathan 18.b.55.e.67.d
Sarathannheti ibid.
Sedef 173.c
Seige 161.c

T.

Talsam 173.c.d

V.

Vrbien 18.c.67 d

Italica.

A Lagusta 36.d
Arsella 160.a
Astase 41.e

B.

B Euerazza 159.c
Beueroni ibid.
Biaua 53.c
Biueroni 160.a

Bogancitola 136.b
Buuolo di mar 113.c
Brancha vel Branchna 71.e
Buoualo 125.e

C.

C Alamaro 24.e.18.c
Calcinelle 173.c
Cambaretto 53.d
Cammarugia 48.a 52.a
Cancharo di Barbaria 63.b
Cancreola 62.a
Capello di mare 187.d
Cappa 155.e
Cappa grossa 155.d
Cappa santa 153.c
Cappa tonda ibid.e
Capparazzole siue capparole 173.c
Caraguuola 123.e
Caualliero 65.a
Castrangiolo 64 a
Cazzo marino 191.d
Cepia 18.c
Chalena, siue chalcenà 159 c
Chiocciola ibid.b
Conchole 170 b
Cranceola 62.a

D.

Datteri 156.c

F.

F Olca 63.c
Folia ibid.
Folpo 4.a

G.

G Ambarella 52 d.53.b
Gambarello, & Gambaruzolo ibid.
Cambaro, vel Gammaro 41.d
Gambaro di mare 48.a
Gambarozola ibid.
Gambaruccio 53.b
Gongola 168.c
Grancella 60.d
Grancelo ibid.62.a
Grancetto 65.c
Granchio, seu granzo 55.a.60.d.67.d
Granchio Spiantano 56.a
Granciporro 63.b
Grancitella 62.e

I.

I Ncino 136.b
Iudeo 137

L.

L Agousta 36.c
Lanchtina ibid.
Limage delle vigne 126.c
Lumaga 125.e

M.

M Acinette 60.e.65.c
Madre delle perle 140.a.b
Maruza 125.e
Mazzacara 51.b
Molecca 60 e
Moscardino 17.c
Mugettino ibid.
Muscarolo ibid.
Muscioli 171.e
Mussolo 155.d
Muzaro 17.c

N.

N Aridole 113.e
Nicchio 125.e

O.

O Gie 64 a
Ognella 56
Orchetta 51.b
Ostreghe 161.c

P.

P Antalena 179.b
Papilla pilosa 64.e.& seq.
Patuaro, aut pauto 63.b
Perla 142.b
Pesce cannella 175.b
Pesce malattia 4 a
Peueraza 159 c
Piueroni 160.a
Polpo 4.a
Poressa 56.e.64.a
Porpo 4.a
Potra matina 187.d
Pouerazo 160.a

R.

R Iccio vel Rizzo di mare 136.b
Romie 168.a

Roncera 79.b
Rozzola 155 d

S.

S Ceppa 18.c
Seccia ibid.
Seppa ibid.
Squilla 52.c
Somniolo 64.e & seq.
Sparnochia 52 b
Specchio 62.e.& seq.
Sponge 189 d
Squiozole 172.h

T.

T Elline 173 c
Totena 55.a

V.

V Allopa 54.d
Visetta 51.b

Z.

Z Ameruca 125.d
Zino 136 b
Zinzin ibid.

Gallica.

A Lbergaines 192 a.

B.

B Erdin seu Berlin 179.c
Bernard l'Eremite 71.e
Bigornet 124 b
Bigorneau ibid,
Biouscambus 71.e
Boufron 18 d
Bougre 4.a
Bouquette 52 c.d
Burex 97 b

C.

C Alamar 25 a
Cancres 55.a.60.d
Capeau carnu 187.d.e
Carabasse 63.b
Carambot 52 c d
Caramot 52.d
Casseron 18 d.25 a
Castagnes de mar 138
Chabre 63.b
Cheuretes 57.d
Ciches 18.d
Ciuade 53.d
Coquille 151.e
Coquille grosse de nacre di perle 91.a
Coquilles larges 91.a
Coquille de pourcellene 91.a
Coquilles de saint iaques 167.c.& seq.
Coquille vittade 156.b
Corniches 25.a
Coinetz ibid.
Couteau 25.b 175.b
Crape & crabbe 55.a
Crapre 63.c
Crespe 178.b
Creuettes 52.d
Cubaseau 52.d
Cul d'Asne ibid.
Cul de cheual 156.b.c
Cullier 153 b e

D.

Dulcins 136.c

E.

E Remite 71.e
Escarcot 125.d
Escreuisse 44 d

F.

F Agule 63 b
Flammes, flammettes 156 e
Flion 173.c

G.

G Eurnette 48.a
Glaugio 23.a.& seq.
Gotnat 28 e
Grampella 62.e
Gritta ibid.65 e
Gronaut 28.e
Guernette 52.c.d

H.

H Annons 168.c
Herisson de mer ibid.
Hormar 74.d.& inde
Huistres 161.d
Hus 107.b

I.

I Mbriago 29.b
Iraigne de mer 62.e
Iettre alle call' 161.d

Langrous

Index.

L.

LAngrous 41.d
Langusta 36.c
Lapedo 151.d
Ligombaudos 41.d
Limasson 125.d
Limasson petit de mer 123.e

M.

MAnsotz 175.b
Migrane 64.c
Moules 170.b
Muscles 172 a

N.

NAcre 177.c
Nacre de perles 145.d

O.

OEil de buoe 179.c
Oniters 161.d

P.

PAgul 63 b
Palourde 160.a
Peires ostres 63.d
Pelourdes 155.c
Perle 142.b
Petuncles 168 c
Pomes d'Amours 192.a
Poulsepieds 174.d
Porcellaine 181.d
Porcellaine petite 120 c
Posterol 185 b
Potes ibid a
Poulpe 4.a
Poupe ibid.
Poussepie 185.b.a
Poyrette 142.c
Pregredious 54 c
Prussepiez 174.a
Purpe 4.a

R.

RAan de mer 113 c
Rascassos 137
Rousseau 63.b
Rubelle 25.b

S.

SAlecoques vel Salcoques 52.d
La Sante ibid.
Sautrelles ibid.
Scandebee 166.a
Seche 18.c
Seechepoupe 4.a
Seiche 18.d
Sepio ibid.c
Squaranchon 62 e
Squinaude ibid.
Squinado ibid.

T.

TAnte 25 a
Tourteau 63 b
Tothona 25.a

V.

VRlis 124.a
Vrsins 136.c
Vrtigo 185.a b

Hispanica.

ALmeia 123.e.125.d
Aranha 63.c
Armilla 160.a
Bregigam 179.c
Brignigois 173.b
Buzios 183.a
Cagarolo 115.d
Cagarolo de la mar 134.b
Calamar pescado 25.b
Cammaron 41.e
Cangreia 62.a
Cangreio 55.a
Capacha de velha 185 d e
Caracol de la mar 123.e.125.d
Camaran di Lisboa 52.d
Camaran de Villa Franca 53 b
Caramuyo 125.d
Centola 62.a
Chabro ibid.e
Erizzo de la mar 135 b
Gangreiola 62 a
Lenguado 167.b
Liebre de la mer 29.e
Logusta 36.c
Mexila 19.d
Mixilhus 172.a
Natura de Vieya 187.d
Ostia de la mar 161.d
Perola 142 a
Scaragol 187 c
Scaragol de la mar 134.a
Xibia 18 d

Germanica.

BAlckfisch 18 d 25.b
Balckfisch mit langen fussen ibid.
Beckle 52.d
Berenkrebs 51.c
Bisem 17.c
Bisemkuttel ibid.
Bruni qui morbus, & contra eum remedia 47.b.c
Edelkrebs 45.a
Farkuttel 87.c
Farvv 99.c.d
Fischbein 19 b
Haffguffe 192.a
Hegerling 52 d
Herchelkrab 62 a
Hogergarnir 52.d
Humer 41 e.44 b
Iacobs muschlen 167.b
Intenfisch 25 b
Krabbe 63.b
Krebs 45.a.55.a
Krebsaugen 45.d
Krebstein ibid.
Kuttelfisch 4 a
Magling 190.a
Merber 51.b
Meergeis 52.b
Meerigel 137
Meerkrab 60.d
Meerkrable 70.c
Meerkrebs 36.d
Meerkrebslein 71.e.48.a
Meerlung 188.a
Meerspin 18.d.62.a.63 b
Meertesche 63 c
Moeschelen 170 b
Muscheln 157.a.172 c d
Meerschum 187.d
Muterstein 181.a
Nagelschneck 97 b
Perle 142.b
Perlemutter 140.b
Polfisch 4 a
Polkuttel ibid.
Purpurschneck 97.b
Raankuttel 25 b
Reuterkrab 65.c
Schiffkuttel 87.e
Schnegg vel Schneck.
Schuumling 190.a
Seeapffel 137.d
Seegitzle 52.d
Seehaan 29 a
Seehaas ibid.
Seekrebs 63.c
Seesehaan 191.a
Seespin 63c.
Seestert 191.a
Spigelkrab 62
Spruzling 190.a
Stachelschnecken art 97 b.c
Steckmuschel 177.c
Thulkrebs 45.a
Vilfuss 4 a
Zuuergkrebslein 53 c

Belgica.

BIllegen 191 d
Crable 41.e
Crabbe 60.d.67.d
Creuits 44.c
Gernard, Gernier 48.a
Gernar ibid.52 d
Hol offbol 83 e
Kinckhorn 115 b
Krabbe 55.a.60.d 63.c
Luysen offnoppen 83 c
Mosselen 170.b
Oesters ibid.
Ondocht, 43.d. cur ita vocetur 44 d
Perle 142 b
Seeegel 136.c
Seekatte 18.d.25.b
Seequabbe 187.d.e
Seeschuym 19 b
Slecke vel Slegge.
Snottolff 29.a.187.d.e
Spacnsche Seekatte 18.d
Steurkrabbe 36.d

Anglica.

BAgfysh 175 b
Cokles 125 e.168.d
Crabbe 60.d.67.e
Crabbefishe 41.e
Creuis, creuise 75.b c
Creuyse 41.e
Cuttel, cuttle 18.d
Krab 60.d
Lemper 179 c
Lopster 36.d.41.e
Lympyne 179 c
Musclis 170.b
Muscekels 167.b
Oysters 161 d
Perle 142 b
Pirot vel Pitot 175.b
Pourcuuel 4.a
Pran 60.d
Preke 4.a
Punger 63.b
Purple 97.b
Scalope 167.c
Schrympe 60.d
Sleue 25 b.c
Snayle 125.e
Thesea 41.e

Indica.

CHerippo 140.b
Corischias 142.b
Motu ibid.
Thenoras ibid.

Hungarica.

RAck 41.e.55 a
Dragako 142.b
Gyongy ibid:

Bohemica.

Hlemyzd 125 e

Illyrica.

HLemyzd 125.e
Hobotnizata 4 a
Kak 44 c
Laraatola 41.e
Parszi 175.a

Polonica.

HIedospialek 106.b
Kak 55.a
Kakmorski 41.e
Perl'a.
Zito 166.b

FINIS.